Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
G
33
NAPOLI

XVI
G
33

Digitized by Google

LIOTECA NAZ.
ittorio Emanuele III
XVI
G
33
NAPOLI

XVI
G.
33.

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

DE ELECTIONE CANONICA TRACTATVS

FR. PETRI MARIAE PASSERINI DE SEXTVLA

MAGISTRI, AC PROCVRATORIS GENERALIS Ordinis Prædicatorum.

ET IN ROMANA SAPIENTIA SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORIS.



ROMÆ, Typis Nicolai Angeli Tinaſſij. M.DC.LXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

ALEXANDRO
SEPTIMO
PONT. MAX.

FR. PETRVS MARIA PASSERINVS DE SEXTVLA Procurator Generalis Ord. Prædicatorum. *Felicitatem.*

ROMANA Eccleſia à Chriſto fundata, & Petri Apoſtolorum Principis ſedes conſtituta, Eccleſiarum omnium eſt mater, totiuſque fons Sacerdotij, & omnis Canonicæ electionis parens, & magiſtra. Hæc enim, (Beatiſs Pater) illa eſt, quæ in Apoſtolorum Principis fidei confeſſione fundata, domus Dei eſt, columna veritatis, fidei firmamentum, antiquæ Religionis ſchola, quam non vincunt ſuperbæ inferorum portæ; quippè quæ Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei lumen inuictè adeò cuſtodiuit ſemper, & cuſtodit, vt ab eius naſcentis Aurora, Deo opitulante, huc uſque ſeruatum, nulla erroris tetra caligine tenebratum, nullis falſitatum nebulis confœdatum, immune, atque ſincerum, & ſuis radijs perluſtratum retineat, & ſit in ſeculum ſeculi retentura. Hæc eſt, quæ à Petro Apoſtolorum Principe prædicatione, ſanguine, ac ſepultura dedicata, Orbi toto adeò venerabilis eſt facta; vt quidquid fidelium eſt vbique toto Orbe difuſum, illam, vt Principem, & matrem, & regulam veneretur; Altius enim ſuper Apoſtolicæ firmitatis petram fundata, Fidei non valens ſentire defectum, ſemper firmiter ſtetit, errores abegit, ſcandala extinxit, ſchiſmata profligauit, & cunctas hæreſes de excelſo fidei Tribunali data ſententia iudicauit, damnauit, diſperſit. Hæc illa eſt, cui plenitudo poteſtatis ſuper vniuerſas Orbis Eccleſias ſingulari prerogatiua donata fuit; illa, in qua Chriſtus in ſuo Vicario ſibi obedientiam incommutabilem reſeruauit; illa vnica, & ſola, quæ normam fidei Chriſtianæ, quam ab exordio accepit, ſemper illibatam ſeruauit. Nam & cum defecerit Hieroſol. Eccleſia, cui præfuit Iacobus; defe-

Digitized by Google

cerit Achaia,vbi Andreas; defecerit Aſia, vbi Ioannes; defecerit India, vbi Thomas; defecerit Perſis, vbi Iudas; defecerit Æthiopia, vbi Mathæus; defecerit Phryſia,vbi Philippus; defecerit Græcia, vbi Paulus, ſola fuit, & eſt, ad quam nunquam acceſſum potuit habere perfidia; quæ mille iam, & pluſquam ſexcentis annis ità eſt Catholica ſemper, & Apoſtolica habita, vt nunquam erraſſe, aut adulterinis acquieuiſſe dogmatibus, ſit reperta. Hæc vna eſt dilectiſſima Chriſti ſponſa ſine macula, & ſine ruga, Hieruſalem cæleſtis, Chriſti ſanguine irrigata, Martyrum cruore conſecrata, magiſtra fidei, alumna veritatis, vnica, ſacroſancta, & immaculata, quæ Sanctorum auctoritatibus, Conciliorum, Canonumque omnium teſtimonio, Primatum omnium Eccleſiarum meritò tenens, priuilegijs ampliſſimis ſibi à Deo conceſſis fruitur, quæ nullum poſſunt ſuſtinere detrimentum; quoniam nec plantatio, quam Pater noſter cœleſtis plantauit eradicari, nec fundamenta, quæ ſummus poſuit Architectus, queunt quibuslibet, & quantislibet fluctuationibus amoueri. Hæc eſt Petri nauicula, quę vndique fluctibus, ventiſque concuſſa, inter aliarum naufragia Eccleſiarum incolumis perſeuerat. Hæc vitis myſtica, à qua palmites præciſi areſcunt, ad infernales alendos ignes proijciendi: Hæc Regnum Cæli, quod in æternum non diſſipabitur, & quod alteri populo non tradetur, & quod comminuet, & conſumet omnia Regna mundi, & ipſum ſtabit in æternum, cui gens, & Regnum, quod non ſeruierit, peribit: Hæc Dei arca, quæ ſola ab inundante diluuio ſaluat: Hæc vnicum Chriſti ouile, extra quod lupi rapiunt oues & diſpergunt. Hæc, inquam, eſt noua Hieruſalem vſque ad finem ſeculi perenatura, ſucceſſibus felix, felicitate ſtans, omnium Chriſti fidelium fœcundiſsima parens, cuius fœtu naſcimur, cuius lacte nutrimur, cuius ſpiritu viuimus, Aurora, Luna plena, Sol ſplendidiſſimus, fons vnde vnitas Sacerdotalis exorta eſt, radix, origo, principium, mater omnium Eccleſiarum, *Omnes* (dicebat Nicolaus II. ſcribens Mediolanen.) *ſiue Patriarchij cuiuslibet apices, ſiue Metrapoleon Primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuslibet Ordinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia, illam verò ſolus ille fundauit, & ſupra petram fidei mox naſcentis erexit, qui beato æterna vitæ Clauigero, terreni ſimul, & cæleſtis imperij iura commiſit.* Petrus enim, eiuſque Succeſſores in Romana Cathedra ſedentes illi fuerunt, qui ad quamcunque Orbis partem Epiſcopos à ſe promotos, ordinatos, & conſecratos mittentes, diœceſes erexerunt, & iuxta Vrbium dignitatem, miniſteria Eccleſiaſtica diſponentes, Patriarchatus, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & minores etiam Eccleſias, Archipresbyteratus, Præpoſituras, Parochias diſpoſuerunt. Romanus propterea Pontifex, & ſecundùm ordinem Melchiſedech Sacerdos dicitur, & nihilominus nouus Chriſtianæ Eccleſiæ Aaron appellatur. Sacer-

cerdos quidem eſt ſecundùm ordinem Melchiſedech; Chriſti enim Vicarius eſt, de quo teſte S.Leone Papa, ſcriptum eſt: *Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech, hoc eſt non ſecundùm ordinem Aaron, cuius Sacerdotium per propaginem ſui ſeminis currens temporalis miniſterij fuit, & cum veteris teſtamenti lege ceſſauit: ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, in quo æterni Pontificis forma præceſſit. Et dum quibus parentibus ſit editus non refertur, in eo ille intelligitur oſtendi, cuius generatio non poteſt enarrari. Denique cum huius diuini Sacerdotij Sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro, & ſanguis creauit, eligitur, ſed ceſſante priuilegio patrum, & familiarum ordine prætermiſſo, eos Rectores Eccleſiæ accipit, quos Spiritus ſanctus præparauit, vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuerſitas Sacerdotalis, atque regalis eſt; non prærogatiua terrenæ originis obtineat vnctionem, ſed dignatio cæleſtis gratiæ gignat Antiſtitem.*
Et nihilominus Romanus Pontifex nouus Aaron dicatur. Vocatur enim, vt Aaron, vngitur, vt Aaron, & in ſummi Sacerdotij faſtigium aſſumitur, vt Aaron, vt quemadmodum vnguentum ſacrum, quod erat in capite Aaron, deſcendebat in barbam, barbam, & à barba in oram veſtimenti illius, ſic ſacro vnguento præfiguratum noui Teſtamenti Sacerdotium in ſummo vertice Pontificis Catholicæ Eccleſiæ collocatum, velut à fronte per ſucceſſionem perennem indeficienter in alios ſpirituales Principes, & Paſtores deriuaretur. Et ſicut Aaron ſummus Sacerdos fuit conſtitutus à Deo, vt ab eo in inferioris ſortis Sacerdotes, & Leuitas vnctio, & functio deſcenderet; pari ratione Chriſtus Dominus Principem Sacerdotij inter Apoſtolos eminere voluit Petrum, & eius Succeſſores, vt ab eorum capite oleum diuinioris vnctionis, & ab eorum manuum impoſitione excelſiorem poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis alij reciperent, & alijs etiam communicare valerent. Vt hoc modo Eccleſia Catholica vna ſciſſa non eſſet, neque diuiſa, ſed vtique connexa, & coherentium ſibi inuicem Sacerdotum glutino copulata. Vt enim à Sole radij, & à fonte riui, & à radice rami, & à capite in reliqua corporis membra vitalis omnis influxus, & operatio, & motus procedit, ſic à Petro, & ab vnica eius ſede Regale Sacerdotium in vniuerſum terrarum Orbem, vna cum fide Chriſtiana eſt deriuatum. Non eodem quidem modo, & forma, ſed ſecundum quod iuxtà temporum diuerſitatem ſibi viſum eſt Religioni conuenire, hæc ſancta Sedes Sacerdotes ordinauit, Præſules diſpoſuit, Paſtores Eccleſiarum inſtituit. In naſcentis enim Eccleſiæ exordio, quando nec Eccleſiæ erectæ, nec diuiſæ Diœceſes erant, nec difuſa fides, Petrus ipſe, & eius Succeſſores, quos ad fidem inducendam miſerunt Doctores, eoſdem, & Sacerdotes, & Epiſcopos Eccleſijs præpoſuerunt. Sic enim Petrus Siculis dedit Pancratium, Marcianum, Berillum, & Philippum, Capuanis

nis Priſcum, Neapolitanis Aſyrenatem, Tarracinenſibus Epaphroditum, Equicolis Martium, Nepetibus Ptolomæum, & Feſulanis Romulum, Lucenſibus Paulinum, Rauennatibus Apolinarem, Veronenſibus Fuproprium, Patauiuinis Proſdominum, Ticinenſibus Syrum, Aquilegienſibus Hermagoram, Mediolanenſibus Barnabam, Lemouicenſibus, Tholoſanis, & Bundegalenſibus Martialem, Tungrenſibus, Colonienſibus & Treuirenſibus Maternum, necnon, & Valerium, Remenſibus Sixtum, Arelatenſibus Trophimum, Senonenſibus Sabinianum, Cenomanenſibus Iulianum, Viennenſibus, & Moguntinis Creſcentem, Catalunis Nemmium, Bituricenſibus Vrſinum, Auernenſibus Auſtrinomium, Sanctonenſibus Eutropium, Germanis Eucharium, Egiſtum, & Marcianum, Hiſpanis Torquatum, Cteſiphontem, Secundum, Indaletium, Cæcilium, Heſychium, Euphratium, Anglis Ioſephum ab Arimathęa, Hieroſolymitanis ex ſententia Apoſtolici Senatus Iacobum, & Africanis Numidis nonnullos, vt memorat magnus Gregorius, à quibus, & Tertullianus ſibi auctoritatem preſto eſſe Roma deriuatam, & S. Cyprianus ideò matrem omnium Eccleſiarum eſſe Eccleſiam Romanam aſſeuerabat. Sed poſteà difuſa in Orbem fide, erectis Eccleſijs, & diſtinctis Diœceſibus, placuit Sedi Apoſtolicæ electionem Præſulum propriis committere Eccleſijs, vnde factum eſt, vt etiam plebe præſente ſub omnium oculis eligerentur à Clero, qui digni, atq; idonei publico iudicio, ac teſtimonio comprobarentur. Propterea S. Leo Papa reſpondens quæſtionibus Ruſtici Epiſc. Narbon. in prima reſponſione dixit: *Nulla ratio ſinit, vt inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à Prouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio conſecrati*. Cuius decreti mentionem fecit etiam Nicolaus II. in Concil. Lateran. Sed & anteà id ſtatuerant Anacletus ad Epiſcopos Italię epiſt. 2. c. 2. & Stephanus I. ad Rauennatem Archiep. & Cæleſtinus I. ad Epiſc. Galliæ epiſt. 2. c. 5. & iterum S. Leo epiſt. 89. ad Epiſc Viennen. Prouinciæ. Verum ob tumultus, & ſeditiones, & ſcandala, quæ oriebantur, & ob violentias, quas laici, & præcipuè Principes, ſibi ſacrum ius eligendi vſurpantes, inferebant liberæ ſacrorum Antiſtitum electioni, abrogata omni facultate, quæ laicis conceſſa fuerat intereſſendi Prælatorum electionibus per Martinum I in Concil. Rom per 7. Synodum, quæ eſt 2. Nicæn. & Synodum 8. Conſtant. tempore Hadriani II. celebratam, per Cæleſtinum III. per Innocentium III. in Concil. Lateran. & per Gregor. IX. in epiſt. ad cap. Meſſanen. electio ad ſolos Clericos, & Capitulorum Collegia, & Religioſorum monaſteria fuit reducta per Innocentium III. in Concil. Lateranen. & per alios Pontifices, vt videre eſt per totum titulum de electione. Quamuis verò ob contentiones maximas, quæ in electionibus iſtis oriebantur Sedes Apoſtolica Patriarchales, Primatiales, Archiepiſcopales, & Epiſco-

copales Eccleſias, ac virorum monaſteria à ſe conferenda ſibi reſeruauerit;in multis nihilominus Eccleſijs adhuc cum remanſerit vſus canonicè Epiſcopos, alioſque Prælatos eligendi, & præcipuè in Religionibus, quæ ſuos Generales, immò & vt plurimum Prouinciales, & in multis Prȩlatos locales ſibi eligunt, nonniſi ex benignitate Sedis Apoſtolicæ ipſis eſt hæc reſeruata facultas, cuius ſolius eſt quoſcunque voluerit in partem ſuę ſollicitudinis aduocare. *Plenitudo ſiquidem poteſtatis,*(vt epiſ. 131. dixit S.Bernard.) *ſuper vniuerſas orbis Eccleſias ſingulari prærogatiua Apoſtolicæ Sedi donata eſt &c. Vnde poteſt, ſi vtile iudicauerit, nouos ordinare Epiſcopatus, vbi hactenus non fuerunt. Poteſt eos, qui ſunt, alios deprimere, alios ſublimare, prout ratio ſibi dictauerit, itaut de Epiſcopis creare Archiepiſcopos, & è conuerſo, ſi neceſſe viſum fuerit.* Eadem ratione valens facultatem eligendi, quam Collegijs, & Capitulis contulit, reuocare. Vnde ergo exeunt flumina reuertantur, vt iterum fluant, Beatiſs. Pater, riuuli ſuum fontem reuereantur, virentia generationum patrem ſolem recognoſcant, & eligentes hanc Beatiſſimam Sedem, à qua ius publicum eligendi receperunt, tanquam omnium Eccleſiarum matrem, & Sacerdotij totius fontem humiliter adorent. Et hinc Tuis pedibus humilimè prouolutus obſecro Te, Beatiſsime ALEXANDER, vt ſanctitas Tua humilitatis, & tenuitatis meæ parcat auſui, ſi tractatum de electione Canonica, quem conſcripſi, nomini Tuo conſecrandum putaui. Non enim arrogantiæ hoc, ſed fidei eſt, quod in totius huius mei tractatus frontiſpicio, & exordio, Sedis Apoſtolicæ, in qua, meritis tuis id expoſcentibus, ſedes, beneficium eximium, & ſummè æſtimandum, vt Capitula, & Collegia ſibi ſuos poſſint eligere Prælatos, & Paſtores confiteri, & revereri volui. Nam & beneficia immenſa, quę in dies Religioni meæ Ordinis Prædicatorum, & mihi dignaris pro ſumma conferre beneuolentia, mihi ſpem certam dederunt, quod & hanc recepturus ſim gratiam, vt munuſculum hoc meæ paupertatis fructum de manibus obſequentiſſimi filij hilari oculo reſpicere, & corde clementi recipere dignaberis. Etenim & coliculi mei ſub vmbra Tuorum Montium, Beatiſs. Pater, ſecuritatem, & ſpicæ meæ à benignis influxibus ſyderis tui plenitudinem vbertatis ſperant, dum ego tanquam paſſerculus ſuper Montes tranſmigro Tuæ benignitatis ampliſſimæ. Et æternum vale, Beatiſs. Pater.

Approbatio Theologorum Ordinis Prædicatorum.

EX mandato Reuerendiſſimi Patris Noſtri Fr. Ioannis Baptiſtæ de Marinis Ordinis Prædicatorum Magiſtri Generalis, eruditum hoc De Canonica electione *Volumen à P. Magiſtro Fr. Petro Maria Paſſerino de Sextula eiuſdem Ordinis Noſtri Procuratore Generali digniſſimo perdoctè elaboratum accuratè euolui, attentè perlegi. Opus ſanè felici ac vaſto ſui Auctoris ingenio apprimè dignum, in quo ſcholaſticæ Theologiæ concinna methodus ac robuſta ſubtilitas copioſam ſacrorum Canonum de hoc perdifficili Argumento congeriem ita compaginat, ſuffulcit, digerit, illuſtrat, vt in hoc genere ſolidius quidquam ac ſuis numeris magis abſolutum videatur non poſſe deſiderari. Placet tractandi ordo, ſententiarum veritas, reſolutionum perſpicuitas, tamque ſacer ac germanus Canonici Iuris cum ſecuriori Theologia complexus, vt nil dubitem, inſignem hanc Lucubrationem: (in qua nihil expunctione aut litura dignum reperi) ſtudioſo Lectori inſigniter profuturam. Ita cenſeo. Romæ IV. Id Aprilis. MDCLXI.*

Fr. Leonardus Hanſen Mag. Prouincialis Angliæ Ordinis Prædicatorum.

OPVS De electione Canonica *elaboratum à P. Mag. Fr Petro Maria Paſſerino de Sextula Ordinis noſtri Procuratore Generali, ſumma animi atque intellectus voluptate ex commiſſione Reuerendiſſimi P. Magiſtri Fr. Ioannis Baptiſtæ de Marinis totius Ordinis Prædicatorum Generalis Magiſtri attentè perlegi, & nihil in eo offendi indignum tanto Auctore, non dignum aureis lapillis. In eo enim variam, & perdiuitem eruditionem ſpecto, profundam doctrinam agnoſco, & materiam ipſam* De Electione *omnibus numeris abſolutam proſpicio, adeo vt nil in poſterum deſiderandum veniat; Et ideo vt in lucem prodeat ab omnibus deſiderandum cenſeo. Romæ*

Ego Fr. Deodatus Gentilis Magiſter Ordinis Prædicatorum.

Fr. Ioannes Baptiſta de Marinis S. Theolog. Profeſſor, Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis & ſeruus.

CVm ELECTIONIS CANONICÆ vaſta ac fœcunda materies vndique inſtar ſpatioſi nemoris denſa infinitarum propè quæſtionum feracitate dumeſcat, & harum, quò plures deciduntur, plures quotidie ſubpullulent, meritò nobis probatur eruditi cuiuſque calami opportuna induſtria, quæ explicandis tot ramoſis dictæ Materiæ perplexitatibus ac vepretis ſuam dedicat operam, ſuccum, & herculeos ſudores. Id verò cum A. R. P. Mag. Fr. Petrus Maria Paſſerinus noſtri Ordinis Procurator Generalis aggrediatur hoc Opere, quod inter multiplices, arduas, ac perpetes Officij ſui curas ordine, ſtylo, filoque Scholaſtico ingenioſè elucubrabrauit, communique, tam fori, quàm Scholæ vtilitati conſecrare ſatagit, libenter ei harum ſerie & authoritate officij noſtri facultatem concedimus, qua illud à Theologis noſtris de more cenſum probatumque prælo educat, publicique iuris faciat, ſeruatis de iure ſeruandis. Atque in fidem his ſigillo noſtro munitis propria manu ſubſcripſimus. Romæ 10. Calendas Aprilis. M.DC.LXI.

Fr. Io. Baptiſta de Marinis.

Regiſtrata pag. 321.

Fr. Bernardinus Mazziola de Venetijs Mag. & Socius.

VT Reuerendiſſimi P. Fr. Raymundi Capiſucchi Sacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, ſicut par erat, iuſſis obtemperarem, euolui, & accuratiùs, quantum potui, perlegi A. R. P. Fr. Petri Mariæ Paſſerini Sac. Ord. Prædicat. Procuratoris Generalis & Magiſtri Sac. Theologiæ aureum opus inſcriptum De Electione Canonica: *in quo ne quid inueni, quod orthodoxæ fidei dogmatibus, & morum inſtitutionibus aduerſetur: verum comperi, Auctorem tanta eruditione & doctrina conceptas ſibi materias enucleaſſe; vt circa eas nihil omnino deſiderari poſſe videatur. Siue enim diuinæ Scripturæ oracula, Sacrorum Conciliorum ac Congregationum declarationes, & decreta expendantur, ſiue iuris vtriuſque textus, Sanctorumque Patrum, ac Theologorum placita, quæ paſſim & opportunè in toto Opere adducuntur, quis examinet, cuncta breui & clara methodo congeſta, diſcuſſa, enodata reperiet. Quare vt Theologis, Canoniſtis, & Confeſſarijs, præcipuè cunctis Regularibus, quibus electiones tractandæ tam frequenter incumbunt, prodeſſe poſſit, prælo committendum, ſi eidem Reuerendiſs. videbitur, iure cenſeo. Romæ ex Cœnobio S. Mariæ de Populo die 16. Aprilis 1661.*

Fr. Hieronymus Nicolius Romanus Ord. Eremit. S. Auguſt. de Congr. nuncupata Lombardiæ Sac. Theol. Lector, I. V. D. & eiuſdem Congr. in Romana Curia Procurator Generalis.

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. Patri Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici.

O. Archiepiſc. Patracen. Viceſg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capiſuccus Sacri Palatij Apoſtolici Magiſt. Ord. Prædic.

INDEX CAPITVLORVM ET QVAESTIONVM IN EIS CONTENTARVM.

CAPVT PRIMVM.

De electionis quidditate, & ſpeciebus.

QVAESTIO I.

Vot modis Prælati creari poſſunt. pag. 2.
II. Quid ſit electio Canonica. 4.
III. An poſtulatio, & nominatio ſint ſpecies electionis. 7.
IV. Quot ſint ſpecies electionis propriæ ſumptæ. 10.
V. An in Ordine Prædicatorum poſſit habere locum electio per compromiſſum, & per communem inſpirationem. 12.

CAPVT II.

De coarctatione electionis ex parte eligibilium.

QVAESTIO I.

AN electio ex parte eligibiliũ coarctari poſſit ad perſonas determinatas per ſtatutum Superioris. 13.
II. Qualiter in Ordine Prædicatorum electio non poſſit coarctari ad certam, ſeu certas perſonas. 18.
III. An electio coarctari poſſit, vel lege, vel conſuetudine ad certum genus perſonarum. 20.
IV. An coarctatio electionis ex eo, quod Superiores excludant certam, ſeu certas perſonas ab electione paſſiua, vitiet electionem. 25.

CAPVT III.

De coarctatione, ſeu extenſione præiudiciali ex parte eligentium.

QVAESTIO I.

AN liceat Superioribus, vel cuicumque legitimum vocalem, ſeu vocales excludere. 31.
II. An Superior poſſit augere numerum eligentium admittendo extraneos. 35.
III. An Superiores poſſint augere, vel minuere numerum vocalium, ex quibus Collegium integratur. 41.
IV. Quando, & in quibus caſibus poſſit augeri,

geri, vel minui numerus electorum in Ordine Prædicatorum inſtante electione. 49.
V. Qualiter mutationes vocalium factæ inſtante electione in Ordine Prædicatorum, irritent electionem. 54.

CAPVT IV.

De electione coacta per vim, & metum.

QVAESTIO I.

Qualiter vis, & metus vitient electionem. 56.
II. An metus reuerentialis vitiet electionem. 62.
III. Quæ pœna ſit impoſita perſequentibus electores, eo quod ad votum non elegerint. 63.

CAPVT V.

De electione coacta per inductiones, tractatus, & ſubornationes Vocalium.

QVAESTIO I.

An quæ à Iure ſunt ſtatuta contra ambitionem procurantium electiones per ſubornationes, & fauores, pro vna determinata Religione obligēt in ſpecie earum ſingulas. 64.
II. An ex rationis ſimilitudine, aut identitate lex extendatur de vno caſu ad alium. 67.
III. Quid pro ſubornationibus tollendis ab omnibus Religionibus decreuerit Clemens Octauus. 72.
IV. An prædicto decreto non obſtante liciti ſint tractatus conſultorij, & procurationes vocum ex motiuo virtutis. 75.
V. An tractatus conſultorius ſit de ſubſtantia electionis præmittēdus electioni 78.
VI. An procurare ſuffragium pro ſe ipſo, ſemper ſit malum, & prohibitum. 81.
VII. An pro alio procurare per preces ſuffragium in electione ſit ſubornatio mala 83.

CAPVT VI.

De electione per extraneorum fauores procurata.

QVAESTIO I.

Qualiter Prælati Regulares ad inſtantiam extraneorum non poſſint ſubditis conferre gratias, & dignitates. 77.
II. Qualiter Religioſis ſubditis non liceat procurare ſibi per fauores extraneorum dignitates, & officia. 93.

CAPVT VII.

De electione ſimoniaca.

QVAESTIO I.

Quid ſit electio ſimoniaca. 99.
II. Per quid res temporalis conſtituatur in ratione pretij ad effectū inducendi ſimoniā. 102.
III. Per quam voluntatem conſtituatur eſſentialiter formaliter ſimonia 105.
IV. Quibus modis ſimonia, quæ extrinſecus non eſt expreſſè conſumata, poſſit cognoſci, & præſumi 111.
V. An ſimoniacum pretium ſufficienter diuidatur in munus à manu, ab obſequio, & à lingua 115.
VI. Quid ſit munus à manu; & quæ comprehendantur ſub eo 120.
VII. Quid ſit munus ab obſequio, & quæ ſub eo comprehendantur 123.
VIII. Quid ſit, & quæ comprehendantur ſub munere à lingua 128.
IX. An ſimonia diſtinguatur ſufficienter in mentalem, conuentionalem, & realem 131
X. An ficta ſimonia, ſit verè ſimonia 133.
XI. An mentalis ſimonia ſit, ex gratitudine, vel antidorali debito velle dare ſpirituale pro temporali, ſeu illud in pactum deducere 134.
XII. An redimere in ſpiritualibus iniuſtam vexationem ſit ſimoniacum 137
XIII. Quas cenſuras, & pœnas incurrat ſimoniacus in beneficio 144.
XIV. Qualiter, & quo iure ſimoniaca electio, &c. ſit nulla 150
XV. An ſimoniacus in beneficio ſit ipſo iure priuatus dignitatibus, & beneficijs, aliàs ſine

ſine ſimonia acquiſitis 160
XVI. An ſimoniacus in beneficio, ſit ipſo facto inhabilis ad dignitates, officia, & beneficia 166.
XVII. An ſimoniacus in beneficio teneatur reſtituere pretium iure diuino 163.
XVIII. An in ſimonia in beneficio, pretium ſit ipſo facto, & ante ſententiam reſtituendum, & cui 166.

CAPVT VIII.

De electione facta per abuſum ſecularis poteſtatis.

QVAESTIO I.

De qua electione loquatur textus pag. 168.
II. Ad quid reddatur ineligibilis electus cōſentiens electioni factæ per abuſum ſecularis poteſtatis. 168.
III. Quid ſit eligere per abuſum ſecularis poteſtatis. 169.
IV. An pœna, quæ infertur electo conſentienti huiuſmodi electioni ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ. 170.
V. Quis poſſit diſpenſare in hac inhabilitate ad dignitates. 171.
VI. An decretum huius Canonis extendi poſſit ad eum, qui conſentit electioni de ſe factæ á ſeculari. 171.

CAPVT IX.

De electionis nullitate ex non ſeruata forma cap. Quia propter.

QVAESTIO I.

AN de iure Canonico, eó electio ſit cenſenda nulla ipſo iure, & facto, quò à lege poſitiua eſt prohibita. pag. 172.
II. An vbi electio eſt ipſo iure nulla, ſi ei non deſit aliquod de iure naturali neceſſarium ad validitatem eius, cenſenda ſit nulla etiam in foro conſcientiæ. 175.
III. An ommiſſio formæ præſcriptæ iure ad eligendum in aliquo minimo, vitiet electionem. 181.
IV. An iuſtum impedimentum excuſet á nullitate electionis, ſi ommittatur forma à iure poſitiuo inducta. 182.
V. Vndè colligi poteſt, quod forma inducta à lege, ſit ſubſtantialis, vel potiús accidentalis. 183
VI. An hæc forma in dicto cap. *Quia propter*, ſtatuta, ſit modo reuocata per decretum Conc. Trid. 183.
VII. An electio non ſeruata forma cap. *Quia propter*, ſit irrita ipſo iure 184
VIII. Ad quorum electiones ſe extendat forma cap. *Quia propter*. 184.
IX. Quam pœnam incurrant non obſeruantes in electionibus formam dicti cap. *Quia propter*. 186
X. An omnia, quæ diſponunt S. Can. circa electionem Canonicam ſint ſeruanda in omnium Prælatorum, etiam Regularium electione. 187.

CAPVT X.

De eligentium conditionibus:

QVAESTIO I.

AD quem directè, & per ſe primò pertineat electio Prelatorum Eccleſiæ 188.

Et indè de conditionibus eligentium.

CONDITIO PRIMA.

Libertatis vſus. 189.
II. Clericatus. 190.
III. Sit de Collegio. 191.
IV. Sit præſens. 193.
V. Ordo ſacer. 197.
VI. Non ſit excommunicatus. 199.
VII. Non ſuſpenſus. 203.
VIII. Non interdictus. 205.
IX. Non irregularis. 205.
X. Prohibitus eligere. 206.
XI. Non ſit voce priuatus. 209.
XII. Non ſit infamis. 211.

Digitized by Google

CAPVT XI.

De vocandis ad electionem.

QVAESTIO I.

A Quo legitimi Electores conuocandi ſunt. 212.
II. Qui ſint vocandi ad electionem. 214.
III. Qui ſint illi,qui debent intereſſe electioni pag. 214.
IV. An electores ſint cogendi ad electionem pag. 217.
V. Qui ſint illi,qui commode poſſunt intereſſe electioni. 218.
VI. Qualiter vocales ſint vocandi. 219.
VII. Ad quid, & propter quid ſit neceſſaria abſentium citatio. 221.
VIII. An ſint vocandi electores inhabiles. pag. 224.
IX. An ſit vocandus,qui renunciauit voci ſuæ pag. 225
X. An vocales vocati expectandi ſint vltrà terminum præfixum. 227.
XI. Quid facere poſſint electores, ſi abſentes vocati non veniant in tempore præfixo, vel præſentes recedant à Capitulo. pag. 228
XII. An electio facta non omnibus vocatis ſit ipſo iure nulla,vel non vocatus habeat ius agendi de contemptu. 232
XIII. Ad quem pertineat probare, an aliquis fuerit, vel vocatus, vel contemptus, pag. 236.

CAPVT XII.

De loco electionis.

QVAESTIO I.

A N electio fieri debeat in Eccleſia. 237.
II. Vbi nullus eſt conſuetus locus celebrandi electionem,vbi congregandi ſint electores. 237.
III. An electio celebrata in loco,vel non conſueto,vel non decenti teneat 239.
IV. An electio celebrata in loco interdicto teneat. 240.
V. An electio clandeſtina ſit ipſo iure nulla. pag. 240.

CAPVT XIII.

De tempore electionis.

QVAESTIO I.

A N viuente Prælato poſſit eligi Prælatus futurus. 244.
II. An ante ſepulturam Prælati defuncti poſſit haberi electio ſucceſſoris. 245.
III. A quò puncto incipiat tempus definitum à iure pro electione. 246.
IV. Ad quem terminum duret tempus præfixum electoribus ad eligendum. 247.
V. An tempus præfixum à iure poſſit reſtringi. 250.
VI. Quando ad Superiorem deuoluatur electio. 251.
VII. An electio poſſit haberi in die feſto. 252.
VIII. An poſſit fieri de nocte. 253.

CAPVT XIV.

De Capitulo electionis.

QVAESTIO I.

Q Vid ſit Capitulũ electionis. 255.
II. Quot ex electoribus ſint neceſſarij eſſe præſentes ad conſtituendum Capitulum. 256.
III. In quo conſiſtat poteſtas Capituli. 258.
IV. An Capitulum poſſit admittere extraneũ ad vocem. 259.
V. An Capitulum poſſit abſentium vota ſupplere. 259.
VI. An Collegium poſſit extraneum quaſi poſſidentem ius eligendi eijcere ab electione,ſeu non vocare. 259
VII. An eijci poſſit vocalis dubius,qui non ſit in quaſi poſſeſſione eligendi. 261.
VIII. Qui nam ſit Iudex pro legitimandis vocalibus. 264.
IX. Qui ſint Iudices pro legitimandis vocalibus in Ord. Prædicatorum. 267.
X. An examinare litteras teſtimoniales, & dubia emergẽtia decidere ſit proprium taliter iudicum vocũ, ſeu Conſilij Prouinciæ,vt eis competat priuatiuè à quocunque Superiore. 269.

CA-

CAPVT XV.

De quibuſdam præmittendis ad electionem.

QVAESTIO I.

AN ſint de ſubſtãtia electionis, Miſſa de Spiritu ſancto, & Communio. 271

CAPVT XVI.

De Scrutatoribus.

QVAESTIO I.

AQuibus verbis cap. *Quia propter*, incipiat forma præſcripta electioni. 272.
II. An Scrutatores aſſumi debeant. 272.
III. A quo Scrutatores aſſumi debeant. 273.
IV. Qualiter Scrutatores aſſumi debeant. 273
V. Ex quibus Scrutatores ſint aſſumendi. 274
VI. An poſſint aſſumi Scrutatores pauciores quàm tres. 275.
VII. An poſſint aſſumi plures quàm tres. 276
VIII. An quartus ſcrutator in Ordine Prædicatorum poſſit aſſumi, vel lege, vel conſuetudine præſcripta. 277.
IX. Quales debeant eſſe Scrutatores. 279.
X. An præter Scrutatores debeat etiam aſſumi notarius, & teſtes. 280.
XI. An Scrutatoribus ſit præſtanda fides. 281.

CAPVT XVII.

De ſecreto electionis, & forma eligendi ſtatuta per Conc. Trid.

QVAESTIO I.

QVorum electiones ſint comprehenſæ in decreto Conc. Trid. pag. 282.
II. An poſſint electiones Prælatorum modo fieri per ſcrutinium ſecretum, ſed auricularе, 283
III. An manifeſtatio votorum facta extra ſcrutinium ſit prohibita per Conc. Trid. pag. 285.
IV. An in electione, quæ fit per ſchedulas, ſit de forma quod illæ comburantur ante publicationem ſcrutinij. 293.
V. An ex vi decreti Conc. ſit prohibitum eligi, vbi ſunt tantùm tres electores, vel duo. 294.
VI. An ex vi eiuſdem decreti, ſit prohibitum eligere per Procuratorem. 294.

CAPVT XVIII.

De Scrutinio.

QVAESTIO I.

QVinam debeat eſſe locus, in quo Scrutatores exquirere debeant vota electorum. 295.
II. Quid ſignificet illa dictio ; *ſingillatim.* 295.
III. Quid nomine votorum intelligatur. 295.
IV. Qualiter internus conſenſus eligentium ſit explicandus. 296.
V. An electiones ad Prælaturas eccleſiaſticas poſſint fieri per fabas, &c. 298.
VI. Qua forma Electores vota ſua debeant explicare. 298.
VII. Quid agendum ſit de votis inutiliter datis. 300.
VIII. An vota mutari poſſint. 302.
IX. Quid ſibi velit illud verbum, *Vota cunctorum.* 304.
X. A quo, & qualiter vota Scrutatorum exquiri debeant. 305.
XI. Quid importet illud, *Diligenter exquirant.* 306.
XI. Quid importet illud, *In ſcriptis redacta.* pag. 309.
XIII. An vbi electores ſint in minori numero, quám quatuor ſeruanda ſit forma ſcrutinij cap. *Quia propter.* 309.

CAPVT XIX.

De publicatione Scrutinij, & electionis complemento.

QVAESTIO I.

QVid importet vox illa, *Mox.* pag. 311.

II. Quid importet illud; *Publicentur in communi.* 312.
III. An non obſtantibus verbis textus, poſſit appellari à publicatione ſcrutinij. pag. 312.
IV. Quæ collatio ſit habenda. 313
V. Quid importent verba illa, *Vt collatione habita*, &c. 316.
VI. Quomodò, & quando electio facta eſt publicanda. 320.
VII. An ordo actuum expreſſus in dicto capite, *Quia propter*, ſit de ſubſtantia. 320.

CAPVT XX.

De conſenſu electi.

QVAESTIO I.

AN poſſit requiri conſenſus eligendi, & ipſe illum præſtare ante electionem. 321.
II. Qualiter electores poſt electionem requirere debeant conſenſum electi. 322
III. Qualiter ſe habere debeat requiſitus, vt conſentiat electioni. 323
VI. An electus ſine licentia Superioris poſſit ante confirmationem renunciare electioni in manibus eligentium. 323.
V. An vniuerſaliter etiam Religioſi poſſint renunciare electioni de ſe factæ ſine Superioris licentia. 324.
VI. Quantum temporis habeat electus, vt conſentiat electioni. 325.

CAPVT XXI.

De decreto, ſeu inſtrumento electionis.

QVAESTIO I.

AN hoc decretum, ſeu ſcrutinium ſit de ſubſtantia electionis. 325.
II. An decretum hoc debeat eſſe ſubſcriptum à ſingulis electoribus. 326.
III. An debeat ſubſcribi per Notarium publicum coram teſtibus. 326
V. Quæ de decreto ſtatuta ſint in Ordine Prædicatorum. 327.

CAPVT XXII.

De electione per compromiſſum.

QVAESTIO I.

AN huiuſmodi electio fieri poſſit. pag. 329.
II. Quotuplex ſit compromiſſum. 329
III. An forma compromiſſi limitati ſit noua forma diſtincta à formis contentis in capite, *Quia propter*. 330.
IV. An compromiſſum valeat, aliquo ex electoribus contradicente 332
V. Quę ſint ſubſtantialia electionis per compromiſſum. 332.
VI. An electores poſſint reuocare commiſſionem datam compromiſſarijs. 332.
VII. An compromiſſum ſit validum, ſi compromiſſarij eligantur à Superiore, vel ab vno de Capitulo, cæteris non repugnantibus. 333.
VIII. An ſolus compromiſſarius electus vnicè, poſſit ſeipſum eligere. 334.
IX. An vbi plures compromiſſarij ſunt electi poſſit vnus ex eis ab alijs eligi. 334.
X. An compromiſſarij debeant eligere idoneum, aliàs non teneantur electores ipſum admittere. 335.
XI. An ſi plures ſint compromiſſarij, & minor pars eorum, ſiue vnus tantùm eligat dignum, cæterique indignum valeat electio vnius; vel electio redeat ad electores. 335.
XII. De quo loco, eligere debeant compromiſſarij. 336.
XIII. An ſi confirmator ſit electus compromiſſarius, debeat per diſtinctos actus eligere, & confirmare. 336.
XIV. An regulares poſſint compromittere in Superiorem. 336

CAPVT XXIII.

De electione per communem inſpirationem.

QVAESTIO I.

QVæ ſint ſubſtantialia huius electionis. 337.
II. An poſſit fieri electio per communem

munem inſpirationem, ſi vnus elector ſit abſens, & contemptus. 337.
III. An electio per communem inſpirationem indigeat confirmatione. 337.
IV. An per inſpirationem poſſit eligi vocalis præſens electioni. 337.

CAPVT XXIV.

De poſtulatione.

QVAESTIO I.

Quotuplex ſit poſtulatio. 338.
II. An poſſit dari poſtulatio ſine electione. 339.
III. Quiſnam ſit effectus poſtulationis. 339.
IV. Quis poſſit poſtulare. 340.
V. An in poſtulatione ſeruanda ſit forma capitis, *Quia propter*. 340.
VI. An ad valorem poſtulationis ſufficiat poſtulatum eſſe à maiori parte. 340.
VII. An ſit neceſſaria communis poſtulatio, ſeu decretum per verbum ſingulare, ego poſtulo. 340.
VIII. An poſtulatus debeat conſentire, notificata ei poſtulatione. 341.
IX. An poſtulantes poſſint à poſtulatione reſilire. 342.
X. An poſtulatio ſit publicanda. 343.
XI. Quale debeat eſſe decretum poſtulationis. 343.
XII. Qui ſint poſtulandi. 345.
XIII. Ad quem fieri debeat poſtulatio. 346
XIV. An ſit neceſſariò admittenda à Superiore. 347.
XV. An poſtulatio ſit præferenda electioni. pag. 348
XVI. De poſtulatione competente ex priuilegio Ordini Prædicatorum. 350.

CAPVT XXV.

De qualitatibus eligendorum.

QVAESTIO I.

Quid de eo, qui non habet vſum rationis expeditum. 352.
II. Qui ſint ineligibiles ex defectu vſus rationis. 353.
III. An ignorantes ſint ineligibiles ad Prælaturas. 357.
IV. Quis poſſit diſpenſare in defectu ſcientiæ. pag. 363.
V. Quo iure infideles ſint ineligibiles. 364
VI. An hæc inhabilitas ſe extendat ad conuerſos ad fidem, & eius deſcendentes. pag. 365.
VII. An ſaltem Neophytus de recenti ſit ineligibilis. 365.
VIII. Quo iure hæretici ſint ineligibiles. pag. 367.
IX. Ad quos ſe extendat ineligibilitas proueniens ex hæreſi. 369.
X. Quid veniat nomine beneficiorum, & officiorum publicorum. 373.
XI. An ex vi decreti filij hæreticorum, & fautorum ſint infames, & ineligibiles. 374.
XII. An filij hæreticorum ſint irregulares. pag. 375.
XIII. An regulares in ſancto Officio pœnitentiati ſint ineligibiles. 375
XIV. An ſciſmatici ſint ineligibiles. 376
XV. Qui ſint filij legitimi. 378.
XVI. An Religioſi illegitimi ſint irregulares. pag. 385
XVII. Ad quæ officia non poſſint promoueri illegitimi abſque diſpenſatione. 386.
XVIII. Quid dicendum de illegitimis dubijs. pag. 390.
XIX. Qualiter Epiſcopus poſſit diſpenſare ſuper defectu natalium. 395.
XX. An Prælati Regulares diſpenſare poſſit in defectu natalium, & qualiter. 400.
XXI. Qualiter ſecundùm ius antiquum filij Præsbyterorum eſſent inhabiles ad beneficia. 404.
XXII. Qualiter ſecundùm Conc. Trid. quicumque filius ſit inhabilis ad beneficia in Eccleſia, in qua pater beneficium obtinuit. 407.
XXIII. Quis poſſit diſpenſare cum filijs clericorum ad beneficia. 410.
XXIV. Quas conditiones habere debeat diſpenſatio ſuper defectu natalium. 417.
XXV. In quo diſtinguantur diſpenſatio, & legitimatio illegitimi. 421.
XXVI. An electio illegitimi ad Prælaturas, &c. ſit ipſo iure nulla. 421.
XXVII. Quæ ſanitas, & habilitas ſit neceſſaria ad eligibilitatem. 423.
XXVIII. An beneficiatus debeat eſſe inſignitus aliquo ordine. 426.
XXIX. An abſolute ad Superioritatem Regularium requiratur aliquis ordo. 427.

XXX. An in Superiore Regulari ſit neceſſaria Regularis profeſſio. 428.
XXXI. An immediatè poſt profeſſionem poſſit quis eligi ad Prælaturas. 429.
XXXII. An in eligendo ad Prælaturas eccleſiaſticas requiratur ſacerdotium. 431.
XXXIII. A quâ ætate poſſit aliquis eligi ad beneficia, & ad Prælaturas 442.
XXXIV. Quid dicendum de Prælatis Regularibus habentibus auctoritatem quaſi Epiſcopalem. 445.
XXXV. A quò termino enumerari debeat ætas in eligendo. 446.
XXXVI. An electio non habentis ætatem requiſitam à iure,ſit ipſo iure nulla. 446.
XXXVII. An ſenes ſint ineligibiles. 446.
XXXVIII. Quæ excommunicatio ad electionem inhabilitet. 448.
XXXIX. An excommunicatus minori excommunicatione poſſit eligi. 452.
XL. An omnis ſuſpenſio reddat quem ineligibilem. 454.
XLI. Qualiter interdictum priuet iure paſſiuæ electionis. 457.
XLII. Quo iure irregularis ſit ineligibilis 459.
XLIII. An electio irregularis ſit ipſo iure nulla 460.
XLIV. An irregularis poſſit eligi in electorem Superiorum, ſeu in Diffinitorem Capitulorum. 462.
XLV. Quid ſit eſſentialiter infamia facti 463
XLVI. Ex quo iure, & quos effectus habeat infamia facti. 465.
XLVII. Quis poſſit diſpenſare, ſeu tollere infamiam facti 466.
XLVIII. Quid ſit infamia iuris, & per quid diſtinguatur ab alia. 466.
XLIX. An infamia iuris latæ ſententiæ obliget in conſcientia infamem talem ad abſtinendum ab actibus ei prohibitis. 469.
L. An priuatus voce paſſiua ipſo iure, ante ſententiam poſſit excludi ab electione paſſiua. 479.
LI. An priuatus taliter ante ſententiam teneatur in conſcientia non conſentire electioni, vel conſentiendo abſtinere ab exercitio eius. 481.
LII. An reiectus ab electione ex defectu perſonæ, ex hoc ſit infamis. 487.
LIII. An decretum cap. *Super eo, de elect.* intelligendum ſit vniuerſaliter. 489
LIV. Ad quem pertineat probare reiectionem à priori electione, non ſubſiſtere ad impediendum à ſecunda. 489
LV. An ſi electio ſit caſſata ſimpliciter, nec conſtet, an ratione formæ, vel perſonæ, electus in ea remaneat infamis. 490.
LVI. An electio caſſata vitio electionis aliquando noceat electo. 490.
LVII. An eligere de gremio, vel eccleſiæ, vel nationis, &c. ſit de neceſſitate, vel de honeſtate. 491.
LVIII. An Superior cui competit ius conferendi, poſſit conferre beneficium extraneo. 493.

CAPVT XXVI.

De facultate Prælatorum abſoluendi ſuos à cenſuris.

QVAESTIO I.

Quis abſoluere poſſit a cenſura iuris non reſeruata. 495.
II. Quid de excommunicatione lata ab homine. 496
III. Quid de cenſuris reſeruatis iure religionum. 497.
IV. An Prælati Regulares iure ordinario poſſint abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis ſicuti Epiſcopi ſuos Diœceſanos. 498
V. Quæ priuilegia habeant Prælati Regulares abſoluendi ſuos à cenſuris, & caſibus Papæ reſeruatis. 506.
VI. An Prælati Regulares poſſint abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ Domini. 509.
VII. An Prælati Regulares abſoluere poſſint ab omni cenſura extrà Bullã Cœnæ. 513
VIII. An prælati Regulares poſſint abſoluere à cenſuris latis ab homine per ſententiam particularem. 519.
IX. Quàm vim habeat abſolutio data in foro conſcientiæ tantùm. 522
X. An Prælati Regulares poſſint abſoluere à cenſuris à iure, deductis iam ad forum contentioſum. 525.
XI. Abſolutiones generales datæ à Prælatis, cuius virtutis ſint. 527.
XII. Qui Prælati in Religionibus poſſint abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis. 528.
XIII. An Superiores Regulares poſſint delegare facultatẽ abſoluendi à cẽſuris. 530
XIV. An Prælati Regulares ſupremi poſſint impedire inferiores,ne abſoluant. 531
XV. An facultas abſoluendi Regulares aliquando conuenire poſſit Epiſcopo. 533.
XVI. Qui poſſint abſolui à Prælatis Regularibus à caſibus reſeruatis. 539.

CAPVT XXVII.

De diſpenſatione ab irregularitate.

QVAESTIO I.

QVantum ex Conc. Trid. poſſint Epiſcopi, & Prælati Regulares diſpenſare in irregularitate. pag. 542.
II. Qualiter Prælati Regulares ex vi antiquorum priuilegiorum poſſint diſpenſare cum ſuis ſubditis. 548.
III. An Prælati Regulares poſſint diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio voluntario. 550.
IV. An Prælati regulares diſpenſare poſſint ſuper bigamia. 555.
V. An Prælati Regulares diſpenſare poſſint in omni irregularitate præter homicidium voluntarium, bigamiam, & mutilationem. 559.
VI. Quis diſpenſare, & diſpenſati poſſit ab irregularitatibus à Prælatis regularibus. pag. 561

CAPVT XXVIII.

De facultate liberandi à pænis infamiæ, & priuationis vtriuſque vocis.

QVAESTIO I.

AN Prælati Regulares poſſint ſuos liberare ab infantia. 562.
II. An Prælati Regulares poſſint liberare à pænis priuationis vtriuſque vocis. pag. 563.

CAPVT XXIX.

De obligatione eligendi dignum.

QVAESTIO I.

QVis dicendus ſit dignus, aut indignus. 569.
II. An peccator, vt peccator ſit ſimpliciter indignus. 571.
III. An qui petit, & quærit beneficium curatum ex hoc ſit indignus. 573.
IV. Quale peccatum ſit eligere indignum ad officia, & beneficia eccleſiaſtica. 574.
V. An eligere indignum ſit malum intrinſecè taliter, quod nullus detur caſus, in quo id liceat. 577.
VI. An elector non tantùm teneatur non eligere indignum, ſed & impedire alios, ne illum eligant, etiam cum eius temporali damno 581.
VII. De diligentia adhibenda ab electoribus ſuper meritis eligendi, ne culpabiliter indignum eligant. 583.
VIII. An electio indigni ſit ipſo iure nulla. pag. 585.
IX. An eligentes indignum ſint voce priuati, & quomodò. 588.
X. An, & quomodò eligentes indignum ſint ab officijs ſuſpenſi. 591.
XI. Ad quas perſonas, & electiones extendantur leges prohibentes electionem indigni. 592

CAPVT XXX.

De neceſſitate eligendi digniorem.

QVAESTIO I.

QVis ſit cenſendus dignior in ordine ad curam animarum. pag. 595.
II. An eligere digniorem ſit de iure naturæ. pag. 600.
III. An obligatio ad eligendum digniorem ſit ex aliqua iuſtitia. 603.
IV. An ad Epiſcopatum ſit neceſsè eligere meliorem. 607.
V. An in Religionibus neceſsè ſit eligere meliores, & digniores. 609.
VI. An promotio minus digni ad Parochiam, ſit peccaminoſa, & ipſo iure nulla. 613.
VII. Ad quem ſpectet iudicare digniorem. pag. 616.
VIII. An Patronus teneatur eligere meliorem ad officium Curatum. 622.
IX. An renuncians, vel permutans peccet, ſi non fiat mutatio in meliorem. 625.
X. An dari poſſit caſus, in quo liceat eligere minus dignum digniore relicto. 627.
XI. An eligere minus dignum relicto meliori ſemper ſit peccatum mortale? pag. 632.
XII. An neceſsè ſit eligere digniorem ad beneficia ſimplicia. 633.

XIII. Quan.

Digitized by Google

XIII. Quantam diligentiam debeat adhibere elector, vel collator, ne eligatur minus dignus omiſſo digniore. 636.
XIV. An elector teneatur impedire, ne ab alijs eligatur minus dignus. 637.
XV. An ob metum cadentem in virum conſtantem excuſetur elector, ſi eligit minus dignum, relicto digniori. 637.
XVI. An minus dignus peccet acceptando Prælaturam, vel beneficium. 637.
XVII. An elector, vel collator teneatur ad reſtitutionem, ſi eligat indignum omiſſo digno, vel minus dignum omiſſo digniori? 639.
XVIII. An ad reſtitutionem teneatur indignus, vel minus dignus, ſi omiſſo digno, vel digniori eligatur? 644.
XIX. Qualiter reſtituere teneatur, qui aliquem impedit à conſecutione beneficij. pag. 646.

CAPVT XXXI.

De Iuris eligendi deuolutione.

QVAESTIO I.

AN in omni caſu, in quo electores ſunt priuati voce facultas eligendi deuoluatur. 650.
II. In caſu reſidentiæ quàm vim habeat electio eorum, vel eius, in quo reſidet facultas eligendi. 651.
III. Ex qua cauſa locum habeat deuolutio. pag. 653.
IV. Ad quem electionis facultas deuoluatur cùm electores ea priuantur. 659.
V. An in omnibus beneficijs locum habeat deuolutio. 662.

CAPVT XXXII.

De appoſitionibus, & proteſtationibus, atque appellationibus contra electionem, aut electum interpoſitis.

QVAESTIO I.

CONtra quam electionem poſſit fieri proteſtatio. 664
II. Quis poſſit opponere electioni, & ab ea appellare. 669.
III. Quando liceat ſe opponere electioni, & ab ea appellare. 671.
IV. Quomodò quis proteſtari poſſit, & ſe opponere electioni. 675
V. Qua pœna puniendi ſint appellantes, & proteſtantes, ſi deficiant in probatione eorum, quæ objiciunt contra electionem. 679.

CAPVT XXXIII.

De confirmatione electionis.

QVAESTIO I.

AN ſit neceſſaria ex parte electi ad hoc, vt adminiſtret ea, quæ ſunt beneficij, vel Prælaturæ 684.
II. An electi ſine nota ambitionis poſſint petere confirmationem. 695.
III. Vtrum electio valida, tàm ex parte electionis, quàm ex parte electi neceſſariò ſit confirmanda. 697.
IV. A quo electio debeat confirmari. 701.
V. An ſit certa forma confirmandi electionem. 702.
VI. Quid facere debeat confirmator antequam confirmet, vel caſſet electionem. pag. 703.
VII. An Prælati regulares teneantur ad inquiſitionem faciendam de electionibus iuxtà ſancita in iure communi, & præcipuè de elect. in 6. cap. fin. 710.
VIII. An Superior poſſit indignum confirmare. 711.
IX. An confirmator poſſit confirmare electionem eius, qui eſt infamis infamia facti, quia nimirùm inquiſitus, aut accuſatus de graui crimine, & de eo apud graues viros diffamatus. 712.
X. An Superior poſſit confirmare electionem factam in magna diſcordia. 713.
XI. An hoc, quod dictum eſt ſuprà quæſt. 6. dub. 3. ſcilicèt, ſufficere, vt confirmator extraiudicialiter ſe informet de valore electionis, ſit verùm etiam, vbi confirmator vult caſſare electionem. pag. 717.
XII. An confirmator poſſit confirmare electionem digni prætermiſſo digniori. pag. 726.
XIII. An electio deficiens validè confirmetur. pag. 726.
XIV. An confirmatio nullà irritet electionem ipſam. 727.

XV. An

XV. An ſententia confirmationis electionis cenſenda ſit diffinitiua, vel interlocutoria. 727.
XVI. An Superior extrà territorium ſuum exiſtens poſſit electionem confirmare. pag. 727.

CAPVT XXXIV.

De appellatione à confirmatione.

QVAESTIO I.

AN à decreto confirmationis extraiudicialiter dato poſſit dari appellatio. 729.
II. Quis poſsit appellare à confirmatore. pag. 733.
III. An ab electione poſſit appellari immediatè ad Prælatum Superiorem, & mediatum, & ità vt ſi ità fiat, Superior immediatus non poſſit electionem confirmare, aut caſſare: 743.
IV. An religioſus, qui ab electione ſua caſſata appellauit, debeat habere expenſas à monaſterio. 745.

CAPVT XXXV.

De electione Generalis.

QVAESTIO I.

QVi ſint electores Generalis, & quas conditiones habere debeant. 746.
II. Quæ ſint conditiones eligendorum in Generales. 749.
III. Quodnam tempus ſit electionis Generalis. 751.
IV. Quiſnam locus ſit electionis Generalis: pag. 752
V. A quo congregandum Capitulum Generale pro eligendo Generali. 752.
VI. Quæ ſit forma eligendi Generalem. pag. 753

CAPVT XXXVI.

De electione Prouincialis.

QVAESTIO I.

QVi ſint electores in electione Prouincialis. 755.
II. Quæ ſint conditiones eligendorum in Prouinciales. 758.
III. Quodnam ſit tempus electionis Prouincialis. 759.
IV. Quæ forma ſit ſeruanda in electione Prouincialis. 761.
V. An electio Prouincialis indigeat confirmatione. 762.

CAPVT XXXVII.

De electione Diffinitoris Capituli Generalis, & Prouincialis, & Electoris Generalis.

CAPVT XXXVIII.

De electione Prioris in Ordine Prædicatorum.

CAPVT XXXIX.

De electione Socij Prioris, & Electoris Prouincialis.

CAPVT XXXX.

De electione Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ.

QVAESTIO I.

CVius ſit eligere Monialium Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam. 783.

II. Quæ

II. *Quæ* forma ſeruanda ſit in electione Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum. 784.
III. *Quæ* ſint conditiones eligendæ in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam. 792.
IV. Qualiter contrà electionem Abbatiſſarum opponi posſit, & excipi. 800.
V. A quo, & qualiter electio Abbatiſſæ ſit confirmanda. 802.

Finis Capitulorum.

DE

Digitized by Google

DE ELECTIONE CANONICA.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ob quam tractatus inſtituitur.*

1 ASSVMVNTVR Epiſcopi ad Pontificatus apicem, vel per Eccleſiarum electionem, vel per Summi Pontificis immediatam inſtitutionẽ, & huiuſmodi duplici via, vel ſcilicet per Capitulorum electionem, vel per maiorum ſuperiorum collationem ad beneficia, & Prælaturas Epiſcopatu inferiores clerici tam Seculares, quam Regulares promouentur. Cum verò forma obtinendi Prælaturas mediante Capitulorum Canonica electione; apud Regulares præcipuè, ſit in vſu, & maximè in Ord. Prædicatorum in quo nedum Generalis, & Prouinciales, verùm etiam Priores locales eliguntur. Cum*que* Canonicæ electionis formæ notitia difficilis, & quam plurimis inuoluta difficultatibus ſit, ſummè neceſſaria, ad hoc vt ſine vitio Prælati canonicè aſſumantur operæ pretium duxi ex ijs quæ ſacri Canones tradiderunt, & DD. tam antiqui, quam moderni docuerunt huiuſmodi difficultates Dei gratia dirigente explicare, & de aſſumendis ad Prælaturas per viam electionis plenam doctrinam tradere.

SVMMARIVM.

1 *Doctrinæ ordo num. 2.*

2 *Quatuor ſunt modi creandi Magiſtratus num. 3.*

Modus adoptandi ſeu eligendi ſibi ſucceſſorem non eſt in Eccleſia. 3.

3 *Pontifex an poſſit eligere ſucceſſorem num. 4.*

4 *Nullus Pontifex intrauit poſt Petrum, niſi electus ab Eccleſia. num. 5.*

5 *Clemens fuit electus in Pontificem num. 6.*

6 *Nõ cõuenit Eccleſiæ vt Papa ſibi ſucceſſorẽ eligat. 7*

7 *Bonifacius II. combuſſit decretum per quod elegerat ſibi ſucceſſorem Vigilium 8.*

8 *Epiſcopi, nec alij Prælati poſſunt ſibi eligere ſucceſſorem. num. 4.*

9 *In Societate Generalis moriturus relinquit Vicarium. num. 8. 10.*

10 *Modus prouidendi per hæreditariam ſucceſſionem alienus ab Eccleſia num. 11.*

11 *Duo modi prouidendi Eccleſijs vacantibus ſunt in Eccleſia de Iure diuino. num. 12.*

12 *Summus Pontifex per electionem ex Chriſti inſtitutione creatur. num. 13.*

13 *Electores ſolùm Pontificis deſignant perſonam, cui Chriſtus confert dignitatem, & poteſtatem. nu. 14.*

14 *De iure diuino Summus Pontifex inſtituere poteſt omnes alios Prælatos. num. 15.*

15 *Ius eligendi Prælatos Papa inferiores eſt Eccleſiaſticum, & Eccleſiæ à Papa conceſſum. nu. 16. 20.*

16 *Pontifex caput, Paſtor, Princeps, Monarcha Eccleſiæ. num. 17.*

17 *Ad Monarcham ſpectat ſibi prouidere de Miniſtris. num. 17.*

18 *Ab eo eſt ius prouidendi ſeu eligendi Rectorem Eccleſiæ, qui Eccleſiam inſtituit. num. 18.*

19 *Romana Eccleſia omnes fundauit Eccleſias nu. 18.*

20 *Aliæ Eccleſiæ aſſumptæ à Romana in partem ſolicitudinis. num. 19.*

Digitized by Google

21 *Pro temporum varietate varij modi prouidēdi Ecclesijs de Rectoribus. num. 20.*
22 *Duo ſunt modi inſtituendi Prælatos Eccleſiæ. nu. 21.*
23 *Ratio huius diuiſionis aſſignatur. ibidem.*
24 *Prouiſio eſt nomen communiſſimum comprehendens omnem electionis modum. 22.*
25 *Papa ſi vellet poſſet immediate omnes Prælatos inſtituere. num. 23.*
26 *Ex conceſsione Papæ vterque modus prouidendi Eccleſijs eſt in Eccleſia 23.*

Quid ſit, & quotuplex Canonica electio.

CAPVT I.

2 Cum verò dictum ſit, Prælatos aſſumi, vel per electionem, vel per liberam inſtitutionem, ſeù collationem, alij autem plures ſint modi, per quos homines ad culmen dignitatum aſcendūt, diligentiùs inquirendum eſt, vnde in eccleſia duplex tantùm via aperta ſit ad Prælaturas obtinendas.

3 Quæritur igitur primò, quot modis Prælati creari poſſint? Magiſtratuum enim creandorum quatuor ſunt formæ generales, nimirum collatio ſeu inſtitutio, electio, adoptio, & ſucceſſio. Sed harum duæ poſtremæ in Chriſti Eccleſiaſtica hierarchia locum non habent, videlicet adoptio, & ſucceſſio. Non quidem adoptio, quæ fit quando ſuperior moriturus ſibi ſucceſſorem deſignat, & inſtituit, & inſtituendo adoptat. Quoniā nullus eſt in Eccleſia Prælatus, qui ſibi ſucceſſorē valeat deſignare, & adoptare.

4 Controuertunt quidem Theologi, & Canoniſtæ, an ſummus Pontifex poſſit ſucceſſorem creare? ſed cum hic non ſit locus huic dirimendæ controuerſiæ opportunus, de qua conſuli poſſunt. *Turrecrem. 8. quæſt. 1. Caiet. opuſc. de auctor. Papæ cap. 22. Victoria relec. 2. de poteſt. eccleſ. quæſt. 2. num. 23. Martin. de Ledeſma 2. 4. quæſt. 2. art. 4. Baron. annal. tom. 11. ad annum* 1073. *Grauin. tom. 3. par. 2. lib. 4. controuer. 4. diſp. 3. Bzouius in Pontifice Rom. cap. 2. Suarez de fide diſput. 10. ſect. 4. Vaſquez 3. p. diſput. 244. cap. 3.* & alij plures, quos refert, *Barboſ. lib. 1. de Iur. Eccleſ. cap. 1. num. 40. & de elect. cap. licet 6. num 10. vbi Bald. n. 13.*

5 Hoc certum eſt, nullum adhuc fuiſſe in Eccleſia Chriſti Pontificem, qui vel non fuerit immediatè à Chriſto inſtitutus, Sicut Petrus, vel non fuerit per Eccleſiā electus, ſicut omnes alij Petri ſucceſſores.

6 Licet enim dicant aliqui, quod Petrus ſibi ſucceſſorem Clementem nominauerit 8. *quæſt* 1. *cap. ſi Petrus, &c. Simon Petrus* 2. nihilominùs prætermiſſo pro nunc, Quòd Epiſtola illa Io: Tertij ad vniuerſos Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ aduerſùs Choepiſcopos, ex qua *Grat.* deſumpſit citatum caput *ſi Petrus*, apocrypha eſt, & ſpuria, & non eſt Io: ſed de mente *Baronij ad annum* 572. §. 3. (cui conſentit *Poſſeu. in apparat. eccl.*) ex ſuppoſitis mercibus Mercatoris, vnde & illam non recipit Binius in not. ad eandem epiſt. & quòd Epiſtola illa prima Clementis ad Iacobum, ex qua hæc hiſtoria deſumpta eſt, fidei eſt ſuſpectæ apud *Bellarmin. de Scriptoribus eccleſiaſticis. Comeſtorem hiſt. ſcolaſt. in Act. Apoſtol. cap.* 101. *Turrecrem. ſum. de eccleſ. l.* 2. *cap.* 101. *Dried. de dogmat. & ſcript. eccleſ. l. 1. 2. par. 3. Bellarm. de ſcript. eccleſiaſt. Baron. ad ann. D. 69. §. 43. Bin. in not. ad hanc epiſt. Poſſeu. in ſupp. verb. Clemens Roman. & alios.* Dicitur, quod Clemens non intrauit niſi electus, & poſt Petrum ante Clementem, Pontificatum geſſerunt Linus & Cletus. Martyrol. Rom. die 26. Aprilis, & die 23. Septemb. & die 23. Nouēb.

7 Ex quo etiam non leue argumentum deſumitur, vt dicatur verè nō poſſe fieri, & ex Inſtitutione Chriſti non conuenire vt fiat, quod vnus Pontifex ſibi aliquem in ſucceſſorem adoptet, cum per tot, ac tot ſęcula nunquam id factū fuerit, & ex 240. Pontificib. qui Petro ſucceſſerunt, nullus intrauerit niſi electus.

8 Nam & licet Bonifacius II. conuocata Synodo ſibi Vigilium ſucceſſorē conſtituerit, *Baron. an.* 531. quod quidem factum fuit ex magnæ neceſſitatis prætextu, ne Gothorum Reges vendicarent ſibi Pōtificis electionem, tamen idem Bonifacius in præſentia omnium Sacerdotum, & Cleri, & Senatus decretum illud caſſauit, & combuſſit, nec vmquam in vſu poſitum fuit; *Grauina. & Bzouius vbi ſupra.*

9 Cum verò Pontifici Summo non liceat ſibi ſucceſſorem inſtituere, multò minùs hoc licet Epiſcopis, vel alijs Prælatis; quibus etiam expreſsè hoc prohibitum fuit in Concilio Antiocheno *cap.* 23. & in Concil. Martini Papæ *cap.* 8. & in Synodo, Romana ſub Hilario Pontifice *c.* 5. pro vt habetur 8. *quæſt.* 1. *cap. Epiſcop.* 3. *& cap. Epiſc.* 4. *& cap. pleriq.* 5.

10 Aduertit verò *Suarez. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 5. num. 1. in Societate 8. part. conſtit. cap. 1.* concedi Generali, vt poſſit Vicarium nominare, qui ſtatim poſt mortem eius debeat ſocietatem congregare, atquè illi præeſſe donec Præpoſitus Generalis eligatur. Quamquam neque S. Ignatius ipſe, neque aliquis eius ſucceſſor vſque ad ſua tempora ea facultate vti voluerit. Et nihilominus PP. Generales Aquamviuam, & Vitelleſchum hac vſos fuiſſe poteſtate refert *Pelizarius tract. 9. cap. 2. num.* 1. ſed hoc eſt prouidere eccleſiæ pro interim, & in Religionibus, in quibus rariſsimè poteſt accidere, vt conſanguineus Generalis ſit religioſus aptus ſuccedere Generali, & ideò talis modus prouidendi pro interim, non præſefert ſucceſſionem hæreditariam, vnde potuit admitti.

11 Et hinc deducitur, nec quartum modum acquirendi Prælaturas, ſcilicet per ſucceſſionem, & hæreditatem, conuenire Eccleſiaſticæ hierarchiæ, in qua Principatus in populos, non ſanguini deferendus eſt, ſed vitæ 8. *q.* 1. *cap. Moyſes* 6. Et ideo *Innocent. II. in Concil. Rom. cap.* 16. Apoſtolica auctoritate prohibuit, ne quis Eccleſias, aut eccleſiaſtica officia hęreditario iure valeat vendicare aut poſtulare præſumat 8. *q.* 1. *cap. Apoſtolica* 7. & in tantum Eccleſia huiuſmodi ſucceſſionem abominatur, vt non permittat, quòd Pater poſſit filio renunciare beneficium, vel Prælaturam, imò nec quòd filius poſſit in Eccleſia paterna miniſtrare, vel illam qualibet occaſione obtinere *extr. de fil. Presb. cap. Præſentium* 3. vbi *Innoc. Io. Andr. Panor. & alij Canoniſtæ.*

12 Cum igitur duo ſint modi prouidēdi Eccleſijs vacantibus de Prælatis, ſeu Paſtoribus, ſcilicet per electionem, quæ eſt ſubditorum, & per collationem, ſeu voluntariam inſtitutionem, quæ eſt ſuperiorum. vterque modus eſt in Eccleſia de Iure diuino, ſed diuerſimodè.

13 Nam electio eſt in Eccleſia de iure diuino, ſed reſpectu Summi Pontificis. Cum enim Pontificatus

obti-

Digitized by Google

obtineri non poſſit per adoptationem, aut per ſucceſſionem, vt dictum eſt, neque ſit in eccleſia perſona maior ſummo Pontifice, ad quam ſpectet conferre Pontificatum, remanet, vt modus obtinendi Pontificatum ſit per electionem eccleſiæ, cui Chriſtus hoc conceſſit, vt is ſit eccleſiæ ſummus Paſtor, quem ipſa elegerit; vt tradidit Anacletus Papa ad Epiſcop. Italiæ *epiſt. 2. cap. 2.* & habetur *diſtinct. 79. cap. electionem 11. & vlt.* Vnde vt ſupra dicebatur, omnes Pontifices Romani poſt Petrum ab Eccleſia Romana fuerunt electi.

14 Non quia eccleſia tribuat Pontifici dignitatem, auctoritatem poteſtatem & Iuriſdictionem, ſed quia electione ſua deſignat perſonam, cui Chriſtus ipſe dignitatem, & poteſtatem ſummi Paſtoris concedit *Turrecremata de eccleſ. lib. 2. c. 42. Caiet. opuſc. 1. de auctor. Papæ cap. 14. & par. 2. Apolog. cap. 22. Suarez. de fide diſput. 10. ſect. 4. num. 3.*

15 Sed reſpectu aliorum Prælatorum, aut Miniſtrorũ eccleſiæ nulla electio eſt de iure diuino, ſed de iure eccleſiaſtico, quoniã de iure diuino habet ſummus Pontifex facultatem inſtituendi quoſcumque Prælatos & eccleſiæ miniſtros, nullo iure exiſtente in eccleſia ad eos eligendos, niſi ex ſummi Pontificis conceſſione, & diſpoſitione.

16 Vnde hoc tanquam principium ſupponendum eſt, quòd omne ius eligendi vel Epiſcopos, vel inferiores Prælatos eſt eccleſiaſticum à Sede Apoſtolica conceſſum, & ab ea reuocabile, pro vt Pontifici conuenire videtur ad eccleſiæ vtilitatem.

17 Eius enim eſt prouidere Eccleſiæ de Miniſtris, qui illam regant, eique deſeruiant, qui eſt ſummus Eccleſiæ Paſtor, Princeps, & Monarcha. A ſummo enim Paſtore & Monarcha deriuat in inferiores facultas & poteſtas, vt tam in cæleſti quàm in terrena hierarchia euenire docuit. *Dyon. lib. de cæleſt. hierarchia & terren. hierar.* At verò Chriſtus ſummus Pontifex, in perſonam Petri creauit Eccleſiæ ſummum Paſtorem. Io: 21. *Paſce oues meas* & Principem, ac Monarcham, vt canit eccleſia *ſuper plebem meam Principem te conſtitui.* Ad Romanum igitur Pontificem ex iure diuinæ Inſtitutionis pertinet prouidere ſingulis eccleſijs de eorum Prælatis ſeu Miniſtris. Hinc Iulius Papa ad Epiſc. orientales dixit, pro vt habetur *diſtinct. 11. cap. nolite 3. Multùm enim conuenit, vt totum corpus eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus Eccleſiæ totius poſuit Principatum.* Nulla ergo eccleſia habet ius proprium prouidendi ſibi de capite, Paſtore, aut Miniſtro quolibet, ſed ſummi Pontificis Eccleſiæ Monarchæ eſt toti eccleſiæ, & cuilibet eius parti prouidere de illis, qui illam regant & ei inſeruiant.

18 Item omne ius omniſque poteſtas & facultas cuiuſcumque Eccleſiæ in ea ab illo eſt, qui illam inſtituit, & fundauit, & eius eſt Eccleſiæ concedere modum gubernij, & obtinendi Paſtorem, & Rectorem, cuius eſt eccleſiam ipſam inſtituere; At verò vt aſſeruit Nicolaus II. ſcribens ad Mediolanenſ. & habetur *diſt. 22. cap. omnes. 1. Omnes ſiue Patriarchij cuiuslibet apices, ſiuè Metropolion primatus, aut Epiſcopatuum Cathedras, vel Eccleſiarum cuiuslibet ordinis dignitates inſtituit Romana Eccleſia.* Et idem tradidit Vigilius Papa Epiſt. ad Eleutherium, & colligitur ex Innocentio I. *in c. Quis neſciat. diſtinct. 11.* Ad ſummum igitur Pontificem ſpectat prouidere cuilibet Eccleſiæ de Paſtore aut Miniſtro, & vel eum per ſe ipſum inſtituere immediatè ſi vult, vel Eccleſiæ concedere facultatem, vt eum ſibi eligat auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmandum.

19 Item aliæ Eccleſiæ, Romanæ eccleſiæ ſunt ſubordinatæ, & à ſummo Romano Pontifice in partem ſuæ ſollicitudinis vocatæ, & inſtitutæ, vt tradidit Greg. Papa in Epiſt. ad omnes per diuerſas Prouincias, & habetur *2. quæſt. 6. cap. Decreto. 11. Eccleſia Romana*, inquit, *vices ſuas ita alijs impertiuit eccleſijs, vt in partem ſint vocatæ ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis*; Et idem ſcripſit Vigilius Papa ad Eucherium, vt habetur eadem cauſa. *& quæſt. cap. qui ſe ſcit.* Nullius ergo Eccleſiæ eſt ſibi aliter prouidere de Paſtore, Præſule, vel Miniſtro, niſi prout Pontifex Romanus diſpoſuerit, & ordinauerit, & ijs ſolis Eccleſijs conuenit ſibi Rectorem eligere, quibus hanc eligendi poteſtatem Apoſtolica Sedes conceſſit.

20 Vndè eſt, quòd pro temporum varietate per ſummos Pontifices diuerſus modus prouidendi eccleſijs ſtatutus fuit, & vel conceſſum fuit, quòd Epiſcopi eligerentur à Clero conſentiente populo, vel à Clero tantùm, vel vt modò contingit, aut à Clero eliguntur, aut à Regibus nominantur Pontifici, aut immediatè à Pontifice inſtituuntur. Et in Religionibus etiam varij ſunt modi, quià vel ſolus Generalis eligitur & alij à Generali inſtituuntur, vel eliguntur etiam Prouinciales, vel etiam ſuperiores locales, alij verò Prælati diuerſimode inſtituuntur, de qua prouidendi eccleſijs diuerſitate videri poſſunt. *Petr. Greg. ad Decret. tract. de elect. n. 5. Burratt. conſ. 126. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 17. Lauor. var. lucubrat. tom. 1. tract. 4. cap. 15. Alzedo de dignit. Epiſc. par. 1. cap. 3. Barboſ. de off. Epiſc. par. 1. tit. 1. cap. 3.* Vndè tamquam certum habendum eſt, ius electionis ad eligendum Prælatos inferiores Papa eſſe Eccleſiaſticum, & ex conceſſione ſummorum Pontificum Eccleſijs inferioribus conceſſum. *Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 1. num. 7. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. par. 1, tit. 1. cap. 3. num. 2. & lib. 1. de iur. eccleſ. cap. 8. num. 64. Garzias de benefic. par. 5. cap. 1. n. 1. Gonzalez ad Reg. de Menſibus §. 1. proem.*

21 Relinquitur igitur, vt duo ſolùm ſint modi creandi Prælatos eccleſiaſticos, vel ſcilicet per collationem, ſeu inſtitutionem ſuperioris, vel per electionem, cuius bimembris diuiſionis hæc ratio eſt: quia prouiſio, per quam diſpenſantur eccleſiaſticæ Prælaturæ, officia vel beneficia, vel fit à ſuperiore independenter à nominatione cuiuſcumque alterius, & hæc prouiſio dicitur collatio aut prouiſio, vel fit dependenter à nominatione ſubditorum fidelium, & hæc dicitur electio genericè ſumpta, quæ continet ſub ſe plures ſpecies, nimirũ præſentationẽ, nominationem, electionem, & poſtulationem, quibus ex parte ſuperioris reſpondent confirmatio, admiſſio, & inſtitutio propriè dicta, de quarum ſpecierum differẽtijs dicam infra, & quæ ſpecies & modi diſpenſandi beneficia Eccleſiaſtica tamquam ſub genere communiſſimo continentur ſub prouiſione.

22 Hoc enim nomen prouiſio generale eſt & latiſſimum, comprehendens ſub ſe nominationem, poſtulationem, electionem propriiſſime dictam, confirmationem, inſtitutionem, & collationem; *Gloſ. in clem. 1. v. Prouiſioni, de elect. & in cap. vt circa vlt. Prouiſionem, de elect. in 6. Franc. cap. ſtatuimus par. de*

elect.in 6.nu.3.Gonzalez ad Regul.8.Cancell.gloſ.11.num.1.Rota par.5.recent.deciſ.444 numer.18.& 47.

23 Quàmuis enim Pontifex potuiſſet immediatè independenter à nominatione cuiuſcumque, beneficia omnia diſpenſare, nihilominùs, vt ſuauiùs, & comodiùs eccleſijs prouideatur iuxta temporũ exigentiam, Epiſcopis, ius inſtituendi Parochos, & pluribus diœceſibus, ius eligendi Epiſcopos, & aliquibus Principibus, ius eoſdem Epiſcopos nominandi, conceſſit, & patronis ius præſentandi ad beneficia: ipſis quoque Religionibus præcipuè hoc indulſit, vt ſibi ſuos ſuperiores eligerent, iuxta diuerſarum Religionum conſuetudines & ſtatuta; Quamobrem & in Religionibus ipſis, vterque modus creandi ſuperiores, inuenitur. Nam Prælati ſupremi eliguntur, & alij vel à ſupremis inſtituuntur, vel à Conuentibus & domibus priuatis eliguntur.

SVMMARIVM.

1 *Electio diſtinguitur in Moralē & Canonicam.n.24.*
2 *Electio Moralis quid ſit. num.24.*
3 *Vnici Medij eſt libera electio.num.24.*
4 *Electio ſumitur generaliſsimè, generaliter, & ſpecificè. num.25.*
5 *Collatio dicitur electio. ibidem.*
6 *Electio generaliſsimè ſumpta comprehendit omnem modum prouidendi Eccleſijs vacantibus, & eſt idem quod prouiſio. ibidem.*
7 *Electio generaliter ſumpta diſtinguitur à collatione. num.26.*
8 *Comprehendit tamen etiam præſentationem. ibid.*
9 *Quæ ſit eſſentia electionis generaliter ſumptæ.27.*
10 *Collatio eſt actus ſuperioris, ſed electio eſt actus ſubditorum. 27.*
11 *Collatio dat plenum ius Beneficiato, non verò electio. 28.*
12 *Accidit electioni, vt electus ſtatim ſit à iure confirmatus. ibidem.*
13 *Inſtitutus per collationem, ſi acceptat non poteſt renunciare, quod poteſt facere electus. 29.*
14 *Collatio, electio, & præſentatio confunduntur.ib.30.*
15 *Præſentatio dicitur collatio, & è contra. ibidem.*
16 *Electio generaliter ſumpta quid ſit 31.*
17 *Electio adhuc magis ſpecialiter ſumitur & tamen adhuc generaliter vt diſtinguitur à præſentatione. num.32.*
18 *Præſentatio poteſt conuenire laicis, non verò electio. ibidem.*
19 *Præſentationi reſpondet inſtitutio. 33.*
20 *Inſtitutio generaliter sũpta eſt idē quod collatio.ibid.*
21 *Collatio eſt donatio libera. ibidem.*
22 *Inſtitutio eſt quædam collatio neceſſaria. ibidem.*
23 *Electioni reſpondet confirmatio. num.33.*
24 *Beneficium Electiuum, quod prouidetur per electionem confirmandam. ibidem.*
25 *Præſentatio poteſt eſſe vnius, electio eſt multorum.34.*
26 *Quid ſit electio generaliter vt diſtinguitur à præſentatione. ibidem.*
27 *Electio ſpecialiſsimè ſumpta diſtinguitur à poſtulatione, & nominatione. num. 35.*
28 *Quid ſit electio ſpecificè ſumpta. num. 35.*
29 *Per quid electio diſtinguatur à poſtulatione. nu. 35.*
30 *Et à nominatione. ibidem.*
31 *Electio non eſt coarctata ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem, ibidem.*
32 *Electio ex parte perſonæ electæ in plures ſpecies diſtinguitur. ibidem.*
33 *Quid ſit electio ſecundùm Baldum.num. 36.*
34 *Alia definitio electionis. num.36.*
35 *Electio multipliciter diuiditur. num.37.*
96 *Electio dicitur Canonica tripliciter num. 38.*

QVæritur ſecundò, quid ſit electio Canonica? Diſtinguitur Electio in Moralem & Canonicam *Tabien. verſ. Electio n.1.* De illa tractant Theologi cum D. Thoma *ad p.2.q.13.* Et eſt ex medijs pluribus ad amatũ finem conducẽtibus vnius præ alio præacceptio, ſeu eſt voluntas eius quod eſt ad finem. Quidquid enim ſit, an plura ſint, quæ eligi poſſint ſaluo ordine finis, ſeu plura ſint ad finem vtilia, & quæ eligenti placeant, vel detur de facto ex contingentia vnicum tantùm medium ad finem, cætera verò ſint inutilia, voluntas, medij etiam vnici, electio eſt, & libera eſt. Et licet dicatur electionem eſſe reſpectu contingenter elegibilium, hoc verum eſt reſpectu rerum ſumptarum ſecundum ſe, quarum nulla eſt medium vnicum ad finem vltimum hominis, quia nullum bonum particulare habet neceſſariam amabilitatem in ordine ad finem; ſed ex accidenti bene contingere poteſt, vt detur ad finem medium vnicum, vt quòd detur hic & nunc, vnus ſolus panis, & nihil aliud ad vitæ ſuſtentationis aptum, ſeu vnica Nauis ad tranſeundũ flumen. In quo caſu voluntas illius vnici medij eſt, & non eſt plurium placentium acceptio. Eſt enim acceptio vnius cibi præ infinitis, qui abſolutè eligi poſſent, & reſpui, ſed plurium præſentium & qui hic, & nunc de facto haberi poſſint non eſt, quia ex infinitis cibis vnus ſolus adeſt panis, qui accipi poſſit. Illius tamen vnici panis libera eſt acceptio, quia ille panis contingenter eſt vnicus, & aliàs homo nõ niſi ex conſilio, & deliberatione illũ eligit, & quantum ſit ex ſe poſſet illum non eligere ſi vellet. Ideò in hoc ſenſu intelligi debet communis illa definitio Electionis moralis, quam referunt *Sylueſ.verſ. elect. nu.1. Donat.in prax.tract.1.quæſt.1.num.1.* vt ſit plurium placentium vnius præ alio præacceptio, vt cuiuſcumque medij ad finem ſecundum ſe contingentem habitudinem habentis, in eo, qui habet liberum vsũ rationis, volũtas ſit electio, vt habetur ex D.Th. *p.2.q.13.a.3.* Et electio recta vt habet *Tabien.ver. electio* eſt recta acceptio eorum, quæ ſunt ad finem habita per prudentiam; Sed hæc noſtræ conſiderationis non ſunt, niſi pro quanto electio moralis eſt genus ad electionem Canonicam, & ſine generis notitia non intelligitur ſpecies.

25 Apud ſacros Canones autem hoc nomen electio multipliciter accipitur, ſumitur enim largiſſimè ſeu generaliſſimè, & generaliter, & ſpecificè. Generaliſſimè enim ſumpta comprehendit etiam collationem, ſeu inſtitutionē merè gratuitam, & eſt idem quod prouiſio generaliter accepta; Nam quòd collatio aliquandò dicatur electio, habetur ex capite *cum Eccleſia 31.* de elect. ibi, *Canonicos quoſdam elegit & inſtituit*, & ibi; *Quod talis electio fuerat in eorum præiudicium*; Epiſcopus enim Vulteranen. de quo eſt ſermo in ea decretali, ſolus ſine Canonicorum ſuffragio & conſenſu creauerat Canonicos, & ideo hæc, quæ ibi vocatur electio fuerat creatio ſeù collatio, vt ex *Hoſt. aduertit Panorm. ibi num. 6.* & idem habet *Baldus in principio, & num. 2.* Nam & colla-

collatio iure merito dicitur quædam electio, quia ſuperior conferens alicui dignitatem, illum eligit præ alijs. Cum igitur etiam beneficiorum collatio, ſeu beneficiatorum creatio dicatur electio, ſequitur quòd hoc nomen electio generaliſſimè ſumi poſſit, vt comprehendi etiam collationem, ſeu gratuitam inſtitutionem, quæ nullã prærequirit electionem. *Rota coram Verallo deciſ.297.5* & ex conſequenti quòd electio ſic generaliſſimè ſumpta ſit idem quod prouiſio; quàmuis enim aliquando hoc nomen prouiſio ſtrictè ſumatur, vt importat liberam collationẽ beneficij, & contradiſtinguitur electioni. Cap. *cum illis de Præb. in 6. Gloſſ. ibi v. electio* tamen ſæpiùs generaliter ſumitur, & vt ſupra dictũ eſt comprehendit omnem modum promouendi ad beneficia Eccleſiaſtica, & eamdem comprehenſionem habet electio generaliſſimè ſumpta, vt apertè tradunt *Panor. in Clem. 8. de elect. num. 1. & Felin. c. in noſtras de reſcrip. n.29. Gemin. cap. ſtatuimus 1. de elect. in 6. & cap. cupientes. §. 1. num. 4. eo & Franc. ibi num. 4.* Et ita electio hoc modo ſumpta eſt promotio alicuius ad dignitatem, vel beneficium aliquod eccleſiaſticũ, quæ ideò electio dicitur, quia qui promouetur, præ alijs ad beneficium habendum aſſumitur.

26 Sed ſecundò electio minùs latè, ſed tamen adhuc generaliter ſumitur vt ſit quoddam genus ſubalternum contradiſtinctum contra collationem, ſed comprehendat ne dum electionẽ ſpecificè ſumptam, ſed nominationem etiam, & poſtulationem, imò & præſentationem; Nam & præſentationem in Sacris Canonibus vocari electionem patet ex cap. *querelã* 24. de elect. ibi, *quod populus in quaſi poſſeſſione præſentandi Clericum exiſtebat, quando ipſum Presbyterum ad illam elegit.* Ex hoc enim habetur, quòd Populus eum præſentauit Presbyterum ad eccleſiam Sancti Saluatoris, illum dicitur elegiſſe. Et ideo præſentatio lata ſignificatione dicitur electio, vt animaduertit ibi Panormi. *num.6.* Et iure merito nomen electionis conuenit præſentationi, quia qui præſentat Clericum ad aliquod beneficium, illum præ alijs eligit, ſed poſtulationem etiam, & nominationem dici electionem, probatur in ſeq. quæſt. Et ideo ex hoc conſtat, quod electio genericè ſumpta comprehendit præſentationem, poſtulationem, & nominationem.

27 Eſſentia autem electionis ſic generice ſumptæ explicatur, oſtendendo differentiam eius à collatione, quæ differentia alia ex parte conuenit præfatis modis prouidendi de beneficijs per electionem, poſtulationem, nominationem, & præſentationem; Vnde hæc electio ſic velut ſpecies ſubalterna diſtinguitur à collatione, quòd eſt genus ſubalternum omnibus præfatis ſpeciebus commune. Primo enim hæc electio eſſentialiter à collatione diſtinguitur, quià collatio eſt actus ſuperioris conferentis beneficium Eccleſiaſticum; ſed electio eſt actus ſubditorum nominantium aliquem ad beneficium, & à ſuperiore poſtulantium illum promoueri ad illud, ſeu prouideri de illo. Præſentatio enim actus eſt Patroni præſentantis aliquem ad aliquod beneficium, & electio pertinet ad collegia, vt infra *cap. 10. & 14.* probatur. Quod idem verum eſt de poſtulatione, & nominatione.

28 Ideo ſecundò diſtinguuntur, quòd collatio dat plenum ius ipſi promoto ſuper beneficio, ad quod promouetur, & ita vt promotus acceptata collatione ſibi facta de beneficio, ſtatim vi illius ſit beneficij Dominus, eo modo quo competit eſſe beneficij Dominum, etiam ante adeptam poſſeſſionem *cap. ſi tibi abſenti 19. de præb. in 6. & ibi Franc. num. 3. Geminian. nu. 2. Rebuſ. in praxi reg. de non tollen. iure quæſito gloſ. 6. n. 38. Mandoſ. Regul. Cancell. q. 5. Couar. li. 3. var capit. 16. num. 3. 5. Pariſ. de reſign. libr. 2. quæſt. 16. num. 2. & libr. 10. quæſt. 6. num. 2. & 55. Molin. tom. 1. tract. 2. diſput. 2. Garz. de benefic. part. 4. cap. 2. numer. 1. Gonzal. ad regul. de Menſibus gloſſ. 15. §. 1. numer. 15. & 33. Barboſ. ad d. cap. ſi tibi abſenti, de præben. nu. 4.* Sed electio ad ſummum dat ius diſſolubile & infirmum, à confirmatione ſeu Inſtitutione ſuperioris obtinens firmitatem, *cap. nihil de elect. & cap. decernimus 16. quæſt. 7 Panorm. in Rubric. de poſtulat. num. 1. Sylu. v. Electio num. 1. Rodriquez. lib. 2. quæſt. 51. art. 1. Sigiſmundus de Bononia de electíon. dub. 1. Rota coram Greg. 15. deciſ. 66. num. 3. Baſſ. ver. electio nu. 1.* & alij, quos refero *infra cap. 33.* Licet enim aliquando per electionem ſtatim acquirat electus beneficium aut Prælaturam, vt contingit in electione Papæ, & Generalium Ordinum, hoc non conuenit illis electionibus quia electiones ſunt, ſed quia tales electiones, quæ a iure ſunt confirmatæ ſtatim ac ſunt legitimè celebratæ, & electus conſentit. Statim enim ac electus conſentit legitimæ electioni qua eſt electus, v. g. in Pontificem, ex diuina Inſtitutione fit Chriſti Vicarius, & Petri ſucceſſor.

29 Tertia differentia eſt, quòd inſtitutus per collationem ſi acceptat, non poteſt ampliùs renunciare ſine ſuperioris licentia, & acceptatione, ſed electus antequam confirmetur, aut inſtituatur, bene poteſt renunciare *gloſſ. cap. ſi electio, de elect. in 6. Donatus in prax. par. 3. tract. 1. quæſt. 1. num. 8. & alijs.*

30 His vero differentijs ſtantibus nihilominùs hæc verba præſentatio, electio, collatio aliquãdo confunduntur *Imol. d. c. ſi electio in v. collatio differt.* Nam Verbũ collatio, quandoq; pro præſentatione ſumitur *Lambert. de iur. patronat. 3. art. quæſt. 3. par. 1. libr. 1. numer. 5. & art 7. quæſt. 1. par. 1 lib. 2. nu. 3. & 4 Rota deciſ. 27. num. 2. de præben. in nouis.* Et è contra quandoque Verbum præſentatio accipitur pro collatione. *Imol. in cap. final. poſt n. 2. de conceſſ. præben. Roch. de Iur. Patronat. in principio num. 6. Rota d. deciſ. 27. & apud Greg. 15. deciſ. 66. par. 2. recent. deciſ. 62. numer. 2.* Vbi enim alicui conceditur libera electio, & præſentatio ſine interuentu alterius perſonæ, intelligitur conceſſa libera collatio, vt concludit Rota locis citatis. Nam vt dictum eſt electio propriè requirit factum alterius, hoc eſt ſuperioris confirmantis *cap nihil de elect.* & præſentatio factum inſtituentis *cap. decernimus 16. quæſt. 7.*

31 Vnde definiri poteſt electio hoc modo ſumpta, vt ſit prouiſio, ſed ex parte ſubditorum ſe tenens, per quam aliquis, vel aliqui ex Iure, quod habent à Sede Apoſtolica vacante beneficio eccleſiaſtico eligũt, & nominant ſeruata forma Canonica aliquam, vel aliquas perſonas, ad dignitatem, vel beneficium aliquod Eccleſiaſticum, vt vel vnicus nominatus, vel vnus ex nominatis eam dignitatem, vel beneficium per confirmationem aut inſtitutionẽ ſuperioris obtineat. In hac enim definitione loco generis ponitur prouiſio, quia vt dictum eſt, prouiſio eſt nomen generale ad omnes modos per quos Eccleſijs vacantibus prouidetur. Sed ſtatim oſtenditur eſſentialis differentia huius electionis à collatione, quia collatio eſt

tio eſt actus Superioris, ſed hæc electio eſt actus ſubditorum, per reliquas verò differentias diſtinguitur electio Canonica, & non canonica, & explicatur electio, ne dum ex parte cauſæ materialis & formalis, ſed efficientis, & finalis.

32 Tertiò autem ſumitur electio magis ſpecificè, & propriè, vt diſtinguitur à præſentatione, ſed & hoc modo ſumpta non eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſed ſub alterna. Diſtinguitur enim electio à præſẽtatione primò, quia electio importat ius, & poteſtatẽ quãdã officij eccleſiaſtici, cuius laicus non eſt capax. Licet enim eligentium ius, propriè nec ſit poteſtas ordinis, nec iuriſdictionis, ſed cuiuſdam officij, vt tradit *Azor. part. 2. l. 6 c. 14. quæſt. 14.* Tamẽ eligere eſt actus Eccleſiaſtici Miniſterij; qui ad actum & potentiam iuriſdictionis reducitur, cuius laicus eſt omnino incapax *cap. Ceſius 2. & cap. Maſſana 56. de elect.* & tradunt communiter DD. ibi, & infra ſuo loco probatur. Sed ius præſentandi laicis competere poteſt *cap. quærelam 24. & cap. quod ſicut, de elect. & Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reformat.* Vnde diuiditur ius Patronatus in ſeculare & eccleſiaſticum.

33 Secundò diſtinguuntur, quod præſentationi reſpondet ſuperioris inſtitutio, ſed electioni reſpondet approbatio, ſeu confirmatio; licet enim vt notant *Panorm. in cap. ex frequentibus de inſtitut. num. 7. Rota coram Cerallo par. 1. deciſ. 297. n. 2. Alex. conſ. 142. num. 76.* Inſtitutio generaliter ſumpta ſit idem quod collatio, tamen ſi propriè ſumatur, diſtinguitur, quia collatio eſt donatio libera, ſed inſtitutio eſt quædam collatio neceſſaria, facta ei qui eſt præſentatus per Patronum. Idem *Panorm. cap. 2. Ne Sede vacante, & DD. ibi communiter, & capit. vnico de Inſtitut. in 6. vnde Rebuff. in praxi tit. de collat. cap. 7. num. 73. Garz. de benefic. par. 4. cap. 1. nu. 5.* diſtinguunt collationem in liberam, quæ propriè eſt collatio, Et in neceſſariã, & hæc eſt propriè dicta inſtitutio, qua ſuperior ex iuris neceſſitate tenetur conferre beneficium ei, qui legitimè eſt à Patrono præſentatus, quod eſt illum inſtituere: ſed electioni reſpondet confirmatio, vel approbatio electionis, & nominationis factæ ab Electoribus. Beneficium enim electiuum illud eſt, quod prouidetur per electionem à Superiore confirmandam. *Rota in antiquis deciſ. 1. de elect. Gloſſ. in Clem. quia contingit v. electionem de Relig. domibus, & ibi, Card. & in Clem. 2. de præben. quæſt. 4. Francus in cap. cum in illis §. 1. num. 3. de præbend. Felin. capit. in noſtra de reſcript. corol. 31. & in cap. cum Bertholdus de re iudicata num. 4. Garz. par. 1. cap. 6. num. 15. & alij DD. communiter.*

34 Tertiò differunt, quòd præſentatio poteſt eſſe vnius ſolius, ſcilicet Patroni beneficij, ſed electio eſt multorum. Electio enim ad Collegium ſpectat, *cap. nullus p. de elect.* & infra ſuo loco probatur. Et ita electio hoc modo ſumpta definitur, vt ſit prouiſio, per quam beneficio vacante, inferiores Clerici ex iure ſibi à Sede Apoſtolica conceſſo, & ſeruata forma Canonica ad dignitatem, vel beneficium eccleſiaſticum, aliquem vel aliquos eligunt, vel nominant, vt vel vnicus nominatus, vel vnus ex nominatis ex approbatione, ſeù confirmatione electionis dignitatem, vel beneficium obtineat. Et ſic hæc definitio data eſt per genus & differentiam. Eſt enim in genere prouiſio, ſed diſtincta à collatione quia ipſa pertinet ad inferiores, collatio ad ſuperiorem, & à præſentatione, quia præſentatio poteſt eſſe vnius ſolius, & laici, & ſibi reſpondet inſtitutio, ſed electio eſt plurium, & Clericorum, & ei reſpondet confirmatio.

35 Quarto tandem accipitur electio ſpecialiſſimè, vt diſtinguitur etiam à poſtulatione & nominatione. Hanc verò electionem definiunt communiter DD. vt ſit *alicuius perſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem ſeruata forma canonica facta vocatio.* Ità *Hoſtien. in ſumma tit. de elect. §. quid ſit electio. Panorm. in Rubr. de poſtulat. numer. 2. Io. Andr.* quem refert & ſequitur *Syl. verſ. electio p. numer. 1. Tabien. ibidem num. 1. Gloſ. in cap. vnicum v. vera electio de poſt. in 6. & Boer. quæſt 1. num. 1. & alij DD. communiter.* Huic tamen definitioni aliqui addenda putarunt hæc verba, ſcilicet *confirmatione ſuperioris legitimè approbata Goffred. & Toloſ. de elect. cap. 2. num. 2. Sigiſmundus de Bononia de elect. dub. 1. num. 3.* Sic enim electio diſtinguitur à poſtulatione quia, vt dicitur *quæſt. ſeq.* poſtulatio eſt perſonæ non idoneæ. Sed aliquem defectum patientis, ſed electio non eſt niſi perſonæ idoneæ. A nominatione vero diſtinguitur, quià nominatio eſt plurium perſonarum etiam obiectiuè, quia ſcilicet plures nominantur, ſed electio eſt vnius ſolius. A præſentatione verò diſtinguitur ex illis verbis: *ad dignitatem & fraternam ſocietatem*; quia præſentatio laici, qua præſentat clericum ad beneficium ſimplex, non eſt ad dignitatem vel ad fraternam ſocietatem, quia beneficium ſimplex non eſt dignitas, nec fraterna ſocietas laici. Sed certè non apparet vndè electio neceſſariò ſit coarctata ad dignitatem, vel ad Canonicatum, qui eſt fraterna ſocietas, & quare ſi Clericis alicuius eccleſiæ daretur ius eligendi Rectorem, ſeu Parochum, ſeruata forma eligendi Canonica illa non eſſet electio propriè dicta. *Azorius autem par. 2. lib. 6. cap. 14. quæſt. 2.* ampliùs exiſtimat, quòd electio ſit ſolùm ad dignitatem, & Prælaturam, quià electio vt habetur ex *cap. quia propter de elect.* eſt reſpectu Eccleſiæ viduatæ. Vndè electio ſolùm eſt illius, qui eſt eccleſiæ ſponſus, hic verò eſt ſolùm Prælatus, ſed hoc eſt verum ſolùm de electione, in qua ſit ſeruanda forma. *cap. quia propter.* Cæterùm ſi ſpecie diſtingui debet electio ex parte perſonæ electæ, multiplices valde ſunt ſpecies electionis & alia eſt electio Papæ, alia Patriarchæ, ſeu Archiepiſcopi, ſeu Epiſcopi, ſeu Generalis, ſeù Prouincialis, ſeu alterius Miniſtri, ſed tamen & omnes iſtæ electiones conueniunt in ratione electionis, & hæc diſtinctio non poteſt attendi, vbi de electione in communi eſt ſermo, vt diſtinguitur à poſtulatione, & nominatione. In præfata verò definitione expreſſum eſt, quòd electio ſit vocatio ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem quià regulariter non eliguntur niſi Prælati, vel Canonici Eccleſiarum Collegiatarum, aut Dignitates earum, attamen per ſe loquendo, & ex vi electionis hoc non eſt neceſſarium.

36 *Baldus autem de elect. cap. 1. num. 1.* aliter definiuit electionem, dicens quòd electio *eſt determinatio voluntatis ad perſonam, quæ in Prælatum eligitur, vel Rectorem, producta in actum per formam debitam & numerum competentem.* Quæ definitio explicat eſſentiam electionis, quæ in conſenſu voluntatis exiſtit exteriùs ab electoribus in numero competente expreſſa per formam debitam. Et hæc diffinitio clarior erit & perfectior, ſi dicatur quod electio eſt determinatio voluntatis alicuius Collegij Eccleſiaſtici ad per-

Digitized by Google

ad perſonam idoneum, quæ vel in Prælatum vel in Rectorem, vel ad aliquod beneficinm Eccleſiaſticum eligitur, prodncta in actum pet formam debitam, & nunetum competentem, à ſuperiore tamen confirmanda. Sic enim explicatur natura electionis ex parte eligentium, & electi, & forma electionis tam naturalis, quæ in libero conſenſu conſiſtit, quàm Canonica, quæ ſtatuta eſt ex ſacris Canonibus, & oſtenditur quale ius detur per electionem, quià ſcilicet eſt ius infirmum, indigens firmitate confirmationis.

.7 Hæc verò electio ſic definita eſt diſtinguibilis in plures ſpecies electionis ex patte electorum, ſeù officiorum ad quæ datur electio; quoniam iura, vel communia, vel particularia, diuerſa ſtatuerunt obſeuanda in electione huius vel alterius, vndè etiam ſunt diuerſi modi & diuetſæ formæ eligendi pro diuerſorum eligendorum conditione ſtaturæ, ſed abſtrahendo à diuerſitate eligendorum, vnica eſt electio eſſentialiter & ſpecificè, quæ eſt ptouiſio inferiorum Cleicorum, per quam ex iure ſibi à Sede Apoſtolica conceſſo, determinatam perſonam nnminant ad beneficium Eccleſiaſticum, & præcipuè ad dignitatem vel Prælaturam, dans ſic electo ius ad illud beneficium neceſſariò obtinendum pet confirmationem electionis, ſi electio ſit legitimè facta, & ſecundum formam Canonicam habita.

3. Interim propterea eſt aduertendum *ex Innoc. de elect. cap. quod ſicut, & Rota in Treueren. Abbata 24. Ianuarij 1625. coràm Ceecino §. neque facit*, Electinnem dici Canonicam magis propriè, & minùs propriè, & communiter, ſeu in valde ampla ſignificatione. Nam communiſſimè loquendo electio eſt Canonica, ſi habet formam naturalem, nimitum conſenſum eligentium de Iure naturali requiſitum, ſed minùs proprie, ſeù ſtricte dicitut electio Cannnica, in qua ſeruata ſunt omnia ſubſtantialia de iute ſetuanda, licet non omnes iutis ſolemnitates, & alia electio eſt magis propriè Canonica, & illa eſt, quæ quia in ea ſeruata eſt forma Canonica etiam quantùm ad ſolemnitates, valida eſt, & minimè irritanda. Electio, quam Papa abſolutè vocat Canonicam, eſt illa, quæ magis propriè eſt Canonica, & quæ ſimul eſt valida, vt patet *Ex. de Cler. ex com. miniſtrante cap. Poſtulaſtis.7. Gemin. conſ.* 88. Illa enim meritò dicitur electio Canonica, quæ ſit ſecundum *canones extr. de dolo cap. cum alter de cenſ. cap. granis, & de ſtat. & qual. in 6. cap. vnico. Rebuff. in prax. t t. Canonica Inſtitutio*. Illa igitur dicitur electio Canonica, que iute facta eſt *cap. 1. de elect.* Vndè eſt valida, & confirmanda. Ideo electio eſt determinatio voluntatis ad perſonam, quæ eligitur, ſed exteriùs producta, ſetuata prorſus forma à Sacris Canonibus inſtituta.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulatio ad electionem reducitur. num. 39.*
2 *Poſtulatio duplex. num. 40.*
3 *Poſtulatio non eſt propriè electio. num. 41.*
4 *Poſtulatio quid ſit. Variæ eius definitiones. n. 41. 42.*
5 *Poſtulatio defectum ſupponit in poſtulato, non verò electio. num. 43.*
6 *Eligibilis non poteſt poſtulari. 43.*
7 *Si eligitur poſtulandus, caſſatur electio. 43.*
8 *Niſi vbi alius eligitur. 43.*
9 *Electio innititur iuſtitia, poſtulatio verò gratiæ. n. 44.*
10 *Electus ſecurè poteſt petere confirmationem. 44.*
11 *Electio reuocari non poteſt. num. 45.*
12 *Poſtulatio antequam perueniat ad ſuperiorem, poteſt reuocari. 45.*
13 *Et poteſt reuocari Nuncius miſſus cum poſtulatione ad ſuperiorem, ibidem. 45.*
14 *Et poteſt reuocari poſtulatio præſentata de conſenſu ſuperioris. 45.*
15 *Per poſtulationem ius poſtulato non acquiritur. numer. 46.*
16 *Poſtulatio facta in concordia ſecundùm aliquos non poteſt reijci. 46.*
17 *Poſtulatio in concordia dat ſecundùm aliquos ius poſtulantibus, non verò poſtulato. 46.*
18 *Plures aliæ differentiæ inter electionem & poſtulationem, remiſsiuè. num. 47.*
19 *Nominatio eſt vnus de modis prouidendi eccleſijs numer. 48.*
20 *Nominatio quid ſit. 48.*
21 *Nominatio triplex. num. 49.*
22 *Nominatio ab electione diſtinguitur, quia non dat ius nominato, & poteſt reuocari. num. 50.*
23 *Nominatio diſtinguitur à poſtulatione, quià eſt plurium vagè, & dat aliquod ius nominatis. 50.*
24 *Electio, nominatio, poſtulatio diſtinguuntur ab inſtitutione. num. 51.*
25 *Inſtitutio eſt actus ſuperioris conferentis inſtituto ius in re, & dominium beneficij. num. 51.*
26 *Electio, poſtulatio, nominatio comprehenduntur ſub electione, vt diſtinguitur ab inſtitutione. 51.*
27 *Tres modi præfati habent locum in Regularibus. numer. 52.*
28 *His tribus modis, aliqui duos alios addunt. num. 53.*
29 *Simplex petitio non eſt prouiſio, ſed ſimplex ſupplicatio. 53.*
30 *Præſentatio ad aliquam electionem reducitur. 53.*
31 *Translatio dicit modum accidentalem prouidendi eccleſiæ. num.*
32 *Duo ſunt modi Generales prouidendi eccleſiæ, ſcilicet per electionem & per inſtitutionem. num.*

39 QVæritur Tertiò. an poſtulatio & nominatio ſint ſpecies electionis? Poſtulationem venire aliquando ſub nomine electionis ex *Panormit. in rubr. num. 3. & cap. in cauſis de elect. num. 10. Innoc. in Rub. de poſt elect. 1. num. 1. tradiderunt Caſtell. de lect. capit. 1. num. 10. & Lez. in ſum. par. 2. cap. 12. num. 50. & patet ex §. his omnibus 61. diſt. & 63. diſt. cap. litteras. Franc. cap. perpetuò vnic. de poſtulat. in 6. numer. 4. & capit. in elect. num. 3.* & ibi *Gemin. nu.* 3. & quidem hoc neceſſariò eſt dicendum. Cum enim dicantur duo modi generales prouidendi eccleſiæ viduatæ, ſcilicet per collationem ſeu liberam inſtitutionem, & pet electionem; modus autem prouidendi per poſtulationem non poſſit teduci ad inſtitutionem, quia poſtulatio ſpectat ad ſubditos ſeu ad eccleſiam vel Collegium, non verò ad ſuperiorem Inſtituentem, & imò poſtulatio locum habet cum, de iure ſaltem ordinario, ſuperior non poteſt inſtituere & conferre dignitatem aut Prælaturam ex ſe ipſo, ſed ius eligendi vel poſtulandi eſt in eccleſia, aut Collegio ſuo Prælato carente, ideo poſtulatio ad electionem reduci debet, cui etiam maximè aſſimilatur cum iuridicè haberi non poſſit, niſi ab his, qui poſſunt eligere. *Caſtel. d.*

Digitized by Google

ſtel.d.cap.1.num.10.Lezana d.cap.12.num.1. Et in ſolemni poſtulatione ſecundum aliquos DD. leges ſerutinij ſeruari debeant, in cap. quia propter ſancitæ. Bald.in Rubr.de poſtulat.num.4. Tabien.v.electio num.19. & v.Poſtulatio numer.5.

40 Diſtinguitur autem poſtulatio in ſimplicem & ſolemnem Bald.in Rubrica de poſt.num.2. & 3. & ex Panorm.in cap.quia propter, Sylu.v.poſt.n.1. Tabien. ibid.n.1. Barboſ. l.1.de iur.eccleſ.cap.19.nu.14.Lotter. de re beneſic.lib.3.quaſt.17.nu.23. Eſt autem ſimplex poſtulatio petitio per quam à valente diſpenſare ſuper aliquo defectu petitur, vt diſpenſet, vt hoc modo aliquis poſſit eligi. Vel, vt addit Sylu. petitur à ſuperiore, vt aliquis electus poſſit conſentire; vt ſi à ſuperiore regulari petatur, vt Religioſus poſſit eligi, vel vt electus, poſſit conſentire; Vnde hæc poſtulatio nihil valet, niſi poſtulatus eligatur, vel ſolemniter poſtuletur, ſed ſolemnis poſtulatio eſt veluti quædam electio, per quam ſi admittatur, poſtulatus habet ius ad Prælaturam.

41 Nihilominùs tamen hæc ſolemnis poſtulatio non eſt propriè electio, vt ſpecificè ſumitur, ſed eſt alterius longè rationis ab illa. Definitur enim Poſtulatio ſecundùm Hoſt. quem citat & ſequitur. Sylu. v.poſtulatio num.1.vt ſit alicuius perſonæ, quæ eligi prohibetur non propter vitium, ſed propter defectum, qui tamen non omnino inhabilem reddit, ad prouidendum eccleſiæ concors, & certa Capituli petitio. A qua definitione aliqualiter diuerſa eſt illa, quam tradit Panorm.in Rubr.de poſtulat. dicens, quòd poſtulatio eſt quædam gratiæ petitio à ſuperiore, facta de promouendo aliquem ad Prælaturam, ad quam de iure communi propter defectum aliquem vel impedimentum eligi ſeu promoueri non poterat. Et hanc definitionem amplexi ſunt Tabien.verſ.poſtulatio nu.1. Caſtel d.ca.2.n.1. ſed Sylu. primam ſequitur quæ melior eſt, quia exprimit poſtulationem non habere locum, vbi defectus ſeu impedimentum eligendi eſt vitium, quod non exprimit ſecunda, quæ niſi reducatur ad ſenſum primæ, falſa eſt, quia iuxta illam poſſet poſtulari etiam ille, qui ratione alicuius vitij eſt impeditus ne poſſit eligi, quod eſt falſum.

42 Alio modo definit poſtulationem Baldus in Rubr.de poſt. num.1.vt ſit actus Canonicus, per quem de gratia petitur à ſuperiore, quòd prouideat de Prælato, vel det licentiam Capitulo eligendi eum. Sed hæc definitio generalis valdè eſt, & conuenit etiam poſtulationi ſimplici. Poſſet verò definiri & dici, quòd poſtulatio eſt Collegij Eccleſiaſtici determinatio voluntatis ad certam perſonam non idoneam, ex gratia ſuperioris obtinendam in Prælatum aut Rectorem, aut fratrem, producta in actum per formam debitam, & numerum competentem; quoniam ſolemnis poſtulatio fit modo electionis à Collegio, & eſt determinatæ perſonæ poſtulatio, quæ tamen ex gratia conceditur.

43 Ex his verò definitionibus habentur differentiæ plures valdè eſſentiales, quæ ſunt inter electionem & poſtulationem. Nam electio nullum defectum aut impedimentum Canonicum ſupponit in eligendo, ſed poſtulatio eſt propriè illius, qui ob aliquem defectum, qui non ſit vitium, eligi non poteſt. Innoc. in Rubr.de poſt. num.1. Panorm.num.2.Sylu. v.Poſtulatio Immo ſecundum Panorm. num. 1. Caſtell. de elect. cap.2.num.1. Barboſa lib.1.de iur.eccleſ.cap.19. num.18. in Rubr.de poſtulat.num.6. quem ſequitur. Tab. v. electio num.1. & id etiam docuerat Bald. nu.3. Si quis poteſt eligi, non poteſt poſtulari, quia electores debent prouidere eccleſiæ ne dum de meliori, ſed meliori modo, eſt autem melior modus prouidendi electio, vnde eligibilis debet eligi non verò poſtulari, quod limitat Tabien. niſi cum eligitur vnus & poſtulatur alius. Cum enim ſimul duo non poſſint eligi ſimul, cum vnius electione poteſt poſtulari alius, licet alias eligibilis, quia non eſt modo eligibilis, cum alius eligatur, & duo ſimul non poſſint eligi. E contra verò ſi poſtulandus eligatur, ſemper caſſatur electio. Quià is poteſt poſtulari, qui habet defectum, ne poſſit eligi. Innocent. vbi ſupra num.1. Bal.num.3.

44 Differentia ſecunda inter electionem & poſtulationem eſt, quia illa inititur iuſtitiæ, hæc gratiæ. Electio enim dat ius electo, ſiquidem in ea incipit vinculum Spiritualis Coniugij inter electum & Eccleſiam ad quam eligitur cap. cum inter Canonicos de elect. & cap. licet de tranſlat. Epiſ. Panorm. in Rubric. de poſtulat. & ibidem Innoc. & Bald. Bayſ 1. cap. 8. Tab. ver. electio nu.1. & v. poſt.nu.2. Caſtell. d.cap.1. num. 12. & 13. Lezana d. cap. 12. num. 50. Donat. in praxi tr. 1. q. 1. num.11. Et ideo tàm eligentes quàm electus habent ius ad confirmationem, quod eſt habere ius ad rem cap. poſtulationem, de poſtulat. & ibi Panorm. vbi quod electus petendo confirmationem non petit gratiam, & ex Io: Andrea, quòd vbi electus ſit dignus, poteſt ſuperbè accedere ante ſuperiorem, etiam caputio vel bireto non eleuato: renititur enim iuri non gratiæ, cui gratiæ innititur poſtulatio, cap. poſtulationem de poſtul. & ibi Panormitan. & alij DD. communiter.

45 Ex qua differentia oritur alia, quia ſcilicet poſtulatio à poſtulantibus poteſt reuocari antequam ſit ſuperiori præſentata. Innoc. vbi ſupra num. 1. Panorm. de poſtul. cap. bona 3. num. 8. & cap. bona 4. nu. 1.11. & 13. & cap. poſtulationem 5. num.1. Iterum Innoc. in cap. bonæ 4. num. 9. Hoſ. num. 18. Io: Andr. de elect. cap. public. num. 17. vbi Auchar. & Butr. num. 24. & Panorm. num. 6 Imol. n. 2. Auan. num. 2. Syln. v. poſtul. num. 8. Tabien. num. 1. & v. Elect.nu. 19. Barboſ. in d. cap. bona 4. de poſtul. n.14. Lauor. var. tom. 1. tit. 4. c. 13. num. 30. & pluribus alijs citatis ab eodem Barboſa l. 1. de Iur. Eccleſ. c.19. num.19. & poſſunt poſtulantes reuocare nuncium ad ſuperiorem miſſum, & ſufficit quòd reuocatio ad Nuncium perueniat. Panorm. cap. In cauſis 30. de elect. num. 13. Tabien. v.elect. num.1. Imò & ſi poſtulatio ſit præſentata ſuperiori, ſi ſuperior conſentiat poteſt à poſtulantibus reuocari. Innoc. & Hoſt. quos ſequitur Panorm. cap. bona 3. num. 8. de poſtulat. Tabien. ibidem Sed electio reuocari non poteſt cap. publicato 58. de elect quia ex vi electionis fuit acquiſitum ius electo.

46 Fundamentum autem horum eſt, quia per poſtulationem nullum ius acquiritur poſtulato cap. publicationem 5. de poſtulatione. Panormitanus ibidem Bald. num. 2. & alij Canoniſtæ Sylu.n.7. Tabien.nu.1. Garz. de beneſic. p. 4. cap. 3. num. 7. lauor. vbi ſupra & numer. 32. & cap. 9. numer. 109. Cuch. & Ric. quos refert & ſequitur Barboſ. ad d. cap. publicationem n.2. Sed dubium contra hoc oritur, Nam poſtulatio facta in vtilitatem Eccleſię & in concordia non poteſt reijci Io: Andr. & Hoſt. de elect. cap. cum ad Monaſt. Panorm. de poſtulat. cap. poſtulationem 5. num. 2.

Caſtell.

Caſtell. de elect. c. 2. n. 3. Reſpondeti poſſet *ex Sylu. v. Poſtulatio n. 7.* quòd ſi poſtulatio non eſt facta in concordia, nullum ius acquiritur nec etiam poſtulantibus, ſed vbi poſtulatio facta eſt à duabus partibus, acquiritur ius poſtulantibus, & in hoc ſenſu dixerunt DD. citati quòd poſtulatio facta in concordia debet admitti. Numquam tamen acquiritur ius poſtulato; qui cum aliquem defectum habeat, eſt inhabilis niſi diſpenſetur. DD. citati. Sed de his dicam infra *cap. de poſtulatione*, ſemper enim poſtulatio innititur gratiæ.

47 Plures enim aliæ differentiæ ſunt inter electionem & poſtulationem, quæ infra vbi in ſpecie de poſtulatione erit ſermo, explicandæ erunt.

48 Nominatio etiam ſolemnis & iuridica eſt vnus ex modis prouidendi Eccleſijs vacantibus. Fit verò ſecundùm Hoſtien. quando eligentes non eligunt vnum determinatè, ſed nominant duos vel tres aut plures, vt ſuperior ipſe ex nominatis eligat quem voluerit. *Sylu. v. nominatio Tabien. v. poſtulatio n. 7. Lezana d. cap. 12. n. 53.*

49 Sed conſiderandum, quod triplex eſt nominatio. *Panor. de elect. cap. quod ſicut 28. Sylu. v. nominatio Tabien. v. poſtulat. num. 6. Barboſ. lib. 1. de iur. eccleſiaſt. cap. 19. num. 17.* Alia enim eſt ſimplex, ſeù minus ſolemnis, que electionem antecedit, quando ſcilicet electoribus plures proponuntur ſeu nominantur vt habiles ad hoc quòd eligantur, de qua *Panormit. cenſet ſermonem eſſe in d. cap. quod ſicut, & de hac loquitur idem Panormitan. cap. auditis 29. n. 3. eod. tit. Garz. p. 4. c. 1. n. 8.* Alia eſt, quæ eſt intrinſeca electioni per ſcrutinium ſecretum, per quam quilibet eligentium nominat, quem vult eligere. & per hanc nominationem ante Scrutinii publicationē non acquiritur ius nominato *arg. ſi quis abſenti de elect. in 6.* ſed publicato ſcrutinio acquiritur ius, nec ampliùs electorés poſſunt variare. *extr. de elect. cap. publicato.* Sed alia eſt nominatio Solemnis. quæ eſt ſpecies quædam prouidendi Eccleſiæ vacanti, & hæc eſt actus Canonicus, per quem Superiori ab electoribus plures nominantur vt ex illis det vnum, quem voluerit.

50 Diſtinguitur igitur hęc ſolemnis nominatio ab electione, quià non dat ius nominatis, ſed imo & antequàm nominatio præſentetur ſuperiori, poſſunt nominantes reſilire. *Hoſtien. & Panormit. in cap. bonæ 3. de poſtul. & cap. quod ſicut 26. de elect. n. 1. Sylu. v. nominatio Tab. v. poſtulatio num. 7.* A poſtulatione verò diſtinguitur: quià non eſt alicuius determinatè, ſed plurium vagè, & eſt veluti compromiſſum factum in ſuperiori. *Hoſt. & Panorm. in d. cap. bona n. 8. Tabien. d. num. 7. Caſtel. de elect. c. 2. num. 14.* Et quia nominari poſſunt etiam illi qui non habent defectum, ſed ſunt eligibiles, vnde non innititur gratiæ ſuperioris, vt diſpenſet ſuper defectu nominatorum, ſed iuri alicui innititur, quia ſuperior aliquem ex nominatis confirmare tenetur, ſi aliàs ſint idonei. Vnde per nominationem aliquod ius acquiritur nominatis *Panorm. d. cap. bonæ de poſt. num. 8.*

51 Cum igitur tres ſint modi prouidendi Eccleſijs vacantibus, ſcilicet per electionem, poſtulationem, & nominationem. *Panorm. in d. cap. bonæ & p. de poſt. num. 8.* qui omnes diſtinguuntur; ab alio modo generali qui conſiſtit in collatione ſuperioris, & etiam, ab alio modo, qui conſiſtit in præſentatione & inſtitutione præſentati. Et vlterius iſti modi conueniant in hoc quòd ſunt actus Collegij Eccleſiaſtici, & in eis ſeruanda ſit forma generalis eligendi per ſcrutinium, vel inſpirationem, nec dent dominium ſed ad ſummum electio det ius ad rem, modo ſupra expoſito: Ideo tres iſti modi comprehenduntur ſub electione vt à collatione & inſtitutione diſtinguitur; Sunt tamen inter ſe diuerſarum ſpecierum. Et ſic electio ſumitur vel genericè, vel ſpecifice. Primo modo poſtulàtio, & nominatio ſunt ſpecies electionis, ſed ſecūdo modo ſunt ſpecies ab ea diſtinctę.

52 Eſt etiam aduertendum, hos tres modos prouidendi Eccleſijs vacantibus habere locum etiam in Regularibus, qui nedum per electionem, ſeù poſtulationem, ſed etiam per nominationem ſuos Prælatos eligere poſſunt. *Tabien. v. poſtulatio num. 7. Lezana tom. 2. c. 12. n. 53.* Sed nunc ex decreto Concil. dent. *ſeſſ. 25. cap. 6.* de Regularibus hoc limitatur iuxta dicenda infra *n. 64.*

53 His autem modis prouidendi Eccleſijs vacantibus. *Barboſ. de iur. eccleſ. lib. 1. cap. 19. numer. 2.* addit duos alios, ſcilicet per ſimplicem petitionem, & per translationem, ſed petitio ſimplex cum nulli innitatur iuri, non eſt Eccleſiæ prouiſio, ſed ſimplex ſupplicatio per quam populus ſupplicat vt ſibi aliquis Prælatus concedatur *cap. in nomine Domini 23. diſtinct. & cap. quod Dei timorem de ſtatu Monachorum.* Et translatio non dicit ſpecialem modum prouidendi Eccleſiæ viduatæ, niſi per accidens, & reſpectu termini à quo. Accidit enim Eccleſiæ Viduatæ, quod Prælatus ſuus eſſet priùs Epiſcopus, aut alicuius alterius Eccleſię Pręlatus, & eidem Eccleſiæ nō prouidetur niſi per inſtitutionem, aut aliquam electionem, ſeù poſtulationem; Vnde duò ſolùm ſunt modi generales prouidendi Eccleſijs viduatis, ſcilicet collatio, & electio genericè ſumpta, quæ diuiditur in electionem propriè dictam, poſtulationem, & nominationem. Et præſentatio ſub electione etiam continetur, ſed magis generaliter ſumpto nomine electionis, vt queſt: ſuper. dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Electionis tres modi. ſc. per Scrutinium, compromiſſum. & inſpirationem. num. 54.*
2 *Electiones per compromiſſum & inſpirationem non eſſe ablatas per Concil. Trident. multi affirmant. numer. 55.*
3 *Negant alij. num. 56. 57.*
4 *Decretum concilij non comprehendit electiones Pontificis, Epiſcoporum, aut Secularium. num. 58.*
5 *Per Conc. forma eligendi per compromiſſum, & inſpirationem ſunt abrogata. num. 59.*
6 *Satis fit argumentis in contrarium. nu. 60.*
7 *Forma compromiſſi mixti non eſt abrogata. nu. 61.*
8 *Inſpiratio & quaſi inſpiratio diſtinguuntur. num. 62.*
9 *Inſpiratio via eſt Spiritus ſancti. num. 62.*
10 *In Electionibus Regularium, nec electio per inſpirationem valet. num. 63.*
11 *Ex hoc quòd electio vnanimi conſenſu ſtatim fit, non eſt manifeſtum illam eſſe à Spiritu ſancto. n. 63*
12 Nominatio *eſt excluſa per decretum Conc. Trident. numer. 64.*
13 *Nominatio fieri debet ſecretè, ſi fit. num. 64.*
14 *Nominatio non facta ſecretè nihil valet, & præſentata poteſt reuocari. num. 64.*

15 *Nominatio ſeu compromiſſum in ſuperiorem valet titulo deuolutionis, ſi electores tempore ſuo non eligant. num. 64.*

16 *Et valet titulo ceſſionis. num. 64.*

17 *Electus non ſecrete eſt inhabilis. ſi conſentiat. nu. 65.*

18 *Hoc non habet locum in electione Generalis. numer. 66.*

19 *Is permittit ſe eligi, qui conſentit electione; ante vel poſt. num. 67.*

20 *Per Concilium non eſt abrogata forma cap. quia propter. num. 68.*

54 QVæritur quartò, Quot ſint formæ, ſeù Modi, aut ſpecies electionis propriè ſumptæ. Tres formas, & modos eligendi Prælatos ponit textus, in *cap. quia propter de elect.* quià nimirum electio fieri poteſt vel per Scrutiniũ, vel per cõpromiſſum, vel per quaſi Dei inſpirationem. Hos quoque tres modos electionis ponit conſtitutio Ordinis Prædicat. *diſt. 2. cap. 2.* Sed graue dubium eſt.

55 An per Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 6.* Modi eligendi per compromiſſum & per quaſi inſpirationem ſint ſublati? Non eſſe ſublatos tenuerunt *Rodriq. tom. 2. q. 51. art. 9. & in ſum. p. 1. c. 102. num. 2. & cap. 105. circa med. Mirand. tom. 2. q. 52. a. 3. fin. & in tractatu de Monial. q. 7. art. 3. concl. 1. Tamburrin. de Iur. Abb. diſput. 5. q. 5. Lezana part. 1. cap. 13. nu. 11. Laymon. in quæſt. Canonic. cap. vlt. q. 231. Pelizar. de Monial. cap. 10. Sect. 2. nu. 105. & nouiſſimè Paſqualigus ad Laurētiū de Franchis p. 1. num. 33. Peyrin. in Subd. Relig. q. 1. cap. 31. notab. 1. Azor. p. 2. lib. 6. c. 14. q. v. Baſſ. v. electio num. 1. cum 6.* dicentes mentem Concilij fuiſſe, ſtatuere modum eligendi, dum fit electio per Scrutinium, & diſpoſuiſſe talem electionem omnino Secrete celebrari, non verò voluiſſe tollere alios modos electionis in iure fundatos, & ab Innocentio III. in *cap. quia propter admiſſos*. Cum non ſit credibile, Concilium voluiſſe derogare illi Canoni nulla facta eius mentione. Et prætereà finis Concilij locum habere non poteſt in his duobus modis eligendi, in quibus ſecretum eſt impoſſibile, & publicitas votorum ne dum nullam paritura eſt inconueniens, ſed valdè vtilis eſt ad pacem in Eccleſijs, & Collegijs cõſeruandam. Cum enim in electione per Scrutinium non ſit ad valorem electionis neceſſarius concors cõſenſus omnium electorum, & rariſſimè accidat quod omnes in vno eligendo conueniant, publicitas votorum eſt fomentum diſcordiarum, & contraria libertati eligentium. Talis enim ſecreto negabit votum alicuius electioni, volens ſuę conſulere conſcientiæ, qui publice illud non negaret, timens inimicitiam illius, cui ſuffragium negat, & eorum qui eiuſdem electionem promouent, ſed in modis eligendi per compromiſſum & per quaſi inſpirationem, in quibus eſt neceſſarius concors omniũ ſuffragium, & vno deficiente electio eſt nulla, vel non eſt electio, vel vota ſunt publicà, quià omnes dederunt ſuffragium, vel in electione arbitrorum vel in electione Prælati. Et quod hæc vota ſint publica, vtile eſt, quià ex hoc apparet conſenſus eligentium, & maximus eſt etiam honor electi per inſpirationem & concordem eligẽtium voluntatem. Accedit quod, vt habetur in Conſtitutione *Greg. 15. Eterni Patris data anno 1621. §. Matura* in elect. Pontificis huiuſmodi formæ eligendi approbantur abſque vlla mentione Concilij Tridentini, quod eſt ſignum valde euidens, Pontificem ſenſiſſe, hos modos eligendi à iure communi approbatos, non fuiſſe ablatos per Concil. Trident. Neque veri ſimile eſt; Pontificem voluiſſe iterum approbare, quod per Concilium Tridentinum fuiſſet reprobatum. Accedit poſſe contingere caſum, in quo non ſit alia via apta ad tollendas eligentium diſſenſiones quàm per compromiſſum, ſicuti ſæpiùs accidit, non eſt autem veriſimile, Concilium voluiſſe auferre ab Eccleſia hoc medium tam vtile & neceſſarium ad diſſenſiones terminandas, & prouidendum Eccleſijs vacantibus. Inſpiratio etiam Dei cui legi ſubeſt? Inſpiratio enim via eſt Spiritus ſancti, vt aduertit *Gloſ. in cap. perpetuò de elect. in 6. Hoſtien. in ſumm. de elect. n. 16. Biax. in direct. elect. p. 3. num. 1.* vnde non ſubeſt legi. Vbi enim ſpiritus Dei ibi libertas, & quæ Dei ſpiritu aguntur legibus humanis non ſubſunt. *Can. duæ ſunt 19. q. 2. Sigiſmundus à Bonon. de elect. p. 1. cap. 1. dub. 2. nu. 3.*

56 E contra autem has formas electionis fuiſſe ſublatas per Trident. tenent *Garz. de benefic. p. 5. c. 4. n. 203. Caſtell. c. 2. n. 7. Barboſ. in ſum. v. Electio n. 9. & ad Sect. 25. Conc. Trident. cap. 6. de Regul. n. 15.* Nonar. *in praxi noui iuris Pont. de elect. concl. prima & in Lucer. Regular. v. Electio num. 10. Tamburrin. de iur. Abb. diſputat. 58. q. 4. nu. 14 Lezana in ſum. v. Electio num. 3. Samuel. diſput. 1. controu. 5. concl. 2. trac. 1. Moron. reſp. 72. n. 12. Donatus tract. 1. q. 15. num. 11. Ratio horum eſt* Tum primò; *Quia Concil. Trident. d. ſeſſ. 25. cap. 6. de Reg.* abſolute præcipit, omnes electiones ſuperiorum Regularium fieri per vota ſecreta, & quod amplius eſt, omnem electionem aliter factam decernit nullam, *ibi, ſi vero contra huius decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit electio irrita ſit*; Quæcumque igitur electio Abbatis, vel Generalis, vel alterius ſuperioris non eſt ſecrata, eſt irrita. At verò electiones, quæ fiunt per compromiſſum, & inſpirationem non ſunt ſecretæ, cum per publicas voces fiant; ſunt igitur irritæ & nullæ.

57 Tum ſecundo ex declaratione S. Cong. Cardinalium Sacr. Conc. Trid. interpretum, quam referunt Garzias, Caſtell. Samuel, & alij in hac forma. *Si in electione Prælatorum Regularium procedi poſſit alia via quàm per ſcrutinium, vt pote per viam compromiſſi, aut quaſi inſpirationis, aut oportet procedere per viam ſcrutinij tantùm, quò poſſit ſatisfieri decreto Concilij, vt vota ſint ſecreta. Congregatio cenſuit, electionem horum Prælatorum debere fieri tunc per vota ſecreta, vt ſe habent verba Concilij hoc capite.* Vnde ex Tamburrin. loco citato refert Donatus, quòd S. Congregatio irritam declarauit electionem vnius Prouincialis Ord. Carmelitanum, qui vnica voce acclamatus, & vnanimi omnium conſenſu electus fuerat.

58 Dicitur primò, quòd Concilium Tridentinum in d. cap. nihil ſtatuit de electione, vel Pontificis, vel Epiſcoporum, ſed loquitur ſolùm dę Electionibus Regularium; quod probatur ne dum quià illud decretum eſt ſub titulo de Regularibus, ſed ex verbis eiuſdem Decreti, quæ ſunt iſta. *In electionibus ſuperiorum, quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum officiorum, Generalium, & Abbatiſſarum: atque aliarum Præpoſitarum &c.* Vbi nulla fit mentio Epiſcoporum, vel Abbatum perpetuorum, ſed ſolùm fit mentio ſpecialis Generalium, & Abbatiſſarum;

quia

Digitized by Google

quià dubium poterat eſſe, an venirent ſub nomine ſuperiorum, vel officiorum. Vnde multò magis feciſſet expreſſam mentionem Pontificis, & Epiſcoporum, ſi voluiſſet decretum ad eorum electiones extendi. Solæ igitur Regularium electiones ſub eo decreto comprehenduntur. Vnde tam in Conſtit. *Gregor. 15. Eternis Patris*, quã in Ceremoniali elect. Papæ, triplex forma eligendi contenta in *cap. quia propter* approbatur.

59 Dicitur ſecundò. Per Concilium Tridentinum fuiſſe abrogatas formas illas eligendi per compromiſſum, & per quaſi inſpirationem, in electionibus Regularium. Huic aſſertioni adhæreo, quoniã inuenio S. Congregationem Concilij declaraſſe ſub die 3. Octobris 1585. *Quod electiones Regularium non poſſunt fieri per compromiſſum, vel per communem inſpirationem*. Et eadem S. Congregatio alias declarauit *Ad electionem ſuperiorum Regularium nullo penitus alio modo, quam per ſcrutinium, & vota ſecreta eſſe procedendum, nec alij duo modi per compromiſſum, vel per inſpirationem, qui approbantur in cap. quia propter 42. de electione, poſſunt habere locum in electione Regularium*. Etenim licet in rigore poſſet haberi aliqua electio per compromiſſum ſecreta, hoc tamen fieret mediante ſcrutinio aliquo, & ideo ad tollendas omnes ambiguitates, & difficultates, (quia electio non poteſt eſſe ſecreta, niſi quatenus fiat per ſcrutinium), merito in eo ſenſu explicatum eſt Concilium, vt decreuerit apud Regulares non habere locum aliam formam eligendi, quam per ſcrutinium.

60 Ad fundamenta vero primæ opinionis reſpondetur, & ad primum dicitur non fuiſſe neceſſariam ſpecialẽ derogationem ad *Conſtit. cap. quia propter, quia Concilium in cap. 22. vltim. illius ſeſſ. 25.* de Regularibus ſufficienter derogauit omnibus contrarijs decretis in ea ſeſſione ab eo pro Regularibus ſtatutis. Ad ſecundum dicitur quod imo, ex hoc probatur, quod Concilium huiuſmodi formas eligendi abrogauerit, quia in illis etiam locum habet finis ſuæ conſtitutionis, qui eſt libertas eligentium ab omni timore immunis, & alias bene contingere poſſet, quod multi in formam compromiſſi conuenirent, ſi illa non fieret per ſcrutinium ex timore huius, vel alterius, qui in ſecreto ſcrutinio aliter agerent. Ad tertium dicitur, quod cum Concilium non præcepit electionis ſecretum niſi pro electionibus Regularium, nihil mirum ſi in Conſtit. *Etenim Patris Greg. 15.* vbi agitur de electione Papæ, non fuerit facta mentio de hoc decreto Concilij. Ad quartum dicitur, quod Concilium reſpexit ad id, quod frequentius poteſt euenire, quia ſcilicet, vbi electio non fiat per ſecretum ſcrutinium poteſt contingere quod ſit coacta, timentibus pluribus negare manifeſte ſuũ ſuffragium huic, vel illi. Quod vero poſſit eſſe quod compromiſſum ſit medium neceſſarium ad terminanda diſſidia rarius contingere poteſt, & ideo opportunius fuit huiuſmodi formam electionis potius cauſam nocumenti quam remedium abrogare.

61 Quæri autem poſſet, an ſtantibus dictis adhuc admitti poſſit, quod Regulares eligere poſſint per cõpromiſſum mixtum ex ſcrutinio? Dicitur vero, quod quia hoc compromiſſum, vel non diſtinguitur ab electione per ſcrutinium, vel certe in hoc quod eſt excludere timorem coactionis, & periculum violationis libertatis maxime conuenit cum forma electionis per ſcrutinium, rationabiliter dici poteſt hanc formam non fuiſſe per Concilium abrogatam, cum in hoc compromiſſo ſeruetur prorſus lex ſcrutinij ſecreti, vt fuſius infra ſuo loco demonſtrabitur, vnde promiſſiones, ſubornationes, minæ, munera, & alia huiuſmodi non magis poſſunt vitiare electionem per huiuſmodi compromiſſum, quam per ſcrutinium tantum.

62 Vnum tangitur de electione per inſpirationem, quia ſcilicet cum ſit à ſpiritu Sancto, non ſit ſub lege. Sigiſmundus dicto *dub. 2.* diſtinguit inter inſpirationem, & quaſi inſpirationem; Nam illa fit, cum nullo ordine ſeruato inter eligentes, ipſi quaſi ebrij ſimul eligunt, & acclamant electum, vt olim viſum fuit in electionibus ſanctorum Epiſcoporum Martini, & Ambroſij. *Anton. à Butr. in cap. quia propter n. 49. de elect. Tuſc. l. E. concl. 74. Rota in Meten. Monaſt. 5. Iulij 1621. coram Coccino*, Sed quaſi inſpiratio eſt, quando ſubitò, & repente aliquo tamen ordine ſeruato inter electores, vnus poſt alium omnes eligunt. *Hoſtien. in cap. quia propter num. 50. Oldrad. conſ. 155. Tuſc. & Rota vbi ſupra*, Qua diſtinctione data, inquit, quòd inſpiratio non eſt forma electionis, vt dicunt. *Innocent. d. cap. quia eſt num. 50. & ibidem Hoſt. num. 50. Panormit. §. niſi n. 1. Sylu. v. electio 2. n. 27. Rota in Treueren. Abbatia 20. Non. 1624. coram Coccino, ſeu deciſ. 574. part. 4. Recent.* Sed inſpiratio eſt via Spiritus ſancti, vnde vbi cognoſcatur electionem factam per inſpirationem ipſa confirmabitur, vt notant. *Gloſ. in cap. perpetuo de elect. in 6. Hoſt. in ſumm. tit. de elect. num. 16. Biax in direct. elect. p. 3. cap. 16. num. 1.* Vndè non ſubiacet legi, aut formæ, quæ requiritur in electione recitati textus, *c. quia propter Rota in Meten. Monaſterij 5. Iulij 1621*,

63 Sed hæc vera quidem ſunt, vbi electio per inſpirationem aut quaſi inſpirationẽ nõ eſt per Conciliũ Tridentinum abrogata, ſed in electionibus Regularium locum habere non poſſunt, quia in illis omnis electio non ſecreta eſt nulla. Et licèt quæ à Spiritu ſancto ſunt, legi humanæ non ſubſint, Hoc verum eſt, vbi manifeſtum ſit Spiritum ſanctum aliquid abſolutè velle. At verò, hoc non conſtat de electione quacunque, ex hoc ſolùm, quòd communi conſenſu ſtatim, & repente per electorum acclamationem fiat. Ideo Eccleſia hanc electionem ratam non habet, bene ſciens, quòd ſi erit à Spiritu ſancto, electores illam etiam confirmabunt per voto ſecreta, Spiritu ſancto interius monente, & inſpirante.

64 Hinc verò deducitur etiam nominationis viam eſſe excluſam per illud decretum Concilij; quoniam nominatio eſt quædam ſpecies compromiſſi. Poterit tamẽ fieri per viam compromiſſi mixti ex ſcrutinio. Nam bene electores per vota ſecreta, & ſcrutinium poſſunt nominare aliquos, & compromittere in ſuperiorem, vt det ex illis, quem voluerit. Si tamen hæc nominatio in Superiorem fiat per voces publicas, non verò per ſcrutinium ſecretum nihil valet, & poteſt reuocari etiam poſt præſentationem factam ſuperiori. Valere autem poterit ratione deuolutionis, ſi interim electores ſtatuto tempore nullum eligant. Poſſet etiam valere per modum ceſſionis, quia cedere iuri ſuo non eſt eligere, poſſent autem electores, ſi omnes conuenirent, cedere iuri ſuo ſub pacto, vt ſuperior vnum ex nominatis ab ipſis eligeret.

65 Nèdum autem vigore decreti Concilij omnis

electio Regularium non ſecreta eſt irrita, ſed Cnnciliũ decernit, vt is qui ad hunc effectum Se in Prouincialem Abbatem aut Priorem creari permiſerit, deinceps ad omnia officia in Religione obtinenda inhabilis exiſtat.

66 Cum autem hic nulla fiat mentio Generalium, & ſimus in Pœnalibus, electio Generalis ſi fiat per vota publica eſt quidem ipſo facto irrita, ſed electus etiam ſi permiſerit ſe eligi illo modo, non ſubiacet huic pænæ.

67 Is verò dicetur permittere ſe ereari in Prælatum, qui electioni conſentit, vel antecedenter, vel conſequenter.

68 Vltimò aduertitur non defuiſſe, qui dicerent e contra, formam eligendi in *cap. quia propter de elect. ſtatutam fuiſſe per Conc. Trident. abrogatam. Pro qua ſententia refertur Miranda tom. 2. q. 23. a. 15. concluſ. 2. à Barboſ. in cap. 6. ſeſſ. 25. Concil. Trident. num.* 18 *de Regular.* Sed hne nullum habet fundamentum, ſolùm enim per Concilium decernitur vt electiones fiant per vota ſecreta adeo vt vota eligentium nunquam publicentur. Et ideo diſpoſitionem illam *capit. quia propter* in reliquis manere in ſuo robore docuerunt *Rodriq. in ſumma p. 1. cap. 102. num. 2. Azor. inſtit. Moral. p. 1. lib. 13. cap. 10. q. 2. Rota in Meſen. Monaſt. 5. Iun.* 1621. *coram Coccino ſeu deciſ. 312. p. 4. tom. 2. Recent. & in Treueren. Abbatia ſeu dec. 574. p. 4. to. 3. Recent.* 20. Nou. 1624. *coram eodem Coccino Sigiſm. dub. 27. num. 10. & 11. Barboſ. loco citato & l. 1. de iur. Eccleſ. cap. 19. n. 150. Donatus tract. 1. q. 5. n. 2. Caſtel. c. 1. num. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *In Ordine Prædicatorum non fit electio niſi per ſcrutinium. num. 69.*

69 QVæritur Quinto. An in ordine Prædicatorum poſſit habere locũ electio per compromiſſum, vel per communem inſpirationem. Ex vi *Conſtit. diſt. 2. cap. 2. text.* triplex forma eligendi iuxta textum *ca. quia propter de elect. approbatur.* Nihilominùs poſt decretum Concilij Trident. verba illa textus vel per *Scrutinium, vel per compromiſſionem, vel per communem inſpirationem*, declarata fuerunt L. E. per hæc verba. *Declaramus*, hanc *antiquam eligendi formam per Conc. Trident. iam abolitam eſſe, & in omni Canonica noſtri ordinis electione ſeruandum eſſe decretum Conc. Trident. ſeſſ. 25. de Regul. &c.* & intra *ex cap. Bonon.* 1564. Sic ſubditur. *In huius ergo decreti (videlicet Concilij) executionem præcipimus vniuerſis fratribus noſtris, vt in futuris electionibus infraſcripta forma deinceps obſeruetur & ſi ſecus facta fuerint irritæ habeantur. Singuli electores in ſchedula ſcribãt electi nomen, vel ſcribi faciant, eligentis autem nomen nunquam ſcribatur, nec ſcrutatoribus nec confirmatori vnquam reueletur. Abrogata igitur electione per communem inſpirationem, & per compromiſſum, ſemper per ſcrutinium facienda eſt electio, quod etiam Romæ 1571. ita diſpoſitum fuit. Denunciamus in noſtro Capitulo Generali diligenter ſuper forma electionis per ſchedulas facienda à Patribus eſſe tractatum, decretumque fuiſſe, eam formam nullatenus eſſe omittendam. De qua re Sanctiſſimus D. N. Pius V. etiam conſultus in eadem ſententia fuit*; quo ſtante apparet, quod in ordine Prædicatorum non poteſt modò eſſe Canonica electio niſi per ſcrutinium, quià Patres illius *capit. Bonon.* 1564. videntes iam ex decreto Cõcilij Trident. electiones per communem inſpirationem & per cõpromiſſum commode non poſſe practicari, eas pro abolitis habentes, vt impoſterum forma eligendi Prælatos in ordine eſſet firma, & ſtabilis, & certa ſtatuerunt, ne dum omnem electionem fieri debere per ſcrutinium, ſed modum etiam huius electionis decreuerunt. In ordine igitur Prædicatorum non poſſe electiones Canonicas fieri niſi per ſcrutinium ex præfatis conſtat, & docuerunt *Caſtell. de elect. cap. 7. num. 7. Vrceanus in Summar. Conſtitut. p. 3. cap. 2. Samuel. tract. 1. diſput. 1. controu. 5. nu. 3. Donatus tract. 1. q. 5. num. 3. Camill. in diret. p. 1. cap. 2.*

S V M M A R I V M.

1 *Ordo doctrinæ. num. 1.*
2 *De eſſentia electionis eſt libertas. 2.*
3 *Actus in tantum eſt humanus, in quantũ eſt liber. 2.*
4 *Libertas tollitur ſi ab extrinſeco homo cogitur. 3.*

De electione coarctata ex parte eligibilium per Superioris præceptum aut legem, ſiuè per conſuetudinem.

C A P V T II.

1 HAbito quid nomine electionis Canonicæ ſignificetur, & eiuſdem diuiſione in electionem per ſcrutinium, cõpromiſſum, & inſpirationem communem, vt eſſentia electionis explicetur, & quid rei illius plenè habeatur, cũ de eius eſſentia alia ſint ex lege naturali, ſcilicet ex natura electionis abſolute, & alia ex lege poſitiua ſacrorum Canonum, vel etiam ex municipali lege plurium eccleſiarum & Religionum, ordo doctrinæ poſtular, vt priùs conſideremus naturam electionis abſolutè, inueſtigantes quæ ex lege naturali ad eam ſpectant.

2 Inter ea verò, quæ ex naturali lege ſunt de eſſentia electionis, eſt libertas. De eſſentia enim electionis abſolutè ſũptæ eſt quòd ſit actus liber. Nam actus in tantùm eſt moralis, & humanus, in quantùm eſt actus liber, cuius homo eſt Dominus. *Diuus Thomas. p. 2. q. 1. a. 1.* Electio verò Canonica actus humanus eſt. Et quia in Cannnica electione eſſe actum humanum ſe habet tamquam genus, ideo etiam ordo doctrinæ hoc petit, vt videamus priùs quid competat ei quatenus eſt electio abſolutè & ratione ſui generis; Electioni verò per ſe conuenit eſſe actum liberum. *Diuus Thomas p. 2. q. 13. a. 6.*

3 Libertas verò inter homines non tollitur, niſi quià homo, eiuſque voluntas ab extrinſeco vim aliquam patiatur, quod quidem cõtingere poteſt multis modis, & præcipue per iniuſtas ſuperiorum leges, per fraudes, per importunitates, per minas, metum incutientes; ideo omnia iſta diſtinctiùs conſideranda ſunt, vt appareat qualiter electioni repugnent, & eam irritam reddant. Priùs autem conſideran-

Digitized by Google

derando vim quam Electio pati poteſt ex lege aliqua, vel conſuetudine, tractatur quæſtio ſequens.

S V M M A R I V M.

1 *De ratione Electionis Canonicæ eſt plena libertas. num. 4.*
2 *Ceſſat electio, dum tollitur libertas eligendi. 4.*
3 *Non poſſunt electores per ſtatutum, vel mandatum coarctari ad vnum eligendum. num. 5.*
4 *Si electores alium dignum eligant, valida eſt electio, & debet confirmari. 5.*
5 *Idem dicendũ ſi electio coarctetur ad tres vel quatuor. num. 6.*
6 *Hoc alij negant. num. 7.*
7 *Et ita, vt quidam dicant electionem coarctatam ad vnum eſſe liberam. 7.*
8 *Conſuetudinem proponendi plures aliqui non reprobant. 7.*
9 *Cap.* cum terra *de elect. explicatur. num. 8. 9.*
10 *Cap.* vbi periculũ *de elect. in 6. explicatur n. 10, 11.*
11 *Nõ licet coarctare electionem ad quatuor aut quinque. num. 12.*
12 *Decretũ Sacræ Congregationis id probantis n. 12.*
13 *Non eſt electio, vbi in electoribus non eſt libertas ſpecificationis. num. 13.*
14 *Prohibitio, ne electiones coarctetur ad quatuor vel quinque, rationabilis. num. 14.*
15 *Coarctatio eſt licita, ſi fiat de conſenſu electorum. num. 15.*
16 *Per accidens poteſt fieri coarctatio ad duos, ſi alij non ſint idonei. num. 16.*
17 *Vbi ſoli duo ſunt idonei, coarctatio eſt ex iure naturali. num. 16.*
18 *Decretum Sacræ Congregationis ſupponit plures idoneos. num. 16.*
19 *Immò ſi vnus ſolus ſit idoneus, ad illum poteſt electio coarctari. num. 17.*
20 *In facto id fecit Generalis Ord. Præd. 17.*
21 *In his caſibus inidoneitas aliorũ debet eſſe certa. 17.*
22 *In Arbitrio Superioris eſt iudicare, an ſolùm vel duo vel vnus ſit idoneus. 17.*
23 *Coarctatio ad duos, vel vnum, quia alij ſint inidonei, in foro externo difficilis. 17.*
24 *Superiores in his caſibus cum magna cautela procedant. 17.*
25 *Si alius eligetur, & non probetur eius indignitas, electio erit confirmanda. 17.*
26 *An electio coactata etiam ad vnum irrita. num. 18.*
27 *Electio coarctata etiam ad vnum, nec iure eccleſiaſtico, nec iure naturali eſt irrita ipſo facto. 19.*
28 *An ſuperiores poſsint coarctare electionem ad plures quàm quinque. 20.*
29 *Indifferentia ſpecificationis ad eligendum competit electoribus. num. 20.*
30 *Nominatio perſonæ eligendæ ſpectat ad electores. num. 20.*
31 *Superioris eſt dirigere electionem ad finem vniuerſitatis. 21.*
32 *Superior licet non poſsit auferre electorum libertatem, poteſt illam reſtringere ſecundùm aliquos num. 22.*
33 *Conceſſum dicitur quod non probibetur. 22.*
34 *Ius ſubditorum ad eligendum, eſt dirigibile à ſuperiori. num. 24. 25.*
35 *Superior ſine cauſa rationabili coarctans ad plures quàm quinque grauiter peccat, & eſt iniuſtus, & eſt puniendus. num. 26.*
36 *Superior ad nullum numerum certarum perſonarum poteſt electionem coarctare. num. 27. 32.*
37 *Superior valẽs condere leges poteſt limitare electionem ex parte materiæ. num. 28.*
38 *Determinare, & limitare qualitates eligibilium non eſt iniurioſum electoribus. num. 28.*
39 *Stante quòd ſint plures eligibiles, læditur ius eligentium, ſi coarctentur ad aliquem vel aliquos. n. 26.*
40 *Poteſtas directiua ſuperiorum eſt reſtricta per leges. num. 29.*
41 *Facta quacumque limitatione validè eligitur extra limitationem. num. 30. 32.*
42 *Statutum vnius Religionis expenditur. num. 31.*
43 *Conſuetudine introduci poteſt, vt ſuperior limitet electionem etiam ad vnum. num. 33.*
44 *Cap.* cum Terra *de electione declaratur. nu. 33.*
45 *Papa poteſt electionem coarctare. num. 34.*
46 *Electione coarctata ad vnum à Pontifice electores liberè eligunt. num. 34.*
47 *Sed tamen electio tunc non eſt propriè electio Canonica, ſed nominatio. num. 34. 35.*
48 *Si tamen coarctatio ad vnum ſit ſolùm directè ex parte eligibilis, nominatio illius eſt electio. nu. 35.*
49 *Papa cõcedens, vt aliquis eligi poſſit, non cogit. n. 36.*
50 *Electores poſſunt ſe obligare ad vnum ex duobus eligendum. num. 36.*
51 *Etiam ſi electores tentauerint eligere non idoneos, non poteſt ſuperior limitare electionem ad certum numerum. num. 37.*

4 QVæritur itaque primò 1. An electio ex parte eligibilium coarctari poſſit ad perſonam, vel perſonas determinatas per ſtatutum ſuperioris. Supponitur autem tamquam certum ad electionem eſſe neceſſariam plenam libertatem in eligentibus, vt quem iudicauerint idoneum poſſint eligere *cap. dilectiſſimi 8. q. 2. & cap. cum terra de elect. & cap. vbi periculum de elect. in 6. §. cæterum*, ibi, *ceſſat electio dum libertas adimitur eligendi Gloſ. in cap. quiſquis v. libertatem de elect. Panorm. in cap. cum terra nu. 1. de elect. & ca. licet eod. tit. Sylu. v. electio n. 26. Tabien. n. 23. Petrus de Bayſ. direct. elec. p. 1. cap. 6. n. 1. Rot. p. 1. recent. decij. 65. num. 6. Nauar. lib. 1. conſ. 5. de elect. & cæteri DD. communiter.* Hoc enim in iure eſt indubitatum.

5 Quo ſtante dicitur, non poſſe electionem coarctari ex parte eligibilium ad vnam perſonam determinatam per ſtatutum aliquod aut legem aut præceptum Superioris, & ſi id fiat, legem, ſtatutum, aut præceptum eſſe iniuſtum, & eligentes non teneri obedire, & ſi alium dignum eligant, electionem eſſe confirmandam. Et ratio eſt, quia non eſt electio, vbi non ſunt plura eligibilia, vt docet *D. Thom. p. 2. q. 13. a. 2.* Et ità eſt contra ſubſtantialem ſignificatum electionis, quòd Electores neceſſitentur ad vnum certum, & determinatè eligendum. *Rota p. 1. recent. decij. 65.* Cui enim conceditur electio, conceditur indiferens dominium ad accipiendum præ illis, qui ſunt eligibiles, quem iudicat, & vult. Ideo violatur ius illius, ſi neceſſitatur ab extrinſeco, vt vnum eligat. Cum igitur electores à iure communi habeant electionem, non poſſunt neceſſitari vt vnum eligant. Et ita hanc partem docuerunt *Panorm. in cap. cum terra num. 3. & cap. licet nu.*

cet nu.

Digitized by Google

tet num. 12. de elect. Bald. cap. cum terra nu. 3. ſylu. v. Electio 1. q. 23. num. 26. Tabien. n. 23. Io: Chald. in cap. cum in iure num. 9. de elect. Anchar. in cap. Sacroſancta num. 2. de elect. Pariſ. de reſignat benefic. l. 13. q. 2. num. 15. Roderiq. tom. 2. q. 56. a. 1. Mirand. tom. 2. q. 23. a. 22. concluſ. 2. Laur. de Peyr. tom. 3. in addit. cap. 9. num. 31. & tom. 1. de ſubd. q. 1. cap. 31. not. 3. Roder. a Cuna in comment. ad cap. inutile num. 1. diſtinc. 88. Portell. v. electio 1. num. 4. & caſu 48. Laur. tit. 4. cap. 21. nu. 11. & 16. Sigiſmundus à Bonon. de Elect. dub. 50. Caſtell. de elect. cap. 8. a. n. 7. Barboſ. de iur. Eccleſiaſt. lib. 1. c. 19. num. 233. Lezana p. p. c. 15. n 21. Camill. in direct. elect. cap. 1. n. 9. Bordon. reſol. 26. n. 26. Paſqual. cent. 2. q. 125.

6 Multi verò ampliant hanc concluſionem, vt ſit vera ne dum ſi coarctatio fiat ad vnum, vel etiam ad duos, ob verba textus *cap. cum terra*, *de elect.* Sed etiam ſi coarctetur ad tres, vel etiam quatuor: ità *Rodriquez. Miranda, Sigiſmundus, Caſtell. Bordon. Camill. Paſqualigus, Megala p. 2. v. Electio. n. 3. Lauor. tit. 4. cap. 21. num. 16.*

7 Nihilominùs his non obſtantibus *Magal. p. 2. promptuarij v. electio num. 3.* Quem refert, & ſequitur *Donat. tract. 1. q. 10. num. 11.* tenent, ſententiam aſſerentem electionem coarctatam ad tres, vel quatuor eſſe contra Canones, non eſſe de iure ſimpliciter veram, quia vt verificetur electio, duo ſufficiunt, ex quibus electores poſſint eligere, quem maluerint. Imò addit Donatus manere electionem etiam ſi vnus ſolus proponatur, quia etiam tunc electores manent liberi, vt eligant, & non eligant, *Samuel etiam tract. 2. diſp. 1. controu. 3. numer. 12.* Arbitratur, quòd ad libertatem electionis ſufficit libertas exercitij. Vnde infert Donatus, quòd ſi coarctatio proueniat, vel ex electorum voluntate, vel ex aliquo accidente, vel ad duos, vel ad vnum, electio tenet, & eſt valida. *Lezana etiam d. cap. 5. n. 21.* non audet reprobare conſuetudinem proponendi plures Electoribus, quam dicit etiam eſſe in Religione Carmelitarum, vt non eligant, niſi ex propoſitis à Generali, vel Prouinciali.

8 Et videtur, quòd hæc ſententia probari poſſit, quoniam cum contraria ſententia maximè fundetur *in cap. cum terra de elect. & in cap. vbi periculum de elect. in 6.* Ex nullo illorum videtur, quòd probet intentum: Caſus enim, quem Cæleſtinus tertius ibi reprobat, erat abuſus, qui in Eccleſiam Hieroſolymit. irrepſerat, vt cum alicuius Prælati electio deberet cœlebrari, Conuentus, ad quem pertinebat electio, duas perſonas nominabat, latenter auribus Patriarchæ, vel Principis exprimendas, vt ſic alterius perſonæ eligendæ, vel totius electionis penitus irritandæ idem Patriarcha, vel Princeps haberet facultatem. Hoc verò Pontifex damnat tamquam contrarium Eccleſiaſticæ libertati, & præcipit electionem fieri ab Electoribus non expectato conſenſu Patriarchæ, vel Principis, quàmuis non prohibeat quin poſt electionem, Regis aut Patriarchæ idem conſenſus requiratur. Conſtat igitur, quòd Pontifex putat eſſe contra libertatem electionis, ſi electores in eligendo etiam duabus perſonis propoſitis dependeant ex ſuperioris voluntate.

9 Verùm, ſi attente hic textus conſideretur, non probat intentum, quoniam in caſu iſto neceſſitas, quæ proueniebat ab extrinſeco ſuperiore, Patriarcha ſcilicet, vel Principe non erat ad duos vagè eligendos, ſeù ad vnum ex duobus eligendum quem mallent electores, ſed vel ad vnum determinate, vel ad nullum; vnde erat neceſſitas eligendi illum vnum determinatè, quem eligi voluiſſet Patriarcha, vel Princeps. Ex hoc igitur textu non habetur, quòd Superior non poſſit coarctare electionem ad duas perſonas, ſeu ad vnum. Accedit, quòd Princeps Secularis non poterat nec debebat ſe immiſcere electioni, cum hoc Eccleſiaſticę immunitati repugnet, quòd laicus determinet eligendum in Prælatum, ſed & Patriarcha licet Eccleſiaſticus non habebat ſuper Electores iuriſdictionem talem, quòd poſſet ipſis, vel vnum, vel plures eligendos determinare: Cum electores à iure haberent libertatem electionis.

10 *In cap. etiam vbi periculum* §. *Cæterùm in 6.* de obligatione ad vnius determinati electionem eſt ſermo, ibi, *Quia cum arbitrium, vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſſitas adigit, ceſſat electio, dum libertas adimitur eligendi.* Ex his verò verbis *Greg. X. in conc. Lugdun.* non habetur, niſi quòd obligatio, & neceſſitas ad vnum certum eligendum repugnat electioni, non verò, quòd coarctatio ad duos electionem tollat.

11 Et ità antiqui DD. in his terminis loquutur, & non aſſerunt coarctationem ad duas perſonas, ſed ad certam perſonam repugnare libertati. *Sic Panorm. in cap. licet num. 12. de elect.* ibi, *aut Electores compelluntur per impreſſionem eligere certum, & tunc ipſo iure non valet electio, quia eſt contra proprium ſignificatum, & ſubſtantiale vocabuli. Nam eligere eſt vnum ex pluribus voluntariè capere &c.* Et idem docet *cap. cum terra num. 3. de elect.* Eodem autem prorſus modo loquuntur *Sylu. & Tabien. citati, Sanchez. etiam lib. 4. de Matrimon. diſput. 12. num. 20.* Abſolutè docet, electionem coarctatam à lege ad certas perſonas non eſſe inualidam, quòd non negat ibidem, & §. *non obſtant*.

12 Nihilominùs dicitur ſecundò, quòd non licet coarctare electionem ad duos, vel tres, imò ad quatuor, vel quinque, Nam cum quæſitum fuiſſet à Sacra Congregatione Concilij. *An ſtante libertate electionis liceat Prelato ſuperiori proponere duos, vel tres, ex quibus neceſſariò vnus eligatur, Sacra Congregatio. Cardinalium Concilij Trid. interpretum cenſuit, non licere.* Et ita hanc partem expreſsè ex ſupra citatis DD. tenent *Rodriq. Miranda, Portell. Laurent. de Peyr. Barboſ. Paſqualig. Caſtellin. Sigiſmundus.* De illo autem Decreto nedum mihi conſtat eſſe authênticum, & pluries repetitum, ſed habetur apud me decretum aliud authenticum tenoris ſequentis, videlicet: *Non licere nec quatuor nec quinque.* Et in hoc ſenſu pluries S. Congregatio reſcripſit, non licere coarctare electiones ad quatuor, vel quinque perſonas.

13 Vere enim quod ad electionem per ſe loquendo requiratur pluralitas aliqua, hoc probat euidentur natura electionis, quæ conſiſtit in hoc quod ſit libera acceptatio vnius præ alio, vt habetur ex *D. Thom. p. 2. q. 13. a. 12. & 6. & approbãs Panorm. Sylu. Tabien. & Rota citati.* Nec valet quod dicebat Donatus, quia ſcilicet etiam reſpectu vnius manet electio, ex quo illum vnum electores poſſunt eligere, & non eligere, quia libertas electionis non eſt mera libertas

bertas exercitij, & ius ſeu libertas conceſſa electoribus non eſt ſolùm ad eligendum, & non eligendum, ſed ad eligendum quem dignum electione ex pluribus eligibilibus iudicauerint; quæ libertas omnino tollitur, ſi electio ad vnum certum coarctetur ab extrinſeco præcipiente, ſi aliàs plures ſint digni.

14 Quòd verò non ſufficiat libertas ad duos, ſed debeat electoribus concedi libertas ſaltem ad tres, vt communiùs citati DD. tenent, hoc quidem licet non ſit prorſus de ſubſtantia electionis, eſt tamen rationabile, quià reſpectu duorum eſt valde reſtricta eligentium libertas; quòd autem non poſſit electio coarctari ad numerum minorem eligendorum quàm quatuor, vel etiam quinque, vt in alio decreto, eſt etiam valdè rationabile, vt magis libertati electionum contra vim, quam aliqui mali ſuperiores exhibere poſſent, conſultum ſit.

15 Limitatur nihilominus aſſertio iſta, vt coarctatio non officiat, ſi fiat de conſenſu electorum. *Sigiſ. d.dub.50.num.5.Bordon.Reſol.26.q.8.num.25.* quem refert, & ſequitur. *Donat.d.quæſt.10.nu.13.& Camillet Samuel tract.2.diſp.1.contr.4.num.13.* in direct. elect.cap.num.2. quod verum puto; ſi omnes nullo excepto ſint contenti coarctatione; Aliter vno non annuente non poſſet fieri præiudicium Iuri illius.

16 Limitatur ſecundò eadem aſſertio, vt vbi ex accidente contingat non dari niſi duos idoneos, tunc poſſit electio coarctari ad duos, vt cum ex lege, vel conſuetudine electio debet fieri ex certo genere perſonarum *cap.cum dilectus de conſuetud.& ca. Abb.de verb.ſignificat.* Si intra illud genus non ſint niſi duo idonei, poteſt electio ad illos duos coarctari *Butr.in cap.cum in iure num.30.de elect. Franc. in cap.Conſtitutus nu.2.Prpoſ.ibidem num.11.Neuo. num.19.de Appellat.Sigiſmund.d.dub.50.nu.5.Donatus d.q.10.num.13.citans Iauor.tit.4.cap.21.num.11. & 6. & Samuelem tract.2.diſput.1.controu.4.nu.13.* Et ratio eſt, quià in hoc caſu coarctatio eſt in obiecto, & ex natura rei, & cum eligere indignum ſit diuina lege prohibitum, iam coarctatio eſt ex diuina lege, vt cum ex accidenti duo ſoli ſint habiles, vnus ex illis duobus eligatur. Et ſuperior ad quem ex officio pertinet dirigere electiones, coarctando electionē ad illos duos, non eſt ille, qui ligat, ſed declarat tunc legem diuinam obligare, cum præter duos alij non ſint idonei. Nec in hoc caſu obſtat declaratio S. Congregationis ſupra relata, quia ipſa loquitur de eo quod per ſe & regulariter eſt agendum, & prohibet ne ſuperiores ad libitum coarctent electiones ad minorem numerum quàm trium. Non verò prohibet, quin ſi ſolùm duo ſint idonei, poſſit electio ad illos ſolos coarctari ità ex Lezana *d.c.15. in addit.ad num.21.Donatus d.q.10.num.6.*

17 An verò in ſimili ſuppoſitione, ſi verè inueniatur vnus ſolus idoneus, poſsit electio ad illum vnum coarctari? *Donat.d.q.10.num.13.* admittit id poſſe fieri, & loquitur conſequenter, quia tunc ex lege diuina tenentur electores illum vnum eligere, & ſi nolint, poteſt, & debet ſuperior illos compellere, & impedire ne eligant indignum ſeu inhabilem, quod illis lege diuina eſt prohibitum; quod probat ex facto Generalis Ord. Prædicatorum, qui in Prouincia Calabriæ, in qua eſt alternatiua nationum in electione Prouincialis, cum in vna natione vnus ſolus eſſet tali officio dignus, intimauit electoribus, quòd, ſi illum non eligerent, ipſe mitteret aliunde. Sed bene verum eſt, quod in his caſibus inidoneitas aliorum debet eſſe & vera & certa moraliter; Quàmuis hanc certitudinem iudicare puto eſſe in arbitrio ſuperioris, ad quem commune gubernium, & electionum directio ſpectat. Et addo, quòd in foro externo huiuſmodi coarctationes difficultates nō paucas de facili inueniunt; vnde non niſi ex vero zelo diuini honoris & cum maxima cautela & prudentia faciendæ ſunt, nam aliàs ſi electores eligant aliū à deſignato, niſi probetur eius indignitas, electio erit confirmanda:

18 Cum igitur compertum ſit, non poſſe electionem ex parte eligibilium coarctari ad vnum, vel duos, vel quinque, remanet inquirendum, an electio ſic coarctata, ſit ipſo iure nulla? De electione coarctata ad vnum, eam eſſe ipſo iure nullam affirmant. *Panorm.in cap.licet 6.de elect.num.12.Sigiſm. de Bonon.dub.50.nu.4.Caſtell.c.3.nu.7.* Et de electione coarctata ad tres vel quatuor *Payr. in ſubd. q.1. cap.31.§.8.verſ. dico 2.Barboſ.l.1.de iur. eccleſ.c.19. num.233.Paſqualig.cent.2.q.125.a.4.Samuel tract.2. diſp.1.contr.4.num.11.* Verùm oppoſitum eſt dicendum: Tum primò, quià cū hæc coarctatio nō valeat, remanet in electoribus libertas ea coarctatione cōtempta, alium eligendi. Tum, quia etiam ſi coarctatio ita eſſet veſtita metu aliquo, cum metus non faciat inuoluntarium niſi ſecundùm quid *D. Thom. p.2.q.6.a.6.* electio ſic coarctata ſemper eſt ſimpliciter libera, & ideo ſimpliciter valida, & caſſanda ſolùm ad inſtantiam eligentium, ſi ipſi ex coarctatione elegerunt, ſicut eos elegiſſe potiùs præſumendum eſt, vbi de coarctatione Superioris conſtet. Si verò liberè elegerunt, electio nec eſt nulla, neque eſt irritanda, quia non eſt coarctata.

19 Et hoc eſt, quod voluit *Donatus d.q.10.nu.12.* ſcilicet, quod electio coarctata ad vnum non ſit nulla ipſo iure. Quod iterum confirmatur, quia DD. contrarium ſentientes, vel intendunt quòd hæc electio ſit nulla de iure eccleſiaſtico, vel de iure naturali; primum ſi intenditur, debet probari, & adduci textus, in quo hoc contineatur. Nam aliàs, ex eo quòd leges prohibeant electionem coarctari, nō ſequitur, quòd electio, ſi coarctetur, ſit ipſo iure nulla, ſed bene quòd ſit iniuſta, & quòd in coarctatione ſit violata libertas eligentium, & ideo electio ſit caſſanda; ſicut iniuſta eſt electio, quæ habetur aliquo ex electoribus non vocato, aut non expectato, quod etiam per leges eſt prohibitum, & tamen talis electio non eſt nulla, ſed ſolùm ad inſtantiam contempti eſt caſſanda. Sed videtur, quod præfati DD. velint, quòd electio coarctata, ad vnum ſit nulla de iure naturæ, quia hæc ſit contra ſubſtantiam electionis, de cuius ratione eſt, quod ſit acceptio vnius præ alio eligibili, vnde ablata pluralitate eligibilium tollitur obiectum, & ex conſequenti ſubſtantia electionis; ſed iam eſt oſtenſum, hoc obiectum non tolli ſimpliciter. ſed additur quod non eſt contra ſubſtantiam electionis, quod obiectum extrinſecus ex cauſa contingenti reddatur medium vnicū ad finem. Nam nauis vnica liberè eligitur à volente pertranſire fluuium, & ſi quis per vim detineat aliquem in carcere, præſtito illi ad manducandum vno ſolo pane, carceratus liberè eligit manducare illum panem, vt obediat præcepto naturali conſeruandi vitam, & adeo liberè, quòd ſi non adhibeat malam circumſtantiam, meretur. Et qui cogitur eligere

Digitized by Google

gere vnum ſolum, ſi ille ſit dignus, & eligens, actum ſuæ electionis veſtiat debitis circumſtantijs, honeſtè, virtuoſè, & meritoriè operatur. Manet igitur in eo actu ſubſtãtialiter libertas, licet læſa ipſa ſit iniuſtè ab eo qui electorem ad vnũ eligendũ coarctauit. Ideo talis electio ſatis eſt libera, vt non ſit nulla, licet eligẽs ius habeat, vt ad inſtantiã eius electio caſſetur.

20 Ex hucuſque dictis ſequi videtur, eſſe in poteſtate ſuperioris coarctare electionem ad maiorem numerum, quàm tres, vel ad ſummum quatuor aut quinque, proponendo ſex vel octo, vel plures, & neceſſitando ſub pœna irritæ electionis ad vnum ex illis eligen. quia DD. citati ſolùm dicunt non licere coarctare electionem ad duos vel tres vel quatuor. Et nihilominus quod non liceat electionem coarctare ad plures ſuaderi poſſet ex eo, quòd *Caſtell. cap. 3. num. 9. refert ex Panorm. cap. licet num. 7. de elect.* hæc verba, *Si electores compellantur à ſuperiore eligere perſonam; vel perſonas determinatas, tunc & eo caſu talis electio eſt nulla, cum eligitur ille ſpecificatus à ſuperiore*. Hic enim *Panorm.* ſentit ne dum determinationem ad vnam perſonam, ſed ad plures perſonas abſolutè eſſe contrariam libertati electionis. Et ratione etiam probari poteſt, quia electores à iure habent libertatem ſpecificationis, vt eligant ex dignis quemcũque ipſi digniorem iudicauerint; igitur non poteſt ſuperior ad libitum reſtringere hanc electorum libertatem. Et bene poteſt ampliùs probari ex *d. cap. cum terra 14. de elect.* vbi ſtatuitur, quòd nominatio perſonæ eligendæ ad Vocales congregatos pertineat: igitur nullus ab extrinſeco poteſt eligendas perſonas nominare. Item electio tam actiua quàm paſſiua in libertate eligentium eſt poſita, vt ſcilicet de eod. Monaſt. vel Prouincia vel ſaltem Religione eligant quem volunt 16. *q. 7. c. fin. & 18. q. 2. c Abbat. 3. & 4. & de conſuetud. cap. cum Dilectus §. mandamus* ibi, *Vt ſic de cetero liberam habeant facultatem, vel de gremio eccleſiæ ſuæ, vel etiam aliunde per electionem Canonicam eligendi perſonam idoneam &c. Butr. in d. cap. cum Dilectus in p. lect. num. 7. & in 2. num. 38. & 45. & ex Card. nu. 9. q. 1. Gloſ. 1. Archidiac. & Turrecremata in c. 2. diſt. 66. Roca dec. 65. par. 1. recent.* Nõ poteſt igitur ſuperior hanc eligentium libertatem lædere & reſtringere, & eò magis quod plena libertas, & libertas reſtricta opponuntur.

21 Nihilominùs alia ex parte, quòd ſuperior poſſit ex quacumque rationabili cauſa limitare electionem ex parte eligibilium, dummodò non limitet eam ad minorem numerum, quàm ſit quatuor, vel quinque perſonarum, probari videtur; Nam ſuperior habens ex officio directionem libertatis ſubditorum, tam in ordine ad bonum proprium illorum, quàm in ordine ad finem communitatis, qui eſt preſtantior, poteſt in ordine ad huiuſmodi fines iuxta illorum exigentias libertatem eorumdem ſubditorum reſtringere, illamque dirigendo coarctare, ne fiat aliquid contra bonum illorum, & contra bonum commune præcipuè; In hoc enim ſtat directio libertatis, vt in caſu periculi reſtringantur habenæ, & non permittatur illius vſus, qui fini ſit contrarius. Et hæc eſt legum neceſſitas, vt per eas hominum libertas dirigatur in finem, & coerceatur ab his, quæ fini ſunt contraria, vt patet ex *Diuo Thomo p. 2. q. 95. a. 1. & 96. a. 1.* Cum verò ad Superiorem maiorem pertineat directio libertatis ſubditorum, etiam in electionibus; quia electiones maximè conducunt ad bonũ totius vniuerſitatis, ſi rectè fiant, & maximum nocumentum præbent, ſi mali eligantur; ad ſuperiorem verò ſpectet bonum vniuerſitatis, vt proprius finis: vndè ad illum pertinet multùm, vt electiones rectè fiant, & boni, & meliores eligantur, ac propterea eius eſt ſubditorum libertatem dirigere, etiam in electionibus; habet igitur ius, vt ex cauſa rationabili electorum libertatem limitet, & coarctet.

22 Hoc principium probatur etiam auctoritate: quia *Panormitanus in cap. licet, num. 12. de elect.* diſtinguit inter tollere, & reſtringere libertatem electorum, & primum non poſſe fieri per ſuperiorem, ſecundum vero fieri poſſe affirmat, *Aut (inquit) compelluntur electores eligere aliquem de certo genere perſonarum, & puto quòd talis electio valeat, quia non adimitur omnino libertas eligendi, ſed reſtringitur.* Cum igitur *Panormit.* ex eo aſſerat, quod poteſt reſtringi electio ad certum genus perſonarum, quia hoc non eſt tollere libertatem, ſed reſtringere, ſentit quod poſſit libertas reſtringi à ſuperiore ex rationabili cauſa.

23 Panormitanum in hoc ſequuntur. *Syln. v. Electio 1. num. 26. Tabien. num.* 23. Et omnes quos infra refero, vnanimi conſenſu docentes, poſſe limitari electionem ad certum genus perſonarum: igitur tollere libertatem electorum non licet, ſed illam reſtringere abſolutè non eſt malum, ſed eſt quid poſitum in poteſtate, & iuriſdictione ſuperioris electiones dirigentis. Quo ſtante principio cum iura hanc ſuperioris libertatem nõ limitent, niſi ad ſummum hoc, vt non proponat, & neceſſitet tantùm ad duos, vel tres, vel quatuor, vel quinque: quià ſolùm decernunt non licere ſuperiori reſtringere electionem ad duos, vel tres, vel quatuor, vel quinque igitur vltra hunc numerum reliquunt ſuperiorem in ſuo iure libero, vt poſſit dirigendo libertatem ſubditorum reſtringere quantum ſibi prudenter bene viſum fuerit, Hic enim illa Regula locum habet: *Cõceſſum dicitur, quidquid expreſsè prohibitum non reperitur l. nec non §. quod eius ff. ex quibus cauſis maiores. Campan. in diuerſ. iur. Canon. rubr. 7. cap. 5. art. 5. Barboſ. Axiomate 46. num.* 1. Quoniam ſuperior ex vi ſui officij cum poſſit limitare libertatem eligentium, tantum poteſt in hoc, quantum ſibi ex iure poſitiuo non prohibetur.

24 Confirmatur hoc: quia quæ adducta ſunt pro contraria ſententia, non videntur probare. Non quidem, quòd adducitur ex *Panorm. quia in cap. licet de vitanda, nu. 7. de elect.* de hac re non tractat, ſed probat excommunicationem, *Panorm.* de qua *in d. cap.* eſſe excommunicationem ipſo facto. Eodem verò *cap. num.* 12. vbi de hoc puncto agit, verba citata non habentur, ſed vt ſupra etiam retuli, *Panormit. dicit, Aut electores compellentur eligere certum, & tunc ipſo iure non valet electio.* Et ita docet quidem, quòd electio coarctata ad vnum eſt nulla, non verò dicit, quòd electio coarctata ad ſex, vel octo nulla ſit. *Butr. verò in cap. cum in iure nu.* 30. Oppoſitum docet, quia ibi vult, quòd vbi, vel ſubditi dederint cauſam reſtrictioni, vel non ſint niſi duo idonei, poſſit electio ad illos duos coarctari; multò igitur magis ſenſit, quod poſſit ex rationabili cauſa coarctari ad quinque, vel ampliùs. Præpoſitus etiam in *cap. conſtitutus num. 11. de Appellat.*

Sentit

Digitized by Google

ſentit cum Butrio , quòd in prædictis caſibus poſſit electio coarctari ad duos; quòd idem plures, alij ſupra citati tenuerunt. Cum igitur communiter ſolùm dicant, quòd ſuperior non poteſt coarctare electionem, vel ad vnum certum, vt dixerunt *Panormit. Syl. Tabien.* vel ad duos, vel tres, vt communiùs aſſerunt moderniores, vel etiam ad quatuor vt alij dixerunt, vel ad quinque, vt Sacra Congregatio decreuit, mens illorum eſſe colligitur, quòd vltra hunc terminum ſuperior poſſit electionem ex cauſa rationabili limitare.

25 Quod vero dicebatur de iure libertatis quod habent electores ad eligendum, quem ipſi iudicauerint digniorem, non probare videtur; quia hoc eſt ius ſubditorum dirigibile per ſuperiorem, ideoque ex cauſa rationabili limitabile.

26 Quod ſi ſuperior ſine cauſa rationabili limitet numerum eligendorum, etiam ad ſex, vel octo, vel ampliùs, abutitur ſua poteſtate, & facit ſubditis iniuriam, priuando illos parte ſuæ libertatis, quam de iure habent ad libitum, præcipiendo illis id, quod non poteſt illis præcipere ſine rationabili cauſa; & ideo eſt puniendus. Et eo magis ſi extrinſecus appareat, vel rationabiliter præſumi poſſit eum moueri ex priuatis affectionibus, & vt vni parti faueat contra aliam. Facit etiam iniuriam alijs, quos à voce paſſiua excludit ſine cauſa rationabili; vnde non eſt dubium talè ſuperiorem valde grauiter peccare.

27 His nihilominùs minimè obſtantibus, abſolute dicitur, ſuperiores non poſſe coarctare electionem ad quemcumque numerum perſonarum, excludendo alias habentes qualitates à iure requiſitas. Vrget enim ius, quod ex Sacris Canonibus habent electores etiam Regulares ad eligendum cum plena libertate quemlibet ex ijs qui habent conditiones requiſitas de iure, vt Canonicè eligi poſſint prout paulo ſuperiùs probatum eſt etiam ex *cap. cum terra*, & alijs iuribus, quibus fauet etiam *cap. vbi periculum*. Non poſſunt enim ſuperiores tollere, vel minuere, aut reſtringere amplitudinem iuris quæſiti ex iuris communis diſpoſitione. *De maior. & obed. cap. inferior. Et de elect. Clem. Ne Roman. Feder. de Senis conſ. 121. num. 2. Oldrad. conſ. 259. num. 6. Tuſcus L. 1. concl. 119. num. 10. Barboſ. axiomate 124.* Plures referens. Et hoc ex eo amplius conſtat, quod S. Congregatio ſub die 13. Octobris 1585. declarauit quod *Non licet Generali N. proponere duos, tres, quatuor, decem, ex quibus vnus eligi poſſit Prouincialis, vel Prior.* In qua declaratione ſumitur numerus determinatus pro indeterminato, & infinito, vt ſit ſenſus, quod ad quécumque numerū eligendorum nequit coarctari eligentium libertas, quia in quocumque numero fiat coarctatio, ſemper militat eadem ratio, quæ eſt violatio iuris eligentium.

28 Nec obſtant in contrarium adducta. Non quidem primum ex *Panormit.* deſumptum; quia verum eſt, ſuperiorem habentem facultatem ferendi leges, poſſe limitare electionem ex parte materiæ, determinando qualitates neceſſarias in eligendis ad hoc vt eorum electio ſit vtilis communitati, ſed non poteſt ſuperior, inferior Papa, reſtringere electiones ex parte eligentium, vt non poſſint ex omnibus habentibus qualitates iuris, eligere quem volunt: Ideo nec valet, quod ex limitatione licita ad certum genus perſonarum adducitur, quià hæc limitatio ex parte materiæ fit, determinando qualitates neceſſarias in eligibili adhoc, vt eligatur. Et ideo non fit in hoc aliqua iniuria electoribus, quia, ipſi non habent ius ad hoc, vt hic, vel ille ſit eligibilis, ſed ad hoc vt ex ijs, qui de iure ſunt eligibiles eligant quē volunt, quod ius læditur, ſi ſtante eligibilitate v.g. quatuordecim perſonarum ſuperior ex illis eligit ſex, vel octo, vel decem, & illas electoribus proponit, prohibens electoribus, ne alias perſonam eligant.

29 Hinc etiam ratio adducta non valet; quia poteſtas directiua ſuperiorum, legibus eſt reſtricta, nec ſe extendit, vt tollat in totum, vel in partem, ſiue minuat, aut limitet id, quod ex iuris Communis diſpoſitione conceſſum eſt electoribus.

30 Ideo facta quacumque huiuſmodi limitatione, ſi electores eligant alium dignum extrà numerum propoſitorum, electio eſt confirmanda. Si verò eligant vnum ex numero propoſito; licet electio non ſit ipſo iure nulla, quià non eſt contra ſubſtantiam electionis, ſed contra iuſtitiam, ad inſtantiam tamen eorum, qui elegerunt caſſari deberet, ſi vere ipſi illum elegerunt coarctati, & aliàs aliū elegiſſēt.

31 Ideo *Paſqualiq. d. q. 125.* Suſtinens ſtatutum vnius Religionis, vt pro Magiſtro Nouitiorum eligat ſolùm vnicum ex duobus, vel tribus propoſitis à Generali, reducit quidem hanc limitationem, ad eam quæ eſt limitatio ad certū genus; quià in ea Religione in Capitulo Generali per Diffinitores determinantur, qui ſint habiles ad tale officium, vndè inter alias qualitates hæc eſt neceſſaria, vt magiſter Nouitiorū ſit approbatus in capitulo Generali, horum verò approbatorum Catalogus in ea Religione manet ſecretò apud Generalem. Vnde eſt, quòd limitatio electionis ad Nominatos à Generali eſt limitatio ad certum genus perſonarum. Et nihilominùs ſi Generali proponente ex approbatis ſolùm duos, vel tres Capitulum Conuentus ſeu Collegij eligat extra illos tres vnum ex vere approbatis, Generalem teneri habere ratam eam electionem probat ibi *Paſqualig. num. 5. ex Peyr. in ſubd. q. 1. c. 31. §. 8. verſ. & nota & Bordon. reſol. 26. num. 26.*

32 Concluditur igitur numquam licere ſuperioribus proponere certas, & determinatas perſonas cum excluſione aliorum, & quòd in huiuſmodi præcepto, per quòd mandant Electoribus vt vnum ex propoſitis eligant excluſis alijs, ſit iniuria, & alijs, ſi ſint digni, & Electoribus, quorum libertas reſtringitur. Et nihilominùs in hoc caſu electio alterius digni eſt valida, & confirmanda; Electio verò vnius ex propoſitis non eſt ex ipſo iure nulla, quia nedum poteſt eſſe non coarctata, Electoribus liberè prorſus illum eligentibus, ſed etiam ſi ſit coarctata, adhuc eſt ſimpliciter libera, licet ſecundùm quid involuntaria, & ideo ſolùm eſt caſſanda ad inſtantiam maioris partis electorum, vt magis explicabitur infra cum de electione facta per metum erit ſermo.

33 An verò conſuetudine introduci poſſit, vt liceat ſuperioribus proponere vnum, vel duos, aut tres, cum aliorum excluſione? Negant *Panormit. in cap. cum Terra 14. de elect. num. 1. & Bald. num. 1. & 2. Syl. v. Electio p. n. 26. Tabien. n. 23. Biax. p. p. c. 6. n. 1.* Quod abſolutè aſſerunt *Sigiſm. dub. 50. n. 3. Moron. reſponſ. 72. num. 42. & 43.* Loquentes tamen de coarctatione ad vnam certam perſonam. Tum ex *deciſ. d. cap. cum terra.* Tum quia conſuetudo contra ſubſtantialia actus non valet, ſed contra-

brium haetutex *Innocentio d. Cap. cum Terra*; Immò ex Capitulo *cum dilectus* 8. de conſuetudine, & etiam in materia electionis valet conſuetudo contra ius commune, vt notat gloſſa ibidem *v. praiudicet*. Cæterum ad caſum textus in *cap. cum terra* dicitur, eam conſuetudinem clam reuelandi duos nominatos à Collegio electorum Principi, vel Patriarchæ, vt ipſi determinarent, quis eligi deberet ex illis, vel vtrumque reijcerent, meritò fuiſſe reprobatam, quià non erat rationabilis, ſed erat grauis Eccleſiæ, vt Innocent. aduertit. Et ſecundò quià non erat legitimè præſcripta, quia ſi fuiſſet legitimè præſcripta ſaltem à Patriarcha, non fuiſſet reprobata, quod ſi electores non eſſent liberi ad plures eligendos, tunc actus electionis non eſſet propriè electio Canonica, de cuius ſubſtantia eſt, vt ſi dentur plures idonei, electores ſint liberi ad eligendum, quem volunt, ſed tamen actus valeret, & ſic nominatus ab electoribus haberet ius ad Prælaturam, & eſſet confirmandus.

34 Nam Papa etiam ad vnum certum coarctare poteſt electionem, cum ius eligendi in ſubditis non ſit niſi proueniens à Sede Apoſtolica. Ideo benè *Caſtell.* loco citato excipit expreſsè Papam, & aſſerit, quòd eo inferiores non poſſunt electionem coarctare. An verò in eo caſu nominatio eligendi eſſet electio? Dicitur, quòd Theologicè eſſet electio, ſicuti eſſet actus humanus & liber. Canonicè etiam videri poſſet quòd eſſet electio: Tum quia electores poſſent alium eligere licet inualidè. Tum quia quòd nõ poſſent validè alium eligere Papa præcipiente ſub pœna nullitatis electionis, vt vnum eligerent eſſet per accidens, quia omnis alius eſſet iam ineligibilis. Et ſic quòd non eligerent non eſſet ex impotentia eligentium, ſed ex ineligibilitate perſonarum. Electores verò illud vnum à Papa deſignatum eligerẽt ex proprio iudicio, & conſilio, & deliberatione, & modo libero, habentes facultatem alium eligendi ſi daretur alius eligibilis.

35 Sed dicitur quòd in eo caſu actus ille non eſſet propriè electio Canonica, quià de eius eſſentia eſt libertas ſpecificationis ad plures perſonas ad arbitrium, & conſilium eligentis nominandas, & in hoc eſt diſcrimen inter coarctationem iniuſtam & inualidam, & inter iuſtam & validam. Coarctatio enim ad vnum iniuſta non tollit rationem electionis, quia non aufert ab electoribus facultatem eligendi validè alios, ſed coarctatio iuſta, quia tollit facultatem eligendi plures tollit rationem electionis. Nam eſt coarctatio ex parte eligentium, qui iuſtè à Papa prohibentur alium quemcumque eligere, etſi aliàs idoneum: ſed ſi eſſet coarctatio directè ſolùm ex parte materiæ; quia Papa decernit nullum alium eſſe eligibilem, manet in electoribus ratio electionis, quià tunc quòd ſolum vnum validè poſſint eligere, non eſt ex defectu poteſtatis in illis, ſed ex eo quòd vnus ſolus eſt validè eligibilis, ſemper tamen huiuſmodi actus valeret, ſi alia requiſita haberet, quià eſto non eſſet propriè electio, eſſet tamen valida nominatio.

36 Sed quid dicendum ſi Papa concedat licentiam eligendi aliquem; numquid per hoc cogit ad eum eligendum? Negat *Bald. in Rubr. de poſtulat. num.* 14. & meritò. Nam licentia datur, ſed neceſſitas non imponitur *l. omniũ* 19. *C. de teſtament. & l. cum ſemper* 1. *C. quomodo, & quando Iudex. &c.* Poſſunt etiam electores ex eorum libertate ſe obligare ad eligendum vnum ex duobus, ſed ſi illi duo ſoli ſint digniores, an electores poſſint variare & alium ab eis eligere, & an vno illorum duorum moriente, ille alius cenſeri debeat electus videatur. *Rota coram Octobono deciſ.* 29. *&* 37.

37 Reſolutionem verò principalem alia via limitant aliqui, vt ſcilicet tunc liceat ſuperiori limitare electionem ad certas, & determinatas perſonas, nimirum ad tres non verò ad vnam, quando electores dant cauſam reſtrictionis non patientem moram, nimirum cum electores tentauerint omni eorum poſſe eligere non idoneos. *Caſtell. cap. 3. de elect. num. 7. Camill. in direct. p. 1. cap. 1. num. 9.* Sed limitatio iſta non debet admitti, quia ſuperioris eſt, electiones caſſare ſi eligantur non idonei, ſed ante electionem non licet ei excludere eligẽdos niſi via iuris illos voce priuando. Aliàs verò, cum de iure communi arbitrium eligendi hunc vel illum ſit commiſſum electoribus, nõ eſt in poteſtate ſuperioris priuare illos hoc arbitrio, quo ſi abutantur, tunc intrat officium ſuperioris, vt caſſet electionem; & etiam electores puniat. Præterquàm quòd ſuperior, poteſt etiam alia via ſuauiori ſæpius impedire huiuſmodi malas electiones, vt v.g. admonendo electores cuius qualitatis debeat eſſe Prælatus, & quod ſi talem non elegerint, ipſe caſſabit electionem.

S V M M A R I V M.

1 *Gloſſ. Conſt. Ord. Præd. d. c. 2. §. 4. l. N. proponitur. num.* 38.

2 *Tria in ea præcipiuntur. num.* 39.

3 *In ordine Minorum Generalis; vel Prouincialis coarctans ad tres, vel quatuor eſt priuatus officio. numer.* 40.

4 *Rationabile eſt, vt Prouinciales ſine neceſſitate non proponant aliquos electoribus. num.* 41.

5 *Hæc tamen neceſſitas vt plurimùm adeſt. num.* 41.

6 *Suſtinenda conſuetudo Prouinciarum, in quibus Prouinciales plures proponant Electoribus. n.* 41.

7 *Prouinciales non proponant minùs quàm tres. n.* 42.

8 *Prouinciales confirment electionem, ſi quis extra propoſitos eligatur. num.* 43.

9 *Admonitio non inducit mandatum, ſed ſupponit. numer.* 43.

10 *Gloſſa illa comprehendit etiam Generales. num.* 43.

11 *Generalis ex priuilegio aliquando proponit Prouincijs, cum aliorum excluſione. num.* 44.

38 QVæritur ſecũdo. Qualiter in Ordine Prædicatorum electio non poſſit coarctari ad certam vel certas perſonas. In ordine Prædicatorum Prouinciales admoniti ſunt, ne aliquem proponant, vel aliquos etiam plures in quocumque numero cum excluſione aliorum, & coarctando electionem; *Nam ex cap. Bonon. 1564. ſic decernit Gloſſ. conſtit. diſt. 2. ca. 2. tex. 4. L. N. Admonemus in primis Reu. PP. Prouinciales, & alios ſuperiores, quibus poteſtas eligendi & confirmandi electiones commiſſa eſt, vt ea modeſtè vtantur, quare vbi ſpecialis neceſſitas non fuerit, nullus electoribus proponatur. Quod ſi neceſſarium exiſtimabunt, non pauciores quàm tres, pro ſingulis electionibus proponãt. Cæterum ſi electores aliquem dignum, quàmuis non de propoſitis elegerint, eam tamen electionem confirmator diuini Iudicij memor, niſi iuſta ſubſiſtat cauſa, confirmare non differat.*

39 Tres autem partes habet hæc admonitio. Prima eſt, quòd Prouinciales, & alij ſuperiores nullum proponant electoribus eligẽdum ſine neceſſitate. Secunda eſt, quòd vbi ſit neceſſitas proponendi, non proponant minùs quàm tres. Tertia eſt, quòd non proponant cum excluſione aliorum, ſeu coarctando electionem ad propoſitos, aliàs electionem irritando. Cum enim velit vt, ſi electores alium elegerint dignum, confirmetur, vult etiam validam eſſe electionem, etiam ſi nullus ex propoſitis eligatur. Hæc verò admonitio quantùm ad duas primas partes fuit confirmata *in cap. generali Valli Solet. anno* 1605. *ord.* 11. *Caſtell. cap.* 3. *numer.* 8. *Donatus p.* 3. *tract.* 1. *q.* 10. *nu.* 15. *Samuel. tract.* 2. *diſput.* 1. *controu.* 4. *num.* 9. *Camill. in direct. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 9.

40 In ordine etiam Minorum ex Conſtitut. Paſtoralis off. 128. Pij V. Generalis, aut Prouincialis coarctans electiones ad tres vel quatuor perſonas, ſi de hoc cõuincitur eſt priuatus officio; *Mirãda p.* 2. *q.* 23. *a.* 21. *Peyr. de ſubd. q.* 1. *c.* 31. *§.* 8. *ver. in Ord. Minorum.*

41 Prima autem pars illius admonitionis, continens ne Prouinciales ſine neceſſitate proponant electoribus certum numerum eligendorum, rationabilis eſt, ſed regulariter, & vt plurimùm adeſt hæc neceſſitas ſeu grauis vtilitas, & ita rationabilis, & ſuſtinenda eſt conſuetudo Prouinciarum, in quibus Prouinciales regulariter, & ferè ſemper proponunt eligendos, & Conuentus ad electionem non procedunt, niſi receptis Epiſtolis Prouincialis, quas dicunt propoſitorum Epiſtolas.

42 Secunda pars quoque rationabilis eſt, & obſeruanda, ſicut de facto obſeruatur, quia regulariter Prouinciales proponunt eligendos in maiori numero, quàm ſit numerus trium. Et ideò dicta admonitio rationabiliter quantum ad hanc partem fuit confirmata. Et etiam ex iure proprio in ordine Prædicatorum non poſſunt coarctari electiones ad minorem numerum perſonarum quàm trium.

43 Quantùm verò ad tertiam partem vrget valdè admonitio illa, ſignificans grauem culpam eſſe, & grauiter in Diuino iudicio puniendam, ſi Prouinciales ex hoc capite caſſent electiones, quòd non fuit electus vnus ex propoſitis ab ipſis. Et quòd per modum admonitionis ordinario illa proponatur ſignificat, ſenſum Patrum illius *Cap. Bonon.* 1564. Fuiſſe, quod ſit per ſe de iure communi prohibitum, limitare electiones ad certum numerum perſonarum. Verbum enim *admoneo* non inducit mandatum, ſed ſupponit, admonemus enim, vt fiant, quæ fieri debent ex virtute, & abſtinere à vitijs, & malè factis; ideo licet illa admonitio ad Prouinciales expreſsè dirigatur, comprehendit etiam Generales, quia immo ipſi præcipuè à male factis abſtinere debẽt, & dum in ea admonitione dicitur, quod Prouincialis memori diuini iudicij confirmet Erectum extra numerum propoſitorum ſi ſit dignus, demonſtratur rem malam eſſe, & per diuinum iudicium puniẽdam proponere certum numerum perſonarum cũ irritatione Electionis, ſi eligatur extra illum numerum: Et verè ſic eſt, quod eſt aperta iniuſtitia coarctare electores ad certum numerum perſonarum, quicumque ille numerus fuerit.

44 Generalis tamen ex ſpeciali priuilegio poteſt intuitu reformandarum Prouinciarum coarctare electionem, vt habetur ex Breui illi conceſſo ſpecialiter, ibi, *In Prouincijs verò, & Congregationibus ſeu Vicarijs, quæ tibi non ſatis reformatæ videbuntur, cum fuerit Prioris Prouincialis, ſeu Vicarij, facienda electio, ſeu tres, aut quatuor probatæ vitæ fratres dicti Ordinis Electoribus, qui vnum ex ijs pro ſua Prouinciæ reformatione eligant in Prouincialem, vel Vicarium proponere, & electoribus ipſis neminem, ex ijs, qui à te propoſiti fuerint eligentibus illico caſſata eorum electione aliquem virum probatæ Religionis ex eiuſdem vel alterius reformatæ Prouinciæ gremio dumtaxat noſtra auctoritate in legitimum Prouinciæ, vel Congregationis aut Vicariæ huiuſmodi Prouincialem, vel Vicarium abſque vlla electione creare, & inſtituere valeas.* Hoc tamen priuilegium non eſt conceſſum officio in perpetuum, ſed perſonæ dum vixerit, & creato nouo Generali à Sanctiſſimo impetratur. Et ex hoc multo magis confirmatur, quod ſine Pontificis ſpeciali priuilegio nullus Prælatus, nec etiam Generalis poteſt coarctare electiones, proponendo eligendas determinatas perſonæ, cum excluſione aliarum, quæ ſpectatis legibus ſunt eligibiles.

SVMMARIVM.

1 *Electio poteſt coarctari ad certum genus perſonarum. num.* 45.
2 *In Matrimonio datur reſtrictio ad certum genus. numer.* 45.
3 *Multa exempla reſtrictionum. num.* 46.
4 *Ratio allata ab aliquibus impugnatur. num.* 47.
5 *Si in eo genere nullus reperiatur dignus, poteſt & debet eligi perſona extranea. num.* 48.
6 *Magis ligat lex diuina quàm poſitiua. num.* 48.
7 *An poſſit dari caſus, in quo coarctatio ad genus perſonarum ſit contra libertatem electionis. num.* 49.
8 *Coarctatio ad certum genus duplex: alia ex parte eligibilium tantùm, alia ex parte etiam eligentium. numer.* 50.
9 *Coarctatio ex parte eligibilium tantùm etiam ſi ſit iniuſta reſpectu eorum, non eſt iniuſta reſpectu electorum. num.* 51.
10 *Ideo nec irritat electionem. num.* 51. 52.
11 *Ius Electorum conditionatum hac conditione contingenti, ſi dentur perſonæ habiles vt eligantur. numer.* 51.
12 *Si quis eligendum occidat, vel liget, vel impediat ne poſſit eligi, non facit iniuriam Electoribus. n.* 52.
13 *Coarctatio ad nationem ſi eſt manifeſtè iuſta debet obſeruari. num.* 52.
14 *Si ſit manifeſtè iniuſta, non coarctat, quia poteſt contemni. num.* 53.
15 *Si inducat metum coarctat, & de ea dicendum eſt id, quod dicitur de coarctatione per metum. n.* 53.
16 *Si electores liberè eligant, ex natione ad quam coarctantur, electio nec eſt irrita, nec irritanda. n.* 54.
17 *Si verò ex coarctatione eligunt, Electio eſt irritanda ad inſtantiam maioris partis electorum. n.* 53.
18 *Coarctatio iniuſta ad nationem non eſt contra ſubſtantiam electionis. num.* 53.
19 *Si dubium ſit an coarctatio ad nationem ſit iuſta, præſumenda eſt iuſta. num.* 53.
20 *Et in eo caſu tamen maior pars poteſt inſtare pro caſſatione. num.* 53.
21 *Si in eo caſu intra nationem nullus ſit dignus, Electores, vel eligant extra nationem, vel non eligant. num.* 54.

22 *Vix dari poteſt caſus, vt intra nationem nullus ſit dignus. num. 55.*

23 *Coarctatio ad nationem, in qua nullus eſt idoneus ſemper eſt iniuſta. num. 55.*

24 *Plures caſus ſunt, in quibus coarctatio ad nationem eſt iniuſta, quia facta ſine rationabili cauſa. n. 56.*

25 *Coarctare libertatem eligentium directe, non coarctata priùs materia electionis, iniuſtum ſi fiat ab inferiore Papa. num. 56.*

26 *Si Princeps Secularis coarctet electionem ex parte eligentium ſemper iniuſte illam coarctat. nu. 56.*

27 *Prælatus inferior Papa niſi priùs limitet electionē ex parte materiæ, non poteſt directe limitare facultatem eligendi, quam habent electores, & præcipere vt eligant ex certo genere. num. 57.*

28 *Prælatus ſi iniuſte limitet materiam electionis ad certum genus, & ſimul inualidè, iniuſte facit ſi prohibet ne electores eligant extra illud genus. numer. 58.*

29 *Prælati inferiores Pontifice ſine magna neceſſitate non poſſunt coarctare electionē ad nationem. n. 59.*

30 *Prælati non poſſunt inuitis ſubditis coarctare electiones ad nationem in perpetuum. num. 59.*

31 *Alternatiua in Electionibus eſt contriaria libertati, quam Electores habent de iure communi. n. 60.*

32 *Capitulum Generale inuitis ſubditis non poteſt ſtatuere alternatiuam. num. 60.*

33 *Capitulum Generale de ſubditorum conſenſu ſtatuit alternatiuas. num. 61.*

34 *Quiſque poteſt renunctare iuri ſuo. num. 61.*

35 *Etiam Generalis potens perpetuas leges ferre, ſtatuere poteſt alternatiuas de conſenſu partiū. n. 61.*

36 *Capitula Generalia in Ordine Prædicatorū ſtatuerunt alternatiuas, vel de conſenſu, vel auctor. Apoſtolica. num. 61.*

37 *Vbi Alternatiua eſt ſtatuta, debet ſeruari. nu. 62.*

38 *Electio facta non ſeruata alternatiua non ſemper eſt ipſo iure nulla, ſed ſemper eſt irritanda ad inſtantiam partis. num. 62.*

39 *Electio non eſt ipſo iure irrita, quia facta contra legem. num. 62.*

40 *Vbi non læditur ius ſubditorum, poſſunt Prælati etiam inuitis ſubditis coarctare electiones ad certum genus. num. 62.*

41 *Alternatiua iuuant ad tempus, ſed nocēt in perpetuum. num. 64.*

45 QVæritur tertio. An electio coarctari poſſit, vel lege, vel conſuetudine ad certū genus perſonarum? Affirmant communiter DD. *Panormit. cap. licet n. 12. & cap. cum terra n. 4. de elect. Sylu. v. Electio n. 26. Tabien. num. 23. Rodriq. tom. 2. q. 51. a. 11. Nauar. lib. 1. conſ. 7. de conſtitutionib. Couar. de Sponſalib. p. 2. a. 3. §. 6. num. 8. & 9. 10: Cald. in cap. cum in iure num. 9. de elect. Anchar. in cap. cum terra num. 2. eodem tit. Prapoſ. in cap. cum locum nu. 8. de Sponſalib. Biax. in direct. elect. p. 1. cap. 4. num. 1. Tuſc. litt. e. concluſ. 62. Alter. de Cenſur. p. 2. de Suſp. diſput. 13. c. 5. §. poſt pœnam Hieron. Rodriq. reſo. 58. num. 10. Miranda tit. 2. q. 23. a. 22. Portel. v. electio num. 4. Caſtell. c. 9. n. 36. Laurent. Peyr. in ſub d. q. 1. c. 31. notab. 3. Sigiſmaud. de elect. d. 50. n. 3. Rota p. 6. recent. deciſ. 38. n. 19. alias referens. Lezana p. 1. c. 15. num. 21. Donat. tract. 1. q. 15. num. 10. Samuel. tract. 2. diſput. 1. contron. 4. num. 31. Camill. in direct. elect. cap. 1. num. 9.* Sic enim, & in Matrimonio datur reſtrictio ad certum genus, vt fidelis nequit cum infideli contrahere.

46 Et vt habet *Nauar. d. conſil. 7. de conſtitut.* Valet ſtatutum Collegij Bononiæ, & aliorum multorum in Hiſpania, ne ex eadem ciuitate eligantur plures collegæ, & ne ex eadem diœceſi plures quàm duo &c. Tum quod valet conſuetudo, vt Abbas certi monaſterij eligatur ſolùm de certo monaſterio. *cap. Cum dilectus, de conſuetud.* Tum quia inſtitui poteſt, vt beneficium conferatur alicui propinquo patroni illius, iuxta Domin. receptum in *cap. Cum in Eccleſ. tua de prabend. in 6.* Tum quod in Eccleſia Toletana ſtatutum eſt, ne fiat beneficiatus eius deſcendens ex Iudæo, ſaraceno, vel hæretico. Tum quia in Hiſpania non fiunt beneficiati niſi Hiſpani, & in Gallia niſi Galli.

47 Huius vero aſſertionis ratio velut à priori redditur, quia per huiuſmodi limitationem licet reſtringatur, non tollitur tamen libertas electionis. *Panormit. Tabien. Nauar.* Et plures alij, ſed merito hanc rationem improbat Iacobatius de Concilio *lib. 4. a. 4. §. ſecunda concluſio pag. mihi* 249. Et quidem, vel hæc diuerſitas adducitur, vt inter huiuſmodi limitationes ponatur diſcrimen, quia limitatio ad vnum determinate irritet electionem inde ſecutam ipſo facto, non vero limitatio ad certum genus, vel vt ponatur diſcrimen, quia limitatio ad certam perſonam ſit iniuſta, non autem limitatio ad certum genus perſonarum, ſed ad horum neutrum probandum valet illa ratio, quoniam nec limitatio ad vnam certam perſonam irritat ipſo facto electionem, nec tollit libertatem ſubſtantialem electionis, vt probatum eſt quæſ. ſuper. *n.* 18. & 19. Et ex alia parte, etiam limitatio ad certum genus ſi fiat ab inferiori Papa, lædit libertatem, vel eam nec lædit limitatio ad vnum, ſi fiat ex iuſta cauſa limitatio ad vnam certam perſonam, ſed vt hæc probem, præmiſſa vna limitatione, qua aſſertio communis limitatur, propono quæſtionē. An detur caſus in quo limitatio ad certum genus lædat libertatē electionis.

48 Limitatur itaque aſſertio, quia ſi contingat, quòd reſtricta electione ad certum genus perſonarum ex lege aut conſuetudine nullus in ea inueniatur dignus electione, tunc liberum eſt Electoribus aliunde prouidere, & extra illud genus dignum eligere; Magis enim ligat lex diuina prohibens eligere indignum, *D. Thomas 22. q. 65. a. 2.* Quàm lex poſitiua limitans electionem ad certum genus perſonarum. Numquam enim eligendus eſt indignus. *D. Thomas ibidem. Bald. conſ. 318. l. 3. Tuſc. l. e. concl. 23. nu. 4. Nauar. d. conſ. 7. de Conſtit. Sigiſm. dub. 50. num. 3. Samuel tract. 2. diſp. 1. contron. 5. num. 8. &c.*

49 Sed poteſt ne dari caſus, in quo coarctatio ad certum genus perſonarum ſit contra libertatem electionis *Caſtell. cap. 9. num. 36.* affirmat, & affert hunc caſum tamquam manifeſtum: ſi Princeps edat ſtatutum, quòd abſolutè in ſuo dominio nullus omnino eligi poſſit, vel electus confirmari, vel confirmatus ſuum exequi munus, niſi exiſtat ex illis, qui ſunt ſuæ ditionis, penitus nullum ponens diſcrimen inter dignum, & indignum, dummodò ſit de illi ſubiectis, excludendo ſimpliciter omnem extraneū. In hoc caſu talis electio ità coarctata cenſenda eſt non plenè libera; & ideo nulla ac irrita, & præſertim

Digitized by Google

tim ſi [illegible] t tantique digni in ea natione quantus eſt [illegible] s Prælationum, quod aliquando ſolet accidere. Quoniam non prouidetur hoc modo opportunè regimini Eccleſiaſtico. Et violatur *iuſtitia* diſtributiua ex acceptatione perſonarũ.

50 Hæc doctrina dat occaſionem multa conſiderandi circa hoc punctum, & illud intimiùs explicandi, & demonſtrandi, quòd limitatio ad certum genus, etiam per ſe poteſt lædere libertatem. Conſiderandum enim eſt, coarctationem ad certum genus, & præcipuè ad certam nationem per excluſionem aliorum poſſe eſſe duplicem, vel ſcilicet directè, & primò ſolùm ex parte materiæ electionis, videlicet ex parte eligibilium. Et hæc coarctatio fit directè impediendo perſonam, vel perſonas ne eligi poſſint, quàmuis indirectè ex hoc coarctetur facultas electorum, quibus limitatur materia, & fit vt electores ſaltem, vel validè, vel quiete, & cum effectu eligere non valeant. Vt ſi Princeps decernat, quòd in ſuo Principatu nullus extraneus præſit. Hęc enim coarctatio directè reſpicit eligibiles, & impedit electionem ex parte Materiæ, impediendo ne extraneus poſſit in ſuo Principatu præeſſe, & conſequenter eligi cum effectu, ad quem ordinatur electio, qui eſt, vt electus præſit: vndè nec Electores valent eligere eum qui eſt impeditus hoc modo ne eligatur, non quidem per defectum poteſtatis eligendi, ſed quia executio liberæ electionis impeditur, ablata, vel impedita materia illius; ſed alia eſt coarctatio, quæ directè eſt etiam ex parte eligentium, quos directè reſpicit ſtatutum, aut mandatum ſuperiores; Vt ſi Princeps, vel Prælatus præcipiat Electoribus, quod non eligant extraneum, vel quod idẽ eſt, quod ex ſolis ſubditis, vel nationalibus eligant. licet vero hæc prohibitio (quando non venit à Pontifice, vel à Principe, à quo eſt facultas eligendi,) non priuet electorem poteſtate, priuat tamen exercitio poteſtatis, & illud impedit, & ne dum indirectè, ſed directè attingit electores, & ſi eſt iniuſta lædit libertatem eligentium, quantum ſit ex ſe ipſa.

51 Hac præmiſſa diſtinctione dicitur, quòd coarctatio ad certum genns, vel nationem per excluſionem alterius generis vel nationis, etiam ſi maniſeſtiſſimè ſit iniuſta reſpectu generis vel nationis excluſæ, ſi directè non prohibentur electores, ne eligãt extra genns, aut nationem, non eſt ininſta contra electores; ideò nec coarctat iniuſtè libertatem electorum, neque electionem irritam, aut ad electorum inſtantiam irritandam reddit. Probatur prima pars huius aſſerti; Nam ius electorum, quatenus eſt proprium illorum, & ex vi conceſſæ electionis conſurgit, eſt ius conditionatum hac conditione, ſi dentur perſonæ eligibiles, nec ſe extendit ad hoc, vt in mundo dentur perſonæ eligibiles, vel ſi dantur quòd ſint in paruo, vel in magno numero, vel in iſta vel in illa natione, vel ſint præſentes, vel abſentes, vel ſint aut non ſint impeditæ eligi, ſed ſolùm hoc ſibi vendicat, vt in eius arbitrio ſit ex habilibus eligere eam, quæ eis magis opportuna videtur. Hoc manifeſtatur clariſſimo exemplo: Eſto enim electores ſint determinati omnino, vt eligant Titium, vel aliquem ex tribus aut quatuor de Collegio, ſi quis Titium aut aliũ ex illis aliquibus, immò omnes illos aliquos, vel occidat, vel carceri mancipet, ſeu liget, aut extra Prouinciam eijciat, aut quocumque modo etiam notoriè iniuſto illos impediat, ne poſſint eligi, non eſt iniuſtus in electores: vndè nec ipſi habent actionem in iudicio contra illum, vt eſt manifeſtum. Et tamen ſi electores in hoc haberent ius, & paterentur iniuriam ab impedientibus, ne illi eligi poſſent, haberent in Iudicio actionem contra illos, quoniam actio eſt ius proſequendi in iudicio quod ſibi debetur *inſtit. de act. in princip. Sylu. v. actio num.* 1. ſed quæ in iſta aſſertione dicuntur de coarctatione paſſiua, iterum quæſt. ſequenti magis confirmantur.

52 Ex hoc probatur ſecunda pars: ſi enim hæc coarctatio quamtùmuis iniuſta contra excluſos ab electione paſſiua, non eſt iniuſta contra electores; igitur iniuſtè non coarctat eorum electionem, vel limitat eorum libertatem, & ex conſequenti non irritat eorum electionem. Non quidem electionem qua eligatur vnus de genere vel natione excluſa; quià cũ illa coarctatione nõ obſtante, quæ ſupponitur iniuſta, ille ſit eligibilis, remanet valida eius electio, ſi eligatur, ſed neque electionem, qua eligant vnum ex genere aut natione non excluſa; quià illa libera eſt, & quatenùs aliquo modo libera non eſt, non eſt non libera iniuſtè ex parte eligentium, vnde non poſſunt vti actione iniuriarum, cum non ſint paſſi iniuriam. Et licet, ſi electores potuiſſent, elegiſſent extraneum; & ideo alium elegerint, quia extraneum eligere non potuerunt, tamen quia electio illa ſimpliciter eſt libera, & ſecundùm quid coarctata, & quatenus coarctata non eſt iniuſtè contra eligentes coarctata, ideo non eſt inualida, nec ad electorum inſtantiam caſſanda. Aliter infinitæ electiones coactæ dicendæ eſſent, & inualidè, cum infinities accidat, quòd electores vnum eligant, quia alius, ex hac, vel illa cauſa eſt impeditus, ne eligatur, vel infirmitate, vel abſentia, vel aſſumptione ad aliud officium, vel alia ſimili cauſa etiam ex parte impediti iniuſta, vt ſi ſit iniuſtè carceratus, vel detentus etiam intuitu, ne eligatur, non enim per hoc læditur ius eligentium, quod eſt poſterius eligibilitate huius, vel illius, & eligibilitatem huius, vel illius contingenter ſupponit, & ſolùm exigit, vt non impediatur ne eligantur ab electoribus hic vel ille, ſi aliàs ſunt eligibiles.

53 Dicitur ſecundò quòd coarctatio ad genus, vel nationem per excluſionem aliorum generum & nationum etiam ex parte eligentium poteſt eſſe vel iuſta manifeſtè, vel manifeſtè iniuſta, vel dubia. Et quidem ſi ſit iuſta, debet ab electoribus obſeruari, nec quia obſeruetur irritat electionẽ, ſed immò eſt ab illis obſeruanda, & ſi non obſeruetur, & extraneus ab illo genere vel natione eligatur, electio eſt vel ipſo facto nulla, vel irritãda. Nam erit nulla ipſo iure, ſi lex coarctans ad genus ipſo iure, & ſacto irritet attentatum in oppoſitum, ſed ſemper ſaltem erit irrtanda, tamquam prohibita, & contra legem facta *Reg. 64. de regul. iuris in 6.* Sed ſi coarctatio ſit manifeſtè ininſta; primò dicitur, quòd per ſe loquendo non coarctat, quia non tenentur electores illam ſeruare, ſed poſſunt illam contemnere, & extra genus eligere, & ad ſuperiorem non coarctantem prouocare, & recurrere. Quod ſi ex hoc timeatut malum, & lex coarctans iniuſtè ad genus ſit veſtita minis & quomodocumque metum grauem inſerat, iam coarctabit ex partes huius circumſtantiæ adiũctæ, & de ea dicendũ erit, quod de coarctatione per metũ iniuſtè illatum infrà decernitur. Et ſecundò aſſeritur, quòd ſi electores liberè eligunt intra genus, electio tenet, nec eſt caſſanda, quia non eſt coarcta-

ta,

ta, ſed lex aut præceptum coarctans ad talem electione ſe habet concomitanter, non verò antecedenter, & quatenus etiam ſic coarctata oon eſt irritanda niſi ad inſtantiam maioris partis eligentium. Cum enim hæc coarctatio ad genus non ſit contra ſubſtantiam electionis, ſed ſolum contra iuſtitiam eligentium, quorum libertas limitatur, vt ſupra citati DD. docent; ideò electores illam poſſunt ratam habere, & non niſi ad illorum inſtantiam debet caſſari. Eſto autem vnus vel alter inſtet, ſi maior pars liberè eligit intra genus, non eſt horum electio caſſanda, quià non ſunt iſti puniendi ſine cauſa & culpa. Si autem coarctatio ſit dubia, præſumendum eſt pro illius iuſtitia, vt latiùs probo infra in hoc eodem *cap. quæſt. ſequenti*; Et ſuperioris coarctantis electionem ad certum genus, præceptum eſt ſeruandum, & tunc ad ſummum maior pars poterit vel ante electionem vel poſt coram ſuperiore mediato diſcurere, an electio fuerit inſtè coarctata à ſuperiore proximo, & an ſit ob hoc caſſanda vel nõ caſsãda.

54 Quòd ſi contingat caſus, vt intra genus, vel nationem nullus ſit dignus, tunc electores, vel intrepidè eligant extra genus, vel nullo modo eligant, quia indignum numquam eligere poſſunt. Et ſi eligunt, electio erit nulla, vel caſſanda, quià indignus eſt electus, quia verò ſit iniuſtè coarctata erit caſſanda ſi maior pars eligentium inſtet illam caſſari, & illam ratam nolit habere.

55 Dicitur tertiò vix dari poſſe caſum, in quo intra genus, vel nationem nullus ſit dignus, niſi Prælatura ſit altiſſima, & natio reſtrictiſſima, & aliàs quod reſtrictio electioonum ad nationes ſit iuſta, & rationabiliter facta, cum immò ſacri Canones velint vt eligatur de gremio eccleſiæ, ſi reperitur in ea dignus, probabitur ex profeſſo *infra cap.* 25. vbi de conditionibus eligendorum erit ſermo, & nihilominus mandatum coarctans electionem ad genus, vel nationem, in qua nullus ſit dignus electione, ſemper eſt iniuſtum, & malum; quoniam nec conuenit quod eccleſiæ ſint ſine Rectore, vel Ordinario, vel Delegato, nec cõuenit quòd regantur per Miniſtros indignos, nec contra totum Mundum poteſt aliquis Princeps, vel ſuperior præſumere, vt nullus inueniatur qui in ſuo dominio præeſſe poſſit fideliter, & ſimul Deo, Eccleſiæ, & Principatus vtilitati deſeruire, ſed tamen ſemper eſt conſiderandum, quòd ſi coarctatio facta à Principe ſit ſolùm ex parte materiæ ſeu eligibilium, hæc quidẽ erit in hoc caſu iniuſta contra Eccleſiam, vel contra excluſos ab electione paſſiua, quia eccleſia priuatur dignis Miniſtris, & digni Miniſtri iniuſtè excluduntur, non erit tamen iniuſta contra Electores; & ideo ſi tunc eligant intra genus, electio erit nulla vel anullanda; quià eſt electio indigni, non quia ſit ex parte electorum iniuſta, & ad eorum particularem & propriam inſtantiam caſſanda.

56 Hinc ad quæſtionem propoſitam reſpondendo dicitur quartò nedum plures eſſe caſus, io quibus coarctatio ad genus, ſi fiat ab inferiore Pontifice eſt contra libertatẽ electionis, ſed quod immò carctatio electionis ad genus perſonarum, ſi directè & primò coarctet libertatem eligentium, non reddita priùs & directè inhabili materia, vt eligi poſſit, ſemper eſt iniuſta, & illicita, & iniuſtè lædens libertatem eligentium, neque etiam in hoc ſenſu intelligi poteſt ſententia communi ſupra relata, quia eſſet falſa. Itaque hęc coarctatio etiam ſi intra genus nullus ſit dignus, ſed abſolutè ſi qualiſcumque ſuperior vel quis eſt talis, qui non poteſt condere leges, aut inhabilitare alia genera perſonarum, ne eligi poſſint, aut licet hoc poſsit, id non facit ſed relicta eligibilitate paſsiua alijs generibus, aut nationibus directè coarctat liberratem eligentium, præcipiens illis vt non niſi ex certo genere eligant, iniuſtè, electionem coarctat, & libertatem eligentium lædit, quia electores hoc à iure communi habent, vt ex eligibilibus aſumant quem iudicant eſſe dignum electionem, vt *quæſt. ſuper.* probatum eſt. Nec valet quod ex *Panorm. cap. licet num.* 12. *de elect.* adducebatur, ſcilicet, quia hoc modo non tollitur, ſed reſtringitur libertas. Quia libertas tollitur, ſi reſtringitur, & iniuſtè læditur liber homo, ſi eius libertas minuitur ab eo, qui non poteſt illam minuere, & inferior Papa, non poteſt limitare amplitudniem libertatis, quam Papa & Concilia electoribus conceſſerunt; & vbi ſuperior poſſet condere leges, poteſt quidem decernere, vt tam electores, quàm eligendi habeant has, vel illas qualitates, ſed non poteſt præcipere vt electores habentes qualitates à iure requiſitas, non ſint domini, vt liberè eligant ex habentibus qualitates à iure requiſitos, quem volunt, & iudicant eligendum. Et nedum Princeps ſecularis iniuſtè, & contra libertatem electionis illam coarctat ex parte eligentium Eccleſiaſticorum, ingerens ſe eorum electionibus, & aliquid ei præcipiens, cum non habeat in Eccleſiaſticos iuriſdictionem, & nedum ſi coarctet electionem ad genus & nationem etiam directè & primò, ex parte materiæ ſtatuens v. g. vt nullus præſit in ſuo dominio, qui ſit extraneus ſi intra nationem nullus ſit dignus vt præſit; quia tale ſtatutum iniuſtum eſt & contra libertatem Eccleſiaſticam ſeu contra libertatẽ Eccleſiaſticæ electionis, quia priuat Eccleſiam iure quod habet regendi ſuos per dignos Miniſtros.

57 Sed & quilibet ſuperior Eccleſiaſt. inferior Papa non poteſt directè limitare poteſtatem liberam eligentium, quia ex aliàs habentibus conditiones à iure requiſitas, vt eligi poſſint, eligant quem pro ſua libertate iudicant eligendum. Ad congregationem enim & Electorum collegiũ ſpectat eligere, quod idem eſt eſſe Dominum accipiendi ex eligibilibus vnum præ alio ſecundùm arbitrium conſilij ſui, quia vt habent DD. cum D. Thom. *p.* 2. *q.* 13. electio eius eſt, qui eſt ſuorum actuum Dominus, & hoc dominium habet Collegium electorum ex iure communi *cap. fin.* 16. *p.* 7. *& cap. Abbatem p. &* 2. *d.* 18. *q.* 2. *& cap. cum dilectus.* §. *mandamus*, de conſuetudine. Ideo per limitationẽ, ad certũ genus perſonarum lędi libertatem eligentium probat *Iacobatius de Concilio l.* 4. *a.* 4. §. *ſecunda concluſio, pag. mihi* 249. *ex Cardinali, & Aegidio Bellamera, & Rota deciſ.* 65. *nu.* 4. *Butr. Cand. Archid. & Turrecremata*. Quamobrem aſſertio poſita in principio quæſt. & comprobata ex communiori ſententia debet explicari, & intelligi, quando ex iuxta cauſa poteſt ſuperior limitare eligibilitatem perſonarum decernẽdo, propter bonum commune vt eligendi debeant eſſe huius, vel illius qualitatis, & ex conſequenti poſtea limitando Dominium eligentium indirectè per ſubtractionem, aut limitationem materiæ.

58 Sed præterea ſuperior etiam Eccleſiaſticus licet ex hoc præciſe quod limitat materiam, illamq;

ſubtra-

ſubtrahit & facit non eligibilem etiam iniuſtè, non ſit iniuſtus in Electores, vt dictum eſt, tamen ſi præcipiat quocumque modo Electoribus, ne eligant ex genere alias iniuſtè & inualidè excluſo ab electione paſſiua, eſt etiam ratione præcepti impoſiti Electotibus in electores iniuſtus, quia impedit eos, ne eligant ex eo genere perſonarum, quæ vere de facto ſunt eligibiles, cum ſolùm nulliter, & inualidè perſonæ illæ ſint priuate electione paſſiua, & electores ſint ex iure communi domini eligendi quemcumque ex eligibilibus, vt eſt peobatum.

59 Dicitur quintò. Quòd Prælati Eccleſiaſtici Papæ inferiores, ſine magna neceſſitate non poſſunt etiam ex parte materiæ coarctare electiones ad Nationes; & quod licet hoc aliquando poſſint facere ex cauſa vrgente ad tempus, etiam inuitis ſubditis; per legem tamen perpetuã id præſtare non valeant, niſi de nationum conſenſu. Prima pars huius aſſerti peobatur, quia v. g. occaſione bellorum, benè Prælatus ſuperior ad vitanda ſcandala, & ne Eccleſiæ maneant viduatæ, poteſt ſuis præcipere, vt eligant tantùm ex certa natione, dummodo eligant dignum, ſed quia eſſe de hac vel illa natione per ſe non repugnat rectæ electioni, nec etiam ad illam iuuat, ſed in quacunque natione digni ſunt admixti indignis, nulla eſt ratio vnde per ſe extraneæ nationes quibus ex iure communi competit paſſiua electio in perpetuũ excludantur ab electione intra nationem. Et ideo vbi ex iuris communis diſpoſitione electores habent, vt eligant, de nationibus pluribus, Prælati Papæ inferiores non poſſunt coarctare Electores in perpetuum, vt de hac, vel illa natione tantùm eligant niſi per accidens ex cauſa extrinſeca accidentali, & contingente ad tempus, vel niſi electores iuri ſuo cedentes conſentiant. Et conſiderandũ eſt quod ait *Bald. c. cũ terra 14. de electione* quòd ſcilicet etiam ſi coarctare electionem ad certam nationem ſit honeſtum, tamen ſemper aliquo modo attingit & vulnerat libertatem eligendorum, vel electorum, quia illam reſtringit. Vnde hoc non poteſt fieri niſi ex cauſa iuſta reſpiciente bonum commune.

60 Hinc ſoluitur illa quæſtio. An Capitulum Generale poſſit ſtatuere alternatiuam, nimirum ſtatuere vt in Prouincijs, vel Conuentibus Prælatus alternatim eligatur modò ex vna, modò ex altera natione. Hoc enim de iure communi fieri non poteſt vt ex *Petro Baiſio in direct. p. 3. cap. 35. num. 4. tradunt Caſtell. cap. vnic. 36. Donatus p. 3. tract. 1. q. 10. num. 2.* Qui tamen adducit, quòd Capitula Generalia ex permiſſione Apoſtolica poſſunt hanc alternatiuam ſtatuere pro bono pacis, ſicuti factum fuit in multis Capitulis Generalibus in Ord. Prędicatorum & Minorum de obſeruantia, & aliorũm. Dicitur tamen primò, quòd alternatiua per ſe eſt contraria bono communi, & infert præiudicium libertati iam actiuæ, quam paſſiuæ vocalium, vt bene probat *Rota par. 1. recent. deciſ. 65. num. 4.* ideo non poteſt inuitis partibus ſtatui à quocumque Capitulo Generali. Et cum in *d. deciſ.* tractetur de alternatiua ſtatuta per breue ſpeciale ſummi Põtificis in electione Generalis Congregationis S. Benedicti in Hiſpania quod Breue emanauerat ad ſupplicationem Catholici Regis Hiſpaniarum, nihilominùs quia hoc non erat ſtatutum de conſenſu partium, Congregatio præfata ſentiens ſe eſſe grauatam, contra Monaſterium Valliſſoletanum in ea alternatiua recurſum habuit ad ſummum Pontificem, qui erat Clemens VIII. & cõmiſſa cauſa Eminentiſſimis Cardd. Burgheſio, & Arrigonio, ab ipſiſque requiſito voto Rotæ, eadem Rota habita die 24. Nouembris 1603. coram Pamphilio ſeniore, definiuit, alternatiuam illam eſſe Congregationi præfatæ præiudicialem, ex hoc, quòd eò ipſo dum dictum Breue arctabat Congregationem in alternato triennio ad eligendum in Generalem vnum monacum profeſſum in monaſterio Valliſſoleti auferebat ius, quod dictæ Congregationi competebat ex iure communi, vt electio Generalis actiua & paſſiua ſpectaret ad totam Cõgregationem; ſemper enim alternatiua lædit hoc ius Generale, quod competit Prouincijs, vel Conuentibus, & ideò non poteſt alternatiua ſtatui niſi per Pontificem, qui iuri communi derogare poteſt.

61 Sed tamen conſentientibus partibus hæc alternatiua ſtatui poteſt à Capitulo Generali, etiam in perpetuum, quià ius commune non præcipit, ſed concedit electoribus facultatem eligendi ex tota Prouincia v. g. vel ex toto ordine. Huic verò iuri ſibi conceſſo poſſunt partes renunciare, & cedere, quia iuri ſuo quilibet renunciare poteſt. *cap. tuis 39. de Regul. cap. ad Apoſtolicam de Priuilegijs c. ſi de terra, de priuilegijs Tuſc. l. R. conc. 170. Suar. de legib. lib. 8. cap. 33.* Ideò ſi partes habentes intereſſe conueniant Capitulum Generale, & Generalis habens facultatem condẽdi leges perpetuas, ſicuti habet Generalis Ord. Prædicatorum, poteſt huiuſmodi alternatiuas ſtatuere & capitula Generalia in Ord. Prædicatorum huiuſmodi alternatiuas ſtatuerunt vel de partium conſenſu vt Romæ 1601. in alternatiua pro Prouincia Aragoniæ, vel auctoritate Apoſtolica, vt Pariſ. 1611. in alternatiua pro Prouincia Hiſpaniæ.

62 Vbi verò alternatiua ſtatuta fuit: eam in electionibus ſeruari debere certum eſt *Caſtell. de Elect. cap. 11. de elect. num. 31. Donatus p. 3. tract. 1. q. 32. n. 1. Camill. in direct. p. p. cap. 11. num. 17.* Electionem autem eſſe ipſo facto nullam ſi alternatiua non ſeruetur docent *Caſtell. & Camill.* ſed hoc eſt verum ſi in lege ſtatuente alternatiuam ponitur decretum irritans attentatum contra legem. Nam aliàs, cum non ſeruare huiuſmodi alternatiuam ſit cõtra iuſtitiam; Ideo electio facta eſt quidem caſſanda ad inſtãtiam partis; ſed non eſt ipſo iure nulla. Et aliàs Regula illa. *Quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi. Quæ eſt 64. de Reg. iuris in 6.* habet quàm plures limitationes & fallentias, vt videre eſt in *Gloſſ.* ibi *v. quæ contra, & Sylu. v. lex q. 28. & Suarez lib. 5. de leg. cap. 25.* Et cum ſimus in pœnalibus non datur locus niſi benigniori interpretationi. Et in ſequentibus pluries, probabitur nullitatem electionis ipſo facto non induci, niſi exprimatur.

63 Hinc diſtinguendum eſt circa huiuſmodi coarctationes, quòd vbi agitur de qualitatibus per ſe vtilibus ad electionem, quarum vtilitas perpetua eſt, poſſunt Prælati ſuperiores etiam inuitis ſubditis ex parte materiæ limitare electiones ad habẽtes huiuſmodi qualitates, vt ad ætatem determinatam, ad ſcientiæ quantitatem, ſeu teſtimonium, & quòd electus debeat eſſe Doctor, vel licentiatus, vel huiuſmodi; quia in his limitationibus non læditur ius eligentium, aut eligendorum; & ſic vniuerſaliter, vbi nõ agitur de præiudicio electorum, vel eligibilium poſ-

ſunt

Digitized by Google

ſunt Prælati inuitis ſubditis coarctare ex legitima cauſa electiooes ad certum geous, ſed vbi agitur de præiudicio Iuris electorum, vel eligibilium, non poſſunt fieri huiuſmodi coarctationes, niſi de partium conſenſu.

64 Quantum verò ad alternatiuas nationum hoc experientia demõſtrauit, quod iuuaut ad conciliandam pacem pro breui tempore, & præſtant beneficium temporale, ſed ſecum ferunt damnum irreparabile, & perpetuum, vt ſæpiſſimè minùs idonei cum indecibili damno Religiorum præſint. Ideo omnes alternatiuas tollere optimum eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Introductio Quæſtionis. num. 65.*
2 *Primus Caſus in quo eſt difficultas. nu. 65. 66.*
3 *Secundus caſus in quo eſt difficultas. num. 67. 68.*
4 *Diſtinctio inter vtrumque caſum. num. 68.*
5 *Coarctatio ex parte materiæ, nimirum priuatio paſſiuæ vocis aliquorum, ſi ſit iuſta non repugnat libertatis electionis. num. 69.*
6 *Electores non habent ius contra iuſtitiam ſuperioris, vt delinquentes non puniat. num. 69.*
7 *Coarctatio ex parte materia per ſe non repugnat libertati electionis. num. 70.*
8 *Quia ſi iuſta eſt, illi non repugnat. num. 70.*
9 *Priuatio paſſiuæ vocis multiplici ex capite poteſt eſſe iniuſta. num. 71.*
10 *Priuationem paſſiuæ vocis manifeſtè iniuſtam poſſunt electores contemnere, & ea non obſtante eligere. num. 71.*
11 *Regulares ad apices iuris non tenentur. num. 71.*
12 *Tenentur ad ſubſtantialia iudicij. num. 71.*
13 *Subſtantialia iudicij ſunt, quòd adſit culpa. nu. 72.*
14 *Et quòd culpa ſit in iudicio probata. num. 72.*
15 *Et quòd reus citetur, & audiatur. num. 72.*
16 *Sola atteſtatio ſuperioris non eſt probatio delicti. numer. 72.*
17 *In Ordine Prædicatorum nullus habendus eſt vt voce priuatus, niſi ſit damnatus &c. num. 73.*
18 *Et prætextu priuationis vocis non poteſt excludi ab electione, niſi ſit per ſententiam priuatus. num. 73.*
19 *Modus iudicij eſt in hoc ordine, vt nullus damnetur, niſi confeſſus, vel conuictus. num. 73.*
20 *Priuatio vocis ſi ſiat reo nec confeſſo, nec conuicto, eſt manifeſtè nulla. num. 73.*
21 *Inſtante electione non poſſunt fieri priuationes vocum. a nu. 74.*
22 *Electio quando inſtet. num. 74.*
23 *Electio Prouincialis non inſtat niſi vacante Prouincialatu. nu. 74. 88.*
24 *Prior terminans officium per paucos dies ante Prouincialem non prorogatur in officio vſque ad noui Prouincialis electionem. num. 74.*
25 *Ita decretum in caſus contingentia. num. 74.*
26 *Bulla Iulij II. de temporalitate officiorum. nu. 76.*
27 *Lex rarò contingentia non conſiderat. num. 77.*
28 *Non eſt iniuſtum; per accidens aliquem conuentum non habere vocem in electione Prouincialis. n. 77.*
29 *Priuatio vocis paſſiuæ licet iniuſta reſpectu priuati, non eſt iniuſta reſpectu electorum aut electionis. numer. 78.*
30 *Electorum ius conditionatum eſt, ſcilicet ſi dentur perſonæ eligibiles. num. 78.*
31 *Electores non habent ius vt in Mundo ſint eligibiles, vel quòd ſint multi, vel pauci. num. 78.*
32 *Electoribus volentibus eligere Paulum, ſi Alexander Paulum, vel occidens, vel ligans, vel fugere faciens nullam iniuriam facit electoribus. n. 78.*
33 *Contrahentes ſuper idoneitate materiæ non habent ius. num. 79.*
34 *Ex vi iuris emendi nullus habet ius, vt hæc, vel illa materia ſit emibilis. num. 79.*
35 *Nullus habet ius, vt hæc, vel illa mulier ſit apta Coniugio. num. 79.*
36 *Ex natura habetur ius ad materiam contractabilem in communi, vt quòd detur res emibilis, vel perſona nubilis, vel perſona eligibilis. num. 80.*
37 *Hoc tamen ius nec eſt particulare, nec eſt ad res determinatè, nec adhoc vt res determinatè ſit præſens hic, & nunc. num. 80.*
38 *Datur ius in Eccleſia vt ſint Prælati eligibiles, ſed hoc ius antecedit ius Electorum, nec venit vt à cauſa propria à iure eligendi, & non eſt ius ad determinatas perſonas, & vt hæc, vel illa determinatè ſit eligibilis, vel vt hæc, vel illa hic, & nunc ſit præſens, vt eligantur. num. 80.*
39 *Priuatio paſſiuæ vocis non eſt contra libertatem electorum, etiam ſi inde ſequatur, quòd electio ſit materialiter coarctata ad duas, vel vnum; quia hæc coarctatio non eſt iniuſta reſpectu electorum. numer. 81.*
40 *Priuatio pura paſſiua vocis, vel non coarctat electionem etiam materialiter, vel non repugnat libertati. num. 89.*
41 *Priuatio paſſiuæ vocis ſi eſt manifeſtè iuſta, non eſt contra libertatem electionis; quia imò iuſtè obligat electores ad non eligendum eum, qui iuſtè eſt voce priuatus. num. 82.*
42 *Priuatio paſſiuæ vocis manifeſtè iniuſta, & inualida non coarctat, quia electores, illam contemnere poſſunt. num. 82.*
43 *Priuatio paſſiuæ vocis dubia an ſit iuſta, præſumi debet iuſta. num. 82.*
44 *Obligatio coarctans electionem ex puro motiuo honeſtatis, & virtutis, non repugnat libertati electionis. num. 83.*
45 *Etiamſi cum motiuo honeſtatis concurrat intereſſe eligentium. num. 83.*
46 *Virtus non cogit. num. 83.*
47 *Obligatio ad non eligendum priuatum voce non cogit, quià non eſt coarctatio; quæ ſit contra ius electorum. num. 83.*
48 *Electio de qua in primo caſu nec eſt irrita nec irritanda. num. 84.*
49 *Superior ex quatuor tres priuans voce paſſiua etiã iniuſtè, in nullo offendit ius electorum, ideo electio quarti non eſt irrita. num. 84.*
50 *Electio in eo caſu nec fuit coarctata, quia priuatio vocis paſſiua erat euidenter iniuſta, & nulla. numer. 84.*
51 *Et quia præter illos quatuor non deerant eligendi. numer. 84.*
52 *Electorum determinatio ad vnum ex illis quatuor eligendum erat illis libera. num. 84.*
53 *Electio in eo caſu non fuit caſſanda. num. 85.*
54 *An preceptum ſuperioris iniuſtè prohibentis eligi vnum, vel aliud reddat electionem aliorum inualidam, quia coarctet electionem. num. 86.*
55 *Probibitio, qua ſuperior probibet electoribus vnum vel alium determinate eligi, licet iniuſta non reddit ele-*

dit electionem aliorum ipſo iure irritam. num.87.

56 *Huiuſmodi probibitio eſt iniuſta etiam in electores. numer. 87. 88.*

57 *Iniuſte, & inualide priuatus voce, eſt de iure eligibilis, & fit iniuria electoribus ſi directè probibeantur illum eligere. num. 88.*

58 *Huiuſmodi probibitio ſi manifeſtè iniuſta, & inualida, non ligat, ſi dubia, ligat, ſed vinculo boneſtatis, quod non repugnat libertati electionis. numer. 88.*

59 *Electio ex eo quòd eſt contra iuſtitiam, non eſt ipſo iure nulla, ſed poteſt rata haberi ab eo, qui iniuſtitiam eſt paſſus. num. 88.*

60 *Quando ex duobus, vnus fuit prohibitus eligi, alterius electio eſt coacta, quia electores ideo alium elegerunt, quoniam illum eligere probibiti ſunt, & tunc electio alterius eſt caſſanda. num. 89.*

61 *Etiam ad inſtantiam non electi, ſi probet ideo ſe nō fuiſſe electum, quia iniuſte fuit prohibitus eligi, & ſimul cum eo inſtent electores. num. 89.*

62 *Licet iniuſte impeditus ne eligeretur, paſſus ſit iniuriam, non habet actionem contra electum, vel eligentes, & electionem. num. 90.*

63 *Ad inſtantiam Eligentium, qui fuerunt iniuſtè coacti, debet caſſari electio. num. 90.*

64 *Ad hoc vt caſſetur talis electio, non ſufficit, quòd electores taceant inſtante excluſo. num. 90.*

65 *Etiam ſi electores coacti fuerint, & durent in voluntate auerſa ab electo, non poteſt non electus inſtare contra electionem. num. 91.*

66 *Ad inſtantiam eligentium debet caſſari electio, etiam ſi prohibitus eligi ratam habeat electionem alterius. num. 92.*

67 *Verum cum probibitio iniuſta, & inualida non liget, niſi probibitio ſit veſtita aliquo alio impedimento nimirum violentia, vel metus, vel ſimili, difficile erit probare, quòd electio illius alterius, fuerit coacta. num. 92.*

68 *In ſecundo ex propoſitis caſibus non adfuit pura probibitio non eligendi. num. 93.*

69 *In eo ſecundo caſu non fuit ſeruata forma cap. quia propter. num. 94.*

70 *Defuit conſenſus naturalis. num. 64.*

71 *Quare tunc non fuerit ſeruata forma cap. quia propter. num. 95.*

72 *Electio de qua in illo ſecundo caſu, & in Decreto Sacræ Congregationis ibi relato, ideo fuit nulla, quia electores vota ſingulorum recipere noluerunt. num. 96.*

65 QVæritur quartò An coarctatio electionis, proueniēs ex eo quòd Superior priuat voce paſſiua, & ab electione excludit certam, vel certas perſonas determinatas, vitiet electionem, illamque irritet tamquam contrariam libertati? Duplex caſus facit difficultatem in hac quæſtione. Primus eſt, quem tractat *Caſtell. cap. 13. num. 26. de elect.* & eſt iſte: Sophronius ſuperior, ſeu præſes electionis celebrandæ, euidenter ſciens abſolutam voluntatem vocalium, & determinatam prorſus ad eligendum, vel Titium, vel Zoilum, vel Senecam, vel Platonem, & nullum alium extra hos quatuor, inſtante electione, vel etiam in actu electionis, declarat primos tres priuatos voce paſſiua, incitatos quidem & prætextu delictorum cognitorum in viſitatione, ſed non probatorum. Et hoc facit, vt euadat electus Plato quartus inter illos. Electores verò ſcientes inclinationem ſuperioris eligunt Platonem, quæritur, an Electio ſit irrita?

66 *Caſtellin.* ibidem, quem ſequitur *Camill. in direct. elect. c. 1. num. 9.* Aſſerit huiuſmodi electionem eſſe caſſandam, & fortè non poſſe confirmari, cum ſit irrita, & nulla; Tum quia per indirectum eſt coarctata ad vnum ſolum Platonem. Tum quia inuoluitur hic fraus ex parte ſuperioris, & aliqua coactio ex parte electorum, quibus aufertur omnimoda libertas neceſſaria ad electionem. Tum quia ſtante abſoluta eligentium determinatione, per indirectum læditur eorum libertas, non ſine aliquo etiam eorum metu, maximè ſi conſuetudo vigeret vt Prælati non eligerentur niſi ex eodem Conuentu, vel Prouincia.

67 Alter caſus eſt quem tractat *Barboſa de iur. Eccleſ. l. 1. cap. 19. num. 233.* Et eſt iſte: Sophronius ſuperior nolens vnum talem ſcilicet Titium eligi, ſed eligi Zoilū, aut Platonem, vel etiam non curans de alterius electione, quam de Titij excluſione præcipit ſcrutatoribus electionis in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna excommunicationis, vt cum viderint Titium habere ſuffragia in aliquo numero ſatis notabili, inſufficiente tamen ad valorem electionis, non recipiant ampliùs ſuffragia ad eius fauorem, ſed electoribus aduenientibus dicant ad aures quod Titius eſt ineligibilis, & quod eligant alium, nimirum Zoilum, aut vel Zoilum, vel Platonem, aut quemcumque alium. In hac vero electione, totum hoc fieri poterat, quia ſuffragia ſupponuntur data oretenus, & non in ſcriptis.

68 Barboſa loco citato aſſerit, huiuſmodi electionem eſſe nullam, & addit, nedum electionem eſſe arctatam ſi proponatur vnus eligendus excluſis alijs, ſed etiam ſi excludantur aliqui, alijs admiſſis. Hoc probat ex declaratione S. Congregationis Concilij, data de anno 1625. quam refert etiam *Sigiſmund. dub. 91. num. 13.* Tenoris, qui ſequitur: *An in electione ſuperiorum Regularium. Præſidens Capituli poſſit præcipere ſcrutatoribus ſub præcepto Sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicat. latæ ſententiæ, ne recipiant ſuffragia oretenus tradi ſolita pro aliquibus vltra certum numerum electioni inſufficientem, ſed eo completo dicant electoribus ad aures (vt ſeruari dicitur) vt dent alijs eorum vota, & an Electio hoc modo celebrata ſit validam. Sacra Congregatio Concilij Tridentini interpretum, hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, & naturali conſenſui aduerſatur omnino improbauit, cenſuitque electiones hactenus celebratas, ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes ſingulorum eligentium vota non receperunt, pro Canonicis non baberi.* Diſtinguuntur iſti duo caſus, quod in primo, ſuperior excludit à voce paſſiua ſolùm, declarando aliquos ea voce priuatos, ſed in ſecundo caſu additur etiam præceptum factum per ſcrutatores electoribus, vt ab electione aliquorū abſtineant; ideo in ſecundo caſu, alia eſt cauſa dubitandi de valore electionis, & eo magis quod ſcrutatores non recipiant eligentium vota, ſed ad alia vota compellant.

69 In hac tamen quæſtione abſolutè propoſita hoc primò tamquam certum eſt ſupponendum, quod excluſio à voce paſſiua quà à ſuperiore excluduntur aliqui, ſi ſit iuſta, & valida, licet coarctet

Digitized by Google

materialiter electionem, illi nullum nocumentum affert. Nec electi, vel electores habent minimum ius reclamandi. Huiuſmodi enim excluſio eſt quidem materialis coarctatio, quià materia electionis minuitur, & limitatur, & remanet minor numerus eorum, qui eligi poſſint. Immò talis ac tanta eſſe poſſet excluſio illa, vt tolleretur totaliter materia electionis, priuatis omnibus eligibilibus voce paſſiua, ſed nihilominus nullum iniuſtũ damnũ infertur electoribus, qui nullum ius habent contra iuſtitiam ſuperioris, ſeù vt iuſtè non puniantur inobedientiæ legum, tranſgreſſiones, & delicta; Ideo vbi eligibiles contra leges delinquunt, & eorum tranſgreſſionibus à lege, pœna priuationis vocis paſſiuæ, eſt impoſita, vel relictum eſt arbitrio Iudicis vt imponatur, Electio, & electores nullum ius habent, vt impediant, ne eligibiles iuſtè voce paſſiua priuentur.

70 Hinc verò colligitur quòd excluſio à voce paſſiua per ſe, & abſolute ſumpta, licet materialiter limitet electionem, non eſt contraria iuri electionis & eligentium, quià ſi iuſta ſit, non eſt illi contraria. Et tamen excluſio à voce paſſiua per ſe abſolutè, in quantum excluſio à voce paſſiua, materialiter coarctat electionem, igitur materialis coarctatio electionis, quæ fit ex hoc, quod numerus eligibilium, vel minuitur, vel etiam totaliter tollitur, per ſe, & abſolutè ſumpta, non eſt contra ius electionis, & eligentium; quia ſi iuſtè fiat, validè fit, abſque eo quod electores habeant minimum ius conquirendi, & cõtra talem excluſionem agendi; ſolùm igitur remanet dubium, an excluſio à voce paſſiua quatenus iniuſta, ſit contra ius eligentium, & electionis.

71 Multipliciter autem excluſio à voce paſſiua poteſt eſſe iniuſta, vel ſcilicet ex ſui ſubſtantia, & cauſa, quia qui voce priuatur non deliquit, nec priuari meretur; vel ex modo & forma ſubſtantiali Iudicij quæ non fuit ſeruata; quod etiam multipliciter contingere poteſt, quia nimirum, vel delictum non eſt probatũ, vel quia extra caſum notorij, reus non citatur & inauditus damnatus fuit, vt accidiſſe ſupponitur in ſupradictis caſibus, vel quia inſtante electione, quis excluditur à voce paſſiua, lege aliqua id prohibente & irritante. Si igitur excluſio iniuſta à voce paſſiua, eò ſit iniuſta, vel quia non eſt demeritum culpæ, vel quia culpa non eſt ſufficienter probata, vel quia reus non citatus, non auditus, non defenſus extra caſum notorij delicti, fuit damnatus, manifeſtum eſt talem excluſionem ſimul iniuſtam, & inualidam eſſe, & electores poſſe talem excluſionem contemnere, & priuatum hoc modo voce paſſiua eligere, & ſe ſuamque electionem via iuris defendere; Ratio eſt, quia licet regulares in iudicando non teneantur ad apices iuris, *cap. qualiter & quando 24. de accuſat. & cap. olim eodem tit. & priuil. Bonifac. 8. pro Ord. Prædicat. in Bullario d. Ord fol. 56. & priuilegio conceſſo alijs Ordinibus, vt in Compend. v. correctio fratrum. & apud Card. de Lugo tom. 2. de iuſtit. diſput. 37. ſect. 14. num. 162.* tamen ad ſubſtantialia iudicij ſeruanda tenentur, & quæ de iure vel naturali, vel diuino, vel gentium ſunt vt habetur ex eodem *cap. qualiter & quando. Panorm. in d. c. dilect. 16. de iudic. n. 6. Sylu. v. Iudex 1. 9. 5. D. Antonin. 3. p. tit. 9. cap. 15. Penna in comment. 104. in 3. partem direct. inquiſitor. Sorb. v. appellare §. 2. Sigiſ. de elect. dub. 91. num. 16. Rodriq. p. 2. q. 51. a. 15. Lezana p. p. c. 27. nu. 26. Petrus de Angel. in compend. p. 1. c. 11. num. 6. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 10. cap. 11. num. 1. Card. de Lugo vbi ſupra.*

72 At verò interea, quæ ſunt de iure naturali neceſſaria, vt homo puniatur, eſt, quòd deliquerit, quia pęna ſupponit culpam; *D. Thom. 2. 2. q. 108. a. 4. & q. 87. a. 6. & 8. Soto de iuſtitia lib. 1. q. 6. a. 5. Sylueſt. v. pæna num. 25. Caſtr. de lege pænal. lib. 1. cap. 3.* Et quòd delictum ſit ſufficienter deductum ad forum iudiciale, & probatum, quia Eccleſia non iudicat de occultis; & ideo probationes delicti debent eſſe tales, vt reum de crimine conuincant. *Rota in firmana Cappellaniæ 7. Maij 1582. coram Clemente VIII. quam ſequitur eadem Rota deciſ. 1029. nu. 2. coram Seraph. & in Hiſpalen. prætenſæ Simoniæ 7. Februar. 1596. coram Card. Blanchetto & deciſ. 517. n. 1. coram Greg. 15. Sigiſmund. d. dub. 91. num. 9. & plures alij ab eadem Rota citati.* Et pariter neceſſe eſt, vt vbi delictum non ſit notorium, & poſſit aliqua tergiuerſatione celari, reus prætenſus citetur, & audiatur, iuxta illud *Eccleſ. 11. Antequam interroges, ne vituperes quemquam. & cum interrogaueris corripe iuſtè, & Matt. 8. Tunc vocauit illum & ait illi, quid hoc audio de te; redde rationem villicationis tuæ.* Ideo ſemper debet citari reus, & audiri, ſi aliquam excuſationem pro ſe adducere poſſit & velit. *Clementin. Paſtoralis §. cæterùm de re iudicata Clerus l. 5. §. finali q. 8. v. ſed numquid Farinac. q. 39. nu. 32. Sigiſm. d. dub. 91. nu. 10. Petr. de Angel. in compendio p. 1. c. 17. num. 1.* Nec ſola atteſtatio ſuperioris aſſerentis delictum, eſt ſufficiens probatio illius, potuit enim & ſuperior decipi. & nec ſuperior eſt talis, qui non poſſit velle decipere. Vndè ad priuandum aliquem voce paſſiua non ſufficit, quòd ſuperior fidem faciat de delicto, ſed requiruntur probationes concludentes, quamobrem, ſi vel prætenſus reus non deliquit, vel delictum eius non eſt ſufficienter probatum, vel non fuit citatus & auditus, excluſio eius à voce paſſiua, nec eſt iuſta, nec valida, & poſſunt electores illum eligere.

73 In Ordine Prædicatorum hæc certa ſunt. Nam in Prologo text. 4 ſic ſtatuitur: *pænis tamen abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ vel paſſiuæ, grauioris culpæ, & alijs maioribus (quantùmcumque tam in conſtitutionibus quàm extra ipſo facto ſint incurrendæ) niſi ſit pæna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus niſi ſuperueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quantùmcumque etiam notorium facti, vel iuris, aut vtriuſque interueniat.* Et *diſtinct. 2. cap. 2. in gloſſ. lit. I.* dicitur. *Nullus autem debet excludi à quacumque electione prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus; quàmuis ad electionem non debeat admitti ille, de quo manifeſtum eſt incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ &c.* In Prologo etiam Conſtit. text. 5. dicitur. *Nec damnent aliquem ad pænam grauioris culpæ, aut carceris, niſi in iudicio confeſſum, vel conuictum, & in ſcriptis. Et ſi ſecus factum fuerit, totum ſit irritum & inane.* Et in formulario de iudicijs cap. 6. num. 5. dicitur *Numquam contra abſentem vel inauditum debet ſententia proferri.* Et quę ſint ſubſtantialia ſeruanda in iudicando tradit *gloſ. Conſtit. d. lit. I. & c. 18. L. P.* In hoc Ordine igitur & proprijs etiã legibus nemo excludi poteſt à voce paſſiua, niſi ſententialiter condemnatus, vel manifeſtè excommunicatus; Modus verò ſententiandi in damnãdo ad pęnas graues, qualis eſt priuatio vocis paſſiuæ eſt, vt nullus damnetur, niſi vel confeſ-

ſus,

Digitized by Google

ſus, vel conuictus, & niſi præſens, vel vocatus & citatus. At propterea excluſio à voce paſſiua in hoc ordine, ſi fiat prætenſo reo, nec conuicto nec confeſſo, vel inaudito & non citato, prorſus iniuſta eſt, & inualida, & aliàs nullus excludi poteſt niſi ſẽtentialiter voce paſsiua priuatus, vel manifeſtè excommunicatus. *Caſtell. de elect. c. 5. n. 2. Vrcianus p. 3. ſummar. cap. 6. Camill. in direct. elect. num. 11.*

74 Quãtùm verò ad aliam cauſam Iniuſtitiæ, quia nimirum excluſio à voce paſsiua facta eſt in tempore prohibito, nimirum inſtante electione Prælati, hoc habet locum in Ord. Prædicat. Nam *diſtinct. 2. cap. 16. text. 4. decernitur. Nec fratres poſsint priuari vocibus eodem tempore, niſi ob cauſas in cap. de grauiori culpa contentas.* Tempus autem iſtud eſt menſis, qui dicitur menſis electionis, & incipit à notitia carentiæ Prioris, vt probo ex profeſſo *cap. ſequenti quæſ. 5.* Nam de electione Prioris Pouincialis clariùs etiam diſponit cõſtitutio *diſt. 2. cap. 3. text. 7. in gloſ. L. G. Declaramus* (inquit) *& volumus, quòd ſicut imminente electione Priorum Conuentualium non debẽt fieri mutationes fratrum intra duos menſes, vt ſupra dictũ eſt ex Conſtit. Clem. 8. ante electionem prædictam, niſi in caſibus expreſſis in Conſtitutionibus, ſimili modo declaramus, & volumus, quòd non fiant mutationes fratrum, priuationes vocum, abſolutiones Priorum à tempore notitiæ carentiæ Prouincialis in aliqua Prouincia, vſque ad notitiam confirmationis eiuſdem, niſi in caſibus in Conſtitutionibus contentis, ſicut fuit declaratum Venet. 1357. Brugis 1369. & Coloniæ 1301.* Vnde in duobus Menſibus ante electionem Prouincialis, poſſunt fieri priuationes vocum; quia ex vi dictæ declarationis Prouincialis electio, non dicitur inſtare niſi à die notitiæ carentiæ Prouincialis, & ſolùm ab illo die prohibentur fieri priuationes vocum.

75 Et ita anno 1658. cum in Prouincia Regni, aliqui Priores expleuiſſent ſui Prioratus terminũ paucis diebus antequam Prouincialis officium ſuum finiret, cumque dubitatum fuiſſet, an Priores debeant prorogari in ſuo officio vſquequò Prouincialis nouus fuerit confirmatus, habito grauiorum Patrum conſilio, P. Generalis decreuit, Priores illo ſuo tempore officium expiraſſe, nec vlteriùs extendi debere, cum manifeſtè conſtitutio diſtinguat inter tempus inſtantiæ electionis Prioris Conuentualis, & Prouincialis, & expreſsè prohibeat fieri abſolutiones Priorum, & priuationes vocum ſolùm à notitia carẽtiæ Prouincialis, vnde antequam Prouincialis terminet officium ſuum poſſunt præfatæ abſolutiones fieri, & vocum priuationes.

76 Et hæc reſolutio fundata fuit etiam in Bulla Iulij II. *ſub Religionis iugo.* Cum enim Pontifex officia Prioratus reduxerit ad determinatum tempus, quo elapſo decernit Priores nõ poſſe in officio perſeuerare, ſolùm verò excipiat duos caſus, ibi: *Similiter ſi alicuius Prioris Conuentualis biennium contigerit compleri, Prouincia carente Prouinciali, aut infra ſeptuageſimam & Paſcha, biennium illius in primo caſu vſque ad electionem Prouincialis ſeu Capitulũ Prouinciale completum, in quo Prouincialis electus fuerit, in ſecundo caſu verò vſque ad completum Prouinciale capitulum, ſi infra tempus Paſchale illius anni celebrandum fuerit, alioquin vſque ad Reſurrectionis Dominicæ octauas intelligatur extenſum.* Cum ergo exceptio firmet regulam, extra hos duos caſus, non poteſt officium Prioris extendi, nimirum ſi Prior infra ſeptuageſimam non terminet ſuum tempus, ſolùm habet locum extenſio officij Prioratus, ſi (prout etiam decernit conſtitutio.) Prior officium compleat, Prouincia carente Prouinciali.

77 Nec obſtat, quòd contingere poteſt, vt aliquis Conuentus ſit priuatus voce in Capitulo Prouinciali ſi contingat Priorem complere officium circa finẽ Prouincialatus, & non ſit tempus nouum Priorem eligendi pro Capitulo Prouinciali; quia Pontifex, & conſtitutio iudicarunt hoc non eſſe inconueniens conſiderandum, cum de rarò accidere poſſit, & maximè quòd non ſtatim à carẽtia Prouincialis eligitur Prouincialis nouus, nec ſit inconueniens aliquos Priores aut vocales deeſſe per accidens à Capitulo. In Ordine igitur Prædicatorum, inſtante electione Prioris, aut Prouincialis, & à ſimili etiam Generalis, non poſſunt fieri priuationes vocum, niſi in caſibus expreſſis in dicta bulla Iulij II. & in conſtitutione. Vnde excluſio à voce paſſiua in ſimili tempore facta eſt irrita & nulla, vt conſtitutio decernit.

78 His ſuppoſitis dicitur ſecundò. Excluſionem vnius vel plurium determinatè à voce paſſiua de ſe & per ſe, etiam ſi ſit iniuſta reſpectu excluſi, non eſſe iniuſtam reſpectu eligentium; Et ideò non irritare aliorum electionem. Probatur hoc duplici ratione, & primò quidem; quia electio ſupponit materiam ſuam aliũde poſitam, & elector habet ſolùm ius conditionatum eligendi, ſi detur ſubiectum eligibile, vt verò *quæſt.* præcedenti dictum eſt, eligentes non habent ius, vt in Mundo ſit multitudo eligibilium, vel etiam vt ſint pauci, vel etiam vt ſit ſaltem vnus, ſed electorum ius eſt, ſi dentur perſonæ eligibiles, vt eligant iuxta eorum arbitrium, ſed an dentur, vel non dentur perſonæ eligibiles, ad eorum ius non ſpectat. Quod quidem explicatur & probatur. Nam electoribus volentibus ſibi eligere Paulum, ſi Alexander eius inimicus Paulum vulneret, & reddat inhabilem, vel extra territorium rapiat, & occultet, nullus dicet, quòd peccet in electores, & quòd illi poſſint in iudicio ex proprio iure agere contra Alexandrũ, vt puniatur; electores enim non habent ius ad eligibilitatẽ perſonæ, ſeù ad hoc quòd Paulus, vel Petrus determinatè ſit elegibilis, ſeu ſit præſens & expeditus vt eligi poſſit, ſed bene illorum ius eſt ſuper actuali electione, vt actu eligant eum qui, eſt habilis, vt eligatur.

79 Hoc confirmatur ex alijs contractibus, qui ſuper habilitate, & exiſtentia ſuæ materiæ non habent ius. Neque enim ex vi emptionis habetur ius, vt hæc vel illa materia determinatè ſit emibilis, vel ſit præſens, vt emi poſſit, ſic & nullus non coniugatus habet ius, vt hæc vel illa mulier ſit habilis ad coniugium, vel ſit ſibi præſens, vt ſine difficultate cum illa poſſit contrahere.

80 Et licet ad res v. g. emibiles vel ad coniugium, ſic in communi & vagè, detur aliquod ius, hoc eſt ius naturæ, vel communitatis, non eſt ius ementis, vel contrahentis. Petit enim natura habere vnde conſeruetur in ſuis indiuiduis, & propagetur, quod quià nequit commodè fieri ſine contractibus, & præcipue ſine matrimonio, ideò natura ius habet vt dẽtur in mundo viri, & mulieres, qui coniungantur in Matrimonium, & quòd dentur res aliæ acquiſibiles ex mutuo hominum pacto, vt humana vita ſuſtentetur; ſed hoc non eſt ius particularium determinatè, neque eſt ius, quod habeat hic vel ille determi-

Digitized by Google

nate. Neque eſt ius, vt hæc, vel illa res determinatè ſit in Mundo, vel habeat conditiones præſuppoſitas ab hoc vel illo contractu, vel vt ſit actu præſens, vel apta vt ſit exercitè materia contractus; Ità & in eccleſia eſt ius, habendi à diuina prouidentia viros, qui eligantur in Prælatos, ſed hoc ius antecedit iura electionis, nec conuenit homini ex vi iuris, quod habet ad eligendum, & quatenus eſt elector, nec habet elector ius vt hic, vel ille homo determinatè vel ſit in Mundo, vel ſit eligibilis, & aptus ad Prælaturam, vel vt ſit hic & nunc præſens, liber, & vbi poſſit de facili aut validè eligi; Igitur quantùmcumque Petrus, vel Paulus, vel ambo, & alij excludantur ab electione, per hoc quod fiunt inhabiles, vt eligantur ſiuè hoc fiat iuſtè, ſiue iniuſtè, nihil fit contra iuſtitiam eligentium; ideo hæc excluſio non poteſt irritare electionem aliorum.

81 Quod verum eſt, etiam ſi aliorum electio coarctetur ad duos, immò etiam ad vnum; totum enim hoc per accidens ſe habet. Et licet hoc poſſit eſſe iniuſtum contra eccleſiam, vel communitates & contra eligendum, tamen eſt abſque læſione iuris electorum, qui nullum ius habent, vel, vt de facto detur multitudo eligibilium, vel, quòd hic vel ille, vel illi determinatè ſint apti, vt eligantur. Neque obſtat, quòd per indirectum electores coarctentur ad vnum; quià ſemper hoc eſt per accidens ex coarctatione purè materiali, & in ordine ad electores non iniuſia. Coarctatio verò iniuſta illa eſt, quæ lædit electores, cum aliàs ex huius, vel illius excluſione per ſe non ſequatur quod vnus, vel duo ſolùm remaneant eligibiles.

82 Probatur verò ſecũdò: quia priuatio vocis paſſiuæ huius vel illius determinatè, vel non coarctat electionem, vel illam iuſtè coarctat; Vnde non poteſt electionem irritam facere; Nam priuatio vocis paſſiuæ, vel eſt iuſta & valida, & ſic iuſtè coarctat, & obligat ex lege naturæ, & virtutis, electores ad non eligendum eum, qui iuſtè aut validè eſt voce priuatus. Vel priuatio vocis paſſiuæ eſt manifeſte iniuſta & inualida, & tunc præſcindendo ab accidentali vi inferente metum, (de qua modo non loquimur) ipſa priuatio vocis paſſiuæ per ſe & ex ſe non coarctat, quia electores poſſunt illam tamquam iniuſtam & nullam contemnere, & priuatum voce paſſiua eligere ſi velint, ſed ſi priuatio vocis paſſiuæ non ſit manifeſtè iniuſta & inualida, ſed de ea dubium eſt, an ſit iniuſta & inualida, nihilominùs ſi fiat à legitimo ſuperiore haberi debet pro legitima & valida. Vnde non poteſt aliorum electiones irritare, etiam ſi ex tali coarctatione electio limitetur ad duos, vel ad vnum. Prima pars patet, quia in dubio an lex, præceptum, aut ſententia legitimi ſuperioris ſit honeſta, vel iuſta & valida, pro lege, præcepto, & ſententia præſumendum eſt, Principes enim & ſuperiores habent ius altius & fortius, & reguntur ex rationibus altioribus, & ſæpiſſime ab inferioribus non cognitis; Et ideo quæ à ſuperioribus fiunt, niſi certò conſtet de oppoſito, ritè, & rectè, & validè facta cenſeri debent *Panorm. in cap. qua in eccleſ. nu. 14. Felin. ibidem num. 60. de conſtit. Turrecremata cap. ſententia 5. q. 3. nu. 8. & 9. & cap. ſi Dominus eadem cauſa Caiet. v. bellum vbi citat pro ſe Auguſt. 25. q. 1. cap. culpatur Caſtr. l. 1. de lege pœnali cap. 5. Suarez de legibus lib. 1. cap. 9. num. 11. Martinez p. 2. q. 46. a. 4. d. 15. concluſ. 2. Ildephonſ. de conſc. diſput. 209. dub. 5. num. 1138.* Priuatio igitur paſſiuæ vocis, ſeu paſſiui iuris electionis facta à ſuperiore, ſi non ſit manifeſtum & certum, quòd ſit iniuſta & inualida, habenda eſt tamquam iuſta, igitur non poteſt compellere eligentes ad non eligendum illum, ſed aliquem alium, quia obligatio, quæ eſt ex virtute, non eſt compulſio, nec violentia, nec coactio, ſed inclinatio non tollens, ſed maximè fauens libertati. At verò electores, ſuppoſita quacumq; iniuſta priuatione vocis paſſiuæ, ex hac nõ obligantur ad non eligendum illum voce priuatum niſi obligatione virtutis. Quia ſi certi ſunt de iniuſtitia & inualiditate priuationis, poſſunt illam contemnere, & priuatum eligere, ſi de hoc non ſunt certi, poſſunt ſi malè agere velint, eumdem eligere, & ſolùm ne operentur contra virtutem per ſe obligantur ad non eligendum eum, quem non ſciunt eſſe iniuſtè & inualidè paſſiua voce priuatum.

83 Et ſi dicas, electores compelli ad non eligendum non dum ex virtute, ſed ex proprio intereſſe, ne ſcilicet exponant ſe periculo electionis irritæ, & habent ius tuendi propriam electionem: Reſpondetur & dicitur. Primò, quòd vbi adeſt per ſe primò & directè obligatio ad non eligendum ex lege diuina, ſeù ex lege virtutis, quòd etiam coniungatur obligatio eligendi ex proprio intereſſe ad vitãdum malum, illa obligatio numquam eſt coniuncta vt cogens, quia virtus non cogit, & valdè humanum eſt, quod ſit ex virtute. Dicitur ſecundò quòd hæc obligatio adhuc non cogit iniuſtè, quia non obligat iniuſtè, ſed iuſtè, neque enim eſt contra ius eligentium, quòd hic ſit iniuſtè priuatus voce; & ideo hæc obligatio non eſt contra iuſtitiam, & hoc eſt magnum intereſſe electoris, vt valldè eligat; & ideo non eligat niſi certus, quòd ſubiectum ſit eligibile, ſed quòd ſubiectum ſit certò eligibile, non eſt iuris electoris, ſed eligibilis.

84 Dicitur igitur tertiò. Quòd electio de qua eſt ſermo, in primo caſu nec eſt irrita, nec eſt irritanda per ſe loquendo. Non eſt quidem irrita, quia cum ille ſuperior directè ſolùm illos tres priuauerit voce paſſiua, ſeu iure paſſiuæ electionis, nihil verò præceperit electoribus, in nullo offendit ius electorum; quia electores non habent ius vt hic, vel ille non reddatur in eligibilis, ſeu priuetur iure paſſiuæ electionis; Quamuis ergo materialiter coarctata fuiſſet electio illa, non fuiſſet coarctata iniuſtè contra electores, ideo nec eſt de ſe nulla & irrita, ſed præterea nec coarctata fuit, quia non deerant plures alij extra illos quatuor, quorum tres declarati ſunt priuati voce, qui eligi poſſent præter Platonem. Nec valet dicere, quòd electores erant determinati ad eligendum tantùm illos quatuor. Nam hæc erat determinatio libera, à quà poterant illi recedere. Tertiò nam cum declaratio illa de qua in caſu, pluſquàm manifeſtè eſſet iniuſta & nulla, nec ex caſu appareat quòd ille ſuperior vel prohibuerit electoribus eligere aliquem ex illis tribus primis, iniuriam illis non fecit, & poterant illi, contempta illa ſuperioris declaratione eligere etiam vnum ex illis tribus, & ſic ex nulla parte illi nec directè, nec indirectè fuerunt coarctati ad eligendum, ſed ex inſcitia & negligentia proprij iuris, elegerunt quartum relictis alijs tribus, & per hæc ſoluta ſunt quæ pro contraria opinione adducta fuerunt.

85 Hinc quoque ſequitur, quòd illa electio nec fuit caſſanda ad inſtantiam electorum. Tum quià in

nullo

Digitized by Google

nullo iure illorum violatum fuit ; Tum etiam, quia cum priuatio illa vocis paſſiuæ fuerit euidenter nulla, non fuerunt impediti electores ; quin vnum ex illis tribus eligerent. An fuerit verò caſſanda ad inſtantiam illorum, qui fuerunt excluſi, dicam infra.

86 Huc uſque autem conſiderata eſt priuatio vocis paſſiuæ, vt per ſe, præſcindendo ab omni accidente, ex quo nedum materia ſit reddita ineligibilis, ſed coacti ſint electores ad non eligendum, quia vel prohibiti ſint eligere vnum, aut aliquos nedum indirectè, & materialiter, quia ille vnus, vel alij facti ſunt ineligibiles, ſed directè ſeu formaliter, quia ſuperior mediatè, vel immediatè præcepit, vt ille, vel illi non eligerentur, & ſic quæritur an præceptum ſuperioris iniuſtè prohibentis vnum, vel plures eligi, & inualidè, electionem coarctet.

87 Dicitur autem quarto. Prohibitionem qua ſuperior prohibet iniuſtè electoribus, ne eligant vnũ, vel plures, eſſe iniuſtam tam reſpectu eligentium, quàm reſpectu illius, vel illorum, qui prohibiti ſunt eligi, ſed tamen non reddere aliorum electionem irritam ipſo facto. Ita ex *Archidiac. & Panor. Franc. cap. qui contra 20. de elect. cap. 6. & Rota deciſ. 65. num. 6. p. 1. recent. & ex Rodriq. tom. 2. q. 12. a. 15. Sigiſm. dub. 91. num. 13.* Non eſt vero dubium, quin talis prohibitio iniuſta ſit reſpectu prohibitorum eligi, cum ſit iniuſta priuatio iuris ad paſſiuam electionem, quam habent, ſed & reſpectu electorum eſt iniuſta, cum limitet iniuſtè illorum ius, vt non poſſint de facto eligere quemcumque velint.

88 Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſuperior prohibens aliquem eligi, priùs reddit eum ineligibilem ; qua ineligibilitate ſuppoſita, ſuperior iuſtè prohibet illum exercitè eligi, quia iniuſta, & inualida priuatio vocis paſſiuæ relinquit priuatum verè de iure, & legitimè eligibilem, & qui non poteſt prohiberi vt eligatur, quia electores habent ius eligendi quemcumque iure eligibilem, & ſi in huius iuris exercitio impediuntur, fit illis iniurias. Sed tamen dum electores hoc modo impediti eligunt alium, alterius electio non eſt ipſo iure nulla, ſi conſideretur præcisè prohibitio illa nuda, & alijs accidentibus exſpoliata, quæ aliunde illam electionem poſſent irritare ipſo facto : & ratio eſt, quia nuda prohibitio iniuſta, & inualida, ne aliquis eligatur offedit, ſed nõ ligat, nec cogit electores ad non eligendum, quia ſi ſit manifeſta iniuſtitia, liberum eſt electoribus illam contemnere, & prohibitum eligi, eligere ; quatenus etiam prohibitionis iniuſtitia non ſit manifeſta, ſed dubia, tunc obligat, & ligat, ſed non iniuſtè, quià obligat obligatione virtutis, quæ exigit vt in dubijs huiuſmodi præſumatur pro ſuperioris iuſtitia, quòd verò fit ex virtutis amore, eſt ſimpliciter liberum. Et prætereà cum talis prohibitio non ſit contra ſubſtantiam electionis, ſed contra iuſtitiam, electio non eſt ipſo iure nulla, ſed poteſt rata haberi ab eo, qui iniuſtitiam eſt paſſus.

89 Dicitur quintò : quòd quotieſcumque electio alterius fuit verè coacta, & inuoluntaria, quoniam illi electores verè elegerunt Titium, quia prohibiti fuerunt eligere Paulum, electio eſt irritanda. *Sigiſmund. loco cit.* putat electionem huiuſmodi eſſe irritandam ad petitionem illius, qui fuit iniuſtè priuatus voce ; ſed hoc cum limitatione eſt explicandum. Nam eligibilis non habet ius, vt actu exercitè eligatur, niſi conditionatum, ſi electores velint illum eligere, ideo ſi electores, qui alium elegerunt, liberè illum eligerunt, & petunt confirmari, non remanet excluſo ab electione paſſiua ius contra alterius electionem.

90 Neque obſtat, quòd Paulus prohibitus eligi iniuriam paſſus ſit, quia per prohibitionem ſuperioris, quadam vi fuit ſpoliatus bona voluntate electorum, quam poſſidebat, quia electores Paulum elegiſſent, ſi non fuiſſent prohibiti illum eligere. Reſpondetur enim, quod aliud eſt, an ſuperior ex quo iniuſtè, & quadam vi impediuit ne Paulus eligeretur, & ſic iniuriam illi fecit, teneatur ad reſtituendum Paulo damnum quod paſſus fuit, ex eo quòd non fuit electus, de quo puncto videri poſſunt *Caiet. Banneſ. & alij expoſ. D. Thoma ad 2. 2. q. 62. a. 2. Garz. de benefic. p. 2. cap. 16. Sylu. v. reſtit. q. 12. Io: de Cruce in direct. p. 1. prac. 2. a. 2. Sotus de iuſtitia lib. 4. q. 6. a. 3. Nauar. cap. 17.* Et alij plures, quos refert *Dian. p. 3. tract. 6. reſol. 33.* Et aliud eſt, an ex hoc, Titius electus priuandus ſit iure acquiſito per electionem. Neque enim beneficiatus priuandus eſt beneficio obtento à collatore, ex eo quòd collator fuit impeditus ne beneficium alteri conferret, ſi illud liberè contulit. Ideo in caſu noſtro, ſi ſimul cum Paulo excluſo non inſtent electores contra electionem Titij, huiuſmodi electio non eſt caſſanda ad ſolam Pauli inſtantiam; quia electores liberè elegerunt, vel ratam habuerunt Titij electionem, ex qua libera electione, Titius ius acquiſiuit ad Prælaturam, ad quam fuit electus, quo non poteſt nec debet priuari; Ideò nec ſufficit in hoc caſu, quòd Paulo inſtante, Electores non contradicant, & negatiuè ſe habeant; Quia negatiuè ſe habentes, cenſentur habere ratam electionem Titij, & illam approbare, & liberè non perſeuerare in voluntate eligendi Paulum, ſed liberè conſentire in electionem factam de Titio. Vnde non poteſt Titius iure electionis acquiſito ex libera eligentium voluntate priuari, niſi & maior pars electorum ſimul inſtet cõtra Titij electionem.

91 Imò etiam ſi aliundè conſtet, electionem Titij fuiſſe coarctatam, & coarctatiouem perſeuerare, ex eo quòd in Electoribus adhuc maneat volũtas Paulum eligendi, & auuerſio voluntatis eorum ab electione Titij, non habet Paulus ius, vt agat contra Titij electionẽ, quià neque à Titio neque ab Electoribus Titij paſſus eſt iniuriam, quam ſi paſſus eſt à ſuperiore, qui ſuam electionem impediuit, agat contra illum, non verò contra electionem, & ius Titij ſibi acquiſitum ex electione.

92 At verò ad inſtantiam eligentium debet illa electio caſſari, quià illorum ius violatum eſt. Et maior ratio inſtandi eſt in eligentibus, quæ non poteſt infirmari ex eo quòd prohibitus eligi non inſtat, pro caſſatione, ſed ratam habeat alterius electionem, immò petat illius confirmationẽ; quia toto hoc poſito manet ſemper violatum ius eligentium, quod non pendet ex voluntate prohibiti eligi, ſicut ius illius pendet ex voluntate eligentium; Ex hoc enim ſequitur diſcrimen, quòd ſi electores illius alterius electionem ratam habere volunt, non eſt caſſanda ad inſtantiam non electi, quià non electus ad electionem non habet aliud ius quàm illud, quod in eũ redundat ex voluntate eligentium, quo ceſſante, & illis volentibus alterius electi confirmationẽ, ceſſat ius non electi ; ſed ius eligentium ad electionem

huius,

Digitized by Google

huius, vel illius determinatè non oritur ex voluntate illius eligibilis, ſed ex iure, quod habent eligendi. Ideo etiam ſi non electus, vel prohibitus eligi velit ratam habere ſuam excluſionem, manet in eligentibus ius, vt inſtent contra electionem à ſe ipſis inuoluntariè, & coactè celebratam. Quod tamen puto difficulter, & rarò habere locum, niſi vbi iniuſtitia prohibitionis, non fuerit manifeſta, vel prohibitio fuerit aliquo alio impedimento veſtita; quia vbi prohibitio iniuſta & inualida manifeſtè ſit nuda, cum prorſus liberum ſit electoribus illam contemnere, ſicuti facere poſſunt impune & validè, non erit facile probare quòd alterius electio fuerit inuoluntaria, & quia electio dat ius electo, & in eo caſu pro libertate electionis ſit præſumptio, & poſſeſſio; Et quia prohibitio manifeſtè iniuſta, & inualida non cogit, difficile erit, vt alterius electio caſſetur ex titulo inuoluntariæ, & coactæ.

93 Hinc ad ſecundi caſus examen deueniēdo benè aduertit *Sigiſ. loco citato*, in eo non inueniri puram iniuſtam priuationem vocis paſsiuæ, ſed plura alia, inter quæ hoc vnum eſſentialiſsimum, quòd non fuit ſeruata forma *cap. quia propter de elect.* cum ſcrutatores noluerint omnium vocalium ſuffragia recipere.

94 Defuit enim in illa electione conſenſus naturalis, quia electores in alium conſenſerunt, vel vi, vel fraude, vel ſaltem ex propria ignorantia ducti, & elegerunt quem non volebant eligere, & quem non elegiſſent, ſi eorum votum recipere voluiſſent ſcrutatores. Ideo defuit conſenſus naturalis reſpectu alterius. quem elegerunt, ex eo quòd alium eligere impediti ſunt; quàmuis ex hac parte non omnino conſenſus defuerit, quia ſi non adfuit alia vis, vel fraus, aut aliud impedimentum potuerunt nullum eligere, vel non eligere illum, quem eligere admonebantur, vel obligabantur. Et vis, & ignorantia vincibilis non cauſant inuolūtarium ſimpliciter, vnde hæc ſola ratio nō ſufficit ad hoc vt illa electio dicatur nulla ipſo iure.

95 Non fuit verò ſeruata forma *cap. quia propter de elect.* Quià contra formam electionis eſt, ſi præſens excluditur, & ſi quis inuitus non admittitur ad dandum ſuffragium ſuum, vt docent *Speculat. de elect. verſ. ſi ergo etiam Biax. in direct. elect. p. 3. c. 27. num. 1. & 2. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 5. n. 14. Sigiſm. d. dub. 91. & 13.* Et in hoc caſu dato, omnes illi quorum ſuffragia ſcrutatores noluerunt recipere, inuiti, impediti ſunt à dando ſuffragio valido pro eo quem eligere volebant, & ex hoc ad non eligendum, vel ad nulliter eligendum compulſi ſunt; ſed & alia eſt ratio propter quam non fuit ſeruata forma Capituli *quia propter de elect.* Nam ibi ſtatuitur vt ſcrutatores ſint fide digni, qui ſecretè, & ſingillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redigant. In eo autem caſu, ſcrutatores infideles ne dum vota ſingulorum non exquirebant, ſed reijciebant & in ſcriptis redigere recuſabant.

96 Quamobrem dicitur, quòd electio illa, de qua S. Congregatio Concilij decernit non eſſe canonicam, verè non eſt canonica, ſed huius propria ratio eſt, quam reddit S. Congregatio, quæ non abſolutè decernit illam electionem non eſſe canonicam, ſed ſub conditione, ſcilicet, *ſi ſcrutatores præcepto ſuperioris obtemperantes, ſingulorum eligentium vota non receperint*. Hæc enim eſt propria ratio, ob quam illa electio cenſetur non canonica, & ob quam offenſa eſt valde poteſtas eligentium, & impeditus conſenſus naturalis, & contempta forma canonica electionis, nō verò quià per ſuperiores prohibiti ſunt vnum eligere, & ſic obligati ad alium eligendum, quia hæc prohibitio ſeu obligatio (ſi pura ſit) poteſt non vitiare electionem, cum vbi ſit manifeſta eius iniuſtitia & inualiditas, non liget, neque obliget, & liberum ſit electoribus illam contemnere, & aliàs ſola iniuſtitia non faciat electionem ipſo iure nullā; ſed ſcrutatores nolle recipere ſuffragium pro eo, quem elector vult eligere, eſt contra formam canonicam in actu exercitæ electionis, vi impedire electores ne liberè eligant, quē volunt; ideo eſt deſtruere eſſentiam electionis canonicæ. In caſu igitur de quo eſt ſermo in dicto decreto S. Congregationis, electio ratione dicta, eſt ipſo iure nulla. *Caſtell. de elect. c. 4. n. 66. Lanor. var. lucubrat. tom. 2. tit. 4. cap. 21. num. 16. Lezana v. electio num. 12.*

S V M M A R I V M.

1 *Ordo doctrinæ. num. 1.*

2 *Duobus modis poteſt minui, vel augeri numerus eligentium. num. 2.*

De coarctatione, ſeù extēſione præiudiciali libertati ex parte eligentium.

C A P V T III.

1 QValiter electio coarctata ex parte eligibilium ſit irrita, vel non irrita, cum in ſuperiori capite oſtenſum ſit: Conſequēter videndum eſt qualiter coarctatio ex parte eligentium præiudicet libertati electionis; quæ quia poteſt etiam offendi ex eo quòd eligentes multiplicentur, vtrumque horum, in hoc capite inquiritur; qualiter nimirum, vel ex diminutione, vel ex augumento eligentium libertas electionis, ideoque & ipſa electio offendatur, ſcilicet primo quia, vel ex ijs, qui de iure ſunt de collegio eligentium aliquis, vel aliqui voce priuantur; vel impediuntur ne dent ſuffragium; vel quia vltra eos, qui de iure ſunt de collegio eligentium, alter extraneus adiungitur, vt votum det in electione: ſecundò quia collegium ipſum eligentium, vel minuitur, vt quia v. g. aliquis Vocalis aſsignatur extra Conuentum, & ex decem vocalibus remanent nouem, vel quia econtra, numerus Collegij augetur, quia v. g. noui electores aſsignantur in aliquo Conuentu, præter eos qui priùs erant; & ſic in eo Conuentu numerus eligentium augetur.

2 Hic ſecundus modus minuendi, vel augendi eligentes habet locum ſolùm, vbi collegium non conſtat ex numero determinato eligentium; vnde in poteſtate ſuperioris eſt collegium eligentium, vel augere, nouas perſonas mittendo ad collegium, vel aliàs ex eo auferendo, illud minuere. Sed prior modus locum habet etiam vbi collegium conſtat ex determinato numero eligentium, quia vel poteſt aliquis, vel aliqui ex eo determinato numero priuari

voce,

Digitized by Google

voce, vel impediri ne dent ſuffragium, vel poteſt ad eligendum addi alius, vel alij, qui non ſint de Collegio illo, & tamen admittantur ad vocem actiuam in electione. In vtroque ſenſu explicanda eſt difficultas.

SVMMARIVM.

1 *Non licet legitimum electorem priuare voce; vel impedire ne eligat, niſi procedendo via iuris. numer. 3.*

2 *Iuſtitia eſt voluntas ſuum ius tribuens cuique. numer. 3.*

3 *Princeps ſupremus poteſt ab electoribus vocem auferre, quam ipſe conceſſit. num. 4.*

4 *Papa poteſt ab Electoribus Eccleſiaſticis auferre vocem actiuam. num. 4.*

5 *Ius eligendi Eccleſiaſticum, nulli conuenit niſi ex conceſſione Papæ. num. 4.*

6 *Princeps ſupremus poteſt, quod ex liberalitate conceſſit reuocare. num. 4.*

7 *Quæ Papa conceſſit, ſi reuocet ſine cauſa, aliqualiter peccat. num. 4.*

8 *Quæ ex liberalitate conceſſit Sedes Apoſtolica, decet eſſe immobilia. num. 4.*

9 *Papa, ſi quod ex liberalitate conceſſit reuocat ſine cauſa, reuocatio eſt valida. num. 4.*

10 *Papa validè poteſt reuocare ius eligendi Imperatorem. num. 4.*

11 *Priuatio iuris eligendi, eſt pœna, qua nequit puniri qui eſt de Collegio, niſi ob culpam. num. 104.*

12 *Quod Papa conceſſit, nequit auferri ab inferioribus numer. 5.*

13 *Ius eligendi conuenit Collegijs iure communi. numer. 5.*

14 *Si aliàs habet requiſita ex lege naturali, & poſitiua ob culpam non poteſt quis priuari voce niſi via iuris. num. 5. 6.*

15 *In Ordine Prædicatorum nullum notorium ſufficit ad hoc, vt aliquis ſit priuatus voce, niſi præcedat ſententia. num. 6.*

16 *Contra abſentem, & inauditum, non poteſt proferri ſententia. num. 6.*

17 *In eodem Ordine inſtante electione, nullus poteſt priuari voce niſi ob cauſas in cap. de grauiori culpa contentas. num. 7.*

18 *Quodnam ſit tempus, in quo inſtat electio. nu. 8.*

19 *Ad effectum priuandi voce via iuris, inſtantia electionis non incipit duobus menſibus ante vacantiam Prioratus. num. 8. 9. 10.*

20 *Non eſt eadem ratio de inſtantia electionis in Ordine ad vitandas nouas aſſignationes, & ad priuandum voce via iuris. num. 8. 9. 10.*

21 *Non tam facile ſubeſt fraus in priuatione vocum, quæ fit via iuris. numer. 8. 9. 10.*

22 *Decretum Clem. VIII. extēdens Inſtantiā electionis Prioris ad duos Menſes ante vacantiam Prioratus, non loquitur de priuatione vocum facta via iuris. num. 9. 10.*

23 *Ad effectum ne fiant priuationes vocum, inſtantia electionis incipit à vacantia Prioratus. num. 9. 10.*

24 *Non vocales inſtante electione poſſunt priuari voce. numer. 11.*

25 *In vacantia Prioratus, Nouitius profeſſus poteſt priuari voce. num. 11.*

26 *Niſi ſit habiturus vocem inſtante electione, independenter ab approbatione ſuperioris. num. 12.*

27 *Nouitius profeſſus inſtante electione, poteſt non approbari ad Sacerdotium. num. 12.*

28 *Priuari poſſunt vocales via iuris voce, etiam inſtante electione, in caſibus contentis in cap. de grauiori culpa. num. 13.*

29 *Omnes illi caſus dicuntur contineri in cap. de grauiori culpa, pro quibus talis pœna eſt impoſita. numer. 13.*

30 *Infra menſem Electionis ſocij, non poſſunt fieri priuationis vocum. num. 14.*

31 *Inſtantia Electionis Prouincialis incipit à notitia vacantiæ Prouincialatus. num. 15.*

32 *Textus Conſtit. diſ. 2. c. 6. §. 4. explicatur. n. 15.*

33 *Contrarietas legum vitanda. num. 15.*

34 *Menſis ante electionem incipit à notitia carentiæ Prælati. num. 25.*

35 *Inſtantia electionis Generalatus incipit à vacatione illius. num. 16.*

36 *Inſtante electione Generalis non poſſunt fieri priuationes vocum, & abſolutiones Prouincialium. numer. 16.*

37 *Ex decreto Iulij II. Prouincialis ſi terminet officiū vacante Generalatu, durat donec Generalis ſit electus. num. 16.*

3 QVæritur primò: an liceat Superioribus, vel cuicumque legitimum vocalem, aut vocales excludere, ne dent ſuffragium in electione? Eſt in hac parte certum, quòd nullus ſuperior poteſt eum, qui de iure eſt de Collegio eligentium, priuare voce actiua, vel quoque modo impedire ne det ſuffragium in electione, niſi vel ſit Princeps ſupremus, vel procedat via iuris, & ſeruata ſibi præſcripta forma à iure communi, & à iure municipali; Prima quidem pars euidens eſt, quià priuare aliquem iure, quod ſibi conuenit, & impedire ne proprio iure liberè vtatur, de ſe eſt iniuſtitia cū iuſtitia nihil aliud ſit, quàm perpetua, & conſtans voluntas ius ſuum cuique tribuendi *D. Thom.* 2. 2. *q.* 58. *a.* 1. Nemini igitur licet eum qui de iure habet ſuffragium ad electionē, hoc iure priuare, vel impedire, ne eo vtatur.

4 Limitatur tamen, niſi is, qui vocalem priuat voce, ſit Princeps ſupremus, ex quo veluti ex fonte ius eligendi manauit per inſtitutionem, & conceſſionem, ſicuti eſt ius eligendi ſpirituale, quod habent Eccleſiaſtici, vt eligant, vel Epiſcopos, vel Abbates, vel Religionum Generales, aut alios Prælatos. Hoc enim ius ex Papa, veluti ex fonte, originem duxit, vt ſupra fuit probatum *cap. primo quæſt. prima.* Quoniam verò Princeps ſupremus, quæ conceſſit, reuocare poteſt. *arg. ff. de Iudicib. l. iudicium Syln. v. Priuilegium num.* 10. *d.* 7. Quod adeo verum eſt, vt non deſint multi, qui putent Principes pro libito, & ſine cauſa, poſſe gratioſum priuilegium reuocare, quos refert *Barboſ. l.* 1. *de iur. Eccleſ. c.* 2. *n.* 116. Vnde eſt certum, quòd Papa ſaltem ex cauſa poteſt, & licitè, & validè, quod ſuis conceſſit, reuocare, vt communiter docent DD. Et quatenus ea etiam reuocet ſine vlla cauſa, eſto tunc reuocatio habeat aliquid non liciti, quoniam, quæ concedit Sedes Apoſtolica, decet eſſe immobilia, & ſtabilia, iuxta illud Sancti Leonis Papæ *cap. priuilegia* 25. *q.* 2. *Priuilegia Eccleſiarum, & Monaſteriorum SS. Patrum auctoritate inſtituta nulla poſſunt improbi-*

Digitized by Google

probitate conuelli, nulla nouitate mutari; in quo neceſſe, eſt huius ſanctæ Sedis Pontifices perſeuerantem ex libere famulatum. Et ſimilia docet *S. Greg. vt habetur 63. diſtinct. cap. Quanto & Regula, 16. in 6.* decenitur quod *Decet conceſſum à Principe beneficium eſſ manſurum*. Nihilominùs Reuocario conceſſionis à ſe ſactæ, ſiue fiat à Pontifice cum cauſa, ſiue ſine cauſa, ſemper eſt valida, & conceſſionem tollit. *Gloſſ. in cap. Decet de Reg. iur. in 6. & Gloſſ. in Clement. Dudum de Sepult. Abb. lib. 2. conſ. 3. num. 10. q. 19. Bald. in l. nupta ff. de Senat. & l. eo qui ex Patris C. vnde liber. Caſtrenſ. conſ. 229. nu. 4. conſ. 317. n. 3. vol. 1. Anton. Gabr. lib. 3. tit. de iur. quaſit. concl. 7. Aff. 1. deciſ. 128. Capye. deciſ. 166. Suarez l. 8. de legib. cap. 37. nu. 10. Merolla apud Donatum tract. 13. de priuil. q. 1. num. 8.* Poſſet igitur Pontifex eum, qui de iure eſt elector, etiam ſine culpa illius ex cauſa ſibi bene viſa priuare iure eligendi, vel abſolutè, vel in determinata electione. Et ſi id faceret ſine cauſa, adhuc priuatio illa eſſet valida; Quàmuis autem *Card. Tuſcus lit. I. concl. 220. num. 2.* dicat, Papam non poſſe priuare ſine cauſa Electores Imperij iure eligēdi in eos trāslato ex *Rō. Conc. 67. n. 3.* hoc intelligitur de priuatione omnino licita. Nam validè a ſuis ſubditis reuocat quidquid non ex cōtractu, ſed ex ſua liberalitate conceſſit. Gregorius autem quintus fuit, qui Electoribus Imperij, ius eligendi conceſſit vt tradit *D. Thomas l. 3. de Regim. Principum, & ex Blondo, Nauclero, & Platina, probat Bellarm. lib. 1. de ſumm. Pontif. cap. 8.* & ex quàm pluribus alijs, *lib. 3. de translatione Imperij c. 1. 2. & 3.*

5 Sed inferiores Papa ſolùm via iuris, & in pœnam, & ex præſuppoſita culpa, poſſunt priuare iure eligendi eum, qui eſt de Collegio, & qui ex iure Pontificio habet ius eligendi. Quod enim Papa conceſſit, & iuſsit non tolli niſi pro culpa: non poteſt ab inferioribus aliter tolli. *De Maiorit. & obedient. cap. cum inferior 18. & Clement. Romani de elect.* Ius verò eligendi Collegijs electorum conuenit ex ſacris Canonibus, & Pontificum conceſsionibus, vel ex Religionum aut Collegiorum ſtatutis auctoritate Apoſtolica confirmatis. *De elect. cap. nullus 1. & 18. q. 2. cap. 3. 4. & 5. Panormit. Innoc. Bald. & alij in d. cap. nullus.* Vnde electores ius habent, quod amittere non poſſunt, niſi vel deficiente aliquo ex lege naturæ requiſito, vt ſi aliquis ſit fatuus, vel deficiente aliqua qualitate à lege præſcripta, vt ſi v. g. non ſit in ſacris, (vbi hæc conditio eſt neceſſaria) vel non ſit ætatis legitimæ, in quibus Caſibus, nec ille eſt propriè de Collegio eligentium; vel quia ex propria culpa meretur, vel abſolutè, vel ad tempus priuari iure eligendi, & ſic vocis priuatio eſt pœna, quæ nequit ab inferioribus Papa infligi niſi propter culpam, quia pœna culpam ſupponit *D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 4. & q. 87. a. 7. & 8. Soto de iuſt. lib. 1. q. 60. a. 5. Sylu. v. pœna num. 25. Tabien. ibidem n. 2.*

6 Hoc modo igitur priuatio vocis actiuæ, ſupponens culpam non poteſt infligi niſi via iuris ſeruata, & ita vt priuandus commiſerit culpam, per quam iuſtè poſsit priuari, quòd culpa ſit publica, & in Iudicio ſatis probata, & quòd reus prætenſus ſit citatus, & ſi vult audiri, auditus, prout de priuatione vocis paſsiuæ dictum eſt cap. ſuperior. Et in Ordine Prædicatorum in *Prolog. Conſtitut. text. 4.* ſtatuitur, vt pœnis abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiuæ, vel paſsiuæ, grauioris culpæ, aut maioris, excepta pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi superueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quantumcumque etiam notorium facti, vel iuris, vel vtriuſque interueniat; quod etiam decernitur *diſt. 2. cap. 2. text. 5. l. p.* Vbi ſtatuitur, quòd nullus excludatur à quacumque electione prætextu criminis vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus, niſi manifeſte id egerit, propter quod eſt impoſita excommunatio latæ ſententiæ. Contra abſentem verò, & inauditum, nulla debet ſententia proferri; vt dicitur in formulario de indicijs *cap. 6. n. 5.* Vrceanus in ſumma *Conſtitut. p. 2. cap. 6. Camill. in direct. p. 1. c. 6.*

7 Præterea verò in eodem Ordine Prædicatorum, inſtante electione nullus poteſt ſententialiter priuari voce actiua, vel paſsiua. *Conſtitut. cap. 16. text. 4.* niſi ob cauſas cōtentas in capitulo de grauiori culpa. *Vrceanus cap. 6. Camill. cap. 1. num. 11.*

8 Circa hanc conſtitutionem verò plura conſideranda ſunt. Et quidem primò, quod ſit tempus inſtantiæ electionis, in quo nullus poteſt priuari voce; Multorum enim communis ſenſus eſt, quod hoc tempus incipiat à duobus Menſibus, antequā Prior compleat officium ſuum, vſquequo nouus Prior ſit electus, & confirmatus, quia tale eſt tempus inſtantiæ electionis Prioris, in quo, vt probatur infra, ex decreto Clementis Octaui non poſſunt fieri mutationes vocalium. Nihilominus dicitur primo, quod inſtare non dicitur electio Prioris Conuentualium ad hunc effectum duobus Menſibus antequam compleat officiū ſuum, ſcilicet ſui officij vel biennium, vel triennium iuxta Prouinciarum conſuetudines. Ducor, quia in *conſtit. diſt. 2. cap. 16. §. 4.* poſtquam prohibitum fuit fieri mutationes fratrum vocalium infra menſem ante electiones, ſubditur poſtea. *Nec fratres poſſunt priuari vocibus eodem tempore niſi, ob cauſas in capitulo de grauiori culpa contentas.* Quod verò poſtea ex decreto *Clem. 8. in cap. Roman. 1601. vt dicitur diſtinct. 2. c. 2. L. Q.* extenſum fuerit hoc tēpus ad duos menſes ante vacantiam Prioratus, hoc reſpicit aſſignationes, & mutationes fratrum, quoniam de his ſolis loquitur illa ordinatio facta in *cap. Roman. 1601. & acceptat Valliſſol. 1605. vt patet loco citato d. 2. c. 2. L. Q.* Nec obſtat, ſi quis dicat, diſpoſitionem Clementis debere extēdi etiam ad priuationes vocum ex identitate rationis, nam longè diuerſa eſt ratio vtriuſque actionis; non enim tam facilè poteſt ſubeſſe fraus & violentia contra libertatem electionis & eligentium, vbi ſuperior procedit publica via iuris, & non niſi prætenſo reo citato, & audito eum priuat voce; quàm facile ſuperior ex propria voluntate, nulla reddita cauſa, nulloque audito, vel remouet vocalem à conuentu electionis, vel in eo conuentu alium vel alios reponit.

9 Vnde nec cōſtitutio prohibet omninò fieri priuationes vocū, cum admittat illas fieri in quàmpluribus caſibus, quales ſunt qui continentur *in cap.* de grauiori culpa. Cum igitur ex decreto Clem. Octaui, extenſio inſtantiæ electionis Prioris ad duos mēſes ante vacantiam Prioratus facta ſit ſolùm reſpectu aſſignationum & mutationum fratrum, nulla facta mentione de priuationibus vocum, non eſt illud decretum extendēdum ad has vocum priuationes, ſed ſtandum eſt *conſtit. cap. 16. §. 4.* prohibenti illas fieri infra menſem ante electionem.

10 Im-

10 Immò dicitur ſecundò, quòd iſte menſis ante electionem in quo non poſſunt fieri priuationes vocum, non eſt mẽſis ante vacantiam Prioratus in quo de iure antiquiori *cap. Bonon.* 1564. non poterant fieri nouæ aſſignationes, ſeu mutationes vocalium, ſed menſis iſte ante electionem, eſt menſis, qui dicitur menſis electionis, qui datur vocalibus ad eligendum infra illum, & incipit à die notitiæ carentiæ Prioris. De hoc enim menſem loquitur. *Conſtit. illa cap.* 16. quod eſt manifeſtum ex antiqua *Gloſſ. conſtitut.* quæ ſic habet. *Declaramus, quòd ſtatutum tempus eligendi Priores conuentuales in ordine noſtro eſt vnus menſis, infra quem fratres in conuentibus non habentibus Priorem eligere poſſunt &c. Et quia infra iſtũ menſem electionis antequam electio ſit facta & confirmata, non debent voces augeri, vel diminui, non eſt licitum Prouincialibus, infra tale tempus nouas facere in conuentibus aſsignationes, nec etiam mutationes, vt electiones fiant liberè &c. Sed antequam incipiat tempus electionis, bene poſſunt fieri nouæ aſsignationes & mutationes fratrum in illis conuentibus, cum d. conſtit. dicat, quòd infra menſem ante electiones faciendas, ſed electiones non ſunt facienda ante menſem electionis, ſed tantũ infra menſem pro electione deputatum, quod tempus incipit currere à die notitiæ abſolutionis Prioris & non à die reuocationis officij. Ab illa ergo die, vſque ad completum menſem, quod eſt tempus electionis, non poſſunt fieri nouæ mutationes & nouæ aſsignationes, ſicut fuit ordinatum apud Vienn.* 1282. *& apud Burdegalam* 1287. *& Bonon.* 1315. Ita habet *gloſſ. conſtitut. d. cap.* 16. *L. C. in conſtitutionũ impreſſione Romana apud Antonium Baldum anno* 1466. Et hoc aduertit etiam *Vrceanus in ſummario p.* 3. *cap.* 6. Eſto igitur prohibitio illius textus, quãtum ad aſſignationes, fuerit extenſa ad menſem ante vacantiam Prioratus *Bonon.* 1564. immò ad duos menſes ante eandem vacantiam *Romæ* 1601. quantum tamen ad priuationem iuridicam vocis non fuit extenſa, & ideo in ſolo menſe electionis nõ poſſunt fieri priuationes vocum; ante tamen fieri poſſunt. Et ille menſis incipit à die notitiæ carentiæ Prioris, & durat vſquequò aliquis Prior ſit electus, & confirmatus.

11 Conſiderandum ſecundò. Quòd intelligi debet de fratribus aliàs habentibus proximum ius ad eligendum in inſtanti electione. Nàm ſi nouitius profeſſus, qui in hoc ordine Præd. non habet ius ad electionem, committat aliquod delictum, pro quo ſit impoſita pęna priuationis vocis, poterit à ſuperiore quocunque tempore priuari voce; Nam conſtitutio illa facta eſt conſulens libertati electionis, contra quã nihil prorſus facere poteſt priuatio vocis in eo, qui in illa electione inſtante, nullum ius habet, vel habere poteſt.

12 Sed ſi inſtante adhuc electione moraliter ſpes eſſe poteſt, quòd antequam eligatur Prior, nouitius fiat ſacerdos, & ſic fiat de numero eligentium; Poſſet ne priuari voce in illius electionis inſtantia? Quia enim in hoc caſu de facili fraus locum habere poſſet & iniuſtitia, quod eſt id, quod conſtitutio vult vitare, videtur quod non poſſit priuari voce. Sed reſpõdetur diſtinguẽdo, vel enim vocali deficit ætas, vel alia ſimilis conditio, quam independenter ab approbatione ſuperioris conſequetur in tempore inſtantiæ electionis Prioris, nimirum intra menſẽ infra tempus in quo veriſimiliter poſſit durare inſtantia electionis, & tunc vocalis ille nequit priuari voce. Nam tamquam vocalis eſt habendus, qui vocem eſt habiturus pendente illa electionis inſtantia, ſed ſi quis non ſit ſacerdos, aut ſibi deficiat conditio, quam non eſt habiturus niſi dependenter ab approbatione ſuperioris, tunc licet ſuperiori (ſalua iuſtitia) talem non approbare; vnde multò magis licet contrà eum via iuris procedere ad priuationem vocis, nam talis non eſt vocalis niſi approbetur, nec approbatio debet illi concedi ſi illam non mereatur.

13 Cum etiam *conſtit.* excipiat, & permittat fieri priuationes vocum in caſibus contentis in *d. cap.* de grauiori culpa, hoc ſine dubio debet intelligi, nedũ de caſibus cõtentis in textu, ſed etiam in *gloſſ.* immo de omni delicto pro quo ſit impoſita pæna grauioris culpæ, etiam ſi nondum ſit in Conſtitutionum Codice repoſitum in textu, vel gloſſa dicti Capitis: Nam totum illud in cap. de grauiori culpa legaliter, & iuridicè continetur, quod pæna grauioris culpæ eſt puniendum de iure. Vnde quam plurimi ſunt caſus, & pauci remanent, in quibus vocalis non poſſit iuſtè priuari voce, quia pauci ſunt caſus graues, qui non contineantur in cap. de grauiori culpa; vnde non multùm in hac parte reſtricta eſt iuriſdictio ſuperiorum, inſtante electione poſſint priuari voce fratres vocales pro caſibus contentis in cap. de grauiori culpa, qui quàm plurimi ſunt. In horum tamen numero non comprehenduntur illi, pro quibus eſt impoſita pæna priuationis vtriuſque vocis, vel alia, niſi ſit impoſita pæna grauioris culpæ, quia ſolùm caſus contenti in cap. de grauiori culpa excipiuntur.

14 Poſſet etiam dubitari; An hæc prohibitio locũ habeat in electione Sociorum pro Capitulo Prouinciali, qui in electione Prouincialis habent actiuam vocem, vt hac inſtante priuationes vocum fieri non poſſint? *Caſtell. cap.* 5. *num.* 77. Loquens de aſſignationibus, cenſet prohibitionẽ ne fiant nouæ aſſignationes inſtante electione Prioris locum habere etiam in Electoribus ſociorum, pro quanto aſſerit, & defendit laudabilem conſuetudinem Prouinciarum Italiæ, vt non fiant aſſignationes infra Septuageſimam; hæc enim conſuetudo maximè reſpicit electionem ſociorum pro Capitulo Prouinciali, qui ſtatim poſt Paſcha eligi ſolent. Et hoc eſt certum; Nam eſt ſtatutum *Pariſijs* 1611. *ord.* 10. *Camill. in direct. elect. cap.* 1. *n.* 10. Sed ex textu illo 4. *cap.* 16. 2. *diſtinct.* etiam hoc habetur, quià ibi Conſtitutio loquitur de omnibus electionibus ibi *quod infra Menſem ante electiones quaſcũque &c.* Ideò infra Menſem electionis ſocij pro Capitulo Prouinciali non poſſunt fieri priuationes vocum.

15 Inſtantia tamen electionis Prioris Prouincialis non incipit ante vacantiã officij Prouincialatus prout definit eadem *Conſtitut. diſt.* 2. *cap.* 3. §. 7. *dicens: Inſtare autem electionem Prioris Prouincialis dicimus, quandocumque Prouincia non habet Prouincialem præſentem, vel abſentem*; Et idem decernitur in *gloſſ. cap.* 16. *L. G.* & fuit declaratum Venetijs 1357. & Brugis 1569. Et Coloniæ 1301. Vnde antequam Prouincia careat Prouinciali, poſſunt fieri abſolutiones Priorum, & priuationes vocum, vt probatum eſt etiam cap. ſuper. Nec obſtat, ſi quis faciens vim in verbis *text.* 2. *diſtinct. c.* 16. §. 4. *ibi infra menſem ante electiones quaſcumque.* Ex quibus datur intelligi, quòd reſolutio illius capitis debet intelligi vniuerſaliter de omni electione, & ſic quòd etiam in

Digitized by Google

electione Prouincialis ſeruari debeat ad minus quod in menſe ante vacantiam non fiant priuationes vocum. Tum primò 1 quia vt ſupra probatum fuit, menſis ante electiones non eſt menſis ante vacantiã Prioratuum, ſed eſt Menſis ſeù tempus vacantiæ eorumdem Prioratuum, vſquequò Prior ſit electus, & confirmatus. Et ita nec infra Menſem electionis Prouincialis poſſunt, fieri vocum priuationes, nec vna Conſtitutio eſt alteri contraria. Tum ſecundò quia intellecto textu illo 4. cap. 16. vt per Menſem ante electionem intelligatur Menſis ante Vacantiam Prioratus quia legum contrarietas eſt vitanda, & omnino concilianda *l. ubi repugnantia ff.* de Regulis iuris, & *cap. cum expediat de elect. in 6. Alexand. conſ.* 141. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *Surd. deciſ.* 226. *nu.* 3. *Aret. ſeoncil.* 8. *in princip. Crauett. conſ.* 70. *num.* 5. Vbi quòd ad concordiam inducendam debeor etiã impropriari verba, *Gemin. in conſ.* 131. *nu.* 5. *Abb. conſ.* 9. *num.* 2. *l.* 2. *Tuſcus C. E. concluſ.* 1008. *Barboſa alios referens Axiom.* 58. ideo textus *d. cap.* eſſet explicandus, & limitandus per textum illius *c.* 3. in quo expreſsè diſinitur, electionem Prouincialis inſtare Prouincia carẽte Prouinciali præſente, vel abſente; vnde tunc dicendum eſſet, *Conſtit. d. cap.* 16. intelligi de electionibus inferioribus electioni Prouincialis; ſed verè nulla eſt contrarietas, quia per Menſem ante electiones numquam conſtitutio intelligit niſi tempus; quod incipit à notitia vacantiæ prioratuum, & ſic vniuerſaliſſimè infra talem Menſem aut tempus, non poſſunt fieri mutationes vocũ.

16 Hæc autem vera eſſe puto, etiam in ordine ad electionem Generalis, vt illa inſtare dicatur, ordine non habente Generalem, & quòd tunc etiam non poſſint fieri priuationes vocum, & abſolutiones Prouincialium, niſi in caſibus in Capitulo de grauiori culpa contentis. Quod non tam ex rationis identitate, quàm ex eo, quòd vt dicebatur, *Conſtitut. d. cap.* 16. vniuerſaliter decernit, vt in menſe ante electiones nullæ fiant mutationes, & vocum priuationes, concluditur. Et habet non leue fundamentum in *Conſt. Iulij II. ſub Religionis iugo*, quam per extenſum refert. *Caſtell. c.* 5. *num.* 781. in qua ſtatuitur quod *Si quadriennium alicuius Prioris Prouincialis finiri contingat Ordine non habente Magiſtrum ordinis, aut inchoato anno celebrandi Capitulum Generale, in quo ſecundum præfati Ordinis Conſtitutiones Priores Prouinciales debent diffinire, extenſum intelligatur in vtroque caſu illius quadriennium vſque ad Capitulum Generale completum, in quo Magiſter Generalis electus erit, vel in quo diffinire debet.* Si enim Pontifex iuſtum putauit in tempore inſtantiæ electionis Generalis extendere tempus officij Prouincialatus, ſimul inſinuauit valde æquum eſſe, vt ex leuibus cauſis tũc non fiant priuationes vocum, & ſolùm in caſibus contentis in *cap.* de grauiori culpa, tunc poſſint formari proceſſus pro priuandis voce Prouincialibus, vel Definitoribus Generalibus, & ſic eſt vniuerſale in Ordine Prædicatorum, vt inſtante electione, nimirum in tempore electionis, quod currit à termino officij Prælatorum priorum; ad noui Prælati electionem, & confirmationem, ab eo non poſſunt fieri priuationes vocum, & abſolutiones officiorum; niſi in caſibus contentis in *cap.* de grauiori culpa; vel niſi reſpectu fratrum non habentium tunc ius ad vocẽ in illa elect. quæ inſtat.

S V M M A R I V M.

1 *Extraneus eſt, qui non eſt de Collegio. num.* 17.
2 *Extraneus eſt is, cui deficit aliqua ex qualitatibus à iure requiſitis ad eligendum. num.* 17.
3 *Non Cardinalis eſt extraneus à Collegio eligentium Papam. num.* 17.
4 *Nullus ſuperior poteſt admittere extraneum ad eligendum. num.* 18. 20. 21.
5 *Niſi poſſit tribuere qualitatem, vel diſpenſare in qualitate neceſſaria ad habendum ſuffragiũ. n.* 18.
6 *Generalis non poteſt ad vocem admittere non profeſſum. num.* 18.
7 *Capitulum Generale ad vocem poteſt admittere non ſacerdotem. num.* 18.
8 *Nõ poteſt inferior mutare diſpoſitionẽ ſuperioris.* 19
9 *Conſuetudine poteſt introduci, vt extraneus habeat ſuffragium. num.* 22.
10 *Vt conſuetudine acquiratur ius eligendi, requiritur tempus legis. num.* 22.
11 *Ex Conſuetudine poſtulandi, acquiritur ius eligendi numer.* 23.
12 *Ex conſuetudine decimandi certam ſpeciem fructus, acquiritur ius decimandi omnes. num.* 23.
13 Si *extraneus admiſſus fuit ad poſtulandum, non verò ad eligendum, non acquiritur ius eligendi. n.* 23.
14 *Extraneus admiſſus ſcienter ad Suffragium tanquam is cui conueniat eligere, acquirit per vnum actum quaſi poſſeſsionem eligendi. num.* 24. 30.
15 *Ad hoc vt actus electionis det poſſeſsionem, requiritur vt electio ſit confirmata num.* 24.
16 *Ad acquirendam quaſi poſſeſsionem iuris eligendi, non requiritur bona fides. num.* 25.
17 Neque *quòd patientia admittentium non ſit ex metu. num.* 25.
18 *Poſſeſſor iuris eligendi etiam bonæ fidei, non eligit validè, ſi non præſcripſit legitimè. num.* 26. 27.
19 *Vbi conſtat poſſeſſorem iuris eligendi etiam bonæ fidei non habere proprietatem, caſſatur eius votum numer.* 27.
20 *Si ante electionem fiat legitima proteſtatio contra poſſidentem bona fide ſine titulo, conſtito poſtea quòd nõ fuerit legitimus vocalis, eius votum caſſatur. numer.* 28.
21 *Geſta per poſſidentem ſine titulo non ſuſtinentur ratione publici officij. num.* 28.
22 *Poſſidens ſiue bona ſiue mala fide vocem, cum titulo ſaltem colorato, validè eligit, ſi ante electionem contra eum non fiat proteſtatio. num.* 29.
23 *Si contra vocalem fit proteſtatio ante Electionem, & poſtea conſtat eum non eſſe legitimum vocalem, eius votum caſſatur. num.* 29.
24 *Qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, non poteſt excludi ab Electoribus, etiam ſi mala fide poſſideat. n.* 30
25 *Ad præſcribendum contra ius Canonicum, requiritur bona fides, & titulus. num.* 31.
26 *Poſsidens bona fide ſine titulo, non præſcribit ius eligendi, niſi per tempus immemorabile. num.* 31.
27 *Ad hoc vt poſsidens bona fide cum titulo præſcribat non requiritur tempus duplicatum, ſed ſufficit legitimum. num.* 32.
28 *Legitimum tempus eſt quod non ſit? num.* 32.
29 *Extraneus non eſt, qui conſuetudine præſcripſit electionem. num.* 32.
30 *Ad acquirendum ius eligendi, non ſufficit patientia minoris partis. num.* 33.

31 *Ex*

31 *Extraneus nec de conſenſu Capituli poteſt admitti ad ſuffragium. num. 34.*

32 *Ius eligendi non eſt proprium eligentium, nec ex illis venit, ſed ex Pontifice. num. 34. 35.*

33 *Contra ius commune eſt, admittere extraneum. numer. 34. 35.*

34 *Eligere per compromiſſum, eſt expreſsè conceſſum. num. 25.*

35 *Quod de iure non conuenit, non ex eo habetur, quod habere non prohibetur. num. 35.*

36 *Non ſubdiaconus ex Conc. Trident. non habet vocem in electionibus, etiamſi Capitulum conſentiat. num. 35.*

37 *Solus Papa dat ius ad eligendum. num. 35.*

38 *Ex admiſſione extranei, electio non eſt ſemper nulla. numer. 36.*

39 *Admittere extraneum ex gratia, non eſt preiudiciale, ſicuti eſt, admittere illum tamquam habentem ius. num. 37.*

40 *Capitulum non poteſt admittere extraneum in præiudicium eorum, qui ſuccedunt. num. 37.*

41 *Extraneus poteſt admitti ad dirigendam electionem numer. 37.*

42 *Poteſt admitti extraneus, qui electores dirigat, & adiuuet. num. 38.*

43 *Si mittatur extraneus cum voce, non habet vocem, niſi quatenus ab habente auctoritatem ſit de Collegio. num. 38.*

44 *In Ord. Præd. in duobus tantùm caſibus poteſt mitti Vicarius cum voce. In alijs verò caſibus mittitur vicarius, ſed non habet vocem. num. 39.*

45 *Diſſenſio magna ſeu diſcordia, quæ ſit. num. 40.*

46 *Non eſt neceſſe, quòd de diſſenſione conſtet iudicialiter adhoc, vt ſuperior mittat vicarium cum voce. num. 41.*

47 *Nec tantùm ad vitandam diſſenſionem ortam, ſed etiam orituram, poteſt mitti vicarius cum voce. num. 42.*

48 *Diſſenſio multiplex. num. 43.*

49 *Vicarius cum voce ſolùm mitti poteſt, vbi diſſenſio ſit impeditura Canonicam electionem. num. 43.*

50 *Ad vitandam diſſenſionem, vt eſt malum Conuentus, ſufficit ſuperior, vel vicarius miſſus ad Gubernium Conuentus. num. 43.*

51 *Non eſt mittendus vicarius Electionis cum voce, niſi vbi non tot in vnum conueniunt, quot ſunt neceſſarij ad Canonicam Electionem. num. 44.*

52 *Electio concors eſt ſubſtantialiter, quæ fit à maiori parte. num. 44.*

53 *Ad arbitrium ſuperioris ſpectat videre, an inter electores, nullus ſit qui ſciat electionem dirigere. numer. 45.*

54 *Vnde hæc ignorantia colligitur. num. 45.*

55 *Prouinciales non debent eſſe faciles admittendes vicarios cum voce. num. 46.*

56 *Difficile eſt, ex ſolo timore futuræ diſſenſionis habere cauſam rationabilē mittendi vicarium cum voce, numer. 46.*

57 *Tutius erit, ad vitandas diſcordias mittere vicariū ſine voce. num. 46.*

58 *Generales ſint faciles ad audiendos electores, dum pro miſſis vicarijs, conqueruntur contra Prouinciales. num. 46.*

59 *Vicarius miſſus ſine iuſta cauſa, validum votum nō habet. num. 47.*

17 QVæritur ſecundo, An ſuperior poſſit augere numerum eligentium, extraneum, vel extraneos admittendo ad electionem. Extraneus in propoſito ille dici debet, qui non eſt membrum Collegij eligentium, & hic ille eſt, qui licet ſit membrum Conuentus aut Eccleſiæ pro qua eſt eligendus Prælatus, tamen non habet qualitatē aliquam neceſſariam ex lege, vel conſuetudine ad hoc vt ſit elector. Vt qui non eſt Cardinalis, eſt extraneus à Collegio eligentium Papam; & qui non eſt Canonicus, (vbi electio Epiſcopi ad Canonicos ſpectat) vel ſi eſt Canonicus, non eſt ſubdiaconus, eſt extraneus à Collegio eligentium Epiſcopum; & in Religionibus, qui non eſt profeſſus, vel qui non eſt in ſacris, vel in Ordine Prædicatorum, qui non eſt ſacerdos, eſt extraneus à Collegio eligentium canonicè Prælatos Regulares. Et vniuerſaliter ſecularis eſt extraneus à Collegio eligentium ad ſpiritualem Prælaturam. Et ſic vniuerſaliter omnis ille, cui deficit aliqua qualitas, ſeu conditio ex illis quæ de iure ſunt neceſſariæ ad eligendum, eſt extraneus à Collegio eligentium. Quæritur verò, an ſuperior non præbendo qualitatem illam neceſſariam ad vocem actiuam poſſit admittere ſeu præcipere, vt aliquis iungatur Collegio eligentium, & eligat.

18 Dicitur autem, certum eſſe, nullum ſuperiorem poſſe augere numerum eligentium admittendo extraneum ad electionem, niſi ille ſuperior poſſit diſpenſare in lege obligante vocales ad habendam hanc, vel illam qualitatem, aut conditionem, quam non habet ille extraneus, qui eſt ad vocem actiuam approbandus, vt v. g. quia ex iure Canonico, ſuper quo Prælati Regulares non poſſunt diſpenſare, Regulares non profeſsi non habent ius ſuffragij ad Electiones. *cap. Ex eo, de elect. in 6. §. In Eccleſijs;* Ideo nec Generales Ordinum poſſunt admittere nouitium non Profeſſum ad electionem, & dare illi actiuum ſuffragium in Electione Priorum. E contra verò, ex eo quòd in Ordine Prædicatorum electio pertineat ad ſolos ſacerdotes habentes ſex annos à profeſſione per ordinationē Capituli Generalis *Rō.* 1608. *& Paris* 1611. Ideo idem Capitulum Generale, poſſet cum non ſacerdote diſpenſare, vt eſſet vocalis.

19 Ratio autem primæ partis eſt, quia contra ſtatutum, & diſpoſitionē ſuperioris, non poteſt inferior vel illam tollendo, vel modificando, vel limitando, vel diſpenſando. *l. formam C. de officio Prætor. cap. cum inferior de Maior. & ob eo. Vnde in Clemen. ne Roman. de elect.* decernitur non poſſe per Cardinales mutari, vel non obſeruari quæ per Romanum Pontificem de Romani Pontificis electione ſtatuta ſunt. Si ergo per ſuperiorem aliquem ſtatutum ſit, vt electores habeant aliquam qualitatem, vel conditionem, non poteſt fieri per cuiuſcumque inferioris auctoritatem, vt ille qui tali qualitate, aut conditione caret, ritè & validè eligat, quod eò magis eſt verum, vbi inferior ab illo ſuperiore recipit poteſtatē ſicut electores habent à Pontifice *Gloſ. in d. Clementina, ne Romani*, vbi quod nedum Cætus Cardinalium, ſed nec Concilium ſine Papa poteſt tollere Conſtitutionem Papæ ex *cap. Significaſti de elect. 9. q. 3. cap. cuncta* & idem ibi habeat *Panormitan. n.* 10.

20 Probatur ſecundò: nam eo *cap. quia propter 42. de elect.* pertinet electio ad illos tantum, qui debent

Digitized by Google

intereſſe electioni, & iſti ſunt, qui habent ius ad eligendum. Vnde per illud verbum *debent* excludi omnes, qui non habent ius ad eligendũ docet *Gloſſ. v debet. Panormit. num. 3. Barboſa num. 10. Miranranda tom. 2. q. 23. a. 6. Donatus in praxi p. 3: tract. 2. q. 75.* Illi autem non habent ius ad eligendum, qui non ſunt de Collegio, ſed extranei ſunt, quia non habent qualitates à iure requiſitas ad eligendum; & ideo ſi tales admittantur, eorum votum eſt nullum.

21 Secunda etiam pars patet. Nam qui poteſt in lege diſpenſare, vel eam tollere, poterit quoque facere, vt qui, (ex eo quod caret aliqua qualitate,) excluditur a lege ne ſit elector, ſed tamquam extraneus prohibeatur; ſit elector & vt pertinens ad Collegium admittatur; quia diſpenſando in lege excludente ab electione, tollit impedimentum, per quod ſolum ille cenſebatur extraneus, & excludebatur à numero eligentinm.

22 Poſſe verò conſuetudine introduci, & præſcribi, vt extranens acquirat ius ad dandnm ſuffragium in electione, probatur expreſse ex *cap. cum dilectus de conſuetud. & c. cum Eccleſia 31. & cap. ſeriptum 40. ex cap. Cumana 50. de elect. & ex cap. cum eccleſia Sutrina 3. De cauſa poſſeſsionis, & proprietatis, & ibi Innoc. Io: Andr. Baldus num. 9. & Panorm. qui idem tradit d. cap. Cumana de elect. vbi Barboſa n. 3. Card. q. 22. in cap. quia propter de elect. ſpecul. de elect. §. 1. num. 12. Petrus de Biaxſio in direct. elect. p. 1. cap. 2. num. 2. Boer. ad Mandagot de elect. c. 23. littera A. Firmian. de Epiſcop. p. 3. a. n. 2. Zech. Republic. Chriſt. iterũ Barboſa cap. 24. n. 4. l. 1. de iure Eccleſiaſ. cap. 19. n. 191. & de offic. & poteſta te Epiſcop. tit. 1. cap. 3. num. 16.* Sed tamen conſiderandum, quòd ad huiuſmodi conſuetudinem inducendam, non ſufficit, quòd extraneus duabus, vel tribus vicibus elegerit, ſed requiritur conſuetudo per tempus legitimum præſcripta, vt colligitur ex *d. cap. Cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſsi, & aduertit ibidem Gloſſ. v. de conſuetudine. Panormit. ibidem & Petr. de Biaxſio in direct. elect. p. 1. c. 2. nu. 2.*

23 Adeo autem verum eſt, quod conſuetudine præſcribitur ius eligendi, vt hoc verum ſit, etiam ſi extraneus numquam cum legitimis electoribus elegerit, ſed ſolùm cum illis poſtulauerit, & ius poſtulandi præſcripſerit; quia ex hoc quoque præſcripſit ius eligeudi *l. is qui ff.* de quibus modis vſus fructus amittitur *arg. cap. cum interea de decimis*, vbi ex præſcriptione certæ ſpeciei fructuũ Decimarum, præſcribitur Decima illius fundi quoad omnes fructus; quia non habetur reſpectus ad qualitatem fructuum, ſed ad ius decimandi. Sic enim & in propoſito, habetur reſpectus non ad qualitatem prouiſionis Eccleſiæ vacantis, ſed ad ius prouidendi quod præſcribitur, & ideo debetur, ſiue Eccleſiæ prouideatur per poſtulationem, ſiue per electionem; Nam & poſſunt eligere qui poſſunt poſtulare, & è contra. *Panorm. in d. cap. cum Eccleſia ex Goffr. & Hoſt.* Quod tamen limitatur ex *Io: de lign.* vt ſit verum, quando extraneus præſcribens, ſemper eſt vſus poſtulationis actu, quia ſi fuiſſet admiſſus ad poſtulandum non verò ad eligendum, & tantùm legitimi vocales aliquando poſtulauerunt, aliquando verò elegerunt, & extraneus ſolùm admiſſus fuerit ad poſtulandum, in eo caſu ex præſcriptione poſtulationis non præſcriberetur electio; ſed ſi legitimi vocales, vel ſemper poſtulauerunt, vel ad quemcumque actum poſtulationis, & electionis per tempus ſufficiens admiſerunt extraneum, ille præſcribit ius eligendi.

24 Verùm vlteriùs hæc extendnntur, vt extraneus per vnum ſolùm actum electionis ſibi permiſſum acquirat quaſi poſſelsionem eligendi. Duo enim neceſſaria ſunt, & ſufficiunt, adhoc vt aliquis acquirat poſſeſſionem iuris eligendi, ſcilicet quòd ſemel fuerit præſens electioni, & quòd ſuffragium dederit in electione. *Panorm. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina num. 3. Bald. num. 4. Rip. nu. 92. Barboſ. n. 20. & apud eum Rebuff. Villag. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſ. 45. §. 2. n. 31. Couar. Tux. Put. deciſ. 192. lib. 1. & alij apud Barboſ. cap. Querelam n. 9. de elect.* Eſt verò neceſse vt extranens interſit electioni ſcienter; & non ex gratia, ſed tamquam is cui de iure conueniat eligere, & quòd ipſe intendat eligere vt habens ius ad eligendum. *Gloſ. in d. cap. cum Eccleſia v. vocem & v. breuitatem temporis Bald. d. num. 4. & Panormit. num. 22. 23. 24. & 25.*

25 Et plures alij, quos ſequitur *Barboſa vbi ſup. numer. 17.* Requlritnr verò ſecundo, quòd electio ſic confirmata, plenumque ſuum effectum fuerit ſortita, ita vt ſola electio quàmuis vera, & realis abſque confirmatione ad hanc quaſi poſſeſſionem non ſufficiat vt ex *Innoc. Panorm. Oldrad. Federic. Ripa, Rebuff. & Roch. tenet Barboſ. ad cap. querelam nu. 14. de elect. & ex pluribus Rota dec. comprobat Gonzales ad reg. 8. Cancell. gloſs. 45. §. 2. num. 36. Garz. de benef. p. 5. cap. 5. num. 67.* in dicto autem capite *cum eccleſia Panorm. nu. 26.* quærit, an ad huiuſmodi poſſeſſionem acquirendam ſit neceſſatia in acquirente bona fides, & *ex Innocentio* ait, non requiri nec bonam fidem in acqnirente poſſeſſionem hanc iuris eligendi, nec quòd fuerit liberè admiſſus à Collegio legitimorum electorum, ſed coactè, & ex metu, quòd ipſe explicat, vt ſit verum quantum ſit ad agendum interdicto recuperandæ.

26 Quod etiam tenent *Innoc. cap. 2. num. 6. de reſtit. in integrum, & ibi idem Panorm. num. 26. Ripa, Lambert.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad d. cap. querelam de elect. num. 18. Garzias d. cap. 5. num. 63. ex hoc verò Panor. d. cap. cum eccleſia num. 53.* exiſtimat quod habentibus ius eligẽdi, ſed non quaſi poſſeſſionem, præferẽdi ſint, habentes poſſeſſionem bona fide, ſed non habentes proprietatem, ità quòd ſi v. g. canonici qui habent ius eligendi epiſcopum non ſint in quaſi poſſeſſione eligendi, quam quaſi poſſeſſionem habent clerici, & nihilominus canonici eligant excluſis clericis, eorum electio ſit caſſanda: prout etiam tenuit *Innocent.* vel ſi duæ fiant electiones, & ſeorſum eligant canonici, & clerici; electio clericorum ſit confirmanda, quia bona fide poſſident, & electio canonicorum caſſanda.

27 Et idem tenet *Garz. l. 5. cap. 5. nu. 2. & Layman. l. 4. tr. 2. c. 12. nu. 3.* ſed hæc ſunt contra textum *d. cap. cũ Eccleſia Sutrina*, qui, ad hoc vt electores validè eligant, requirit in illis poſſeſſionem longitudine temporis præſcriptam, & ità vt non ſufficiat tribus vicibus interfuiſſe electioni, & elegiſſe Collegio eligentium admittente & patiente & permittente. Ad eligendum igitur, ne dum de facto, ſed de iure requiritur conſuetudo præſcripta. & non ſufficit ſola poſſeſſio etiam bona fide acquiſita, quia etiam poſſeſſor bonæ fidei, vbi conſtet eũ iure non poſſidere, ſpoliandus eſt re poſſeſſa, quæ ſuo Domino eſt reſtituenda ſimul cum fructibus bona fide non conſumptis,

& etiam

& etiam fructibus conſumptis, pro quanto poſſeſſor bonæ fidei ex eorum conſumptione factus eſt ditior, vt docent communiter DD. in materia reſtitutionis; igitur in hac parte non eſt diſcrimen, an aliquis ſine proprietate & veritate actu, bona vel mala fide poſſideat ius eligendi, ſed vtrobiquè vbi nō conſtet poſſeſſores non habere proprietatem iuris eligendi, electio eorum eſt ſuſtinenda, & vbi conſtet eos non habere hanc proprietatem, electio eſt caſſanda, etiam ſi eſſent poſſeſſores bonæ fidei; quia licet eſſent poſſeſſores de facto, non erant de iure, nec erant veri Domini. Ideo ad valorem electionis, ſeu ad valorem ſuffragij præſtiti per electorem non ſufficit, vt vult idem *Panorm. cap. querelam n. 5. de elect. & Bald. ibid. num. 23.* quòd elector ſit poſſeſſor bonæ fidei, ſed quòd vel à lege vel ex conſuetudine legitimè præſcripta, habeat proprietatem & verum dominium iuris eligendi.

28 Quòd præcipuè verum eſt, ſi ante electionem fiat legitima proteſtatio contra poſſidentem ius eligendi ſine vero titulo, tunc enim eius votum eſt caſſandum, conſtito, quòd vocalis non habebat ius eligēdi, vt tradit *gloſſ. cap. in Geneſi v. poſſeſſione de elect.* Sed & idem eſt dicendum, ſi poſt electionem detur exceptio contra vocem taliter poſsidentis, quia ſi nō habeat ſaltem coloratum titulum, & ius publici officij ad vocandum, geſta eius non ſuſtinentur, vt latiùs dico infra *cap. 14.*

29 Ideo materiam hanc concludendo dicas quòd profeſſor electionis ſine bonæ, ſiue malæ fidei, vel habet titulum coloratum ad eligendum; Et hoc modo ſi contra illum non fiat proteſtatio ante electionem, votum eius ſuſtinetur ratione publici officij, non verò quia ſit poſſeſſor bonæ fidei. Si verò ante electionem fiat contra illum proteſtatio ſuper defectu dominij electionis, ſi probetur defectus dominij, eius electio caſſatur, & confirmatur electio eorum qui habebant dominium electionis. Sed ſi defectus non probatur, aliàs verò conſtat de iure aliorum, confirmatur electio poſſidentium, ſi illa ſit à maiori parte electorum, vel vtraque caſſatur, ſi aliquem defectum habet, & præcipuè ſi electores habentes verum titulum, per non vſum, ius eligendi amittunt.

30 Quantum verò ad hoc vt poſſidens non poſsit excludi ab electione, ſufficit quòd ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, etiam ſi ſit poſſeſſor malæ fidei, & per metum incuſſum electoribus, vt bene dixerunt. *Innocent. & Panorm.* & eſt verum, niſi iudici conſtet illum poſsidere ſine proprietate, quia tunc ab electione futura excluditur, & eius votum caſſatur. Ideo in *d. cap. cum Eccleſia Sutrina.* Electio epiſcopi facta à canonicis, qui erant legitimi electores caſſata fuit, quoniam facta fuit contradicentibus, & excluſis clericis Conuentualium eccleſiarum d. Ciuit. quos eſſe in quaſi poſſeſſione eligendi probatum fuit, quià in trium epiſcoporum electionibus adfuerant, & vocem habuerant; quàmuis, quia hoc non fuerat ſufficiens ob temporis breuitatem, ad hoc vt præſcripſiſſent ius eligendi, ideo canonici ab eorundem clericorum impetitione in futuris electionibus liberati ſunt. Itaque per vnum actū electionis habitum iure proprio, ſcientibus electoribus, & patientibus, ſi actus non ſit obſcurus, ſed clarus, & certus, & electio fuerit confirmata, acquiritur quaſi poſſeſſio eligendi, vt pluribus citatis docet *Barboſ. loco citato*, ſed etiam concurrēte bona fide non ſufficit ad valorem electionis, ſed electio cenſebitur nulla, ſi appareat talem ſine titulo, & proprietate elegiſſe.

31 Sed ſi inquiratur, quantum tempus requiritur ad hoc, vt extraneus aliquis, conſuetudine præſcribat ius eligendi? Reſpondetur aduertendo, quòd ad præſcribendum contra ius commune, requiritur bona fides, & titulus *cap. ſi diligenti de præſcript. & cap. Dudum* de decimis *& cap. 1. de præſcript. in 6.* ſed ex his duabus cōditionibus, prima omnino eſt ſemper neceſſaria. Poſſeſſor enim malæ fidei, de iure canonico, numquam præſcribit, *cap. vigilanti de præſcript. & ibi Canoniſteomnes*, ſed ſecunda conditio ſcilicet titulus, requiritur vt poſſeſſor in tempore determinato præſcribat, nam aliàs poſſeſſor bonæ fidei etiā ſine titulo, ſi per tēpus poſſideat immemorabile, legitimè præſcribit *d. cap. 1. de præſcript. in 6.* & tenēt communiter DD. quos refert *Barboſa ad d. cap. nu. 10.* Extraneus igitur qui poſsidet bona fide ius eligendi, ſi ad hoc non habet titulum non præſcribit, niſi per tēpus immemorabile; & quia clerici, de quibus erat ſermo *d. cap. cum Eccleſia Sutrina*, titulum poſſeſsionis non habebant, ideo meritò textus dixit, eos ob breuitatem temporis non præſcripſiſſe; quià ad hoc erat neceſſarium tempus immemorabile, vt notat ibi *Panorm. num. 44.* Si verò extraneus poſſidet ius eligendi bona fide & cum titulo, adhuc ſecundùm aliquos, quia eligere eſt actus diſcontinuus; ideo requiritur tempus duplicatum, ad hoc vt ius eligendi præſcribat.

32 Sed reſpondetur, ſufficere tempus legitimum & ordinarium, neceſſarium ad præſcribendum contra eccleſiam, & ius commune, *vt ex Innocentio & Io: And.* tradit *Panorm. d. cap. cum in eccleſia nu. 42.* Et ſi enim electio ſit actus diſcontinuus, tamen animus poſsidentis, ita eſt continuus, quòd ſi intra legitimum tempus millies ac millies vacaret eccleſia, ſemper poſſeſſor intereſſet electioni. Quando enim ſeruitus debetur non rei à te ſed perſonæ, quia perſona animo ſuo ſemper continuat poſſeſsionem, habet ſemper cauſam continuam aptitudine, & animo, & ideò in legitimo tempore præſcribit. *Cyn. in l. 2. C. de ſeruit. Bart. in l. iuſto errore §. non mutat ff. de vſucap. Barboſ. in d. cap. cum eccleſia n. 21.* & quàmuis non omnes admittant neceſſarium eſſe tempus 40. annorum ad perſcribendum cōtra ius commune canonicum, nihilominùs communis ſententia eſt, tantum temporis requiri, & contra eccleſiam tempus centū annorum. Extraneus igitur conſuetudine obtinet ius eligendi, ſed tunc iam non eſt ampliùs extraneus.

33 Bene quoque aduertit *Panorm. d. cap. cum eccleſia num. 35.* quòd ad acquirendam poſſeſsionem iuris eligendi, non ſufficit patientia minoris partis electorum, etiam in eo caſu in quo maior pars amiſerit pro ea vice ius eligēdi, & deuoluta fuerit electio ad minorem partem; quia tunc licet minor pars validè eligat, non tamen poteſt præiudicare maiori parti in futurum circa proprietatem, vel poſſeſsionem iuris eligendi. Nemo enim dat quod non habet 1. q. 7. *cap. Daibertum.* Non habet verò minor pars auctoritatem admittendi extraneū ad electionem in præiudicium totius Capituli & eccleſiæ.

34 Quæri autem vlteriùs poteſt, an Capitulū ſcienter admittere poſſit extraneum ad vocem præſtandam in electione? Aliqui diſtinguunt & dicunt, non poſſe admitti ab aliqua parte vocalium, etiam ſi ſit maior pars, poſſe verò admitti a toto Capitulo nullo diſ-

lo diſcrepante. *Nauar. lib. 1. conſ. 2. de conſuetud. nu. 3. & lib. 5. conſ. 9. de Simon. Lezana p. p. c. 15. nu. 20. Vlpe in praxi cap. 13. nu. 34. citans Vincentium de Franch. deciſ. 2. num. 22.* Huic etiam opinioni fauere videtur *Panorm. in d. cap. cum eccleſia de cauſis poſſeſſ. num. 43.* Sed oppoſitum docet *Donatus in praxi p. 3. tract. 2. q. 15.* aſſerens hoc eſſe contra formam *cap. quia propter.* ex quo habetur, quod electioni interſint ſolùm illi qui debent intereſſe; & ideò addit, electionem in qua admiſſus fuit extraneus eſſe nullam. Ab vtraque verò opinione recedendum puto. Et quidem vbi ius eligendi conuenit electoribus ex Collegio ipſo, quod Collegium poſsit admittere extraneum, ſuſtineri poteſt, quia tunc Collegium eſt quod vocales inſtituit. Sed in electione canonica, vbi ius eligendi nulli conuenit niſi ex conceſsione Sedis Apoſtolicæ, quæ hoc ius conceſsit ſolùm habentibus certas qualitates, & inter alias hanc, vt vocalis ſit de Collegio eligentium, nulli ex Collegio, nec ipſi Collegio toti competit vt poſsit dare alicui ius eligendi, & admittere extraneum ad hoc vt validè eligat. Nemo enim dat quod non habet *1. q. 7. cap. Deibertum.* Et ideo quod ſit contra ius commune, ſi electores admittant extraneum ad ſuffragium, docet idem *Panorm. vbi ſup. & conſtat ex cap. cum dilectus* de conſuetudine, vbi probatur eſſe contra ius commune, ſi aliqui forinſeci haberent ius eligendi cum illis de Capitulo.

35 Quoniam igitur ius eligendi non venit ex iure eligentium, & capituli, tamquam ex fonte, nec eſt proprium eligentium, ſed venit ex ſummo Pontifice, nec alicui competit, niſi ei cui Pontifex vel per ſe, vel per Superiores ſuos Miniſtros habentes ab eo auctoritatem conceſsit; non eſt in poteſtate eligentium ius illud alicui tribuere, cui de iure non conuenit. Nec eſt ſimilis ratio de electione compromiſſariorum; quia hoc illis conceſſum eſt determinatè vt poſsint eligere per compromiſſum, *cap. quia propter de elect.* ſed non eſt illis conceſſum, quòd admittant extraneum ad ſecum eligendum; Nec ſufficit dicere, quòd hoc non eſt prohibitum, quia non prohibitio, non dat id, quod non habetur, ſed ad hoc, vt qui non habet, habeat, requiritur conceſsio. Extraneus verò non habet ius eligendi, nec electores à iure leguntur habere ius concendendi alijs ius eligendi, quod ius nec ipſi electores habent, niſi vt à Papa, pro illis conceſſum & non pro alijs. Hinc in *Conc. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4.* ſtatuitur, vt non ſubdiaconus non habeat vocem in electionibus, etiam ſi hoc ab alijs ſibi fuerit conceſſum, vnde tale votum nedum illicitum ſed inualidum docet *Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4.* & ſequitur. *Lez. d. cap. 15. nu. 4.* Et ratio eſt, quia nullus poteſt tradere ius ad eligendum in canonica electione, niſi habens ad hoc facultatem a Papa, à quo veluti à fonte, totum hoc ius promanat.

36 Sed, & alia opinio in hoc diſplicet, quòd ait electionem eſſe nullam, cui adeſt tamquam vocalis extraneus. Nam verum quidem eſt, quod votum extranei eſt nullum, & inualidum, ſed non propter hoc eſt nulla, & inualida electio, niſi in caſu, quod electus, in vi voti extranei inualidi, eſſet à maiori parte nominatus. Aliàs verò vbi electus, excluſo voto extranei inualido, ſit à maiori parte votorum validorum nominatus, electio ſubſiſtit; quia vtile per inutile non vitiatur. *De Regulis Iuris in 6.* Nec talis electio eſt contra formã *cap. quia propter*; Quia ibi ſtatuitur, vt ſint præſentes, qui debent, & volunt, & poſſunt cõmodè intereſſe, non vero prohibetur, vt non interſint, qui non debent intereſſe & licet ex eo *cap.* deducatur per conſequentiam bonam, quod extranei non habent, vt ſe ingerant electioni, non tamen conſequitur, vt per d. caput ſit inductum, tamquam de forma, quod extranei ſint eijciendi, & non ſint admittendi.

37 Benè tamen diſtinguit Panorm. quod aliud eſt admittere extraneum ex mera gratia, & aliud eſt admittere illum tamquam eum, qui ſit de iure admittendus. Primũ ſi faciunt electores, non ſibi nec alijs præiudicant, & ſi in eo non eſſet præiudicium iuris communis, non eſſet electoribus illicitum, & ſufficeret maior pars capituli ad admittendum extraneum. Sed ſecundum facere non poſſunt electores, nedum quia eſt contra ius commune, ſed quia eſt contra ſucceſſores, vt ex patientia priorum, quis acquirat ius perpetuum eligendi; ac ſi eſſet de Collegio.

38 Extraneum tamen poſſe admitti, ſine voce tamen, vt electores adiuuet, nimirum vt eos dirigat, aut protegat, verum eſt, & id expreſsè aduertunt *Panorm. in d. cap. Cum Eccleſia Sutrina num. 43. & Donatus in prax. p. 3. tract. 2. q. 15. num. 4.* Sed an iſte, qui mittitur ad dirigendam electionem poſſit habere vocem, diſtinguendum putò; Nam, vel electorum numerus eſt à iure determinatus, ſicut eſt numerus Electorum Imperatoris, & in hoc caſu nullus extraneus mitti poteſt, qui habeat ius eligendi, niſi ab eo qui poſſit illum numerum mutare. Si verò Collegium non conſtat ex determinato numero electorum, ſed numerus ille poteſt augeri, vel minui, ſicuti contingit in Collegijs Regularium vt plurimum, in quibus eligentium numerus non eſt determinatus, ſed quicunque eſt de Conuentu, vel Prouincia, & habet alias conditiones à lege præſcriptas habet ius eligendi, in hoc caſu poſſet mitti extraneus, ab eo, qui numerum electorum valet augere, & tamen in hoc caſu priùs, ille miſſus fieret de capitulo, & numero eligentium, quam haberet ius ad electionem.

49 In Ordine Prædicatorum in duobus tantùm caſibus poteſt mitti extraneus Vicarius electionis, vt illam dirigat, & ſimul habeat votum actiuum in electione, nimirum in caſu magnæ diſſenſionis eligentium, & ſecundò in caſu quod in Conuentu non ſit qui ſciat electionẽ dirigere. Extra vero hos duos caſus, poteſt mitti Vicarius extraneus ad guberniũ Conuentus, & etiam ad dirigendam extrinſecus electionem, ſed non habet votum in electione. *Conſtit. d. cap. 2. in gloſ. l. D. fin. Vrceanus in ſumm. Conſtit. p. 3. cap. 9. Caſtell. c. 12. num. 10. & ſeq. Cam. p. 1. num. 8. Donatus tract. 4. q. 39. num. 14. Fontan. v. Vicarij Electionum.* Circa vero illas duas cauſas ob quas mitti poteſt Vicarius extraneus cum voce, aliqua conſideranda ſunt. Et quidem primo circa cauſam vitandæ diſſenſionis conſiderari debet, quod decet electionem concordem eſſe *18. quæſt. 2. cap. quam ſit, & Cap. cupientes & cap. quorumdam de elect. in 6.* Nec eſt valida niſi maior pars conueniat in nominatione vnius *de elect. cap. quia propter.*

40 Diſſenſio autem, eſt negatio conſenſus hominis ad ſenſum alterius circa aliquem actum futurũ, vt ha-

Digitized by Google

vt habetur ex *D. Thoma 2.2. q. 29. a. 1. & 4. diſtinct. 16. q. 1. a. 2. quæſt. 5. ad 2. Caſtell. loco citato n. 11.* Ideo diſſenſio eſt inter electores, quando non conueniunt in eligendo, quia ſcilicet, vel non concordant electioni, vel illi non conſentiunt *Butr. cap. licet num. 2. de elect.* Diſcordia etiam vt ex *D. Thoma 2.2. q. 37. notat Sylu.* eſt diſgregatio voluntatũ in diuerſa; vnde diſcordare dicuntur, qui diuerſa volũt ſi propterea electores adinuicẽ altercãtur, & ſe ſe inuicem calumniantur, vnde ſchiſmata oriũtur etiam inter alios, qui non ſunt de numero eligentium, & rixæ, & odia, & perſecutiones, imo & percuſſiones, & ſimilia ſcandala, dicuntur diſcordare, ſed vt infra probo, non omnis diſcordia ſufficit ad mittendum Vicarium extraneum.

41 Non eſt vero neceſſarium vt ſuperiori conſtet iudicialiter de eligentium magna diſſenſione, ſed ſufficit quod extra iudicialiter a fide dignis ſuperior tantam de ea certitudinem habeat, quanta requiritur ad prudenter deliberandum de mittendo Vicario opportuno, qui tollere, & ſedare diſſenſionem valeat. *Caſtell. ibidem num. 12. Camill. d. cap. 1. num. 8.*

42 Sed neque neceſſe eſt, vt diſſenſio magna inter electores ſit orta in actu electionis, ſed & ad vitandam orituram diſſenſionem magnam in eo actu etiam antecedenter inchoatam, poteſt hic Vicarius electionis mitti. Cenſetur vero oritura magna diſſenſio in actu electionis, ſi ante electionem iam ſunt inter electores diſcordiæ, & diſſenſiones magnæ circa futuram electionem, ſeu cauſa electionis futuræ eum improperijs, & quia ex electoribus vnus alteri obijciet, quod ſit excommunicatus, vel ſuſpẽſus, aut priuatus voce, vel quod ab vna parte, eligendus dicitur incapax Prælaturæ, vel indignus vt eligatur. *Caſtell. vbi ſupra num. 12. Camill. d. n. 8.*

43 Hic tamen, interrogationi datur locus, quia diſſenſionis duplex genus eſſe poteſt, aliud, ſcilicet, quod impediat electionem, quià ità ſunt diuiſi electores, & ità diſcordes, vt nec maior pars vltra medietatẽ, vel nec in numero ſufficienti cõueniant, vt aliquis Canonicè euadat electus. Et in hoc caſu indubium eſt, poſſe miti Vicarium electionis, vt electores ad vnius Canonicam, & validam electionem reducat; aliud vero genus diſſenſionis eſt, ſi diſſenſio non ſit talis, quæ videatur impeditura electionem Canonicã vnius; vnde quæri poteſt, an ex occaſione huius diſſenſionis poſſit mitti extraneus cum voce, vt electionem dirigat? Videtur poſſe mitti, quia Capitula generalia abſolute dicunt poſſe mitti Vicarium electionis in caſu magnæ diſſenſionis; poteſt vero eſſe magna diſſenſio inter electores, & licet non ſit talis, quæ ſit impeditura electionẽ Canonicam, talis tamen quæ tollat concordem, & pacificam electionem.

44 Nihilominùs cenſeo non poſſe mitti vicarium electionis, niſi pro diſſenſione impediente, vel certè moraliter impeditura Canonicam electionem. Ducor: quoniam ad tollendas diſſenſiones, & ſcandala, quatenus formaliter conſiderantur vt mala vitanda, & vt contraria Regulari diſciplinæ, & concordiæ fraternæ, non eſt neceſſarius Vicarius cum voce, ſed ſufficit vicarius Conuentus, qui valeat Cõuentum dirigere in obſeruantia præceptorum diuinæ legis, & Regulæ. Duplex enim genus Vicariorum poteſt mitti ad Conuentum non habentem Priorem, vt habetur ex *cap. Generali Valentiæ 1647. declar. 7.* Scilicet Vicarius Conuentus, & Vicarius electionis. Primus mittitur, vt gubernet Conuentũ, & habet ius dirigendi etiam electionem in ijs, quæ antecedunt, & ſubſequuntur, licet non interſit electioni, ſeu ſcrutinio, & hic ſi ſit idoneus ad gubernium habet, vt poſſit iniuſtè diſſentientes punire, & coercere, & quantum poſſet alius quicumque Vicarius electionis diſſentientes, vel impedire, vel reprimere. Non igitur ad huiuſmodi diſſenſiones vitandas, eſt opus vicario electionis, cum voto ad eligendum, quià ſine eius voto ſequitur electio, & diſſenſionibus alijs, ſuperior Conuentus poterit occurrere. Ideò tunc ſolùm eſt locus mittendi vicarium extraneum cum voce, quando diſſenſiones ſunt tales, quòd impediunt electionem Canonicam vnius, vel certò timetur, vel ſaltem eſt manifeſtum periculum ne tantùm creſcant, & tales ſint, vt impediant ne aliquis canonicè eligatur, ad hoc enim malum ſugiendum, ſuffragium Vicarij multùm valere poteſt, & vicarius ſine ſuffragio eſſet forſan ineptus. Ducor ſecundo; quoniam vbi electio fiat a maiori parte eligentium conuenientium in vnum, electio concors dici poteſt, & debet. Quod probatur ex *c. 1. diſt. 79.* vbi ſic ſtatuitur. *Si quis Apoſtolicæ ſedi ſine concordi, & Canonica electione Cardinalium &c. Inthronizatur, non Papa, vel Apoſtolicus; ſed Apoſtaticus habeatur.* Hic canon eſt Nicolai II. in ſynod. Romana. Et idem Pontifex eodem modo loquitur in *cap. ſi quis pecunia, diſt. eadem.* Eſt autem certum, nunquam fuiſſe neceſſarium ad canonicam electionem Papæ, vt eius electio eſſet vnanimis, nullo electorum diſcrepante, & eſt certum ex *cap. licet de elect. & ex Conſtit. in eligendis Pij IV. & Conſtit. Aeterni Patris, Greg. 15.* Quod electus canonice à duabus partibus Cardinalium non eſt habendus vt Apoſtaticus, ſed vt Apoſtolicus, & verus Papa, igitur electus a duabus partibus, etiam ſi tertia pars diſſentiat, eſt electus in concordia, ſeu per electionem concordem, nam ſine concordi electione electus habendus eſt vt Apoſtaticus, non vt Papa. Ex hoc verò argumento deducitur, quòd vbi ad eligendum, tot conueniũt in vnum, quot ſunt neceſſarij ex lege, vt electio aliàs Canonica ſubſiſtat, illa electio concors dici poteſt, & debet, quia tantam concordiam habet, quanta eſt de ſubſtantia Electionis, & quia quæ fiunt à maiori parte capituli, cenſentur facta à toto capitulo. Et aliud eſt quod electio non ſit plenè concors; & quod non ſit concors; electio quæ non eſt omnino vnanimis, dicitur fieri in non plena concordia *cap. in nomine Domini diſtin. 23.* ſed tamen ſubſtantialiter eſt cõcors, ſi iuſtà exigentiam electionis fiat, vel à duabus partibus, vel à maiori parte, quo ſtante ſequitur bene, quòd vbi in Conuentu, maior pars conuenit in aliquo, ſeu non eſt timor, quod vocales ita futuri ſint diſcordes, vt maior pars illorum in aliquo nõ conueniat, non eſt in illo conuentu diſcordia in electione, nec eſt opus extraneo Vicario electionis. Nec obſtat ſi minor pars, vel clamet, vel murmuret, vel contendat, vel calumnietur, vel lites ſuſcitet, vel quòd occaſione electionis lædatur charitas, & pax, & religio. Tum, quia licet huiuſmodi mala proueniant occaſione electionis, ſunt tamen extranea ab electione, & in præſenti caſu, vt ſupponitur, talia, quod non eſt timor vt impediant electionem ſubſtantialiter concordem. Tum quia ad occurren-

dum

Digitized by Google

dum his malis ſufficit ſuperior Conuentus ſeu Vicarius, immò minùs aptus erit vicarius electionis cum voce, quia ſi ſe vnit maiori parti, nihil proficiet, niſi quod ſine neceſſitate augebit numerum illius, & magis minorem partem irritabit, ſi verò ſe vniat minori parti, timendum eſt valde ne aut nihil proficiat, aut ſolùm iuuet ad impediendam concordem electionem, ſic numerum minoris partis augendo, vt æquiualeat alteri, & nulla illarum præualeat: ſolùm igitur locum habet neceſſitas mittendi Vicarium electionis, quando electores ita ſint diſcordes, vt maior pars illorum in nullo conueniat, vel ſit iuſtus timor, quòd non conueniet. Cæterum ad vitandas lites, diſcordias, iurgia, quæ non ſine impeditura electionem ſubſtantialiter concordem, nec eſt neceſſe, nec debent mitti extranei vicarij electionis, ſed ſufficiunt Vicarij Conuentus, ſi Supriores deficiunt.

45 Alter caſus in quo mitti poteſt vicarius electionis extraneus, eſt, ſi inter electores nullus ſit, qui ſciat electionem dirigere. In arbitrio autem ſuperioris eſt poſitum hoc iudicare *Caſtel.ibid.n.*14. Vbi ait etiam tunc poſſe decerni, nullum eſſe inter electores, qui ſciat electionem dirigere, quando ſcientibus, & conſentientibus vocalibus, omiſſa ſunt aliqua pertinentia ad ſubſtantiam electionis Canonicæ quæ reddunt electionem nullam, vel annullandam, vel quando omittuntur communiter pertinentia ad ſolemnitatem electionis, numero tamen plura, & *Caſtell.* conſentit *Camillus*.

46 Benè quoque *Caſtell.* monet Prouinciales, ne ſint faciles ad huiuſmodi Vicarios mittendos, quia niſi ex vera & rationabili cauſa à cõſtitutione præſcripta, mittantur, fit magnum præiudicium libertati electionis, & facile eſt, vt ſuperiores huiuſmodi Vicarios mittentes, faueant fraudibus, & iniuſtitijs eligentium. Et certè valde difficile eſt, ex ſolo periculo, & timore futuræ diſſenſionis habere cauſam rationabilem ad mittendum Vicarium: quia ſæpiùs contingit, vt inſtante die electionis conueniant electores ſaltem in numero ſufficienti ad validam electionem. Vnde valde rationabile eſt, vt huiuſmodi Vicarij non mittantur, niſi vbi conſtiterit electores non conſentire in eligendo. Et tunc meliùs forſan etiam erit non mittere Vicarium cum voce, quia ſi electores non conueniunt, tranſacto menſe ius eligendi deuoluitur ad Prouincialem, qui ſine diſſenſione prouidebit de Priore. Et ſi aliàs ſunt in Conuentu diſſenſiones, per Vicarium Conuentus miſſum ſine voce poteſt diſſenſionibus prouideri. Et quia bene contingit Prouinciales faciles eſſe aliquãdo ad huiuſmodi Vicarios electionis mittendos non ſine magno præiudicio libertatis electionis, debent Generales eò faciliores eſſe ad audiendos recurſus ſubditorum, & ad examinandum valorem huiuſmodi electionum, & illas caſſandas, ſi ita eſt de iure, & ad reprimendam facilitatem Prouincialium in mittendo huiuſmodi Vicarios.

47 Denique vbi cauſa mittendi huiuſmodi Vicarios verè non ſubſiſtat, illorum inſtitutionem debere declarari nullam, & eos validum votum non poſſe præbere conſtat, quia Prouinciales non habent ius aliunde mittendi illos. *Camill. dicto num.*8.

SVMMARIVM.

1 *Vbi Collegium eſt ex determinato numero eligentium, nullus Pontifice inferior poteſt illum minuere, vel augere. num.* 48.
2 *Vbi Collegium non eſt ex determinato numero, illi minuere, vel augere poſſunt numerum Collegij, qui ad id habent facultatem à iure. num.* 49.
3 *In Ord. Prædicat. ſuperiores nec augere, nec minuere poſſunt vocales infrà bimeſtre ante vacantiam Prioratus. num.* 50.
4 *Vnde, & quo ordine hoc ſtatutum fuerit. n.* 50.
5 *Vocales ante illud bimeſtre debent eſſe aſſignati bona fide, & ſine dolo. num.* 51.
6 *Quid ſit fictio. num.* 51.
7 *Quid ſit dolus. num.* 52.
8 *Quæ ſit aſsignatio doloſa. num.* 52.
9 *Quid ſit aſtutia, & quotuplex. num.* 52.
10 *Quid calliditas, fallacia, & machinatio. nu.* 52.
11 *Dolus à fraude quomodo diſtinguitur. num.* 52.
12 *Ord. cap. Pariſ.* 1611. *expenditur. num.* 53.
13 *Vera aſſignatio, an poſsit eſſe doloſa. num.* 53.
14 *Electores non habent ius contra ſuperiorem, vt non multiplicet vota. num.* 53.
15 *Non eſt per ſe illicitũ ſuperiori ex intentione multiplicare vota. num.* 53.
16 *De ratione veræ aſsignationis non eſt, quod ſit immutabilis. num.* 53.
17 *Veræ aſsignationes non ſunt habendæ vt fictæ. n.* 53.
18 *Bona fides, quæ ſit. num.* 53.
19 *Finis extrinſecus operantis, non cadit ſub lege.* 53.
20 *Per Ord. cap. Pariſ.* 1611. *prohibentur aſsignationes ſimulatæ.* 54.
21 *Aſsignationes pluribus modis ſimulatæ.* 54.
22 *Ord. Cap. Pariſ. non eſt ſuperflua.* 54.
23 *Prohibet præcipuè aſsignationes cum fictæ antidatæ.* 54.
24 *Aſsignatio, quæ de facto non valet niſi pro tempore electionis, præſumitur doloſa.* 55.
25 *Aſsignatio debet eſſe facta ante bimeſtre præcedens tempus electionis Prioris.* 56.
26 *Aſsignatio vt ſit facta, debet eſſe publicata.* 56.
27 *Lex inſtituitur dum publicatur.* 56.
28 *Sufficit quod lex taliter publicetur, vt poſſit deuenire in notitiam populi.* 56.
29 *Non ligat ad quorum notitiam nondũ peruenit.* 56.
30 *Lex Canonica publicata Romæ eſt efficax ad obligandum totum orbem.* 56.
31 *Aſſignatio ſubſtantialiter eſt facta, ſi eſt publicata vel in refectorio, vel coram teſtibus.* 56.
32 *Ad hoc vt aſſignatio ſit facta ante bimeſtre temporis electionis, non eſt neceſſe quod ſit publicata aſſignato.* 56.
33 *Aſſignatio ante illud bimeſtre, debet conſtare Conuentui in quo fit electio.* 57.
34 *Quando aſſignatio dicatur conſtare Conuentui.* 57.
35 *Si aſſignatio coram teſtibus ſit data Præſidenti Cõuentus, vt illam publicet, & ipſe fraude illam retineat, & occultet, illa eſt ſatis manifeſtata.* 58. 62.
36 *Dolus præſumitur, ex quo talis Præſidens non publicauit aſſignationem.* 58.
37 *Dolo præſumitur feciſſe, qui fecit quod nõ debuit.* 58.
38 *In caſus contingentia conſultum, talem aſsignationem eſſe manifeſtatam. nu.* 58.
39 *An aſsignatio debeat conſtare ante menſem Conuentui à quo vocalis renocatur.* 59.

40 *An*

40 *An quando vocalis remouetur à Conuentu in quo imminet electio in proximo, & aſsignatur ad Conuentnm in quo etiam eſt ſutnra electio, aſsignatio debeat ante bimeſtre notificari vtrique Conuentui. num.59.*

41 *Aſsignatio non eſt ante bimeſtre notificanda Conuentui à quo vocalis remouetur. num. 60. 61.*

42 *Lex pœnalis non extenditur ex ſimilitudine rationis. num.61.*

43 *In collocatione in Connentu facilius poteſt eſſe dolus, qnàm in reuocatione, in qna leue, vel nullum eſt in hac parte periculum frandis. nu.61.*

44 *Non eſt neceſſe, qnòd remotus à Conuentu exeat per bimeſtre ante electionem. num.61.*

45 *Non eſt neceſſe, qnòd aſsignatio notificetur aſsignato ante bimeſtre. nu.62.*

46 *Aſsignationes ex vi Cap.Pariſ.1611.debent notificari Connentui, nedum ante menſem, ſed etiam ante bimeſtre.num.63.*

47 *Sufficit ſi aſsignatio ante bimeſtre ſuit notificata Conuentui à quo vocalis remouetnr. nu.63.*

48 *Aſsignatus per bimeſtre ante, debet inſeruire Conuentui.nnm.64.*

49 *Non eſt neceſſaria ſeruitus corporalis. 65.*

50 *Conſuetndo legis interpres. nn.65.*

51 *Etiam in electione ſociorum prædicta ſunt ſeruanda. nu.66.*

52 *Non tenentur electores expectare, quòd aſsignatus impleat bimeſtre, ſed poſſunt eo contempto eligere. num.66.*

53 *Impeditus ne poſsit Inſeruire Conuentui, excuſatur.num.67.*

54 *Ad impoſsibile nullus tenetur. nnm.67.*

55 *Lex prohibens aliquid ad vitandam frandem non comprehendit impeditos.num.67.*

56 *Remotio ab vno Conuentu non eò eſt iunalida, quòd remotus tnnc non poſsit alibi habere votũ.nu.68.*

57 *Remotns non habet votum in Conuentu à qno remouetur, ex quo impeditnr, ne habeat votnm in alio Connentu. nnm.68.*

58 *Iniuſtè impeditus ne votum habeat in alio Conuentu, non per hoc votum habet in Conuentu à qno ſuit remotus. num.68.*

59 *Non eſt neceſſarium quod vocalis ſemper alicubi habeat votnm. num.68.*

60 *Quando ex cõſnetudine Prouinciarũ Italiæ, nõ poſſint fieri aſsignationes infra ſeptuageſimã nu.69.*

61 *Electio ſemper pertinet ad vocales aſsignatos intra bimeſtre, etiam ſi contingat Priorem eligi, & de facto confirmari, ſed poſtea caſſari. num.70.*

62 *Vi nouæ aſsignationis, idem vocalis non poteſt eligere bis in anno. num.71.*

63 *Hoc diuerſimode de anno vel naturali, vel eccleſiaſtico intelligitur. num.72.*

64 *Qui ſint ab hoc ſtatuto excepti. num.72.*

65 *Supprior ſi non ſit inſtitutus ante duos menſes, non habebit vocem bis in anno. num.72.*

66 *Qui in vno Cõuentu renunciauit voci ſuæ, non poteſt eodem anno eligere in alio. nnm.73.*

67 *In Pronincijs Lombardiæ, & Romana, ſolus Supprior poteſt eligere bis in anno. nnm.74.*

68 *Inſtantia electionis Prouincialis, non incipit niſi à notitia carentiæ Prouincialis. nnm.75.*

69 *Inſtante electione Prouincialis non poſſunt fieri abſolutiones Priornm. num.76.*

70 *Nec mutationes fratrum. num.76.77.*

71 *Electio Prouincialis dependet à Prioribus, & ſocijs. nnm.77.*

72 *Imminente Prouinciali capitulo, non mutandi ſunt fratres. nnm.78.*

73 *Prohibentnr Prouinciales infra trimeſtre ante abſolutionem ſuam facere abſolutiones Priorum, & mutationes fratrnm.nnm. 79.*

QVAESTIO III.

An ſuperiores poſſint, vel augere, vel minuere numerum vocalium, ſeu numerum perſonarum ex quibus Collegium eligentium integratur?

48 VBi ex iure ſuperiori, Collegium conſtat ex determinato numero electorum, certum eſt per nullum inferiorem poſſe talem numerum aut minui, aut augeri. Sed quæſtio poſita reſpicit Collegia, quæ non conſtant ex determinato electorum numero, ſed poſſunt cõſtare ex pluribus vel paucioribus electoribus.

49 De his verò loquendo, etiam certum eſt, quòd ſecundùm cuiuſcunque vel eccleſiæ, vel Religionis leges, & legitimas conſuetudines, ſoli illi Superiores poſſunt augere, vel minuere numerum eligentium in Collegio, quibus à iure id eſt conceſſum, & pro vt eſt conceſſum.

50 In ordine Prædicatorum ſuperiores non poſſunt validè (quantùm ad vocem actiuam habendam) aſsignare fratres in Conuentu vbi eſt electio facienda, à duobus menſibus antequam Prior terminet officium ſuum, vſquequo nouus Prior electus fuerit, & confirmatus. Ex conſtit. quidem *diſt.2.c.16.§.4.* non habetur, niſi quòd non fiant nouæ aſſignationes vocalium infra menſem ante electionem. Sed cum Iulius II. reddiderit Prioratus temporales, vnde de facto durant Priores, vel per biennium, vel per triennium iuxta diuerſa priuilegia, aut cõſuetudines Prouinciarum; & Prouinciales vel per biennium, vel triẽnium, vel quadriennium, cum iam ſit certa dies, in qua Prior complet officium ſuum; admoniti ſunt Prouinciales in *cap. Bonon.* 1564. vt nõ aſſignent fratres vocales in Conuentibus vbi imminet electio per menſem ante vacantiam Prioratus. Sed Romæ 1601. ex mandato Clementis VIII. ordinatum fuit, ne duobus menſibus ante tempus electionis Prioris vllę fiant aſsignationes. Tempus autem electionis incipit ſimul cũ vacantia Prioratus. *Valliſſol.* autẽ 1605. additum fuit, fratres huiuſmodi infra duos menſes ante tempus electionis aſsignatos, non habere vocem in qualibet electione, nimirum etſi contingat vocales pluries eligere antequam aliquis ex electis fuerit confirmatus, & ità in hoc Ordine, electio Prioris ad illos ſolos vocales ſpectat, qui aſsignati fuerunt in Conuentu per bimeſtre antequam Prioratus vacauerit. *Vrceanus p.3.c.6. Caſtell. cap.3. num.10. & cap.5. num.59.78. & 89. Camill. cap.1. num.10. Donat. tract.4. q.39. nu.8. Font. v. aſsignatio num.3. & verb. electio num.39. Samuel. trac. 2. diſp.1. contron.4.*

51 Extenditur hoc ſtatutum *Pariſ.* 1611. vt huiuſmodi aſsignationes vocalium non ſint doloſæ, & fictitiæ, ſed ad illos tantùm pertineat electio, qui re-uera, & bona fide in illo Conuentu, in quo habenda eſt electio aſsignati ſunt. *Vrceanus d. cap. 6. Caſtell. d.c.5.*

d.c.5.num.78.Camill.num. 10. Donat.d.q.39.num.15. Samuel vbi ſupra. Quæ autem aſſignationes fictitiæ dicendæ ſunt? Fictio eſt oſtendere dicto vel facto, quod non eſt verum *D. Th. 4.d.4.q. 3.a.2.q. 2.ad 1.* Vnde ex eò aliquis dicitur fictus, quòd demonſtrat ſe aliquid velle, quod non vult. *D. Th.3.p.q.69.a.9. ad 3.*& ſecundùm Iuriſtas fictio eſt contrarij veritatis aſſumptio. *Tuſcus litt. F. concluſ. 216. Ex Oldrado Floriano & Bartolo.* Illæ ergo aſſignationes ſunt fictitiæ, ſeu fictæ, quæ tales ſunt extrinſecus, ſed non ſunt tales in rei veritate. Quia ſuperior ſolùm verbo, & in carta remouet religioſum ab vno Conuentu, & collocat in alio, ſed in rei veritate illum non remouet. Huius verò fictitiæ aſſignationis ſignum eſt, ſi aſsignatio non habuit effectum niſi pro tempore electionis, quo tranſacto religioſus reddit ad primum monaſterium.

52 Dolus verò ſecundùm *D.Th.2.2.q.55.a. 4.ad 2.* eſt executio aſtutiæ ad decipiendum. Et ideo definitum fuit à Labeone *l.1.ff.de dolo*, vt ſit omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita. Hic enim duo diſtingui debent, ſcilicet interior cogitatio hominis excogitantis vias ſimulatas, & apparentes ad finem conſequendum, & huius cogitationis exequutio. Primum horum dicitur, & eſt aſtutia. quæ triplex eſſe poteſt, ſcilicet calliditas, quæ fit tacendo, vt ſi venditor taceat rem quam vendit eſſe alienam. fallacia; quæ fit mentiendo verbis; machinario, quæ fit arte verborum, vt explicat *Sylu.v.culpa num. 1.* Et calliditas eſt excogitatio ad circumneniendnm, fallacia ad fallendum, machinatio ad decipiendum, vel quæcunque alia ſimilis excogitatio medij ſimulati, & apparentis facta ad decipiendum eſt aſtutia, cuius executio eſt dolns, aut fraus, quæ duo diſtingunntur ſicut ſuperius, & inferius, quia dolus vniuerſaliter eſt, & importat executionem aſtutiæ, ſiue fiat verbis, ſiue factis, & fraus fit non verbis, ſed factis, vt docet *D.Th.2.2. q. 55. a. 5.* Quamobrem illa dicenda erit aſsignatio doloſa, & fraudolenta, quæ venit ex aſtutia, & quæ non eſt vera aſsignatio, ſed ſolùm apparens, & ſimulata.

53 Verùm ſi ita res ſe habet, videtur ſuperflua lex illa *cap.Pariſ.*1611. quia iuxta hanc doctrinam nulla vera aſsignatio eſt doloſa, vel fictitia, quia veritas repugnat fictioni, dolo, & frandi, eum dolus ſit aſſumere verbo, vel facto vias, & media non vera, ſed ſimulata, & apparentia ad finem conſequendum. At verò ſuperiores non ſimulatè, ſed verè aſsignant fratres intra, vel extra Connentus, & licet eos aſsignent per ſe ad multiplicanda vota, vel minuenda, nihilominùs eos verè aſsignant. Et qnàmuis etiam ſtatim peracta electione, eos ad priſtinam aſsignationem reducnnt, tamen hoc fit per nouam aſsignationem, & prior aſsignatio vera fuit, non verò ſimulata, vnde nullus dolus, ant fraus hic reperitur. Et hoc magis confirmatur, quia hic non apparet iniuſtitia. Nam electores vnius Conuentus cum ex iure non habeant, vt ſint in determinato numero, ſed in quocunque numero ſint, eligere poſſnnt, dummodò Conuentus alat tot Electores, vt ſit Collegium, prout infra explicatur; e contra verò ius ſuperioris eſt remouere, & collocare fratres in Conuentibus ad eius voluntatem, & cũ ad eũ etiam pertineat dirigere electiones, videtur non eſſe per ſe illicitum ſuperiori, etiam primaria intentione multiplicare, vel diminuere vota, vt hoc modo electiones malas impediat, & meliores promoueat, quod fieri poteſt ſine iniuſtitia, cum electores non habeant ius contra ſuperiorem, vt non poſsit ſuperior collocando, vel remouendo, multiplicare, vel diminuere vota. Non apparet igitur, quæ neceſsitas fuerit illius ordinationis; cum regulariter in huiuſmodi electionibus locum non habeat ſimulatio, ſed fratres verè aſsignentur, & de ratione veræ aſſignationis non ſit, quòd ſit immutabilis, nec locum habeat iniuſtitia, quia Conuentus non habent ius ad determinatum numerum vocalium, & qui remanẽt in Conuentu poſſunt eligere, etiam ſi vnus ſolus remaneat. Nec poteſt dici, quòd Capitulum illud fictione iuris habuit pro aſsignationibus ſimulatis eas, quæ fiunt, vt valituræ ſolùm pro tempore electionis. Quia de ratione, veræ aſsignationis non eſt, quòd ſit immutabilis, vnde vera eſt aſsignatio, etiam ſi ſuperior promittat aſsignato, quòd terminata electione remouebit illum ab eo Conuentu, in quo ſit electio, & reſtituet ad primum Conuentum, vel collocabit in alio. Nec in dicta ordinatione habetur verbum, ex quo deducatur, quòd veræ aſsignationes habendæ ſint pro fictis, & ſimulatis, ſed ſolùm abſolutè prohibentur aſsignationes fictitiæ, & doloſæ quæ ſunt aſsignationes non veræ, ſed ſimulatæ neque etiam addi poſſe videtur; & dici, quòd illud Cap. exigit aſsignationes bona fide factas, quia vt habetur ex Lexicon iuris, Bona fides eſt, cũ id, quòd eſt dictum, vel promiſſum verè, & benè fit, vnde illa eſt aſsignatio bona fide facta, quæ eſt aſsignatio vera, & non ſimulata. Aliàs enim ex vi dictæ ordinationis non prohibetur mala intentio ſuperioris, quæ non reddit rem ſimulatam, vel falſam, & finis extrinſecus operantis ſub lege non cadit. Vnde quidquid ſit de aliqua mala intentione, quæ in ſuperiore ſit, ſi aſsignatio eſt vera, eſt bona fide facta, quia in re talis eſt, ſicut dicitur eſſe, & non eſt ſolùm apparens, & ſimulata ſed vera.

54 Reſpondetur igitur, per illam ordinationẽ non prohiberi niſi aſsignationes fictas, ſimulatas, & tantùm apparentes, ſed aſsignationes non tantum ſunt ſimulatæ ſi in ſubſtantia non ſunt veræ, & in ſuperiore aſsignante non eſt volnntas aſsignandi, ſed etiam ſi non ſint veræ in qualitatibus à iure requiſitis adhoc vt dent vocẽ aſsignatis, vt v.g. doloſæ, & ſimulatæ sũt ſi ſint factæ intra duos menſes ante vacantiã Prioratus, & fingantur vt datæ ante illos duos menſes, vel ſi fingantur vt datæ in Capitulo à Diffinitorio, & ſint datæ, vel extra tempus Capituli, vel à ſolo Proninciali aut Vicario Prouinciali, vel ſi fingantur datæ pro officio lectoris, & id non ſit verum, vel quocumque alio modo ſint fictæ, & contra legem in præiudicium aliorum electorum. Non fuit verò ſuperflua illa ordinatio, quæ reſpexit non tam id, quod fiebat, ſed quod fieri poterat, & quidem facillimè Principaliter enim reſpexit fraudes, quæ fieri poſſunt per antidatas aſsignationum, & ideo ſtatuit, vt aſsignati bona fide debeant inſeruire Conuentui per duos menſes ante vacantiam Prioratus, vnde hanc bonam fidem requirit principaliter, vt non fiant aſsignationes infra illos duos menſes, cum antidata, quæ fraus fieri poterat ſine magna difficultate.

55 Quamuis verò aſſignatio facta, ſed in facto non valens niſi pro tempore electionis, dummodo

facta

Digitized by Google

facta ſit tempore legitimo, & promulgata, non ſit doloſa, in foro tamen externo talis præſumi poterit maximè ſi præſumptionibus alijs, vel coniecturis fulciatur. Sit Generales ſuper huiuſmodi aſſignationibus factis à Prouincialibus inuigilare debent, & ſi inueniant dolum, Prouinciales punire.

56 Secunda conditio harum aſſignationum eſt, vt ſint factæ ante bimeſtre præcedens tempus electionis Prioris. Circa quam conditionem, conſiderandum primo eſt, quad ſit aſſignationem eſſe factam duobus menſibus ante tempus electionis Prioris. Dici numquid etiam poterit facta aſſignatio, ſi verè bona fide ante illud bimeſtre ſit ſcripta, & á ſuperiore ſubſcripta, & per ſecretarium ſigillata, & regiſtrata? Minimè quidem, nam lex non eſt facta, niſi ſit promulgata, nam de legis ſubſtantia eſt legis promulgatio, vt cum *D. Th. p. q. 90. a. 4. tradunt com. DD. ideo Gratianus ad cap. in iſtis §. leges, dixit leges inſtituuntur, cum promulgantur.* Quod vero de lege in communi dicitur, eadem ratione cum proportione verificatur de lege particulari, qualis eſt mandatum, & præceptum ſuperioris, per quod ſubditum tranſfert de vno Conuentu ad alium per aſsignationem. Dicitur enim hanc aſsignationem complete fieri, cum publicatur nomine ſuperioris. Et ideo non ſufficit quod aſsignatio ante illud bimeſtre ſe ſcripta, ſed requiritur quod ante ſit intimata ſeu publicata. Nam ſi intra illud bimeſtre intimaretur, aut publicaretur intra illud, fieret contra ſtatutum Capituli Rom. 1601. factum de mandato Clem. VIII. Verùm ſi quis interroget, cui debet intimari, aut publicari? Ex his quæ de legis promulgatione in communi dicuntur, reſpondetur, ſicut quod in lege diſtinguitur virtus obligatiua, ſeu efficacia obligandi, & actualis obligatio, ita non eadem publicatio eſt de ſubſtantia legis ad hoc vt ſit lex, habens virtutem obligandi, quæ requiritur ad hoc, vt actu obliget, & tranſgrediens legē peccet. Nam ad hoc vt lex ſit, & habeat virtutem, & efficaciam obligandi, ſufficit qualiſcumque ſenſibilis publicatio adeo publica, vt moraliter poſſit in notitiam hominum peruenire. *Suarez l. p. de legib. cap. 11. nu. 6.* Et inde eſt, quod præſertim lex Canonica publicata Romæ, obligat totum mundum, & ex natura rei maior publicationis ſolemnitas nō requiritur, vt docent *Gloſſ. & Io. Andr. in fine ſexti, Panormit. mutans ſententiam in cap. Nouerint, de ſent. excom. fin. Card. in proœmio Clemen. §. vniuerſitatis num. 4. Sylu. ver. lex q. 6. Roſel. n. 4. Armil. nu. 11. & verſ. conſtitut. n. 3. Nauar. conſ. 2. de conſtit. n. 19 Soto l. 1. de iuſt. q. 1. a. 4. Suarez l. 4. de legibus cap. 15. Farin. 1. p. p. fragment. v. Conſtitutio nu 653. Bonac. diſp. 1. q. 1. p. 4. nu. 16. Vaſquez p. 2. diſp. 156. cap. 2. Gregorius Martinez p. 2. q. 90. a. 4. dub. 2.) & ibi Serra concluſ. 2. Io: Martinez de Prado cap. 3. q. 1. §. 4.* Et alij plures, quos iſti referunt. Vnde lex Romæ publicata ſubſtantialiter eſt lex habens obligandi virtutem. Et tamen in confeſſo eſt apud DD. citatos; legem Romæ publicatam non obligare eos, qui eius notitiam nondum habuerunt. Ita certe lex particularis & præceptum ſuperioris, & in propoſito aſſignatio Religioſi ad hoc vt ſubſtantialiter fiat, non eſt neceſſe vt intimetur aſſignato, ſed ſufficit, quod ita publicetur, vt ad eius notitiam poſſit peruenire moraliter. Vnde ſatis eſt ſi publicetur in communi refectorio, aut Capitulo Conuentus in quo erat aſſignatus, ſeu á quo remouetur, vel quod coram teſtibus intimetur ſuperiori eiuſdem Conuentus, vt illam exequi faciat. Immò etiam ſufficeret ſi publicaretur in Conuentu in quo reperitur ſuperior. Quoniam hoc modo ſuperioris voluntas eſt iam ſenſibiliter manifeſtata, & taliter, quod ad notitiā ſubditi poteſt deuenire. Et nihilominus ad hoc vt aſsignatio exercite obliget aſsignatum, debet illi eſſe nota, & intimata, aut publicata. Ex his dicitur, quod quantum ſit ex vi ordinationis Cap. Rom. 1601. factæ, de mandato Clem. VIII. non eſt neceſſe, quòd aſsignatio ante illud bimeſtre deueniat ad notitiam aſsignati, & ſit illi intimata, quia ſufficit quod aſſignatio ſit facta ante illud bimeſtre, cenſetur vero facta, ſi ſit ſubſcripta, & ſaltem coram teſtibus publicata, ſicut ſententia eſt lata, quando eſt coram teſtibus publicata.

57 Vlteriùs vero (& hæc eſt tertia conditio) huiuſmodi aſſignationes, & ſi factæ ante bimeſtre vacationis Prioratus debent conſtare Conuentui illi, in quo aſſignatus debet eligere *Conſtit. d. 2. c. 2. L. Q. ex cap. Rom. 1598. & Venet. 1592. Vrceanus d. c. 6. Camill. d. c. 1. num. 10. Caſtell. c. 3, nu. 18. Samuel. tract. 2. diſp. 1. controu. 4.* Tunc verò aſſignatio dicitur conſtare Conuentui, quando eſt manifeſta Priori, & maiori parti Conuentus *Caſtell. cap. 5. n. 38. Donat. dicta q. 39. n. 18.* & *Caſtell.* ait quod bonum eſſet, vt haberetur liber, in quo huiuſmodi aſſignationes deſcriberentur. In aliquibus Prouincijs vſus eſt, quod legantur in Refectorio tempore menſæ.

58 Hoc tamen limitandum eſſe videtur, niſi dolo, & fraude aſſignatio bona fide facta occultetur á Præſidente Conuentus contra præceptum ſuperioris. Si enim ſuperiori Conuentus præſentetur aſſignatio fratris alicuius facta bona fide, & ex cauſa vere rationabili, & præcipiatur, vt publicet conuentui, & ille illam occultet, & in fraudem non manifeſtet, hæc aſſignatio valida cenſenda eſt, quoniam capitulum illud Rom. 1589. non voluit patrocinari fraudibus ſubditorum, & imminuere, & infringere auctoritatem ſuperiorum, ita vt ex fraude ſubditorum vis diſpoſitionis illorum tolleretur. Ideo in hoc caſu in quo aſſignatio de ordine Prouincialis fuit intimata ſuperiori, ſeu Præſidenti Conuentus, illa aſſignatio cenſenda eſt ſatis notificata Conuentui, ſi conſtet fuiſſe notificatam ſuperiori Conuentus, vt illam Conuentui publicaret, quamuis ille fraude, & dolo illam non publicauerit. Et in hoc caſu ex ſola occultatione contra prohibitionem ſuperioris præſumitur fraus, & dolus. Dolo enim feciſſe præſumitur, qui fecit, quod facere non debuit. *Farin. in praxi crim. p. 3. q. 89. n. 92. & part. 4. conſ. 60. n. 18. Menoch. conſ. 98. n. 30. & de præſump. l. 3. præſ. 55. n. 10.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. Axiom. 76. n. 1.* Et ita in facti contingentia conſului, cum aſſignatio vnius fratris In Conuentu N. fuiſſet coram teſtibus præſentata Suppriori, tunc ob Prioris abſentiam Præſidenti Conuentui, vt illam notificaret, & ipſe illam occultauit, & dixi, fratrem illum ſic extra Conuentū aſſignatum, non habere vocem in illo Conuentu, ſed eam aſſignationem ſufficientet fuiſſe Conuentui notificatam. Et hæc reſolutio maiorem vim habet ex infra dicendis n. 62.

59 Eſt enim vlterius conſiderandum, an ordinario illa *Cap. Rom. 1589.* locum habeat tam in aſſignatione ad Conuentum, quàm in remotione á Con-

uentu, in quo imminet electio ; ita vt ſit neceſſe vt ante menſem à tempore electionis aſſignatio innoteſcat Conuentui à quo remouetur vocalis, ſi in eo imminet electio. Nam videtur quod conſuetudo in hoc ſenſu intellexerit, & obſeruauerit ordinationem illam, ſed ſi hoc eſt, aliud intrat dubium: In caſu in quo imminet electio in Conuentu à quo, & ad quem, quid dicendum ſit, ſi in vno ſolo ex illis duobus Cõuentibus aſſignatio vocalis ſit manifeſtata, nimirum in ſolo Conuentu à quo remouetur: debebit ne vocalis ille carere voce? nam in Conuentu à quo, non habet vocem, quia ab eo eſt legitimè remotus, & remotio legitimè publicata. Sed nec habebit vocem in Conuentu ad quem, quia in eo non fuit aſſignatio Prælato, & Conuentui intimata.

60 Dicitur tamen, quòd ex illa ord. *Cap. Rom.* 1589. habetur ſolutio difficultatis, quia nimirũ in ea eſt ſermo de aſſignatione ad Conuentum, in quo aſſignatus eligere debet, & ideo, eſt neceſſe, & ſufficit, quod aſſignatio conſtet conuentui ad quem quis aſſignatur. Ita enim ibi habetur *declar. 5. ſtatuimus. Quòd ad hoc vt aliquis in electione aliqua vocem habeat, non ſufficit, quòd ante electionis menſem in Conuentu, vbi eligere debet fuerit aſſignatus, niſi de aſſignatione ipſa, & Prælato, & Conuentui, in quo de nouo eſt aſſignatus, reuera ante menſem conſtiterit.* Hæc ergo ordinatio non afficit aſſignationes reſpectu Conuentus, à quo vocalis remouetur, cum manifeſtè loquatur de Conuentu ad quem, & ſtatuat aſſignationem debere manifeſtari Conuentui vbi aſſignatus eligere debet, hic verò eſt conuentus ad quẽ vocalis aſſignatur, non verò Conuentus à quo reuocatur. Et ideò aſſignatio reuocans à conuentu non eſt neceſſariò notificanda Conuentui à quo ante menſem, ſed eſt notificanda conuentui ad quem, ſi in eo immineat electio, adhoc vt aſſignatus ibi vocem habeat.

61 Nec obſtat ſi dicatur, quòd cum etiam in aſsignatione vt reuocante à Conuentu, in quo futura eſt electio, poſsit contingere dolus ex eo, quòd ſuperior fingat aſsignationem datam fuiſſe ante menſem, cũ infra menſem data ſit. Nam præterquam quod in huiuſmodi odioſis, & limitantibus auctoritatem, quam ſuperiores habent de iure communi, non valet extenſio ad caſus non comprehenſos in ſlege ex ſimilitudine rationis *Calder. conſ. 147. Tuſc. litt. R. concl. 31. n. 43. Barboſ. axiom. 197. n. 6. Felin. in proœm. decretal. Afflict. deciſ. 21. Sayrus plures referens in claui regia l. 3. c. 8. n. 9. Suarez de legibus l. 6. c. 3.* Hic diuerſa valdè ratio. Nam reuocatus ad conuentum in quo imminet electio, ſi collocatur in conuentu alio in quo etiam ſimiliter electio imminet, omnis doli periculum ex eo tollitur, quod aſsignatio debet eſſe facta ante bimeſtre; & quantum ſit ex vi ordinationis *d. cap. Rom.* 1589. debet innoteſcere Conuentui illi ad quem vocalis aſſignatur, immò modo ex vi ordinat. *cap. Pariſ.* 1611. vocalis debet per bimeſtre inſeruiſſe illi Conuentui. Vnde non eſt poſsibile, quòd illa aſſignatio ſit expedita ſit cum antidata, & ceſſat periculum fraudis. Sed ſi vocalis remouetur à conuentu in quo de proximo imminet electio, & collocatur in Conuentu in quo electio de proximo non imminet, adhuc diuerſa eſt ratio, quia leue, vel nullum periculum fraudis imminet in hoc caſu. Nam ſuppoſita ordinatione facta de mandato *Clem. VIII. in cap. Rom.* 1601. quod aſsignatio iſta debeat eſſe facta, ideoque, & aliquo modo publicata per bimeſtre ante tempus electionis iam de ſe hæc aſſignatio publicatur conuentui illi, & erit manifeſta, & amplius non eſt in hoc, vnde locum poſsit habere fraus regulariter loquendo; nam Vocales, qui intuitu electionis remouentur à ſuperioribus non ſunt ſuperiorum amici, & confidentes, vnde non eſt locus præſumendi, quòd cum ſuperioribus conſpirent ad dolum occultandum, ſed immò cum regulariter huiuſmodi vocales inuiti remoueantur, ſtatim ac receperint, aut quocunque modo nouerint aſſignationem remouentem à loco, vbi in proximo imminet electio, querelis, & clamoribus eam vbique publicabunt, ideo ſi aſsignatio eſt vera, & continens antedatam fictam, & regulariter ante menſem, immo ante duos menſes recipitur, & quam maximè publicatur. Sed aſsignatio collocans in Conuentu in quo imminet electio facilius valde poteſt eſſe doloſa, & valde occultè fraudolenta, & quia regulariter iſti, qui ſic aſsignantur ad effectum multiplicandi vota, ſunt amici ſuperiorum, vnde facile eſt, vt illi conſpirent cum ſuperioribus ad dolum occultandum, & dicant ſe recepiſſe aſſignationem debito tempore, licet verè illam non receperint. & ſic facillimè poteſt contingere dolus in aſsignationibus collocantibus in Conuentibus, vbi imminet electio, ad quam tollendam ſtatutum fuit, vt aſsignatio ante menſem debeat conſtare Conuentui, vbi aſſignatus eligere debet. Quod non eſt ſtatutum de aſsignatione reuocante à Conuentus, vbi imminet electio, quia in iſta leue vel nullum eſt periculum fraudis. Nam qui remouentur intuitu diminuendi vota non ſunt confidentes ſuperioris, quia ſi eſſent confidentes non remouerentur, vnde nullum eſt periculum, quòd conueniant cum ſuperiore, & fingant ſe recepiſſe tempore legitimo aſsignationem, quam verè non receperunt, & quæ verè non fuit in tempore legitimo expedita, & hoc confirmatur à ſimili. Nam cum *Pariſ.* 1611. ordinatum fuerit, vt collocati in Conuentibus vbi imminet electio, debeant inſeruiſſe conuentui illi per duos menſes ante vacantiam Prioratus, quod factũ fuit ob periculum graue doli, quod in his collocationibus contingere poteſt in reuocationibus non eſt neceſsitas, vt per duos menſes ante vacantiam remotus receſſerit à conuentu à quo eſt remotus, immò nec eſt neceſſe, quòd vnquam recedat, ſed etiam ſi ibi maneat caret voce; longè igitur diuerſa eſt ratio de aſsignationibus collocantibus vocalem in Conuentu vbi ille eligere debet, & de aſſignationibus reuocantibus vocalem à conuentu, in quo elegiſſet. Et cum illa ordinatio *cap. Rom.* 1589. loquatur expreſsè de aſsignationibus collocantibus vocalem in Conuentu vbi eſt eligendum, de illis ſolis eſt intelligenda, & illæ ſolæ, ex vi dictæ ordinationis debent conuentui notificari ante menſem.

62 Sed nunquid huiuſmodi aſſignationes ante menſem debeant etiam notificari ipſi aſſignato? Reſpondetur legem non publicatam non obligare, ideò vocalem non poſſe eligere, aut non teneri abſtinere ab electione niſi habeat notitiam ſufficientem ſuæ aſſignationis per quam, vel factus eſt de Collegio, vel remotus. Sed nihilominus ex vi dictæ ordinat. *Cap. Romani* 1589. non eſt neceſſe, quòd vocalis habeat huius aſſignationis notitiam, niſi quãtum ſufficit ad hoc vt poſſit conuenire, & adeſſe electioni.

Digitized by Google

ctioni. Quia illa ordinatio ſolùm decernit, quòd aſſignatio ante menſem notificetur Prælato, & maiori parti Conuentus, vbi aſſignatus eligere debet. Aſſignatio verò reuocatoria aliàs tamen facta ante bimeſtre vt ſupra per ſe loquendo ſufficit, vt notificetur aſſignato, & electoribus quandocunque ante electionem. Quàmuis ſi non fuerit aſſignato, vel Conuentui notificata ante menſem præſumi poſſit doloſa, & aſſignatus poſſit ſe contra illam defendere, ſed tamen ſi conſtat eam non eſſe doloſam tenebitur ei obedire, & ab electione abſtinere. Ex quo magis conſtat verùm eſſe, quod ſupra dicebatur, ſcilicet illum non fuiſſe verè vocalem, qui in tempore legitimo fuerat reuocatus, & in præſentia teſtium aſſignatio eius fuerat data Præſidenti Conuentus, vt eam publicaret, quam ipſe dolo occultauit. Cum enim non ſit neceſſarium, vt aſſignatio reuocans à Conuentu notificetur ante menſem & adhuc illa quantùm ſit ex parte Superioris fuerit notificata ſufficienter, & conſtaret aſſignationem fuiſſe datam in legitimo tempore, & ſine dolo ad hoc vt obligaret vocalem ad abſtinendum ab electione, ſufficiebat quòd ipſe ante electionem illius notitiam habuiſſet. Nihilominùs tamen praxis eſt, vt etiam huiuſmodi aſſignationes remouentes vocales à Conuentu, vbi eſt futura electio notificentur ante bimeſtre vacationis Prioratus. Et hoc rationabiliter fit ad vitãdas lites, quæ oriri poſſent, ex eo, quod aſſignationes præſumi poſſent eſſe doloſæ. Sed tamen in rigore iuris non eſt neceſſe, vt iſtæ aſſignationes ante menſem, notificentur Conuentui à quo vocalis remouetur.

63 Interogo alteriùs, An ex quo nunc poſt *Ordin. Cap. Rom.* 1601. non poſſunt fieri mutationes vocalium infra bimeſtre ante vacantiam Prioratus, aſſignationes præfatæ collocantes vocales vbi eligere debent, notificari debeant Conuentui ante bimeſtre, licet in ea *Ordin. Cap. Rom.* 1589. ſolùm dicatur, quòd notificentur ante menſem. *Caſtell. cap. 5. num. 38. & Fontana tit. de electione Prioris Prouincialis num. 18. & 56.* affirmant, & verbum illud *Ordin. Cap. Romani* 1589. *ante menſem Fontana* explicat, dicens *hoc eſt ante duos menſes*. Verùm ſi loquamur de hac extenſione in vi illius *Ordin. Cap. Rom.* 1589. dicendum eſt ſufficere, vt huiuſmodi aſſignationes notificentur ante menſem extenſio enim facta de anno 1601. fuit ſolùm, vt aſſignatio debeat fieri ante duos menſes non verò vt ante duos menſes debeat notificari. Sed nihilominùs notificatio huiuſmodi aſſignationum collocantium vocales de nouo, vbi eligere debent, neceſſe eſt vt fiat ante duos menſes ex vi *Ordin. Cap. Pariſ.* 1611. de qua dico *num. ſequenti*. Debet enim aſſignatus eſſe conuentualis ante illud bimeſtre, & realiter inſeruire cõuentui. Non eſt verò Cõuentualis niſi ad minus eius aſſignatio conſtet Cõuentui. Et ex hoc ad reſpondetur dubiũ, quod proponebatur ſupra *n. 59.* in caſu in quo aſſignatio vocalis de conuentu in quo imminet electio, ad Conuentum in quo ſimiliter electio imminet fuerit ante bimeſtre notificata conuentui à quo vocalis remouetur, ſed non fuit notificata conuentui ad quem vocalis fuit aſſignatus; quantum enim ſit ex vi *Ordin. Cap. Rom.* 1589. talis vocalis non eſt excludendus à voce in Conuentu ad quem eſt aſſignatus, quia ex quo aſſignatio fuit in tempore debito notificata Conuentui à quo vocalis fuit remotus, ceſſat fraudis ſuſpicio, & finis illius ordinationis, ſed ſpectata *Ordinat. Cap. Pariſ.* 1611. talis vocalis nullibi habet vocem, ſi ex negligentia eius fuit, quod Conuentui illi per debitum bimeſtre non inſeruierit. Vel ſi in hoc non fuit culpabilis, non eſt excludendus à voce, ratione dicta, quia cum aſſignatio ſua ante bimeſtre fuerit notificata Conuentui à quo remotus fuit, ceſſat omnis ſuſpicio doli, & finis illius ordinationis, vnde ad illum caſum, lex non extenditur.

64 Extenditur enim vlteriùs dictum ſtatutum (& hæc eſt quarta conditio harum aſſignationum) vt non ſolùm vocalis debeat eſſe aſſignatus in Cõuentu electionis per bimeſtre ante vacantiam Prioratus, ſed per illud bimeſtre debet bona fide inſeruire Conuentui illi, ſicut ordinatum fuit *Pariſ.* 1611. & habetur in *gloſſ. d. 2. q. 2. Lit. Q. Vrceanus p. 3. c. 6. Caſtell. c. 3. n. 12. & c. 5. n. 38. Camill. cap. 1. n. 10. Donat. tract. 4. q. 39. num. 8.*

65 Sed nunquid eſt neceſſarium, vt vocalis iſte corporaliter ſit præſens in Conuentu, in quo inſtat electio per illud bimeſtre ante vacantiam Prioratus? Videtur enim quòd hoc ſit neceſſarium, quia ordinatio illa ſic loquitur, *& in eodem Conuentu ſaltem per duos menſes realiter, & bona fide Conuentui inſeruientes ante electionem Prioris permanſerint.* Non verò permanet in Conuentu, vt inſeruiens Conuentui, qui non eſt præſens in Conuentu. *Caſtell. d. cap. 5. in princ.* cui conſentit *Camill. in direct. p. 1. c. 9. num. 4.* videtur exigere, vt vocalis per multos dies perſonaliter inſeruierit Conuentui, poſſe verò poſteà de licentia, vel ob negotia Conuentus, vel occaſione prædicationis recedere. Cenſetur enim inſeruire Conuentui, dum ſeruit Religioni. Nihilominùs dicitur, quòd non eſt neceſſaria corporalis præſentia, & ſeruitus, ſed intimata debito tempore (ſcilicet ante bimeſtre præſatum) aſſignatione ei Conuentui, in quo vocalis eſt de nouo aſſignatus, ſi ex quacumque rationabili cauſa, & de licentia Superiorum expreſſa, vel præſumpta, talis maneat extra illum Conuentum, habet in eo vocẽ, ſi tempore electionis accedat. Et hæc eſt ordinis praxis, quæ eſt optima legum interpres. *cap. cum dilectus de conſuetudine. Rota deciſ. 642. num. 15. p. 1. recent.* nec repugnat *Caſtell. qui eodem numero* approbat conſuetudinem Prouinciæ Lombardiæ, in qua in anno intermedio per publicũ edictum Prouinciæ notificatum aſſignantur Prædicatores per annum, qui licèt non eant ad ſuos Conuentus, niſi poſt Paſcha, tempore electionis admittuntur ad vocem habendam. Et ratio eſt, quia in monaſterio viuere, & inſeruire cenſetur, qui extra non eſt, niſi de licentia Superioris ex cauſa rationabili, & qui ſeruit Religioni ſeruit Conuentui. *Et Cap. illud Pariſ.* voluit tollere dolum & fraudes, quæ poſſent contingere ex eo, quòd aliquis aſſignatus poſt legitimum tempus fingeret ſe competenti tempore aſſignatum, & Conuentum deciperet. Quod periculum tollitur ſi intimetur aſſignatio Prælato, & Conuentui, ante illud bimeſtre, & aſſignatus non niſi de licentia Superioris manens extra Conuentum ſolùm tempore electionis ad eundem Conuentum, ea.

66 Extenditur ampliùs, vt ordinatio iſta ſeruari debeat etiam reſpectu electionis Sociorum Priorum pro Capitulo Prouinciali, vt ſcilicet nullus ſit ele-

ctor

Digitized by Google

ctor in electione ſocij, qui per duos menſes ante electionem non fuerit bona fide aſſignatus in Conuentu, in quo ſit electio, & ei bona fide modo ſupradicto inſeruierit *Gloſſ. conſt. d.2. cap.2. lit. Q. ex cap. Generali Pariſ. 1611. Vrceanus p.3. cap.6. Caſtell. cap.5. nu. 78. verſ. conſimiles &c. Camill. cap.1. n.10.* Quòd verò hæc ordinario non extendatur ad alias electiones inde eſt, quia in alijs locum habere non poteſt, cum aliæ electiones non pertineant ad Cõuentuum fratres immediatè, ſed ad Priores, & Socios iam à Conuentibus electos, ſeu etiam Diffinitores, & Prouinciales, per ipſos Priores, & ſocios electos. Sed aliquis forſan hic interrogabit, & cum electio ſociorum nõ habeat tempus determinatum in quàmpluribus Prouincijs, ſed Conuentus, inſtante iam Electione Prouincialis, poſſint ſocium eligere quando voluerint; An ſi electores velint eligere ſocium, poſſint illum eligere contemptis illis, vel illo, qui infra bimeſtre aſſignati ſunt in Conuentu. Et reſpondetur poſſe id facere, quia non tenentur expectare, vt is, qui non habet qualitates requiſitas à iure illas acquirat, vt infra cum de vocandis ad electionem erit ſermo, probabitur. Ideo vocalium maiori parte volente eligere ſocium, tenentur alij conuenire ad electionem, non expectatis ijs, qui ante duos menſes nõ fuerunt aſſignati.

67 Sed ad prædictorum profundiorẽ notitiã, aliud dubium occurrit diſcutiendum. Ponamus enim caſum in quo, ante bimeſtre antecedens tempus electionis Prioris data ſit aſſignatio, per quam vocalis remouetur à Conuentu in quo imminet electio, & collocatur in Conuento in quo pari modo electio imminet, & hæc aſſignatio legitimo tempore notificata fuerit vtrique Conuentui, ſed aſsignato abſenti non innotuerit, niſi in tempore tali in quo non poteſt accedere ad Conuẽtum in quo fuit collocatus vel vt inſeruiat illi per duos menſes ante tempus electionis, vel quod magis eſt, vt adſit electioni, & eligat. In hoc, inquam caſu, valet ne remotio eius à priori Conuentu, quantum ad excluſionem vocis? ſi enim excluditur à voce in eo Conuentu, ſequitur, quòd ille vocalis ſine ſua culpa ſit priuatus voce, cum nec vocem habere poſſit in Conuentu ad quem fuit aſſignatus. Reſpondetur autem hunc caſum diuidi debere in duplicẽ. Nam ex quo aſſignatio non eſt notificata aſſignato, ipſe à duobus poteſt eſſe impeditus, ſcilicet primò ne poſſit inſeruire Conuentui ad quem fuit aſſignatus per bimeſtre debitum, & ſecundò ne poſſit in eo Conuento adeſſe tempore electionis. In primo autem caſu dicendum eſt, eum non eſſe priuatum voce in Conuentu ad quem fuit aſſignatus ex quo non inſeruierit Conuentui illi per debitum bimeſtre, ſi abſque ſua culpa illi non innotuit aſſignatio, vel abſolutè ſi ſua culpa non fuit, quod Conuentui non inſeruierit, huiuſmodi enim leges, quæ ad tollendas fraudes latæ ſunt, non ligant iuſtè impeditos, & ad impoſſibile nemo tenetur. *cap. nemo poteſt, de reg. iuris in ſexto, Surd. deciſ. 289. n.21. Flamin. de reſignat. beneſic. l.11. q.13. nu.8. Bellet. diſq. cleric. p.2. tit. de clerico debitore, §.1. nu.4. Tuſcus lit. I. conc.54. Barboſa Axiom. 118. num.7.* Eſt autẽ impoſſibile, quòd vocalis neſcius ſuæ aſſignationis illi obediat. Et aliàs non eſt præſumptio fraudis, cum aſſignatio debito tempore fuerit data, & publicata vtrique Conuentui, & vlterius ceſſet ſuſpicio fraudis ex parte ſuperioris; qui ſi intendiſſet talem aſsignatum non habere vocem in eo Cõuentu in quo illum collocauit, collocaſſet in alio, vbi nulla immineret electio, quod ad libitum facere potuiſſet.

68 Sed dato ſecundo caſu, vel alio ſimili in quo ſic aſſignatus, verè non poteſt habere vocem in eo conuentu, in quo eſt collocatus, dicitur quod tunc talis vocalis nullibi votum habet. Nec remotio à priori Conuentu facta legitimo tempore eſt inualida, ex eo quòd remotus non poteſt tunc in ea contingentia alibi habere vocem. Nam ad valorem remotionis accidit prorſus, quod remotus alibi ſit eo tempore habiturus votum, cum remotus poſsit collocari in Conuentu in quo tunc nulla imminet electio, immò ſine iniuſtitia poſſit vocalis hoc modo per multos annos, & ſemper impediri ne exercitè votum habeat, quia imminente electione in vno conuentu poteſt legitimo tempore ab eo remoueri, & collocari, vbi electio non imminet, & iterum imminente electione ab hoc remoueri, & collocari in alio, & ſic in infinitum, igitur nec vocalis habet ius vt non remoueatur à conuentu vbi imminet electio, niſi alibi votum habeat, nec remotionis valor ab hoc dependet, quòd remotus debeat tunc alibi habere votum. Vnde talis vocalis, ſiue habeat, ſiue non habeat votum alibi, validè eſt remotus, ſi aliàs remotio eſt iuridica. Quòd ſi accidat, vt iſte ſic remotus, & qui alias de iure debet alibi habere votum impediatur à voce præſtanda, ſi hoc eueniit ſine dolo, & fraude alicuius; non eſt vnde debeat cõqueri, quia nullam iniuſtitiam patitur, ſi verò alicuius dolo, aut fraude fuit impeditus, agat de dolo, & fraude contra illum, ſed non prætendat votum in Conuentu à quo fuit remotus, quia valida fuit remotio. Et dato etiam, quòd hoc eueniſſet ex fraude ſuperioris (quod non præſumitur, vt dictum eſt) vocalis iſte doleat de iniuſtitia ſibi illata, ſed non ad inualidandam remotionem, quæ iniuſta non fuit, cum ſuperior ex iuſtitia non teneretur remouendo vocalem ponere eum vbi tunc haberet votum, ſed ſi eum legitimè remotum impediuit, ne poſſet habere votum in alio conuentu, eſt aliud genus iniuſtitiæ, extraneũ à remotione ab alio Conuentu, & quod illam non vitiat.

69 Extenditur iterum, vt de conſuetudine Prouinciarum Italiæ non poſſunt fieri aſſignationes infra tempus ſeptuageſimæ, niſi in caſibus in Conſtitutione expreſſis, in eo tamen anno, & Prouincia, in qua poſt Paſcha celebratur Capitulum Prouinciale, vnde ordinariè infra illud tempus eliguntur etiam ſocij pro capitulo Prouinciali. *Caſtell. c.5. n.70. & 78.* multa habet pro huius conſuetudinis defenſione, & non diſtinguit, ſed abſolutè aſſerit ex vi huius conſuetudinis, aſſignationes factas poſt ſeptuageſimam eſſe nullas quantùm ad vocem, niſi fiant in aliquo ex caſibus in *Conſtit. expreſſis. Donat.* verò e contra aſſerit *tract. 4. q.41. n.7.* dictum Caſtellini ſibi no placere, quia non ſit ratione ſulcitum, & quia iam per quatuor menſes impedita eſſet iuriſdictio Prouincialium ne poſſent facere aſſignationes. Veritas eſt, quòd nunquam vidi practicatum in Prouincijs Italiæ, quòd in anno intermedio, ſeu quotieſcunque non celebratur Capitulum Prouinciale infra tempus Paſchale, non poſſint fieri, & non fiant validè aſſignationes vocalium, dummodo fiant

ante

ante vacantiam Prioratus per bimeſtre. Et ſæpius vidi huiuſmodi aſſignationes datas nullo contradicente, & obijciente. In anno verò, in quo Capitulum Prouinciale celebratur infra tempus Paſchale, in multis Italiæ Prouincijs hæc adeſt conſuetudo, vt ſi fiant aſſignationes poſt ſeptuageſimam, habeantur vt nullæ, quantùm ad vocem habendam in electione ſociorum pro Capitulo Prouinciali, aut Priorum. Qualiter verò introducta fuerit hæc conſuetudo eſt incertum. Et in Conſtit. non habet fundamentum, quia ex illarum vi ſufficit, quòd nouæ aſſignationes vocalium fiant intra bimeſtre, vel ante vacantiam Prioratus, vel ante ſocij electionem. Et ampliùs hoc ſolùm à tempore Clementis VIII. eſt introductum. Vbi igitur eſt hæc conſuetudo, ſeruanda eſt.

70 Extenditur quoque, vt adeo verum ſit, quòd ex vi aſſignationis nouæ factæ intra bimeſtre à vacatione Prioratus vocales non habeant vocem actiuam in electione Prioris, vt ſi contingat in eo conuentu eligi aliquem in Priorem, & illum confirmari, & per aliquod tempus fungi officio Prioris, & in eo tempore in eo Conuentu plures Fratres aſsignari aut ab eo remoueri, ſi contingat prout ſæpiùs contingit electionem illam, & confirmationem caſſari, & nullam declarari, electio noui Prioris nullo modo pertineat ad vocales de nouo aſſignatos poſt illam electionem, & confirmationem, ſed ad priores, qui in eo conuentu aſſignati erant per bimeſtre ante vacantiam Prioratus; quia per totum illud tẽpus verè vacabat officium Prioris, & inſtabat Prioris electio, & in eo non potuit fieri noua aſsignatio, vel remotio vocalium. Et tempus inſtantiæ electionis Prioris durat vſquequò aliquis Prior fuerit legitimè, & validè electus, & confirmatus. *Caſtell. c. 5. n. 74*

71 Vlteriùs autem alius caſus datur, in quo electores vi nouæ aſsignationis non habent validum ſuffragium in eo Conuentu, in quo ſunt aſsignati, nimirum ſi eo anno alium elegerunt. Vnde eodem anno non poteſt idem eligere, vel duos Priores, vel duos ſocios pro Capitulo Prouinciali: *Gloſſ. conſtit. d. 2. c. 2. §. 7. L. Q. v. Item declaramus, L. primo Caſtell. cap. 5. n. 79. Donat. tract. 4. q. 4. n. 1.* Quod dictum deſumptum eſt ex *cap. Generali Pariſ. 1611. & Vliſipon.* 1618. *Fontan. v. electio Prioris n. 10.*

72 Et hoc intelligendum eſſe de anno naturali tradunt bene ijdem *Caſtel. & Donatus*, & fuit declaratum in cap. Generali *Romæ* 1629. ſi loquamur de Prouincijs in quibus Priores durant per triẽnium naturale, ſed vbi Priores durant per biennium Eccleſiaſticum, de anno Eccleſiaſtico intelligitur, quod idem eodem anno non poſſit bis eligere, vt fuit declaratum *Valentiæ* 1647. *Font. v. electio Prioris n. 12.* Excipiuntur tamen Regentes ſtudiorum, lectores; magiſtri ſtudentium, & ſuppriores, qui ſi habeant alia requiſita poſſunt bis, vel pluries in eodem anno eligere *Gloſ. conſt. ibid.* vbi quòd hæc exceptio non valet de lectoribus caſuum Conſcientiæ. *Caſtell. d. n. 79. Donatus ibidem n. 2. qui etiam bene n. 3. & 4.* aduertit per hanc exceptionem non derogari ordinationi *Cap. Rom.* 1601. ex mandato Clemẽtis VIII. factæ. Vnde ſi contingat ſuppriorem de nouo inſtitui non habebit de iure communi vocem in electione, niſi per duos menſes ante vacantiam Prioratus, aut electionem ſocij fuerit bona fide inſtitutus *Caſtell. d. cap. 5. n. 88.*

73 Quæri quoque poſſet; An vocalis, qui in vno Conuentu, cum poſſet interuenire electioni, & dare votum ſuum, renunciauit voci ſuæ, poſsit ex vi nouæ aſſignationis eodem anno in alio conuentu eligere? *Caſtellin. cap. 5. n. 40.* in caſu quodam ſingulari à ſe propoſito hunc talem renunciantem voci ſuæ excludit ab electione habenda in alio conuentu ratione fraudis, ſed hodie non eſt in hac queſtione difficultas. Quia in Capitulo Generali Romano 1656. declaratum eſt, eum non poſſe ex vi nouæ aſſignationis eodem anno eligere, qui in eo Conuentu in quo priùs erat, cum eſſet vocalis, & poſſet intereſſe electioni renunciauit voci ſuæ.

74 Aduertit verò idem *Caſtell. cap. 5. nu. 81.* quòd in Prouincijs Lombardiæ, & Romana ex ordinatione decima Card. Alex. excipitur ſolus ſupprior, qui in eodem anno poſſit in diuerſis Conuentibus, & ex vi nouæ aſsignationis pluries eligere, vnde in illis Prouincijs, nec Regentes, nec lectores, nec magiſtri ſtudentium id præſtare poſſunt. Et non ſuffragatur eis ordinatio præfecti *Cap. Vlyſſipponen.* 1618. pro vt etiam declarauit Generalis Siccus, & quæ declaratio habet fundamentum in iure communi; quia ſtatuto ſpeciali Card. Alex. pro illis Prouincijs non fuit derogatum per ordinationem generaliter factam in illo Capitulo Vlyſſipponen. cum in illa nulla fiat mentio de reuocatione dicti ſtatuti, nec per clauſulas ſpeciales, nec per clauſulas generales, iuxta *l. fin. C. de teſtam. & iuxta tradita ab Abbat. conſ. 77. 2. par. Bald. conſ. 201. vol. 1. & conſ. 59. num. 4. ibidem, & Gloſs. cap. fin. de conſuetudine ver. vili, & Doctores communiter in l. omnes populi, ff. de iur. iurand.*

75 Hæc quidem dicta ſunt in ordine ad electionem Prioris Conuentualis, vel ſocij pro Prouinciali Capitulo; in ordine verò ad electionem Prouincialis, vel aliarum electionum, quæ fiunt in Capitulo Prouinciali, hoc primò aduertendum, quòd inſtantia harum electionum non incipit, niſi à die notitiæ carentiæ Prouincialis, vnde antecedenter ad hanc notitiam non ſunt prohibitæ mutationes fratrum. Supra enim ſatis eſt probatum ex *Conſtit. d. 2. cap. 3. §. 7.* electionem Prioris Prouincialis nõ inſtare, niſi Prouincia carente Prouinciali abſente vel præſente, ideò ibidem *gloſſ. l. G.* declarat non poſſe fieri mutationes fratrum à die carentiæ *Pro*uincialis. Ex quo ſequitur, quòd ſi contingat Prouinciam carere Prouinciali, & per aliquod tempus hanc carentiam non innoteſcere in Prouincia, per id tempus non ſunt prohibitæ mutationes, quia inſtantia electionis futuri Prouincialis non incipit niſi à notitia carentiæ Prouincialis prioris, *vt explicat ibidem gloſsa.*

76 Inſtante verò hac Prouincialis electione in *Conſtit. d. 2. c. 3. §. 7.* ſolùm prohibentur fieri abſolutiones Priorum. In *Gloſs. tamen ibid. l. G.* prohibentur etiam fieri mutationes fratrum, & vocum priuationes. Quod teſte *Camill. in direct. elect. c. 1. num. 10.* fuerat ordinatum *Pariſ.* 1286. *& Argent* 1296. *Vrceanus p. 3. c. 18. Caſtell. cap. 5. nu. 54.*

77 Ratio autem iſtius ordinationis eſt, quia electio noui Prouincialis, ne dum dependet à Prioribus Conuentualibus, ſed etiam à ſocijs, ſiue electoribus, qui à quocunque Conuentu eliguntur. Ideo ſi cõtingeret horum ſociorum electionem fieri per vim, & cogi, & non eſſe liberam ex conſequenti nec li-

bera

Digitized by Google

bera eſſet electio Prouincialis. Vt igitur conſultum ſit libertati electionis horum ſociorum, inſtāte iam electione Pronincialis non poſſunt fieti mutationes vocalium. Et aduertit. *Caſtell. quòd de anno 1616.* Cum in Prouincia Lombardiæ vacante Prouincialatu factæ fuiſſent multæ vocalium mutationes, ad inſtantiam Prioris Bononienſis, qui in vi Breui Pauli Tertij eſt Prouinciæ Vicarius, Paulus Quintus ratas habuit, & confirmauit omues aſſignationes ſactas vſque ad diem 4. Februarij anni .; .

78 Quòd vero Coloniæ 1301. ordin. 3. vt refert *Foutan.verb.electio nu.39.* diſtrictiùs inhibitum ſit, ne fratres de ſuis mutentur Conuentibus imminēte Prouinciali Capitulo, ſiue electione aliqua facienda, niſi vrgens, & rationabilis cauſa ſubſit. Non eſt decretum irritans aſſignationes, nec eſt abſoluta illarum prohibitio, ſed ſolùm prohibentur fieri ſine cauſa vrgente. Vnde hæc otdinatio nihil continet ſpeciale præter prædicta.

79 Cum verò nunc terminus officij *P*rouincialatus ſit certus, Romæ 1629. admoniti ſunt Prouinciales, immò, & eiſdem præceptum fuit, ne poſtremo ſui officij anno, & præſertim infra tres menſes ante finem, abſque vrgentiſſima neceſſitate Priores à ſuis officijs abſoluant, vel fratrum mutationes faciant, præterquam in caſibus in noſtris conſtitutionibus expreſsis. *Camill. d.cap.1.nu.12.* Sed hæc ordinatio non continet nullitatem mutationum, & nedū permittit fieri mutationes in caſibus expreſſis in Conſtitutione, ſed etiam ex alia vrgentiſſima cauſa. Nec video illam in ordine practicari, quia immo Prouinciales vocalium mutationes etiam tunc faciunt, cum ſunt in fine ſui officij, & præcipuè circa tempus Septuageſimæ, cum (vbi adeſt conſuetudo) poſt Septuageſimam mutationes vocalium validè fieri non poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Qui caſus excepti ſint in Conſtit. vt valeat aſſignatio inſtante electione. num.80.*

2 *Per ordin.Cap.Rom.1601. immutata non eſt Conſtit.d.2.c.16.§.4. num.80.*

3 *Capitulum Generale non poteſt mutare Conſtitutiones. num.80.*

4 *Ordinatio cap.Rom.1601. non eſt alterius generis quàm ordinationes aliæ. num.80.*

5 *Princeps committens inferiori. vt aliquid præcipiat, quod eſt in poteſtate inferioris facere, cenſetur ſolùm inferioris poteſtatem excitare. num.80.*

6 *Lectores inſtante electione poſſunt aſsignari. n.81.*

7 *Hoc intelligitur de lectoribus primarijs, vbi ſunt plures lectores. num.81.*

8 *Lectores non poſſunt remoueri, niſi ad alium Conuentum mittantur lectores, vel alius in lectorē, illorum loco ponatur: num.81.*

9 *Si huiuſmodi lectorum aſsignationes non ſint ſimulata, non ſunt doloſa. num.81.*

10 *Superiore primaria intentione aſſignante lectorem intuitu electionis, aſsignatio non ob hoc eſt doloſa. num.81.*

11 *Intentio operantis & aſſignantis ad effectum multiplicandi, vel minuendi vota, non vitiat aſſignationem. num.81.*

12 *Inſtante electione poſsunt fieri mutationes occaſione Prioratus. num.81.*

13 *Non tamen occaſione mittendi Suppriorem. nu.83.*

14 *Supprior inſtante electione, non poteſt remoueri. num.83.*

15 *Niſi pro Officio Prioris, aut lectoris, aut cauſa ſcandali. num.83.*

16 *Aut niſi inſtituatur per Capitulum Prouinciale. num.83.*

16 *Inſtante electione, poteſt remoueri vocalis ratione ſcandali. num.84.*

17 *Non habet tamen vocem remotus in alio Conuentu, niſi ſit ibi aſſignatus non inſtante electione. num.84.*

18 *Scandalum debet eſſe proximum. nu. 84.*

19 *Et cui non poſſit aliter prouideri. nu.84.*

20 *Inſtante electione poſſunt fieri mutationes à Capitulo Prouinciali. num.85.*

21 *Non tamen valent aſſignationes, niſi facta à Cap. num.85.*

22 *Inſtante electione, prohibita ſunt noua aſſignationes. num.86.*

23 *Rediens inſtante electione, in vi antiquæ aſſignationis habet vocem. num.86.*

24 *Prior terminato officio rediens ad Conuentum ſuæ aſſignationis antiquæ, habet vocem. nu.87.*

25 *Etiam ſi redeat, quia abſolutus ab officio. n.87.*

26 *Limitant hoc aliqui, niſi abſolutio ſit fraudolenta. num.87.*

27 *Reijcitur limitatio, quia niſi abſolutio ſit limitata, non eſt doloſa. nu.87.*

28 *Electores non habent ius, vt non multiplicentur, vel minuantur vota. ibid. nu.87.*

29 *Limitata eſt facultas Superiorum, non quia ſit illicitum etiam ex intentione multiplicare, vel minuere vota, ſed ad tollendos abuſus, & etiam apparentiam violentiæ. num.87.88.*

30 *Intentio operantis, & aſſignantis ad multiplicanda vota non vitiat aſſignationem. n.87.88.*

31 *Intentio multiplicandi vota, per ſe non eſt iniuſta. num.88.*

32 *Lex humana non præcipit intentionem. num.88.*

33 *Lex humana non datur pro caſibus, qui rarò contingunt. nu.88.*

34 *Prior vndecunque abſolutus, redit ad Conuentum ſuum cum voce nu.88.*

34 *Conſuetudo vt Prior abſolutus redeat ad Conuentum natiuum, reprehenditur ab aliquibus. n.89.*

35 *Conſuetudo eadem defenditur. nu.89. 90.*

36 *Conſuetudo poteſt omnem legem humanam tollere. num.90.*

37 *Conſuetudo poteſt præualere contra ſtatuta Regularium. num.90.*

38 *Conſuetudo præualet etiam contra legem prohibentem ipſam. nu.91.*

39 *Conſtitutio Ordinis Prædicatorum, non reijcit conſuetudines iuſtas ibid. num.91.*

40 *Monet non dari locum conſuetudinibus contra ſe ipſam, quia vt plurimùm iſtæ conſuetudines in initio ſunt abuſus ibid. num.91.*

41 *Apud aliquos conſuetudo tranſgrediendi legem eſt contemptus interpretatiuus, quia loquuntur de conſuetudine non præſcripta. ibid. nu.92.*

42 *Conſuetudo vt Priores redeant ad Conuentum natiuum potuit habere initium ex diſpoſitione Superiorum. num.93.*

Digitized by Google

44 *Statutum, vt Priores redeant ad Conuentum ex quo fuerunt aſſumpti, non multùm conforme Conſtitutioni. num. 93.*
45 *Regula Generalis Conſtit. eſt, vt aſſignati ad officium eo finito redeant ad Conuentum natiuum. num. 93.*
46 *Studentes alienæ Prouinciæ, completo ſtudio redeunt cum voce ad Conuentum ex quo fuerunt miſſi ad ſtudium. num. 94.*
47 *In Prouincia Lombardiæ ſtudentes redeunt ad Conuentum ſuæ affiliationis. num. 94.*
48 *Aſſignati ad officium eo finito, redeunt cum voce ad Conuentum ſuum. num. 95.*
49 *Aſſignati ad officium cenſentur Priores, moderatores & Vicarij. num. 97.*
50 *Supperiores, & lectores non aſſignantur ſolùm ad officium, ſed ſimpliciter ibid.*
51 *Excepta Prouincia Aragoniæ. num. 96.*
52 *Lector Biblicus non eſt moderator. num. 97.*
53 *Lector Biblicus inſtante electione, nec remoueri, nec collocari poteſt. num. 97.*
54 *Moderatores inſtante electione (excepto Regente) an aſſignentur, validè eſt ambiguum. num. 97.*
55 *Aſſignati ad officium, quod vacat, inſtante electione, non habent votum. num. 98.*
56 *Etiam ſi ante inſtantiam electionis fuerint aſſignati. num. 98.*
57 *Niſi officium ſit priuilegiatum, vt officium Regentis. num. 98.*
58 *Et niſi aſſignatio ſit ſimul aſſignatio ſimpliciter: numer. 98.*
59 *In caſu mortis Prioris, aſſignati infra bimeſtre habẽt vocem. num. 99. 100.*
60 *Niſi aſſignatio ſit doloſa notoriè. num. 99. 100.*
61 *In hoc caſu rarò poteſt contingere dolus. ibid.*
62 *Tunc eſſe poterit dolus, cum tempore datæ aſſignationis certum ſit Prouinciali, Priorem moriturum infra bimeſtre. ibid.*
63 *Diſcrimen inter verba Cap. Veneti 1192. & Gloſſam conſtit. num. 100.*
64 *Vbi Prior abſoluitur ante tempus, faciliùs poſſunt eſſe doloſæ aſſignationes factæ intra bimeſtre vacationis Prioratus. num. 101.*
65 *Hic caſus non excipitur in Conſtit. num. 101.*
66 *Aſſignationes datæ à Generali neſciente vacantiã ſuus validæ. num. 101.*
67 *Supprior in caſu mortis Prioris poteſt mitti. numer. 102.*
68 *In caſu amotionis Prioris poteſt etiam mitti, ſed hoc eſt ſpeciale. num. 102.*
69 *Si Prouincialis acceperit renunciationem ad trimeſtre, & ante bimeſtre mutationes faciat in Conuentu, validæ ſunt. num. 102.*
70 *Si aliquis inſtante electione, obtineat qualitatem quam non habebat neceſſariam ad eligendum, debet admitti. num. 104.*
71 *Vt ſi compleat ætatem, vel ordinetur ordine ſacro. ibid.*
72 *Electores non tenentur tamen illum expectarè ibid.*
73 *Etiam ſi ex diſpenſatione quis ordinetur ordine ſacro, debet admitti ibid.*
74 *In ordine Prædicatorum Vicarius miſſus ad dirigendam electionem habet vocem. num. 106.*
75 *Qui vtitur iure ſuo, non eſt doloſus. num. 106.*
76 *Superior abſtinens à vi, & ab eo, quod eſt lege prohibitum, non debet dici doloſè facere mutationes, etiam ſi aliàs ex peſſima intentione operetur. num. 106.*

80 QVæritur quarto, qui ſint caſu quibus in ordine Prædicatorum inſtante electione poteſt, vel augeri, vel minui, numerus electorum per aſſignationes, & priuationes vocum. Huiuſmodi caſus ponit *Conſtit. diſt. 2. c. 16. §. 4.* Ibi. *niſi pro officio lectoratus, vel Prioratus, vel pro graui ſcandalo euitando, vel niſi in Prouinciali Capitulo, vel in loco ipſius Prouincialis Capituli, ſicut in aliquibus Prouincijs eſt conſuetum.* Ex vi igitur iſtius *Conſtit. in quatuor* iſtis caſibus poſſunt fieri mutationes fratrũ inſtante electione. Nam aliàs priuationes vocum fieri poſſunt in omnibus caſibus cõtentis in *cap.* de grauiori culpa, vt decernit ibidem *Conſtit.* & ſupra eſt explicatum, nec in hac parte, aliquid immuratum eſt per ordinat. *Cap. Rom.* 1601. factam de mandato Clementis VIII. Capitulũ enim Generale non poteſt reuocare, & annullare Conſtitutiones, niſi id fiat per tria Capitula Generalia immediatè ſequentia, quorum primum per modum inchoationis fiat vel per Capitulum Generaliſſimũ, vt habetur ex Prologo *Conſt. text. 7. & Gloſſ. ibid. L. P.* Nec præſumi debet Clem. VIII. voluiſſe derogare *Cõſtit.* cũ id expreſsè non faciat. Immò cũ illa ordinatio non ſit Papæ, ſed Papa, mandato ſuo tunc excitauerit iuriſdictionem ordinariam Capituli Generalis, illa ordinatio nõ eſt alterius rationis ab alijs ordinationibus capitulorum Generalium. Quando enim Princeps, vel Superior mandat habenti facultatem, & iuriſdictionem ordinariam, vt aliquid præcipiat, cenſetur ſolùm excitare auctoritatem ſui inferioris vt præcipiat, & ſtatuat, aliquid fieri, non verò cenſetur ipſe præcipere. *Capite licet de offic. ordin. & ex Iaſ. Cened. & Menoch. Barboſa clauſula* 12. *numer.* 2. Et ideo quòd in prædictis caſibus poſſint fieri mutationes vocalium inſtante electione, probat praxis totius Ordinis, quæ eſt optima legum interpres, *cap. cum dilectus, de conſuetudine*, & tenent *Vrceanus p. 3. cap. 6. Caſtell. c. 5. num. 38. Camill. in direct. elect. c. 1. num. 10. & cap. 5. num. 4. Donat. tract. 4. q. 39. n. 10.*

81 Primò igitur lectores aſſignari poſſunt in Conuẽtibus inſtante Prioris, vel ſocij electione. *Vrceanus par. 3. c. 6. Caſtellin. c. 5. n. 38. Camill. cap. 1. n. 10. & cap. 5. n. 4. Donat. tract. 4. quæſt. 39. n. 10.* Fuit autem vſque modò dubium, an hoc ſit verum de omnibus lectoribus, an verò vbi ſunt plures lectores, de ſolis primis lectoribus, & ſic ſolùm de illis lectoribus, qui dicuntur lectores Conuentuum? Multi enim vniuerſaliter de omnibus lectoribus arbitrabantur, poſſe inſtãte electione fieri lectorum aſſignationes; *Caſtell.* autem citatus id limitauit ad ſolos lectores primos, vbi ſunt plures lectores. Et ità modò declaratũ eſt Romæ in Capitulo Generali 1656. Cum verò dicitur, poſſe fieri aſſignationes pro officio lectoris, hoc non intelligitur de remotione naturali, & pura, quia remouere lectorem à Conuentu, non eſt aſſignare pro officio lectoris, niſi vel qui remouetur aſſignetur pro officio lectoris in alio cõuentu, vel in locum remoti aſſignetur alius lector. Tunc enim inſtitutio vnius per accidens eſt deſtitutio alterius *Camill.* autem *in direct. p. p. c. 5. n. 4. &*

Caſtell. limitat, dicens aſsignationem non valere ſi in ea interueniat frana. Sed non video quæ fraus poſſit hic interuenire, ſi aliàs aſsignatio pro officio lectoris non ſit ſimulata. Eſtò enim ſuperior faciat illam primaria intentione ad multiplicandum vota, vel diminuenda, hæc intentio extrinſeca non facit, quòd aſſignatio ipſa ſit iniuſta, ſed ſuperior vtitur iure ſuo, quod verò hoc faciat recta, vel non recta intentione, non reddit actionem ipſam iniuſtam, & nullam ex obiecto, & ſpecie.

82 Secundus caſus, in quo inſtante electione poſſunt fieri aſſignationes eſt pro officio Prioratus. Poteſt enim ex Conuentu in quo inſtat electio aſſumi vocalis, vt ſit Prior alterius Conuentus. *Vrceanus, Caſtell. Camill. & Donatus citati.*

83 Vſque modò autem fuit dubium, an poſſit infra bimeſtre aſſignari Supprior, ex eò quia aſſerebarut eſſe conſuetudinem aliquarum Prouinciarum, vt poſſent aſsignari Suppriores etiam inſtante electione, quam conſuetudinem reprehendunt *Caſtell. de elect.* c. 5. *n.* 89. *& Camill. p. p. cap.* 5. *n.* 4. Sed modò res eſt clara. Quia in *cap. Roman.* 1656. ablata omni conſuetudine in contrarium, ſtatutum fuit, vt ſi Supprior aſſignetur infra bimeſtre ante vacantiã Prioratus non habet vocem in electione. Et ſimul ſancitum fuit, ne Supprior infra idem bimeſtre, vel inſtante electione poſsit remoueri, aut caſſari, niſi fiat Prior, vel lector, vel ratione ſcandali. Et quòd ſi infra illos duos menſes compleat officium ſuum, debeat perſeuerare vſquequo Prior fuerit electus, & confirmatus. In caſu tamen mortis, vel amotionis Prioris permittitur, vt poſsit aſſignari infra bimeſtre vacante prioratu, de qua tamen exceptione dicendum eſt infra. Quãmuis verò in *d. cap.* non excipiatur remotio facta per Capitulum Prouinciale, tamen hæc debet intelligi, cum ponatur in *Conſtit. d.* 2. *cap.* 16. §. 4. & ita etiam pro officio Supprioris validè Capitulum Prouinciale facit aſsignationes, prout paulò infra explicatur.

84 Tertius Caſus eſt ratione ſcandali. Qui caſus diſtingui debet. Nam a Conuentu, in quo inſtat electio poteſt remoueri vocalis ratione ſcandali, etiam inſtante electione, & infra menſem electionis. *Vrceanus, Camill. Donat. locis citatis.* Sed remotus ab vno Conuentu ratione ſcandali, non habet vocem in Conuentu ad quem aſsignatur, niſi ibi per duos mẽſes ante vacantiam Prioratus fuerit bona fide aſſignatus. *Caſtell cap.* 5. *n.* 38. *Camil. n.* 10. Quando verò adſit periculum ſcandali, iudicare ſpectat ad arbitrium Superioris, & ſufficit, quòd de ſcandali periculo conſtet extra iudicialiter, periculum tamen ſcandali debet eſſe proximum, & ſcandalum graue, & cui non poſsit de facili obuiam iri, niſi remouendo vocalem à Conuentu. Non enim debet tolli ab aliquo, quod ſuum eſt ratione ſcandali, ſi aliter de facili ſcandalum tolli poteſt.

85 Quartus caſus eſt, quia in Prouinciali capitulo poſſunt tam intus, quam extra validè aſſignari vocales etiam inſtante electione, & infra tempus electionis. *Vrceanus Caſtell. Camill. Donat.* ſupracitati Hoc tamen explicatur, & limitatur, vt debeat intelligi de aſsignationibus factis, nec ante, nec poſt Capitulum Prouinciale, ſed infra tempus Capituli *Gloſſ. d.* 2. *cap.* 16. *L. D. ex Capit. Generali Brugis* 1369. *& Venet.* 1367. Vnde limitatur hoc ampliùs, vt intelligatur de aſſignationibus factis à Capitulo, nimirum à Præſidente Capituli, & Diffinitoribus, non vero de ijs, quæ factæ fuerint à ſolo Vicario, vel Prouinciali, vel quocunque Capituli Præſidente. Et ſic intelligitur de aſſignationibus Capitularibus, quę regiſtrantur in actis Capituli. *Vrceanus p.* 3. *c.* 6. *Caſtell. cap.* 3. *n.* 11. *& cap.* 5. *n.* 37. *Camil. in direct. elect. cap.* 1. *n.* 8. *& cap.* 5. *n.* 4.

86 Sed præter hos quatuor caſus, quos recenſet Conſtitutio *dicta diſt.* 2. *c.* 16. alij etiam ſunt, qui ex ipſa Conſt. & gloſſis deducuntur. Nam ponderandum eſt illud verbum Conſtit. ibidem *quaſcunque nouas aſſignationes &c. & in Gloſs. d.* 2. *cap.* 2. *L. Q.* nouæ aſſignationes non fiant. Prohibentur ergo fieri nouæ aſſignationes, ſed non inualidantur antiquæ, quarum vis adhuc durat & permanet. Ideo quotieſcunque alibi aſſignatus ad officium terminato officio ex vi Conſtitutionis, & non in vi nouæ aſſignationis redit ad Conuentum, in quo prius erat aſſignatus, habet vocem in illo Conuentu, ad quem redit, etiam ſi redeat inſtante electione, immo etiam ſi redeat poſtquam electores ſemel vel pluries inualidè elegerunt, & adhuc valida inſtat electio facienda. Quoniam iſte non redit, in vi nouæ aſſignationis, ſed in vi antiquæ, ex qua habet legitimum ius ad electionem *Caſtell. cap.* 5. *nu.* 38. *Camill. in direct. p.* 1. *c.* 5. *nu.* 4.

87 Ex hoc enim ſequitur, quòd ſi Priorem contingat terminare officium Prioratus, tunc cum inſtat electio in Conuentu ex quo fuit aſſumptus, & ad quem redit ex vi Cõſtitutionis in *gloſs. d.* 2. c. 2. §. 9. *litt.* X. *in fine*, habet in eo Conuentu vocem etiam ſi redeat eo die, in quo fit electio. *Caſtell. ibid.* vbi benè addit, idẽ dicendum eſſe, ſi Prior deſinat eſſe Prior, vel quia pro culpa abſoluitur, vel quia ceſſit Prioratui, & ideò fuit abſolutus à Prioratu. Semper enim redit ad illum Conuentum prioreṁ in vi antiquæ aſſignationis. Hoc tamen limitant *Caſtell. d. cap.* 5. *num.* 36. *& Camil. d. cap.* 5. *nu.* 4. vt non ſit verum, vbi Prior fraudulenter renunciat Prioratui, vel à Prouinciali dolosè abſoluitur, vt ex hoc multiplicentur vota in Conuentu ad quem prior redit. Sed vt ſupra dicebam, non video quæ fraus, aut iniuſtitia in iſtis caſibus interuenire poſſit, vbi aliàs abſolutio ipſa Prioris non ſit ſimulata ſed vera. Etenim multiplicare vota in Conuentibus, vbi inſtat electio, maximè ſi fiat ante vacantiam prioratus, per ſe nulla eſt iniuſtitia, quia electores huiuſmodi Conuentuum, cum de iure non habeant determinatum numerum, non habent ius adhoc, vt vota non multiplicentur, vel minuantur, & ſi per ſe abſolutè hoc ius haberent, ex nulla cauſa poſſet eorum numerus variari, quia non variaretur ſine iniuſtitia, & non niſi contra ius electorum. Per ſe igitur, & abſolutè non eſt iniuſtum, quòd Superiores multiplicent, vel minuant vota in Conuentibus. Ex iure tamen ſibi conceſſo in multis caſibus iam electores habent ius, vt non multiplicentur vota. Et quidem primò ex iure *Conſtit. d.* 2. *c.* 16. §. 4. habent ius, vt infra mẽſem electionis non varietur eorum numerus, niſi in caſibus in iure expreſſis, & ex Ordinat. Cap. Roman. 1601. habent ius, vt non mutetur eorum numerus, etiam infra bimeſtre. Huiuſmodi verò limitationes facultatis Superiorum factæ ſunt, non quia ſit iniuſtum multiplicare, vel minuere vota, ſed quia Superiores abutebantur ſua facultate, & faciliores

erant

Digitized by Google

erant hac via ad inducendum electores etiam aliàs inuoluntarios ad eligendum quem ipſi volebant. Cum tamen neque abſolutè hoc ſit malum, & iniuſtum, ſed vbi electores ſint diſpoſiti ad eligendũ aliquem, cuius electio non ſit profutura obſeruantiæ, bonum ſit mittere viros prudentes, & zelo ardentes, vel diſcolos remouere, etiam intuitu electionis, vt mala voluntas electorum impediatur. Ad tollendum igitur abuſus, coarctata eſt facultas Superiorum, & ex hoc electores acquiſiuerunt ius contra Superiores, vt non multiplicent, vel minuant vota, non abſolutè, & ſimpliciter, ſed limitatè, & in caſibus expreſſis in iure. At verò in iure prohibitæ ſunt fieri nouæ aſſignationes, non verò prohibitum fuit, ne fratres in vi aſſignationis antiquæ ad ſuos redirent Conuentus.

88 Ideo ſi huiuſmodi fratres redeant ad Conuẽtus ſuæ antiquæ aſſignationis, benè redeunt. Nec obſtat etiam ſi redeant ad hoc, vt multiplicentur vota in electione. Tum quia intentio iſta ſe tenet ex parte operantis, & eſt extrinſeca reditui, ideo non facit, quòd reditus ſit iniuſtus, cum per ſe ex obiecto non ſit iniuſtus, & aliàs ſub lege humana non cadat bona, vel mala intentio operantis, vt cum *D. Th. p. 2. q. 100. art. 9. docent communiter DD.* Cùm ergo hic reditus non ſit contra legem, nec contra Ius electorum aliorum, nihil intereſt, quòd fiat hac vel illa intentione, quantùm ad iniuſtitiã, & valorem, nec ideò fit ſecundùm ſubſtantiam ſuam iniuſtus, & inualidus, quòd ex parte operantis fiat ex fine iniuſto. Tum ſecundo, quia intentio multiplicandi vota per ſe non eſt iniuſta, cum non ſit per ſe iniuſtum, vota multiplicare. Ideo reditus Prioris abſoluti, etiam ſi fiat ad multiplicanda vota non eſt iniuſtus, neque hoc eſt lege humana prohibitum. Tum quia lex humana non attingit intentionem operantis, vt *D. Th. docet ibidem*. Tum quia, cum in ſimilibus caſibus de raro contingere poſſit abuſus, quia nec tam facile eſt, vt aliquis velit renunciare Prioratui, vel permittat ſe abſolui, vt alium priorem eligat, ideo lex, huiuſmodi caſus non reſpexit, ſed nouas aſſignationes prohibuit, in quorum vſu frequentius abuſus contingere poteſt, & quædam veluti ſpecies, & nota coactionis. Prior igitur abſolutus redit cum voce ad Conuẽtum ſuæ aſſignationis. Et aduertendum ex *Conſtit. d. 2. c. 16. §. 4. & ex capit. Bonon. 1564. admonit. 8.* quod cauſa limitandi facultatem ſuperiorum ad non faciendas mutationes vocalium in quocunque tempore, fuit, quia electiones noſtræ maximè liberæ eſſe debent, & omni nota coactionis carere. Quò magis patet, huiuſmodi ſtatuta facta ſolùm ad tollendum abuſus, & ad conſeruandam non ſolùm eam libertatem, quæ ſit neceſſaria ad electionem, & ad quam electores ius habent, ſed ad fouendam maximam libertatem, & tollendam etiam apparentiam coactionis. Quod prudentiſsimè factum fuit, & in caſibus à Iure expreſſis obſeruandum eſt, ſed in præiudicium libertatis Superiorum non, eſt ad alios caſus extendendum.

89 Occaſione tamen huius reditus *Caſtell. quem ſequitur Camillus in direct. elect. cap. 5. num. 4.* reprehendit conſuetudinem quarumdam Prouinciarum, in quibus Priores abſoluto officio redeunt ad ſuum Conuentum originalem, eò quia hæc conſuetudo eſt contra Conſtitutionem loco citato. At verò contra conſtitutiones & ſtatuta Capitulorum Generalium non poteſt dari valida cõſuetudo. Quod probatur ex cõſtitutione in prologo §. 2. *L. C. & §. 8. L. Q.* vbi nedũ reprobantur conſuetudines inductæ, ſed etiam introducendæ. Vbi verò lex ſtatuit, vt contra eam non valeat conſuetudo, tunc lex reſiſtit conſuetudini tam inductæ, quàm inducendæ, vt ex *Suarez l. 7. de legibus c. 7. n. 5.* Secundo. Quia communis ſententia plurium DD. eſt, vt non poſſit dari conſuetudo contra conſtitutiones, ſiuè regulas, quas profitentur regulares, quia immò tenent, quòd tranſgredi leges ex conſuetudine ſit contemptus, vt ex *D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 9. Sylu. v. Religio 1. q. 12. Tabien. q. 4. Valent. 22. d. 10. q. 4. p. 5. Abb. cap. nam concupiſcentiam num. 4. & 5. de conſtit. Felin. ibi nu. 11. Cartuſianus, & Corduba, & alij, quos citat Sanchez. l. 6. in Decal. cap. 4. nu. 17. & ſeqq.* Tertiò nam conſtitutiones, & ſtatuta Capitulorum Generalium ob cõmune bonum inducta ſunt, ideò nulla ratione poſſunt euelli, & abrogari per conſuetudinem in contrarium.

90 Verùm dicitur, nullam eſſe humanam legem, quæ non abrogetur conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta, *cap. fin. de conſuetud.* Et conſuetudinem valere etiam contra ius commune canonicum habetur *cap. cum dilectus de conſuet.* ideo S. Th. *p. 2. q. 97. a. 3.* abſolutè docet, conſuetudinem legem tollere, & abrogare, & hoc idem docent Theologi ibi, & *Soto l. 1. de iuſt. q. 7. a. 3.* Et eſt ſententia communis *DD. in d. cap. fin. & ſummiſtarum v. conſuetudo*. Verum enim eſt, quòd conſuetudo ad hoc, vt legem vincat debet eſſe rationabilis, & per legitimum tempus præſcripta, ſed vbi duas iſtas conditiones habeat, legem abrogat. *Turrecr. cap. ſicut enim diſt. 4. Soto ſupra citatus. Azor. p. 1. l. 5. c. 17. Sayras in claui regia l. 3. cap. 11. Suarez de legibus lib. 7. cap. 18. Tuſcus litt. C. concl. 806. & 814. Barboſ. ad d. cap. final. de conſuetud. nu. 10. Martinez, & alij D. Thomæ diſcipuli ad p. 2. q. 97. a. 3.* Ideo ſicut contra legem canonicam, ità, & multò magis contra conſtitutiones, & ſtatuta regularia, poteſt præualere cõſuetudo.

91 Ad primum autem dici poſſet; Primò, conſuetudinem rationabilem, & per legitimum tẽpus præſcriptam abrogare etiam illam legem, quæ ſe muniuit contra conſuetudinem, & ſanciuit, vt contra ſe ipſam non valeat conſuetudo. Quoniam & hoc decretum, eſt lex humana, contra quam, conſuetudo præualere poteſt. *Nauar. in commen. de ſpolijs §. 14. num. 8. ex Gloſſa in Clem. vlt. de elect. Sotus loco citato. Vaſquez p. 2. diſp. 177. cap. vlt. Gutierez. l. 3. pract. cap. 32. Suarez l. 7. de legib. cap. 19. num. 21.* Sed reſpondetur Secundo. Nullum dari in ordine ſtatutum per quod decernatur, vt conſtitutiones conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta, non vincantur. Nam in Prologo §. 1. *L. C.* admonentur Prælati, vt attẽdant ne abuſus, & conſuetudines præualeant contra conſtitutiones, ſed ex hoc potiùs concluditur, quòd conſuetudo contra conſtitutiones poteſt præualere. Et quia ſæpiùs accidit, vt initium conſuetudinis ſit illicitum, & malum, vt habet *Caiet. p. 2. q. 97. a. 3. ad ſecundùm*. Ideo admonentur Prælati, vt ad huiuſmodi initia attendant, & non permittant introduci cõſuetudines contra conſtitutiones. In §. *autem 8. l. Q.* eſt ſermo de ſpeciali conſuetudine, ſcilicet non recipiẽdi acta Capitulorum Generalium, quæ conſuetudo etiam abrogatur; Et nihilominùs etiam hoc conſuetudi-

tudine vinci poſſet; ſi dari poſſet talis, quæ eſſet rationabilis, & quæ tamen verè nec eſt, nec moraliter rationabilis eſſe poteſt, qnia Capitulum Generale habet ſuper omnes Prouincias anctoritatẽ præcipiendi, & de illis diſponendi, vnde nulla Pronincia rationabiliter poteſt indefinitè, & vniuetſaliter acta Capitulotum reijcere.

92 Ad ſecundum dicitur DD. citatos aſſerẽtes eſſe contemptum interpretatiuũ tranſgredi leges ex conſuetndine, non loqui de conſuetudine legitimè præſcripta, ſed de malo, & priuato, & particulari abuſu tranſgrediendi leges aliàs firmas, & communiter obſernatas. Ideo ex illis DD. non colligitnr, quòd non poſſint leges regularium, conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta abrogari. Quod verò *Nauar. cap. 12. num.* 50. doceat non poſſe introduci conſuetudiuem contra eſſentialia Religionis, id eſt veriſſimnm, quia eſſentialia Religionis ſunt vota, quæ obligant de iute dinino, contra quod non valet conſuetudo *cap. final. de conſuetnd.* Ad tertium dicitur, quòd ſi probar, ptobat nullam legem tolli per conſnetudinem, quia omnis lex iuſta eſt rationabilis, & ad bonum commune ordinata. Quo non obſtaute conſuetndo præualet contra legem, quia lex canonica vidit hoc valde conducere ad bonnm commune, & ideò cenſuit legem conſuetndine abrogari.

93 Igitur in propoſito potuit bene introduci, vt Priores abſoluto officio redirent ad Conuentum originalem, licet detur ſtatutum, vt redeant ad Conuentum, ex quo fuerunt aſſumpti. Præterquàm quòd potuit eſſe, quòd dicta conſuetudo ex Superiorum diſpoſitione habuerit initium. In prouincijs igitur vbi eſt conſuctudo, qnòd Priores, abſoluto ex quacunque cauſa officio, redeant ad ſuum Connentum originalem, conſuetudo ſeruanda eſt, & Priores ſic abſoluti habent vocem in electione, quæ in eorum originali Conuentu inſtat. Immò potiùs poteſt dubitari de valore illius ſtatuti, ordinantis Priorem abſolutum redire debere ad Conuentum aſſignationis ex quo fuit aſſumptus, quod cõtrariari videtut textui *conſtit. d. c. 14. §. 11.* ſtatuenris generaliter, quod aſſignati extra Conuentum cuius ſunt filij ad tempus, nimirum ad exercitium durans certo tempore, completo illo tempore, ex quo ſunt abſoluri ab aſſignatione redeant, & intelligantur aſſignati in Conuentu, cuius ſunt filij, niſi Superior eos alibi aſſignauerit. Conſuetudo igitur, vt Priores abſoluto officio redeant ad Conuentum originalem, ne dum non eſt contra conſtitutiones, ſed illi magis eſt confotmis, quàm ſit ſtatutum illud, quod præcipir vr Priores huiuſmodi redire debeant ad Conuentum ex qno fucrunt aſſumpti.

94 Ex hac eadem cauſa ſtudentes, qui mittuntur extra ſuas Pronincias ad ſtudia generalia, ſtudiorum tempore abſolnto, vel quia facti ſunt lectores, vel quia tanquam ignorantes excluſi, vel quia diſcoli eiecti, redeunt ad Conuentum, ex quo fuerunt miſſi ad ſtudium generale, *gloſſ. conſt. d. 2. c. 14. tex. 2. litt. E. & F. ex Capit. generalibus Perpiniani* 1327. *& Peruſiæ* 1478. *Caſtell. d. cap. 5. nu. 38. Camill. in direct. cap. 5. num.* 4. Quod tamen non eſt verum de ſtudente eiuſdem Prouinciæ, in qua eſt ſtudium generale. Hic enim manet Conuentualis in eo Conuentu, in quo fuit aſſignarus ratione ſtudij, donec per nouam aſſignationem remoueatur. In aliquibus tamen Pronincijs, vt in Prouincia Lombardiæ conſuttudo eſt, vt hniuſmodi ſtudentes abſoluto ſtudio redeãnt ad Conuentum ſuæ affiliationis, quæ conſuetudo, vt conſormis diſpoſitioni textus *Conſt. d. 2. c. 14. §. 11.* obſeruanda eſt.

95 Hoc idem dicendum de alijs extra ſuos Conuentus aſſignatis pro officio duraturo tempore certo, & determinato. Hi autem ex declaratione Capituli Romani 1650. ſunt Prouinciales, Priores, Vicarij locorum, moderatores ſtndiorum, & deputationes Prędicatorum Generalinm. Aſſignationes verò Suppriorum, Lectorum, Syndicorum, Confeſſariorum monialium, & huinſmodi ſunt aſſignationes ſimpliciter, & terminato officio remanent Conuentuales eiuſdem Conuentus, ſed primi, qui dicuntur aſſignati ad officium, abſoluto officio ex quacunqne cauſa illud officium abſoluatur, niſi aſſignentur alibi, redeunt iuxta conſuetudines Prouinciarum ad Conuentum natiuum, vel ad Connentum, ex quo fuerunt aſſumpti. Quamuis ſeruata vi *Conſtit. d. 2. c. 14. §. 11.* ad Conuẽtum cuius ſunt filij redire debeãt.

96 In Pronincia tamen Aragoniæ aſſignationes lectorum, & Suppriorum iuxta conſuetudinem illius Prouinciæ cenſentur aſſignationes ad officium, vnde completo officio non ſunt ampliùs Conuentuales eius Conuentus, in qno officio perfuncti ſunt.

97 Dubium verò eſſe poteſt, qni ſint, & dici debeant moderatores ſtudiorum generalium? Cum enim certum ſit, Regentes, Baccalauteos, & Magiſtros ſtudentium venire ſub hoc nomine moderatorum, dubium eſt de lectore Biblico, an ſit dicendus moderator ſtudij, & oritur dubitatio ex eo, quòd in Conuentu, & ſtudio Bonon. aſſiſtit examini lectorum tanquam examinator ſimul cum alijs moderatoribus. Er ideo in quadam electione Prioris dicti Connentus, cum infra bimeſtre vacantiæ prioratns illius Connentus, lector Biblicus compleſſer officium ſuum, & nonus aduenisset, vterqne prætendit ſe debere habere votum in electione Prioris, antiquus ſcilicet, quia lector Biblicus non ſit moderator, & ideò etiam completo officio remaneat Connentnalis in Conuentu illo, nouus verò è contra, quia ſit moderator credidir illum iam pertinere ad ſuum Conuentum natiuum, & ſibi vocem competere. Sed dicendũ eſt, quòd vbi lector Biblicus nõ eſt Regẽs, ſicuti eſt in ſtudio S. Iacobi *Pariſ.* in quo vnus ex qnatuor Regentibus eſt lector Bibliorum, vel non eſt vnns ex Baccalaureis legentibus pro gradu, & forma magiſterij, per ſe, & de ſe ſpectata ſua inſtitutione facta in *Capit. Valen.* 1647. non eſt ſtudij moderator, nec legit pro gradu, & ſotma magiſterij, ſed lectio Bibliorum ſibi valer ſolùm, ac ſi extra ſtudium generale legeret Theologiam ſpeculatiuam. Et licer in ſtuſtio Bonon. aſſiſtat rxamini ſtudentium formalũ, & lectorum, non tamen dat votum, quod eſt proprium moderatornm, niſi ipſe ex accidenri ſuppleat vices alicnius moderatoris abſentis. Ideo lector Biblicus terminato officio in ſtudio Generali remaner Connentualis in dicto ſtudio donec reuocetur, & habet vocem in electione Prioris illius Connentus. In caſu autem dicto nouus lector Biblicus aduenienſ intra bimeſtre non debuit habere vocem, nedum quia non eſt moderator, ſed quia cum *Capit. Generale Rom.* 1656. declarauerit, quod Lectores, qui validè poſſunt aſsignari infra bimeſtre ſunt lectores primarij, iam non remanet ambiguum an moderatorrs poſſint intra bimeſtre validè aſsignari ex-

ccpto

Digitized by Google

cepto *Regente*; qui eſt primarius Lector, niſi per Capitulum Generale aliud declaretur, & ſtatuatur.

98 Hine verò aliud occurrit aduertendũ circa huiuſmodi aſsignationes ad officium, quia nimirum etiam ſi datæ ſunt, & notificatæ Conuentui ante bimeſtre vacantiæ Prioratus, immò aſsignatus peruenerit ad conuentum ante illud bimeſtre, non tamen *talis* habet vocem in electione proxima, ſi officium *ſuum* incipiat infra illud bimeſtre, vel niſi officium ſit priuilegiatum, vt eſt officium Regentis, quia ſolùm incipit eſſe aſſignatus, cum vacat eius officiũ. Quod tamen non eſt verum in aſsignatione Suppriorum, aut Lectorum, aut aliorum, qui licet videantur aſſignari ad officium, tamen eorum aſsignationes ſunt aſsignationes ſimpliciter. Hi enim cenſentur aſſignati ſtatim ac eorum aſsignatio illis, vel Conuentui eſt notificata, vnde ſi aſsignatio eſt notificata Conuentui ante bimeſtre, ipſi vocem habent in electione, licet infra bimeſtre vacet officium ad quod aſsignantur.

99 Sextus caſus eſt, quando electio inſtat ob mortem Prioris vel ſocij. Tunc enim mortuo iam Priore non poſſunt fieri nouæ aſsignationes, ſed factæ infra bimeſtre ante eius mortem ſuſtinētur *Gloſſ. conſt. d. 2. c. 2. §. 7. L. Q. verſ. Item declaramus el 2. & verſ. Item declaramus el 3. fin. Vrceanus p. 3. c. 6. Caſtell. de elect. c. 4. nu. 11. & cap. 5. n. 38. Camill. in direct. cap. 5. nu. 4. fin.* in caſu tamen in quo Prioris infirmitas longa ſit, & mors eius præconcepta, poterit contingere fraus contra legem præcipientem, ne fiant aſsignationes infra bimeſtre ante vacantiam Prioratus, & ideo vbi notoria ſit fraus, ſic aſsignatus infra bimeſtre ante mortem Prioris, non habebit vocem in electione. *Caſtell. & Camill. citati.* Ad hoc tamen, vt aſsignationes illæ dicantur fraudulentæ, non ſufficit infirmitas longa Prioris, quia nõ ex omni infirmitate poteſt præconcipi, vt abſolutè futura mors Prioris, & vacantia Prioratus, quod tamen eſt neceſſarium ad dolum. Nam aliàs aſsignatio facta ſolùm ex eo, quòd mors Prioris poſſet contingere, non poteſt dici facta contra legem, quæ fundatur in eo, quòd terminus officij Prioris ſit iam certus, & cognitus. Quoniam ex *conſtit.* Iulij II. tempus officij prioratus eſt limitatum & ideo vbi infirmitas Prioris non ſit mortalis, & vbi non conſtet Priorem fuiſſe moriturum certò certitudine morali infra bimeſtre illud, in quo aſsignatio vocalis fuit notificata Conuentui, non eſt vnde declaretur doloſa. Nõ enim à contingenti, & fortuito euentu dependet valor aſsignationis. Nec Prouincialis ex incerto euentu vitæ Prioris eſt priuandus iure ſuo. Nec cenſendus eſt aſſignare contra legem vbi nõ eſt certum, quòd inſtet electio. Quamobrem rariùs poteſt contingere, vt appareat fraus in huiuſmodi aſſignationibus, quia rariùs poteſt conſtare quòd datæ ſint tunc cum poterat certò ſciri, & non ſolùm ſub dubio, futura mors Prioris infra bimeſtre, in quo illæ aſſignationes datæ fuerunt. Aliàs enim in dubio tutior eſt pars poſſidentis, & poſſeſſio ſtat pro Superiore ſuam libertatem poſſidente. Et vlteriùs pluſquàm rariùs poterit euenire, vt aſſignatio non appareat data ex cauſa honeſta, vel alia ab electione.

100 Conſiderandum etiam puto diſcrimen quod eſt inter declarationem Capituli Venet. 1592. cuius verba refert *Font. tit. de elect. Prioris n. 19. & Gloſſ. Conſtit. dſt. 2. cap. 2. §. 7. L. Q. ver. Item declaramus in Capitulo.* Nam verba *d. Capituli ſunt. Excipitur caſus mortis ipſius Prioris, quando nulla fraus præſumi poteſt.* Et ſecundùm iſta verba exceptio iſta non eſt abſoluta, ſed conditionata, ſcilicet, vt quãdo caſus in ſingulari eſt talis vt nulla fraus præſumi poſſit, tunc ſolùm aſſignati infra bimeſtre ante vacantiam Prioratus admitti poſſunt ad ſuffragium. Sed verba gloſſæ ſunt iſta. *Et idem dicitur ſi contingat Priorem mori, iuxta declarationem Venet.* 1592. *quia tunc nulla fraus præſumi poteſt.* Hic verò ſermo eſt abſolutus, ſed non videtur verus, quia vbi infirmitas Prioris ſit cognita Prouinciali & ſine dubio ſit mortalis, bene poteſt contingere, vt Prouincialis augeat per aſsignationes numerum electorum, & hoc modo compellet electores ad eligendum quem ipſe vult eligi, licet oſtendat ſe ad alium finem aſſignationes dare. Et nihilominùs dicitur, quòd ſenſus Gloſſæ eſt, quòd regulariter, & vt plurimùm non poteſt præſumi fraus in hoc caſu. Et quia legiſlatores reſpiciunt quæ regulariter, & vt plurimùm eueniunt, ideo *gloſſ.* illa, quæ non minorem auctoritatem habet quàm illa ordinatio *Cap. Venet.* 1592. immò maiorem, cum ſit inſerta in corp. Conſtit. attendẽs hanc moralem vniuerſalitatem, abſolutè excipit caſum mortis, & rationem reddidit, quia in eo caſu non poteſt præſumi fraus. Et iuxta hanc gloſſam niſi fraus ſit notoria, aſsignatus ante mortem Prioris debet haberi pro legitimo vocali, & admitti ad electionem. Et ita vt nec ſit admittenda exceptio, ſeu oppoſitio fraudis, quia ad lites vitandas, & contentiones hæc Gloſſa iudicauit, quòd caſus mortis non comprehendatur ſub lege prohibente ne fiant aſſignationes inſtante morte Prioris. Quia bono communi magis conducit, vt non attendatur illa fraudis præſumptio, quæ rariùs in hoc caſu haberi poteſt, quàm quòd vocales ex hoc ſumere poſſint litigandi occaſiones, & impugnandi electiones, quod non fit ſine magno boni communis detrimento, vt plurimùm. Et quia ferè impoſsibile eſt, quòd in hoc caſu fraus ſit notoria, abſolutè dicendum eſt, huiuſmodi ſic aſsignatos eſſe admittendos, vt vocales legitimos.

101 Benè contingere poteſt facillimè fraus cõtra legem in caſu abſolutionis Prioris, vel per eius renunciationem, vel per eius caſſationem. Ideò hic caſus non eſt exceptus in *Conſtit.* Et licet Prior abſolutus vi antiquæ abſolutionis redeat cum voce ad Conuentum ſuum, vel natiuum, vel antiquæ aſsignationis, vt probatum eſt ſupra, nullus tamen ex aſſignatis in Conuentu in quo Prior fuit abſolutus à Prioratu infra bimeſtre abſolutionis habet vocem in electione noui Prioris, quia hic caſus non eſt à lege exceptus, ſicut eſt exceptus caſus mortis. Quia tamen Generalis non eſt, qui regulariter abſoluat Priores, vnde nec regulariter eſt conſcius de vacantia Prioratus, ſub hac lege non comprehenditur aſsignatio a Generali neſciente Prioris futuram abſolutionem, data ob alias cauſas ſibi bene viſas, quia nulla fraus in hac parte locum habere poteſt vbi ignoratur, quòd vacantia ſit futura, & Generalis aſsignationes ex altioribus cauſis pendent. Sed vbi ipſe Generalis ſit conſcius vacantiæ Prioratus, nec ipſe validè ſaltem de potentia ordinaria poteſt aſsignare vocales, ità vt vocem habeant, ſi infra bimeſtre ante vacantiam Prioratus ſint aſsignati.

102 Hinc cum ſupra ex *Cap. Rom.* 1656. dictum ſit,

Supprio-

Suppriorem inſtante electione poſſe intra bimeſtre mitti in caſu mortis, vel amotionis Prioris. Hæc eſt exceptio ſpecialis pro ea parte, pro qua admittitur, vt in caſu amotionis Prioris mitti poſsit Supprior. Nam aliàs nullibi hæc exceptio habetur in textu, vel *gloſſ. Conſtit.* vt infra bimeſtre ante amotionem Prioris mitti poſſit ſupprior eum voce in electione futuri Prioris.

103 Sed quid dicendum, ſi Prouincialis acceptet renunciationem Prioris pro trimeſtri futuro, & interim ante bimeſtre multiplicet, vel diminuat vota in eo Conuentu. Reſpondetur ex dictis, quòd ſi mutationes iſtæ fiant ante bimeſtre abſolutionis Prioris, & vacantiæ Prioratus validæ ſunt, quia non ſunt contra legem. Neque ex aliqua extrinſeca intentione aſsignantis ſit, vt comprehendantur ſub lege, quæ prohibet ſolùm fieri aſſignationes infra bimeſtre.

104 Septimus Caſus eſt, ſi contingat aliquem ex aſsignatis in Conuentu inſtante iam electione, conſequi illam qualitatem ob cuius defectũ excludebatur à numero eligentium, vt verb. gratia, ſi compleat ætatem neceſſariam ad id præſtandum, vel infra illud tempus ordinetur in ſubdiaconum, vel ſacerdotem, vbi non ſufficit ad eligendum ordo ſubdiaconatus, ſed requiritur ſacerdotium. *Gloſſ. conſtit. d. 2. c. 2. §. 7. litt. Q. verſ. item declaramus el 3. Gloſſ. in Clement. Vt ijs v. conſtitutus de ætate, & qualitate Panorm. ibi n. 9. Monet. de diſtrib. p. 2. q. 20. n. 6. Lauor. tit. 4. cap. 15. n. 34. Suarez. tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 5. n. 6. Barboſa de iure Eccleſ. l. p. cap. 19. n. 52. Caſtell. c. 8. n. 20. Camill. cap. 5. n. 1. Donat. tract. 4. q. 39. n. 12. Font. v. electio nu. 22. Vbi Caſtell. & Camill.* Benè aſſerunt electores alios non teneri expectare illud tempus in quo ille obtineat qualitatem illam; vt puta ætatem, vel ordinem ſacrũ. Quod priùs docuerant *Gloſſ. Panor. citati. Imol. in d. Clem. Vt ij n. 23. Vitalin. nu. 26. Azor. p. 2. l. 6. c. 14. Lauor. & Barboſ. citati.* Quod vero dictũ eſt, intelligi debet etiam ſi quis ante tempus à iure ſtatutum, ex diſpenſatione fiat ſubdiaconus, vel ſacerdos. Quoniam iura exiſtenti de Collegio, & habenti, vel ordinem ſubdiaconatus, vel ſacerdotij, (vbi hic ordo requiritur,) concedunt ius ſuffragij, ſi nulla alia qualitas deſit, nec reſpiciunt vnde, & quomodo quis fuerit ordinatus, ſed ordinem exigunt.

105 Octauus caſus eſt, quando vel ob magnas diſſenſiones, vel ob ineptitudinem electorum mittitur Vicarius electionis, de quo ſupra ſatis dictum eſt.

106 Vltimò tandem *Caſtell. cap. 4. num. 41.* concludit regulã generalẽ, quod vbi conſtet de dolo, & fraude in præiudicium libertatis electorum, voces eorum, qui hoc modo doloſè aſſignati ſunt, cenſendæ ſunt nullæ. Quæ quidem regula non ſubſiſtit; Nam & ſuppoſitio, quam facit non ſibi conſtat. Eſt enim conſiderandum, quòd qui vtitur iure ſuo, & facit quod ſibi non eſt prohibitum facere, nulli facit iniuriam. Et quòd Superiores ſi agant augendo numerum Collegij iuxta legum præſcriptum, non ſunt in legem, vel in alios electores fraudulenti, & doloſi, etiam ſi aliàs ex hoc intendant fauere electioni vnius, quia & ipſi non parùm intereſſe habent in electionibus Priorum, & nedum eis licet, ſed & ex officio incumbit onus faciendi quod in illis eſt, vt Cõuentibus benè prouideatur. Vnde ſi à vi abſtineant, & ab eo, quod ex lege eis eſt prohibitum, vt dictum fuit ſæpiùs, non inualidè agunt, etiam ſi ex minùs recta, vel potiùs mala, aut peſſima intentione agant, quia ſub his legibus non comprehenditur intentio, & finis interior voluntatis, vt docet *D. Th. p. 2. q. 100. a. 9.* Et ideò attendi debet, an mutationes iſtæ ſint factæ exteriùs ſecundum præſcriptũ legum, Quo exiſtente excluſus manet dolus, & iniuſtitia, & ſi Superior intus malam intentionẽ habeat, Deo reddet rationem, ſed mutatio erit valida, nec ſuffragia erũt nulla ſicut econtra etiam ſi ex rectiſſima intentione, Prouincialis intra bimeſtre præfatum mutationes faciat in caſibus non exceptis, & malè, & nulliter agit, quàmuis agat ſine dolo, & fraude.

S V M M A R I V M.

1 *Remotus per Superiorem iniuſtè, & contra legem à Conuentu in quo eſt electio, ſi alij electores non reiciãt ab electione, nõ eſt caſſanda electio. nu. 107*

2 *Sed ſi electores illum contemnant, electio ad eius inſtantiam eſt caſſanda. ibid.*

3 *Si electus, non euadat electus ex vi voti contra legem multiplicati à Superiore, electio, nec eſt irrita, nec irritanda. num. 108.*

4 *Votum aſsignati in Conuentu electionis contra legem, eſt nullum. ibid.*

5 *Electores procurent ne vocalem excludant, ſed vbi dubium eſſe poteſt de illius valore, illum admittant cum proteſtatione. num. 109.*

106 QVæritur quintò Qualiter mutationes vocalium factæ in Ordine Prædicatorum inſtante electione contra præſcriptum legum dicti Ordinis irritent electionem? DIſtingui debent huiuſmodi mutationes, quia vel fratres vocales aſsignantur in Conuentu electionis, vel ab eo remouentur. In primo enim caſu confertur ius eligendi illud non habenti, & in ſecundo aufertur idem ius ab eo, qui illud habet. In hoc ergo ſecundo caſu loquendo dicitur, quòd huiuſmodi mutationes, & remotiones fratrum vocalium à Conuentibus, in quibus imminet electio, etiam ſi ſint iniuſtæ, & contra præſcriptum legum huius ordinis, nullum præiudicium afferunt electioni, ſi aliàs cœteri electores ex parte eorum non excludunt eum, qui à Superiore eſt ab eo Conuentu remotus, ſed ex ſe parati ſunt illum admittere, & ideo pro quanto eſt debitum, illum etiam vocant ad electionem, & volentem eligere admittunt, ſaltem cum proteſtatione. Ratio eſt, quia quidquid ſit de violentia externa, quam vocalis in hoc caſu patitur ab extrinſeco, ſcilicet à Superiore, idem vocalis non contemnitur ab electoribus, qui aliàs vtuntur iure ſuo, eligendo ſine illo ab eis non contempto. Igitur eorum electio non debet irritari, nec etiam ad inſtantiam vocalis excluſi à ſolo Superiore, quia non paſſus eſt iniuriam ab electoribus, qui aliàs (ſeruata omni forma Canonica) eligentes, validè elegerunt. Sed ſi excluſus à Superiori fuit etiam excluſus, & contemptus ab electoribus, qui illum nec cum proteſtatione admittere voluerunt, vel etiam non vocarunt eum poſſent, & tenerentur; tunc iuxtà inferiùs magis explicanda electio caſſari debet ad ſolam tamen inſtantiam vocalis contempti, qui ſi tempore debito non reclamet cenſetur ratam habere electionem, & ideo electio caſſari non poteſt amplius,

pliùs,

Digitized by Google

pliùs, nec debet *Barboſa l.1.de iure Eccleſiaſt.nu.*113. 114.115. 116.*&* 117.*Lezan. v.electio num.6.Sigiſmund.dub.10.Sà v.electio n.4.Samuel.de elect.tract.1. diſp.2.controu.2.*

108 Sed in alio caſu, in quo iniuſtè augetur numerus vocalium, regulariter loquendo, & per ſe, ſi conſtat electum habuiſſe ſufficientem numerum ſuffragiorum eo vocali vel vocalibus iniuxte adiunctis exceptis, electio nec eſt nulla, nec eſt irritanda ex Regula illa *vtile per inutile non vitiatur*. Sed ſi conſtet electum ex vi voti illius inualidè aſsignati in Conuentu, habuiſſe numerum ſufficientem electorum, electio eſt ipſo iure nulla, & irrita, quia in rei veritate electus non habet ſufficientiam vototum, ſed de his dicendum eſt latiùs infrà.

109 Interim hoc ſummoperè attendere debent vocales, ne excludant aliquem vocalem iniuſtè. Et ſemper vbi ſit dubium an vocalis aſſignatio ſit valida, ſeu an aliquis ſit vocalis legitimus, non debent illum excludere, ſed admittere cum proteſtatione. *Caſtell.cap.5.num.54.Lezana v.elect.num.7.* Hoc enim modo reddunt ſecuram electionem ſuam. Nam aliàs ſi votum illud iudicetur validum, & ſit contemptus, ad eius inſtantiam caſſanda erit electio, quæ non caſſaretur, ſi admiſſus fuiſſet cum proteſtatione.

CAPVT IV.

De electione coacta per vim, & metum.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit vis, & metus. num.1.*
2 *Quod ſit per vim, eſt ſimpliciter inuoluntariū. nu.1.*
3 *Quod ſit per metum, eſt ſimpliciter voluntariū. n.1.*
4 *Coacta voluntas, eſt voluntas. ibid.*
5 *Metus iuſtè, vel iniuſtè incutitur. num.2.*
6 *Electio coacta ex metu iuſtè, incuſſo nec eſt irrita, nec irritanda. num.3.*
7 *Contractus facti per metū, ſunt irriti ex capite iniuria, ſeu iniuſtitia inferentis metum. ibid.*
8 *Cōtractus ex metu iuſtè incuſſo initi ſūt validi. n.3.*
9 *Superior iuſte præcipiens, non vitiat electionem. n.3.*
10 *Excommunicatio iuſta non infert metum cadentem in conſtantem virum. ibid.*
11 *Superior aliquando cogere poteſt electores ad eligendum vnum in genere. num.4.*
12 *Statutum Cap. Generalis, vt non eligant niſi tres Priores ex ſingula natione eſt iuſtum. ibid.*
13 *Metus iuſtè incuſſus, etſi cogat ad vnius electionem ipſam electionem non tollit, nec vitiat. num.5.*
14 *Electio facta per vim, eſt nulla. num.6.*
15 *Electio facta per metum grauem iniuſtè incuſſum, eſt vitiata. num. 7.*
16 *Quis metus cadens in conſtantē virū remiſsiue. n.8.*
17 *Electionem per grauem metum initam, eſſe ipſo iure nullam plures tenent. num. 9.*
18 *Quod ſit ſolum irritanda dicunt alij. num. 10.*
19 *Electio coacta per metū iniuſte incuſſum, non eſt ipſo facto iure naturæ irrita, ſed irritanda ib. & ſeqq.*
20 *Contractus prouenientes ex timore incuſſo ab intrinſeco, vel ab extrinſeco agente non libero non ſunt ipſo iure irriti. num. 11.*
21 *Matrimonium metu graui initum, non eſt iure natura irritum. num. 11.*
22 *Contractus ex metu graui initi ex communi iure non ſunt ipſo facto irriti, ſed irritandi. num.12.*
23 *Non datur ius ſpeciale irritans ipſo facto electionem ex metu graui habitam. num. 13.*
24 *Electio per metū coacta, eſt ſimpliciter volūtaria. ib.*
25 *Pleniſſima libertas non eſt neceſſaria ad eſſentiam, ſed ad perfectionem electionis. ibid.*
26 *Cap. Vbi periculum de electione in 6. explicatur. numer. 13.*
27 *Si tollitur ex affectu, vel timore totaliter libertas, electio eſt irrita, ſed ſi tollitur ſecundum quid, eſt irritanda. ibid.*
28 *A matrimonio ad electionem non valet argumentum, niſi in caſibus in iure expreſſis. num. 14.*
29 *Inter matrimonium, & electionem, plures diſsimilitudines. ibid.*
30 *In pœnalibus non valet argumentum à paritate rationis. num. 14.*
31 *Cap. Ad fidem 23.q.3. exponitur. num. 15.*
32 *Fides coacta, eſt fides. ibid.*
33 *Fides etiam ex Dei timore concepta, eſt bona. ibid.*
34 *Agere ex timore Dei, eſt bonum. ibid.*
35 *Cap. cum Terra de elect. explicatur. num. 16.*
36 *Prohibitus eſt abuſus cogendi electores ad vnum, ſed non eſt ſancitum, vt electio ſic coacta, ſit ipſo iure nulla. ibid.*
37 *Non eò aliquod eſt nullum, quia prohibitum. ibid.*
38 *Doctores citati n.9. explicantur. num. 17.*
39 *Electio Papæ coacta per metum, eſt ipſo iure nulla. numer. 17.*
40 *Electio coacta per abuſum ſecularis poteſtatis, eſt ipſo iure nulla. num. 17.*
41 *Nullum dicitur, quod eſt annullandum, & ſic electio facta per metum dicitur nulla. ibid.*
42 *Electio nec eſt irritanda ex cauſa metus, ſi ſufficiens pars electorum libere elegit. num.18.*
43 *Vnus vel alter, qui eligere coacti ſunt, non poſſunt agere ad irritandam electionem, niſi electores ipſi metum incuſſerint. ibid.*
44 *Quomodo conſtare poſſit, electores in numero ſufficienti elegiſſe liberè, & ſine metu. num. 19.*
45 *Diuerſimode computanda vota, & ſubtrahenda ſi aliquod fuit nullum, quam ſi fuit coactum. nu.19.*
46 *Metus non vitiat electionem, niſi ſit incuſſus ad extorquendum ſuffragium in electione. num.2.*
47 *Hoc aliqui negant. num.21.*
48 *Qui eſt cauſa damni, tenetur ad reſtitutionem, etiam ſi damnum non intendat. ibid.*
49 *Timor ſufficiens ad irritandos contractus, irritat ipſo facto matrimonium, & alios contractus ſimiles. ibid.*
50 *Vbi metus non incutitur ad extorquendum conſenſum contractui, non eſt medium vnicum ad ſecuritatem acquirendam. num.22.*
51 *Ideò contractus tunc libere habetur. ibid.*
52 *Tunc propterea contractus non eſt ipſo iure nullus. num. 23.*
53 *Immo nec irritandus ex ſola ratione inuoluntarij. num. 23.*
54 *Si contrahens ex contractu patitur damnum, habet ius ad agendum pro ſuo intereſſe. num. 23.*
55 *Electio digni habita ex metu non incuſſo ad eam extorquendam, non eſt irritanda eo quod inuoluntaria. num.22.23.*

Digitized by Google

56 *Metus non incuſſus ad extorquendum contractum, ſe habet ad contractum, ſicut metus incuſſus à cauſa naturali, & non libera. num. 22.*

57 *Qui metum iniuſtè, incutit facit iniuriam, & ad aliquam reſtitutionem tenetur. num. 23.*

58 *Non tamen vitiat contractum, ſi non incutit timorem ad illum extorquendum. ibid.*

59 *Accuſatus iniuſtè, qui vt ſe defenderet, vendidit domum, & pretium expendit, habet ius recuperandi pretium, ſed non ad reſcindendum cõtractum venditionis tanquam inuoluntarium. ibid.*

60 *Matrimonium initum ex metu non incuſſo ad extorquendum conſenſum, eſt validum. ibid.*

61 *Ex præſentia Superioris ceſſat metus. num. 24.*

62 *Niſi qui incutit metum, ſit potens incutere metum Superiori. ibid.*

63 *Vel ipſe Superior ſit, qui metum incutit. ibid.*

64 *Metus durat, quantum durat eius cauſa. num. 25.*

65 *Immo, & quantum durant impedimenta illata ab inferente metum. ibid.*

66 *Ceſſante cauſa metus, & impedimentis geſta poſtea excludunt metum. ibid.*

67 *Ex cauſa metus reijci poſſunt ſerutatores. num. 26.*

68 *Metus leuis non irritat electionem. num. 27.*

1 QVæritur primo, qualiter vis, & metus vitient electionem? Diſtinguuntur vis, & metus, vt benè docet *D.Th. p.2. q.6. ar.6. ad ſecundum*. Nam vis excludit totaliter voluntatem, non verò metus. Violentia enim eſt paſſio ab extrinſeco proueniens, nullam vim conferente paſſo, vnde eſt paſſio, quæ fit in re, contra rei inclinationem. Quamobrem id eſt homini violẽtum ſimpliciter, & abſolutè coactum, quod in homine fit ab extrinſeco contra hominis voluntatem. Et quia quantùm ad actus elicitos voluntas non poteſt cogi, vt tradit *D.Th. ibid. n.4.* ſed ſolùm quantùm ad actus imperatos, ideò vis infertur homini, ipſeque abſolutè, & ſimpliciter cogitur, cum ab extrinſeco fit in eo aliquid, quod non vult in eo fieri vel ipſe non vult facere; Sed metus importat timorem mali, & non cogit ſimpliciter, ſed facit, vt homo velit aliquid, quod aliàs non vellet niſi malum timeret. Vnde metus nec ſimpliciter cogit, nec cauſat ſimpliciter, inuoluntarium. Et ideo quod fit per metum, eſt ſimpliciter voluntarium, & ſecundùm quid coactum iuxta *D. Thom. ibid. art. 6.* & habetur *diſt. 15. quæſt. 1. cap. meritò, & 23. q. 4. cap. diſplicet & q. 6. cap. vides, & de baptiſ. cap. maiores. §. Item quæritur, & l. ſi mulier, §. ſi metu 2. ff. de eo, quod vi &c. & l. cum proponas, C. de hæred. inſt. & l. ſi priuatus, ff. qui, & à quibus.* Ex quibus iuribus habetur regula, quod coacta voluntas, eſt voluntas. Quod quidem deſumptũ fuit ex *Ariſt. l.3. Ethic. cap.3. D. Gregor. Niſſ. lib.5. de hom. cap.1. D. Io. Damaſc. lib.2. de fide cap.24. D. Auguſt. Epiſ.98. D. Anſelm. de libro arbitr. c.5.* & tradiderũt. *p.2. q.6. cũ D. Th. a.6 Caiet. Medin. Cõradus. Valentia, Vaſquez, Suarez, Lorca, Aluarez, Martinez, Salas, Curiel. Cornejo, Vuigers, Ildefonſus, Serra,* & reliqui expoſitores, *Durand. in 4. diſt. 29. q.2. ad 2. D. Anton. p.1. tit.4. cap.3. §.4. Viguer cap.3. §.4. verſ.2.* & priùs docuerunt *Gloſſa, & Turrecremata ad d. cap. meritò 15. q.1. gloſ. ad d. cap. maiores, §. Item quæritur, verb. conditionaliter de baptiſ. Couar. 1. par. cap.4. §.1. nu.12. Nauar. in Manual. prælud. 6. num.4. Cordub. lib.1. q.29. ad primum, Sayrus l.2. Theſauri cap.1. num.3. Sanchez lib.4. de matrim. diſput.1. n.5.* Vtroque autem modo electores poſſunt cogi, nimirum ſimpliciter per vim, vt ſi quis contra ſuam voluntatem excludatur à loco Capituli tempore electionis, vel compellatur contra ſuam voluntatem ponere in vrnam ſchedulam; ſed & per metum cõpelli poteſt elector, ſi incutiatur illi timor grauis mali, ſi hunc vel illum non eligat; tunc enim cogitur voluntas omnibus pẽſatis eligere minùs malum, vt maius malum vitet.

2 Sed vlteriùs diſtingui debet. Nam vis, vel metus poteſt incuti, vel inferri iuſtè, & iniuſtè; iuſtè infertur, & ſine iniuria, quando elector ad id, quod poteſt, & debet ſeruare in electione compellitur per comminationem, & inflictionem pænarum ab eo, qui ad hoc habet legitimam autoritatem, & ex præſcripto legum operatur. Infertur verò iniuſte, cum tollitur electoris legitima libertas, & electore exiſtente libero ex lege ad hoc, vel oppoſitum agẽdum, nimirum ad eligendum, & non eligendum, & ad eligendum Petrum vel Paulum, contra ius & legis præſcriptum per timorem cogitur, vt eligat Paulum, Petro relicto.

3 Certum verò eſt, metum, ſi à Superiore iuſtè inferatur, non lædere, ſed fauere electioni, & libertatis rectitudini, ideoque non irritare electionẽ, ſed facere, vt electio talis ſit, qualem eſſe debere, leges præſcribunt. Nam & communis ſententia eſt, contractus, ex metũ iuſtè incuſſo, initos, non eſſe ipſo iure nullos, nec irritandos, ſed validos, & ſuſtinẽdos *l. continet 3. §. ſed vim ff. de eo quod metus cauſa &c. & l. ſi mulier 21. ff. eod. tit.* Nã contractus initi ob metum, ex eo irritantur, quòd infertur iniuria metum paſſo, qua iniuria ablata, contractus cum ſit ſimpliciter voluntarius (quia quod metu fit ſolùm ſecundùm quid eſt inuolutarium) remanet validus, & ex nulla parte inualidus. Ceſſat verò iniuria eius, qui metum patitur, ſi metus iuſtè ei incutitur. Et ità docuerunt *Gloſſ. diſt.5. cap. ad eius v. inuita, & extr. de his, quæ vi. cap. Abbas v. coactus, & ibid. Hoſt. ſuper verb. reuocari. Panorm. nu.7. Imol. nu.3. Præpoſ. in fine. Syluеſ. v. metus q.6. Tabien. ver. coactio nu.8. Roſell. v. metus, nu.2. Ang. nu.10. Nauar. l.3. de ijs, quæ vi &c. conſ.8. num.3. Sanchez l.4. de matrim. diſp.8. nu.8. plures alios referens.* Inde eſt, quòd ſi electori inferatur metus iuſtè, & ſinè illius iniuria, nõ vitiatur electio, quia quod fit metu, ſimpliciter voluntariũ eſt, & liberum, neque incutiens metum ſine iniuſtitia iniuria afficit electorem. Vnde multò magis ſi ſuperior iuſtè procedens, aliquid electori præcipiat ſub pæna excommunicationis, vel alia graui pæna, & elector tenetur obedire. & non per hoc ei vis aliqua infertur. Nam excõmunicatio iuſta non incutit metum cadentem in conſtantem virum, vt ex *Palud. 4. d.29. ar.2. concl.2. n.13. & Soto ead. diſt. q.1. ar.2.* & pluribus alijs docet *Sanchez lib.4. de matrim. diſp.5. nu.17.* & idem eſt dicendum de qualibet iuxta comminatione pænæ, quia talis comminatio medicina eſt, & poteſt comminatus, ſi vult obedire prout poteſt, & debet pænam euadere. Ideò cum ex rationabili cauſa, vt ſupra cap.2. eſt explicatum aliquando poſſint Superiores limitare electionem ad certum genus perſonarum, vbi de facto hæc limitatio legitimè facta ſit, & ſine alicuius iniuria, poſſunt electores ad eam

ſeruan-

Digitized by Google

ſeruandam etiam per metum, & vim compelli à legitimo Superiore. *Panorm.cap.2.nu.13.de his, quæ vi &c.* & iterum *Panorm.de elect.cap.licet nu. 12. & cap.cum terra nu.3.Dec.in d.cap.licet nu.46. Calder. in cap. cum in Iure de elect. Ancar. d. cap. cum terra nu.2.Præpoſ. in cap.cum locum num. 2. de ſponſ.Syluverſ.electio 1. n.26. Tabian. nu.23. Beiax. in direct. elect.par.1.cap.6.Cuccius Inſt.maior.lib.4.tit.de elect. nu.196. Nauar.lib.1.de conſt. conſ.7.* vbi ex profeſſo defendit ſtatutum Capituli Generalis vnius ordinis, per quod ſancitum fuerat, ne eligerentur in Priores plùs quã tres ex vna natione *Sigiſm.de elect. dub. 50.n.3.Caſt.de elect.c.3.n.9.Samuel.tract.2.diſp.1. cõtrou.5. n.6.* Sic enim per Sacros Cannones ad multa ſeruanda in electione cõpelluntur electores ſub comminatione pœnæ nullitatis electionis, vel priuationis vocis, vt patet *cap.quia propter de electione*.

5 Sed videtur, quòd metus etiam ſi iuſtè incutiatur, irritet electionem; ſi enim ex metu elector determinetur ad vnum ſolùm eligendum, tollitur ſubſtantia electionis, de cuius ratione eſt, vt ſit pluriũ eligibilium libera acceptio. Si quis igitur potens iuſtè accuſare electorem minetur ſe illum accuſaturum niſi eligat Paulum, tollit ſubſtantiam electionis, quia coarctat electorem ad vnam certam perſonam, cum de ratione electionis ſit, vt ſit libera determinatio ad vnam perſonam ex pluribus eligibilibus. Sed reſpondetur, & negatur aſſumptum: metus enim libertatem non tollit, ſed quod metu fit, eſt ſimpliciter voluntarium, vnde ex metu elector non neceſſitatur ad vnum. Vnde nec per hoc tollitur electio, nec iniuria afficitur elector, ſed immò incutiens metum electori, ſi non eligat Paulum, dat electori mediũ vnde fugiat malũ, quod ſibi imminet iuſtè, vnde ex nulla parte vitiatur electio qualiter verò in hoc, & alio ſimili caſu poſſit eſſe ſimonia dicitur *cap.7.*

6 Certum ſecundò eſt, vim propriè dictam factam electoribus reddere electionem nullam, & irritam, cum tollat electorum libertatem. Vis enim tollit ſimpliciter voluntarium, cum id dicatur fieri per vim, quod fit voluntate actu nolente, & repugnante *D. Th.p.2.q.6.a.5.cap.cum terra de elect.& cap. vbi periculum eod.tit. in 6.*

7 Certum eſt tertiò metum, qui dicitur cadens in virum conſtantem, electoribus incuſſum iniuſtè, reddere ipſam electionem vitiatam. Quia licet metus non tollat ſimpliciter voluntarium, ſed ea quæ metu aguntur ſint ſolùm ſecundùm quid inuoluntaria. *D.Th.p.2.q.6.a.6.* nihilominùs iura meritò ad electionem requirunt plenitudinem libertatis per nullũ metum grauem iniuſtè incuſſum læſæ. *Gloſſ. in cap. Bonæ el.p.v.metuebant de electione Panorm.ibid. n.11. & cap.licet num.12.& cap.quiſquis num. 5.Alex.conſil.98.num.5.Tabien. v.coactio n.6.Nauar. conſ.5.n.2. de elect.Mirand. p.2.q.23.a.1.Peyr. tom.1.p.1.cap.21. §.8.Caſtelin.cap.4. nu.46.Sanchez.l.4.de matrim. d.1. num.18.Suarez.tom.5.in 3.p.diſp.ſect.3.n.14.Tamburi de iure Abbat.diſp.5.q.22.n.7. Sigiſ. dub. 52. Barboſa lib.de iure eccleſiaſ.cap.19.num.232.& in cap. Bonæ el primo num.3.& 11.de electione. Samuel.tract.2.diſp. 1. controu.5.n.11. Rota in Valliſolet.præminentiarum 29. Martij 1604.p.2.recent.deciſ 65. Alterius de Cenſuris tom.2.de ſuſpenſ.diſp.13.cap.5.*

8 Quis verò ſit metus cadens in conſtantem virum dixi in tractatu de profeſſione abundè, & videri poſſunt de hoc ex profeſſo tractantes, præcipuè *D. Th. 4.d.29.q.2.a.2.Soto lib.7.de iuſt.q.2.a.1. Sylu. v.metus. Tabien. v.coactio, & v.impedimentum Rot. d. 326. & 374. coram Greg. 15. Sigiſmund. dub. 52. Samuel. tract.2. diſp. 1.controu. 6.*

9 Sed hic grauis difficultas, an ſcilicet electio coacta per metum cadentem in conſtantem virum iniuſtè incuſſum, ſit ipſo iure nulla, vel potiùs ſit ſolùm irritanda? Nam talem electionem eſſe ipſo iure nullam, probatur primò, quia electio, quæ deficit in eſſentialibus eſt ipſo iure nulla: at verò electio per metum coacta ad vnum ſolum per metum grauem iniuſtè incuſſum deficit in ſubſtantialibus. Nam eligere eſt vnum ex pluribus voluntariè capere. *D. Th.p.2.q.13.art.1.& 2.*non igitur eſt electio vbi deficit libertas plures eligendi *23.q.5.cap. ad fidem & de elect.in 6.cap.vbi periculum, §. cæterum*, vbi dicitur, quòd ceſſat electio, vbi amittitur libertas eligendi. Vbi ponderandum eſt illud verbum *libertas eligendi.* Requiritur igitur in electione conſenſus liber, vnde ſi adeſt conſenſus ſine qualitate libertatis electio eſt nulla, ſecundò probatur ex *Gloſſ.de elect. cap.bonæ 23.v.metuebant.* Nam ſicut in carnali matrimonio debet eſſe liber conſenſus, aliàs conſenſus eſſet nullus de *ſponſal.cap.cum locum*, ita liber debet eſſe in ſpirituali matrimonio. Cum igitur conſenſus metu extortus non ſit liber, ſequitur quòd electio metu extorta, nec ſit libera nec valida. Et ità hanc partẽ tenẽt *Gloſſ.in c.bonæ 23.de elect.v.metuebant.Panorm.ibid.n.11.& in c.licet 6.n.12.& in c.cum terra 14.& in c.quiſquis 43.n.5.eodẽ titulo, & de his, quæ vi &c.c.Abbas.n.13.Imola in d.c.licet in fine, quem refert, & ſequitur Francus de elect.in 6.cap.vbi periculum §. Præterea num.6.Biar.in direc.p.1.cap.6.n.3. Nauar.l.1.conſ.5.de elect.Tuſc.L.E.concl.62. Mirand. tom.2.q.23.a.1.Peyr.in ſubd. quæſt.1.cap.31. §.8.Caſtellin.de elect.cap.4.num.56.Tambur.de iure Abbat. diſp.5.q.22.nu.7.Sigiſmund.de Bonon.de elect.dub.50. num.4.Rota coram Cæſare de Graſsis dec. 20.num.6. Lauor.tit.de elect.cap.21.num.4. Barboſ.l.1. de iure eccleſ.cap.19.num.232.& cap.bonæ 23.de elect.num.3. Donat.p.3.tract.1.q.9.nu.2. Lezana p.1.cap.15.n.21.* Pro hac eadem ſententia citatur *Rot.in Valliſolet. præ eminentiarum, quæ eſt deciſ.65.p.1.recent.& Sanchez.lib.4.de matrim.diſp.1.num.18.*qui tamen eam non exprimunt, ſed *Rota* dixit electionem requirere ſummam libertatẽ, quod eſt veriſſimũ, & *Sanchez* aſſeruit per metũ vitiari electionẽ, quod etiam eſt certũ, & cum vtroque dicto ſtat, quòd electio coacta per metum non ſit ipſo facto irrita, ſed irritanda.

10 Quæ fuit expreſſa ſententia *Innocentij in c. quod ſicut nu.10.& 11.de elect.& Flo.in cap. licet ad euitanda eodem titulo quem refert Fran.de election.in 6.c. vbi periculum, n.6.fauet.Bald.cap.quiſquis 43.de elect. num.1.* Et poteſt hæc ſententia probari. Nam electio coacta per metum cadentem in conſtantem virum iniuſtè illatum, etiam reſpectu perſonæ certæ, non eſt ipſo facto irrita iure naturali, nec iure poſitiuo, igitur ex nullo iure eſt ipſo facto irrita. Prima pars antecedentis probatur, & demonſtratur, quia quod fit ex metu eſt ſimpliciter liberum; & voluntarium, vt eſt probatum, igitur eſt validum, ſeu, defectu voluntarij non eſt ſui natura, & conditione inualidum. Secundò nam communis ſenſus hominum eſt, quod geſta ex timore proueniente ab intrinſeco, vel ab agente extrinſeco non libero vali-

da ſint, vt ſi quis ad fugiendam infirmitatem contrahat matrimonium, & ad euitandum naufragij periculum voueat peregrinationem. Et nihilominùs geſta per timorem intrinſecum, eodem modo sũt inuoluntaria, ac ſunt geſta per timorem ab homine incuſſum. Vtrobique enim ſic qui agit vult quod agit, quod non vellet niſi timeret, & ex eo vult, quia timet. Igitur geſta per timorem ab extrinſeco incuſſum, non ſunt ipſo iure nulla & irrita, Sed ſufficien ter voluntaria.

11 Quod adeò verũ eſt, vt quàm plurimi DD. bene doceant, quòd nec matrimoniũ metu graui initũ, ſit irritũ iure naturæ. Sic enim *Sotus in 4.d.29.q.1.a.3. colligit ex D.Th.*(quẽ *Sãchez* malè pro oppoſita sẽtẽtia refert) *eadẽ diſt.q.vnic.a.3.q.1.* quoniã ibi *D.Th.* ex eo probat, quòd metus perpetuitati repugnet, quæ eſt de ratione matrimonij, quia contra metum poteſt peti reſtitutio in integrũ igitur ſentit, quòd matrimonium metu initum, non ſit ipſo iure irritum, ſed irritandum, ſi petatur reſtitutio in integrum. Quæ reſtitutio cum ſit debita, meritò per Eccleſiam ſtatutum eſt, quòd matrimonium metu initum ſit nullum, quia conuenit matrimonium eſſe omninò perpetuum. Et ideò, quòd matrimonium metu initum non ſit iure naturæ irritum docuerunt *Durand. in 4.d.29.Palud. ead.diſt.q.1.a.3.concl.2.Sotus eadem diſt.q.1.a.3.verſ.qui ergo hanc opinionem. Ledeſ.2.p.4. q.49.§.preterea multi. Petrus de Ledeſ.q.47.a.3.Sylueſ. v.matrim.8.q.11.verſ.tertium, Armilla v.matrimonium num.41.Tabien.v.impedimentum 9.q.2.nu.3. Sanchez.plures alios referens l.4.de matrim.diſp.14. num.2.Cardin.de Lugo tom.2.de iuſt.diſp.22.num.115.* Verè enim ſemper vrget ratio illa, quòd timor ab intrinſeco, imò & timor ab extrinſeco iuſtè incuſſus, licet inferant inuoluntarium ſecundùm quid, & importent quandam coactionem, tamen quia non tollunt voluntarium ſimpliciter, non irritant conſenſum, & ideo eadem ratione, nec illum ex natura ſua irritat timor ab extrinſeco iniuſtè incuſſus. Quãuis ratione iniuſtitiæ idem conſenſus ſit irritabilis, & ad inſtantiam paſſi metum, irritandus.

12 Secunda autem pars antecedentes aſſumpti ex eo probatur, quod de iure communi, contractus ſeu conſenſus ex metu grauis mali habiti, non ſunt ipſo iure irriti, ſed irritandi. Quod ſatis expreſsè decernitur *cap. Abbas 2.de his, quæ vi, metu &c.* ibi *Quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari & cap. ad audientiam &c. quæ vi metuſue cauſa fiunt carere debent robore firmitatis.* Huiuſmodi enim formæ dicendi important, quod talia geſta ſint infirmanda, & irritanda, non verò, quòd ſint ipſo iure nulla. Et ideò *Gloſſ.ad d.cap. Abbas v. coactus* tradit regulam, quia ſcilicet per metum grauem geſta non ſunt irrita ipſo iure, ſed irritanda. Quod idem tradiderunt *Hoſt.Io.Andr.num.3.Antonin. nu.7.Anchar. num.3.Abbas num.7.Imo a num 3.Angelus v.metus num.7.Syln.verb metus q.8.Tabien.v.coactio q.4.n.5. Armilla num.4.Nauar.in cap accepta de reſtit.ſpol. oppoſ.5.nu.7.Richar.in 4.d.29.a.1.q.2.Palud.4.d.15. q.2.a.5.nu.72.Soto 4 d.29.q.1.a.3.verſ.ad ſecnudum. Petrus de Ledeſma de matrim.q.47.a.3.dub.1.Ludouic.Lopez.2.p.c.40.Sanchez.* quàmplures referens *l.4. de matrim.diſp.8.num.4.Card.de Lugo tom.2.de inſt. diſp.22.ſec.7,num.118.Martinez.p.2.q.6.a.6.dub.2.Ildephonſus ibid.contr.92.nu.205.* Cum enim huiuſmodi contractus non ſint ipſo iure naturali irriti, nec ex iure poſitiuo habeatur, quod ſint tales, immò oppoſitum decernatur, vt ex iuribus citatis patet, *& l.ſi mulier ff.21.§.ſi metu coactus il ſecundo ff. de eo,* quod metus cauſa, *& l.ſi metus cauſa 84 ff.de acquir.hæred.* ſequitur quòd non ſint ipſo iure irriti. Vnde neque irrita dicenda eſt electio ex metu habita, niſi oſtendatur ius ſpeciale decernens illam irritam eſſe.

13 Hoc verò ius ſpeciale non dari probatur, ſoluendo argumenta prioris ſententiæ. Nam ad primum dicitur, quòd ſupponit falſum, ſcilicet, quòd electio coacta per metum non ſit libera, cum ſolum ſit ſecundum quid coacta, & inuoluntaria. Et ſi intendat, quòd ad electionem ſit neceſſaria pleniſſima libertas, dicitur eam eſſe neceſſariam non eſſentialiter, ſed vt electio omninò ſubſiſtat, & non careat robore firmitatis, nec ſit reuocanda, & caſſanda. Nam aliàs ad eſſentiam electionis ſufficit voluntarium mixtum inuoluntario ſecundùm quid, vt cum *D. Th.p.2.q.6.a.6.* docent Theologi, & ad *d.cap. Abbas,* Canoniſtæ. Neque ex *cap.vt periculum de elect.in 6.* habetur oppoſitum, quia ſi textus ille deberet intelligi in ſenſu intento ab argumento, eſſet irrita omnis electio, quæ eſſet ex quocunque timore, immò ex quacumque mala affectione, & voluntate. Hæc enim ſunt verba illius textus. *Cæterum (quia cum arbitrium vel inordinatus captiuat affectus, vel ad certum aliquem obligationis cuiuſque neceſsitas adigit, ceſſat electio cum libertas adimitur eligendi) Cardinales &c.* in quibus verbis aſſeritur, quòd in duplici caſu ceſſat & electio, & libertas eligendi, ſcilicet ſi inordinatus affectus captiuat arbitrium, & ſecundò ſi illum adigit neceſſitas cuiuſque obligationis. Si igitur textus loquitur de ceſſatione electionis eſſentialiter, & ſimpliciter, ſequitur, quòd electio procedens ex inordinato quolibet affectu, vel ex quacunque obligatione & neceſſitate, etiam ſi hæc neceſsitas veniat ex timore intrinſeco vel iuſtè incuſſò, ſit eſſentialiter nulla, quia textus dicit electionem ceſſare, cum arbitrium captiuat inordinatus affectus, vel adigit quæuis obligationis neceſſitas. Debet ergo textus intelligi cum proportione, vt ſcilicet, ſi tales ſint vel affectus vel obligatio, vt tollant ſimpliciter libertatem, tollant etiam ſimpliciter & eſſentialiter electionem. Sed ſi ſint tales vt ſolùm ſecundùm quid tollant libertatem, tollant perfectionem electionis, & faciant vt electio non ſit firma omnino, non verò tollant eſſentialiter electionem. Ideo Pontifex ibi caſſat pactiones, & iuramenta, ſed nõ declarat electionem factam conuentionibus ex, & pactis eſſe ipſo iure nullam.

14 Ad ſecundum dicitur, quòd argumentum à matrimonio carnali ad ſpirituale non valet niſi in caſibus à iure expreſſis. Aliàs enim cum inter ea matrimonia ſint quàm plures diſſimilitudines, qui tali argumento vti vult, debet probare ſimilitudinem, vt habetur ex *Barboſ loco.70.* Hic verò maxima eſt diſsimilitudo. Tum quia electio non habet eam perpetuitatem, quam habet matrimonium carnale. Et tamen ex eo Eccleſia ſtatuit; vt matrimonium carnale initum per metum ſit nullum, quia eſt de ſe perpetuum. Ex electis autem, quàm plures eliguntur ad officium temporale, & quatenus eligantur ad officium perpetuum, non adeſt illa perpetuitas, quæ eſt in matrimonio carnali, cum ex cauſa etiam non multùm vrgente, electi diſpenſentur vt renuncient ſuis officijs. Tum ſecundo quia nec per electionem contrahitur ſpirituale coniugium, ſed

immò

immò remanet electoribus ius agendi ad irritationem electionis, antequam per confirmationem celebretur ſpirituale matrimonium cum Eccleſia, præterquàm quòd, vbi agitur de pœna grauiſsima, qualis eſt pœna nullitatis actus ipſo iure, nec etiam valet argumentum à ſimili. Vnde etiam data ſimilitudine non valeret conſequentia iſta, ſcilicet, Eccleſia irritauit matrimonium ex metu initam, ergo irritauit electionem metu initam. In pœnis enim non valet argumentum neque etiam à maioritate rationis, cum videamus minora peccata aliquando multò grauiùs puniri in foro humano.

15 Iura etiam, quæ præfata prior ſententia pro ſe adducit non probant. Non quidem *cap. ad fidem 23. q. 5.* ibi enim S. Auguſt. docet, quòd nullus eſt ad fidem cogendus, ſed non per hoc dicit, quòd ſi quis ex timore credat, fides ſit nulla, vel etiam ſit mala, cum de fide ſit, quòd agere ex Dei timore ſit bonũ Nam *Concil. Trid. ſeſſ. 14. can. 5. de ſacram. Pœnitent.* damnat, qui dixerit dolorem ob amiſſionem æternæ beatitudinis, vel incurſum æternæ damnationis à peccatore conceptum eſſe dolorem coactum, & non liberum, & non præparare ad gratiam, & facere hominem hipocritam. *Et ſeſſ. 6. c. 6.* inter diſpoſitiones ad gratiam ponit timorem Domini.

16 Ex capite etiã. *Cum terra 14. de elect.* non deſumitur argumentũ validũ, quia in eo capite prohibentur abuſus determinandi electores ad certam perſonam eligendam. Sed non per hoc decernitur, quòd ſi contingat electionem cogi ad vnum, electio ſit ipſo iure nulla. Neque enim, eò actio eſt nulla, quò eſt prohibita, vt ſupra etiam probatum eſt, & infra iterum ſæpiùs probabitur Caput verò, *vt periculum, de elect. in 6.* in quo illa prior opinio præcipuè fundatur, ſupra ſatis eſt explicatum, & iuxtà illam explicationem explicantur omnia ſimilia iura probantia libertatem eſſe neceſſariam ad electionem. Nam pleniſsima libertas eſt neceſſaria ad perfectionem electionis, & vt electio firma ſit, & ſubſiſtat, ne caſſetur, ſed ad eſſentiam electionis ſufficit libertas, licet mixta alicui coactioni, vt patet de electione, quæ fit ob metum incuſſum ab intrinſeco, vel ab extrinſeco, ſed iuſtè.

17 Doctores etiam citati pro priori opinione, vel loquuntur de electione ſummi Pontificis, vt *Francus*, quæ ſi fiat per metum eſt nulla, ex *Concil. Conſt. ſeſſ. 39.* vel id non dicunt, vt Baldus *cap. Quis quis de electione citatus à Bonac. de elect.* ſummi Pontificis *diſp. 1. q. 1. p. 2. n. 1.* vel loquuntur de electione coacta per abuſum ſæcularis poteſtatis, quam eſſe ipſo iure nullã decernitur *d. cap. Quis quis* vel per nullã actionem, intelligunt electionem irritandam de iure, iuxta doctrinam notabilem Gloſſæ in *cap. Auditis v. expoſt. de elect.* nullum enim cenſetur id, quòd non eſt firmum, & validum, vt ſubſiſtat, ſed eſt irritandum *l. qui carcerem. 22. ff. de eo, quod metus cauſa Card. de Lugo vbi ſupra n. 119.* ſic enim verum eſt, electionem factam per metum non valere, nullius eſſe momenti, non ſubſiſtere, & ſic nullam eſſe, vt Card; Tuſcus, & alij dicunt, quia talis electio non eſt plenè libera.

18 Et nihilominùs etiam, admiſſo quòd electio celebrata per metum ſit ipſo iure nulla, eſt aduertendum, non ſufficere ad irritandam electionem, quòd metus grauis iniuſtè ſit incuſſus vni, vel alteri electorum, ſi aliàs maior, vel ſufficiens pars electorum liberè ſine vllo timore elegit. *Innocen. d. cap. quod ſicut n. 10. ſiu. Samuel. d. dict. p. controu. 5. n. 13.* vbi addit etiam, quòd ſi vnus, vel pauci electorum coacti ſint, concludendum eſſe proportionabiliter, quod de non vocatis dixit *tract. 1. diſp. 2. controu. 7.* vbi docuit non vocatum poſſe inſtare contra electionem, illamque ad eius inſtantium eſſe caſſandam, ſed hoc in præſenti caſu non eſt verum, niſi alij electores ſint illi, qui incutiant metum vni, vel paucis electoribus. Nam ſi ille, vel illi pauci electores ab extrinſecò ſine aliorum eligentium culpa, coacti ſunt per metum ad vnum eligendum, vel non ad eligendum alium, non poſſunt ob hoc puniri alij electores, qui legitimè, & validè elegerunt. Ideo vbi conſtet, quod ex electoribus, tot liberè ſine coactione aliqua, vel directè, vel indirectè in eos redundante, ex aliorũ coactione elegerunt, nec ipſi fuerũt, qui illum, vel illos paucos coegerunt, electio nec eſt nulla, nec eſt ad inſtantiã illius, vel illorũ qui coacti ſunt, caſſanda, quia tot elegerũt liberè, quot ſufficiũt ad valorẽ electionis; nec electores peccauerunt, quia ipſi nullam vim, vel metum intulerunt alijs, ideo eorum electio aliàs valida, non debet eis inuitis caſſari, quia ipſi ſine culpa punirentur. Huius oppoſitum videtur ſenſiſſe *Bonac. de elect.* ſummi Pontificis *diſp. 1. q. 1. p. 2. n. 2.* ſed non habet fundamentum. Neque enim electio dicitur fieri per metum, ſi maior pars, vel ſufficiens ſine metus incuſsione, cum plena libertate eligit. Aliàs cuique vocalium liceret electionem conturbare, dicendo ſe fuiſſe coactum, & hoc etiam poſſet de facili facere conſtare, alio etiam ſimulante coactionem, & affirmante metum fuiſſe incuſſum &c. ſed verè vbi maior pars, vel pars requiſita ad valorem electionis liberè eligit, & ſine culpa, quia ipſa metum non incuſſit, electio nec eſt nulla, nec irritanda.

19 Conſtabit verò electionem factam fuiſſe ſine coactione à numero ſufficienti votorum, ſi electus, excluſis illo, vel illis à numero eorum, qui electum nominauerunt, adhuc electus habet numerum ſufficientem ad valorem electionis. Vt ſi ſunt 30. electores in Ordine Præd. in quo ad valorem electionis requiritur maior pars ſupra medietatem electorum, ſi electus ſit abſens, vnde ſufficit, quod ex 30. habeat 16. vota ſi vnus ex electoribus fuerit vim paſſus, ſi electus habuerit 17. vota ſibi fauentia conſtabit eum non fuiſſe electum ex vi voti coacti, quia eo excluſo à numero votorum adhuc remanent 16. vota legitima, quæ eſt maior pars eligentium vltra medietatem. Et ne contingat error conſiderari debet, quòd alio modo debet fieri hæc votorum computatio, ſi vnum, vel plura vota inueniantur nulla, & inualida, quia electus non habebat ius eligendi, & ſi vota inueniantur nulla, quia coacta. Nam in primo caſu numerus votorum debet ſubtrahi tam à toto numero eligentium, quam à numero eorum qui elegerunt electum, & poſtea conſiderari an ex numero, qui reſultat electus habeat ſufficientem partem ad valorem electionis, quia tunc verus numerus eligentium non fuit niſi ille, qui reſultat, detracto numero eorum, qui non habebant ius ad electionem. Ita vbi ad valorem electionis requiritur maior pars votorum ſupra medietatem ſi 30. elegerunt, & ex his, tres nulliter elegerunt, quia verè non competebat eis ius eligendi, his tribus demptis remanent 27. electores, vnde ſi electus habuit 17

Digitized by Google

vota ex 30. eſt legitimè electus, quia tunc numerus verus electorum fuit 17. & maior numerus ſupra medietatem eſt 14 A numero autem 17. ſi detrahantur tria vota, remanent 14. vota legitima, quæ eſt maior pars votorum vltra medietatem; ſed in ſimili numero eligentium, ex quibus tria eſſent vota coacta, electus à 17. non eſſet legitimè electus, quia in hoc caſu, non diminuitur totus numerus eligentiũ, quia verè ſunt 30. electores habentes ius eligendi. Vnde hoc numero fixo manente, ſolùm à numero eorum, qui fauerunt electo debent ſubtrahi tria vota coacta. Et ſic non conſtaret eum liberè fuiſſe electum à maiori parte vltra medietatẽ niſi haberet 19 vota fauorabilia, quia tunc à numero 19. demptis tribus, remanent 16. qui numerus eſt maior pars vltra medietatem ipſius 30. ſed ſi pro electo fuiſſent ſolum 17. vota, electio non ſubſiſteret, quia demptis tribus remanent ſolum 14. qui numerus non pertingit ad medietatem triginta. Vbi igitur vnus, vel pauci ſunt ſine coeligentium culpa coacti ad eligendum, vel non eligendum, conſtat, quòd nihilominus electio a numero ſufficiente eligentium liberè facta nec eſt irrita, nec eſt irritanda. Quòd ſi is, qui coegit fuit vnus, vel fuerunt pauci aliqui ex numero eligentium, tunc ex numero eorum, qui inueniuntur nominaſſe electum, ſubtrahatur numerus coactorum, & cogentium, & ſi his ſubtractis, adhuc remanet ſufficiẽs numerus pro validitate electionis, electio tenet, nec eſt ad inſtantiam coactorum caſſanda, ſed ſi non remanet ſufficiens numerus, electio tunc eſt caſſanda ad inſtantiam coactorum, quia numerus eligentium, qui & liberè, & ſine culpa elegerunt, non eſt ſufficiens ad valorem electionis, & ideo coacti ius habent contra electionem illam, quæ non habet ſufficientem numerum niſi ex vi illorum, qui eis iniuriam intulerunt, & eos ad eligendum, vel non eligendum coegerunt.

20 Ad hoc etiam vt ex metu graui vitietur electio neceſſe eſt, vt metus ſit incuſſus ad extorquendum votum eligentis, vel affirmatiuum, vel negatiuum. quia ſi timor ex alia cauſa incutiatur, & aliàs electores, vt euitent malum ſibi imminens, v.g. vt defendantur ab aliquo contra incutientem metum, liberè exhibent illi votum ſuum, vel ad fauorem ipſius, vel ad fauorem tertij, electio ex parte timoris non eſt nulla *Soto l.7. de iuſt.q.2.a.1. ad ſecundum & 4.d.49. q.1.a.3. & Couar.2.p.c.3.§.4.n.16. Sanchez l.4. de matrim.diſp.12.n.3.* vbi hoc certiſſimùm eſſe affirmat, & pro hac eadem ſententia ibidem *nu. 11. refert Anton. d.cap.cum locum n.11. de ſponſal. & Præpoſ.ibid.n.12. Cordub.q.171.p.1. Manuel.tom.p.cap.231.nu.1. Cuch. l.5. Inſtit. maiorum cap.12. n.117. Bartol.à Ledeſ.dub. 23. de matrim. fund.5. Petr. de Ledeſ.de matrim.q.47. a.3.d.1.concl.4. Ludou.Lopez.2.p.ca.40. Vega l.2.ſumẽ caſu 207. à S. Fauſto de contract.diſ.4.q.42.verſ.3. Bonac.de voto q.2.p.3.§.1.n.7. Meroll. diſp.1. de volunt. tract.11.q.8.cap.3.d.18.n.212. Cãdidus diſ.54.a.8. Donatus p.4.n.1.* Quia tunc, qui perſequitur electores nõ facit iniuriam electioni, quam ipſe non reſpicit, ſed aliũde ex inimicitia erga illos electores perſequitur. Quod ſi electores tunc, vt euitent damna propria aliunde, quam ex cauſa electionis ſibi imminentia, videant electionem alicuius eſſe medinm aptum ad eorum indemnitatem, ipſi ſunt, qui hoc liberè eligunt à perſequente non petitum, nec intentum. Vbi igitur conſtet metum non incuti ad extorquendum eligentiũ votũ, electio ex cauſa metus non eſt irrita.

21 Verùm hanc limitationem non admittit. *Card. de Lugo tom.2. de Iuſtit. diſp.22. ſect.7. n.175.* ſed vti, qui incutit metum agit iniuſtè, eandem putat eſſe rationem, ſiue incutiat metum ad extorquendum contractum, vel actum, ſiue ex alia ratione id faciat, & refert pro hac ſententia *Leſſ. l.2.c.12.dub.6. Palacioſ.4.d.29.diſp.vnica ad fin.verſ.nono reſpondeo. Veracrux.1.p.ſpeculi a.8. dub.3. Petrum de Barbobus inter Conſil.matrim.Zileti conſ. 24.n.14. Alex. Taraguum inter eadem Conſilia conſ.21. nu.5. Anton.Cuch. l.5. Inſtit.maiorũ tract.12.n.160.* Et probatur ex lege, *nec timorem 7. ff. de eo, quod metus cauſa.* Secundo nam, qui metum iniuſtè infert iniuriam facit, & tenetur ad damna, quæ incurrit is, cui metus illatus eſt, vnde tenetur etiam reſcindere contractum, quem extorſit ex iniuria, & iniuſtitia illata, ſicut ſi quis alium iniuſtè accuſet, & accuſatus, vt ſe defendat domum vendat, & pretium expendat, tenetur accuſans ad reſarciendum damnum, etiam ſi non accuſauerit, vt accuſatus domum venderet, & pretium expenderet. Tertiò ex hoc ſequitur, quòd huiuſmodi metus irritet matrimonium, & alios ſimiles contractus, quoniam metus, qui ſufficit ad reſcindendos alios cõtractus ſufficit ad eos irritandos, vt ex *Couar.2.p.4.c.3.§.6.n.4. Nauar.l.1. de his, quæ vi &c. conſ.10. & Lopez 2.p. cap.40. Sanchez l.4. de matr.diſp.6.n.2.* Cum igitur huiuſmodi metus iniuſtè incuſſus ſufficiat eſt reſcindendum contractus, ſufficict etiam ad irritandum ipſo facto matrimonium, & alios ſimiles contractus. Quartò quia, qui in huiuſmodi caſu conſentit, id facit metu iniuſtè illato coactus, & qui iniuſtè metũ infert, iniuſtè etiam mouet ad contractum matrimonij, vel alium ſimilem ineundum. Nec eſt vt dicatur, quòd impellitur mediatè, & per accidens, & non ex intentione quia ad hoc vt, quis cogatur ex metu, non eſt neceſſe, quòd incutiens metum id faciat ex intentione extorquendi conſenſum, aliàs verò ſemper metus eſt qui immediatè mouet ad conſenſum, & hoc ſufficit ad hoc, vt homo inuitus, & coactus operetur.

22 Verùm propter iſta non eſt à communi ſententià recedendum; Quando enim matrimonium, vel electio, vel quilibet alius contractus non eſt per ſe intentus ab incutiente metum, tunc ille contractus ex intentione metum incutientis, non eſt medium vnicum ad ſecuritatem obtinendam, & ad metum excutiendum, vnde nec qui metum patitur ad talem contractum cogitur, & neceſſitatur, cum talis contractus non ſit medium vnicum. Et ſi contingat de facto omnibus penſatis non dari aliud medium ad ſecuritatem vtile, hoc eſt merè accidentale, & aliunde proueniens, quàm ex incuſſione metus, & intentione metum incutientis. Tunc igitur contractus non eſt ipſo iure nullus, quia non eſt coactus ex metu, vt ab extrinſeco agente libero veniens per ſe loquendo, & formaliter, ſed ab eo, qui metum patitur non per exigentiam extrinſeci incutientis metũ, ſed per propriam libertatẽ electus, ac ſi metus à cauſa naturali & extrinſeca proueniret, vnde eſt, quòd non ſubditur ordinariæ pœnæ contractus coacti per metum ab extrinſeco, quia per ſe ſecundùm propriam rationem non eſt, coactus ab extrinſeco ex intentione talis contractus incutiente metum, ſed liberè electus à contrahente. Sed nec per ſe, & vniuerſaliter loquendo talis contractus eſt irritandus, quia

licet

licet incutiens metum iniuſtè teneatur ad omne damnum, quod per ſe conſequitur in ſuſtinente metum ex tali iniuſta metus incuſſione, tamen nec ad dictam metus iniuſtam incuſſionem per ſe ſequitur talis contractus, & damnum illi annexum; & poteſt eſſe, quod damnum aliud dicto contractui non ſit annexum, niſi quod eſt inuoluntarium aliquo modo in genere medij ad finem, quia neceſſitatus fuit patiens metum ad aſſumendum aliquod mediũ pro ſecuritate obtinenda. Ipſe verò ſtante hac neceſſitate liberè elegit contractum, vt medium ad talem finem aptum, hæc autem ratio neceſſitatis non eſt tanta, nec tanti valet, vt ei debeatur reſciſſio cõtractus liberè electi à contrahente pro ſua ſecuritate obtinenda. Ideo quotidie, vel ad conciliandam amicitiam, & firmandam pacem, vel ad lites terminandas, contractus fiunt, etiam ad iniuſtam vexationem fugiendam, qui ſi eſſent nulli, vel reſcindendi, mundus eſſet plenus litibus, & iurgijs, ideo ſi contractus huiuſmodi aliàs non ſint iniuſti, certè nec ſunt irritandi tanquam inuoluntarij, cum per ſe non habent niſi neceſſitatem in genere medij, ſub qua eſt ampliſſima libertas ad media eligenda; Et quatenus per ſe habeant neceſſitatem in ratione medij damnoſi ipſi metum patienti, qui nimirum nullum ſit dabile medium ad ſecuritatem obtinendam, quod non inſerat damnum, hòc eſt per accidens, & tum ex accidenti poterit eſſe, vt contrahenti ob metum iniuſtè incuſſum competat actio ad reſciſſionẽ contractus, ſi ille ſit damnoſus, non tamen ex eo præciſè, quòd ſit coactus ab extrinſeco libero, & iniuſto agente, quia ex vi incuſſionis talis metus per ſe ex intentione libere agentis non obligatur metũ patiens ad contractum illum, neque cogitur, ſed ad illum contrahens, ſe determinat. In propoſito autem noſtro cum electio digni per ſe nec ſit cauſa dãni reſpectu eligentis, ſi quis iniuſtè incutiat metum electori, non tamen ad extorquendum metum, & patiens metum determinet ſe eligere amicum perſequentis aliàs dignum, vt ſecuritatem obtineat, non habet actionem ad reſcindendam electionem, vt inuoluntariam, quia non eſt ſibi ſimpliciter coacta ab extrinſeco agente libero, & aliàs rariùs poterit ſibi eſſe alterius damni cauſa. Quod ſi omnibus penſatis per ſe damnum patiatur aliquod ex talis metus incuſſione, tunc pro intereſſe habebit actionem ad ſuam ſatisfactionem.

23 Ad primum in oppoſitum dicitur, quod in lego citata dicitur, quod in adulterio deprehenſus, ſi ad aliquid ſe obligauit poteſt pertinere ad præſens edictum, quia pertinet ſi ſe obligauit obligatione extorta ex intentione incutientis metum iniuſtè. Ad ſecundum dicitur, quod omnis, qui metum iniuſtè incutit iniuriam infert, & ex hoc ad aliquam ſatiſfactionem tenetur, ſed per hoc non neceſſitat ad aliquem contractum, ideò nec contractum vitiat, ſed in libertate metum patientis eſt, vt ſe hoc, vel illo modo eximat à metu; Quod ſi contingat, vt contractus, vt puta electio huius determinatæ perſonæ ſit medium vnicum ad ſecuritatem acquirendam contra iniuſtitiam minas inferentis, hoc quidem eſt per accidens, & quatenus ex hoc qui metum eſt paſſus, ſimul paſſus ſit damnum, habet actionem pro ſui intereſſe, & damno, non tamen ad reſcindendam electionem tanquam inuoluntariam, & ex neceſſitate factam, quia fuit inuoluntaria per ſe ex timore, vt intrinſeco, non vt ab extrinſeco libero agente incuſſo, quia nec incutiens timorem intendit cogere ad electionem, & per accidens fuit, quòd electio fuerit medium vnicum, & ideò ab intrinſeca libertate fuit, quòd eligens ad electionem ſe determinauerit. Nec exemplum de accuſato valet, quia accuſatus iniuſtè neceſſitatus ad vendendam domum, & expendendum pretium, habet ius cõtra accuſantem ad recuperandum pretium, quod expendit, non verò poteſt aliquid exigere, quia inuoluntariè vendiderit domum, & pretium expenderit, nec habet ius ad reſcindendum contractum venditionis domus, licet factum ex timore, quia illa venditio non fuit ex timore, vt incuſſo ab extrinſeco, ſed determinatio voluntatis ad venditionẽ fuit ex intrinſeca libertate vendentis motæ ex timore veluti naturali, & prouenien te ab extrinſeco agente veluti naturali non verò libero. Ad tertium dicitur, quòd nec eſt verum, quòd matrimonium ſit ipſo facto irritum, vel irritandum ex eo, quòd factum ſit ex timore, ſi timor non eſt incuſſus ad extorquendum conſenſum. Immò ſi matrimonium ſit contrahenti damnoſum, habet contrahens ius ad actionem pro ſui intereſſe, nõ verò ad reſcindendum matrimonium tanquam inuoluntarium ratione ſupradicta. Ad quartum patet ex dictis.

24 Poteſt quoque contingere, vt ceſſet metus, ſi tempore electionis adſit ſuperior maior potens ſubditos tueri ab omni violentia, & periculo imminente. Ex præſentia enim Superioris vel Iudicis ſuſpicio metus excluditur, *vt ex Bartol. Iaſon. Pariſ. Ruin. & Aym. probat Rota deciſ. 120. nu. 25. & deciſ. 188. n. 9. coram Gregorio XV. & excludi metũ ipſũ tradunt Rota deciſ. 184. p. 2 nu. 2. recent. ex Bart. Bald. Socin. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 27 n. 2. Sigiſm. de elect. dub. 52. n. 87.* qui tamen benè monet hæc vera eſſe regulariter. Nam ſi is, qui incutit metum eſſet talis, vt grauem metum incuteret etiam ſuperiori, non ceſſaret metus inferiorum. Quod multò magis verùm eſſet, ſi ſuperior ipſe eſſet ille, qui metum incuteret.

25 Cœterùm incuſſus metus electoribus tantùm durat, quantum durat cauſa timoris, quàmuis in actu externo appareat omnimoda libertas. *Panorm. ca. 1. de his quæ vi &c. Menoch. de præſumpt. 4. n. 23. l. 3. Sanchez l. 4. de matrim. d. 14. num. 1. & apud eum Bartol. Bald. Deſius, Rolandus, Gomez, Padilla, Gama, & plures alij Cuch. l. 5. inſtit. maiorum tit. 14. num. 171. & 172. Lopez. 2. p. inſtruc. c. 40. Rota deciſ. 771. num. 8. & 863. num. 1. 2. & ſeq. coram Seraphino & dec. 643. num. 4. parte p. recent. & deciſ. 705. num. 1. & 643. nu. 4. p. 2. recent. Sigiſm. dub. 52. nu. 14.* immò cauſa durans, metum magis confirmat, *vt ex Rota in Neapol. profeſſionis 26. Iunij* 1598. *coram Orano probat Rota deciſ. 392. nu. 3. coram Greg. 15.* & hoc procedit quàmnis quodcunque ſpatium temporis intercedat inter actum & metum incuſſum ad illius effectum, vt ex *Bal. Aret. Dec.* & alijs tradunt *Sanchez l. 4. de matrim. diſp. 18. n. 7. Rota citata deciſ. 392. n. 4. coram Greg. 15. Sigiſ. dicto dub. 52. num. 14.* Nec ſufficit cauſam metus ceſſare, niſi ceſſent impedimenta, quibus metuens à reclamando impeditur, vnde metuens poterit reclamare longè à ceſſatione cauſæ metus, ſi longè durent, & tardè ceſſent impedimenta illata, *Sanchez ibidem num. 8. Nauar. conſ. 4. de Reg. num. 71. ex Panorm. & Felin. Barboſa de Off. Epiſc. p. 3. alleg. 104. num. 1. & alij plures apud eum Rota in Valliſolet. præminentiarum 23. Ianuarij, & 29. Martij* 1604. *coram*

Pam-

Pamphilio, quòd ſi is cui incuſſus fuit metus ceſſante cauſa, vel impedimentis prædictis, non reclamet, tunc ex geſtis poſt huiuſmodi ceſſationem, excluditur metus. *Rota deciſ. 463. p. 2. recent. Sigiſm. dub. 52. num. 14. fin.*

26 Ex cauſa metus etiam poſſunt electores reijcere ſerutatores, ſi ex eis aliquod graue damnum timeant. *Panorm. cap. Quia propter num. 14. de elect. Sylueſ. v. electio 2. q. 10. Tabien. nu. 20. Sigiſm. dub. 52. num. 16. & apud eum Hoſtienſ. & Biax.* vnde electores habent iuſtam cauſam appellandi, ſi ſcrutatores ſint tales, qui grauem metum incutere poſſint.

27 Certum eſt quartò: metum leuem non irritare electionem, nec ob eam ipſam irritandam eſſe, vt dixi in ſimili de profeſſione ex metu leui, facta. *Panor. cap. veniens l. 2. de ſponſal. Silu. v. metus nu. 9. Tabien. v. coactio nu. 7.* Iterum *Panorm. in cap. cum dilectus 6. de his, quæ vi &c. & ibi Canoniſtæ communiter, & communiter DD.* de ſolo metu cadente in conſtantem virum, aſſerentes eum irritare contractus, vel eos reddere irritandos. *Soto l. 7. de iuſtit. q. 2. a. 1. ad 2. Lopez p. p. cap. 45.* & alij plures, quos ibi retuli.

SVMMARIVM.

1 *Timor reuerẽtialis purus, nõ facit inuolũtariũ n. 28.*
2 *Non irritat electionem ibid.*
3 *Timor reuerentialis vt plurimũ nõ eſt purus. n. 29.*
4 *Vbi timor reuerentialis, minor metus requiritur ad inualidandam electionem ibid.*
5 *Superiores vim electoribus inferentes reprahenſi. numer. 30.*

28 QVæritur ſecundo. An metus reuerẽtialis irritet electionem de metu autem reuerentiali diſputant plures, & non deſunt, qui dicant illum habere vim ad irritandam electionem in foro conſcientiæ. *Nauar. in ſum. cap. 17. num. 29. & cap. 22. n. 51. & de elect. conſ. 5. num. 1. Lezana p. p. cap. 15. n. 21. Caſtell. cap. 10. num. 9. & cap. 12. num. 33. Donatus p. 3. tract. 1. q. 9. n. 3. & alij*, quos retuli *tractat.* de profeſſione. Verùm vt ibidem probaui, ſi metus reuerentialis ſit purus, & non mixtus timori alicuius damni imminentis, nullo modo minuit, ſed potiùs voluntarium auget, quia reuerentialis metus, per ſe honeſtus eſt, & virtuoſus. Nam ſuperiori debetur reuerentia ab inferiori. *D. Th. 2. 2. q. 19. art. 3. ad 1. & 3. diſt. 9. q. 2. a. 3.* ideò reuerentia pura non mouet voluntatem ex motiuo lucri, vel damni, ſed ex motiuo virtutis, & honeſtatis, quod motiuum voluntarium facit, non tollit, & ideò non ſufficit ad irritandos contractus, vt ibidem probaui, & tenent *Panorm. cap. cum virum num. 8. de regul. Præpoſ. c. cũ locũ n. 5. de ſponſal. Soto l. 7. de iuſt. q. 2. art. 1. ad 2. Franc. cap. 2. nu. 2. de pactis in 6. Cuch. Inſtit. tit. 12. nu. 139. Lopez 2. p. cap. 4. Rota deciſ. 579. p. 1. recent. & p. 4. tom. 2. deciſ. 195. n. 19. & deciſ. 120. & 374. num. 9. coram Greg. XV. Sigiſm. dub. 52. nu. 5. Suarez tom. 3. de Relig. l. 6. cap. 4. num. 16. Sanchez l. 4. de matrim. diſp. 6. num. 18. & l. 4. moral. cap. 3. & alij plures, & DD.* qui pro ſententia oppoſita citantur, vt plurimum loquuntur de metu reuerentiali mixto, qui habet adiunctum metum grauis damni, ex eo quod Patres, & Superiores, ſubditos nõ parentes eorum voluntati, aliquando vexant, & damnis afficiũt.

29 Verum enim eſt, quòd ſæpiſsimè, & vt plurimum, metus reuerentialis non eſt purus, ſed mixtus, & quod vbi eſt debitum reuerentiæ, ad tollendam libertatem contractuum, & ad illos inualidandos, minor metus requiritur, quàm ſi metus incuteretur ab extraneo, cui nulla debetur reuerentia. *Sanchez l. 4. de matrim. diſp. 6. num. 16. & Rota in Valentina profeſſionis coram Lancellotto 27. Aprilis 1570. & dec. 326. 18. Iunij 1607. coram Greg. XV. ex Marſil. & Alciat. & deciſ. 374. nu. 9. & in Toletana profeſsionis 19. Nouemb. 1614. coram Vbaldo Sigiſmun. dub. 52. de elect. num. 5.* Sed de hoc reuerentiali metu plura dixi loco citato.

30 Ideo in hac parte ſuæ conſcientiæ cõſulant Superiores Regulares, qui determinatas perſonas, vel immediatè, vel mediatè nominant eligendas, & licet nec præcipiant, nec minentur electoribus, tamen ſi quos cupiunt non eliguntur, ſub mendicatis prætextibus, & coloribus, eos qui ipſorum votis non annuerunt, perſequuntur, è conuentibus in quibus manent expellunt, officijs etiam priuant, à gradibus, & cæteris Religionis bonis excludunt, nihil fauoris & gratiæ eis impendere volunt, & longas, & latas trabes quæ ſunt in ipſorum, & amicorum ſuorum, & factionarium oculis non videntes, minimas feſtucculas aliorum vident, eas amplificant, & exaggerant, & ſub eorum prætextu eos miſeros dignos vexatione dijudicant. Vnde etiam fit, vt miſeri ſubditi declarati extra numerum amicorum Superioris vndequaque contemptui expoſiti ſint. Huiuſmodi enim, vel ſimiles ſuperiores, qui conſueuerunt malè ſe habere erga vocales, qui ad eorum nutum non eligunt (vnde & ex eo ſolo, quòd innuant voluntatis eorum eſſe quòd hic vel ille eligatur) grauem metum electoribus, incutiunt, & vim faciunt electionibus, & grauiſsimè peccant contra iuſtitiam, & contra iura, & licet pretextibus ſuas violentias colorent, Deum tamen, qui corda ſerutatur non decipiunt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt, qui electores perſequuntur ex eo, quod rogati non elegerunt eum pro quo fuerũt rogati. num. 31.*
2 *Etiam ſi perſequentes ſint Epiſcopi ibid.*
3 *Spoliatio continet plures actiones iniuſtas ibid.*
4 *Omnis iniuſta perſecutio probibetur ibid.*
5 *Non tamen iniuria contra puram iuſtitiam diſtributiuam. num. 32.*
6 *Etiam contumelia, vel detractio, eſt iniuſta perſecutio. num. 33.*
7 *Qui iniuſtè perſequitur, non qui iuſte. num. 34.*
8 *Requiritur perſecutio facta intuitu electionis. n. 35.*
9 *Sufficit doloſa perſecutio. num. 36.*
10 *Sufficit perſecutio facta per alios. num. 37.*
11 *Mandatarius qualiter ex hoc ſit excommunicatus numer. 38.*
12 *Non comprebenduntur perſequentes Electores non Eccleſiaſticos. num. 39.*
13 *Quæ ſint perſonæ Eccleſiaſticæ. num. 40.*
14 *Incurrunt qui perſequuntur conſanguineos, non vſque ad ſeptimum, ſed vſque ad quartum gradum. numer. 41.*
15 *Incurrunt indirectè etiam qui perſequuntur affines & familiares. num. 42.*
16 *Non incurritur ex perſecutione eius, qui non fuit rogatus. num. 43.*

17 *Incu-*

27 *Incurritur ex perſecutione præſentantis. num. 43.*
28 *Lex pænalis fauore Eccleſiæ non extenditur ad caſus non expreſſos, ſed latè interpretatur. nu. 44.*
29 *Incurritur ex perſecutione poſtulantis. num. 55.*
20 *An etiam ex perſecutione confirmantis, & inſtituentis. num. 45.*
22 *Incurritur à perſequente vocalem etiam ante electionem. num. 46.*

31 QVæritur tertiò, quæ pœna ſit impoſita perſequentibus electores, eo quòd ad votum non elegerint? Tandem conſideranda ptoponitur excommunicatio in Concilio Lateranen. lata contra offendentes electores, & habetue in *cap. ſciant cuncti, de elect. in 6.* & quam *Gloſſ. Conſtit. Ord. Præd. diſ. 2. c. 2. §. 7. L. Q. ex Cap Generali Bonon.* 1564. denunciat, & ad memoriam reducit, quæ excommunicatio quantùm ad perſonas, vniuerſaliſſima eſt. *Caiet. ver. excomm. c. 34.* vnde & comprehendit etiam Epiſcopos. *Gloſs. v. cuncti. Sayrus de cenſ. lib. 3. c. 34. num. 7. &* 8. actio verò mala, propter quam excommunicatio incurritur, eſt iniuſta ſpoliatio, vel perſecutio illata electoei Eccleſiaſtico, ſeu eius conſanguineis ſeu Eccleſiæ, aut monaſterio, ſeu locis eorum, pro eo, quòd electores rogati vel inducti ad aliquem eligendum, eum noluerunt eligere. Quàmuis autem in eo canone ex iniuſtis actionibus, exptesſè nominetur ſola iniuſta ſpoliatio, tamen omnis alia iniuſta perſecutio, & iniuſtum grauamen exprimitur per illa verba, *ſiue aliàs iniuſtè perſequendo grauare præſumpſerint.* Et ex *Archid. & Io. Andr.* aduertit *Franc. d. cap. ſciant num. 2.* quòd verbum *ſpoliando* exponitue pro auferendo, vaſtando, inuadendo, ſurripiendo vel fraudando, & hoc idem ſentit *Gemin. ibid. nu. 5. Sayr. vbi ſupra n. 8. Syluef. Tabien.* & alij communiter.

32 Et quia iniuſtè grauatur ſecundum aliquos, qui contra iuſtitiam diſtiibutiuam alijs poſtponitur in diſpenſatione bonorũ communitatis, ideo hanc cenſuram incurrunt Superiores regulares ſi aliquẽ poſtponant iniuſtè in diſtributione graduum, & officiorum, & aliorum bonorum Religionis, ex eo, quod ille in alicuius electione noluit eligere eum pro quo eligendo, nomine Superioris fuerat rogatus. Sed hoc ab alijs non admittitur quia non violatur iuſtitia commutatiua, ſed de is dicam infra capite 30.

33 *Bonac.* autem, quem referunt, & ſequuntur *Barboſa de off. & pot. Epiſc. alleg. 50. num. 202. & Marcus Serio de cenſuris diſp. 3. diff. 3. q. 2. nu.* 4. putat ſub hoc canone non comprehendi eum qui cõtumelia afficit electorem, vel famam, & honorem ſubtrahit verbo, vel ſcripto, quoniam hic nec dicatur ſpoliare, nec iniuſtè perſequi, ſed hoc eſt euidenter iuri contrarium. Non enim eſt minùs bonum, fama, vel honor, quàm res temporalis, & euidens eſt quòd hominem iniuſtè ſpoliare honore vel fama, eſt illũ iniuſtè grauare, & perſequi in bonis ſummè æſtimabilibus.

34 Requiritur igitur iniuſta perſecutio, vnde qui perſequitur aliquem iuſtè, vel qui negat monaſterio eleemoſynas, quas conſueuerat dare, vel non vult conferre aliquod beneficium ſpeciale, non incurrit hanc excommunicationem, quia per hæc non perſequitur iniuſtè *Tabien, Barboſa, Serio, Bonac. Sayr. Suarez.* vbi ſupra. Incurrit verò ille, qui negat, quod ex iuſtitia tenetur dare.

35 Similiter neceſſe eſt, vt iniuſta perſecutio fiat eo titulo, quia ſcilicet elector noluit eligere eum, pro quo eligendo rogatus fuerat, quia ſi quis electorem alio titulo perſequatur, non incurritue hæc cenſura. DD. *citati.*

36 Sufficit verò iniuſta ſpoliatio, aut perſecutio, ſiue ſit aperta, ſiue ſit doloſa, aut fraudulenta *Syl. & Tabien. loco citato ex Geminiano.*

37 Sufficit etiam iniuſta perſecutio, ſiue immediatè fiat, ſiue mediatè, dummodò cauſa perſecutionis ſit, quia elector noluit eligere eum, pro quo rogatus fuerat. Dicitur enim in textu, quòd *per ſe, vel per alium ſpoliando &c.*

38 An verò ſub hoc canone comprehendatur mãdatarius, qui exequitur iniuſtam perſecutionẽ, *Gloſſ. v. aliàs Franc. n. 5. Anchar. Gemin. Imola & Ang.* dicunt, ſi ſciat perſecutionem fieri intuitu electionis, comprehendi, *Archid.* verò, quem ſequuntur *Sylu. n. 39. Tabien. n. 3.* dicit comprehendi mente, non verbis, maximè quia participant in crimine. Ideo dicitur ex vi huius canonis non excommunicari mandatariũ, ſed bene ex alio canone, ſcilicet ex eo, quòd participat in crimine.

39 Non comprehenduntur etiam, qui electores non Eccleſiaſticos etiam intuitu electionis perſequũtur, quia textus manifeſtè de Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis loquitur.

40 Quæ verò ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, quæſtio eſt alio in loco diſcutienda, quia non paruam continet difficultatem. *Caiet.* loco citato, Tertiarias non habet pro perſonis Eccleſiaſticis, quod tamen eſt valde controuerſum. *Sylu. & Tabien. & Sayr. ex Gloſſ.* inter perſonas eccleſiaſticas numerant Conuerſos, Templarios, & Hoſpitalarios. Certum eſt Canonicos Regulares, monachos, & Religioſos mendicantes, omneſque eos, qui in aliqua Religione approbata profeſſionem, ſeu tria vota Religionis emiſerunt, eſſe perſonas eccleſiaſticas, vtroque priuilegio canonis, & fori gaudentes *cap. Cum ad monaſterium de ſtatu monach.* Quod verum eſt etiam de Conuerſis, qui tria vota emiſerunt *cap. lex continentiæ 27. q. 1. & cap. religioſo de ſent. excomm. in 6.* quod idem verum eſt de horum Religioſorum Nouitijs, & vniuerſaliter de monialibus, quæ tria vota in Religione approbata emiſerunt, & de earum nouitiabus *eod. cap. Religioſo de ſent. excomm. in 6.* Vnde prędicti omnes, etiam nouitij, & nouitiæ in fauorabilibus veniunt nomine Religioſorum, ſub nomine autem Clericorum veniunt ne dum ordinati ſacris ordinibus, aut etiam minoribus ordinibus, ſed inſigniti prima tonſura *cap. Cleros 21. diſtinct. & cap. cum contingat de ætate.* Ideo qui vnum, vel Clericum, vel Religioſum electorem iniuſta perſecutione grauat, quia ille rogatus, vel inductus noluit eligere eum, pro quo fuit rogatus, vel inductus, incidit in huiuſmodi excommunicatione.

41 Dubium etiam eſt vſque ad quem gradum cõſanguinitatis extẽdatur pęna huius canonis excommunicantis etiam iniuſtè perſequentes conſanguineos electores. Nam *Sylu. & Tabien. & Sayrus & Gemin.* quos ſequitur *Tolet.* extendunt vſque ad ſeptimum gradum, ſed alij meliùs docent non extendi niſi ad quartum gradum, quia in iure non reputantur conſanguinei, niſi qui intra quartum gradũ continentur *Suarez & ſerio locis citatis.*

42 Directè tamen, & per ſe non comprehenduntur perſequentes affines qui nõ ſunt cõſanguinei *Franc.*

in d.c. n.2.Sylu.& Tabien.ibid.ex Gemin.Sayr. ſed nidirectè comprehenduntur etiam affines, quia perſecutio quæ fit affinibus electoris, quia electoris affines ſunt, redundat in iniuriā, & in iniuſtā perſecutionem eiuſdem electoris, qui in ſuis perſecutionem patitur, eò quòd rogatus noluit eligere eum pro quo fuit rogatus. Et ideo ex hac parte hæc excommunicatio extendi poteſt etiam ad perſequentem iniuſtè affines, familiares, aut coniunctos electoris. *Suarez.num.5.Serio num.5.*

43 Sed quid ſi elector non fuit inductus, vel rogatus, vt Petrum eligat, & tamen Paulus perſequitur electorem, quia Petrum non elegit. Eſtne propterea excommunicatus? *Tabien.num.4.* refert Palud. ſenſiſſe, Paulum in hoc caſu non eſſe excommunicatū, quia non fuit rogatus, vt Petrum eligeret. Sed alij extendunt ad omnem perſequentem electorem huiuſmodi, vbi ſit omnimoda ratio: ſed dicitur non habere quidem locum hanc excommunicationem, niſi vbi elector ſit rogatus, quia expreſsè dicitur pro eo quòd rogati, ſeu aliàs inducti, eum pro quo rogabantur, ſiue inducebantur eligere noluerint. Sed tamen ad excommunicationem incurrendam ſufficiet, quæcunque inductio, vel immediatè, vel mediatè, vel per verba, vel per alia ſigna, vel expreſsè, vel implicitè facta. DD. enim cōmuniter ſolùm dicunt eſſe excommunicatum, qui iniuſtè perſequitur electorem, eo quia rogatus non elegit eum pro quo fuit rogatus. Et *Caiet.* benè aduertit requiri, quòd grauamen inferatur ex dicta cauſa partim affirmatiua ſcilicet, quòd electores fuerint rogati, vel impulſi, partim negatiua ſcilicet, quod non elegerint illum &c.

44 Dubium etiam eſt: an excommunicatio iſta ſe extendat ad præſentationem. Reſpondetur verò non extendi, ſi præſentatio fiat à Laico, quia nec extenditur ad laicorū electiones, extendi verò ſi præſentatio fiat ab Eccleſiaſtico, quoniam hic canon continet fauorem Eccleſiæ, & ideo extendi debet ad omnem modum electionis, præſentatio verò eſt quædam electio. *Gloſſ.in d.cap.ſciant cuncti*, alios, *& Gemin. num.5. Franc.n.5.Sylu.num.38. Tab.nu.2. Nauar. in manual. c.27. nu.121. Sayr Suarez nu.4. Theſ.inprax. v. electio cap. 7.* quamuis verò *Franc. Silu. Tab. Sayr.* hoc affirment, quia vbi conſtitutio eſt fauorabilis Eccleſiæ, etiam ſi ſit pœnalis extenditur ad caſus ſimiles. Tamen hoc non admittitur, ſed benè conceditur, quòd huiuſmodi leges latè interpretari poſſint, accipiendo terminos in proprio, ſed latiori ſignificatione, ſicut in ea decretali accipitur nomen *electio* generice, vt comprehendit etiam præſentationem.

45 Vnde multò magis, vt bene intulit *Gemin.* hæc excommunicatio extenditur ad poſtulantes, vt ſcilicet excommunicatus cenſeri debeat, qui iniuſtè perſequitur, qui ad eius intentionem non poſtularunt, quia poſtulatio eſt quædam ſpecies electionis, non multùm diuerſa ab electione, quòd verò præfati DD. hoc extendant etiam ad confirmantes, vel inſtituentes, difficultatem habet, quoniam nec cōfirmatio, nec inſtitutio, aut collatio eſt niſi valde generaliter Eccleſiaſtica electio, ſed genere ſaltem ſubalterno diſtinguitur ab electione. Et decretalis illa expreſsè loquitur de electione, vt eſt actus ſubditorum, quæ valdè diuerſa eſt à confirmatione, inſtitutione, & collatione.

46 An autem incurratur hæc excommunicatio antecedenter ad electionem, & ſi perſecutio fiat, quia elector rogatus non vult eligere eum pro quo rogatur. *Sylu.dict.num.38.* arbitratur comprehendi, explicat enim canonem, vt intelligantur excommunicati, qui eccleſiaſticos electores iniuſtè perſequuntur ex eo, quòd eligere noluerunt, aut nolunt eum pro quo rogabantur. Et ita loquitur etiam *Tabien. & Barboſa de off. & poteſ. Epiſc. alleg.50.nu.202. Marcus Serio de cenſ. diſp.3. diffic.3.q.2.num.4.*

CAPVT V.

De electione coacta per inductiones, tractatus & ſubornationes vocalium.

SVMMARIVM.

1 *Ratio Doctrinæ. num. 1.*
2 *Conſtitutiones contra ſubornantes factas pro vna religione, cōprehendere omnes, ſentiunt aliqui. n.2.*
3 *Conſtitutio Pij Quinti pro minoribus deobſeruantia. num.3.*
4 *Conſtit. Gregorij XIII. pro Caſſinen. num. 4.*
5 *Prohibitio facta per plures Pontifices ne Superiores intuitu fauorum ſæcularium dent Prælaturas, & ne ſubditi eas quærant. num.5. & 6.*
6 *Conſtitutiones iſtæ non afficiunt niſi eos, pro quibus latæ fuerunt. nu.7.*
7 *Lex pœnalis licet fauorabilis non eſt priuilegiū. n.7.*
8 *Priuilegium eſt contra commune ius. nu.7.*
9 *Sub communicatione Priuilegiorum non veniūt ſtatuta, quæ non ſunt priuilegia. nu.7.*
10 *Lex ad prohibita lege diuina addens pœnam, non eſt priuilegium. nu.8.*
11 *Princeps præcipiendo aliquibus non intendit obligare omnes. nu.8.*
12 *Ambitus dignitatum, de ſe malus. nu.8.*
13 *Conſtitutiones præfatæ ex identitate rationis non afficiunt omnes, & ſingulas Religiones. nu.9.*

1 QVæritur primo. An quæ à iure ſtatuta ſunt contra ambitionum procurantiu electiones per ſubornationes, & extraneorum fauores pro vna determinata Religione obligent in ſpecie earum ſingulas, & eas comprehendant ambitio aliena nedum electores vel cogit, vel cogire facit per Superiorum præcepta, aut per vim, & metum, ſed ſæpiùs (latentiùs tamen) per preces importunas, ſubornationes, ſuaſiones, & extraneorum, (maximè Præſulum, & Principum) fauores, qui omni aperta violentia ſunt deteriores, & pernitioſiores Religioſæ Reipublicæ. Ideò Pontifices ad huiuſmodi malum extirpādum à Religionibus, pro ſingulis earum ſtatè conſtitutiones emiſerunt, in quibus grauibus pęnis huiuſmodi ambitum electionum per ſubornationes, & procurationes vocum, & maximè per fauores ſæcularium perſecuti ſunt. Idèò prima quæſtio examinanda ſe offert. An quæ à iure ſtatuta ſunt contra ambitionem procurantium electiones per ſubornationes, & extraneorum fauores pro vna determinata religione, obligent in ſpecie earum ſingulas, & eas comprehēdant.

2 Lo-

2 Loquentes enim nonnulli de *Conſtit. Pij V.* 128. facta pro Minoribus de obſeruantia, in qua excommunicat eos, qui per ſex menſes ante electiones per ſe, vel per alios aliquem ſubornauerint, tenent eam omnibus Ordinibus mendicātiū ſuffragari per viam communicationis priuilegiorum. Quoniam cum prædicta conſtitutio contineat fauorem Religionis, venit ſub communicatione priuilegiorum. Hæc tamen opinio fundamentum non habet.

3 Sciendum igitur pro diuerſis Ordinibus mendicantium diuerſa fuiſſe à Pontificibus ordinata, pro libertate electionum tuenda. Primo enim Pius V. in *Conſtit. Paſtoralis officij* 128. minoribus de obſeruantia prohibuit, ſub pœna excommunicat. latæ ſententiæ, ſubornationes ſub his verbis. *Qui verò in electionibus omnibus, vel ante eas per ſex menſes pro ſe, vel pro alio ſubornauerit, excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat, à qua non niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, præterquam in mortis articulo abſolui non poſsit, ac voce actiua, & paſsiua perpetuò careat ſubornatus, vel alius etiam pro quo ſubornatio fiet, qui ſubornantem non detulerit, eandem pœnam incurrere cenſeatur.* Quam *Conſtit. Greg. 13. per ſuam Conſtit. conſueuit* 13. in Bullario moderatus fuit per hęc verba *facultatē quoad caſus prædictos Romano Pōtifici duntaxat per d. Prædeceſsorem reſeruatam, etiam Miniſtro, & Commiſsario Generalibus, quando de ipſis non agitur, in omnes euentus prædictos impartimur. Quod autem de ſubornato, & eo pro quo ſubornatio fieret, qui ſubornantem non detuliſſet, vt eandem excommunicationis pœnā incurreret, per d. Prædeceſsorem ſtatutum fuit, penitus abolemus.*

4 *Gregor. etiam* 13. *pro Benedictinis Caſinen. nihil in vnaquaque* 16. in Bullario ſequentia ſtatuit §. 8. & 9. *Ac omnes, & ſingulos monachos Congreg. præfatæ, cuiuſcunque ætatis, gradus, conditionis, præminentiæ, & litteraturæ exiſtentes, & quacunque dignitate præfulgentes, qui ad Prælaturas, & alia officia dictæ Congregationis aſſequenda intenti, ad Principum, & Prælatorum, de gremio dictæ Congregationis non exiſtentium, fauores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque vijs, directè, vel indirectè, palam vel occultè, ad dignitates ſeu officia in Congregatione præfata obtinenda aſpirauerint, vel alijs minus legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiuerint, illorumque complices, & fautores ad quaſcunque Prælaturas dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda, perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officijs, eo ipſo priuamus ac priuatos voce tum actiua, tum paſſiua carere decernimus, & & declaramus. Et in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ omnibus dictæ Congregationis monachis, qui pro tempore regimini dictæ Congregationis deputati erunt, præcipientes diſtrictèque mandantes, ne aliquos precibus, litteris, vel fauoribus Principum, vel Prælatorum, aut aliorum extra dictum gremium exiſtentium adducti, ad cuiuſuis generis prælaturas, dignitates officia, adminiſtrationes, & gradus promouere præſumant, immò promouendorum meritis, & virtutibus, tantum inſpectis, quod Dei cauſam agant, memores ſint, quo magis puro, & ſincero corde nulla priuata, aut mundana affectione commoti in electionum negotio procedant. Decernentes electiones, & promotiones ad monaſteria ſic litteris, aut alijs fauoribus Principum, & Prælatorum vel aliorum extra gremium, vt præfertur, exiſtentium, eorumque precibus, aut pollicitationibus iniuſtè, ac indebitè extortas, nullas, inualidaſque eſſe, & aduersùs eos, qui his minùs legitimis rationibus ad regenda monaſteria, vel Prioratus, aut alia officia ſe eligi, aut aſſumi obtinuerint, per eiuſdem Congregationis Superiores quandocunque procedi, & rei veritate cognita, condignis pœnis, tanquam publicæ dictæ Congregationis quietis perturbatores, affici poſſe, & debere. Et ità per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate, iudicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

5 Eiuſdem ferè tenoris editæ fuerunt pro alijs Ordinibus Conſtitutiones, nimirum pro fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo, *Clem. 8. conſt. 23. Quoniam nemo*, die 21. Maij 1593. Pro monachis Congregationis *Camaldulen.* Ordinis S. Benedictis eiuſdem *Clem. 8. conſtit. 43. ambitioſam bonorum*, die 3. Septembris 1596. pro Eremitis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis, eiuſdem *Clem. 8. Conſtit. 70. ambitioſam honorum.* 23. Decembris 1600. Pro fratribus Cruciferis eiuſdē *Clem. 8. conſtit.* 109. *quoniā nemo* 23. Iulij 1604. Pro Canonicis Regularibus Cōgregationis S. Saluatoris Ordinis S. Auguſtini *Pauli* 5. *conſtit.* 35. *quoniam nemo*, die 22. Septēbris 1607. Pro monachis S. Benedicti Congregationis Cęleſtinorum eiuſdem *Pauli* 5. *conſtit.* 98. *quoniam nemo*, 27. Auguſti 1616. Pro monachis S. Bernardi Congregationis *Ciſtercien.* Italiæ eiuſdem *Pauli* 5. *conſtit.* 79. *aliàs vos*, 30. Martij 1613.

6 Præterea verò alijs Ordinibus per Pōtifices, duo præcepta fuerunt, nimirum Superioribus, ne dignitates, Prælaturas, officia ad inſtantiam, & fauorē cuiuſcūque extra Ordinē conſtituti concederent, & ſubditis, ne huiuſmodi fauores pro prædictis obtinendis interponerent, immò nec ſponte oblatos fauores, admitterent. Sic enim pro Ordine Prædicatorum ſtatuit *Greg.* 13. *in Bulla* 62. *Cum nihil magis*, 1. Iunij 1580. Quam confirmauit, & extendit *Clem. 8. in Bulla* 7. *Religioſos viros*, 23. Maij 1592. Et quas iterum confirmauit, & extendit *Paulus* 5. *in Bulla* 39. *Admonemur paſtoralis* 7. Ianuarij 1608. Pro Eremitis S. Auguſtini eiuſdem *Pauli* 5. *Bulla* 48. *admonemur paſtoralis*, die 4. Iulij 1608. Pro Minoribus de obſeruantia S. Franciſci eiuſdem *Pauli* 5. *Bulla* 114. *admonemur paſtoralis*, die 18. Aprilis 1619. Pro Minoribus Conuentualibus eiuſdē *Pauli* 5. *Bulla* 116. die 4. Septembris 1619. Pro minimis S. Franciſci de Paula, eiuſdem *Pauli* 5. *Bulla* 117. *Admonemur paſtoralis* 6. Septembris 1619. Et in parte pro Eremitis S. Hieronymi de obſeruantia *Greg.* 13. *Bulla* 90. *Ea quæ* §. 10. 25. *Maij* 1584.

7 Huiuſmodi igitur ſtatuta, & conſtitutiones dicimus eſſe particulares, & non afficere niſi Religioſos eorum Ordinum, pro quibus illæ emanarunt, & nec ratione communicationis priuilegiorum, nec ratione identatis rationis communes eſſe alijs Religioſorum Ordinibus. Probatur primum, ſcilicet, quòd non ſint communes ratione communicationis priuilegiorum, quia lex pœnalis prohibens aliquid ſub

Digitized by Google

pęna graui, qualis eſt pęna excommunicationis, priuationis vocis, & inhabilitatis, licet ſit fauorabilis communitati, non eſt conceſsio, nec donum, nec priuilegium, ſed eſt ſtatutum. Priuilegium enim eſt lex priuata, *cap. priuilegia diſt.3.* quoniam eſt priuatum ius indultum à Principe contra ius commune *cap. Abbate de verborum ſignific. Sylu. v. priuilegium. n.1.* At vero lex pœnalis ad ius commune ſpectat, non verò eſt contra ius commune. Cum verò ſub communicatione priuilegiorum non veniant, quæ non ſunt priuilegia, ſed ſtatuta, ideo leges pęnales licet fauorabiles communitati, nou cadunt ſub cõmunicatione priuilegiorum.

8 Hoc verò tunc magis eſt verum, cum lex pęnalis nou prohibet niſi id, quod per priùs ex lege naturali, aut ſupernaturali eſt per ſe malum, vnde lex illa quatenns humana ſolùm ſuperaddit, & determinat pęnam. Tunc enim, quod ex lege humana additur, cum ſit pœna, nec habet rationem priuilegij, aut gratiæ, nec eſt credibile, quòd Pontifex, cum præcipit aliquibus, velit obligare omnes, quia immò ſi intenderet obligare omnes, non eſſet, vnde Pontifices tot dediſſent conſtitutiones pro diuerſis Ordinibus, quia prima data pro vno Ordine, fuiſſet ſufficiens pro omnibus. Et tamen legenti ſupracitatas conſtitutiones conſtabit, Pontifices quod præceperunt vni Ordini idem, & eiſdem verbis præcepiſſe alteri, quod fuiſſet ſuperfluum, ſi leges datæ pro vno Ordine eſſent communes omnibus. In præſenti verò, ambitus dignitatum, & electionum coactio ſunt de ſe mala, & ex humana lege determinata eſt pœna, quæ nec priuilegium dici poteſt, nec eſt veriſimile, quòd Pontifices voluerint illam eſſe communem, & habuerint intentionem præcipiendi omnibus, dum vni ſoli præcipiunt. Et ideo huiuſmodi leges pœnales non cadere ſub communicatione priuilegiorum tradunt Miranda in *Manual. tom.1. q.46. a.6. Hieron. Rodriquez. reſol.* t 26. *num.*50. quos refert, & ſequitur *Donatus p.1. tract.7. q.12. Tambur. de iur. Abbat. diſp.17. q.6.*

9 Sed neque ex rationis ſimilitudine, & æqualitate, conſtitùtiones illæ dicendæ ſunt communes. Quæ enim pro vna Religione ſtatuta ſunt ex identitate rationis, alteram Religionem non ligant, vt patet *cap. non ſolum* iuncto *cap. ſeq. de Regular. in 6. & tradunt Rodriq. tom.1. q.2.4.2. Laymau. l.1. tr.4. cap.18. Suarez. l.6. de legib c.3. num.12.* Et in ſpecie de præfatis *conſtit. docet Sigiſ. de elect. dub.53. nu.9.* Sed ex ſequenti quæſt. hoc erit magis euidens.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio quæſtionis. nu.10.*
2 *Ratio legis poteſt eſſe vel ſimilis, vel eadem in pluribus caſibus. nu.11.*
3 *Ex ſimilitudine rationis obligatio legis non ſe extendit ad caſus nullo modo contentos ſub ſignificatione verborum legis. n.12.*
4 *Ad id lex non extenditur, ad quod non extenditur voluntas legislatoris. ibid.*
5 *Lex vim obligandi habet ex voluntate legislatoris. numer.12.*
6 *Voluntas legislatoris non obligat niſi expreſſa ſit.*
7 *Non ſufficit voluntatẽ eſſe expreſſam negatiuè. ibid.*
8 *Caſus purè ſimiles non comprehenduntur ſub voluntate legislatoris. n.13.*
9 *Argumentum à ſimili vſitatum. n.14.*
10 *De ſimilibus idem iudicium. ibid.*
11 *Similitudo rationis non eſt ſignum voluntatis legiſlatoris. num.15.*
12 *Quod legislator vult, id per verba legis exprimit. ibid.*
13 *Data rationis ſimilitudine, legislator voluit extenſionem fieri, id expreſſit per nouam legem. nu.16.*
14 *Cap.* cum dilecta *de confirmatione vtili. ibid.*
15 *Capite Conſtitutionem de Regularibus in 6. ibid.*
16 *Legislatoris eſt, legem ex paritate rationis extendere. ibid.*
17 *Iudicum, eſt in iudicando ex caſibus expreſſis, dirigi ad iudicandum in caſibus non expreſſis. ibid.*
18 *L.* adigere *de iure patron. num.17.*
19 *Ceſſante ratione legis, lex ceſſat. ibid.*
20 *L.* cum pater *§. dulciſſimus de leg.2. ibid.*
21 *Legata ex ratione extẽduntur, vel reſtringũtur. ibid.*
22 *L.* Pater *§. fundum. ibid.*
23 *Filius prohibitus alienare quo ad vixerit poteſt teſtari. ibid.*
24 *In liberis vbi militat ſimilis ratio, non ſequitur ſimilis effectus. num.18.*
25 *Nulla diuerſa ſunt adæquatè ſimilia. ibid.*
26 *Vbi non eſt adæquata ſimilitudo, diſpoſitio facta de vno non valet pro alio. ibid.*
27 *Simillum eſt idem iudicium, ſi eorum ſit eadem ratio. ibid.*
28 *Vt argumentum à ſimili valeat, debet eſſe ſimilitudo in eo, de quo agitur. ibid.*
29 *Argumento à ſpeciali validum. ibid.*
30 *Argumentum ad ſenſum legis contrarium, validum. ibidem.*
31 *Extenſio ad caſum non expreſſum ex ſimilitudine rationis non valet in legibus correctorijs. nu.19.*
32 *Neque in legibus pænalibus. ibid.*
33 *Ex identitate rationis lex extenditur, quantum ratio extenditur. num.20.*
34 *Ex identitate rationis nõ extenditur lex ad caſum nullo modo comprahenſum ſub ſignificatione verborum legis. ibid.*
35 *Vbi eadem ratio, ibi eſt eadem legis diſpoſitio. ibid.*
36 *Finis legislatoris duplex, primus, & proximus: adæquatus, & inadæquatus. num.21.*
37 *Vbi idem finis adæquatus, ibi ex identitate finis extenditur lex. ibid.*
38 *Cap. primum de tempor. ord. in 6. num. 22.*
39 *Finis legislatoris coarctatur ex limitata expreſſione legis. num.23.*
40 *Sub ſignificatione verborum legis continetur, quidquid cum re expreſſa habet neceſſariam connexionem. num.24.*
41 *Conuertibiliter ſe habent finis legis, & legis ſignificatio. ibid.*
42 *Sola verba legis, Iudaicè non ſunt attendenda. n.25.*
43 *Cap. final. de reg. iuris in 6. num.25.*
44 *Non licet ſeruando verba legis fraudolenter agere contra legem ibid.*
35 *Cap.* Quia in Inſulis *de Regular. ibid.*
46 *Nomen Monachi generaliter ſumitur aliquando, vt eſt idem, quod nomen Religioſi. ibid.*
47 *L.* ſcire oportet, *§.* illud *ff. de excuſat. num.26.*
48 *Lex vbi ſequatur abſurdum ex illa extendi debet, aut reſtringi, ne abſurdum ſequatur. ibid.*
49 *L.* Cum mulier, *ff. ſoluto matrim. ibid.*
50 *Qui non poteſt puniri, non poteſt accuſari. ibid.*

51 *Ad caſus non habentes connexionem neceſſariam cum caſu expreſſo non poteſt fieri extenſio ex identitate rationis. num. 26.*

52 *Extenſio legis duplex neceſſitatis, & congruitatis. num. 27.*

53 *Qualibet lex etiam pœnalis extendi debet aduerſus, quorum omiſsio redderet legislatorem, vel imprudentem, vel iniuſtum. num. 27.*

54 *Vbi extenſio eſt congruitatis, latior ſit in fauorabilibus, & ſtrictior in legibus pœnalibus. ibid.*

55 *Etiam vbi ratio legis non eſt expreſſa in lege poteſt ratio legis aliunde colligi, & ex ea iudicium ferri de lege. num. 28.*

56 *Regulariter iuris iudicium certum de extenſione legis poteſt dari, vbi in lege non eſt expreſſa legis ratio. ibid.*

57 *Sæpe fallimur deducendo rationem legis ex coniecturis. ibid.*

58 *Leges intellectu difficiles, in quarum intelligentia ſæpè decipiuntur, & magiſtri, & ſcholares. ibid.*

59 *Plures regulæ ad extendendas leges. num. 29.*

60 *A correlatiuis. ibid.*

61 *A connexis. ibid,*

62 *Per radicationem in eodem principio. ibid.*

63 *Per æquiparationem caſuum. ibid.*

64 *Per exemplum. ibid.*

65 *Huiuſmodi regulæ ſolùm valent vbi adſit eiuſdem rationis identitas. ibid.*

66 *Legis coarctatio, & extenſio conuertibiliter ſe habet cum rationis limitatione, & amplitudine. ibid.*

67 *Lex ſtatuens pro vna Religione determinata non eſt communis alijs. n. 30.*

10 QVæritur ſecundò, An ex rationis ſimilitudine, aut identitate lex extendatur de vno caſu ad alium? Quoniam centies, & millies in hoc tractatu leges de electione, et annexis decernentes interpretandæ erunt, & neceſſe erit conſiderare quantùm extendi debeant, vel ex ſimilitudine, vel ex identitate rationis, ne ſemper repetenda ſit eadē doctrina ac probanda, opera pretium iudicaui, occaſione huius quæſtionis incidenter quærere, an, & qualiter lex in vno caſu diſponens ad caſum non expreſſum intelligi debeat extenſa ex rationis ſimilitudine aut identitate. Quoniam verò quæſtio hic incidenter tractatur, dimiſſis pluribus, quæ ad vberiorem, & abundantiorem explicationem conducerent, ideò que relictis plurium DD. ſententijs, quod verum in hac parte iudico breuiter explicandum arbitror.

11 In primis verò ad confuſionem vitandum diſtingui debet ſimilitudo rationis à rationis identitate. *De hac diſt. videndi ſunt Alex. conſ. 75. Paul. de Caſtr. conſ. 84. & 338. Roch. Curt. tract. de conſuet. ad cap. vlt. eod ſect. 4. n. 23. Tiraq. in l. ſi vnquam v. libertis n. 45. Suarez de legib. l. 6. c. 3. n. 3.* Nam formale in lege eſt ratio, qua voluntas legislatoris mouetur, quæ etiam anima legis dicitur. Verùm cum plures rationes ſint, quibus legislator moueri poteſt ad condendam legem, vel comparantur huiuſmodi rationes ad inuicem, vel quælibet illarum comparatur ad materiam legis, quæ eſt illa, quæ præcipitur. In prima comparatione attenditur ſimilitudo, ſeu paritas rationum; quæ habetur, cum rationes ſunt diuerſæ, ſed tamen ſimiles, & habent inter ſe moralem quandam æqualitatem aut inæqualitatem in ratione bonitatis, & honeſtatis, & hoc modo quælibet ſpecies virtutum ſimiles ſunt, quia in honeſtate, & conformitate ad rationem conueniunt; & ſunt etiam diſſimiles, qui vna eſt alia perfectior, & nobilior, & melior. Sic v.g. amicitia, & gratitudo quādam rationem ſimilitudinis habent, ſicut & omnes ſpecies iuſtitiæ, aut temperantiæ. Et pariter inter vitia vnum eſt alteri ſimile, aut diſſimile in deformitate. Et ità ſicut honeſtas vnius virtutis intelligitur eſſe ratio mouens ad hoc, vt legislator aliquid præcipiat, ſic alterius virtutis honeſtas poteſt intelligi, vt ſit ratio præcipiendi actus ſuos. Sed rationis idētitas ſumitur per comparationem formæ ad materiam nimirum per comparationem rationis condēdi legem ad id, quod præcipitur, quod eſt legis materia. Et quia ratio formalis legem ferendi eſt finis, in idem coincidunt identitas rationis, & identitas finis. Duplex ergo hic proponitur difficultas. Prima eſt: an obligatio legis extendatur ad caſus non expreſſos in lege ex ſimilitudine, ſeu paritate rationis? ſecunda: eſt an extendatur ex rationis identitate?

12 Dicitur autem primò: nullius legis obligationem extendi ex ſola, & pura ſimilitudine rationis ad caſum non expreſſum, & nullo modo comprehenſum ſub ſignificatione verborum legis, etiam ſi de tali caſu nihil per aliam legem ſit diſpoſitum, & ſiue lex ſit pœnalis ſiue non pœnalis. *Gloſſ. in cap. In fidei v. inquiſitionis de hæret. in 6. Anton. in c. vlt. de conſuetud. n. 57. Domin. in cap. p. de tempor. ordin. nu. 9. in 6. Adrian. in 4. in Matt. de excom. q. 3. excep. 8. quos refert, & ſequitur Suarez l. 6. de leg. c. 3. n. 4.* Probatur primò hæc aſſertio: Nam ad illum caſum non ſe extendit obligatio legis, ad quem non ſe extendit mēs, & voluntas legislatoris nobis expreſſa, & ſufficienter manifeſtata, ſed mens, & voluntas legislatoris non ſe extendit ad caſus nullo modo compræhenſos ſub ſignificatione verborum legis, ex ſola, & nuda ſimilitudine, & paritate rationis inuentæ in illis caſibus igitur neque ad illos caſus ſe extendit obligatio legis maiorē huius rationis habet *Sylueſt. v. lex. n. 18.* & cum habeat duas partes, quantùm ad vtramque explicatur; Et quidem quantùm ad primam. Quoniam lex vim obligandi habet ex vi volūtatis legislatoris, vt tradunt communiter Theologi *p. 2. q. 90. a. 1.* Sue enim quis dicat legem conſiſtere in actu intellectus, vt vult *D. Th. ibid.* vel in actu voluntatis, vel in vtroque vt alij volunt, hoc eſt certum, quòd vim obligandi lex habet ex voluntate legislatoris. Vnde eſt, quòd in ſcripturis præceptum dicitur voluntas. *Pſalm. 32. notas fecit vias ſuas Moyſi, filijs Iſrael voluntates ſuas & Pſal. 42. Doce me facere voluntatem tuam & 2. Macc. 1. Det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem, & Pſalm. 39. In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam.* In his autem locis ex *D. Th. p. p. q. 19. n. 9.* voluntas ſumitur pro voluntate ſigni, & præceptum dicitur *voluntas*, quia eſt ſignum voluntatis legislatoris, & ex vi voluntatis legislatoris habet vim, & efficaciam obligandi. Secunda etiam pars euidens eſt, quia voluntas legislatoris nō obligat, niſi exprimatur, vt ex *D. Th. q. 23. de ver. a. 7. & 8.* docet *Sylueſt. loco citato*. Et inde eſt, quòd ad hoc vt lex obliget, neceſſe eſt, quòd lex ſit promulgata, vt cum *D. Th. p. 2. q. 90. a. 4.* omnes Theologi docent. Nullus enim fertur in ignotum, vnde

Digitized by Google

ſubditus non poteſt ex intentione conformare volũtatem ſuam voluntati legiſlatoris, niſi legiſlator eam exprimat. Voluntas enim in mente retenta nihil operatur *l. ſi repetendi ff. de condit.ob cauſam Brunor.* à ſolc in locis communibus *v. propoſitum. Rota decіſ.354. n.6.p.1. Recent.* & alij apud *Barboſ. axiom.*230. Et aduertendum, quòd non ſufficit expreſſio negatiua, ex eo quòd legiſlator non exprimat oppoſitum, quia ad hoc, vt lex habeat vim obligandi ad aliquid, non ſufficit, quòd legiſlator non velit oppoſitum, ſed neceſſe eſt, vt velit, quod præcipit, & ideo neceſſe eſt, vt exprimat ſe velle, quod præcipit, vt in ſubdito conſurgat obligatio ſeruandi præceptum,

13 Minor autem præfatæ rationis probatur, quia caſus de quibus loquimur nullo modo compræhenduntur ſub verbis, quibus lex promulgatur, & voluntas legis exprimitur. Verba autem ſunt ſigna quæ exprimunt, & demonſtrant voluntatem animi *l.labeo §.idem Tubero ff.de ſuppellect.leg. Brunor.à ſole in loc.commun. v. homo*, & quam plures alij apud *Barboſ.axiom.22.n.2.* Ideo cum legiſlator debeat exprimere voluntatem ſuam, hæc verò exprimatur verbis, quòd ſub verbis legiſlatoris non compræhenditur, non eſſe de voluntate legiſlatoris conuincitur, iuxta regulam illam, ſi fieri voluiſſet expreſſiſſet *cap.2.de translat. Epiſ. & cap.ad audient.de decimis*. Quod eò magis eſt verum, quòd immò caſus, de quibus loquimur, nec compræhenduntur, vt ſupponimus ſub ea ratione, & motiuo finali, quo voluntas legiſlatoris mota eſt ad condendam legem, ſi enim compræhenderentur ſub eadem ratione legis, eſſemus in alio caſu, & extenſio fieri diceretur ex identitate rationis, & non merè rationis ſimilitudine; non eſt igitur, vnde dicatur caſus illos compræhendi ſub voluntate legiſlatoris, cum nec ſub verborum legis ſignificatione, nec ſub ratione legis compræhendantur.

14 Sed dices, rationis ſimilitudinem eſſe ſignum voluntatis Superioris, quia conueniens eſt, vt vbi militat ſimilis ratio, ſequatur ſimilis effectus. Et quia argumentum à ſimili eſt in moralibus vſitatũ per ea, quæ latè habet *Felin.in cap.translat.a. n.* 10. *de conſtit.* Nam & ſimilium idem eſt Iudicium *l. non poſſunt l.ſeq.ff.de leg.& §.rectè Inſt.mandati*. Et ideo, quòd vbi militat ſimilis ratio lex extendi debeat, habetur ex *l.adigere §.quàmuis ff.de iurepatr. & l. cum pater §.dulciſſimus ff.de legat.2.& l.pater §.fundũ ff.de leg.3.& cap.cum dilecta de confirmat.vtil.vel inutil.& cap.final.de reg.iuris in 6.* quæ iura ad hoc propoſitũ adducunt *Panorm. in cap. quia in inſulis de ſtatu Monach.& Sylu.v.lex q.18.n.18.*

15 Hæc tamen intentum non probant, & iura adducta faciunt ad oppoſitum eius, ad quod inducuntur. Et quidem ſi ſola, & nuda rationis ſimilitudo eſſet ſignum, quòd legiſlator velit ſub vnius ſimilis diſpoſitione compræhendere omnia ſimilia, iam nec legiſlator de vno poſſet diſponere, niſi diſponeret de omnibus, & vnum præcipiendo omnia præciperet, quia præcipiendo id, quod eſt minùs bonum, & æqualia bona præciperet, & à fortiori meliora bona, & ſi nollet omnia præcipere, teneretur expreſsè excipere ea, quæ præcipere non vellet. Et confuſione leges plenæ eſſent, quia non haberemus firmam regulam ad diſcernendum, quæ præcepta ſint, cum neque ſæpiùs de ſimilitudine, aut diſſimilitudine conſtaret. Et contra omnem vſum agendi, & humanum modum operandi legiſlator vellet, quod verbis non exprimeret, contra citatam regulam iuris, quod ſi legiſlator alios caſus comprehendere voluiſſet, id expreſſiſſet. *cap.2.de translat.Epiſ.& cap.ad audientiam, de decimis.*

16 Sed ex prædictis, & alijs iuribus improbatur reſponſio, nã vbi aderat ſimilitudo rationis, ad hoc vt id, quod de vno ſimili diſpoſitum erat, etiam in alio ſimili ſeruaretur, fuit opus, vt lex expreſsè extenſionem faceret ratione ſimilitudinis; Igitur ſignũ eſt, quòd vbi lex non extendit, ſola & nuda ſimilitudo non eſt ratio ſufficiens, ad hoc, vt diſpoſitum de vno ſimili, valeat de alio. *Sic enim in d.cap.Cum dilecta de confirmat.vtili* &c. Pontifex eiuſdem æquitatis ſimilitudine ductus, nouam legem condidit, quam ſi non condidiſſet, non obligaſſet. Etenim ex quo de iure ciuili eſt, vt vbi periculum teſtium formidatur, etiam lite non conteſtata, admittantur teſtes valetudinarij &c. nunquid erat neceſſe, vt Pontifex priuilegia monaſterij *Gardeſſen.* quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta approbaret, & innouaret? minimè quidem. Sed Pontifex ipſe ſic ſtatuit ex æquitate, & quia ſic ſtatuit, ſic fuit exequendũ. Sic *cap.conſtitutionem.3. de regul.in 6.Bonifac.*8. ad omnes Mendicantes extẽdit Cõſtitutionẽ *Alex.*4. de anno probationis, habitę *cap.non ſolum eod.tit.* Cum verò in omnibus Mendicantibus militaret ſimilis ratio, nihilominùs ante *conſtit.Bonif.*8. alij Mendicantes non tenebantur ad annum probationis, vt fatetur Idem *Syluester*, & ad hoc, vt ad iſtum annum tenerentur, fuit opus, vt Põtifex cõſtitutionẽ *Alex.*4. prorogaret, & extenderet. Sicut fecit ſimilitudine rationis inſpecta ibi: *nos pari ſimilitudine rationis inducti, declarationem eandem ad aliorum mendicantium ordines prorogamus.* Vnde manifeſtum eſt, quòd licet ſimilitudo rationis ſit ſufficiens motiuum ad hoc, vt legiſlator pro ſua prudẽtia, & arbitrio extendat priorem legem ad caſum non expreſſum, ſiue etiam ad hoc vt Iudex in iudicando ex iuris prudentia, & quadam æquitate iuris naturalis ex caſibus ſimilibus in lege expreſſis, ſe dirigat ad iudicandum in caſibus non expreſsis. *Rota deciſ.194.num.45.p.7.Recent.* Tamen ex priuata interpretatione ad libitum, interpretantis non eſt neceſſe legis obligationem ex pura ſimilitudine rationis extendi *cap.verò final.de reg.iuris in 6.* infrà explicatur, & ex eo intenta veritas probatur.

17 Lex verò *adigere 6.*de iure *patron.* pro nobis eſt in *d.§.Quàmuis*, ex quo deſumitur axioma, quòd lex generaliter loquens reſtringitur per rationem, quia ceſſante ratione legis lex ceſſat. Si igitur eſto caſus comprehendatur ſub verbis generalibus legis, adhuc lex non ſe extendit ad caſum, ad quem ratio legis non ſe extendit, multò minùs lex ſe extendit ad caſum, ad quem non ſe extendunt, nec verba, nec ratio legis. Sed & lex *cum Pater §.dulciſſimus 77.de legat.2.* ad hunc ſenſum loquitur. Nota enim marginal. ad eam legem, hanc aliam regulam ex ea adducit, quòd fidei commiſſa ampliantur, & reſtringuntur per rationem, qua motus fuit teſtator. Non igitur ex pura rationum diuerſarum aliquali ſimilitudine, ſed ex rationis identitate ille textus procedit, vnde eſt, quòd tunc tantùm ſimilium habendum eſt idem iudicium, quando eorum eſt eadem ratio. Lex autem *Pater §. fundum 38.ff.de leg.3.* pro nobis eſt prorſus, quia ibi decernitur, quòd voluntas teſtatoris debet attendi,

& quòd

Digitized by Google

& quòd hæc colligitur ex verbis teſtamenti. Et quia ibi Pater prohibuit, ne filius eo viuente alienaret fundum, concludit iuris conſultus, quòd filius potuit relinquere fundum per teſtamentum, & ſic Patris teſtamentum vltra caſum expreſſum non extenditur, & quia prohibuit ne filius alienaret fundum, quoad vixerit, non fuit filius prohibitus alienare fundum cauſa mortis per teſtamentum.

18 Ex his ad obiecta reſpondetur, & ad primum negatur aſſumptum in liberis, & vbi non eſt adæquata ſimilitudo. In liberis enim ſequitur effectus ad nutum voluntatis. Non conuenit verò, vt legislator omnia præcipiat, ſed pro arbitrio ſuo, quæ pro temporum qualitate ad bonum commune conducit diſponat. Et eò magis, quòd non poſſunt dari diuerſa, quæ ſint adæquatè ſimilia, ſed quæ diuerſa ſunt, in aliquo neceſſariò ſunt diſſimilia, & poteſt eſſe, quòd ratio motiua legislatoris, vel ſaltem conditio modificans rationem motiuam legislatoris ſit id, ratione cuius ſimilia differunt, vt quia v. g. neceſſitas diſpoſitionis ſit in hac materia, & non in illa, vt puta neceſſitas taxandi pretium ſit in pane, non in oleo, vel in vna perſona, non in alia, vt in regularibus, non in clericis, vel in vno loco, non in alio, vt in Italia, non extra montes, ideo ad legis extenſionem non eſt attendenda ſola ſimilitudo, quia hæc ſimul eſt diſſimilitudo, ſed attendi debent, & verba legis, & ratio legis factiua, & tunc ad ſimilia extendi poterit lex, ſi modo infra explicando, ad illa eadem ratio legis ſe extendat. Et ita ad ſecundum obiectum dicitur, quòd ſimilium eſt idem iudicium, & valet locus arguendi à ſimili ad ſimile, quando ſimilium eſt eadem ratio. *Maſcard. de probat. conc.* 1253. *nu.* 3. *Menoch. de arb. caſ.* 84. *num.* 8. *& 9. Fariu. Fragm. crim. L. E. n.* 199. Quos refert, & ſequitur *Barboſa loco* 101. Vel ſimilium idem eſt iudicium, quando eadem eſt de vtroque iuris diſpoſitio *Bald. conſ.* 188. *fin.* quem refert *Tuſc. L. A. concl.* 107. *n.* 30. *Barboſ.* vbi ſupra. Et ratio eſt ſupradicta, quia vbi non eſt ſimilitudo adæquata ſimul eſt diſſimilitudo. Vbi verò lex diſponit expreſsè de vno ſimili, & ratione tali, ſub qua aliud ſimile non comprehenditur, non diſponit de ſimili, quatenus ſimile eſt, ſed quatenus eſt diſſimile. Vt autem valeat locus à ſimili ad ſimile, debet eſſe ſimilitudo in eo de quo agitur, non in alio. *Menoch.* vbi ſupra *num.* 6. *Farin. num.* 196. *Dec. conſ.* 329. *num.* 4. & alij, quos refert *Barboſ.* vbi ſupra *num.* 9. Iura autem citata non probare intentum arguentis oſtenſum eſt. Quod eò magis apparet, quia in moralibus validum eſt argumentum à ſpeciali, nimirum probando legislatorem alia excludere voluiſſe, quia vnum expreſſit. *Layman. l.* 1. *tr.* 4. *c.* 18. *num.* 9. ſicut & valet argumentum ad ſenſum legis contrarium. Ideo vbi legislator vnum caſum expreſſit, ex hoc ipſo arguitur, quòd non expreſſa excludere voluit.

19 Confirmantur prædicta, quoniam ferè omnes docent, quòd hæc extenſio ad caſum non expreſſum ex ſimilitudine rationis non valeat, ſi alia lex de illo caſu non expreſſo, quantuncunque tamen ſimili aliter diſponat. Legũ enim correctio ſtricti iuris eſt, & ideò non habet in ea locum extenſio ex ſimilitudine rationis. Tum quia fortius vinculum eſt, quod fert lex expreſsè diſponens, quàm ſit ratio alterius legis propter ſolam ſimilitudinem, ideò ex ſola rationis ſimilitudine non extenditur lex ad caſum, quando hæc extenſio corrigeret ius antiquum, vt docent *Bart. in authent. quas actione C. de ſacroſ. Eccleſ. n.* 8. *& 9. & in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. quæſt.* 6. *princ. quæſtiunc.* 4. *Abb. conſ.* 29. *num.* 4. *vol.* 2. *& in c. translato num.* 4. *de conſtit. & Felin. ibid. n.* 13. Igitur ſola ſimilitudo rationis, non facit, quòd caſus ſit ſub lege compræhenſus, quia aliter ſi eſſet compræhenſus per ſe valere poſſet, vt corrigeret etiam priorem legem. Et idem argumentum fit de lege pœnali, quam ex ſimilitudine rationis non extendi de perſona ad perſonam, de loco ad locum, de caſu ad caſum ſimilem tenent *Gloſſ. in cap. In pœnis* 49. *de reg. iuris in* 6. *Butr. in cap. vltim. de conſuet. nu.* 57. *&* 58. *Caſtr. l.* 1. *de leg. pœnal. cap.* 7. *docum.* 3. *Molin. tract.* 2. *diſput.* 176. §. 4. *Rodriq. tom.* 1. *q.* 11. *ar.* 6. *reg.* 14. *Sanchez l. de matrim. diſp.* 4. *Salas de legibus tract.* 4. *diſp.* 21. *ſect.* 13. *num.* 29. *Portel. v. lex. in addit. n.* 13. *Io. Valer. in diff. vtriuſque fori v. lex diff.* 5. *nu.* 2. *Bonac. de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *p.* 8. *num.* 23. *Diana p.* 1. *tr.* 10. *reſol.* 26. *& p.* 2. *tr.* 17. *reſol.* 66. vbi plura exempla refert, in quibus DD. quos citat, tenent quòd lex pœnalis non extenditur de caſu ad caſum ſimilem ex ſimilitudine rationis. At verò ſi aliàs hæc extenſio ſit de mente legislatoris, non poteſt reddi firma ratio, cur non habeat locum etiam in lege pœnali. Quia licet lex pœnalis ſit interpretationis ſtrictæ, ſi tamen legislatorum mens eſt, vt lex de vno caſu diſponens ſit extenſa ad omnem caſum ſimilem, etiam non expreſſum, ac ſi eſſet expreſſus, non habebit certum, & indubitatum locum ſtricta interpretatio, quia ſi ille caſus ſimilis eſſet expreſſus, compræhenderetur etiam ſub lege pœnali. Et nihilominùs, quia verè ſic eſt, quòd in lege pœnali hæc extenſio non habet locum, ſicut nec in lege correctoria alterius legis prioris, meliùs dicitur hoc ideo eſſe verum, quia huiuſmodi extenſio de caſu ad caſum ex ſimilitudine rationis per ſe non eſt de mente, & voluntate legislatoris, quam quia in huiuſmodi legibus debeat fieri ſtrictior, interpretatio, ſi aliàs mens legislatorum eſt, vt diſponentes de vno caſu velint legem ſuam extendi ex ſimilitudine rationis ad omnem caſum, quia tunc non omninò firmum eſt, & ſecurum, velle mentem, & voluntatem legislatoris limitare.

20 Dicitur vero ſecundò. Legem ex identate rationis extendi tantùm quantùm ratio extenditur, & nihilominùs nunquam extendi vltra caſum in lege expreſſum, ſeu extra omnem ſignificationem verborum legis, & ſic poſſe conciliari contrarias opiniones DD. quia in ſenſu vero, non ſunt contrariæ, & vtrumque verum eſt, ſcilicet legem tantùm extendi, quantùm extenditur ratio legis, & tamen non extendi ad caſum, qui non ſit compræhenſus ſub ſignificatione verborum legis. Probatur vtrumque, quia explicato primo, per euidentem conſequentiam ſequitur ſecundum: Primum datur opinioni communi Canoniſtarum, & Iuriſtarum, aſſerentium legem ex identitate rationis extendi ad omnem caſum, in quo ratio legis militat. Nam ratio legis, eſt legis anima, & vita *l. cum oratio ff. de bonis damnat. Alex. conſ.* 32. *n.* 5. *Tuſc. litt. R. concl.* 31. *n.* 15. & ſic ampliat legis diſpoſitionem, ſicut illius anima. *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 44. *num.* 15. Et vbi ratio eſt eadem debet eſſe eadem iuris diſpoſitio *l. illud ff. ad leg. Aquil. l. ſi poſtulauerit* §. 2. *ff. ad leg. Iul. de adulṫ. l. illud Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Abb. in cap. nihil n.* 5. *de elect. Dec. conſ.* 15. *Tuſcus litt. R. concl.* 31. *per totam Rota d.* 386. *n.* 12. *p.* 7 *recent. & d.* 149. 6. *p. recent.* & alij plures, quos refert

Bar-

*Barboſ. axiom.*197. Et de hac concluſione non poteſt eſſe dubium, ſi rectè intelligarur.

21 Nam conſiderandum eſt, quòd ratio legis ſæpiſſimè eſt valdè vniuerſalis, ſed non eſt inrenta à legislatore adæquata in ſua vniuerſalitate. Etenim legislatotum finis ſępiſſimè eſt obſeruantia legis naturalis, aut diuinæ, quæ lex communis eſt, & vniuerſaliter diſponens, vt v.g. finis eſt iuſtiria quæ maximè neceſſaria eſt ad pacem Reipublicæ, & publicam quietem, vel finis legis eſt obſeruentia votorũ, vel Dei cultus illibatus, vel alia ſimilia valde communia. Sad tamen ratio applicandi finem illum generalem, & valdè communem eſt aliquod particulare inuentum in tali loco, vel apud tales perſonas, vel in hac, aut alia circumſtanria. Ideò finis ille generalis non eſt intentus à condirore legis, vt vniuerlaliſſimè aſſequendus pec huius legis obſeruantiam, ſed finis proximus eſt amouere impedimenta, quæ vel in hoc genere perſonarum, vel ſub his circumſtantijs ponuntur, & impediunt finis illius aſſecutionem. Ee ſic finis proximus legislatoris eſt aſſecutio illius finis per hæc media, vel ablatio huius, vel ilius impedimenti ad illum aſſequendum. Conclulio igitur iſta intelligitur non de fine primo, quia finis primus non adæquat, ſed excedit legum particularium intentionem. Et ſi cuicumque legi parriculari finis primus adequatè reſponderet, vna ſola lex ſufficeree: Sed intelligitur de fine proximo, & adæquaro particulari intentioni legislatoris, vt hanc particularem legem condentis. *Suarez de legib.l.6.c.3.n.16.Laymad.l.1.tr.4.c.18.nu.9.*

22 Datur huius exemplum in *cap.p.* de tempor. ordinand. *in 6.* vbi priùs ponitur ratio genetalis, & finis ſeilicet vitandi perieulùm, ne indigni ordinentur, quod imminee, ſi extra patriam in locis remotis ad ordines promoueantur. Ee nihilominus ſtatim decretalis diſponit particulariter, vt nullus Epiſcoporum Italiæ &c. Vbi gloſſa quærit an hæc prohibitio extendatur ad Epiſcopos Germaniæ ordinantes Italos peregrinantes ſine dimiſſorijs, & ait non extendi, ſicur verè non extendirur. Non enim fruſtra, & extra propoſitum Pontifex determinatè locutus eſt de Epiſcopis Italiæ, & de Clericis Vltramontanus, qui ab eis ordinantur ſine litteris dimiſſorijs. Cur verò hæc lex habens rationem generalem, & communem ad rotum Orbem non afficit niſi Epiſcopos Italiæ, & Vltramontanos ſi in Italia ordinantur? quia ratio applicandi finem illum generalem fuit propria Italiæ, nimirum maius periculum, quod in ea imminet, ve indigni vltramontani promoueantur ad Ordines, quia frequentiùs Vltramontani confluunt in Italiam, quam Itali vleramontes, & aliàs vltramontani faciliùs remedium habere poſſunt in Italia, quam Ieali vleramontes, ve eadem gloſſa adnotauie. Sicut igitue ratio applicandi finem generalem fuie particularis, ſic particularis fuie finis proprius, & proximus Pontificis eam legem ferentis, qui fuit obuiam ire maiori periculo, quod imminet in Italia, vt Vltramontani indigni in ea promoueantur ad ordines, &; Pontifex iudicauit, quòd periculum, quod imminere poſſet, vt Itali indigni extra Italiam otdinarentur, non indigeret ſpeciali lege, ſed contra illud ſufficerent leges priores iam ſancitæ, nec opus eſſet noua lege. Quamuis modo ſtante decretò *Concil. Trid. ſeſſ.23.cap.8.* de reformat nullus Epiſcopus poſſit alterius Epiſcopi ſubditos ordinare ſine litteris eiuſdem Epiſcopi.

23 Concluſio igitur iſta debet intelligi de fine, vt adæquato particulari ideoq; legislatoris intentioni de fine vt applicato, & limitato per rationē applicadi finem generalē ad hoc vel illud in particulari ſtatuendũ, ſeu de fine proximio, & proprio huius particularis intentionis, & voluntatis, qua legislator hãc legem condit, vt bene explicant *Suarez.l.6.de legib. cap.3.num.20.& 21.& Layman* loco citato. Hac verò concluſionis parte ſic explicara, patet ſecunda pars, quia in verbis legis exprimentibus in particulari hunc caſum, has perſonas, vel hunc locum, vel has circunſtantias, contınetur oratio particularis, ob quam legislator applicauit finem generalem ad hanc ſtatuendam legem. Er ita expreſſio legislatoris ad hunc caſum limitae finis generalitatem illamque coarctat. Er ideo lex ad vlteriorem non ſe extendit, quia iam vltra finem, & rationem, & voluntatem legislaroris ſe extenderet, cùm intentio legislaroris fuerit finis, vt applicatus ad talem caſum, & ex rarione inuenta in eo caſu, quem exprimit.

24 Et hoc etiam ampliùs explicatur, aduertendo, quòd ſub verbis legis, & eorum ſignificatione continetur quidquid cum re ſignificata connexionem neceſſariam habet, & in ea continetur, vel vt effectus in cauſa, vel vt cauſa in effectu, vel quia ſine illo lex eſſer aut imprudens, aut inutilis, aur in honeſta, aur aliud abſurdum ſequeretur, vnde ſine illo non poteſt lex intelligi, eiuſque iuſtitia, & honeſtas, & efficaccia ſubſiſterc. Et hoc modo de facili apparebit, quòd in compræhenſione conuertibiliter ſe habent finis legislatoris, ſeu ratio propria legis, & legis verba, nec ſub vno horum aliquid comprehenditur, quod non comprehendatur ſub alio.

25 Hæc verò explicantur iuribus illis, quibus DD. firmantes dari extenſionem legũ etiam vltra, immò contra ſignificationem verborum legis, vtuntur in confirmationem ſententiæ propriæ. Conſiderant enim *cap. in legem vult. de regul. iuris in 6. ibi in legem committit, qui verba legis complexus contra legis nititur voluntatem.* Quæ regula habetur etiam *l. non dubium C. de legibus, & l. ſcire, & l. contra ff. de legibus.* At verò huius regulæ non eſt ſenſus, quòd poſsimus præter, vel contra verba legis agere, ſed quòd tenentes verba, ſimul debemus tenere eum ſenſum, quem intēdit legislaror, & (nõ ſeruando verba) cõtra mētē agere legislaeoris, quia vt dicitur *d.l. cõtra* in fraudem legis agit, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit, ſicut ſi lege prohibente agere, quis non per ſe ipſum, ſed per alium agae, vel ſi lex prohibeae mutuum ſub vſuris, quis vendat pecunia credita ſub vſuris. Regula igitur illa vult, vt non attendantur ſola verba iudaicè, inſiſtendo cortici litteræ, vt exponit *Franc.* ſed non docee, quòd relictis verbis ad alium ſenſum attendamus ſub verbis non cõprehenſum, hoc enim nequit fieri niſi per alia verba lex prior fuerit abrogaea. Similiter *cap. quia in inſulis 6.* de regular quod ſtatuitur de monachis intelligitur de omnibus Regularibus, vt ſcilicee ante 18. annum pueri ad habitum non admittãtur. Quidquid enim ſit de hac extenſione, ea data non extenditur obligatio legis. ad caſum non cõprehenſũ ſub verborũ legis ſignificatione, ſed tunc nomē monachi ſumitur in ampliori ſignificatione, prout etiam cõprehendit Regulares. *Panorm. c. ex parte n.2. de poſtul.*

26 Ma-

Digitized by Google

26 Magis videtur vrgere textus in *l. ſcire oportet* 13. §. *aliud lib. 37. tit.* 1. *de excuſationibus*, ibi enim decernitur per iuris conſultum contrarium eius, quod lex Imperatoris decreuerat. Nam cum Imperator ei, qui per plùſquàm centum milliaria, diſtat, conceſſerit tempus ad veniendum, & comparendum computatis viginti milliaribus pro ſingula die, & vlterius aliis triginta conceſsis. Ex qua lege ſequebatur, quòd contingeret dari minus tempus ei, qui diſtabat vltra centum milliaria, quàm ei, qui erat præſens in Ciuitate; nam ſi diſtaret per 160. milliaria iſte debebar comparere in diebus triginta octo, & tamen eadem lex ei, qui erat præſens, dabat tempus dierum quinquaginta. Cum verò hoc eſſet abſurdum, & iniquum, Iuris Conſulti eam Imperatoris legem limitabant, vt vera eſſet ſolùm, cum omnibus penſatis plùſquàm quinquaginta dies concedebantur abſenti, nūquam verò cōcedi debere minùs quàm quinquaginta. Sed primò videtur, hic non fieri legis extenſionem, ſed limitationem: & quatenus dicatur fieri aliqua extenſio temporis, hæc non eſt contra verba legis, ſed in ea virtualiter continetur, quia lex illa ità debuit intelligi, vt non contineret abſurdum, & iniquum, & ita quòd illa pars in qua cōcedebantur dies quinquaginta, firma & immutabilis eſſet; alia verò pars ex illa acciperet intelligentiam, & valorem. Et in huiuſmodi caſu, extenſio aut limitatio potius eſt legis malè intellectæ abrogatio, quia lex abſurda, ſtatuens, non eſt ſeruanda. Similiter in *l. cum mulier* 47. *ff. ſolut. matrim.* vbi lex ſtatuit, quòd cum mulier adulterata fuerit lenocinante viro, non priuatur dote, Infert Iuriſconſultus, audiendum eſſe, qui dixerit de mente legis, virum non poſſe accuſare vxorem in eodem caſu. Nam & hoc per conſecutionem in dicta lege continebatur, quia ſeruata proportione, qui iuſtè ad inſtantiam alicuius puniri non poteſt, nec poteſt accuſari, Ita ex his, & aliis exemplis habetur, quòd ex rationis legis identitate, ſic poteſt lex apparenter explicari, & extendi, quòd tamen non extendatur vltra caſum in lege expreſſum, licet extendatur vltra expreſſam ſignificationem verborum legis, quia non extenditur, niſi ad id, quod habet neceſſariam aliquam connexionem cum caſu expreſſo, & cum legis ratione, quia in eo caſu virtualiter aliquo modo continetur, vnde, & ſub verbis legis aliquo modo comprætenditur. Quòd ſi caſus, cum caſu expreſſo non habeat neceſſariam connexionem ſed liberam, non poteſt fieri extenſio ad illum caſum ex vi talis legis, quia tunc, cum in libertate legiſlatoris fuerit illum caſum comprehendere, neque ex verbis legis, ideoque neque ex fine proprio talis legis ſufficienter expreſſum ſit eſſe voluntatem legiſlatoris vt comprehendatur, non eſt vnde dicatur comprehendi. *Suarez. vbi ſupra num.* 20. & 22.

27 Cum ergo vltra continentiam, vel explicitam, vel implicitam, ſeu vel formalem, vel virtualem verborum legis, & caſus in lege expreſſi, non poſſit lex extendi etiam ſi ſit fauorabilis, remanet explicandū, quomodo intelligi debeat, fauores eſſe amplandos, & pœnas reſtringendas, & quomodo vera ſit differentia poſita à DD. quòd leges fauorabiles ſunt latæ interpretationis, leges verò pœnales ſtrictè ſunt interpretandæ. Et nihilominùs multi tenent, quòd fauentes animæ, vel bono communi, etiam ſi ſint pœnales latè interpretandæ ſint, & ex identitate rationis extendendæ, vt tenent *Sylu. & Ang. v. lex Imol. & Gemin. ad cap. 1. de tempor. ord. in 6. Panor. cap. ſi poſtquam, & cap. nihil de electione num. 9. & cap. vlt. de reſcript. num. 10. & 11. & in Clem. 1. de reſcript. num. 2. & in Clem. 1. de elect. num. 8. Felin. in cap. tranſlato de conſtit. nu. 13. Nauar. de pœnis diſt. 1.* & alii plures. Nam ſuppoſito, quòd non debeat fieri extenſio vltra verba legis, adhuc intra ſignificationem formalem, & virtualem legis duplex extenſio inueniri poteſt, alia eſt neceſſitatis, quia nimirùm ſine illa legiſlator eſſet vel imprudens, vel diminutus, vel aliquod abſurdū ſequeretur, vel ſine ratione in ſenſu in proprio, & abuſiuo verba acciperentur, & eorū ſignificatio ampliaretur, aut reſtringeretur; Alia eſt extenſio, vel reſtrictio, quæ eſt congruitatis, quia nimirum lex ſalua verborum ſignificatione plures ſenſus habere poteſt, ſalua prudentia, & iuſtitia, & æquitate etiā, & vi rationis legis. Prima, quæ eſt extenſio neceſſitatis non tam eſt extenſio, quàm adæquata intelligentia, aut adimpletio legis, & omni legi conuenit etiam pœnali. In qua etiam verba ſumi debent in eorum propria & vſitata ſignificatione, & vt non ſint ſuperflua, & iuxta ſubiectam materiam, & ita vt nullum ſequatur abſurdum, & quātum exigit ratio propria legis, ex qua mens colligitur legiſlatoris. Igitur de hac extenſione neceſsitatis loquendo, non eſt inter leges diſcrimen, niſi quòd euidentiùs eſt, hanc extenſionem habere locum in fauorabilibus, & vbi agitur de ſalute animæ, vel in concernentibus bonum commune. Sed vbi extenſio eſt libertatis, diſcrimen eſt, quia in pœnalibus verba ſumenda ſunt in eorum ſtrictiori ſignificatione, & vbi ſtante ſignificatione verborum, ex plures ſenſus habere poteſt, in pœnalibus benignior ſit interpretatio, & reſtrictio, latior verò in fauorabilibus; vel etiam in pœnalibus, vbi fauor animæ, vel boni communis amplitudinem exigit, ſic enim, & capite Superiori dictum fuit, in decretali, *ſciant cuncti*, verbum *electio* fauore Eccleſiæ, ſumi genericè, prout eſt commune ad poſtulationem, nominationem, & præſentationem. Quando autem ex lege aliquod abſurdum ſequeretur, verba etiam ſunt impropriãda vt v. g. ne ſint ſuperflua. Et hoc modo verum eſt, leges fauorabiles eſſe latè interpretandas, intra tamē verborum legis ſignificationem, & rationis legis identitatem.

28 Hæc verò extenſio ex rationis identitate, quando ratio in lege eſt expreſſa, fieri poteſt ſecurè, benè conſiderata expreſsione rationis, & ſerie contextus legis, ſed vbi ratio non eſt expreſſa, quàmuis adhuc extenſionem legis poſſe fieri, ſi conſtet aliam legis non potuiſſe eſſe rationem, ſenſerint *Bart. in l. item quæritur, §. qui impleto ff. locatis num. 10. Bald. in l. maximum C. de liber. præter. num. 4. Panorm. in Clem. 1. de reſcript. & ibi gloſſ. Felin. in cap. tranſlato de conſtit. n. vlt. Angel. v. lex, nu. 8. Sylu. q. 18. Gomez. variar. cap. 11. num. 12. Suarez vbi ſupra c. 4. num. 6.* Poteſt enim conſtare de legis ratione, etiam ſi non ſit ſcripta, vnde tunc idem operabitur. Nihilominùs tamen, quia quando ratio legis eſt ſcripta, pars eſt legis, & de illa certiſsimè conſtat, & per contextum conſtare etiam poteſt, quomodo determinet alia verba legis, ideo regulariter loquendo, vix habet locum hæc extenſio ex vi identitatis rationis, niſi ratio ſit ſcripta. Quando verò non eſt ſcripta, iuxta legis qualitatem & materiam, poterit extenſio fieri, cum maiori vel minori certitudine præſumptionis, & interdum poterit eſſe tam euidens, vel communiter recepta, vt ad obli-

Digitized by Google

obligationẽ legis ſufficiat. Beue tamen aduertit *Paulus Rubeus ud deriſ. Rota 632. n. 131. p. 4. recent. tom. 3. ex Alciato l. nominis ff. de verbor. ſignificat.* quod ſæpè fallimur dum legis rationem per coniecturas nos aſſeeutos videmus. Nam vt poſt *Bald. conſ. 122. in fine l. 1. dixit Rota in cauſa Viterbien. Caſtrorum 12. Iulij 1623. coram Coccino*, leges ſunt difficiles, vt intelligantur, quia plerùmque aliud videntur velle, quàm velint, & ſæpe decipiuntur magiſtri, & ſeholares. Ex quo conſequitur, quòd non debemus eſſe faciles ad hoc vel illud coniecturandum, & ad hoc, vt ex coniecturis nouam obligationem imponamus conſcientijs ſubditorum; Ideo ſcripturæ eſt præcipuè inſiſtendum, & id decernendum, quod vel verba legis ſignificant, vel quod ad legis ſignificatum neceſſariam conuexionem haber, hac regula obſeruata, vt inrer plura legis ſignificata, illud admittatur, quod in fauorabilibus eſt benignuius, & in odioſis ſtrictius, & limitatius, ſalua ſemper æquitate, iuſtitia, & prudentia legislatoris, & ratione legis, ex qua meus legislatoris colligirur, ſemper habita pro menſura.

29 Et hinc eſt, quod licer plures aliæ dentur regulæ ad legem extendeudam, vt quod lex extendatur ad correlatiua. *Gloſſ. Bart. & Bald. quos citat. Nauar. in c. pœnæ diſt. 1.* & idem dicit, in *Manual. c. 22. num. 72. Anton. de S. Blaſ. trac. de correlatiuis. Euerard. in Topicis loco à correlatiuis num. 8. Tuſeus litt. C. concl. 1041. Suarez l. 6. de legibus cap. 4. n. 7.* & alij plures apud *Barboſ. axiom. 61.* Et ſecundò quòd lex extenditur per radieationem plurium in eodem principio, ſeu radice, hæc enim vna lege prohibentur *l. vlt. C. de nuptijs*. Et tertiò quòd ea, quæ ſe ad inuicem conſequuntur, vel ſunt connexa, ſimul cadunt ſub lege *Butr. in cap. vlt. de conſuetud. limit. 4. Roch. ſec. 4. nu. 16. Nauarr. d. cap. pœnæ nu. 11. & 12. ex Gloſsis* quas refert *Euerard. in Topiris loco 95. Tuſeus litt. C. concl. 757. Suarez* vbi ſupra, & alij plures apud *Barboſam axiom. 51. & 54.* Et 4. per æquiparationem caſuum factam per aliam legem, iuxta *Gloſſ. & DD. l. ſi quis ſeruo C. de furtis, Bartol. in l. vi tantum, ff. de ſeruis cor. Panorm. in cap. de multa de præben. num. 18. Roch. ſec. 4. num. 14. Nauar. d. cap. pœnæ nu. 14. & 15.* Et quintò, quando lex loquitur in determinato caſu, gratia exempli, nam tunc ad ſimiles caſus extendirur, *Sylu. ver. lex q. 20. Angel. ibi num. 7.* in his, & ſimilibus modis ſemper attendi debet identitas rationis, vt tunc ſolùm lex extendatur, cum motiuum legislatoris, ſinis, & ratio condendi legem eſt communis, & eadem, quia ſi non milirat eadem ractio, nec lex diſponens de vno, aut correlatiuo, aut connexo, aut alio ſimili, non diſponit de alio. Ideo ſemper conſiderari debent, & lex, & ratio legis adæquata, & propria, vt ſicut lex coarctari non debet, ſi rario legis ſit ampla, ſic neque extendi debet vltra legis rationem, quæ quidem non ſe extendit vltra id, quod per legis verba formaliter, aut virtualiter, & implicitè continetur, ſic enim ex rationis identitate vnum correlatiuum eſt in alio, & connexum eſt in connexo, & ſimile in inſimili.

30 Concludendo igitur dicitur, quòd regulariter loquendo lex, quæ ſtatuit aliquid pro vna Religione determinata, non ligat alias, quia ratio propria, & adæquata talis legis eſt propria talis Religionis. Vnde eſt, quòd in propoſito noſtro vbi Pontifices voluerunt prohibere ſubornationes in electionibus, & violentias, quæ ex mẽdicatis fauoribus conſurgunt, pro ſingulis ferè Religionibus conſtitutiones dederunt, ſentientes, quòd conſtitutiones emanatæ nominatim, & ſpecificè pro vna Religione non obligabant alias.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum Clement. VIII. & Vrbani VIII. de non procurandis ſuffragijs. n. 31.*
2 *Quæſtiones duæ proponuntur. nu. 32.*
3 *Pontifex Poteſt obligare Eccleſiam ad recipiendas ſuas leges. num. 33.*
4 *Poteſtas Iuriſdictionis data Petro non Eccleſiæ. ibid.*
5 *Nullus eſt quem Papa, non poſſit ſoluere, & ligare. ibid.*
6 *Secluſo Papa non eſt in Eccleſia facultas condendi leges. ibid.*
7 *Leges Pontificiæ irrefragabiliter obſeruandæ. ibid.*
8 *Receptio plebis non eſt de ſubſtantia legis Pontificiæ. n. 34.*
9 *Lex Pontificia promulgata, eſt exeeuta. ibid.*
10 *Non poteſt dici decretum Clem. non ligare, quia non ſit receptum n. 35.*
11 *Conſuetudo poteſt legem canonicam abrogare. n. 36.*
12 *Quæ ſit conſuetudo rationabilis. ibid.*
13 *Nequit dari rationabilis conſuetudo contra præfatum decretum Clem. VIII. ibid.*
14 *In eo decreto non prohibetur, niſi quod iure naturali eſt malum. ibid.*
15 *Ad præſcribendum contra legem canonicam requiruntur 40. anni. num. 37.*
16 *Sciente Pontifice, & conſentiente non eſt neceſſarium certum tempus ad conſuetudinem, quæ tollat legem. num. 38.*
17 *Decretum Clem. VIII. non poteſt dici conſuetudiore abrogatum. num. 39.*
18 *Ad conſuetudinem contra legem canonicam, requiri conſenſum expreſſum, multi docent. ibid.*
19 *Conſuetudo contra ius canonicum non valet, niſi probetur immemorabilis, aut quadragenaria. ibid.*
20 *Conſuetudo valde difficulter probatur. n. 40.*
21 *Non dari fidem Doctori teſtanti de conſuetudine, tenet Rota. ibid.*
22 *Probanda eſt in ſpecie. ibid.*
23 *Vſus difformis non inducit conſuetudinem. ibid.*
24 *Vnus actus corrumpit conſuetudinem. ibid.*
25 *Ad conſuetudinem contra legem neceſſe eſt, vt à maiori parte populi per tempus legitimum non interruptum lex non fuerit obſeruata. ibid. & 41.*
26 *Conſtitutiones relatæ in principio cap. non ſunt conſuetudine abrogatæ. num. 42.*

31 QVæritur tertiò. Quid pro ſubornationibus tollẽdis ab omnibus Religionibus decreuerit Clemens VIII. Præter illas Conſtitutiones, quæ pro ſingulis ferè Ordinibus Regularium emanarunt, & ſupra receuſitæ ſunt, Clemens VIII. in decreto edito pro reformatione eorum ſub *num. 35.* ità ſtatuit. *Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta votorum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quàm pro alijs, tum in Capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeu alibi. Quicunque ſecus fecerint, præter alias pœnas, &*

ſcenu-

Digitized by Google

cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum grauiùs etiam plectantur. Porrò ſupradictas pœnas ad complices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus. Hoc verò decretum confirmauit, & innouauit Vrbanus Octauus in ſua *Conſtit.* 25. quæ incipit. *Sacra Congregatio &c.* & fuit data de anno 1624.

32 Eſt autem circa huiuſmodi decretum Clem. VIII. conſiderandum non poſſe dici de eo, quòd non obliget, quia vel non fuerit receptum, vel ſit cõſuetudine abrogatũ. Latiſſimè quidem Theologi, & Iuriſtæ tractãt quæſtiones iſtas, an ſcilicet ſubditorum receptio ſit de ſubſtantia legalis obligationis, ita vt lex non obliget, niſi recipiatur, & poſſit in ſui initio à ſubditis non recipi, & ſecundò an lex conſuetudine abrogetur. Quas quæſtiones non eſt neceſſe in ſua vniuerſalitate à nobis cõſiderari, quia ſumus in caſu legis Pontificiæ, quam nullus ſciente Pontifice tranſgreſſus eſt impunè:

33 Loquendo igitur de lege Pontificia, dicimus Pontificis authoritatem talem eſſe, vt poſſit obligare Eccleſiam ad recipiendum ſuas leges ſufficiẽter promulgatas; ideoque receptionem Eccleſiæ non eſſe de ſubſtantia Põtificiæ legis, ſed nullus eam recuſat niſi peccando, tamen leges Pontificiæ ex eo, quòd ſunt promulgatæ, ſunt effectuatæ, & vſu receptæ. Primam partem huius aſſertionis *Suarez lib.4.de leg.cap.*16. putat, & bene non poſſe ſalua fide negari. Quoniam à Chriſto auctoritas regendi Eccleſiam data eſt Petro, & in Petro Pontificibus Romanis, & eius ſucceſſoribus, non verò data eſt Eccleſiæ. Nam vt probat *Caiet.opuſ.* 1. *cap.*12. Eccleſia vt diſtincta à Papa eſt communitas à Ieſu Chriſto Domino noſtro ſubiecta Papæ, Igitur Pontifex per ſe habet poteſtatem abſolutam & efficacem reſpectu totius Eccleſiæ eam regendi, & quidem efficacem, & talem per quam poſſit Eccleſiam obligare etiam independenter ab eius conſenſu, aliter Petro, & eius ſucceſſoribus data eſſet poteſtas conditionata, & de ſe, & ratione ſui inefficax, ſi Petri, & ſucceſſorum leges nihil valerent, niſi Eccleſia conſentiente, & illas recipiente. Secundò quam Chriſtus abſolutè dixit Petro, *Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in Cœlis &c. Matth.*16. Nullus igitur eſt in Eccleſia, quem Papa non poſſit ligare, ei præcipiendo; ſed ineptè hoc diceretur ſi Papæ præcepta non haberent vim obligandi, niſi populo conſentiente, & acceptante, quia hoc modo in Eccleſia nullus ligaretur, niſi vellet ligari, & Papa non haberet abſolutè poteſtatem ligandi, nec eſſet abſolutè verum, quòd Papa haberet poteſtatem ligandi Eccleſiam, quia non haberet poteſtatem eam ligandi, niſi illa ligari vellet. Prætereà tertiò ſoli Petro *Io.cap.*21. dicitur, *Paſce oues meas*, & hoc abſolutè dicitur. Quiſquis igitur eſt præter Papã, ouis, nõ Paſtor eſt, & tota Eccleſia præter Papam eſt multitudo ouium ſub Paſtore, nõ verò ab ouiũ conſenſu dependet prouidentia Paſtoris, qui habet poteſtatem totum gregem deducendi, etiam quò non vult; igitur Pontifex independenter à conſenſu Eccleſiæ habet vim efficacem illam dirigendi quò ipſe voluerit, & obligandi eam ad recipiendas ſuas leges. Vt enim probat *Caiet.opus.tom.*1.*tract.*1.*c.*12. ſecluſo Papa, non eſt in Eccleſia facultas condendi leges, ipſe enim eſt Paſtor, rector, caput, Epiſcopus, director totius vniuerſalis Eccleſiæ, quæ licet poſſit aliquid ordinare per modum cuiuſdam ſocietatis, nõ tamẽ poteſt ſtatuere leges vim coactiuam habentes, ſed eius eſt illas à Chriſti Vicario recipere, & cuſtodire. Inde illud S. Hilarij Papæ in Concilio Romano. *Nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare.* Et illud Agathonis Papæ ad omnes Epiſcopos, vt habetur *diſtinct.*19, *ſic omnes Apoſtolicæ Sedis ſanctiones accipiendæ ſunt, tamquam ipſius D. Petri voce, formatæ ſint.* Et in eodem ſenſu veritatem hanc expreſſerunt *Bonifac.* II. *in epiſ. decret. Agapitus primus, Symmachus epiſ. 9.* ad Orientales, & plures canones apud *Grat.diſtinct.* 19. *& diſtinct.*20. *&* 25.*q.*1.*cap.Nulli fas ſit, & q.*2.*c.ſi quis & Generali, & Conc.Conſtantien.in damnat. a.*37. *Vuicleph.& art.*17.*Io.Hus* Et ſummi Pontifices Anaſtaſius, Adrianus, S. Leo, S. Gregorius, S. Simplicius S. Gelaſius, Innocentius III. & alij, quorum verba refert Bzouius in ſuo Pontifice Romano *cap.* 35.

34 Ex his concluditur 2. pars, quia nimirum de facto receptio plebis non eſt de ſubſtantia legis Põtificiæ, ſed lex Pontificia ſufficienter promulgata eſt iam ſufficienter executa, & vſu recepta, ſeu habet etiam vim obligandi, & ad ſui obſeruantiam, & ad ſui receptionem. Tantam enim vim habet, quanta eſt auctoritas à qua procedit, hæc verò talis eſt, quæ independenter à conſenſu plebis poteſt obligare. Nec oſtendi poteſt, quòd Pontifices nolint vti ea auctoritate, & tali, qualem à Chriſto habent, quodue pepigerint cum Eccleſia, illique promiſerint, aut conceſſerint, vt de facto Pontificiæ leges non habeant vim obligandi, niſi ſint receptæ, ſed bene praxis Eccleſiæ eſt in contrarium. Nam Pontifices ſtatim puniunt eos, qui leges eorum non recipiunt, ſed contemnunt. Et ita hanc partem tenent primò omnes illi DD. qui abſolutè docent, legẽ humanam in ſui virtute, & efficacia non pendere à populi receptione, ſed legem promulgatam obligare, qui ſunt *Hoſt. Panor. Butr. Imol.cap.*1. de treuga, & pace *Cardinal. in proœm. Clem. q.* 2. quos refert, & ſequitur *Martinez p.*2.*q.*96. *a.*4. *dub.*8. *Medin. p.*2.*quæſt.*90. *art.* 3. ad finem, & idem tenent *Vaſquez diſp.*156.*n.*43. *Suarez l.*3.*de legibus cap.*19.*nu.*5. *Salas p.*2.*diſp.*13. plures alios referens *Caſtr.l.*1.*de lege pœnali cap.*1. *Layman.l.*1.*trac.*4.*c.*3,*n.*1. In ſpecie autem de lege Pontificia hoc idem docent *Turrecr.diſt.*4. *§.ideo a.*1.*&* §.*ſepè art.*2.*Io.Andr.cap.cum de beneficio de præbend.in* 6.*Innoc.cap.quanto n.*5.*de conſuet. & c. ſignificaſti de elect.cap.*12.*&* 23.*de translat.Prælat.Sylueſ.v.lex q.*6.*Soto de iuſt.l.*1.*q.*6.*a.*4.*col.*5.*Archid. poſt Io. de Fano in cap.cum M.Ferrar.n.*13.*de Conſtit. Alex. conſ.*136.*num.*19.*l.*2.*Rota deciſ.*197.*n.*3.*deciſ.*213.*nu.*1. *& deciſ.*221.*num.*4.*&* 5.*part. recent.& deciſ.*184.*n.*4 *Coram Coccino p.*4.*recent.Sigiſ.de elect.dub.*53.*nu.*3. *Donatus p.p.tr.*1.*q.*21.*num.*9.

35 Ex eo igitur nequit dici, quòd præfatum decretum Clementis VIII. & Vrbani VIII. non obliget, quia non fuerit vſu receptum. Nam prætèrquàm quòd hoc non probatur, nec eſt verum, etiam ſi probaretur, nihil proficeret, quia Pontificiæ conſtitutiones iuſtæ, & ſufficienter promulgatæ cen-

ſentur vſu receptæ ; cum ad ſui receptionem obligent, & vim obligandi à conſenſu ſubditorum non habeant.

36 Quamuis verò contra poſitiuam legem Pontificiam valeat ius conſuetudinis, vt illi deroget, & illam aboleat, ſi conſuetudo ſit ex cauſa rationabili, & legitimè præſcripta, *cap. cum dilectus. & cap. final. de conſuetud. vbi DD. communiter hoc docent, & D. Th. p. 2. q. 92. a. 3.* vbi omnes eius expoſitores. In præſenti tamen nullum ex requiſitis ad legitimam conſuetudinem inuenitur. Non quidem cauſa rationabilis. Nam ex *Syl. verb. conſuetudo n. 2. & Soto l. 1. de iuſt. q. 7. a. 2. verſ. quàm verò longum*, illa rationabilis conſuetudo dici poteſt, quando de ea re, de qua eſt conſuetudo, iuſta eſſet lex de nouo edita, priori mutata, ſi qua eſſet, vel nulla mutata, ſi nulla exiſtebat. At verò nunquam dari poteſt iuſta lex, quæ concedat procurari ſuffragia eligentium pro ſe, vel pro alijs contra libertatem electionis, ex ambitione, vel alio malo fine, ſeu non ex fine virtutis, & pro bono communitatis. Vt enim infra probatur, in hac lege non prohibetur niſi id, quod de ſe eſt malum, & prohibitum, & illicitum, vt puta, quòd indignus digno, & minùs dignus digniori nō præferatur, & ad hoc vota & ſuffragia inquirantur, & procurentur. Quoties verò contingat, quòd votorum procuratio omnibus penſatis ſit actus virtutis, non eſt per hoc decretum prohibita. Si etiam rationabilis dicatur conſuetudo, quæ continet bonum honeſtum, & honorabile, *Curt. cap. final. de conſuet. ſect. 2. 19. Moneta de diſtrib. quotid. p. 2. q. 12. num. 8.* vel quæ Religioni conueniat, congruat diſciplinæ, & ſaluti proſpiciat *Anton. cap. fin. de conſuetud. Gemin. cap. licet de conſtit. in 6.* vt loquitur text. *in cap. conſuetudo diſt. 1.* vel illa, quam eccleſia approbat, vel quæ peccatum non continet, nec nutrit. *Rebell. de obligat. iuſt. p. 1. l. 1. q. 5. num. 4.* Conſtat nunquam poſſe rationabili conſuetudine introduci, vt electiones Prælatorum pactis, pollicitationibus, conuentionibus, fauoribus, procurationibus fiant, non relicta electoribus plena libertate, vt eligant, quem ex eligibilibus coram Deo exiſtimant digniorem, quia huius libertatis priuatio, nec congruit diſciplinæ, nec eſt honeſta, & ambitioni fauet, & peccata nutrit, & eſt Religionibus perniciosiſſima. Omnis ergo ſuffragiorū procuratio ſecundùm ſe ſumpta, quæ omnibus penſatis tendit vel ad includendum indignum, vel ad præferendum minus dignum, cum ſit de ſe inhoneſta, & illicita, & diſciplinæ contraria, & fouens ambitionem, & nutriens peccata, non poteſt rationabiliter præſcribi. Et contra huiuſmodi procurationem Pontifex rationabiliter prorſus promulgauit pœnas graues, vnde nulla datur cauſa rationabilis contra ſubſtantiam huius prohibitionis. Quoniam hæc prohibitio ſecundùm ſubſtantiam nititur iuri naturali, contra quod non datur conſuetudo *cap. final. de conſuetud. D. Th. p. 2. q. 97. a. 3. ad* 1. Et pœnæ illatæ contra tranſgreſſores iuſtæ ſunt, & neceſſariæ prorſus ad regularem diſciplinam, & Religionum perfectionem conſeruandam. Vnde moraliter loquendo vix eſt imaginabilis cauſa rationabilis, quæ illas excludere valeat.

37 Sed & deficit legitima præſcriptio. Nam licet aliquorum ſit opinio, quòd conſuetudo decem annorum ſufficiat ad abrogandam legem Canonicam. Quod probabile eſſe putat *Diana p. 5. tract. 14. reſol. 62.* vbi pro hac ſententia citat *Caſtrum Palaum tom. 2. tractat. 16. diſput. vnd. par. 4. num. 2. Leſſio lib. 2. cap. 6. dub. 4. Suarez de Relig. tom. 2. lib. 1. cap. 22. numer. 6.* Nihilominùs ex communi ſententia ad præſcribendum legitimè contra ius canonicum requiritur tempus quadraginta annorum. *Innoc. cap. dilect. de conſuetud. Panorm. cap. fin. eod. titul. numer. 11. & cap. 1. de tregua, & pace num. 4. vbi Felin. nu. 13. Turrecr. cap. mos a. 4. diſt. 1. D. Anton. p. p. tit. 16. §. Syl. v. conſuet. q. 4. Tabien. ibid. num. 6. Armilla nu. 51. Nauarr. conſ. 2. de conſuetud. Card. l. 1. q. 12. ad 4. Suarez. tom. 1. de Relig. l. 1. cap. 13. & l. 7. de legibus cap. 18. num. 11. Angelus v. conſuet. num. 8. Roſella n. 13. Azor. t. t. l. 5. c. 4. q. 4. Inol. t. 1. diſp. 27. Donellus l. 1. cap. 10. Emanuel Sa v. conſuet. n. 3.* & plures alij, quos referunt, & ſequuntur *Suarez* loco citato, *Tuſcus L. C. concluſ. 796. Barboſ. ad cap. fin. de conſuet. nu. 13.* At verò cum decretum Clementis VIII. fuerit ab Vrbano VIII. confirmatum de anno 1624. iam hoc anno 1660. nondum fluxerunt anni 40.

38 Quod ſi non deſunt alij DD. qui aſſerunt, non dari determinatum tempus, vt conſuetudo etiam Eccleſiaſtica habeat vim legis, ſed tunc conſuetudinem vim habere, cum prudenter pro ea poteſt præſumi conſenſus Principis. Sic enim tenuerunt *Medina p. 2. q. 97. a. 3. Soto l. 1. de iuſt. q. 7. a. 2. Leſſius l. 2. de virtutibus cap. 22. dub. 14. Val. par. 2. diſp. 7. q. 5. p. 8. Lorca p. 2. diſp. 29. num. 3. Vaſquez diſp. 177. c. 5. Martinez. par. 2. q. 93. a. 3. dub. 2. §. quinta verò ſententia.* Primò conſiderandum eſt, quòd hæc ſententia conciliatur, vt non ſit contraria priori, & intelligatur, dum conſuetudo vim obtinet ſciente Principe, & non ex patientia tollerante, ſed verè conſentiente, hoc enim conſenſu poſito, nec prior ſententia negaret conſuetudinem contra ius canonicum habere vim legis ante 40. annos, quia vbi Papa ſciēs conſentit abrogationi ſuæ legis, iam lex ex voluntate Papæ vim non habet. Sed dum ad tollendam legem proceditur ex vi præſcriptionis, contra Pontificiam legem præſcribi non poteſt, niſi per tempus quadraginta annorum. Et ità has opiniones conciliat *Martinez. p. 2. q. 97. a. 3. dub. 2. verſ. Quinta verò ſententia.* Et hoc idem tradidit *Suarez. l. 7. c. 18. n. 17. vbi Sotum, Medinam, Anton. & alios nonnullos explicat*, vt verum dixerint, quòd vbi agitur de deroganda lege ex voluntate præſumpta Superioris non eſt neceſſarium tempus 40. annorum, ſed tunc ceſſat lex obligare, cum præſumi poteſt talem eſſe Superioris voluntatem.

39 Nedum verò hic eſt conſiderandum, quòd nihil habetur, vnde etiam præſumi poſſit conſenſus Pontificis contra præfatum decretum; Non enim apparet caſus in quo Pontifex ſciuerit contra fieri præfato decreto, & contra facientem non punierit. Sed quod ampliùs eſt, ad inducendam conſuetudinem contra legem Pontificiam non ſufficere conſenſum tacitum, ſed requiri expreſſum ex *Franch. cap. cum de benef. nu. 4. de præbend. in 6. & Archid. ibid. n. 1. verſ. ne mireris, & Rota deciſ. 221. num. 5. p. p. recent. docet Sigiſ. de elect. dub. 53. num. 4.* Cum tamen huius oppoſitum plures doceant, & ego nunc ex profeſſo punctū hoc non tractem, & quidquid de hoc ſit, conſiderandum eſt, praxim Curiæ Romanæ eſſe, non admittere huiuſmodi exceptionem cōſuetudinis contra Pontificias leges, ſed habere huiuſmodi conſuetudines pro corruptelis, dum non oſtendatur rationabi-

nabilitas conſuetudinis, & legitima præſcriptio iuxta *cap.final.de conſuetud.*& propterea *Rota deciſ.*1. *nn.*17.*tom.*2.4.*part.recent.*dixit conſuetudinem, quæ eſt contra ius, non valere niſi probetur aut immemorabilis, aut quadragenaria, *ex Panorm. cap.final. n.*11.*de conſuetud.Franc.ibid.n.*5. & alijs ibi relatis.

40 Et nihilominùs conſuetudinem eſſe difficillimæ probationis dixerunt *Fulgoſ.conſ.*6.*in fin.Dec.conſil.*215.*num.*2.*in fine. Aym.conſ.*325.*num.*1.quos ſequitur *Rota coram Gregor.*15.*deciſ.*162.*nu.*13.& tamen conſuetudo probanda eſt, & ita quòd non dari fidem Doctori teſtanti de conſuetudine dixerit *Rota coram Seraph.deciſ.*1349.*nn.*5.*& in Camerinen. Spolij* 4.*Iunij* 1610.*coram Sacrato;& priùs in Papien. & Placent.fundorum* 4.*Iunij* 1597.*coram Litta,& coram Mohed.deciſ.*2.*&* 3.*de conſuetud.& poſtea coram Gregor.*15.*deciſ.*274.*nu.*5.*& coram Coccino deciſ.*123.*n.*271. Sed conſuetudo legitimis probationibus probari debet in ſpecie, & puncto.*Oldrad.conſ.*237.*n.*3. *Aym.conſ.* 96.*num.*4. *Rota coram Millino deciſ.*295.*nu.*1. *& coram Gregor.*15 *d.*162.*n.*4.*ex Surd.qui alios congerit conſ.*254.*nu.*26. Nec ſufficit ad conſuetudinem inducendam, quòd aliquando, & per aliquam perſonam, & vario ſeu difformi modo fuerit actum contra legem. Nam ex eo, quod vario modo fuit obſeruatum non inducitur conſuetudo *l.nemo* §.*temporalis ff.de reg.iuris Alex.conſ.*5.*num.*7.*l.*5.*Bartol.in l.*2.*num.*22.*ff.ſolut.matrim.Dec.conſ.*215.& alijs, quos ſequitur *Rota coram Greg.*15.*d.*162.*n.*8.*& coram Millino d.*156.*num.*2.*& in vna bonorum Ciuitatis Caſtelli* 27. *Iunij* 1578.*coram Cantuccio, & in vna Meliten.præcedentiæ* 15. *Decembris eiuſdem anni corã Patriarc.Alexandr.*& itá vt vnus actus in contrariũ probet non adeſſe conſuetudinem. *Bart.in l.ſemper in ſtipul.in fin.& ibi Cagnol.ff.de reg.iuris Berou.conſ.*5.*num.*23.*l.*1.*Surd.conſ.*393.*num.*2.*&* 24.*Rota coram Greg.*15.*d.deciſ.*162.*num.*9.*vbi additionator ex Scrader.de feud.par.*10.*ſect.*20.*num.*157.habet, quòd etiã ſi mille actus ad inducendam conſuetudinem eſſent geſti, vnicus ſolus actus contrarius, vel difformis illam interrumpit. Quamobrem ad hoc, vt contra legem canonicam valeat conſuetudo, neceſſe eſt, vt per legitimum tempus ſine interruptione à maiori parte populi non fuerit obſeruata. Vſus enim interruptus non tollit legem.

41 Sed in noſtro caſu non eſt vnde quis affirmare poſſit, vim decreti Clementis VIII. ceſſare ex præſũpta voluntate Pontificis, cum immò Vrbanus VIII. decretum illud confirmauerit, nec eſt dare caſum, in quo ſciente Pontifice, quis impunè contrafecerit illi decreto. Sed & licet non deſint, qui illud decretum, Pontifice neſciente, contemnant, adhuc tamen nec dici poteſt, quòd maior pars electorum illud tranſgrediatur. Et tamen ad conſuetudinem inducendam, quæ legem tollat, neceſſe eſt, quòd maior pars ſubditorum legem non ſeruet, vt pluribus relatis tenent *Tuſcus L.C.concl.*795.*n.*26. *&* 31. *Barboſ. ad cap.final.de conſuetud.n.*19.nõ eſt igitur vnde quis dicere poſſit, decretum præfatum Clementis VIII. & Vrbani VIII. fuiſſe conſuetudine abrogatum.

42 Et quod de illo decreto aſſeritur, affirmatur pariter de alijs conſtitutionibus in ſuper. *quæſt.*relatis, & emanatis pro particularibus Ordinibus Regularium, nulla enim illarum ſuam vim amiſit, vel quia vſu recepta non fuerit, vel quia conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta abrogata fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Subornatio in electionibus grauiſſimũ malum.n.*43.
2 *Subornatio mala, & bona. num.*44.
3 *Subornatio mala prohibita. num.*45.
4 *Subornatio bona & mala vel ſecundùm ſubſtantiam, vel ſecundum circunſtantias. num.*46.
5 *Tractatus conſultorius de electione eſt neceſſarius. num.*47.
6 *Non prohibentur electores, ſalua honeſtate & iuſtitia, tractare inter ſe de conditionibus eligendorum. num.*48.
7 *Nec prohibentur medijs honeſtis inducere alios ad non eligendum indignum, vel minùs dignum n.*49.
8 *Non eſt prohibita procuratio voti pro alio, qua omnibus penſatis eſt actus virtutis. num.*50.
9 *Poteſt quis ſuadere electionem eius, de quo nõ eſt certus an ſit melior. num.*51.
10 *Quicunque habens intereſſe poteſt ſalua iuſtitia proponere, quæ faciunt pro ſe. num.*52.
11 *Princeps pro ſuo intereſſe excipit contra electionem. num.*52.
12 *Per decretum Clementis VIII. non eſt prohibitum ſuadere ſeu procurare excluſionem alicuius. n.*53.
13 *Procurare inſtitutionem alicuius officialis nõ eſt prohibitum per decretum Clementis VIII. niſi inſtitutio fiat in Capitulo à Capitularibus. num.*54.
14 *Procuratio votorum poteſt eſſe illicita, ſi fiat tempore non debito. num.* 55.
15 *Tractatus deliberatiuus factus eccleſia non vacante, eſt nullus. num.*55.
16 *Poteſt fieri tractatus conſultorius. num.* 56.
17 *Ex tractatus inito ante mortem redditur nulla electio. num.*57.
18 *In Ordine Prædicatorum ſtatutum eſt, vt electores non tractent de electione peragenda, niſi in die ante electionem. num.*58.
19 *Decretum PP. Theatinorũ in ſimili materia. n.*59.
20 *Præfatum decretum Ordinis Prædicatorum cõſuetudine abrogatum. num.*60.61.
21 *Etiam in Ordine Prædicatorum poſſunt haberi tractatus conſultorij. num.* 61.
23 *Pœnæ ſupradicti decreti non ligant. ibid.*
24 *In Ordine Prædicatorum admoniti Prouinciales, ne electores inducant ad eligendum aliquem. num.*62.
25 *Hoc intelligitur de inductionibus illicitis. ibid.*

43 QVæritur quarto. An prædictis cõſtitutionibus, & decreto non obſtantibus, liciti ſint tractatus conſultorij, & procurationes vocum, quæ non niſi ex motiuo virtutis fiunt? Subornationem eſſe grauiſſimum malum, & crimen contra Rempublicam, quod ad illius perniciem efficaciter militat, docuerunt bene ex *Soto Rodriquez tom.*1.*q.*24.*a.fin.& Sigiſ.de elect.dub.*53.*num.*11.Quod tamen de mala ſubornatione intelligitur.

44 Duplicem namque dari ſubornationẽ bonam, & malam docent DD. Subornatio enim eſt ſuaſio, qua ſuadetur aliquid, nimirum, aut verum, aut falſum in bonum, vel malum finem *Card. Clem.*2.*de teſtib.not.*2.*Nauar.lib.*5.*de excom.conſ.*20.*n.*7.Ideo illa eſt ſubornatio bona, quæ eſt ſuaſio veri in bonum finẽ, & illa eſt ſubornatio mala, quę eſt ſuaſio falſi, vel etiam ſuaſio veri, ſed in malum finem. Sic ergo ſua-

dere, vt dignus præ indigno, vel dignior præ minus digno eligatur veras eius virtutes oſtendendo, eſt ſubornatio bona; ſed ſuadere vt indignus digno, & minùs dignus digniori præfetatur, & ob hoc falſas virtutes mentiendo, vel vitia occultando, eſt mala ſubotnatio, & hæc eſt, quæ prohibetur.

45 Non defuerunt autem, qui putarent per præfatas Pontificum conſtitutionès etiam ſubornationes bonas, & bonos tractatus eſſe prohibitos. Nam *Crouſen ad cap.8.regul.S.Franciſci lect.2.f.*820.(cuius ſententiam refert Baſſæus *v.electio nu.*14.nec reijcit) exiſtimat omnem ſubornationem eſſe prohibitam, etiam ſi bona ſit. Tum quia etiam ex ſubornatione, quæ ſit bona, vel realiter, vel apparenter incommoda ſequuntur; tum quia lex generaliter loquitur, & debet generaliter intelligi; tum quia ſubornare pro electione alicuius habenda, eſt votum ſuum propalare, quod eſt contra ſecretum electionis ſtatutum per Concilium Tridentinum. Sed hæc leuia ſunt. Primum quidem, quià per accidens erit, & rarum, quòd ex ſubornatione bona, ſequantur incommoda. Leges verò non fiunt regulariter propter caſus accidentarios, & raros. Immò additur, quòd ſubornationes bonæ ſunt de lege naturæ neceſſariæ, contra quam non poteſt lex poſitiua, quia ad minus ex lege charitatis tenemur impedire electiones malas, quod nequit fieri ab hominibus niſi eligendorum qualitates proponendo, & bonas electiones ſuadendo tunc, cum imminent malæ. Non ſecundum, quia lex generaliter loquens, malum generaliter prohibet, non verò actus virtutis neceſſarios. Et præterea ex fine, amplitudo legis colligitur; finis verò Pontificum fuit, eliminare à Religionibus ambitum; at verò bona ſubornatio non eſt ambitioſa. Non tertium, quia ante electionem propalare votum, non eſt contra ſecretum electionis, vt probatur infra *cap.*17. & ideo quod ſubornatio bona non ſit per prædictas conſtitutiones prohibita, docent *Nauar. loco citato, & in Man. c.23.num.*110. de ſola confidentia mala explicans bullam Pij V. *de confidentia beneficiali Rodriq.p.2.q.56.a.1.Naldus v.Religio nu.42.Paſqualig. d.255. & deciſ.225.num.10.Peyr.in ſubd. Relig.q.2. cap.2.§.11.verſ.dico 2.Caſtell.cap.3.nu.6.Donatus p.3. tr.1.q.11.nu.11.Samuel tract.1.diſp.4.contron.10.n.3. Bordon.contr.31.num.2.*& alij quos paulò infra refero, qui, tractatum conſultorium non eſſe prohibitum haberi ante electiones, docent.

46 Aduertendum namque eſt, procurationem ſuffragiorum poſſe conſiderari, vel ſecundùm ſubſtantiam, vel ſecundùm circumſtantias. Illa procuratio ſuffragiorum eſt ex ſubſtantia mala, per quam ſuffragia procurantur pro indigno, vel etiam pro minùs digno, & dignioris excluſione. Et è contra, procuratio illa ex ſui ſubſtantia eſt bona, per quam procuratur electio digni præ indigno, vel dignioris præ minùs digno. Sed procuratio poteſt adhuc eſſe mala ex circumſtantijs, & modo procurandi, vt ſi fiat precibus importunis, pactis illicitis, conuentionibus, vel etiam fauoribus, aut pretio. In præſenti, conſideratur votorum procuratio ſecundùm ſe, vt habetur ſine aliqua mala circumſtantia, vt eſt ſuaſio rationabilis tendens ad hoc, vt præ indigno dignus, & præ minùs digno dignior eligatur. Quæ vocum procuratio dicitur etiam tractatus conſultorius, quia qui hoc modo vota procurat, ſuadet, conſulit, & proponendo virtutes, & vitia, illaque conferendo inquirit, & decernit, quis ſit ſecundùm Deum eligendus.

47 Dicitur igitur, tractatum conſultorium, per quem electores ad inuicem ex recto fine, & vt in electione non deficiant ab eo, quòd iuſtitia, & charitas petit, nedum non eſſe prohibitum, ſed neceſſariò electioni præmittendum. Actiones enim humanæ rectè non fiunt, ſi fiant ſine conſilio, conſilium verò humanum non eſt, ſine inquiſitione eius, quod eſt agendum ex *D. Th.p.2.q.14.n.1.* Vt igitur multitudo eligentium in vnius præ alijs electionem conueniat, neceſſe eſt, quòd electores ſimul conſilientur de vno præ alijs eligendo, ſimulque eligendorum merita, & demerita inquirant, vt poſſint ſimul in vnius electionem prudenter conuenire *c. In nomine Domini 2.diſt.23.c.Cum inter canonicos 21.c.in cauſis 30.cap.cum in veteri 42.& cap.in Geneſi 55.de elect. gloſſ.in d.cap.cum in veteri v.in tractatu, Innoc.cap.bonæ 36.de elect.& ibi Panor. n.12.Petrus de Baix in direct.elect.p.3.c.3.Mandagotus, quem refert, & ſequitur Diana p.2.tract.16.reſol.37. Rodriq.tom.2.q.16. art.1. Naldus v.eligere nu.2.Peyr.in addit.ad Conſt. Clem.8. tract.p.diſp.4.contr.9.& 10.Donatus p.3.tr.1.q.11.n.2. cap.9.nu.7.Samuel.Molfeſ.tom.1.trac.6.cap.16. n.147. quem refert, & ſequitur Baſſaus v.electio nu.14.Theſaur.in prax.v.ambitus cap. 1. & apud eum Petr. Gregor l.1.tit.29.cap.5. Bordon. contr. 31. num.2.* & Sac. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium noluiſſe confirmare conſtitutionem prohibentem tractum electionis Abbatis, & Generalis anno 1623. 13. Ianuarij refert Romanus in ſuis floſculis *v. electio num.*4.

48 Ideò ex vi præfati decreti, aut Conſtit. non prohibentur electores inter ſe tractare de qualitatibus eligendorum, & de eorum defectibus, & vitijs, ſalua charitate, & iuſtitia, & de eorum idoneitate, & ſufficientia conſilium habere. *Nauar.conſ.20.de excomm.* Rodriq.*tom.2.q.56.a.2. Caſtell.de elect. cap.3. nu.6.Lezana p.p.cap.15.nu.24. Caroll. in direct. elect. cap.1.nu.7.Peyr.de ſub. Relig.q.1.cap.31.§.11. Donatus, & Samuel.citati.*

49 Pariter non prohibentur Religioſi ſuauiter, & vtendo rationibus, & motiuis honeſtis, & prudentia duce inducere electores ad hoc, vt nó eligant indignum, vel minùs dignum, ſed eligant dignum præ indigno, & digniorem præ minùs digno omnibus penſatis. *D.D. ſupra citati.*

50 Ex quo ego colligo, quòd nec eſt prohibita procuratio votorum, & ſuffragiorum pro alijs, quæ omnibus penſatis ſit actus virtutis, nam ſi procurentur vota pro indigno, vel pro minùs digno ad excluſionem dignioris, huiuſmodi procuratio non eſt bona ex obiecto, cum tendat ad Reipublicæ perniciem, vel damnum, quòd ei reſultat ſi indignus, vel excluſo digniori, minùs dignus illi præficiatur. Si etiam procuratio fiat mendacijs, quia falſa, vel merita, vel vitia confinguntur, talis procuratio eſt de ſe iniuſta. Si etiàm fiat modo aliquo violento, qui vim inferre poſſit electioni, eſt procuratio vitioſa. Sed ſine vitio ex natura rei, procuratio eſt actus virtutis, cum pro excluſione indigni, & minùs digni, quis pro digniori ſuffragium procurat modo iuſto & ſine violentia, & mala aliqua circumſtantia. Et huiuſmodi procuratio votorum non eſt prohibita; quia per eam non inducuntur electores, niſi ad eligendum, quem eligere bonum eſt, & iuſtum, & quidem

dem inducuntur ſine vi ex ſola honeſtate electionis. Qualiter verò huiuſmodi procuratio vitiari poſſit, ſi habeat adiunctas preces, vel ſecularium fauores, infra dicendum.

51 Quòd ſi procurans pro aliquo ſuffragia, incertus ſit an is ſit dignior, poterit quidem virtutes eius proponere, & merita commendare, & quantùm iuſtitia patitur, aliorum defectus modeſtè recenſere, & illius electionem ſuadere, quia vbi plures ſunt, quibus nullus eſt dignior, ſed dubium rationabile eſt, an ex illis aliquis ſit dignior, illi cenſendi ſunt æquales in merito.

52 Si etiam aliquis habeat intereſſe aliquod in electione, & ſciat ſibi fieri aliquod præiudicium, poterit ſalua iuſtitia agere, quod iuſtum eſt pro ſui indemnitate, & proponere electoribus, quæ faciunt pro ſui ſecuritate. In quo caſu poterit contingere, vt fiat minùs idoneus electioni omnibus penſatis ille, ex cuius electione, vel electoribus, vel alijs de Conuentu, vel etiam extraneis imminet malum, etiam ſi aliàs, ſeu in alia temporis circumſtantia eſſet omnium optimus. Vnde eſt, quòd ad excluſionem alicuius poteſt, qui iniuſtum damnum timet ex illius electione, proponere quæ ſuæ indemnitati videbuntur opportuna. Nam & Principem ſæcularem poſſe pro ſuo intereſſe excipere contra electionē ex *Panor. cap. cum terra* tradiderunt *Syl. v. electio* 1. *num.* 26. *Tabien. num.* 23. & alij, quos infra refero, dum tractabitur de electione per abuſū ſæcularis poteſtatis.

53 Immò ex vi decreti Clementis VIII. nō eſt prohibitum procurare vota negatiua, & contra aliquem, dummodò ſimul non procurentur ſuffragia ad fauorem alicuius determinatè, quia Clemens ſolùm prohibuit procurare vota pro ſe, vel pro alio. Vnde qui nihil agit pro includendo aliquo determinatè, ſed merè, & purè pro excluſione huius, vel alterius, relicta electoribus libera facultate ex alijs eligēdi quē maluerint, non procurat votum, nec pro ſe, nec pro alio, ideo non eſt ſubiectus pœnis inflictis in decreto Clementis VIII.

54 Sed nunquid procurare officia, vel dignitates pro alio apud Superiores, cōprehenditur in hac Cōſtitutione Clementis? Verbi gratia, vbi Prouincialis inſtituit Priores, vel Guardianos Conuentuum, ſi frater procuret apud Prouincialem, vt inſtituatur hic, vel ille in Priorem, incidit ne in pœnas huius Conſtitutionis Clementis VIII. *Peyr. tom.* 1. *de ſubd. q.* 2. *cap.* 2. §. 11. *verſ. dico* 2. affirmat talem has pœnas incurrere ſequuto effectu. Sed crederem oppoſitum dicendum, procurare enim inſtitutionem, ſeu collationem Prælaturæ, vel officij non eſt procurare vocem in Capitulo, aut ſuffragium in electione. Inſtituere enim, nec propriè eſt eligere, nec propriè eſt dare ſuffragium in electione. In conſtitutione verò Clementis prohibitum eſt procurare voces, & ſuffragia in Capitulis. Et cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, eius verba propriè ſunt accipienda, nec extendenda. Si tamen inſtitutio fieret in Capitulo à Capitularibus, procurare hanc inſtitutionem eſſet comprehenſum in præfato decreto.

55 Hæc verò procuratio votorum, & ſi non mala de ſe, poteſt eſſe mala, ſi non fiat tempore debito. *Donat. d. q.* 15. *num.* 11. Nam tractatus initus, Eccleſia non vacante, nondum ſcilicet mortuo, vel amoto Prælato Eccleſiam regente, nullus eſt, ſi ſit tractatus reſolutorius, & diffinitorius, & non ſolū quādo concluderent electores inter ſe de certa perſona eligenda, ſed etiam quando ordinarentur aliqua ſpectantia ad electionem futuram, vt puta ſi eligerent locum electionis faciendæ, vel citarent etiam abſentes, hæc enim ordinatio, & ſimilis eſt prohibita à iure, *vt in cap. bonæ, el* 2. *de elect. in fine, &* 79. *diſt. c.* 2. *Panorm. in d. cap. bonæ n.* 12. *vbi ex Innoc. & Hoſt. docet*, idem dicendum de tractatu ambitioſo, conuentionali, pactionali, vel conditionali, vel aliter inhoneſto. *Petr. de Baiſ. p.* 3. *cap.* 3. Hi enim tractatus ſunt prohibiti.

56 Nihilominùs tamen tractatus conſultorius, ſi fiat ſine deliberatione, poteſt fieri etiam ante mortem Prælati, ſeu antequam Eccleſia ſit viduata, quod probatur ex *c.* 2. *diſt.* 79. *Panor. d. c. bonæ n.* 12. *Petrus de Baia vbi ſup. Cuth. Inſtit. Canon. l.* 4. *tit.* 1. *nu.* 185. quē refert, & ſequitur *Diana p.* 2. *tract.* 16. *reſol.* 37.

57 Sed ſi tractatus ante mortem Prælati initus ſit cum deliberatione, vel aliqua ordinatione vt ſupra, nedum eſt nullus, ſed debet etiam caſſari electio ex eo procedens, ſi ſit electa perſona pro qua præceſſit tractatus diffinitorius, vel ſi facta fuit aliqua ordinatio, quia talis tractatus eſt contra iuris diſpoſitionē, *cap. bonæ, el* 2. *de electione, & ex Innoc. Panor. in d. cap. bonæ, num.* 12. Sed de his iterum ſermo erit, infra *cap.* 13.

58 In ordine verò Prædicatorum circa hoc ſtatutum eſt, ne de electione peragenda aliquis tractare audeat, niſi ante diem vnam electionis, per ſe, vel per alios, verbo, vel ſcripto, ſub pœna grauioris culpæ, ſiue is vocem habeat in electione, ſiue non. *gloſſ. in cap.* 2. *diſt.* 2. *text.* 7. *L. Q. Camill. d. cap.* 1. *num.* 5. *Samuel tract.* 1. *diſp.* 4. *contr.* 10. *num.* 1. *& contr.* 11. *nu.* 5.

59 In Religione etiam PP. Theatinorū *p.* 3. *cap.* 1. *nu.* 15. refert Samuel *diſ.* 1. *contr.* 11. *num.* 4. prohiberi omnem tractatum, & colloquium, ſiue per verba, ſiue per litteras, aut nutus mediatè, vel immediatè, præter illum tractatum, qui ex præſcripto Iuris Canonici eſt præmittendus.

60 Sed idem *Samuel ibid. num.* 5. explicat huiuſmodi ſtatuta, vt per ea prohibeantur ſolùm tractatus ambitioſi, & qui tendunt in præiudicium bonæ electionis, & citat pro ſe Paſqualigum. Quæ expoſitio reſpectu ordinationis ſupradicti Capituli Valentini Ordinis Prædicatorum non ſubſiſtit, quia eos tractatus fieri in tempore ante, diem præcedentem diem electionis prohibet illud cap. quos permittit fieri in die illa vnica diem electionis antecedēte. At verò huiuſmodi tractatus in ea die permiſſi non ſunt tractatus ambitioſi, & vitioſi, & aliàs de ſe mali, quia huiuſmodi tractatus nunquam licent, ſed ſunt tractatus etiam ſi alias liciti, & boni, & nō prohibiti: igitur huiuſmodi etiam tractatus liciti, & boni, & non prohibiti de ſe, illi ſunt, qui ante illam diem per illam ordinationem ſunt prohibiti.

61 Dico igitur, quod licet in aliquibus Prouincijs, aut Conuentibus vigeat conſuetudo, vt tractatus collegialis non habeatur niſi die antecedente electionis diem, quæ conſuetudo licet vim legis non habeat, quia neque ad hoc eſt inducta, nihilominus pro locorum conditionibus laudabilis eſt, tamen quantum ad tractatus priuatos, illud ſtatutum præcitatum Ordinis Prædicatorum, eſt rationabili conſuetudine abrogatum, quia nedum non obſeruatur, ſed eſt moraliter impoſſibile, vt obſeruetur. Tum quia regulariter ignoratur iuridicè determi-

terminata dies ante electionem Priorum, cum electores habeant menſem pro eligendo, & ordinariè electio intimetur ſolùm veſperi ante diem electionis, quæ de mane celebratur, vnde ſolùm mediaret nox ſomno deputata, in qua electores poſſent tutò & ſecurè tractare de electione. Tum ſecundò, quia electores ex iure communi, & Conſtitutionum, habent ius, ſi in maiori parte conueniaut, ad ſtatuendum diem electionis, & ad compellendum præſidentem, vt diem electionis intimet, & ſi eis renuat, poſſunt illi ſibi eligere Vicarium, qui electionem, & intimet, & dirigat, & poſſunt minori parte inuita, eligere; at verò huiuſmodi reſolutio nequit fieri, niſi vocales ante electionis diem tractent ſimul de electione, ius enim habent, vt ità tractent, vt ſimul poſſint etiam deliberare de electione habenda, vel expectare, vt præſidens ordinarius poſt multos dies conuocet vocales ad eligendum, & ſic habent ius, vt de electione tractent etiam per multos dies ante electionem. Tum tertiò, quia moraliter impoſſibile eſt, quòd vacante Eccleſia, vocales qui habent ius ad eligendum, & qui ex conſcientia tenentur prouidere Eccleſiæ viduatæ de Prælato, aut Superiore, nec de eligendo cogitent, nec inquirant merita, vel demerita eligendorum, & ſi videant vocales tendere ad electionem indigni, vel minùs digni, tunc interim muti permaneant, & non procurent, prout poſſunt, & debent, diſponere eligẽtes ad rectam electionem, & in re tam graui, & neceſſaria ſilentium tenentes expectent, tunc agere pro bono Reipublicę cum iam electio eſt ad malum determinata. Nec eſt vnde dicatur, quòd tractatus vtiles, vel neceſſarij non prohibentur, quia hoc eſt dicere nihil noui prohibitum eſſe, vel tractatus inutiles, & non neceſſarios pro die ante diẽ electionis approbatos eſſe, quia in illa die conceduntur illi tractatus, qui ante illam diem prohibiti ſunt. Ideò ſtandum puto iuri communi, vt tractatus ambitioſi, & tendentes ad malam electionem prohibiti intelligantur, ita vt etiam Fratres Prædicatores vacante Prioratu, vel Prouincialatu, vel Generalatu poſſint ſine alicuius pœnæ incurſu tractare de noui Prælati electione, dummodò tractatus non ſint ambitioſi, auari, ex mala affectione prouenientes, & non in perniciem Religionis, ſed ad bonam electionem ſint ordinati. Quod cenſeo verum, nedum de electoribus, ſed de alijs fratribus, quorum quilibet pro ſua parte habet intereſſe in electione, immò licet habeantur antecedenter ad illam diem, in illa ordinatione præfixam, tractatus ambitioſi, & mali, ſic tractantes incidunt quidem in pœnas inflictas à ſacris Canonibus, & Pontificibus, vel aliunde impoſitas, non tamen incidunt in pœnam illius ordinationis, quia illa cum directè prohibeat tractatus alias licitos pro illo tẽpore antecedente, & non reſpiciat directè malitiam tractatuum, ſed omnes prohibeat, qui in illo tempore antecedente habentur, & ſit hoc modo rationabili conſuetudine abrogata, & de facto communiter non obſeruetur, iam caret viribus, & ideò pœna ab ea inflicta locum non habet.

62 In eodem ordine Prædicatorum in *cap. Toloſano* 1628. admoniti ſunt Prouinciales, ne vllo modo directè, vel indirectè inducere ſtudeant fratres ad electiones Priorum, ſeu Prouincialis ſucceſſoris faciendum, & commiſſum Generali, vt per Commiſſarios, inueſtigatis huiuſmodi inductionibus, Prouinciales pœnis grauiſſimis etiam priuationis vtriuſque vocis, & perpetuæ inhabilitatis ad dignitates, & officia puniat. *Camill. cap. 9. num. 21.* Quæ quidẽ ordinatio iuxtà prædicta explicatur, vt intelligatur de inductionibus illicitis, & vel tendentibus ad electionem indigni, vel veſtitis aliqua mala circunſtantia præcipue violentia implicita, vel explicita. Non verò ſi modeſtè ſuadendo, quod conducit ad rectam electionem proponant, relictis electoribus in plena libertate eligendi, & non eligendi eum, qui illis proponitur.

S V M M A R I V M.

1 *Quæſtionis ſenſus. n. 63.*
2 *Tractatum de perſona eligenda collegialiter habitum, eſſe neceſſarium multi tenent. nu. 64.*
3 *Oppoſitum ſuſtinetur. num. 65.*
4 *Poteſt dari caſus, in quo tractatus de perſona eligẽda, ſit neceſſarius. n. 66.*
5 *Tractatus collegialis neceſſarius, ſi eum praecipiat Papa. nu. 66.*
6 *Vel ſi de aliquo ſpectante ad electionem ſit pri[illegible] tractandum. num. 67.*
7 *Tractatus collegialiter habitus, non eſt de ſubſtantia electionis. n. 68.*
8 *Cap. Cum in veteri. ibid.*
9 *Cap. In Geneſi. nu. 69.*
10 *Nulla electio caſſata, quia eam non praeceſſerit tractatus. num. 68. 69.*
11 *Tractatus aliquando in iure idem eſt, quòd electio. numer. 69.*
12 *Antiquitùs Papam priùs eligebant Epiſcopi Cardinales. nu. 69.*
13 *Nunc Tractatus collegialis non præmittitur electioni, num. 69.*
14 *Hic tractatus poſt Concil. Triden. minus conuenit. numer. 69. 70.*
15 *Tractatus de perſona eligenda minus conuenit ſecreto electionis. nu. 70.*
16 *Nec ante Concilium hic tractatus erat de neceſſitate. num. 71.*
17 *Capitulum Generale iuſtè poteſt præcipere, vt non habeatur tractatus Collegialis de perſona eligenda, non verò, vt nullus tractatus præmittatur. n. 72*
18 *Tractatus de præmittendis electioni neceſſarius, ſed non diſtinctus ab electione. num. 73.*
19 *Obiectiones prioris opinionis ſoluuntur. n. 74.*
20 *Nominatio ſæpè idem eſt, quod electio. ibid.*

63 QVæritur quintò. An tractatus conſultorius collegialiter habitus ſit de ſubſtantia electionis præmittendus electioni? Tractatus pro electione haberi poteſt priuatim, & ſeparatim à duobus, vel tribus, vel pluribus electoribus; & publicè, & collegialiter coram Præſidente electionis vocatis omnibus electoribus. Iam verò quæſt. ſuper. dictum eſt omnem huiuſmodi tractatum, (ſi ſit ſolùm conſultinus) non eſſe prohibitum. Hic verò quæritur, an ſit neceſſarius. Sed non quæritur de tractatu priuato, qui omnino neceſſarius eſt, & ſine eo electores in vnum non conuenirent, niſi à caſu, & per accidens, ideò ſaltem, vt per ſe in vnum conueniant, neceſſe eſt, vt inuicem conſilium de electione ſumãt Quæſtio itaq; remanet de tractatu collegialiter habito, & publico.

64 Eſt

64 Eſt igitur ſatis communis ſententia affirmans, de iure canonico ad electionem præmittendum eſſe tractatum collegialiter habitum, ad quem vocandi ſunt omnes electores, & in quo tractetur de perſona eligenda, & de ſpectantibus ad electionem Canonicam. Ita tenent *Gloſſ. cap. In nomine Domini v. tractantes d.23. & gloſſ. in c. cum in veteri v. in pract. de elect. Peyr. tom. 3 in add. ad Conſtit. Clem. VIII. n.7. Barboſ. de iure eccleſ. l.1. cap. 19. nu. 183. Donat. p.3. prax. tract. 1. q. 11. num. 2. Samuel. tract. 1. diſp. 4. contr. 9. n.2.* Et probatur hæc ſententia primo ex *cap. In nomine Domini 2. d. 23. & cap. cum inter canonicos 21. & cap. in cauſis 30. & cap. in veteri 52. & cap. in Geneſi 55.* de electione. Secūdo; quoniam electionem præcedere debet nominatio *cap. cum Terra 13. de elect.* at verò nominatio tunc fit, cum in tractatu proponuntur eligendi. Tertiò; quia multæ electiones fuerunt declaratæ irritæ, quia eas non præceſſit tractatus de perſona eligenda *c. cum in veteri 52. & c. in Geneſi 55.* de electione. Quartò; quoniam cum ſine tractatu mutuo non poſſit conſtare eligentibus, quem eligi conueniat, ſicut eligendus collegialiter eligi debet, ita collegialiter tractari priùs debet de eius electione. Hoc autem adeo verum eſſe aſſerunt, vt dicant, nec conſuetudine poſſe præſcribi, vt electio valeat ſine præcedente tractatu. *Donatus & Samuel* Et adeò vt Capitulum Generale ſub pœna excommunicationis nō poſſit præcipere electoribus, ne quis electorum tractatum habeat ante electionē, & loquatur de electione; vnde iuſſu Clem. VIII. fuit abrogata ordinatio vnius Capituli Generalis tractatum prohibentis, & fuit ſtatutum, electores poſſe habere tractatum iuxta præſcriptum ſacrorum canonum.

65 Verùm hæc quidem validè probant, poſſe haberi tractatum cōſultorium etiam Collegialiter ante electionem, ſed eum eſſe neceſſariò ſemper præmittendum, illumque eſſe de ſubſtantia electionis, minimè probant.

66 Dicitur igitur primò, dari poſſe caſum in quo de ſubſtantia electionis ſit præmittere collegialem tractatum etiam de perſona eligenda. Probatur hoc ex *cap. cum in veteri 52. de elect.* in quo habetur, quòd Greg. 9. Capitulo SS. Io: & Steph. Biſuntin. Eccleſiæ mandauit, vt in Epiſcopum eligerent perſonam idoneam, ſed cum conſilio Abbatum S. Benigni, & Morimundi, & fratris G. Ordinis Prædicatorum. Hoc enim præcepto ſtante, vt Pontifex ipſe fatetur *ibid.* tenebantur illi electores habere Collegialem tractatum in præſentia illorum trium, & de perſona eligenda accipere illorum conſiliū, quia ſic Pontifex præceperat, quòd quia non fecerunt, ideo etiam ex hoc capite eorum electio fuit caſſata. Sic igitur vnus eſt caſus, in quo electionem debet præcedere tractatus, etiam de perſona eligenda, quando, ſcilicet, Papa, aut legitimus ſuperior mandat non eligi niſi præcedente tractatu communi votorum, vel mandat electioni præmitti aliquid, quod ſine tractatu non poteſt præmitti legitimè. Sicut in caſu prædicto, quia non poterant Canonici de conſilio illorum trium eligere perſonam idoneam, niſi ſimul vniti in præſentia illorum trium ab illis de perſona eligenda conſilium ſumerent.

67 Alter caſus poteſt accipi ex *cap. In Geneſi 55.* de electione, quando, ſcilicet, remanet aliquod ordinandum antecedenter ad electionem, vel aliquod dubium diſcutiendum. Vt cum eſt dubium, an aliqui admittendi ſint ad electionē. In eo enim capite electores repræhenduntur, eò quia in eorum electione defuerit collatio numeri ad numerum, quia non fuit tractatum, & diſcurſum an G. & H. habuerint legitimum ſuffragium, & cum verè haberent, fuerunt excluſi. Quotieſcunque igitur adeſt aliquod ordinandum circa electionem, vt ſi ad electores pertineat ſtatuere diem electionis, vel emergit aliquid diſcutiendum, & examinandum, vt electio canonicè fiat, præmittendus eſt tractatus.

68 Dicitur verò ſecundò, quòd abſolutè loquendo, tractatus collegialis, & publicus de perſona eligenda non eſt neceſſarius, immò nunc cum ex præcepto *Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 6.* electio Regularium debet fieri per ſcrutinium ſecretum, talis tractatus minus cōuenit, & meliùs prætermittitur, quàm habeatur. Primum probatur, quia huiuſmodi tractatus ad electionem non eſt neceſſarius ex natura rei, quia Electores ſeorſum, & priuatim ſe determinare poſſunt ad eligendum hunc vel illum, ſine eo quòd collegialiter vniantur. Sed neque adeſt aliquod ius, ex quo colligatur hæc neceſſitas. Maior enim vis, quam poſſit habere præfata ſententia deſumitur ex textibus citatis, nimirùm *ex cap. cum in veteri 52. de elect. & cap. in Geneſi 55. eodem tit.* ſed nihil ex illis deducitur. Non quidem ex *cap. cum in veteri*, quia in eo caſu Electores habuerunt præceptum Papæ de tractatu habendo, vnde illum tunc tenebantur habere, non quia abſolutè neceſſarium, ſed quia præceptum illis fuerat, vt illum haberent, cum illis præceptum fuerit prouidere Eccleſiæ de perſona idonea ex conſilio illorum Abbatum, & fratris accipienda. Tum ſecundò, quia Pontifex præcepit declarari nullam electionem Archiepiſcopi, non ſub conditione, ſi electionem non præceſſiſſet tractatus, ſed ſi non præceſſiſſet acceptum conſilium, ideo nullo modo ex eo capite irrita declarata fuit illa electio, ſi eam non præceſſerit tractatus, ſed ſi eam non præceſſit acceptum conſilium ab illis, à quibus erat accipiendum de Papæ mandato.

69 In *cap.* verò *In Geneſi* ſermo eſt de tractatu, & diſcuſſione vocis duorum electorum, non de tractatu habito de perſona eligenda. Vnde electio illa non fuit caſſata, quia eam non præceſſerit tractatus habitus de perſona eligenda, ſed quia nō adfuit collatio numeri vocalium ad numerum, cum non fuerit tractatum, & diſcuſſum an G. & H. fuerint legitimi vocales, & cum eſſent tales fuerunt excluſi, & ſecundò quia electio non fuit facta collegialiter, ſed ſeparatim, & diuiſim. Quod verò *cap. cum inter Canonicas 21. & cap. in cauſis 30.* de electione, fiat mentio de tractatu habito ab Electoribus nihil probat, niſi quòd tractatus haberi poſſit, & quòd in Sacris Canonibus approbetur, non verò quòd ſit neceſſarius, & de ſubſtantia electionis. Quāuis addendum etiam ſit, quòd in iure aliquando hoc nomen *tractatus*, electionem ipſam importat, vt idem ſit tractare de electione alicuius, quod eum eligere. Antiquitus enim cum electio non fiebat per ſcrutinium ſecretum, dum electores tractabant de electione, ſimul eligebant. Et ità ſumitur nomen *tractatus cap. illo, in cauſis 30. de elect.* dicitur enim: *Cum capitulum Toloſan. Eccleſiæ ad tractandum de electione Epiſcopi conueniſſent, duos elegerunt &c.* ſic enim conſtat, quòd tractatus ille non erat diſtinctus ab

electio-

electione, ſed tractando elegerunt. Et ità accipitur *cap. In nomine Domini* 1.*diſt.*23. ibi: *In primis Cardinales Epiſcopi diligentiſſimè ſimul de electione tractantes, mox Chriſti Clericos Cardinales adhibeant.* Tunc enim, vt aduertit *Barboſa ad illud cap.num.*6. Cardinales omnes non ex æquo habebant vocem ad electionem Pontificis, ſed primi eligebant ſoli Epiſcopi Cardinales, & ideo idem erat tunc, Cardinales Epiſcopos priùs de electione tractare, quod priùs eligere. Non igitur ex eo loco colligitur, quòd electionem præcederet tractatus, ſed quòd electio electionem præcederet, & quod priùs eligerent Epiſcopi Cardinales, quàm Clerici Cardinales. Quàmuis etiam ab electione Papæ ad electionem aliorum non valeat argumentum. Nã multa ſtatuta ſunt ſpecialiter pro illius electione. Ex nullo igitur iure colligitur neceſſitas tractatus collegialis habitus de perſona eligenda antecedenter ad electionẽ. Ideo etiam praxis iam obtinuit, vt huiuſmodi tractatus apud multos non habeâtur. In principio cum de anno 1612. indutus fui habitu Sacro, huiuſmodi tractatus habebantur, ſed poſt nonnullos annos io diſſuetudinem irecœperunt. Ergo non memini me vnquam alicui tractatui adfuiſſe, ſed bene in electionibus, quibus interfui, ſtatim ſine aliquo tractatu de perſona eligenda, electores proceſſerunt ad electionem iuxta formã canonum præſcriptam in *cap. quia propter*, & in noſtris conſtitutionibus. Quam praxim confirmat etiã *Diana par.*2.*tract.*16.*reſol.*37. aſſerens, quòd quia hodie electiones fiunt per ſecreta ſuffragia, non præmittitur talis tractatus electioni.

70 Et verè modò talis tractatus minus cõuenit, quia electio non eſt nimis ſecreta, dum priùs in voce vocales debent manifeſtare votum ſuum circa hanc vel illam perſonam. Et hoc præiudicat libertati electionis, cui voluit conſulere Concil. Trid. præcipiendo electionem ſecretam. Quia multi non audebunt negare votum ſuum publicè, qui illud negabunt ſecretè, & cum quis publicè approbauit aliquem, vt dignum electione, hoc eſt motiuum ſatis vrgens, vt in ſecreto ſcrutinio non diſcorder à voce. Ideo longè melius eſt nunc, vt nullus huiuſmodi publicus tractatus præmittatur de perſona eligenda. Vnde & *Vrrean.p.*3.*ca.*4. dixit præmittendum tractatum de perſona eligenda ſaltem in communi, licet enim poſſit expedire, agere in communi de perſona eligenda, vt pro loco, & tempore eligantur qualitates magis neceſſariæ ad bonum commune, & præferatur, qui illis qualitatibus excelluerit, habere tamen tractatum de perſona in particulari minùs expedit, & abſolutè nec vnus nec alius eſt neceſſarius, vel de ſubſtantia electionis.

71 Diana tamen loco citato putat, hunc tractatum ante Concilium Tridentinum fuiſſe de ſubſtantia electionis, & ita, vt ſine eo non valeret electio, ſed non video vnde hoc probetur. Et immò ante Concilium permiſſus erat etiam apud Regulares modus eligendi per communem inſpirationem, de cuius ratione erat, & eſt, vt eligatur perſona, de qua nullus præceſſerit tractatus.

Ideo nedum per conſuetudinem potuit introduci, ſed de facto introductum fuit, vt de facto tractatus Collegialis de perſona eligenda nõ habeatur. Quàmuis nec ſit certum, quòd ante Conſilium de facto ſemper haberetur.

72 Et multò magis Capitulum Generale ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ poteſt præcipere, vt huiuſmodi tractatus non habeatur, qui modo electionis per ſcrutinium ſecretũ minus conuenit. Sed conſiderandum; aliud eſſe, quòd præciperet quòd nullus tractatus de perſona eligenda præmittatur electioni; aliud eſſe, quòd non præmittatur tractatus Collegialis, & publicus. Hoc ſecundum poteſt præcipi, quia verè eſt parum conformis plenæ libertati electionis, non datur enim ſæpiſſime plena libertas in electoribus publicè proferendi votum ſuum. Et cum electio Prælatorum multùm pendeat etiam ex cognitione extraiudiciali, & ſecreta, datur caſus in quo elector publico ſuffragio non poteſt reprobare, quem in conſcientia ſcit eſſe indignum, & aliàs poſtea non reprobaſſe aliquem in voce, & illum reprobare in ſcrutinio eſt res ſubiecta difficultatibus, & periculis. Sed decreti ſi fiat, vt nullus tractatus præmittatur electioni, ſicut ſanciſſimè eſſe factũ in aliquibus Religionibus aſſerunt Diana, & Samuelius locis citatis, hoc debet intelligi vt DD. citati explicant, de tractatu ambitioſo, vel conuentionali, & tendente ad malam electionem, aliàs decretum non teneret, nedum quia eſſet nimis rigidum, ſed quia directè contrarium electioni, vt eſt actus humanus ex prudentia, & præmeditatione habendus.

73 Ad obiecta in oppoſitum reſpondetur, & primò dicitur quòd illa prima ſententia non bene pro ſe inducit *Gloſſ. quia cum gloſſ. cap. in nomine Domini diſ.*33.*& in cap. cum in veteri* de electione, in confirmationem ſui dicti adducat *cap. quia propter de ele.* oſtendit ſe non approbare neceſſitatem alterius tractatus prærerquàm illius, qui continetur in *cap. quia propter* vbi nullus tractatus de perſona eligẽda præcipitur antecedere electionem. Et ſemper diſtingui debet, quia aliꝰ eſt tractatus eorũ, quæ in electione agenda ſunt, præambula ad ſcrutinium ſecretum, qualia ſunt approbatio loci, & temporis, electio ſcrutatorum, & ſimilia, quæ vel ex iure communi vel particulari præmittenda ſunt, & huiuſmodi tractatus eſt neceſſarius, ſed non eſt ab electione diſtinctus, & eſt pars electionis, & de ſubſtantia illius, alius eſt tractatus de perſona eligenda, qui etiam poſſet præmitti ante vnum, vel duos dies ante electionem, & hic eſt ille, quem dicimus non eſſe neceſſarium.

74 Ad iura allata iam patet reſponſio, oſtenſum enim eſt, quomodo ex illis nulla colligitur iſtius tractatus neceſſitas. Ad ſecundum negatur, nominationem aliquam perſonæ eligendæ, præcedere debere electionem, neque hoc habetur ex *cap. cum terra* 13.*de elect.* quia nominatio aliquando idẽ eſt quod electio, vt ex *Panorm. cap. quod ſicut* notat *Sylu. ver. nominatio*, & talis eſt illa, de qua ibi *text.* loquitur, nihil enim aliud eſt, eligere, quam nominare vt electum vnum præ alio, etenim electio it nominando vnum præ alio. Et ſic in eo *cap.* dicitur, quod electores in vnum locum, in quo facienda eſt electio, conueniant, & inuocata Spiritus ſancti gratia perſonam nominent, inuocata verò gratia Spiritus ſancti perſonam nominare, eſt perſonam eligere. Ad tertium iam pater, nullam electionem in iure fuiſſe caſſatam, quia eam non præceſſerit abſolutè tractatus de perſona eligenda, & *text. cap. cum in veteri* 52. *& cap. ingeneſi* 55. de electione iam explicati ſunt. Ad quartum dicitur, quòd nedum ſufficienter, ſed multò melius, & conuenientiùs electio fit collegialiter, ex tracta-

tractatibus priuatim habitis de perſona eligenda, quàm ex tractatu publico, & collegialiter habito, vt ſatis eſt probatum.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionis ſenſus. num. 75.*
2 *Per ſe loquendo illicitum, & prohibitum procurare vocem pro ſe. num. 76.*
3 *Per accidens licere poteſt, procurare vocem pro ſe ipſo. num. 77.*
4 *Sed ſi hoc innoteſcat in foro externo, caſſabitur electio. ibid.*

75 QVæritur ſexto. An procurare ſuffragiũ pro ſe ipſo ſemper omnino ſit malum, & per decretum Clementis VIII. & alias conſtit. reſpectiuè prohibitum? Cũ vſque modò viſum ſit, quid non ſit prohibitum per cõſtitutiones Pontificum, quia ſcilicet ſubornatio bona, & tractatus conſultorij, & prudentiales non ſunt prohibiti, diſtinctiùs inueſtigandum remanet, quæ procurationes votorum dicantur ſubornationes malæ, & cenſeri debeant prohibitæ. Et quia procurare vota quis poteſt, vel pro ſe, vel pro alijs, primò quæritur; an procurare votum pro ſe ipſo ſemper ſit ſubornatio mala, & ſemper prohibita.

76 Dicitur igitur, quòd moraliter loquendo procurare vocem in electione pro ſe ipſo, ſiue id immediatè, ſiue mediatè fiat, ſemper eſt ſubornatio mala, & indigna, & per conſtitutiones Clementis VIII. & alias conſtitutiones ſupra relatas reſpectiuè prohibita. Probatur, nam in *cap. per inquiſitionem 26. de elect.* caſſatur electio Epiſcopi Tholoſani inter alias cauſas, quia ante electionem habuit colloquium cum aliquibus canonicis, quos precibus ſollicitauit, vt ſe ipſum eligerent. Et *cap. cum poſt petitam 46. eod. tit.* caſſatur electio Epiſcopi Lugdunenſis, quia ante electionem fuit eius conſenſus requiſitus, & per eum præſtitus. Ideo *Panor. in d. cap. per Inquiſ. num. 5.* dixit, eum facere ſe indignum electione, qui pro ſui electione vota ſollicitat, quod etiam docuerunt *Mirand. par. 2. quæſt. 23. a. 30. Petr. Gregor. tract. de elect. cap. 9. num. 6. Caſtell. cap. 11. nu. 39. Peyr. in ſubd. q. 2. c. 2. §. 11. Diana par. 2. trac. 16. reſol. 17. Donatus in praxi par. 3. trac. 1. q. 11. Samuel tract. 1. diſp. 4. contr. 11. Theſaur. v. ambitus cap. 1. Baſſæus v. electio num. 14. Bord. controu. 31. num. 1. & 2.*

77 Nihilominùs tamen in caſu contingenti, quòd verè omnibus penſatis non ſit dignior, ſi aliquis pro ſui electione vota procuret per modos licitos, hæc procuratio ſi nulla alia mala circunſtantia veſtiatur non eſt mala. *D. Th. 2. 2. q. 18. a. 1. Azor. p. 2. l. 3. c. 28. q. 2. Boſſ. in praxi criminal. tit. de ambitioſis Theſaur. in prax. p. 2. v. ambitus cap. 1. Panorm. in cap. per Inquiſitionem 26. num. 5. de elect. gloſſ. cap. tuam 10. de ætat. & qualit. v. nullum prorſus.* Sed difficile eſt, quòd procurare votũ in electione canonica pro ſe ipſo ſit verè virtutis actus, & in foro externo, vbi huiuſmodi procuratio conſtiterit, caſſabitur electio, niſi probetur neceſſitas talis procurationis.

SVMMARIVM.

1 *Qui precibus agit, vt præ indigno dignus, vel præ minùs digno dignior eligatur, non eſt malus ſubornator, num. 78.*
2 *Nec qui precibus impedit iniuſtitiã electionis. n. 79.*
3 *Suadens precibus, id quod conducit ad rectam electionem, non incurrit pœnas contra ſubornantes. num. 80.*
4 *Quid dicendum ſi preces ſint inſtantiſſimæ? diſtinguuntur 3. caſus. num. 81.*
5 *Precibus, immò, & minis iuſtis inducere electorem ad id, quod debet, non eſt illicitum. num. 82.*
6 *Precibus procurare electionem indigni præ digno, vel minùs digni præ digniori eſt illicitum. num. 83.*
7 *Preces, & blanditiæ per ſe augent voluntarium, non minuunt. num. 85.*
8 *Per accidens ratione alicuius adiuncti minuunt voluntarium. num. 86.*
9 *Preces importunæ minuunt volũtarium ratione moleſtiæ, quam inferunt. num. 86.*
10 *Preces non importunæ etiam Superioris, vel nullũ, vel leuem metum ingerunt. num. 87.*
11 *Preces incutientes metum grauem inficiunt electionem. num. 88.*
12 *Preces fraudulentæ iniuſtæ, & inficientes electionem. num. 89.*
13 *Preces, importunæ maximè ſi ſint Superioris, ſæpius ſunt minæ virtualiter. num. 90.*
14 *Preces etiam importuniſſimæ etiam Principis, ratione importunitatis non cauſant metum.*
15 *Qui precibus procurat electionem non digni, peccat, & comprehenditur ſub conſtit. prædictis. numer. 91.*
16 *Ratione tamen importunitatis non infert inuoluntarium, quod ſufficiat ad irritationem electionis. num. 91.*
17 *Preces inſtantiſſimæ, etiam adiuncto metu reuerentiali, non cauſant inuoluntarium, quod ſufficiat ad irritationem electionis. num. 91.*
18 *Reuerentia non mouet ratione mali imminentis, ſed ratione boni allicientis. num. 91.*
19 *Precibus petens ſuffragium, nec pro ſe, nec ad inſtantiam eligendi, quod tamen poſſit à ſuffragante dari ſine peccato, non ſubornat malè, nec comprehenditur in conſtit. prædictis. 92. 93.*
20 *Precibus procurans ſuffragium, quod licitè poteſt obtineri non comprehenditur ſub dd. Conſtit. etiam ſi id faciat ex malo fine, non ambitioſo tamen. num. 94.*
21 *Finis illarum Conſtit. eſt impedire ambitionem, & malam electionem. ibidem.*
22 *Poteſt eſſe, vt quis ex ambitione petat electionem alterius, ſi illam putet viam ad ſui electionem, vel in ea alia ratio ambitionis datur. num. 94.*
23 *A dictis cõſtitutionibus nõ prohibentur preces, quia importunæ, ſed quia ambitioſæ, & rectæ electioni contraria. num. 95.*
24 *Preces Superiorum de facili extrahuntur à linea precum, & fiunt minæ. num. 96.*
25 *Si petitio ſuffragij, nec ſit ambitioſa, nec tendat ad malam electionem, licet habeat adiunctas minas, & ſit mala, quia cogens, non eſt tamen ſub dictis conſtit. comprehenſa. num. 97.*
26 *Si actus non eſt de genere prohibitorum per aliquam legem, non comprehenditur ſub lege ex mala extrinſeca circunſtantia. num. 97.*
27 *Non comprehenditur ſub dictis Conſtit. qui rogat ſub conditione pro electione alicuius, relinquens electorem in plena libertate. num. 98.*
28 *Obiectio contra prædicta proponitur. num 99.*

29 *Reſolutio huius capitis non fundatur ſuper ea ſententia, quæ aſſerit, quòd deficiente ſine legis in particulari lex non obliget. num.100.*
30 *Lex prohibens ſub pœna actionem indifferentem, quæ ex circunſtantijs aliquando eſt neceſſaria, & ex virtute, aliquando valde vtilis, & aliquando mala ex agentis intentione, non prohibet illam actionẽ ſecũdùm quod eſt honeſta, & actus virtutis. n.100.*
31 *Ratio non dictat, vt ex aliquorum abuſu innocentes prohibeantur agere ex virtute. num.100.101.*
32 *Lex poſitiua ſatis reſiſtit abuſui, puniendo abutentes, & refundendo onus probandi non fuiſſe abuſum in operantes. num.101.*
33 *In pœnis benignior fieri debet interpretatio. nu.101.*
34 *Per præfatas Conſtitutiones non prohibetur bona ſubornatio. nu.102.*
35 *Subornatio bona aliquando neceſſaria & aliquando valde vtilis Eccleſiæ. num.102.*
36 *In ſubornatione bona, finis dd. Conſtit. deficit contrariè. num.102.*
37 *In ſubornatione bona, finis dd. conſtit. deficit non in indiuiduo, ſed ex genere actionis bonæ. nu.103.*
38 *Obiecta ſoluuntur. ibid.*

78 QVæritur ſeptimò. An pro alio procurare ſuffragiũ in electione per preces ſit ſubornatio mala? Qui precibus agit in procurãdis ſuffragijs in electionibus ob bonum finem, nimirum vt ab electione excludat eũ, qui verè eſt indignus, vel etiã qui verè eſt minùs dignus, bene agit, & pro bono Reipublicę laborat, nec eſt cẽſendus malus ſubornator *Turrecr. c. veniã 35. q.9. num.2. Camill. in direct. elect. cap.1. nu.7. ex Soto.*

79 Similiter, qui precibus conatur impedire iniuſtitiam electionis, laudandus eſt. *Rodriq. tom.2. q.56. a.2. Suarez. tom.3. de Relig. l.6. c.50. Leſſius l.2. cap.35. num.19. Lezana cap.15. nu.24. Camill. loco citat. Peyr. tom.1. de ſubd. q.1. c.2. §.11.*

80 Sic igitur qui in electionibus electores hortans ad id, quod verè conducit ad rectam & canonicam electionem habendam motiuis honeſtis, quibus vtitur, adiungit etiam preces, vt motiua honeſta fortiorem vim habeant, pro Deo, & bono communitatis laborat, nec eſt malus ſubornator, nec alicui conſtitutioni Pontificiæ contradicit, nec aliquam pœnam incurrit, vt habetur ex citatis DD.

81 Sed quid dicendum, ſi preces ſint importunæ, & inſtantiſſimæ, & vt ſic dicam violentæ, & maximè ſi veniant à Superiori cui debetur reuerentia? Nunquid tunc procuratio votorum non erit ex parte modi, illicita & mala, & inter malas ſubornationes numeranda? Diſtingui hic debet, ad prædictorum, & totius quæſtionis intelligentiam, triplex caſus. Primus eſt, quando elector precibus inducitur ad id, ad quod certum eſt ipſum teneri ex lege naturali, vel poſitiua; quia inducitur ad id, ſine quo electio non eſſet recta, vel canonica, quia elector tenetur ad rectam, & canonicam electionem; vel inducitur ad excluſionem illius, quem certum eſt eſſe indignum; vel etiam, omnibus prudenter penſatis, certum eſt eſſe minùs dignum, quia vt probatur infra, elector tenetur eligere illum, de quo certum eſt omnibus penſatis eſſe meliorem. Secundus caſus ex oppoſito eſt; cum elector inducitur precibus ad electionem, quam vel conſtat eſſe malam, vel non eſt certum eſſe bonam, vt ſi inducatur elector ad electionem eius, qui manifeſtè eſt indignus, & verè [illegible] ex iure diuino, & naturali, vel ex iure poſitiuo [illegible] inhabilis, vel ineligibilis, vel ſaltem non eſt certum eſſe eligibilem. Tertius caſus eſt, quando elector precibus inducitur ad id, cuius oppoſitum electori eſt liberum etiam ſaluo ordine finis recti, vt ſi adſint duo æquè eligibiles rectè, & canonicè, ita vt inter illos, vel non ſit inæqualitas in merito, vel illa non ſit tanta, quæ prudenter ſit magni facienda, ſed pro nihilo prudenter haberi poſſit. Tunc enim elector etiam ſaluo ordine virtutis liber eſt, vt quem voluerit ex illis eligat, ſed precibus inducitur, vt hunc, & non illum eligat in gratiam rogantis.

82 Hucuſque in primo caſu loquuti ſumus, & in eo caſu dicimus, preces etiam ſi importuniſſimæ ſint non eſſe malas, nec vitiare procurationem ſuffragij, nec conſtituere ſubornationem malam, aut prohibitam per conſtitutiones ſuperiùs poſitas, & procurantem ſuffragia in eo caſu nulli pœnæ ſubijci, etiam ſi ſit ſuperior. Quoniam inducere proximum ad id, ad quod tenetur, eſt opus maximæ charitatis; & non eſt malũ, quia fiat modo aliàs minuente libertatem, quia immò ad id, quod proximus debet facere poteſt proximus induci, nedum precibus importunis, ſed ab eo, qui malum poſſit infligere, poteſt induci minis, terroribus, & vi, ac violentijs, & pœnarum inflictionibus, & à quocunque per negationem eius boni, quod negans poteſt liberè vel concedere, vel negare, & de hoc non eſt difficultas.

83 In ſecundo caſu, in quo petitur electio, vel eius qui certò cognoſcitur indignus, vel cognoſci poteſt, & debet, vt talis, ſeu non ſcitur certò, quòd ſit dignus, ſed de hoc ſit dubium, cum certum ſit eſſe plures alios dignos, vel alium dignum; ſeu eſt certum, quod non eſt dignior, ſed alij ſunt eo digniores; eſt quoque certum petitionem hanc, vel ambitioſam, vel acceptatione perſonarum maculatam, eſſe ſubornationem malam, & per dictas Conſtitutiones prohibitam. Quia cum indignus, nec poſſit, nec debeat eligi, ſicut nec debet eligi is, de quo verè dubitatur an ſit dignus, exiſtente alio certè digno, qui poſſit eligi, ſicut nec minùs dignus, dignioribus exiſtentibus, qui eligi poſſint, & huiuſmodi non idoneos eligere ſit contra bonum Communitatis, proculdubio Conſtitutiones præfatæ intendunt prohibere, ne quis procuret horum electionem. Nec debet hæc aſſertio limitari, vt ſit vera de ſola ſubornatione ambitioſa, quia vera eſt de omni ſubornatione ex obiecto mala, per quam procurantur ſuffragia pro non dignis, vel minùs dignis. Nam finis primarius dictarum Conſtitutionum eſt, vt non niſi idonei eligantur, & propterea ambitioſi tractatus prohibentur.

84 Sed dubium remanet, an preces addant ad huiuſmodi malam procurationem circunſtantiam malã, adeò vt hæc procuratio ſpecialiter ſit mala, quia habet preces adiunctas? Videtur enim hoc eſſe dicendum, quia preces maximè, ſi ſint importunæ, minuunt voluntarium, vnde videtur, quòd qui prece procurat electionem, vim faciat electori, & reddat actionem nullam, vel annullandam. Sed hic plura dicuntur; Et quidem primò dicitur, preces, & blanditias per ſe, & ſecundùm ſe non minuere, ſed augere voluntarium, & libertatem, vt tradiderunt *D. Bonau. 4. d.29. q.1. n.8. Duran. q.2. ad primum Scot. q. vnic. ad fin. Palud. q.1. a.3. num.20. Richar. ar.1. q.1. ad*

tertium

Digitized by Google

tertium Angel.v.Religio num.23.Sylu.v.Relig.3.q.11. Tabien.19.Henr.l.11.de matrim.c.9.n.5.Sãchez alios referens *l.4.de matrim.diſp.7.nu.3.Nauar.in ſum.c.17. num.16.Maſcard. de probat.concl.193.n.3.& 9.Ludou. Lopez 2.p.cap.96.§.Addit verò;Vecb. diſp.13. dub.12. nu.21. Bordon.contr.35. num.15.*Et fuit ſententia *Panorm.in cap.vlt.qui Clerici, vel vouentes num.7.&* 8. vbi id confirmat. ex *Io: Andr.& Innoc.* & iterùm *c.2. nu.4. & cap.cum dilectus nu.8.*|*de his, quæ vi. Suarez tom.3.deRelig.l.6.c.5.n.7.*Et ratio eſt;quia quod de ſe auget concupiſcentiam, non facit inuoluntarium, ſed auget, vt docet *D.Th.p.2,q.6.a.7.* Blanditiæ verò, & preces augent concupiſcentiam, vnde de ſe, & per ſe non faciunt inuoluntarium.

85 Per accidens autem ratione alicuius adiuncti inuoluntarium cauſant, nimirum ſi ſint fraudolentæ ratione doli, ſi ſint importunæ ratione moleſtiæ, quam inferunt. Vnde *Geneſ.* 39. de Domina Ioſephi, quæ illum ſollicitabat quotidie, dicitur, quòd erat moleſta adoleſcenti, & Iud. 16. de Dalila vxore Sanſonis dicitur, *Cumque moleſta eſſet ei &c.* negari enim non poteſt,quod non ſit magna moleſtia, cum quis aliquid agere non vult, iteratò ac iteratò precibus importunari, vt velit,quod non vult, & non velle ſignificauit. Tertiò ratione imminentis damni, ſi is qui rogat conſuetus ſit malè tractare rogatos eius precibus uon annuentes. Vnde eſt, quòd tunc preces ſimul incutiunt metum, & cogunt, vt ſupra citati DD. docent.

86 Et nihilominùs certum eſt preces leues, & non importunas, vel nullum metum ingerere,vel leuem, etiam ſi veniant à Superiore, & Principe, & Rege, non ſolito malè tractare rogatos non acquieſcentes ſuis precibus *Io.Andr. cap.final. qui Clerici, vel vouen. vbi Anton. n. 6. Card.nu.4.opp.3. Panor. num.8. Præpoſ.n.9* & iterum *Panor.loco ſupra citato,Felin. c. cauſam matrimonij nu.3. & cap.1. num.2.de off. deleg. Roſella v.impedimentum, imped.10.n.5. Angel.v.metus, nu.2. Sylu.v. metus q.2. & v.matrim 8.q.11. dicto 10.Tabien.v.coactio q.2.n.3 Cucb.l.5.tit.12.n.142 Nauar.cap.17.nu.16.Alex.conſ.16.num.10.vol.3. Dec conſ.219.n.1. & 2. vol.2.Pariſ.conſ.39.nu.6.vol.4.Soto 4.d.29.q.1.a.2. Henriq.l.11.c.9.n.5. Manuel.tom.1. cap.231.nu.5. Sanchez l. 4. de matrim. diſp.7. num.1.* plures alios referens, *Layman.l.3.c.6.n.5. Molin.c.1. tract. 2. diſp.* 135. Vnde huiuſmodi preces non inficiunt electionem, niſi quis roget mediatè, vel immediatè pro ſe ipſo, nam tunc electio caſſanda eſt, vt ſupradictum fuit.

87 Et pariter certum eſt, preces etiam non importunas, ſed incutientes metum grauem, quia verbi gratia fiunt à viro potente, & ſolito inferre damnum graue rogatis, niſi illum audiant; vel in tali articulo, & circunſtantis fiunt, quòd probabiliter immiuet malum rogato, ſi non annuat, conſtat,inquam, huiuſmodi preces continere ſpecialem iniuſtitiam, & eſſe peccatum ſpeciale, quia cogunt, & compellunt, ideò vim habent annullandi electionẽ, vt ſupra probatum fuit,cum ageretur de metu. Tunc enim preces ſaltem ſunt tacitæ minæ, & moraliter cogunt,ſic DD. ſupra citati.

88 Sed, & dolus ſi addatur precibus, continet ſpecialem rationem iniuſtitiæ, vnde non eſt dubium preces fraudolentas iniuſtas eſſe, & cauſare inuoluntarium, & habere ex conſequenti vim irritandi electiones, ſi electioni cauſam dederunt. Dolus enim cum ſcientiam tollat, ex natura rei tollit voluntarium, & contractus irritat, ſi dat cauſam contractibus. *Panorm.cap.cum dilecti de empt. a.num.6. Sylu.v.culpa n.9.ex Gloſſ.& Bart.Tabien.v.dolus n.7. Sanchez l.1.de matrim.diſp.64.num.3.*

89 At verò, an preces, quia importunæ præciſo dolo, & periculo ſeu timore grauis damni, cauſent inuoluntarium, diuerſæ ſunt ſententiæ, multis affirmantibus, alijs limitantibus hoc ad preces habentes adiunctam reuerentiam, quæ ſcilicet veniunt à Principe, vel Superiore, quam quæſtionem latè tractat *Sanchez l.4.de matrim. diſp.7.* Sed dicendum eſt, preces ratione importunitatis non continere grauẽ iniuſtitiam, immò ſæpiùs nullam, & non facere inuoluntarium, niſi ſecundùm quid, nec inferre metum viri conſtantis, ideoque non habere vim irritandi electiones, etiam ſi is qui importunat ſit Princeps, vel Rex, vel Pontifex; Nam verum quidem eſt, quòd importunæ preces Principum multoties habent annexum graue periculum damni,& ſic æqui pollent minis, & inferunt metum grauem. Sed hoc non eſt ratione importunitatis, neque ratione reiterationis precum, ſed quia ex repetitione infertur in Principe maximum deſiderium habendi,quod petitur, ideoque ſi Princeps ſit ſolitus impatienter ferre repulſam, vel alia adſit circunſtantia,ob quam probabiliter timeri poteſt graue damnum, ſi importunæ eius preces repellantur, talis viri preces verè ſunt minæ virtualiter, & æquiualenter. Sed nunc præſciſcinditur omnis alterius mali periculum, & conſideratur ſola moleſtia, quam ingerunt preces importunæ, quæ moleſtia non eſt malum, quod virum conſtantem mouere poſſit, vt petenti malum conſentiat, ſeu vt eligat potiùs conſentire, quàm moleſtiam illam pati. Et præterea nullo iure inuenitur cautum, quòd precum importunitas irritet contractus. Et ideo importunas preces etiam Superioris non inferre metum cadentem in virum cõſtantem docet *Panorm.cap. cum inter R. 16. nu. 8. de elect.* vbi docet, quòd preces inſtantiſſimæ Principis non inducunt iuſtum metum, ſufficientem ad reſcindendum contractum, niſi Princeps ſæuire ſoleat in ſibi non obtẽperantes *Roland.conſ. 85.n.27. vol.2. Anton. Gab.tom.2.commun.l.11.v.metus.* Et loquentes de matrimonio id tenẽt *Lopez 2.p.de matrim.c.40. & Ledeſma.2.p.4.q.49. ar.3.* & de profeſſione docet *Suarez tom.3.l.6 cap.5.nu.7.*

90 Qui ergo precibus ſollicitat electorem ad malam electionem,etiam inſtantiſſimè, & improbiſsimè rogando, & obſecrando, peccat quidem, quia ad malum finem ſollicitat, & ſine dubio comprehenditur reſpectiuè in ſupradictis Cõſtitutionibus, prohibentibus,ne quis procuret ſuffragium pro aliquo, & licet nonnihil magis peccet ratione moleſtiæ, quum infert ex importunitate, tamen non per hoc infert grauem metum, vel cauſat inuoluntariũ, ſufficiens ad irritandam electionem, neque hæc moleſtia cenſetur grande malum,vt vrgeat animum cõſtantem. Et Sampſon,qui vt moleſtiam Dalilæ effugeret, reuelauit illi ſecretum ſuæ fortitudinis, inconſtans fuit, & imprudens, Ioſeph verò non fuit victus moleſtia Dominæ, vt illi conſentiret, ſed ſæpiùs rogantem, & in rogando moleſtam conſtanter, & perſeueranter reiecit. Nec obſtat ſi preces veniant à Superiore, & habeant coniunctum metum reuerentialem, quia neutrum illorum ex ſui ratione cau-

ſat inuoluntarium. Reuerentia enim pura non mouet, niſi ratione honeſtatis, & preces non mouent, niſi ratione bonitatis, quam proponunt, & illorum neutrum mouet ratione mali imminentis, cæterum moleſtia importunitati annexa leuius malum eſt, quàm ſit illud, quod ſufficiat ad remouendum, ab amore recti, virum conſtantem. DD. autem, qui tenent, quòd preces importunæ iunctę timori reuerentiali cauſent metum cadentem in virum conſtantem, conſundunt reuerentiam cum vero metu; cum tamen hæc valde diſtinguantur, quia timor cauſans inuoluntarium mouet ratione & cauſa fugiendi malum, ſed reuerentia mouet ratione boni, & ideo non minuit, ſed auget voluntarium, cum voluntatis obiectum ſit bonum, vnde pura reuerentia inuoluntarium non cauſat. Vbi verò ſit admixta periculo mali, iam non eſt timor reuerentialis, ſed timor propriè dictus, vel eſt timor mixtus timore mali, & ratione huius cauſat inuoluntarium. Sed tunc iudicandum eſt de hoc timore ex propria ratione, & ſi ſit mali grauis erit timor cadens in virum conſtantem, & valebit ad vitiandos contractus, & electionem.

91 In tertio caſu, quando procurans ſuffragium non inducit ad malum, ſed neque inducit ad bonum, ad quod rogatus, teneatur, ſed inducit ad bonum, reſpectu cuius elector eſt liber etiam ſaluo ordine finis, vt poſsit illud facere, & oppoſitum, certum eſt non licere alicui, vel immediatè, vel mediatè pro ſe ipſo procurare ſuffragium. Vnde nulli licet ſuffragium procurare ad inſtantiam, & tanquam mediator illius, pro quo ſuffragium eſt ferendum. Quia hic modus procurandi ſuffragium eſt ambitioſus, & malus, & directè cadens ſub conſtitutionibus præſatis, reſpectiuè, quæ intendunt eliminare ambitum à Religionibus. *Molfeſ. tom. 1. tract. 5. cap. 19. numer. 147. quem ſequitur Diana d. p. 2. tract. 16. reſol. 37. fin. & omnes alij DD. quos ſupra q. 4. num. 45. retuli*, & qui docent in præſatis Conſtitutionibus prohiberi procurationes votorum ambitioſas.

92 Sed ſi petens ſuffragium pro alio, non ſit illius alterius mediator, & non petat ſuffragium illicitum, ſed tale, quod elector ſine peccato poteſt dare, dicitur, quod non peccat, quia non petit rem illicitam, nec cooperatur, vel malæ electioni, vel alicuius eligendi ambitioni, vnde ne dum ceſsat prorſus finis legis, qui eſt vitare malas electiones, in quibus indigni, vel minùs digni præferuntur; & eradicare ambitionem à Religionibus; lex verò non ſe extendit ampliùs, quam extendatur eius ratio, *cap. final. de prabend. l. in aqua, ff. de acquir. rer. domin. Rodriq. tom. 2. q. 56. ar. 1. Naldus v. Religio nu. 42. Paſqualig. deciſ. 255. num. 2.* ſed ampliùs huiuſmodi ſuffragiorum petitio vtilis eſt Reip. & ad illam conducit.

93 Ideo *Caſtellin. cap. 3. num. 6.* illam dicit ſubornationem malam, quæ procedit ex affectu inordinato, & humana paſsione, per quam ſubornationem præfertur indignus digno, vel minùs dignus digniori. Quando igitur eligendus non eſt, qui immediatè, vel mediatè petit ſuffragium, & petitur ſuffragium iuſtum, quod eſt certū poſſe virtuosè conferri, petens non cooperatur indignæ actioni, ſed dignæ, immò poteſt eſſe, quòd in hoc caſu rogantis conditio ſit talis, vt vi precis illius, qui priùs erat æquè eligibilis cum alijs, fiat magis eligibilis, & dignior, vt eligatur, & ad bonum communitatis melior. Ideo petere ſuffragium pro digno non eſſe ex vi decreti Clem. VIII. prohibitum docet *Peyr. tom. 3. in addit. ad Bullam Pauli V. n. 10. ex Gloſſ. & eſt ſent. eorundē DD. quos ſup. retuli.*

94 Et hoc dicendum eſt, verum eſſe, etiam ſi procurans ſuffragium moueatur ex aliqua praua affectione, & malo fine, qui non ſit ambitioſus, quia ad malam ſubornationem alterum horum requiritur, vel quod ſit ambitioſa, vel quòd tendat ad electionem eò malam, quò in ea indigni, vel minùs digni præferuntur, ad hæc enim duo mala auertenda tendunt Conſtitutiones præfatæ. In hoc caſu autem nullum iſtorum malorum eſt, vt ſupponitur. Poteſt verò adeſſe ambitio, ſi, qui pro alio procurat votum, hoc faceret, vt ſterneret viam electioni propriæ, vel vt ad inſtantiam alterius ſterneret viam illius electioni, quia nimirum eligendus, eſt rogantis amicus, qui ſi ſit electus diſponet futuram electionē pro rogante, vel ſub eius gubernio habebit officium, vel dominabitur, vel quia dominari putat, ſi eius conſanguineus, aut amicus dominetur. In hoc enim caſu preces ambitioſæ eſſent, & ſub præfatis conſtitutionibus comprehenſæ.

95 Ex eo verò quòd preces ſint inſtantiſsimæ, & importuniſsimæ, non comprehenduntur ſub illis Conſtitutionibus, ſi ſecundùm ſe non comprehenduntur. Nam immò ſi, qui poſtulat ſuffragium, in hoc non peccat, ſed omnibus penſatis bona eſt procuratio, importuniſſimè precando, vel nihil peccabit, vel ad ſummum veniàliter, ſi id, quod petitur non ſit tantæ honeſtatis, vt pro eo obtinendo, qui rogat, non habet ius, & motiuum honeſtum, per quod non prohibeatur abſtinere ab ea moleſtia, quam infert ſępiùs rogando. Cęterum à præfatis Conſtitutionib. preces nō repelluntur, quia importunæ, ſed quia ambitioſæ, & rectæ ſeu canonicæ electioni repugnātes.

96 Solùm ſemper eſt aduertendum, quod vbi, qui rogat eſt ſuperior, ſæpius contingere poteſt, quòd preces extrahantur à propria linea, & non ſint preces, ſed ſint ſaltem virtualiter minæ, in quo caſu repugnant electioni, & ita vt ſi ſint graues, vim habeant irritandi electionem.

97 Sed numquid ſi preces non ſint puræ preces, ſed minæ etiam in hoc tertio caſu, in quo non inducitur elector ex inducentis ambitione ad malam electionem, ſed ad bonam, & de ſe honeſtam, comprehenduntur ne huiuſmodi preces ſub præſata Conſtitutione Clementis, & reſpectiuè ſub alijs, quatenus precisè prohibent ſubornationes electorum? Dicitur preces, quæ ſunt minæ ex hoc comprehendi ſub illis Conſtitut. quæ prohibent electores cogi ad eligendū, non verò ſub illis, quæ prohibent ſubornationes ambitioſas, & inducentes ad malam electionem, vnde ſi aliàs præciſo metu tales preces non ſunt malæ ſubornationes, non comprehenduntur ſub illis Conſtitutionibus, ex hoc præcisè quòd non ſint ſolæ preces, ſed ſimul minæ; ſubornationes enim prohibitæ per illas Conſtitutiones ſunt, quæ ſunt ambitioſæ, & tendunt ad malam electionem, ſed qui ob alios fines cogunt electores ad electionem non malam, ſed de ſe honeſtam, & licitam, non ſubornant ambitiosè ad malam electionem, ſed ad bonam cogunt. Et ſi dicatur, quod ſi prohibitum eſt inducere, multò magis prohibitum eſt cogere, totum admittitur, ſed aduertitur, quòd cogere importat modum inducendi, & inductionem ſupponit. In omni ergo caſu, in quo inducere electorem ad eligendum

Digitized by Google

dum eſt prohibitum per dd. Conſtitutiones, multò magis eſt prohibitum cogere. Et ſic cogete ad electionem malam, vel cogere ex ambitione, vel fauendo ambitioni, eſt prohibitum per illas Conſtitutiones, per quas prohibetur ſubornatio. Sed vbi inductio ipſa ſecundũ ſe non eſt cõtra dictas Conſtitutiones, neque eſt contra illas quia ſit coactio, quia illæ non prohibent directè coactionem, ſed inductionem ambitioſam, quæ tendat ad malam electionem, ſcilicet ad hoc, vt indignus præferatur digno, vel minus dignus digniori. Etenim circumſtantia mala addita actui, non comprehenditur ſub conſtitutione prohibente actum, ſi actus ille non eſt ex ea Conſtitutione prohibitus.

98 Hinc etiam colligitur, non comprehendi ſub præfatis Conſtiturionibus, illum qui rogans electorem pro alicuius electione, id facit ſub conditione quod ſit licitum illum eligete bona fide, & in rei veritate, relinquens arbitrio electoris electionem, vt nõ faciat niſi id, quod ipſi in Domino videbitur expedire, hic enim ſic rogans ad nullum malum, electorem inducit. Niſi, (ſpectata conditione perſonæ,) hic modus rogandi conditionatus, ſit æquiualentee abſolutus, vel potiùs etiam imperium. In hoc enim caſu ſi petitio eſt, vel ambitioſa, vel contra bonum electionis, eſt ſimul ſuboruatio mala, & in dictis Conſtit. prohibita.

99 Sed contra predicta obijci poteſt, ex eo quòd videntur fundata in ea ſententia, quòd, deficiente fine legis in particulari, lex non obliget. Ex eo enim ſubornatio bona dicitur non comprehendi ſub præfatis Conſtitutionibus, quia in illa ceſſat finis legis, qui eſt, vt tollántur ambitioſæ electiones, quod eſt in talibus actibus in ſingulari deficere finem legis. At hæc doctrina non ſubſiſtit, quia communiot longè eſt ſententia, quæ aſſerit, qnòd ceſſante legis fine in particulari, non ceſſat legis obligatio, vt docent *Caiet. 22. queſt. 147. a. 3. dub. 1. Soto l. 1. de iuſtit. q. 6. ar. 8. & l. 3. q. 4.* & quàmplures alij, quos nouiſſimè affert *Martinez de Prado cap. 3. q. 12.* Tum ſecundò quia doctrina illa non poteſt ad noſtrum caſum applicari. Quoniam finis dictarũ Conſtitutionum eſt, auferre occaſionem, & periculum ambitioſæ electionis, vt in *Conſtit. Clem.* 8. ibi *Vt omnis officiorum ambitus occaſio præcludatur*. At verò procuratio vocum abſolutè eſt occaſio ambiendi, quia facilitat ambitioni viam ad officia obtinenda, igitur nunquam ceſſat finis legis, quia nunquam ceſſat occaſio ambitionis. Quod confirmatur; quia lex, vt auferat cauſam, tollit medium ad finem aſſequendũ, & propterea vt tollat ambitũ Prælaturæ, tollit procurationem vocum, & ſuffragiorum per quæ Prælatura poſſit aſſequi; At verò ſi non tollitur abſolutè, & vniuerſaliter vocum procuratio, nihil ſit, quia procurans vota ſemper dicit, ſe ex recto fine, nõ verò ex ambitione, ea procuraſſe.

100 Reſpondetur nihilominùs, reſolutiones datas non fundari in ea ſententia, quæ aſſerit ceſſante fine in particulari legem non obligare, ſed in alio principio, quia nimirum lex pœnalis prohibens aliquam actionem de ſe indifferentem, quia mali ea abutuntur ad malum finem, non ſe extendit ad laudabilem, & aliàs virtuoſum vſum talis actionis, ſed abuſum illius prohibet, & punit. Quia hoc eſt rationabile & ex rationabili, & benigna intentione legislatoris præſumitur. Nam cum actio de ſe indifferens talis ſit, vt ex circunſtantijs locorum, temporum, ac perſonarum aliquando ſit ad virtutem neceſſaria, aliquando ſi non eſt neceſſaria, ſit tamen laudabilis, & veræ virtutis actus, aliquando autem ſit mala, nõ videtur rationabile, quòd lex poſitiua illam vniuerſaliter prohibeat, eo quia ſępius mali ea abutũtur. Hoc probatur primò, quia vbi actio illa ex lege naturæ aut diuina eſt neceſſaria ex præcepto alicuius virtutis, lex poſitiua illam non poteſt impedire, quia lex poſitiua legem naturalem, aut diuinam non poteſt impedire. Sed, & quando actio illa, licèt non ſit de præcepto legis naturalis ac diuinæ, tamen aliàs eſt bona, & debitis omnibus circunſtantijs veſtita, ratio dictat, vt pœnæ graui non ſubiaceat, & quod iuſti homines, & in leges reuerentes ob culpam abutentium actione illa non ligentur vinculis pœnarum, vt ab eo, quod eſt virtutis, & communis vtilitatis abſtineant.

101 Nec obſtat ſi dicatur, quòd ad impediendum malum huiuſmodi actio prohibetur etiam vniuerſaliter ob boni communis exigentiam. Nam primò nequit vniuerſaliter prohiberi, quod ſæpiſſimè eſt neceſſariò agendum ex virtute. Secundo ſatis durum eſt, quod iuſtorum libertas pœnis coerceatur, ne liberè quod virtutis eſt, ideoque bono communi vtile, agere poſſint, ex eo quòd mali aliqua actione abutuntur. Tertiò quia bono communi ſatis proſpicitur, & occaſio malè vtendi ſimilibus actionibus ſatis præcluditur, ſi lex poſitiua talem actionem prohibens refundat onus probandi in agentem, & ſic in foro externo contra quemcunque agentem talem actionem præſumat dolum aut malitiam, aut abuſum, niſi contrarium probet, & aliàs, quos inuenerit abutentes illa actione, ſeuerè puniat. Hoc enim ſatis valet ad abuſum impediendum, & aliàs manet innocentibus libertas bene operandi iuxta temporum, & occaſionum exigentiam. Cum verò in pœnis ſemper benignior fieri debeat interpretatio *cap. ex litteris, de conſtit. & cap. in pœnis 49. de reg. iuris in 6. vbi gloſſ. Franc. & Barboſa* plures alios referens, rationabiliter dicitur, quòd lex pœnalis prohibens huiuſmodi actiones, quia eis aliqui abutuntur ad malum finem, non afficiat niſi abutentes illis actionibus.

102 Et hæc eſt ratio, qua DD. citati aſſerunt, quod per præfatas conſtitutiones nõ prohibentur niſi procurationes ſuffragiorum, & ſubornationes malæ. Nam procuratio ſuffragiorum ſæpius eſt neceſſaria in electoribus, vel alijs ſaltem ex præcepto charitatis, & fraternæ correctionis ad impediendas electiones indignorum, & ſæpiſſimè ſunt valde vtiles ad optimas electiones habendas, quæ non haberentur, niſi prudentes viri, & docti, & zelum Dei habentes procurarent ab electoribus ſuffragia pro eligẽdis dignis aut melioribus. Ideo in præſenti caſu finis legis non deficit merè negatiuè, ſed contrariè. Cum enim finis ſacrorum canonum & conſtitutionũ Apoſtolicarum præcipuus ſit, vt eccleſia per dignos Prælatos regatur, & miniſteria eccleſiaſtica ab idoneis officialibus adminiſtrentur, & ad hoc aut neceſſarium ſit, aut valde vtile, quòd viri zelum Dei habentes, & docti, & prudentes tractent cum electoribus de optimis habendis electionibus, & vbi opus ſit, ſuadeant, inſtent, petant, procurent ſuffragia pro dignioribus, qui poſſunt haberi, contra ſuum finem militarent Pontifices, ſi ex hoc, quòd aliqui ex ambitione mouentur vt ſuffragia procurent, prohibe-

hibe-

Google

hiberent etiam tractatus honeſtos, & ſubornationes vtiles, & procurationes votorum ad bonum Eccleſiæ conducentes.

103 Ad ea verò, quæ in oppoſitum adducuntur, reſpondetur, & ad primum negatur primò, quòd hæc ſententia fundetur ſuper illa ſententia, quòd deficiẽte fine legis in indiuiduo, lex non obliget, ſed fundatur in alio principio iam explicato. Reſpondetur ſecundò vlteriùs, falſum eſſe, quod hic deficiat finis legis ſolùm in indiuiduo; nam deficit vniuerſaliter valde ex genere ampliſſimo actionis, nimirum ex genere honeſtæ procurationis ſuffragij, ex fine intrinſeco actionis reſpicientis honeſtum finem, & de ſe minimè in finem ambitioſum ordinabilis, & ideo cum ad hoc genus actionis non ſe extendat finis legis, non ſe extendit neque lex. Et reſpondetur tertiò, quòd vt dictum eſt, hic finis non deficit negatiuè ſed contrariè. Ad ſecundum dicitur, quòd procurare ſuffragia pro electione digna, & honeſta, & non pro ſe, nec ad inſtantiam eligendi nullo modo eſt occaſio ambitionis, ſed immò eſt res ſæpe neceſſaria, & de ſe valde vtilis Eccleſię. Et per hæc patet reſponſio ad confirmationem. Et ex dictis conſtat, quomodo ſatis lex valet, vt ambitum coerceat, licet procurationes bonas non prohibeat.

CAPVT VI.

De electione per extraneorum fauores procurata.

SVMMARIVM.

1 *Doctrinæ ordo. num. 1.*
2 *Extraneorum fauores ruina Religionum. num. 2.*
3 *Finis conſtitit. prohibentium fauores vnus eſt ſcilicet ambitum eliminare, & promotiones indignorum prohibere. num. 3.*
4 *Tantum ſe extendit lex, quantum finis legis. nu. 4.*
5 *Actus agentium non operatur extra eorum intentionem. ibid.*
6 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. ibid.*
7 *Mens legum attendenda, non ſola verba. ibid.*
8 *Peccat contra legem, qui contra finem legis agit. ibidem.*
9 *Conſtit. iſtæ iuxta præfatum finem ſunt accipiendæ ibidem.*
10 *Duplex quæſtio reſoluenda. num. 5.*

1 IN Superiori *cap.* tractatũ eſt abſolutè, an & quomodo preces poſſint vitiare electionem, & qualiter aliquis poſſit, vel non poſſit, vel pro ſe, vel pro alio petere ſuffragia in electione. Nunc hoc idem magis determinatè quęritur de precibus ſeculariũ, vel perſonarum extra ordinem aliquem regularium exiſtẽtium; nam ſpeciali iure prohibitus eſt ambitus dignitatum, qui conſiſtit in eo, quòd dignitates dantur regularibus ad inſtantiam extraneorum, vel per extraneorum fauores procuratur, vt patet ex conſtitutionibus in principio *c. Superioris* poſitis & ex alijs, prout videre eſt apud *Portel. v. officia Ordinis. Peyr. t. 2. ad conſtit. 5. Pauli V. & Bordon. contr. 31. num. 6.*

2 Cum enim extraneorũ fauores verè ſint Religionum deſolatio, & inimici capitales, & hoſtes Regularis perfectionis ſint, qui ſe Religioſorum profitentur amicos, & pro hoc, vel illo petunt, ignorantes, & neſcientes, quid petant, decepti ab ambitioſis, & arbitrantes ſe obſequium præſtare iuſtitiæ, dum de facto intra ſacros ordines iuſtitiam diſtributiuam ſubuertunt, & regularem diſciplinam eneruant, & indignationem Dei & ſanctorum inſtitutorum Ordinum propterea incurrunt, ideo ſummi Põtifices ſummopere inuigilarunt, vt huiuſmodi fauores, qui rectiſſimè Diaboli non Religioſorum fauores dici debent eliminarent, & propterea pro ſingulis ferè Religioſorum Ordinibus prohibuerunt ſub grauiſſimis pœnis, & Superioribus concedere gratias ad extraneorum inſtantiam, & ſubditis eaſdem gratias per extraneorum fauores procurare.

3 Vnus autem & idem eſt finis omnium illarum conſtitutionum, quem finem optimè explicauit *Nauar. lib. 5. conſil. 20. de excommun. num. 2. & 5.* aſſerens fuiſſe, ne electores, & prouiſores officiorum corrumperentur, & ambitio promoueretur, & propter fauores indignus digno, vel minùs dignus digniori præferretur. Quia enim ex legum diſpenſatione ſine neceſſitate, ex pœnarum facili remiſſione, ex officiorum imprudenti, & iniuſta diſtributione, ex graduum multiplici diſpenſatione facta ſine legum obſeruantia, & non præſuppoſito merito, relaxatur maximè diſciplina regularis, diſtributiuæ iuſtitiæ aditus intercluditur, aperitur ampliſſima via ambitioni, tranquillitas Ordinũ perturbatur, neruus obſeruãtię deſtruitur, & ſæpiùs digni indignis poſponuntur, ideo ne fauoribus iudicium Superiorum, & eligentium ad dignitates corrumpatur, & ne Superiores irrationabiliter vel gratias diſpenſent, vel dignitates, officia, & gradus diſtribuant, Summi Pontifices per præfatas conſtitutiones prohibuerunt, ne Superiores concedant ſuis ſubditis per fauores extraneorum gratias & officia, & ne inferiores huiuſmodi fauores procurent, & acceptent.

4 Quoniam verò tantùm ſe extendit vis legis in obligando, quantum ſe extendit finis legis, & intentio Legiſlatoris, quia actus agentium non operantur extra eorum intentionem *l. in agris ff. de acquir. rer. dom.* Et *cap. final. de præben.* Et ceſſante cauſa ceſſat effectus. *l. Adigere §. quàmuis ff. de iure patronatus.* Et vt habetur *cap. 64. Marcion. 1. q. 1. Nec putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.* Et *cap. penult. de reg. iuris in 6.* habetur, quòd *certum eſt, quòd committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem,* vbi pro voluntate actus volendi ſeu intentio legiſlatoris intelligi debet, benè ſequitur, quod iuxta prælatum finem verba conſtitutionum Pontificum ſunt interpretanda, & temperanda, vt in ſpecie *de Conſtit. Paſtoralis officij, Pij V.* data pro Minoribus tradit *Nauar. d. conſil. 20. numero 2. & 3.*

5 Et quia dictæ Conſtitutiones in duas partes diſtinguuntur, quarum prima reſpicit Prælatos, & alia reſpicit ſubditos, duæ quæſtiones proponuntur, & priùs explicatur prima pars, deinde ſecunda.

SVMMARIVM.

1 *Qui prohibentur gratias concedere ſunt Generaliter,*

tes, Prouinciales, & Superiores locales. nu.6.
8 *Non vero officiales ſub Prælatis localibus delegatam iuriſdictionem habentes. num.7.*
3 *Nec Prælati, qui actu non ſunt Superiores. ibid.*
4 *Prælati locales, quocumque nomine dicti, comprehenduntur in d. Conſtit. num.8.*
5 *Etiam Supprior, & Vicarius in capite. ibid.*
6 *Etiam Diffinitores. num.9.*
7 *Etiam Commiſſarius Generalis Minorum. nu. 10.*
8 *Vicarij Generalis, aut Prouincialis. ibid.*
9 *Non tamen commiſſarij particulares, & viſitatores. ibid.*
10 *Nec electores. num.11.*
11 *Nec Abbatiſſa. num.12.*
12 *Prælatus non rogatus non contrafacit conſtit. ſi intuitu amici det gratiam. num.13.*
13 *In Ord. Præd. etiam prohibitum concedere gratias intuitu extranei. num.14.*
14 *Rogatus cenſetur, qui recipit munera data intentione obtinendi gratiam. num.15.*
15 *Excuſatus cenſetur Prælatus, ſi extraneus non rogat, ſed ſolum praponit merita amici, niſi hoc ſit vere tacite rogare. num.16.*
16 *Item excuſatur, ſi extraneus petat ſub conditione. num.17.*
17 *Item excuſatur, ſi priuſquam rogaretur, deſtinanerac dare gratiam. num.18.*
18 *Item ſi rogatus non dat intuitu precis, ſed quia religioſus eſt dignus. num 19.*
19 *Item ſi fauere roganti ſit finis ſecundarius. nu.20.*
20 *Item quotieſcumque non concedit gratias ad inſtantiam ſecularis, licet aliunde peccet ab malū finem alium &c. num.21.*
21 *Sufficit ad incurſum pœnarum, quod Prælatus ſemel rogatus annuat. num. 22.*
22 *Etiam ſi ſit rogatus in genere, ex intentione determinata. num.23.*
23 *Etiam ſi ſit rogatus mediate. num.24.*
24 *Maxime ſi in hac ſit dolus. ibid.*
25 *Non tamen ſi ad inſtantiam Religioſi mediatoris, non vero ad inſtantiam ſecularis concedatur gratia. ibid.*
26 *Regula eſt, vt non ſufficiat Prælatum eſſe rogatum, ſed quod ſit neceſſe, vt finis conferendi gratiam ſit annuere petitioni. num.25.*
27 *Dictio ad dicit cauſam finalem. ibid.*
28 *Et ſufficit quod annuere inſtantiæ ſit finis principalis, licet non adequatus. ibid.*
29 *In Ord. Præd. ſufficit quod Superior contemplatione ſecularis gratiam det. num.26.*
30 *Extranei ſunt à Religioſis omnes ſeculares. num.27.*
31 *Non tamen Pater, mater, filius, aut filia. ibid.*
32 *Extranei ſunt eccleſiaſtici ſeculares, vel alterius ordinis, etiam Epiſcopi, etiam Cardinales. nu.28.*
33 *Non tamen Epiſcopi, vel Cardinales ex eodem ardine aſſumpti. ibid.*
34 *Nec Pontifex. ibid.*
35 *Nec Moniales, nec Tertiarij, aut Tertiariæ, nec Nouitij viuentes ſub obedientia ordinis. num.29.*
36 *Moniales extraneæ ſunt, quæ non ſunt ſub obedientia ord. ibid.*
37 *Immo prohibentur, ſc. gratias conferre, & pœnas remittere. num.30.*
38 *Non prohibentur Prælati ad inſtantiam ſecularium miniſtrare iuſtitiam, aut facere quod debent. nu.31.*
39 *Nec conferre gratias, quæ non ſunt gratiæ ordinis. num.32.*
40 *Gratia ordinis non cenſetur, quæ exercetur per Religioſum ad commodum extranei. nu.33.*
41 *Datur paruitas materiæ in præſenti caſu. num. 34.*
42 *Non tantum gradus, ſed qualibet gratia prohibetur concedi. num.35.*
43 *Singulæ bullæ videndæ, quia in aliquibus ſpecificantur gratiæ prohibitæ concedi. num.36.*
44 *Nihil honorificum in Religionibus, etiam officia laicorum, quod non prohibeatur concedi ad inſtantiam ſecularium. num.37.*
45 *Remiſſio cuiuslibet pœnæ ſiue in totum, ſiue in partem prohibetur concedi &c. num.38.*
46 *Hoc tamen intelligitur de pœna iuſta. num.39.*
47 *Illi, quibus non poſſunt concedi gratiæ ad inſtantiam extraneorum, ſunt Religioſi ſubditi. num.40.*
48 *Tales non ſunt Moniales. num.41.*
49 *Nec Nouitij. num.42.*
50 *Nec Epiſcopi ex ordine aſſumpti. num.43.*
51 *Non ſunt eadem pœnæ impoſitæ Prælatis cuiuſcumque ordinis. num.44.*
52 *Prælati peccant mortaliter dando gratias ad inſtantiam extraneorum. num.45.*
53 *Etiam quia dant ijs, qui ex hoc ſunt indigni. ibid.*
54 *Pro multis ordinibus lata eſt in Prælatos iſtos excommunicatio. num.46.*
55 *In Ord. Præd. nulla pœna lata eſt contra hos Prælatos. num.47.*

6 QVæritur primo. Qualiter Prælati ad inſtantiam extraneorum non poſſint ſubditis conferre gratias, dignitates, officia, &c. Primò verò occurrit conſiderandum, qui ſint, qui prohibentur gratias, & officia conferre. Sunt verò dictarum Conſtitut. verba attendenda, nam vt plurimùm nominantur Generalis, Prouinciales, & cæteri Prælati, ſic enim loquitur Greg. XIII. pro Prædicatoribus, Paulus V. pro eiſdem, & Minoribus, & Minimis, ſed Clemens VIII. pro Prædicatoribus extenſiùs loquitur, & ait, *Et propterea dilectis Magiſtro Generali, Prouincialibus & alijs Prælatis, ac Superioribus eiuſdem Ordinis &c.* Vnde videtur, quòd in hoc Ordine vniuerſaliter prohibetur nedum Prælati, ſed Superiores omnes, ne ad inſtantiam extranearum perſonarum ſuis ſubditis aliquam gratiam concedere. Et ſic comprehenduntur nedum Generalis, Prouinciales, & Priores locaels, ſed Diffinitores Capitulorum, Viſitatores, Commiſſarij, Suppriores, Vicarij tam Prouinciarum, quàm locorum, & tam Vicarij in capite, quàm Vicarij Priorum, immò & Magiſtri Nouitiorum. Superior enim eſt, qui habet curam animarum cum aliqua iuriſdictione etiam delegata, & ſubordinata: Nam ſi nomine ſuperioris intelligerentur ſoli illi, qui habent iuriſdictionem ordinariam, ſuperflue fuiſſet additum, *ac ſuperioribus*, quia omnes, qui habent curam animarum cum ordinaria iuriſdictione ſunt Prælati, vt patet ex *Sylu. verb. Prælatus num.1. & 2.* Nomine igitur ſuperioris, vt diſtinguitur à Prælato, venit quicumque habet ſubditos, quibus præſit, & in quos iuriſdictionem aliquam poſſit exercere ſaltem ex delegatione, quod habent omnes ſupranominati, qui & ſubditos habent, & in eos iuriſdictionem exercent.

7 Sed his non obſtantibus dicendum eſt, quòd nullus

nullus habens ſub locali Prælato delegatam iuriſdictionem compræhenditur in huiuſmodi bullis, quæ cum ſint pœnales, & graues, ſtrictè interpretandæ ſunt, vt in ſimili *Conſtit.* 128. Pij V. contra ſubornantes pro Minoribus de obſeruantia, dixit *Nauar. d.conſ.* 20. *de ſent. excommunicationis*. Tales enim miniſtri, nec ſunt Superiores ſimpliciter, nec officia, aut gradus, aut gratias magni momenti diſpenſant, nec ſunt Prælati Superiores, licet ſint aliquo modo ſuperiores non Prælati: Clemens verò VIII. in illa *conſtit.* loquitur de Prælatis ſuperioribus. Nec obiectio poſita vrget, quoniam dictio *ſuperioribus* non eſt ſuperflua, ſed poſita eſt ad explicandum, qui Prælati comprehendantur: Poſſunt enim dari Prælati titulares non habentes ſuperioritatem iuriſdictionis, & ſubditos, qui proinde ſub illa Conſtitutione non veniunt, ſed ſolùm illi comprehenduntur, qui ſimul ſunt Prælati, & Superiores. Et ita dictio, *ac*, iuxta ſuam vim quam habet, copulat & in propoſito copulando explicat, & determinat, vt ſenſus ſit, quòd nec Generalis, nec Prouinciales, nec aliqui Prælati, ac Superiores, qui ſcilicet ſunt ſimul Prælati, & Superiores poſſunt ad inſtantiam extraneorum gratias Ordinis diſpenſare.

8 Eadem igitur eſt ratio de Ord. Prædicatorum in hac parte, & de alijs ordinibus pro quibus expreſsè ſolis Prælatis interdictū eſt gratias ordinis conferre ad extraneorum inſtantiam. Certum igitur eſt nedum Generales, & Prouinciales, ſed & ſuperiores locales quocumque nomine vocentur, ſiue Priores, ſiue Guardiani, ſiue Correctores, ſiue Præpoſiti, quia ſunt Prælati cum habeant iuriſdictionem ordinariam *Syluestr. v. Prælatus num.* 1. ideo ſub his Conſtitutionibus comprehenduntur *Portell. v. officia Ordinis num.* 10. & 12. *Peyr. addit. ad Bullam Pauli V. tom.* 3. *n.* 1. Et in ordine Prędicatorum, quia Suppriores mortuo, vel amoto Priore, vel Vicarij, qui regunt Conuentus mortuo, vel amoto Priore, ſeu etiam Vicarij locorum, qui habent ordinariam iuriſdictionē ſunt Prælati, vt tradit *Syl. v. Prælatus n.* 2. ideo & illi comprehenduntur ſub his conſtitutionibus, quod de Vicarijs in capite in ſuo ordine tradit etiam *Portel. nu.* 10. *citato*. At verò Suppriores, & Vicarij regentes Conuentus Priore nec mortuo, nec amoto non veniunt nomine Prælatorum.

9 An autem comprehendantur Diffinitores, negant *Portel. loco citato v. officia ordinis n.* 10. & *Peyr. tom.* 3. *in addit. ad Bullam Pauli V. cap.* 10. *nu.* 1. quoniam ipſi non ſunt Prælati, ſed in capitulis ſolùm dant ſuffragium; & cum lex pœnalis non ſit extendenda *cap. pœna, de Pænit. diſt.* 1. Verùm hoc habet difficultatem, quoniam Diffinitorium verè venit Prælati nomine, eſt enim vna perſona fictione iuris, quæ habet, & curam animarum, & iuriſdictionem, & Diffinitores non dant nudum ſuffragium, ſed decernunt, præcipiūnt, ius dicunt, ſtatuunt, ordinant, Diffinitores igitur tempore Capituli verè ſunt Prælati, cum habeant curam animarum, & iuriſdictionem ordinariam, & hoc in ordine Prædicatorum eſt certum, & in quocumq; ordine in quo Diffinitores non habeant ſolum nudum ius conſulendi, ſed ſint verè Superiores, & integrantes vnum Diffinitorium, quod ius dicat, & iuriſdictionem exerceat.

10 Maius dubium eſt, an comprehendantur Viſitatores, & Commiſſarij, & Vicarij miſſi à Generalibus, & Prouincialibus ad gubernium Prouinciarum, ſeù Conuentum. Non videntur enim comprehendi, quia habent iuriſdictionem delegatam, nec ſunt Prælati. Alia verò ex parte videtur, quòd ſint ordinarij, & quòd in eis eadem militet ratio, quia gubernant tanquam ordinarij, & Ordinariorum loco. Sed diſtinguendum hic eſt: Nam iudices commiſſarij deputati ſuper cauſa particulari, nec ſunt ordinarij, nec ſunt Prælati, & eorum auctoritas partialis eſt, & delegata, & temporalis, ideò non veniunt ſub nomine Prælatorum, in præfatis Conſtitutionibus. Viſitatores etiam, niſi ſimul ſint Vicarij ad vniuerſitatem cauſarū, & ad ordinarium gubernium deputati, nec ſunt Prælati, & limitatam facultatem habent, vnde non ſunt comprehenſi in dictis Conſtitutionibus. Sed commiſſarius Generalis in ord. Minorum eſt Prælatus, & ordinarius, & in d. conſtit. comprehenſus. *Portel. vbi ſupra n.* 10. Vicarij etiam Generales ordinum, qui Romæ manent in Generalium abſentia, ordinarij cenſendi ſunt. Sic enim & Vicarium Generalem Epiſcoporum habere iuriſdictionem ordinariam ex *Innoc. docet Sylu. v. Vicarius num.* 4. & multis citatis tradit *Barboſa l.* 1. *de iure eccleſ. cap.* 15. *num.* 17. Et quidquid ſit de modo loquendi, & an huiuſmodi Vicarij dici poſſint ordinarij, vel delegati, certum eſt quod gerunt vices iudicis ordinarij, & vnum tribunal efficiunt cum illo, & tanquam ordinarij cenſendi ſunt, & habendi in hac parte tanquam Prælati. Aliter conſtitutionibus illis Pontificijs illudi poſſet, ſi Superiores iſti habētes gubernium tanquam ſi eſsēt ordinarij, poſſent ad extraneorum inſtantias officia diſpenſare, pœnas remittere, & gratias ordinis conferre. Et quia, vt aduertit *Sylu.* loco citato, licet Vicarius aliquis ſit deputatus pro certo loco, ſi tamen eſt deputatus ad vniuerſale gubernium illius loci, cenſetur vt ordinarius, quia ad hoc, non locorum, ſed cauſarum attenditur vniuerſalitas, ideo in hac parte conſtitutiones præfatæ ſe extendunt ad Vicarios, quos ad ordinarium gubernium Prouinciarum, vel Conuentuum, etiam ſuper Prouincialibus, & Prioribus mittunt Generales, aut Prouinciales reſpectiuè, iſti enim ordinarij cenſendi ſunt. Sicut & Vicarij cum plena & vniuerſali poteſtate relicti, vel à Prouincialibus, vel à Prioribus in eorum abſentia, & vniuerſaliter omnes illi, qui in vniuerſali gubernio Prouinciarum, & locorum gerunt vices Prælatorum ordinariorum. Quoniam conſtitutiones iſtæ non reſpiciunt perſonas, ſed officium, & gubernium, ex quo imminet damnum maximum Religionibus, ſi a gubernante diſpenſentur gratiæ ad inſtantiam extraneorum. Ideo ſe extendunt ad omnes, qui officium Prælatorum gerunt in ordinario locorum gubernio.

11 Electores verò, quia non habent iuriſdictionem, nec animarum curam, ſed ſolum ſuffragium ad eligendum, nec ſunt Prælati, nec Superiores, ideo ſi eligant aliquem ad inſtātiam extranei ab ordine, non incurrunt pœnas harum conſtitutionum, nec peccant contra illas.

12 Abbatiſſæ etiam monialium, ſeu Priorиſſæ non comprehenduntur, tum quia non ſunt Prælatæ, tum quia in odioſis moniales non veniunt ſub nomine virorum, tum quia in rigore non ſunt eiuſdem ordinis cum Generali, Prouincialibus, & Prælatis, pro quibus dictæ conſtitutiones reſpectiue emanarūt.

13 Hinc enim primò deducitur non peccare con-

tra

Digitized by Google

tra has conſtitutiones Prælatum,qui non rogatus ab extraneo, intuitu tamen illius, quia ſcit, ſe illi gratum futurum dat alicui ſubdito dignitatem,vel gradum. *Portel.loco citato num.15.Peyr.nu.2.* quia Prælatus non rogatus ab aliquo non agit ad inſtantiam illius. Quod tamen intelligo verum eſſe, ſi Prælatus nullo modo ſit rogatus, quia ſi adſint preces aliquæ virtuales & æquiualentes, puto Prælatum non excuſari, ſi intuitu illarum gratiam concedat.

14 Et quidem in ordine Prædicatorum hęc doctrina non valet, ſed peccatur contra conſtitutionem Clem.VIII.*Religioſos viros*,ſi ſuperior nedum ad inſtantiam,ſed ad contemplationem perſonarum extra ordinem contedat gratias, vel gradus &c. Clemens enim VIII. ſic loquitur. *Et propterea dilectis Magiſtro Generali &c.ne poſt hac cuiquam ad inſtantiam ſeu requiſitionem,vel contemplationē perſonarū ſupertùs expreſſarum quarumcumque,quoquo modo concedere &c.*

15 Sed & in alijs ordinibus, ſi extraneus Prælato det munera ex intentione,vt religioſus eius amicus ab eodem Prælato obtineat dignitatem, vel gradum &c.& Prælato, hoc ſit maniſeſtum, indubiè talis Prælatus cenſetur rogatus. Plùs enim loquuntur, & rogant, & mouent munera, quàm verba. *Portel. loco citato num.16.* Nam vox munerum non euaneſcit, ſed durat, & ſemper munera inſtant, quouſque eorum memoria durat, & nimis facile,& iuſtum eſt præſumere, quòd munera venientia tempore vacationis officij ab amico officium prætendēre,veniant officij intuitu. Vnde ſi tunc Superior intuitu amici dat id, quod munera petunt, incurrit in pœnas dictarum conſtitutionū. Si tamen Prælatus bona fide procedens recipit à ſeculari munera, & prudenter ignorat ea eſſe data intentione obtinendi pro amico officium,vel gradum,vel officium, aut gratiam, concedit,non intuitu munerum, & ad munerum inſtantiam, ſed alia ratione,cenſeri poteſt quòd rogatus non ſit, & quòd officium amico ſecularis det intuitu quidem ſecularis, ſed non ad eius inſtantiam.

16 Ampliùs excuſatur Prælatus, ſi extraneus non roget, ſed ſolùm proponat meritum Religioſi, vt ſi ſecularis dicat Prælato. Talis Religioſus eſt meus amicus, & eſſet bonus pro tali officio. *Peyr.ibid.*ſed hoc ſic abſolutè probar. m non placet. Nam hoc poteſt habere vim efficacis precis, vt v. g. ſi Princeps, vel vir magnæ authoritatis ſolitus his modis inſtare, vt obtineat, huiuſmodi verba proferret. Non enim verba rogant, ſed animus loquentis, & vbi extrinſecùs quomodocumque exprimitur Superiori voluntas, & deſiderium aliquid habendi à Prælato, illa expreſſio loquutio eſt, & petitio: Nam petitio non eſt niſi effectus & interpres deſiderij, vt ait *D. Th.2.2. q.83.a.1.ad primum.*

17 Excuſatur etiam Prælatus, ſi ſecularis pro Religioſo amico petat ſub conditione, quoniam poſt petitionem, ſe remittit prudenti iudicio, & conſcientiæ Prælati. In hoc enim caſu, ſi poſtea Prælatus intuitu ſecularis det eidem Religioſo officium non dat illud intuitu ſecularis petentis. *Peyr.dicto cap.10.nu.2.* Nam non inſtat pro aliquo obtinendo, qui ſolùm petit illud ſub conditione, & quatenus id ſit licitum, & bonum. Sed & hic poteſt latere ſub inuolucro verborum efficaciſſima inſtantia, ſi qui petit, velit intelligi ſine verbis, & pro efficaci petitione velit haberi quamcumque ſuæ voluntatis maniſeſtationem.

18 Excuſatur etiam Prælatus, ſi cum deſtinaſſet conferre alicui dignitatem, vel officium, ſuperueniente inſtantia alicuius ſecularis, nihilominus illi prædeſtinatam dignitatem confert, aut officium; quia non facit hoc ad inſtantiam, cum ante inſtantiam id facere decreuiſſet. Et quòd forſan id libentiùs faciat, ob inſtantiam ſecularis,nihil officit,quia ſolùm ſecūdùm quid collatio eſt propter inſtantiam ſecularis, ſed ſimpliciter eſt propter alias cauſas. *Peyr.dict.cap.10. nu.2.* Vbi admonet cauendum eſſe ſcandalum, nimirum vt appareat collationem officij ſimpliciter alia ex cauſa fieri, & non ad inſtantiam ſecularis.

19 Excuſatur vlteriùs,ſi Prælatus rogatus à ſeculari, dat officium Religioſo, non quia rogatus à ſeculari, ſed quia aliàs Religioſus eſt dignior, vel æquè dignus. Nam non prohibentur Prælati dare ſi ſint rogati, ſed prohibentur dare ad inſtantiam extranei rogantis, non verò dat ad inſtantiam alterius, qui dat verè, & ſine dolo ob aliam cauſam, & præcipuè, quia is, cui confertur officium eſt dignior, vel æquè dignus. *Portel. nu. 29. Peyr. n. 2.* locis citatis, & confirmatur hoc *ex capit. tuam de ætat.* vbi excuſatur à Simonia, ſi elector rogatus ab aliquo, vt Titium eligat, Titium eligit principaliter propter alias rationes, & non propter preces illicitas. Ita non incurrit pœnas conferentium officia ad inſtantiam ſecularis,quid facit ob aliam cauſam principaliter.

20 Quod extenditur etiam, ſi fauere roganti ſit finis ſecundarius, vel conditio ſine qua non;ſicut enim non eſt Simonia in Clerico eunte principaliter ad Chorum in Dei obſequium, ſecundario intendit etiam lucrum; ita non eſt agere ad inſtantiā rogantis, ſi quis principaliter agit propter aliud, & ſecundario agit ob preces rogantis. *Portel.ibidem.* Quod formaliùs puto dici poſſe, quòd excuſatur Prælatus ſi annuere roganti ſit ſolùm ratio materialis,& ex parte amantis ſe tenens, quomodo concupiſcentia lucri eſt ratio Clerico eundi ad Chorū; & amor concupiſcentiæ boni & felicitatis, eſt ratio materialis, & diſponens nos,vt Deum puro amore amicitiæ amemus. Ita ſi cauſa finalis conferendi officium Religioſo, ſit aliqua alia, & præcipuè, quia eſt dignior, vel æquè dignus, ſi poſtea accedat etiam vtilitas, quæ ex eo prouenit, quòd ſecularis exauditur, & hæc ſit ratio volendi materialis,& ex parte volentis, non vitiatur actus, ita vt ex hoc ſit contra præfatas conſtitutiones.

21 Et hoc extenditur, vt ſit verum etiam ſi Religioſus cui confertur officium ſit eo indignus, vel collatio ad alium peſſimum finem ordinetur. In hoc enim caſu collatio officij mala erit proculdubio, ſed non contra præfatas Conſtitutiones, quia abſolutè loquendo, & propriè collatio offici non fit ad inſtantiam ſecularis, ſed alia ex cauſa, ſicut Clericus non eſt ſimoniacus ex eo,quòd ea ad Chorum principaliter ob aliquem malum finem, quod non ſit pretium, licet minùs principaliter etiam intendit diſtributiones. Quando igitur Prælatus verè, abſolutè, & principaliter non confert gratias ad inſtantiam extranei petentis, ex quocumque alio fine id faciat, non eſt violator præfatarum Conſtitutionum, nec pœnas illarum incurrit, etiam ſi minùs principaliter velit etiam morem gerere ſeculari.

22 Videtur innuere *Peyr. d. num.2.* vt excuſetur

Prælatus, ſi ſeculari ſolùm vna vice petenti morem gerat, & officium conferat Religioſo, pro quo eſt petitum, eò quod agere ad inſtantiam, & requiſitionem non denotet vnam, ſed tres, aut duas ad minùs petitiones ſecularis inſtanter, & affectuosè factas apud Prælatum. Sed hoc prorſus improbabiliter dicitur. Nam quælibet abſoluta petitio, & eſt inſtantia, & ad minùs eſt requiſitio, At verò prohibentur Prælati gratias conferre Religioſis ad inſtantiam, & requiſitionem extranei.

23 Non excuſatur autem Prælatus, ſi ſeculari ſolùm in communi, & in generali commendante Religioſum amicum, ea tamen intentione, vt detur ei officium, ipſe Prælatus hoc ſciens ex hoc mouetur, vt tribuat officium eidem Religioſo. *Portel. num.* 16. Nam tunc Prælatus verè officium confert ad requiſitionem ſecularis.

24 Item non excuſatur Prælatus, ſi conferat Religioſo officium ad petitionem Religioſi eiuſdem ordinis, ſed moti ex inſtantia ſecularis, nam tunc Prælatus confert officium ad inſtantiam ſæcularis. *Portell. num.* 14. Sed hoc non puto bene dici, niſi Religioſus requirens requirat nomine ſecularis, & inſtet ex eius parte, & Prælatus ad hanc requiſitionem officium conferat. Nam ſi alias Prælatus etiam conſcius inſtantiæ præmiſſæ apud ſubditum concedat officium, vt ſuo ſubdito morem gerat, non verò, vt requiſitionem ſecularis exaudiat, non agit ad inſtantiam, & requiſitionem ſecularis, ſed Religioſi ſui ſubditi. Et aliud eſt concedere petitum à ſeculari, & aliud eſt concedere ad petitionem ſecularis. Secundum eſt prohibitum, non primum. Non verò quis agit ad inſtantiam alterius, niſi agat motus ab inſtantia illius, & vt inſtanti concedat, id pro quo inſtat. Bene etiam *Peyr. num.* 1. excipit, niſi ſit dolus in ſuperiore, qui v.g. ordinauerit, vt per ſibi ſubditum petatur id, quòd ſecularis à ſe petit, vt hoc modo concedat extraneo, quod deſiderat, quaſi motus non ab extraneo, ſed a Religioſo. Parum enim refert, vi vel dolo legem circumuenire.

25 Tandem pro regula generali habenda aduertitur, quòd dictio *ad* aliquando ſignificat cauſam finalem. *Menoch. conſil.* 352. *num* 1. *Socin. iun. conſ.* 48. *n.* 2. *&* 3. *Mandoſ. reg.* 34. *Cancellar. q.* 66. *num.* 35. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 12. §. 1. *num.* 30. *Cened. poſt lib. pract. & canon. quæſ. ſingul.* 49. *num.* 8. quos refert & ſequitur *Barboſa dict.* 6. *nu.* 6. Et tunc *ad* idem importat, quod *vt*, & in propoſito non poteſt aliter ſumi, vt agere ad inſtantiam petentis non ſit aliud, quàm agere finaliter motum a petente, & vt ſatisfiat petitioni petentis. Ideo hæc ſit regula, quòd Prælatus quomodocumque ab extraneo requiſitus, ſiue explicitè, ſiue implicitè, ſiue per verba generalia, ſiue per verba ſpecialia, & ſiue per ſermonem, ſiue per facta, & ſiue immediatè, ſiue medio nuncio, vel epiſtola, vt gratiam conferat religioſo ſubdito, ſi ex inſtantia, ſeu requitione extranei mouetur principaliter, vt cõferat gratiam & ita vt finis collationis ſit exaudire ſecularem rogantem, peccat contra prædictas conſtitutiones reſpectiuè, quia tunc agit ad inſtantiam, & requiſitionem extranei. Sed ſi non mouetur ex inſtantia extranei, ſed aliunde principaliter gratiam confert ſuo ſubdito, non peccat in præfatas conſtitutiones, nec earum pœnis ſubditur. Sed ſi æquè principaliter tanquam a cauſa finali moueatur ab alia cauſa, & à requiſitione, ita vt & ſatisfacere requiſitioni ſecularis ſit vera cauſa finalis, licet non ſola, & adæquata, cenſeo illum & in hoc caſu peccare in dictas conſtitutiones, quia verè agit ad inſtantiam ſecularis, licet non ad illius ſolius inſtantiam agat.

26 In ordine verò Prædicatorum ad hoc vt Prælatus, vel Superior peccet contra Conſtit. Clem. VIII. & ex conſequenti Pauli quinti conſtitut. Clem. confirmantis, & ſui ordinis proprias leges, ſufficit quòd agat intuitu, & contemplatione perſonæ extraneæ ab ordine, tanquam ex vera cauſa finali illum mouente ad hoc, vt gratiam ordinis conferat eiuſdem Ordinis religioſo.

27 Sed tertiò conſiderandum eſt, quæ perſonæ iudicandæ ſint extraneæ. & ad quarum requiſitionem non poſſunt gratiæ ordinis diſpenſari. Extra ordinem ſine dubio cenſentur ſeculares omnes *Portel. n.* 18. niſi forſan excipi poſſint pater, & mater, vel filius, aut filia eius Religioſi pro quo gratia poſtulatur. Nam valde durũ videtur, vt pater, & mater non poſſint pro filio intercedere, & hæc qualitas eſt ſingulariſſima, & magis videbatur ſpecificanda, & exprimenda, quàm qualitas Regia, vel Imperatoria, propter maximam coniunctionem, quæ eſt inter filios, & parentes, quæ quidem eſt tanta, vt vnum cenſeri poſſint. Et ideo à S. Ambroſio *lib.* 5. *de fide cap.* 3. excuſatur mater filiorum Zebedæi, ſi pro filijs primas ſedes in Chriſti Regno poſtulauit.

28 Extranei etiam ſunt omnes Eccleſiaſtici, qui non ſunt eiuſdem ordinis, etiam ſi ſint Religioſi alterius Ordinis *Portel. nu.* 18. Etiam Epiſcopi, etiam Cardinales *Portel. ibid.* non tamen Epiſcopi, & Cardinales, ex eodem ordine aſſumpti, vt bene contra *Portell. nu.* 18. *probat Peyr. d. cap.* 10. *nu.* 4. Epiſcopi enim, & Cardinales ex ordinibus aſſumpti, non deſinunt eſſe eorundem Ordinum, cum & ad Regularia inſtituta teneantur, quæ non impediunt eorum dignitatem. Nec obſtat, quòd ſint exempti ab obedientia Prælatorum ordinis, quia adhuc ex vi voti obedientiæ ſubduntur ſupremo Prælato, qui eſt Pontifex. In Ordine Prædicatorum, hoc eſt indubitatum; quia in *ord. Cap. Rom.* 1589. ad quã ſe referunt, & quam confirmant Clem. VIII. & Paulus V. in ſuis Conſtitut. expreſsè excipiuntur perſonæ ex eodem ordine aſſumptæ, & ſolùm præcipitur, ne Religioſi procurent gratias ordinis per perſonas extra ordinem conſtitutas, & ex ordine non aſſumptas. Pariter nec Cardinales Protectores cenſentur extranei, cum immò liceat ad illos habere recurſum ex decreto Greg. XIII. & ſacræ Congregationis Regularium, *Peyr. ibid. num.* 5. Et proculdubio extranea perſona non eſt ſummus Pontifex, qui eſt omnium ordinum ſummus Prælatus. *Peyr. ibid.*

29 Dubium eſt, an moniales inſtitutæ ab eodem, à quo eſt inſtitutus Ordo virorum, vel quæ ab eiſdem viris reguntur, cenſendæ ſint extraneæ, ſeu extra Ordinem conſtitutæ. Id enim affirmat *Portel. nu.* 18. ſed negat *Peyr. nu.* 3. Et hoc puto verum de Monialibus, quæ sũt ſub obediẽtia Ordinis, etiam ſi ſint alterius inſtituti, quia non eſt extra Ordinem conſtitutus, qui ſub obedientia Ordinis viuit. Ideo licèt ordo Tertij ordinis de Pœnitentia S. Dominici ſit re vera alius ordo ab ordine Prædicatorum, Tertiarij tamen, vel Tertiariæ non ſunt extra ordinem Prædicatorum conſtituti, cum viuant ſub obedientia ipſius ordinis Prædicatorum. *Pontificum*

verò

verò Conſtit. excludunt preces perſonarum extra Ordinem illum conſtitutatum, in quo eſt Prælatus qui rogatur, & Religioſus pro quo intercedirur. Ideò nec Nouitius licet nondum ſit de Ordine, cum non ſit profeſſus, cenſendus eſt exttaneus, quia viuit ſub Ordinis obedientia. Eccontra verò Moniales omnes etiam inſtitutæ ab eodem Sancto, qui ordinem virorum inſtituit, ſed non viuunt ſub virorum illorum obedientia extraneæ ſunt, quia verè nedum ſunt alterius Ordinis, ſed, quod hic attendi debet, ſunt extra ordinis obedientiam conſtitutæ.

30 Remanet, vt quarto videamus, quid ſit prohibitum agere Prælatis, aut Superioribus regularibus ad inſtantiam extraneorum. Duo aurem prohibentur, ſcilicet gratias concedere, & pœnas remittere.

31 Ex his primò deducitur, Prælatum regularem non prohiberi adminiſtrare iuſtitiam ad inſtantiam cuiuſcunque, quia quod debetur, non eſt gratia aliqua. Ideò id, quod Prælatus omnibus penſatis independenter à prece extranei debet facere in conſcientia ex præcepto cuiuſcunq; virtutis excludentis rationē gratiæ Religioſo ſubdito, ſi id faciat ad inſtantiā extranei, nō peccat cōtra præſatas Pont. Bullas, quia, quod debet fieri, nō fit ex gratia, ſed ex debito alicuius iuſtitiæ, nec eſt gratia *Portel.num.*28. Ideò Prælatus confirmans electionem aliquam, quam ex iuſtitia tenetur confirmare, ad inſtantiam ſecularis, non peccat in prædictas Bullas. Verùm quidem eſt, quòd ſi Ordinem rerum peruerteret, & quod iuſtum eſt, & debet fieri Prælatus faceret non principaliter quia iuſtum, ſed vt exaudiret extranei preces, peccaret contra legem iuſtitiæ illius, quæ illum obligat ad agendum illud quod agit, ſed non peccaret in præfatas Bullas, quia Prælatus faciendo, quod debet facere, nullam gratiam concedit.

32 Deducitur ſecundò, Prælatum non peccare in dictas Conſtitutiones, ſi gratia, quam confert ad extranei inſtantiam, non eſt gratia Ordinis, vt v. g. ſi eſſet nominatio alicuius beneficij ad ſecularis alicuius fauorem. *Portel. nu.* 27. *Peyr. nu.* 5. Et ratio euidens eſt, quia Prælati prohibentur concedere gratias ſuis Religioſis ad inſtantiam extranei, ſolùm igitur eſt ſermo de gratijs Ordinis, quæ ſcilicet ſiunt Religioſis, non verò de gratijs extra Ordinem, & quæ ſunt gratiæ ſecularium vel extraneorum.

33 Deducitur tertiò gratiam extra Ordinem cenſeri etiam illam, quæ exercetur per Religioſum, ſed eſt fauor extranei, vt ſi Prælatus concedat ad inſtantiam Principis, vel Epiſcopi, vt religioſus illi inſeruiat in aliquo, quod religioſum non dedecet. In hoc enim licet inueniretur etiam commodū Religioſi, & id valde deſideraretur à Religioſo, tamen per ſe, & principaliter eſt in hoc fauor & gratia extranei, nec prohibentur extranei inſtare apud Prælatos regulares, nec Prælati inſtantes exaudire. *Portel.num.*26.

34 Dari etiam paruam materiam in hoc genere prohibitionis docent, & bene *Portell. num.*23. *&* 38. *& Peyr.d.tom.*3.*c.*10.*n.*8. Ideo Prælatus non peccat in dictas bullas, ſi aliquid minimum concedat ad inſtantiam extranei, vt eſt exire ſemel à domo cauſa recreationis; ſemper enim parum pro nihilo reputatur, maximè in legibus pœnalibus, & valde odioſis ſicut eſt iſta.

35 Cæterùm dubium eſt circa verbum *gratia*, an ſumatur vniuerſaliter. *Peyrin.enim in Relig.ſubd.q.*2. *c.*2.§.t t.*notab.*2. putat, quòd licet in Bullis dicatur *vlla gratia*, hoc non debeat intelligi vniuerſaliter, ſed per verba ſequentia limitetur, vt diſtribuat ſolum pro dignitatibus, vel gradibus, vel pœnarum remiſſionibus. Quia generi per ſpeciem derogatur, vt dicitur *cap. Paſtoralis* de reſcriptis, & *cap. Generi de regul.iuris in ſexto*. Sed oppoſitum tenet *Portel.nu.*22. *&* 32. & meritò. Nam quod in bullis Pontificum poſt genus exprimantur ſpecies, & dicatur, *ſeu gradus, honores, dignitates, &c.* hoc fit ad maiorem expreſſionem, & ad tollendam dubietatem, quia poſſent aliqui ambitioſi prætendere huiuſmodi gradus, honores, dignitates, &c. non cadere ſub nomine gratiæ. Quod euidenter colligitur ex bullis emanatis pro Ordine Prædicatorum. Nam cum Gregorius xiij. prohibuiſſet Prælatis dicti Ordinis, ne ad inſtantiam extraneorum concederent aliquam gratiam, vt narrat Clemens 8. in ſua Conſtit. *Religioſos viros*, quia non defuerunt, qui ambigerent, an ſub gratiarum vocabulo comprehendantur gradus, honores, dignitates, officia, & munia ordinis, ideò, ipſe id expreſſit, & Conſtitut. Gregor. ad gradus, honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, & Prælaturas extendit. Et propterea etiam Paulus Quintus poſtea in ſuis Bullis eadē expreſſit. & concedi prohibuit. Non verò generi per ſpeciem derogatur, quando ſpecies exprimitur, vt tollatur ambiguitas, & intelligatur Conſtitutionem extendi ad illas ſpecies, illaſq; ſub vocabulo generis comprehendi. Vniuerſaliſſimè igitur prohibentur Superiores ad inſtantiam extraneorum concedere quamcumque gratiam ſuis ſubditis Religioſis, niſi paucitas materiæ excuſet.

36 Et nihilominùs ſingulæ Bullæ Pontificum conſiderandæ ſunt. Nam in aliquibus non habetur nomen genericum, *gratiam*, ſed ſolùm nomina ſpecifica, *Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia*, vt in Bulla. *Quoniam nemo*. à Clemente 8. lata pro Cruciferis. Et in Bulla. *Quoniam nemo* 98. lata à Paulo Quinto pro Monachis S. Benedicti Cœleſtini. Vndè in his, & ſimilibus Ordinibus, Prælati prohibentur ſolum dictas grarias concedere, &c.

37 Non eſt verò neceſſe hic immorari, vt explicetur, vel quid ſit dignitas, vel quid ſit honor, vel quid ſit gradus. Quia vt bene aduertit *Portel.num.*21. Nihil ferè eſt honorificum in Religionibus, quod non prohibeatur concedi ad inſtantiam extraneorum, & nedum Prouincialatus, Prioratus, Guardianatus, Magiſteria, Bacalaureatus, lectoratus, præeminentiæ, ſed & quælibet adminiſtrationes, vt Supprioratus, Vicariatus, Syndicatus, vſque ad laicorum officia, adminiſtrationes, & functiones prohibentur concedi & tandem quidquid eſt gratia & ſub nomine gratiæ comprehendi poteſt, nequeunt Prælati concedere ad inſtantiam extraneorum.

38 Pariter prohibentur Prælati remittere pœnas, & hoc intelligitur de omni remiſſione pœnæ, ſiue id fiat, quia tota pœna, quam peccatum meruit, non imponitur, ſiue quia impoſita minuitur, ſiue quia totaliter condonatur. *Portel.num.*24. Quocumque enim modo Prælatus gratiam concedat remittendo pœnam, peccat in Bullas Pontificias reſpectiuè, ſi ad inſtantiam extranei id faciat.

39 Intelligitur tamen hoc de remiſſione pœnæ iuſtæ, nam pœnam iniuſtam tenetur Prælatus ex iuſti-

tia temittere, nec male facit contra dictas conſtitutiones, ſi id faciat etiam motus & excitatus à ſeculari.

40 Quinto conſiderandum, quod quibus Prælati non poſſunt concedere gratias ad inſtantiam extraneorum ſunt Religioſi ſibi ſubditi; Bullæ enim dicunt, Prælatos non poſſe concedere gratias dicti ordinis Religioſo, vnde non ſunt prohibiti concedere gratias extraneis. Dubium verò eſt, an ſub nomine Religioſi dicti ordinis veniant Moniales, & Nouitij non profeſſi, vel etiam Epiſcopi ex eodem ordine aſſumpti.

41 Et quidem de Monialibus non comprehẽdi dicunt *Portell.n.19.& Peyr.num.3.dicto cap.10.tom.3. de priuileg.* Quod verum puto, non tam quia ipſæ Moniales non ſunt eiuſdem ordinis, cum Religioſis viris, quàm quoniam Moniales in odioſis non veniũt ſub nomine Religioſi generis maſculini; quia in odioſis maſculinum non comprehendit fœmininum ait Tuſcus *L.M.conc.101.num.9.*

42 Non comprehendi etiam Nouitios non profeſſos tradit *Portel.n.20.* cum Nouitij nondum ſint Religioſi, & in odioſis non comprehendantur ſub nomine Religioſi, & ſic ex vi bullarum dictarum non prohibentur Prælati ad inſtantiam extraneorũ concedere gratias Nouitijs.

43 Epiſcopi autem & Cardinales ex ordinibus aſſumpti licet verè non deſinant eſſe Religioſi eiuſdem ordinis, ex quo fuerunt aſſumpti; quia tamen ſunt extra obedientiam Prælatorum ordinis, & ideo in hac parte cenſendi ſunt extranei; & ita Prælati non prohibentur illis concedere gratias ad inſtantiam alterius ſecularis extra ordinem conſtituti.

44 Quantum verò ad pœnas impoſitas Prælatis concedentibus gratias ſuis Religioſis ad inſtantiam extraneorum, conſiderandæ ſunt bullæ Pontificum emanatæ pro qualibet Religione, nam non ſunt eædem pęnæ omnibus Prælatis cuiuſcumque Religionis impoſitæ.

45 Hoc quidem certum eſt, Prælatos contrafacientes peccare mortaliter, cum illis in virtute ſanctæ obedientiæ prohibeatur huiuſmodi gratias concedere. Sed in gratijs iſtis concedendis alia ratio peccati mortalis incidit. Vbi enim iam ſubditi ex eo quòd fauoribus extraneorum gratias poſtulant ſunt inhabiles ad dignitates & officia, & ratione excommunicationis eorum incapaces, ex hac parte etiam peccant Prælati, ſi indignos promoueant, & inhabiles admittant *Portell.num.31.* ſed hoc non eſt certum, quia huiuſmodi inhabilitas non incurritur ante ſententiam, vt ſentẽtia docet aliquorum, de qua infra *capit.25.* ſed ſubditus ſic petens gratias per mẽdicatos fauores eſt inhabilis inhabilitate culpę, & etiam excommunicationis, in illis Religionibus in quibus hæc cenſura latæ ſententiæ eſt impoſita, quæ tamen inhabilitas per pœnitentiam, & abſolutionem tollitur. Quamobrem Superior peccat, quia facit cõtra prohibitionem & præceptum ſibi factum in virtute ſanctę obedientię, aut etiam reſpectiuè ſub pœna excommunicationis, & quia fauet, & cooperatur ſubdito peccanti, & reſpectiuè vel inhabilem, aut etiam excommunicatũ promouet ad id, cuius eſt incapax, ſaltem quia peccator, aut etiam excommunicatus.

46 Pro minoribus, & Minimis, Caſſinatibus, Eremitanis S. Auguſtini, Carmelitis, Cœleſtinis, Cruciferis, & pluribus alijs ordinibus, vt videre eſt in bullis pro illis emanatis, impoſita eſt pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quæ tamen non eſt reſeruata, vt aduertit *Portell.loco citato num.1.* Camaldulenſibus verò & Eremitis S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis non eſt impoſita pœna excommunicationis.

47 Sed pro Ord. Prædicatorum nec a Greg.XIII. nec a Clem. VIII. nec a Paulo V. aliqua cenſura lata eſt contra Prælatos cõcedentes gratias ad inſtantiam extraneorum. Sed neq; in conſtitutionibus aut ordinationibus dicti ordinis aliqua pœna legitur promulgata contra Superiores huiuſmodi gratias concedentes, ſed in *cap.Rom.1589.* quod confirmatum fuit à Clem. VIII. & Paulo V. admonentur Prælati vt meminerint, ſe non poſſe ſine incurſu peccati mortalis id facere, & de hoc idem fuere admoniti *Vliſip.1618.& Mediol.1622.*

SVMMARIVM.

1 *Tria religioſis ſubditis prohibentur. num. 48.*
2 *Quilibet ſubditus religioſus comprehenditur in dictis Conſtitutionibus. nu. 49.*
3 *Non tamen Nouitij, & Moniales. ibid.*
4 *Subditus incurrit pœnas, etiam ſi non obtineat gratiam, ſi gratia eſt procurata. nu. 50.*
5 *Sufficit ad incurſum pœnarum, extraneum petiiſſe gratiam pro religioſo. ibid.*
6 *Non eſt prohibitum procurare iuſtitiam. nu. 51.*
7 *Nec qui petit confirmari, cum id ſibi debetur. n. 52*
8 *Nec qui tollit vexationem. ibid.*
9 *Incurrit, pœnas qui procurat id, quo eſt indignus, per fauores extraneos. num. 53.*
10 *Et qui procurat quidquid Superior poteſt libere non concedere. ibid.*
11 *Non incurrit in multis Religionibus, qui procurat pro alijs. num. 54.*
12 *In Ord.Præd. nec licet procurare pro alijs. num. 54.*
13 *Variæ conſtitutiones Pontificũ recenſentur. n. 55. 56.*
14 *Sufficit ad incurſum pœnarum d. conſtit. quod extraneus mediate intercedat. num. 58.*
15 *Procurans medio extraneo religioſum mediatorem apud Prælatum, ſi mediator obtinetur, & intercedit, religioſus qui eum procurauit incidit, in pœnas conſtitut. num. 58. 59.*
16 *Non incurrit pœnas, qui ad inſtantiam extranei rogat Prælatum. num. 60.*
17 *Nec qui dat conſilium Prælato, vt extraneo merem gerat. num. 61.*
18 *Nec qui dat conſilium Religioſo, vt fauorem extranei procuret. ibid.*
19 *Nec qui ad Superiorem defert literas extranei. ibid.*
20 *Incurrit pœnas, qui fauorem oblatum recipit. n. 62.*
21 *Oblatum fauorem recipere dicitur, qui oblatum non reijcit, niſi ex cauſa iuſta taceat. ibidem.*
22 *Non incidit in pœnas, qui gratiam recipit procuratam ab extraneo eo neſciente, vel recuſante. n. 63.*
23 *Item incurrit in pœnas, qui dat munera extraneo pro fauore obtinẽdo, vt gratiam conſequatur. n. 64.*
24 *Non tamen ſi dat pro obtinenda iuſtitia. ibid.*
25 *Nec ſi det munera Prælato ipſo, quamuis hoc aliunde & prohibitum ſit & malum. num. 65.*
26 *Nec ſi det munera, ſed nõ vt obtineat fauorem. n. 66.*
27 *Nec qui dat munuſculum &c. num. 67.*
28 *Licet iſte peccet mortaliter, & aliunde incurrat pœnas ſi fauorem obtinuit. ibid.*

Incur-

29 *Incurrit, qui dat munera ad finem obtinendi fauorem, etiamſi non obtineat. num.68.*

30 *Non incurrit in aliquibus ordinibus, qui dat munera ad habendũ fauorem pro alijs, ſed in Ord. Præd. & aliquibus alijs, hoc non habet locum. nu.69.*

31 *Pœnæ latæ in procurantes gratias per fauores extraneorum. num.70.*

32 *Singulæ cõſtitutiones Pontificiæ conſideranda. n.71.*

33 *Excommunicationis pœna quando, & contra quos habeat locum. num.72.*

34 *Inhabilitatis pœna qualis. num.73.*

35 *Priuatio vocis vtrinſque contra quos lata ſit. nu.74.*

36 *Priuatio vel nullitas dignitatum qualis, & contra quos lata ſit. num.75.*

37 *Clauſula vt pœnæ incurrantur ſine declaratione in aliquibus conſtitut. num. 76.*

38 *Superiores debent procedere contra procurantes fauores extraneorum. num.77.*

39 *Forma priuilegiata formandi proceſſus cõtra huiuſmodi delinquentes. num.78.*

40 *Hæc forma communis omnibus Religionibus. n.78.*

41 *Pœnæ indictæ per aliquas ex dictis conſtitutionib. non habet locũ, niſi vbi eſt ſcientia & dolus. n.79.*

42 *Quæſtiones plures proponũtur alibi ſoluendæ. n.80.*

43 *An præfatæ conſtitutiones ſint abrogatæ. num.81.*

44 *Conſtitutiones Pontificiæ non indigent receptione ſubditorum, vt obligent. ibid.*

45 *Conſuetudo valet, vt tollat legem decreto irritanti munitam. ibid.*

46 *Non omnes præfatæ conſtitutiones ſunt munitæ decreto irritanti. ibid.*

47 *Vbi præfatæ, conſtitutiones non ſeruantur à Superioribus, non ligant ſubditos, quia ſunt pernicioſæ Reipublicæ. num.82.*

48 *Vix poteſt dari ex parte Superiorum cauſa rationabilis non ſeruandi dictas conſtitutiones. num.83.*

49 *Ex timore priuato non debet Superior Religionem perdere. ibid.*

50 *Conſtitutiones præfatæ non ſeruantur. num.84.*

51 *Sed huius non obſeruantia non datur cauſa rationabilis, & deficit ratio vera conſuetudinis. ibid.*

52 *Eas conſtitutiones nõ eſſe in ordine minorum de obſeruant. abrogatas. ibid.*

53 *In Ord. Prædicatorum plures pœnæ contra procurantes gratias per extraneos. num.85.*

48 QVæritur ſecundò. Qualiter Religioſis ſubditis nõ liceat procurare ſibi per fauores extraneorum dignitates, & officia? Explicata prima parte Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ eſt contra Prælatos ſuis ſubditis gratias ordinum Regularium diſpenſantes ad inſtantiam extraneorum, remanet explicanda altera pars contra ſubditos, per eorundem extraneorum fauores, mendicantes Prælaturas, officia, & gratias. Tria autem Religioſis ſubditis prohibentur, ſcilicet procurare fauores, eos oblatos accipere, & eorum intuitu dare munera.

49 Quantùm autem ad perſonas, Conſtitutiones præfatæ reſpectiuè vniuerſales ſunt, & comprehendunt omnes omnino Religioſos illorum ordinum, pro quibus emanarunt. Solùm vt ſupra dictum fuit, excipiuntur Nouitij non profeſſi, qui in odioſis non comprehenduntur ſub nomine Religioſi, & Moniales in odioſis non veniunt ſub nomine virorum.

50 Primò igitur Religioſi prohibentur procurare fauores pro gratijs, & dignitatibus à Superioribus ſui ordinis obtinendis. Ad hoc vero, vt Religioſus peccet contra præfatas Conſtitut. & earum pœnas incurrat, *Peyrin.* credidit neceſſe eſſe, vt nedum fauor fuerit obtentus, ſed quòd Religioſus conſecutus fuerit effectum per fauorem intentum. Ita *Peyr. in Relig. ſubd. q.2. cap.2. §.11.* ad quod probandum adducit *Io. Andr. Gloſſam, & Nauarrum*. Sed meritò impugnatur à *Bordon. contron. 31. num. 24.* licet enim vera ſit doctrina ex *Gloſſa, Io. Andr. & Nauarro adducta*, quia nimirum, pœnæ legis non incurruntur ex attentato delicto, ſed ex perfectione operis mali prohibiti, tamen in propoſito conſiderandum eſt, quòd conſecutio effectus intenti ab eo, qui procurat fauores, vt illum conſequatur, eſt finis procurationi fauoris extrinſecus, & remotus, ſine quo procuratio fauoris poteſt eſſe eſſentialiter completa, & eſt talis, ſi verè fauor interpoſitus fuit, quidquid ſit, an obtineatur effectus fauoris, vel non. Ideò ex hoc fauore interpoſito, iam perfecta eſt actio à lege prohibita contra procurantes fauores, & ideò datur locus pœnæ legis. Vel igitur fauor eſt interpoſitus, quia de facto fauens petijt à Prælato Regulari officium, vel ſcripſit ad eum litteras, quæ delatæ ſunt ad Prælatum, qui eas accepit, & legit. Et in hoc caſu procuratio fauoris completa eſt, & Religioſus peccauit contra legem, & ſubditur pœnis legis. *Nauar. l.5. de excomm. Concil. 20. num.5.* Vel fauor non fuit interpoſitus, quia v.g. vel literæ amiſſæ fuerunt, vel non præſentatæ Prælato, vel etiam ab eo non lectæ, & hoc modo non eſt completa procuratio fauoris, vnde Religioſus pœnis legis prohibentis procurare fauores non eſt ſubiectus.

51 Sed neque omnis procuratio fauoris ab extraneo eſt illicita, vel per præfatas Conſtitut. prohibita. Quia non eſt prohibitum procurare fauores extraneorum pro iuſtitia obtinenda. Conſtitutiones enim illæ, clarè loquuntur, & prohibent procurare fauores extraneorum pro gratijs, dignitatibus, Prælaturis, remiſſionibus pœnarum, &c. obtinendis. *Portel. v. officia Ordinis num.41. Bord. contr. 31. nu.30. Peyr. tom.3. cap.10. num.9.*

52 Ideo non peccare contra dictas Conſtit. ſi quis electus, & probabiliter timens, ne iniuſtè ſibi negetur confirmatio, per fauores petit confirmari ſuam electionem tenent *Peyr. & Bord. citati.* Similiter excuſatur, qui vtitur fauoribus extraneorum, vt tollat iniuſtã vexationem, quam probabiliter timet, nimirùm vel quòd vituperetur iniuſtè, vel quòd iniuſtè damnificetur. *Bord. contron. 31. num. 34.* Et vniuerſaliter excuſatur, qui vtitur fauoribus ſecularium, vt Prælatus Regularis faciat id, quod independenter etiam à fauore interpoſito poteſt, & tenetur facere.

53 Non excuſatur verò, ſed pœnis dictarum Conſtitutionum ſubiectus eſt, ſi Religioſus procuret fauorem extranei apud Prælatum Regularem ad hoc, vt inducat illum ad malum, vt puta ad hoc vt poſtpoſitis dignioribus ſibi minùs digno, vel (quod peius eſſet) ſibi indigno dignitatem, vel Prælaturam, vel officium conferat. Vel etiam ſi procuret per huiuſmodi fauores, vt Prælatus faciat id, quod ſibi liberum eſt facere, vel non facere etiam ſine peccato, & ſaluo ordine finis, quia ſemper his modis procuratur gratia medijs extraneorum fauoribus, quod eſt prohibitum.

54 An verò prohibitum ſit per fauores extraneorum procurare gratias ordinis, nedum pro ſe ipſo, ſed etiam pro alijs Religioſis, diuerſimodè reſpondendum eſt,& conſiderandus eſt tenor cuiuſcunque Conſtitutionis circa hanc materiam emanatę.Nam in ord. Minorum,& Minimorũ, & multis alijs ordinibus non eſt prohibitum ex præfatis Conſtitutionibus mendicatis extraneorum fauoribus procurare gratias pro alijs, ſed ſolùm ſibi. *Portel.nam.* 32. *&* 35. *Peyr.na.*8. Sed in ordine Prædicatorum vtrumque eſt prohibitum, primo quidem ex vi *Conſtitat. diſt.* 2.*cap*.13.§.9. *& ex vi Ordin.Capit. Gener. Rom.* 1589. vbi expreſsè præcipitur,nè quiſquam directè, vel indirectè, per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alijs eiuſdem ordinis Fratribus procuret per fauores extraneorum, gratiam aliquam, vel pœnarum remiſſionem. Quæ ordinatio fuit confirmata per Clemente VIII.in Bulla *Religioſos viros* motu proprio, & robore perpetuæ firmitatis ſtabilita, & poſtea iterum à Paulo V. Vnde in hoc ordine nõ eſt locus dubitationi, quia huiuſmodi gratiarum procuratio facta etiam indirectè, etiam alio mediante, & pro alijs Religioſis eſt prohibita.

55 Eſt etiam conſiderandus modus loqnendi diuerſus multarum ex præfatis Pontificum Conſtit. Nam in illis, quæ emanatæ ſunt pro Monachis, vt pro Caſſinenſibus in bulla *Nihil in vnaquaque* 16. *Greg.XIII*. Et in bulla 98. Pauli V. pro Cœleſtinis. Et in bulla 23. Clemenc. VIII. pro Carmelitis, & 109. pro Cruciferis,& in bulla 79. Pauli V. pro Ciſtercienſibus Italiæ, per hæc verba expreſſa eſt lex iſta. *Ac omnes, & ſingalos monachos &c. qui ad Prælataras aſſeqacadas intenti, ad Priucipam, & Prælatoram &c. faaores recarrerint &c. illoramque complices, & fautores ad quaſcamque Prælaturas, dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia, & præſertim in ipſa Cougregatione obtenta, & obtinenda, perpetuò inhabiles declaramus, ac obtentis Prælataris, digaitatibus, ad miniſtrationibus, vel officijs, eo ipſo priuamas, & priuatos voce tum actiua, tum paſſiua carere decernimus, & declaramus*. Ita verò etiam aliæ bullæ præfatæ loquantur; niſi quòd in ea, quæ eſt pro Carmelitis non nomine *Monachos*, ſed nomine *Fratres* vtitur, & diſtinctius numerat, Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes,ſunctiones, & alia officia dicti ordinis &c Sed ampliùs in bulla Clem. VIII. pro Cœleſtinis additur pœna excommunic. latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ.

56 In bullis verò Pauli V. *Admoaemur* 48. Pro Auguſtinianis, 116. pro Minoribus Conuentualibus 117. pro Minimis, & alia pro Minoribus de obſeruantia, quam refert *Portel.v.officia ordiuis*, tali forma hæc prohibitiò exprimitur. *Quinimo dicti ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta hac via, & his medijs per conquiſitos fauores, & ſuffragia aliquid ſibi procaraueriut, ad talia, & ſimilia, ac etiam maiora in eodem couſeqaenda perpetuò inhabiles declaramus. Inſuper dictis Religioſis, & fratribas eiuſdem Ordinis quibuſcamque ſub eiſdem pœnis præcipimus, & expreſsè interdicimus, vt non ſolùm in præmiſſis omnibas faaores huiaſmodi minime procurare, ſed nec etiã ſpoute oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & ſimiliter ne ad huuc effectum manera aliqua prædictis perſonis exhibere audeant, ſeu præſumant*.

57 In bullis verò, quæ pro Ordine Præd. emanarunt, inſtaſcripta præcepta ſunt. Et primò Greg. XIII. in bulla *Cum nihil* 62. inquit. *Quin immo, quoſcumque eiaſdem ordinis fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſaarum Conſtitut. hac via, & ijs medijs per mendicatos fauores, & ſuffragia aliquid ſibi procuraaerint, ad talia, & ſimilia, & etiam maiora in ordine conſequeada Apoſtolica authoritate tenore præſentiam iababilitamus &c.* Poſtea verò in *Capit. Roman.* 1589. vt habetur in *Gloſſa Conſtit.d.*2.*c*.13. *L. N.* ſic ordinatum fuit. *Idcirco ad huiaſmodi abuſus euellendos in virtute Spiritus ſancti, & ſancta, obedientia ſub formali præcepto, ac nou ſub pœna excommunicationis latæ ſenteatiæ, hac vna pro trina Canonica admonisione præmiſſa, præcipimus, ne quiſqaam directe, vel indirecte, per ſe, vel per alium, pro ſe, vel pro alijs eiaſdem ordiuis fratribus apad perſonas extra noſtram ordinem conſtitatas, & ex noſtro Ordine non aſſumptas gratiam aliquam, vel pœnarum remiſſionem à Prælatis noſtri ordinis obtinendam procaret. Et ſub eadem formali præcepto, eademque cenſara prohibemus, quemlibet hac de cauſa aliqaa muaera ſecalaribus promittere, vel exhibere*. Poſtea verò Clemens VIII. in bulla *Religioſos viros* 7.Conſtit.Greg. XIII. Et ordinationem præfati Capituli motu proprio confirmauit,eaque ad quoſcumque gradus honores, dignitates, officia, adminiſtrationes, functiones, & Prælaturas extendit, & inter alia ſic ſtatuit. *Religioſis verò ac fratribus eiuſdem ordiuis quibuſcamque, non ſolùm iu præmiſſis omnibas ſecalariam fauorem minimè procarare, ſed nec etiam ſponte oblatam, aut ab eis minimè procaratam recipere, & ſimiliter, ne ad huuc effectam munera aliqaa ſecularibus impendere, vel exhibere audeant, vel præſumant, authoritate Apoſtolica tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub eiſdem pœnis iu dictis Gregorij litteris contentis præcipimus, & expreſsè interdicimus eiſdem aathoritate, & tenore ſtatuentes, qaòd omnes & ſingali in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter ipſo facto incarrant*. Poſtea quoque Paulus V. in conſtit. *Admonemar* 39. prædictas conſtit.Greg.& Clement. confirmauit, & vlteriùs ſic ſtatuit. *Et inſaper omnibus, & ſingulis dicti ordinis fratribas &c. in virtute ſanctæ Obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamas, ne ad qaaramcumqae perſonaram &c fauores ad effectum couſequendi dictum officium Magiſtri Generalis pro ſe, vel alijs recurrant &c. hos qui maadato noſtro huiaſmodi contra veuerint vltra ſapradictas pœnas, etiam vincalo excommanicationis latæ ſententiæ, à qaa niſi per nos, & Romanos Poatifices pro tempore exiſteutes præterquam iu mortis articulo coaſtituti abſolui nequeant, annodamus*.

58 Intrat autem hic quæſtio, an recurrere ad extraneorũ fauores, vel huiuſmodi fanores procurare immediatè pro obtinenda interceſſione alicuius Religioſi apud Prælatum, qui poteſt, & habet facultatem concedendi gratiam, vel Prælaturam, vel gradum &c. ſit prohibitum per dictas Conſtitutiones. Hoc eſt certum,quod ſi Religioſus non obtinet Religioſum mediatorem quem ſibi per fauorem extranei procurat, non incidit in pœnas dictarum Conſtitutionum, quia non obtento ab extraneo Religioſo mediatore, non procurat à Prælato gratiam, cum extraneus tunc nec per ſe, nec per alium aliquid poſtulet à Prælato. Sed ſi ſecularis rogatus à Religioſo obtinuit Religioſum mediatorem apud Prælatum, ſi Religioſus mediator, & interceſſore

apud

Digitized by Google

apud Prælatum agit vt mediator extranei, & nomine extranei petit, vel vt obtinear vtitur fauore extranei, & eius petitione, vt à Prælato gratiam extorqueat, dicitur quod Religioſus hac via vtẽs vt gratiã obtineat, recurrit ad fauores extranei, & per fauores extranei ſibi gratiam obtinendam procurat, & reſpectiuè ſubditur pœnis dictarum Conſtitut. Neque enim eſt neceſſe, quòd extraneus fauens immediatè loquatur Prælato, qui poteſt gratiam petitam concedere, ſed ſufficit, quòd extranei petitio, vt ſupra dictum eſt, quomodocumq; ſiue per litteras, ſiue per nũcium, ſiue per mediatorẽ ad Prælatum deferatur.

Sed etſi mediator loquatur Prælato nomine proprio, & etiam Prælatus neſciat mediatorem loqui ad inſtantiam extranei, nihilominùs Religioſus, qui medio fauore extranei ſibi procurauit Religioſum interceſſorem apud Prælatum, ſi Religioſus verè de facto intercedit, ſubijcitur reſpectiuè alicui ex dictis Conſtitutionibus. Hoc probatur ex *Nauar. l.5. de excom. conſ.20.num.4. & 5.* vbi benè docens, quòd non dicitur aliquis fauiſſe, eo ſolo, quòd voluerit fauere, neq; eo quòd procurauerit, quòd alius faueret, ſi ille non fauit, ex hoc dat intelligere, quòd extraneus, qui procurauit, quòd Religioſus pro alio Religioſo intercederet apud Prælatum, ſi ille Religioſus interceſſit, extraneus verè fauit apud Prælatum, & Religioſum adiuuit, ergo & Religioſus, qui hoc procurauit, ſibi fauorem extranei procurauit apud Prælatum, & ita in aliqnam ex dictis Conſtitutionibus peccauit, ſi eſt Religioſus ex vno illorum ordinum pro quibus ille latæ ſunt.

60 An verò vbi Conſtitutiones afficiunt complices, & fauentes, vel pro alijs procurantes, etiam Religioſus mediator, qui ad inſtantiam extranei intercedit pro alio Religioſo, ſubiectus maneat pœnis illarum Conſtitutionum tanquam complex, ſeu fautor, ſeu pro alio procurans gratiam à Prælato Regulari obtinendam? Reſpondetur, eum, qui ad inſtantiam extranei intercedit coram ſuperiore pro Prælatura, vel gradu obtinendo, non comprehendi ſub illis Conſtitutionibus. Quia nec recurrit ad fauorem extranei, nec illum procurat, nec per illum, vt à ſe procuratum inſtat apud Superiorem. In dictis verò Conſtitutionibus directè prohibetur recurſus ad fauorem extraneorum, ibi, *qui ad Prælaturas &c. intenti &c. ad Principum &c. fauores recurrerint.* At verò qui ad ſecularis inſtantiã rogat Prælatum, non eſt ille, qui recurrit, nec eſt concurrens, nec iuuat ad recurrendum, nec conſentit recurſui, ſed illo ſuppoſito, aliunde ſolùm pro gratia obtinenda laborat. Ita in Ord. Prædicatorum, quòd prohibetur eſt, gratiam à Prælatis obtinendam procurare apud extraneos, vnde directè eſt prohibita procuratio fauoris extranei, nec ſub illis conſtitutionibus cõprehenditur ſola procuratio gratiæ apud Superiores, ſed procuratio gratiæ per fauores procuratos, & conquiſitos, ideo qui nec fanorem extranei procurat, nec ad illum obtinendum adiuuat, non comprehenditur ſub illis conſtitutionibus, licet conquiſito fauore vtatur non pro ſe, ſed pro alijs. Quod confirmatur, quia qui per fauorem oblatum & minimè procuratum peteret, & obtineret gratiam pro ſe, non comprehenderetur ſub illis bullis, niſi id exprimeretur, propter hoc enim in ipſis expreſsè prohibetur vti fauore oblato, & non procurato igitur cum vti fauore oblato pro alijs non ſit expreſsè prohibitum in dictis bullis, non eſt ſub illis comprehenſum. Qui verò fauorem extranei non quæſiuit, ſed eſt rogatus & pulſatus ab extraneo, vt intercedat pro alio apud Prælatum, ſi hoc facit etiã vtendo fauore extranei, ſeu nomine extranei petendo à Superiore gratiam pro alio, non comprehenditur ſub illis bullis, quia non pro ſe, ſed pro alio vritur fauore oblato, non verò procurato, quod ibi non eſt prohibitum.

61 Similiter ſub illis cõſtitutionibus non cadit, qui fauet petenti per mendicatos fauores, dando Prælato conſiliũ, vt petitioni annuar, & extraneo morem gerat, quia in dictis conſtitutionibus non exprimuntur dantes conſilium Prælato immò nec dantes conſilium Religioſo, vt ſibi fauores procuret. Similiter qui ad Prælarum deferunt extraneorum memorialia, & ſupplicationes non ſubijciuntur pœnis dictarum Bullarum, quia in illis non exprimuntur.

62 Secunda actio prohibita ſubditis eſt, fauorem oblatum recipere, & ſic vti fauore oblato, ſeu annuere vt extraneus fauorem pro ſe ipſo interponat, eſt prohibitum, Dicitur verò fauorem ob'atum recipere, qui dum ei fauor offertur, tacet. Nam in rebus ſibi vtilibus, qui tacet, conſentire videtur, *Portell.num.36.Peyr.num.8.* Quãmuis poteſt eſſe, quòd Religioſus aliuode rationabiliter taceat, nimirum ex aliqua reuerentia, & ne offerentem contriſtet valde, ſeu ex aliquo alio timore. Ideo ſi verè coram Deo oblatum fauorem non recipit, licet illum apertè non reijciat, ſed taceat, non peccat contra huiuſmodi Conſtitutiones.

63 His duobus verò remotis, quia ſcilicet Religioſus nec fauorem extranei procurauit, nec oblatum, & non procuratum recipit, non ſubditur pœnis dictarum conſtitutionum, ſi vel eo neſciente extraneus aliquis interceſſit, & ad eius interceſſionem prælatura, vel aliud officium fuit ei collatum. *Portell.nu.36.Peyr.n.8.* Vel ſi eo fauorem verè recuſante, & minimè recipiente, nihilominùs Prælatus ad inſtantiam extranei Prælaturam, vel officium ei contulerit. *Portel.nu.37.Peyr.num.86.* Quoniam talis nec per mendicatum à ſe fauorem extranei, nec per fauorem à ſe receptum promouetur, nec per munera quæ fauenti donauerit.

64 Tertia actio prohibita eſt dare munera extraneo pro fauore obtinendo apud Prælatum, pro gratia obtinenda; ideo ſi quis det munera, vt fauorem obtineat apud Prælatum, ſed pro iuſtitia obtinenda, aut iniuſtitia ſeu iniuſta vexatione vitanda, non peccat in aliquam ex dictis conſtitut. in quibus non eſt prohibitum procurare iuſtitiam per fauores extraneorum *Portel. n.41. Peyr.num.9.* attendi tamen debet ne committatur Simonia.

65 Idem dicitur de eo, qui dat munera Prælato, non verò extraneo; quia ex harum conſtitut. præſcripto prohibetur Religioſis dare munera pro obtinendo fauore extranei, non verò dare munera Prælato. Quãmuis & hoc ſit malum, & alibi prohibitum, *Portel.num.39.Peyr.num.9.*

66 Idem dicitur de eo, qui dat munera extraneo, ſed non ex intentione obtinendi eius fauorem. Quid quid enim ſit de alijs prohibitionibus interdicentibus Religioſo dare munera; ex vi dictarum conſtitutionum Religioſi prohibentur ſolùm dare munera extraneo pro eius fauore obtinendo. *Peyr.d.tom.3. Priuileg.cap.10.num.11.*

67 Idem

67 Idem dicitur de eo, qui parnum munuſculum dedit extraneo etiam intentione obtinendi eius fauorem. Nam parum pro nihilo reputatur. Et regulariter paruitas materiæ *excuſat. Portel. num.* 38. *Peyr. num.* 9. qui tamen bene monet, quòd iſte peccat mortaliter dans munuſcula intentione obtinendi fauorem, immò dico ego, ſubijcitur pœnis dictarum bullarum ſi fauorem procuratum obtineat, quià tunc per procuratum extranei fauorem gratias mendicat à Prælato. Sed tamen has pœnas non incurrit quia munera dederit, & vnde ſi fauorem non conſequitur, non ſubditur pœnis dictarum conſtitut.

68 Idem dicit *Portell. num.* 4. ſi qui dedit munera non obtinuit fauorem, nec fauoris effectum. Sed hoc non eſt verum, nec probatur ex doctrina *Nauar.* adducta, quæ vera eſt, nimirum cenſuras non incurri niſi actio prohibita ſit completa: ſed aliud eſt actionem completi, aliud eſt agentem obtinere finem actionis. Hoc ſecundum non eſt neceſſarium ad hoc, vt incurrantur pœnæ legum. Prohibetur v.g. delatio armorum ne ſequantur homicidia, & nihilominùs, qui defert arma, & ſi nullum occiderit, punitur pœnis latis contra deferentes arma, quia armorum delatio completa eſt in ſe ipſa, ſiue ad eam ſequatur, ſiue non ſequatur finis. Ita in præſenti actio prohibita eſt dare munera extraneo intuitu fauoris illius obtinendi apud Prælatum pro gratia obtinenda, ſiue verò gratia, vel fauor obtineatur, ſiue non obtineatur, collatio munerum eſt completa, & ideo qui munera contulit modo ſupra prohibito, incurrit pœnas legis id prohibentis.

69 Idem autem, ſcilicet, quod non incurrit pœnas, dicitur de eo, qui vel verbo, vel muneribus procurat extranei fauorem non pro ſe ipſo, ſed pro alijs, vbi tamen hoc non eſt expreßè prohibitum. *Portel. num.* 30. *&* 35. *Peyr. num.* 8. ſed hoc locum non habet in ordine Prædicatorum; quia huius ordinis Religioſi prohibentur procurare gratias à Prælatis Ordinis obtinendas per extraneorum fauorem etiam pro alijs. Et hoc idem dicendum eſt etiam de Caſſinenſibus, & alijs pro quibus prohibitum eſt eſſe complicem, vel fautorem ad obtinendas Prælaturas, & officia medio fauore extraneorum. Vnde vnuſquiſque Religioſus debet diligenter inſpicere conſtitutiones pro ſuo ordine latas in hac materia.

70 Pœnæ autem inflictæ contra quærentes Prælaturas, & officia per fauores vel mendicatos, vel receptos, ſunt excommunicatio, inhabilitas, priuatio vtriuſque vocis, nullitas collationis officij.

71 Circa huiuſmodi autem pœnas diligenter inſpicinedæ ſunt ſingulæ bullæ, quia non omnes idem prohibent, nec eaſdem pœnas continent. Nam bulla 16. Greg. xiij. pro Caſſinatibus non comprehendit vtentes fauoribus oblatis, quia expreſsè ſolùm prohibet recurſum ad fauores extraneorum. Similiter nec illæ, nec aliæ plures latæ pro monachis ſunt ita vniuerſales, quia non comprehendunt omnes gratias, ſed quas ibi exprimunt, vt Prælaturas, officia, dignitates, adminiſtrationes, & gradus, prout in ſingulis illarum inſpiciendum eſt.

72 Ex relatis autem pœnis, excommunicatio non eſt communis; Quia in conſtitut. pro Caſſinenſibus, Camaldulenſibus, Carmelitis, & Cruciferis eſt quidem lata excommunicatio contra promouentes ad dignitates &c. ad inſtantiam extraneorum, ſed non contra ſubditos ad fauores extraneorũ recurrentes. Contra Cœleſtinos verò, Ciſtercienſes Italiæ, Prædicatores, Minores, Auguſtinianos procurãtes &c. lata eſt excõmunicatio, ſed non eſt reſeruata *Portel. n.* 34. niſi pro Cœleſtinis, & Prædicatoribus recurrentibus ad fauores extraneorum pro conſequendo Generalatu tam pro ſe, quam pro alijs, & hæc excommunicatio afficit tam procurantes fauores, quàm oblatis ſponte vtentes, ſed non dantes munera vniuerſaliter, quia hoc Ciſtercienſ. non eſt id expreſsè prohibitum in bulla *alias per nos* 79. Pauli V. nec Cœleſtinis in bulla *quoniam nemo* 98. eiuſdem Pauli V.

73 Inhabilitas quoque eſt pœna communis, ſed non eodem modo lata. Nam vel eſt inhabilitas ad Prælaturas, dignitates, & officia ſpiritualia, vel temporalia præſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda, & hæc lata eſt in bulla. *Nihil in vnaquaque* 16. Greg. xiij. pro Caſſinenſibus: vel eſt inhabilitas ad Prælaturas, dignitates, & officia, graduſque honores, adminiſtrationes, & munera in ipſo ordine obtinẽda, vt in bulla *quoniam nemo* 23. Clem. viii. pro Carmelitis, & in bulla *quoniam nemo* 109. eiuſdem Clem. pro Cruciferis, & in bulla *alias per nos.* 79. Pauli v. pro Ciſtercienſibus Italiæ, & in bulla *quoniam nemo* 98. Pauli V. pro Cœleſtinis: vel inhabilitas ad Prælaturas, dignitates, gradus, honores, & officia tam ſpiritualia, quàm temporalia, & præſertim in ipſa Congregatione obtenta, vel obtinenda, vt in bulla *ambitioſam* 43. eiuſdem Clem. pro Camaldulenſibus Ordinis S. Benedicti: vel inhabilitas ad dignitates, & officia in Congregatione vt in bulla, *ea quæ*, 90. Gregor. xiii. pro Eremitis S. Hieronymi de obſeruantia: vel eſt inhabilitas ad talia, & ſimilia ac etiam maiora in eodem ordine conſequenda, vt in bullis, *admonemur* 48. 114. 116. *&* 117. eiuſdem Pauli V. pro Auguſtinianis, Minoribus, & Minimis, & in Bulla *cum nihil* 62. Greg. xiii. pro Prædicatoribus. Eſt verò diſcrimen, quia Caſſinenſes & Camaldulenſes ſunt inhabiles etiam ad Prælaturas &c. etiam extra illorum ordinem obtinendas, quia particula illa *præſertim in ipſa Congregatione obtenta, & obtinenda*, compararatiua eſt, & denotat idem iuris eſſe in caſu contrario, *Barboſa diſt.* 277. *num.* 5. & in ſtatutis ſemper ſic ſumitur, vt tradit *Panorm. in cap. per tuas num.* 5. de Simonia ab eodem *Barboſa citatus*, & ſenſus eſt, quod etiam ad officia ſeu Prælaturas nõ in eadem ordine ſed extra acquirendas Religioſus talis ſit inhabilis. Item inhabilitas lata in bullis Pauli V. *admonemur* & in bulla Greg. xiii. pro Auguſtinianis, Minoribus, Minimis, & Prædicatoribus non eſt vniuerſalis, ſicut illa quæ in alijs præfatis bullis continetur, quia ſe extendit ſolùm ad officia talia, & ſimilia, & maiora, vnde non ſe extendit ad diſſimilia, & minora.

74 Tertia pœna eſt priuatio vtriuſque vocis. Hanc pœnam non incurrunt omnes, quia in bullis Gregor. XIII. & Pauli V. pro Prædicatoribus, Minoribus, Auguſtinianis, & Minimis, talis pœna nõ infligitur. Et neſcio vnde *Portell. v. officia Ordinis nu.* 31. colligat ſuos fratres Minores ex vi bullæ *Admonemus* Pauli V. eſſe priuatos voce actiua, & paſſiua, ſi contra eius decretum ſibi procurẽt Prælaturas, &c. quia nec in illa, nec in alijs, quæ modò retulimus talis pœna eſt expreſſa. Benè à Greg. xiij. pro Caſſinenſ. & à Clem. viij. pro Carmelitis, Camaldulenſibus S. Benedicti, pro Eremitis S. Hieron. Congreg. B. Petri de Piſis, & à Paulo Quinto pro Cœleſtinis, &

Ciſter-

Ciſtercienſibus Italiæ talis pœna eſt inflicta.

75 Quarta pœna eſt nullitas Dignitatum collatarũ &c. ſeu priuatio dignitatum, Prælaturæ, Officiorum &c. obtentorum, Sed neque hoc decretum priuans, & irritans commune eſt omnibus Religioſis. Bis hæc pœna infligitur, nimirum ex parte ſubditorum, & eſt priuatio, vt in Bulla *Nihil in vnaquaque* 16. Greg. xiij. pro Caſſinenſ. ibi, *ac obtentis Prælaturis, dignitatibus, adminiſtrationibus, vel officijs, eo ipſo priuamus*, & ſecundo ex parte ſuperiorum ad inſtantiam extraneorum conferentium Prælaturas, & eſt irritatio, & annullatio, vt in eadem bulla ibi, *Decernentes electiones, & promotiones ad Monaſteria ſic litteris, aut alijs fauoribus &c. iniuſtè ac indebitè extortas, nullas, inualidaſque eſſe*. Et eadem decernuntur cũ maiori etiam expreſſione graduum, functionum, & honorum in bullis Clem. viij. 23. pro Carmelitis 43. pro Congregatione Camaldulenſium S. Benedicti 109, pro Cruciferis, & Pauli Quinti 98. pro Cœleſtinis. In quo etiam eſt conſiderandum diſcrimen. Quia in priori parte, vbi ſubditi priuantur obtentis gratijs, diſtinctè numerantur Prælaturæ, dignitates, officia, gradus, honores, adminiſtrationes, & munera. Sed vbi irritantur collata per ſuperiores ad inſtantiam extraneorum, numerantur promotiones ad monaſteria, Prioratus, & officia, & ſic collationes Abbatiarum, inſtitutiones Priorum, & promotiones ad officia in præfatis ordinibus factæ ad inſtantiam extraneorum ſunt ipſo facto nullæ, & nullius valoris. Et aliud diſcrimen attendi debet, quia in Bulla Gregor. xiij. pro Caſſinenſ. & Clem. viij. pro Camaldulenſibus manifeſtè Põtifices exprimunt ſe irritare promotiones *iniuſtè, ac indebitè extortas*, quod licet non exprimatur in Bullis Clem. pro Carmelitis, & Cruciferis, & Pauli Quinti pro Cœleſtinis, id tamen ſubintelligi debet. Non enim veriſimile eſt, quòd vbi in promoto nulla eſt culpa, quia eo vel inſcio, vel repugnante eius promotio facta eſt ad inſtantiam extranei alicuius, ipſe promotus puniri debeat. Et ita hæc nullitas locum habet, vbi promotio iniuſtè, & indebitè fuit ab ipſo promoto extorta. At verò huiuſmodi priuatio, & pœna nullitatis ipſo facto non fuit inflicta pro Prædicatoribus, Minoribus, Auguſtinianis, & Minimis.

76 Circa etiam huiuſmodi pœnarum inflictionem diſcrimen aliud eſt attendendum, quoniam licet excommunicatio ſit latæ ſententiæ, & inhabilitas, & aliæ pœnæ ſint latæ ipſo facto, tamen pro Carmelitis, & Cruciferis adeſt clauſula ſpecialis, & vrgens, ibi, *Omnes & ſingulos in præmiſſis delinquentes nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas irremiſſibiliter eo ipſo incurrere*. An verò hac clauſula ſtante, adhuc pœnæ non incurrantur niſi præcedente declaratoria ſententia, alibi eſt explicandum.

77 Pro nunc dicitur, ſuperiores poſſe, & debere procedere contra ſubditos, qui per extraneorum fauores conantur gratias extorquere Quod expreſsè decernitur pro Caſſinenſibus, & ſupradictis Camaldulenſibus, & iniunctum fuit ſuperioribus in ordine Prædicatorũ in Cap. Rom. 1650. & priùs præceperat Mag. Gen. Rodulphius die 16. Decẽb. 1629.

78 Pro formando etiam proceſſu contra huiuſmodi delinquentes priuilegiata valde forma conceſſa eſt à Clem. viij. Cruciferis, Carmelitis, & Prædicatoribus, ibi, in bulla pro Carmelitis, *& ad illas ſententias, & pœnas præmiſſas dãnabiliter incurriſſe legitimè probandũ, & omnino conuincendũ, ſolas præmiſſarũ perſonarum inſtantias, preces, & fauores etiam oretenus porrectas plenam, indubitatam, & ſufficientem in iudicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri*. Et quia in hoc Pontifex verè priuilegium concedit, & ſtatuit id, quod cedit in maximum fauorem ordinum, puto hoc priuilegium eſſe commune in vi communicationis priuilegiorũ, & in præſenti materia, & in hunc finem etiam alios ordines, qui gaudent priuilegio communicationis, eo poſſe vti.

79 Bene quoque *Portell. n. 30. &* 42. aduertit, quòd cum in prædictis bullis contineatur verbum *audeant*, vel *præſumant*, deducitur non comprehendi ſub his conſtitut. nec earum affici pœnis, niſi eos, qui ſcienter, & mala fide, non verò eos, qui inaduertenter, & bona fide ſine dolo dictis decretis in illis bullis contradicunt. Aduertendum tamen, quod non in omni parte, & omnibus dictis conſtitut. ea verba, habentur. Nam in pluribus illarum vbi eſt ſermo de ſubditis, abſolutè prohibetur ne recurrant ad extraneorum fauores, ideo in vnoquoque ordine debent Religioſi conſtitutiones pro eis latas conſiderare. In ordine Prędicatorũ in *Conſtit. d. 2. c. 13. §. 9. & in Gloſſa ibid. L. N. in ord. Cap. Rom.* 1589. non habetur verbum *audeant*, vel *præſumant*. Quod neque habetur in bulla Greg. xiij. vbi de ſubditis loquitur, ſed ſolùm vbi loquitur de Prælatis, habetur tamen in bulla Clem. viij. Ex quo videtur explicaſſe ordinationẽ illam *Cap. Rom.* 1589. quam confirmat, vt & ipſa intelligatur de ijs, qui audent & pręſumũt procurare gratias ordinis per mendicatos fauores. In bulla etiam Pauli v. 39. vbi interdicit recurſũ ad huiuſmodi fauores pro obtinendo Generalatu, non eſt verbum audeant, vel præſumant.

80 Multa vero hic dici poſſent quærendo qualiter huiuſmodi pœnæ incurrantur in conſcientia, & an Prælati poſſint diſpenſare ſuper inhabilitate iſta, & quid facere debeat Prælatus, qui per fauores huiuſmodi obtinuit Prælaturam ipſo iure nullam quæ alibi tractanda ſunt in communi.

81 Dubium etiam eſſe poteſt, an huiuſmodi conſtitutiones vigeant, vel ſint per contrarium vſum abrogatæ. *Peyr. d. tom. 3. c. 10. n. 10. fin.* inquit, viros grauiſſimos cenſere, conſtitut. latam pro minimis non obligare in conſcientia, quia non fuit recepta, & eam non obſeruari à viris pijs, & doctis. Sed hæc ratio non valet. Conſtitutiones enim Pontificiæ non indigent receptione ſubditorum, vt obligent, prout ſupra probatum eſt, ideo non ex hoc ceſſant obligare quia non ſunt receptæ, niſi Papa ſciat, & conſentiat. Bordonus econtra *controu.* 31. *num.* 26. cenſet, huiuſmodi conſtitut. non eſſe abrogatas, quia ſunt munitæ decreto irritanti, contra quod non valet non vſus, ſeu conſuetudo. Sed neque hæc ratio valet, quia aſſumptum nõ eſt certum, ſed immo probabilius eſt oppoſitum, ſcilicet, quòd conſtitutio etiam munita decreto irritanti conſuetudine abrogetur, quia *cap. final. de conſuetud.* non diſtinguit, ſed abſolutè ſtatuit legem conſuetudine rationabili, & legitimè præſcripta abrogari. Videantur *Suarez l. 7. de legib. cap. 19. num. 14. & Sanchez l. 7. de matrim. diſp. 4. n. 4.* Et vlteriùs ex dictis Conſtitut. non omnes ſunt munitæ decreto irritanti.

82 Conſiderandum eſt, quòd vbi vt plurimùm, & paſſim prædictæ Conſtitutiones non obſeruantur à Superioribus, vim illarum ceſſare reſpectu ſubditorum. Nam lex huiuſmodi Reipublicæ Religioſæ, iam non eſt vtilis, ſed pernicioſa, quia non ſeruit niſi vt diſcoli, & Deum non verentes, & dictas conſtitutiones non timentes obtineant, vt plurimùm medijs fauoribus extraneorum Prælaturas, gradus, & officia bonis derelictis, ſi velint eiſdem non vti fauoribus. Ideo tunc fauor eſt Reipublicæ, vt digni, qui ſuo merito indignos excludere non valent, illos excludant fauoribus, & fauores pro bonis vincant fauores pro indignis. Vnde neruus obedientiæ præfatarum conſtitutionum in ſuperioribus conſiſtit, qui ſi cedant, & nedum medijs fauoribus accedentes ad ſe non puniant, vt debent, ſed petitas gratias regulariter concedant, immò nedum concedant illas, quæ non indigent legum diſpenſatione, ſed in legibus diſpenſent, non poterunt ſubditi eaſdem obſeruare, tanquam iam Reipublicæ pernicioſas.

83 Aliud mihi conſiderandum videtur, nimirum, quod vix videtur poſſe dari cauſam rationabilem ex parte ſuperiorum, ratione cuius huiuſmodi lex, cuius tranſgreſſio eſt manifeſtiſſima Religionum ruina, non obſeruetur. Cum enim ex huius legis obſeruantia dependeat ſummum bonum Religionum, non poteſt dari bonum ex non obſeruantia reſultans, ratione cuius ſit melius eam non obſeruare. Solùm igitur poſſet deſumi ratio ex timore maioris mali, hic verò timor, ſi ſit priuatus, non ſufficit, quia tenētur Prælati etiam propria mala iniuſtè illata pati pro bono Reipublicæ, & iniuſtitia ſumma eſſet, ſi Prælatus, ne amitteret extranei amicitiā, vellet Religionem ſibi commiſſam perdere. Rariùs autem, ac rariùs, ex eo quod negentur gratiæ ex vi huius legis, poteſt imminere malum adeo graue, vt ſit minus malum abſolutè, & reſpectu communitatis gratiam concedere ad inſtantiam extranei, quàm negare. Si verò ſit malum imminens communitati, quia qui petit potens eſt, & ſi repellatur, odio habebit Religionem, & illam perſequetur; & hoc rariſſimè poteſt contingere, ſi aliàs ſuperior conſtans omnibus extraneis indifferenter neget huiuſmodi gratias, & non ex paſſione, neque ex partialitate Prælaturas, gradus, & officia diſpenſet, quia immò ab extraneis talis Prælatus habebitur pro ſancto & extranei cognita eius rectitudine non illum moleſtabunt, & ſi repellantur, ſi ſciant ſuperiorem ea ſola cauſa repellere, quia iuſtè non poteſt annuere, ædificabūtur, & patienter ſuſtinebunt, vt experientia ipſa cōprobat. ſed dū ſuperiores priuatis affectibus ducuntur in diſtributione Prælationum, officiorum, & graduum, & extraneis intercedentibus concedunt quibus volunt, & quibus volunt negant, priuata affectione huiuſmodi diſpenſationes regulante, nil mirum ſi interceſſores clamant, ſi repelluntur, quia non ex iuſtitia ſe repulſos præſumunt ab eo ſuperiore, qui aliorum interceſſiones audit.

84 Hanc ergo legem non obſeruari, nimis verum eſt, ſed hanc non obſeruantiam eſſe rationabilem ex parte ſuperiorum non puto, ſed eſſe maximum abuſum exiſtimo, & minimè tolerandū, ſed & ex parte inferiorū deficit ratio veræ conſuetudinis, ſi multi ſint, & maior pars timentium Deum, qui huiuſmodi legē ſeruant. Et in ſua Religione motus proprios de hac re nō eſſe per non vsū abrogatos dixit *Pottel.n.7.*

85 Quantùm ad ordinem Prædicatorum plures aliæ pœnæ latæ ſunt contra ſubditos per huiuſmodi mendicatos fauores, gratias ordinis procurantes, quas confirmauit, & recenſet Cap.Gen.Rom.1650. & refert *Font. v. fauores.*

CAPVT VII.

De electione Simoniaca.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo Doctrinæ. num.1.*

1 MVlta quidem traduut Theologi cum *D.Th.2.2.q.100. & 4. d. 25.* & Canoniſtæ Rubrica de Simonia, & Summiſtæ eodem verbo, alijque Theologi tractantes vel de vitio ſimoniæ, vel de cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quæ nunc ſupponenda potiùs sūt, quàm inueſtiganda, cum hic non tractetur de Simonia, niſi vt inficere valet electionem Canonicam, vnde hic videndum eſt qualis ſit ſimoniaca electio, & an ipſo iure ſit irrita, & nulla, & quibus pœnis puniantur, vel ſimoniacè eligentes, vel ſimoniacè electi. Quæritur autem primò.

S V M M A R I V M.

1 *Quid ſit ſimonia. num.2.*
2 *Simonia eſt ſtudioſa voluntas. num.3.*
3 *Simonia ſola voluntate committitur. num.3.*
4 *Simonia à Simone Mago irrito conatu cōmiſſa. n.3.*
5 *Materia proxima ſimoniæ eſt emptio, & venditio rei ſpiritualis in communi. num. 4.*
6 *Simonia reſpicit pretium. num.5.*
7 *Pretium eſt pecunia, ſeu pecunia æſtimabile. nu.5.*
8 *Materia remota ſimoniæ eſt res ſpiritualis. num.6.*
9 *Dona intellectus naturalia, an ſint vendibilia remiſsiuè. num.6.*
10 *Spirituale eſt donum Spiritus ſancti ſuper naturale num.6.*
11 *Spirituale dicitur dupliciter ſcilicet per eſſentiam, & cauſaliter. num.7.*
12 *Actus virtutum formaliter ſunt ſpirituales. nu. 7.*
13 *Annexum rei ſpirituali dicitur dupliciter, vel quia ſupponit ſpirituale, vel quia ad illud ordinatur. num.8.*
14 *An omiſſio actus ſpiritualis ſit materia ſimoniæ. num.9.*
15 *Omiſſio actus ſpiritualis cum non ſit Dei donum. non eſt materia ſimoniæ, num.10.*
16 *Nō eſt ſimonia dare pecuniā Titio, vt nō oret. n.11.*
17 *Non eſt ſimonia per ſe omittere actū debitum. n.12.*
18 *Peccat, ſed non eſt ſimoniacus, qui pro pretio non implet votum Religionis. num.13.*
19 *Iniuſtus eſt, ſed non ſimoniacus Parochus, qui pro pretio omittit celebrare, cum tenetur ex officio. num.14.*
20 *Quando omiſſio actus, moraliter cenſetur actus ſpiritualis poteſtatis, & eſt auctoritatiua omiſſio, eſt ſimonia pro pretio actum omittere. num.15.*
21 *Confeſſor, qui pro pretio negat pœnitenti abſolutionem eſt ſimoniacus. num.15.*

22 *Qui*

Digitized by Google

22 *Qui quaſi fungens poteſtate ſpirituali non corripit, vel non manifeſtat, ſi hoc faciat pro pretio, eſt ſimoniacus. num.16.*
23 *Simonia eſt pro pretio omittere actum ſpiritualem, vtendo poteſtate ſpirituali. num.17.*
24 *Si Iudex ſpiritualis peccantem non condemnet, iniuſtam dilationem donet. num.17.*
25 *Si Parochus iuſtè petenti licentiam confitendi alteri, neget. num.17.*
26 *Si examinator dignum non approbet. num.17.*
27 *Simonia eſt, ſi quis pretio ratione alicuius ſpiritualis vtilitatis, omiſſionem vendat. num.18.*
28 *Hoc exemplificatur multipliciter. num.18.*
29 *An ſit ſimonia pretio emere, ne alius indignè ſpiritualia miniſtret? num.19.*
30 *Pro pretio omittere actum ſpiritualem, ſpeciem mali habet. num. 20.*
31 *Simonia eſt mala ex triplici cauſa. num.21.*
32 *Simonia coram Deo non eſt neceſſe, quod ſit opere conſumata. num.22.*
33 *Simonia eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis. num.23.*
34 *Simoniaca electio, quæ ſit. num.24.*
35 *Electio communiſsimè ſumpta eſt ſimoniaca, ſi fiat pro pretio. num.24.*

2 QVæritur primò. Quid ſit electio Simoniaca? Ex diffinitione ſimoniæ colligi poteſt, quid ſit ſimoniaca electio, dicendo quod ſimonia in electione ſit ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi electionem ad Prælaturas, dignitates, & officia Eccleſiaſtica ſpiritualia, & electio ſimoniaca ſit electio ad ſpirituale officium empta, vel vendita. Nam à *D. Th.2.2. q.100.a.1.& 4.d.25.q.5. a.1.q.1.* definitur ſimonia, vt ſit ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum: Quam definitionem ampleɛtuntur Canoniſtæ, & explicat *Turrecrem. 1.q.1.c.1. Alber. Innoc.5. Durand.& Palud.in 4. d.25. D. Antonin.2.p.tit.1.c.5.§.1. Sylueſt. & Tabien. v.electio, Soto l.9. de iuſt.q.5.a.1. Nauarr.c.23.nu.10. Suarez tom.1. de Relig.tract.3.l.4.cap.1. & alij DD. communiter.*

3 Eſt enim ſtudioſa voluntas, quoniam omne peccatum interius eſſentialiter conſiſtit in electione libera, & hæc eſt ſtudioſa voluntas. Per voluntatem vero tanquam per genus definitur ſimonia. Tum, quia, vt ait *Innoc.V. citata diſtinct. q.2. a.1.* actus interior voluntatis eſt radix, & forma, & complementum peccati. Tum vt iudicetur peccatum hoc non operè tantùm, ſed ſolo affectu deordinato poſſe cõmitti, vt ſignificat *D. Th.4.diſt.25.q.3.art.1. q.1. ad primum,* & habet *Nauar. cap.23. num.100.* vnde & datur ſimonia mentalis. Vel quia prima ſimonia, quæ in Eccleſia commiſſa fuit à Simone Mago, vnde etiam nomen ſimoniæ hoc vitium ſumpſit, ſola ſtudioſa voluntate, & irrito conatu commiſſa eſt, vt placuit *Victor. in Relect. de ſimonia num. 3. cum Arnacan.l.10. de quaſt.Armen.c.12.*

4 Materia verò proxima huius peccati, vt aduertit *Innoc.5.d.art.1.* explicatur per verba illa emendi, & vendendi, ſub quibus verbis, vt docet *D.Th.2.2. q.100.a.1. ad quintum,& alij DD.communiter.* comprehenditur omnis contractus non gratuitus, vt ſunt tranſactio, renunciatio, permutatio, & alij contractus etiam innominati, & emptioni, aut venditioni æquiualentes, quales ſunt do vt facias, vel do, vt obligeris ad faciendum. Nam & in iure communi aliquando venditionis contractus ſumitur in hac generalitate, vt *l.ſicut §.venditionis, ff. quibus modis pignus.* Vbi *Gloſſa refert alia iura.* Et latiùs *Tiraquel.l.1. de Retract. §.2. Gloſſ.2. & ex Raym. aduertit Sylueſter,* nomine emptionis venire etiam redemptionem, Nam ſpiritualia nec emi, nec redimi poſſunt.

5 Et quia emptio, & venditio non ſunt ſine pretio, ſine quo contractus, nec eſſet emptio, nec venditio, ſed gratuita donatio, aut acceptio, quod eſt contra tationem ſimoniæ, vt habetur *cap.Gratia 1.q.1.* ideo, & hoc nomen pretium ſeu pecunia latè ſumitur pro omni eo, quod eſt pecunia æſtimabile, totum enim hoc eſt pecunia æquiualenter *D.Thom.2.2.q.78.a.2. c.& q.100 a.2.c.& a.5.c.* Ideo emptio, vt hic ſumitur eſt acceptio rei pro pretio, ſeu pro pecunia, vel eo, quod eſt pecunia æſtimabile, & venditio eſt collatio eiuſdem rei pro ſimili pretio. Et ſimonia quantùm ad actum externum eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis pro pecunia, vt pro pretio.

6 Materia verò remota Simoniæ eſt res ſpiritualis, vel ſpirituali annexa. Spirituale verò ſumitur pro eo quod eſt donum Spiritus ſancti in nobis, quo ſanctificamur, & viuimus in Chriſto vita gratiæ. Quidquid enim ſit de illa quæſt. an dona naturalia ſpiritualia, qualia ſunt dona intellectus, & voluntatis naturalia, ſint materia ſimoniæ, & ita vt ſimoniacum ſit vendere ſcientiam naturalem, de qua quæſtione videri poſſunt *D. Th.4.d.25.q.3.a.2.q.2.c. & ad 8. & quodl.8.a.11.& ead.diſtinct. Rich.a.3.q.2.Palud.q.5. Durand.q.3.* & iterum *D. Th.2.2.q.100.a.3. ad 3.& ibid.Caiet.& Raphael.à Turre diſp.4.* & iterum *Caiet.in ſumma v.Simonia, vbi Syueſt.num.40. Ang.10.nu.2. Soto l.9. de iuſt. q.5.a.1. Nauar.cap.23. nu.99. Victor.relection.de ſimon. Sanchez.tom.2.Opuſ. l.2.c.3.dub.4. Suarez.l.4.de ſim.c.8.* & alij moderni cõmuniter. Hoc eſt verum, quòd ſpiritualia non vendibilia, nec emibilia ſine ſimonia ſunt dona Spiritus ſancti ſupernaturalia, ſiue ſint ſpectantia ad gratiam ſanctificantem, ſiue ad gratias, quas dicunt gratis datas, ſiue ſint miniſteria quæcunque ordinata ad ſalutem animarum, ſiue inſtrumenta ſalutis, ſiue ab eccleſia propter animarum ſalutem ſtatuta & ordinata, & vniuerſaliter quodcunque donum ſupernaturale Spiritus ſancti. Ita ex *D.Th.2.2.q.100.a.1. & 3.& 4.c. Doctores citati,* & inſuper *Sanchez.tom.2. Opuſc.l.2.c.3.dub.1. Layman.l.4.trac.10.cap.8.§.1. Thomaſius de Simonia num.1. Baſſaus v.ſimonia num.1.*

7 Spirituale autem dici dupliciter tradit *D. Th.4. d.25.q.5.a.1.q.1.ad 3.* ſcilicet per eſſentiam, & cauſaliter: eſſentialiter ſpiritualia ſunt gratia virtutes, dona Spiritus ſancti, quibus nos ſanctificamur, & ordinamur in vitam æternam. Sed ſpiritualia inſtrumentaliter, & cauſaliter ſunt Sacramenta, quæ gratiam cauſant. *Sylueſter* addit tertium m mb: m eorum, quæ ſunt ſpiritualia effectualiter, ſeu effectiuè, vt actus ex ſpirituali gratia, & ſpirituali dono, vel ſacro officio prouenientes, vt baptizare, officium diuinum celebrare, miracula facere, & huiuſmodi. Sed hæc ſub altero ex primis duobus membris continentur. Nam virtutum actus ſunt ſpirituales in ſe ipſis eſſentialiter, quod nedum eſt verum de actibus internis, ſed etiam de externis, ſi ſumantur formaliter in quantum ſunt virtutum actus, & vt ſunt meritorij; pertinent enim ad ſpiritualem iuſtitiam, &

actualem ſanctitatem. Vnde officium diuinum recitare, licet materialiter ſit res ſenſibilis, tamen vt eſt actus Religionis, eſt formaliter eſſentialiter quid ſpirituale, tanquam Spiritus ſancti donum, quo ſunius in actu ſecundo religioſi formaliter, ſed actus officiorum, quibus Sacramenta adminiſtrautur ſunt ſpirituales cauſaliter. Nam licet pro vt ſunt actus virtuoſi ex virtute Religionis, & charitatis prouenientes, ad iuſtitiam ſpiritualem pertineant, ſicut & alij externi virtutum actus, tamen, quia etiam poſſunt haberi non virtuoſè, & per peccatorem exerceri, adhuc, hoc modo ſumpti, ſunt ſpirituales cauſaliter, quia, niſi cœtera deſint neceſſaria ad complementum Sacramenti, cauſant gratiam, & hoc modo ſpirituales ſunt actus gratiarum gratis datarum in eo caſu, in quo huiuſmodi actus non fiant virtuoſè, ſeu non ſint ex aliqua virtute, adhuc enim aliquod ſpirituale cauſant, ordinatū ad ſalutem proximorū.

8 Sed aliquid dicitur annexum ſpirituali dupliciter, vt tradit idem *D.Th.2.2.q.100.a.4.* Vel primò, quia licet ſit corporeum, tamen ſupponit per ſe ſpirituale, & ab eo dependet; & hoc modo ſpiritualia ſunt beneficia, quæ officium clericale ſupponunt. Vel ſecundo, quia ordinantur ad ſpiritualia, vnde in iſtis ordo eſt ſpiritualis, & hoc modo ſpirituale eſt ius patronatus, quod ordinatur ad præſentandum clericos ad Eccleſiaſtica beneficia; & ſimiliter hoc modo ſpiritualia ſunt vaſa ſacra, quæ ordinantur ad ſacrorum vſum. Et eodem modo ſpirituales ſunt actiones materiales, quæ ordinautur ad ſalutem. Et ſic ſpiritualia ſunt tanquam annexa ſpiritualibus; vel quia ſunt materia ſpiritualium, vt calices, & vaſa ſacra; vel quia ſe habent ad ſpirituale vt materiale, vt actiones ſenſibiles ad rationem virtutis, vel actiones Sacramentales ad virtutem cauſandi gratiam; vel vt inchoatio, & principium, ſeu via ad terminum, vt ius patronatus, nam præſentatio eſt via ad officium ſpirituale; vel quia ſupponit ſpirituale, vt beneficium ſupponit officium clericale: vnde eſt diſtinctio, quòd horum alia dicuntur ſpiritualia antecedenter, quia ſpirituale illa antecedit, & alia ſunt ſpiritualia conſequenter, quia cum tempore poſſint præcedere ſpiritualitatem, ſiunt ſpiritualia ex eo quòd ad ſpiritualia ordinantur.

9 Hic verò ſe ſe offert difficultas non parua, an ſcilicet materia ſimoniæ ſit nedum actus ſpiritualis, ſed etiam eius omiſſio. Videtur enim, quòd etiam omiſſio actus ſpiritualis cenſeri debeat materia ſimoniæ, quia negatio agendi moraliter cenſetur actio, quæ ad genus actus, quem negat, reducitur, & ſic ipſa quoque negatio actus ſpiritualis eſt quid ſpirituale, & ſupernaturale, quod ſi venditur, aliquod ſpirituale venditur. Sic enim cenſetur agere, nedum qui defendit, ſed etiam qui non defendit, cum tenneatur, cenſetur iniuſtè agere. Omiſſio igitur actus ſpiritualis eſt quoddam agere ſpirituale, quod venditur ſi pro pretio temporali ſit. Secundo quia *cap. nemo* 14. de ſimonia cenſentur ſimoniaci, qui pœnitentem non abſoluunt, & immò qui peccatorem non deferunt ad ſuperiorem & ideo hanc partem tenuit *Panormit.d.cap.nemo num.* 2. At verò è contra non poſſe circa ſolam omiſſionem committi ſimoniam tenet *Adrianus quodl.6.a.2.apud Suarez.cap.22.n.3.*

10 Dico primò, quòd per ſe loquendo non eſt ſimonia omittere actum ſpiritualem pro pretio. Ratio iſtius concluſionis eſt, quia ſimonia eſt vendere donum Dei ſpirituale pro pretio, ex illo Christi *Matt.10. Gratis accepiſtis, gratis date*, ſed amiſſio actus ſpiritualis non eſt Dei donum, nec eſt gratia accepta à Deo per ſe loquendo; ſed eſt doni priuatio, ſeu negatio, igitur qui illam vendit, non vendit aliquod ſpirituale Dei donum. Neque obſtat, quòd negatio reducatur ad genus illius actus, quem negat, quia reducitur tanquam negatio actus non tanquam aliquis actus. Nec obſtat, quòd omittens agere, moraliter cenſetur agere, quia hoc eſt verum de eo, qui agere tenetur, de qua omiſſione dicam infra, ſed modò loquimur abſolutè de omiſſione actus per ſe præcisè ſumpta, quæ nec aliter cenſetur actio, ſed eſt non actio, vnde non eſt res ſpiritualis niſi negatiuè, quia eſt negatio doni Dei, & ſpiritualis actus, ideò illam vendere non eſt vendere aliquod ſpirituale Dei donum, quod gratis ſit dandum, & ideò non eſt ſimonia. Et confirmatur, quia non eſt ſimonia pro pretio inducere aliquem ad peccatum, vt ad occidendum, vel ad fornicandum, igitur à paritate nec erit peccatum dare pretium pro omiſſione actus virtutis, quæ ſi cenſeatur actus, ad ſummum cenſetur eſſe peccatum cōtra virtutem. Et ideò hanc partem tenent *Sanchez.tom.2.Opus.l.2.c.3.dub.22. Suarez.l.4.de ſimonia c.22.num.11. Leſſ.* quem citat, & ſequitur *Laxman.l.4.tract.10.cap.vlt.nu.43. Fillinc. & Valent.* quos ſequitur *Baſſaus v.ſimonia 3.num.11. Pax Iordan.l.10.tit.11.num.120.*

11 Colligitur ex hoc non eſſe ſimoniam, dare pecuniam Titio, vt non oret, vel purè, & præcisè vt non eligat, vel vt non audiat miſſam, vel Epiſcopo, vt non ordinet aliquem, vel præsbytero, vt non celebret, vel alicui, vt eleemoſynam non faciat, quoniam huiuſmodi omiſſiones dona Dei non ſunt, quæ ſint donanda, ſed ſunt puræ negationes donorum Dei, ità DD. citati.

12 Ex hoc extenditur etiam ſi actus, qui omittitur ſit debitus, quia & tunc non agere ex pretio non eſt aliquod Dei donum vendere. Oppoſitum huius tenet *Panorm.in cap.nemo nu.2.de Simon.* ſed extenſionem admittunt *Sanchez, & Suarez,* & alij DD. citati; quia ex quo quis omittit facere, quod tenetur, peccat quidem, ſed non per hoc vendit aliquod donum ſpirituale.

13 Ex quo colligitur, quòd ſi quis, habens votum Religionis, ex pretio accepto omittat ingredi Religionem, eſt quidem ſacrilegus contra votum, ſed non eſt ſimoniacus, quia donum Dei non vendit, ſed omittit, quod licet ſit malum, quia contra votum, non tamen eſt ſimoniacum.

14 Et magis concluſio extenditur, vt ſit vera etiam ſi actus ſit debitus ex alicuius ſpiritualis officij debito, vt ſi Parochus in die, in quo tenetur miſſam dicere, pro pretio illam omittat. Vel ſi Parochus neget audire confeſſionem alicuius ex pretio recepto. Negat hoc *Vgol.Tab.1.cap.40.§.2.& 3.apud Suarez.d.cap.22.num.13.* quia qui propter pecuniam omittit vti ſua ſpirituali poteſtate, commutat ſpirituale pro temporali. Sed ratio non concludit, quia non vti ſpirituali poteſtate, non eſt ſpirituale niſi negatiuè. Et licet non agere cum quis tenetur agere, ſit moraliter quoddam agere, non tamen eſt agere aliquod bonum ſpirituale. Et ideò Parochus, qui, dum tenetur, miſſam non celebrat, aut Sacramentum non miniſtrat, eſt iniuſtus, & iniuſtè agere cenſetur, ſed non eſt ſimoniacus, nec commutat aliquod ſpirituale,

rituale; quia non vti ſpirituali poteſtate, quando quis debet, non eſt bonum agere, ſed eſt contra bonum ſpirituale, malum agere. Et ideò hanc partem tenent *Sanchez*, *Suarez* & alij DD. citati.

15 Dicitur ſecũdò; quòd omittere actum ſpiritualem pro accepto pretio ſemper eſt ſimonia, quando omiſſio actus ſpiritualis moraliter cēſetur eſſe actus alicuius ſpiritualis iuriſdictionis, & eſt veluti omiſſio auctoritatiua. Deducitur hæc concluſio ex *D. Th. 2.2.q.100.a.3.ad 3.& 4.d.25.q.3.a.2.q.2.ad 6. Palud.ibid.q.5.a.2.concl.2. Sylueſ. v. ſimonia q.9. dicto 5. & 9. Tabien.nu.46. Angel.v.ſim.3.n.32. D. Anton.2.p. tit. 1.cap.5.§.16. Gloſſ.in cap.nemo v.celet.& v.utrumque, Panor.ibid.num.2.& 6. Vgol.tab.1.cap.40.§.3.& ex Grat.§.qui autem poſt cap.nullus Epiſcopus 1 24.1. q.1. Gloſſ. Archid. Præpoſ.& Turrecrem.ibid.& ità tenent Sanchez, & Suarez num.9. loco citato. Layman.& Baſſeus citati*; Et ratio eſt; tum primò, quia *cap.nemo* 14. de ſimonia decernitur, ſimoniam eſſe, negare abſolutionem pœnitenti digno pœnitentia. Tum ſecundò, quia omiſſio, quæ venit ex poteſtate iuriſdictionis, & eſt auctoritatiua omiſſio, non eſt pura negatio, ſed moraliter cenſetur eſſe ſpiritualis iuriſdictionis actus, & ad actus morales habet vim moralem, & eſt quidam vſus Iuriſdictionis. Nam v. g. Confeſſor qui audita confeſſione, non vult pœnitentem abſoluere, eum moraliter ligat, vtendo ſua iuriſdictione; ſimiliter ſi epiſcopus completo proceſſu nolit iuſtitia exigente priuare reum beneficio, retinet illum in beneficio; Similiter ille, qui cum ex officio debeat deferre ad Epiſcopum aliquem delinquentem, id ommittit, facit vt delinquens maneat impunitus, & quantùm eſt ex ſe impœnitentem abſoluit. Ideo qui hoc modo poteſtate iuriſdictionis, vel officij ſpiritualis abutuntur omittendo facere, quod tenentur pro pretio, ſimoniaci ſunt.

16 Circa hunc vltimum caſum tamen eſt aduertẽdum, quòd abſcondere delinquentem, vel illum non deferre ad ſuperiorem per ſe præciſè, etiam ſi ſit cõtra charitatem, vel obedientiam, vel etiam iuſtitiam legalem, non eſt ſimonia ſi fiat pro pretio, quia non eſt vſus alicuius ſpiritualis poteſtatis, ſed indebita omiſſio actus debiti. Sed tunc eſt ſimonia quando aliquis v. g. Parochus ex ſuo officio, & exercendo iuriſdictionem, ſeu Paſtoralem curam in Paſchate non denunciat eum, qui non communicauit. Tunc enim auctoritatiuè peccantem occultat, ideò, ſi id faciat ex pretio, eſt ſimoniacus. Et ſic intelligi debet dictum caput *nemo*, & *D. Th. reſp. ad tertium* vbi habet, quòd ſimoniacus eſt, qui a corrigendo deſiſtit propter pretium. Intelligitur enim ad ſenſum illi⁹ reſponſionis de eo, qui vtendo poteſtate ſui officij nõ corrigit, & ſic auctoritatiuè peccatorẽ impunitum, vel non correctum relinquit, vt explicat *Suarez d.cap.22.num.15.*

17 Tunc igitur ſimonia eſt, cũ pro pretio quis exercendo iuriſdictionem, aut officij poteſtatem omittit, vt ſi Iudex contra inuentum criminoſum non procedat, vel iniuſtam dilationem concedat, vel conuictum non puniat, ſi licentiam ex iuſtitia debitam negat, vt ſi Parochus ſubdito iuſtè petenti licentiam alteri confitendi neget. *Paludanus, Sylueſt. locis citatis, Suarez nu.16. ex Vgol.tit.1.c.36.§.3.num.6 Baſſeus d.n.11. Layman.d.nu.43.* & in omnibus ſimilibus caſibus, in quibus adeſt moralis vſus ſpiritualis poteſtatis, vt ſi examinator ad ordines pro pretio dignos non approbet, *Suarez & Layman. citati.*

18 Dicitur tertiò, quod tunc etiam omiſſio ſpiritualis actus ſi fiat ob pretium eſt ſimonia, ſi ratione alicuius ſpiritualis boni pretio æſtimatur. Vt ſi detur pecunia alicui, ne opponatur, eo intuitu, vt alterius electio certior ſit, vel probabilior, vel detur electori pretium ne eligat, vt hoc modo alter electus euadat. Si quis ante obtentum beneficium det pecuniam alicui, vt non contradicat; ſi quis miſſam, quam audire ſolebat, omittat, pretio compenſãs fructum ſpiritualem quem ex miſſa capiebat. Vel ſi ſuum obſequium carius vendat, quia ob illud priuatur fructu ſpirituali miſſæ. In his enim caſibus in quibus omiſſio ratione ſpiritualis boni pretio æſtimatur, ſimonia committitur. *Suarez d. cap. 22. num. 18. Layman. d.n. 43.*

19 Dicitur quartò, ſecũdũ aliquos nõ eſſe ſimoniã, ſi detur pecunia, ne aliquis indignè exerceat actũ ſpirituale in quo tamẽ caſu recipientem pretium ſimoniacũ eſſe, qui recipit pretium ne ſimoniacè conferat ſpiritualia; tenuit *Panor.c.cum in eccleſia 9. de ſimon. n.8.& Redoan.p.p.cap.8.nu.9.* ſed alij dicunt, quod ſi pretiũ datur præciſè, & recipitur, ne actus ſpiritualis indignè habeatur, non eſt ſimonia, quia hoc non eſt emere ſpirituale pro pretio, ſed peccantem impedire. Sed ſi detur pecunia, vt actus non habeatur eſt, vel non eſt ſimonia, iuxta dicta in Superioribus *Suarez d.cap.22.nu.8.* ſed dicitur quod hic non eſt pura omiſſio agendi & quod huiuſmodi pacta habenda ſunt ve ſimoniaca, vt infra probo.

20 Tandem dicitur, quòd vendere omiſſionem actus ſpiritualis, ſi fiat ſine iuſta cauſa, habet adiũctam indecentiam, & ſpeciē quandam turpitudinis propter quam poſſet de iure humano conſtitui materia ſimoniæ. *Suarez d.cap.22.n.20. Baſſeus d.n.11. Pax Iord.l.10.tit.11.num.120.*

21 Simonia igitur eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi, aut res ſpirituales, aut annexa rebus ſpiritualibus *Ex Caiet. autem tom.2.opuſ.trac.9.q.2. & Soto l.9.q.8.a.1. addit Baſſæus*, quod ſi quis pœnitens indiſpoſitus pecunia emat fictam abſolutionem, ne adſtãtibus appareat ei dēnegari abſolutionem, quod non eſt ſimoniacus, quia non vendit rem ſpiritualem. Vnde ſimoniæ diffinitio debet intelligi de eo vere ſpiritual, non vero fictè, quia res ficte ſpiritualis, non eſt ſpiritualis. Et ſic ſimonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi rem ſpiritualem verè talem. Huiuſmodi enim emptio, & venditio, vt probant *D. Th. 2.2. quæſt.100. ar.1. Durand. d.25. q. 3.nu.2.* & alij DD. communiter, ex triplici cauſa eſt mala, & illicita. Prima eſt quia res ſpiritualis omne corporale pretium excedit, nec eſt pretio ęſtimabilis, vnde de ſapientia dicitur *Prou. 3. quod eſt pretioſior cunctis opibus, & omnia quæ deſiderantur huic non valent comparari*. Secundò quia id non eſt debita venditionis materia, cuius aliquis non eſt Dominus, Prælatus autem Eccleſiæ non eſt Dominus, ſed diſpenſator ſpiritualium, iuxta illud *Pauli 1. Corinth. 4. ſic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*. Tertiò quia venditio ſpiritualium repugnat eorum origini, ut ex gratuita Dei voluntate proueniunt. Vnde, & Dominus dicit *Matt. 10. Gratis accepiſtis, gratis date*. Ideo, & D. Petrus condemnans ſimoniam dixit: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam Dei donum exiſtimaſti pecunia poſſidere*. Res igitur ſpiritua-

rituales, & ob earum excellentiam,& quia Dei ſunt & quia vt donanda inſtituta ſunt, non poſſunt eſſe materia iuſtæ emptionis, & venditionis. Et propterea ſimonia,eſt ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi res ſpirituales, aut ſpiritualibus annexas.

22 Huic vero definitioni *Panorm. cap. nemo de Simon.* addidit opere ſubſequnto, ſed vt aduertit *Sylu.* hoc non fuit neceſſe, quia ſimoniæ peccatum in voluntaria electione completur, etiam ſi actualis emptio, aut venditio non ſequatur. Sed vt aduertit Turrecrem. *d.cap.1.c.q.1.* Canoniſtæ reſpexerunt ſimoniam, vt eſt peccatum extrinſecum punibile ab Eccleſia, quæ de internis voluntatis actibus non iudicat, & ideò dicunt ad ſimoniam eſſe neceſſarium, quòd ſubſequatur opus. Verùm vbi definienda eſt ſimonia abſolutè, debet tradi definitio, quæ omni ſpeciei conueniat, & talis eſt definitio data, quæ conuenit etiam ſimoniæ mentali.

23 Si etiam definiatur ſimonia quemadmodum illam definit *Caiet.v.ſimonia*, vt ſit emptio, vel venditio ſpiritualis, aut annexi ſpirituali, in idem redit, quia vt notat *Suar.tom.1.de Relig.trac.3.l.4.c.1.* intelligitur definitio de emptione libera, ideòque de ea in re executa, ſiue in voto acceptata, ſicut dum dicitur, quòd ſimonia eſt ſtudioſa voluntas emendi &c. non excluditur actualis, & deliberata emptio, & venditio, quia, vt emptio rei ſpiritualis ſit ſimonia requiritur, quòd ſit voluntaria.

24 Et his habemus,quid ſit ſimoniaca electio. Nã eligere ad Prælaturam, vel beneficium Eccleſiaſticum,eſt ſpirituale tanquam annexum rei ſpirituali, & ad illam ordinatum, eſt enim via, & diſpoſitio ad obtinendum officium ſpirituale, quale eſt officium curæ animarum, & iuriſdictionem ſpiritualem habens, vel quodcunque aliud clericale officium ad Dei cultum,& Religionem ordinatum. Vnde huiuſmodi electio,tanquam annexa rei ſpirituali,& ad illam ordinata, non eſt materia venditionis, & emptionis, nec ſine labe ſimoniæ emi poteſt, vel vendi. Et ideo ſimonia in electione eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi electionem ad officium ſpirituale, & ex conſequenti ad prouentus, qui officiũ ſpirituale ſupponunt. Et ſimoniaca electio, eſt ad ſpirituale officium electio empta, vel vendita. Et ſumitur electio communiſſimè, vt comprehendit nedum nominationem, & poſtulationem, ſed præſentationem, & collationem; & eſt aduertendum ex Rota coram *Mocdano de iur.patron.deciſ.4.* quòd ex actibus concurrentibus ad hoc vt aliquis prouideatur de beneficio, ſi prior eſt ſimoniacus tales quoque ſiunt ſequentes. Vnde ſi præſentatio eſt ſimoniaca,talis quoque eſt inſtitutio,& ſi ſcrutinium eſt ſimoniacum, eſt etiam ſimoniaca electio, & confirmatio.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi bonum temporale gratis datur,non habet locum ſimonia. num.25.*
2 *Etiam ſi ſimul detur,quando recipitur ſpirituale. num.25.*
3 *Non qualibet obligatio dandi temporalia pro ſpirituali eſt ſimoniaca.num.26.*
4 *Siue ſimonia iniri poſſunt aliqua pacta, ſub quibus res ſpirituales exigantur, num.27.*
5 *Quod tacitè ineſt,poteſt deduci in pactum. nu.28.*
6 *Sacerdos poteſt deducere in pactũ,eleemoſinam miſſa. num.28.*
7 *Pretium formaliter quid ſit. num.29.*
8 *De ratione pretij eſt, quod ſit pecunia, vel pecunia æſtimabile.num.29.*
9 *Pretium eſt pecunia ex conſenſu contrahẽtium æſtimata, vt æqualis recompenſatio rei ſpiritualis. num.29.*
10 *Res ſpiritualis dicitur emi, vel vendi, quando datur pro pretio tanquam pro æquali recompenſatione. num.30.*
11 *Dare rem ſpiritualem pro temporali, eſt dare illam ad finem commutandi illam cum re temporali.n.31.*
12 *Simonia importat cõmutationem, quæ excludit gratiam. num.31.*
13 *Simonia conſiſtit eſſentialiter in conuentione,& pacto. num.32.*
14 *Pactum, conditio, & modus diſtinguuntur. nu.33.*
15 *Simonia eſt,ſi detur res ſpiritualis ſub pacto,aut cõditione, aut modo. num.33.*
16 *Simonia cõſiſtit in intentione dantis temporale pro ſpirituali, & econtra.num.34.*
17 *Simonia duplex, vera, & præſumpta.num.35.*

25 QVæritur ſecundo. Per quid res temporalis conſtituatur in ratione pretij ad effectum inducendi ſimoniam? Hoc eſt idem ac quærere, per quid collatio tẽporalis alicuius boni pro electione habenda, cenſeri debeat emptio, vel venditio electionis; ſtat enim temporale dari electoribus, vel electores illud accipere, & tamen non eſſe emptionem, vel venditionem electionis.Nam quoties temporale bonum gratis datur, locum non habet ſimonia,vt habetur *cap. quam pio 2.& cap.ſicut Epiſc.4.1.q.2.*vbi decernitur, non eſſe ſimoniam, ſi poſt datum ſpirituale,aliquod temporale ſine pacto, & conuentione gratis donatùr.Sed immò ſi etiam ante receptum ſpirituale,aliquod temporale donetur non eſſe ſimoniam conſtat ex *cap.& ſi quæſtione* 18. de ſimonia, vbi à ſimoniæ crimine excluditur caſus, in quo frater Arigonen. Archiepiſ. equum donauerat P.Cardinali, accedenti, vt dicto Archiepiſ. pallium conferret. Et ſi in ipſo actu,cum ſpirituali ſimul donetur aliquod temporale, ceſſat ratio ſimoniæ vt habetur *cap. Placuit* 103.1.*q.*1.*& cap.dilectus* 30.de ſimonia, vbi in fine dicitur. *Illud tamen gratanter recipi poterit,quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum,& cap tua* 34.*eod. tit.*idem ſtatuitur, & in *cap.Cum.nu.9.de conſtit.vbi Innoc.Panor.num.26.& Felin.n.21.*& ratio eſt, quia quod donatur non venditur; nec emitur, quod gratis à donante recipitur.Ad hoc igitur,vt adſit ſimonia,non ſufficit ipſa traditio rei temporalis; ſi danti ſpirituale donetur temporale, vel donanti temporale detur ſpirituale.

26 Sed neque ſufficit obligatio dandi temporalia. Nam qui ſpiritualia miniſtrant ex obligatione, conuentione, & pacto,neceſſaria ad eorum ſuſtentationem licitè recipiunt, vt docet *D.Th.2.2.q.100.a.2.* Quoniam vt dicitur *Matth.10.dignus eſt operarius mercede ſua* & idem docet *Paul.Rom.15.& 1.Cor.9. & 1.ad Timoth.5.& habetur cap charitatem* 45.12. *q.1.*& ad hoc pertinent piæ oblationes ex conſuetudine introductæ, & leges præcipientes dari aliquid pro certis muneribus. Vnde ſtat aliquem teneri dare temporalia etiam ex lege, immo ex conuentione, & pa-

& pacto ei, qui ſpiritualia miniſtrat, & tamen non eſſe ſimoniacum.

27 Sed immo etiam ante traditionem temporaliũ iniri poſſunt ſine labe ſimoniæ pacta, conditiones & modi, ſub quibus res ſpirituales exigantur, vt tradunt *Gloſſ.v.conditione & Bald.in cap.ſignificaſti 4. de elect.& Panor.in cap.olim 12.de reſtit.ſpol.Sylu.v. ſimonia num.17.Tabien.nu.13.* Vnde poteſt dari terra, ſub conditione, quòd in ea conſtruatur eccleſia, & ſub conditione reſeruationis certi cenſus *d.cap. olim 12. de reſtit. ſpol.* & poteſt dari licentia conſtruendi eccleſiã ſub certo pacto, vt in *cap.quanto, & cap.ex inſinuatione de cenſibus, & cap.ſignificatum de præbendis*, vbi datur præbenda cum pacto celebrandi quotidie in tali eccleſia. Et quàmuis in huiuſmodi non interueniat pactũ propriè, vt cont. *Ang.ex D. Th.& Panorm.notat Sylu.loco cit.* eſt tamen ibi donatio ſub modo, vel cauſa. Et id quod modò prætendimus eſt, quòd ſine emptione, & venditione dari poteſt tẽporale cũ obligatione recipiendi ſpiritualia.

28 Nam & alia datur regula, quia nimirum quando aliquod temporale exigitur iure permittente, & iam tacitè ineſt, poteſt expreſsè poni ſub conditione, dum traditur ſpirituale. Sic à conſecrante eccleſiam, vel eam viſitante poſſunt exigi procurationes, *de ſimonia cap. cum ſit Romana, & de cenſ.cap.cum Apoſt.& de præſcrip.cap.cum officij, & 10.q.3.cap.relatum, Panor.d.cap.olim, Sylu.v.ſimonia num.17.Couar.in cap.alma mater p.1.§.9.nu.7.* quem refert cum alijs *Barboſ.in cap.ſignificaſti 4. de electione.* Cum igitur in his, & ſimilibus caſibus temporale poſſit dare ſub conditione, & obligatione ſpiritualium, videndum eſt, per quid temporalia cõſtituantur in ratione pretij, & ex conſequenti dare temporalia pro ſpiritualibus ſit emptio vel venditio, & ex cõſequenti ſimonia.

29 Dicendum igitur eſt, quòd pretium formaliter eſt aliquod pendens ab opere intellectus, & voluntatis, nimirum denominatio extrinſeca ab opere rationis deliberantis. Nam pretium eſt pecunia, vel aliquid pecunia æſtimabile, vel æſtimatum, quod ex conſenſu, & pacto, & æſtimatione, aut voluntate contrahentium, vel exigitur, vel datur ex obligatione iuſtitiæ, tanquam æqualis recompenſatio iuſtitiæ pro merce, ſeu re, quæ emitur, vel venditur. Nam in emptione, & venditione duo conſiderantur, vnum quod eſt materiale, & hoc eſt mutuum dare, & recipere, quia qui vendit dat rem venditam, & recipit pecuniam, vel aliud pecunia æſtimabile, quod lato vocabulo pecunia dicitur, & qui emit dat pecuniam, & recipit rem emptam. Et ſic in venditione, & emptione, materiale eſt, aliqua commutatio rerũ, quarum vna datur, & alia recipitur; ſed formale in venditione, & emptione, eſt pactum, & conuentio, quod conſiſtit in voluntate, & intentione contrahentium exteriùs ſufficienter manifeſtata; quia vendens dat rem ea intentione, vt emens reddat ex iuſtitia æquiualens pretium, & qui emit dat pretium, vt vendens ex iuſtitiæ obligatione reddat æquiualentem rem venditam; quamobrem duo ſunt de ratione pretij, vnum ſcilicet materiale, quod eſt eſſe pecuniam ſaltem communiter ſumptam, & aliud formale, quod eſt eſſe æqualem recompenſationem rei emptæ. Vt enim habet Lexicon iuris, tunc eſt pretium, cum æqua facta æſtimatione pecunia pro re datur. Ideo pretium eſt, quod aſſumitur tanquam æqualis recompenſatio, quæ datur pro re, vel pro quo res ipſa detur. Et non intereſt, an hæc æqualitas ſit realis, & vera, ſed ſufficit, quòd ſit æſtimata, & ex voluntate contrahentium conſtituta, quoniam ſcilicet ex mutuo cõſenſu contrahentium æſtimatur pecunia, vt æqualis recompenſatio pro qua detur res, vel quæ detur pro re habenda. Et quia, vt habet idem Lexicon, pretium, alicuius eſt pretium, ideo pretium ſimoniacum eſt res temporalis, quæ eſt pecunia communiter dicta, quatenus ex conſenſu contrahentium æſtimatur, vt æqualis recompenſatio, pro qua detur res ſpiritualis, aut quæ pro ipſa re ſpirituali habẽda ex æqualitate iuſtitiæ perſoluitur.

30 Inde dicitur, quòd ex hoc res ſpiritualis dicitur emi, vel vendi, quòd aliquis pro ea dat temporale alteri, vt ex obligatione reddat rem ſpiritualem, tanquam æqualem recompenſationem, vel dat rem ſpiritualem, vt recipiat ab altero temporale, tanquam æquale in valore, ſeu tanquam compenſationem ex æqualitate iuſtitiæ dandam. Et pactum in his eſt mutuus conſenſus dantis, & recipientis. *Sylueſ.v.pactum.* Quatenus dans dat, vt aliud recipiat, & qui vnum recipit, recipit, vt ex debito iuſtitiæ aliud retribuat. Et ſic temporale per hoc eſt pretium, quia datur ea intentione, vt ſibi detur ſpirituale tanquam æqualis compenſatio, & ex æqualitate iuſtitiæ debita ratione talis pretij.

31 Ità ſumitur ex *Archid.cap.Iudices, & cap.ordinationes 1.q.1.Præpoſ.ibid.num.5.Nauarr.in ſum.c.23. num 100.Suarez de ſimonia l.4.c.36.num.4.* Et probatur manifeſtè, quia dare vnum pro alio non aliud eſt, quàm dare vnum ex intentione, vt qui recipit, ſibi det aliud: ſeu dare, vt detur. Canones verò explicant labem ſimoniæ per hoc, quòd datur temporale pro ſpirituali, vel datur ſpirituale pro temporali, vt patet ex *c.Placuit 102.& ſeq.1.q.1.& cap.non ſatis 8.de ſimonia*, ibi. *pro earũ commiſsione nullũ pretium exigatur, & cap.cum in eccleſia 9.* ibi. *pro Epiſcopis &c.& cap.ſicut tuis 33.* ibi. *pro facto huiuſmodi aliqua pecunia offeratur.* Particula enim *pro*, intentionem finis importat, & hìc ſignificat intentionem, quæ habet pro obiecto commutationem temporalis, & ſpiritualis, quando dans temporale intendit commutationem ſpiritualis, ſcilicet ſibi pro temporali reddi ſpirituale, vel è contra. Quod ſecundò confirmatur, quia ſimonia importat commutationem, quæ excludit gratiam, vt deſumitur *cap.gratia 1.cap. gratiã 15.& c.placuit 22.* multiſque alijs capitibus *1. q.1.& explicat D.Th.2.2.q.100.a.1.* Ex hoc verò excluditur gratuitus contractus, & inducitur oneroſus, quia datur, vt reddatur ex debito, & obligatione iuſtitiæ, quia nimirum datur temporale ea intentione, vt ſibi reddatur ſpirituale ex æqualitate iuſtitiæ, & qui recipit temporale ex hoc ſe obligat ad reddendum ſpirituale, vel è contra. Nam & hoc importat ratio emptionis, & venditionis. Nam emens dat pecuniam pro re ex intentione, vt vendens ex iuſtitia ſibi det rem, & qui vendit dat rem ea intentione, vt ſibi ex iuſtitia reddatur pretium.

32 Et hoc idem explicant DD. aſſerentes eſſentiã ſimoniæ conſiſtere in pacto, ſeu conuentione dantis temporale, & reddentis ſpirituale, aut econtra Nam, & emptio, & venditio in hac conuentione conſiſtunt, Emens enim, & vendens contrahendo conueniunt, & emens dat pretium pro re empta tanquam pro æquali recompenſatione; & vendens

dat

Digitized by Google

dat rem pro pretio, & ita ſimonia eſt tunc, cum dans temporale, & ſpirituale contrahunt, & paciſcuntur, vt vno dante temporale tanquam pretium, alius det ſpirituale tanquam mercem, ſeu eccontra vno dante rem ſpiritualem, alius det pretium in re temporali, & ſic ſimonia conſiſtit in pacto innito, vt detur pro temporali res ſpiritualis, vel eccontra res ſpiritualis pro temporali. Prout paſſim deſumitur ex *cap. Qui ſtudet 1.q.1. & cap. cum pridem de pactis, & cap. Quæſitum de rerum permut. vbi Butr. n.3.10. Andr. nu.6. Hoſt. in cap.1. nu.3. de ſimon. Anchar. ibi n.3. Pariſ. conſ.30. nu.21. Dec. conſ.118. num.4. Capella Tholoſ. q.4.39. n.4. Rota coram Puteo l.2.d.167. n.5. & coram Seraph. deciſ.1029. nu.8. & p.4. tom.2. recent deciſ.93. n.6. & 12. & in Romana, ſeu Hiſpalen. ſimoniæ coram Blanchetto apud Farin. conſ.75. n.80. & p.1. recent. deciſ.108. nu.3. & p.2. deciſ.166. num.8. & deciſ.358. n.12. & coram Greg.15. deciſ.517 nu.33. Paſqual. quæſt.376. num.2.* Doctores enim iſti, & alij plures, merito docent nō eſſe ſimoniā ſine cōuentione, & pacto, quia vt docent omnes, ſimonia non eſt ſine emptione, vel venditione rei ſpiritualis pro pretio temporali, emptio verò, & venditio non ſunt ſine conuentione, & pacto per quod, qui emit dat rem temporalem, vt æquale pretium cui ex iuſtitia tribuatur res ſpiritualis empta, vel eccontrà, qui vendit dat rem ſpiritualem conueniendo, vt ſibi detur temporale pretium tanquam æqualis compenſatio.

33 Et licet diſtinguantur pactum, conditio, & modus. Nam pactum eſt plurium in idem placitum, & conſenſus *l.1. ff. de pactis. Sylu. v. pactum n.1.* conditio verò eſt quidam futurus euentus in quem ſuſpenditur diſpoſitio *Bart. in l.1. nu.1. ff. de cond. & demonſt. Sylu. v. conditio num. 1.* Modus autem dicitur omnis qualitas adiecta diſpoſitioni *l. obligationem §. modus ff. de act. & obligat. Sylu. v. conditio n.3.* Et ſimonia fit quotieſcunque detur res ſpiritualis ſub pacto, aut conditione, aut modo rei temporalis. *cap. Quam pio 1.q.1. & cap. cum pridem, & cap. cum clerici. & cap. fin. de pactis*; tamen ſemper adeſt conuentio inter partes, vt res temporalis habeatur pro pretio, vt æſtimetur, & aſſumatur quaſi æqualis recompenſatio rei ſpiritualis.

34 Conſiſtit igitur formalitas ſimoniæ in intentione dantis temporale in ordine ad ſpirituale, & pro ſpirituali obtinendo, vel eccontra, quod diſtinctè expreſſit *Innoc. III. in cap. Tua nos 34.* de ſimonia ibi, *ſi tamen is, qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quæ offert, ſpiritualia valeat adipiſci.* Sed quæri poteſt, an requiratur formalis intentio commutandi temporale in ſpirituale, vel ſufficiat virtualis, communiter dicitur, quòd ſufficit intentio virtualis. Sed de hoc dicam quæſtione ſequenti.

35 Benè verum eſt diſtingui debere ſimoniam veram à ſimonia præſumpta, & externa. Nam ſimonia vera, & coram Deo completa, non eſt niſi per voluntatem emendi, vel vendendi ſpirituale, ſed ſimonia in foro externo præſumpta eſt illa, quæ extrinſecus habet circumſtantias, ex quibus ſub præſumptione iuris, vel facti dicta voluntas prudenter præſumi poteſt. Sic enim datio, & receptio intuitu Religionis prohibita ab Eccleſia inducit ſimoniam in foro externo, quæ quidem poterit non eſſe vera ſimonia, ſed eſt ſimonia præſumpta à lege, quæ intuitu religionis tales dationes, & receptiones prohibuit, tanquam eas, quæ à ſimonia ſæpiùs prouueniant, & ex quibus propterea ſimonia præſumi poteſt Quia enim intentio operantium faciliùs occultatur, Eccleſia vt interno malo occurrat, ſtatuit, quòd pro ſimoniaco habeatur, qui in tali occaſione liberè hoc dat, vel recipit, quidquid ſit de ea intentione, qua dat, vel recipit.

SVMMARIVM.

1 *Simonia mentalis eſt velle vendere rem ſpiritualem. n.35.*
2 *Ratio difficultatis quæſtionis propoſita. nu.35.*
3 *Obiectum voluntatis ſimoniacæ eſt emptio, & venditio rei ſpiritualis. num.36.*
4 *Voluntas ſimoniaca habet pro fine proximo emere, vel vendere rem ſpiritualem. n.36.*
5 *Ad ſimoniam requiritur pretium, vt pretium. n.37.*
6 *Illa ſola voluntas eſt ſimoniaca, quæ reſpicit rem temporalem, vt æqualem recompenſationem rei ſpiritualis. num.37.*
7 *Voluntas ſimoniaca reſpicit rem temporalem, vt debitam. n.38.*
8 *Ad ſimoniam ſufficit voluntas implicita emptionis, vel venditionis rei ſpiritualis. nu.39.*
9 *Voluntas dantis ſpirituale, quæ reſpicit pecuniam, vel vt ſtipendium neceſſitatis, vel ſub quacunque actione excludente pretium nō eſt ſimoniaca. n.40.*
10 *Nullus dat ſpirituale ex intentione pretij, qui operatur pro temporali gratis recipiendo. nu. 41.*
11 *Qui dat ſpirituale, vt ſibi pecunia reddatur vt debita, eſt ſimoniacus. num.42.*
12 *Et hoc etiam in caſu, in quo hæc intentio ſit ſolum ex parte vnius. n.43.*
13 *Quotieſcunque temporale intenditur vt pretium, ſemper eſt finis principalis traditionis rei ſpiritualis, & non intereſt an ſit primarius finis ex parte operantis. nu.44.*
14 *Difficultas orta ex dictis. num.45.*
15 *D. Thomam, & Canoniſtas ſumpſiſſe ſimoniam largè non approbatur. n.46.*
16 *D. Thomam loqui de fine proportionato, & commenſurato operi ſpirituali aliqui aſſerant. nu.47.*
17 *Duplex finis ſcilicet operis, & operantis. num.48.*
18 *Coincidunt in idem, quod temporale ſit finis principalis traditionis operis ſpiritualis, & quod intendatur vt pretium. n.49.*
19 *Donatio non habet pro fine remunerationem. n.49.*
20 *Sola emptio, & venditio habet pro fine principali remunerationem. num.49.*
21 *Antiqui Theologi, & Canoniſtæ, dum dixerunt ſimoniam eſſe dare principaliter pro temporali ſpirituale, vel eccontra, locuti ſunt de fine operis. numer.50.*
22 *Temporale poteſt eſſe finis principalis traditionis ſpiritualis, implicitus, & explicitus. num.51.*
23 *Caietanus explicatur. num.51.*
24 *Non eſt ſimonia, ſi pecunia ſit ſola conditio ſine qua non dandi ſpirituale. num.51.*
25 *Non eſt ſimonia, ſi temporale ſit ſolum ex parte operantis finis principalis dandi ſpirituale. num.52.*
26 *Non eſt contra honeſtatem amoris, quod concupiſcentia vtilis ſit ratio amandi ex parte amantis. num.52.*
27 *Non eſt ſimonia ſi pecunia ſit ratio applicandi volunta-*

Digitized by Google

luntatem ad dandum ſpirituale. num.52.53.

28 *Non eſt contra rationem boni ſpiritualis, quod ſit vtile temporaliter, & vt tale babentur. n.52.53.*

29 *Licet omne pretium ſit finis eius, qui operatur pro pretio, non tamen omnis finis eſt pretium, ideò ſtat pecuniam eſſe finem, & non eſſe intentam vt pretium. num.53.*

30 *Vbi pecunia non eſt finis principalis traditionis ſpiritualis, non eſt ſimonia. num.53.*

31 *Stat pecuniam eſſe finem operantis, & non exigi vt debitam. num.54.*

32 *Stat pecuniam exigi vt debitam, & non vt pretium. num.54.*

33 *Poteſt aliquis operari ſpirituale principaliter ex parte amantis propter pecuniam, nedum ſine ſimonia, ſed etiam ſine peccato. num.55.*

34 *Quando peccet qui operatur ſpirituale principaliter propter pecuniam. num.55.*

35 *Intendere receptionem temporalis non vt pretium, ſed vt ſubſtentationem, eſt illud intendere ex ſecundaria intentione. num.56.*

36 *Diſtinguitur cauſa finalis, & impulſiua. num.57.*

37 *Non eſt ſimoniacum, quod temporale ſit impulſiuum ad dandum ſpirituale. num.57.*

36 QVæritur tertiò. Per quã voluntatẽ conſtituatur eſsẽtialiter, formaliter ſimonia? Seu an ſit idẽ, velle dare ſpirituale principaliter propter tẽporale, & velle dare ſpirituale pro pretio, vel è cõtra velle dare tẽporale principaliter propter ſpirituale, & velle dare illud vt pretium ſpiritualis? Indubitatum enim eſt ex iam dictis, quòd velle dare ſpirituale pro temporali, vt pro pretio ſpiritualis, eſt velle vendere rem ſpiritualem, & eſt ſimonia mentalis. Sicut è contra velle dare temporale vt pretium ſpiritualis, eſt velle emere ſpirituale, & ideo eſt mentalis ſimonia. Sed quia Canoniſtæ & Theologi antiqui communiter dicunt eſſe ſimoniam, ſi quis ex principali intentione intendat dare ſpirituale pro tempo ali, vel è contra, videtur apud ipſos, vel idem eſſe velle dare ſpirituale pro pretio rei temporalis, & velle dare ſpirituale principaliter pro temporali, & è contra, vel quòd ne dum ſit ſimonia velle vendere, & emere ſpirituale per temporale, ſed etiam velle dare ſpirituale principaliter pro temporali, aut è contra. Horum autem vtrumque falſum videtur. Quia nõ datur ſimonia niſi vbi interuenit res temporalis tanquam pretium ſpiritualis. Et aliàs non videtur, quòd eadem ſint hęc duo, ſcilicet dare temporale, vt habeatur ſpirituale, & dare temporale, vt pretium; quia bene poteſt contingere, quòd temporale ſit medium ad conſequendum ſpirituale, & non ſit pretium illius. Ideò diligentiùs inueſtigari debet, quæ, & qualis intentio ſit neceſſaria ad hoc, vt dando temporale ob ſpirituale quis ſit ſimoniacus, & præcipuè an ſufficiat, quòd aliquis det temporale tanquam propter finem principalem, vt obtineat ſpirituale, vel è contra dare ſpirituale principaliter ob bonũ temporale. Prætermiſſis verò circa hoc punctum varijs ſententijs ex diuo Thoma, & antiquis Theologis, & Canoniſtis, & etiam ex modernis punctum hoc explicandum eſt maiori breuitate, & claritate qua fieri poſſit.

37 Dicitur ergo primò, quod quidquid in contrarium ſenſerint aliqui recentiores, quos ſine nomine recenſet *Gibalinus de ſimonia q.2.* obiectum voluntatis ſimoniacæ eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis pro temporali, & idcirco finis, & intentio ſimoniaca illa eſt, quæ pro fine proximo habet vendere, vel emere rem ſpiritualem per temporale pretium. Et ex conſequenti eſt voluntas, quæ reſpicit pretium, vt pretium aut datum, aut receptum pro re ſpirituali. Prima pars huius aſſerti patet ex definitione ſimoniæ, quæ eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vendendi rem ſpiritualem, vt habet *D. Th. 2.2.q.100.art.1. ex S.Gregor. & ex cap. Altare 1.q.3.* & eſt communis ſententia Theologorum, & Canoniſtarum. Ex hac autem prima parte aſſertionis, cõcluditur ſecunda; quia nimirum finis proximus principalis ſcilicet, & proprius voluntatis ſimoniacæ eſt emere, aut vendere rem ſpiritualem. Nam ſemper proprium obiectum voluntatis illius eſt proximus, & proprius, & principalis finis. Voluntatis enim obiectum eſt bonum & finis. *D.Th.p.2.q.1 a.1.c.& a.2.ad 3.& a.3.* vnde in idem coincidunt obiectum, & finis voluntatis intrinſecus, & proximus, & proprius, vt communiter tradunt Theologi cum *D.Th.ad q.18.p.2.* Ideo *D.Th.* ſemper voluntatem ſimoniacam explicat per intentionem emendi, & vendendi rem ſacram, vt patet *p.2.q.100.a.p.r.* & *ad tertium, & quintum, & a.2.ad 4.* ibi. *Si tamen deſit intentio emendi, & vendendi, & art.3.c.* ibi. *Ita tamen, quòd deſit intentio emptionis, & venditionis, & ibid.ad 2.* ibi. *Non eo tenore dant, quaſi intendentes orationes emere.* Et quodl.8.*a.11.* ibi. *Simoniã committit, qui huiuſmodi actus vendere intendit,* Et eadem docet *in 4.d.25.tota quaſt.3.* & ex hac parte aſſertionis, tertia cõcluditur, nimirum quòd voluntas ſimoniaca, habens pro fine principali proximo emere, vel vendere rem ſpiritualem reſpicit rem temporalem non qualitercunque, ſed vt pretium rei ſpiritualis: Nam non eſt emptio, vel venditio ſine pretio, cum emptio ſit in qua pro merce datur pretium, & venditio in qua datur merx pro pretio. Et ideo ad ſimoniam requiritur, quòd id, quod datur, pro re ſpirituali detur voluntariè, & ex intentione vt pretium rei ſpiritualis. Quod ſæpiùs tradidit *D. Th.2.2.q.100.a.2.* ibi. *Non enim ſumitur tanquam pretium mercedis, ſed tanquam ſtipendium neceſſitatis. Et ibid.ad ſecundum. Sacerdos non accipit pecuniam quaſi pretium conſecrationis. Et ibid.ad tertium. Non exigitur ab eo, qui abſoluitur quaſi pretium abſolutionis, & ibid.ad quartum. Et ideo ſi aliqua ex conſuetudine exigatur quaſi pretium rei ſpiritualis cum intentione emendi, vel vendendi, eſt manifeſtè ſimonia,* & eadem docet tota illa *quaſt. & in 4.d.25.tota q.3.* Vnde totam aſſertionem tradiderũt *Albertus in 2.d.25.a.2.& 5. Innoc. V. ibi.q.2.a.p.& 2. Palud.ibid.q.4.& q.5. Durand.q.3.num.11.& q.4.num.4. Ricard.a.3.q.p.in reſponſ.ad argumenta D. Anton. par.2.tit.1.cap.5.§.1. & 3. Caiet.in ſumm. v. ſimonia §.circa tertium & eodem verb. Sylu.& Tabien. Victor. de ſimonia num.33. & 34. Nauar.cap.23.nu.100. Sotus l.9.de iuſt.q.8.a.1. Raphael de Turre 2.2.q 100.a.6.diſp.2. Ledeſma p.2. tract.2.concl.1. Suarez l.4.de ſimonia cap.44.n.8. Layman. lib.4.tract.10.c.8.§.1. num.2. Paſqual. q.376. num.2.& 378.nu.1. Pax Iordan. Elucid.t.2.l.10.tit.11. num.2. Toletus cap.90.num.4. Rodriq.cap.59.nu.2. Palauſ.p.3.de ſimonia diſp.3.p.4.nu.2. Gibalinus de ſimonia quæſt.2.* & communiter omnes DD. docẽtes ſimoniam eſſe voluntatem emendi, aut vendendi ſpiritualia.

38 Dicitur ſecundò quòd illa ſola voluntas eſt ſimoniaca, vel illa ſola intentio conſtituit ſimoniam, quæ rem temporalem reſpicit vt condignam ſecundùm æqualitarem valoris rei ſpiritualis & ita vel debitam ex vi pacti, ſi accipiatur res ſpiritualis, vel dãs jus habendi rem ſpiritualem ex pacto, & ex vi rei tẽporalis datæ, aut promiſſæ. Ratio eſt, quia cum intentio ſiuıoniaca ſit illa ſola, quæ reſpicit rem temporalem vt pretium ex conuentione intentum, eſt etiam illa iam deſcripta; quia de ratione talis pretij duo ſunt, ſcilicet æqualitas valotis ad mercem, & vel jus habendi mercem, ſi pretium detur, vel debitum dandi pretium, ſi merces recipiatue. Vtrumque autem hotum probatue, & quidem quòd prerium importet æqualitatem valoris ad mercem, habetur ex *D.Th.4.d.25.q.3.a.3.q.5.c.*ibi. *Secundò, quia pretium emptionis ponitur quaſi menſura adæquans illud quod emitur, vnde à menſurando numiſma dicitur ſecundùm Philoſophum in 5. Ethicor. gratia autem nõ poteſt commenſurari alicui corporali bono, vnde iniuriam gratia facit, qui Sacramenta gratia vendit, aut emit. Et 2.2.q.110.a.1.* Ex hoc primo probat, quòd res ſpiritualis ſit materia indebita emptionis, & venditionis, quia *res ſpiritualis non poteſt aliquo terreno pretio compenſari.* Ideo, vt ſupra etiam dictum fuit, in Lexicon iuridico dicitur. Propriè tamẽ pretium eſt, cum æqua facta æſtimatione, pecunia pro rebus ſoluitur; neque verè pretium eſſe poteſt, niſi quod ſit alieu jus rei pretium. Patet itaque hoc de ratione pretij eſſe, vt vel verè ſit, vel habeatur vt æqualis, & condigna compenſatio illius rei, quæ cum prerio commutatur. Et ideo id intenditur vti pretium rei ſpiritualis, quod habetur & intenditur, vt condigna, & æqualis compenſatio eiuſdem tei ſpiritualis; Et ita hoc idem ſentiunt omnes illi, qui ideo ſimoniam cenſent eſſe ſacrilegium peſſimum, quia per eam ſimoniacus intendit rem ſpiritualem compenſare pretio tempoeali, qui ſunt *Durand.4.d.25.q.3. num.6.Innoc.5.a.2.c.D.Anton.p.2.c.4.§.1.Soto l.9.de iuſt.q.5.a.2.concl.1.Victor.Relec.de ſimonia n.11.Suarez.l.4.de ſimon.c.2.nu.7.Layman.l.4.tr.10.cap.8.§.1. nu.2.Baſſæus v.ſimonia p.num.3.Bell.diſq.cler.par.2. §.35.num.11.Raphael à Turre 2.2.q.100.a.1.in paraphraſi artic.& alij.*

39 Secunda autem pretij conditio ex priori ſequitur. Nam vbi alienum non donatue, ſed datur ex intentione commntandi, ſeu compenſandi, ibi ſtatim ex eo accepro oriue debitum compenſationis in recipiente, qui verò datrem ſpiritualem ex intentione temporalis, ſeu qui vendit rem ſpiritualem intendit pretium, vnde pretium venditionis eſt pecunia (hic pecunia laegè ſumitur ſicut, & venditio) æqualis valoris, vt debita danti rem ſpiritualem ex vi rei ſpititualis datæ. Vel in emptione pretium eſt pecunia, vt dans ius habendi rem ſpiritualem ex vi largitionis eiuſdem pecuniæ. Ideò tunc res temporalis intenditur vt pretium, cum intenditur vel vt compenſatio debita ei, qui dat rem ſpiritualem, vel vt id cui pro compenſatione debetur res ſpiritualis. Et ità hanc aſſectionem tenent DD. ſupracitati pro prima concluſione.

40 Dicitur etiam tertiò. Non eſſe neceſſe ad ſimoniam, quòd hæc intentio vendendi, aut emendi rem ſpiritualem, aut intentio habendi rem tempoealem, vt pretium rei ſpiritualis habeatur expreſsè, & per expreſſum pactum initum inter vendentem rem ſpiritualem, & ementem; ſed ſufficit, quòd habeatur virtualiter, implicitè, & æquiualenter. Hanc concluſionem docuit *Caiet.v.ſimonia §.circa tertium,* pro quanto vult illum habere intentionem pretij, qui principaliter dat rem ſpiritualem pro temporali. Vnde hoc idem ſentiunt Canoniſtæ omnes, & Theologi, qui dicunt ſimoniam eſſe, dare ſpirituale pro temporali principaliter, Qui ſunt *D.Th. quodl.8. a.11. & 2.2.q.100.a.5.ad 3.Altiſiodoren.3.par.ſum. tract.de ſimonia q.2.Alenſ.p.2.q.167.memb.3.Durand. in 4.diſt.25.q.4.nu.7.Richar.q.2.a.3.Gabr.q.4.Maior. diſt.15.q.29.ad quintum & 4.d.25.q.vnica ad primum Palud.q.5.Caiet.in ſum.v.ſimonia c.3.Corduba lib.p. q.32.Nauar.in manual.cap.23.num.101.Couar.lib.1. var.cap.vlt.num.3.D.Anton.par.2.tit.1.cap.5.§.17. ver.2.&c.Silu.v.ſimonia num.5.citans Archid.Armill. v.reliquiæ nu.5.Philiarc.de offic.ſacerdot.2.p.lib.3.c.9. Paſqualig.q.381.num.2.* Horum enim DD. ſententia eſt, quòd etiam ſi non interueniat pactum expreſſum inter partes, ex eo committatur ſimonia, quòd finis principalis dandi ſpirituale ſit recipere aliquod temporale pro ſpirituali, vel finis principalis dandi temporale ſit pro eo accipere ſpirituale. Quod qualiter ſit verum infra explicatur. Expreſsè autem aſſertionem poſitam, nimirum quòd ad ſimoniam ſufficiat pactum implicitum, ſeu implicita intentio emendi, aut vendendi pro temporali rem ſpiritualem, docent *Victor.num.36.Suarez.d.lib.4.cap.36.n.6. & cap.44.nu.8.Raphael à Turre 2.2.q.100.a.6.diſp.2. Gibalinus de ſimonia quæſt.2.* In moralibus enim implicitum pro explicito habetur. Et habere ex intentione virtuali, vel implicita temporale pro pretio rei ſpiritualis illi injuriam facit, nec gratis rem ſpiritualem dat, ſi virtualiter illam dat pro pretio. Tota igitue difficultas conſiſtit in videre, quando ſit habere intentionem implicitam emendi, aut vendẽdi rem ſpiritualem, & an ex eo, quòd quis ex principali intentione operetur ſpirituale pro temporali lucro, cenſeri debeat implicitè emere velle, vel vendere rem ſpiritualem.

41 Dicitur igitur quarto, quòd quotieſcunque dans ſpirituale, vel ſpirituale operans pro temporali re, ſeu pro pecunia reſpicit pecuniam, velut ſtipendium neceſſitatis, vel ſub quacunq; alia ratione excludente rationem pretij, etiã ſi principaliter operetur proptee pecuniã habendã nec intẽdit implicitè pecuniã vt pretiũ, nec eſt ſimoniacus. Ita tenent *D.T.2.2.q.10.a.2.ad ſecundum & 4.d.25.q.3.a.2.q.1. ad quartum Et ibi Innocent.V.quæſt.2.ar.2.ad 4.6.10. & 12.Palud.q.5.art.2.conc.2. Durand.quæſt.3.nu.11. D.Antonin.p.2.tit.1.c.5.§.3.Viguer.cap.5.§.6.verſ.9. concl.3.Sylu.v.ſimonia num.3.regula 3. Caiet.v.ſimonia §.Circa tertium Soto l.9.de iuſt.q.6.a.2. primo ad finem à Valentia tom.3.quæſt.2.Suarez l.4. de ſimonia cap.44.n.11. Sanchez l.2.moral.c.43.nu.22. & l.2.op. l.2.cap.3.d.8.num.12. Raphael à Turre 22.q.100.a 6. dub.2.concl.2. Layman.l.4.tract.10.cap.8.§.2. num.13 Baſſans v.ſimonia p.n.8.Pax Ior.l.10.tit.11.nu.132.* Erideo etiam ſi in hoc caſu, qui dat ſpirituale non ſit illud daturus, niſi temporale accipiat, non eſt ſimoniacus. Quamuis contrarium huius tenuerit *Durand.4.d.25.q.4.num.7.* Habetue hæc concluſio ex *D.Th. 2.2. quæſt.100.a.2.* vbi abſolutè docet, quòd miniſtri Sacramentorum poſſunt accipere temporalia miniſtrando Sacramenta, ſi illa recipiant non vt pretium operis, ſed tanquam ſtipendium neceſſitatis.

ris. Ideò Sacerdos, qui non eſt celebraturus niſi habeat ſtipendium, ex principali intentione intendit pecuniam, ſed quia non intendit illam vt pretium operis, ſed vt ſtipendium neceſſitatis, ideo nō eſt ſimoniacus. Quod euidentiùs apparet in Sacerdote, vel non ieiuno, vel exiſtente in mortali peccato, qui celebrat, ne ſtipendium miſſæ perdat. Hic enim Dei obſequium pro fine non habet, cum Deū offendat, ſed intendit principaliter ſtipendium, pro illo enim celebrat, & ſine illo non celebraret, & tamen non eſt ſimoniacus, licet ſit ſacerdos peſſimus, quia non intendit pecuniam vt pretium, ſed vt ſtipendium. Idem dici poteſt de Concionatore, qui ex concione intendit principaliter vanam gloriam, quem tamen nullus dicet ſimoniacum. Et quàmuis qui opus ſpirituale agit principaliter ob ſubſtentationem, vel alium finem peccet, ſi finis ille eſt malus, vel non ordinatus in bonum finem vltimum, vbi tamen operans non intendit temporale, vt pretium, & verè non emit, aut vendit rem ſpiritualem nec expreſſe, nec implicitè, non eſt ſimoniacus.

42 Dicitur quintò: Quòd nullus dat ſpirituale ex intentione pretij etiam virtuali, & implicita, qui operatur principaliter pro lucro temporali gratis ex alterius liberalitate obtinendo. Ita tenent *Caiet. loco cit. Sylu. v. ſimonia n. 3. regula 3. Soto l. 9. de iuſt. q. 6. a. 2. Victor. num. 37. Suarez l. 4. de ſimonia cap. 44. n. 11. Raphael. de Turre d. diſp. 2. Valent. 3. par. diſp. 6. quæſt. 16. punct. 3. q. 4. Layman. l. 4. tract. 10 cap. 8. §. 2. n. 17. Baſſæus v. ſimonia primo num. 8. Sanchez l. 2. moral. cap. 43. n. 22.* Et probatur ex *D. Th. 2. 2. quæſt. 100. ar. 3. ad ſecundum* ibi *Illi qui dant eleemoſynas pauperibus, vt orationum ab ipſis ſuffragium impetrent, non eo tenore dant, quaſi intendentes orationes emere, ſed per gratuitam beneficentiam pauperum animos prouocant ad hoc, quòd pro eis gratis, & ex charitate orent.* Quicunque igitur dat temporalia, vt gratis ex beneuolentia recipiat ſpiritualia, licet hoc faciat ex principaliſſima intentione, nec intendit emere ſpirituale, nec eſt ſimoniacus, ſicut nec eſt ſimoniacus pauper, qui ex principali fine orat, & petit eleemoſynam, vt gratis recipiendam, nec quiſquam alius dans ſpirituale ex ſpe gratis recipiendi temporale. Et quàmuis aliundè ex huiuſmodi intentione, ſi non ſit recta, poſſit contingere peccatum, nunquam tamen hoc peccatum erit ſimonia, quia non erit expreſſa, vel implicita emptio, aut venditio rei ſpiritualis pro temporali.

43 Dicitur ſexto: Quod qui dat ſpirituale principaliter proximè propter pecuniam, vel rem pecunia æſtimabilem ex intentione, vt pecunia ſibi reddatur vt debita ex vi datæ rei ſpiritualis, & è contra, eſt ſimoniacus, etiam ſi de hoc expreſſè non conueniat, & paciſcatur. Hic enim in ſua intentione verè intendit pecuniam, vt pretium, quia intendit illam vt in valore commenſuratam rei ſpirituali, ex quo intendit pecuniam, ſeu rem temporalem ſibi deberi ex iuſtitia ex vi datæ rei ſpiritualis, quia iuſtitia æqualitatem importat. *Ita Suarez n. 8. & Raphael. à Turre loco citato.*

44 Quod extenditur ab eiſdem, vt verum ſit, etiam in caſu in quo ſine expreſſo pacto, vnus contrahentium ſibi perſuadens, licet falsò, aliud dare pecuniā tanquam pretium, cui debeatur ex æqualitate res ſpiritualis, eadem intentione ſuſcipiat, & ex ea alteri danti pecuniam, rem ſpiritualem reddat. Hic enim, quantum ſit ex ſe ipſo, dat rem ſpirituale pro pretio rei temporalis, quia dat illam ei, quem credit illam velle emere, & ex parte ſua, emptioni conſentit, & rem ſpiritualem vendit.

45 Dicitur verò ſeptimo: Quòd quotieſcunque temporale intenditur vt pretium rei ſpiritualis, ſemper eſt primarius finis traditionis ipſius rei ſpiritualis, & nihil intereſt, an ſit primarius finis ex parte operantis, vel ſecundarius, ſed ſemper intentio iſta eſt ſimoniaca. Explicatur prima pars huius aſſerti. In ſimonia enim opus externū eſt, cōmutatio rei ſpiritualis cū tēporali; Cum verò res tēporalis accipitur, vt pretium rei ſpiritualis, & res ſpiritualis venditur, ſēper ex parte operis pretiū eſt finis proximus principalis, quia hæc eſt natura venditionis, vt ſit traditio rei pro pretio, vt ex principali, & propria cauſa, ſicut è contra ſi res ſpiritualis emitur, & datur pretium pro re ſpirituali, ſemper res ipſa ſpiritualis ſub ratione mercis eſt proprius, & principalis finis operis, quia emptio non eſt niſi traditio pretij ad finē habendi rem emptam, quæ eſt merx. Ideo reſpectu operis externi, quod conſiſtit in cōmutatione rei ſpiritualis cum temporali, quando res temporalis concurrit vt pretium, ſemper concurrit, vel vt finis proprius operis, vel vt merx, quia in venditione rei ſpiritualis pretium eſt finis, in emptione verò rei ſpiritualis, finis eſt res ſpiritualis, ſed vt merx à vendente vendita pro pretio, vt pro fine. Sed nihilominùs alius poteſt eſſe finis principalis operantis; ve ſi elector vendat electionem pro pecunia ex hoc fine principaliter, vt ex benignitate alterius obtineat gradum, vel vt aliquid aliud operetur. Et in eo caſu eſto, venditio electionis non ſit vendentis finis primarius, venditio tamen eſt ſimoniaca: Et ſumitur ex *Vict. n. 33. & 34. & Soto l. 9. de Iuſt. q. 6. a. 5. q. 8. ar. 1. & tradunt Suarez nu. 8. Raphael à Turre d. diſp. 2.* ſicut enim, ſi quis tempore famis principaliter ex charitate vendat triticum, illa venditio eſt vera vēditio, ita ſi quis ex quocunque alio amore, & fine vendat electionem, vel rem ſpiritualem, illa remanet vera venditio, & ſimonia.

46 Ex ijs verò colligi videtur, vanam eſſe diſtinctionem antiquorum de fine principali, & ſecundario, quoniam ex dictis conſequi videtur, quòd ſimonia non ſit, etiam ſi quis ex fine principali det ſpirituale pro temporali, ſi intendat bonum temporale, vt finem, non verò vt pretium. Et quod per ſe ſit falſum, quòd dare rem ſpiritualem principaliter propter bonum temporale ſit vendere rem ſpiritualem, & ſit ſimonia; Et è contra ſit ſimonia etiàm ſi res temporalis intendatur vt finis ſecundarius, ſi intenditur vt pretium, & quòd ſit falſum, quòd intendere temporale vt pretium ſit intendere illud vt finem principalem, & è contra.

47 *Suarez d. cap. 44.* ait Theologos, & Canoniſtas antiquos, & inter illos D. Thomam ſumpſiſſe ſimoniam largè proue comprehendit omne ſacrilegium, quod poteſt committi dando ſpirituale pro temporali, vt tunc cum aliquis dat temporale pro ſpirituali tanquam propter finem principalem ſit ſimonia latè ſumpta, & ſacrilegium, ſi talis eſt intentio, vt ſiſtat in re temporali propter ſe appetenda, & in in hoc ſenſu ſumatur intentio principalis. Verùm *Suarez* ipſe meritò dixit ſub dubio, fortaſſe ſic poſſe reſponderi, nam certum eſt Theologos, & Canoni-

noniſtas, & præcipuè D. Thomam loqui de ſimonia propriè, aliter non loquereutur ad rem, & conſequentet, cum quæſtiones quas proponunt, & per eam diſtinctionem reſoluunt de ſimonia propriè loquantur.

48 Reſpondet ſecundò ad locum *D.Th.ex quodl.* 8. *a.* 11. & eum eo conuenit noſter Raphael à Turre, *D.Th.* non loqui de omni fine, ſed de eo qui intenditur, vt proportionatus, & commenſoratus operi ſpirituali, quod colligunt ex illo verbo *D. Th. ſi recipit quaſi finem ſui operis*, nimirum quaſi finem operi proportionatum, & commeſuratum. Sed, & hæc expoſitio, quæ materialiter vera eſt, deficit, quia in modo loquendi limitat propoſitionẽm *D.Thomæ* quæ abſolute, & vniuerſaliter vera eſt. Ex ea enim explicatione, & modo loquendi limitatur propoſitio *D.T.* quaſi dari poſſit caſus, in quo pecunia poſſit eſſe finis principalis traditionis rei ſpiritualis, & tamen non adſit ſimonia, quia poſſit accidere, quòd pecunia ſit finis principalis traditionis rei ſpiritualis, & tamen poſſit non intendi vt proportionata tali operi, quod quidem non eſt verum, ſed impoſſibile, vt infra oſtendo.

49 Dicitur igitur octauò, quòd conuertibiliter ſe habent habere temporale pro fine principali traditionis operis ſpiritualis, & habere temporale tanquam pretium ſaltem implicitè, & virtualiter. Et quòd vniuerſaliſſimè verum eſt, quòd tradere ſpirituale propter temporale, vt propter finem principalem operis eſt vendere ſpirituale, & eſt ſimonia, ſicut econtra vbi ſpirituale ſit finis principalis operis illius, quod eſt traditio rei temporalis, tunc res ſpiritualis eſt merx, & eſt id, quod emitur, & ſimoniacè emitur. Diſtingui igitur hic debet inter finem operis, & finem operantis ex *D.Th.2.2.q.141. a.6.ad primum & 2. d.1.quæſt.1.ar.3.* Nam v. g. ædificationis finis eſt ædificium humanu vſui proportionatum, ſed miniſtri ædificantis finis eſt lucrum. Sic etiam commutationis finis eſt redditio æqualis, aut venditionis finis eſt pretij receptio, ſed vendentis finis poteſt eſſe, vel ſuperbia, vel luxuria, vel miſericordia, vel aliud verum bonum, vel apparens.

50 Hoc ſuppoſito conſiderari debet, quod largitio alicuius rei, vt eſt donatio, non reſpicit ex natura ſua aliquam retributionem, ſed bene hanc reſpicit vt eſt traditio onéroſa, & pars commutationis cuiuſcunque, iam enim ex natura ſua hoc habet, vt eius proprius, & fructus, & finis ſit retribui tantum in alia materia, quantum tribuitur. Donatio igitur ex natura operis ordinatur in bonum eius, cui res donatur, nec vt in finem principalem ordinatur in aliquam retributionem etiam ex gratitudine prouenientem, ſed reſpicit bonum donatarij, quamuis ex fine donantis poſſit, & retributionem, & alia bona intendere, & ſperare. Sed traditio rei, vt eſt pars commutationis, ex intentione operis habet pro fine retributionem, & recompenſationem ſecundùm proportionem æqualitatis. Igitur traditio rei ſpiritualis non poteſt habere receptionem rei temporalis, vt finem principalem ex parte operis, ſi traditio rei ſpiritualis ſit donatio, ſed ſolùm ſi ſit inchoata commutatio formaliter. Igitur traditio rei ſpiritualis non poteſt habere pro fine principali ex parte operis retributionem temporalis, niſi reſpiciat illam vt terminum commutationis; quod eſt reſpicere illã vt pretium, & vt terminum venditionis latè ſumptæ. Conuertibiliter igitur ſe habet eſſe finem principalem ex parte operis traditionis rei ſpiritualis, & intendi vt pretium, ſicut è contra traditio rei temporalis, ſi ſit donatio, non habet ex parte operis pro fine retributionem ſpiritualis. Et ſi illam habet, iam traditio rei temporalis eſt pars commutationis, & eſt pretium latè ſumptum, cuius finis proprius eſt recompenſatio per traditionem mercis, & ſic bonum ſpirituale intenditur, vt merx per pretium temporale emibilis.

51 Antiqui ergo Theologi, & Canoniſtæ optimè loquuti ſunt, quia non ſunt loquuti de fine operãtis, ſed de fine operis, quod expreſſit manifeſte *D. Th. in illo quodl.8.a.11.* ibi *ſi enim huiuſmodi diſtributiones recipit, quaſi finem ſui operis principaliter intentum ſimoniam committit, & ità mortaliter peccat.* Hæc enim conuertibiliter ſe habent, habere pro fine principali operis ſpiritualis temporale ex parte operis, & habere illud vt pretium, & ſic vendere ſpirituale pro temporali, & econtra conuertuntur, ſpirituale eſſe finem principalem ex parte operis traditionis rei temporalis, & ſpirituale eſſe mercem, & emi per rem temporalem. Quod expreſsè tradidit *Caiet.v.ſimonia §. circa tertium.* Et idem tenuerant *Gloſſ. in c. vnic.de Cler.nõ reſident in 6.v.receperit & Gloſſ.& Hoſtien.in c.olim de verbor.ſignific.Panorm. Felin. & alij in c.ſuam de ſimonia, Gloſſ.in c. cum eſſent eod.tit.Nauar.c. fratres de pœnit.diſt.5. nu.56. Couar. l.1.variar. c.20.n.2.& 5.Gibalinus de ſimon.q.2.9.Valent.22.d.ſ.6 q.16.p.3.* & alii plures, quos recenſet *Suarez d.c.44. num.2.& 3.*

52 Neque obſtat id, quod ponderat *Suarez d.c.44. n.3.* ſcilicet, quòd *Caiet.* enumeret vt duo diſtincta habere pecuniam vt pretium, & vt finem principalem ſui operis ſpiritualis, & vtrunque ait eſſe ſimoniam, Vnde videtur velle, quòd ſimonia ſit agere ſpiritualiter propter pecuniam, etiam ſi pecunia ſit finis operantis; quia licet ſemper pecunia ſit pretium, vbi eſt finis principalis operis facti pro pecunia, tamen hoc contingit dupliciter, quia aliquando ratio pretij eſt expreſſa, aliquando verò eſt tacita, cum ſcilicet ſine pacto expreſſo quis operatur propter pecuniam, vt propter finem operis intrinſecum, & ſic ſunt duo modi ſimoniæ, ſcilicet habere pecuniam vt pretium expreſſum, & vt pretium implicitum, quod contingit quando quis operatur ſpirituale, ita vt pecunia ſit finis principalis intrinſecus ipſius operis. Cœterùm vbi pecunia non eſt finis principalis operis, ſed eſt finis extrinſecus, licet ſit finis principalis operantis, ibi non eſt ſimonia, quia neque eſt intentio pretij explicita vel implicita, quia omnis emptio, & venditio, ſeu omnis traditio rei pro pretio habet pretium pro fine principali, vel rem ſeu mercem, vt acquirendam per pretium. Bene verum eſt, vt idem *Suarez aduertit num.15.* quod hæc doctrina non poteſt aptari omnibus Canoniſtis, ſeu etiam Theologis, quoniam aliqui eorum, vt *Felinus, & Durandus, & Nauarrus*, & aliqui alij apertè loquuti ſunt etiam de fine operantis. Quinimò *Felinus, & Durand.* ſenſerunt ſimoniam eſſe, ſi pecunia ſit conditio ſine qua quis non operetur ſpirituale, vt ſi Canonicus taliter intendit pecuniam, quòd non iret ad Chorum niſi lucraturus eſſet diſtributiones, ſed horum ſententia non eſt ſequenda & eam etiam reijcit *Nauar.* quia nõ per hoc amor eſt malus, quia vtilitas eſt ratio amandi ex parte amantis, quia imò nihil à

nobis

nobis eſt amabile, quòd non eſt nobis conueniens, & in puriſſimo, & honeſtiſſimo amore charitatis cõcupiſcentia vtilis eſt ratio amaudi ex parte amantium, quia amicabilia, quæ ſunt ad alterum, ſunt ex amicabilibus, quæ ſunt ad nos, & Propheta inclinabat cor ſuum ad faciendas Dei iuſtificationes propter retributiouem; eſto enim ſperata retributio ſit ratio amandi Deum ex parte amantis, & inchoatiuè, & diſpoſitiuè, tamen amor ipſe non eſt mercenarius, neque eſt emptio, ſed meritum, vt *D. Th. docet* 1.2.*q.*100.*a.*1.ad tertiũ, quia tendit in Deum, vt propter ſe ſummè amandum, & in Deum ſic amatum omnem vtilitatem reducit, & reſoluit.

53 Hinc ſoluitur illa difficultas, quam ex Valentia *tom.3.diſp.6.q.16.p.3.tractat Paſqualig.q.*381. An ſcilicet ſit ſimonia accipere pecuniam pro applicatione animi ad conferendum aliquid ſpirituale, affirmat enim *Paſqualig. contra Valentiam*. Sed iuxta prædicta dicendum eſt oppoſitum. Tum primò quia ſtat, quòd aliquod ſit ratio applicandi animum ad aliquid, & volendum, & amandum ſolùm ex parte amantis. Nàm, & hæc eſt naturalitas amoris etiam honeſtiſſimi, vt dicebam, quòd eius initium ſit concupiſcentia, ſeu amor vtilis, ſeu conuenientis amanti, & ita vt hic amor ſit ratio, & conditio ſine quo voluntas non excitaretur, vt amaret. Quoniam voluntas nec tenetur, nec poteſt amare niſi id, quod amanti, vel conueniat, vel vt tale apprehendatur, vnde eſt, quod concupiſcentia vtilis, vel conuenientis ſemper eſt initium cuiuſcunque amoris, & ratio amandi ex parte amantis. Et quia non eſt contra rationem boni ſpiritualis, quòd ſit homini vtile etiã temporaliter, & ferat vtilitatem pecuniæ ſeu rei pecunia æſtimabilis, nedum non eſt ſimonia, ſi bonum ſpirituale ametur, vt hoc modo vtile, ſed huius vtilitatis concupiſcentia poteſt eſſe initium amoris honeſtiſſimi, quo ſine peccato, & meritoriè ametur bonum ſpirituale, vt infrà explico. Et ſic ſine ſimonia poteſt optimè eſſe, vt amare ſpirituale quatenus eſt temporaliter vtile ſit ex parte amantis ratio quare de facto voluntas ad executionem operis ſpiritualis ſe applicet. Secũdo quia vt bene probant DD. ſupracitati, non debet confundi ratio finis, & ratio pretij, quia licet omne pretium ſit finis eius, qui operatur pro pretio, non tamen omnis finis eſt pretium, ant merx empta pro pretio. Finis enim, vt obtinendus ex liberalitate, non eſt pretium, nec pretij merces, & tamen finis ſemper habet vim motiuam ad applicandam voluntatem. Itá in præſenti pecunia conſiderata nou vt pretium, ſed vt ſuſtentamentum, ſicuti eſt quoddam bonum, ſic eſſe poteſt finis mouens ad hoc, vt aliquis velit adeſſe Choro, & tunc tamen nnu erit pretium, nec recitare in choro ex hac cauſa erit vendere orationem pro pecunia. Quàmuis igitur nulla ſit ratio applicãdi ad aliquod agendum, niſi vt finis, & quàmuis omnis operatio, quæ eſt propter aliquem finem in intentione operantis ordinetur quodammodo tanquam medium ad illum finem, non tamen omnis finis eſt operi intrinſecus, & reſpectu eius, & ex parte eius principalis, ex fine verò extrinſeco opus non habet ſpeciem propriam, & ſibi ſubſtantialẽ, & eſſentialem, ſed eum habet ex obiecto, & fine intrinſeco, vt ex *D. Thom.p.2.q.3. ad 3.& q.18. a.2.r. & q. 19. a.1.c.* docent *Medin. p.2. q.18.a.6. Et* ibi *Curiel. dub.2.§.2. Martinez. dub. 2. concl.2. Aranius dub. vnic. nu.* 12. *Corneo diſp. 3. dub.2.& diſp.5.dub.3. Ildephon. contr.* 186.*dub.1.nu.*110.*& Conrad.p.2.q.72.ad primum.* Vbi igitur hominis operatio intrinſecè non eſt propter pecuniam tanquam propter pretium, ſed reſpicit pecuniam, vt debitam ſuſtentationem quod ex fine operantis hoc ſit principaliùs, vel non principaliùs intentum, non facit quòd opus ſit ſimnniacum. Quoniam nec ex fine extrinſeco opus habet ſpeciem intrinſecam ſimoniæ, vel habere poteſt. Stat, igitur, quòd pecunia ſit finis operantis, & ratio ob quã operans operetur ſpiritualiter, & tamen opus non ſit ſimoniacum, quia non reſpicit pecuniam, vt finem proprium principalem ſibi intrinſecum, & vt pretium, ſed vt extrinſecum finem operantis.

54 Nec obſtat, quòd vbi excluditur gratuita acceptio, & donatio in ſpiritualibns, ibi interuenit ſimonia, *cap.1.& cap.gratia 1.q.1.* Et docent communiter DD. Tum quia non valet conſequentia, pecunia eſt finis, ergo pecunia prætenditur vt debita, ſiue accipitur, & datur ex debito, & non gratuitò, quia optimè ſtat, quòd aliquis operetur propter pecuniam, vt habendam ex liberalitate, & non ex debito. Tum ſecundò quia neque omne debitum infert in ſpiritualibus ſimoniam, ſed ſolùm illud debitum per quod pecunia debetur, vt æqualis, & proportionata recompenſatio rei ſpiritualis. Nam aliàs pro operibus ſpiritualibns debetur miniſtris pecunia, vt ſuſtentamentum, & ita vt debeatur ex iuſtitia, & ita vt, prout multi DD. docent, & dictum eſt ſupra *n.*26. etiam ante opus ſpirituale exhibitum poſſit miniſter paciſci de pecunia tanquam pro ſuſtentamento debito, & ideò non eſt contra ſpirituale, vt ei temporale reſpondeat, vt debitum, ſolùm igitur ſimoniam infert ratio debiti, quam fert pretium, vt pretium, non quam fert ſuſtentamentum, quia imò qui ſeruit altari de altari viuere debet. vt docent communiter DD. cum *D. Th.2.2. q.100.a.2.corp.* Stat igitur quòd aliquis habeat pro fine ſuſtentamentum, & ex hoc moueatur, vt velit ſpiritualia conferre, & ita operetur principaliter propter pecuniam, & tamen non ſit ſimoniacus, quia uon vendit rem ſpiritualem pro pecunia, ſed illam donat, licet intendat ſuſtentari miniſtrando ſpiritualia. Nam vt aduertit *D. Th. quodl.*8.*a.*11.*c.* in his caſibus temporale non eſt ratio ſpiritualis ſecundùm ſubſtantiam, ſed quod operans hic, & nunc ſpirituale miniſtret.

55 Sed hæc clariùs etiam manifeſtantur, oſtendendo quomodo nedum ſine ſimonia, ſed ſine peccato poſsit aliquando quis operari ſpirituale principaliter propter pecuniam. Quàmuis enim aliqui ex Canoniſtis, & Theologis antiquis viſi ſint velle abſolutè, quòd miniſtrare ſpiritualia principaliter propter pecuniam ſemper ſit peccatum. Vnde dum eam dixerunt eſſe ſimoniam mentalem, dici poſſit eos loquutos fuiſſe de ſimonia latè, & metaphoricè dicta. In quo ſenſu *Suarez.d.cap.*44.*num.*12. interpretatur. *Tabien.v. ſimonia num.*18. dicentem, de mente aliquorum ſimoniam eſſe cõcionari ob vanam gloriam principaliter. Tamen in rei veritate doctrina illa limitanda eſt. Nam qui miniſtrat ſpiritualia principaliter propter pecuniam, vel in pecunia ponit vltimum finem, vel non: ſi ponit in pecunia vltimum finem, vt contingit ſi ad illam conſequendam negligit Dei mandata, vt ſi ſacerdos exiſtens in mortali, vt non amittat eleemoſynam, & ſtipendiũ miſſæ velit celebrare, talis procul dubio mortaliter peccat,

cat,

Digitized by Google

cat, & ſacerdos in tali caſu nedū eſt ſacrilegus, quia celebrat indiſpoſitus, ſed eſt ſacrilegè auarus, quia non refugit abſtinere à ſacrilegio vt paruam pecuniam conſequatur. Sic qui reſpicit pecuniam, vt pretium rei ſpiritualis ponit finem vltimum in pecunia, propter quam vendit ſpirituale miniſterium, & eſt ſacrilegè ſimoniacus. Sed ſi aliquis ex parte operantis intendit principaliter pecuniam ob miniſterium ſpirituale, non tamen ponit finem vltimum in pecunia, dupliciter ſe habere poteſt, quia vel non ordinat pecuniam in aliquem finem honeſtum, vel eam ordinat. Si primum, *Raphael à Turre* 2.2.q.100. a 6.dub.2.§.*ſi verò bonum*, putat, quod habere hoc modo pecuniam vt finem proximum principalem, licet non vt primum, ſit peccatum mortale ex genere, licet ſit veniale ex paruitate materiæ. Quia eſt irreuerentia rei ſacræ illi præferre temporalem, & aſſumere illam, vt medium ordinatum ad rem temporalem tanquam ad finem. Sed meliùs *Suarez d.c.44. nu.2.* hoc cognoſcit peccatum veniale ſolummodò, ſi res temporalis aliàs non ſit mala, ſeu malè acquiſita. Ratio eſt, quia de facto, & in rei veritate non eſt contra naturam, & dignitatem rei ſpiritualis, vt ſit vtilis etiam temporaliter tanquam cauſa temporalis vtilitatis, & propterea ordinetur ad vtilitatem temporalem cauſandam, non præciſè tanquam nudum medium, ſed tanquam cauſa temporalis vtilitatis; igitur non eſt iniuria rei ſpiritualis quòd illa ametur etiam vt temporaliter vtilis; quòd verò hic amor ſit deordinatus, quia non ordinat hanc vtilitatem temporalem in finem honeſtum, non eſt tanta deordinatio, quę ſufficiat ad peccatum mortale, niſi alia ratio malitiæ adueniat. Et ad rationem in oppoſitum dicitur, quòd non eſt hoc præponere ſpirituale temporali, imò eſt illud præferre, quia eſt aſſumere ſpirituale non vt purum medium, ſed vt cauſam vtilitatis temporalis, ad quam cauſandam etiam ex ſe ordinatur. Sed ſi miniſtrans ſpiritualia principaliter propter pecuniam tanquam ob finem proximum operantis, ordinet hoc in aliquem finem honeſtum, nullum eſt peccatum, ſed actus eſt bonus. Quoniam vt dictum eſt, non eſt irrationabile aſſumere ſpirituale, vt cauſam vtilitatis tëporalis, vnde ſi hoc fiat ex fine honeſto, & ſine aliqua mala circunſtantia ſit ſine peccato. Sicut ſi pauper ſacerdos, qui aliàs v. g. infirmus, vel aliqualiter indeuotus abſtineret à celebratione miſſæ, ſi celebrat, vt ſe hoc modo ſuſtentet, & ſuæ neceſſitati ſuccurrat, & Deo ſeruiat, non peccat, & ita benè docent *Suarez, & Raphael citati*, quia vtilitas non eſt ratio miniſtrandi ſpiritualia abſolutè, ſed quòd hic, & nunc miniſtretur. Et hoc ex parte operantis, tanquam ſcilicet diſpoſitio ſe tenens ex parte voluntatis, & eo modo quo concupiſcentia vtilis eſt ex parte amātis diſpoſitio, vt bonum honeſtum amet.

56 Hinc quoque explicatur, quomodo, & quare intendere receptionem temporalis non vt pretium, ſed vt ſubſidium neceſſitatis ſit intendere bonum tëpo tale ex ſecunda intentione, & minùs principaliter, & non ſit ſimonia. Quidquid enim ſit de fine operantis, qui finis poteſt ſine ſimonia eſſe ſtipendium temporale, tamquam is finis, qui moueat ad exercitium actus ſpiritualis hic & nunc, vt dictum eſt, non tamen ſtipendium eſt finis operis, niſi ſecundarius, & conſequenter. Sed miniſtrans Sacramenta non ſimoniacè, Sacramenta vt Sacramenta donat, vnde primarius finis talis operis, non eſt aliqua retributio, ſed tamen ex conſequenti, & ſecundariò, quia iuſtum eſt, vt qui eſt deputatus & obligatus ad miniſtranda Sacramenta ſuſtentetur, & Sacramentorum miniſterium eſt in hoc ſecundariò, & ex conſequenti ſuſtentatiuum tëporaliter, adeo quod temporale ex conſequēti, & ex fine operis ſecundatio ordinatur in bonum temporale, non vt pars commutationis propriè loquendo, ſed vt cauſa Superioris ordinis in ſuum effectum.

57 Colligitur quoque, non ſine cauſa, vt prætendit *Suarez n.* 13. DD. plures diſtinguere inter cauſam finalem, & impulſiuam, quidquid enim ſit de illis, qui dicunt cauſam impulſiuam non eſſe finalem quod non eſt verum niſi de cauſa impulſiua ex parte intellectus, illa diſtinctio bene intellecta iuuat, quia cauſa impulſiua etiam ex parte voluntatis eſt finis ex parte volentis mouens, ſed cauſa finalis dici poteſt finis operis proximus, & principalis, qui tamen diſtingui poteſt à fine impellente, quando finis operantis, ex quo ad operandum allicitur, eſt alius à fine operis, ſicut qui furatur, vt habeat vnde adulteram ſuſtentet, & niſi hoc adeſſet non furaretur. Sic enim ſtat, quòd quis vendat electionem non impulſus niſi ab alio aliquo fine, ſeu econtra, quòd aliquid pro electione accipiat, & non recipiat illud vt pretium, ſed aliunde ex alio fine excitatus, & impulſus.

SVMMARIVM.

1 *Senſus Quæſtionis. n.58.*
2 *Ad effectum priuandi aliquem beneficio, ſimonia debet concludenter probari. nu.59.*
3 *Vbi agitur de beneficio acquirendo, ſufficiunt leuiores probationes. num.60.*
4 *Ad probandam ſimoniam, ſufficiunt coniecturæ. numer.61.*
5 *Ad probandam ſimoniam, admittuntur teſtes inhabiles, & criminoſi. nu.62. 63.*
6 *Inimici capitales, & conſpiratores, non ſunt teſtes ad probandam ſimoniam. num.62.*
7 *Nec mediator particeps muneris, admittitur ad probandam ſimoniam. n.63.*
8 *Etiam ſi ſolum in promiſſione munus recipiat. 62.*
9 *Repelluntur excommunicati, hæretici, & infideles. numer.63.*
10 *Teſtes inhabiles admittuntur, vbi agitur ciuiliter, non vero criminaliter. n.64.*
11 *Quid ſit agere ciuiliter contra ſimoniacum. numer. 64.*
12 *Teſtes inhabiles faciliùs admittuntur contra Regulares. num.65.*
13 *Contra quos teſtes inhabiles faciliùs admittantur. numer.65.*
14 *Qui teſtes inhabiles faciliùs admittantur. n.66.*
15 *Coniecturæ debent eſſe claræ, & neceſſario concludentes, vt probent ſimoniam. num.67.*
16 *Coniecturæ debent eſſe plenè probatæ. n.68.*
17 *Ex quibus coniecturis arguatur ſimonia, remiſſiuè. numer.68.*
18 *In dubio tam Iuris, quam facti in vtroque foro debet ſumi interpretatio, quæ ſimoniam excludat. numer.69.*
19 *Hæc regula non eſt certa. n.69.*
20 *Simoniacus habendus ille, qui tranſgreditur legem quæ*

Digitized by Google

quæ intuitu vitandæ ſimoniæ aliquid prohibuit ſub pœnis latis in ſimoniacos. nu.70.

21 *Vbi largitionis temporalium, & receptionis ſpiritualium habetur extrinſecus honeſta cauſa, non debet præſumi ſimonia. num.71.72.*

22 *Facta in meliorem partem interpretanda. n.71.*

23 *Qui eſt in poſſeſſione ſuæ famæ, non debet ea priuari numer.72.*

24 *Non tenetur quis ſe innocentem probare. num.72.*

25 *Actus qui poteſt ſonare in delictum, & non delictum, interpratandus, vt abſit delictum. ibid.*

26 *Ex actibus ſubſecutis non probatur ſimonia, niſi probetur pactum. n.73.*

27 *Ex vicinitate actuum non probatur ſimonia. n.73.*

28 *Etiam ſi conſtet aliquem non daturum ſpiritnale, niſi recipiat temporale. num.73.*

29 *Etiam ſi cauſa dandi, quæ apparet, non ſit honeſta, ſi tamen ſit aliena à ſimonia. n.74.75.*

30 *Per pactum excluditur gratuita donatio. nu.76.*

31 *Pacta ligant etiam Principes, & ad vnguem ſunt ſeruanda. ibid.*

32 *Taxatio, & exactio ſunt inditium pacti ibid. & 77.*

33 *Petitio etiam eſt pacti inditium. num.77.*

34 *In dubio facienda interpretatio, vt excludatur ſimonia. n.78.*

35 *Tria ſunt conſideranda ad inferendam ſimoniam, ſcilicet perſona, qualitas dati temporalis, & tempus. nu.79.80.81.*

36 *Nobilium eſt liberaliter dare. num.79.*

37 *Ex paruo dato colligitur ſimonia in eo, qui non conſueuit dare ſpirituale niſi pro pretio. n.79.*

38 *Nullus præſumitur ſuum prodigare. nu.80.*

39 *Ex munuſculis non præſumitur ſimonia. ibid.*

40 *Ex paruitate materiæ ſimonia non deſinit eſſe peccatum mortale. ibid.*

41 *Quantitas materiæ poteſt eſſe magna abſolutè, & reſpectiuè. num.79.80.*

42 *Ex qualitate temporis augetur, vel minuitur præſumptio ſimoniæ. n.81.*

43 *In quolibet tempore poteſt eſſe intentio pura; n.82.*

58 QVæritur quartò quibus modis ſimonia, quæ extrinſecus non eſt expreſsè conſummata, cognoſci poſſit, & præſumi. Quando commutans temporalia in ſpiritualia, vel è contra expreſsè verbo, vel ſcripto exprimit ſuam voluntatem, & ponit pactum expreſſum, per quod paciſcitur, & conuenit, vt det temporale pro ſpirituali recipiendo, vel è contra. Vt ſi in propoſito noſtro quis expreſsè conueniat cum electore, & det pecuniam cum pacto verbis, vel ſcriptis expreſſo, vt ab eo eligatur, hæc ſimonia eſt extrinſecus indubia, & manifeſta; ſed ſæpius pactum eſt implicitum, & intentio emendi, aut vendendi ſpirituale eſt occulta, & ſolùm præſumptionibus, vel coniecturis poteſt aliqualiter innoteſcere, ideo quæritur quibus medijs, argumentis, & coniecturis electio ſimoniaca occulta deprehendi poſſit.

59 Eſt autem prima regula ſeruanda, quia ſcilicet ad effectum priuandi aliquem beneficio, & damnandi eum tanquam ſimoniacum in pœnas contra ſimoniam latas, ſimonia debet plenè, & concludenter probari, etiam vbi ciuiliter agitur *c. veniens* 10. *extr. de teſtib.* ibi *Gloſſ. vallorum Panorm. n.4.7. &* 8. Vbi, quòd non ſufficit vnicus teſtis cum præſumptione orta ex confeſſione alterius teſtis ſocij criminis. *Dec. ibid. nu.8. Barboſ. num.6. Alciat. conſ. 2. n.41. l.1. Neuo conſ.64. nu 2. Natta conſ.299. num.13. lib.2. Farinac. conſ.75. n.13. lib.1. & 40. & 65. Rota coram Seraphino deciſ.1029. n.1. & 1359. nn.3. & in firmana Capellania 7. Maij 1582. coram Clem. VIII. & in Calaguritana Confidentia 23. Ianuarij 1595. coram Litta, & in Tullen. ſimonia coram Vrano 21. Aprilis* 1597. quas habet *Farinac. d. conſ.75. & p.p. recent. deciſ.108. n.1. & p.p. recent. deciſ.418. nu.4. & p.4. recent. tom.2. deciſ.93. & coram Martino Andrea d. 94. n.2. & coram Gregor. XV. d.238. nu.2. & d.517. num.2 & coram Mellino deciſ.104 n.6. Bellett. diſquiſ. Clerical. p.2. §.36. n.26.* citans *Fellin. in cap. ſuper his nu. 17. de accuſat. Pax Iordan. lib.10. tit.11. num.200. & 201. Paſqualig. q.379. n.2.* Probari autē poteſt ſimonia omnibus modis, quibus alia crimina probantur. Notorietate, *cap. de manifeſta, & ſequent. 2. q.1.* Euidentia facti, qua quis in ipſo crimine comprehenditur *cap. ſi quis diaconus diſt.50. cap. ſi quis clericus diſt.81.* Confeſſione partis, *cap. presbyter 15. q.5. cap. de hoc, de ſimonia*, etiam ſi confeſſio facta fuiſſet in iudicio criminali, quod vt pluries deciſum *à Rota*, *ex Flam. lib.14. q.9. nu.6 tradit Gibal. q.30. de ſimonia c. nu.1.* Per famā vt ex *Redoan. 4. p. c.6. & Maſcard. de probat. concl. 1305. habet idem Gibal.* Per inſtrumentum, in quo continentur pactum *cap. placuit 16. q.5.* De quibus, & alijs ad huiuſmodi probationem ſpectantibus videri poſſunt. *Flamin. lib.14. de reſignat. q.8. Maſcard. de probat. à concl. 1304. Farinac. concil.75. Redoan. 4. par. c.6. Menoch. l.5. de præſumpt. præſumpt. 8. Alciat. l.1. conſ.2.*

60 Vbi tamen non agitur de priuatione benefici iam habiti, ſed de beneficio de nouo aſſequendo, leuiores probationes ſufficiunt, Debilius enim eſt ius, quod habet electus, vel præſentatus ad beneficium, quàm quod habet, qui beneficium iam obtinuit, & ideo ad tollendum ius electi, vel præſentati, ſeu ad impediendum ne aliquis eligatur, ſeu præſentetur ex eo, quod dicatur eſſe ſimoniacus, leuiores probationes ſufficiunt, vt per *Fab. deciſ.43. lib.3. Rota in Calagurritana de Arro 20. Maij 1590. coram Comitulo, & coram Seraphin. d.516. n.4. deciſ. 1029. nu.1. Bellett. diſquiſ. Clerical. p.2. §.30. n.25.* Quia enim ſimonia occultè committi ſolet, ideò præcipuè ad effectum excludendi aliquem à conſecutione beneficij, ſufficiant ſigna, ſcilicet veriſimiles probationes, & præſumptiones *c. ſicut ſimoniacus*, & ibi *Panor. n.2. de ſimon.*

61 Regula ſecunda nihilominùs eſt, vt ad probandam ſimoniam etiam concludenter, & ad effectum damnandi ſimoniacum in pœnam ordinariam, & priuandum illum obtentis beneficijs ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones *cap. per tuas, & cap. ſicut, vbi Innoc. n.1. Panorm. nu.3. de ſimonia, & cap. p. de teſtibus nn.6. Aymon. conſ.122. n.7. Rota p.4. recent. tom.2. d.93. nu.4. & tom.3. deciſ.538. num.15. & coram Gregor. XV. deciſ.517. n.1. Et Flamin. l.14. q.8. num.1. Redoan. p.4. c.6. n.21. Gomez in reg. de Triennali poſſeſ. q. 18. Menoch. conſ.67. nu.7. vol.1. & lib.1. de præſumpt. præſump.58. num. 4. quos ſequitur Gibal. quæſt. 30. de ſimonia, & DD. in cap. per tuas, & cap. ſicut, de ſimonia* Et inde eſt, quòd cum teſtes inhabiles, ſi admittantur à iure ad probandum, non adhuc plenè probent, ſed faciant præſumptionem, vt tradunt *Gloſſ. in verbo ad teſtimonium cap. 1.* & ibi *Franc. n.4. de teſtibus in 6. Panor. in c. per tuas 32. de ſim. n.4.*

62 Ideò

62 Ideò ad probandam ſimoniam admittuntur teſtes inhabiles, & criminoſi cap.per tuas 32.de Simon. & ibi gloſſ.Innoc.num.p.Panor.num.3.Barboſ.num.1. & cap.1.de teſtibus in 6.& ibi Gemin.num.3.Franc. nu.4.Nauar.in Manual.cap.23.num.110.notab.9.Maſcard.concluſ.138.num.16.Pariſ.de confidentia q.66.n.6. Diaz.in pract.crim.c.85.verſ.item admitteretur. Baltaſſar.Thomaſius tract.7.de ſim.tit.6.cap.12.nu.88.Inimici tamen capitales, & conſpiratores ad huiuſmodi teſtimonium ferendum non admittuntur cap.licet 31.& cap.per tuas 32.de ſimonia, & ibi Gloſſ.v. conſpirationes, & v.inimicitiæ capitales, Innoc. n.3. Felin.num.8.Anan.num.4. Aym.conſ.9.num.6.Clar.§. final.q.24.verſ. item 4.Menoch.de arbitr.q.28.nu.2.Rota p.2.recent decif.358.nu.4.Pariſ.de confid.q.65.n.25. Farinac.q.crimin.53.num.5. fr. Paulin. Bert.Lucen.in praxi criminal.Regul.tit.6.cap.10.num.40.& alij plures, quos referunt, & ſequuntur Barboſ.ad dictum cap.per tuas num.2.& Baltaſſ.Tomaſſ.vbi ſupra n.95.

63 Repellitur etiam à teſtimonio contra ſimoniacum mediator ſimoniæ, ſi tamen ſit nō dum ſocius criminis, ſed muneris cap.p.de teſtibus in 6.& ibi DD. communiter. Et licet Io. And. quem ſequitur Gemin. num.7.& 8.teneant, mediatorem ſi recepit promiſſionem ſalarij, ſed non ſalarium, poſſe eſſe teſtem, tamen contraria ſententia eſt communior, ſcilicet excludi à teſtimonio mediatorem, qui ob promiſſionem ſalarij fuit in ſimonia mediator, licet ſalarium non receperit. Gloſſ.in verb.mediatores, Franc. num.2.& alij quos refert, & ſequitur Thomaſſ. vbi ſupra num.101.& 102. Repelli etiam ab huiuſmodi teſtimonio ferendo excommunicatum aduertit Panorm.in d.cap.per tuas 32.de ſimonia num.3.Item hæreticum, paganum, & infidelem. Redoan.de ſimon. p.4.cap.5.num.13.Pariſ.de confident.q.66.num.17.Tomaſſ.vbi ſupra num.97.

64 Hæc etiam quæ dicta ſunt, quia nimirum contra ſimoniacum admittuntur criminoſi, intelliguntur vbi contra ſimoniacum agitur ciuiliter, non verò criminaliter d.cap.per tuas 32. de ſimonia. Dicitur verò agi criminaliter contra ſimoniacum, quando contra eum agitur ad vindictam, & vt puniatur pœna condigna. At agitur ciuiliter, quando agitur ſolùm ad remotionem officij, vel beneficij, tunc enim non agitur principaliter ad puniendum defectum, ſed ad bonum publicum promouendum, vt immeritus, & criminoſus non præſit Eccleſiæ. Vbi ergo agatur contra ſimoniacum criminaliter, non admittuntur criminoſi d.cap.per tuas. & ibi Innoc. num.3.Panorm.nu.2.Barboſ.num.p.& alij DD. communiter, quia vbi agitur criminaliter, iuris rigor ſeruatur, cap.ſi quis Epiſcopus 2.q.67.

65 Ex eodem etiam capite per tuas aduertendum, concluſionem hanc, quòd ad probandam ſimoniam ſufficiant teſtes inhabiles, & criminoſi, faciliùs admitti in regularibus, quàm in beneficiatis ſæcularibus Innoc.num.p.Panorm.num.4.quia in regularibus rigor remittitur, & faciliùs contra clericos, & regulares minoris gradus, quàm maioris dignitatis, & faciliùs contra Prælatum malæ famæ, quam bonæ, & fortè vt habet Innoc.num.1 contra eum, qui eſt bonæ, nullo modo. Item faciliùs admittuntur ſi ex admiſſione non ſit oriturum ſcandalum, quàm ſi ſit oriturum.

66 Et optimè idem Innoc.nu.2.quinque alia conſiderat circa teſtes, quoniam primò faciliùs admittantur honeſti, quàm criminoſi. Item ſecundò faciliùs admittuntur emendati, quàm in crimine perſiſtentes. Item tertiò faciliùs admittuntur qui minora crimina perpetrarunt, quàm qui maiora. Item quartò faciliùs admittētur qui ex zelo iuſtitiæ, quàm qui ex aliquo odij fomite procedunt. Item quintò facilior erit admiſſio, ſi alia adminicula concurrant, quàm ſi non concurrant.

67 Tandem conſiderandum, quòd licet crimen ſimoniæ per huiuſmodi teſtes præſumptionem facientes, & per alias coniecturas probari poſſit, tamen huiuſmodi coniecturæ debēt eſſe claræ, & ſimoniam neceſſariò concludentes, & quòd verùm omnino conuincant cap. inſinuatum de ſimonia, vbi gloſſ. vlt.& Alex.Neuo conſ.64.num.2.Felin.cap.ſuper his num.17.de accuſat.Alciat.d.conſ.2.num.41.lib.1.Farinacc.conſ.75.num.79.Rota in Romana, ſeu Hiſpalen. ſimonia 7.February 1596.& in d.Firmana coram Clemente 8.par.1.recent.deciſ.108.nu.p.& p.2.deciſ.358. num.p.& p.4.tom.2.deciſ.93.nu.5.& tom.3.deciſ.238. num.16.coram Gregor.15.deciſ.517.num.2.& coram Veral.deciſ.202.lib.1.Clar.§.ſimonia in fine & Inader.de probat.concluſ.1334.nu.7.quem refert Pax Iordan.lib.10.tit.11.num.202.

68 Ne dum verò ſigna, præſumptiones, & coniecturæ ad effectum probandi ſimoniam debent eſſe concludentes, & conuincentes, ſed debent eſſe plenè probatæ, Innoc.in cap.ſicut de ſimon.& ibi Felin. in princ.Redoan de ſimon.p.4.cap.6.nu.22.& ſic Rota coram Gregor.15.deciſ.517.num.4. Quæ verò ſint coniecturæ ex quibus probari poſſit ſimonia, enumerat Baltaſſ.Tomaſſ.tract.2.de ſimon.tit.6.cap.11. & videri etiam poteſt Rota deciſ.95.p.4.tom.2.recent.& d.517.coram Gregor.15.

69 Tertia regula eſt, vt in dubio tam Iuris, quàm facti, ne dum in foro externo, ſed etiam in foro interno, & conſcientiæ ſumenda ſit interpretatio quæ ſimoniam excludat, ita vt nullus debeat damnari vt ſimoniacus, niſi certò ſit talis. Hæc regula controuerſa eſt. Nam & controuerſum eſt, an in dubio iuris, vel facti aliquis ſe debeat habere vt excommunicatum, vel irregularem. Et multò magis eſt controuerſum, an vbi ſunt plures opiniones verè probabiles, ex quibus alia affirmat actionem eſſe præceptā, vel prohibitam, & alia negat, liceat ſequi quamcumque quis voluerit. Vnde & in propoſito controuerſum erit, an in dubio, vel iuris, vel facti, aliquis habendus ſit vt ſimoniacus, vel non. Et an vbi ſunt plures opiniones, quarum vna aſſerit, alia negat ſimoniam, quiſque habendus ſit vt ſimoniacus, vel non ſimoniacus. Et hoc tam in foro conſcientiæ, quàm in foro fori. Quæ quæſtio latiorem petit diſcuſſionem, & in hoc tractatu non omnes quæſtiones morales ſunt determinandæ. Vnde in hac parte remitto Lectorem ad eos DD. qui huiuſmodi quæſtiones reſoluunt in tractatu de conſcientia dubia, & probabili. Et ſolum pro externo foro dicitur, quod in dubio facti ſumenda eſt interpretatio, quæ ſimoniam excludat Panorm.cap.cum tu 16.de teſtibus.nu.6.Rota coram Puteo dec.371.num.1.lib.p.& coram Mohedano deciſ.3.de ſimonia, alias 224.num.2.& in Britanorien.Commendæ.12.Decembris coram Gipſio inter Crim.Farin.dec.517.num.20.& coram Millino dec.4. num.3.& dec.104.nu.7.Pax Iordan.l.10.tit.11.n.101. Paſqual.deciſ.379.num.4.

70 Quarta regula eſt, quòd vbi lex intuitu Religionis

gionis

Digitized by Google

gionis prohibent aliquid dare, vel recipere, vel ſimoniæ præſumptione, vel vt ſimoniæ vitetur occaſio contrauenire huic legi aliquid ſimoniæ eſt, & qui contra huiuſmodi legem dat, vel recipit ſubditur eiuſdem legis pœnis, & eſt aliquo modo ſimoniacus. Et ſi lege ſtatuitur, ipſum ſic inobedientem habendum, vt ſimoniacum, & pœnis ſimoniacorum puniendum, pro ſimoniaco haberi debet, & eſt præſumptione legis ſimoniacus. *Suarez t. 1. de Relig. tract. 3. cap. 36. num.* 8. Et ratio eſt, quia lex iuſta ſeruari debet, iuſtum verò eſt per legem ad vitandam ſimoniam prohiberi, quæ ſunt occaſiones ſimoniæ, vel illam præſeferunt, vel ſunt illius præſumptiones, & huius legis tranſgreſſores punire pœnis ſimoniacorum, ſi ita legislatori viſum fuerit ad bonum commune conducere.

71 Quinta regula eſt, vbi largitio, & receptio eſt intuitu Religionis, & ſimoniæ vitandæ ſpecialiter prohibita, & aliàs extrinſecus ſatis conſtat ad eſſe aliquam cauſam iuſtam dandi, & recipiendi, non poteſt contra dantem & recipientem præſumi ſimonia, etiam ſi inter dantem & recipientem interuenerit pactum ſecretum, & occultum, imò etiam ſi conſtet miniſtrum rei ſpiritualis non fuiſſe collaturum niſi re temporali recepta. *Suarez ibid. n. 9. Rota coram Greg. xv. deciſ.* 238. *num.* 7. vbi quod quando apparet de alia cauſa ceſſat præſumptio confidentiæ vt fuit dictum in illa *Oriolen. Confidentia* 1. *Februar.* 1591. *& in Cuſentina præenſa confidentia* 4. *Februar.* 1591. *coram Orano, in Meliten. Canonicatus* 6. *Martij* 1595. *coram Reuerendiſs. Rodien.* Et ratio eſt, quia tenemur interpretari factum proximi in meliorem partem, ſi ita poteſt fieri *Cap. fin. de præſump. & cap. Eſtote, de regul. iuris*, & iuxta communem ſententiam Theologorum cum *D. Th.* 2. 2. *q.* 60. *a.* 4. Iuriſtarumque in citatis locis. Cum verò illum, qui dedit temporalia, & recepit ſpiritualia, vel è contra, appareat habuiſſe iuſtam cauſam ſic faciendi, vt quia dedit non pro ſpirituali, ſed in ſuſtentationem miniſtri, vel ad repellendam iniuſtam perſecutionem, ſeruatis ſeruandis, non debet in eo præſumi mala intentio, & animus ſimoniacus. Niſi aliunde adeſſent coniecturæ, & præſumptiones vincentes omnem aliam honeſtatis præſumptionem. Sed in hoc caſu iam non conſtaret de honeſta cauſa dictæ largitionis, & receptionis.

72 Secundò nam quicumque eſt in poſſeſſione ſui honoris & famæ, non poteſt ea priuari, nec ad ipſum ſpectat ſe innocentem probare, ſed vt talis haberi debet, niſi aliunde probetur contrarium. At verò quando dandi, & recipiendi haberi poteſt motiuum alienum à ſimonia, ex ſola largitione & receptione non poteſt colligi animus ſimoniacus, quia alia cauſa dandi & recipiendi aſſignari poteſt, ideo niſi aliunde id colligatur ex alijs coniecturis, indicijs, & præſumptionibus, non poteſt præſumi ſimonia; quando enim actus poteſt ſonare in delictum, & non delictum, ſemper interpretatur, vt abſit delictum. *Alex. conſ.* 27. *num.* 12. *l.* 4. *Maſcard. de probat. conc.* 495. *&* 1418. *num.* 2. & vbi alia coniectura ſumi poteſt, delictum non eſt præſumendum. *Tuſcus Lit. D. concl.* 165. *& Pariſ. Farin. apud Barboſ. Axiom.* 68. *Panorm. cap. cum tu, de teſtibus num.* 6.

73 Et hoc magis confirmatur, quia ex actibus ſubſecutis non probatur ſimonia, niſi probetur prior conuentio, vt ex *Caſtr. Afflict. & Ruin. probat Rota coram Seraphin. deciſ.* 1029. *nu.* 3. & quamplures alios citans *Rota part.* 4. *recent. tom.* 2. *deciſ.* 93. *n.* 14. *&* 15. *Farinac. & Alciat.* quos ſequitur *Barboſa ad cap. Tua nos de ſimonia num.* 5. Quod ſine dubio tunc præcipuè verum eſt, cum aliàs conſtat de honeſta cauſa dandi temporalia diſtincta à ſimonia, etiam ſi datio temporalium fiat incontinenti poſt receptionem ſpiritualium. Quia ex vicinitate actuum non probatur ſimonia, *Rota coram Puteo deciſ.* 167. *num.* 2. *lib.* 2. *& coram Greg. xv. deciſ.* 517. *num.* 31. *Barboſa loco citato* Etiam ſi coram eodem Notario, & teſtibus vterque actus factus fuerit. *Rota, deciſ.* 93. *nu.* 19. Quod verum eſt præcipuè, ſi de honeſta cauſa dandi temporale conſtiterit. *Rota coram Millino deciſ.* 330. *num.* 10. Nam, & vbi de hac cauſa conſtet, ex huiuſmodi vicinitate actuum non poteſt colligi ſimonia, quia conſtat temporale ex alia honeſta cauſa fuiſſe datum, non vero vt pretium rei ſpiritualis. *Thomaſ. tract.* 7. *de ſim. tit.* 6. *a.* 11. *n.* 63. *ex Menoch. lib.* 6. *præſ.* 12. *num.* 38. neque ex hoc ſimonia induci poteſt, quòd conſtet aliquem non daturum fuiſſe temporale niſi recepto ſpirituali, vel econtra, quia cum vt ſupra probatum fuit temporale poſſit eſſe conditio ſine qua non dandi vel recipiendi ſpirituale, ſi aliunde conſtat temporale dari ob aliam cauſam, quàm vt pretium rei ſpiritualis, non præſumitur ſimonia.

74 Et hoc eſt verum, etiam ſi cauſa, quæ apparet dandi & recipiendi non ſit honeſta, ſed illicita, & valde mala, dummodo ſit aliena à ſimonia. Nam vbi conſtat effectum ex alia aliqua cauſa prouenire poſſe, vel prouenisſe, vt ex citatis Rotis conſtat, nec ex vicinitate actuum poteſt inferri, quòd prouenerit ex animo ſimoniaco. Vbi igitur apparet cauſa dandi, & recipiendi aliena à ſimonia, iam etiam apparet largitionem & receptionem fuiſſe ex aliena cauſa à ſimonia, non poteſt igitur inferri eas ex ſimonia prouenisſe.

75 Sexta Regula poni poſſet, quia ſcilicet, ſi non poteſt interuenire alia cauſa honeſta, ex qua largitio temporalium, & receptio ſpiritualium, vel è contra poſſit prouenire, tunc ex facto ſatis colligitur praua intentio. Ita *Suarez d. nu.* 9. Sed non poteſt approbari hæc regula, quia ad vitandam ſimoniam non eſt neceſſe, quòd largitio temporalis, & receptio ſpiritualis ſit ex cauſa honeſta, ſed ſufficit, quòd poſſit apparere, quòd fuerit ex alia cauſa *Rota deciſ.* 93. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. num.* 14.

76 Sexta igitur regula ſit, quòd per pactũ ſufficiẽter excluditur excuſatio liberæ donationis, & probatur largitionem rei temporalis non prouenire ex liberalitate. Ita *Suarez. loco citato num.* 11. & probatur. Nam pactum ex ſui natura excludit rationem gratuiti, & inducit obligationem repugnantem gratiæ, & liberalitati. Pacta enim ligant nedum priuatos, ſed etiam Principes, & Imperatores. *Moron. de tregua, & pace q.* 17. *num.* 2. *Barboſ. axiom.* 173. Et ideo ad vnguem ſeruari debent *Tuſc. litt. P. concl.* 4. Probari poteſt hoc idem de taxatione. Quia taxatio rei dandæ, vel recipiendæ, vt plurimùm non ſit ſine aliqua conuentione, & pacto, ideo taxatio gratiæ opponitur, vt colligitur ex *cap. dilectus* 30. *de ſimonia* ibi *quod fuerit ſine taxatione gratis oblatum. Felin. in d. cap. dilectus num.* 1. Exactio etiam addi poteſt tanquam indicium largitionis non gratuitæ, quod enim exigitur mali ſpeciem habet, & indicat interceſſiſſe aliquod pactum. Vnde in extrauagan-

ti 1. de ſimonia prohibitum eſt petere , & exigere , & promiſſum recipere . Nihilominùs quia exactio per ſe non ſupponit niſi promiſſionem , quæ potuit eſſe liberalis , vnde iuſtè exigitur , quòd fuit ante liberaliter promiſſum , tanquam debitum ſaltem ex fidelitate , ideo exactio ſe ſola non excludit ſufficienter gratuitam donationem, quàmuis ſit non leue inditium prioris pacti, & obligationis iuſtitiæ. Similiter etiam taxatio abſolutè non ſupponit contractum, quia ſuper promiſſione liberali poteſt fundari: Nihilominùs à communiter accidentibus exactio , & multò magis taxatio, pactum inferunt , & ſupponunt , & ideo liberalem gratiam , & donationem excludunt.

77 Sed immò , & petitio ipſa , maximè ſi antecedat , multùm derogare videtur liberali donationi *Felin. in cap. dilectus de ſimonia n. 1.* ideo ex illa etiã intrat iuris præſumptio ad excludendam liberalem donationem . Non enim gratis dari videtur , quod præcibus extorquetur . *Gloſſ. in ver. non petenti cap. Et ſi, quaſt. de ſimon. & ibid. ex Tiraquell. Barboſa nu. 4.* Eſt autem aduertendum , quòd ex pacto , taxactione , exactione , & petitione habetur præſumptio contra liberalitatem, non ſolùm ſpectata natura talium actionum , ſed quia huiuſmodi actiones à ſacris canonibus prohibentur , maximè ſi ante collationem ſpiritualium fiant , & à petentibus ſpiritualia , temporalia petantur , vel exigautur , vel taxentur, (vt ex citatis canonibus conſtat), tamquam ea, quæ malam ſpeciem ſimoniæ habent. Et ideo ſi fiant, ex eis præſumitur, largitionem temporalium non fieri animo liberali,

78 Sed quid dicendum ſi conſtet de largitione , & receptione temporalis , & ſpiritualis , & ampliùs de aliqua conuentione , & pacto , & nihilominùs maneat dubium , An conuentio fuerit ſimoniaca ? dictum eſt enim *cap. ſuper.* poſſe inter dantem , & recipientem temporalia , & ſpiritualia, interuenire conuentiones non ſimoniacas . Reſpondetur ex dictis *nu. 69.* in eo caſu dubio, in foro externo faciendam eſſe interpretationem excludentem delictum , Nam probãdam ſimoniam, neceſſe eſt probare, quod præceſſerit conuentio illicita, & ſimoniaca , & ita quòd temporale ex ea conuentione datum , vel promiſsũ fuerit tanquam pretium rei ſpiritualis , ita ex *cap. Aſtaldus 8. q. 3. & cap. veniens* de teſtibus , & DD. *& ex pluribus Rotis coram Puteo , Mohed. Seraphin. Blanchetto , & alyſ tradunt Rota decif. 93. n. 6. par. 4. tom. 2. recent. & d. 108. nu. 3. p. 1. & deciſ. 166. nu. 2. & dec. 358. n. 11. p. 2,*

79 Regula, octaua eſt, vt vbi in collatione temporalium occaſione communicatio.. nis ſpiritualium , non adeſt pactum , vel taxatio , aut exactio , ſeu petitio, & etiam ſi aliquod horum adſit; tr.. a ſunt maximè attendenda, ſcilicet perſonę dantis , & accipientis qualitas , quantitas muneris , & donationis tempus. *Gloſſ. in d. cap. Sylu. v. ſimonia num. 16. Tabie. num. 10. Suarez. loco citato num. 12.* Habetur hæc regula. *cap. & ſi quæſtiones 18. de ſimonia* . Primò igitur attendi debet qualitas dantis munus temporale, & illud recipientis , nimirum primò , ſi ſit diues vel pauper . Nam hic attenditur etiam quantitas reſpectiua, at verò quod reſpectu diuitis eſt parum, eſt magnum reſpectu pauperis, vnde ex conſequẽti tale eſt, quod diuitem non valebit inclinare ad inhoneſtum agendum , valebit vero vt moueat pauperem . Eadem ratione attendi debet nobilitas perſonæ. Nobilium enim eſt liberaliter benefacere , vt habetur ex *cap. 2. de donat.* ideo nobilitas eſt indicium liberæ donationis , & reſpectu nobilis etiam dati quantitas augetur vel minuitur , quia quod multum eſt ſi detur ab ignobili, eſt parum ſi veniat à nobili . Et è cõtra quod magni æſtimat vilis perſona , ſi illud recipiat , nihili facere poteſt nobilis , tanquam paruum reſpectu ſuæ nobilitatis , & habetur ex *Tiraquel. de nobilit. cap. 29.* Tertiò cõſideranda eſt etiam coniunctio perſonarum inter ſe , ſi ſint conſanguinei , vel amici . Nam inter ſimiles multò faciliùs præſumitur liberalis donatio , *arg. ex cap. requiſiuiſti de teſtam.* Quartò cõſideranda eſt perſonarum probitas, & honeſtas . Nam de perſona integræ conſcientiæ , maximè ſi ſit rerum temporalium contemptrix , longè dificiliùs malum præſumitur , & ideò faciliùs in his caſibus præſumitur largitionem , ſeu receptionem temporalis fuiſſe liberam . Et tamen vt notat *Panorm. in d. cap. etſi quæſt. n. 7.* colligitur ſimonia etiam ſi parum detur Epiſcopo , qui conſueuit non ordinare niſi pro pretio.

80 Circa quantitatem etiam muneris plura conſideranda ſunt . Nam primò attendi debet quantitas abſoluta , ſi ſit magna , vel parua. Nam ſi magna ſit, non præſumitur liberalitas , quia nemo præſumitur gratis bona ſua prodigere , vt ſignificatur *cap. ſuper hoc de renunciat. & probat. Tiraquell. in l. ſi vnquã ver. donatione à nu. 203.* ſi verò res ſit parua , & vilis ſine alia conſideratione , tanquam nihil reputatur , nec præſumitur data vt pretium rei adeò excellẽtis, qualis eſt res ſpiritualis , vel habere vim , vt miniſtrum rei ſpiritualis moueat ad turpem collationem eiuſdem rei ſpiritualis. *D. Th. 4. d. 25. q. 3. a. 3. ad 1. Pariſ. de confid. q. 27. num. 95. Rota deciſ. 445. nu. 3. coram Buratto, Suarez loco citato , Reginal. & Ric. quos ſequitur Barboſ. ad d. cap. etſi num. 3. vbi ex Rodriq. tom. 2. q. 47. a. 3.* docet, quòd datione parui munuſculi Prælatis, in foro exteriori non præſumitur ſimonia . Et ex *Bonae. de ſimon. q. 3. num. 13.* quòd paruitas pretij ſolet excuſare à ſimonia , quia præſumitur quòd modicum non ſit datum vt pretium . Nam aliàs ſimonia, nec ex paruitate materiæ deſinit eſſe peccatum mortale *Suarez. l. 4. de ſim. c. 2. num. 3. Vgolin. tab. 1. c. 16. & cap. 54. num. 3. Filliuc. trac. 45. cap. 1. num. 13. Barboſ. ibid.*. Secundò quando res temporalis abſolutè ſumpta eſt mediocris , & dubia, attendi debet quantitas reſpectiua, & conſideranda , vt dictum eſt , qualitas perſonarum. Sed & tertio additur, quòd hæc quantitas reſpectiua deſumi poteſt per reſpectum ad maiorem , vel minorem dignitatem rei ſpiritualis, nam quò illa fuerit dignior , vilior erit muneris quantitas , & eò magis poterit coniectari vnum non eſſe datum in comutationem alterius . Quartò conſideranda eſt etiam materia muneris , quæ ſi ſit pecunia numerata, malam ſecum affert ſpeciem. Sed ſi ſit materia comeſtibilis , & in parua quantitate , quaſi nihil æſtimari ſolet , vt ſignificatur in eodem *cap. etſi quæſt.* & habetur *cap. ſtatutum* § *inſuper de reſcriptis in 6.* quando verò muneris materia mediæ eſt qualitatis , ... x eius æſtimatione quantitas accipienda eſt.

81 Circa tempus donationis verò plura etiam inſpici poſſunt , vt in *d. cap. etſi quæſt.* ſignificatur , nimirum primò t... mpus , & occaſio donandi ; Nam ſi is cui temporale d... onatur eſt in neceſſitate, nec aliter ſibi prouidere va... leat, tunc collatio muneris cen-

ſetur

ſetur ſubuentio neceſſitatis, non emptio ſpiritualis actionis, vt de equo à fratre Archiepiſc. Strigonen. donato cuidam Cardinali, tunc cum Cardinalis indigebat, ſignificat *d. cap. etſi quæſt.* Sed ſecundò multum conſiderandum eſt tempus dati muneris, an, ſcilicet, ſi poſt collationem ſpiritualis, vel in ipſa collatione, vel ante. Nam ſi ſit poſt, & maximè cum notabili temporis interuallo, faciliùs præſumitur liberalis donatio, vt ſupponitur in fine *cap. quàm pio. 2.* & ſumitur ex *cap. ſicut epiſcopus 4. 1. q. 2.* Sed ſi munus datur in continenti, maiorem præſefert ſpeciem recompenſationis. Sed ſi detur ante, quia tunc videtur inducere in recipientem quandam neceſſitatem, & habere vim ad mouendum animum recipientis ad hoc, vt ſpirituale retribuat. Et ideo túc multùm minuitur præſumptio liberalis donationis, vt habetur ex *cap. Emendari 104. 1. q. 1. & ex cap. ſicut epiſcopus 4. 1. q. 2.* & tradunt *ibid. Archid. & alij.* Et nihilominùs ex hoc nõ ſumitur præſumptio ſufficiens ſecundùm ſe loquendo, quia in quolibet tempore poteſt eſſe intentio puta, vt ex *Innoc. tradit Panorm. cap. Tua nos 34. de ſimonia num. 2. & docuerunt Innoc. & alij cap. cum M.* de conſtit. Nihilominus tamen negari non poteſt, quòd anticipatio iſta dati muneris non iuuet ad excludẽdam liberalem donationem, & non ſit conſideranda, vbi ex coniecturis inueſtiganda eſt ſimonia.

S V M M A R I V M.

1 *Diuiſio pretij in munus à manu ab obſequio, & à lingua eſt ſufficiens. num. 82.*
2 *Contractus, in quo pro ſpirituali promittitur temporale in communi, eſt ſimoniacus. num. 83.*
3 *Hic modus ſimoniæ eſt communis cuicumque muneri. num. 83.*

De dante ſpirituale ex timore.

4 *Dare ſpirituale ex timore, eſt ſimonia ſecundum aliquos. num. 84.*
5 *Alij tamen hoc negant. num. 85.*
6 *Dare ſpirituale ex metu ſine conuentione & pacto, non eſt ſimonia. num. 86.*
7 *Etiã ſi intentio operantis ex metu ſit manifeſta n. 87.*
8 *Agere ex metu dicentis, niſi hunc eligeris te occidã, non eſt ſimonia, ſi non adſit pactum. num. 87.*
9 *Si quis dicat reſignabo beneficium, ſi deſiſtas à perſecutione, an ſit ſimonia, num. 87.*
10 *Dare ſpirituale ob metum, per ſe non eſt peccatum. num. 88.*
11 *Timor ſeruilis eſt donum Spiritus ſancti. num. 88.*
12 *Non eſt contra dignitatem rei ſpiritualis, vt ſit vtilis ad vitandum malum temporale. num. 88.*
13 *Peccatũ eſt, ſi elector ex timore eligat indignũ. n. 89.*
14 *Dare ſpirituale principaliter ex timore mali eſt ſimonia, ſi vitare malum eſt finis nedum operantis, ſed operis; ſed hoc non inuenitur ſine pacto. n. 90.*
15 *D. Thomas explicatur. num. 90.*
16 *Dare ſpirituale ex metu per conuentionem, & pactum, eſt ſimonia. num. 91.*
17 *Et hoc eſt verum etiam ſi detur ſpirituale, vt de præſenti non inferatur malum. num. 92.*
18 *Non valet argumentum ab vſura ad ſimoniam. num. 92.*
19 *Epiſcopus ſine pacto dans beneficium alieni ob metum Principis, non eſt ſimoniacus. num. 93.*
20 *Licet peccet ſi dat beneficium indigno. num. 93.*
21 *Nec ceſſatio damni de præſenti imminentis, nec ceſſatio lucri ceſſantis ex pacto poteſt peti à dante ſpirituale ſine ſimonia. num 94.*
22 *Epiſcopus non eſt ſimoniacus, ſi abſque pacto conferat beneficium, vt ſibi ſoluatur debitum. nu. 95.*
23 *D. Thomas defenſus. num. 95.*
24 *Simoniacus eſt, qui dat ſpirituale ex timore iuſtæ punitionis imminentis. num. 96.*
25 *Epiſcopus eſt ſimoniacus, ſi dat beneficium ſub pacto, quod beneficiatus nõ exigat epiſcopi debitum n. 97.*
26 *Simoniacus eſt, qui dat ſpirituale ſub pacto, vt bonum temporale conſeruet. num. 98.*
27 *Epiſcopus ſimoniacus eſt ſi ſub pacto det beneficium propter timorem perdendi vitam, honorem, vel famam. num. 99.*
28 *Agere ſpirituale ex metu reducitur ad munus vel à manu, vel ab obſequio, vel à lingua. num. 100.*

De dante ſpirituale Conſanguineis.

29 *Eſſe ſimoniam dare ſpirituale ratione conſanguinitatis ſenſerunt aliqui. num. 101.*
30 *Quid de hoc ſenſerit D. Thomas. num. 102.*
31 *Eligere conſanguineum, ſeu conferre beneficium ratione conſanguinitatis principaliter, ſed ſine pacto aliquid recipiendi non eſt ſimonia. num. 103.*
32 *Per accidens poteſt eſſe in hoc actu ſimonia, ſi adſit pactum. num. 104.*
33 *Epiſcopus dans beneficium conſanguineo ex ſpe alicuius boni temporalis habendi ex gratitudine, non eſt ſimonia, etiam ſi bonum temporale ſit finis principalis operantis. num. 105.*
34 *Non eſt ſimonia dare ſpirituale ex mala affectione etiam turpi, ſi deſit pactum. num. 106.*
35 *Dare beneficium Conſanguineo ratione Conſanguinitatis, non eſt peccatum, niſi per accidens. nu. 107.*
36 *Facile eſt, vt in collatione beneficij facta Conſanguineo adſit ſcandalum etiam conferentis, & examinatorum. num. 108.*
37 *Iura contraria opinionis, & argumenta explicantur. num. 109.*
38 *Dare beneficium Conſanguineo, quando eſt ſimonia pertinet ad vnum ex relatis muneribus. n. 110.*
40 *Sufficientia diuiſionis pretij in munus ab obſequio, manu, & lingua, probatur. n. 111.*

82 QVæritur quinto. An ſimoniacum pretiũ ſufficiẽter diuidatur in munus à manu, ab obſequio, & à lingua? Habetur hæc diſtinctio ex *S. Greg. Papa hom. 4. in Euang. vt refertur cap. ſunt nonnulli. 114. 1. q. 1.* & eadẽ diſtinctio traditur *cap. ordinationes 113. & cap. de ordinationibus 116. eod. tit. & cap. ſaluator 8. 1. q. 3.* eamque explicat *D. Th. 2. 2. q. 100. a. 5. & in 4. diſt. 25. q. 3. a. 3.* & tam à Theologis, quam à Iuriſtis communiter approbatur, vt ſufficiens, & comprehendens omne pretium, ſub cuius intuitu & pacto poſſit cõmitti ſimonia. Nihilominus triplex inſurgere poteſt difficultas cõtra ſufficientiam huius diuiſionis, quia ſimoniacum videtur dare ſpirituale, vel ſub pacto dandi aliquod bonum temporale in communi, non ſpecificando quale bonum, vel ſecundò ex timore alicuius mali, vel ex affectione ad conſanguineum, & tamen quod nullus ex his modis contineatur ſub aliquo membro dictæ diuiſionis.

83 De primo leuis eſt difficultas, indubiè enim cōtractus in quo quis pro re ſpirituali promittit aliquid temporale in communi determinandum arbitrio alterius contrahentis, eſt contractus ſimoniacus. *Vgolin. tab. 1. c. 54. §. 1. Suarez l. 4. de ſimonia c. 37. num. 20.* Quia talis contractus eſt oneroſus, & gratuito oppoſitus, & comprehenſus ſub emptione vel venditione latè ſumpta, & per illum iniuria fit rei ſpirituali, quæ vili ex eo æſtimatur, & quæ gratis deberet dari ab illius non Domino, iniuſtè & ſacrilegè pro re temporali commutatur.

84 Quomodo autem hæc ſimonia ſub data diuiſione comprehendatur, breuiter explicatur, quia hic modus contrahendi continet modum emendi, vel vendendi generalem omnibus membris datæ diuiſionis, quia quodlibet munus poteſt promitti, vel in ſpecie, & determinatè, vel in genere, & indeterminatè, & ſic hic modus generalis diſiunctim continet membra illius diuiſionis. Præterquàm quòd paciſci pro pretio arbitrando regulariter intelligitur pro pretio, ſeu munere, quod eſt à manu. In quo caſu hic modus ſimoniacæ emptionis pertinet ad eam, in qua datur munus à manu.

Quomodo dare ſpirituale, nimirum eligere, vel beneficium conferre, vel aliud ſpeciale agere ex timore ſit, vel non ſit ſimonia.

84 SEcunda difficultas ex propoſitis erat; quia agere ſpirituale ex timore videtur ſimonia, & tamen non eſt agere propter munus à manu, vel ab obſequio, vel à lingua; largiri enim ſpiritualia ex timore, eſſe ſimoniam tradidit *Durand. 4. d. 25. q. 4. a. 6.* & pro eadem ſententia referuntur *D. Bonauentura 4. d. 25. Adrian. quodl. 9. a. 2. Maior. in 4. d. 25.* Quibus videtur fauere *D. Thomas 4. d. 25. q. 3. a. 3. ad 4.* & probatur tū ex capite *Nemo de ſimonia*, Tum quia id, quod fit ex timore, non fit liberè. Tum tertiò, quia vitare malum temporale eſt quid pretio æſtimabile, & ſic dare ſpirituale, vt vitetur malum, eſt illud dare pro pecunia & pretio. Tum quia eiuſdem rationis eſt acquirere bonum, & vitare malum; at verò ſimonia eſt dare ſpirituale, vt acquiratur bonum temporale, igitur erit ſimonia etiam dare ſpirituale, vt vitetur malum, &c.

85 At verò Victor. relect. vide ſimonia *num. 22. Soto l. 9. de inſtit. q. 7. a. 3. circa reſponſ. ad 3. Suarez l. 4. de ſimonia cap. 37.* varijs diſtinctionibus rem explicant, & tenent nihilominus abſolutè, quòd dare ſpirituale ex timore temporalis pœnæ non ſit ſimonia.

86 Verùm enim iam conſtet ex ſupradictis, non eſſe ſimoniam, vbi non eſt emptio, & venditio, & ideo vbi non eſt conuentio, & pactum, per quod temporale ex conuentione datur tanquam pretium rei ſpiritualis, vnica diſtintione ſoluitur hæc difficultas. Dicitur enim primò, quòd dare ſpirituale ob metum amiſſionis rei temporalis ſine conuentione, & pacto non eſt ſimonia, immò per ſe & niſi adſit aliqua mala circumſtantia, nullum eſt peccatum. Ita tenent *Victoria, Sotus, Suarez loco citato, Sanchez tom. 2. opuſ. l. 2. c. 3. dub. 29. n. 2. & Layman. l. 4. tract. 10. cap. vlt. nu. 27. Valent. tom. 3. diſp. 6. q. 16. p. 3. Aragon. 2. 2. q. 100. a. 5. Biuſfel. in cap. 12. de ſimonia q. 2. conſ. 7. Angelus v. ſimonia 3. nu. 38. Reginal. l. 23. nu. 145. Filliuc. tract. 45. cap. 9. nu. 8. Bonac. q. 1. n. 8. Gibalin. q. 16. conſ. c. 2.* Cuius ratio eſt, non quia qui agit ob metum, ſi metus ceſſet nihil accipiat, vel non accipiat aliquid pretio æſtimabile, quia magnum bonum, & pretio comparabile eſt eſſe ſecurum ſine periculo mali, & ideo qui agit ob metum imminentis mali, vt hanc ſecuritatem vel acquirat, vel non perdat, agit pro eo, quod eſt pretio emibile. Sed ratio eſt, quia non eſt ſimonia, vbi non eſt intentio pretij, & conuentio, & pactum, & vel emptio, vel venditio rei ſpiritualis pro pretio aliquo. Inde eſt, non eſſe neceſſariam diſtinctionem metus damni emergentis, vel lucri ceſſantis, quia vbi non adſit pactum, non eſt ſimonia dare ſpirituale ob quemcunque metum.

87 Et extenditur hæc aſſertio, vt ſit vera, nedum vbi intentio operantis ex metu ſit occulta, ſed etiā ſi exteriùs manifeſtetur. Vnde ſi aliquis v. g. Triſtanus dicat Electori, niſi Titium elegeris ad Epiſcopatum expoliabo te tuis bonis, vel occidam. Videtur autem quod Sanchez loco citato putet in hoc caſu eſſe ſimoniam, quia verè verba illa, aut ſimilia ſonant contractum, vt fatentur etiam *Suarez l. 4. de ſimonia cap. 43. nu. 11.* Nihilhominus ſi verè elector non conueniat cum Triſtano, ſed ſine conuentione, & pacto, vt ſuæ ſecuritati conſulat, Titium eligat, non eſt ſimoniacus, *Suarez nu. 14. Layman. d. nu. 27.* vel ampliùs, ſi elector ipſe timens ſibi graue malum à Triſtano, niſi Titium eligat, accedit ad Triſtanum, & illum rogat, vt à malo inferendo deſiſtat, & illi promittat ſe electurum Titium. *Ita Suarez nu. 15. & Layman. d. n. 27. Bonac. & Filliuc.* quos ſequitur *Gibalin. vt ſup. n. 3.* Sed valde timendū in hoc ſecundo caſu ne interueniat ſaltem implicitè pactū Nam vtendo exemplo Layman, ſi quis dicat: Reſignabo tibi beneficium, ſi ab iniuſta deſiſtas actione, ex modo loquendi ſonat conuentionem, & pactum importans viciſſim obligationem. Nec eſt eadem ratio de eo, qui puellæ dicat, dabo tibi dotem, ſi nupſeris, aut ſi Religionem ingrediaris; Ex vſu enim communi in his non imponitur obligatio nubendi, vel intrandi Religionem, ſed ſolùm ſignificatur conditio donationis, quia ſcilicet dos non donatur niſi ſub conditione matrimonij, vel Religionis, relicta plena libertate puellæ, vt nubat; vel non nubat, & ingrediatur, vel non ingrediatur Religionem. Nihilhominùs tamen, & in caſu noſtro, ſi verè qui timet non paciſcitur, & non intendit obligare Triſtanum, vt abſtineat à perſecutione, non intrat ſimonia. Quam tamen forum externum præſumet, ſi intercedant verba in conuentionem ſonantia, ſicut ſi dicatur: Reſignabo tibi beneficium, ſi ab iniuſta actione ceſſaueris. Et quantùm ad ſimoniæ peccatum non intereſt, an metus ſit mali iniuſtè, aut iuſtè imminentis, nam nunquam eſt ſimonia, vbi non ſit conuentio, etiam ſi malum, quod quis timet iuſte, ſit inferendum, & quis det ſpirituale, ne alius v. g. iuſtam litem contra ſe moueat.

88 Altera pars aſſertionis eſt, quòd neque per ſe ſit peccatum, ob metum mali temporalis dare ſpirituale v. g. eligere ad prælaturam Eccleſiaſticam. Nam neque hoc eſt peccatum, quia ſit peccatum agere ex metu, neque quia res ſpiritualis aſſumatur, vt medium ad malum temporale vitandum; igitur per ſe non eſt peccatum. Ita tenent citati DD. Nam quòd optari bonum ex metu mali non ſit

pecca-

Digitized by Google

peccatum habetur definitum *in Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *capit.* 4. *de Sacram. pœniten. & ex D. Thom.* 2.2. *q.*19. *a.*4. *&* 6. *& Gloſſ. in cap.*3.*ad Rom. & aduertit Victoria nu.* 24. Nam & timor inferni, licet ſeruilis eſt donum Spiritus ſancti. Sed quòd neque ſit malũ operari ſpirituale ob metũ rei temporalis probatur, quia non eſt contra dignitatem rei ſpiritualis, vt ſit cauſa vtilis etiam ad vitandum temporale malum. Quod euidentiùs ex hoc oſtenditur, quòd leges, & canones inducunt ad opera ſpiritualia metum temporalem inuentiendo. Sic per canones, vocis priuatione puniuntur, qui eligunt ſcienter indignum, vnde ex metu amiſſionis vocis inducũtur ad digni electionem. Et confirmatur, nam nedum Canones numquam prohibuerunt operari bonum ſpirituale ob metum mali temporalis, ſed potiùs vbi aliqui ex metu cadente in conſtantem virum coacti ſunt reſignare aliquod beneficium Eccleſiaſticum, iura ſic agentes defenderunt, & collationes nullas, & beneficia ad reſignantes pertinere decreuerunt, vt patet *cap.ad audientiam, & cap.ad aures, & cap. Abbas, de his, quæ vi &c.*

89 Erit verò peccatum, ſi ob metum mali temporalis, ſpirituale indignè tractetur, vt ſi aliquis elector eligat indignum, vel ſi ex aliquo alio capite fiat aliquid contra iuſtitiam, vel charitatem, vel aliquam aliam virtutem; ſed ſi elector eligat dignum, etiamſi id operetur ob metum mali temporalis, non peccat niſi ponat vltimum finem in bono temporali, & in operando, ordinem rectæ intentionis non ſeruet, & ex aliquo honeſto fine, bonum temporale non ſibi procuret.

90 Neque hæc aſſertio eſt cõtra *D.Th.* loco citato. Quia *D.Th.* aſſerit, eſſe ſimoniam, ob mali temporalis metum tradere ſpiritualia, ſi agens principaliter moueatur timore mali pœnæ, intelligi verò debet de fine operis, non verò de fine operantis. Tunc vero ſolùm dicitur tẽporale bonũ eſſe finẽ principalẽ operis cum intẽditur, vt pretium, & actio eſt, vel emptio, vel venditio, quia donatio nec habet, nec poteſt habere pro fine principali retributionem tẽporalis boni dictũ eſt ſupra. Vnde in idẽ coincidũt tradere ſpirituale ob metum mali temporalis tanquam ob finẽ principalem traditionis boni ſpiritualis, & tradere ſpiriritual ex conuentione, & pacto, & illud vendere propter bonum temporale. Cæterùm vbi bonum temporale ſit finis principalis largitionis boni ſpiritualis ſolùm extrinſecus, & ex parte operantis, non ex parte operis poteſt eſſe peccatum, & magnum ſacrilegium contra bonum ſpirituale, ſi bonum temporale accipiatur, vt vltimus finis, & non intendatur ſecundùm ordinem charitatis ex aliquo priori fine honeſto, ſed tamen nunquam erit ſimonia, ſi deſit conuentio, venditio, & pactum.

91 Dicitur verò ſecundò, quòd vbi interſit conuẽtio, & pactum tradere bonum ſpirituale, & in propoſito noſtro eligere ad beneficium Eccleſiaſticum ex timore mali temporalis, eſt vera venditio rei ſpiritualis, & ideo eſt ſimonia, Et in hoc ſolo ſenſu vera eſt illa prior opinio, cum qua in hoc ſenſu conuenit ſecunda. Nec valet dicere, quòd qui agit ex metu nihil aquirit pretio æſtimabile, quia libertas, indemnitas, & ſecuritas à malo temporali imminente, magnum bonum eſt pretio emibile.

92 Limitant tamen hanc concluſionem *Suarez num.*16. *& Layman num.*28. vt ſit vera, vbi illi, à quo timetur malum imponatur noua obligatio, nedum ceſſandi nunc à perſecutione, ſed etiam in futurum, non verò ſi detur ſpirituale ſolùm, vt perſecutor de præſenti non vexet. Et ratio eſt, quia ſicuti eſt vſura ſi quis mutuet de præſenti obligando eum, qui recipit mutuum, vt remutuet in futurum, non verò obligando eum, vt remutuet de præſenti, iuxtà doctrinam *D. Thom.* 2.2. *q.* 78. *a.* 2. *ad quartum*, ità non erit ſimonia, ſi quis det ſpirituale ex metu, obligando eum à quo timetur malum, vt de præſẽti ceſſet à perſecutione, quia vbi exactio eſt præſentanea, obligatio non æſtimatur vt quid diſtinctum ab actu. Sed limitatio iſta non debet admitti. Præterquamquòd enim non eſt certum, vt docet *Bannes ibi*, quòd non ſit vſura obligare ad remutuandũ ſtatim, nec *D. Th.* ibi inquit non eſſe vſuram in eo caſu, ſed ſolùm dicit eſſe vſurã obligare ad mutuandum in futurum; non eſt eadem ratio de vſura, & ſimonia. Vſura enim committitur ex eo, quòd aliquid ex obligatione recipitur vltra ſortem, & ideo in eo caſu dicitur, quòd non eſt vſura, quia qui de præſenti non mutuat, niſi viciſſim remutuetur, dicitur non recipere aliquid vltra ſortem, quia obligatio remutuandi de præſenti non cenſetur noua obligatio, ſaltem conſiderabilis, & magnifacienda, & ideo mutuans non cenſetur obligare ad aliquid vltra ſortem, ſed ſimonia non eſt ſimonia, quia obligat ad reddendum vltra ſortem, ſed quia obligat ad temporale quodcumque, & quia res temporalis cẽſetur æqualis compenſatio rei ſpiritualis, & ideo ſit iniuria rei ſpirituali, ſi commutetur ex conuentione, & pacto cum temporali, ceſſatio autem de præſenti à perſecutione temporali eſt bonum temporale metum patientis, & ideò non poteſt dare ſpirituale ex pacto, vt alius de præſenti ceſſet à perſecutione, cum ſit iniuria rei ſpiritualis, vt illius æqualis compenſatio cenſeatur eſſe bonum temporale. Tum ampliùs, quia res ſpiritualis debet donari, non verò donatur, quod datur ſub obligatione rei pretio æſtimabilis.

93 Semper igitur eſt ſimonia, ſi quis ex metu temporalis mali ſiue iniuſtè, ſiue iuſtè inferendi ex conuentione, & pacto dat ſpirituale, vt ceſſet timor, & liberetur ab imminentia mali temporalis, quia hoc modo ſemper res ſpiritualis venditur pro temporali.

94 Colligitur primò ex his, quid ſit dicendum in caſu, in quo Epiſcopus ob Principis timorem, & ne amicitiam Principis amittat, & ea amiſſa, vel ad pinguiorem Epiſcopatum non promoueatur, vel aliud commodum perſonale perdat, vel etiam ab Epiſcopatu expelletur, confert aliquod beneficium alicui. *Soto enim loco citato*, hunc eſſe ſimoniacum cenſet. Victoria autem ait, hoc non eſſe certum. Sed reſpõdetur, quòd ſi talis Epiſcopus ſine conuentione, & pacto confert illud beneficium, ſicuti nec illud vendit, ità nec eſt ſimoniacus. *Suarez num.* 17. *Layman. d.nu.*27. Poteſt verò contingere, vt Epiſcopus aliunde peccet, ſi conferat beneficium indigno, vel ſi nõ ſeruet ordinem rectæ rationis in cõcupiſcentia boni temporalis, & in vſu rei ſpiritualis ad conſecutionem boni temporalis.

95 Quod verò *Suarez d.n.* 17. cui conſentit *Gibaldin.q.*16.*conſec.*3. ponit differentiam inter damnum emergens, & lucrum ceſſans, & ait, quòd in præſenti caſu ceſſatio damni iniuſtè imminẽtis poteſt peti de præſenti ſub conditione, quia nihil petitur pre-

tio

tio æſtimabile ; nec quòd alter facere non teneatur ex iuſtitia, at verò non poteſt ſic peti, vt lucrum nõ ceſſet, quia hoc eſt poſtulare, vt detur, & ità petitur aliquid pretio æſtimabile, quod nequit admitti. Quia liberari de præſenti ab imminente malo temporali eſt res pretio æſtimabilis, & aliàs iniuſtè perſequens non tenetur ex particulari noua obligatione ceſſare à perſecutione, quia noua obligatio inducitur, ſi datur *ſpirituale* ſub conditione, & obligatione talis ceſſationis. Aliàs verò ſi non adeſt conuentio, obligans etiam peti poteſt, vt lucrum non ceſſet rogando perſecutorem, vt id concedat.

96 Colligitur ſecundò, Epiſcopum non eſſe ſimoniacum, ſi abſque conuentione & pacto conferat beneficium, vt beneficiatus ſibi debitum ſoluat. *Angel. v. ſimonia*, quem refert, & ſequitur *Suarez vbi ſupra num.* 18. malè autem *Layman. num. 29. ait*, quod *D. Thom. 4. d. 25. q. 3. art. 3. ad ſecundum* doceat, ſi talis Epiſcopus non paciſcatur, quòd committit ſimoniam: ſolùm enim dicit, quòd ſimonia eſt, ſi quis ſuo debitori det aliquid ſpirituale, vt ſuum recuperet. Quod eſt veriſſimum, quia talis modus loquendi conuentionem importat, & pactum. Cæterum euidens eſt ex dictis, ſimoniam non eſſe niſi vbi eſt emptio, aut venditio rei ſpiritualis pro pretio rei temporalis. Immò ſi in hoc caſu Epiſcopus det beneficiũ digno omnibus penſatis, vel non adſit alia circunſtantia mala, nullum eſt peccatum, ſed eſt actus virtutis adiuuare pauperem, vt habeat, vnde debita, vel ipſi Epiſcopo, vel alijs ſoluat.

97 Colligitur tertiò ſimoniacum eſſe eum, qui ex timore iuſtæ punitionis imminentis dat aliquod ſpirituale, vt ſi elector eligat filium Iudicis, vt aliquem reum abſoluat, vel pœnam contra iuſtitiam diminuat, ſi interuenit de hoc conuentio, & pactum, ſecus verò non eſt ſimonia, licet ſit iniquum & ſacrilegum inducere ad iniuſtitiam intuitu boni ſpiritualis. Neque enim eſt ſimonia, vbi non eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis pro aliquo pretio. *Suarez num. 19. Gibalin. q. 16. conſ. 3.*

98 Colligitur quartò, ſimoniacum eſſe Epiſcopum debitorem, ſi creditori det beneficium ſub conditione, & pacto, vt non exigat, ſed condonet debitum, non verò ſi deſit conuentio, & pactum. Nam vniuerſaliter dicitur, quòd ſolùm eſt ſimonia, dare ſpirituale ex conuentione, pacto, & obligatione habendi temporale tanquam pretium, vt ſupra ſatis eſt probatum.

99 Colligitur quinto, eſſe ſimoniacum eum, qui ſub pacto dat ſpirituale, vt proprium corporale cõſeruet, vt ſi latrone comminante excidium temporalium, niſi Epiſcopus det eiuſdem latronis conſanguineo beneficium. Quòd enim ait *Sanchez loco citato num.* 3. probabilius eſſe, non interuenire hic ſimoniam, quia nihil recipitur vt pretium beneficij, quod aliàs non eſſet debitum, non valet, quia inducitur noua obligatio in latrone ad non damnificandum, & obtinetur conſeruatio rei aliàs perituræ. Ideò adeſt ſimonia.

100 Colligitur ſextò, ſimoniam committi, ſi ſub pacto Epiſcopus conferat beneficium propter timorem perdẽdi vitam, honorem, vel famam. Negat hoc *Sanchez loco citato n. 4.* quia in hoc caſu metus nõ habet rationẽ pretij, cum hic nihil recipiat; ſed dicitur quod rationẽ pretij habet ſecuritas, & liberatio à periculo mortis, honoris, vel famæ, quæ ſecuritas eſt pecunia emibilis. Nec per hoc dicitur, quòd in ſimili caſu non liceat metum patienti, ſe à periculo liberare, quia poteſt non agere ex pacto, & conuentione, & rem ſpiritualem dare ex recta intentione, & non vendere, ſi aliàs *is*, cui datur beneficium ſit æquè dignus. Tunc enim poteſt epiſcopus dare beneficium digno illo, quia omnibus penſatis eſt dignus, & ex ſola ſecundaria intentione ſine pacto reali, & ſi aliter fieri non poteſt, ex pacto ficto ſibi ſecuritatem vitæ acquirere. Si tamen ex vero pacto beneficium confert, verè vendit beneficium pro commodo temporali, & eſt ſimoniacus.

101 Cum igitur multis modis ſimoniacũ eſſe poſſit ex metu miniſteria ſpiritualia perficere, nihilominus ad intentum huius capitis dicitur, quod diuiſio illa, de pretio ſimoniaco, vt aliud ſit munus à manu, aliud ab obſequio, aliud à lingua, eſt ſufficiẽs, & quod agere ſpirituale ex metu ad quodlibet ex membris illius diuiſionis reduci poteſt. Nam liberatio à metu amiſſionis pecuniæ, eſt munus à manu, & liberatio a metu obſequij negati, eſt munus ab obſequio, & liberatio a metu detractionis, eſt munus a lingua. Eiuſdem enim rationis eſt dare pecuniam, & datam conſeruare ne tollatur, obſequium præſtare, & obſequium non tollere, laudare & detractorem mutum reddere.

Quomodo eligere, ſeu conferre beneficia ratione conſanguinitatis ſit, vel non ſit ſimonia.

102 Eſſe ſimoniam conferre beneficia Eccleſiaſtica ratione cõſanguinitatis tenuit *Cantor. Pariſ. relatus ab Altiſiador. Gloſſa in cap. vnic. vt Eccleſiaſtica beneficia &c. v. carnalitatem*, & pro eadem ſententia refertur *Maior. n. 4. d. 25. q. 3.* quæ opinio ſe fundat in *cap. Nemo, c. Veniens, c. Tua nos de ſimonia.* Et ratio eſt, quia conſanguinitas eſt bonum temporale non minus, quam fauor humanus, & tamen dare ſpirituale propter fauorem humanum eſt ſimonia. Et quia conſanguinitas non eſt munus à manu, vel ab obſequio, vel a lingua, ideo diuiſionem illam eſſe inſufficientem dixit dictus *Cantor.* Refertur pro ſententia hac *D. Bonau. nu. 4. d. 25. dub. 6. circa textum*, ſed ibi eum loqui de ſimonia latè ſumpta aduertit *Suarez.* ſed quod & *D. Th.* in eandem ſententiam inclinauerit *2. d. 25. dixit Soto l. 7. de iuſt. q. 7. a. 5.* ſed immerito, vt videbitur.

103 De hoc puncto enim ſic loquitur *D. Th. 2. 2. q. 100. a. 5. ad ſecundum. Quod ſi aliquis aliquid ſpirituale alicui conferat gratis propter conſanguinitatem, vel quamcumque carnalem effectionem, eſt quidem illicita, & carnalis affectio, non tamen ſimoniaca: quia nihil ibi recipit. Vnde hoc non pertinet ad contractum emptionis, & venditionis in quo fundatur ſimonia. Si tamen aliquis det beneficium eccleſiaſticũ alicui hoc pacto, vel intentione, vt exinde ſuis conſanguineis prouideat, eſt manifeſta ſimonia.* Idem docuit *4. d. 25. q. 3. ad 7.* dicens, *quod ille, qui dat ratione conſanguinitatis præbendam alicui principaliter, aut intendit principale bonum illius cui datur, & non alterius, & ſic peccat grauiter, ſed ſimoniam non committit, quia non vendit, cum nihil accipiat, tant intendit aliquod bonum in ſe ipſum redundans, ſic quod magnificetur per hoc, & nobilitetur domus ſua, vel quod ipſe in conſanguineo ſit*

fortior.

Digitized by Google

fortior, & ſic ipſe aliquid accipere ſperat, pro quo ſpiritualia dat, & ſimoniam committit & reducitur ad id munus in quo continetur commodum, quod ex tali datione ſperat.

104 Ex his dicitur primò; Quòd eligere cõſanguineum ratione conſanguinitatis principaliter, ſeu cõferre beneficium conſanguineo principaliter quia eſt conſanguineus, per ſe non eſt ſimonia quidquid dixerit *Barboſa ad cap. Nemo 14. de ſimonia, falsò citans D. Th. Suar. Nauar. Conar. Azor.* Nam aſſertio poſita eſt expreſsè *D. Th. 2.2. q. 100. a. 5. citato*, quem ſequuntur *D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 5. §. 11. Cardinal. & Turrecrem. in cap. peruenit. 1. q. 3. Sylu. v. ſimonia. q. 16. & v. renunciatio q. 6. Felin. in cap. ad audientiam el 2. de reſcrip. Io. Baptiſta de S. Seuerino de penſion. q. 19. Bonacina plures referens q. 1. num. 7. Soto l. 9. de iuſt. q. 7. num. 3. Victoria releɛt. 11. de ſimoniam. 26. & apud eum. Altiſiod. Adrian. quodl. 6. ad 3. Couar. l. 1. variar. c. 5. num. 4. Nauar. c. 23. nu. 107. Sanchez. tom. 2. opuſ. l. 2. c. 3. dub. 28. num. 5. Suarez. l. 4. de ſimonia c. 37. num. 6. Pax Iordan. l. 10. tit. 11. num. 117. Gibalin. q. 16. confec. primo num. 1.* Et ratio eſt, quia non eſt ſimonia niſi vbi eſt emptio, & venditio rei ſpiritualis pro temporali pretio, at vero emptio, aut venditio non eſt, niſi vbi ex obligatione iuſtitiæ datur mutua largitio, & mutua receptio, & commutatio, quia emens dat pretium vt recipiat mercem, & vendens dat mercem, vt recipiat pretium. At vero hæc emptio, aut venditio, & mutua ex obligatione iuſtitiæ commutatio, non interuenit per ſe ex eo, quod aliquis ratione conſanguinitatis det alicui rem ſpiritualem, vt v. g. ex eo quod conferat beneficium conſanguineo; hic enim per ſe loquendo nulla eſt conuentio, & conferens beneficium nihil à beneficiato recipit, & quamuis ex beneficij collatione redundet in familiam conferentis, aliqua dignitas, & emolumentum, vel etiam in collatorem ex conſequenti maius aliquod bonum temporale, tamen hoc ex natura rei ſequitur, non vero ex conuentione aut ſpeciali obligatione inducta & impoſita beneficiato. Neque contra rationem eſt, vt epiſcopo cedat in vtilitatem tam ſpiritualem, quam temporalẽ collatio beneficiorum, dummodo epiſcopus beneficia non vendat. Non vendit vero beneficium ex eo, quod illud confert conſanguineo, etiam quia conſanguineus eſt, ſicut neque eſt ſimoniacus, qui orat pro cõſanguineo.

105 Nihilominus dicitur ſecundo, quod per accidens poteſt in hoc caſu interuenire ſimonia, ſi interueniat conuentio, & pactum per quod beneficiatus obligetur ad hoc, vt aliquod temporale det Epiſcopo, vel conſanguineis eius. Tunc enim epiſcopus vendit beneficium.

106 Sed quid dicendũ ſi ſine expreſſa cõuentione, & pacto, Epiſcopus ex ſua intentione det beneficiũ alicui, vt ex hoc temporale emolumentum recipiat vel pro ſe, vel pro ſuis conſanguineis? D. Thomas enim *2. 2. loco citato* inquit eſſe ſimoniam, ſi epiſcopus det beneficiũ ea intentione, vt ex hoc prouideat ſuis conſanguineis. Quod clarius etiam docuit *in 4. Sent. loco citato*. Sed reſpondetur, quod ſi epiſcopus intendit emolumentum, vt ſibi vel ſuis retribuendum ex obligatione iuſtitiæ, & propterea in intentione ſua beneficium vendit, eſt ſine dubio ſimoniacus, ſed ſi intendit conſequi emolumentum, vel quia illud naturaliter conſequitur ad beneficium ipſum datum conſanguineo, vel expectatur, vt habendum ex gratitudine beneficiati, ſimoniacus non eſt, quia non eſt ſimonia ſperare emolumentum corporale vt ex gratitudine retribuendum ex largitione ſpiritualis boni, vt ſatis ſupra eſt probatum, & ſimul eſt oſtẽſum quomodo dare ſpirituale principaliter ex fine extrinſeco operantis propter temporale nõ ſit ſimonia, quia ex finis extrinſeci intentione, actio propriam ſpeciem non ſumit; Et ſicut in emptione, & venditione, ſic in ſimonia, pretium eſt finis principalis intrinſecus ex parte operis & largitionis rei ſpiritualis, & non tantum extrinſecè ex parte operantis, quod tunc eſt poſtea verius, quando res temporalis nõ eſt neque ex parte operantis finis primarius largitionis rei ſpiritualis, ſed ſolum ſecundarius, ſeu conditio, aut occaſio, aut diſpoſitio ob quam quis mouetur ad largiendum ſpirituale.

107 Quæ verò dicta ſunt de conſanguinitate verificantur de qualiber carnali affectione, etiam praua, etiam inhoneſta, quia numquam eſt ſimonia ex carnali affectione largiri ſpiritualia per ſe, niſi admiſceatur conuentio aliqua, vel pactum per quod recipiens ſpirituale teneatur per modum iuſtitiæ per ſe vel per alios aliquid temporale retribuere largiẽti ſpirituale in ſe vel in alio. Quia ſine hac conuentione & pacto largitio ſpiritualium pro temporali non eſt voluntaria emptio, vel venditio rei ſpiritualis, quod eſt de eſſentia ſimoniæ. *Suarez. d. cap. 37. num. 6. Layman. d. l. 4. tr. 10. num. 27.*

108 An vero cõferre beneficium conſanguineo ratione conſanguinitatis ſit peccatum, affirmat *Altiſiod. apud Victoriam nu. 28.* ſentiens id eſſe peccatum mortale. *Soto autem d. l. 9. q 7. a. 3.* credit eſſe peccatum veniale. *Nauar. cap. 23. num. 107.* non ſpecificat quale ſit peccatum, quia videtur aliqualis ſaltem iniuria rei ſpiritualis, vt ratione carnalis coniunctionis detur. Sed licet per accidens in huiuſmodi ſpiritualium largitione poſſit adeſſe peccatum etiam mortale, vt ſi beneficium conferatur indigno, vel minus digno, vel ſi ex turpi aliqua affectione, & peccaminoſa ſpiritualia diſpenſentur, quod eſt ſacrilegium peſſimum, vel ſi ita principaliter id fiat ob conſanguinitatem, vt in rectum finem nõ ordinetur, tamen per ſe loquendo, & a malis circumſtantijs abſtrahendo, nullum eſt peccatum conferre beneficium æquè digno etiam ratione conſanguinitatis, & etiam ſi conſanguinitas ſit ratio ob quam inter æqualiter dignos, conſanguineus præferatur. Hic enim, vt iam patet, non eſt peccatum ſimoniæ, ſed neque eſt peccatũ iniuſtitiæ, quia non præfertur minus dignus digniori, vt ſupponimus: nec adeſt affectus immoderatio, quia immo ordo charitatis hoc petit, vt ceteris paribus, conſanguinei pręnon conſaguineis amẽtur. *D. Th. 2. 2. q. 27. a. 7. &* 8. Nec ſit iniuria rei ſpirituali, quæ non datur indigno, & non datur niſi ſeruato ordine charitatis, & ita hanc partem ſuſtinent. *Victoria num.* 28 & apud eum *Syl. v. ſimonia num. 16. Couarru. l. 1. var. c. 5. n. 4.* quem citat & ſequitur *Suarez. num. 8. Gibalinus q. 16. confec. 1. nu. 3.* Ideo vt DD. iſti tradunt, cæteris paribus, & ſecluſo ſcandalo, promouere conſanguineos, vel amicos ad beneficia, ſi alias ſint digniores, vel æque digni eſt iuſtum, quia conſanguinitas, & amicitia æſtimandæ ſunt, & ex conſequenti agere ratione illarum, eſt iuſtum & conforme ordini charitatis

109 Præſcindi tamen debet ſcandalum nedũ alio-

rum,

rum, ſed proprium ipſius conferentis, vel eligentis ad beneficia; facilius enim eſt, vt epiſcopus, aut electores decipiantur in deiudicandis conſanguineorum meritis, vnde præferantur minus digni cum ſcandalo Eccleſiarum. Ita ex DD. citatis. Alias vero quantum periculi ſit in Prælatis, qui in conferendis beneficijs Eccleſiaſticis ducuntur ex carnali affectione cõſanguineorum & quam facile ſit vt ſimoniaci ſint, & quam deteſtanda ſit eorum malitia videri poteſt ex *Ambroſ. l. 1. offic. cap. 30. Origen. hom. 22. in Numer. ad cap. 27. & cap. ſi ergo 8. q. 1. Perald. tom. 2. de virtutibus, Aluaro Pelag. l. 1. de planctu Eccleſiæ L. M. Baſil. in cap. 3. Iſaiæ ad illud. Apprehendat homo fratrem ſuum &c.*

110 Ad ea verò iura, quæ à prima opinio adducebat ad probandum, quòd conferre beneficium eccleſiaſticum ratione conſanguinitatis ſit ſimonia, reſpondetur, nihil tale *ibid.* contineri. In *cap. enim illo vnico, extra, vt eccleſiaſtica beneficia*, culpa ob quam reprehenditur ille Epiſcopus fuit acceptatio perſonarum, non verò ſimonia. Et quod maior contendat, quod eligere minùs dignum relicto meliori ſit ſimonia, eſt confundere ſpecies vitiorum, & id vocare ſimoniam, quod eſt acceptatio perſonarum. In *cap. verò ſi quis* plures modi enumerantur in quibus collatio beneficiorum eſt vitioſa, ex quibus aliqui quidem, ſed non omnes ſunt ſimoniaci. In *cap. veniens, & cap. Tua* de ſimonia nihil eſt, quod ad rem faciat. *In cap. autem nemo* v4. de ſimonia, quidam illa vltima verba dicti capitis, quia vtrumque ſimoniacum eſt alij referunt ad totum caput, ſed ſimul dicunt, textum ibi loqui de ſimonia largè & impropriè ſumpta: Alij verò dicunt verba illa non referri ad primam partem dicti textus, in quo de conſanguineis loquitur, ſed ad vltimam partem, vbi non ſit mentio de conſanguinitatis reſpectu. Nam alias damnare ſimoniæ illum actum in quo, & pro quo agens nihil temporale accipit, ab eo, cui dat ſpirituale, vel ab alio, aut accipere intẽdit per ſe eſt impoſſibile, cum non poſſit eſſe emptio vel venditio vbi nihil accipitur aut accipi intenditur. Qui verò dat beneficium ratione conſanguinitatis per ſe ex hoc nihil accipit ab aliquo.

111 Ad intentum verò huius capitis attendendo dicitur, quòd vel dare beneficium ratione conſanguinitatis non eſt ſimonia, vel ſi eſt, & quando eſt pretium eius, vt docuit *D. Th. ſupra citatus*, pertinet ad id munus, ad quod pertinet illud commodum pro quo res ſpiritualis datur. Dicitur igitur diuiſionẽ illam pretij ſimoniaci, vt aliud ſit munus à manu, & aliud ab obſequio, & aliud à lingua, ſufficientem eſſe. Nam bonum temporale pretio æſtimabile vt habet *D. Th. 4. d. 25. q. 3. a. 3.* vel pertinet ad animam ſicut amicitia, vel fauor aliquis, & quantum ad hoc eſt munus a lingua, vel pertinet ad corporale aliquod emolumentum, & obſequium, & eſt munus ab obſequio, vel eſt extrinſecum, & eſt munus à manu, vt infra eſt magis explicandum.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia eſt quidquid eſt pecunia æſtimabile, n. 111.*
2 *Munus à manu eſt pecunia data, vel promiſſa, num. 112.*
3 *In foro conſcientiæ ſimonia eſt etiam, ſi detur ſpirituale pro minima pecunia, num. 113.*
4 *Paruitas pretij in foro externo non inducit ſimoniam, num. 114.*
5 *Res extrinſeca pretio æſtimabilis eſt munus à manu, num. 115.*
6 *Condonatio pecuniarij debiti eſt munus à manu, num. 116.*
7 *Condonatio pecuniarij debiti eſt munus à manu, etiamſi debitum non ſit liquidum, num. 117.*
8 *Etiamſi ſit relaxatio debiti nondum contracti, num. 118.*
9 *Qui pro ordinando conſtituit titulum, ſi accipit pactum, quod nihil ab eo poſtulabitur non eſt ſimoniacus. num. 119.*
10 *Canonicus ſi pro ſui electione promittat ſe remiſſurum partem præbendæ eſt ſimoniacus, nu. 120.*
11 *Qui promittit ſe remiſſurum debita Eccleſiæ, ſi eligatur eſt ſimoniacus, num. 121.*
12 *Dare mutuum eſt munus à manu, 122.*
13 *Obligare electum ad dilationem ſolutionis debiti eſt ſimonia, num. 123.*
14 *Obligare electum ad anticipatam ſolutionem debiti eſt ſimonia, num. 124.*
15 *Dare ſpirituale ex pacto, vt ſibi ſoluatur debitum eſt ſimonia, num. 125.*
16 *Penſio eſt munus à manu, num. 126.*
17 *Dare beneficium ſub pacto alicuius penſionis eſt ſimonia, num. 126.*
18 *In caſu in quo Epiſcopus poteſt reſeruare penſionem ſi exigitur conſenſus beneficiati eſt ſimonia, num. 126.*
19 *Promittere penſionem Procuratori ad obtinendum beneficium de fructibus beneficij eſt ſimonia, numer. 127.*
20 *Permutatio beneficiorũ eſt munus à manu, n. 128.*

112 QVæritur ſextò. Quid ſit munus à manu, & quæ ſub ea comprehendantur. Ex Archidiac. *Syluester v. ſimonia* deſcribit munus à manu, vt ſit res communis ſiue mobiliter, ſiue immobiliter porrecta, & fundatur hoc in Doct. *S. Auguſt. lib. de diſciplina vitæ cap. 1.* quæ refertur *cap. totum 6. 1. q. 3.* in hæc verba: *Totum quidquid homines poſſident in terra, omnia quorum Domini ſunt, pecunia vocatur, ſiue ſeruus ſit, vas, ager: arbor, pecus, quidquid horum eſt pecunia dicitur.* Et hoc totum dicitur munus à manu, quia totum pecunia dicitur, & pecunia manu donatur.

113 Primò igitur pecunia propriè dicta eſt munus à manu, quæ etiam propriiſſimè pretium dicitur, *§. inter priorem. Inſt. de empt. & vendit.* & eſt deteſtabilius munus à manu, quod in ſimonia interuenire poteſt, *cap. ſi quis præbendas 1. q. 3. & cap. 2. & ſeq.* de ſimonia; vnde Petrus Simoni Mago dixit, *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Non requiritur verò, quòd ſit numerata, ſed ſufficit ſi ſit pro obtinendo ſpirituali promiſſa, *cap. de hoc v. cap. cum eſſent 12. cap. tua nos, 34. de ſimonia.* Et eſt res per ſe clara, & certa.

114 Quærenti verò, quanta pecunia ſit neceſſaria ad hoc, vt ſit munus à manu conſtituens ſimoniam. Reſpondetur diſtinguendo ſimoniam in veram & & præſumptam, ſiue intrinſecam, & Deo notam, vel extrinſecam & in foro externo manifeſtam. Nam ad veram ſimoniam cõſtituendam ſufficit quælibet minima quantitas pecuniæ, imò quanto in minori quanti-

Digitized by Google

quantitate eſt pecunia, quã emitur, vel venditur ſpiritualc, tanto maior eſt iniuria, quæ fit rei ſpirituali, quæ adeo vilis æſtimatur, vt pro ea tanquam pretium condignum, & ſolidus, vel quadrans, vel dimimidium quadrantis recipiatur. *D. Th. 2. d. 25. q. 3. art. 3. ad primum Durand. ibid. q. 4. num 7. Palud. ibid. q. 5. num. 23. maior. ibid. q. 3. concl. 7. Gloſſ. in cap. Plerique 14. q. 3. v. poma item Gloſſa in cap. ex tua 20. de ſimonia v. ſex ſolidos, vbi Panorm. nu. 5. Feliu. nu. 2. & alij, D. Anton. par. 2. tit. 1. cap. 5. Sylueſter v. ſimonia, n. 16. Tabien. ibid. nu. 10. Nauar. cap. 23. num. 101. & lib. 5. conſ. 12. de ſimon. Suarez lib. 4. de ſimon. cap. 38. n. 2. Binsfeld. de ſimon. cap. 18. q. vnic. concluſ. 1. Gibalinus quæſt. 16. conſect. 4.* Et ad hoc probadum induci poſſunt *cap. ex tua* 20. de ſimonia, & *cap. placuit* 102. 1. *q. 1.* & exemplum Eſau, vendentis primogenituram pro re viliſſima; ſed ad ſimoniam præſumendam in foro externo non ſufficit parua materia, vt videri poteſt ex *cap. & ſi quæſtione* 18. de ſimonia. Vbi enim exteriùs non conſtet de pacto ab aliquo inito dandi ſpirituale pro parua pecunia, non præſumitur tale pactum, & animus ſimoniacus ex munere à manu, vel pecunia parua, quia non cenſetur parua res habere vim mouendi animum alicuius ad tale ſacrilegium, quale eſt ſimonia niſi hoc aliunde conſtet. Ita citati. *DD. & Tiraquel. Reginal. & Ric.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad Proœm. decret. num. 47. & ad cap. Etſi quæſtione de ſimon. nu. 3. citans Rotam, Pariſ. & alios.*

115 Secundo ſub munere à manu continentur res extrinſecæ omnes pecunia æſtimabiles, ſiue emibiles, & vendibiles, quæ omnes nomine pecuniæ veniunt vt dictum eſt ex *cap. totum 6. 1. q. 3.* & ſupponitur in *cap. etſi quæſtiones 18. & cap. tua nos 34. & cap. in tantum 36. de ſimonia.* Omnes enim huiuſmodi res poſſunt habere rationem pretij, & rei ſpirituali irrogatur iniuria ſi pro talibus emitur, vel venditur *D. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. c. & a. 5. c. & 2. d. 25. q. 3. art. 3. corp. & reliqui DD. ſupracitati, & alij DD. communiter.*

116 Tertio ſub nomine muneris à manu venit debiti pecuniarij condonatio, & relaxatio, aut relaxationis promiſſio. Quia qui debitam quantitatem pecuniæ remittit cenſetur illam donare, & is cui debitum remittetur à remittente accipit. *lib. 2. ff. de calumn. l. ſi mulier, ff. de condit. cauſ.* & habetur ex *cap. talia 9. quæſt. 3.* vbi id nocat *Gloſs.* & ſupponitur in *c. veniens 10. de teſtibus* vbi id notant & tenent *Gloſſ. Panorm. & Barboſ. n. 5.* & apud eum *Rebuff. ad l. 79. ff. de verb. ſignific. Suarez d. cap. 38. num. 4. Tabien. v. ſimonia n. 45. Layman lib. 4. tr. 10. cap. vlt. nu. 25. Baſſaus v. ſimonia 2. n. 2. Azor. p. 3. lib. 12. c. 11. Bellett. diſq. 1. 2. §. 36. num. 10. Palaus p. 3. de ſimon. diſp. 8. p. 3. nu. 2. Gibal. q. 16. conſ. 5.*

117 Hoc vero extendi debet etiam ad debitum nõ liquidum ſed dubium. Quidquid enim ſit de ea doctrina, quam ex *Panorm. in d. cap. veniens habet Tabien. d. nu. 45. & ſequitur Barboſ. loco cit.* ſcilicet quod remittere debitum dubium non eſt dare, vel donare, ſed facere, conſtat, quod is, cui debitum dubium remittitur, aliquid recipit, cum liberetur ab omni inſtantia, & obligatione ſoluendi, ideo ſimonia eſt pro tali commodo temporali dare ſpirituale.

118 Quod extenditur, vt ſit verum, nedum de remiſsione debiti iam contracti, ſed etiam contrahendi, quia nimirum promittitur remiſſio debiti pro eo tempore, quo contrahetur. Vt ſi Epiſcopus, qui ſi ordinet aliquem ſine titulo, tenetur eum alere, *cap. cum ſecundum de præbend.* ordinet de facto aliquem ſine titulo accipiens ab eo promiſſionem, quod ipſe ordinatus ab Epiſcopo ordinante nihil poſtulabit, *cap. ſi quis penul. de ſimonia,* vbi habetur hic caſus expreſſus, & etiam eſt caſus *dicti cap. veniens 10. de teſtibus.*

119 Idem dicitur ab aliquibus de eo, qui pro ordinando conſtituens titulum patrimonij accipit ab eo promiſſionem, & pactum, quod nihil poſtulabit. Tunc enim nedum ordinatio eſt indebita tanquam facta ſub falſo titulo, ſed cum conſtitutio illa tituli ſit tanquam præſentatio ad ordinem, & annexa rei ſpirituali ſicut ius patronatus, illam dare ſub promiſſione remiſſionis promiſſæ eſt ſimonia *Nauar. in man. cap. 27. num. 158. Suarez d. cap. 38. num. 5. Bellett. citatus num. 11.* Verum hoc non admittitur communiter, ſed immo à multis, & pluribus negatur. Diſtinguitur vero ab aliquibus duplex caſus, primus eſt ſi aliquis donet alicui Patrimoniũ ad finẽ ſuſcipiendi ordines illo titulo; alius caſus eſt, quando quis donat patrimonium abſolutè quamuis donatarius eo vſurus ſit pro ordinibus ſuſcipiendis. In primo caſu dicunt donantem patrimonium cenſendum eſſe præſentatorem, & recipientem patrimoniũ cum pacto, vel nihil ſumendi, aut de fructibus Patrimonij, aut illud reddendi eſſe ſimoniacum. Secus verò in ſecundo caſu. Ita *Gibalinus de ſimon. q. 16. conſecut. 5. num. 2.* ſed ſine diſtinctione dicendum eſt, non eſſe ſimoniam donare patrimonium cum pacto vt donatarius nihil petat, vel patrimoniũ reſtituat. Nam patrimonium non eſt res ſpiritualis, ſed merè temporalis, nec ſimonia eſt donare temporale ſub conditione, & pacto. Nec verum eſt, quod donans patrimonium ſe habeat ſicuti præſentator ad ordines, vel ad beneficiũ, quia præſentator dicitur ille, qui præſentat ad titulum Eccleſiæ ſuæ, vel beneficij, vndè directè donat quid ſpirituale. Sed conſtituens patrimonium etiam ex fine, vt donatarius poſſit ordinari, & vt ſit habilis ad ordines, donat directè aliquid tẽporale, nec præſentat ad ordines. Et conditio appoſita non eſt appoſita largitioni alicuius ſpiritualis, ſed largitioni patrimonij tẽporalis. Sed & addendũ eſt, quod capacitas ſola rerum ſupernaturaliũ nõ eſt ſpiritualis, nec ſupernaturalis, ſi nõ habeat cõiunctum aliquod ius ad ſpiritualia, quia naturæ eſt poſſe habere fidem, charitatem, beatitudinẽ, vt dixit *S. Aug. lib. 1. de prædeſt. SS. c. 51.* quãuis igitur dans patrimonium det capacitatẽ ad ordines, non per hoc dat aliquod ſpirituale, cũ non det vel minimũ ius ad habendũ ſpirituales ordines. Præſentator verò dat aliquod ius ad beneficium. Et hæc confirmantur. Nã ſine ſimonia poteſt donans patrimonium paciſci, vt ſibi reſtituatur patrimonium, tunc, cum donatarius fuerit prouiſus de ſufficienti beneficio, pro vt declarauit S. Congregatio Concilij, quã refert *Garz. p. 2. cap. 5. nu. 93.* non igitur eſt ſimonia donare patrimonium ſub obligatione. Et propterea hoc pactum de reſignando contractu patrimonij aſſignati in titulum ordinum ſuſcipiendorum non inducere ſimoniam determinauit S. Pœnitentiaria teſte *Tolet. lib. 1. cap. 48. num. 7.* Vnde hanc partem ſuſtinent *Nauar. conſ. 17. de tempor. ordinand. Tolet. vbi ſupra Henriq. lib. 10. cap. 17. §. 3. litt. O. Ferdinand. à Caſtro tract. 17. diſp. 3. par. 3. nu. 2. Barboſ. ad cap. 37.*

de ſimon.num.6.Garz.p.2.cap.5.num.168.Palaus p.3. de ſimon.punct.3.num.2. An vero in huiuſmodi caſu qui ordinatur dicatur ordinari ad titulum ficti patrimonij, & incurrat pœnas Conſtit.Sixti V. & Clement.VIII. alia quæſtio, de qua videri poſſunt DD. quos cumulatè dant *Barboſ. & Gibal.*

120 Idem dicitur de canonico, qui pro ſui electione promittat ſe remiſſurum dimidiũ, vel aliam partem præbendæ: & de Parocho, qui pro ſui inſtitutione aut præſentatione promittat remittere decimas: tales enim ſunt ſimoniaci, quia pro re ſpirituali virtualiter dant id, quod ſibi deberetur ſi eſſent Canonicus, vel Parochus.

121 Idem dicitur de eo, qui promittit remittere debita Eccleſiæ, vt ſi quis, vt eligatur in Epiſcopum, promittat ſe remiſſurum debita iam antea contracta cum Eccleſia, vel rapinas, ſeu bona ab Eccleſia direpta. Hic enim eſt caſus, qui continetur in *cap.talia p.8.q.3.* Nam & iſte dat illud, quod Eccleſiæ debetur, & quod ipſe promittit non petiturum. *Suarez d. n.5. Baſſæus d.n.2:*

122 Quarto ſub munere à manu continetur mutuum, vnde ſimoniacus eſt, qui eligit Titium obligans enim ad ſibi mutuandum. Negat hoc *Sanchez tom. 2. opuſcul.lib. 2.cap.3.dub.28. numer.* 4. ex eo quod mutuum non ſit pretio æſtimabile: Sed hæc ratio non valet, quia licet mutuum non ſit æſtimabile ſpeciali pretio diſtincto à valore pecuniæ mutuatæ, quæ in æquali quantitate reſtitui debet mutuanti; tamen præſens vſus pecuniæ eſt corporalis vtilitas, quam habet, qui mutuum recipit. Ideò ad ſimoniam ſufficit obligatio ad talem vtilitatem. Nam ſimonia eo pręcipuè eſt ſacrilegium, quia cum res ſpiritualis petat donari, à ſimoniaco non donatur, ſed venditur, quia datur ſub obligatione alicuius temporalis, hoc verò conuenit ei, qui dat rem ſpiritualem obligando recipientem ad mutuandam pecuniam, vel è contra; & ideò talis eſt ſimoniacus. Ita ſupponit *Nauar.in man.cap.23.nu. 101. & lib.5.conſ.14.num.6.& conſ.23. num. 1. de ſimonia; & tenent Vgolin.Tab.1.cap.9.§.5. num.2. Leſſius lib.2.cap.20.num.9.Suarez lib.4.de ſimon.cap.38. num. 7. Petrus de Ledeſma de ſtatu Epiſcopor. cap.3. concluſ.10. Caſtro Pallaus vbi ſupra num.3. Flam. de reſignat.tom.2.lib.14.q.7.art.num.2.Garz. p.11. cap.3. num.171.Azor.p.2.lib.7.q.2.Arag.22.q.78. art.2. Rodriq. tom.2.cap.59.num.3.Mol.tract.2.diſ.310. Gibal. de ſimon.q.16.conſect 6.*

123 Ideò hoc extenditur de mente eorundem Doctorum, vt ſimonia ſit eligere obligando electum ad dilationem ſolutionis debiti, quia dilatio termini ad ſoluendum eſt quoddam mutuum, & eſt temporalis commoditas ſub cuius obligatione ſacrilegum eſt eligere, vel aliam rem ſpiritualem conferre.

124 Item extenditur ad anticipatam ſolutionem debiti, vt pariter ſimonia ſit eligere, vel aliud ſpirituale dare, obligando electum, ad hoc, vt anticipatè ſoluat debitum, hoc enim eſt quoddam mutuare, & eſt res temporalis, nec licet ſub eius obligatione conferre ſpirituale.

125 Sed imò ſimonia eſt, ſi ſpirituale detur ex pacto, vt ſibi ſoluatur debitum, quia ſpirituale petit dono dari, non vero dari ex obligatione boni temporalis. Nec eſt verum, quod ait *Suarez cap. 38. num.9.* nimirum, quod hic non interueniat noua obligatio, quia non eſt nouum pactum ſine noua obligatione.

126 Quintò ſub munere à manu continetur penſio, vel conferenti beneficium, aut aliam rem ſpiritualem, vel renuncianti, vel eandem rem procuranti ſoluenda qualitercunque, vel ex fructibus beneficij, ſeu rei ſpiritualis, vel aliunde. *Cap.vnico,* vt Eccleſiaſtica beneficia. Vbi Pontifex duos caſus diſtinguit; Vel enim is, qui dat beneficium ante collationem beneficij factam Titio, recipiebat beneficij fructus, vel non. Si non, & tamen in collatione beneficij reſeruat ſibi fructus, & exigitur ad hoc conſenſum beneficiati eſt manifeſta ſimonia. Si autem antea fructus beneficij ei ad tempus, & pro iuſta cauſa debebantur non eſt ſimonia, ſi Epiſcopus vtatur ſuo iure, & poteſtate reſeruando ſibi fructus illius beneficij, ſed tamen adhuc ſimoniacum eſt, ſi ad hoc exigat conſenſum beneficiati, & cum eo conueniat pro fructibus, quia cum conſenſus beneficiati nihil poſſit ad legitimam reſeruationem operari, ſi talis conſenſus petitur cēſetur ibi eſſe iniquũ pactu, vt notat *Gloſ.* ibi. Quamuis igitur in aliquo caſu eſſet Epiſcopo licitum reſeruare ſibi, vel alteri fructus beneficij, nunquam tamen poteſt id facere ex pacto cum beneficiato inito, ſed hoc agere eſt ſimonia. *Suarez d.cap.38.num.10. Flamin. lib.6. q.2.num.3.Caſtro Palus* vbi ſupra *num.4. Campeg. de penſion.nu.2.Gibal.q.16.conſ.7.*

127 Sicuti ſimonia eſt Procuratori ferenti auxiliũ ad obtinendam Prælaturam, vel beneficium promittere pēſionem de fructibus beneficij, vel de alijs bonis. *Nauar. lib.5. conſil.47. de ſimonia. Suarez ibid. Baſſæus v ſimonia. 2. nu. 2. Gibalin.loco citato.* Vel ſi quis Aulico promittat ſe conſenſurum, vt imponatur penſio ſuper beneficio, ſi ſibi illud impetret. *Nauar.ibid.conſ.57.*& multi alij ſimiles caſus conſiderari poſſunt, qui habentur à *Nauar. in manual. cap.23. num.107. & ſeq.& lib.5.conſil.de ſimonia.*

128 Sextò ſub munere à manu comprehenditur permutatio beneficiorum, vel quæcunque alia permutatio rei ſpiritualis à iure prohibita. Nam in huiuſmodi permutationibus continetur aliquid per modum preti, quod non eſt ab obſequio, vel à lingua, ideò pertinet ad pretium, quod eſt à manu *Suarez d cap.38.num.11.*

S V M M A R I V M.

1 *Actus corporaliter exhibitus in commodum alicuius eſt munus ab obſequio, num.129.*
2 *Munus ab obſequio inducit ſimoniam, nu.129.*
3 *Eligere ad Prælaturam in ſolutionem obligationis obſequio ſi fiat ex pacto, eſt ſimonia, num.130.*
4 *Etiam ſi cedat in commodum tertij, num.131.*
5 *Nõ verò, ſi fiat gratis, ſeu ex gratitudine, n.132.137*
6 *Animus gratus, & rectus præſumi poteſt in eo, qui pro corporali obſequio ſalarium ſoluit in pecunia, non verò in eo, qui non ſoluit, num.133.*
7 *Diſtinctio obſequij in honeſtum, vel turpe per accidens ſe habet ad videndum, an dare ſpirituale pro obſequio ſit ſimonia, num.134.*
8 *Præſtare obſequium ſub pacto obtinendi beneficium eſt ſimonia, non vero ſi beneficium expectetur, vt recipiendum ex gratitudine, num.135.*
9 *Qui ſeruit implicite ſaltem paciſcitur de ſalario, num.136.*

10 *Vbi*

10 *Vbi officium ſpirituale habet annexum obſequium temporale, non eſt ſimonia obligare beneficiatum ad tale obſequium, num.138.*

11 *Vbi ſpirituale officium non habet annexa bona tēpo alia, obligare recipientem tale officium ad obſequium temporale eſt ſimonia, num.138.*

12 *Si eum eligendi imponatur penſio, eſt ſimonia, numer.139.*

13 *Nullus Papa inferior poteſt imponere penſionem ſuper aliquo beneficio, num.140.*

14 *Vbi officium ſpirituale non habet annexum obſequium temporale, ſimonia eſt obligare recipientem tale officium ad obſequium temporale, numer.141.*

15 *Simonia non eſt, ſi Epiſcopus det beneficium viro erudito, ſperans ab illo adiuuari in gubernio, num.141.*

16 *Dare beneficium ſub obligatione obſequij ſpiritualis eſt ſimonia, num.142.*

17 *Spiritualia non poſſunt dari, vel recipi ſub pacto, num.142.*

18 *Nedum beneficia Eccleſiaſtica, ſed nulla ſpiritualia poſſunt dari ſub pacto alterius ſpiritualis, n.142. 143. 144. 145. 146.*

19 *Hoc aliqui negant, num.142.*

20 *Ante collationē beneficij poteſt à Papa annecti onus beneficio, num.143.*

21 *Poteſt dari ſpirituale ex pacto alterius ſpiritualis, prius annexi beneficio ab habente facultatem, numer.143.159.*

22 *Non vero ex pacto alicuius noui obſequij ſpiritualis, num.144.*

23 *Simonia eſt in permutatione cuiuſcumque ſpiritualis, nu.145. 146.*

24 *Epiſcopus conueniens cum Vicario ſe daturum illi centum ſcuta, donec illum prouideat de beneficio, eſt ſimoniacus, num.147.*

25 *Patronus obligans præſentatum, vt celebret Miſſas ad quas non tenetur ex vi beneficij, eſt ſimoniacus, num.148.*

26 *Elector dicens alicui elige me in Priorem, & ego eligam te in Prouincialem, eſt ſimoniacus, num. 149.*

27 *Hæc verba non ſunt ſolius gratitudinis expreſſiua, ſed pactum continent, num.149.*

28 *Dicens me viuente nunquam Caius fiet Prior, niſi fiat Seius, eſt ſimoniacus, num.150.*

29 *Dicens: placet tibi eligere meum nepotem, & ego eligam tuum, eſt ſimoniacus, num. 151.*

30 *Dicens: tu exauditus es in vna electione, ego debeo exaudiri in alia, eſt ſimoniacus, num.152.*

31 *Conſuetudo aliter faciendi eſſet abuſus. numer. 153.*

32 *Promittens beneficium pro operibus eſt ſimoniacus, num.154.*

33 *Promittere beneficium pro electione ad Epiſcopatum eſt ſimonia, num.155.*

34 *Commutare ſpirituale cum ſpirituali ex pacto, quale ſit ſimonia, num.156.*

35 *Commutare ſpirituale cum ſpirituali ſine pacto non eſt ſimonia, num.157.*

36 *Si quis ſimulet ſe ſanctum, vt obtineat beneficium, non eſt ſimoniacus. num.158.*

37 *Si obſequium ſpirituale eſt annexum officio, non eſt ſimonia dare officium ſub onere illius obſequij. numer.159.*

38 *Vt beneficio annectatur obſequium ſpirituale, debet illud beneficium habere annexum temporale bonum ſufficiens ad ſubſtentationem miniſtri, numer. 160.*

39 *Res temporalis poteſt dari cum pacto obſequij ſpiritualis, ſi non detur, vt pretium illius, ſed vt ſuſtentatio miniſtri, vel res temporalis deputetur ad vſum ſpiritualem, num.161.*

129 QVæritur ſeptimo. Quid ſit munus ab obſequio, & quæ ſub eo comprehendantur? Munus ab obſequio, vt colligitur ex *D. Thom.2. 2.quæſt.100. artic.5. & 4. diſtinct.25. quæſt.3. articul.3.* eſt actus corporaliter exhibitus in bonum alicuius. Hoc autem obſequium inducit ſimoniam; quia eſt quid pecunia æſtimabile; vnde etiam eſt, quod huiuſmodi obſequia pretio venduntur; & ideò & hoc obſequium venire poteſt nomine pecuniæ, & ſi pro eo datur ſpirituale datur pro pretio, & venditur; & idcirco ſimonia committitur.

130 Ex his ſequitur primò, quod eligere ad Prælaturam, vel dare beneficium eccleſiaſticum in recompenſationem debiti, & ſolutionem obligationis ex iuſtitia, & ad condignam mercedem in totum, vel in partem pro obſequijs receptis tribuendam, eſt ſimonia; licet ſimonia non ſit ex obſequijs præſtitis aliquem moueri ad gratis eligendum, vel conferrendam Prælaturam, ſeu beneficium eccleſiaſticum. Prima pars huius aſſerti certa eſt ex *D. Thom.2. 2. q.100.art.5.& 4.d.25.q.3.art.3.Gloſſ.cap.cū eſſent 12. de ſimon.&* ibi *Panorm.num.4.fin.&. Gloſſ in cap.ſunt nonnulli 1.1.q.1.Sylu.v.ſimonia nu.16.Tabien.ibid. num.12.Soto l.p.de iuſt.q.7.a.5.Victor.Relec.11.de ſim. nu.36.Adrianus quodl.9.ar.2.Sanchez to.2.opuſc.lib.2. cap.3.dub.28.nu.7.Suarez lib.4.de ſimon.cap.39.nu.5. Gibaliu.q.16.conſ.16.Lediſma tract.12.de ſimon.concl. 37.& 38.Layman. lib.4.tract.10.cap.vlt.n.26.Baſſæus v.ſimonia 2.n 4.Filliuc.tract.45.cap.9.q.10.Azor.3.p. lib.12.c.11. Nauar.c.23.n.102.Conar.lib. 2.var.c.20. num.4.Sayr.in clauı Regia lib.10.tr.5.c.7.num.9.Pax Iordan.lib.10.tit.11.num.102.*

131 Limitant hoc aliqui dicentes: nón eſſe ſimoniam, quando datur ſpirituale ex pacto, vt remittatur aliquid, quod cadit in commodum tertij, non vero in commodum dantis ſpirituale. Ità *Felin.cap. veniens 10.de teſtibus n.2.verſ.hoc autem.* Et videtur tenere ibidem *Panor.n.6.Capua lib.2.deciſ.c.95.n.22.* ſed non debet admitti limitatio; quia ſimonia eſt emptio, vel venditio rei ſpiritualis abſolutè, & iniuria fit rei ſpirituali æquiparando illā temporali, quidquid ſit de vtilitate quam res temporalis ferat. *Nauar.conſ.19.de ſimonia nu.2.Sanchez tom.2.opuſ.lib.2. c.3.dub.25.nu.8.*

132 Secunda verò pars aſſerti probatur, quia vbi Prælatura, vel beneficium eccleſiaſticum gratis, & liberaliter datur, non habet locum ſimonia; bene verò ſtat, quod obſequia præſtita moueant adhoc, vt Prælatura, ſeu beneficium detur gratis; quia nimirum per obſequia illa famulus factus eſt dignior beneficio, vt ex Gregorio habet *D. Th.2.2.q.100. ar.5.ad primum*, vel quia gratitudo, vel alia ſimilis virtus à iuſtitia diſtincta inclinat electorem, vel collatorem ad beneficium conferendum. Ita DD. ſupracitati.

133 Talis vero animus rectus præſumi poteſt in

eo, qui ſalarium debitum pro corporali obſequio ſoluit in pecunia, vel per temporalem mercedem, ſaltem minimo iuſto pretio. Is enim cum ſatisfecerit iuſtitiæ, & debito aliunde, ſi poſtea intuitu obſequij temporalis famulo conferat beneficium, non dat illud in recompenſationem iuſtitiæ, quia iuſtitiæ iam ſatisfecit, ſed dat ob aliam cauſam. Et tunc obſequia præſtita concurrunt, vel vt diſpoſitiones reddentes famulum digniorem, vel vt beneficia titulo gratitudinis allicientia animum conferentis beneficium eccleſiaſticum. Sed in eo, qui ſalarium ex iuſtitia pro obſequio præſtito debitum, nec ſoluit, nec ſoluturus eſt ex ſua intentione, vnum de duobus neceſſario conſequitur, vel quod iniuſtus nolit ſoluere debitum iuſtitiæ pro obſequio recepto, vel quod intenderit illud ſoluere per collationem beneficij Eccleſiaſtici. *Suarez nu.4. Layman.d.nu.26.*

134 An verò in hac parte conſideranda ſit diſtinctio obſequij præſtiti, an fuerit honeſtum, vel inhoneſtum, aut merè carnale, quia præſitum cõſanguineis Epiſcopi v.g. vel pro cuſtodia patrimonij eiuſdem, diſtinguendum eſt. Nam vel loquimur de ſimonia vera, & coram Deo propriè & ſtrictè ſumpta, vel loquimur de ſimonia latè accepta, aut in foro externo præſumpta. Primo modo, per accidens eſt, quod obſequium fundans debitum fuerit, vel turpe, vel honeſtum; quia ratio ſimoniæ fundatur ſuper debiti pecuniarij ſolutione facta per donum ſpirituale. Et ideo etiam ſi obſequium fuerit honeſtiſſimum, non per hoc debitum pecuniarium ex eo cõtractum poteſt ſolui dando pro eo aliquod ſpirituale, *Sotus l.9.de iuſ.q.3.a.3. Victoria relect.de ſimonia num.36.37. Suarez d.cap.36.num.6.* Quamuis in eodem genere ſimoniæ, maius peccatum ſit, turpe obſequium beneficio Eccleſiaſtico, aut re alia ſpirituali compenſare. Sed loquendo de ſimonia ſecundo modo, multum valet dicta diſtinctio ad cognoſcendum, an collatio beneficij ſit iuſta, vel iniuſta; an perſonarum acceptio in ea interueniat; an fuerit turpis, & ex carnali affectione proueniens, & ideo ſimoniaca largè loquendo; immò an ſit præſumenda ſimoniaca in foro externo. Quoniã cũ ex turpi obſequio famulus ſit indignus ſpirituali officio; nec in collatione talis officij pro turpi obſequio intrat reſpectus, vel dignitatis, & meriti in eo, qui dedit obſequium turpe, vel veræ gratitudinis, aut alterius virtutis in eo, qui pro turpi obſequio dat ſpirituale officiũ; vnde ex hoc facilius præſumi poteſt, quod officium datum, ſit datum ſimoniacè, tanquam merces turpis obſequij. Ideò hac diſtinctione vſi ſunt *D.Th.2.2.q.100.a.5. ad 5.& 2.d.25.q.3.a.3.al 3. D.Anton.2.p.tit.1.c.4.§.2. & c.5.§.5. Sylu.v.ſimonia num.16. Tabien.ibid.n.12. & Gloſſ.* & Canoniſtæ, alijque ſatis communiter.

135 Sequitur ſecũdo; quod ex eadem ratione præſtare obſequiũ corporale principaliter ex pacto, aut expreſſo, aut tacito pro obtinenda electione ad Prælaturam, vel collatione alicuius beneficij eſt ſimonia, non vero ſi quis ſine pacto expectet ſibi à Domino, cui famulatur gratis præſtandam, vel electionem, vel collationem beneficij Eccleſiaſtici. Prima pars huius aſſerti patet, & eam tenent DD. ſupracitati & habetur expreſſe ex *cap.cum eſſent 12.de ſimonia.* Vbi *Gloſſ.& Panorm.nu.4. bene contra Anton.* docẽt eandem rationem eſſe, ſi quis ſeruiat ex intentione beneficij in vniuerſali, vel pro tali beneficio determinatè *Barboſ.ibid.* plures alios referens *nu.5. Nauar.c.23.n.100.& 106. Sayr.in Claui regia l.10.tr.5. c.7.num.9. Suarez d.cap.39. num.5.& 8. Ledeſma d. tract.12.concl.40. Layman.d.n.26. Baſſeus v.ſimonia 2 num.4. Couar.l.2.var.c.20.num.4. Azor.3.p.l.12.c.11. Pax Iordan.l.10.tit.11.n.102. Gibalin.q.16.conſec.1.* Quia eiuſdem rationis, & malitiæ eſt vendere ſpirituale pro obſequio corporali, & emere ſpirituale per obſequium temporale. Nam ſe habet vt pretium, quod datur; vel quia ſit acceptum beneficium ſpirituale, vel vt accipiatur, & ematur.

136 Hinc conſiderandum eſt, quod famulus, vel alius, qui acceptat officium corporalis obſequij ad commodum alterius per ſe ex vi huius acceptationis intendit mercedem, nec poteſt dici, quod intendat ſeruire, vel præbere officium gratis, niſi id expreſſe intendat, & explicet. Nam alias ex natura officij, & obſequij præſtiti, ſequitur obligatio iuſtitiæ dandi mercedem ſolui conſuetam pro tali obſequio. Vnde eſt, quod in retribuente pro obſequio, niſi pro obſequio reddat mercedem temporalem ſaltem ſecundũ minimam taxam; ſi ſolum retribuit dando aliquid ſpirituale, nimirum v.g. aliquod beneficium, vel eſt iniuſtus, ſi nullam mercedem reddat pro obſequio, vel eſt ſimoniacus, ſi intendit dare ſpirituale tanquã mercedem. Quia verò ſatis communis vſus eſt, quod Principes, & Epiſcopi famulis tribuant beneficia, vel penſiones Eccleſiaſticas, ſi non tribuant iuſtum ſtipendium temporale pro mercede temporalis obſequij, difficile eſt ſaluare quod non ſint ſimoniaci. *Suarez dic.cap.39.nu.7. Pax Iordan.l.10.tit.11.n.105.*

137 Secundam vero partem aſſertionis præfatæ docent ijdem DD. & patet ex eo, quod non eſt ſimonia, vbi pro temporali non expectatur ſpirituale, vt dandum ex conuentione, & obligatione iuſtitiæ, ſed ex dantis liberalitate. Et nihilominus bene ex *Le[illegible]* obſeruat *Layman.d.num.26.* in huiuſmodi obſequijs præſtandis periculum adeſſe, tum ſcandali eccleſiæ, tum excæcationis in conferente beneficia, & ex conſequenti acceptionis perſonarum; vt verè talia obſequia ſint cauſa, quod minus digni dignioribus, vel etiam indigni dignis præferantur. Addit vero *Barboſſa ad cap.cum eſſem 12.de ſim.* ſimoniam eſſe, ſi quis inſeruiat Prælato principaliter propter obtinẽdũ beneficiũ. Sed hoc nõ eſt verum, ſi acquiſitio beneficij ſit finis principalis ex parte operantis, & non ex parte operis, quia ſine pacto non eſt ſimonia, & ideo non eſt ſimoniacus, qui principaliter ſeruit ad obtinendum beneficium ex gratia collatoris, ſed ſolum ſi illud intendat conſequi ex pacto & iuſtitia; vt tradunt *Nauarr.& Suarez ab eo citati, Sanchez num.7.*

138 Tertio ſequitur, quod vbi officium ſpirituale habet annexum obſequium temporale præſtandum eccleſiæ, vel cuicumque; ſiue hoc obſequium ſit annexum ab antiquo, ſiue de nouo ab habente poteſtatem legitimam annectatur, non eſt ſimonia paciſci, & obligare ad tale obſequium illum, cui confertur officium. Hæc aſſertio eſt in iure certa. Nam v.g. officium docendi Grammaticam, vel Theologiam eſt temporale, & vendibile, & tamen *cap.p. & 4.de magiſt.* præcipitur dari beneficium ad legendam Grammaticam, & Theologiam. Quod ſtatuitur, & confirmatur per *Concil.Trident.ſeſſ.5.cap.5.de reformat.& ſeſſ.23.cap.18.de reformat.* ſic enim, & pro munere Sacriſtæ, vel Theſaurarij, vel Cantoris dantur præbendæ. Non enim eſt incongruum, vt præbendæ Eccleſiaſticæ expendantur pro miniſterijs tẽpora-

poralibus Eccleſiæ neceſſarijs, & ſic eadem præbenda cedat in ſuſtentationem miniſtri tam pro opere ſpirituali, quam pro obſequio corporali Eccleſiæ neceſſario *Suarez d. cap. 39. num. 10. Baſſæus v. ſimonia 2. num. 4. Pax Iordan. l. 10. tit. 11. num. 100.* Immo aduertit Rota coram *Achille de Graſſis, deciſ. 3. quæ eſt 5. de ſimonia*, quod ante collationem beneficij imponere onus nouum per modum ſtatuti, etiam ſi ſtatutum fiat à non habente auctoritatem, non inducit ſimoniam. *Cap. ſignificatum de præben. ubi Panor. & Bellamer. & Boich. in cap. Significaſti de el. & V. de Rota ibid.* ſuſtinuit electionem Abbatis non obſtante quod vacante Abbatia ſtatutum fuerit, ut Abbas eligendus eſſet triennalis, cum prius eſſet perpetuus, & ſtatutum illud, tamquam factum ſede vacante, eſſet contra dignitatem, & non valeret.

139 Duo tamen ſunt hic aduertenda. Primum, quod hæc annexio obſequij corporalis, & ad eam obligatio non eſt ſimoniaca, ſi officium ſpirituale cui annectitur temporale officium habet annexa bona temporalia, quæ poſſint reſpectu talis obſequij habere rationem ſtipendij, & ſuſtentationis; ſicut eſt in præbenda Theologali, in qua Canonicus habet redditus temporales datos ſibi, ne dum in ſuſtentationem pro aſſiſtentia Chori, ſed etiam pro lectione Theologiæ; ſed vbi officium nun habet annexa bona temporalia, ſimonia eſſet obligare eum, cui confertur tale officium ad temporale obſequiũ; quia tunc daretur ſpirituale pro temporali; obſequiũ enim temporale non poteſt eſſe ſtipendium, quia ipſum eſt obſequium, cui ſtipendium deberur, igitur ſpirituale haberetur loco ſtipendij, & ſic ſpirituale daretur pro ſtipendio obſequij temporalis. Sic ſi habenti ius eligendi, vel præſentandi, quod eſt ſpirituale, annecteretur aliquod obſequium temporale, ad quod obligaretur elector, vel habens ius præſentandi; ius eligendi, & præſentandi haberet rationem ſtipẽdij dati pro illo obſequio, & eſſet ſimonia. Similiter ſi iuri eligendi apponeretur penſio, eſſet ſimonia; quia meretur penſio temporalis dato ſpirituali pro pretio. Sic igitur, & ſimonia eſſet, ſi iuri eligendi imponeretur penſio obſequij temporalis, eadem enim ratio eſt obligationis ad munus à manu, & ad munus ab obſequio *Suarez d. cap. 39. num. 10.*

140 Conſiderandum eſt ſecundo; nedum Papam, ſed, & Epiſcopos potuiſſe officio ſpirituali annectere obſequium temporale in caſibus ſibi à iure, vel conſuetudine conceſſis. Nullus tamen, qui ſit Papa inferior, potuit hanc annexionem facere in ſui commodum, & vtilitatem; vnde nec Epiſcopus poteſt beneficia grauare applicando eorum redditus ad particularia obſequia ſuæ domus, vt patet ex *cap. Prohibemus de cenſibus, & ibi Gloſſ. & Panorm. num. 2. Barboſa num. 2. Soto l. 9. de iuſt. quæſt. 7. ar. 2. Suarez d. num. 10. Gigaſ. q. 6. a num. 1.* Quæ regula poteſt habere exceptionem iuxta dicta *cap. vnico: vt Eccleſiaſtica beneficia & cap. conſtit. de Religioſis domibus, cap. cum ... 9. de reſtit. Spol. cap. niſi eſſent, de præb. cap. de ... de tranſact.* ex quibus cap. habetur, quod ad ... ad vitam poſſeſſorum poſſunt ex iuſta ..., & neceſſaria imponi penſiones ſuper beneficia etiam ab Epiſcopis. De qua re videri poſſunt *Panorm. in d. cap. Prohibemus de cenſibus, Gigas de penſion. ... Mand. de ſignatura gratiæ tit. penſiones v. Papa, ... cap. cum veniſſet de reſtit. ſpol. Zabare. Butr. & ... & alij apud Barboſam ad d. cap. Prohibemus nu. 3.* Nullam tamen penſionem impoſitam ab Epiſcopo vires habere, niſi confirmetur à Papa aduertit *Palaus par. 3. de ſimonia pun. 2. 3. n. 4.* Et id abſolutè docuerunt *Valent. Lopez, Toletus*, ab eodem Palao citati, & *Soto l. 9. q. 1. a. 2. & Ledeſ. p. 2. tr. 12. concl. 21.* Nam obligationes & onera non poſſe imponi ab Ordinario neque beneficijs liberis, neq; iuriſpatronatus, neque plenis, neque vacantibus declarauit *S. Congr. Regul. in vna Lauden. 27 Iulij 1604.* vt aduertit *Nicolius in Floſculis v. beneficium. n. 48.*

141 Quarto ſequitur, quod vbi obſequium temporale non eſt per ſe annexum officio ſpirituali ab habente legitimam facultatem illud annectendi, ſimonia eſt dare officium ſpirituale ex pacto, & obligatione talis obſequij; licet non ſit ſimonia illud ex ſecundaria intentione, ſine pacto, ſperare vt gratis recipiendum. Cum enim vt ſupra *Coroll. 2.* probatũ eſt ex *cap. cum eſſent 12. de ſimonia*, ſit ſimoniacus ille, qui præſtat obſequium ex pacto officij ſpiritualis, eadem ratione ſimoniacus eſt, qui dat ſpirituale officium ex pacto temporalis obſequij; ſicut enim ille emit, ſic iſte vendit ſpirituale officium. Ideò hanc partem expreſſe docuerũt *Sylu. n. 15. v. ſimonia, & ex Hoſtien. Tabien. ibidem nu. 12. Sotus l. 9. q. 5. a. 1. paulo ante §. ex his, Victoria Relect. de ſimonia num. 6. Suarez d. c. 39. num. 8. & DD. ſupra Corol. 3. citati.* Et eſt caſus in *d. cap. cum eſſent 12. de ſimonia*, in quo ſimoniæ damnatur promiſſio facta cuidam de beneficio illi dando, ſi cauſam quandam promittentis promoueret in Curia Romana. Vnde ex eo capite ſimoniacam eſſe promiſſionem rei ſpiritualis pro obtinendo temporali obſequio deducunt *Abb. antiq. Innoc. Panorm. & cæteri Canoniſtæ, & alij plures, quos ad d. cap. refert. Barboſ. nu. 1.* Secundam partẽ docent præfati DD. ideo non erit ſimoniacus, ſi epiſcopus viro erudito conferat beneficium, quia eo eſt dignus, ſimul ex ſecunda intentione ſperans, quod ille ipſum docebit, & in alijs adiuuabit.

142 Quintò loquendo iam non ampliùs de obſequio temporali, ſed de ſpirituali, ſequitur, quòd obligari ex pacto ad obſequium ſpirituale pro ſpirituali beneficio recepto eſt ſimonia. Et ita dare beneficium ſpirituale, & obligare beneficiatum ad obſequium ſpirituale, quod non eſt coniunctum beneficio eſt ſimonia. Probatur autem aſſertum ex eo communi axiomate apud Canoniſtas dicentes, ſpiritualia non poſſe inuicem ex pacto permutari, vel non poſſe dari ſub pacto, & obligatione, quæ non ſit annexa illi ſpirituali, quod datur. Hanc partem nihilominus aliqui negant, exiſtimãtes poſſe ex pacto obligari, quod ad beneficium promouetur, ad obſequium ſpirituale habendum; quia hæc ſit commutatio ſpiritualis pro ſpirituali. Et textus, qui habentur *cap. ſignificatum de præbendis, & cap. quam pio 1. quæſt. 2. & cap. final.* de pactis interpretantur, vt debeant intelligi de pactis inhoneſtis, & turpibus. Et pro hac ſententia referuntur *Butr. in d. cap. ſignificatum 11. de præb. num. 1. 2. & 3. Gofred. & Io. Andr. fin. Panor. n. 7. Hoſtien. in ſum. tit. de mag. num. 7. §. vtrum à ſcholaribus, & cap. quæſitum de rerum permutatione.* Propter quod poſſe dari beneficium alicui cum onere docẽdi, quia docere eſt quid ſpirituale, voluerunt *Butr. cap. penult. de magiſt. & ibi Io. Andr. Panor. num. 4. & Hoſtien. ibi & in ſum. loco citato.* Sed hæc ſententia ſuſtineri non poteſt.

143 Licet enim verum ſit, quod ante collationem bene-

beneficij poteſt ab habente talem facultatem, nimirum non ab Ordinario (vt ſupra ex declaratione S. Cong. Regularium dictum eſt) ſed à ſummo Pontifice, beneficio annecti onus ſpirituale docendi v. g. Fidem, prædicandi, miſſas celebrandi, vt habetur expreſsè *d. cap. ſignificatum 11. de præbend.* & ibi tenent *Innoc. Imola num. 7. Panorm. num. 7. Card. nu. 2. Butr. num. 10. Ancar. num. 5. Sylu. v. ſimonia q. 16. d. 4. Ioannes ſumma confeſſ. de ſimonia q. 4. Goffred. & Io. Andr. quos refert, & ſequitur Sanchez. tom. 2. opuſ. l. 2. c. 2. dub. 25. num. 1. Et docuerat D. Th. 4. d. 25. q. 3. a. 2. q. 1. ad 3.* & in hoc caſu poſtea ſine ſimonia obligatur is, cui confertur beneficium ad ſubeūdum onus obſequij ſpiritualis adiuncti, vt dd. DD. docent, & tenuit *Rota apud Farinac. p. 4. ſuæ praxis dec. 137. nu. 2. & Regiual. Lamber. Gonzalez, quos refert, & ſequitur Barboſ. ad d. cap. ſignificatum 11. de præbend. nu. 6.*

144 Non tamen beneficium, aut ſpirituale officiū poteſt dari ſub pacto alicuius noui obſequij ſpiritualis antea non impoſiti, quia in collatione ſpiritualium omnis pactum excludi debet, & prohibetur per Bonifacium Papam *cap. quam pio 1. q. 2.* ibi *Dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conuentio &c. & per Gregorium ix. cap. final. de pactis* ibi *In ſpiritualibus obtinendis omnis pactio, omniſque conuentio ceſſare debet.* Et per Vrbanum tertium *cap. quæſitum de rerum permut.* ibi *Præſertim cum pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel annexa ſpiritualibus labem continet ſemper ſimoniæ.* Et ideo, quod ſit ſimonia conferre beneficium ſub pacto, & obligatione alicuius noui obſequij ſpiritualis ante collationem beneficio non annexi tenent *Gloſſ. in cap. ſignificatum de præbend. ver. Itaque, Innoc. ibid. Imola nu. 8. Card. nu. 2. D. Th. 4. d. 25. q. 3. a. 2. q. 2. ad 1. Sylu. ver. ſimonia q. 16. d. 4.* qui cenſent in caſu illius *cap. ſignificatum*, in quo data fuerat præbenda ſub onere celebrandi miſſam de B. Virgine, ideo non fuiſſe ſimoniam, quia obligatio illa ante collationem fuerat annexa præbendæ. Quod & docuerunt *Gloſſ. in cap. tua nos 34. de ſimonia v. conuentio, & cap. vnico, tit Eccleſiaſtica beneficia &c. ver. ſub modo, & cap. ex parte de offic. delegat. v. dimittere, Panor. cap. cum eſſent 12. numer. 5. de ſimon. D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 4. §. 2. & cap. 5. §. 5. Nanar. ſum. c. 23. num. 100. 106. & cap. quando de reſcript. except. 4. & conſ. 4. & 20. de ſimonia, Sylueſ. v. ſimonia num. 16. Redoan. 2. p. c. 6. Rebuff. in Pract. tit. de requiſit. ad collat. benef. n. 1. Sanchez. tom. 2 opuſ. l. 2. c. 3. dub. 25. num. 6. Suarez l. 4. de ſimonia c. 39. n. 12. Victoria Relect. de ſimonia num. 36. Donatus in praxi de elect. tr. 1. q. 22. num. 3. Mandoſ. de ſignat. iuſtitiæ tit. permutationes fin. Layman. l. 4. tit. 10. cap. vlt. num. 26.*

145 Limitant verò nonnulli hanc aſſertionem, vt ſit vera ſolum de beneficijs Eccleſiaſticis, non vero de alijs rebus purè ſpiritualibus, quia eccleſia id ſtatuit in beneficijs habentibus annexum commodum temporale ob ſuſpicionem ſimoniæ, quæ inueniri poſſet ex eo, quod beneficia ex intuitu temporalis, & conuentione permutarentur. *Sotus l. 9. de iuſt. q. 5. a. 2. ad 3. Sanchez. tom. 2. opuſ. l. 2. c. 3. dub. 44. & apud eum Aragona 2. 2. q. 100. a. 3. Victoria relect. 11. de ſimonia n. 17. & apud eum Durand. & maior. in 4. d. 24. q. 6.*

146 Verum econtra ſimoniam eſſe in permutatione cuiuſcumque ſpiritualis cum ſpirituali, probatur ex *cap. vlt. de pactis*, in quo prohibetur tanquam ſimoniacum omne pactum circa res ſpirituales, & idem habetur ex *cap. quæſitum de rerum permut.* nulla enim facta ſpiritualium diſtinctione decernitur, vt in ſpiritualibus omnis pactio, omniſque conuentio debeat ceſſare; & propterea abſolutè eſſe ſimoniam ex pacto, & conuentione permutare ſpirituale cum ſpirituali docent *D. Anton. 2. p. tit. 5. §. 5. Richard. 4. d. 25. a. 3. q. 1. ad 1. Sylueſ. v. ſimonia nu. 16. Tabien. mihi nu. 44. Armilla num. 42. Lopez p. p. inſtruct. cap. 299. Nauar. l. 2. de reſtit. c. 2. num. 289. Paſqual. deciſ. 224.* Neque obſtat, quod communiter ſine ſcrupulo commutantur miſſæ, vt dum vnus ſacerdos dicit alteri, celebra pro me tali die, & ego celebrabo pro te alio die, vel celebra nunc pro anima mei Patris, & ego cras celebrabo pro anima patris tui. Vel commutantur reliquiæ Sanctorū, aut orationes. Quia huiuſmodi fiunt ſine proprio pacto, & conuentione tanquam vnum gratis detur, & aliud gratis retribuatur.

147 Aſſertio autem iſta declaratur, & confirmatur pluribus exemplis. Vt ſi Epiſcopus conueniat cum aliquo, vt ſibi miniſtret in ſpiritualibus v. g. cum Vicario, vt fungatur officio Vicarij, vt det illi centum ſcuta pro ſingulo anno, donec prouideat illum de beneficio centū, vel amplius ſcutorum. Hoc enim contra *Hoſt. improbant Panor. in cap. cum eſſent. 12. de ſimonia nu. 5. Sylu. ver. ſimonia num. 16. maior. 4. d. 25. q. 3. concluſ. 6. Victor. relect. de ſim. n. 36. Suarez d. c. 39. num. 13.* In eo enim caſu ſimonia eſt, quia pro ſpirituali datur ex pacto ſpirituale officium, & ius habendi fructus beneficij, quod ſi fiat, ſimonia eſt. *Sanchez* tamen *tom. 1. opuſ. l. 2. c. 3. dub. 28.* exiſtimat, quod ſi Epiſcopus recipiat famulum illi promittens certum ſalarium quot annis, donec prouideat eum de beneficio, non eſt ſimoniacum, niſi fiat pactum, quod dato beneficio ſeruiat gratis. Sed nonne hoc pactum fit, ſi ſalarium non promittitur, niſi donec detur beneficium? Et ideo nequit talis Epiſcopus excuſari à ſimonia.

148 Secundum exemplum eſt: ſi Patronus præſentet aliquem ad beneficium imponendo præſentato, vt celebret pro ſe ipſo aliquas miſſas, vel vt recitet orationes, ad quas non teneretur ex vi beneficij. Hic enim ſimonia eſt, quia ex pacto pro præſentatione ad beneficium imponitur obligatio obſequij ſpiritualis miſſas celebrandi, vel orationes recitādi. *Sylu. ver. ſimonia num. 16. Tab en. num. 12.* hoc tenent, pro quando ſolum admittunt poſſe fieri, ſi obſequium ſpirituale ſit annexum beneficio, ſed id clare explicat *Suarez d. cap. 39. num. 13.*

149 Tertium exemplū: ſi ex pacto permutetur electio cū electione, vt ſi elector dicat elige me in Priorem, & ego eligam te in Vicarium, vel Diffinitorem, vel elige me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem. Negat hoc *Sanchez tom. 2. opuſ. cap. 3. dub. 44.* Ex eo quod non ſit ſimoniacum permutare rem ſpiritualem cum ſpirituali ſi non ſit beneficium, & huiuſmodi officia non ſunt beneficia. Sed primo, vt ſupradictū eſt, ſimonia eſt ex pacto permutare ſpiritualia. Et poſtea Prælaturas regulares ſine ſimonia permutari non poſſe probatur ex *cap. fin. de pactis, cap. quæſitum de rerum permutatione*; vnde in caſu dicto ſimoniacum eſſe paciſci, & permutare electiones ad prælaturas regulares tenent omnes illi, qui docent vniuerſaliter ſpirituale non poſſe cum ſpirituali permutari & in ſpecie docent *Sylueſt. v. ſimonia, q. 16. circa finem Peyr. tom. 1. de ſubd. q. 1. cap. 3. §. 9. Paſqual. deciſ. 223. Diana p. 3. tract. 2. reſol. 123. & p. 4. tract. 4. reſol. 150. Samuel. tract. 2. diſp. 2. contr. 3. de elec. Donat.*

in praxi par.3. tract.1. q.22. Suarez d.cap.39.num.13. Nauar.c.23.n.100. Azor.p.3. lib.12.c.2.q.3. Sigiſ. dub. 54.num.6. Baſſaeus v.ſimonia 2.num.4. & plures alij, quos iſti referunt. Addit vero *Paſqualig. deciſ.226.* poſſe quempiam declarare mentē ſuam ſub his verbis, vel ſimilibus. Elige me in Generalem, & ego eligam te in Priorem, vel econtra, ſi promittis te me electurum in Priorem, ego eligam te in Generalem, vt per hos modos loquendi non contractet, ſed explicet, & proteſtetur animum gratum, & quod conditio non exigatur, neque concurrat, vt obiectũ commutationis, ſed ſe habeat per modum beneficij compenſandi, cum gratitudo non poſſit habere locum, niſi appoſito beneficio. Verum conſiderandũ eſt, quod ſi ſic loquens verè non intenderet, niſi vendere electionem, ſeu de ea paciſci, non alijs verbis vteretur, quam præfatis, dare enim ſub conditione recipiendi, contrahere eſt. Vnde ſic loquens ſine dubio in ſoro externo eſſet ſimoniacus, ſed & in interno foro talis eſſet, ſi retributionem beneficij ſub obligatione iuſtitiæ intenderet, & alias quantũcunque rectam intentionem haberet, ſic loquendo, nec amplius ſe explicando, audientem ad ſimoniam induceret, quia verba præfata ex vſu & proprietate ſermonis ſunt inductiua ad contractum, & pactum.

150 Quartum exemplum eſt, ſi quis dicat: me viuente nunquam fiet Prior Caius, niſi fiat Seius; & hic enim obſequium ſpirituale, pro obſequio ex pacto intenditur commutari *Sylu. Azor. Suarez. Sigiſ. & Donat. citati.*

151 Vel quintò ſi dicatur: Canonizemus nepotes noſtros, placeat tibi eligere meum in Canonicum, & ego eligam tuum. *Sylu. Tabien. num.51. Armilla nu. 46. S. Raym. in ſum. lib.1. tit.1. §.23. Suarez. & Donat. loco citato, num.6.*

152 Sextum exemplum ſi elector dicat: tu exauditus es in vna electione, ego debeo exaudiri in alia. Quod tamen intelligitur, ſi pactum intercedat, & nõ ſolæ preces ſpirituales. *Syl. in d. nu.13. Sigiſ. & Donat. citat.* Limitant etiam *Sylu. & Tabien. & Sigiſm.* niſi adeſſet conſuetudo, vt vno pro ſpirituali prece exaudito, exaudiretur alius, quia tunc alius poſſet petere, vt exaudiretur, quod probant ex *cap. quia d.63. & cap. cum omnes, de conſtit.*

153 Verum ſi conſuetudo eſſet, vt vno ſemel exaudito in huiuſmodi, alius exaudiri deberet ex iuſtitia, non eſſet laudabilis conſuetudo, ſed abuſus, nam huiuſmodi debitum iuſtitiæ abominantur ſacri Canones, & lex ipſa naturalis, & diuina deteſtatur, cum officia ſpiritualia non precibus, aut conſanguinitati, ſed ſanctitati vitæ, & doctrinæ ſint tribuẽda; & quia hoc ipſum ſimoniacum eſt, vt preces iſtæ, & earum exauditio permutentur, cum ſint ſpirituales, & ad beneficia ſeu officia ſpiritualia pertineant, & ideò non bene affirmaretur, quod vno exaudito is, qui exaudiuit, poſſit ab alio petere ex iuſtitia, vt exaudiatur. Sed etſi cõſuetudo ſit, vt vno exaudito alius exaudiatur ex gratitudine, poterit, qui exaudiuit ex gratitudine petere exaudiri, nunquam tamen ex iuſtitia, & adhuc vt petitio ex gratitudine non ſit illicita, neceſſe eſt, vt petitio non tendat ad excluſionem dignioris; propterea in iſtis non poteſt habere ius conſuetudo, quia per ſe nõ eſt ſtabile, vt qui exaudiuit ſemel, habeat quem proponat ad officium, qui omnibus penſatis ſemper futurus ſit aptior, vt ex conſuetudine exaudiendus ſit.

154 Septimum exemplum, ſi Parochus exiſtens in Curia Epiſcopi ſine ſalario, relinquat Clericum in Parochia, vt vices eius ſungat, & illi promittat ſe impetraturum ſibi beneficium. *Suarez d c.39. n.15.*

155 Octauum exemplum eſt expreſſum in *cap. de hoc 11. de ſimonia*, vbi promittere beneficium pro electione ad Epiſcopatum decernitur eſſe ſimoniacũ. In quo caſu, ſi beneficium conſideratur vt pretium, eſt munus à manu, ſed ſi conſideretur vox electionis vt data pro beneficio, eſt munus ab obſequio ſpirituali, vt ex *Panorm. in cap. Mattaus de ſimonia notat, Suarez d.c.39. nu.14.*

156 Itaque nec res ſpiritualis poteſt ex pacto dari pro obſequio ſpirituali, vel econtra. Tum propter iura quàm plura, quæ probibent pacta, conuentiones, & modos in ſpiritualibus, & maximè in his quæ ad beneficia eccleſiaſtica ſpectant, ſub quibus comprehenduntur omnia obſequia, & miniſteria eccleſiaſtica ad eorum prouiſionem ordinata. Tũ quia obſequia ſpiritualia habent vt plurimùm, annexa temporalia, vel ius ad illa, ſaltem tanquam ad ſuſtentationem debitam, vnde pro re ſpirituali dare huiuſmodi obſequia ſpiritualia, remittendo illud temporale annexum, eſt ſimonia etiam, quia virtute datur temporale pro ſpirituali.

157 Si tamen nullum pactum interueniat, & quis ſeruiat ſpiritualiter cum ſpe obtinendi beneficium ſpirituale, vt gratis ſibi dandum, is non eſt ſimoniacus *Suarez d.cap.34. num.15.* Et eo magis quod permutare ſpirituale pro ſpirituali ſine pacto, non eſt ſimonia, vt ex *Panorm. in cap. ſculpturæ, de voto tradit Tabien. v. ſimon. num.44.* & tamen vt admonet *Suarez*, ſemper videtur neceſſarium, vt qui recipit ob obſequium ſpirituale, ſufficiẽtem ſuſtentationẽ tribuat miniſtro, aliter dando ei ſolum aliquod beneficium eccleſiaſticum Epiſcopus cenſeretur dare beneficium in ſolutionem eius, quod debebat pro ſuſtentatione, & ſic cenſeretur ſimoniacus.

158 Similiter ſi quis ſimulet ſe ſanctum, vt obtineat beneficium, non eſt ſimoniacus, quia non emit beneficium. *Sanchez tom.2. opuſc. lib.2. cap.3. dub.* 28. *num.6.*

159 Amplius ſequitur, quod vt dictum eſt, ſi obſequium ſpirituale eſt annexum beneficio, vel ab antiquo, vel ex noua inſtitutione facta in vacantia beneficij ab habente facultatem, dare beneficium cum obligatione illius obſequij ſpiritualis, non eſt ſimonia *D. Thom. 2.d.25. quæſt.3. art.2. q.1. ad primum* & probatur ex *cap. ſignificatum de præbend. vbi gloſſ. & Panorm. item Abbas in cap. Iacobus num.3. de Simon. & Innoc. cap.3. Ne Prælati vic. ſuas, Sylu. v. ſimonia nu.16. verſ. quartum. Tabien. ibid. nu. 12. Suarez d.cap.39. num.16.* & res eſt certa, quia hic obſequiũ non interuenit vt pretium, ſed vt quid ſpectans & annexum beneficio, quod datur, vt notat *D. Th. ibid.*

160 Vt tamen ſupra dicebatur, hæc annexio non debet fieri, niſi beneficium habeat temporale annexum, quod ſeruiat pro ſuſtentatione dicti obſequij, & debet prudenter attendi, ne ſit nimis graue obſequium reſpectu tenuitatis boni temporalis neceſſarij ad ſuſtentationem miniſtri, hoc enim poſſet eſſe aliqua imprudentia, vel iniuſtitia, non tamen ſimonia, niſi vbi beneficium nullum temporale habeat annexum, & tamẽ detur beneficium obligando ad illud ſpirituale obſequium, tunc enim beneficium

ſpiri-

Digitized by Google

ſpirituale daretur ex pacto obligãdo ad obſequium ſpirituale, quod non eſſet ſine ſimonia, vt ſupra de obſequio corporali dictum eſt.

161 Septimò ſequitur, quòd poteſt ſpirituale obſequium annecti rei temporali, ſeu poteſt dari res temporalis cum pacto, & obligatione obſequij ſpiritualis, ſi tamen non detur vt pretium, & ex intentione emendi ſpirituale obſequium, ſed vt ſuſtentatio miniſtri deputati, ſeu res temporalis deputetur ad ſpiritualium vſum: Ita *D.Th.2.2.q.100. art.3.ad ſecundum* & probatur ex *cap.olim, de reſtitut. ſpoliat. & cap.verum, de conditionibus appoſ.& cap.de teſtam. & Clem.dudum de ſepult.* Et hæc eſt Eccleſiæ praxis, & quotidie relinquuntur Eccleſiæ prædia, vel pecuniæ ſub conditione & pacto, vt ædificetur Eccleſia, vel celebrentur miſſæ, aut anniuerſaria, aut alia ſpiritualia miniſteria habeantur, & ita vt etiam donationes, & legata non ſubſiſtant, ſi conditiones huiuſmodi non obſeruentur. *D.Thom.2.2.q.100.ar.3. ad ſecundum maiar in 4.d.25. q.6. ad primum & ſecũdum, Gabr. lect. 8. in Canon. lit. L. Scotus quodl.10.* quos refert & ſequitur *Suarez d.c.39.n.20.*

S V M M A R I V M.

1 *Munus à lingua eſt loquutio in alterius commodum facta, num.162.*
2 *Loquutio alia ſpiritualis, alia corporalis, nu.162.*
3 *Loquutio cõſideratur, vel vt habet adiunctam promiſſionem boni, aut mali, vel præcisè per ſe, & quatenus eſt linguæ obſequium, num.163.*
4 *Dare ſpirituale propter preces, per ſe non eſt ſimonia, num.164. 165.*
5 *Etiam ſi quis petat pro ſe ipſo, ſiue petat pro alio, ſiue petat pro digno, ſiue pro indigno, num.166.*
6 *Si quis petat à Parocho Sacramentum non eſt ſimoniacus, num.166.*
7 *Petere pro ſe ipſo beneficium Curatum, eſt illicitum, num.167.*
8 *Petere pro indigno beneficium, eſt ſacrilegium, & habet præſumptionem ſimoniæ, ibid.*
9 *Caput nemo de ſimonia, & alia explicãtur, n.168.*
10 *Adulari Epiſcopo, vel detrahere inimicis Epiſcopi pro obtinendo beneficio non eſt ſimonia, num.169.*
11 *Quando obſequiũ linguæ inducitur ex pacto infert ſimoniam, num.170.*
12 *Si Epiſcopus det beneficium ex pacto, vt beneficiatus illi faueat, eſt ſimoniacus, num.171.*
13 *Etiamſi gratia, quam Epiſcopus ſperat, vel preces, ad quas obligat, ſint ſpirituales, num.172.*
14 *Elector ſi ex pacto eligat propter aliquod obſequiũ linguæ, quod ab electo, vel ab alio expectat, eſt ſimoniacus, num.173.*
15 *Si Epiſcopus det beneficium ex pacto, vt beneficiatus bene de ſe loquatur eſt ſimoniacus, num.174.*
16 *Si quis pecunia emat ſibi fauorem, vt beneficium obtineat, eſt ſimoniacus, num.174.*
17 *Si Epiſcopus petenti beneficium imponat obligationem, vt faciat, quod tertius eam gratiam ſibi petat, poteſt eſſe, & non eſſe ſimoniacus, num.175.*
18 *Qui dat pecuniam alicui mediatori, vt intercedat apud Epiſcopum pro beneficio obtinendo, eſt ſimoniacus, num.176.*
19 *Dare pecuniam, pro labore habito eundo, & redeundo, non eſt ſimonia, num.177.*
20 *Dare pecuniam famulo, vt det ingreſſum ad Epiſcopum, non eſt ſimonia, nu.178.*
21 *Et tamen in his duobus caſibus eſſe poteſt, num.178.*
22 *Emere pecunia interceſſorem, qui alium interceſſorem obtineat pro conſequendo ſpirituali eſt ſimonia, num.179.*
23 *Hæc ſimonia eſt de iure diuino, num.180.*
24 *Munus à lingua in tantum pertinet ad ſimoniam, in quantum eſt aliquod obſequium, num.181.*
25 *Munus à lingua ſæpius eſt obſequium nobile, ideò contradiſtinguitur muneri ab obſequio, n.182.*
26 *Diſtinctio in tria munera à manu, ab obſequio, & à lingua, eſt materialis, num.182.*
27 *Regula generalis eſt, quod onera quæ inſunt, non vero, quæ de nouo imponuntur, poſſunt ſine ſimonia induci in pactum, num.183.*

162 QVæritur octauò. Quid ſit, & quæ cõprehendantur ſub munere à lingua. Munus à lingua actus linguæ eſt, in alicuius commodum factus; eſt igitur locutio alicui vtilis, & ad alicuius commodum procedens, vnde eſt quoddam, genus obſequij, quod non per facta, ſed per verba præſtatur. Diſtinctum autem fuit munus ab obſequio in corporale, & ſpirituale. Et hæc diſtinctio etiam dari poteſt de munere à lingua, quod eſt linguæ officium; nam aliæ ſunt ſpirituales locutiones, quæ ſunt orationes, Dei laudes, cantus chorales, & huiuſmodi actus religionis in Dei cultum ordinati, Sed aliæ ſunt loquutiones corporales, & humanæ, quæ ad humanum bonum ordinantur, & reſpiciunt immediatè temporalem vtilitatem hominum, vnde humanæ ſunt. Et huiuſmodi ſunt preces, quibus vnus homo ab alio aliquid temporale poſtulat, interceſſiones, humanæ laudes, adulationes &c. Eſt verò diſcrimen, quod ſpirituales locutiones, & actus religioſi ad obſequia ſpiritualia reducuntur, ſicuti & alij actus religionis, vnde nõ eſt modò neceſſe aliud addere de illis, ſed ex dictis in ſuperiori quæſtione ſatis habetur qualiter ſimonia ſit, vel non ſit tradere res temporales propter huiuſmodi religioſa obſequia, quæ in religioſis locutionibus ſcilicet oratione, pſalmodia, & cantu conſiſtunt. Munus ergo à lingua, vt diſtinctum à munere ab obſequio, non eſt omnis actus linguæ, ſed ille, qui ſit obſequium humanum per linguam exhibitum, quod comprehendit preces, interceſſiones, laudes humanas, adulationes, &c.

163 Sed huiuſmodi linguæ obſequia, & præcipuè preces conſiderari poſſunt, vel vt habent coniunctas promiſſiones, vel minas, vel præcisè vt preces ſunt. Nam priori modo, prout monent ratione boni promiſſi, aut mali comminati pertinent reſpectiuè ad omnia munera, ſecundum quod res promiſſa eſt, vel pecunia, aut alia res extrinſeca, vel obſequium, vel munus à lingua, vt laus, vel interceſſio aut malum comminatum opponitur vel rei extrinſecæ, vel obſequio, vel ſermoni, v.g. laudi, vel interceſſioni. Ideo linguæ obſequia ſub illa priori ratione non ſunt munus à lingua, ſed ad omnia munera reſpectiuè reducantur; nec modò eſt ſermo de illis ſub hac ratione, ſed hic conſiderantur præcisè huiuſmodi linguæ obſequia per ſe & ex proprijs, quatenus ſunt actus linguæ, & linguæ obſequium, & iuxta ſingularum ſpeciem, in quantum preces ſunt preces, & in quantũ laudes ſunt laudes, & ratione illius vtilitatis, & commodi, quod per ſe

habent

habent,vt ſunt humanæ locutiones ad alium directæ, ſeu vt ſunt actus loquentis, precantis, laudantis, intercedentis.

164 At verò ſimoniam induci per preces, & ita vt ſimonia ſit dare ſpirituale propter preces alicuius aliqui ex antiquis tenuerunt, quos latè referunt *Victoria, Rebuſ.n.11.& n.30.Suarez.l.4.de ſimonia.c.40. n.1.inter quos fuit Syluester. v.ſimonia nu.16.verſ.tertium, vbi ſe D. Th.ſequi arbitratur.* Idem quoque tenuerat *Palud.4.d.25.q.5.*

165 Verùm ſimpliciter dicitur, preces vt preces non ſufficere ad ſimoniam, & quòd dare ſpirituale propter preces, ſeu fundere preces pro ſpirituali obtinendo non eſt ſimonia. Hæc eſt ſententia communis, quam tenuerunt *Gloſſa in cap.Filius §.Non itaque ver.ordinandi.1.q.1.& in cap.Tuam 10.de ætat.& qualitat.Gloſſ.Innocent.Hoſt.Cardinal.& Panormit.vbi nu.3.latè de hoc puncto diſputat.*Idem ſenſerunt *Caiet. in ſumma v.ſimonia quinto notabili.Tabien.v.ſimonia num.11.Armilla num.11.Sotus l.9.de iuſt.q.7.nu.3.Victor.Relect.11.n.31.Nauar.cap.23.nu.102.ver.10.Raphael.de Turre 2.2.q.100.a.5.diſp.4.Suar.l.4.de ſimonia cap.40.num.2.Baſſæus v.ſimonia 2.num 3.Leſſ.l.2. c.35.dub.2.Layman.l.4.tr.10.c.vlt.n.26.Ledeſma tract. 32.poſt 41.Concl.§.la 2.difficultad. &c. Sanchez.t.2. opus.l.2.c.3.dub.28.n.11.Pax Iordan.l.10.tit.11.a.n.109. Gibalin.de in ſimon.q.16.conſect.17.* Ratio eſt, quia dare propter preces non eſt vendere, nec precibus impetrare eſt emere, non eſt verò ſimonia, vbi non eſt emptio, vel venditio. Quod enim precibus datur gratis datur. Vnde mutuare propter preces non eſt vſurarium. Nec ad preces alicuius orare, miſſam celebrare Sacramenta miniſtrare ſimoniacum eſt. Secundo quia *cap.tua nos 34.de ſimonia* aſſeritur, fieri poſſe, vt roganti humiliter detur Canonicatus ſine ſimonia. *Et cap.latorem 121.& cap.filium 122.1.q.2.Gregorius* fatetur, ſe precibus fuiſſe inductum ad aliquos ordinandos.

166 Hoc verò ampliatur, vt ſit verum, ſiue quis preces fundat pro ſe ipſo, ſiue pro alio, & ſi petat pro ſe ipſo, ſiue ſit dignus, ſiue non, & ſi petat pro alio, ſiue petat pro digno, ſiue pro indigno, & ſiue petat immediatè, ſiue mediatè petendo ab amico vt apud rei ſpiritualis collatorem intercedat. Ita bene ampliant *Caiet.Victoria,Sotus,Raphael,Suarez Gibalinus, citati*. Quoniam nunquam preces inducunt obligationem in eo qui rogatur, vt det id, quod petitur, & licet quis ex primaria intentione obtinendi petat, & roget, & rogatus annuat, & petita concedat ex intentione exaudiendi preces, numquam per ſe loquendo adeſt obligatio, & pretium, & emptio, vel venditio, ſed qui præces audit, gratis id agit, & vbi interueniat aliquod debitum, vel gratitudinis, vel religionis, vel charitatis, vt in eo qui petit Sacramentum, etiam in caſu neceſſitatis, in quo quilibet sacerdos tenentur ex charitate Sacramentum miniſtrare, huiuſmodi ratio debiti, quod ex dictis virtutibus ſequitur, non ſufficit ad ſimoniam conſtituendam, ſicuti non ſufficit ad emptionem, & venditionem. Immo nec ſufficit debitum iuſtitiæ aut officij, quod non fundatur ſuper pretio, ſed ſuper officio, vnde ſi parochianus petat, & enixè roget Parochum, vt ſibi Sacramenta miniſtret, prout tenetur ex debito ſui officij, non eſt ibi ſimonia, quia preces non immittuntur, nec ſecum ferunt ex vi propria iuſtitiam, ſed gratiæ audientis & preces recipientis innituntur, nec per ſe offeruntur, vt obſequium rogati, & in illius commodum, & vt illi vtiles, & ex conſequenti vt pretium, per quod res petita ematur, ſed vt excitationes gratiæ & voluntatis eius, qui rogatur, & ſi aliunde ferant aliquam iuſtitiam; vt in eo, qui petit rem ſibi debitam, vt v. g. in electo legitimè & ſine defectu tam ipſius, quàm electionis, qui petit, & nolentem rogat enixè, vt electionem confirmet, hoc non eſt ex iuſtitia, quam ferant preces, ſed quam preces aliunde ſupponunt, ideo per ſe nunquam preces ſunt pretium, nec quod precibus datur, datur pro pretio. Nam & in iure emptio, & precarium diſtinguuntur, precarium autem ex *Vulpiano l.1.ff.de precario* eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur. *Syluef.v.ſimonia num.16.& Tabien.num.11.*

167 Nec obſtat primò, ſi dicatur, quod multi DD. & præcipuè *D.Th.2.2.q.100.a.5.ad 3.* vtitur præfatis diſtinctionibus, & conſiderat an quis petat pro ſe, vel pro alio, & an pro indigno, vel pro digno. Reſpondetur enim diſtinctiones huiuſmodi vtiles eſſe, & neceſſarias ad videndum an petitio, & collatio beneficij ſpiritualis ſit licita, vel illicita, & vlteriùs an ſit ſimonia præſumpta vel non præſumpta. *Sanchez. tom.2.opus.l.2.c.3.dub.28.num.11.* Quia petere beneficium pro ſe, quod habeat annexam curam animarum poteſt de facili eſſe præſumptuoſum. Petere verò beneficium pro indigno eſt peſſimum ſacrilegiū. Sed & eſt præſumptio ſimoniæ, vt explicat *Panormitanus d.c. ſuam 10. de ætat. & qual.n.3.* & eſt id quod aſſerit *D. Th.* qui non ait, quòd petere beneficium pro indigno ſit, ſed quod videtur ſimonia, quia eſt ſimoniæ præſumptio. Nam qui petit beneficium pro eo, qui manifeſtè eſt indignus, non poteſt habere intentionem, vt detur beneficium propter meritum, & dignitatem ſubiecti, quod eſt manifeſtè indignum, ſed principaliter propter preces ipſas, & rogantis authoritatem, & fauorem, & vtilitatem, quæ conferenti beneficium reſultare poteſt, ex eo, quòd in gratiam rogantis beneficium conferatur, quòd ſimoniacum eſt, in foro externo, & ex præſumptione. Et idem eſt, ſi petatur beneficium pro eo, de quo eſt dubium an ſit dignus, vel indignus.

168 Pariter nec obſtat iura aliqua, quæ in oppoſitum adduci poſſunt. Non obſtat inquam caput *nemo* de ſimonia, quia ibi ſimoniacum iudicatur indignè pœnitentes recipere ob gratiam, & fauorem ſed non eſt ſermo de gratia, & fauore recipientis pœnitentes indignos, ſed de gratia, & fauore quem recipiens indignos pœnitentes expectat aliunde ab eo in cuius gratiam indignos recipit; at verò accipere ad pœnitentiam aliquem principaliter ex parte operis, ſeu ex pacto ſaltem implicito propter gratiam, vel fauorem ab aliquo expectatum, eſt iam admittere ad pœnitentiam pro pretio, & eſt ſimoniacum, vt bene tradunt *Victoria, Suarez, & Raphael citati. In cap.verò ordinationes 1.q.1.* non eſt ſermo de ſimonia, ſed de modis illicitis conferendi ordines, inter quos iure numeratur ordinare indignum ad preces huius, vel alterius.

169 Quæ verò dicta ſunt de precibus, intelliguntur etiam de laudibus, vt ſi quis laudet Epiſcopum, vt ab eo obtineat beneficium, vel Epiſcopi inimicū vituperet, vt ſibi ab eo beneficium conferatur. Quanuis enim in his inueniri contingat peccatū adulationis, vel murmurationis, aut aliud ſimile; tamen non interuenit ſimonia, niſi interueniat aliquod pactum de

ſpirituali obtinendo per loquutiones iſtas. Ita DD. ſupra citati.

170 Dicitur propterea ſecundò, quod preces tunc ſunt munus à lingua, quando ſunt pretium, & dantur vt pretium rei ſpiritualis. Tunc verò ſunt pretium, quando ſunt obſequium, vel res vtiles, & dantur, & accipiuntur ex conuentione & pacto ex intentione illius vtilitatis quã rogato in ſe, vel in ſuis ferunt. Vnde & ſimoniacum quidem eſt, pro precibus dare, vel recipere ſpirituale, ſed non eſt ſimoniacum dare vel recipere ſpirituale medijs precibus, vt bene citati DD. tenent.

171 Hinc pluribus exemplis à citatis DD. declaratur Concluſio. Nam ſi Epiſcopus conferat Caio beneficium ex pacto ſaltem implicito, vt Caius vel per ſe vel per alium intercedat apud Principem, vel Papam pro obtinenda aliqua gratia à Principe, vel Papa, tunc preces iſtæ ſunt vtiles Epiſcopo, & quidem vtilitate pecunia menſurabili, & cum beneficium detur ex pacto harum precum, iam huiuſmodi preces ſunt pretium, & pro pretio accipiuntur, ideo ſimonia committitur.

172 Quod extenditur, vt verum ſit, etiam ſi gratia, quam Epiſcopus per alterius preces intendit obtinere, ſit vel ſpiritualis, vel temporalis, immo etiam ſi preces ipſæ eſſent merè ſpirituales. Nam & permutare ſpiritualia ex pacto eſt ſimoniacum, & obligatio ad aliquid agendum eſt quid temporale, & pecunia menſurabile, ideo non licet ex obligatione & pacto dare beneficium pro obtinendis precibus ad ſui, vel ſuorum fauorem interponendis.

173 Pariter ſimonia eſt, ſi Elector ad preces alicuius eligat ad Prælaturam Eccleſiaſticam aliquem principaliter ex fine operis ſeu ex pacto & conditione pro ea vtilitate, & commodo, v. g. pro gratia, & fauore rogantis quẽ recipit, & ſibi obligat, & deuincit ad eius inſtantiam & preces eligendo. Quia hic preces præmittuntur tanquam pretium, nimirum tanquam res in ſe vel in ſuo effectu vtilis vtilitate pecunia menſuranda, quæ vtilitas principaliter ex fine operis intenditur; & ideo ex pacto ſaltem implicito datur, & recipitur.

174 Tertium exemplum eſt, ſi Epiſcopus ex pacto alicui det beneficiũ, vt de ſe bene & honeſtè loquatur coram alijs, vel ſigna aliqua honoris exhibeat, vel ſe Epiſcopi conſanguineum fateatur, vel aliquid ſimile dicat, quod ſit fauor epiſcopi, & pretio æſtimabile.

175 Quartũ exẽplũ datur, ſi epiſcopus, vel elector obliget eum, cui dat beneficiũ, vel quẽ eligit, ad hoc, vt ipſe petat beneficium, vel ponat mediatorem illum, vel alium, qui epiſcopum, vel electorem roget, vt beneficium petat ita *Raphael à Turre, & Suarez. n.* 13. *Baſſans d. num.* 2. Quod tamen eſt explicandum, & limitandum. Si enim epiſcopus, vel elector alicuius preces deſideret, non principaliter quia ſibi vtiles, ſed vt hoc modo magis honeſtet collationem beneficij, aut ſui voti, ſic qui ſuperior poſſit iuſtè ſe eximere & ſine ſcandalo ab aliorum importunitatibus, ſeu pro quocumque alio fine honeſto, & quia ſic vtile eſt non ſibi priuatim ſed Reipublicæ, & prudẽti collationi beneficij, vel ſuffragij; ſeu ſi epiſcopus, vel elector non obliget petentem, ſed cum ſit in libertate ſua iuſtè concedere illi beneficium, vel ſuum ſuffragium, indicet illi quodnam ſit medium opportunum, vt poſſit ipſe intentum ſuum conſequi, & tandem ſi epiſcopus, vel elector non intendant illas preces tanquam pretium, ſed vel tanquam medium ad bonum Reipublicæ tendens, vel etiam tanquam bonum ipſis vtile, ſed ex ſecundaria intentione intentum, & ſine pacto, non interuenit ſimonia; quia epiſcopus, vel elector non petunt neque obligant petentem ad hoc, vt mediatè per alium petat tanquam ad pretium, vel pro pretio, ſed tanquam ad medium, vel conditionem ſine qua illi nolunt dare beneficium, vel ſuffragium, quod aliàs petenti iuſtè poſſunt negare, vel concedere. Nec eſt ſimonia ſecundaria intentione & ſine pacto procurare vtile temporale. Nec dicere alicui dabo beneficium ſi fuero rogatus à Paulo, eſt obligare illum obligatione iuſtitiæ, & emptionis, & venditionis, ſed obligatio conſequenter conſurgit ex eo, quod deſiderans beneficiũ, nec valens illud obtinere ſine Pauli precibus, obligatio, vt illas quærat, ſi vult beneficium, & eſt obligatio quam ſibi facit prætendens beneficium, vel votum. Itaque ſi epiſcopus, vel elector dicentes ſe nolle conferre beneficium, vel votum niſi Paulus id petat ex primaria intentione non intendunt preces Pauli tanquam pretium, ſed ex alia ratione excludente rationem pretij, & non ex pacto & obligatione iuſtitiæ, committunt ſimoniam.

176 Quintum exemplum eſt, ſi quis det pecuniam alicui mediatori, vt apud epiſcopum intercedat, vt detur illi beneficium. Videtur autem, quod *Soto l.* 9. *de inſt. q.* 7. *a.* 3. *in fin. corp.* iudicet eſſe probabile oppoſitum, quoniam inquit, quod libentiùs aſſentit rationi probanti in dicto caſu eſſe ſimoniam, quàm rationi probanti oppoſitum, videtur igitur quod oppoſitam ſententiam iudicet eſſe probabilem. Et *Gregorium Lopez lec.* 17. *p.* 2. de hoc dubitare, quando pecunia nõ datur illis quorum miniſterio vtitur epiſcopus in conferendis beneficijs, refert *Sanchez tom.* 2. *opuſ. l.* 2. *c.* 3. *dub.* 26. *num.* 1. Sed abſolutè dicendum eſt, ſimoniam eſſe pretio comparare cuiuſcumque fauorem & interceſſionem apud collatorem beneficij aut alterius rei ſpiritualis pro illo beneficio aut qualibet re ſpirituali obtinenda. Quoniam fauor & interceſſio pro obtinendo ſpirituali quoddam ſpirituale eſt, quia eſt via ad ſpirituale obtinendum, vnde non poteſt emi pretio, non enim poteſt quis pretio parare ſibi viam ad ſpirituale obtinendum. Tum quia qui recipit ſpirituale procuratum per emptum mediatorem, non gratis, ſed pretio rem ſpiritualem recipit. Et ideo in hoc caſu eſſe ſimoniam tradiderunt ad *cap. tuam de ætat. & qual. Innoc. nu.* 2. *Bellamera*, *Anton. num.* 8. *Panorm. num.* 3. *D. Bonau.* 4. *diſt.* 25. *dub. vlt. Sylu. v. ſimonia q.* 6. *& q.* 8. *dic.* 5. *Tabien. n.* 8. *Armill. num.* 9. *Nauar. cap.* 23. *nu.* 106. *Lopez. p. p. cap.* 304. *&* 307. *Guliel.* quẽ refert, & ſequitur *S. Anton.* 2. *p. tit.* 1. *c.* 5. *§.* 7. *Felin. Ang. Roſel. Greg. Lopez. Capua, Manuel. Adrian.* quos refert, & ſequitur *Sãchez. tom.* 2. *opuſ. l.* 2. *c.* 3. *dub.* 26. *nu.* 2. *Suarez l.* 4. *de ſim. cap.* 40. *num.* 9. *& cap.* 53. *num.* 14. *Soto l.* 9. *de inſt. q.* 7. *a.* 3. *Maior.* 4. *d.* 25. *q.* 3. *a* 1. *Gabriel. ſupplem. q. a. q.* 3. *dub.* 4. *Bonac. diſp.* 1. *q.* 1. *§.* 1. *n.* 14. *Gibalin. q.* 16. *conſ.* 18.

177 Explicatur autem, & limitatur præfata aſſertio, vt non ſit dicenda ſimonia dare pecuniam famulo epiſcopi, vel alteri non vt intercedat, ſed pro labore habito eundo, & redeundo, non addendo preces, hoc enim temporale eſt. *Nauar. cap.* 23. *num.* 106. *Lopez. d. cap.* 304. *Sanchez vbi ſupra n.* 3. *& Gibalinus.*

178 Item non eſſe ſimoniam, dare pecuniam famulo Epiſcopi vt det ingreſſum ad alloquendũ epiſcopum.

copum. Quia hoc temporale cenſetur, & nimis remotum, & per accidens ſe habens ad obtinendum beneficium. *Guillell. D. Anton. Syluef. Armill. vbi ſupra. Angelus v. ſimonia 3. n. 25. Roſel. v. ſimonia p. n. 34. Adrian. apud Sanchez. num. 6.* Et nihilominus ſimonia eſſet in duobus præfatis caſibus ſi ex fine operis principaliter emeretur illud paruum vtilitatis ſpiritualis, quod eſt præfatis obſequijs temporalibus annexum.

179 At verò extenditur aſſertio, vt vera ſit nedum de fauore & interceſſione immediata, ſed de mediata, qua quis pretio ſibi emit interceſſorem apud tertium, vt ille tertius intercedat, apud epiſcopum, vel collatorẽ beneficij, vel alterius rei ſpiritualis. Quamuis enim aliqui huius oppoſitum exiſtiment probabile, tamen dicendum eſt, id eſſe ſimoniam, quia eſt directè parare ſibi viam ad beneficium obtinendum. *Nauar. conſ. 46. de ſent. excom. conſ. 54. de ſimon.* Et ex *Vaſquez. probabilius hoc ſentit Sanchez. loco citato n. 8.* vnde ſimonia eſt, ſi quis pretio ſibi emat in Hiſpania interceſſorem apud Auditorem Regium, quia licet Auditores non præſentent ad beneficium, approbant tamen, & dignum iudicant, & licet eorum votum ſit conſultiuum, regulariter tamen non præſentatur à Rege niſi approbatus ab Auditoribus, vnde intercedere apud Auditorem pro approbatione eſt via ad beneficium obtinendum, & emens talem interceſſionem ſibi pretio ad beneficiũ viã parat.

180 Dubium verò eſt, an hæc ſit ſimonia de iure diuino, vel potiùs ſolùm de iure Eccleſiaſtico. Eſſe de iure humano ſentit *Nauar. conſ. 58. de ſimon.* Quod ſatis probabile putat *Sanchez. vbi ſupra n. 9.* Sed Soto *d. q. 9. a. 3. in fin. corp.* probans eſſe ſimoniam emere interceſſorem, quia de iure naturali etiam receptio beneficij empta eſt ſimonia, iudicat hanc eſſe ſimoniam iure diuino. Et verè, cum negari non poſſit, quòd interceſſio pro ſpirituali obtinendo non ſit quid ſpirituale, & quòd qui media empta interceſſione obtinet beneficium, illud non recipiat a ſe emptum, media empta interceſſione, dicendum eſt hanc eſſe ſimoniam de iure diuino.

181 Et tandem reſolutiuè concluditur, munus à lingua non eſſe niſi munus ab obſequio præſtito per linguam, & quod intantum pertinet ad ſimoniam, & illam facit, in quantum eſt obſequium aliquod factum in vtilitatem eius qui ſpirituale tribuit, pro ſe vel alio, & ſub hac ratione intentum principaliter ex fine operis, ſeu intentum ex pacto ſaltem implicito ex iuſtitia obligante, quod idem eſt.

182 *Et ſi dicatur*, quòd iam munus à lingua eſſet munus ab obſequio, & ſic diſtinctio non eſſet trimembris. Reſpondent *Suarez. d. cap. 40. nu. 14. fin. & Raphael. a Turre loco citato* quòd licet munus à lingua ſit quoddam obſequium, tamen quantum ad quamplurimos actus, munus à lingua non eſt obſequium, quod fiat pro mercede, ſed eſt obſequium nobile, quod à nobilibus perſonis fit regulariter ex libertatis nobilitate, nam nobiles preces fundunt, laudant, intercedunt &c. ideo hoc munus à lingua ſpecialiter eſt diſtinctum, quia in eo ratio pretij eſt magis latens. Reſpondetur ſecundò, diſtinctionem hanc nõ eſſe formalem, ſed ex materia, hæc munera diſtingui; quia omnia hæc munera ſub eadem ratione formali conſtituunt ſimoniam, nimirum in quantum ſunt pecunia, & pretium, ſed quia pecunia ſeu res pecunia æſtimabilis eſt vel res extrinſeca, vel actio, vel locutio, & verba a factis diſtinguuntur, ideo tria hæc munera diſtinguuntur claritatis gratia, & ſub pecunia & pretio comprehenduntur tam res extrinſecæ, quæ ſunt munus à manu, quàm facta humana, quæ ſunt obſequia, quam humana dicta, quæ poſſunt etiam dici obſequia à lingua.

183 Tandem pro omnibus iſtis muneribus à manu, ab obſequio, & à lingua, traditur hæc regula generalis, vt onera quæcumque quæ inſunt beneficijs poſſunt ſine ſimonia induci in pactum à conferentibus officia ſpiritualia, ſed ſimonia eſt imponere aliquod onus officio ſpirituali non annexum. *Gloſſ. in cap. ſignificaſti v. conditione de electione, & ibi Panorm. num. 6. Gloſſa item in cap. cum M. de conſtit. ver. nihil, & in cap. ad audientiam 2. de reſcriptis v. renunciantes, & in Clem. 1 de reſtitut. ſpoliat.* & DD. communiter quos refert *Garz. de benef. p. 8. cap. 2. nu. 14.* Quia in primo caſu nihil noui operis imponitur, quod imponitur in ſecundo caſu. Omnia autem pacta per quæ in beneficijs conferendis imponitur nouũ onus, etiam ſi ſit ſpirituale, prohibita ſunt *cap. pactiones de pactis, & cap. in tantum de ſimonia. Felin. cap. ad audientiam 2. de reſcrip. nu. 3. Staphil. de literis gratiæ, tit. de reſignat. mod. num. 5. Rebuff. in praxi tit. de pura reſignat. Flamin. l. 14. q. 3. num. 1. Celſus de benefic. & penſ. cap. 13. Tuſcus lib. 5. concl. 253. Garz. par. 11. c. 3. n. 145. Ferdinand. a Caſtro tract. 17. diſp. 3. p. 5. num. 7. Gibal. de ſimon. q. 16. conſect. 9.* & alij DD. cõmuniter.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio iſta ab aliquibus datur ſub duplici membro. num. 184.*
2 *Simonia purè mentalis non continetur ſub hac diuiſione. num. 184.*
3 *Diuiſum in hac diuiſione, eſt ſimonia* exterior. *numer. 184.*
4 *Simonia mentalis eſt exterior emptio, vel vẽditio rei ſpiritualis, ſed occulta. num. 185.*
5 *Simonia Conuentionalis eſt in qua pactum eſt manifeſtum, ſed emptio aut venditio non eſt conſummata. num. 186.*
6 *Simonia in qua tradita eſt res ſpiritualis, non vero temporalis, eſt conuentionalis. num. 186.*
7 *Simonia realis eſt illa, quæ eſt ex vtraque parte conſumata. num. 187.*
8 *Hac diſtinctio non eſt diſtinctio plurium ſpecierum, ſed materialis. num. 188.*
9 *Permutans beneficiũ ſub conditione aſſenſus Apoſtolici, ſi ante adeptum conſenſum non exequitur permutationem, non eſt ſimoniacus. num. 189.*
10 *In ſimonia quæ eſt talis, quia prohibita, dari poteſt ſimonia mentalis. num. 190.*

184 QVæritur nono? An ſimonia diſtinguatur conuenienter, & ſufficienter in mentalem conuentionalem, & realem. Explicato multiplici pretio, pro quo habendo ſimonia eſt, ſi detur res ſpiritualis, explicandum remanet, quomodo pactum ipſum ſub quo res ſpiritualis datur pro pretio multipliciter dici poſſit. Ex hac enim parte ſimonia communiter diuiditur in mentalem, conuentionalem, & realem. Diuiſionis ratio eſt, quia tria ſunt, per quæ, ſimonia completur, ſcilicet voluntas, pactum, & executio illius, & ſic voluntati, reſpondet ſimonia mentalis, pacto, conuentionalis, & executioni, rea-

Digitized by Google

lis. Hæc tamen diſtinctio ab aliquibus datur per duo membra, ex quibus alterum poſtea multipliciter ſubdiuiditur. Nam ſimonia vel eſt mentalis, quæ in ſola mala voluntate conſiſtit ſine aliquo externo effectu, alia vero eſt exterior, quando ex mala voluntate verè datur ſpirituale pro pretio rei temporalis. Et hæc eſt duplex. Nam alia eſt in qua pactum eſt occultum, quæ magis propriè loquēdo dicitur ſimonia exterior occulta, alia eſt in qua pactum eſt manifeſtum, ſed & hæc duplex eſt. Nam alia eſt quæ non eſt conſumata, quia non eſt executa traditio rei ſpiritualis, vel pretij, & alia eſt conſummata & perfecta quia perfectè executa per traditionem pretij, & rei ſpiritualis. Nihilominùs expeditiùs loquendo, relinquitur ſimonia pure mentalis, quæ eſt totaliter interior, & eſt voluntas contractus ſimoniaci, quæ non erumpit in aliquem exteriorem effectum, quia ſimonia eſt peccatum exterius, quod ſcilicet exterius conſummatur, & hoc externo vitio explicato, nihil ſpeciale remanet explicandum circa ſimoniam purè mentalem, cum omni vitio externo ſit commune, quod voluntas externæ actionis malæ, ſit peccatum. Tum quia hæc diſtinctio datur ad explicanda iura, quæ damnant ſimoniam, illa verò de exteriori ſimonia loquuntur, quia Eccleſia de purè occultis non iudicat. Relicta igitur ſimonia pure mentali, ſimonia exterior tripliciter diuiditur, quia vel eſt exterior, ſed occulta, & dicitur mentalis, quia in mente eſt manifeſta & Deo corda ſpectanti patet, vel eſt exterior manifeſta, ſed non conſumata, & dicitur conuentionalis, quia pactio eſt conſummata, ſed non eſt conſummata traditio mercis, & pretij, vel eſt exterior conſummata, & dicitur realis.

185 Simonia ergo mentalis eſt exterior venditio, vel emptio rei ſpiritualis, ſed occulta, quia pactum non apparet, neque coram Eccleſia ex facto, vel circumſtantijs poteſt probari. Et dicitur mentalis, quia malitia prauæ intentionis, & externæ eruptionis, & vēditionis intus latet in mente; Et hæc mētalis ſimoniæ interpretatio colligitur ex *c. tua nos* 34. de ſimonia. Hæc verò ſimonia cōtingere poteſt, vel ſolùm ex parte vendentis rem ſpiritualem, vel ſolum ex parte ementis, vel ex parte vtriuſque. Quia mala intentio dandi, vel acquirendi rem ſpiritualem pro pretio poteſt eſſe ſolum ex parte vnius, altero bona fide & ex recta ratione operante, vel etiam eſſe poteſt ex parte vtriuſque.

186 Simonia conuentionalis illa eſt, in qua pactum emptionis, & venditionis rei ſpiritualis pro pretio eſt manifeſtum, & in facie Eccleſiæ patens, quia probari poteſt, ſed emptio, & venditio non eſt conſummata. Verum quod ſimonia non ſit conſummata, contingere poteſt tripliciter, vel quia non eſt tradita res ſpiritualis, licet eſt traditum pretium, vel econtra quia eſt traditum pretium, ſed non res ſpiritualis, vel quia nullum illorum eſt traditum; ſi vel nullum eſt traditum, vel non eſt tradita res ſpiritualis, certum eſt, hanc eſſe ſimoniam conuentionalem. Sed ſi ſit tradita res ſpiritualis, licet non ſit traditum pretium *Caiet. in ſum. v. ſimonia & Nauar. in Comment. cap. Mandato de ſimonia*, putant talem ſimoniam eſſe realem, quod tamen communiter negatur. Sed hæc differentia de nomine quantum ad hāc partem parum refert, multùm poſtea erit cōſideranda, & maximè de re erit, vbi tractandum fuerit de pœnis, & videndum, an qui tradidit rem ſpiritualem, & non recepit pretium, ſubdatur pœnis ſimoniacorum.

187 Simonia igitur realis (vt cum communi loquamur) eſt ſimonia extrinſecus & manifeſta, & conſummata per traditionem rei ſpiritualis, & pretij pro quo illa venditur. Vnde per hæc patet differentia membrorum iſtius diſtinctionis.

188 Quæ tamen eſt diſtinctio materialis, non verò eſt diſtinctio plurium ſpecierum ſimoniæ. Nam peccatum mentis, oris, & operis non diſtinguuntur ſpecie vt tradit *D. Th. p. 2. q. 12. a. 7.* Vnde in genere peccati eiuſdem ſpeciei ſunt ſimonia purè mentalis, & exterior quæcumque, quàmuis, vt dictum eſt, ſimonia exterior tribus modis poſſit fieri. Et ſi ab aliquibus hæ dicantur tres ſpecies ſimoniæ, loquuntur de ſpecie abuſiuè & impropriè. Vt verò eiuſdem diuiſionis ſufficientia conſtet, videndum remanet, quid iuris ſit de ſimonia ficta, an ſit ſimonia, vel ad quem modum ſimoniæ ſpectet.

189 Hoc vnum tamen hic eſt aduertendum circa ſimoniam conuentionalem quia ſcilicet licet *Hoſtien. cap. quæſitum de rerum permutat. & Anton. n. 3. Io. And. Gloſſ. cap. cum vniuerſorum v. tractare eod. tit. Adrian. quodl. ad* 3. teneant, quod ſi partes habeant inter ſe tractatum permutationis beneficiorum, vel aliū ſimilem non abſolutè concludendo, ſed ſub conditione ſi legitimus ſuperior approbauerit, contractus ſit ſimoniacus. Quod idem tenent *Lopez. p. p. inſtr uctorij noui cap. 199. quos refert Sanchez. tom. 2. opuſ. l. 2. cap. 3. dub. 39. n. 1.* Nihilominus oppoſitum eſt verum, ſi antequam tractatus mandetur executioni ſuperioris beneplacitum expectatur, quia conſimilis tractatus conditionatus nihil ponit in re, & non eſt, nec factus, nec concluſus non adueniente conditione beneplaciti Superioris, & ex quo Superioris approbatio requiritur nūc intenditur permutatio, niſi modo, quo licitè fieri poteſt. Ideo in tali tractatu nulla eſt ſimonia, nec etiam conuentionalis vt docent *Nauar. c. 23. nu. 107 ver. ad decimum Sylu. v. permutatio 2. q. 5. Angel. nu. 4. Armill. in initio. Tabien. v. beneficium 3. q. 15. Armill. nu. 73. Panorm. cap. cum vniuerſorum num. 2. de rerum permutatione & cap. quæſitum n. 10. eodem ſit Io. Andr. vnico eod. tit. v. 6. & Io: Franciſcus t. 2. Greg. Gomez. Greg. Lopez. Hieron. Saulus. Gloſſ. Imola. Couar. Reciar. Rebuff. quos refert, & ſequitur Sanchez. tom. 2. opuſ. 62. c. 3. dub. 39. nu. 2. qui bene n. 4.* admonet quod eſſet ſimonia ſi etiam pro ſola parte executioni daretur tractatus ante Superioris beneplacitum.

190 De ſimonia etiam mentali hoc conſiderandū, quod controuertitur an in ea ſimonia, quæ ſit talis, quia prohibita dari poſſit ſimonia exterior mentalis, nam in hac ſimonia non dari ſimoniam mentalem tenuit *Gloſſ. c. ex parte 2. de off. deleg. v. dimittere*, quæ ſententia; pro qua *Caccialup. de penſionibus q. 19. art. 7.* refert plures Canoniſtas; ſi loquimur de ſimonia purè mentali improbabilis eſt quia licet Eccleſia non præcipiat actum purè internum, mutat tamen illius internum obiectum, & facit vt exterior actio ſit prohibita, illicita, & mala, ex quo conſequitur quod abſoluta voluntas illius prohibitæ actionis ſit mala, & in foro Dei punienda. Vnde interior voluntas exterius agēdi quod per Eccleſiam eſt prohibitum tanquam ſimoniacū eſt ſimonia purè mentalis. Sed loquendo de ſimonia exteriori mentali vera eſt illa ſententia, vbi Eccleſia ſolum prohibet

fieri

Digitized by Google

fieri aliquid ſub pacto expreſſo, ſeu ſub conditione intimata, tunc enim ſi non datur expreſſum pactum & conditio intimata non eſt ſimonia, & ſi datur hoc pactum non eſſet ſimonia mentalis, ſed conuentionalis; ſed vbi eccleſia aliquid abſolutè prohibeat tãquam ſimoniacum, ſiue interueniat pactum expreſſum, ſiue tacitum, & ſiue intimatum, & ſiue non intimatum, dari poteſt ſimonia mentalis exterior, ſi pactum non appareat, & tamen ſub pacto occulto detur ees prohibita dari pro pretio.

SVMMARIVM.

1 *Simonia triplici ex parte eſt ficta, num.191.*
2 *Simonia ficta non eſt vera ſimonia, num.192.*
3 *In ſimonia ficta non eſt traditio alicuius pretij, num. 192.*
4 *Promiſſio non eſt pretium, num.192.*
5 *Dans fictam pecuniam eſt ſimoniacus, quia dat aliquod pretium. num.193.*

191 QVæritur decimo? An ficta ſimonia ſit vere ſimonia? Triplici ex parte ſimonia poteſt eſſe ficta, vel quia tam emẽs, quam vendens rem ſpiritualem ficte paciſcitur, & neuter habet intentionem dandi pretium, & rem ſpiritualem, ſed intendit quilibet decipere ſocium; vel quia ſolus emens fingit, vel quia fingit ſolus vendens rem ſpiritualem. Eſt autem certum, quòd vbi vnus ſolus fingit, in alio paciſcente ex vera intentione vel emendi, vel vendendi rem ſpiritualem eſt ſimonia mentalis & in affectu, & voluntate, quia ipſe, quantùm ſit ex parte ſua rem ſpiritualem pro pretio emit, vel vendit. Sed dubium eſt, an etiam ex parte eius qui fingit ſit vera ſimonia conuentionalis, ex quo exteriùs apparet inita conuentio de emenda vel vendenda re ſpirituali pro pretio.

192 Nam *Nauarr.in Comment.ad c.vlt.de ſimonia & in Manual.c.23.n.106.ad 3.* affirmat eſſe verè ſimoniam, & reduci ad conuentionalẽ. Sed non eſſe ſimoniam tradunt *Caiet.tom.2.opuſ.tract.9.de ſimonia q.2. Sotus l.9.de iuſt.q 8.a.1.Tolet.l.5.c.90.n.4.Petrus Nauar.l.2.de reſtit.nu.491.Suarez l.4.de ſimon.c.42.Raphael de Turre 2.2.q.100.a.6.diſp.p.Aragon.22.q.100.a.6.concl.3.Rodriq.tom.2.c.56.n.2.Valent. diſp.6.q.16.p.5.CaſtroPalaui par.3.de ſimonia diſp.3.p.6.n.2.Tolet.l.5.c.90.Laym.l.4.tr.10.c.vlt.§.6.ad fin.Bonac.q.2.p.8.Ferdinand.à Caſtro tr.17.diſp.3.p.6.Filiuc.tract.45.c.20.q.2.Villalobos tom.2.tract.37.dific.35.v.9.Giballinus de ſimonia quaſt...u 7* Et ratio euidens eſt; quia non eſt vera conuentio, nec vera emptio, nec vera venditio vbi deeſt ex altera tantùm parte vera intẽtio conueniendi, emendi, & vendendi; & vniuerſaliter nullus eſt verus cõtractus, vbi alter ſaltem contrahentium non intendit contrahere, ſed fictè contrahit, ſine intentione ſe obligandi, ſic enim non eſt verum votum, vbi vouens non intendit perficere, quod ſolis verbis promittit, nec eſt verum matrimonium, ſi vnus ſolus coniugum fictè conſentiat. Eadem igitur ratione ſi vel emens, vel vẽdens rem ſpiritualem fictè id faciat, erit ſimonia apparens, & ficta, non autem vera. Non obſtat, quòd *Nauar.ad. dict.dicẽs*, hic reperiri traditionem aliquam pretij; nam qui vendit rem ſpiritualem, tradit illã pro promiſſione pretij; quia promiſſio pretij quædam pars pretij eſt, cum ſit quid pecunia æſtimabile. Nam dicitur, quod nec emens dat promiſſionem vt pretium rei ſpiritualis, nec vendens illam accipit pro pretio, ſed pro pretio exhibetur, & intenditur res promiſſa. Aliter hæc ſimonia eſſet ſimonia realis, quod negat etiam Nauarrus; quia cum ad ſimoniam realem ſufficiat, quod ſoluatur minima pars pretij, ſi promiſſio pretij eſſet pars pretij, quia ipſa datur, & accipitur, iam pars pretij eſſet tradita, & ſic ſimonia eſſet realis, & non tantum conuentionalis.

193 Nec pariter obſtat, quòd ſi emens rem ſpiritualem ſoluat pretium fictum, & det pro auro aurichalcũ, ſit vera ſimonia, quia tunc datur pars pretij, licet in vili materia; vnde illa ſimonia non eſt ficta, ſed vera; quia etiam ex parte ementis eſt realis, enim habuerit intentionem emendi dando pretium aliquod, licet vile, & fictum. Sed in noſtro caſu emens rem ſpiritualem nihil dare intendit, nec habet aliquam intentionem emendi; ideo emptio ficta eſt, ac propterea venditio ipſa in re eſt ficta, etſi ſit in affectu vendentis vera, quia non eſt vera venditio, vbi non eſt vera emptio.

SVMMARIVM.

1 *Debitum gratitudinis eſt debitum naturale, n.194.*
2 *Gratuita recompenſatio eſt de ſecundaria intentione beneficij, num.195.*
3 *Donatio conſecutiue expectat retributionem, num.195.*
4 *Dare ſpirituale benefactori, vt ſatisfiat gratitudini, non eſt ſimonia, num.196.*
5 *Non fit iniuria rei ſpirituali, ſi detur titulo gratitudinis, num.196.*
6 *Dare ſpirituale pro inhoneſto beneficio temporali turpe eſt, num.197.*
7 *Dare temporale ex pacto pro exoneratione gratitudinis eſt ſimonia, num.197.*
8 *Non eſt ſimonia, nec per ſe illicitum dare ſpirituale ſub ſpe grata retributionis temporalis, num.198.*
9 *Simonia eſſet, ſi retributio pro ſpirituali eſſet finis principalis ex parte operis, num.199.*
10 *Dare temporale ſub ſpe retributionis rei ſpiritualis etiã principaliter intenta non eſt ſimonia, n.200.*
11 *Dare ſpirituale principaliter ex parte operantis ſub ſpe boni temporalis poteſt eſſe actio illicita, num.200.*
12 *Per ſe non eſt illicitum, quod qui dedit temporalia, ex gratitudine poſtulet ſpiritualia, vel econtrà, num.201.*
13 *Nihilominus pro beneficio temporali petere retributionem præbendæ habet malam ſpeciem, n.202.*
14 *Nõ eſt ſimoniacũ, ſi aliquis dicat Electori: rogo te, vt eligas Caium, & non ero tibi ingratus, vel dicat alia ſimilia verba generalia, num.203.*
15 *Dari tamen poteſt pactum de re aliqua in generali, num.203.*
16 *Simoniacum eſt, ſi quis pro temporali intendat obligare beneficiatum, vt ex gratitudine ſibi non retribuatur, niſi aut bonum ſpirituale tantum, aut tantum bonum temporale, num.204.*
17 *Non poteſt dari pactum, vt dando ſpirituale vt ſibi retribuatur ex gratitudine, num.205.206.*
18 *Non poteſt obligari ex pacto, niſi ad id, ad quod quis poteſt obligari ex iuſtitia, num.205.*

19 *Poteſt*

19 *Poteſt Sacerdos inire pactum pro ſui ſubſtentatione, num.205.*

20 *Non licet ex pacto pro ſpirituali exigere temporalem retributionem gratitudinis, n.206.*

21 *Non poteſt ex pacto exigi promiſſio obligans ex ſola fidelitate, num.207.*

22 *Rei ſpirituali non repugnat dari ex debito gratitudinis, num.208.*

23 *Licet in pactum deducere, quod antea debebatur quomodo ſit verum, num. 209.*

24 *Licet exprimere, quod ineſt, ità tamen, vt non inducatur noua obligatio, num.209.*

25 *Noua obligatio extrahit rem à linea donationis, num.209.*

194 QVæritur Vndecimò. An mentalis ſimonia ſit, ex gratitudine vel antidorali debito velle dare ſpirituale pro temporali, ſiue hoc etiam in pactum deducere? Debitum gratitudinis eſt debitum merè naturale, quod ſine pacto aliquo per ſe naturaliter, & inſeparabiliter conſequitur beneficium, vt tradit *D.Th.2.2. q.106. art.3.* quia enim effectus ex naturali ordine conuertitur in ſuam cauſam, ideo *naturalis ordo requirit, vt ille, qui ſuſcepit beneficium per gratiarum recompenſationem conuertatur ad benefactorem ſecundùm modum vtriuſque*. Debitum igitur gratitudinis naturam beneficij inſeparabiliter conſequitur, nec eſt voluntarium, ſeu voluntari ſubditum, quia conſequitur beneficium etiam ſi benefactor non intendat obligare, quia non conſequitur ex pacto, ſed ex natura virtutis, vt habet *D.Th. eadem q. art.1. ad ſecundum*. Et recipiens beneficium velit, nolit, manet ad gratuitam recompenſationem obligatus.

195 Et nihilominùs aliud eſt conſiderandum, nimirum quòd gratuita recompenſatio eſt de ſecundaria intentione beneficij, quia benefacere donando, ſi loquamur de fine intrinſeco operi, non habet pro fine recompenſationem, quia donatio vt donatio non reſpicit per ſe & directè remunerationem, ſed bonum eius, cui fit donatio, aliter non eſſet actus liberalitatis, & amicitiæ. Propterea enim, vt ex *D.Thom. in 1.d.18.art.2. habet Sylu. v. donatio*, definitur donatio, quòd ſit datio liberalis, & irredibilis, quia recompenſationem non intendit. Ideò donatio ex principali intentione nullam retributionem expectat, & vbi dationis finis principalis ſit retributio, illa non eſt donatio, ſed aliqua commutatio, cõſecutiuè tamen, & ſecundariò donatio expectat gratuitam retributionem, quia donationem conſequitur in beneficiato debitum gratitudinis. Et ſic donatio recompenſationem non quærit, ſed meretur; ſic enim & charitas, vt tradidit *S.Bern. opuſc. de diligendo Deo*, mercenaria non eſt; quia præmium non quærit ex primaria ſui intentione, ſed Dei gloriam & honorem intendit, & ſic non eſt mercenaria, & ex hoc conſecutiuè præmium meretur, & nunquam vacua manet retributione, quàmuis nõ quærat, quæ ſua ſunt.

196 Ex his ſic præſuppoſitis colligitur primò, quòd dare ſpirituale donum benefactori temporali, vt ſatisfiat debito antidorali ex virtute gratitudinis debito, & ex beneficio temporali orto, nec eſt ſimonia, nec eſt ſe illicitum, ſi in alijs ſeruetur iuſtitia & reuerentia debita rei ſpirituali. Negauerunt hoc apud *Sanchez* loco infra citato, *Butrius cap. tuam de ætat. & qualit. num.7. Innoc. num.1. Panorm. nu.3. Decius cap. ad noſtram numer. 5. de probat. Adrian. quodlib. 9. artic. 3. lit. D.* Sed econtra hanc concluſionem ex *Caiet. in ſum. v. ſimonia* ſumpſit Sotus *lib.9. de iuſ. q.7. art.1. & 3.* eamque tradiderũt *Nauar. cap.23. num.107. ad 4. & ex eo Vgol. Zab. ar.1. cap. 58. §.4. Sanchez tom. 2. opuſ. l.2. cap.3. dub.28. nu.3. Suarez lib.4. de ſimon. cap.45. num.5. Couar. lib.1. var. cap.20. num.4.* quem citat & ſequitur *Leſſ. lib. 2. cap. 35. num.115. Sigiſmun. dub.54. num.2. Raphael à Turre 2. 2. quæſt.100. art.6. diſput.3. Valentia tom.3. diſt 6. q.16. p.3. Filliuc. tr.45. c.10. nu.21. Layman. lib.4. tr.10. cap. vlt. nu.8. Diana p.5. tr.14. reſol.75.* & apud eum *Turrian. in ſelectis p.2. diſp.16. d.3. Palaus p.3. de ſimonia diſp.3. par.4. num.2. Bonac. de ſimon. quæſt.6. par.1. Gibalin. de ſimon. conſ.3.* Ratio euidens eſt; quia non eſt ſimoniacum, vel illicitum exequi id, quod debito naturali ex virtute eſt debitum, at verò retribuere pro beneficio temporali recepto, eſt debitum iure naturali & à beneficio inſeparabile, non eſt igitur illicitum id perficere. Neque obſtat ſi quis dicat, quòd qui recepit beneficium temporale poteſt & debet retribuere aliquod temporale, non verò ſpirituale, quia videtur fieri iniuria rei ſpirituali; nam hoc eſt conferre ſpirituale cum temporali tanquam mercedem ad opus, & non tanquam remuneratiuũ beneficium ad beneficium præcedens. Nam dicitur, nullam hic eſſe iniuriam per ſe, & præſcindendo à mala circumſtantia. Tum quia experimur ne dum pauperes, ſed pios, & ſanctos viros, & Eccleſiæ præſules pro temporalibus receptis, orationes ad Deum ex gratitudine retribuere. Tum quia vt habet *Diu. Thom. 2.2. q.78. art.2. ad ſecundum, & q.106. art.5. ad ſextum* gratitudo non reſpicit directè, & primò rem receptam, ſed affectum donantis, vnde gratum decet dare plus quàm receperit, immò ex eo quòd ſpirituale eſt nobilius temporali, decet illud dari ex gratitudine, cuius eſt pro vilioribus receptis nobiltora retribuere.

197 Quàmuis igitur ex circumſtantijs poſſit hæc retributio reddi mala, vt ſi pro turpi obſequio reddatur beneficiũ ſpirituale, vel ſi non ſeruetur iuſtitia, & beneficium ſpirituale detur indigno, vel minùs digno. In his enim, vel alijs ſimilibus caſibus, collatio beneficij eſſet ſacrilega aliquo modo, vel etiam iniuſta, ſed non ſimoniaca eſſe poſſet, ſi finis principalis ex parte operis eſſet exoneratio ab eo debito retributionis pro temporali. Nam in eo caſu ſpirituale non donaretur, ſeu venderetur, ſeu titulo oneroſo commutaretur; quia repugnat donationi ordo ad receptionem boni temporalis vt ad directum, & principalem finem. Sed vbi ſpirituale verè donetur titulo gratitudinis, poteſt aliàs contingere vt conditio perſonæ, quæ per obſequia præſtita dignior etiã facta eſt beneficio eccleſiaſtico, tribuat collationi beneficij maiorem honeſtatem, vt ex D Gregor. notauit *D.Thom. 2.2. q.100. ar.5. ad primum*.

198 Colligitur ſecundò; nullam eſſe ſimoniam, immò nec per ſe eſſe illicitum, præciſa omni mala circumſtantia, dare ſpirituale ſub ſpe gratæ retributionis temporalis, vel dare temporale ſub ſpe gratæ retributionis ſpiritualis. Hoc de vſura tradidit *D.Th. 2.2. q.78. a.2. ad ſecundum & tertium*. Et de ſimonia tradunt DD. pro ſuperiori concluſione citati, & communiter alij, & ratio eſt manifeſta, quia non

Digitized by Google

non eſt peccatum, vel ſimonia intendere id, quod præſtare in re non eſt peccatum, neque ſimonia; modò non eſt peccatum neque ſimonia ei, qui dedit temporale retribuere ex gratitudine ſpirituale, vel qui dedit ſpirituale retribuere ex gratitudine temporale; nec erit igitur peccatum dando temporale ſperare retributionem ſpiritualem, vel econtra.

199 Semper nihilominùs attendi debet, quòd eſſet ſimonia, ſi retributio eſſet intenta vt finis principalis ex parte operis; quia tunc nec largitio eſſet donum, nec retributio ſperaretur vt gratuita, ſed vt debita: vt ex dictis ſupra apparet.

200 Quantùm verò ad malitiam, quæ poſſit interuenire hìc ex inordinato modo tendendi in rem temporalem media ſpirituali, conſideTari & diſtingui debet, quòd aliud eſt dare temporale cum ſpe retributionis ſpiritualis, & aliud eſt dare ſpirituale cum ſpe retributionis temporalis. Nam primo modo nulla eſt deordinatio, ſi ſpiritualis retributio gratuita ſit finis principalis largitionis temporalis ex parte operantis. Nam temporalia ſpiritualibus ſubordinari conuenit, & ſanctum eſt dare temporalia pro conſequendis æternis, dummodò non dentur vt pretium æternorum. Sed dare ſpiritualia principaliter ex parte operantis ex ſpe temporalium eſt actio inordinata, ſi intentio non reſpiciat bonum temporale ſub aliqua ratione boni honeſti, & ſub ratione medij ad æterna bona; quia magis hoc eſt æſtimare temporalia quæ accipiuntur vt finis, quàm ſpiritualia, quæ ſumuntur vt media ad finem; quod cedit in aliqualem contemptum, & iniuriam rerum ſpiritualium. Ideò licet hæc principalis intentio rei temporalis habendæ ex gratitudine pro beneficio ſpirituali non ſit ſimoniaca; quia non eſt intētio pretij, eſt tamen mala: & ſi in re temporali ponatur vltimus finis, quia voluntas operantis ſit parata etiam tranſgredi mandata Dei & peccare mortaliter, eſt peccatum mortale, ſed ſi ſolum ſit talis quod ſiſtat in re temporali, non ordinando rem temporalem in alium honeſtum eſt peccatum veniale. Quámuis alia ex parte ſi intentio non reſpiciat rem temporalem, vt temporalem, ſed vt medium ad aliud ſpirituale principaliter intentum tanquam finem, non erit mala intentio, ſed honeſta, cum finem honeſtum principaliter reſpiciat. *Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. cap. 44. num. 12.*

201 Colligitur tertiò, quòd per ſe loquendo, & præciſa omni alia mala circumſtantia, nec ſimoniacum eſt, nec illicitum, ſi is qui dedit temporalia gratis, poſtulet titulo gratitudinis ſpiritualia, vt gratis donanda, vel econtra, ſi qui dedit gratis ſpiritualia petat temporalia, vt ex gratitudine retribuenda. Probatur hoc primo ex ſimilitudine eius, quiſſiue vſura ab eo, cui mutuauit, petit aliquid ex gratitudine. De hoc enim ſic loquitur *D. Th. 2. 2. q. 78. a. 2. ad 3. ſi munus* inquit, *ab obſequio, vel à lingua, non quaſi ex obligatione rei exhibetur, ſed ex beneuolentia, quæ ſub æſtimatione pecunia non cadit, licet hoc accipere, & exigere, & expetere*. In hoc enim eadem eſt ratio de ſimonia. Nam quod petitur, vt dandum ex gratitudine, petitur vt dandum gratis, nec intenditur vt pretium, ſed vt donum gratuitum ex beneuolentia redditum. *Maior. in 4. d. 25. q. 29. ad 2. Conar. l. p. var. cap. 20. num. 4. Sotus l. 9. de iuſt. q. 7. a. 3. Suarez d. cap. 45. num. 8. Layman. l. 4. tr. 10. cap. vlt. num. 8.*

202 Verum quidem eſt, quod vbi pro temporali beneficio petitur id, quod eſt purè ſpirituale, id fieri poteſt de facili, & fit paſſim, & vt plurimùm ex ſimplici corde, & ſine ſcandalo. Sic enim benefactores temporales piorum, & Religioſorum orationes, & obſequia ſpiritualia petunt, & optimè faciunt, ſed vbi ſpirituale habet annexum temporale, ſicut eſt in beneficijs, & præbendis; pro beneficio tēporali petere retributionem prebendæ malam ſpeciem habere poteſt, & præſumptionem ſimoniæ, & ſcandalum generat.

203 Hinc ſequitur, quod ſine ante, ſiue poſt electionem, ſi electori dicatur, rogo te, vt des ſuffragium Caio, & non ero tibi de hoc beneficio ingratus. Per ſe & in ſimplicitate huius ſermonis ſtando, non eſt ſimonia, ſi elector eligat Caium, & qui rogauit ex gratitudine aliquid electori donet *Sotus l. 9. de iuſt. q. 8. a. 5. concl. 3. Sigiſ. dub. 54. nu. 2. Suarez & Layman. locis citatis, Portel v. ſimonia num. 2. Nauar. c. 23. n. 101. Donat. de elec. trac. 1. q. 22. num. 11.* Qui idem dicit de eo, qui per verba generalia dicat, relinque hoc amore meo, & tibi prouidebitur de alia re; quia verba generalia non inducunt pactum, ſed hoc non placet; quia bene poteſt dari pactū de re aliqua in generali & indeterminatè ſumpta. Et ideo attendi debet, an detur ſpirituale pro pretio, vel ſolùm ex ſpe gratitudinis. Quia locum non habet ſimonia vbi ſine pacto intrat ſolum debitum antidorale, & gratitudinis. Et ideo cauendum eſt ab iſtis modis loquendi, quæ poſſunt habere aliquam pacti ſpeciem. & inducere aliquam præſumptionem ſimoniæ & ſcandalum.

204 Colligitur vlteriùs quartò illicitum eſſe, ſi quis pro temporali beneficio intendat obligare beneficiatum, vt ex gratitudine non retribuat niſi ſpirituale, vel ſi pro ſpirituali beneficio intendat ſibi ex gratitudine non retribui niſi temporale. Ita aſſerunt & bene *Suarez d. cap. 45. nu. 7. & Raphael à Turre dicta diſp. 3.* Et ratio eſt; quia hic imponitur aliqua maior obligatio, quàm ſit illa, quæ ex gratitudine eſt, & quam ſundat beneficium. Nam beneficium obligat ad recompenſationem non in hac, vel illa materia determinatè, ſed vagè in materia ad beneplacitum retribuentis determinanda; igitur obligare retribuentem ad hoc vt, retribuat in hac, vel illa materia determinate, eſt illum obligare pluſquam obligetur ex vi beneficij, & gratitudinis; & ideo hanc obligationem imponere ex pacto explicito, vel implicito ſimonia eſt.

205 Colligitur quintò, debitum antidorale, ſeu gratitudinis non poſſe deduci in pactum, & conuentionem, ita quod nequit dari beneficium aliquod ſpirituale ſub conditione & pacto, quòd ſibi retribuatur ex gratitudine. In hoc enim caſu gratitudo vt retribuens caderet ſub pacto, & reſtitueretur ex iuſtitia. Et ſic ex iuſtitia daretur etiam id, quod retribueretur, ex non donato, ſed debito affectu & voluntate retribuendi, nec ille affectus ſeu voluntas eſſet gratitudo, ſed iuſtitia, nec datū eſſet donatum, ſed ex iuſtitia tributum. In donatione enim primum donum, quod donatur eſt amor affectus & voluntas donantis, & implicat illud donari, quod datur ex alio affectu, quàm ex amare liberè donato. In eo caſu igitur nec donaretur beneuolentia & amor, nec id quod ex vendito amore daretur, & periret ratio gratitudinis. Ideo in mutuo non poſſe pro mutuo induci ex pacto obligationem debiti antidoralis,

ſeu

ſeu gratitudinis, ſupponit *D.Th.* 2.2.*q*.78.*a*.2.*ad* 2. *& 3.& dec.ut* ibi *Caiet.& Sotus l.6.q.1.a.1.adducitur Gabriel.in 4.d.16.q.11.a.1.Hoſtien.in ſum.tit.de vſura §.qua pœna.*Et de ſimonia tradũt *Suarez.d.c.45.n.*10. *Felin.cap.ad audientiam 2.de reſcrip.nu.*10.*Layman. l.4.tr.10.cap.vlt.nu.9.*Nec eſt vnde quis dicat, quod non eſt ſimonia, ſi quis pro miſſæ celebratione petat ex pacto ſtipendium iuxta legem, vel conſuetudinem, & quod non propter hoc miſſa venditur, ſed donatur. Nam numquam licet obligare ex pacto niſi ad id, ad quod poteſt quis obligari ex iuſtitia; & modò celebraturus miſſam habet ius ad ſtipendium neceſſitatis; & ideo poteſt de illo paciſci, & ſub hac ratione miſſa non donatur, ſed pro ſtipendio tribuitur; ſed donatur abſolute, & ſimpliciter; quia donatur ſpiritualis actio, ſub qua ratione nihil retributionis petitur, & propterea nec cadit ſub pacto. Amicitia quoque, & gratitudo eadem ratione non poſſunt cadere ſub pacto,& ſimonia ſemper eſt, ſi pro opere ſpirituali principaliter ex parte opeis petatur ex pacto retributio temporalis.

206 Sed nec licet exigere ex pacto retributionem gratuitam, ſeu gratitudinis in communi, non decernendo, quid ſit retribuendum. Tum quia ſemper repugnat gratitudini reddere ex pacto. Tum quia aliqua noua obligatio, & ciuilis eſt, obligari ad aliquid dandum ex iuſtitia, quæ obligatio eſt pretio æſtimabilis, & eſt verè pretium ſub quo res ſpiritualis datur, aut promittitur.

207 Imò neque ex pacto & conditione poteſt pro ſpirituali exigi promiſſio obligans ex ſola fidelitate. Quod duplici ratione affirmatur. Tum quia obligatio promiſſionis & fidelitatis eſt diſtincta, & maior obligatione gratitudinis, & quæ ſi inducatur ex pacto eſt verè pecunia & pretium. Tum quia pactum deſtruit rationem liberalis promiſſionis, de cuius ratione eſt, vt donetur; non verò donatur, quod exigitur ex pacto alterius rei traditæ, vel tradendæ. Itaque ex liberali promiſſione non inducitur ſimonia; quia quod liberaliter promittitur; donatur, quia imò promiſſio ipſa, & per prius voluntas promittens donatur: ſed perit ratio liberalis promiſſionis, ſi promiſſio exigitur ſub pacto rei traditæ aut tradendæ; nam tunc promiſſio ipſa vel venditur, vel eſt pretium venditionis, & implicat eſſe donum liberale, quod procedit ex voluntate, quæ vel ſit venditio, vel ſit pretium venditionis. *Suarez d.num.*12.*Layman.num.*10.

208 Itaque igitur rei ſpirituali non repugnat dari ex debito naturali gratitudinis; quia non eſt de ratione rei ſpiritualis, vt ſit primò primum donum, ſicut eſt gratia Dei. Quia enim nullus in donando poteſt eſſe prior Deo. *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei? Rom.*11.Ideo reſpectu Dei datur gratia, quæ eſt primò prima, quam non præcedit aliquod meritum, vel debitum. Sed non eſt de ratione rei ſpiritualis, vt ſit primò prima gratia, ſed ſufficit, vt ſit gratia ſecunda, cui non repugnat dari ex aliquo debito prioris gratiæ; ideo poteſt res ſpiritualis ex puro debito gratitudinis retribui ſine labe ſimoniæ. Sed ſimonia eſt, ſi inducitur noua obligatio ex pacto, & hæc obligatio non eſt iam ampliùs obligatio naturalis & gratitudinis, ſed eſt obligatio legalis,& iuſtitiæ commutatiuæ.

209 Nec obſtat, ſi quis dicat, quod licet exigere, & in pactum deducere id, quod antea debebatur. Nam ex duobus his aſſertis primum eſt verum. Ideo poſt datum ſpirituale non eſt illicitum petere gratitudinis recompenſationem, nulla alia obligatione inducta. Sed ſecundum eſt falſum, quia noua obligatio extrahit retributionem à linea donationis, & gratitudinis, & facit illam pertinere ad lineam iuſtitiæ; quod eſt ſimonia, ſi pro re ſpirituali ex iuſtitia reddatur temporale, vel econtra. Et ita hic non habet locum illud principium legale, licet exprimere, quod de iure ineſt, quod ſumitur ex *cap.ex inſinuatione* 26. de ſimonia, & ex *cap. Olim de reſcrip. & Gloſſ.& Panor.*ibi *nu.*6. *& ex cap. ſignificatum de præben.* Quia hoc principium eſt verũ vt vbi expreſſio non inducat nouam, & diſtinctam obligationem. Et ita non eſt ſimonia exprimere deſiderium gratitudinis ab eo, qui recepit beneficium ſpirituale, ſed ſimonia eſt, ad hoc nouam obligationem inducere.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo doctrinæ, & ſenſus quæſtionis, num.*210.
2 *In ſimonia pro datis, & receptis non licet redimere vexationem, num,*211.
3 *Sententia S. Thomæ proponitur, num.*212.
4 *Habens ius in re ſuper ſpirituali poteſt pecunia redimere vexationem, num.*213.
5 *Si tamen vexatio ſit iniuſta, num.*213.214.
6 *Et ſi ius, quod habetur ſuper re ſpirituali, ſit certum, num.*215.216.
7 *Poteſt redimi vexatio, quæ eſt de facto, non quæ eſt de iure, num.*217.
8 *Pro redimenda vexatione non poteſt dari res ſpiritualis, num.*218.
9 *Qui nondum habet ius in re, non poteſt redimere vexationem, per quam impeditur, ne aliquod nouum acquirat, num.*219.
10 *Poteſt tamen ad conſeruandum ius ſpirituale, quod habetur, redimi vexatio, num.*220.
11 *Redimere vexationem iniuſtam etiam pro acquirẽdo ſpirituali licet ſecundum aliquos, n.*221.222.
12 *Redimi poteſt, ſecundum aliquos, vexatio iniuſta ab eo, qui poteſt obeſſe, & non prodeſſe, n.*223.224.
13 *Poteſt, ſecundum eoſdem, pecunia redimi iniqua, & mala ſubornatio, num.*225.
14 *Dare pecuniam ſubornatori, vt adiuuet electionem, eſt ſimoniacum, num.*227.
15 *Non licet ſubornatione ſubornationem redimere, num.*228.
16 *Redimere iniuſtam vexationem etiam ab eo, qui poteſt prodeſſe, ſecundum aliquos, non eſt ſimoniacum, num.*229.*&* 230.
17 *Redimere vexationem eius, qui procurat vt ſit defectus in electione, quem poſſit opponere, ſecundum eoſdem, non eſt ſimoniacum, num.* 231.
18 *Poſſe eum, qui pecuniam recipit pro electione, pecunia redigi ad æqualitatem affectionis ſine ſimonia, affirmant quidam, num.*232.
19 *Poſſe redimi vexationem ab iniuſto opponente ijdem affirmant, num.*233.
20 *Et eodem modo dicunt, poſſe redimi vexationem ab iniuſte negante confirmationem, num.*234.
21 *Et ſecũdum eoſdem poteſt redimi iniuſtitia eius, qui modo iniuſto opponitur electioni, num.* 235.
22 *Quod etiam aliquando liceat redimere iuſtam vexationem, aliquorum opinio, num.*236.

Redi-

Digitized by Google

23 *Redimere pecunia vexationem pro iure ſpirituali acquirendo, ſimonia eſt etiam de iure diuino, num.* 237. 238. 239.

24 *Etiamſi redimatur ab eo, qui non poteſt prodeſſe, vel à potente prodeſſe, vt à perſona priuata, nu.* 240. 241.

25 *Redimere vexationem pecunia pro obtinenda poſſeſſione, eſt ſimonia, num.* 242. 243. 244.

26 *Maximè vbi poſſeſſio non ſupponit certum ius, nu.* 245. 246.

27 *Redimere pecunia vexationem eius, qui iniuſte ſubornat electores, num.* 247.

28 *Et pecunia emere, ne aliquis procuret, vt electio inualide fiat, num.* 248.

29 *Et pecunia emere, vt elector, qui recipit pecuniam pro electione vnius prauam inclinationem impedientem alterius electionem, deponat, num.* 249.

30 *Et qui pecunia emit, ne quis iniuſtè ſe opponat electioni, num.* 250.

31 *Et qui pecunia tollit vexationem eius, qui negat iniuſtè confirmationem, num.* 251.

32 *Et redimere pecunia iniuſtam vexationem ex modo, num.* 252.

33 *Et iuſtam vexationem pecunia redimere, nu.* 253.

34 *Et pecunia emere, ne alius ad beneficium concurrat, num.* 254.

35 *Et paciſci cum alio de mutuo non concurſu, n.* 255.

36 *Et pecunia emere eum, qui incutiat timorem alteri, ne concurrat ad beneficium, num.* 256.

37 *Et redimere pecunia vexationem ab eo, qui vult eligere indignum, num.* 257.

210 QVæritur duodecimo, An redimere in ſpiritualibus iniuſtam vexationẽ ſit ſimoniacum? Multa dicenda, & quærenda fuiſſent de ſimonia conuentionali circa beneficia habentia redditus, vel fructus temporales, & præbendas, & quomodo, & qualiter liceat deducere in pactum ſtipendia, quæ pro ſuſtentatione dantur Eccleſiæ miniſtris; ſed quia hic non agitur de ſimonia, niſi in ordine ad electionem, & ius eligendi non habet per ſe, & regulariter annexos redditus, vel fructus temporales; ideo ijs prætermiſſis; cum ſatis ex præcedentibus conſtet ſimoniam eſſe ſi detur pecunia, vel immediatè, vel mediate pro habendo ſuffragio in electione, remanet videndum, an ſicut in Sacramentorum miniſterio datur alius titulus recipiendi tẽporalia, immò petendi ea pro ſpiritualibus, nimirum in ſtipendium neceſſitatis, ità alius titulus detur, ex quo etiam in electione poſſit dari electori pecunia abſque eo, quod hæc largitio ſit ſimonia conuentionalis, aut realis. Eſt autem hic titulus redemptio iniuſtæ vexationis.

211 Primò tamen præmittitur, quod in ſimonia pro datis, & receptis non habet locum hæc quęſtio; cum Sanctiſſimus D. N. Alexander VII. in ſua conſtit. *Inter grauiſſimas* 2. Maij 1656. decreuerit, in ea ſimonia non licere dare, promittere, vel accipere, ſiue pro defenſione iuris quæſiti, ſiue pro aſſecuratione quærendi etiam ad redimendam iniuſtam vexationem, vt notauit etiam *Nicol. v. ſimonia nu.* 9. Hac igitur ſimonia relicta, de alijs quæritur an ad vexationem redimendam poſſit quis dare pecuniã impedienti, ne aliquis eligatur.

212 Ad quam quæſtionem ità reſpondet *D. Th. 2. 2. q. 100. a. 2. ad 5.* dicens, *quod antequam alicui acquiratur ius in Epiſcopatu, vel quacunque dignitate, vel prebenda per electionem, vel prouiſionem, ſeu collationem, ſimoniacum eſſet aduerſantium obſtacula pecunia redimere. Sic enim per pecuniam pararet ſibi viam ad rem ſpiritualem obtinendam. Sed poſtquam ius alicui acquiſitum eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere.* Ex qua reſponſione duplex datur regula.

213 Quarum prima ſit, quod habens ius ad beneficium, vel ad officium ſpirituale, vel ad quodcunque ſpirituale donum, poteſt pecunia redimere vexationẽ, quæ pro tollendo illo iure iniuſtè vel infertur, vel probabiliter timetur. Ita cum *D. Th.* ſentiunt ibi *Caiet. & alij expoſitores. Gloſ. in cap. nullus epiſcopus* 124. 1. *q.* 1. *verbo, reſtituat, & in cap. quæſitum* 1. 1. *q.* 3. *v. redemptione, & in cap. Decimas* 3. 16. *q.* 7. *& Gloſſ.* 1. *&* 2. *in cap. Dilectus* 28. *de ſimonia, &* ibi *Innoc. & Panorm. num.* 3. *& in cap. Mattheus num.* 4. *eod. tit. & alij Turrecr. in cap. quæſitum, & cap. altaria* 1. *q.* 3. *S. Raym. in ſum. tit. de ſimon. §.* 20. *Sylu. v. ſimonia quæſt.* 3. 13. *D. Antonin.* 2. *p. cap.* 5. *§.* 13. *Tabien. v. ſimonia numer.* 26. *Nauar. cap.* 23: *numer.* 101. *Suarez l.* 4. *de ſimon. cap.* 50. *numer.* 2. *Ledeſma tract.* 12. *concl.* 27. *Leſſ. l.* 2. *cap.* 35. *dub.* 18. *Layman. l.* 4. *tract.* 10. *cap. vlt. numer.* 22. *Sanchez tom.* 2. *opuſ. l.* 2. *c.* 3. *dub.* 30. *ſimon.* 5. *num.* 5. *Filliuc. tract.* 45. *numer.* 3. *Baſſaus v. cap.* 11. *num.* 6. *&* 7. *Syluеſ.* 2. 2. *q.* 100. *ar.* 2. *poſt concl.* 3. *Paſqual. dec.* 255. *Donat. in prax. p.* 3. *tract.* 1. *q.* 23. *Gibalin. de ſim. q.* 18. *conſec.* 5. *num.* 1. *& eſt communiſsima ſententia.* Cum *in d. cap. dilectus* 28. *de ſim. habeatur*, quod cum quidam præpoſitus dediſſet pecuniam alteri ſub conditione non inferendi iniuſta grauamina, nedum Papa non cenſuit illum ſimoniacum, ſed iuſſit ſeruari promiſſionem, & in *cap. quæſitum* 4. 1. *q.* 3. quidam religioſi redimentes iniuſtas vexationes, quas patiebantur nihil peccaſſe ſupponuntur. Et ratio eſt, quia redimens iniuſtam vexationem pro defenſione iuris quæſiti nihil ſpirituale acquirit, quia iam habet illud, & pro illius defenſione agit, ſed ſolum temporalem vexationem pecunia redimit; non eſt vero ſimonia emere temporale per pecuniam.

214 Aliquæ vero conditiones neceſſariæ ſunt, vt hæc regula locum habeat, & vitetur ſimonia. Prima eſt, quod vexatio ſit iniuſta. Nam iuſtam vexationem pro dono ſpirituali illatam non licet pecunia redimere *D. Th.* 2. 2. *q.* 100. *art. vlt. Panorm. in d. c. dilectus* 28. *de ſim. Gloſſ. in cap. Mattheus* 23. *de ſim. Sylueſ. v. ſimonia n.* 4. 3. *v. quarta ex Petr. & Gloſſ. Raim. Tabien. num.* 26. *Nauar. l.* 5. *conſ* 41. *num.* 2. *de ſim. Redoan.* 3. *p. cap.* 21. *n. vltimo Sanchez d. num.* 3. *Suarez d. cap.* 50. *num.* 10. *Layman. l.* 4. *tr.* 10. *cap.* 8. *num.* 22. *Reginal. l.* 23. *num.* 125. *Gibalin. de ſim. q.* 18. *conſectan.* 5. *n.* 1. *Donatus d. q.* 23. *nu.* 8. *Baſſaus d. nu.* 5. *Layman. d. n.* 22. *Azor. p.* 3. *l.* 12. *c.* 11. *q.* 4. Huius autem ratio eſt; quia ius, contra quod aliquis iuſtè vexari poteſt, vel eſt nullum, vel dubium, vel irritabile, & infirmum, vnde pecunia redimere vexationem contra tale ius eſt velle emere, vel ius, quod non habetur, vel iuris dubij quod habetur, firmitatem, & ſtabilitatem, & aliquod ſpirituale, quod non habetur verè, ſed pecunia inquiritur. Secundo quoniam donum ſpirituale per ſe quidem petit non auferri per vim, & iniuſtum modum; ideò dat ius habenti ſe ipſum, vt contra iniuſtè vexantem agat, & ſe defendat, & vexationem redimat; ſed non dat ius contra iuſte vexantem.

xantem, ideò non licet pecunia redimere iniuſtam vexationem.

215 Ideò, ſi lis, quæ contra habentem ſpirituale donum mouetur, vel certè, vel ſub dubio eſt iuſta, & non eſt manifeſtè iniuſta, non licet pecunia emere, vt litigans à lite deſiſtat, vel non liceer litiganrem pecunia præuenire, vt litem non moueat. Nam ſi lis eſt certè iuſta, non liceer eam redimere, vt dictum eſt, ſi vero dubia, eo ipſo eſt iuſta, ſi dubium ſit probabile:& præterea non poteſt eſſe dubia, niſi quia dubius ſit titulus, ſub quo donum ſpirituale poſſidetur; vnde ſi datur pecunia, ne moueatur lis contra talem titulum, datur pecunia pro habenda ſecuri tate in titulo dubio, quod eſt pecunia aliquid ſpirituale acquirere. Sed ſi lis manifeſtè ſit iniuſta, licet etiam præuenire, & pecunia emere ne lis iniuſta moueatur *Gloſſ.in c. cū pridem.v.illicitæ pactionis de pactis, & ibi Panor.num.9.Suarez d.cap.50.num.11. Sanchez d.l.2.c.3.dub.30.num.4.Nauar.c.23.nu.101. Flamin.* quem refert, & ſequitur *Barboſ.ad d.caput vum pridem num.6.*

216 Inde eſt, quod ſecunda conditio neceſſaria eſt, quod ius ad donum ſpirituale ſit certum, & indubitatum; nam alias non haberur hoc ius redimendi vexationem per pecuniam *D. Th.2.2.q.100.a.vlt. Panorm.d.cap.cum pridem n.9.Felin.d.cap.dilectus 28. de ſimon.num.3.Syluеſ.v.ſimonia nu.3.ver.quarta Tab en.num.26.Rebuff.tit.de ſim.nu.18.Suarez d.cap.50. num.12.* Tunc vero dicitur eſſe ius certum, & manifeſtum, cum à periris conſultum fuerit ius ſuum eſſe præcipuum. *Rebuff.citatus. Reboan.3. p.cap.2.nu.16.* quod *Suarez d.num.12.* videtur bene limirare dicendo, ſi periti communiter dicant, ius ſuum eſſe præcipuum.

217 Tertia conditio aſſignatur, vt vexatio ſit de facto non de iure; ſed hæc eſt eadem cum prima. Quia in propoſito illa dicitur vexatio de facto, quæ iuſtitiæ, & iuri non innititur.

218 Quarta conditio eſt, vt ad redimendam vexationem detur res temporalis, non vero res ſpiritualis; nam alias ſi daretur res ſpiritualis, ſimonia eſſet ex parte rei datæ, quia daretur res ſpiritualis tamquam pretium rei temporalis *Sylu. v.ſimonia num.3.v.quarta Sanchez l.2.c.3.dub.30.nu.4. Suarez d.cap.50.num.15.Donatus d.q.23.Gibalin.de ſim.q.18. conſect.4.num.1.& conſect.5. num.10.*

219 Eſt verò ſecūda regula tradita à *D.Th.* quod nondum acquiſito iure, non licet pecunia redimere vexationem, quæ impedit ius acquirendi rem ſpiritualem. Hæc regula communis eſt apud Theologos, & Canoniſtas. Et probatur ex *cap.Matthæus 23. de ſimon.* In caſu enim textus illius commiſſa fuit ſimonia, ex eo, quod amicus illius, qui à maiori parte fuerat electus, pecunia redimerat vexationem ab eo, qui caput erat diſſenſionis, & contradictionis contra electum, & ſic contradictio conquieuit. Nam cum ille fuiſſet iam à maiori parte electus, pecunia data magiſtro diſcordiæ, & contradictionis non reſpiciebat electionem iam factam, ſed confirmationem electionis futuram, cui ille diſcordiarum magiſter poterat contradicere. Et ſic munus datum fuit pro confirmatione futura obtinenda. Ratio autem regulæ eſt; quia tollere per pecuniam impedimentum ad ſpirituale, ad quod quis nondum habet ius, eſt parare ſibi viam ad ſpirituale, & per pecuniam illius acquiſitionem diſponere, & eſt mediatè velle per pecuniam acquirere illud ſpirituale, quod non habet.

220 Sed ad huius regulæ intelligentiam conſiderandum eſt, an vexatio reſpiciat, & tendat ad tollendum ius ſpirituale, quod habetur, vel ad tollendum ius, quod non habetur, ſeu ad impediendum ne obtineatur illud ius, quod non habetur. Nam quando ius ſpirituale, quod habetur, non eſt plenum, vt eſt ius electi à maiori parte, tunc aliquod ius ſpirituale habetur, & aliquod non habetur. Nam non habetur confirmatio vnde non habetur ius in re; ſed tamen habetur electio, & ex conſequenti iusad rem, vbi electio præbet tale ius. Ideò electus poteſt vexari, vel vt tollatur ab eo ius electionis, quod habet, vel vt non conſequatur ius confirmationis, quod expectat. Vexatio ſi directè tendat ad tollendum illud imperfecti iuris ſpiritualis, quod quis iam habet, regulanda eſt ex priori regula; quia iam hæc vexatio eſt ad tollendum quod habetur; ſolum vero ex ſecunda regula debet regulari, quando vexatio tendit ad hoc, vt quis impediatur, ne conſequatur, quod non habet.

221 Quamuis vero hęc ſecūda regula ſit apud antiquos Theologos, & Canoniſtas communis, nihilominus non pauci ex modernis ab ea leuiſſimo quidem ducti fundamēto recedunt. Ratio autem eorum eſt, quia omnis iniuſta vexatio eſt contra ius iam acquiſitum; quia dona ſpiritualia quæcunque, etiam ſi dent ſolum ius capacitatis, quod ad habendum eſt ius valdè remotum, dant proximè hoc ius, vt habens à dono ſpirituali capacitatem maioris doni ſe, omni modo aliàs nō prohibito, defendat ab omni iniuſtè illum impediente, ne cius ſpiritualis capacitas impediatur, vt non impleatur. Et ſic fidelis ex baptiſmali Charactere habens ius ad alia Sacramenta recipienda, ſimul habet ius, vt huiuſmodi Sacramenta ſibi iniuſtè non denegentur, vnde, & habet ius omni via non prohibita redimere iniuſtam vexationem, ideo redimere iniuſtam vexationem temporalem, ne quis Sacramenta obtineat per pecuniam non eſt prohibitum à lege diuina, nec lege humana. Non quidem lege diuina, quia hoc non eſt emere ſpirituale, ſed eſt tollere iniuſtum impedimentum ad ſpirituale obtinendum; eſt enim tollere malam affectionem aduerſarij, in qua non continetur intrinſecè emptio rei ſpiritualis. Et amplius ius ſpirituale exigit ſuſtentationem ſui ipſius, quia donum ſpirituale continens eminentius temporale exigit, & requirit, vt iniuſtè non impediatur, & dat ius, ad tollendum iniuſtum impedimentum, quod cum ſit temporale, benè per pretium temporale tollitur.

222 Sed neque ex iure poſitiuo eſt prohibitum redimere iniuſtam vexationem impedientem etiam acquiſitionem futuri boni ſpiritualis. Quod enim adduci poſſet ex *cap.Matthæus 23.de ſimon.* non probat; quia munus ibi datum pro redimenda vexatione à contradictore electioni iam factæ, non apparet, quod fuerit datum pro vitanda iniuſta vexatione, immò *Gloſſ.ibidem* eam vexationem vt iuſtam explicat. Et in eo *cap.* Pōtifex nihil præcipit, ſed conſulit id, quod tutius erat. Ceterum ex alijs Capitibus colligitur hanc redemptionem non eſſe prohibitam. Nam in *cap.ad aures 24.de ſimonia Gloſſa* quærens an is, cui, vt in eo Textu habetur, denegata fuit iniuſtè abſolutio ab excommunicatione, fuiſſet ſimoniacus ſi deffet

diſſet abſoluenti decem libras, quas ille expetebat, reſpondet non futurum ſimoniacum, quia tunc iniuſtam vexationem redemiſſet. Et idem tradit *Gloſſ. in cap. dilectus* 28. *de ſimonia.* Vbi benè hæc reducit ad defenſionem iuris acquiſiti, quia licet abſolutio ab excommunicatione ſit aliquid acquirendum; ius tamen ad hoc, vt non impediatur quis iniuſtè ab abſolutione, eſt ius iam acquiſitum, & contra quod facit, qui iniuſtè abſolutionē negat. Et ità hoc vniuerſaliter verum eſt reſpectu cuiuſcuoque doni, cuius aliquis ſit ex dono priori ſupernaturali ſpirituali capax; quia tale donum dat ius, vt non impediatur iniuſtè à ſui complemento, & perfectione. Et ideo niſi redimere huiuſmodi vexationem ſit prohibitum, vt in ſimonia pro datis, & receptis de iure communi, non eſt illicitum.

223 Nihilominus hanc aſſertionem non ſine limitatione admittunt plures in materia beneficiali, ſed diſtinguunt redimere vexationem ab eo, qui poteſt obeſſe, & non prodeſſe, & ab eo, qui poteſt obeſſe, & prodeſſe. Hi igitur dicunt primò, quod eſtò iniuſtam vexationem etiam pro ſpirituali beneficio, & præbenda conſequenda redimere pecunia ab eo, qui nedum poteſt obeſſe, ſed etiam auctoritatiuè prodeſſe, ſit ſimonia; non eſt tamen ſimonia redimere iniuſtam vexationem ab eo, qui poteſt obeſſe impediendo iniuſtè, ſed non poteſt prodeſſe, vel eligendo, vel præſentando, vel conferendo, vel confirmando; Et hanc eſſe communem ſententiam Theologorum modernorum tradit *Suarez dicto cap.* 50. *nu.* 24. citans *Sotum l.* 9. *de iuſt. q.* 6. *a.* 2. *ad* 5. *& q.* 7. *a.* 1. *c in aliquibus exemplis, quæ ibi refert. Et Vgolin. tabul.* 1. *cap.* 9. §. 8. *n.* 3. idem tenet *Ledeſma tract.* 12. *concl.* 29. *& Leſſ. l.* 2. *c.* 35. *d.* 18. *n.* 108 *& Aragon.* 2. 2. *q.* 100. *a.* 3. quos ſequitur *Peyr. de ſubd. q.* 1. *c.* 31. *Baſſaus v. ſimonia quinto num.* 5. *Layman. l.* 4. *tr.* 10. *cap. vlt. n.* 22. *Bordon. contr.* 31. *nu.* 34. *Diana p.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 17. *Donatus d. q.* 23. *num.* 14.

224 Et ratio eſt; quia nullum eſt ius poſitiuum in contrarium. Nam caſus contentus in *cap. Matthæus de ſimonia* expreſſe reſpicit perſonam, quæ erat elector, & quæ poterat auctoritatiuè prodeſſe, vnde ex quo declaratum ſit factum ſimoniacum illius, qui munere dato redemit ab eo vexationem, non facit ad noſtrum caſum, in quo eſt ſermo de vexatione redimenda ab eo, qui non poteſt prodeſſe. Tum ſecundo hoc apparet exemplis conſideratis à *Soto illa q.* 5. *a.* 1. *ad* 5. v. g. in eo, qui violenter deriuet oppoſitorem alicui beneficio, ne tempore habili accedat, vel qui iniuſtè infamat. Cur enim non poſſit pecunia ſe à carcere iniuſto liberare, vt tempore habili ſe opponat beneficio? Vel cur non poſſit quis pecunia obſtruere os malè loquentis, vt non ſe infamijs ab obtinendo beneficio impediat? Si enim poteſt Doctoratus pecunia acquiri, vt quis ſit habilis ad beneficium, cur pecunia non poterit emi, ne fiat per iniuſtitiam inhabilis ad beneficium obtinendum?

225 Hinc colligunt, quid dicendum de illo, qui pecunia redimit malam, & iniquam ſubornationem tius, qui cum non ſit elector, nihilominus pretio, & importunis precibus ſubornat electores. Hunc enim non eſſe ſimoniacum docuerunt *Valent. tom.* 3. *diſp.* 7. *q.* 16. *p.* 3. *Leſſ. l.* 2. *c.* 35. *dub.* 18. *Sanchez tom.* 2. *opuſ. l.* 2. *c.* 3. *dub.* 30. *num.* 5. *Suarez d. cap.* 50. *nu.* 25. *Donatus d. q.* 23. *num.* 22. *Diana p.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 2. *Fernand. p.* 3. *cap.* 14. *num.* 28. *Paſqual. dec.* 231. *Palaus p.* 3. *tr.* 17. *d.* 3. *p.* 20. *num.* 6. quem refert, & ſequitur *Baſſeus v. ſimonia* 3. *num.* 6. *Villalobos tom.* 1. *tr.* 37. *diff.* 10. *num.* 3. *Gibalin. de ſimon. q.* 18. *conſecut.* 5. *num.* 18.

226 Et ratio eſt, quia ſi redemptor vexationis non intendat directè & per ſe niſi remotionem illius iniquæ ſubornationis, ſolum temporale emit per temporale: nec obſtat, quod illa ſubornatio non ſit propriè iniuſta; quia ſi tendit ad indignum, vel minus dignum eſt contra iuſtitiam diſtributiuam. Tum ſecundo; quia eſt in ſe iniqua, & redimenti nociua, immo & communitati. Militat autem ſemper ratio ſupra facta; quia ſcilicet ex vi doni ſpiritualis datis capacitatem, & idoneitatem ad perfectius ſpirituale donum habetur ius contra quemcunque, qui velit via iniqua impedire, quin illa capacitas perficiatur, & impleatur; ideo, qui pecunia illud iniquum impedimentum tollit, iure ſuo vtitur, quod ex ſpirituali dono habet.

227 Fatentur tamen DD. huius opinionis, quod ſi is, qui vexationem redimit vlteriùs progreditur, & dat pecuniam, nedum vt ſubornator ceſſet ab iniqua ſubornatione, ſed etiam vt adiuuet electionem ſui, vel alterius, iam intrat ſimonia. *Sanchez d. nu.* 5. quia iam datur pecunia ex fine operis principaliter propter electionem. Quod non interuenit in priori caſu, in quo dans pecuniam ex fine operis, & traditionis pecuniæ non habet pro fine niſi redemptionem ab iniqua vexatione, cui redēptioni per ſe accidit, quod adiuuet ad electionem huius vel illius determinatè, & ideò hæc redemptio per ſe non eſt niſi redemptio vexationis temporalis.

228 Fatentur etiam, quod non licet ſubornatione ſubornationem redimere, & ſic non licet pecunia emere alios ſubornatores, qui pretio, & precibus importunis, vel alios electores, vel eundem ſubornando vim alterius ſubornationis tollant. *Suarez d. cap.* 50. *num.* 25. *Bonacin. diſp.* 1. *q.* 6. *p.* 5. *num.* 25. *Paſqualig. deciſ.* 251. Tum primo; quia ſubornatio eſt actio mala. Tum ſecundo; quia etiam ſi ſubornatio eſſet bona, emere ſubornantem eſſet mediatè emere electionem, quia eſt illam media pecunia procurare. Nec obſtat, quod vim vi repellere licet; quia vis, quæ fit per emptionem rei ſpiritualis, ſemper ab intrinſeco eſt illicita. Et ideo hic aliud axioma applicatur; quia ſcilicet non ſunt facienda mala, vt tollantur iniuſta impedimenta.

229 Sed vlterius alij, præfata diſtinctione non obſtare, dicunt, quod non ſit ſimonia redimere pecunia vexationem iniuſtā etiam ab eo, qui poteſt prodeſſe. Ita ſenſerunt *Adrian. quodl.* 9. *& Valent. loco citato. Donatus d. q.* 23. *n.* 14. citans. *Bonac. q.* 6. *punc.* 5. *nu.* 4. *limit.* 3. *Hurtad. de Mendoza de fide vol. diſp.* 173. *ſect.* 17. §. 3. *Palaus tom.* 3. *tract. vlt. diſp.* 3. *par.* 2. *num* 4. *apud Dianam p.* 6. *tract.* 8. *reſolut.* 17. *Suarez d. cap.* 50. *num.* 26. *Sanchez lib.* 2. *opuſc. cap.* 3. *dub.* 30. *num.* 5. *Paſqual deciſ.* 230. *&* 23.. *Gibalin. de ſimon. quæſt.* 18. *conſect.* 5. *num.* 18. Semper enim militat, vt dicunt, eadē ratio; quia pecunia redimere iniuſtitiam, inimicitiam, odium, perſecutionem non eſt malum; quia res, quæ contra non eſt ſpiritualis, & ad hoc quiſq; haber ius. Et hoc non eſt emere electionem; quia per ſe non ſequitur ex ceſſatione vexationis, quod detur electio; & tandem non eſt contra rem ſpiritualem dando temporale pro temporali, manutenere ſuam capacitatem, & habilitatem, quam ad dona

 ſpiri-

ſpiritualia habet, & illam tueri, & defendere. Et nec eſt ſimonia ex fine operantis intendere electionem bonam, ſi electio non emitur, ſed media redemptione vexationis iniuſtæ intenditur.

230 At vero, quod neque iure Eccleſiaſtico hæc ſit ſimonia, probatur; quia non affertur vbi habeatur lex prohibens redimere vexationem iniuſtam etiam ab eo qui poteſt prodeſſe, quamuis in foro externo talis præſumatur cõmiſiſſe ſimoniam de ſtylo curiæ. Quod enim affertur ex *d. cap. Matthæus*, non probat, quia ex vi illius capitis non conſtat, quod vexatio ibi redempta fuerit iniuſta, & talem non fuiſſe explicat *Gloſſa*. *Ex cap. vero de hoc* 11. de ſimonia nihil contrarium habetur; caſus enim illius textus eſt Epiſcopi, qui dedit beneficium, vt electores conſentirent electioni, non vero vt redimerent aliquam iniuſtam vexationem. Stylus vero curiæ, & ſenſus cõmunis Eccleſiæ, oſtendunt ſimilem redemptionem præſumi ſimoniacam. Nam nõ videtur animus hominum, at vero externa actio dantis pecuniam electori, alias eligere nolenti hunc, vel Epiſcopo, alias nolenti conferre beneficium, ſimoniam præfefert.

231 Item colligunt, quod ſi detur elector, qui conatur, quod electio non fiat legitimè, & iuſtè, vt ipſe poſtea poſſit opponere electioni, quæ fit, licet ab eo electore pecunia redimere, vt non impediat, quin electio etiã determinatæ perſonæ legitimè fiat; quia hoc non eſt procurare electionem per pecuniam, electionem emendo, ſed eſt redimere iniuſtam vexationem, & impedire ne legitima electio iniuſtè impediatur. *Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 3. dub. 30. n. 9. Paſqual. deciſ. 233. nu. 2.*

232 Colligunt ſecundo; quod ſi quis ſciat aliquem ex electoribus accepiſſe pecuniam pro aliquo eligẽdo, eidẽ non poteſt quidem ille, dare, vel offerre pecuniã vt eligat aliũ, vel ſe ipſum; quia hoc eſſet electionem pecunia emere; ſed poteſt dare pecuniã vt malam inclinationem illius electoris vincat, & reducat eum ad æqualitatem affectionis, & libertatẽ, nullo modo obligando eum ad alicuius electionem. Quia hoc non eſt electionem emere, ſed malum affectionis exceſſum impedire, & reducere animum eius ad libertatem neceſſariam ad electionem bonam. *Paſqual. deciſ. 233. nu. 3.*

233 Colligunt tertio; quod electo licet redimere vexationem iniuſtam procurando per pecuniam ne aliquis iniuſtè ſe opponat electioni, quia immò in hoc caſu electus, iam habet ius ad Prælaturam, vel in re vel ad rem, & ideò ius habet, vt non impediatur iniuſtè à prælaturæ conſecutione, & vexationẽ, & iniuſtum impedimentum redimat *Gloſſ. in cap. Matthæus ver. maioris, & in cap. dilectus 1. de ſimon. Præpoſ. 1. q. 1. iuxt. num. 3. Suarez tom. 1. de relig. lib. 4. de ſimon. cap. 50. num. 8. Palaus par. 3. tract. vlt. punct. 20. nu. 1. Paſqual. deciſ. 234. n. 4.*

234 Colligunt quarto; quod liceat pecunia redimere vexationem iniuſtam illatam ab eo confirmatore, qui negat electionis confirmationem. Nam hoc non eſt emere confirmationem, ſed tollere iniuſtam voluntatem, & auferre iniuſtum impedimentum, & tueri ius ſpirituale, quod habitum fuit ex electione. Et in his ſemper diſtingui debet finis extrinſecus operantis à fine intrinſeco operis, qui in præſenti eſt remotio iniuſtæ voluntatis confirmationis, ad hunc enim finem datur pecunia, quamuis ex fine operantis hoc ordinetur ad confirmationem obtinendam. Ita DD. ſupracitati præter *Suarez d. num. 8.*

235 Immo ampliatur ab aliquibus; nam colligũt quinto, quod licet oppoſitio, quæ fit electo quantũ ad materiam iuſta ſit, ſi tamen iniuſto modo fiat, liceat pecunia hanc iniuſtitiam redimere. Hìc enim pretium datur pro vincendo malo animo, & pro propulſanda iniuſtitia. Et ſic poteſt pretio redimi, ne quis ex odio aliquem diffamando eius electionem impediat redimendo odium malum, licet ad finem, ne impediatur electio. *Paſqual. deciſ. 236.* vbi *num. 7*, hoc extendit, vt liceat pecunia inordinatum affectũ redimere eius, qui non ex merito, ſed ex amicitia, quam habet cum alio, vt promoueat eius electionẽ alterum competitorem diffamat.

236 Vlterius *Paſqual. deciſ. 237. & 238.* diſtinguẽs oppoſitionem iuſtam, quæ fit electioni alicuius ab eo, qui ad illam faciendam non tenetur, & ab eo, qui tenetur opponere, dicit primò, quod licet pecunia emere, ne qui non tenetur opponere electioni, nõ ſe illi opponat, etiam ſi iuſtè hoc faciat. Quia taliter faciendo vtitur iure naturalis defenſionis. Nec ſic emens commodum ſuum, aut amici, inducit vẽdentem ad malum, quia ille ſine peccato poteſt ceſſare ab oppoſitione; vnde ab eo nullum malum exigitur, neque ſic emens ceſſationem ab oppoſitione parat ſibi viam ad electionem; quia non magis per hoc accedit ad electionem, neque ponit aliquam diſpoſitionem ad ipſam, ſed bonum nomen conſeruat apud electores, ad quod conſeruandum habet naturale ius; nec impedit, quod electio non fiat debito modo, quia electores non habent aliam obligationem, niſi vt eligendo præferant illum, quem putant præferendum, & alias qui pecuniam accipit, non tenetur opponere, & diffamare illum, à quo pecuniam accepit, ne diffamet. Vnde nec qui recipit pecuniam peccat, quia pecuniam accipit pro re iuſta in eius poteſtate, & libertate poſita. Sed ſi qui opponit eſt elector, & tenetur opponere alicui, ne eligatur; tunc vel oppoſitio eſt talis, quæ reddat eũ, cui opponitur inhabilem, & indignum electione vel non; ſi enim oppoſitio talis eſt, quæ reddat eum, cui opponitur inhabilem, & indignum, non poteſt quis pecunia procurare, vt ille qui opponere debet, non opponat; quia ſic induceret illũ ad peccatũ. Sed ſi oppoſitio nõ eſt illius defectus, qui reddat inhabilẽ, aut indignũ, ſed ſolum non dignũ beneficio electionis, ita vt negatio electionis ſit potius quædam pœna malis moribus inflicta, quam aliquid debitum communitati; tunc licet pretio redimere hanc vexationem, aut alio modo operari, ne proferantur, quæ poſſunt impedire electionẽ. Nam tunc non tenentur electores talem non eligere, cum ſufficiat eos eligere idoneum. Vnde nec, qui ſcit talia alicuius demerita, tenetur ea propalare apud alios electores, & cũ ad id non teneatur, poteſt induci etiam pecunia, vt id non faciat. Et cum eligendus poſſit prouidere omni licito modo propriæ vtilitati, & bono nomini, poteſt exhibitione pecuniæ ſibi æquum reddere animum electoris, ne ea ſibi opponat apud alios electores, quæ ſibi nocere poſſunt, & ſi taceantur, electioni non præiudicant.

237 Nihilominus, adductis per hanc ſententiam minimè obſtantibus, abſolutè dicendum eſt, veram

eſſe,

Digitized by Google

eſſe, & vniuerſaliſſimè ſine aliqua limitatione admittendam ſecundam illam regulam *D. Thom.* & aſſerendum, quod pro iure ſpirituali acquirendo, non licet, ſed ſimoniacũ eſt, vexationem etiam iniuſtam pecunia redimere. Hoc verò probatur primo eiuſdem ſententiæ fundamentum deſtruendo. Hoc enim fundamentum eſt, quia vexatio iniuſta, ſeu odium, ſeu iniuſtitia. ſeu calumnia, ſeu omnis ſimilis iniqua actio non eſt bonum ſpirituale, nec eſt Spiritus ſancti donum, ideò non eſt materia ſimoniæ, quæ eſt emptio boni ſpiritualis, & doni Spiritus ſancti pro pecunia. Verum conſiderandum eſt, quod nec calix, prout eſt vas argẽteum, eſt bonum ſpirituale, ſed naturale, & tamen emere calicem ratione conſeccationis annexæ, eſt maniſeſtiſſima ſimonia. Ita licet vexatio iniuſta ſecundum ſubſtantiam ſit res temporalis, habet tamen annexum ſpirituale nocumentum; quia eſt impedimentum exercitæ aſſecutionis beneficij, aut officij ſpiritualis. Et ſic ceſſatio à vexatione habet annexam vtilitatem ſpiritualem, quæ eſt eſſe quid cooperans, & proficiens ad ſpiritualis officij acquiſitionem, & quæ vtilitas eſt de genere ſpiritualium, tanquam quid viale, & diſpoſitiuum cõducens pro parte ſua ad exercitam, & efficacem aſſecutionem ſpiritualis boni. Modo qui pecunia vexationem redimit iniuſtam, pro fine illius redemptionis nõ habet ſolam ceſſationem iniuſtitiæ, ſed ablationem impedimenti aſſequendi ſpirituale officium, & vtilitatem ſpiritualem, quæ oritur ex ceſſatione vexationis, & ratione huius vtilitatis, iniuſtæ vexationis redemptionem æſtimat, & ideò verè eſt ſimoniacus. Nec valet ad metaphiſicas præciſiones recurrere, & dicere, quod redemptio iniuſtæ vexationis ſecundum ſubſtantiam non ſit ſimonia, quia finis talis emptionis eſt ceſſatio iniuſtitiæ. Quia præciſiones metaphiſicæ à praxi alienæ ſunt, & qui redimit vexationem iniuſtam non præſcindit, ſed eam reſpicit, vt eſt impedimentum exercitæ aſſecutionis officij, ſeu iuris ſpiritualis, quod acquirere intendit. Vnde reſpicit vexationis iniuſtæ ceſſationem, vt eſt ſpirituale bonum, & ratione ſpiritualis bonitatis illam emit, & ideò eſt ſimoniacus, etiam de iure diuino. Et ità exempla allata non probant.

238 Nam qui iniuſtè detinetur in carceribus poteſt libertatem emere, ſi tamen illam ex fine operis non emit ratione vtilitatis ſpiritualis, & quia ſit via, & diſpoſitio beneficij obtinendi. Et idem dicitur de eo, qui auro obſtruit os calumniantis iniuſtè & infamantis; quia neque huius oris obſtructio ratione vtilitatis ſpiritualis emi poteſt, & in his locũ habere poteſt diſtinctio finis operis, & finis operantis. Nec eſſet ſimonia verè, & ſincerè redimere iniuſtam carcerationem, vt obtineatur libertas naturalis, quamuis ex fine operantis intenderetur etiam vtilitas in ordine ad beneficium ſpirituale obtinendum; hoc enim eſſet emere libertatem naturalem non verò vtilitatem ſpiritualem, quia finis emptionis, vt ſupponitur eſt ſola acquiſitio naturalis libertatis. Sed ſimonia eſt emere naturale ratione vtilitatis ſpiritualis annexæ. Et hoc facit, qui iniuſtam vexationem redimit ex eo, quod iniuſta vexatio ſit impedimentum iuris ſpiritualis acquirendi. Patet igitur, quod in hac redemptione eſt ſimonia de iure diuino.

239 Eſt autem euidentius eſſe ſimoniam de iure poſitiuo. Quoniam Eccleſia bene videns præciſiones metaphiſicas quibus aliqui extrinſecas emptiones excuſant, eſſe ſæpius ſimoniæ operimenta, & permitti amplam ſimoniæ viam, ſi huiuſmodi excuſationes admittantur; vniuerſaliter huiuſmodi pacta, quæ in electionibus, & promotionibus, & rebus beneficialibus, immo rebus omnibus ſpiritualibus fiunt, tanquam ſimoniaca prohibuit *capit. pactiones fin. de pactis*. Vnde in ſpiritualibus, & beneficijs prohibitum eſſe omne pactũ, vt ex *Rip. & Azeued.* colligit *Barb.* ibi *num.* 2. & habetur ex *cap. ſuper eo de tranſact. cap. querelam, & cap. tua nos de ſimon. & cap. vnico, vt Eccleſiaſt. beneficia, & 1. q. 3. fere per tot.* Cum igitur ſacri Canones in huiuſmodi beneficialibus, & ſpiritualibus officijs pacta inita reprobent, tanquam ſimoniaca, meritò dicitur, quod vbi agitur de beneficio, vel alio ſimili ſpirituali iure acquirendo, nõ poſſit ſine ſimonia per pecuniam aliquid obtineri. Et ideò, vt *Suarez de ſimon. cap. 50. num. 28.* aduertit, ſtylus Curiæ, & ſenſus communis Eccleſiæ eſt, vt huiuſmodi habeantur, vt ſimoniaci, ſicuti verè ſunt ex vtroque iure tam diuino, quam humano. Et ità hanc partem antiqui DD. communiter ſecuti ſunt *D. Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 2. ad quintum, &* ibi *Caiet. Gloſ. in cap. nullus Epiſcopus, 124. 1. q. 5. ver. reſtituat, & in cap. quæſitum 1. 1. q. 3. v. redemptione, & Gloſ. in cap. decimas 3. 16. q. 7. & Gloſſ. in cap. dilectus 1. de ſimonia* vbi *Innoc. & Panor. num. 4. & in cap. Matthæus nu. 4. eod. titulo Præpoſ. 1. q. 1. n. 27. Turrecrem. in d. cap. quæſitum nu. 3. cap. Altaria 1. q. 3. Paulus Burgen. de irregul. tit. de ſimon. nu. 58. Nauar. cap. 23. num. 102. Sylu. v. ſimonia, q. 3. reg. 3. & quæſt. 13. princ. Angel. v. ſimonia 2. nu. 13. D. Anton. part. citata cap. 3. §. 13. Redoan. 2. p. cap. 31. n. 48. & 3. p. c. 12. n. 18. Rebuff. in praxi tit. de ſimon. in renunciat. Suarez de ſimon. d. lib. 50. nu. 28. Filliuc. tract. 45. cap. 11. q. 13. nu. 7. Leſſius lib. 2. cap. 35. dub. 14. nu. 106. Layman. lib. 4. tr. 10. c. vlt. n. 22.* malè per oppoſita ſententia citatus.

240 Limitant verò aliqui præfatam principalem aſſertionem, vt intelligatur formaliter, & ſit ſenſus, quod eſt ſimonia in beneficijs obtinendis dare pecuniam ad redimendam vexationem eius, qui poteſt prodeſſe, quatenus poteſt prodeſſe, & vexat, ex publica poteſtate, vt quia elector etiam iniuſtè non vult eligere, & collator iniuſtè non vult conferre beneficium, & præſentator iniuſtè negat præſentare. Quia tunc pecunia illa cenſetur vt data pro electione, collatione, ſeu præſentatione. Sed non debet dici de vexatione, quæ ſit ab illo, qui poteſt prodeſſe, vt à priuata perſona, quia nimirum ſi ille iniuſtè infamat, vel aliud ſimile damnum infert, licet pecunia ab eo hanc iniuſtam vexationem redimere. *Suarez ibidem nu. 28. ex Leſſ. ſupra cit. Layman d. n. 22, Baſſæus d. nu. 6.* vbi admittit poſſe pecunia redimi vexationẽ ſubornantis malè electores etiam ſi ſubornans ſit elector, quod & docuit *Sanchez d. dub. 30. nu. 5. Bordon. contr. 31. nu. 34.* qui ibidẽ ait, non eſſe ſimoniam dare pecuniam tertio, vt roget cõfirmatorem iniuſtè negantem confirmationem electi. Nam per talem redemptionem non emitur electio, vel beneficium, ſed emitur propria fama, & temporale bonum.

241 Sed limitatio nullo modo eſt admittenda; aſſertio enim illa vniuerſaliſſimè in vtroq; iure eſt intelligenda. Tum quia iure canonico omnia pacta circa ſpiritualia, & præcipuè beneficialia ſunt prohibita, vt ſimoniaca. Tum quia emere ceſſationem

à qua-

à quacunque iniuſta vexatione ratione vtilitatis ad ſpirituale ius acquirendum ex natura rei eſt ſimonia. Et ſi alia ratione redimatur vexatio, quam ratione alicuius ſpiritualis adiuncti, non ſumus amplius in caſu, nec iam illud erit redimere vexationem pro iure ſpirituali acquirendo, ſed pro aliqua alia ratione à noſtra quæſtione aliena. Nos enim dicimus ſimoniacum eſſe, per pecuniam auferre impedimenta iuris ſpiritualis acquirendi; ſed per pecuniam auferre malum naturale pro naturali bono conſeruando, ſimonia non eſt, quia non adeſt materia ſimoniæ, quæ eſt res ſpiritualis, & Spiritus ſancti donum.

242 Suppoſita etiam eadem ſententia negante poſſe redimi iniuſtam vexationem pro iure acquirẽdo, nihilominus de poſſeſſione beneficij loquendo, nõ eſt idem ſenſus DD. Nam quidam adhuc tenent, quod ſit ſimonia dare pecuniam alicui impedienti iniuſtè poſſeſſionem, vt ab iniuſta vexatione ceſſet. Ità enim ſentiunt *Gloſſ. in c. decimas 16. q. 7. Panorm. in cap. ad aures 24. de ſimonia num. 6.* vbi etiam *Innoc. & in cap. dilectus 28. eod. tit. vbi & Felin. nu. 3. Præpoſ. 1. q. 1. num. 28. & 29. Sylueſ. v. ſimonia nu. 3. v. quarta. Tabien. nu. 26. Azor. par. 3. lib. 12. cap. 11. q. 4. Redoan. par. 3. cap. 22. q. 2. Vgolin. §. 8. num. 1.* & dubius eſt *Sotus lib. 9. q. 6. art. 1. ad quintum Summa corona 3. par. tract. de ſimonia, nu. 32. Lopez 2. par. cap. 302. Garzias de beneſ. par. 1. cap. 2. num. 53.* & probatur hoc ex *cap. in tantum de ſimonia & cap. decimas 16. quæſt. 7.* Et quia poſſeſſio beneficij eſt quid ſpirituale tanquam per ſe ſpirituali annexum; & quia id tenuit *Rota in vna Maioricen. Præeminentiarum 21. Maij 1554. apud Garziam loco cit.*

243 Sed oppoſitum ſenſerunt *Card. in cap. ad aures 24. de ſimonia Alexan. de Neap. in addit ad Panorm. in cap. dilectus 28. de ſimonia, Maior 4. diſt. 25. q. 9. ad ſecundum, ſum. Piſana v. ſimonia n. 1. S. Raymund. lib. 1. tit. de ſimonia, §. 5. Sanchez opuſ. lib. 2. cap. 3. dub. 30. num. 111. Suarez cap. 50. num. 31. Layman. lib. 4. tr. 10. cap. vlt. §. 2. nu. 22. Diana par. 4. tr. 4. reſol. 152. & p. 5 tract. 14. reſol. 3.* Ledeſma *par. 2. tract. 12. conl. 28. pag. mihi 618. Donatus q. 23. nu. 17. Palaus p. 3. tr. 17. p. 20. num. 3. Baſſæus v. ſimonia quinto num. 5. Paſqual. deciſ. 243. Gibal. de ſimonia q. 18. conſ. 5. nu. 17.* Ratio autem eſt, quod poſſeſſio eſt quid facti, & non eſt ſpirituale ſpiritualitate habenda & acquirenda, ſed iam acquiſita, quia ius poſſeſſionis habetur plenè ex titulo, qui iam habetur, & quo habito poſſeſſio eſt nudum factum annexum ſpirituali ratione tituli iam habiti; ideò ſi beneficiatus vexetur iniuſtè ab eo, qui illi poſſeſſionem debet tribuere, poteſt ſine ſimonia iniuſtam vexationem redimere. Vnde confirmatur hoc ex *D. Th. 2. 2. q. 100. ar. 2. ad quintum & Caiet. q. 3. de ſimon.* quia ad hoc vt liceat redimere vexationem ſolum requirunt, quod ius ſit alicui acquiſitum, hoc vero habetur ante captam poſſeſſionem, ex eo quod quis habet titulum beneficij, & ad illud eſt promotus.

244 Ex his verò duabus ſententijs adhæreo primæ propter iura ab ea allata, nam *cap. In tantum 36. de ſimonia Innoc. 3.* conſuetudinẽ dandi pro inueſtitura marcam argenti, & vaccam albam damnat ibi. *Prauam etiam illam conſuetudinem de tua prouincia ſtudeas abolere, per quam pro Eccleſiarum inueſtitura Archidiaconi marcam argenti, minores vero decani vaccam albam ſibi dare poſtulant, vel certam ſolui pecuniæ quantitatem.* Ex hoc enim manifeſtè eſt prauum eſſe, & ſimoniacum pro inueſtitura, aut poſſeſſione dare aliquod temporale & *cap. decimas 7. 16. q. 7* dicitur: *decimas, quas populus dare non vult niſi quolibet munere ab eo redimuntur ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat.* Et licet *Turrecrem.* ibi ex *Hugone* dicat rationem huius prohibitionis fuiſſe, ne laicis daretur occaſio faciendi Eccleſiæ ſimiles iniurias, & ne ex hoc laici aliquod iuris prætenderent ſuper decimis non ſoluendis; tamen etiam dici debet Concilium Mogunt. ex quo illud cap. eſt deſumptum, ex hoc fuiſſe motũ; quia in huiuſmodi ſpiritualibus, aut eis annexis, ſacri Canones qualibet pacta abominantur, & reijciunt, & proptere a *Rota in Maioricen. Praeminentiarum 21. Maij 1554.* poſſeſſionem traditam ſub pacto cenſuit eſſe ſimoniacam. Neque, vt reſpondet *Gibalin.* agebatur tunc nedum de poſſeſſione, ſed de aliquo iure, quia legenti deciſionem Rotæ, quam refert *Garzias par. 1. cap. 2. n. 53.* euidentiſſimum erit Rotam de ſola poſſeſſione tractaſſe, & eam vitioſam, & ſimoniacam iudicaſſe, quia cũ huiuſmodi poſſeſſio ſit annexa rei ſpirituali, non potuit ſuper ea paciſci ſine labe ſimoniæ iuxta notata per *Innoc. Io. Andr. & Abb. ad cap. ad aures de ſimonia.* Nec obſtat, quod adducebatur ex *D. Th. & Caiet.* quoniam intelligendi ſunt de iure plenè & perfectè acquiſito, quod non fit per ſolam acquiſitionem tituli, ſed per acquiſitionem poſſeſſionis: Tunc enim plenè eſt acquiſitum beneficium, quando eius habetur poſſeſſio.

245 Ampliatur vero principalis aſſertio, vt ſit multo magis vera, quando vexatio contra poſſeſſionem non ſupponit certum ius in eo, qui poſſeſſionem prætendit; quia tunc non licet redimere vexationem; quia eſſet hoc emere aliquo modo ſaltem firmitatem iuris, & proprietatis ipſius ſpiritualis officij. Ita tenent nedum DD. omnes ſupra citati pro prima ſententia, ſed ex DD. ſecundæ ſententiæ *Suarez, Layman. & Palaus citati.* Sed hoc ſublimitat *Paſqual. deciſ. 254. nu. 4.* Vbi igitur vexatur quis merè ſuper poſſeſſione, non verò ſuper dubio iure poſſidendi, redimendo vexationem nihil ſpirituale conſequitur, & ideo non eſt ſimoniacus.

246 Ita vt etiam ſi ius ſit dubium, & vexatio reſpiciat nedum poſſeſſionem, ſed ius dubium, electus habens ius illud dubium poſſit vexationem redimere, quia electus poſſidet illud ius, & melior eſt conditio poſſidentis, & licitum eſt poſſidenti ſe defendere, & tunc redemptio vexationis ordinatur ad defenſionem iuris, quod habetur. Verum hoc non poteſt admitti. Quia, vbi ius eſt dubium, redemptio vexationis reſpicit etiam ius acquirendum; quia reſpicit certitudinem tituli, & firmitatem, quæ non habetur, ſed acquiri intenditur. Nec vexatio eſt contra poſſeſſionem, ſeu contra ius habitum tantum, ſed pro iure non habito, & quod vexans exturbare conatur. Ideo etiam alias dato, & non conceſſo, quod habens ius plenum, & certum poſſet redimere vexationem iniuſtè impedíẽtis poſſeſſionem, non licet tamen redimere vexationem pro obtinenda poſſeſſione, vbi ius dubium eſt, & ob hoc poſſeſſio impeditur.

247 Hinc colligitur primo, eſſe ſimoniam per pecuniam redimere vexationẽ iniuſtam eius, qui licet non ſit elector, tamen electores ſubornat, vel pretio, vel importunis præcibus. *Turrecrem. in cap. quæſitum*

nu. 3.

Digitized by Google

nu.3.14.3.ex Vgon.& Archidian.Sotus l.9.de iuſt.p.6. a.p.ad 5.Et ſic ne dum nõ licet ſubornatione ſubornationem redimere, aut tollere, *vt DD. num.4.* citati dixerunt, quia non licet malum malo vitare; ſed nec licet ſubornationem pecunia, & pacto redimere; quia hoc eſt vtilitatem ſpiritualem emere, & pecunia ſibi ad electionem viam parare.

248 Colligitur ſecundo, ſimoniam eſſe, ſi vnu electorum procurante, vt electio inualidè fiat, ad hoc, vt ipſe poſſit opponere electioni, quis pecunia, & pacto redimit, vt non impediat, quin electio validè fiat; quia dum redimitur iniuſta vexatio tanquam impedimentum iuſtæ electionis, ipſa ſpiritualis electio cenſenda eſt emi, quoniam emitur via ad illam.

249 Colligitur tertio, quod eſto aliquis electorum ſit, qui receperit pecuniam, vt eligat aliquem, ſimonia eſt, ſi alius det ei pecuniam nedum, vt eligat, ſe ipſum, vel alium, ſed etiam, vt malam & prauam inclinationem illius electoris amoueat, & reducat eum ad æqualitatem affectionis, & ad libertatem animi. Tum quia ſpiritualis libertas, & priuatio prauæ affectionis, vnde quis in electionibus non ducatur ad malam electionem eſt donum Spiritus ſancti non emibile per pecuniam. Tum quia Eccleſia ad tollendas excuſationes ſimoniam abſcondentes omnia pacta in huiuſmodi prohibuit. Nam in præſenti caſu dans pecuniam intendit vtilitatem aliquã in ordine ad aſſequendam electionem pro ſe, aut pro alio, quæ vtilitas emi nequit.

250 Colligitur quarto, quod nullus poteſt pecunia, & pacto emere, ne aliquis iniuſtè ſe opponat electioni. Nec valet dicere, quod electus habet ius, vt non impediatur iniuſtè ab eo, quod ſibi competit per electionem. Nam non per hoc poteſt per iniqua media ſe defendere. Iniquum autem eſt, & ſimoniacum, pecunia, & pacto impedimentum oppoſitionis iniuſtæ tollere; quia hoc eſt per pecuniam parare ſibi, vel alij viam ad electionem; quod omni iure eſt prohibitum.

251 Colligitur quinto ſimoniam eſſe, ſi quis pecunia, & pacto redimat vexationem illatam ab eo, qui iniuſtè denegat confirmationem electionis. Nec valet, quod dicebatur ſupra *num.234.* quia ſcilicet hoc non ſit emere confirmationem, ſed tollere iniuſtum impedimentum. Tum primò, quia immò pecunia pacto tollere impedimentum confirmationis, eſt ſibi per pecuniam parare viam ad confirmationem; & ideo eſt emere confirmationẽ ipſam. Tum, quia Eccleſia in huiuſmodi omnia omninò pacta voluit haberi, vt ſimoniaca.

252 Colligitur ſexto, ſimoniacũ eſſe redimere vexationem, quæ ſolum ex modo ſit iniuſta. Nam in tali redẽptione, ablatio odij mali materialiter ſe habet, ſed formale eſt ablatio impedimenti electionis, & quædam vtilitas ſpiritualis, & præparatio ad obtinendam electionem, quæ emi nequit, ſine ſimonia.

253 Colligitur ſeptimo, multo magis omninò ſimoniacum eſſe redimere iuſtam vexationem, & impedire ne aliquis ſe opponat electioni, etiam ſi ille non teneatur opponere, & etiam ſi oppoſitio non ſit talis, quæ probet electum eſſe inhabilem, & indignum electione. Nam in his, & ſimilibus caſibus, id quod formaliter, & principaliter emitur ex fine emptionis eſt ſpiritualis vtilitas, & præparatio, & via ad confirmationem obtinendam: quod eſt pecunia, & pacto emere rem ſpiritualem.

254 Colligitur octauo, quod ſi plures concurrunt ad beneficium, ſeu ad electionem ſimonia eſt, ſi vnus concurrentium pecunia emat, vt alius à concurſu deſiſtat, quia negatio concurſus alterius, vt eſt ablatio impedimenti alicuius ne alius eligatur eſt vtilis vtilitate ſpirituali, & quoddam ſpirituale eſt. *Maiol. l.5.de irregular cap.45.num.3.Vgolin.tabul.4.de ſimonia cap.50.§.9.num.2. Proſper.de Auguſt.in addit ad Quarant.ver.ſimonia ad 3.Barboſ.de offic.Epiſc.allegat.60.n.54.Sanchez l.2.opuſ.c.3.dub.30.n.13. Palaus par.3.diſp.3.de ſimonia p.20.num.2.Leſius l.2.cap.35. dub.18.Pontius lib.5.de matrim.cap.13.§.6.nu.40.Gibalin.de ſimonia q.18.conſect.5.n.13.* Nec obſtant, quæ in contrarium affert *Paſqual.deciſ.*248. dicens obiectum huius conuentionis non eſſe malum; quia abſtinens à concurſu cedit iuri ſuo liberè, quod malũ non eſt. Quia ius cedentis eſt ſpirituale, cum ſit ius concurrendi ad ſpirituale officium obtinendum, & ratio ſub qua ceditur illi iuri, eſt ſpiritualis vtilitas, quia eſt ablatio impedimenti ſpiritualis, & facilitatio viæ ad obtinendum ſpirituale officium facta ad fauorem ceſſionarij. Ideo nec valet dicere, quod non per hoc ſequitur, quod ceſſionarius obtineat officium, vel ius ad illud; quia eſto hoc ſit verum, tamen ſimul verum eſt, quod ex vi ceſſionis obtinet ſpirituale beneficium, quod conſiſtit in maiori facilitate obtinendi ſpirituale donum, & in potiori iure, vt, ſi aliàs ſit dignus, non excludatur ob maiorem, vel æqualem dignitatem competitoris.

155 Colligitur nono, ſimoniacum eſſe pactũ duorum, qui ſimul conueniunt, vt eorum vnus non concurrat cum alio in ordine ad hanc electionem, cum pacto, quod alius non concurret cum ipſo in ordine ad aliam electionem. *Sanchez vbi ſupra nu.30.* quoniam negatio vtraque, eſt res ſpiritualis. Nec obſtat, quod ait *Paſqualig.deciſ.249.* quia ſcilicet per huiuſmodi ceſſiones non præparatur via ad electionem; quoniam, vt ipſe fatetur huiuſmodi ceſſiones ſunt ablationes alicuius impedimenti electionis; igitur ſunt præparationes; nam quid eſt præparare materiam ad formam, quam tollere contrarias diſpoſitiones, & impedimenta, quæ obſtant, ne formam recipiat? Nec quia non ſint diſpoſitiones omninò proximæ, ad quas infallibiter ſequatur electio, non ſequitur, quod non ſint diſpoſitiones ſpirituales præparantes, & facilitantes viam ad electionem, & ferentes ſpiritualem vtilitatem, & ideo non ſint materia ſimoniæ.

256 Colligitur decimo pariter ſimoniam eſſe, ſi quis pecunia emit, vt aliquis incutiat timorem alteri competitori, ad hoc, vt ceſſet à concurſu ad electionem cum illo. *Vgol.tab.1.cap.48.§.3.num.5.& tab.4.cap.50.§.9.final. Barboſ. de off. Epiſc. alleg.60. num.56.Paſqualig.deciſ.*250. Nec obſtat, quod habet *Paſqualig.* aſſerens ad ſimoniam non ſufficere, quod motiuum pretij ſit res ſpiritualis, ſed debet eſſe id, quod commutatur, cum pretio. Nam hic pretio emitur res ſpiritualis; comminatio enim illa ordinata ad hoc, vt tollatur impedimentum concurrentis ad aſſequendam electionem res ſpiritualis eſt, quæ pretio, & pecunia emitur. Et hæc ſint dicta etiam ſuppoſita illa prima ſententia, quæ ait non eſſe ſimoniam redimere vexationem iniuſtam impedientem ab aſſecutione beneficij, ſeu officij ſpiritualis. Nam hoc admiſſo non tamen affirmari poteſt, quod liceat pecunia impedire, vel ne aliquis iuſtè opponat

electio-

electioni, vel ne concurrāt ad electionem.

257 Colligitur vndecimò, nec licere per pecuniam redimere vexationem ab eo, qui vult eligere indignum; nam vniuerſaliſſimè Eccleſia omnia huiuſmodi pacta prohibet. Tum; quia licet iniuſta vexatio ſit res temporalis, & pretio æſtimabilis, tamen ab eo, qui illam redimit occaſione electionis, vel promotionis ad officium ſpirituale, vel alicuius iuris ſpiritualis, ſpiritualis cenſetur æſtimari, & redimi, ratione vtilitatis ſpiritualis, quam ſecum fert. Tum quia admittere huiuſmodi prætextus, & executiones dicentium, ſe redimere vexationem ratione iniuſtitiæ, nō vero ratione vtilitatis ſpiritualis, quam fert, pro acquirendo iure ſpirituali, eſt relinquere apertam, & ſtratam viam, & occaſionem ad veram ſimoniam palliandam, & ad multiplicandas excuſationes in peccatis. Ideò vniuerſaliſſimè aſſerendum eſt non licere, ſed ſimoniacum eſſe, redimere iniuſtam vexationem pro iure ſpirituali acquirendo.

S V M M A R I V M.

1 *Prima pœna contra ſimoniacos in beneficio eſt excommunicatio. num. 258.*
2 *Comprehendit omnes. nu. 259.*
3 *Comprehendit etiam mediatores. nu. 260.*
4 *Non comprehendit ſimoniam mentalem. n. 261.*
5 *Nec conuentionalem non perfectam traditione rei ſpiritualis. num. 261.*
6 *Comprehendit realem. 262.*
7 *Quid dicendum de alijs pœnis remiſſiuè. n. 263.*
8 *Simonia dicitur realis, & completa ſi minima pars pretij, & rei ſpiritualis ſit tradita. 264.*
9 *Excommunicatus eſt, qui paruam rem temporalem dedit pro ſpirituali accepta. n. 265.*
10 *Simonia realis eſt, ſi emens rem ſpiritualem dat chirographum, quod ſit mandatum recipiendi pecuniam, non vero ſi ſit ſola promiſſio pecuniæ. num. 296.*
11 *Cenſura non retrotrahitur ad peccatum receptionis ſpiritualium. nu. 267.*
12 *Si quis poſt traditam rem ſpiritualem ante ſolutionem pretij celebret, non eſt irregularis. n. 168.*
13 *Excommunicatio incurritur etiam ante ſuſceptam beneficij empti poſſeſſionem, ex quo titulus beneficij habetur. nu. 269.*
14 *Excommunicatio incurritur per ſimoniam conſummatam occultam. num. 270.*
15 *Qui non conſcius ſimoniæ recepit beneficium, non eſt excommunicatus, ſi poſtea illud non reſignet. num. 272.*
16 *Pro ſimonia confidentiali, aut pro datis, & receptis etiam non conſummata incurruntur pœnæ latæ contra illam, iuxta tenorem Conſt. Apoſtolicarum. num. 272.*
17 *Simonia in beneficio dicitur omnis illa, quæ in quacunq; prouiſione ad eccleſiaſticum beneficium committitur. num. 273.*
18 *Obtinentes ſimoniacè prælaturas regulares comprehenduntur ſub pœnis extrau. 2. de ſimonia. numer. 274.*
19 *Hoc aliqui negant. ibid.*
20 *Id improbatur. num. 275. 276.*
21 *Nomina beneficij, & officij non ſunt ſynonyma. ibidem.*
22 *Cap. de multa de præbend. num. 275.*
23 *Cap. Acceſſiſſent de Conſtit. num. 275.*
24 *Quæcunque ſimoniaca prouiſio ad officia eccleſiaſtica etiam inferiora prælaturis, comprehenditur ſub excom. extrauag. 2. de ſimonia. num. 267.*
25 *Comprehenduntur ſub dicta excommunic. mediatores, & procuratores. num. 278.*
26 *Non comprehenduntur non reuelantes. nu. 279.*

De pœna ſuſpenſionis.

27 *Simoniacus occultus eſt ſuſpenſus quoad ſe, notori quoad ſe, & quoad alios. num. 280.*
28 *Quid ſit eſſe ſuſpenſum quoad ſe, & alios. n. 28*
29 *Suſpenſio propriè vel communiter ſumpta. n. 28*
30 *Simoniacus occultus non eſt propriè ſuſpenſus qu ad alios. num. 281.*
31 *Ante extrauag. 2. de ſimonia ſimoniacus notori habebatur vt ſuſpenſus. num. 282.*
32 *Simoniacus notorius eſt ſuſpenſus ratione notor delicti. num. 283.*
33 *Cum ſimoniacus ſit excommunicatus, parum inte reſt aſſerere, quod etiam ſit ſuſpenſus; cum excom municatus ſit pluſquam ſuſpenſus. num. 283.*
34 *Ex antiquo iure ſimoniacus debebat ſuſpendi. nu mer. 284.*

De Irregularitate.

35 *Simoniacus per ſe ex vi ſimoniæ, non eſt irregula ris. num. 285.*
36 *Irregularitas non incurritur niſi exprimatur in iu re. num. 285.*
37 *Textus plures explicantur. num. 285.*

De Infamia.

38 *Simoniacus eſt infamis infamia iuris. num. 286.*
39 *Sed hæc pœna eſt ſententiæ ferendæ. num. 286. 287.*
40 *Conſtitutio pœnalis, in dubio eſt ſententiæ ferendæ num. 287.*
41 *Hanc pœnam incurrunt etiam Regulares ſimoniaci num. 288.*

De Depoſitione.

42 *Simoniacus eſt deponendus ab omni officio & beneficio. num. 289.*

De pœnis præfatis in communi.

43 *Pœnæ, & cenſuræ, quæ ante extrag. Pauli 2. erant ſententiæ ferendæ, non ſunt ſententiæ latæ ex vi dicta extrauag. num. 290.*

258 Quæritur decimotertiò, Quas cenſuras & pœnas incurrat ſimoniacus in beneficio? Prima pœna lata contra ſimoniacos in beneficio eſt excommunicatio latæ ſententiæ reſeruata Papæ. Cenſuram hanc contra ſimoniacos ſtatuit Martinus V. in Concil. Conſtantien. quæ incipit *multæ* prout obſeruat *Caiet. v. excom. cap. 72. & Tabien. v. ſimonia num. 71.* Eadem cenſura innodauit ſimoniacos Paulus II. & habetur in *Extrauag. commun. cap. 2. cum deteſtabile, de ſimonia.* Refertur etiam alia Conſtitutio Martini V. data Mātuæ, quæ incipit *damnabile*

de

de qua mentionem faciunt *D: Anton. 3. p. tit. 24. cap. 66. & Sylu. v. excomm. 7. num. 80. & 81. & Tabien. loco citato.* Refertur etiam à *Tabien.* alia Conſtitutio Eugen. IV. quæ incipit, *cum deteſtabile.* Sed duas Conſtit. Mart. V. & alteram Eugen. IV. iuiſſe reuocatas tradiderunt *Felin. cap. de Simoniace, de ſimonia, & ex eo Gloſſa in extrauag. 1. de ſimonia, & Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 104. num. 3.* Et forſan numquam extitit Conſtitutio Eugenij IV. de hac re, Nam conſtitut. *cum deteſtbbile,* eſt Pauli II. & per errorem potuit tribui Eugenio. Conſtitutionem autem Pauli II. confirmauit Pius V. in ſua conſtit. *5. cum primum, §. 8.*

259 Eſt autem hæc excommun. vniuerſalis quantum ad perſonas, comprehendens etiam Reges, & Cardinales.

260 Actiones verò quatuor huic excommunic. ſubduntur, ſcilicet ſimoniam committere dando, recipiendo, mediando, & procurando.

261 Verùm cum, vt ſupra dictum fuit, triplex ſit ſimonia, mentalis, conuentionalis, & realis; pro certo habetur nõ incurri hanc cenſuram, nec per ſimoniam mentalem, nec per conuentionalem, quæ ex eo non ſit conſummata, & realis, quia non eſt tradita res ſpiritualis, eſto ſit traditum pretium, & pariter certum eſt incurri, ſi ſimonia ex vtraque parte ſit cõſummata, & tam res ſpiritualis, quam pretium tradita ſint, & recepta.

262 Sed dubium eſt de ſimonia, in qua non eſt traditum pretium, ſed eſt tradita res ſpiritualis. Illum enim eſſe excommunicatum, qui vendit rem ſacram illam tradendo etiam pecunia credita docuerunt *Caiet. 2. 2. q. 100. art. 6. & in ſum. v. ſimonia, & lib. 2. opuſc. tract. 9. p. 2. Armill. num. 53. Sotus lib. 9. q. 8. a. 1. Richard. 4. d. 25. ar. 3. q. 3. Palud. p. 5. ſupplem. Gabriel. q. 5. concl. 2. Raphael à Turre 2. 2. q. 100. art. 6. Garzia p. 8. cap. 1. num. 21. Gibaliu. de ſimonia q. 24.* qui tamen non reijcit oppoſitũ, ſi conſtet de ſtylo curiæ. Nam dare rem ſpiritualem pecunia credita eſt verè & propriè illam vendere. Quàmuis verò hæc opinio in rigore iuris maximè ſit fundata, vt patet ex multis, quæ pro illa affert *Suarez lib. 4. de ſimonia cap. 56. à num. 26.* Nihilominùs, quia in his plurimùm facit ſtylus curiæ Romanæ, qui eſt, vt pœnis extrauag. Pauli II. & Conſtit. Pij V. ſubdantur ſoli ſimoniaci reales ſimonia ex vtraque parte conſummata, vt teſtantur *Nauarrus, Gomez, Suarez & alij locis infra citandis.* Et quia verba illius extrauagantis nõ plus ſignificant: nam excommunicantur qui ſunt ſimoniaci dando, vel recipiendo, quod quidem intelligendum videtur de pretio, & cum iſta ſit pœnalis, & hic ſit ſenſus benignior; ſic etiam intelligi debet; ideò cum communiori ſentẽtia dicitur, ſolam ſimoniam realem ex vtraque parte conſummatam ſubdi huic excommunicationi. Quæ eſt ſententia *Turretrem. in cap. quicumque 1. q. 1. Nauar. in repet. cap. fin. de ſimon. à nu. 28. & in cap. ſi quando de reſcrip. except. 4. & in Manuali c. 23. num. 103. & 104. & l. Conſil. de ſimonia, in multis conſilijs Couar. in Reg. Peccatum 1. p. § 8. num. 7. & 8. Vgol. tab. 3. c. 5. Salicet. in Pract. Bernar. cap. 91. § 6. Caſſad. decis. 5. de Conſtitut. Gomez in regula de trien. q. 12. Graff. lib. 1. de ſimon. reali cap. 9. num. 5. & deciſ. Aur. p. 1. lib. 2. cap. 96. num. 25. Rodriq. p. 2. cap. 55. nu. 3. & cap. 56. num. 6. Ludou. Lopez p. 1. cap. 305. & 256. Ledeſma p. 2. tr. 12. in fin. & apud ipſũ Orellana, Suarez lib. 4. de ſimon. cap. 56. à n. 33. & 10. 5. de cenſuris diſp. 22. ſect. 5. nu. 22. Piaſec. p. 2. cap. 4. ar. 7. num. 7. Sanchez opuſ. lib. 2. dub. 106. num. 7. Azor. p. 3. lib. 12. cap. 11. quæſt. 10. Layman lib. 4. tr. 10. cap. vlt. num. 68. Bonac. de ſimon. quæſt. 6. § 2. nu. 6. dub. 3. Sigiſmundus de Bononia d. 55. de elect. num. 7. Donatus de elect. tract. 1. q. 26. Theſau. v. ſimonia, c. 2. Rota deciſ. 83. lib. 1. & deciſ. 145. & 150. lib. 3. p. 3. diuerſ.*

263 Limitant hoc aliqui, vt ſit verum ſolũ de pœnis impoſitis in extrauag. 2. de ſimonia, & de excommunicatione & alijs cenſuris, ſed non de priuatione beneficij acquiſiti per ſimoniam conuentionalem: Ita ex pluribus *Rotis, Pax Iordan lib. 10. tit. 11. nu. 35.* ſed de hoc dicam inferius. Hoc nunc ſufficiat aduertiſſe, quod iſta ſimonia cõuentionalis puniri poteſt, & debet pœna priuationis beneficij, & inhabilitatis etiam ad alia beneficia, & etiam alijs pœnis arbitrarijs, vt magis infra ſuis locis demonſtrabitur.

264 Extenditur verò, vt ſimonia intelligatur conſummata; etiam ſi data ſit minima pars rei ſpiritualis & minima pars pretij; quia illa eſt vera ſimonia, & iniuria grauis irrogata eſt rei ſacræ, & iam tam emens, quàm vendens rem ſacram dedit aliquid, & recepit. *Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 3. dub. 106. nu. 3. Gibalinus vbi ſupra.* Et ex parte traditionis ſpiritualis eſt conſummata ſi ſunt literæ expeditæ. *Theſau. v. ſimonia cap. 2.*

265 Dubium etiam proponit *Nauar. lib. 5. Conſil. 52. de ſimonia,* an hæc excommunicatio incurratur per ſimoniam, quæ videtur eſſe parua ex parte pretij. Sed indubiè incurri bene docet *Suarez lib. 4. de ſimonia cap. 56. num. 6. Sanchez dicto dub. 106. num. 3.* quoniam talis ſimonia, cum ſit peccatum mortale, ſimoniæ exterius conſummatæ ſubditur cenſuræ. Et in hac parte ſemper diſtingui debet ſimonia vera, ab eius præſumptione. Nam vbi non conſtat de pacto, ex traditione paruæ rei, nõ præſumitur ſimonia, quæ tamen in rei veritate eſt ſi verè temporale etiam in parua quantitate datur pro re ſpirituali.

266 Econtra autem, ſi detur res ſpiritualis, ſed nõ detur pretium; etiamſi pretium promittatur per ſcripturam, & detur Chirographum per Notarium ſubſcriptum, non eſſe ſimoniam conſummatam; nam ſcriptura non eſt pretium, neque datur ſcriptum titulo pretij, neque tanquam pars illius, ſed tanquam pretij aſſecuratio, & manifeſtatio. tenuit *Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 3. dub. 106. nu. 3. contra Nauar. in Manual. c. 23. num. 106.* quem ſecutus fuit *Donatus d. q. 26. nu. 5. & 6.* Si tamen chirographum contineret mandatum recipiendi pecuniam; ſimonia eſſet realis: quia pecuniam cenſetur recepiſſe & pretium, qui recipit mãdatum eam ad libitum recipiendi. Quando autẽ ſimoniæ diuerſæ dicantur conſummatæ, vel non, tradit *Theſau. p. 2. v ſimonia cap. 2. fin.*

267 Quando etiam incurratur hæc cenſura, diſputatur. Quia excommunicationem hanc tunc incurri cum re ſpirituali prius recepta, poſtea recipitur pretium, vel econtra, non eſt dubium; ſed dubium eſt, an excommunicatio retrotrahatur ad diem recepti beneficij: retrotrahi enim ſentiunt *Nauar. d. cap. 23. nu. 103. Sanchez d. dub. 106. nu. 7. Donatus d. q. 26. num. 4.* Sed certè hoc in extrauag. Pauli II. non habet fundamentum, & niſi hoc vim habeat ex ſtylo curiæ, de quo non conſtat; dicendum eſt, hanc retrotractionem non dari *Suarez dicto cap. 56. à nu. 34. Layman. lib. 4. tr. 10. cap. vlt. num. 68. Giba-*

liu. q.24.de ſimonia num.3. licet enim hæc retrotractio intelligi poſſit quantum ad aliquos effectus, qui non ſunt à cenſura, cum iam ex traditione rei ſpiritualis pro pretio credito tradens ſit verè ſimoniacus coram Deo, cenſura tamen ſicut non eſt lata niſi contra ſimoniam conſummatam, ſic non incurritur donec ſimonia conſumetur.

268 In vtraque etiam ſententia, ſi quis poſt ſuſceptum beneficium, antequam tradat pretiũ celebret, non eſt irregularis, nec ſit irregularis, dum poſtea ſimonia conſummatur. Ita idem *Nauar. Sanchez & Donatus citati Ludouic. Lopez p.1.cap.305. Capua l.2. deciſ. cap.95. num.26. Suarez loco citato.* qui ex hoc deducit ſignum eſſe, nec debere retrotrhai excommunicationem; quia ſi is, qui tunc celebrat eſſet excommunicatus, eſſet quoque irrrgularis.

269 Sed in ſimonia hac beneficiali cenſetur ne conſummata ſimonia, ſi tradito pretio, ſit etiam traditum beneficium, licet beneficiatus poſſeſſionem beneficij nondum acceperit? Ita dici debet; quia in collatione beneficij verè de facto beneficiatus recipit ius beneficij, & eſt beneficiatus *Sanchez d. dub. 106. num.3.*

270 Incurritur etiam cenſura per quamcumque ſimoniam conſummatam quantumcumque occultã, dummodo ſit realis & exteriùs conſummata *Sylu. v. ſimonia num.19. Sanchez lib.2. Conſil cap.3. d.104. n.2. Suarez tom.5. de cenſ. diſp.22. ſect.5. nu.26. Pax Iordan. tom.2. lib.10. tit.11. num.72.*

271 Sed qui ignorauit ſimoniam, & eo neſciente per ſimoniam ab alio cõmiſſam obtinet beneficiũ, ſi ea cognita brueficium non reſignat, non eſt excõmunicatus; quia hic nihil dedit pro beneficio recipiendo, nec in dicta extrauag. excommunicantur nõ reſignantes beneficium ſimoniacè ſibi collatum *Suarez d. n.26. & de cenſ. diſp.22. ſect.5. nu.7. Nauar. c.25. n.68. Henriq. lib.13. cap.79. n.4. Couar. Reg. peccatum 2. par. §.8. n.7. Sayr. lib.4. cap.14. nu.6. Gibalin. quæſt.25. de ſimonia, n.1. Bonac. & Leſſius* quos refert, & ſequitur *Pax Iordan. lib.10. tit.11. n.61.*

272 Excipiuntur etiam à principali concluſione ſuperiùs poſita ſimonia confidentialis, & ſimonia commiſſa in datis, & receptis pro iuſtitia, vel gratia obtinenda in curia Romana; quia huiuſmodi ſimoniæ, etiam ſi non conſummatæ, ſubduntur pœnis contra eas latis iuxta tenorem conſtitutionum illas prohibentium in proprijs Pontificum conſtitutionibus contra eas latis *Suarez Sanchez d. l.2. Conſil. c.3. dub.34. & dub. 104. nu.56. & dub.106. n.5.*

273 Cum igitur iã conſtet, quomodo in beneficio ſimonia conſummata ſubiecta ſit excõmunicationi, videndum reſtat, quæ nam ſit hæc ſimonia, & quid veniat nomine beneficij. Pro quo notanda ſunt verba illa extrauagantis. *Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant in Eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs, aut aliquo eorum &c.* Ex quibus habetur ſub ſimonia in beneficio comprehẽdi omnem illam, quæ ſit in quacumque electione, vel prouiſione ad quodcumque eccleſiaſticum officium.

274 Item colligitur primò, quòd, licet Prioratus Regularis, Guardianatus, vel, quocumque nomine vocetur officium ſuperioris localis in Conuentibus Regularium, non ſint propriè beneficium, veniunt tamen ſub nomine ſimoniæ in beneficio, ſi huiuſmodi officia emantur, & vendantur. Hanc ampliationem negant, *Nauar. in ſum. cap.23. n.111. ver.7. Pax Iordan tom.2. lib.10. tit.11. n.158.* referens pro eadem ſententia Syluest. *v. ſimonia q.19. Suarez lib.4. de ſimon. cap.57. n.46. Leſſ. lib.2. c.35. dub.25. Vgol. tab.4. cap.5, n.2. Filliuc. tract.45. cap.13. q.8. Bonae. de ſimon. q.7. §.6. p.2. n.20. & 21. Gibalin. q.25. v. ſimonia, n.11.* Cum tamen *Syluest.* ſolùm dicat, quòd excommunicationem extrauag. Pauli II. incurrunt ſimoniaci in ordine, & beneficio, non verò dicat, quòd iſti illam incurrant, nec quòd prælaturæ regulares non ſint beneficia, cum immò ipſe *v beneficium* 3. Abbatias, & prioratus inter beneficia religioſa numeret. *Suarez verò dicto n.46.* ſolùm recitet opiniones aliorum, ſed *nu.47.* expreſsè doceat excommunicationem extrauag. 2. extendi ad ſimoniam in prioratibus & Guardianatibus regularium; quia hæc ſint beneficia, & in hoc ſenſu etiam interpretetur *Nauar.* Eandem verò ſententiam, nimirum extrauag. illam intelligi debere de ſolis beneficijs propriè dictis, & non cõprehendere regulares Prælatos tenet *Bordon controu.31. nu.3. & 4.* Iſti autem DD. mouentur ex eo, quòd in pœnis benignior eſt admittenda interpretatio, & ideo nomina illa, *officijs eccleſiaſticis, & beneficijs* eſſe accipienda vt ſynonyma; quia aliquando in iure ſic ſumuntur, vt patet *cap. de multa, de præbend. & in cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.*

275 Verùm hæc ſententia admitti nullatenus debet. Tum primò, quia eius ratio nil concludit. Nam in *cap. de multa 28. de præbend.* nulla prorſus ſit mentio officij eccleſiaſtici, ſed ſolùm dignitatis, perſonatus, & beneficij, & hæc ibi vt diſtincta recenſentur, cum de illis ſeparatim, & diſtinctè Innocentius Tertius diſponat. In *cap. verò cum acceſſiſſent de conſtit.* Primiceratus dicitur dignitas, perſonatus, & officium; ſed ſi ex hoc licet arguere, quòd beneficium, & officium ſunt ſynonyma; licebit etiam concludere, quòd hæc nomina animal & homo ſunt ſynonyma; quia homo eſt animal. Maxima ergo eſt diſtinctio, quoniam officium eſt nomen generale, vt bene habet *Syluest. v. dignitas n.3.* & conuenit omni beneficio, ſiue beneficium ſit dignitas, ſiue ſit perſonatus, ſiue beneficium curatum, ſiue beneficium ſimplex. Nam & omne beneficium datur propter officium *cap. cum ſecundùm, de præbend. & cap. ſi quis amodo diſt.18. Sylu. v. beneficium n.1.* Præterea verò datur officium ſimplex, quod non eſt beneficium, & importat adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum, ſiue iuriſdictione, vt ex *Archid.* habet Syluest. *v. beneficium n.2. & v. dignitas, n.3.* Cum ergo officium in plus ſe habeat quam beneficium, ex eo quòd beneficia dicantur officia, velle arguere, quòd dignitates, perſonatus, beneficiũ & officium ſint nomina, ſynonyma eſt deducere quod nomina ſpecierũ, & generũ ſint ſynonyma; quia de ſpeciebus nomina generum prædicantur. Nec apparenter igitur ex eo *c. cum acceſſiſſent* deduci poteſt, quòd in iure hæc nomina beneficium, & officium ſint ſynonyma.

276 Secundò quia adhuc dato, quòd aliquando in iure hæc nomina beneficium, & officium acciperentur vt ſiuooyma, euidenter nihilominùs ex modo loquendi illius extrauag. Pauli II. apparet ea accipi vt diſtincta. Hæc enim ſunt verba textus. *Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimonia-*

ca

contingere late fieri, & quæ viribus omnino careant in Eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, quibuſuis beneficijs, aut aliquo eorum, cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit reſtitutionem ſub animæ ſuæ periculo, ſit adſtrictus. Cum enim in propria ſignificatione hæc nomina, *Eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs*, non ſint ſynonyma, ſed valdè diſtinguantur; voluntarium eſt velle aſſerere, quòd hæc, tanquam ſynonyma, ſint accepta; cum huius ſynonymæ acceptionis nulla ratio reddatur, vel reddi poſſit. Tantùm enim abeſt, quòd verba à propria ſignificatione extrahi debeant, vt ſint ſynonyma, quòd immò ne ſint ſynonyma, & non nihil, ſed aliquid ſignificent, & operentur, deberet improperari. *Tuſcus l.5.conc.895.n.30. Brunorus à Sole in loc.com.n.3.& 13. Barboſa plures referens axiom.222.n.22.* Cum ergo officium, & beneficium in propria eorum ſignificatione diſtinguatur, accipi debent, non vt ſynonyma, ſed, vt diſtincta. Et ideo, quòd etiam Prælati regulares ſimoniacè intrent, ſubdantur pœnis latis contra ſimoniacos tenent *Caiet.v.excom.cap.72.ſylu. v.excom.7.num.Sanchez d.dub.104.nu.5.Armil.v.excom.59.Suarez tom.5.in 3.p.diſp.22. ſect.5.num.24. l.4.de ſimo n.c.57.num.47.Portel.v.ſimon. n.5.Sorb. compend.eod.verb.Hier. Rodriq.reſol.129.n.5.Tamburin.de iure Abb.tom.2.diſp.10.q.5.nu.3.& 4.Lucer. regul.v.ſimon.num.9.Theſau.de pœnis 2.p.v. ſimonia num.10.Diana p.4.trac.4.reſol.156. Samuel. de trac.2.contr.2.Donatus de elect.trac.1.q.27.Baſſæus v.ſimonia 6.num.2.Layman l.4.to.10.c. vlt. n.72.* Nam talia officia ſunt verè officia eccleſiaſtica, ad quæ Religioſi eliguntur, vel prouidentur.

277 Colligitur ſecundò, quid dicēdum ſit de alijs officijs inferioribus ipſis Prioratibus aut Guardianatibus Regularibus. *Diana enim loco citato* ſentit, nō ſubdi cenſuræ *d.extrauag.* quæ ſunt in Religione, ſine electione canonica, ſed ad libitum pendent à voluntate Præpoſiti, & hoc idem tenet *Suarez dicto cap.57.nu.49.* quod *Donatus* intelligit verum reſpectu cenſuræ *d. extrauagantis, non verò reſpectu cenſuræ latæ à Clem.VIII. in Conſtit.anno 1599. & 1601.confirm. àb Vrbano VIII.* Et ideo his pœnis, non ſubdi eos qui ſimoniacè obtinuerint officia Auditoratus Cameræ Apoſtolicæ, Theſaurarij eiuſdem Cameræ, Inquiſitoris, & alia ſimilia, tenent *Suarez ibid. Pax Iordan. vbi ſupra nu.160.& 168.* & de Vicario non perpetuo *Nauar.d.num.111.§.ad decimum.* Sed neutrum horum admittitur, quoniam nedum electiones, poſtulationes, & confirmationes ſimoniacæ damnantur in dicta conſtit. ſed etiam prouiſiones, & quæcumque diſpoſitiones, quæ fiunt in monaſterijs, & officijs Eccleſiaſticis, vnde nedum Superiorum, vel Vicariorum inſtitutio, ſed quæcumque prouiſio, & diſpoſitio cuiuſcumque ſpiritualis officij, ſi ſit ſimoniaca, huic cenſuræ, eſt ſubiecta. Vnde ſi officia ſint talia, vt eorum venditio verè ſit ſimonia, ſi hæc venditio, ſit ſimonia realis extrinſecus conſummata, ſubeſt cenſuræ illius extrauagantis. *Layman loco citato*. Qui bene excipit officium cuſtodis corporalis, ſyndici &c quia ſunt corporalia. Secundùm quoque quod aſſeritur ex conſtit. Clem.VIII. non ſubſiſtit; quia in ea conſtit. non imponitur pœna excommunicationis ambientibus, & ex ambitu ſuffragia procurantibus in electionibus.

278 Nedum verò ementes, & vendentes ſimoniacè res ſpirituales, ſed mediatores, & procuratores ſunt excommunicati *extrauag.1.de ſimonia*. Ita tamen, vt ſimonia, non conſummata, nec iſti excommunicationem hanc incurrant. Nomine autem mediatorum venire interceſſores ex *Quaranta, & Sanchez tradit Theſau.v.ſimonia cap.2.* qui contra *Vgolinum tab.4.c.8.n.4.* ait ſub nomine procuratorum venire eos, qui directè dant auxilium, ſeu ſimoniæ cooperantur.

279 Præcipitur etiam ſcientibus, vt ſimoniacos, mediatores, & procuratores reuelent, vel Pontifici, vel cui ille id commiſerit, vel per ipſos, vel per alios, & ita, vt non poſſint abſolui ab huius præcepti tranſgreſſione, donec reuelauerint. Eſt autem conſiderandum, quòd in *extrauag. Martini V. damnabile*, huiuſmodi non reuelantibus fuit impoſita pœna excommunicationis. Sed primò conſiderandum, quod dicta extrauagans Martini V. non habetur, & vt ex *Felin. & Gloſſa* ſupra dictum eſt, illa fuit reuocata, Et certe non eſt in vſu. Secundò conſiderandum, quòd præceptum huius extrauagantis ligauit ſolùm eos, qui erant in Curia Romana, vt tradit *Sylu. v. excom.7. num.81. & v. ſimonia num.19. Conar. Reg.peccatum 2.p.§.8.num.7. Nauar.c.27. num.106. Sanchez d.dub.104.nu.4.Pax Iordan.l.10.tit.11.n.65.* Nam valde durum eſſet, vt pauperes extranei tenerentur adire curiam ad reuelandos ſimoniacos. Sed tertiò conſiderandum, legē hanc quantum ad hanc partem iam non eſſe in vſu, & contra eam eſſe legitimè præſcriptum, vt fatentur citati DD. & *Caiet. v. excommunicatio poſt caſum 81. Tabien. v.ſimonia num.72.Armill.v.excom.excom.59.Roſel.v.ſimonia 6. num.13.Angelus num.10. Ludou.Lopez.p.p.cap.307. Theſau.v.ſimonia cap.2.* Et veriſimile eſt, quòd ex eo non fuerit vſu recepta hæc lex, quia Pontifex forſan non deputauit eum, cui ſimoniaci eſſent reuelandi, & cum aliàs reuelare huiuſmodi ipſi Pontifici immediatè ſit regulariter, & moraliter impoſſibile, ideo forſan hæc lex nunquam fuit vſu recepta ex præſumpto Pontificis conſenſu, qui non deputauit miniſtrum, cui debuerit fieri hæc reuelatio.

De pœna ſuſpenſionis.

280 SEcunda cenſura lata contra ſimoniacos in beneficio eſt ſuſpenſio. Docet hoc *D.Th.2.2.q.100.a.6.ad 1.* diſtinguens tamen inter ſimoniacum occultum, & publicum, ſeu notorium; quia occultus ſit ſuſpenſus quoad ſe non quoad alios, ſed notorius ſit ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios *D.Th.* in hac parte ſecuti ſunt *Vincent. Bellauac. ſpeculi doctrinalis l.9.cap.34.§.verum Innoc.cap.tanta 7.& cap.nihil nu.5.de ſimonia, Panorm.cap. Accuſatum 4. & cap.tanta 7.& cap.per tuas 35.de ſimonia Turrecrem.cap.quibuſdam 1.q.1.nu.3.Syluest.v.ſuſpenſio n.7. ver.ſecundum. Angelus v.ſimonia 6.a.num.2. Armilla ibid. num.5. Tabien. q.67. Roſel. 6. num.3. Sotus l.9.de iuſt.q.8.a.1.ad 1.Ludouicus Lopez p.p.cap.305. & 307.Conar.Clem.furioſus p.p.§.1.num.7.Palud.4.d.25.q.5.num.6.Raphael à Turre 2.2.q.100.a.8.diſpoſ. Salzedo, Diaz, Villadiego. Henriquez Conar. quos refert & ſequitur Sanchez.tom.2.opuſ.l.2.c.3.d.104.n.7. Azor.p.3.l.12.q.4.Pax Iordan.l.10.tit.11.num.66.*

281 Ille dicitur ſuſpenſus quoad ſe, qui non eſt

 ſuſpen-

ſuſpenſus ex ſententia canonis, vel hominis, ſed ex ſimplici iuris prohibitione abſque ſententia, quomodo, qui eſt in peccato mortali eſt ſuſpenſus quoad ſe à celebratione miſſæ; quia lex eſt, vt maculatus peccato mortali non celebret, vt explicant. *Turrecremata cap. quibuſdam* 1. *q.* 3. *Sylueſ. v. ſuſpenſio q.* 7. *Gloſſa in cap. præter v. officium diſ.* 32. *Sanchez l.* 2. *opuſ. c.* 3. *dub.* 104. *nu.* 8. Vnde eſt, quòd hæc ſuſpenſio non eſt cenſura, nec propriè eſt ſuſpenſio, ſed largè loquendo talis dicitur. Quamobrem, non eſt dubium ſimoniacum occultum eſſe ſuſpenſum quoad ſe: Sed ſuſpenſus quoad ſe, & alios eſt ille, qui eſt ſuſpenſus per ſententiam canonis, vel hominis; & nedum ille tenetur abſtinere ab exercitio ordinis, ſi eſt ab ordine ſuſpenſus, ſed etiam alij quantùm ad executionem illius officij eum vitare tenentur; & hæc ſuſpenſio eſt pœna, & cenſura.

282 At ſecundò conſiderandum, ſuſpenſionem ſumi poſſe, vel communiter prout clauditur in excommunicatione; nam excommunicatus eſt pluſquàm ſuſpenſus, nec poteſt exercere, ſiue quæ ſunt iuriſdictionis, & officij, ſiue quæ ſunt ordinis. Vel poteſt accipi magis propriè, vt eſt cenſura diſtincta ab excommunicatione. Et de hac loquendo certum eſt, ſimoniacum occultum non eſſe ſuſpenſum. Nam, & citati DD. fatentur ſimoniacum occultum non eſſe ſuſpenſum quoad alios. Sed ſi ſit notorius ſimoniacus adhuc moderni DD. cenſent, eum nec ab officio, nec à beneficio eſſe ſuſpenſum. Nam à beneficio, quod ſimoniacè ſuſcipit nequit eſſe ſuſpenſus; quia ipſum nõ accipit validè, & ſuſpenſio à beneficio ſupponit titulum beneficij, & ſuſpenditur vſus. Ab alijs, verò beneficijs, & ab ordine non eſt ſuſpenſus; quia ex nullo textu, & canone id deducitur. Et ita ſentiunt *Nauar. c.* 23. *num.* 111. *Sanchez l.* 2. *conſil. cap.* 3. *dub.* 103. *num.* 8. *Suarez tom.* 5. *in* 3. *p. diſp.* 31. *ſect.* 4. *a. num.* 42. *& tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 18. *Pax Iordan. t.* 2. *l.* 10. *tit.* 11. *num.* 66. *Barboſ. ad extrau.* 2. *de ſimonia n.* 17. *plures referens Piaſec. p.* 2. *c.* 4. *ar.* 7. *n.* 13.

283 Verùm licet nunc hoc parùm interſit, quia cum ſimoniacus in beneficio ſit excommunicatus, eſt pluſquàm ſuſpenſus. Tamen ante Paulum II. et Martinum V. tempore *D. Th.*, ſimoniacus communiter habitus fuit, vt ſuſpenſus, vnde ex antiquis non refertur, qui hoc neget, & quàmuis *D. Th. loco citato* non adducat textum, vnde hanc cenſuram eſſe in ſimoniacos à beneficio latam collegerit; ex hoc indicat eam ſententiam tunc communem fuiſſe, ideoque maiori probatione non indiguiſſe, Pluribus tamen eandem ſententiam probat *Panormitanus locis citatis*. Sed modò parũ refert hanc, vel illam ſententiam amplecti, cum ſimoniacus ſine dubio ſit excommunicatus ipſo facto, ideoque, & pluſquàm ſuſpenſus. Quàmuis, cum *Azorio p.* 3. *l.* 12. *c.* 11. *q.* 5. dici poſſit, *D. Th.* & antiquos intelligi poſſe de ſuſpenſione impoſita ſimoniaco non quatenus tali, ſed quatenus notorio. Quia crimen depoſitione dignum, ſi ſit notorium, inducit quandam irregularitatem, ſeu ſuſpenſionem. Tale autem crimen eſt ſimonia.

284 Sed, & præterea verum eſt, quòd ſimoniacus in beneficio ex iure antiquò debeat ſuſpendi, & deponi, vt infra explico ex *cap. de hoc* 11. *de ſimonia.*

De Irregularitate.

285 Simoniacum in beneficio eſſe eo ipſo irregularem cenſuerunt *ſpeculator tit. de diſpenſat. § iuxta ver. ſecundo in ſimonia, & Maiol. l.* 4. *c.* 21 *& l.* 5. *c.* 55. ſumentes argumentum ex *cap. ſtatuimus & c. erga ſimoniacos* 1. *q.* 1. *& cap. ſi quis, cap. tanta, c[...] per tuas, de ſimonia*. Sed licet per accidens ſimoniacus in beneficio poſſit fieri irregularis, vt ſi declaretur infamis, per ſe tamen loquendo, ex vi ſimoniæ in beneficio nulla incurritur irregularitas, quia irregularitas non incurritur niſi in caſibus in iure expreſſis, & in iure nullibi exprimitur, quòd ſimoniacus in beneficio ſit irregularis, vt docent *Gloſſ. c[...] nullus diſt.* 2. *& Turrecrem. in cap. Præter ead. di[...] q.* 1. *a.* 4. *Suarez tom.* 5. *in* 3. *p. d.* 43. *ſect.* 4. *nu.* 2. *&* [...] *de ſimonia cap.* 56. *num.* 20. *Couar. Clem. ſi furioſus* [...] *p. §.* 3. *num.* 4. *Sanchez l.* 2. *conſil. cap.* 3. *dub.* 104. *num.* [...] *Raphael à Turre* 2. 2. *q.* 100. *a.* 6. *diſp.* 7. *Theſau. v. ſ[...]nia cap.* 1. Etenim iura à priori opinione producta [...]hil probant. In *capit. enim, ſtatuimus decretum* 40[...] 1. *diſ.* 1. eſt ſermo de ſimoniacis in ordine, & d[...] illis ſtatuitur, quòd à *proprio gradu decidant* ſeu quòd *ab officio malè accepto remoueantur*. Et c[...] non dicatur, quòd ipſo iure decidant, vel remoueantur; per huiuſmodi verba importatur pœna cuiuſdam ſuſpenſionis perpetuæ ab homine tamen imponendæ, non ipſo iure impoſitæ. In *cap.* verò, *E[...] ſimoniacos* 110. decernitur eos deponendos eſſe, [...] poſitio verò ab homine imponenda non eſt irreg[...]laritas. In *cap.* verò *tanta* 7. *de ſimonia* duo dicuntur. Primum eſt, quòd omnis peccator miſſam [...]tare poteſt, præter ſimoniacum. Secundum eſt, q[...] quilibet, eum accuſare poteſt, vt remoueatur. Pr[...] verò dicti ſenſus eſt, quòd omnis peccator ſi p[...]teat poteſt miſſam cantare, at ſimoniaco nõ ſuffic[...] pœnitere; niſi à Canonico impedimẽto liberetur. S[...] hoc impedimentum non eſt irregularitas, ſed eſt ſ[...]ſpenſio; ſimoniacus enim in ordine, de quo eſt ſermo in eo *cap. tanta* etiam ex iure antiquo erat ipſo facto ſuſpenſus; & ita etiam ſi pœniteret, non p[...]terat celebrare; non propter irregularitatem, ſed ratione ſuſpenſionis. In ſecundò autem dicto nihil continetur, niſi quòd remoueatur, nimirum cogatur obſeruare ſuſpenſionem, quam incurrit. Et in *cap. de hoc* 11. *de ſimon.* in quo eſt ſermo de ſimonia in beneficio, præcipitur, quòd ſimoniaci perpetuò deponãtur ab officio, vnde illis indicitur pœna quædam perpetuæ ſuſpenſionis, ſed perpetua depoſitio non ipſo iure lata, ſed à iudice imponenda. Et pariter, de depoſitione, vt imponenda loquitur textus *cap. per tuas,* 32. *de ſimonia*, *Caput verò ſi quis* 45. *eod. tit.* loquitur de ſimoniaco in ordine, vt non continet niſi pœnam ſuſpenſionis, & inferendam. Nullibi igitur habetur, quòd ſimoniacus in beneficio ſit irregularis.

De Infamia

286 Panorm. *in cap. ex diligenti* 17. *de ſimonia poſt Gloſſ.* ibi *v. infamia* duo aſſerit Primum, quòd ſimoniaco impoſita eſt pœna infamiæ iuris. Secundum, quòd hæc pœna non eſt lata ipſo iure, ſed ferenda. Et idem docent *Sylu. v. ſimonia nu.* 19. *Angelus v. ſimonia* 6. *num.* 8. *Roſ. ll. v. ſimonia* 6. *initio*,

Tabien.

Tab... ib.q.62. Armil.ib.num.55. Ludou. Lopez.p.p. cap.... 7. Soto l.9.de iuſt.q.8.a.2. Nauar.l.5.conſil.91. nu.6.de ſimon.Sanchez l.2.conſil cap.3.dub.104. n.18. Suarez l.4.de ſimon.cap.56.num.21.& apud eum Prapoſ. ... edoan.& Diaz. Raphael à Turre 2.2.q.100.a.6. di... & apud eum Victoria. Theſau. v ſimonia cap.2. ... atus de elect.trac.1.q.25. Et hæc fuit *D. Thomæ ... ntia 22.q.100.a.6.c.*

287 Ex multis Canonibus colligitur hæc pœna, & præcipuè ex *cap ſanè 4.15.q.3.* vbi tamen eſt ſermo de ſimonia in ordine, & beneficio, ſed non vniuerſaliter de omni modo huius ſimoniæ. Sed clarius, & vniuerſalius hoc habetur ex *cap.ſi quis vlt.1.q.3.* vbi de ſimonia in beneficio, & alijs etiam ſimoniæ modis loquens textus,inquit, *& emptor, atque venditor,& interuentor nota infamiæ percellantur*, & textus ille eſt Innocentij II. in Synodo Romana.Illud autẽ verbum *percellantur* apertè ſignificat ſententiam ferendam, non verò latam. Et ſi verò ſimonia cus notorius ſit infamis infamia facti, etiam ante ſententiam, hæc tamen non eſt pœna Eccleſiaſtica, & iuris, ſed peccati effectus, qui per pœnitentiam deletur: Sed infamia iuris eſt pœna, quam ſimoniacus non incurrit niſi per ſententiam iudicis *Garz.p.8.c.1.nu.57.Pax Iordan.lib.10.tit.11. n.56.* Nam & conſtitutio pœnalis in dubio debet ...igi,vt ſit ſententiæ ferendæ nõ verò latæ.*Gloſſ.in ... u pœnis dereg.iur.in 6.* Hanc verò infamiã cum ſimoniacus ſubierit,ſimul poſtea ex ea eſt irregularis.

288 Et hanc pœnam incurrunt etiam ſimoniaci in prelatibus, & ſimilibus officijs Regularium.Quia textus ille comprehẽdit omnem promotionem Eccleſiaſticam, & honorem. Ita ex DD. ſupra *num. 276.citatis.*

De Depoſitione

289 Simoniacum in beneficio etiam deponendum eſſe ab omni officio,& beneficio habetur ex *cap.2.de Confeſſis,& cap.de hoc 11. de ſimonia* cuidam ſimoniæ imponitur depoſitio perpetua, ſed ſolùm ab altariſminiſterio.*Cap.verò per tuas 32. eod.tit.*ſimoniacæ prauitati abſolutè decernitur depoſitio ab ordine, ſed *cap. erga ſimoniacos 110.1.q.1.* abſolutè dicitur. *Erga ſimoniacos nullam miſericordiam in dignitate ſeruandam eſſe, decernimus*. Et infra *deponendos eſſe Apoſtolica authoritate ſancimus*. Sed hanc quoque eſſe ferendam, non verò ipſo iure latam conſtat ex textibus citatis, & tenent DD. ſupra citati.

De pœnis præfatis in Communi.

290 Est autem hic difficultas, an omnes præfatæ pœnæ, licet ex iure antiquo ſint ſententiæ ferendæ, ex iure tamen nouo ſint ſententiæ latæ. Videtur enim eas nunc incurri de facto ipſo iure,quia Paulus II. & in ſecunda extrauaganti cõfirmans, & innouans, omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas per Pontifices antecedentes latas contra ſimoniacos, & eas extendens, ad quodcumque genus perſonarum addit, *quas ipſo facto eos incurrere volumus*. Omnes ergo prædictæ pœnæ, & aliæ infra numerandæ iam ex vi huius *2.extrauag.* ſunt ſententiæ latæ, & ipſo facto incurruntur. Et ita ...tiam ſenſerunt aliqui. Nihilominus communiter DD. qui etiam ſcripſerũt poſt extrauagantem Pauli II. huiuſmodi pœnas, vt ferendas, non vt latas intelligunt. Vnde extrauagantem Pauli II. eſſe in hac parte explicatam per conſuetudinem, aut etiam abrogatam ſentit *Suarez l.4.de ſimon.cap.55.num.8.* qui etiam ex *Fel.*addit,per illam *extrauag.*ſo ... eſſe factam ampliationem ad ſimoniacos occultos, & ſenſum illius *extrauag.* eſſe, vt illæ pœnæ, quæ antea non erant ſententiæ latæ, niſi pro notorijs ſimoniacis, in poſterum eſſent rates etiam pro occultis. Communior enim antiquorum opinio erat, quòd multæ pœnæ latæ cõtra ſimoniam ipſo facto incurrẽdæ ſolùm afficerent publicam, ſeu notoriam ſimoniam, & ideo Pontifex illas extendit ad occultam. Quòd verò potuerit fieri maior vis in *2.extrauag.* Martini V. *damnabilem*, dicitur, illam *extrauag.*non extare, ſed eſſe reuocatãm. Dicitur igitur conſuetudinem ita interpretatam fuiſſe illã *extrauag.*Pauli II. vt non mutauerit conditionem pœnarum latarum antiquitus, ſed eas quæ non erant ipſo facto incurrendæ, ſed ſolùm media ſententia, in hoc ſtatu reliquerit.*Suarez citatus, & de cenſur.diſp.22.ſec.5.n.22. Filliuc.& Bonac.quas refert, & ſequitur Pax. Iordan. l.10.tit.11.num.65.Gibalin.q.24.de ſimon.v.2.*

SVMMARIVM.

1 *Acquiſitio ſimoniaca eſt nulla. num.291.*
2 *Non eſt ipſo iure diuino nulla. num.292. 293.*
3 *Vbi à Domino permittitur diſtractio rei, & prohibetur modus, diſtractio facta modo prohibito non eſt ipſo iure nulla. num.293.*
4 *Qui recipit ad vſuram, eſt Dominus pecuniæ mutuatæ. num. 293.*
5 *Qui emit pecunia ſolutionem legati, validè illud recipit. num.293.*
6 *Simonia mentalis non obligat ad reſtitutionem. nu. 293.*
7 *Qui ignoranter acquirit beneficium,in odium illius ſimoniacè procuratum,validè recipit. nu. 321.*
8 *Erroneum eſt aſſerere, eſſe nullam acceptionem beneficij habitam mediante quolibet peccato. n.294.*
9 *Acquirens ſimoniacè beneficium de iure diuino non tenetur illud reſtituere. num.295.*
10 *Vendens rem ſpiritualem de iure diuino non tenetur reſtituere pretium. num.296.*
11 *Simoniaca acquiſitio beneficij ſolo iure poſitiuo eſt nulla ipſo facto. num.297.*
12 *Ex quo iure acquiſitio ſimoniaca ſit nulla. nu.298.*
13 *Simoniacè promotus tenetur in conſcientia reſtituere beneficium, & fructus beneficij. num.299.*
14 *Amplius tenetur reſtituere fructus ſua culpa non perceptos. num.300.*
15 *Poteſt tamẽ retinere expenſas factas cauſa fructuũ. num.301.*
16 *Et etiam penſionem quam ſoluit. num.302.*
17 *Et etiam ſalarium miniſterij exhibiti. num. 303.*
18 *Solos tamen beneficij fructus tenetur reſtituere. num.304.*
19 *Tenetur ſoluere diſtributiones. num.305.*
20 *Fructus iſti debentur ei, cui debentur fructus in vacantia. num.306.*
21 *Beneficium ſimoniacè obtentum vacat, & poteſt ſtatim impetrari. num.307.*
22 *Et poteſt alteri conferri non expectata declaratoria. ibid.*

23 *Sed beneficiatus poteſt appellare. num.308.*
24 *Et hac nullitas habet locum etiam in occultiſſima ſimonia. ibid.*
25 *Non deſunt modi, quibus ſimoniacus occultus poteſt renunciare ſine infamia. num.309.*
26 *Acquiſitio ſimoniaca eſt nulla, etiam ſi ſimonia cõmiſſa ſit cum vno ſolo. num.310.*
27 *Hoc verum in foro externo, ſed non ſemper in foro conſcientiæ. num.311.*
28 *Acquiſitio ſimoniaca nulla, etiam ſi ſimonia non ſit commiſſa à beneficiato. num.312.*
29 *Quod multipliciter diſtinguitur, & eſt verum indubitanter, ſi id factum ſit beneficiato ſciente, & non repugnante. num.312.*
30 *An acquiſitio ſimoniaca beneficij habita ſciente, ſed renitente promoto, ſit valida. num 313.314.*
31 *Probatur eſſe validam. num. 315.*
32 *Soluuntur obiecta in contrarium. num.316.317.*
33 *Si quis committat ſimoniam in odium electi eo ſciẽte, electio eſt valida. num.317.324.*
34 *Si electus ignoret ſimoniam, & etiam habens illius fumum illi reſiſtat, electio non eſt nulla. nu. 318.*
35 *Si qui repugnauit ſimoniæ, poſt acceptum bona fide beneficium conſentit ſimoniæ, electio non eſt nulla. num.319.322.*
37 *Si quis bona fide acquiſiuit beneficium, poſtea ſoluat pretium ex gratitudine, non eſt ſimoniacus; ſed eſt talis, ſi approbet ſimoniam. num.320.*
38 *Qui ſoluit pretium ſimoniæ, eſt ipſo facto priuatus beneficio bona fide acquiſito. num.321.*
39 *Prouiſio ſimoniacè facta etiam ignorante electo, & non contradicente eſt nulla. num.323.324.*
40 *Hæc nullitas non eſt pœna, ſed eſt incapacitas recipiendi beneficium. num.325.*
41 *Qui in electione ſua non eſt in culpa ſimoniæ commiſſæ, non ſubditur pœnis ſimoniæ. num.325.*
42 *Qui fuit promotus ignorans ſimoniam, ſtatim ac illius habet notitiam, tenetur reſtituere beneficium, & ſi id non facit, iam eſt poſſeſſor malæ fidei, & fructus etiam reſtituere tenetur. num.326.*
43 *Prouiſio ſimoniacè facta ignorante promoto, & promotore eſt nulla, & promotus tenetur reſtituere. num.327.*
44 *Promotio ſimoniaca ignorante promoto non eſt nulla, primò ſi ille contradicat, & ſecundo ſi ſit facta in odium illius. num.328.*
45 *Tertio ſi promotus per triennium poſſederit bona fide. num.329.*
46 *Quarto ſecundum aliquos, ſi pecunia detur, poſtquã promotus aliquod ius acquiſiuit; vt ſi ignorante electo detur pecunia confirmatori, ſed hoc non admittitur. num.330.*
47 *Vitiata confirmatione per ſimoniam inutilis eſt, ſine diſpenſatione, & ſic per accidens vitiatur electio. num.330.*
48 *Quinto ſi ſimonia commiſſa promoto ignorante nõ fuit cauſa promotionis. num.331.*
49 *Sed hoc habet locum in foro conſcientiæ. nu. 332.*
50 *Et nec in foro conſcientiæ, niſi ſimonia ad electionem concomitanter ſe habeat. num.333.*
51 *Et immò in foro conſcientia promotio nõ eſt ipſo iure nulla, etiam ſi promotus dederit pecuniam, ſi ſimonia non fuit cauſa promotionis. nu.234*
52 *Simonia commiſſa, cum vno electore, quo dempto adhuc quis eſt à maiori parte electus, non irritat electionem ipſo facto. ibid.*
53 *Pro ſoro externo triplex caſus decernitur. num.33*
54 *In nullo horum caſuum electio eſt ipſo facto nulla. ibid.*
55 *Immò in dictis caſibus electio dicitur ſimoniaca præſumptiuè, & ſolum eſt caſſanda, ſi non ſuperetur præſumptio. num. 336.*
56 *In ſecundo caſu, quando maior pars electorum recipit pecuniam, quamuis verè coram Deo ex ſimonia non elegerint, difficillimè ceſſare poteſt præſumptio ſimoniæ. num.337.*
57 *In primo, & tertio caſu, & præcipuè in primò facilius ceſſat ſimoniaca electionis præſumptio. ibid.*
58 *In omnibus tamen dictis caſibus, ſi pecunia data eſt ab electo, vel eo conſentiente, electio eſt caſſanda, non ex vitio electionis, ſed electi. num.338.*
59 *Licet pecunia, ſit data vni, vel duobus, ſi illi, ſunt capita, & duces aliorum, tota electio cenſenda ſimoniacè conſummata. num.339.*
60 *In electione per compromiſſum ſi vnus ſolus eligat per pecuniam tota electio vitiatur, & eſt caſſanda, & eſt ipſo iure nulla, non verò ſi vni ſimplici electori pecunia data ſit, & ex vi illius, non f[...] electio. num.340.*
61 *Si ſimonia influit in electionem, etiam ſi ſit commiſſa ignorante electo, reddit electionem ipſo iure nullam. num.341.342.343.*
62 *Et antiquitus, & nunc ſimoniacè promotus ignoranter, habita notitia ſimoniæ tenebatur reſtitue[re] fructus non conſumptos, & tanquam alieni bonæ fidei poſſeſſor. num.344.*
63 *Nedum promotio ad beneficia propriè dicta, ſ[ed] ad quæcunque officia ſpiritualia habentia titulum & adminiſtrationem, eſt ipſo iure nulla, etiam facta promoto ignorante. num.345.346.*
64 *Et ſi probabile ſit, ſimoniacum in acquiſitione penſionis non ſubdi pœnis extrauag. Pauli II., tamen acquiſitio illa, eſt ipſo iure nulla etiam in conſcientia. num.347.*
65 *Nullitas promotionis ſimoniacæ eſt in foro cõſcienciæ. num.348.*
66 *Prouiſio ſimoniaca nulla eſt, ſi ſimonia ſit conſumata ſaltem per traditionem rei ſpiritualis, licet non fuerit ſolutum pretium. num.349. 352.353.*
67 *In ſententia oppoſita nondum ſoluto pretio electio eſſet inualida, & valida. ibid.*
68 *Et nullitas ſoluto pretio poſteà retrotraheretur in foro conſcientiæ. num.350.*
69 *Et tunc, ſi ante ſolutum pretium ſimoniacus acquireret aliud beneficium, promotionem eſſe validam in conſcientia, dicunt plures. num 351.*
70 *Licet pœnæ extrauag. Pauli II. locum non habeant in ſimonia conuentionali, nullitas tamen promotionis in ea locum habet. num. 352.353.*
71 *Nunc etiam electio Papæ nulla eſt, ſi fiat ſimoniacè. num.354.*
72 *Quod negant aliqui, & infra examinabitur. n.355*
73 *Etiam mediatores nedum tenentur reſtituere pretium, ſed beneficium collatum, & fructus illius. num.356.*

291 QVæritur decimo quarto? Qualiter, & quo iure ſimoniaca electio, præſentatio, & collatio cuiuſcumque Prælaturæ, ſeu beneficij, ſit nulla? In extrauag. 2. *Cum deteſtabile Paulus II. ita decern[it]: Per electiones verò, poſtulationes, confirmationes, prouiſio-*

uiſiones, ſeu quaſuis alias diſpoſitiones, quas ſimoniacæ contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant in Eccleſijs, monaſterijs, dignitatibus, perſonatibus, officijs Eccleſiaſticis, & quibuſuis beneficijs aut aliquo eorum cuiuſnam, ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ perceperit reſtitutionem, ſub animæ ſuæ periculo, ſit adſtrictus. Ex quibus patet, electiones, præſentationes, collationes, & prouiſiones Prælaturarum, & officiorum Eccleſiaſticorum eſſe ipſo iure, & facto nullas, & irritas. Nihilominùs multa, ſunt quæ in hac materia controuertuntur, & pro huius textus explicatione conſiderari debent.

292 Interrogari enim poteſt primò, an hic textus legem diuinam explicet, & contineat, vel potiùs canonicam ſtatuat? An ſcilicet electiones, & prouiſiones huiuſmodi ſint nullæ, & irritæ ex iure diuino, vel potiùs ex humano. Eſſe enim nullas iure diuino voluit *Couar. Reg. peccatum* §.8. *Adrian. quodl. 9. a. 3.* Et inclinat *Sotus l. 9. de iuſt. q. 8. a. 1.* Sed in oppoſitum, eſt communis ſententia. Conſiderandum verò eſt, quòd hic tres continentur difficultates, prima eſt de validitate electionis, ſeu prouiſionis beneficij, vel officij, ſecunda eſt de obligatione reſtituendi ex parte eius, qui recepit beneficium, tertia eſt de obligatione reſtitutionis pretij dati pro ſpirituali accepto.

293 Primò igitur dicitur, commutationes voluntarias rerum ſpiritualium inter ſe, vel cum temporalibus, ideoque electiones ſimoniacas, & beneficiorum præſentationes, & collationes non eſſe ex diuino iure nullas, & irritas. Ita *Palud. in 4. d. 25. q. 5. n. 9. Caiet. v. ſimonia circa finem Sylueſ. ib. q. 20. Victor. Relect. 11. de ſimon. p. 2. num. 5. Aragon. 22. q. 32. a. 7. & q. 100. a. 6. Lu don. Lopez. p. p. cap. 306. Nauar. cap. 23. num. 111. & comment. de vſuris num. 29. Petrus Nauar. l. 2. de reſtit. c. 2. a. num. 401. Redoan p. 3. c. 8. num. 4. Rebuff. tit. de ſimonia in reſignat. num. 15. Sanchez l. 2. Conſil. cap. 3. dub. 111. nu. 2. Suarez l. 4. de ſimon. cap. 57. num. 16. Raphael à Turre 2. 2. q. 100. a. 6. diſp. 5.* Ratio verò eſt; quia commutatio ſpiritualis, cum temporali liberè fit à contrahentibus. Nec obſtat, quòd nullus ſit dominus rei ſpiritualis, quá Deus, qui eſt dominus, ſpiritualia pręcepit dari gratis; quia res ſpiritualis eſt ſuo modo illius, qui eã habet, ſeu qui eam diſpenſare poteſt, nec à Domino prohibita eſt illius diſpenſatio, ſed modus, quando autem lex naturalis concedit actionem, & prohibet modum non eſſentialem, non irritat actionem, ſi fiat ſine illo modo; accidit verò collationi rei ſpiritualis, quòd fiat gratis; ideo Deus, licet præcipiat ſpiritualia dari gratis, non tamen irritat collationem, ſi gratis non fiat. Sic enim lex naturalis prohibet dari mutuum, ſub vſuris, & tamen qui dat vſuras verè recipit dominium rei mutuatæ. Et ſi quis nolit ſoluere legata ſine aliquo pretio, & ſic vendat, quod donare debet, nihilominùs ſolutio legatorum valida eſt, & recipiens legata valdè recipit. Quod ampliùs confirmatur. Nam ex *D. Th. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 6.* quem ſecuti ſunt *Caiet. v. ſimonia circa fin. Nauar. l. 2. de reſtit. cap. 2. num. 390. Redoan. p. p. c. 3. Val. tom. 3. diſp. 6. q. 16. p. 6. Suarez l. 4. de ſimon. cap. 59. num. 43. Reginal. l. 23. num. 430. Bonac. q. 7. p. 2. diff. 1. n. 13. Gibalin. q. 23. de ſimon. conſect. 12. & probatur ex cap. tua nos, & cap. ſicut tuis, & cap. final. de ſimon.* ſimonia mentalis non obligat ſimoniacum beneficiatum ad reſtitutionem, Et qui bona fide recipit beneficium ab alio emptum in odium illius, validè recipit, & tamen in vtroque caſu, eſt vera ſimonia; igitur ſimonia de iure diuino non irritat collationem, ſeu electionem ad beneficium.

294 Ex hoc verò colligitur, multò magis falſam nedum, ſed erroneam eſſe ſententiam *Armacan. l. 10. de quaeſ. Armen. cap. 13. & 25.* aſſerentis, conſecutionē beneficij per quodlibet peccatum eſſe nullam iure diuino. Quia qui non intrat per oſtium fur eſt, & latro. Nam hoc accedit ad hæreſim Vuiclephi, qui dixit, Prælatum exiſtentem in peccato mortali non eſſe Prælatum. Et ille intrat per oſtium, qui à legitimo Superiore recipit Prælaturam, licet non pura mente illam recipiat.

295 Cum igitur electio, ſeu prouiſio officij Eccleſiaſtici non ſit ex iure diuino nulla; ideo electus, vel confirmatus, vel ſimoniacè promotus ex diuina lege, non tenetur renunciare officio Eccleſiaſtico, ſibi collato. Ita ſentiunt ſupra citati DD. & ratio eſt; quia emens rem ſpiritualem nulli facit iniuſtitiam, Deum quidem offendit, ſed peccatum eius, eſt ſacrilegium, quòd eſt contra religionem, non verò contra iuſtitiam. Eccleſiam etiam offendit, ſed ea ratione; qua offendit Deum, & ea ratione qua cęteri peccatores, & ſacrilegi Eccleſiam offendunt, non verò ex eo, quòd contra iuſtitiam commutatiuam agat. Vendenti verò rem ſacram non facit iniuriam; cum ille liberè vendat. Nullus verò alius per ſe hìc interuenit, qui offendi poſſit. Non intrat igitur obligatio reſtitutionis officij ſpiritualis ſimoniacè ab emptore recepti.

296 Circa tertium punctum autem, an vendens officium Eccleſiaſticum teneatur ex diuina lege reſtituere pretium, affirmant aliqui, nimirum *Sotus l. 9. de iuſt. q. 8. a. p. Aragon. d. q. 32. a. 7. & q. 100. a. 6. Adrian. quodl. 9. a. 3. Medina C. de reſtitut. q. 2. Henricus, quòdl. 6. q. 26. Couar. Reg. peccatum 2. p. §. 2. nu. 7. Nauar. cap. 17. n. 32.* Sed de hoc ex profeſſo eſt agendum in particulari quæſtione, vbi ſuſtinebitur pars negatiua, ſcilicet, quòd vendens rem ſpiritualem de iure diuino, vel naturali, non tenetur reſtituere.

297 Quamobrem concluditur, quòd electio, ſeu prouiſio quælibet ſimoniaca officij, vel beneficij Eccleſiaſtici, non iure naturæ, & diuino, ſed ſolo iure canonico eſt ipſo facto nulla, & ex vi ſimoniaci contractus præciſè nec emptor ad reſtitutionem officij, nec venditor ad reſtitutionem pretij obligatur, ſed ex iure Eccleſiaſtico.

298 Interrogari verò poteſt ſecundò, ex quo iure Eccleſiaſtico ſit hæc pœna, & præcipuè an ante extrauag. Pauli Secundi, aut Martini Quinti hæc pœna ipſo iure eſſet lata? Reſpondet *Suarez lib. 4. de ſimon. cap. 57. num. 24.* hanc pœnam in decreto fuiſſe inſinuatam, ſed in decretalibus poſtea fuiſſe ſatis expreſſam. Sed quámuis in multis locis decreti, vel ſit ſermo de ſimonia in ordine, quam non irritare collationem ordinis ſacri eſt certum, vt in *cap. primo gratia 1. q. 1. & cap. ſi quis Epiſcopus eodem titulo.* Vel huiuſmodi pœna vt imponenda ſtatuitur, *cap. Erga eod. tit.* Nihilominùs *cap. ſecundo ſi quis datur 1. q. 3.* ſatis hæc pœna exprimitur vt latæ ſententiæ, & ipſo facto incurrenda. Nam dicitur, quòd ſimoniacus beneficio accepto fruſtratur, & quod rationis vigore cogitur, quod iniuſtè accipit, reſtituere; nec obſtat, quòd antea præmiſerat, perpetua mulctetur damnatione; vnde videtur, quòd pœna iſta ſit

feren-

Digitized by Google

ferenda, quia Gregorius verba illa dixit, de eo, qui in malè accepto beneficio perſeuerauerit, quem eſſe cogendum, vt beneficium deponat de facto ſtatuit. Cæterum ſimul expreſsè docet, quòd recipiens beneficium ſimoniacè accepto fruſtratur, & ideo rationis vigore tanquam nulliter acceptum reſtituere cogitur. Sed meliùs dicitur, quòd hæc pœna nullitatis & irritationis ipſo facto cuiuſcumque collationis, & receptionis ſimoniacæ habetur clarè & expreſsè in decreto Vrbani Secundi in Concil. Placent. quod habetur *cap. Ea, quæ. 5. 1. quæſt. 3.* ibi. *Quidquid ergo vel in ſacris Ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas vires vnquam habere cenſemus.* Neque enim decernitur acquiſitum ſimoniacè eſſe irritandum, ſed de facto & ipſo iure irritum eſſe, & ita vt nullas vires vnquam habere valeat, decernitur. Et in hunc ſenſum locum illum intelligit *Turrecr.* In decretalibus verò clariùs etiam exprimitur, vt *cap. Matthæus 23. de ſimonia*, in quo Pontifex conſulit Archiepiſc. vt Archiepiſcopatum reſignet, ſi vult ſuæ ſaluti conſulere, & *cap. fin.* vbi hoc per argum. à contrario demonſtratur. Sed modò ex extrauag. Pauli Secundi, confirmata etiam per conſtitut. 5. Pij Quinti certiſſimum eſt electiones, & prouiſiones ſimoniacas eſſe de facto ipſo irritas, & nullas prout communiter DD. docent.

299 Vnde ſequitur primò electum ſimoniacè, vel promotum teneri relinquere beneficium, vel officiū Eccleſiaſticum & ſimul reſtituere omnes fructus ex eo perceptos, & hoc ſpontè, & in conſcientia ante omnem iudicis condemnationem. Probatur ex *cap. ſi quis neque* 115. 1. q. 1. vbi dicitur periturum in æternum, qui Epiſcopatū ſimoniacè acquiſitū non reſtituit. Et ex extrauag. *cū deteſtabile*, de ſimonia. Et ita *D. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad tertium Caſſad. deciſ. 6. de præbend. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 5. §. 21. Nauar. lib. 5. conſil. 9. de ſimonia, Suarez lib. 4. cap. 57. n. 25. Raphael à Turre 2. 2. q. 100. diſp. 5. & 6. Sanchez lib. 2. opuſc. cap. 3. dub. 103. n. 10. Bellet. diſq. cler. p. 2. §. 36. n. 2. Layman. p. 4. tr. 10. cap. vlt. n. 72. Baſſaus v. ſimonia 7. nu. 3. Pax Iordan. lib. 10. tit. 11. n. 42. Bonac. de ſimon. q. 7. p. 4. n. 2. Sanchez lib. 2. opuſc. c. 3. dub. 11, n. 2. Gibalinus q. 23. de ſimon. conſect. 9. Theſau. v. ſimonia c. 2.* Et ratio eſt, quia nullus poteſt alienum retinere; cum ergo ſimoniacus nullum ius acquirat ſuper beneficio illi collato, ſi illud retinet, alienum retinet. Et licet ex iure eccleſiaſtico ſit, quod collatio beneficij ſit nulla, hac tamen ſuppoſita, iubet nedum lex Eccleſiaſtica hanc reſtitutionem præcipiens; ſed lex diuina naturalis prohibens retineri alienum inuito Domino, & furto ablatum reſtitui, ac verò vt bene habet *Turrecrem. cap. ſi quis neque* 115. 1. q. 1. ſimoniacè acquiſitum eſt furtum. Et ideò talis ſimoniacus nec per ſummam Pœnitentiariam poteſt abſolui, niſi beneficium, fructus, aut reſpectiuè pretium reſtituere velit, vt decreuit Pius IV. in Conſtitut. *In ſublimi. non. Maij* 1562. & notat *Piaſec. p. 2. c. 4. ar. 7. n. 12.*

300 Hoc vero extenditur, vt iſte ſic ſimoniacè promotus reſtituere debeat in conſcientia omnes fructus nedum ex beneficio perceptos, ſed immo ſua culpa non perceptos, quos diligens beneficij poſſeſſor recepiſſet; quia talis ſimoniacè promotus eſt malæ fidei poſſeſſor, qui propterea etiam fructus ſua culpa nō perceptos reſtituere debet *D. Th. vbi ſupra Sylu. v. ſimonia q. 13. dicto 8. Angelus ſimonia 7. num. 3. Roſella. ſimonia 6. n. 3. Sotus lib. 9. de iuſt. q. 8. ad tertium, Sanchez lib. 2. opuſc. cap. 3. dub. 115. num. 4.* Qui tamen hoc limitat ex *Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 418.* vt ſit verum de fructibus quos legitimus poſſeſſor percepturus erat. Nam ſi legitimus poſſeſſor ex caſu, vel negligentia recepturus erat ſolum octo ex beneficio, quod poteſt reddere decem, vel duodecim ſimoniacus poſſeſſor nō tenetur reſtituere niſi octo quos tamen octo reſtituere debet, ſiue illos receperit, ſiue nō, quòd ſi pluſquā octo recepit, & pluſquā legitimus poſſeſſor recepiſſet, omnes integrè reſtituere debet, quia sūt fructus ex re aliena percepti.

301 Hoc tamen intelligi debet deductis expenſis cauſa fructuum habitis. *D. Thomas, Sotus, Nauar. Suarez, Sylueſt. D. Anton. Sanchez, & omnes.* Vnde iuſtam laboris mercedem retinere poteſt, quam etiā poteſt retinere malæ fidei poſſeſſor, vt ex *Couar. lib. 1. var. cap. 3. nu. 3. Medin. Cod. de reſtit. q. 6. propoſ. 1.* notat idem *Sanchez num. 7.*

302 Et pariter ſi hic ſimoniacus beneficij poſſeſſor ſoluit penſionem ſuper beneficio impoſitam, poteſt de fructibus perceptis detrahere, quod ſoluit. Immò & ſi penſionem extinxit, poteſt ſibi retinere quod in redemptione inſumptum, fuit quia totum hoc cedit in vtilitatem poſſeſſoris legitimi eiuſdem beneficij, *Sanchez ibid. nu. 8.*

303 Poteſt etiam ſibi retinere ſalarium, quod debebatur miniſtro ratione miniſterij, quod ille exhibuit in beneficio. Negant hoc *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 7. Rebuff. in praxi tit. de ſimon. in reſig. nu. 15. Nauar. conſ. 55. de ſimon. in antiquis.* Sed oppoſitum colligitur ex *D. Thom. Sylu. D. Anton. Soto* dicentibus deducendos eſſe fructus conſumptos in vtilitatem Eccleſiæ, vel beneficij; ſalarium verò debitum pro miniſterio eſt quid ſpectans ad vtilitatem Eccleſiæ, & beneficij, cui cum ſimoniacus beneficij, poſſeſſor inſeruierit, & miniſterium præſtiterit, habet ius recipiendi ſalarium ex fructibus beneficij, *Henriq. lib. 13. de excommun. cap. 14. nu. 3. & cap. 3. n. 3.* quem refert, & ſequitur *Sanchez vbi ſupra, nu. 10.*

304 Iſta quoque reſtitutio intelligi debet de fructibus beneficij, non verò de fructibus priuati laboris non fundatis in titulo beneficij, quales fructus ſunt eleemoſynæ miſſarum, quas beneficiatus ex vi beneficij non tenetur celebrare, & quælia ſunt alia emolumenta ſimilia, quæ obueniunt beneficiato etiam occaſione beneficij, ſed non ſunt beneficij fructus. *Caſſad. Nauar. Suarez Gibalinus citati.*

305 Hoc idem de diſtributionibus quotidianis, quæ ſunt ſtipendia perſonalis laboris tenent *Caſſad. Nauar. & Gibalinus*, ſed difficultatem hoc habet; quia diſtributiones non debentur, ex vi priuati laboris, vnde non darentur ei, qui non eſſet Canonicus, vel nō haberet titulum beneficij, etiam ſi choro adeſſet, ſed debentur ex vi tituli beneficij, & illius ſunt fructus. Ideo veriùs eſt ſimoniacum teneri ad reſtituendum etiam quotidianas diſtributiones. *Suarez nu. 26.*

306 Cui autem huiuſmodi fructus ſint reſtituendi non poteſt determinatè aſſignari; quia non ſunt eædem omnium locorum conſuetudines. Hoc certum eſt, quòd tunc cum ſimoniacus tenet beneficium, illud verè vacat, & ideo fructus illius debentur ei, cui debentur fructus beneficij in vacantia illius.

307 Explicantur autem prædicta magis adiungédo,

do, quòd ita eſt ipſo facto nulla acquiſitio ſimoniaca beneficij, aut officij eccleſiaſtici, vt beneficium, aut officium vacet ipſo facto, vt ex *Redoan.de ſimon. p.2.c.10.n.37.& cap. d.num.30.Pariſ.conſ.135.vol.4. Caccialup.de penſ.q.1.col.1.Rodriq.in ſumma p.2.c.16.* notat *Piaſec.p.2.c.4. art.7. n.9.* Et ita, vt tale beneficium poſſit impetrari nulla expectata declarationis ſententia ſuper commiſſa ſimonia, ſed ſufficiat, vt decernatur declaratoria poſt collatum beneficium, & ſufficiat præſentare bullas ordinario, & coram illo probari ſimoniam, vt ſic prouiſus immittatur in poſſeſſionem beneficij excluſo ſimoniaco. *Pariſ. loco citato. Boer.deciſ.117.* quamuis ab hac ſentẽtia & ab executione talis prouiſionis, & immunis declaratoria, poſſit damnatus appellare, & interim manere debeat in poſſeſſione, nec poſſit ſpoliari. *Rota deciſ. 1045. coram Seraph. Piaſ.loco citato nu.10.* & ipſe in foro fori poſſit ſe defendere *Caſſador. ad deciſ.5. de Conſtit. Sarnen.in reg.de trien.q.12.Pariſ.de reſig.lib.4. q.7.nu.38.Caputaquen.deciſ.243.p.3.* In foro tamen conſcientiæ peccabit, vt ex ſupradictis eſt probatum.

308 Sequitur ſecundò, & ampliatur principalis aſſertio, vt habeat locum etiam in occultiſſima ſimonia. Nam in *cap.Matthæus 23.* ſermo eſt de ſimonia occulta, & in extrauag.2. de ſimonia, & Bulla 5. Pij V. *cum primum*, hoc expreſsè explicatur. *Selua de benef.p.3.q.2. n.58.Mareſcott. lib.21. variar. reſol.cap.35.nu.11.Suarez.lib.4.de ſimon.cap.57.n.27. Sigiſm.de elect.dub.55.nu.10.Donatus de elect.tract.1. quæſt.20.& alijs DD.ſupra nu. . . . citati.* Et ratio eſt, quia cum lex iſta abſolutè irritet huiuſmodi electiones, & prouiſiones omnes comprehendat, & ex natura rei poſtea ſequitur, quod ſic electus, & promotus teneatur reſtituere tam beneficium, quàm fructus, etiam ſi hoc lex non exprimeret.

309 Limitari poſſet hæc aſſertio ex titulo infamiæ; quia occultus ſimoniacus non tenetur infamare ſeipſum; ideò non tenetur beneficio renunciare. Sed reſpondetur non deeſſe titulos, & colores, quibus beneficiatus poteſt beneficio renunciare non prodẽdo ſimoniam, & pariter multis modis poteſt occultè reſtituere fructus, *Suarez d. num. 27.* Sed & poteſt compoſitionem à Summo Pontifice obtinere.

310 Sequitur, & ampliatur tertiò, vt aſſertio vera ſit, etiamſi ſimonia commiſſa ſit cum ſolo vno ex electoribus, *cap.nobis* de ſimonia, vbi *Panorm. n.20.* & *cap.Matthæus 23. eodem tit. Nauar.cap.23.nu.103. Garzias par.8.cap.1.nu.10.Paulus Squillant de oblig. Cler.par.4.dub.15.num.85 Alphonſus de Lion de off. capell.q.4.nu.204.Nauar.c.25.nu.113.Rota deciſ.516 nu.1. coram Card. Seraph. Farinacc. Sigiſm. de elect. dub.55.n.11.& deciſ.22.inter crim.Donat.de elect.tr.1. q.22.n.9.Barboſa ad d.cap.nobis,* & apud eum *Bonac. & Molpheſ. Pax Iordan.lib.10. tit.11.num.22. Caſtell. de elect.cap.4.num.55.*

311 Hoc verò limitat *Alph.de Leon.* ſi ſimonia hæc cõmiſſa ſit electo ſciente. Sed de hoc infra dicitur. Et iterum explicatur, vt verũ ſit in foro externo, nõ vero in foro conſcientiæ, ex *Nauar.Garz.& Sig.* Non enim electio ſimoniaca eſſe dicenda eſt in foro conſciẽtiæ, & verè, & coram Deo, ſi maior pars eligentium, & in tanto numero electores non ſimoniacè eligant, quantus eſſet neceſſarius, vt electio ſubſiſtat. Sed & quando ſit verum in foro externo dicendum eſt infra à *nu.335.*

312 Quartò ampliatur, vt verum ſit principale dictum, etiam ſi ſimonia commiſſa fuerit non per ipſum electum, ſed per tertium mediatorem, *cap.nobis 27. de ſimonia. D.Thom.23.q.100.art.6. ad tertiũ* & alij DD.communiter, quorum plures refert *Sanchez lib.2.opuſ.cap.3.dub.115. nu.2.* Verum hæc ampliatio non niſi ſub diſtinctione multiplici tradita ab eiſdem DD. continet veritatem. Nam electus, qui per ſe ipſum officium ſpirituale nõ emit, quàmuis per alium ſibi illud officium fuerit ſimoniacè procuratum, dupliciter poteſt ſe habere ad hanc alterius ſimoniam; vel ſcilicet, ita vt illam ſcierit ante electionem, vel confirmationem, vel promotionem; vel ita vt illam neſcierit. Primum poteſt cõtigiſſe dupliciter, vel ſcilicet primò, ita vt ſcierit alium aliquem ad ſui fauorem ſimoniacè procuraſſe electionem, aut collationem officij, & gratum habuerit, aut ſaltem non repugnauerit, & in hoc caſu electio, ſeu promotio eſt ipſo iure nulla, quia tunc & ille electus, aut promotus tacitè conſenſit: Et ſi, vt videbitur, etiam ignorante electo ſimonia irritat electionem, multò magis hoc præſtat eo ſciẽte; Et hoc eſt indubitatum.

313 Sed ſi, quis ſciens ſibi ab alio ſimoniacè procurari electionem, vel confirmationem, quantùm poteſt verè contradicit: aliqui diſtinguunt, & dicũt, quòd ſi ipſo ſciente, licet contradicente, pecunia data eſt ante quam aſſumat officium, tunc officij aſſumptio nulla eſt & irrita, nec ipſe excuſatur; At verò excuſaretur, ſi eo bona fide ignorante pretium eſſe datum, officium fuiſſet acceptatum. Ita *Suarez d cap.57.nu.29. & Sigiſm.de elect.dub.55.nu.15, Layman.lib.4.tit.10.cap. vlt. num.73.* Et horum primũ probatur. Tum quia textus in *cap. ſicut tuis 33. de ſimonia*, vtramque conditionem iungit, ſcilicet reſiſtentiam, & ignorantiam, ibi *contra prohibitionem, & voluntatem tuam, & te penitus ignorante*. Secundo quia qui beneficium ſuſcipit per electionem, cõfirmationem, aut collationem quam ſcit ſimoniacè fieri, ſimoniacè recipit. Tertiò, quia ſimoniæ eligẽtis, aut conferentis, ſeu confirmantis cooperatur ſaltem quoad executionem. Aliam verò ſententiam tenet *Gloſſa in d.cap. ſicut tuis, v. imputari*, & ait ex *Vincent.* quod ſi pecunia data eſt poſt electionem, & tunc electo ignorante & reclamante datur pecunia pro confirmatione, confirmatio tenet, nec eſt irritanda. Sed ſi pecunia datur ante electionem, etiam electo reclamante, electio manet irrita, Hoc idem docuit *Azor.p.3.lib.12.c.7.q.1.*

314 Verùm meritò *Panormit. recedit à Gloſſa*, quia in hoc non bene diſtinguit inter electionem, & confirmationem. Nam tam procuratio electionis, quàm confirmationis eſt de iure quærendo, & maius ius per confirmationem acquiritur, nec propterea ſimoniaca emptio minùs repugnat confirmationi, quàm electioni, ideò de vtraque eſt in hac parte eadem ratio.

315 Sed vlteriùs quòd vbi eſt contradictio, non ſit neceſſaria ignorãtia, ſed qui ſcit ſimoniacè ſibi procurari electionem, vel confirmationem, ſi verè contradicat & reſiſtat, poſſit validè eligi, & confirmari docẽt idem *Panor.in d.c.ſicut tuis 33. de ſimonia n.7. Sylu.v.ſimonia,q.13.ver.octauum, Barboſa ad d.c.ſicut tuis, num. 2.* pro quanto nulla facta mentione de ignorantia abſolutè docet, quod non imputatur electo, ſi eo contradicente data ſit pecunia eius cõfirma-

firmatori. Pro qua ſententia refert *Vgolin. ſolet. Reginald. & Bonac.* Et deſumitur ex eo textu, quoniam ratio propria determinationis textus illius eſt; quia longè diuerſum eſt, non præbere conſenſum, quod fit ab eo, qui ſimoniam ignorat, & expreſſum aliquid prohibere; ideò licet ſimonia ignorata irritet electionem, hoc non facit ſimonia pro viribus ab aliquo contradicta. Et vlterius probatur ex *Diu. Thom. 2. 2. q. 100. art. 6. ad tertium.* Vbi nulla facta mentione ignorantiæ à reſignatione beneficij excuſat eum, qui expreſsè ſimoniæ contradixit. Et in hoc ſenſu idem tenent *Sotus l. 9. q. 8. ar. 1. Aragon. 2. 2. q. 100. art. 6. Rodriq. in ſum. c. 66. nu. 3. Henriq. lib. 13. cap. 37. n. 5. Nauar. c. 25. nu. 113. Sanchez lib. 2. opuſ. c. 3. dub. 116. n. 5.*

316 Et propterea ad rationes in oppoſitum reſpōdetur, quòd textus in verbis citatis coniunxit reſiſtentiam cū ignorantia; quia de facto illa duo erant coniuncta in caſu illius textus; ſed tamen ratio determinationis illius valida & ſufficiens fuit, quia vbi quis contradicit ſimoniæ, facit quod in ſe eſt; ideò non meretur aliquam pœnam.

317 Immò vt notat *Panorm.* ſi ſimonia ſit facta in fraudem & odium Titij, vt electio eius tanquam ſimoniaca damnetur, etiam ſi Titius ſimoniā ſciat, electio, vel confirmatio Titij non eſt irrita; aliter nedum Titius innocens damnaretur, ſed fraudulentus ex ſua fraude lucrum haberet, quod non eſſe conſonum rationi docet textus ille. Et hoc docent etiā *D. Thom. d. q. 100. art. 6. ad tertium Sotus & Aragon. citati, Ludou. Lopez p. 1. c. 104. Henriq. l. 13. c. 55. nu. 5. Rodriq. tom. 2. ſum. c. 59. nu. 5. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 3. dub. 116. nu. 5. Nauar. c. 25. num. 113. Layman. lib. 4. tit. 10. c. vlt. nu. 73. Turrecrem. in cap. ſunt nonnulli, num. 4. 1. q. 1.* At verò, inquit *Panorm.* in hoc æquiparantur is, qui contradicit ſimoniæ, & is, in cuius odium & nocumentum ſimonia exercetur; & tamen in hoc ſecundo caſu etiam ſi adſit ſcientia, non irritatur prouiſio beneficij Eccleſiaſtici; igitur neque hæc prouiſio erit irrita in ſecundo caſu. Ad ſecundum dicitur ex *eod. Panorm.* quòd licet in hoc caſu interueniat ſimonia ex parte eligentis, vel confirmantis, vel beneficium conferentis; ex quo tamen recipiens reſiſtit ſimoniæ, ex parte ſui, non recipit ſimoniacè, ſed validè. Ad tertium dicitur, quòd qui ſimoniæ reſiſtit, non cooperatur ſimoniæ: quòd verò cooperitur illi actui materiali, qui eſt ſimonia, non facit ad rem, cū huiuſmodi cooperatio de ſe non ſit mala, nec inueniatur prohibita.

318 Sed ſi is, cui per tertium ſimoniacè emitur electio, vel confirmatio, aut beneficij prouiſio ſimoniam ignorat: tunc ſi adhuc contradicit, quia habens illius aliquem fumum ex parte ſua reſiſtit, & contradicit, & repugnat, ignorans re vera ſimoniæ perfectionem, & complementum; ſine dubio ſimonia prouiſionē beneficij de eo factam non irritat; cum ſimonia hæc ab eo ignorata ſimul ſit, & impugnata. Et hic eſt caſus text. *ſicut ſuis 33.* de ſimonia.

319 Duplex tamen limitatio ponitur in eo textu. Prima eſt ibi, *A qua poſtmodum non receſſiſti*, ſcilicet ab impugnatione, & repugnantia facta contra ſimoniam. Cum certum ſit, quod ſi quis ante receptionem beneficij ſimoniæ per aliū initæ conſenſit, prouiſio beneficij conſequens eſt nulla. Sed ſi antea contradixit, & poſtea poſt receptum beneficium bona fide, certò ſciens ſibi fuiſſe ſimoniacè collatum conſentit, pèccat quidem, etiam peccato ſimoniæ, cui cōſentit, ſed non intrauit ſimoniacè, & in hac parte non eſt ſimoniacus, vt *d. cap. ſicut nobis,* tradunt *Gloſſ. Tancred. & Panorm.* quia is non emit beneficium, ſed venditiòni iam factæ conſenſit, *Suarez cap. 57. n. 32. Nouar. conſ. 10. de ſimon. Adrian. quodlib. 9. ar. 3. Layman. lib. 4. tr. 10. cap. vlt. n. 73.*

320 Secunda eſt ibi, *niſi poſtea conſenſerit pecuniam ſoluendo promiſſam, aut reddendo ſolutam.* Circa quod duo dubia inſurgunt. Primū an qui bona fide ſuſcepit beneficium repugnās ſimoniæ, & tamen ignorans illam cōmiſſam, ſi poſtea ſciat illam interceſſiſſe, & vel promiſſam pecuniam ſoluat, vel ſolutam reddat, ſit ſimoniacus? Ad quod quidam cum diſtinctione reſpondent: nam ſi adhuc ſimoniam ille deteſtetur, & ex gratitudine quadam, & liberalitate pecuniam det, ne eius amicus damnum patiatur, nō eſt ſimoniacus. Et ſic *Tancredus, Gloſſa. Panorm.* in hoc ſenſu dicunt, quòd ſoluens pretium ſimoniæ nō emit rem ſpiritualem, ſeu beneficium. Nec retrotrahitur ſimonia; quia iſte iuſtè ſine ſimonia, immò contradicendo ſimoniæ, beneficium acquiſiuit, & recepit. Sed ſi ſoluat pecuniam approbando id, quod fuit factum, certè eſt ſimoniacus in mente ſua, & ad ſimoniam etiam concurrit tanquam illam conſummans, & complens, dando pretium illius, ſi nondum erat ſolutū, vel ſi erat ſolutū reſtituendo illud, quod ſufficit ad malitiā ſimoniæ incurendā; & licet ille in hoc caſu nō ſit propria cauſa ſimoniæ, & propterea dicatur non habere ibi locū ratihabitionem, tamen eſt verus approbator ſimoniæ, quod ſufficit ad ſimoniæ malitiam. *Gloſſ. in c. ſi alienius ver. ratum, 59. de elect. & ibi Panor. Suarez c. 57. n. 31. Turrecrem. in c. ſunt nonnulli n. 6. 1. q. 1.*

321 Secundū dubium eſt, an iſte ſic conſentiens pecuniam ſoluens ſubdatur pœnis ſimoniæ, & priuetur beneficio acquiſito? Negant aliqui talem eſſe ipſo facto priuatum beneficio, ſed bene aſſerunt eſſe priuandum: quod probant, ex *d. cap. ſi quis de ſent. excom. in ſexto.* Et ſecundo quia beneficium fuit ritè ſuſceptum, nec eſt vnde præſumatur illius ſuſceptionem dependentiam habuiſſe à futuro euentu, vt ex eo reddatur irrita. Et pro hac ſententia referunt *Gloſſam, & Tancredum, & Adrian. quodlib. 9. art. 3.* & eam tenent *Suarez num. 32. Henriq. lib. 11.* de excommun. *cap. 37. n. 5. lib. 5.* & probabile tenet *Sanchez lib. Conſil. cap. 3. dub. 116. num. 7.* Fauet *Turrecremat.* ex *Raym.* dicens Epiſcopum poſſe in hac ſimonia diſpenſare *. c. ſunt nonnulli n. 6. 1. q. 1.* Sed oppoſitum verū eſt, & probatur ex textu, primo conſiderando verbū *dimittere*, quod nō quadrat ei, qui ex ſentētia iudicis ſiue velit, ſiue nolit expoliatur beneficio, ſed ſignificat liberam dimiſſionē beneficij, à qua Pontifex liberat eum, qui repugnauit ſimoniæ & ignorās eam beneficiū ſuſcepit, niſi poſt ſuſceptum beneficiū, aut pecuniā non ſolutam dederit, aut ſolutam reſtituerit; vno enim ex his duobus poſitis, vult Pontifex talem teneri dimittere beneficium. Secundo pōderando verba illa textus: *Nihil debet tibi ad pœnā, vel culpam imputari, niſi poſtea conſenſeris &c.* Non enim debet hæc propoſitio diſiunctiuè accipi, vt voluit Adrianus, inde poſtea arguens, quòd vbi is cōſentiat, & pecuniam tradat, id imputetur ſibi ad culpam, non verò ſit neceſſe, vt ſibi imputetur ad culpam, & pœnam. Sed in ea propoſitione particula *vel*, debet accipi copulatiuè propter vim negatiuæ

vni-

vniuerſalis præmiſſæ, dum dictum eſt, *Nihil debet tibi &c.* Negatio enim præmiſſa totam propoſitionem afficit, & fit ſenſus apertus, quòd & culpa, & pœna non debet ei imputari, niſi poſtea conſenſerit ſoluēdo pecuniàm; in quo caſu vtrumque imputandum eſt. Et ita *D.Th.2.2.q.100. art.6. ad tertium*, abſolutè docet, quòd iſte talis tenetur dimittere beneficium, & *D.Thomam* ſecuti ſunt *Sylu.v.ſimonia q.13. dicto p. & q.8.dic.5.Rodriq. tom.2. cap.59 n.4. Raphael à Turre 2.2.q.100.art.6.dub.5.* Vnde ad rationes prioris opinionis reſpondendo, dicitur ad primam, nō habere locum in hoc caſu *cap.ſi quis &c.* Nam qui conſentit percuſſioni Clerici priùs *ſe* ignorante factæ, non percutit clericum. Sed qui ſoluit pretium ſimoniæ complet ſimoniam, & facit eam eſſe realem, ſi pretium ſolutum non erat, vel ſaltem reſtituit pretium iam ſolutum, & ſimoniam facto approbat. Et propterea in his non licet arguere a caſu ad caſum, cū iura expreſsè inter illos diſtinguunt, ſicut contingit in præſenti; quia textus cenſet clericum non teneri dimittere beneficium ſimoniacè ſibi collatum eo ignorante, & repugnare ſimoniæ, ſi tamen poſtea pecuniam non ſoluerit. Et ad ſecūdum dicitur, quòd beneficium fuit ritè ſuſceptum, ſed dependenter à futuro euentu, vt ex textu eſt probatum.

322 Bene verum eſt, vt aduertit *Raphael à Turre*; quod ſi iſte beneficiatus conſentiat ſimoniæ, ſed nihil ſoluat, non tenetur dimittere beneficium; quia textus ad hoc requirit conſenſum, & ſolutionem, ibi *niſi poſtea conſenſerit pecuniam ſoluendo &c.*

323 Ampliatur quintò, vt aſſertio vera ſit, etiam ſi ignorante electo, vel promoto ſimonia ab alio commiſſa eſt. *D.Th.* in hac parte diſtinguit; quia ſi commiſſa eſt in odium electi, & fraudem, vt ex hoc electio eius caſſetur, & ille puniatur, electus, vel promotus ritè, & validè ſuſcipit beneficium; quia Eccleſia non vult, vt fraudulentus accipiat de hac fraude commodum, & laqueum inijciat innocenti *cap.nobis 27.& cap.ſicut tuis 33.de ſimonia. D.Th.2.2.q.100.a.6.ad* 3. Et alij DD. ſupra citati, & omnes communiter.

324 Verùm ſi ad fauorem electi ſimoniaca emptio beneficij facta eſt, etiam penitus ignorante beneficiato, & non contradicente, acquiſitio beneficij, non eſt valida, ſed nulla, & beneficiatus ſtatim ac ſciuerit tenetur dimittere beneficium, & fructus reſtituere *cap.de regularibus 25.& cap.ex inſinuatione 26.& cap.ſicut tuis 33.de ſimonia, & cap.penult.de elect. D.Th.2.2.q.100.a.6.ad 3.Caiet. Aragon, & Raphael à Turre ib.diſp.5.D.Anton.2.p.tit.1.cap.5.§.21.Turrecrem.in cap.ſunt nonnulli 1.q.1.nu.2.& 3.Sylu.v.ſimonia q.13.dicto 8.Tabien.q.9.Angelus v.ſimonia &c.nu.3.Roſel.v.ſimonia 6.nu.3.Panorm.cap.ex inſinuat.26.nu.2.& cap.tanta de ſimonia. Nauar.cap.25.n.113.& lib.5.conſil.45.num.1.& conſ.95.& 97.num.1.Butrius cap.ex inſinuat.nu.2.Petrus Nauar.l.2.de reſtit.cap.2.num.432.Henriq.l.13.de excom.cap.37.num.5.Ludou.Lopez p.p.cap.304.Rodriq.tom.2.cap.66.nu.3.Couar.Reg.peccatum 2.p.§.8.Palud.4.d.25.q.5.nu.8.Sanchez l.2.Conſil.cap.3.dub.116.num.1. Suarez l.4.de ſimon.cap.57.num.35.Sigiſ.à Bonon.dub.51. num.12.Theſau.v.ſimonia cap.2.Donat.de elect.tr.1.q.22.n.8.Caſſad.dec.3.num.3.de ſequeſ.poſſeſſ.Garzias de benef.p.8.cap.1.num.6.Gomez.Gutierez, Corraſ.quos refert, & ſequitur Barboſa, ad cap. ex inſinuatione num.3.& ad cap.de Regularib.num.6.de ſimonia. Et ad cap.ſi alicuius 59.de elect.vbi Innoc.Panorm.Baldus, & alij Canoniſtæ. Pax Iordan.tom.2.l.10.tit.11.num.9. Piaſec.p.2.cap.4.a.7.num.10.* & cęteri DD. communiter.

325 Neque obſtat, quòd ſic recipiens ignoranter beneficium, non eſt in culpa; & ideo non eſt ſimoniacus. *Turrecrem.in cap.præſentiam 1.q.1.* quia neque hæc obligatio dimittendi beneficium eſt propriè pœna, ſed eſt incapacitas retinendi beneficium à iure ſtatuta in odium ſimoniæ. *Petrus Nauar.d.cap.2. num.432. Aragon. d.art.6.Sanchez d.dub.116.num.2.* Et præterea, ex quo ſimonia eſt commiſſa eo neſciente, ex hoc habet, vt alijs pœnis culpam ſupponentibus puniri non poſſit, *Nauar.conſ.35.num.1.de ſimon. Rota coram Martin. Andrea deciſ.94.num.6.plures alias referens Piaſec.p.2.c.4.a.7.num.10.*

326 Ex quo ſequitur, quòd iſte, ſi ſtatim ac ſcit ſimoniam, non dimmittit beneficium, iam fit malæ fidei poſſeſſor. Et intrat iam diſcrimen; quia fructus perceptos tempore ignorantiæ, & bonæ fidei, non tenetur reſtituere, niſi ſicut poſſeſſor bonæ fidei, ſcilicet non tenetur reſtituere fructus bona fide conſumptos, niſi in quantum factus ſit ditior, ſed poſtquàm ſciuit ſimoniam tenetur reſtituere tanquam poſſeſſor malæ fidei, à toto eo tempore in quo ſciens ſimoniam, non dimiſit beneficium, & fructus. *D.Th.Sotus, Lopez Aragon, Sanchez num.4.Suarez Theſau.v.ſimonia cap.2.Henriq.l.13.de excom.cap.59.num.5.Rodriq.tom.2.c.59.num.4.*

327 Amplia verò hoc, vt idem dicendum ſit, ſi ſimonia commiſſa ſit, ignorante collatore; quoniam pecunia data eſt mediatori, neſciente collatore, vel electore. Et quidem, ſi hoc ſciat is, ad cuius fauorem emitur beneficium, res eſt indubia; quoniam cum ille expreſsè, vel tacitè conſentiat, iam ſimoniacè acquirit beneficium. Sed, & ſi neſciat, ſi non contradixit, vel in eius odium non eſt emptus mediator ad conſequendum beneficium, tenetur, cum ſciuit ſimoniam, beneficium dimittere; quia irritatio beneficij directè fertur in omnem prouiſionē ſimoniacè factam, ſit verò ſimoniacè prouiſio beneficij, etiam ſi prouiſor ſimoniam ignoret. *Suarez.d.c.57.nu.40.Sigiſm.dub.55.de elect.nu.13.Donat.d.q.22.n.8.*

328 Limitatur tamen multipliciter præfata quinta ampliatio, ſeu aſſertio affirmās promotiones, collationes, electiones, & prouiſiones quaslibet ſimoniacas eſſe nullas ipſo iure, & facto, etiam ſi promotus, aut electus, vel prouiſus ſimoniam ignorauerit. Et primò, quidem ſi ſimonia non committitur à promouendo, vel promoto, ſed ab alijs eo contradicēte. Secundò, ſi committitur ab alijs in odium illius, & fraudem, vt ſupra explicatum eſt.

329 Limitatur tertio, vt ſi promoto ignorante, & bona fide acceptante, ipſe per trienniū bona fide poſſederit beneficiū, non poſſit ampliùs agi contra illum, neque lis admitti ſaltem in foro externo, per regulam, quæ refertur à quaranta, *verb.Regul.Cancell.reg.36.Gomez q.32.in eand. reg. Vgol.tab.4 c.6.§.9.Suarez d.cap.57.num.39.Leſſ.dic.cap.35.num.140.Sigiſm.d.dub.55.num.16.* Sed imò etiam in foro conſcientiæ, non eſſe obligatum ad reſignandum beneficium ex *Rebuff.Vgol.Leſſ.Garzia p.8.cap.3.n.19.Rota in Calagur.conferentiæ 14. Decembris 1592. coram Penna, & in Ciuitaten confidentiæ 23.Iuny 1593.coram Mantica, Bonac. & Reginal.tradit Theſaur.v.ſimon.c.2.Pax Iordan.tom.2.l.10. tit.11.nu.156.* Quia

regula illa generaliter diſponit, & non excipit niſi caſum ſimoniæ ſcienter commiſſæ.

330 Limitatur quartò ab aliquibus, vt beneficium, el officium, vel promotio, non ſit ipſo iure nulla, ſi ſimonia committatur, & pecunia detur poſtquam promouendus aliquod ius acquiſiuit ſuper beneficio, vel officio; vt ſi detur pecunia confirmatori pro confirmatione electi, ipſo electo ignorante. *Sylu. v. ſimonia q. 13. dicto 1. Nauar. cap. 25. num. 113. Henriq. l. 13. de excom. cap. 37. nu. 5. Sanchez l. 2. Conſil. cap. 3. dub. 116. nu. 8.* ſed ſupra ex *Panormit.* & alijs hanc limitationem non eſſe admittendam probatum eſt. Nam dare pecuniam pro confirmatione eſt emere confirmationem, & ius acquirendum procurare per pecuniam, & in *extrauag. 2.* de Simonia, æquè tam confirmationes, quàm electiones ſimoniacæ vanæ, & nullæ decernuntur, nec alibi in iure reperitur hæc limitatio, vel eius aſſerendæ fundamentum. *Garzias de benef p. 8. c. 11. num. 13. Pax Iordan. l. 10. tit. 11. nu. 25.* Qui etiam ſubdit, quòd ſimonia commiſſa, electo ignorante, pro habenda confirmatione, vitiet electionem non ſimoniacè factam; quòd ait eſſe verum per accidens; quia ſcilicet per talem ſimoniam electus ſit inhabilis ad tale beneficium, & ideo amittit etiam ius ad rem, quòd habebat ex vi electionis. *Vgolin. tab. 3. c. 6. num. 4. Garz. p. 7. c. 11. num. 10. & p. 8. c. 1. num. 4.* Sed contrarium ſenſerunt *Suarez cap. 58. num. 7. leſſ. lib 2. c. 35. num. 138. Bonac. de ſimon. q. 7. p. 2. diffic. 1. nu. 2.* & eſt verum, vt infra probo *q. ſequenti.*

331 Limitatur quintò, vt locum non habeat aſſertio, ſi pecunia data, ignorante prouiſo, non fuerit cauſa promotionis; quia nimirum concomitanter ſe habuit ad promotionem, quæ non defuiſſet, etiam ſi defuiſſet pecunia. In hac tamen limitatione non conueniunt DD. Nam illam non admittunt *Gloſſ. cap. nobis verſ. interueniente, de ſimonia,* & ibi *Io. Andr. & Felin. in fine, Rebuff. in concor. rubr. de elect. verbo & ſimoniacis circa initium.* Alij verò diſtinguunt. Nam ſi pecunia data eſt electori, vel collatori &c. limitatio, non tenet. Sed ſi pecunia data eſt alicui tertio mediatori, ignorante promouendo, tunc limitatio vera eſt, & promotio, eſt valida. *Hoſtien. cap. tanta, de ſimon. & ibi Innoc. nu. 2. Anchar. cap nobis, de ſimon. num. 5. & ibi Panorm. nu. 5. Anton. nu. 7. Turrecrem in cap. ſicut nonnulli num. 5. 1. q. 1.* Sed alij abſolutè admittunt limitationem. Quia non eſt ſimonia realis conſummata., ſi pecunia recepta non eſt cauſa promotionis, ſeu electionis, aut collationis &c. Pœnæ verò latæ contra ſimoniacos in illa *extrauag. 2.* non afficiunt, niſi ſimoniam conſummatam. *Nauar. cap. 25. num. 113. Rodriq. tom. 2. cap. 19. num. 6. Ludou. Lopez p. p. cap. 256. Henriq. l. 13. de excom. cap. 3. nu 5. Adrian. quodl. 9. a. 3.* paulò poſt principium. *Sanchez. d. dub. 116. nu. 19. Pax Iordan. tom. 2. lib. 10. §. 11. num. 16.*

332 Sed vt hæc limitatio admittatur, nonnulla adnotanda ſunt. Primum eſt, quòd debet intelligi in foro conſcientiæ, vt explicant *Nauar. & Sigiſm. dub. 55. num. 11.* in foro fori, maximè ſi pecunia data ſit electoribus, quis credet illis dicentibus, ſe non elegiſſe ob pecuniam receptam, ſed aliundè, & alia cauſa? *Io. Andr. in cap. nobis de ſimon.* Et Canoniſtæ ſupra citati in foro externo loquuntur.

333 Vt verò, etiam in foro conſcientiæ, limitatio admittatur, neceſſe eſt, vt pecunia, nedum non ſit cauſa adæquata, ſed nec ſit concauſa. Poteſt enim, quis agere principaliter propter plures fines principales proximos, & ita poteſt elector eligere aliquem, quia eſt dignus, & quia recepit pecuniam, vt eligeret eum, & ſic fieri animoſior, vt eligat, propter pecuniam receptam. *Sanchez d. dub. 116. nu. 10.* Vnde nec valet diſtinctio de fine primario, vel ſecundario; quià ſi verè ex pacto ob pecuniam datur ſpirituale, ſiue hoc primariò, ſiue ſecundariò fiat, eſt rei ſacræ iniurioſum. *Pax Iordan. vbi ſup. num. 15.* Quàmuis, vt ſupra probatum fuit, finis operantis etiam primarius, ſimoniam non conſtituat, ſi aliàs ceſſet pactum. Sed ſi verè pecuniæ receptio ſe habet concomitanter ad ſubſtantiam electionis talis perſonæ, quam elector eſſet electurus, etiam non recepta pecunia, & quam eligit v. g. quia eſt digna, aliàs eam non electurus, etiam per pecuniam, hæc ſublimitatio poteſt nō admitti, & cum *Nauar. & Lopez* & alijs abſolutè dici, quòd vbi receptio pecuniæ non eſt cauſa electionis, licet forſan ſit cauſa, quòd electio alacrius fiat, ſimonia non eſt conſummata, & electio non eſt ipſo iure nulla in foro conſcientiæ.

334 Ampliatur verò hæc limitatio, vt vera ſit, nedum vbi pecunia data eſt, electo, vel promoto neſciente, ſed vbi pecunia data ſit ab ipſo electo, vel promoto. *Adrian quodl. 9. nu. 3. Sanchez. d. dub. 116. num. 11.* Et eſt ſententia *Nauar. loco citato* ſtatuentis, vt in foro conſcientiæ ſimonia non noceat, quæ non fuit cauſa quærendi beneficium, quòd ſine ea æquè atque cum illa quæreretur. Vnde ſi vni ſoli ex electoribus data, ſit pecunia, electio facta à maiori parte ſine ſimonia valida eſt in foro conſcientiæ. Verum aduertendum eſt, quòd cum electio excommunicati ſit ipſo iure nulla: ſi electus, ex eo quòd vni ſoli electori dederit pecuniam pro habendo eius ſuffragio ſit excommunicatus, iam ex hoc capite eius electio eſt nulla, non quia electio ſimoniaca ſit, ſi electio fuit à ſufficienti numero vocalium, qui non ſunt labe ſimoniaca infecti; ſed quia eſt electio ſimoniaci excommunicati, & indigni, & inhabilis.

335 In foro autem externo diſtingui debet duplex, vel triplex caſus. Nam, vel loquimur quando pecunia data eſt tantum vni, vel aliquibus paucis electoribus, maiori parte electorum non corrupta; vel quando licet maior pars electorū pecuniam receperit, verè tamen non elegerunt propter illam, ſed ob aliam cauſam principaliter; vel tertiò, quando pecunia data eſt mediatori, vel mediatoribus, ex quorum tamen interceſſione non eſt ſecuta electio; quia, vel non interceſſerunt, vel ex vi interceſſionis illorum non facta eſt electio, ſed propter aliū finē, propter quem etiam nullo intercedente eadem perſona fuiſſet electa. Conueniunt autem iſti caſus in hoc, quòd in nullo eorum electio eſt ipſo iure nulla: Quoniam ex vi *extrauag. 2.* de ſimonia, huiuſmodi electiones non ſunt nullæ; quia cum in dictis caſibus electio non ſit plenè conſummata, non enim habuit effectum; cum electio ex vi cōuentionis ſimoniacæ non euenerit; ideo in his caſibus non habet locum illa extrauagans, quæ interpretari debet de electionibus ſimonia conſummata ſimoniacis. Sed neque in dictis caſibus electio eſt nulla ex *cap. nobis 27. de ſimonia*, quod communiter allegatur, quia in eo eſt euidentiſſimè ſermo de nullitate per ſententiam imponenda, non vero de nullitate ipſo facto, & iure incurrenda. Immò ex *eo cap.* habetur, quod huiuſmodi electiones ſunt damnandæ tanquam ſimonia-

moniaca prauitate præſumptæ, ibi, *eius tamen electio tanquam ſimoniaca prauitate præſumpta eſt penitus reprobanda*. Nec aliud magis affirmant *ibid. Gloſſa, Panormitanus*, & alij; quoniam Pontifex ibi non decernit, niſi electionem illam, in qua vni electorum data eſt pecunia, eſſe reprobandam, quòd etiam aduerterunt *Coſta, Socr. & Reginal. apud Barboſam ad dictum cap. nobis num. 8.*

336 Immò, cum dicat eam electionem reprobandam tanquam ſimoniaca prauitate præſumptam, deducitur quod electio in huiuſmodi caſibus, nec in foro externo, eſt caſſanda, ſi omnibus penſatis ceſſet præſumptio ſimoniæ, & conſtet electionem, non ex ſimonia proceſſiſſe, quàmuis ſimonia adfuerit extrinſecus. Et certè, vt aduertit ibi *Gloſſa, ver. interueniente*, Cęleſtinus Pontifex ſatis apertè innuit electionem tunc ſimoniacam dici, quando pecuniæ, vel promiſſionis pecuniæ interuentione, quis poſtmodum eſt electus; quòd propriè, & formaliter non verificatur, niſi electio ex vi pecunię, vel promiſſionis ſequatur. Quo non exiſtente, in rei veritate, nec in præſumptione; quia conſtat electionem non ſequutam ex vi ſimoniaci pacti, ſeu pretij dati, vel promiſſi, ceſſat ex ea parte ratio reprobandæ electionis.

337 Diſtinguuntur verò illi tres caſus; quia in ſecundo caſu, vt bene aduertunt *Hoſtien. Io. Andr. & Panor.* non poteſt ceſſare præſumptio, niſi cum maxima difficultate; quia nòn eſt credendum electoribus, qui pecuniam ſimoniacè receperunt, ſi dicant ſe nihilominùs, non propter pecuniam receptam, ſed propter aliam cauſam elegiſſe, aliter omnis ſimonia poſſet occultari. Quòd eo eſt verius, quòd qui ſimoniacè pecuniam recepit, eſt ſocius criminis, vnde fidem, non meretur, cum de crimine, & facto proprio deponat. Sed in alijs duobus caſibus, non tam difficile eſſet præſumptionem ſimoniæ fugere. Et præcipuè in primo caſu. Nam ſi v. g. electores ſint ſexaginta, & electus habuerit 50. vota fauorabilia, & conſtiterit, quòd vnus ſolus, vel duo, aut tres ex electoribus pecuniam receperine, ſimul conſtat electionem independenter ab illis prauitate ſimoniaca infectis vim habere, cum illis demptis adhuc remaneat electio, vt facta nedum à maiori parte, ſed pluſquam à duobus tertijs partibus. Itaque ſemper quòd electus demptis ſuffragijs ſimoniacè emptis, habet numerum ſuffragiorum ex lege, & conſuetudine ſtatutum ad valorem electionis, conſtat electionem conſtare ex legitimis votis, & ex vi ſimoniaci pretij, non conſiſtere. Vnde ſi tunc aliàs conſtet, nec illa pauca ſuffragia fuiſſe empta ab electo, vel eo ſciente, & conſentiente, non erit ex hac parte electio caſſanda.

338 Quòd ſi certum ſit, vel legitimè præſumatur electum illa ſuffragia ſibi emiſſe, vel empta fuiſſe eo conſentiente caſſanda erit electio, non tam, quia ſimoniaca, ſed quia electus eſt indignus, & tanquam ſceleſtus, indignus, & ambitioſus, eſt reprobandus *cap. in ſcripturis 8. q. 1. Panor. dic. cap. Nobis, nu. 5.* Et ſi electio caſſanda eſſet, non ex defectu electionis, ſed ex defectu electi.

339 Poſſet tamen eſſe, quòd, etſi inter centum electores vnus ſolus, vel duo, aut tres eſſent ſimonia corrupti, electio, non niſi ex interuentu pacti ſimoniace prodiret, ſi illi tres, vel duo, aut vnus ſint tales, quòd alios ducant, illiſque alij non contradicant. In hoc enim caſu vnius empto voto, omnia cenſentur empta, quæ illum ſequuntur, & in quæ illud influit.

340 Verùm his omnibus ſic explicatis, limitantur prædicta, ponderando, quòd electores de quibus in *d. cap. Nobis* eſt ſermo, erant compromiſſarij. & non ſimplices electores; vnde eligebant, vt vniuerſi, & iure collegij, non verò, vt ſinguli, & iure proprio, vt pater ibi. *Quatuor eſſent à Capitulo conſtituti.* Ex hoc enim colligitur limitatio, vt tum pecunia data vni electori vitiet totam electionem, quæ tunc etiam ipſo iure nulla eſt cenſenda, quando data eſt electori, qui eligit, vt vniuerſi, & iure collegij. Non verò ſi elector ſit ſimplex elector, & eligat nomine proprio. Ita *Barboſa ad dictum cap. Nobis num. 2. ex Rota deciſ. 22. & deciſ. 103. p. 4. diuerſ. & Garzias de Benef. p. 8. cap. 1. num. 10. & 12.* Ideo ſi ſimplici electori detur pecunia, & de hoc etiam conſter in foro externo, ex vi defectus electionis, non debet caſſari electio aliàs exiſtens ſine vitio; quia in hac parte vnius defectus, totum actum non vitiat.

341 Sed ex quo dictum eſt ſimoniam commiſſam ignorante promoto, nec in foro externo, ſic vitiare electionem, vt ipſa ſit ipſo iure nulla, dubium eſſe poteſt, an hoc ſit vniuerſaliter verũ de omni ſimonia, quę ignorante electo committitur, etiam ſi ipſa ſit cauſa electionis, an ipſo iure, ſit irrita nedum in foro externo, ſed etiã in foro cõſcientiæ? Non eſſe enim ipſo iure nullã talem electionẽ ſentiũt *Nauar. l. 5. Conſil. 95. Ludou. Gomez. Reg. de Trien. q. 12. §. & iſta in medio*, & ſatis inclinat *Couar. Reg. peccatum 2. par. §. 8. n. 7. Sanchez l. 2. Conſil. cap. 3. dub. 116. num. 15.* ſed eſſe ipſo iure nullam docuerunt *Panor. cap. penul. de elect. nu. 2. Henriq. l. 14. de irregular. cap. 6. num. 7. & l. 13. de excom. cap. 37. nu. 5. Petr. Nauar. l. 2. de Reſt. cap. 2. n. 429. Caſſad. deciſ. 3. de ſequeſtr. poſſeſs. Couarun. loco citato Suarez lib. 4. de ſimonia cap. 57. num. 35.* & ex *Caſſad. dec. 4. de ſequeſtr. poſſeſs. Capel. Tholoſ. q. 439. Creſcent. dec. 4. de ſimon. Rota deciſ. 191. nu. 1. p. 1. diuerſ. & alys. Pax Iordan. tom. 2. l. 16. tit. 11. num. 9.*

342 Huic verò dubio reſpondetur, quòd etiam de iure antiquo ante Pauli II. vel Martini V. Conſtitutionem, electio ſimoniaca, ſimonia ab alijs ipſo electo ignorante, & inculpato, commiſſa, erat nulla, ipſo iure, & non tantùm irritanda, vel annullanda. Nam licet *c. penult. de elect. & c. de regularibus 25. & cap. nobis 27.* huiuſmodi electio decernatur reprobãda; & quòd dicatur penitùs reprobanda, referri poſſit ad negationem poteſtatis diſpenſandi pro illa vice, vt habet *d. cap. penul.* quam habet Epiſ. in collatione ſimplicis beneficij, vt ibidem habetur, non verò ad nullitatem electionis; & non ſit inuenire textum in decretalibus, in quo expreſsè huiuſmodi electio, ſeu beneficij prouiſio decernatur nulla ipſo facto, & iure; ex ipſis tamen effectibus hoc colligitur. Nam cum decretum fuerit, vt qui ignoranter fuiſſet ex ſimonia electus, ſtatim ac ſciuiſſet ſimoniam, dimittere beneficium, *cap. ex inſinuatione 26. de ſimonia*, ex hoc concluditur, quòd beneficium fuerit nulliter receptum. Non enim eſt veriſimile, quòd per ſolam ſcientiam ſimniæ priuandus eſſet beneficio ille, qui erat eius dominus, cum ſcientia ſimoniæ, nulla ſit culpa in ſciente. Et cum DD. qui ſcripſerunt ante Paulum II. vnanimiter tenuerint electionem ſimoniacè factam ignorante electo eſſe ipſo iure nullam, ſupponentes hoc tanquam certum; ex hoc habemus iura antiqua ita fuiſſe intellecta, vt nullitatem

Digitized by Google

regula illa generaliter diſponit, & non excipit niſi caſum ſimoniæ ſcienter commiſſæ.

330 Limitatur quartò ab aliquibus, vt beneficium, vel officium, vel prouiſio, non ſit ipſo iure nulla, ſi ſimonia committatur, & pecunia detur poſtquam promouendus aliquod ius acquiſiuit ſuper beneficio, vel officio; vt ſi detur pecunia confirmatori pro confirmatione electi, ipſo electo ignorante. *Sylu. v. ſimonia q. 13. dicto 1. Nauar. cap. 25. num. 113. Henriq. l. 13. de excom. cap. 37. nu. 5. Sanchez l. 2. Conſil. cap. 3. dub. 116. nu. 8.* ſed ſupra ex *Panormit.* & alijs hanc limitationem non eſſe admittendam probatum eſt. Nam dare pecuniam pro confirmatione eſt emere confirmationem, & ius acquirendum procurare per pecuniam, & in *extrauag.* 2. de Simonia, æquè tam confirmationes, quàm electiones ſimoniacæ vanæ, & nullæ decernuntur, nec alibi in iure reperitur hæc limitatio, vel eius aſſerendæ fundamentum. *Garzias de benef. p. 8. c. 11. num. 13. Pax Iordan. l. 10. tit. 11. nu. 25.* Qui etiam ſubdit, quòd ſimonia commiſſa, electo ignorante, pro habenda confirmatione, vitiet electionem non ſimoniacè factam; quòd ait eſſe verum per accidens; quia ſcilicet per talem ſimoniam electus ſit inhabilis ad tale beneficium, & ideo amittit etiam ius ad rem, quòd habebat ex vi electionis. *Ugolin. tab. 4. c. 6. num. 4. Garz. p. 7. c. 11. num. 10. & p. 8. c. 1. num. 4.* Sed contrarium ſenſerunt *Suarez cap. 58. num. 7. leſſ. lib. 2. c. 35. num. 138. Bonac. de ſimon. q. 7. p. 2. diſp. 1. nu. 2.* & eſt verum, vt infra probo *q. ſequenti.*

331 Limitatur quintò, vt locum non habeat aſſertio, ſi pecunia data, ignorante prouiſo, non fuerit cauſa promotionis; quia nimirum concomitanter ſe habuit ad promotionem, quæ non defuiſſet, etiam ſi defuiſſet pecunia. In hac tamen limitatione non conueniunt DD. Nam illam non admittunt *Gloſſ. cap. nobis verſ. interueniente, de ſimonia*, & ibi *Io. Andr. & Felin. in fine, Rebuff. in concor. rubr. de elect. verbo & ſimoniacis circa initium*. Alij verò diſtinguunt. Nam ſi pecunia data eſt electori, vel collatori &c. limitatio, non tenet. Sed ſi pecunia data eſt alicui tertio mediatori, ignorante promouendo, tunc limitatio vera eſt, & promotio, eſt valida. *Hoſtien. cap. tanta, de ſimon. & ibi Innoc. nu. 2. Anchar. cap. nobis, de ſimon. num. 5. & ibi Panorm. nu. 5. Amon. nu. 7. Turrecrem in cap. ſicut nonnulli num. 5. 1. q. 1.* Sed alij abſolutè admittunt limitationem. Quia non eſt ſimonia realis conſummata, ſi pecunia recepta non eſt cauſa promotionis, ſeu electionis, aut collationis &c. Pœnæ verò latæ contra ſimoniacos in illa *extrauag.* 2. non afficiunt, niſi ſimoniam conſummatam. *Nauar. cap. 25. num. 113. Rodriq. tom. 2. cap. 19. num. 6. Ludou. Lopez p. p. cap. 256. Henriq. l. 13. de excom. cap. 3. nu 5. Adrian. quodl. 9. a. 3.* paulò poſt principium. *Sanchez d. dub. 116. nu. 19. Pax Iordan. tom. 2. lib. 10. §. 11. num. 16.*

332 Sed vt hæc limitatio admittatur, nonnulla adnotanda ſunt. Primum eſt, quòd debet intelligi in foro conſcientiæ, vt explicant *Nauar. & Sigiſm. dub. 55. num. 11.* nam in foro fori, maximè ſi pecunia data ſit electoribus, quis credet illis dicentibus, ſe non elegiſſe ob pecuniam receptam, ſed aliundè, & alia cauſa? *Io. Andr. in cap. nobis de ſimon.* Et Canoniſtæ ſupra citati in foro externo loquuntur.

333 Vt verò, etiam in foro conſcientiæ, limitatio admittatur, neceſſe eſt, vt pecunia, nedum non ſit cauſa adæquata, ſed nec ſit concauſa. Poteſt enim quis agere principaliter propter plures fines principales proximos, & ita poteſt elector eligere aliquem quia eſt dignus, & quia recepit pecuniam, vt eligeret eum, & ſic fieri animoſior, vt eligat, propter pecuniam receptam. *Sanchez d. dub. 116. nu. 10.* Vnde nec valet diſtinctio de fine primario, vel ſecundario; quià ſi verè ex pacto ob pecuniam datur ſpirituale, ſiue hoc primariò, ſiue ſecundariò fiat, fit rei ſacræ iniurioſum. *Pax Iordan. vbi ſup. num. 15.* Quamuis, vt ſupra probatum fuit, finis operantis etiam primarius, ſimoniam non conſtituat, ſi aliàs ceſſet pactum. Sed ſi verè pecuniæ receptio ſe habeat concommitanter ad ſubſtantiam electionis talis perſonæ, quam elector eſſet electurus, etiam non recepta pecunia, & quam eligit v. g. quia eſt digna, aliàs eam non electurus, etiam per pecuniam, hæc ſublimitatio poteſt nõ admitti, & cum *Nauar. & Lopez* & alijs abſolutè dici, quòd vbi receptio pecuniæ non eſt cauſa electionis, licet forſan ſit cauſa, quòd electio alacrius fiat, ſimonia non eſt conſummata, & electio non eſt ipſo iure nulla in foro conſcientiæ.

334 Ampliatur verò hæc limitatio, vt vera ſit, nedum vbi pecunia data eſt, electo, vel promoto neſciente, ſed vbi pecunia data ſit ab ipſo electo, vel promoto. *Adrian. quodl. 9. nu. 3. Sanchez d. dub. 116. num. 11.* Et eſt ſententia *Nauar. loco citato* ſtatuentis, vt in foro conſcientiæ ſimonia non noceat, quæ non fuit cauſa quærendi beneficium, quòd ſine ea æquè atque cum illa quæreretur. Vnde ſi vni ſoli ex electoribus data, ſit pecunia, electio facta à maiori parte ſine ſimonia valida eſt in foro conſcientiæ. Verum aduertendum eſt, quòd cum electio excommunicati ſit ipſo iure nulla: ſi electus, ex eo quod vni ſoli electori dederit pecuniam pro habendo eius ſuffragio ſit excommunicatus, iam ex hoe capite eius electio eſt nulla, non quia electio ſimoniaca ſit, ſi electio fuit à ſufficienti numero vocalium, qui non ſunt labe ſimoniaca infecti; ſed quia eſt electio ſimoniaci excommunicati, & indigni, & inhabilis.

335 In foro autem externo diſtingui debet duplex, vel triplex caſus. Nam, vel loquimur quando pecunia data eſt tantum vni, vel aliquibus paucis electoribus, maiori parte electorum non corrupta; vel quando licet maior pars electorũ pecuniam receperit, verè tamen non elegerunt propter illam, ſed ob aliam cauſam principaliter; vel tertiò, quando pecunia data eſt mediatori, vel mediatoribus, ex quorum tamen interceſſione non eſt ſecuta electio; quia, vel non interceſſerunt, vel ex vi interceſſionis illorum non facta eſt electio, ſed propter aliũ finẽ, propter quem etiam nullo intercedente eadem perſona fuiſſet electa. Conueniunt autem iſti caſus in hoc, quòd in nullo eorum electio eſt ipſo iure nulla: Quoniam ex vi *extrauag.* 2. de ſimonia, huiuſmodi electiones non ſunt nullæ; quia cum in dictis caſibus electio non ſit plenè conſummata, non enim habuit effectum; cum electio ex vi cõuentionis ſimoniacæ non euenerit; ideo in his caſibus non habet locum illa extrauagans, quæ interpretari debet de electionibus ſimonia conſummata ſimoniacis. Sed neque in dictis caſibus electio eſt nulla ex *cap. nobis 27. de ſimonia*, quod communiter allegatur, quia in eo eſt euidentiſſimè ſermo de nullitate per ſententiam imponenda, non vero de nullitate ipſo facto, & iure incurrenda. Immò ex *eo cap.* habetur, quod huiuſmodi electiones ſunt damnandæ tanquam ſimonia-

moniaca prauitate præſumptæ, ibi, *eius tamen electio tanquam ſimoniaca prauitate præſumpta eſt penitus reprobanda.* Nec aliud magis affirmant *ibid. Gloſſa, Panormitanus.* & alij; quoniam Pontifex ibi non d[illegible] ernit, niſi electionem illam, in qua vni electorum data [illegible] pecunia eſſe reprobandam, quòd etiam aduerterunt *[illegible] ſtia, Boer. & Reginal. apud Barboſam ad dictum cap. nobis num. 8.*

336 Immo, cum dicat eam electionem reprobandam tanquam ſimoniaca prauitate præſumptam, deducitur quod electio in huiuſmodi caſibus, nec in foro externo, eſt caſſanda, ſi omnibus penſatis ceſſet præſumptio ſimoniæ, & conſtet electionem non ex ſimonia proceſſiſſe, quamuis ſimonia adfuerit extrinſecus. Et certè, vt aduertit ibi *Gloſſa, ver. interueniente,* Cęleſtinus Pontifex ſatis apertè innuit electionem tunc ſimoniacam dici, quando pecuniæ, vel promiſſionis pecuniæ interuentione, quis poſtmodum eſt electus; quòd propriè, & formaliter non verificatur, niſi electio ex vi pecunię, vel promiſſionis ſequatur. Quo non exiſtente, in rei veritate, nec in præſumptione; quia conſtat electionem non ſequutam ex vi ſimoniaci pacti, ſeu pretij dati, vel promiſſi, ceſſat ex ea parte ratio reprobandæ electionis.

337 Diſtinguuntur verò illi tres caſus; quia in ſecundo caſu, vt bene aduertunt *Hoſtien. Io. Andr. & Panor.* non poteſt ceſſare præſumptio, niſi cum maxima difficultate; quia non eſt credendum electoribus, qui pecuniam ſimoniacè receperunt, ſi dicant ſe nihilominùs, non propter pecuniam receptam, ſed propter aliam cauſam elegiſſe, aliter omnis ſimonia poſſet occultari. Quòd eo eſt verius, quòd qui ſimoniacè pecuniam recepit, eſt ſocius criminis, vnde fidem, non meretur, cum de crimine, & facto proprio deponat. Sed in alijs duobus caſibus, non tam difficile eſſet præſumptionem ſimoniæ fugere. Et præcipuè in primo caſu. Nam ſi v.g. electores ſint ſexaginta, & electus habuerit 50. vota fauorabilia, & conſtiterit, quòd vnus ſolus, vel duo, aut tres ex electoribus pecuniam receperint, ſimul conſtat electionem independenter ab illis prauitate ſimoniaca infectis vim habere, cum illis demptis adhuc remaneat electio, vt facta nedum à maiori parte, ſed pluſquam à duobus tertijs partibus. Itaque ſemper quòd electus demptis ſuffragijs ſimoniacè emptis, habet numerum ſuffragiorum ex lege, & conſuetudine ſtatutum ad valorem electionis, conſtat electionem conſtare ex legitimis votis, & ex vi ſimoniaci pretij, non conſiſtere. Vnde ſi tunc aliàs conſtet, nec illa pauca ſuffragia fuiſſe empta ab electo, vel eo ſciente, & conſentiente, non erit ex hac parte electio caſſanda.

338 Quòd ſi certum ſit, vel legitimè præſumatur electum illa ſuffragia ſibi emiſſe, vel empta fuiſſe eo conſentiente caſſanda erit electio, non tam, quia ſimoniaca, ſed quia electus eſt indignus, & tanquam ſceleſtus, indignus, & ambitioſus, eſt reprobandus *cap. in ſcripturis 8. q. 1. Panor. dic. cap. Nobis, nu. 5.* Et ſi electio caſſanda eſſet, non ex defectu electionis, ſed ex defectu electi.

339 Poſſet tamen eſſe, quòd, etſi inter centum electores vnus ſolus, vel duo, aut tres eſſent ſimonia corrupti, electio, non niſi ex interuentu pacti ſimoniacè prodiret, ſi illi tres, vel duo, aut vnus ſint tales, quòd alios ducant, illiſque alij non contradicant. In hoc enim caſu vnius empto voto, omnia cenſentur empta, quæ illum ſequuntur, & in quæ illud influit.

340 Verùm his omnibus ſic explicatis, limitantur prædicta, ponderando, quòd electores de quibus in *d. cap. Nobis* eſt ſermo, erant compromiſſarij. & non ſimplices electores; vnde eligebant, vt vniuerſi, & iure collegij, non verò, vt ſinguli, & iure proprio, vt patet ibi. *Quatuor eſſent à Capitulo conſtituti.* Ex hoc enim colligitur limitatio, vt tum pecunia data vni electori vitiet totam electionem, quæ tunc etiam ipſo iure nulla eſt cenſenda, quando data eſt electori, qui eligit, vt vniuerſi, & iure collegij. Non verò ſi elector ſit ſimplex elector, & eligat nomine proprio. Ita *Barboſa ad dictum cap. Nobis num. 2. ex Rota deciſ. 22. & deciſ. 103. p. 4. diuerſ. & Garzias de Benef. p. 8. cap. 1. num. 10. & 12.* Ideo ſi ſimplici electori detur pecunia, & de hoc etiam conſtet in foro externo, ex vi defectus electionis, non debet caſſari electio aliàs exiſtens ſine vitio; quia in hac parte vnius defectus, totum actum non vitiat.

341 Sed ex quo dictum eſt ſimoniam commiſſam ignorante promoto, nec in foro externo, ſic vitiare electionem, vt ipſa ſit ipſo iure nulla, dubium eſſe poteſt, an hoc ſit vniuerſaliter verũ de omni ſimonia, quę ignorante electo committitur, etiam ſi ipſa ſit cauſa electionis, an ipſo iure, ſit irrita nedum in foro externo, ſed etiã in foro cõſcientiæ? Non eſſe enim ipſo iure nullã talem electionẽ ſentiũt *Nauar. l. 5. Conſil. 95. Ludou. Gomez. Reg. de Trien. q. 12. §. & iſta in medio,* & ſatis inclinat *Couar. Reg. peccatum 2. par. §. 8. n. 7. Sanchez l. 2. Conſil. cap. 3. dub. 116. num. 15.* ſed eſſe ipſo iure nullam docuerunt *Panor. cap. penul. de elect. nu. 2. Henriq. l. 14. de irregular. cap. 6. num. 7. & l. 13. de excom. cap. 37. nu. 5. Petr. Nauar. l. 2. de Reſt. cap. 2. n. 429. Caſſad. deciſ. 3. de ſequeſtr. poſſeſſ. Couarru. loco citato Suarez lib. 4. de ſimonia cap. 57. num. 35.* & ex *Caſſad. dec. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. Capel. Tholoſ. q. 439. Creſcent. dec. 4. de ſimon. Rota deciſ. 191. nu. 1. p. 1. diuerſ. & alijs. Pax Iordan. tom. 2. l. 16. tit. 11. num. 9.*

342 Huic verò dubio reſpondetur, quòd etiam de iure antiquo ante Pauli II. vel Martini V. Conſtitutionem, electio ſimoniaca, ſimonia ab alijs ipſo electo ignorante, & inculpato, commiſſa, erat nulla ipſo iure, & non tantùm irritanda, vel annullanda. Nam licet *c. penult. de elect. & c. de regularibus 25. & cap. nobis 27.* huiuſmodi electio decernatur reprobãda; & quòd dicatur penitùs reprobanda, referri poſſit ad negationem poteſtatis diſpenſandi pro illa vice, vt habet *d. cap. penul.* quam habet Epiſ. in collatione ſimplicis beneficij, vt ibidem habetur, non verò ad nullitatem electionis; & non ſit inuenire textum in decretalibus, in quo expreſsè huiuſmodi electio, ſeu beneficij prouiſio decernatur nulla ipſo facto, & iure; ex ipſis tamen effectibus hoc colligitur. Nam cum decretum fuerit, vt qui ignoranter fuiſſet ex ſimonia electus, ſtatim ac ſciuiſſet ſimoniam, dimitteret beneficium, *cap. ex inſinuatione 26. de ſimonia,* ex hoc concluditur, quòd beneficium fuerit nulliter receptum. Non enim eſt veriſimile, quòd per ſolam ſcientiam ſimoniæ priuandus eſſet beneficio ille, qui erat eius dominus, cum ſcientia ſimoniæ, nulla ſit culpa in ſciente. Et cum DD. qui ſcripſerunt ante Paulum II. vnanimiter tenuerint electionem ſimoniacè factam ignorante electo eſſe ipſo iure nullam, ſupponentes hoc tanquam certum; ex hoc habemus iura antiqua ita fuiſſe intellecta, vt nulli-

tatem

tatem electionis, ſeu collationis inducerent.

343 Sed dicitur ſecundò, quòd clarius ex iure *extrauag.* 2. de ſimonia electio, ſeu prouiſio quæcunque, interueniente ſimonia perfecta, etiam electo, & promoto ignorante, eſt de facto ipſo iure nulla & irrita, & electus, ſeu promotus nullum ius acquirit. Nam oppoſitum eſt directè contra decretum illius *extrauag* in qua decernitur, quòd per *electiones &c. & quaſcumque diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe fieri, & quæ viribus omnino careant &c. cuiquam ius nullatenus acquiratur, nec inde faciat aliquis fructus ſuos &c.* Eſt verò euidens illam electionem fieri labe ſimoniaca, quæ fit ſimonia interueniente & influente. Nec illa *extrauag.* ſolùm loquitur contra ſimoniacè obtinentem beneficium, vt ait *Sanchez*, ſed contra quemcumque habentem beneficium per diſpoſitionē ſimoniaca labe factam, quòd in omni ſermonis proprietate verificatur in eo, qui ignoranter habet beneficium per ſimoniam ab alijs ſibi emptum.

344 Hinc eſt, quòd iure antiquo electus per ſimoniam ignoranter non tenebatur reſtituere fructus conſumptos tempore ignorantiæ, vt docet *D. Th. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 3.* tenebatur tamen reſtituere fructus extantes, vt docent etiam *D. Anton. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 11. Sylu. v. ſimonia q. 13. dic. 8. Roſel. ſim. 6. num. 3. Victor. Relec. 11. p. 2. nu. 8. Rodriq. tom. 2. cap. 66. nu. 3. Sotus l. 9. de iuſt. q. 8. a. 1. ad 3. Angelus v. ſimonia 7. n. 3.* quod non eſſet verum, ſi prouocatus fuiſſet dominus beneficij, quia tunc fecisset fructus ſuos, nec teneretur reddere fructus extantes; quia percepti fuiſſent tunc, cum beneficiatus verum titulum beneficij habebat, & iure poſſidebat. Sed & nunc tenetur, & tunc tenebatur reddere fructus extantes, imò & fructus bona fide conſumptos, pro quanto factus fuiſſet ex illis ditior, quia fructus non erant ſui; ſicut tuum non erat beneficium; & quamuis bona fide poſſideret, tamen poſſeſſor bonæ fidei tenetur reſtituere id in quo factus eſt ditior, vt aduertunt *Soto l. 9. de iuſt. q. 8. a. 1. ad 3. & Angelus v. ſimonia 7. n. 3.* Et primus inter DD. fuit *Nauar. qui dixerit l. 5. conſil. 71. & 97.* beneficiatum in hoc caſu non teneri reſtituere fructus perceptos tempore ignorantiæ, quòd dixit conſequenter, quia tenuit omnium primus, quòd beneficiatus ſimoniam ignorans, ſit beneficij dominus.

345 Ampliatur ſextò, iuxta ſuperiùs determinata, vt aſſertio intelligatur nedum de omnibus beneficijs, quæ propriè beneficia ſunt, ſed de omnibus officijs, præcipuè quæ titulum habent, licet non perpetuum, & adminiſtrationem ordinariam, & non purè delegatam ad libitum delegantis amouibilem. Et nedum de electionibus canonicis, & beneficiorum collationibus, ſed de omni prouiſione per quam quicumque prouidetur de quocumque, vel officio, vel beneficio Eccleſiaſtico. Omnes enim huiuſmodi prouiſiones, ſi ſunt ſimoniacæ, eo ipſo nullæ ſunt, & inualidæ, & promotus nullum ius acquirit, etiam ſi ſimonia ſit occulta, & commiſſa ignorante, & non contradicente eo, qui promouetur.

346 Verùm hæc ampliatio negatur ab aliquibus. Nam ſolas prouiſiones beneficiorum eſſe ipſo iure nullas, non verò prouiſiones eorum officiorum, quæ non ſunt propriè beneficia, & ideo electiones ſeu prouiſiones ad Prælaturas regulares non eſſe ipſo iure nullas, tenent *Pax Iordan. tom. 2. l. 10. tit. 11. num. 158. & 163. ex Nauar. Leſſ. Azor. & Bonac.* Item *Bordon. contr. 31. num. 3. Gibalinus c. 23. conſec. 7. nu. 1. & 4.* Sed hæc ſententia aduerſatur expreſsè vero *extrauag. Pauli II. vt ſupra num. . . .* probatum eſt, & etiam decreto *Vrbani II. in Concil. Placent.* quod habetur *cap. ea quæ 5. 1. q. 3.* ibi. *Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, vel in Eccleſiaſticis rebus, vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas vnquam vires habere cenſemus.* Non eſt ergo diſcrimen aliquod, ſed in cuiuſcumque Eccleſiaſticæ rei acquiſitatione, quòd ſtatuto Eccleſiæ irritabile eſt, ſi pecunia obtinetur, irritum eſt, ac nullum; & ita nullum, vt in nullo vnquam tempore aliquas vires habere poſſit, vt explicat etiam *Turrecrem.* ibi Non ergo eſt facienda diſtinctio, ſed & in Regularibus, electiones, vel collationes ſimoniacas eſſe ipſo iure nullas tenendum eſt, ſicuti tenent DD. ſupra *num. 275.* citati.

347 Dubium verò eſſe poteſt de penſione Eccleſiaſtica; quia cum non ſit propriè beneficium, videtur, quòd ſimonia in collatione penſionis non ſubijciatur pœnæ extrauag. 2. de ſimonia, vnde hoc tenuerunt *Nauar. cap. 23. n. 103. Couar. in regul. peccatum p. 2. §. 8. nu. 7. Vgol. tab. 1. c. 5. Leſſ. l. 2. c. 35. dub. 27. num. 149. Filliuc. tom. 3. de ſimon. c. 13. q. 5. num. 15.* vbi teſtatur de ſtylo curiæ, & pœnitentiariæ. *Reginal. l. 21. num. 181. Barboſ. ad d. extrau. 2. de ſimonia num. 9. Pax Iordan. tom. 2. l. 10. tit. 11. num. 159.* Et quantum ad pœnas illius extrauag. hoc eſt probabile; quia penſio propriè nec eſt officium Eccleſiaſticum, nec beneficium. *Barboſa Appellat. 32. nu. 2.* Sed quantum ad pœnam nullitatis ipſo iure, & obligationem reſignationis eiuſdem penſionis, etiam in conſcientia, dicendum eſt per ſimoniacam collationem pēſionis incurri, ex præfato decreto Vrbani II. confirmato in eadem extrauag. 2. de ſimonia.

348 Et quidquid modò ſit de ea *quæſt.* an leges imponentes pœnam ipſo facto, obligent in conſcientia ante ſententiam declaratoriam, non habet locum illa quæſtio in eo decreto Vrbani II. in quo cum expreſsè decernatur huiuſmodi ſimoniacas acquiſitiones eſſe adeo irritas, vt nunquam vires aliquas habeant; ſequitur quòd neque in foro conſcientiæ vires habeant, & quòd ſemper ſint res alienæ, Eccleſia nolente vt transferatur dominium in acquiſitione ſimoniaca, & propterea qui huiuſmodi acquiſita retinent fures ſint, & alienum inuito Domino teneant. Et quod iſta nullitas ab antiquo etiam in foro conſcientiæ ligauerit, conſtat ex *c. Matthæus* de ſimonia: in quo cum fuiſſet ſermo de ſimonia occulta cōmiſſa ab amico in electione cuiuſdam Clerici, Pontifex conſulit electo, vt pro conſcientiæ ſuę ſecuritate dimittat adminiſtrationem. Vnde eſt, quòd vt dictum fuit *num. 344.* antiqui DD. tenuerunt, promotum ſimoniacè etiam ignoranter, vbi poſtea notitiam habeat ſimoniæ, teneri dimittere officium, & reſtituere fructus extantes. In extrauag. autem 2. de ſimonia clariùs etiam habetur, hanc nullitatem eſſe talem etiam in foro conſcientiæ.

349 Ampliatur ſeptimo dicta aſſertio principalis, vt locum habeat etiam in ſimonia conuentionali conſummata ex parte traditionis rei ſpiritualis, ſeu in propoſito noſtro, ex parte electionis. Sed, & licet iuxta ſuperiùs probata videretur dicendum electionem ſimoniacè factam nō eſſe nullam ipſo facto ante traditionem pretij, per quam ſimonia perficitur, & completur. Probatum enim eſt pœnas

ſed

contra ſimoniam non incurri, niſi ſimonia ſit conſummata etiam ex parte traditionis pretij. In qua ſententia electio ſeu beneficij collatio hoc modo ſimoniaca ante ſolutionem pretij, an dici deberet nec valida, nec inualida, vt voluit *Nauar.c.23. n. ... Commen.in c.fin.de ſimon.n.11.* vel dici deberet valida, ſed infirma, vt vult *Suarez.d.cap.57.n.54.* ... o eſſet de nomine: & certè aliquo modo valida eſſet, quia beneficiatus, antequam ſoluat pretium, non teneretur in conſcientia reſignare beneficium, vel fructus eius, donec condemnaretur, nec eſſet excommunicatus. Sed inualida eſſet, quia ſoluto pretio ſtatim eſſet nulla, & teneretur beneficiatus, etiam in conſcientia dimittere beneficium, & eſſet excommunicatus.

350 An verò nullitas ſoluto pretio retrotraheretur, & beneficiatus teneretur reddere fructus perceptos ante ſolutionem pretij, affirmant plures ex ſtylo curiæ. Sed non deſunt, qui in foro conſcientiæ dicant huiuſmodi fructus non eſſe obnoxios reſtitutioni ante condemnationem; tanquam perceptos tunc cum prouiſio ſeu collatio beneficij nondũ erat nulla ipſo iure, ſic enim ſẽtiunt Leſſius *l.2.c.35. dub.27. Henric.l.de excom.cap.19. Suarez dic.cap.57. num.36.*

351 Pariter dicunt aliqui, quòd ſi prouiſus ſimoniacè de beneficio, ante ſolutionem pretij, acquirat ſine ſimonia aliud beneficium, quòd ſoluto poſtea pretio, & collatio alterius beneficij ſit nulla tanquam facta excommunicato. Sed DD. *num.ſup.citati*, negant hoc in foro conſcientiæ, aſſerentes hunc beneficiatum nõ teneri in conſcientia reſignare alia beneficia tempore illo intermedio acquiſita, donec condemnetur.

352 Nihilominùs doctrina illa *quaeſt.13.* tradita limitanda eſt, vt etiam ibidem inſinuatum fuit, & dicendum, quòd etiam in ſimonia conuentionali promotio ſit ipſo iure irrita, & nulla. Nam hoc clarè diſponitur in *cap.ea qua 5.1.q.3.* ibi. *Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, vel in eccleſiaſticis rebus, vel data, vel promiſſa pecunia acquiſitum eſt, nos irritum eſſe, & nullas vires vnquam habere cenſemus.* Quod enim acquiſitum eſt promiſſa pecunia eſt ſimoniacũ ſimonia conuentionali, & tamen decernitur irritum. Nec obſtat, ſi dicatur, non poſſe hoc intelligi de nullitate ipſo facto; quia Vrbanus II. loquitur ibi etiam de ſimonia in ordine, & tamen acquiſitio ordinis non eſt ipſo iure irrita. Quia, ſi hæc ratio valeret, hæc ſimoniaca acquiſitio, neque eſſet irritanda; quia character acquiſitus per ordinem eſt indelebilis; vnde ordo ex hac parte licet ſimoniacè acceptus, nec eſt irritus, nec irritabilis. Dicitur propterea ſenſum decreti Vrbani eſſe, quòd acquiſitio ſacri ordinis, aut rei Eccleſiaſticæ ſpiritualis, quæ fit aut data aut promiſſa pecunia eſt irrita, & nullarum virium pro ea parte, pro qua eſt irritabilis ab Eccleſia. Et quia acquiſitio beneficij poteſt per Eccleſiam irritari, cenſetur irrita, ſi fiat, aut data, aut etiam promiſſa pecunia. Et hoc confirmatur; quia cum ſimonia de qua eſt ſermo in *cap.cum clerici*, de pactis, ſit conuentionalis, nihilominùs conſideratur, quòd præcipitur, vt tales ſimoniaci acquiſitis beneficijs ſpolientur. ponderando igitur illud verbum *Spolietis*, deducitur quòd cum ſit verbum, quod importat nudum factum & iuris executionem; ideo importat ſententiam latam ipſo iure *Felin.in cap.2. num.3. &* *in cap.Rodulphus nu.25.de reſcript.& cap.inſinuatum in princ.de ſimonia, & ex eo Pax Iordan.tom.2.l.10. tit.11.num.33. Suarez l.5.de legib cap.6.nu.25. Rebuff. Tiraquell. Farin,* quos refert & ſequitur *Barboſa dict.382.*

353 Vbi igitur quæritur, an pœnæ latæ contra ſimoniam locum habeant in ſimonia conuentionali, diſtingui debet iuxta diſtinctionem *Rota dec. 80.l.2. coram Puteo, & deciſ.83.p.3.lib.1.& deciſ.145.& 550. l.3.diuerſ. & deciſ.201.p.1.& dec.252. nu.3. p.2.coram Vetall.& dec.2.de ſimon. coram Achille de Graſſis, & dec.3.de ſimon. coram Creſcent. & dici*, quòd in ſimonia conuentionali locum non habeant pœnæ latæ contra ſimoniam in extrauag. Pauli II. ſed ſolùm ſimoniæ reali conueniunt; prout in multis cauſis ſæpe deciſum fuiſſe à *Rota* ſe præſente teſtatur *Sarnen.in regula de trienal.q.12.vet.* ſed quod regulæ, apud *Pax Iordan.d.tit.11.num.37.* citans pro eadem ſententia *Mandoſ.& Garziam.* Sed loquendo de pœnis antiquorum canonum, conſideranda eſt illorum diſpoſitio. Et quia pœna nullitatis impoſita eſt etiam pro ſimonia conuentionali completa per traditionem rei ſpiritualis, licet ſolum promiſſa pecunia, ideo quantum ad hanc pœnam vera eſt ſententia *Caiet.* & aliorum quos ſupra *d.quæſt.* & dicendum eſt acquiſitionem beneficij factam pecunia promiſſa eſſe ipſo iure nullam. *Pax Iordan.dic.tit.11.n.35.& ſeq.* Vnde non eſt, cur quantum ad hanc partem allegetur ſtylus curiæ ſuper quo ſe fundat *Gibalinus q.23.de ſimonia conſectar.13.* quia vt ex citatis Rotis conſtat, quantum ad nullitatem promotionis, & inhabilitatem ad beneficia, ſtylus curiæ eſt, vt ob ſimoniam conuentionalem completam per traditionem rei ſpiritualis huiuſmodi pœnæ incurrantur.

354 Ampliatur octauo, ab aliquibus, vt aſſertio vera ſit etiam de electione ſummi Pontificis, ita vt, & illa ſi fiat ſimoniacè ſit ipſo iure nulla. Nam iure antiquo electio ſimoniaca Papæ non erat nulla, vt patet *cap. licet de elect.* ſed Iulius II. extrauag. edidit, quæ fuit confirmata in *Concil. Later.* decreuit, vt nec electio Papæ valeat ſi fiat ſimoniacè, & excommunicat Cardinales ſede vacante illi contrauenientes. Et ideo etiam Papę electionem ſimoniacè factam eſſe nullam tradiderunt *Nauar.cap.27. num.110. Caiet. v.excom.cap.24. Vict. Relec.11.par.2. num.5. Sanchez l.2.Conſil.cap.3.dub.104.nu.12. Gambat. & Bonac.* quos refert, & ſequitur *Barboſa de iure Eccleſ.l.p.cap.p.num.111. Pax Iordan.tom.2.l.10. tit.11.num.155.& 169.*

355 Et nihilominus *Suarez lib.4. de ſimon.c.57.nu. vlt.* quẽ ſequitur *Gibalinus q.22.n.7.* exiſtimat ius cõmune contẽtum in *c.licet de electione*, vbi ſtatuitur vt electus in Papam duabus partibus ex tribus ſine vlla exceptione recipiatur, quod confirmatur *cap. vt periculum 3.de elect.in ſexto*, adhuc vigere, nec poſſe contra electionem Papæ excipi ex capite ſimoniæ, nec etiam in vi Conſtit. Iulij Secundi. Tum quia illa nunquam videtur fuiſſe vſu recepta. Tum quia per Conſtitut. 85. Pij Quarti derogata intelligitur. Verùm de his, erit commodior dicendi locus infra.

356 Ampliatur nono, vt etiam mediatores ſimoniæ, & Proxenetæ nedum teneantur reſtituere pretium, iuxta infra dicenda, ſed teneantur etiam reſtituere fructus beneficiorum in defectum beneficiatorum, & quidem nedum fructus à ſimoniaco beneficiato perceptos, ſed etiam eius culpa, & negligen-

tia

tia non perceptos, iuxta ſuperiùs explicata de beneficiato ipſo ſimoniaco. Et ratio eſt; quia mediatores cenſentur cauſa, & cooperantes damni; at vero dantes cauſam, & cooperantes damno tenentur ad reſtitutionem in defectum principaliter obligatorum. Ita ex *Nauar. de dat. & accep. notab.22. Azor.n.3.lib.12.c.24.q.3. Banac. de ſimon. q.7. part.3. Theſaur. de ſimonia, cap.2. Pax Iordan.l.10.tract.11.nu.51.* Qui idem ſentiunt de illis, qui cooperantur, vt beneficia dentur excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, vel irregularibus. Ex quibus eadem ratione ſequitur, quòd huiuſmodi mediatores teneantur ad reſtitutionem beneficij à beneficiato ſimoniacè accepti eorum opera mediante, ideoque facere debeát id, quod poſſunt vt beneficium reſtituatur; nam qui eſt cauſa damni tenetur ad reſtitutionem in defectum principalis.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacè electus eſt priuandus omnibus dignitatibus, & officijs ante ſimoniam habitis. n.357.*
2 *Simoniacus in beneficio non eſt ipſo iure priuatus beneficijs, & officijs, quæ ante ſimoniam obtinnerat. num.358*
3 *Cap. Inquiſitionis de ſimonia explicatur. n.359.*
4 *Simoniacus non eſt ſuſpenſus à beneficio ante ſimoniam obtento. n.360.*
5 *Ex vi Conſtitut. Pauli II. ſimoniacus non eſt ipſo facto depoſitus. nu.361.*
6 *Simonia non eſt propriè hæreſis, nec æquiparatur hæreſi in omnibus pœnis. nu.362.*
7 *In ſimonia cõfidentiali, ſimoniacus eſt ipſo facto priuatus omnibus beneficijs. n.363.*
8 *Et nihilominus illum non teneri dimittere beneficium ante ſententiam declaratoriam multi tenent. ibidem.*
9 *Simoniacè electus in Papam eſt ipſo facto priuatus beneficijs. Quod tamen aliqui negant. n.364.*
10 *Examinatores ad beneficia, ſi ſimoniam committãt, ſunt ipſo facto priuati beneficijs & inhabiles ad alia recipienda. nu.365.*
11 *In ambitioſa munerum largitione Regulares ſunt ipſo facto priuati omnibus beneficijs, dignitatibus, & officijs, & inhabiles ad alia. n.366.*
12 *Per priorem actum ſimoniacè habitum; ideoq; nullum, ipſo facto annullantur actus ſequentes non vero econtrà. nu.367.*
13 *Confirmatio ſimoniaca non irritat electionem factã ſine ſimonia, ſed ſic electus poteſt ex diſpenſatione fieri capax, vt confirmetur. nu.368.*
14 *Simoniacus in vno beneficio non tenetur reſtituere ante ſententiam fructus ulterius beneficij. nu.369.*
15 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſimoniacum priuare fructibus alterius beneficij in pœnam. n.369.*
16 *Simoniacus ante ſententiam, beneficia ante ſimoniã obtenta poteſt permutare, vel obtinere ſuper illis diſpenſationem à Papa. num.370.*

357 QVæritur decimoquinto. An ſimoniacus in beneficio ſit ipſo iure priuatus dignitatibus, & beneficijs alias ſine ſimonia requiſitis? Simoniacè electum, ſeu promotum ad dignates, beneficia, & officia Eccleſiaſtica eſſe priuandum alijs etiam dignitatibus, beneficijs & officijs, quæ ante ſimoniam legitimè poſſidebat; habetur ex multis Canonibus, nimirum *cap. Presbyter 3.1.q.1.* vbi presbyter, qui per pecuniam obtinuerit Eccleſiam, decernitur etiam ſpoliandus honore ſacerdotij. Et *cap.110. eod. tit.* ſimoniacos deponendos eſſe Apoſtolica authoritate ſancitur. Et *cap. cum ſuper 2. confeſſis*, Canonicus, qui pro præſtando alterius electioni conſenſu pecuniam receperat, ab omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico deponitur. Et *cap. ſicut 6. de ſimonia*, ſtatim ac ſimoniæ ſigna per aliquam perſonam apparuerint, decernitur eam de Eccleſia Dei priuari debere atque repelli, & *cap. de hoc 15. eod. tit.* ſancitur, ſimoniacos ab altaris miniſterio perpetuò eſſe deponendos. Cum verò depoſitio ab homine lata vel contineat, vel coniunctam habeat priuationem beneficiorum, & expreſsè etiam in prætatis capit. contineatur pœna depoſitionis ab omni officio, & beneficio; conſtat ſimoniacos confeſſos in iudicio, vel conuictos priuandos eſſe beneficijs, & deponendos.

358 Sed vlteriùs ſimoniacos in beneficio eſſe ipſo facto & iure priuatos omni beneficio Eccleſiaſtico tenuerunt *Rebuff. de pacificis poſſeſſionibus num. 265. & tit. de modis amittendi beneficia numer.33. & ſeqq. Bernard. Diaz in practica numer.131.* Sed communis ſententia tenet oppoſitum. *Panorm. in cap. cum Clerici de pactis num.2. Felin. cap. inſinuatum de ſimonia. Anton. cap. Niſi cum pridem de renunc. in 6. Prapoſ. cap. Presb. n.6.1.q.1. Vgolin. tab.1. cap.19. & tab.4. cap.6.§.6. Suarez lib.4. de ſimonia cap.58. num.4. Rota coram Millin. deciſ.227.nu.3. ex Pulliot. deciſ.53. Henriq. lib.3. cap.57. num.5. Auila p. diſp.5. fin. Layman. p.4. tract.10. cap. vlt. nu.74. Fillinc. tract.45. c.13. q.9. n.1. Diaz prat. crim. cap.131. Bonac. q.7. p.2. nu.1. Pax Iordan. l.10. tit.11. nu.165. Baſſæus v. ſimonia 6. nu.4. Gabalinus q.25. nu.3.* Et ratio eſt, quia in iure nuſſibi inuenitur priuatio beneficiorum & impoſita ſimoniacis, vt ipſo iure incurrenda.

359 Nec obſtat *cap. Inquiſitionis*, in quo ſimonia ponitur eſſe tale crimen, vt nec poſt peractam pœnitentiam poſſit retineri beneficium. Ex hoc enim ſequitur, quòd ſimoniacus ſit beneficio priuatus cum nec illud valeat retinere, etiam ſi pœniteat. Quoniam textus ille intelligi debet de beneficio ſimoniacè recepto; quod conſtat nec peracta pœnitentia poſſe retineri; ſicut enim ordinatus ſimoniacè ſuſpenditur ab exercitio ordinis ſuſcepti, ita ſimoniacus impeditùr à retentione beneficij ſimoniacè acquiſiti. Nec vtraque pœna cuique ſimoniæ imponitur, ſed cum diſtributione, vna vni ſimoniæ, & altera alteri ſimoniæ infligitur, vt adnotat ibi *Panor.*

360 Nec obſtat etiam, quòd ſimoniacus dicatur eſſe ipſo iure ſuſpenſus perpetuò ab ordine, ſeu ab altari, iuxta *cap. tanta*, & in hac ſuſpenſione clauditur ſuſpẽſio à beneficio; quia ſupra ſatis probatum eſt, hanc pœnam ſuſpenſionis non fuiſſe, nec eſſe contra ſimoniacos latam.

361 Nec obſtat, quòd Paulus Secundus in ſua extrauag. decernat ipſo facto incurrendas pœnas iure antiquo inductas pro crimine ſimoniæ. Quorum illa extrauagans in hac parte nihil innouat, ſed loquitur de pœnis, quæ antiquo iure latæ ſententiæ erant, & has iterum ipſo facto incurri decernit, vt ſupra etiam dictum eſt. Vnde ex vſu Eccleſiæ, & cõmuni ſenſu DD. ex vi incurritur depoſitionis pœna ipſo facto, & tamen pœna in antiquis iuribus lata

contra

contra ſimoniacos eſt pœna depoſitionis, vt ſupra in hoc *cap. eſt probatum*. Cum igitur illa etiam nunc non ſit ſententiæ latæ, ſed ferendæ, nec beneficiorũ priuatio eſt latæ ſententiæ, cum iuribus antiquis nõ ſit lata hæc pœna priuationis, niſi inquantum continetur in pœna depoſitionis. *Suarez dicto cap. 56. num. 6.*

362 Minùs obſtat, quòd ſimonia hæreſi comparetur. Tum quia in qualitate culpæ longè maior eſt hæreſis. Tum quia æquiparatio in pœnis non admittitur, niſi in iure ſit ſufficienter expreſſa; licet verò in *cap. tanta de ſimonia, & in cap. 1. de teſtibus* ſimonia æquiparetur hæreſi in aliquo modo procedẽdi contra illam, non poteſt fieri extenſio ad alias pœnas. Tum quia nec hæreticus ante ſententiam declaratoriam priuatur ſui bonis; licet poſtea ſententia retrotrahatur, iuxta *caput ſecundum leges, de Hæreticis in ſexto*.

363 Excipitur tamen ſimonia confidentialis, huiuſmodi enim ſimoniaci ex Conſtit. 85. Pij V. ſunt ipſo facto priuati omnibus beneficijs & penſionibus antea obtentis. *Quaranta in ſum. Bull. v. ſimonia, Pariſ. de confid. d. q. 58. nu. 31. Bonac. de ſimon. q. 7. §. 6. par. 2. num. 4. Pax Iordan. vbi ſupra num. 168. Baſſaus d. nu. 4.* Et nihilominus in hoc caſu non teneri beneficiatum dimittere beneficium ante ſententiam declaratoriam criminis tradunt *Pax Iordan. & Baſſaus citati*.

364 Excipitur ſecundo, electio ſimoniaca Summi Pontificis; quia ex Conſtitut. Iulij II. ſic electus eſt ipſo iure priuatus Cardinalatus honore, Eccleſijs, dignitatibus, penſionibus, & beneficijs antea obtentis. Sed hanc except. non admittit *Suarez d. cap. 58. num. 3.* quia cenſet dictam Iulij Secundi Conſtitutionem, vel non eſſe vſu receptam, vel eſſe reuocatã; ſed de hoc infra.

365 Excipitur tertio, ſimonia commiſſa ab examinatoribus ad beneficia; quia ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. tales ſimoniaci priuantur beneficijs obtentis, & ad reliqua obtinenda fiunt inhabiles, *Garz. p. 9. cap. 2. num. 390. Suarez lib. 5. de legib. cap. 8. nu. 17. Bonac.* quem ſequitur *Pax Iordan. vbi ſupra num. 170.* quamuis *Ledeſm. trac. 7. cap. 1. concl. 7. & Zerol. par. 1. verbo Parochia §. 2. dub. 13.* quos refert *Barboſa ad ſeſſ. 24. cap. 18. nu. 109.* Concil. Trid. huiuſmodi examinatores non priuari beneficijs ſentiant. *Gibalin. q. 25. nu. 3.*

366 Excipitur quarto, ſimoniaca munerum largitio à Regularibus ex ambitione proueniens. Hæc enim etſi non ſit vniuocè ſimonia, quia munus liberaliter datur, & non eſt pretium, in ſimonia verò temporale datur vt pretium rei ſpiritualis; nihilominùs eſt quid ſimoniacum, ſi ex ambitione, & contra formam Bullæ 28. Clem. VIII. de largitione munerum, & moderationis eius factæ ab Vrbano VIII. in ſua Conſtit. Nuper data 16. Octob. 1640. dentur munera electori, vel confirmatori. Et talis ſic dans munera eſt ipſo facto priuatus omnibus dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs, & inhabilis in poſterum, & priuatus voce actiua, & paſſiua.

367 Stante autem principali reſolutione, quia ſcilicet, ſimoniacus in beneficio non eſt ipſo iure & facto priuatus, alijs officijs, & beneficijs antea aliunde habitis multa deducuntur. Primum eſt, quòd cum in beneficiorum aſſecutione plura concurrat electio, collatio, confirmatio, præſentatio, ſi contingat priorem ex dictis actionibus ſimoniacam eſſe: nedum ipſa eſt nulla, ſed nulla eſt etiam ſubſequens, ſed non econtrario; nec ſimonia v. g. commiſſa in confirmatione priuat eo iure, quod conſurrexit ex electione; licet ſi electio ſit ſimoniaca, & ideò nulla, ſit nulla confirmatio, quæ ad ſui valorem ſupponit validam electionem. Et quàmuis ob ſimoniam cõmiſſam in cõfirmatione poſſit irritari etiam electio, iuxta doctrinam *Felin. in cap. ſicut tuis 33. de ſimonia*; electio tamen non eſt ipſo iure irrita ex ſimonia in confirmatione commiſſa. Quoniam electio poteſt eſſe valida, etiam ſi ſit nulla confirmatio *cap. ſi confirmationem, de elect. in ſexto*. priùs enim poteſt eſſe ſine poſteriori, aliàs verò ſimonia ex ſe non priuat ipſo facto iuribus antea legitimè acquiſitis. Ita *Suarez d. cap. 58. num. 7. Leſſ. lib. 2. cap. 35. dub. 25. nu. 138. Ferdin. diſp. 3. tract. 17. p. 25. num. 6. Gibalin. q. 23. conſect. 3.* Sed hoc difficilè videtur, & vrget in oppoſitum ratio, quia in relatiuis deſtructo termino tollitur & prior relatio ad terminũ, & reddito ſubiecto incapaci alicuius formæ, tollitur via & ius ad illam. Cum enim per ſimoniacam confirmationem confirmatus reddatur incapax beneficij, ceſſat in illo, & quodlibet ius ad beneficiũ, & cum per ſimoniacam collationẽ beneficiatus ſit beneficij collati incapax, ceſſat ius electionis præſentationis. *Pax Iordan. lib. 10. tit. 11. n. 26.* Sed reſpõdetur, quòd remoto termino non tollitur omnino relatio, quin remaneat in ſuo fundamento. Nam & in propoſito, per confirmationem, vel collationem iniuſtam ſic redditur beneficiatus incapax illius beneficij, quòd ex diſpenſatione poterit fieri capax, quo ſtante reuiuiſcit illud ius electionis, ſeu præſentationis, quod in ſua radice remanſerat.

369 Deducitur ſecundò, ſimoniacum in vno beneficio, non teneri reſtituere fructus perceptos ex alio beneficio in conſcientia, & antequam illo per ſententiam priuetur. Quia cum non ſit priuatus illo priori beneficio, facit fructus ſuos. Et ſi poſtea in pœnam ſimoniæ priuetur etiam illo alio beneficio ſine ſimonia antea obtento; adhuc non tenetur reſtituere fructus ante ſententiam perceptos. Nec ex vi ſententiæ priuantis illum beneficio manet priuatus fructibus ante ſententiam ex beneficio perceptis; quia hæc eſt alia priuatio, & pœna, quæ non incurritur niſi infligatur. Quamuis iudex Eccleſiaſticus in pœnam ſimoniæ in vno beneficio commiſſæ, poſſit grauitate delicti id exigente, priuare ſimoniacũ etiam fructibus ex alijs beneficijs perceptis, cum poſſit eum etiam corporaliter punire iuxta Conſtitutionem 5. Pij V. *Felin. in cap. de quarta num. 32. de præſer. Suarez d. cap. 58. num. 8. Diaz, Rebuff. Filliuc. Bonac.* quos ſequitur *Pax Iordan. d. tit. 11. nu. 166. Gibalin. q. 25. nu. 4.*

370 Deducitur tertiò, quòd ſimoniacus ante ſententiam poterit huiuſmodi beneficia reſignare, vel ſuper eis retinendis obtinere diſpenſationem à Põtifice, vel ab eo, qui ſuper hoc poſſit diſpenſare. Quia non eſt illis priuatus, ſed ſolum priuandus.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacus eſt inhabilis ad illud beneficium, pro quo commiſit ſimoniam. n. 371.*

2 *Simoniacus in vno beneficio eſt inhabilis ad alia*

beneficia, quia excommunicatus. num. 372.

3 *Ex vi iuris antiqui ſimoniacus in beneficio non eſt ipſo facto inhabilis ad alia beneficia. nu. 373.*

4 *An ex vi Conſtitut. Pij V. ſimoniacus ſit ipſo iure inhabilis ad alia beneficia, alij affirmant, alij negant. num. 374. 375.*

5 *Per ſimoniam conuentionalem incurritur inhabilitas. num. 374.*

6 *Clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis, ſiue ponatur in principio, ſiue in fine, ſiue in medio cenſetur referri ad omnia. num. 375.*

7 *Simoniacus eſt ipſo facto inhabilis ad alia beneficia. num. 376.*

8 *Regula poſita nu. 375. explicatur. nu. 376.*

9 *Quis vſus valeat derogare legi. n. 376.*

10 *In ſimonia confidentiali, aut electionis Papæ, aut examinatorum ad beneficia ſimoniacus eſt ipſo facto inhabilis, ſicut. & ambitioſus largitor munerum, aut procurator ſuffragiorum. n. 377.*

11 *Hæc pœna inhabilitatis non obligat in conſcientia ante ſententiam declaratoriam. n. 378.*

12 *Officium, & beneficium non ſunt ſynonyma. n. 379.*

371 QVæritur ſextodecimo, An ſimoniacus in beneficio ſit ipſo facto inhabilis ad dignitates, officia, & beneficia? Indubitatum eſt, ſimoniacum eſſe inhabilem ad illud beneficium, pro quo obtinẽdo commiſit ſimoniã. Hoc enim conſtat ex *c. 59. de elect.* Vbi *Panormitanus, & alij Canoniſtæ, & DD.* quorum plures refert *Barboſa* ad idem *cap. n. 3. & 5.* Et hoc idem habetur in *cap. de ſimoniacè 22. de ſimonia.* Vnde ſine diſpenſatione, nec ex vi nouæ electionis, vel collationis poteſt beneficiatus illud beneficium obtinere. Et hoc etiam ſi eo ignorante commiſſa ſit ſimonia *cap. penult. de elect. Sanchez lib. 2. cap. 3. dub. 120. n. 21. & 22. Theſan. verb. ſimonia c. 2.*

372 Etiam ſimoniacus in vno beneficio eſt conſequenter inhabilis ad alia beneficia; quia cum ſit excommunicatus, eſt inhabilis ad omnem dignitatẽ, & beneficium. Sed hæc inhabilitas per abſolutionem ab excommun. tollitur *Sanchez lib. 2. opuſc. dub. 104. num. 13.*

373 Hoc etiam pro certo habetur, ex iure antiquo, ſimoniacum non remanere ipſo facto inhabilem ad alia beneficia obtinenda, cum nec illis habitis ipſo iure priuetur. *Sanchez loco citato, Suarez d. nu. 58. num. 15.*

374 Dubium eſt an hæc inhabilitas incurratur ex vi Conſtit. 5. Pij V. quæ ſic habet. *Qui crimen ſimoniæ in conſequendis ordinibus cõmiſiſſe conuictus fuerit, eo ipſo ſit illorum executione per decennium ſine ſpe diſpenſationis ſuſpenſus: qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſierit, illis ſit ipſo iure priuatus, & in futurum inhabilis ad eas, & alias quaſcumque obtinendas: qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum ſimoniacè adeptus fuerit, perpetuò ſit inhabilis ad ea, & quæcumque alia beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.* Circa hanc Conſtitutionem verò hoc primò aduertendum, quòd comprehendit omnem ſimoniam realẽ & conuentionalem cõſummatam per acquiſitionem dignitatis, vel beneficij. Fertur enim pœna in eum, qui talia acquiſierit ſimoniacè. Et ideo ob ſimoniã conuentionalem incurri inhabilitatem dixit Rota, *coram Verallo deciſ. 201. numer. 2. & 4. deciſ. 238. num. 2.* Hanc autem Conſtit. continere pœnam latæ ſententiæ videtur ex illis verbis *eo ipſo*, ſeu *ipſo iure*, quæ ſunt clauſulæ latam ſententiam importantes. Et ideò ſimoniacos in beneficio eſſe ipſo facto inhabiles ad omnes dignitates, & beneficia reſpectiuè iuxta d. Conſtitut. diſtinctionem tenent *Medina lib. 1. ſummæ cap. 14. §. 20. Ludou. Lopez p. 1. cap. 307. Capua lib. 2. deciſ. cap. 97. num. 1. Rodriq. tom. 2. cap. 56. nu. 6. Enriq. lib. 13. de excomm. cap. 37. num. 3. & c. 56. num. 1; Roſa deciſ. 80. lib. 2. coram Puteo, & deciſ. 2. de ſimon. coram Achil. & deciſ. 3. de ſimon. corã Creſcent. Theſan. v. ſimonia, cap. 2.* Et ex antiquis. *Innoc. cap. ſimoniacè de ſimonia & ibi Io. Andr. & Panormit. nu. 6. Sylu. ver. ſuſpenſio quæſt. 7. dic. 4. Armill. v. ſimonia, num. 52. Tabien.* ibi *q. 68. Angel. v. ſimonia 6. nu. 3:* quos ſecuti ſunt *Pax Iordan. lib. 10. tit. 11. num. 45.* & apud eum *Bonacina. Filliuc. tract. 45. cap. 13. q. 9. num. 46. Garz. p. 8. cap. 1. num. 33. & 56. Piaſec. par. 2. cap. 11. ar. 7. nu. 22.*

375 Sed ſententiam oppòſitam tenent *Nauar. l. 5. conſ. 92. Sanchez lib. 2. Conſil. cap. 3. dub. 104. num. 16.* Et ratio illorum eſt, quia dum Pius V. loquitur de ſimonia in ordine, expreſsè loquitur de eo, qui conuictus fuerit tale crimen commiſiſſe, & ideò pœna non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ medio proceſſu. Nec obſtat, quòd dicat, eo ipſo ſit ſuſpenſus, quia cum nihilominùs ſupponat quòd ſimoniacus ſit cõuictus, non importat illa clauſula niſi immutabilitatem pœnæ, eo quòd ſufficiat ad illam incurrendam ſola ſententia declaratoria; igitur eodem modo intelligi debent, quæ de ſimonia in dignitatibus, & beneficijs, ſubſequuntur. Quia clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis, ſiue ponatur in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, cenſetur referri ad omnia; modo eadem ratio referendi ſit in omnibus, vt bene *Decius poſt alios cap. 2. requiris de appellat.* Tum ſecundo quia clauſula ipſo iure refertur ad priuationem iuris & adeptionem beneficij, non verò ad inhabilitatem; quia non eſt eadem ratio referendi, cum iure antiquo illa adeptio eſſet nulla, & non eſſet impoſita inhabilitas. *Suarez autem d. cap. 58.* quem probat *Layman. lib. 4. tract. 10. cap. vlt. num. 74.* diuertit ab vtraq; opinione, & conſentit vtrique. Nam ex rigore iuris & vi dictæ Conſtitutionis cenſet ſimoniacum in beneficio eſſe ipſo facto inhabilem ad omnia beneficia, & ſic conſentit primæ opinioni. Sed abſolutè ſtat pro ſecunda aſſerens illam Conſtit. Pij non eſſe vſu receptam quoad hoc, quòd & *Nauar.* aſſeruit, & ſibi videtur veriſimile, & ideò vbi non conſtiterit Conſt. Pij eſſe vſu receptam, putat tuta conſcientia ſententiam *Nauar.* poſſe practicari. Quòd citatis *Leſſ. Ferdin. & Layman.* ſentit etiam *Gibalin. q. 25. nu. 6.*

376 Sed non eſt diſcedendum à priori, & communi ſententia. Regula enim illa Decij non valet, vbi legiſlator diſponit diſtinctè de diuerſis delictis, & diuerſas imponit pœnas. Nam vbi legiſlator ipſe crimina diſtinguit, & pro diſtinctis à ſe criminibus pœnas diſtinctas imponit, clarè oſtendit ſe nolle vt diſpoſitio facta de vno crimine, ſit alteri communis; neque eſt eadem ratio referendi ad omnia crimina, vbi lex crimina diſtinguit, & cuique crimini ſuam pœnam imponit. Non igitur ex eo, quòd loquens de ſimonia in ordine exigit, quod ſimoniacus ſit conuictus dicendum eſt idem voluiſſe, dum loquitur de ſimonia in dignitate, & beneficio. Sed quod non ſit eadem ratio referendi eandem clauſulam ad omnia manifeſtiſſimè conſtat, quia

Pius

Pius V. expreſsè ponit illam clauſulam *conuictus fuerit*, vbi, & pœnam corporalem imponit, quæ ſine ſententia non incurritur. Simoniæ enim in ordine imponit pœnam nedum ſuſpenſionis, ſed carcerationis per annum. Pariter verò, quia committentibus pluries crimen ſimoniæ imponit pœnam corporalem, & pœnam degradationis, & in hac parte ponit clauſulam *conuictus fuerit*, quam non ponit, dum loquitur de ſimonia in dignitate, & beneficio ſemel commiſſa; quia pro tali crimine ſolam priuationem dignitatum, & inhabilitatem imponit, quæ eſt pœna ſpiritualis, & quam incurri ipſo iure decernit. Minùs rationabiliter verò dicitur, quòd clauſula ipſo iure poſita pro ſimonia in dignitate, & beneficio referatur ad ſolam priuationem dignitatis, & beneficij, non ad inhabilitatem, cum vna & eadem ſit ſententia, & dictio, & vnam partem totius propoſitionis cum altera coniugat, vt euidentiſſimus ſenſus ſit, ſimoniacum in dignitate eſſe ipſo iure, & priuatum dignitate, & inhabilem ad illam, & alias obtinendas; & Pius V. qui voluit addere pœnam inhabilitatis, voluit ſimul eam incurri ipſo iure, ſicut & pœnam priuationis dignitatis, vel beneficij; & ideo dixit talem ſimoniacum eſſe ipſo iure priuatum dignitate, & ad omnes dignitates inhabilem, & idem de ſimoniaco in beneficio diſpoſuit. Quod verò dicitur de non vſu huius bullæ; ſi ſolum hoc aſſerere iuuat ab omni Pontificia Conſtitut. liberi erimus. Sed non vſus derogans legi principaliter debet eſſe rationabilis, & poſtea vel legitimè præſcriptus, vel ſciente Pontifice toleratus, & præterea cum poſſeſſio obligandi ſtet pro lege ſufficienter promulgata, ad hoc vt lex cenſeatur derogata, & non obligare, non ſufficit, quòd non conſtet eam eſſe vſu receptam, ſed neceſſe eſt vt conſtet eam per non vſum rationabiliter fuiſſe legitimè abrogatam. Vnde ſi hoc non conſtet, & donec hoc conſtet lex obligat; & in propoſito ſimoniacus in beneficio vel dignitate ad omnia beneficia, & dignitates cenſendus eſt ipſo facto inhabilis, nec Nauarri opinio poteſt tuta conſcientia practicari.

377 Suppoſita etiam ſententia Nauarri, excipiendæ ſunt ſimoniæ confidentialis, electionis Papæ, examinatorum ad beneficia, de *quib. quæſt. ſuper*: dictum fuit; quia pro illis impoſita eſt expreſsè inhabilitas ipſo iure incurrenda, ſicut & ambitioſæ largitioni munerum in Religioſis ex conſtit. Clem. VIII. de largitione munerum, & ambitioſæ procurationi ſuffragiorum in electionibus ex eiuſdem Clem. VIII. conſtit. edita die 15. Iulij 1599. pro reformatione Regularium, & ambitioſæ procurationi dignitatum, prælaturarum, & gratiarum per fauores ſecularium conſequendarum ex diuerſis conſtitutionibus pro diuerſis Religionibus emanatis, quæ ſupra *cap.* 5. habentur, & alijs ſimilibus culpis, pro quibus inhabilitas ipſo iure eſt impoſita.

378 Vtrum verò hæc pœna inhabilitatis obliget in conſcientia ante ſententiam declaratoriam criminis, negat *Baſſæus v. ſimonia 6. num. 4. ex leſſio l. 2. c. 35. nu. 26.* ſed de hoc dicam infra *cap. 9. & cap. 25.*

379 Vnum obiter eſt etiam aduertendum contra eos, qui tenent, quòd in extrauag. Pauli II. officium, & beneficium pro eodem ſumantur. Nam Pius V. illa diſtinguit expreſsè ibi. *Qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum ſimoniacè adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo iure priuatus.* Si enim idem eſſent beneficium, & officium, dictum fuiſſet in ſingulari, *illo ſimiliter ſit ipſo iure priuatus*, & non *illis &c.* Ex hoc enim plurali *illis* habetur officium, & beneficium plura eſſe, non vnum.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacum in beneficio teneri reſtituere pretium affirmant aliqui. num. 380. 381.*

2 *Simoniacus de iure diuino non tenetur reſtituere pretium. num. 382.*

3 *Quando Dominus rei non prohibet directè diſtractionem eius, ſed modum diſtrahendi intuitu alterius virtutis à iuſtitia, diſtrahens rem modo prohibito non eſt iniuſtus. num. 383.*

4 *Deus prohibet ſpiritualia vendi intuitu virtutis Religionis. num. 383. 384.*

5 *Deus prohibens diſtrahi temporalia modo iniquo nõ inducit ſemper obligationem iuſtitiæ. num. 385.*

6 *Hominis ad Deum non eſt iuſtitia commutatiua. num. 385.*

7 *Ex eo quòd Deus præcipit aliquid fieri ad vtilitatem alicuius, non per hoc dat ius alteri, vt recipiat. num. 385.*

8 *Simonia per ſe loquendo non eſt iniuſtitia, ſed ſacrilegium. num. 386.*

9 *Simonia mentalis non obligat ad reſtitutionem. num. 386.*

10 *Cap. vltimum de ſimonia explicatur. num. 386.*

11 *Per accidens poteſt contingere, vt ſimoniæ ſit adiuncta iniuſtitia, & tunc ſimoniacus tenetur pretium reſtituere. num. 387.*

12 *In ſententia eorum, qui dicunt Superiores, & Parochos teneri ex iuſtitia diſpenſare beneficia, & Sacramenta, ſi Parochus pro miniſterio Sacramentorum, & Epiſcopus pro diſpenſatione beneficij requirat pretium eſt iniuſtus, & tenetur reſtituere pretium, & idem dicitur de electore ſi eligat pro pretio, & ſit elector ex officio. num. 387. 388. 389.*

13 *Vendere ſpirituale ab intrinſeco non eſt iniuſtitia. num. 390.*

14 *Argumenta alterius opinionis ſoluuntur. num. 391.*

380 QVæritur decimoſeptimo? An ſimoniacus in beneficio teneatur reſtituere pretium iure diuino? Affirmatiuam partẽ tuẽtur *Couar. reg. Peccatũ 2. p. §. 8. Sotus l. 9. de iuſt. q. 8. a. 1. ad 6. Adrian. quodl. 9. a. 3. Henric. quodl. 6. q. 26. Medinac &c. de reſtitut. q. 2. Nauar. cap. 17. nu. 32. Suarez l. 4. de ſimon. cap. 59. n. 11. Raphael de Turre 2. 2. q. 10. a. 6. diſp. 6. Baſſæus v. ſimonia 7. num. 1. Layman. l. 4. tit. 10. cap. vlt. num. 79.* Horum totum fundamentum ſumitur ex illo *Matt. 10. Gratis accepiſtis, gratis date.* Ex hoc enim deducunt vendentem ſpiritualia pro pretio eſſe iniuſtum, tum reſpectu Dei, tum reſpectu ementis. Reſpectu quidem Dei; quia rem quæ Dei eſt vendit, Deo Domino inuito; cum Deus velit rem ſpiritualem non vendi, ſed donari. Reſpectu emptoris verò; quia emptor ex Dei voluntate habet ius, vt ſpirituale ſibi donetur, & non vendatur, contra quod ius agit, qui rem ſpiritualem vendit. Quòd ſecundò confirmatur; quia diſpenſator, qui ex iuſſu Domini tenetur frumentum gratis diſpenſare, ſi illud diſpenſet pro pretio eſt iniuſtus, & tenetur ad reſti-

tutionem. Tertiò nam ex quo Dei voluntas eſt, vt pro mutuo nihil accipiatur, iniuſius eſt, & tenetur ad reſtitutionem vſurarius, ſi mutuet pro pretio; igitur eadem ratione ſimoniacus etiam mentalis tenetur reſtituere, & eſt iniuſtus, cum ſpirituale vendat pro pretio contra ius diuinum. Quartò quia ſpirituale non eſt pretio æſtimabile, vt vendi poſſit.

381 Hanc verò ſententiam moderatur *Suarez*. Nam quando materia ſimoniæ poteſt habere aliquã temporalitatem ſecundùm ſe æſtimabilem pretio, ſi vendens rem illam non excedat valorem æſtimationis, licet committat ſimoniam, tamen non tenetur reſtituere pretium, nec eſt iniuſtus; quia non vendit rem pluſquàm valeat eius temporalitas: ſicut quia beneficium habet annexum temporale lucrum pretio æſtimabile, ſi quis vendat beneficium eſt ſimoniacus; ſed non eſt ex natura rei iniuſtus, nec tenetur ex natura rei ad reſtitutionem pretij, ſi pretium non excedat valorem illius temporalitatis, quam habet coniunctam, beneficium.

382 Sed oppoſita ſententia negat abſolutè in ſimonia ex natura rei per ſe contineri iniuſtitiam, ideoq; aſſerit ſimoniacum ex natura rei non teneri reſtituere pretium ſpiritualis venditi. Et ita ſentiunt *D. T. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 6. Caiet.* ibi *& in ſum. v. ſimonia Sylu. ibid. q. 20. d. 1. Gutier. quæſ. Canon. cap. 9. num. 16. Petrus Nauar. l. 2. de reſtit. cap. 2. num. 401. Ludou. Lopez p. p. cap. 306. Angles Floribus 2. p. quæſ. quis à reſtitut. ſit liber dub. 18. Victoria Relect. 11. de ſimon. p. 2. num. 3. Aragon. 22. q. 32. a. 7. & q. 100. a. 6. concl. 2. Sanchez l. 2. opuſ. cap. 3. dub. 111 num. 2. Gibalin. q. 22. num. 3.* Et eſt communis opinio Canoniſtarum in *cap. final.* de ſimonia, vt affirmat, & ſequitur *Nauar. cap. 23. num. 103.* & in dicto *cap. fin. num. 12.* Et eam tenent omnes, qui ſentiunt in ſimonia mentali non eſſe obligationem reſtituendi pretium, quòd præter præfatos DD. plures alij docent, quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d. cap. Mandato, final. de ſimonia.* Et eandem ſententiam vt probabilem valde tenuit *Banneſ. 2. 2. q. 32. a. 7.*

383 Ratio iſtius ſententiæ ex aduerſo infringit prioris fundamentum, animaduertens, quòd quando dominus rei prohibet directè non rei diſtractionem, ſed modum diſtrahendi, & hoc non intuitu virtutis iuſtitiæ, ſed ex alterius virtutis motiuo, tunc diſtrahens rem modo prohibito non eſt iniuſtus, nec tenetur ad reſtitutionem; ſed peccat contra illam virtutem, ex cuius motiuo prohibitus eſt talis modus illam diſtrahendi: & ratio eſt, quia Dominus rei in hoc caſu non eſt inuitus quantùm ad ſubſtantiam diſtractionis, ſed ſolùm quantum ad modum, & hoc non intuitu iuſtitiæ, ſed alterius virtutis. Modò ſic eſt, quòd Deus donans alicui res ſpirituales, nedum non prohibet ſubſtantiam diſtractionis illarum, ſed illam præcipit, vult enim ſanctorum communionem, & quòd fidelium vnus alterum iuuet, & bona ſua quantum licet diſtribuat, & alijs communicet, pro illis orando, illos admonendo, ſacramenta miniſtrando, ſacrificia offerendo, ſed tamen prohibet modum: Non vult enim vt ſpiritualia vendantur, ſed vt dentur gratis. Sed hoc non fit intuitu iuſtitiæ, & quia per hoc dederit fidelibus ius recipiendi ſpiritualia ab alijs, niſi (ſecundùm aliquorum ſententiam) ab ijs, qui ad miniſtranda ſpiritualia ex officio deputantur; ſed fit intuitu Religionis principaliter, quia ſpiritualium dignitati fit iniuria, ſi pro temporali pretio diſtrahantur; & quia ſeruis Dei liberaliſſimè, & ex miſericordia ſpiritualia donantibus, decet eadem ſpiritualia donare.

384 Quod verò illud Chriſti præceptum, *Matt. 10. Gratis accepiſtis, gratis date,* non ſit datum intuitu iuſtitiæ, ſed religionis, probatur. Nam Deus nedum eſt dominus ſpiritualium, ſed temporalium, dominio altiſſimo; ſed ex dominio huiuſmodi pręcipiens, non inducit ſemper obligationem iuſtitiæ. Reſpectu ſui quidem nunquam inducit obligationem iuſtitiæ cõmutatiuæ, quia hæc nequit eſſe inter hominem, & Deum, iuxta *D. Thom. doctrinam p. p. q. 21. a. p.* Sed inducit obligationem religionis, vt tradit *D. Th. 2. 2. q. 80. a. 1.* Reſpectu verò noſtri, tunc ex Dei voluntate inducitur obligatio iuſtitiæ, quando ex Dei voluntate vnus accipit ius contra alium; cum iuſtitiæ proprium ſit, vnicuique ius ſuum tribuere. Ex eo verò quòd Deus præcipiat aliquid fieri ad vtilitatem alterius, vel aliquid fieri prohibeat, non per hoc dat ius alteri vt recipiat.

385 Præcipit Deus vnicuique de proximo ſuo vt eum diligat, vt pro proximo etiam inimico oret, vt in proximum miſericordiæ opera exerceat; neque tantum per hoc dat homini ius, vt ab altero exigat vel amorem, vel orationem, vel miſericordiæ effectus. Prohibet Deus, ne homo bonis temporalibus abutatur expendendo ea in turpes vſus, vel ea prodigendo; ſed non per hoc homo eſt iniuſtus, ſi det meretrici, vel aſſaſſino, & ſua luxurioſè conſumat; & tamen facit contra voluntatem Dei, & eſt contra Deum iniuſtus, ſed non iniuſtitia propriè dicta, & nec ipſe, nec qui recipit, ex lege naturali ad aliquam reſtitutionem tenetur; quoniam huiuſmodi prohibitio non eſt à Deo ex intuitu iuſtitiæ, ſed alicuius alterius virtutis; nec vi huiuſmodi prohibitionis vel præcepti acquiritur inter homines ius priuatum habendi, nec per inobedientiam ad huiuſmodi præcepta ius proprium alicuius violatur. Tale verò eſt præceptũ non vendendi ſpiritualia pro temporalibus, quòd ex præciſa vi ſua, nec dat hominibus ius proprium habendi & exigendi ſpiritualia omnia, & ab omnibus; & præceptum prohibens ſimoniam per ſe, & præciſè ratione ſui nullum ius trĩbuit hominibus ſpiritualia exigendi, quia non eſt præceptum per ſe, & directè factum in fauorem hominum, ſed in fauorem, & honorem rei ſpiritualis. ideo ſimonia eſt quidem per ſe & formaliter ſacrilegium, ſed non eſt iniuſtitia propriè dicta. Ideo per ſe non habet coniunctam obligationem reſtituendi.

386 Tota hæc doctrina fundamentum habet in *c. vlt.* de ſimonia, cuius capitis caſus fuit, quòd cum Papa commiſiſſet, vt diſpenſaretur cũ aliquibus monachis pro ſimonia commiſſa in recipiendo aliquẽ in monaſterium, de duobus fuit Papa interrogatus. Primum, ſcilicet, an mandatum comprehenderet etiam Abbatem? ſecundum, an illi, qui ſine pacto, & ſolo animi affectu hinc inde dederant temporale, & ſpirituale tenerentur ad reſtitutionem receptorum? Pontifex ad hoc ſecundum reſpondet per hæc verba: *Et ad reſignationes ſpiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente vtrinque taliter acquiruntur (in quo caſu delinquenti ſufficit per ſolam pœnitentiam ſoli ſatisfacere creatori) eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri.* Hoc delictum eſſe ſimoniam Pontifex affirmat. Neque verò hanc fuiſſe ſimoniam purè mentalem conſtat, quia intercceſſe-

rat

Digitized by Google

rat temporale datum pro ingreſſu monaſterij,& pro quo danti temporale,is ingreſſus datus fuerat, vt ex *eod.cap.patet* ibi. *Vt cum monachis qui per ſimoniam dato aliquo locum in monaſteriis ſunt adepti.* Monachi igitur illi ſpiritualem ingreſſum receperant, & pro eo dederant temporale, & propterea ſimoniaci verè erant. Sed tamen quia, quòd appareret, nullum interceſſerat pactum; ſed ſolum ſimoniaco affectu hinc inde datũ fuerat temporale pro ſpirituali, &econtra, vnde hæc erat ſimonia exterior mentalis, & contra- ctum fuerat ſine dubio illo precepto Chriſti, *Gratis accepiſtis, gratis date*; quia ingreſſus in monaſterium voluntate venditus fuerat, & emptus. Et tamen Pontifex decernit nullam ibi extitiſſe obligationem reſignandi ſpirituale,& temporale receptum, & tale peccatum ſola pœnitentia deberi. Quæ adeo ſunt manifeſta ex eo textu, vt ſuperfluum ſit quorumdam expoſitiones recenſere, cùm euidentiſſimè textui repugnent, vel textum corrumpant.

387 Declaratur tamen principalis aſſertio, vt intelligi debeat per ſe, & quantùm ſit ex vi ſimoniacæ iniquitatis; quoniam per accidens, vbi ſimoniæ ex alio capite adiungitur iniuſtitia, tunc ex natura rei intrat obligatio reſtitutionis pretij iniuſtè recepti. Sic in ſententia eorum,qui dicunt Parochum ex iuſtitia teneri miniſtrare ſacramenta, Parochus,qui ex iuſtitia tenetur ſuis Parochianis ſacramenta miniſtrare, ſi pro hoc miniſterio pretium exigat, tenetur ex diuina lege, nimirum ex iuſtitia reſtituere, quia nedum eſt ſacrilegus, ſed iniuſtus *Lopez loco citato, Sanchez num.6.*

388 Sic in eadem ſententia Epiſcopus qui pro pretio diſpenſat beneficia, nedum eſt ſacrilegus, ſed iniuſtus, & tenetur reſtituere pretium. Et ſi famulo pro ſalario debito conſerat beneficium, tenetur nihilominùs reddere ſalarium. Quia Epiſcopus ex officio pro quo ab Eccleſia habet ſtipendiũ ſuſtentationis, eſt diſpenſator beneficiorum, & ſacramentorum, ideo ſi pro huiuſmodi muttere pretium requirat, eſt iniuſtus, & nedum Deum offendit, ſed facit Eccleſiæ iniuriam, quæ illi dat decimas, & redditus vt ſacramenta, & beneficia & alia ſpiritualia diſpenſet. *Lopez loco citato Sanchez dub.*105.*fin.& dub.*111.*num.*7.*Fillinc.trac.*35.*cap.*13.*n.*28.*Pax Iordan.l.*10.*tit.*11.*num.*49.

389 Eodem modo, ſi quis ſit elector ex officio, ſi eligat pro pretio nedum eſt ſimoniacus, ſed iniuſtus, & tenetur pretium reſtituere, quia agit debitum ex officio. *Sanchez d.dub.*105.Quòd tamen non eſt verum de electoribus ſimplicibus,qui non habent ius eligendi ex officio aliquo & conuentione, ſed quia ſunt partes communitatis habentis ius eligendi, hi enim non tenentur ex iuſtitia commutatiua eligere; ideo ſi eligant pro pretio, non ſunt propriè iniuſti iniuſtitia propriè dicta, licet in hoc etiam communitatem offendant. Sed hæc dicta ſunt in ſuppoſitione quòd obligatio miniſtrandi ſacramenta, & ſpiritualia ſit debita ex iuſtitia commutatiua, de qua ſuppoſitione ſermo habendus erit infra *cap.*30.

390 Limitatio autem, quam poſuit *Suarez*, eius priori aſſertioni repugnat, in qua ſtatuit, quòd vendere ſpirituale vt ſpirituale pretio, obliget ad reſtitutionem ex lege naturali. Nam vel vendere ſpirituale eſt per ſe ab intrinſeco iniuſtitia propriè dicta, vel non. Si non, igitur falſa eſt illius prior aſſertio, in qua ſuſtinet,quòd vendere ſpirituale vt ſpirituale eſt iniuſtitia habens annexam obligationem reſtituendi pretium. Et ſic nedum vendere temporalitatem, ſed ſpiritualitatem erit ſine iniuſtitia, & reſtituendi obligatione. Sed ſi datur primum, igitur numquam erit peccatum ſimoniæ ſine obligatione reſtituendi, & vel vendere temporalitatem rei ſacræ non erit ſimonia: ſicuti non eſt antecedenter ad conſecrationem vendere calicem; vel ſi erit ſimonia, erit ſimul & venditio rei ſpiritualis & iniuſtitia, habens annexam obligationem reſtituendi pretium; quia non eſt ſimonia niſi vendatur res ſpiritualis, & aſſeritur aliàs, quòd venditio rei ſpiritualis eſt per ſe ſimul iniuſtitia.

391 Ad argumenta igitur in oppoſitum reſpondendo, dicitur ad primum, Deum nolle vt ſpiritualia vendantur pro pretio temporali; non quia hæc venditio ſit contra ius proprium & particulare ementis; ſed quia eſt contra decorem rei ſacræ, & Dei homines gratificantis; vnde ſimonia non eſt iniuſtitia habens annexam obligationem reſtitutionis, ſed eſt ſacrilegium. Ad ſecundum patet reſponſio; quia diſpenſator vendens rem quam debet gratis dare pauperibus, facit cõtra ius proprium domini donantis, & contra ius pauperum, quibus res illa eſt debita; cum præceptum diſpenſandi rem illam, factum ſit principaliter fauore pauperum, & à Domino inter quem, & diſpenſatorem cadit iuſtitia propria, fundans obligationem reſtituendi, ſi violetur. Sed nec inter Deum, & hominem cadit propria iuſtitia, nec Deus prohibet vendi ſpiritualia principaliter intuitu iuſtitiæ, & priuati, & proprij fauoris illius, qui illud recipere debet; vnde hic nulla eſt iniuſtitia propriè dicta. Ad tertium dicitur, quòd præceptum prohibens vſuram factum eſt principaliter intuitu iniuſtitiæ contentæ in vſura, quia vſurarius ſuſcipit pretium, & nihil dat, quia mutuum non valet plus quàm pecunia mutuata; ideo ſi plus exigitur, exigitur iniuſtum, & indebitum, quia exigitur pluſquàm valeat res data. Ideo ad quartum dicitur, quòd arguens valde decipitur. Quod enim aliquid non ſit pretio æſtimabile, contingit dupliciter. Vel ſcilicet quia illud nullius valoris eſt, & nihil eſt, ſicuti vſura non eſt pretio æſtimabilis, quia mutuum non valet pluſquam pecunia mutuata, ideo ſi plus exigitur committitur vſura; & iniuſtitia. Sed aliud eſt quòd non eſt pretio æſtimabile, quia eſt ſuperius ad omne pretium, & hoc licitè quidem non poteſt emi pro pretio, quia illi fit iniuria, æſtimatur enim vili, & parui penditur; ſed ſi ex partium libera conuentione ematur pro pretio, nulli fit iniuſtitia propriè. Ita ſpirituale non eſt pretio æſtimabile, quia omne pretium temporale eſt illi improportionatum: ideo ſi pro pretio ematur, & vendatur, fit illi iniuria per ſimoniam; ſed nulli fit propriè iniuſtitia; quia dans pretium liberè illud dat, & qui dat ſpirituale dat illud liberè, & contentus eſt pretio licet improporcionato.

S V M M A R I V M.

1 *Vendens rem ſpiritualem in omni ſimonia poteſt per Iudicem obligari ad reſtitutionem pretij. n.*392.
2 *Opiniones variæ. nu.*392.
3 *Simoniacus in beneficio tenetur in conſcientia reſtituere pretium. nu.*393.
4 *Hoc non habet locum in Pontifice. n.*394.

5 *Neque*

5 *Neque habet locum in venditione aliarum rerum ſpiritualium ab ordine, Religione, & beneficio, in quibus non eſt obligatio reſtituendi ante ſententiam. nu.395.*

6 *Vendens Vicariatum Epiſcopi tenetur reſtituere pretium. nu.396.*

7 *De obligatione reſtituendi à vendente ius patronatum remiſſiuè. nu.397.*

8 *Pretium non eſt reſtituendum ementi. numer.398. 399.*

9 *Pretium ſimoniacum per ſe eſt reſtituendum Eccleſiæ. nu.400.*

10 *Per accidens pretium ſimoniacum poteſt reſtitui pauperibus de conſenſu ſuperioris. n.401.*

11 *Ita tamen, vt non cedat in beneficium vendentium num.401.*

12 *Pretium reſtituendum Eccleſiæ, cuius eſt illud beneficium. n.402.*

13 *Si vniuerſitas non conſiſtat ex ſolo Collegio electorum pretium reſtituendum eſt vniuerſitati, iuxta arbitrium ſuperioris maioris. n.403.*

14 *In hoc etiam attendenda eſt conſuetudo. n.403.*

15 *Laudabilis conſuetudo, quod hoc pretium reſtituatur pauperibus. num.404.*

16 *In ſimonia pro datis, & receptis &c. pretium reſtituendum pauperibus. n.405.*

17 *In ambitioſa munerum largitione datum debet reſtitui monaſterio, de cuius bonis fuit donatum, vel communi menſæ. nu.406.*

392 QVæritur decimoctauo. An in ſimonia in beneficio pretium ſit ipſo facto & ante ſententiam reſtituendum, & cui? Poſſe enim venditorem rei ſacræ damnari vt reſtituat pretium, & tunc teneri ad reſtituendum, conſtat ex illa regula, quòd turpiter accepta non debent apud recipientem manere. *ſeg. 3. & l.g. ſi ob turpem ff. de condiction. ob turpem cauſam. & l.2. Cod. eod. & l. in hæredem ff. de calumniatoribus*. Quæ quidem iure Canonico ſunt conformia, & eò magis, quòd in *cap. audiuimus 41. de ſimonia*, imponitur vt duplicatum pretium Eccleſiæ reſtituatur, ſi ſimonia ibi prohibita committatur. Ideò in omni ſimonia poteſt vendens rem ſpiritualem priuari pretio per iudicis ſententiam, quo ſuppoſito intrat obligatio pretium reſtituendi. Et cum etiam in controuerſiam vertatur, an in alijs ſimonijs a ſimonia in ordine, vel beneficio, vel pro ingreſſu Religionis, ſit impoſita lex, quæ obliget vendentem rem ſpiritualem ad reſtituendum pretium in conſciẽtia ante ſententiam iudicis, multi hoc affirmant, negante *Soto lib.9. de iuſt. q.8. art.1. ad ſextum, & Sanchez lib.2. Conſil. cap.3. dub.113. nu.2. & Suarez lib.4. de ſimon. cap.60. n.1. & Raphaele à Turre 2.2. q.100. art.6. diſp.6. & alijs ab iſtis relatis*. Et etiam non deſunt, qui negent ſimoniacos in ordine, vel pro ingreſſu Religionis teneri reſtituere pretium ante iudicis ſententiam, hoc enim negant *Suarez, & Raphael à Turre locis citatis*, cuius oppoſitum tenet *Sanchez dub.112. nu.2.*

393 Dicendum eſt, quòd in ſimonia in beneficio vendens ſpirituale officium, vel beneficium tenetur in conſcientia ſtatim nulla iudicis ſentẽtia expectata reſtituere pretium. Quod probatur ex *cap. de hoc, de ſimonia* ibi *Regem autem, & principes eius debes inducere, vt ſi quid receperint à præfato Epiſcopo, vt eius electioni præſtarent conſenſum, Eccleſiæ Oxom. ſine diminutione reſtituant, cum ea ſine graui ſuæ conſcientiæ periculo retinere non poſſint*. Quod enim ſine graui periculo conſcientiæ retineri non poteſt, illico nulla expectata ſententia reſtitui debet. Et ideò hanc partem docuerunt *D. Tho. 2.2. q.100. art.6. ad quartum, & alij DD. quos infra refero*.

394 Limitatur autem hæc aſſertio in eo, qui emit beneficium à Papa ſcienter illud vendente pro pretio temporali. Nam Papa committens ſimoniam in venditione beneficiorum nõ ſubditur pœnis à iure Canonico contra ſimoniacos impoſitis, & ſuper eiſdem pœnis cenſetur diſpenſare cum illo, cui ſciẽter confert & vendit beneficium. Vt ex *Petro de Palude probat Turrecremata cap. latorem, art.1. nu.3. & 4. 1. q.1.* Et ex *Io. de Lignano, Sylueſ. v. ſimonia, n.19. fin. & n.20. fin. contra Panormitanum in cap.1. de ſimonia. Sanchez lib.2. opuſ. cap.3. dub.111. nu* 8. Vbi quòd collatio ipſa beneficij non eſt nulla, etiam quod ſimonia ſit de iure diuino, ex eo quòd præſumendum ſit Papam iterum conferre beneficium ſine ſimonia. Aduertunt tamen *Sylu. & Sanchez*, non eſſe ita dicendum ſi beneficium non ſit collatum à Papa, ſed ab aliquo curiali m. Papa tolerante, & tacente; quia tolerantia non cenſetur diſpenſatio; ſed tunc Papa cenſetur diſpenſare, cum ipſe ſcienter collationi ſimoniacæ conſentit.

395 Limitatur etiam, vt non habeat locum aſſertio niſi in venditione ordinum, Religionis, & beneficiorum, ſed in aliarum rerum ſpiritualium venditione pretium non ſit reſtituendum niſi poſt ſententiam; quia nulla lex adſit, quæ obliget ad reſtituendum illud ante ſententiam. Ita *Sanchez lib.2. opuſc. cap.3. dub.113.* Ex eo quòd iure Eccleſiaſtico non impediatur translatio dominij niſi in ſimonia, in ordine & beneficio, & ingreſſu Religionis. *ex Soto lib.9. quæſt.8. art.1. ad ſextum ver. Porro verò. Henriq. lib.7. cap.25 num.4. Rodriq. tom.2. cap.66. nu.2. Angles flor. ib.2. p. quæſ. cuius à reſtitut. ſit liber. dub.18. concl.3.* Cui fauet Victoria, dicens fortè eſſe verum, *de ſim. 2. p. nu.4.* & probabile putat *Ludou. Lopez 2. p. inſtruct. noui. cap.307.*

396 Quod verò *Sanchez ibid. nu.6.* excipiat etiam emptorem Vicariatus Epiſcopi, ex eo quòd non ſit beneficium, non admittitur, quia Vicariatus eſt officium Eccleſiaſticum ſpirituale; at verò vt ſupra probatum eſt, nedum emptio beneficij, ſed etiam officij ſpiritualis ſubditur legibus & pœnis in ſimoniacos in beneficio latis.

397 In venditione autem iuriſpatronatus, cui tam iuſpatronatus, quàm pretium ſit reſtituendum non eſt adeo certum. Et de hoc diffusè tractat *Sanchez lib.2. opuſ. c.3. dub.79. 82. & 83.*

398 Cui verò ſit hoc pretium reſtituendum non conſtat apud DD. Duplex enim primo eſt ſententia oppoſita. Nam quidam tenent, quòd ante iudicis ſententiam pretium ſit reſtituendum danti pretium; quia dicunt illum non abdicare à ſe dominium rei ſuæ, niſi vt in recipientem transferat; quod ſi hoc non eueniat, dans remanet rei ſuæ dominus, qua non eſt ſpoliandus ante iudicis ſententiam. Secundo quia Canones priuant dantem pretium dominio pretij in pœnam culpæ; pœna verò huiuſmodi non incurritur ante iudicis ſententiam. Ita *Petrus Nauar. lib.4. de reſtit. c.2. n.147. Bannes 2.2. q.32. art.7. dub. 2. Medina in ſum. lib.1. cap.24. §.21. Sotus lib.9. de iuſt.*

q. 8.

q.8. ar.1. e.5. *de ſimonia verò mentali. Ledeſm.2.q.18. art.3. Ludou.Lopez p.1. cap.307. Victoria Rele.11. de ſimon.p.2.n.9. Aragon.22.q.100.ar.6. Molina tom.1. de iuſt.diſp.92. Layman lib.4.tract.10.cap.vlt.num.84. Gibalin.q.22.n.9. Rodriq.2.tom.cap.66.num.4.* Vel ſi res ſpiritualis nondum tradita eſt, *Baſſans v. ſimonia 7. num.1.*

399 Sed alij econtra ex oppoſito in hoc conueniũt, quòd pretium non eſt danti reſtituendum; quod probatur, tum ex *cap. de hoc 11. & cap. audiuimus 41. de ſimonia.* Tum, quia emens rem ſpiritualem, quantum fit ex ſe ipſo abdicauit à ſe dominium pretij; vnde non eſt, cur illud poſſit ampliùs repetere. Et hæc ſententia vera eſt, quã tenẽt DD. infra citandi. Primò enim in dicto *cap. de hoc*, ſupponitur tamquam iure Canonico certum, Regem, & Principes, ſi pretium aliquod pro aſſenſu ad Epiſcopatum receperunt, non poſſe illud retinere, niſi cum graui animæ periculo, & aſſeritur eos teneri illud reſtituere Eccleſiæ. Secundò quia ratio præfatæ opinionis valde deficit; quia emens dat pretium, vt habeat rem quam emit, non ſub conditione transferendi dominium pretij in eum qui vendit, ſed in eum ad quem de iure ſpectet. Eccleſia enim acceptat in hac parte venditionem illam, & emptionem quantùm ad vim transferendi dominium, ſeu meliùs loquendo non irritat vim contractus, qui ex natura ſua transfert dominium pretij in vendentem rem ſpiritualem; ſed cũ res ſpiritualis, ſit principaliùs Eccleſiæ, vult quòd pretium in Eccleſiæ cedat vtilitatem, & quòd vendens illud pretium non retineat, ſed Eccleſiæ reſtituat; & ſic ex vi talis contractos addita lege Eccleſiaſtica pretium transfertur in dominium Eccleſiæ.

400 Sed hoc ſtante, quòd ante iudicis ſententiam pretium ſimoniæ ſit reſtituendum alteri à dante; quidam dicunt eſſe reſtituendum Eccleſiæ; alij quòd ſit reſtituendum pauperibus; alij quòd alteri eorum reſtitui debeat. Sed dicendum eſt, pretium hoc ſimoniacum per ſe reſtituendum eſſe Eccleſiæ. Clarus enim eſt textus *cap. de hoc 11. de ſimonia*, vbi receptum pro aſſenſu dato ad Epiſcopatum Eccleſiæ eſſe reſtituendum ſtatuitur, idem ſtatuitur *cap. audiuimus 41. eodem titulo.* & ſi res ſpiritualis tradita ſit, tunc pretium eſſe Eccleſiæ reſtituendum, docuerunt *D. Thom. 2.2.q.106.art.6. ad quartum. Panorm. Anton. Hoſtienſ. & alij Canon. communiter, ad d. cap. de hoc. Caiet. v. reſtitutio, cap.4. Sylu. v. reſti.2. & v. ſimonia, q.20.d.2. Tabien.16.q.76.77. D. Anton. 2.p. tit.1.cap.5.§.7. Palud.4.d.25.q.5.nu.7. Nauar. cap.17. num.32. & cap.25.n.115. Suarez lib.4. de ſimon. cap.60 n.8. Conar. reg. Peccatũ 2.p.§.2.n.7. Abulenſ. c.6. Matt. q.39. Theſau. v. ſimonia cap.2.*

401 Per accidens tamen poteſt fieri hæc reſtitutio pauperibus, de conſenſu tamen, & authoritate Prælati, ſeu ſuperioris Eccleſiaſtici, aut ad quem huiuſmodi cura pertineat. Caſus eſt, ſi totum Collegium & Prælatus Eccleſiæ fuerint illi, qui vendiderint officium, vel beneficium. In hac enim reſtitutione hoc ſeruandum eſſe, vt quantum fieri poteſt pretium venditionis non veniat in profectũ vendentium tradiderunt. *D. Th. D. Anton. Sylu. Nauar. d. c. 21. Abulenſ. & alij.* Vbi igitur totum corpus Eccleſiæ, ſcilicet Collegiũ & Prælatus ſunt in culpa, tunc non poteſt Collegio reſtitui, ſed vel pauperibus, vel alteri Eccleſiæ, cum authoritate tamen ſuperioris.

402 Sic ergo, ſi quis beneficium obtinuit per ſimoniam, pretium ab eo datum eſt illius Eccleſiæ, cuius eſt illud beneficium. *Abulenſ. Sylueſt. D. Anton. loc. citati.*

403 Quòd ſi vniuerſitas non conſiſtat ex ſolo Collegio electorũ, & Prælato, ſed ex multis alijs, vt euenit in Conuentibus Regularium, & præcipuè vbi ſoli Sacerdotes habentes ætatis & profeſſionis tempus determinatum, ſunt electores, tunc reſtitutio pretij facienda erit Eccleſiæ, ſeu Conuentui, etiam ſi electores omnes eſſent ſimoniaci, & etiam ſi per accidens hæc redundaret in illorum commodum, iuxta tamen arbitrium ſuperioris maioris, ad quem ſpectabit videre, an attenta multitudine vel paucitate eorum, qui non ſunt in culpa, & etiam magnitudine pretij conſiderata, decernat, an Conuentui illi, vel alteri, aut pauperibus facienda ſit reſtitutio.

404 Conſuetudo etiam in hoc attendenda erit, & rationabilem eſſe conſuetudinem vt huiuſmodi pretium detur pauperibus, bene docet *Suarez d. cap.60. num.8.*

405 Excipitur etiam vt notat *Sanchez d. dub. 114. num.14.* à præfata aſſertione reſtitutio pretij accepti in ſimonia pro datis & acceptis pro iuſtitia, vel gratia obtinenda in Curia Romana, iuxta Conſtit. Bonifacij VIII. & Gregor. XIII. confirmatas & extenſas à SS. Alexand. VII. in extrauag. *Inter grauiſſimas, die 2. Maij* 1656. in quibus ſtatuitur, vt delinquentes contra illas Conſtit. non poſſint ab excommunicatione abſolui, niſi priùs erogato pauperibus, quantùm illi dediſſent, vel accepiſſent.

406 In ſimoniaca verò, & ambitioſa munerum largitione à Regularibus facta, qui munus recipiunt, rem ſuam non faciunt, ſed illico abſque alia declaratione tenentur totum receptum reſtituere, non danti, ſed monaſterio de cuius bonis fuit donatum, vel communi menſæ, aut maſſæ, vt patet ex Conſtit. 28. Clem. VIII. *Religioſæ Congregationes*, §.7. Quod Vrbanus Octauus Conſtit. 166. Nuper, quæ fuit data 16. *Octobris* 1640. declarauit intelligi debere de Conuentibus, ad quos data, donata, ſeu miſſa de iure pertinent, ſi id commodè fieri poteſt, alias Cõuentui eiuſdem Religionis viciniori loco, vbi petita fuit abſolutio.

CAPVT VIII.

De electione facta per abuſum Secularis poteſtatis.

SVMMARIVM:

1 *Contra libertatem electionis eſt, quod ſeculares illi ſe immiſceant. nn.1.*
2 *Cap. quiſquis 43. de elect. num.1.*
3 *Conſentiens electioni de ſe facta per abuſum ſecularis poteſtatis ſit ineligibilis ad quancumque dignitatem. num.2.*
4 *Electores eligentes cum abuſu ſecularis poteſtatis irritam faciunt electionem, & ſunt ſuſpenſi. numer.2.*
5 *Hac vera ſunt de omni electo, & electore. n.2.*
6 *Elector tamen excipitur ſi ſit Epiſcopus. n.2.*

Con-

1 Contra naturalem libertatem Eccleſiaſticæ electionis pariter eſt, ſi ſecularis poteſtas illi ſe immiſceat, & Eccleſiæ omnimodam libertatem prouidendi ſibi de miniſtris, & Prælatis non relinquat. Propterea *cap. quiſquis 43. de elect.* ita de hac electione decernitur. *Quiſquis electioni de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum conſentire præſũpſerit contra canonicam libertatem, & electionis cõmodo careat, & ineligibilis fiat, nec ſine diſpẽſatione ad aliquã valeat eligi dignitatem. Qui verò electionẽ huiuſmodi, quam ipſo iure irritam eſſe cenſemus, præſumpſerint celebrare, ab officijs, & beneficijs pœnitùs ſuſpendãtur per triennium, eligendi tunc poteſtate priuati.*

2 Duplex concluſio in hoc textu continetur. Prima eſt, quòd electus electioni de ſe factæ per abuſum ſecularis poteſtatis conſentire præſumens, & priuatur commodo electionis, & fit ineligibilis; ita vt ſine diſpenſatione non poſſit eligi ad quamcumque dignitatem. Secunda concluſio eſt, quòd electores præſumentes huiuſmodi electionem celebrare, & irritam faciunt electionem, & per triennium ſunt ſuſpenſi ab officio, & beneficio, & voce actiua priuati. Vtraque verò cõcluſio vniuerſalis eſt, tum ex parte electorum, tum ex parte eligentiũ, ita quòd quicumque electus per quamcumque electionem celebratam per abuſum ſecularis poteſtatis præſumpſerit illi conſentire, vel quicumque eligens talem electionem præſumpſerit celebrare, ſubditur pœnis in dicto canone latis. Niſi, inquit, *Suarez tom. 5. diſp. 31. ſect. 3. num. 14. fin.* excipiendi ſint Epiſcopi, ex eo, quòd ſub clauſula generali ſuſpenſionis non cõprehenduntur. Itaque ſub priori parte etiam Epiſcopi, imò Epiſcopi præcipuè comprehenduntur, quia ipſi ſunt præcipuè illi electi, qui conſentire non debent electiõni celebratæ per abuſum ſæcularis poteſtatis; ſed quantùm ad ſecundam partem, vbi contingat Epiſcopos eſſe electores, dici poteſt illos non comprehendi, quia ſub generali clauſula ſuſpenſionis non cadunt.

S V M M A R I V M.

1 *Sola electio ad Prælaturas ex vi d. cap. Quiſquis redditur irrita ſi fiat per abuſum ſæcularis poteſtatis. num. 3.*

2 *Electus non ad Prælaturam non fit nelligibilis, ſi conſentiat electioni factæ per abuſum ſæcularis poteſtatis. nu. 3.*

3 Eſt autem circa hunc textũ multiplex difficultas. Prima quidẽ de qua electione loquatur textus, nã *Hoſtienſ.* cenſet ſermonẽ eſſe de ſola electione ad Epiſcopatũ. Sed *Panor. in d. c. n. 3. ex Innoc.* quem ſequitur *Azor. lib. 5. c. 4. q. 28.* quia textus indiſtinctè loquitur, arbitratur ſermonẽ eſſe de electione ad quamcumq; dignitatem. Sed alij ampliùs extendunt ad electionem ad quodcumque beneficium Eccleſiaſticum; quia textus abſolutè, & indiſtinctè inquit, quiſquis electioni de ſe factæ conſenſerit &c. *Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 31. ſect. 3. num. 14. fin. Bonac. diſp. 3. de centur. q. 4. p. 5. nu. 6.* Sed quoniam, illud caput deſumptum eſt ex Conc. Lateran. ſub Innoc. III. & ſequitur immediatè ad *caput quia propter*, vnde in vtroque capite de eadem electione eſt ſermo; at verò vt infra probo *cap. 9.* ex communi DD. ſententia quod in *c. quia propter*, quod eſt *cap. 24.* dicti Concilij, eſt ſermo de ſola electione Prælatorum, probabiliùs dicitur quòd de eadem eſt ſermo etiam in *cap. quiſquis*, quod eſt dicti Concil. *cap. 25.* Ideò nedum decretum huius capitis nõ habet locum in electione beneficiatorum inferiorũ, ſed nec in electione Canonicorum, Perſonatuum, & dignitatum, in quibus locum non habet decretum *cap. quia propter*. Cum in vtroque capite de eadem electione ſit ſermo, & vnum ex illis capitibus continuetur ad aliud, & Prælatorum electio, ſiue electio in qua ſeruanda eſt forma *cap. quia propter*, illa ſit, quæ abſolutè, ſimpliciter, & principaliter venit nomine electionis. Ideò licet Concilium loquatur indiſtinctè, & abſolutè, intelligitur de ſola electione ad Prælaturas, quæ eſt illa electio, de qua ibi Concilium *cap. antecedenti*, loquebatur, & quæ in iure venit ſimpliciter, & principaliter nomine electionis. Et hoc innuunt *Sylu. v. ſuſpenſio num. 6. verſ. 7. Tabien. ibid. num. 6. & 7. Sayrus lib. 4. de cenſ. cap. 16. nu. 16.* & alij, qui nulla facta diſtinctione electionis, abſolutè dicunt, per hunc canonem puniri, qui vel cõſenſerit electioni, vel elegerit in electione facta per abuſum ſecularis poteſtatis.

S V M M A R I V M.

1 *Electus dictæ electionis conſenſiens fit ineligibilis ad ſolas dignitates. num. 4.*

2 *Ideò poteſt eligi in Canonicum, & etiam ad beneficium curatum. nu. 4.*

4 Altera difficultas eſt, ad quid reddatur ineligibilis electus conſentiẽs electioni factæ per abuſum ſecularis poteſtatis. *Abbas* antiquus quem ſequitur *Azor. lib. 6. cap. 4. quæſt. 28.* putat huiuſmodi electum conſentientem dictæ electioni eſſe ineligibilem etiam ad beneficium curatum, eo quia tale beneficium æquiparetur dignitati, *cap. Dudum, de elect.* ſed *Panorm.* meritò hoc reijcit. Cum enim lex iſta ſit pœnalis, iuxta regulam, *odia, de regulis iuris in ſexto*, non debet extendi ad improprias ſignificationes nominis dignitatis, ſed propriè debet accipi dignitas; at verò beneficium curatum non eſt propriè, & ſimpliciter dignitas. Et ita *Gloſſa, Innocent. Baldus, Cæteriq. Canoniſtæ*, quos Barboſa refert *ad d. cap. quiſquis. Anton. Aug. 4. Collec. l. p. tit. 3. cap. 10. Sylueſ. & Tab. loco citato, Tamburin. de iure Abb. diſp. 5. q. 22. nu. 10. & 11. Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 31. ſect. 3. nu. 14. Bonacina diſp. 3. de cenſ. q. 3. p. 7. n. 8. Layman l. 4. tract. 9. c. 9. num. 2. ver. Duodecimo. Sigiſ. de Bonon. de elec. dub. mihi 51. num. 1. Biax. par. 1. cap. 19. Cuch. l. 4. de elec. n. 104. Barboſa de iure Eccleſ. l. 1. cap. 19.* & alij communiter docent huiuſmodi electum conſentientem electioni factæ per abuſum ſecularis poteſtatis eſſe ineligibilem ad quamcũque dignitatem, nihil aliud exprimentes: & verè ſic eſt, quòd ex vi huius Canonis huiuſmodi electus non eſt ineligibilis ad Canonicatum, vel etiam ad beneficium curatum, vt *Panorm.* aduertit, vel etiam in Regularibus ad Diſcretatum, vel ad quodcumque officium, quod non ſit dignitas.

S V M M A R I V M.

1 *Electio per abuſum ſecularis poteſtatis eſt, ſiei interſit laicus, vel in ea aliquod munus gerat, vel*

eius

eius conſenſus ſuper certis, perſonis expectetur. num.5.

2 *Eligere ex metu graui incuſſo à ſeculari non eſt eligere per abuſum ſecularis poteſtatis. n.6.*

3 *Nec electus ex metu graui conſentiens, nec electores ex metu graui eligentes, vel admittentes ſeculares eligunt cum abuſu ſecularis poteſtatis, nec incurrunt pœnas cap. Quiſquis, nec eorum electio, ſi alias ſit libera eſt irrita, & ſi eſt irrita, eſt irrita ratione metus. nu.6. 7.*

4 *Præſumptio requirit plenam libertatem. nu.7.*

5 *Non eſt abuſus, ſi Princeps ſecularis ex priuilegio interſit electioni. nu.8.*

6 *Nec ſi ex conſuetudine, aut priuilegio Princeps velit moneri de morte Prælati, vel vt petatur licentia habendi comitia, vel vt petant conſenſum electionis iam factæ. nu.9.*

7 *Non eſt abuſus, ſi vel conſuetudine, vel priuilegio, vel ex conditione poſita in fundatione debeat exigi conſenſus Patroni. nu.10.*

8 *Si patronus ſit Eccleſiaſticus poteſt hoc concedi illi ab Epiſcopo, ſed ſi ſit laicus, ſolus Papa tale priuilegium concedit. nu.10.*

9 *Princeps laicus priuilegio, aut conſuetudine poteſt habere ius præſentandi ad Eccleſias etiam Cathedrales. nu.10.*

10 *Nec conſuetudine poteſt introduci, vt laicus habeat votum in electione Canonica. n.11.*

11 *Electus ad clamorem populi non eſt confirmandus. num.12.*

12 *Eligentes per impreſſionem laicorum ſunt voce priuati, & electio eſt nulla. n.12.*

13 *Recipiens Eccleſiam de manu laicorum eſt excommunicatus. nu.12.*

14 *Recipiens Eccleſiam de manu laicorum inualide illam impetrat ſine diſpenſatione. n.12.*

15 *Nec conſuetudine poteſt introduci, vt electio, eo ſit irrita, quia defuit conſenſus laici. n.13.*

16 *Si hoc Princeps prætenderet eſſet abuſus poteſtatis. num.13.*

17 *Princeps habet ius opponendi contra electum. numer.14.*

17 *Ex honeſtate poteſt conſuetudine introduci, vt exigatur conſenſus electionis à Principe; vt non poſſit opponere contra electum. nu.14.*

18 *Si Princeps irrationabiliter ſe opponat electo non eſt per ſe caſſanda electio. num.14.*

5 QVæritur tertiò quid ſit eligere per abuſum ſecularis poteſtatis? *Gloſſa v. abuſum*, inquit abuſum hunc eſſe, ſi Princeps laicus, vel Poteſtas interſit electioni. Innocentius, quando clerici in electionibus Prælatorum laicos intereſſe fecerint *cap. ſacroſancta, & cap. Maſſana de elect.* vel Principes laicos ſuper perſonis eligendis requirunt clerici, vt conſenſum præſtent. *cap. cum terra, & cap. quod ſicut de elect.* vel minis potentum aliquem elegerunt. *cap. bona memoriæ Magna de elect.* & ſimilia habent *Panorm. nu.4. fin. & Barboſ. num.2. Tambur. de iure Ab. diſp.5. q.22. num.11.* Alij dicunt abuſum eſſe, ſi laicus interſit electioni, vel aliquod munus in ea exerceat. *Suarez de cenſur. diſp.31. ſec.3. num.14. Serio de cenſur. diſp.5. diff.1. q.16. nu.23. Gibalin. in ſynopſi cenſurarum v. electio nu.8. ſed Bonacina de cenſuris diſp.3. q.4. p.5. num.2. ait*, abuſum eſſe quando electores eligunt cũ abuſu, & aſſiſtentia, aut auctoritate laicorum. Dicendum propterea eſt, abuſum eſſe primò ſi ſecularis, & præcipuè Princeps interſit electioni, tanquam elector, & dans ſuffragium cum clericis electoribus, *cap. Maſſana, de elect.* Secundò ſi laicus interſit electioni tanquam is, cui conueniat optio ex duobus, aut pluribus ab electoribus nominatis *cap. ſacroſancta eod. tit.* Tertiò ſi clerici electores petunt conſenſum laici ſuper perſona eligenda *cap. cum terra, eod. titulo.* Vnde quartò eſt abuſus ſecularis poteſtatis, ſi laicus aliquod munus ſpirituale exerceat circa electionem, vt v.g. quia admittitur vt ſcrutator; quia & hoc eſt intereſſe electioni per modum eligentis, & gerentis munus Eccleſiaſticum. Quintò ſi laicus ibi interſit tanquam gerens aliquam iuriſdictionem in clericos electores. Laicis enim non competit aliqua iuriſdictio in Eccleſiaſticos. *Concil. Later. 3. cap. 19. & Bulla cœnæ.* Et tandem ſi laicus quocumque modo ſe ingerat electioni *cap. nullus 63. diſt.* Nuda tamen præſentia laici vel magiſtratus, vel Principis in loco electionis, non venit hic ſub nomine abuſus, ſi laici adſint, vt iuuent in eo, quod eſt poteſtatis ſecularis; nam laicos poſſe adeſſe in loco electionis vt iuuent, defendant, & protegant electores, docent *Gloſſ. in cap. quia propter de elect. v. redacta vbi Panorm. & iterum Panorm. Compoſt. Io: Andr. & Baldus in cap. Maſſana eod. tit. Diax. p.1. cap.12. num.2. Sylueſ. v. electio p. num.2. Chuchus iuſtit. mor. tit. de elect. num.111. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. mihi 87. Donatus in praxi p.3. tr.4. q.6. num.3.* Et nihilominus conſiderandum eſt, quòd in Congr. habita iuſſu felic. mem. Innocentij X. die 5 Aug. 1646. ex communi ſententia reſolutum eſt, Capitulum Prouinciæ Bethicæ ordinis Eremitarum S. Auguſtini celebratum in Ciuitate Granat. cum interuentu, & aſſiſtentia Auditoris Regiæ cameræ in aula Capitulari fuiſſe nullum ob laicæ poteſtatis abuſum ex *cap. quiſquis de elect.*

6 Extenſio autem illa Innocentij, vt electio fiat per abuſum ſecularis poteſtatis, ſi fiat per metum laici, quod tenent etiam *Tambur. & Barboſa citati.* Non admittitur, ſine diſtinctione. Nam vel laicus incutit metum, vt hic vel ille eligatur, & ſic cogit ad eligendum determinatè aliquem, vel ex aliquibus determinatis vnum; & hæc electio eſt nulla, & irrita, quia facta ad impreſſionem laici, vt infra probo, & pariter irrita eſt in ſententia *Panormitani*, & aliorum, qui tenent vniuerſaliter, quòd electio facta per metum ſit nulla ipſo facto, cuius tamen oppoſitum ſuſtinui *ſupra cap.4.* Vel ſecularis per metum grauem ſolùm cogit ad hoc, vt admittatur ad electionem, vt illi interſit, vel vt ſine eius conſenſu non habeatur electio huius vel illius, vel vt ipſe aliquod munus exerceat. Et in hoc caſu, ſi electio aliàs liberè fiat ab electoribus, electio vi dicti capitis non eſt irrita, nec electores remanent ſuſpenſi, aut priuati voce actiua per triennium. Quia iſti non præſumunt eligere cum abuſu, ſed ad hoc compelluntur, vnde deeſt in illis dolus, & ceſſat propterea delictum. *l.1. §. dilectus, ad leg. Cornel. de ſicar.* & vbi non adeſt delictum, ibi non adeſt pœna *l. ſancimus C. de pœn. Rota deciſ.66. num.3. coram Card. Seraph.* Et ideo enim, qui ex vi & metu celebrat electionem cum abuſu ſecularis poteſtatis, non facere electionem nullam, ſi aliunde non irritetur, nec incurrere pœnas huius Canonis, tenent *Gloſſ. v. abuſum Suarez loco citato num.14. Alter. d. cap.5. Henri-*

Digitized by Google

tus Boic in d.cap.quiſquis, Biax in direc.elect.p.1.c.10. num.1.Sayr.in Claui Reg.l.3.cap.9.nu.34.Sigiſ.de Bonon de elect.dub.51.num.2.Bonac.de centur.diſp.3.q.4. p.5.num.4.

7 Vnde etiam magis vniuerſaliter dicitur, tam in electo, quàm in eligentibus requiri ſcientiam, & plenam libertatem, quia verbum *præſumpſerit* importat dolum, & dicitur de eo qui ſcienter. & ſponte legem tranſgreditur. *Card.in Clem.1.num.22.de priuil.Nauar.c.27.num.155.& 156.Suarez dic.ſec.3. num.14.Sanchez l.9.de matrim.diſp.32.nu.38.& 40. Rota deciſ.200.n.2.p.2.Recent.Sigiſ.de elect. dub.51. num.2.*

8 Limita etiam ſecundò non eſſe abuſum ſecularis poteſtatis, ſi Princeps ſecularis ex priuilegio interſit electioni. Papa enim poteſt hoc illi concedere, & in eo caſu interuentio illa non eſſet abuſus. *Innoc.Palud.Alter.Sigiſ.citati.*

9 Limita tertiò non eſſe abuſum ſecularis poteſtatis, ſi vel ex priuilegio, vel ex conſuetudine legitimè præſcripta Princeps vult vt electores ante electionem ſibi mortem Prælati denuncient, vel petant poteſtatem habendorum comitiorum, vel vt electores petat conſenſum electionis iam factæ. *Innoc.& Panor.in cap.quod ſicut 28.de elect.& idem Panor. in cap.cum terra 13.eod.tit.& cap.quod ſuper his de accuſat.Sylu.v.electio 1.num.27.Biax parte p.quarto recuſ.num.2.Roman.ſingul.296.Azor.p.2.l.6. c.14. q.6. Sigiſ.dub.51.num.7.*

10 Nam; & conſuetudine poſſe introduci vt Patronus ſine iure ſuffragij interſit electioni in Collegiatis Eccleſijs, vel quòd in ipſa fundatione Eccleſiæ conditio iſta ponatur, vt Patroni conſenſus requiratur. quia ſi Patronus eſt Eccleſiaſticus ab Epiſcopo, ſi ſit laicus à Papa concedatur poteſt vt in electione Prælati, vel Rectoris conſenſus eius exquiratur, tradit *Layman l.4. trac.2.c.13.num.8.ex Sylu. v.ius patronatus q.2.& Gloſſ.cap.nobis, v.niſi aliter, de iure patronat.* Pariterque aut priuilegio, aut conſuetudine poſſe introduci vt Reges, & Principes præſentent ad Eccleſiam etiā Cathedralem, habetur ex *cap.cum terra 14.& cap.cum inter 18.de elect.* & tradunt plures quos refert *Barboſ.ad d. caput cum terræ num.7.& cap.Innotuit 20. num.15.eod.tit.*

11 Conſuetudine tamen non poteſt introduci, vt laicus votum habeat in electione ideo eſſe abuſum ſi admittatur tenuit *Panor.in hoc cap.quiſquis num.4. & cap.Meſſana de elect.& Panor.ibid ex Io: Andr.c.1. de Præbend.in 6.Donat.tom.3.trac.4.q.4 num.2.Azor. p.2.l.6.c.4.q.28.* Et ita vt nec laicus habens ius patronatus poſſit ex conſuetudine acquirere ſuffragiū *in elect.Canonica Iacobus Anellus in addit.ad Panor. d.cap.quiſquis l.d.ex Dec.in cap.decernimus, ver.5.* infertur de iudicijs. *Layman.l.4.tr.2.cap.12.num.8.*

12 Concil. autem Sardicenſe, vt habetur *c.Oſius 2.* de electione ſtatuit, vt electus ad clamorem populi non confirmetur. *Gloſſ.v.populi Innoc.nu.1.Panorm. num.1.Bald.num.1.& 2.Barboſ. num.4.* Et poſtulantes, aut eligentes aliquem per impreſſionem laicorum ſunt priuati ipſo facto pro ea vice facultate eligendi, & electio deuoluitur ad alios, qui non peccauerunt etiam ſi ſint in minori parte. *Panorm.in cap. bonæ 23.num.22.de elect.* & huiuſmodi electio eſt ipſo iure nulla. *Barboſa ad d.cap.bonæ 23.de elect.nu.3. ex Coſm.in pragmat ſanct.tit.de elect. v.præſumant. & 16.q.7.per multa cap.* interdictum eſt recipere Eccleſias de manu laicorum ſingulariter verò *cap.ſi quis clericus 16.* Paſchalis Papa II. huiuſmodi excommunicat, dicens. *Si quis clericus, Abbas, vel Monachus per laicos Eccleſias obtinuerit, ſecundùm Sanctorum Apoſtolorum canones, & Antiocheni Concilij capitulum excommunicationi ſubiaceat.Comit.Reſponſ. Moral.l.1.q.78.Azor.p.2.l.6.c.4.q.28.Barboſa ad cap. quiſquis 43.de elec.num.2.* Inde eſt, quòd ſi quis à laico dignitatem obtinent, etiam ſi poſtea illam impetret à Superiore ſine diſpenſatione legitima, irrita eſt impetratio, & nulla. *Panorm. in d.cap.quiſquis,* quem ſequitur *Azor.p.2.l.6.c.4.q.28.*

13 Sed nec conſuetudine poſſe introduci, vt ſi contra conſenſum Principis eo, vel irrequiſito, vel repugnante fuerit celebrata, ipſa ſit vel ipſo iure irrita, vel caſſanda, ex hoc capite præcisè, quòd electio ſit celebrata ſine Principis voluntate, & ſi hac Princeps prætenderet, eſſe abuſum dixerunt *Panorm. contra Innoc.in d.cap.quod.ſicut 28.de elect. Syluеſ.v. electio p.num.26.in fine. Sigiſ.d.cap.51.num.7.* Tolleretur enim per hoc Eccleſiæ libertas eligendi.

14 Electione tamen peracta Princeps habet ius opponendi contra electum, & ita vt ſi probet electum meritò ſibi eſſe ſuſpectum, & ſui Principatus intereſſe vt electio caſſetur, & non confirmetur electio ſit caſſanda. *Innoc. Panor. Anan. Feliu.in d.cap. ſuper his de Accuſat. Gloſſ.in cap.1.d.32.Biax, Sylu. Azor.Sigiſm ſupra citati. Donatus par.3.tr.4.q.5.Azor. p.2.l.6.cap.14.q.6.Folle in pract.crimin.p.2.iudic.verſ. aut criminibus num.6.* Sed ſi Princeps ſine rationabili cauſa diſſentiat, ſi electores elegerint, non debet caſſari electio, ſi ſine ſcandalo id fieri poteſt. *Sylu. & Sigiſ. citati.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœna lata contra electum per abuſum ſunt latæ ſententiæ. num.15.*

2 *Nō eſt improbabile quod ſit ſententiæ ferendæ.n.15.*

15 VIſo iam, quis ſit abuſus ſecularis poteſtatis, quæri poteſt. Quartò an pœna, quæ infertur electo conſentienti huiuſmodi electioni ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ. Dicit enim textus, *ineligibilis fiat.* Ex quo forſan quis deducet hanc eſſe pœnam ferendæ ſententiæ, quia verbum *fiat*, ſignificat tempus futurum vnde importare ſententiam ferendam, docent plures, quos refert, & ſequitur *Barboſa dict.125.& ad hoc cap.quiſquis num.7.* Et ideo hanc partem tenet *Bonac.diſp.3.q.4.p.5.nu.7.* ſed hic contrarium videtur dicendum, ſi vt bene aduertit *Gloſſ.* quam ſequitur *Panor.num.6.Suarez loco citato Sayr.in Claui Regia lib.3.c.8.num.26.* quos ſequitur *Barboſa ad cap. quiſquis 43.de elec.num.3.v.fiat*, iungantur alia verba textus *nec abſque diſpenſatione ad aliquam valeat eligi dignitatem*; & quia verbum *fiat* ſæpe denotat tēpus præſens, vt tradit idem *Barboſ.dict.125.num.2.* ita accipitur in præſenti textu, vbi decernitur ita hunc conſentientem huiuſmodi electioni fieri ineligibilem, vt non valeat ſine diſpenſatione eligi. Nihilominus dici poſſet, quòd ſecunda clauſula, *nec abſque diſpenſatione valeat eligi &c.* reſpicit tempus, quo per ſententiam talis factus fuerit ineligibilis, & hic eſt ſenſus germanior.

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *In pœna lata contra electum conſentientem electioni per abuſum poteſt Epiſcopus diſpenſare. nu.16.*
2 *Si Papa huiuſmodi ineligibilem ſcienter prouideat cenſetur cum eo diſpenſare. Non tamen ſi hoc facit Papa inferior. num.16.*

16 Quæritur quinto, quis poſſit diſpenſare in hac inhabilitate ad dignitates? *Panorm. num.*8. tenet poſſe Epiſcopum diſpenſare,& hanc ait eſſe communem ſententiam. Quamuis enim canon iſte contineat decretum conciliare, ex quo tamen mentionem fecit diſpenſationis, & diſpenſationem poſſe fieri admiſit, cenſetur conceſſiſſe facultatem diſpenſandi Epiſcopis; quia ſi ſolus Papa poſſet diſpenſare, non erat opus facere meotionem diſpenſationis; cum aliàs certum ſit, Papam in his poſſe diſpenſare, & leges canonicas non tenere,ſi Papa diſpenſet iuxta doctrinam *Innoc.in cap.dilectus* 1.*de tempor. ordinat.& Antonij de Butrio in c. At ſi clerici* §.*de adulterijs, de iudicijs, Layman. l.*4. *tr.*9.*cap.*9.*num.*2.*ver.duodecimo. Barboſa ad d.cap.quiſquis num.*4. *Azor.p.*2.*l.*6.*cap.*4.*q.*28. *Bonac. diſp.*3.*q.*4. *p.*4.*nu.*9.Idem verò *Panorm. ibid.* ait, quòd ſi Papa ſcienter aliquem hoc modo inteligibilem,& in dignitate intruſum prouideret, cenſeretur cum eo diſpenſare ſuper hac inhabilitate, ex *Bart.l.Barb.ff.de officio prætor.* Sed inferior Papa non cenſetur diſpenſare, niſi præmittat ſaltem cauſæ cognitionem *Azor.cap.*4.*q.*28.*parte* 2.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna lata in d.cap.quiſquis contra electum conſentientem electioni non afficit eum, qui à laico recipit Eccleſiam. num.*17.
2 *Nec excommunicatio lata contra recipientem Eccleſiam de manu laici afficit eum, qui conſentit electioni per abuſum ſecularis poteſtatis. num.*17.

17 Quæritur ſexto, an decretum huius Canonis extendi poſſit ad eum, qui conſentit electioni de ſe factæ à ſeculari, & de eius manu recipit beneficium. *Panorm.num.*1. aſſerit fortiùs dicendum, quòd pœnam huius canonis incurrat,qui recipit dignitatem immediatè de manu laicorum. Sed oppoſitum eſt verum, prout aduertit *Suarez. d.diſp.*31.*ſect.*3.*n.*14. Nam hic prohibentur clerici eligere cum abuſu ſecularis poteſtatis, & prohibentur electi conſentire huic electioni; at verò in pœnalibus non fit extenſio caſus ad caſum, etiam ſi alter caſus contineat maius peccatum, & grauius; quoniam ſæpe leges minora peccata puniunt vel quia frequentiora, vel quia occaſiones ſcandalorum, vel alijs de cauſis; ex quo etiam ſequitur, quòd non bene idem *Panor.* contra eum,qui conſentit electioni factæ per abuſum ſecularis poteſtatis *num.*6.*&* 7. applicat, quæ ſtatuta ſunt *cap.ſi quis deinceps* 12.16.*q.*7.*& cap. Præterea* 4. *de iure patron.* Nam dicti canones ſunt contra illos, qui immediatè recipiunt dignitates de manibus laicorum; non verò contra eos, qui à clericis eliguntur,licet per abuſum ſecularis poteſtatis. Vnde excommunicatio ſtatuta in *dic.cap. Præterea & in d.cap. ſi quis clericus* non afficit iſtos, qui à clericis eliguntur per ſecularis poteſtatis abuſum.

S V M M A R I V M.

1 *Suſpenſio ab officio lata contra huiuſmodi eligentes per abuſum eſt ſententia ferendæ. num.*18.
2 *Nec priuatio vocis lata contra prædictos eligentes eſt ſententia latæ. num.*18.

18 Quæritur ſeptimo, quæ pœna lata ſit in electores eligentes per abuſum ſecularis poteſtatis. Dicitur verò, quòd duplex pœna imponitur, ſcilicet ſuſpenſio ab officijs, & beneficijs, & priuatio actiuæ vocis per triennium. Sed prima pœna eſt ſententiæ ferendæ, quia ſtatuitur, vt ſuſpendantur. *Gloſſa, Panorm. Suarez num.*13. *Bonac.nu.*3. *Gibalinus in Synopſi v.electio nu.*8. Sed ſecundâ pœnam eſſe ſententiæ latæ, quia decernitur, quòd tunc ſint eligendi poteſtate priuati tenet *Suarez.ibid.* Sed oppoſitum eſt dicendum, quia priuatio actiuæ vocis ibi impoſita ſupponit ſuſpenſionem, vt habetur ex textu ibi, *eligendi tunc poteſtate priuati,* tunc, ſcilicet,cum fuerint ſuſpenſi; vnde cum ſuſpenſio ſit ſententiæ ferendæ, talis eſt etiam priuatio ſupponens ſententiam ſuſpẽſionis. *Alter.diſp.*16.*de ſuſpenſ. ſub finem. Ferdinand. à Caſtro diſp.*4.*p.*10.§.3.*nu.*2. *Bonac.diſp.*3.*q.*4.*punc.*5. *num.*3. *Gibalin.in Synopſi v.electio n.*8.*poſt Gloſſam in d.cap.quiſquis v.tunc.*

CAPVT IX.

De electionis nullitate ex non ſeruata forma *cap. quia propter* 42. *de Elec.*

S V M M A R I V M.

1 *Introductio ad ſubſequentia. num.*1.

1 Hucuſque ſatis, vt puto, explicata eſt natura electionis Canonicæ ex parte formæ naturalis illius, quæ in libero conſenſu eligentium conſiſtit. Per *Innoc.cap.quod ſicut* 28.*de elect. Panorm. cap.cum poſt* 46.*eod.tit.& Dec.cap.canon.p.lect.n.*10. de conſtitutionibus; oſtenſum enim eſt, qualiter electio debeat eſſe libera,& nec vi, nec fraudibus, nec ſubornationibus, nec precibus, nec fauotibus, nec pretio ſimoniaco, nec ſecularis poteſtatis abuſu coacta. Modò ad formam & ſolemnitates ex iure poſitiuo, & Canonico impoſitas explicandas accedo. Quoniam autem formam eligendi tradidit Innocentius III. in Conſil.Generali Lateran.& habetur *cap. quia propter* 42. de electione,de huius formæ ſeruandæ neceſſitate priùs agendum eſt,ſed tamen quædam generalia præmittenda ſunt, vt demonſtretur, quam vim habeat lex poſitiua ad irritandam electionem, ſi non ſeruetur forma à ſe præſcripta.

S V M M A R I V M.

1 *Lex non dubium C. de legibus, non ligat Eccleſiaſticos. num.*2.

2 *Eadem lex non eſt vſu recepta. num.2.*
3 *Lex canonica ex hoc quod prohibet actum, non illum irritat. num.3.*
4 *Aliud eſt prohibere actum, & actum irritare. n.4.*
5 *Lex prohibens, reſiſtit exercitio actus, non eius valori. num.5.*
6 *Lex Canonica decernit, vt actus prohibitus non habeatur vt nullus, niſi ſit prohibitus cum decreto irritante. num.6.*
7 *Matrimonia Clandeſtina ante Concil. Trid. vera erant, quamuis prohibita. num.6.*
8 *Cap. quæ contra, de reg. iuris in 6. explicatur. nu.7.*
9 *Multa ſunt facta prohibita, quæ non poſſunt irritari. num.7.*
10 *Quæ prohibentur ex cauſa perpetua ſecundũ aliquos poſſunt non eſſe irrita. & ecõtra irrita eſſe poſſunt, quæ prohibentur ex cauſa temporali. num.8.*
11 *Non eo ſolum prohibita non ſunt irrita quia alia lex velit eſſe valida. num.9.*
12 *Stat quòd lex directè prohibeat actum, & illum non irritet. num.10.*
13 *Variæ expoſitiones illius regulæ. Quæ contra &c. num.11.*
14 *Dicta regula debet intelligi cum proportione. nu.11.*
16 *Habere actum pro infecto eſt iudicare illum nullum, vel declarando eius nullitatem, vel illum caſſando. num.11.*
17 *Actus prohibitus, ſi inutilis agenti, non caſſandus. num.11.*
18 *Lex pacta C. de pactis. num.12.*
19 *Cap. final. de pactis. num.12.*
20 *Ad actus ex ſubſtantia malos, obligatio eſt iure naturæ nulla. num.12.*
21 *Pactum turpe iure naturæ nullum. num.12.*
22 *Obligatio ad actus malos, quia prohibitos, poteſt eſſe illicita, & valida nu.12.*
23 *Clemens VIII. confirmata prohibitione, abſtulit irritationem profeſſionis præſcriptã à Sixto V. n.13.*
24 *Electio non eſt nulla, ex eo quod facta contra prohibitionem. num.14.*
25 *Quando lex canonica irritet electionem, remiſſiue. num.15.*

1 QVæritur autem primò, an de iure canonico, eò electio cenſenda ſit nulla ipſo iure & facto, quò à lege poſitiua prohibita? Quæ quæſtio pendet ex reſolutione alterius, an, ſcilicet, lex canonica ex hoc irritet actum, quo illum prohibet. Meritò autem quæritur in ſpecie de prohibitione iuris Canonici; quia nos de electione Canonica agimus. Ideo quidquid ſit de illa lege famoſa, ſcilicet, *l. non dubium C. de legibus*, per quam videtur omnino ſtatui, vt actus quicunque à lege prohibitus cenſeri debeat nullus, & irritus ipſo iure, & facto; quæ cum in hoc ſenſu ſit duriſſima, vt eam ſuſtineant iuris conſulti, quàmplures inuenere diſtinctiones, & limitationes; quæ tamen vel legem deſtruunt, vel nihil valent, vt poteſt videri apud *Syluest. v. lex. quæſt. 28. Suarez l.5. de legibus c.25. Martinez p.2. q.96 a.4. dub.13. Salas p.2. diſp.16. ſec.8. Boſſium Tit.15. a. nu.78.* & alijs; hoc ſufficit huic inquiſitioni, quòd illa lex purè Ciuilis non obligat Eccleſiaſticos, nec vim habet, vt irritet Eccleſiaſticos actus; vnde ex vi eius, electio facta contra prohibitionem legis non eſt irrita, & nulla. Nec obſtat, quòd lex illa videatur canonizata *à S. Greg. l.7. indict.2. epiſ.7. & habetur 25. q.2. cap. Imperiali*; quia in illa Epiſt. nunquã S. Greg. illã legẽ confirmat, ſed cum ageretur de teſtamento cuiuſdam Abbatiſſæ, illud nullum declarat, *quia ingredientibus monaſterium conuertendi gratia, vlteriùs nulla ſit teſtandi licentia; ſed res eorum eiuſdem monaſterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum eſt*. Et ex hoc decernit, vt legata facta à dicta Abbatiſſa non valeant, ſed monaſterio conueniant; cum teſtamentum dictæ Abbatiſſæ ex lege Imperatoris Iuſtiniani prohibentis monachos teſtari, eſſet inualidum. In huius verò decreti ſui confirmationem alludens ad dictam legem, *Non dubium*, ait, *quòd imperiali conſtitutione apertè ſancitum eſt, vt ea, quæ contra leges fiunt non ſolùm inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint*. De lege igitur ciuili ibi ſermo eſt, non de lege Eccleſiaſtica; vnde Greg. non acceptauit legem illam, vt habeat vim in legibus Eccleſiaſticis, ſed Ciuili lege vtens, ad confirmandum, quòd teſtamentum contra legem ciuilem factum non deberet manuteneri, vſus eſt illa lege imperiali. *Suarez. l.5. de legibus cap.29. n.4. Salas p.2. diſp.16. ſect.8. Boſſius. Moralium tit.15. n.882.* Præterquàm quòd modò legem illam *non dubium*, eſſe conſuetudine abrogatam, ſeu nullibi eſſe vſu receptam docet *Molina tract.2. dub.88.* addens, quòd ſi vires haberet, eſſet intolerabilis propter multitudinem legum. Sed & additur, quòd nullus eſt, qui eam intelligat, & acceptet in ſua vniuerſalitate, & vt iacet, & ſonat, ſed vna vel altera limitatione illã DD. coarctant, vt dictum eſt. Ea igitur lege ciuili omiſſa, & quidquid ſit de illa regula, quam adducit *Caſtell. cap.4. de elec. nu.39.* & dicit receptiſſimam, ſcilicet, quod quando lex prohibet ſubſtantiã actus, ſola prohibitio ſufficit ad inualidandũ actum, quæ ſi vera eſſet procederet de iure Ciuili; loquendo de lege Canonica.

3 Dicitur ad quæſtionem, quòd lex Canonica ex hoc, quòd prohibet actum, illum non irritat, niſi expreſsè, vel æquiualenter illum, ſi fiat, irritum fore, & nullum decernat. *Turrecrem. cap. non oportet, el 1. 33. q.4. num.2. ad ſecundum. Palud.4. d.34. q.1. art.1. concl.4. Richardus in 4. d.32. art.5. q.2. fin. D. Antonin. 3. p. tit.1. cap.16. in fine principij, Syluest. v. matrim.7. q.1. dicto 3. Alexander de Neuo*, quem citat, & refert *Sanchez lib.7. de matrim. diſp.2. nu.10. idem Sanchez lib.3. diſp.5. ad quartum, Suarez de legibus lib.5. c.29. num.1. & ſeqq. Salas de legibus diſp.16. ſect.8. Arriaga de legib. diſp.23. ſect.5. num.51. Layman. lib.1. tract.4. cap.16. num.3. Boſsius moral tit.19. num.72. & 87.* & apud eum *Villalobos, & Caſtro Palaus, Bonacin. de legibus diſp.1. quæſt.1. p.7. §.7. nu.8. Martinez p.2. q.96. art.4. dub.13. concl.2. Palaus p.1. tract.3. diſp.2. punct.8. nu.2. & apud eum Mendoza 1. de pactis cap.4. num.41. & Farin. in fragm. v. lex num.189.* Ratio huius aſſertionis eſt; quia nec prohibitio per ſe præciſè ex ſui natura habet vim irritandi actum, nec eſt ab irritatione inſeparabilis, nec datur lex Canonica decernens, vt actus contra legem factus ſit nullus; immò lex Canonica expreſsè diſtinguit, inter prohibitionem, & irritationem, & hanc eſſe ab ea ſeparabilem docet; igitur non eſt vnde dicatur, quòd lex Canonica ex eo irritet actum, quo illum prohibet. Antecedens quantùm ad omnes partes probatur.

4 Et quidem primò euidens eſt, quòd per ſe ex natura rei aliud ſit prohibere, & aliud irritare. Nam prohibere eſt præcipere ne fiat actus, ſed irritare

Digitized by Google

care non eſt præcipere, vt actus non fiat, ſed actum, ſi fiat, priuare vi, & efficacia, & effectu, ac ſi non fieret. Euidenter autem manifeſtum fit, quod iſta diſtinguuntur, & ſeparantur. Nam matrimonium prohibitum eſt fieri tempore interdicto, *toto tit. de matrim. contract.* ſed inter Compatres ex baptiſmo, *cap. 2. de cognat. ſpir. in ſexto*, ſiue poſt ſimplex votum caſtitatis, *cap. an de voto in ſexto*, ſiue cum quouis alio impedimento non dirimente. Et tamen matrimonium in omnibus illis caſibus eſt validum. Item ante Concil. Trid. matrimonium clandeſtinũ, licet prohibitum, erat validum. Item valet conſecratio facta per Epiſcopum alienum, licet prohibita. Item, licet prohibita, valida eſt ſententia lata ſub conditione, *cap. biduum 2. q. 6.* Pariter prohibita ſunt ſequentia, & tamen valida, videlicet, venditio rei, quam quis Deo vouit, promiſſio facta meretrici pro vſu corporis, matrimonium cum vna poſt poſt inita ſponſalia cum alia, & alia ſimilia. Sed, & in vſu Sacramentorum apparet, quòd prohibetur actus, qui nedum non irritatur, ſed nec poteſt irritari. Nam excommunicatus, aut ſuſpenſus à diuinis prohibitus Corpus Chriſti conſecrare, ita validè conſecrat, vt Eccleſia hanc conſecrationem irritare non valeat. Euidens igitur eſt, quod aliud eſt prohibere, & aliud irritare, & quòd ex vi primi præcisè non ſequitur ſecundum; ſed immò, quod primũ in quamplurimis caſibus ſeparatur à ſecũdo.

5 Hinc patet, quod nõ obſtat ratio illa, per quam aſſeritur actum prohibitum ex naturali lege eſſe nullum, ex eo quòd voluntas inferioris non poteſt eſſe efficax contra voluntatem ſuperioris, quæ actui reſiſtit, cum illum prohibet; quia prohibitio reſiſtit exercitio actus, quem præcipit non fieri, vnde ſi ſit, illicitè ſit; quia huic reſiſtit voluntas ſuperioris. Sed voluntas prohibentis non reſiſtit valori actus, ſi fiat, ideo bene ſtat, quod actus ſit prohibitus, & tamen ſi fiat non ſit nullus. Ideò neque verũ eſt, quòd nullitas ſit naturalis pœna actus prohibiti, vt voluerunt *Decius, & Baldus apud Suarez lib. 3. de legibus c. 25. num. 24.* quia prohibitio ſolùm facit actum, ſi fiat, eſſe contra rationem factum, & ideo illicitum; cum quo ſtat, quòd actus ſit validus. Nam immò & multi ſunt actus lege naturæ prohibiti, & tamen validi, vt eſt rem venditam, ſed nondum traditam Petro, vendere, & tradere Paulo, & contrahere matrimonium poſt ſponſalia inita cum alia.

6 Sed neque adeſt lex Canonica, per quam ſtatutum fuerit, quod actus, ex eo quòd prohibitus ſit nullus, vel quòd lex, ex eo quòd prohibet actum, irritet, illum. Nam immò lex Canonica oppoſitum ſtatuit, nimirum vt ex ſimplici prohibitione actùs non cenſeatur nullus, niſi lex prohibeat cum decreto irritante actum. Sic enim Innoc. III. *in cap. ad Apoſtolicam de Regularibus*, dixit, *quòd multa fieri prohibentur, quæ ſi fuerint facta, obtinent firmitatem.* Et *cap. ſi ſoli, de conceſs. preb. in ſexto.* ſic decernitur, *ſi ſoli ordinario pro te beneficiando executore non dato, vel ordinario & executori (vt cum faciendum quòd mandatur compellat) aut ſoli executori (vt tibi faciat de canonicatu & præbenda, vel alio beneficio in certa Eccleſia, diœceſ, ſeu prouincia prouideri) mandatum Apoſtolicum ſit directum, per talem præſentationem mandati ordinario ipſi factam, licet ſi contra faciat, puniendus exiſtat, ei tamen poteſtas ſic non adimitur conferendi, quin valeat alteri facta collatio ab eodem. Niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus irritum, & inane, quod fieret contra ipſam.* Nedum igitur in iure Canonico non eſt ſtatutum, vt lex prohibens actum, illum irritet; ſed eſt ſtatutum oppoſitum, vt, ſcilicet, lex quo prohibet, non irritet, niſi prohibeat cum decreto irritante. Sed ad rem hanc etiam ponderanda ſunt illa verba Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. *Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero cõtrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quàmdiù Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant &c. Nihilominùs ſancta Dei Eccleſia, ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper deteſtata eſt, atque prohibuit &c.* Concilium igitur hic definit, quod matrimonia Clandeſtina, non obſtante quod ſancta Eccleſia ſemper illa deteſtata eſt, ac prohibuit, fuerunt tamen antequam ab ipſo irritarentur, rata, & vera, & valida; igitur ex iure Canonico actus prohibitus non eſt nullus, niſi ſit prohibitus cum decreto irritante. Et hoc confirmatur ex ſtylo Pontificum, qui quando volunt actum prohibitum eſſe nullum, prohibendo apponunt decretum irritans, per quod declarant mentem ſuam eſſe, nedum vt actus non fiat, ſed vt, ſi fiat, ſit irritus, & nullus.

7 Nec in contrarium facit *regula 64. de reg. iuris in ſexto.* ibi *quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi.* quæ ſumpta videtur ex *l. pacta, quæ contra. C. de pactis* vbi habetur. *Pacta, quæ contra leges conſtitutioneſque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati iuris eſt.* Quam legem quo ad pacta contra bonos mores confirmauit Gregor. IX *cap. fin. de pactis*, ibi. *Nam etiam, iuxta legitimas ſanctiones, pactum turpe, vel rei turpis. aut impoſſibilis de iure, vel de facto nullam obligationem inducit.* Reſpondetur enim, & dicitur primò, quod Regula in ſenſu in quo adducitur eſt manifeſtiſſimè falſa, & ideò aliter interpretanda. Nam dantur de facto actus prohibiti, qui nedum non ſunt irriti, ſed nec poſſunt eſſe; vnde impoſſibile eſt quòd habeantur pro infectis, ideſt pro inanibus, & inualidis. Nam matrimonia contracta contra interdictum Eccleſiæ, vel cum impedimento non dirimente, vel ante Concil. Trident. matrimonia clandeſtina fiebant contra ius, & nihilominùs valida erant. Sicut ordo ſuſceptus ab alieno Epiſcopo contra prohibitionem Eccleſiæ validus eſt; & ita vt neque præfata matrimonia, neq; ordo haberi poſſint vt nulla & inualida; igitur nõ poteſt eſſe ſenſus, quòd omnis actus factus contra legem ſit irritus, & vt irritus ſit habendus. Statim verò ac propoſitio eſt vniuerſaliter falſa, iam ex terminus non eſt per ſe vera, & neceſſaria, ſed eſt contingens, & ex aliquo adiuncto contingenti in aliquibus tantùm verificabilis.

8 Ideò Gloſſa regulam limitat, vt non ſit vera, niſi vbi ratio prohibitionis eſt perpetua. Et hanc limitationem habent etiam *Tabien. v. impedimentum 13. & Armilla ver. matrimonium num. 54. & Offredus, Iaſon. Vantius, Baldus, & alij apud Suarez lib. 5. de legibus cap. 25. num. 7. Farinac. v. lex. Boſſium tit. 15. num. 80.* Sed hæc limitatio non admittitur; quia matrimonium habentis votum caſtitatis, prohibitũ eſt ex cauſa perpetua, vel etiam matrimonium cognationis ex cathechiſmo, & tamen ſi fiant ſunt valida. Et econtra annus probationis eſt temporalis cauſa, nimirũ experimentum annuale eſt ratio proxi-

ma

Digitized by Google

ma legis prohibentis fieri profeſſionem eo anno nõ expleto, & tamen hæc lex irritat profeſſionem. Præterea, vnde colligit, quòd ex perpetuitate cauſæ prohibitio irritetur? Hoc enim ex natura rei non ſequitur, nullum autem verbum eſt in ea regula ex quo hoc ſignificetur.

9 Reſpondent ſecundò, eandem regulam limitari, vt non valeat, quatenus lex illa vel alia in contrarium decernat actum non eſſe irritum. Et hoc eodem modo, prædictam legem, *non dubium* limitarunt *Gloſſ. Iacobus Butrig. Bartholus, Baldus, Salicetus, & plures alij*, quos ex *Fariu. in fragm. v. lex. nu.* 194. recenſet *Boſſius num.* 83. & hanc limitationem ex parte approbat *Syluest. v. lex num.* 28. Sed neque hæc limitatio eſt ad mentem Canonis. Quoniam lex prohibens matrimonium habentis votum caſtitatis ſimplex, vel ante Concil. prohibens matrimonium clandeſtinum, erat lex purè prohibens: ſi verò dicitur alias leges voluiſſe, quod illa matrimonia eſſent valida, debuiſſent adduci tales leges, quæ non eſſent declarationes validitatis talium contractuũ, ſed eſſent leges derogantes illi regulæ, & contra illam ſtatuentes. Sic enim Concil. Trid. loco citato declarauit, tunc matrimonia clandeſtina eſſe rata, non verò alteri legi derogauit. *Suarez dicto cap.* 25. *num.* 20.

10 Reſpondent tertiò, quod regula intelligitur de illis actibus, qui directè ſunt contra ius, at verò exẽpla allata continere actus, qui non ſunt directè contra ius. Sed hæc limitatio ex directo eſt contra leges prohibentes actus, quorum ſunt data exempla. Et quæ matrimonia, vel inita poſt votum caſtitatis ſimplex, aut poſt ſponſalia cum alia, aut poſt cognationem ex baptiſmo, aut cum alio impedimẽto non dirimente, aut clandeſtinè prohibent, Hæ enim leges directè illa matrimonia prohibent, & non irritant.

11 Alij igitur eandem regulam limitant, vt valeat ſolùm de actibus contra legem dantem formam ſubſtantialem actui. *Sanchez lib.* 3. *de matrim. diſp.* 5. *ad quartum.* Alij vt intelligatur de actibus factis cõtra legem, nedum prohibentem, ſed irritantem. *Arriaga d. diſp.* 23. *ſect.* 3. *num.* 51. *& Stephanus Bauny var.* 3. *lib.* 1. *tract.* 1. *q.* 6. *num.* 72. Alij quòd regula intelligitur, quia actus prohibiti irritari debeant, ſi id fieri poteſt, & expedit. *Salas vbi ſupra num.* 27. Alij ſentiunt, quòd regula intelligatur ſine limitatione; ſed quòd detur ad inſtructionem iudicum; & ſic non loquitur extra iudicium fori contentioſi, ſed in iudicio: & quòd iſti actus habendi ſunt pro infectis non abſolutè & ſimpliciter, ſed cum proportione. Nam actuũ prohibitorum alij ſunt irriti ipſo iure, alij non; & ex iſtis alij ſunt ſecundùm ſubſtantiam non irritabiles, vt matrimonium contra impedimentum non dirimens contractum, & ordo modo prohibito ſuſceptus; qui tamen actus ſunt irritabiles ſecundùm quid, & quantùm ad aliquos effectus; quia coniuges in pœnam ſeparari poſſunt ad tempus, & ordinatus poteſt ab executione ordinum ſuſpendi; alij verò actus ſunt diſſolubiles, & irritabiles, etiam ſecundum ſubſtantiam, & horum alios expedit caſſare alios non. Senſus ergo regulæ eſt, vt actus facti contra legem habeantur pro infectis, vel ſimpliciter, vel ſecundum quid, & quia vel decernantur fuiſſe nulli ab initio, vel caſſentur ſi expedit illos caſſare, & irritare. *Suarez d. lib.* 5. *de legibus c.* 29. *num. fin. Bauny d. num.* 72. *Layman loco ſupra citato, Caſtro Palaus d. diſp.* 2. *punct.* 8. *num.* 2. *& Boſſius num.* 89. Et hæc vltima expoſitio eſt legitima. Itaque regula datur iudicibus fori contentioſi, habere autem actum pro infecto intelligitur, pro eo, quod eſt iudicare illum tanquam nullum, ſiue hoc fiat declarando illum fuiſſe nullum ab initio, ſiue illum caſſando: & hoc totum intelligitur ſeruato iuris ordine, & iuxta legum exigentiam; ideoque quod actus prohibitus habeatur pro irrito quantùm ad effectus iuris, & quantum eſt poſſibilis haberi, & haberi expedit. Et quia hæc eſt pœna, quam lex ſtatuit contra agentes contra legem, & non tanquam ex neceſſitate omnino imponendam, ſed tanquam conſentaneam tali delicto, vt ibi aduertit *Suarez*, & iuxta dictum Io. Papæ VIII. ad Ludouicum Imperatorem, quod habetur *cap. vides diſt.* 8. ibi, *Vides fili chariſſime, quia quod contra legem accipitur, per leges diſſolui meretur* ideò ſenſus illius regulæ planus, & apertus eſt, vt actus factus contra legem habeatur pro infecto, ſeruato ordine iuris, vt ſcilicet ſi eſt nullus ipſo iure, declaretur talis, vel ſi non eſt talis diſſoluatur ſi eſt diſſolubilis, & ſi expedit illum diſſoluere. Et in hoc iuuat conſideratio *Franchi ad dictam regulam in ſexto*, ſcilicet, vt penſetur ſi actus eſt vtilis agenti contra legem, vel non vtilis, ſed pernicioſus. Nam ſi non eſt illi vtilis, melius erit actum non diſſoluere, ſed in pœnam delinquentis illum in ſua validitate relinquere, niſi obſtet præiudicium aliquod tertij innocentis, aut alia cauſa rationabilis. Sed ſi actus prohibitus ſit vtilis agenti, tunc magis expediens erit vt caſſetur actus ſaltem quantum ad vtilitatem, & reddatur peccanti inutilis, vel in totum, & ſemper, vel ad tempus, & pro parte, ſi & in quantum iudex videbit expedire.

12 Quod verò addebatur ex alijs legibus, nimirũ ex *Cod. de pactis, & ex cap. fin. de pactis*, non vrget in contrarium. Tum primo quia lex Canonica in dicto *cap. fin.* non loquitur niſi de pactis turpibus, aut rei turpis, & impoſſibilis, quæ verè nullam obligationem inducunt, non vero loquitur de omnibus pactis. Tum quia eſt conſiderandum, quòd actuum quidam ſunt mali ab intrinſeco, vnde ſunt prohibiti, quia mali ſunt, alij verò ſunt mali ab extrinſeco, quia prohibiti. Primi actus ſemper ſunt mali, & cum fiunt, & cum implentur; vnde eſt, quòd non ſunt ſecundùm rectam rationem capaces obligationis; quia iniquum & iniuſtum eſt, quòd homo ſit obligatus ad agendum turpiter & inhoneſtè; & ideò pacta de huiuſmodi actibus habendis ab intrinſeco ex naturali lege nulla ſunt. Sed alij actus ſunt mali, quia prohibiti, & in iſtis contingere poteſt, quòd obligatio ad tales actus, quæ de ſe non eſt mala, ſit prohibita fieri, & ideò ſit illicitum obligari ad illos habendos, & tamen obligatio non ſit nulla, & inualida, licet illicitè fiat, ſed ſit valida & teneat; quia non ſit prohibitum, illam impleri, quia illam impleri non iudicatur malum impediendũ per legem humanam. Quod patet tam in prohibitis lege naturali, quàm in prohibitis lege humana. Nam ſi quis vendidit aliquid vni, prohibitum eſt vendi illud alteri, & nihilominus ſi antequam venditum tradatur primo, vendatur, & tradatur ſecundo, venditio tenet & obligat; licet venditio in ſuo fieri ſit iniuſta; quia per ſecundam venditionem, licet iniuſtam diſſoluitur prima venditio, vnde quod fuit

ſecun-

Digitized by Google

ſecundò iniuſtè venditum, iuſtè retinetur. Similiter ei, qui habet votum ſimplex caſtitatis illicitũ eſt nubere; ſed ſi nubat valet matrimonium, quòd eſt illicitum in fieri, non in durare, & conſeruari. Similiter tempore ex lege poſitiua Canonica interdicto celebrare matrimonium eſt illicitum; & tamen non eſt illicitum poſtea illud debito tempore perficere, & continuare. Quando igitur actus eſt ex ſui ſubſtantia malus, tunc obligatio ad talem actum ſemper eſt mala, & nedum eſt mala vt fiat, ſed eſt mala, ſi impleatur, & ideo pactum de huiuſmodi actu habendo ab intrinſeco nullum eſt, & tale eſt pactum turpe; ſed quando actus non eſt ex natura ſua malus, tunc vis legis attendi debet; quia ſtat quòd lex prohibeat hominem ad illum actum obligari, & non prohibeat illam obligationem perfici; quia bene videat non inconuenire, quòd facta obligatio impleatur, quámuis fuerit inconueniens, quòd inchoaretur.

13 Et habemus de hoc exemplum valde clarum, & valde vrgens ad intentum. Nam Sixtus quintus prohibuit profeſſionem Religioſam fieri, niſi certo modo à ſe ſtatuto, & addidit decretum irritans, ſi aliter fieret; ſed Clemens octauus prohibitionem confirmauit, & irritationem abſtulit. Separantur igitur prohibitio, & irritatio, & ſtat prohiberi obligationem ne fiat, & tamen eam, ſi fiat, eſſe validam. Non ergo licet arguere ex pacto turpi ad alia pacta. Nam illud importat obligationem ad actum ex ſui ſubſtantia malum, & turpem, & inhoneſtum; ideo ex lege ipſa naturali eſt malum. Sed pactum de actu ſecundùm ſe non malo, vel nullo modo eſt malum, ſed ſi eſt malum eſt malum quia prohibitum vnde ſic eſt malum ſicut prohibitum, & ſi ſit prohibitum, quia lex noluerit hominis obligationem ad actum illum validam eſſe, illa non eſt valida, ſed ſi obligationem prohibuerit fieri, ſed non irritauerit, obligatio valida eſt, niſi in pœnam inobedientiæ irritetur ſi poteſt, & expedit illam irritati.

14 Itaque ad quæſtionem noſtram doctrinam applicando dicitur, quòd electio ſeu prouiſio, aut promotio ad prælaturas, & beneficia non eſt ipſo iure nulla, ex eo quòd ſit prohibita; niſi ſit prohibita cum decreto irritante. Quia lex Canonica prohibens electionem, ſeu promotionem non irritat hunc actum, niſi quando illam prohibet cum decreto irritante.

15 Quando autem lex Canonica cenſenda ſit irritare electionem, dicetur dum in particulari de requiſitis ad eam ex lege canonica tractabitur.

S V M M A R I V M.

1 *Proponitur quæſtio. num.16.*
2 *Irritatio actus aliquando eſt pœna, & aliquando non. num.17.*
3 *Opiniones variæ. num.18.19.20.21.22.*
4 *Actus nullus ipſo iure in foro conſcientiæ eſt validus reuocabiliter. num.23.*
5 *In obſcuris minimum eſt ſequendum. num.23.*
6 *In obſcuris attenditur, quòd verſimilius, vel fieri conſueuit. num.23.*
7 *Lex obſcura quomodo interpretanda. nu. 23.*
8 *Lex irritans contractum ipſo iure obligat etiam ſuo modo in conſcientia. num.24.*
9 *Lex infirmat dominiũ, & facit illud reuocabile. n.24.*
10 *Si talis lex nullo modo obligaret in conſcientia, poſſet eſſe fomentum iniquitatis. num.24.*
11 *Qui ex contractu valido de iure naturæ poſſidet, iuſte poſſidet, donec à iudice damnetur, vt ſoluat. numer.25.*
12 *Vnus contrahentium non tenetur alterum ignorantem admonere de defectu ſolemnitatis, & contractus. num.25.*
13 *In contractu minus ſolemni vnicuique contrahentiũ competit agere ad irritationem contractus. nu. 26.*
14 *Nullus poteſt renunciare iuri, quòd habet ad agendum pro irritatione contractus minus ſolemnis. num.27.*
15 *Si ſit dubium, an in contractu fuerit vis, vel fraus, contractus minus ſolemnis non valet in conſcientia. num.28.*
16 *Vbi hæres legitimus probabiliter præſumat voluntatem teſtatoris fuiſſe contrariam ſcripturæ, non tenetur ſoluere legata ſcripta. num.28.*
17 *Vbi non ſit certum, quòd teſtamentum minus ſolemne valeat à iure naturali, hæres ſcriptus non poteſt adire hæreditatem in praiudicium hæredis ab inteſtato. num.28.*
18 *Contractus minus ſolemnis eſt omnino nullus in conſcientia, ſi lex iddeclaret. num.29.*
19 *Collatio Parochialis facta non ſeruata forma Concil. Trid. eſt nulla in foro conſcientiæ. num.29.*
20 *Ratione materiæ contractus minus ſolemnis eſt aliquando nullus omnino in foro conſcientiæ. nu.30.*
21 *Matrimonium Clandeſtinum, nullum eſt in foro conſcientiæ. num.30.*
22 *Profeſſio ante annum 16. nulla eſt in foro conſcientiæ. num.30.*
23 *Lex irritans contractus præcipit eos habendos vt irritos in foro externo. num.31.*
24 *Lex irritans contractus vtilis. num. 31.*
25 *Non eſt eadem ratio de forma conſecrationis, & de forma contractuum. num.31.*
26 *Ratio cur lex irritans contractus minus ſolemnes nõ irritet illos omnino in conſcientia. num.31.*
27 *Teſtamentum minus ſolemne obligat. num.32.*
28 *Irritatio contractuum non ſemper eſt pœna. n.17.32.*
29 *Lex nõ poteſt cõueniẽter irritare cõtractus in foro externo, quin aliquo modo irritet illos in interno. n.32.*
30 *Sponſalia minus ſolemnia inducunt impedimentum publicæ honeſtatis. num.32.*
31 *Electio valida de iure naturali, licet ex defectu ſolemnitatis irrita ipſo iure, eſt valida in conſcientia ante ſententiam iudicis. num.33.*
32 *Electores peccant non ſeruando formam à iure ſtatutam. num.34.*
33 *Confirmator peccat confirmando electionem minus ſolemnem. num.34.*
34 *Electus per electionem minus ſolemnem non peccat recipiendo officium. num.34.*

16 Quæritur ſecundò. An vbi electio eſt ipſo iure nulla, ſi ei non deſit aliquod de iure naturali neceſſarium ad validitatem eius, cenſenda ſit nulla etiam in foro conſcientiæ, & independenter à quacumque ſententia hominis? Quod eſt quærere, an non obſeruantia ſolemnitatis formæ eligendi inductæ à iure poſitiuo, ſtante decreto irritante, ita reddat electionem nullam, vt cenſenda ſit nulla etiam in foro conſcientiæ, independenter à quacumque hominis ſententia,

tentia ; & ita vt electus in conſcientia teneatur renunciare officio.

17 Hic verò præmittendum eſt, quòd irritatio actus aliquando eſt, & aliquando non eſt pœna. Nam ſi hæc irritatio priuet iure quæſito eſt pœna; quia non priuatur quis iure, quòd habet, niſi ob culpam. *Gemiuian.cap.final.de elect in 6.* vbi *Francus n.5. Bald.in l.nemo martyres C.de Sacroſ. Eccleſ. Innoc.in cap.ſi vere 134.nu.2.de ſentent.excommunicationis, Panorm.in cap.2.num.5.de conſtit. Felin.in cap.2.num.1. de teſtibus, & cap.Cæterum num.38.de reſcript. Caſſad. dec.1.num.2.de vſuris & deciſ.32.num.10. de pœn. ſuper regul.* quem ſequitur *Mantica dec.300.nu.4.* ſed vbi irritatio priuat non iure quæſito, ſed iure vel ſimpliciter, vel plenè, & completè acquirendo, ſi hoc fit in odium inobedientiæ legis, eſt pœna. Talis eſt irritatio quæ habetur *cap.ſi Religioſus 27.de elect.in 6.* vbi de Religioſo ſine licentia ſuorum Superiorum conſentiente electioni de ſe factæ extra ordinem, dicitur, *conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam præſumptionis illius electio eadem ipſo facto viribus euacuetur omnino.* Hoc idem colligit *Gloſſ.cap.licet, ver. proceſſus, de immun. in 6. & ex cap.diſpendia §.&c. de reſcrip.in 6. & cap.cupientes §.Cæterum de elec.in 6. & cap.ſed ſi perſonas, eod.tit. & lib. Sanchez l.3.de matrim.diſp.4.num.9. Suarez l.5.de legibus cap.29.num.7.* Sed ſi irritatio non irrogetur in pœnam alicuius tranſgreſſionis, ſed directè, & principaliter ob bonum commune, ad quod iudicatur neceſſarium, vt in agendis ſeruetur immutabiliter forma aliqua à lege præſcripta, ſic irritatio non eſt pœna, ſed iudicatur eſſe fauor publicus. Sic *cap.fin.de elect.* vt præcipiti cõfirmationi electionis remedium ferret, Papa ſtatuit. *Nos volentes huic morbo, & fraudibus obuiare; præſenti conſtitutione ſancimus, confirmationes tales viribus omnino carere, ipſaſque decernimus irritas, & inanes.* Ex eo igitur quòd actuum irritatio directè, & primò ordinatur in remedium malorum, & præſeruationem à fraudibus, & iniuſtitijs non cenſetur pœna, ſed fauor boni communis. *Io: Andr.in cap.fin.de elect.in 6.num.5.* & ibi *Gemin.num.18. Franc.n.5. Anton.cap.2.de conſtit.num.19.* & ibi *Panorm.num.5. Imola num.5. Decius in 2.lectura num.30. Neuo num.25. Baldus, Iaſon, Menochius,* & alij quos refert & ſequitur *Sanchez l.3.de matrim.diſp.4.num.9. & lib.9. diſp.32.num.18. Suarez l.5.de legib.cap.29. num.7. Salas de legib.diſp.16.ſect.2. Martinez p.2.q.96.nu.4.dub. 13. Farin. in fragm. v. lex num. 160. Caſtro Palaus tom.1.trac.3.diſp.2.p.7.num.4. Theſaur.in praxi p.p. cap.35. Boſſius in moral.tit.15.num.136.* Et huiuſmodi cenſetur irritatio matrimonij clandeſtini, & profeſſionis Religioſæ ante 16. annum, & alienationis rerum Eccleſiaſticarum; ſed & talis eſt irritatio electionis ob non ſeruatam formam Canonicam. Ideo in præſenti ſermo eſt de irritatione, vt cenſetur publicus fauor, & quæritur an electio ſic irrita, ſi habeat formam naturalem, ex hoc cenſeri debeat irrita in conſcientia, quòd ſibi deeſt ſolemnitas & forma iuris poſitiui?

18 Loquendo autem de contractibus in communi prior opinio affirmat, contractus ex defectu ſolemnitatis irritos ipſo iure, etiam eſſe irritos in foro cõſcientiæ, nullamque parere obligationem, nec etiam naturalem; ideoque à contrahentibus non acquiri dominium, ſed ipſos teneri acceptum reſtituere; vnde ſecundùm huius opinionis principia electus ex vi electionis irritæ ipſo iure ex lege poſitiua; etiam ſi ſine fraude ad ſit conſenſus legitimus vocalium, non acquirit ius ad Prælaturam, vel beneficium, & ſi confirmetur electio, non poteſt in conſcientia Prælaturam vel beneficium acceptare, & ſi acceptet, tenetur reſtituere, tanquam is, qui nec coram Deo eſt validè Prælatus, aut beneficiatus. Ita de contractu in communi loquentes tenuerũt *Baldus, Fulgoſius, Paulus de Caſtro, Cynus, Fortunius, Loriotus, Matienzo Padilla, Gregorius Lopez, Maxia, Perez,* quos refert *Sanchez l.4.Opuſ.cap.1.dub.14.num.4. Martinus de Ledeſma 2.4.q.18.a.1.dub.12. Suarez l.5.de legibus c.32. & l.7.c.24.num.4. Vaſquez cap.3.de teſtam.dub.1.nu.4. & p.2.diſp.164.c.3.num.36. Conar.cap.cum omnes, de teſtam.a.nu.6. & regula peccatum 2.p.§.3.nu.9. Azorius p.3.l.6.cap.9.q.1. Salon. Aragon. Zecbius, Leſſius,* quos refert, & ſequitur *Bonacina de contract. diſp.3.q.1. puncto 3.num.2. Diana p.1.trac.8.reſol.75.fin. Cardinal.de Lugo diſp.22.ſect.10.num.250. Menochius Spino, Gutierez, Sarmiento, Caualcanus, Farinacius, Franciſcus Molinus, Io: Valerus, Baſilius Pontius, Comitolus, Gordonus, Caſtro Palaus, Villalobos Tulleuch.* quos refert, & ſequitur *Boſſius in Moral.tit.15.n.19. Eſcobar, Mendoza l.10.ſect.2.problem.29. & 31. A S. Fauſto diſp.5.q.33.* apud *Martinez de Prado.cap.26. q.3.num.2.*

19 Fundamenta huius opinionis ſunt, tum primò; quia lex etiam Ciuilis obligat in conſcientia; igitur lex irritans contractum obligat in conſcientia; igitur contractus ex lege irritus, eſt etiam in foro conſcientiæ irritus. Tum ſecundò nam lex poteſt irritare contractum in conſcientia, & quòd de facto irritet probatur; quia non alijs verbis vtitur, quàm illis, vel ſimilibus, quibus vſum fuit *Concil.Trid. ſeſſ.24. cap.1.* irritando matrimonium Clandeſtinum, quòd conſtat eſſe irritum etiam in foro conſcientiæ. Tum quia aliter, ſi lex irritans contractus ſine ſolemnitate initos non obligaret in conſcientia, & in eo foro illa non irritaret, parùm vtilis eſſet, & non ſeruiret niſi ad fouendam iniquitatem eius, qui conſcius de valore contractus in foro conſcientiæ conaretur iuſtum poſſeſſorem exturbare auferendo propter defectum ſolemnitatis id, quòd alius iuſtè poſſidet. Tum quartò, quia in benedictionibus, & conſecrationibus ſi non ſeruetur forma ab Eccleſia inſtitura, conſecratio ſeu benedictio eſt nulla; & eſſet peccatum v.g. vti calice, vel altari non conſecrato iuxta formam Eccleſiæ. Tum quintò, quia vbi lex nedum non aſſiſtit, ſed reſiſtit contractui, & illum reprobat, impeditur nedum ciuilis, ſed naturalis obligatio vt docuerunt *Syluesſ.v.obligatio q.4. Angelus nu.10. Tabien.q.5.n.6. Couar. Seraphinus, Spino,* quos refert, & ſequitur *Sanchez l.1.de matrim.diſp.7.num.16. Io: Valerius, Vazquius, Paulus de Caſtro,* quos refert, & ſequitur *Boſſius Moral.trac.15.nu.22.* At verò vbi lex irritat contractum, illum reprobat. Tum ſextò, quoniam non valet dicere, quòd quia lex irritans contractus fundatur in præſumptione fraudis, ideo ceſſante fraude, lex non obliget; quia lex irritans contractus non eſt fundata in præſumptione aliqua particulari, ſed ordinatur ad tollenda pericula fraudis, & ideo ordinatur ad bonum commune; vnde eſt lex fauorabilis, quæ non ceſſat: tum quia ad hoc vt lex ceſſet, non ſufficit, quòd ceſſet finis legis in particulari, per textum in *Clem.ad noſtram, de hæret. & cap. & ſi Chriſtus de iure iurand.* Et ad huc in præſenti nullo modo

ceſſat

Digitized by Google

ceſſat finis legis; quia ſemper in quacunque occaſione, eſto non ſit fraus, adeſt periculum illius, & finis legis eſt, vitare pericula fraudis. Tandem quia non eſſet ſufficienter prouiſum fraudibus, cum plures dētur contractus, qui non poſſunt ad forum externum deduci, licet ſint prohibiti, pro quibus non eſſet prouiſum, ſi illi in conſcientia eſſent validi.

20 Secunda ſententia ex oppoſito arbitratur, quòd contractus minùs ſolemnes in conſcientia ſint validi, ſi aliàs naturalia requiſita habeat, & quòd per eos acquiratur verũ dominiũ, vnde in conſcientia cõtrahẽtes poſſint, quòd acceperunt ex cõtractu, retinere. Et ita tenent. *Panorm. in cap. quia pleriq. de immanit. num. 31.* & apud eum *Innoc. & Butrius, Anchar. Imola, Alexan. Iaſon, Alciatus, Albertus Brunus apud Conar. c. cum eſſes, de teſtam. & Regula peccatum p. 2. §. 3. Bartholus, Albericus, Florianus, Guido, Martinus de Lauduno, Corneus, apud Matienzo l. 5. Recopil. tit. 4. l. 5. gloſſ. 10. num. 13. Felin. cap. 1. de conſtit. num. 39. Geminian. cap. 1. de ſponſalibus num. 3. Angelus v. alienatio num. 14. & v. hæres 5. D. Anton. p. 3. tit. 10. cap. 3. §. 14. Syl. v. alienatio q. 13. & v. hæreditas 3. q. 7. & v. teſtamentum p. n. 8. & 53. Tabien. v. hæres n. 4. Armill. v. hæreditas num. 14. Oroſcius, Angles, Adrianus, Medina, Pereira, Sarmiento, Talauera, Perez, Segura, Gomez Arias, Io: de Molina apud Sanchez dub. 14. num. 2. Fillinc. tom. 2. trac. 34. c. 7. nu. 150. Reginaldus, Molfeſius, Homobonus, Mantica, Molina, & Leſſius apud Dianam p. p. tract. 8. reſol. 75. Decius, Boerius, Tiraquelus, Fagundez Vazquius apud Boſſium in moral. tract. 15. num. 32. Sayrus in Claui Regia l. 3. c. 7. num 9. & apud eum Ripa & Gneas de Falco.*

21 Probari autem poteſt hæc ſententia, tum primò, quia teſtamentum minùs ſolenne, ſi conſtet de voluntate teſtatoris in conſcientia obligat, *cap. indicante, de teſtamentis*, & ibi DD. Tum ſecundò; quia irritatio actus pœna eſt *c. diſpendia §. final. de reſcrip. cap. cupientes §. tertium, & cap. ſi Religioſus de elect. n. 6. & cap. ſed ſi perſonas eod. tit.* At verò pœna etiam ipſo iure lata non incurritur in conſcientia ante ſententiam. Tum tertiò, quia cum iſtæ leges factæ ſint ad obuiandum fraudibus, ſequitur eas fundari in præſumptionibus, & ideo ceſſante fraude eas non obligare, ſeu non afficere contractus habentes requiſita de iure naturali, & de iure gentium. Nec obſtat dicere, quòd finis harum legum ſit obuiare periculis fraudis, quia immò ex hoc cõcluditur, quòd ſuper fraudis præſumptione fundentur. Tum quartò; quia ceſſante fraude ceſſat finis legis. Tum quintò; quia bono communi ſatisfit irritando contractus in foro externo: & quòd in aliquo caſu poſſit contingere fraus, non obſtat; quia neque leges poſſunt omnibus caſibus in indiuiduo proſpicere. Tandem facit *c. 5. de ſponſ. in 6. & l. cum amplius 84. de reg. iuris.*

22 Tertia ſententia media conuenit cum vtraque in aliquo, & in alio diſcrepat. Conuenit cum ſecunda quia tenet; ex contractu minùs ſolemni oriri aliqualem obligationem naturalem, & transferri dominium; & ideo eum, qui poſſidet iuſtè poſſidere, nec tenere reſtituere ante ſententiam iudicis; ſed conuenit cum prima, pro quanto vult non oriri obligationem naturalem ſimpliciter, & non transferri niſi dominium infirmum, & inſtabile, & reuocabile per iudicis ſententiam ac ſi illud dominium nũquam fuiſſet acquiſitum. Ac propterea tenet, quòd pars, ad cuius fauorem lex irritauit contractum, poſſit agere in iudicio ad reſciſſionem contractus, & quòd pars, quæ non tradidit poſſeſſionem alteri poſſit nolle tradere, & non teneatur in conſcientia tradere, ſed poſſit ſibi retinere; quia ille contractus eſt reuocabilis. Et ſic contractus non eſt omnino nullus, nec omnino validus; quia eſt validus reuocabiliter. Et hanc ſententiam tenent *Sotus l. 4. de iuſtitia q. 5. a. 3. Lopez 2. p. Inſtruc. cap. 14. & apud eum Ripa, & clarius Ledeſma in 4. p. 2. q. 18. a. 1. dub. 12. Banneſ. 22. in præamb. ad quæſ. 62. diſput. 5. dub. 4. Petrus de Ledeſma 2. tom. trac. 8. c. 3. Io: de Cruce in 7. præcep. q. 1. a. 5. dub. 15. concl. 4. Serra 22. q. 65. a. 2. dub. 5. concluſ. 2. Sanchez l. 4. opuſ. cap. 1. dub. 14. nu. 5. & apud eum Palacios, Henriquez, & Burgos de Paz. Martinez de Prado. Moral. quæſ. cap. 25. q. 3. num. 10. Emanuel Sà v. contractus num 1. Layman. l. 4. c. 18. num. 8. & l. 3. tr. 4. c. 9 num. 9. & probabiliſſimam dixit Martinus à S. Ioſeph de Teſtamen. trac. 8. num. 4. & 5.* Eamque probabilem dixerunt: Cardinalis de Lugo, & Boſſius locis ſupra citatis, apud quem eandem ſententiam tenuit *Stephanus Bauny p. 3. l. 1. tr. 1. q. 6. aſſer. 2.* Sed ego credo quod plures ex DD. pro ſecunda ſententia citatis nõ aliud intellexerunt, quàm hoc, quòd expreſſiùs hæc tertia ſententia docet.

23 Ex his tribus ſententijs hæc tertia fundamenta non leuia habet in iure. Nam ex regula 30. *de regul. iuris in 6. In obſcuris minimum eſt ſequendum & ex reg. 45. Inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius, vel quòd plerumque fieri conſueuit.* Et ex reg. 62. *Contra eum qui legem dicere potuit apertiùs, interpretatio facienda.* Quamobrem cum aliud ſit forum externum, & aliud internum, & bene ſtare poſſit, quòd aliquid in eo cenſeri debeat nullum, quòd non ſit nullum ſaltem omnino in foro conſcientiæ, niſi lex exprimat nullitatem etiam in eo foro interno, vel lex ſit talis, quæ non poſſit rationabiliter exequi, niſi cum nullitate in foro externo ſimul iungi debeat nullitas in foro interno, valde veriſimile eſt, quòd lex interpretationem talem recipere debeat, vt minimum lædat libertatem ſubditorum; & quòd vbi lex inſpexit fraudes, & ad eas vitandas fuit condita, non prohibeat omnino id, quòd fit ſine fraude; & onus nullitatis actus, quòd eſt grauiſſimum, etiam non imponat, niſi quantùm expedit ad fraudes vitandas. Et certe mihi magnam vim facit textus in *cap. 1. de ſponſalib. in 6. vbi Bonifac. VIII. decernit*: per ſponſalia nulla, ſi non ſunt nulla ex parte conſenſus, induci impedimentum publicæ honeſtatis: Ex hoc enim deducitur quòd non obſtante nullitate ex iure poſitiuo inducta, conſenſus cauſat contractum validum in ſui ſubſtantia, & licet nullum in foro externo, tamen in conſcientia, & in ſui ſubſtantia validum.

24 Duo igitur tertiæ ſententiæ aſſerta probantur. Primum eſt, quòd lex irritans actum ipſo facto pertingit etiam ad forum conſcientiæ, ſaltem in ficiendo obligationem naturalem, & conſiſtentiam naturalem actus, illiuſque robur debilitando, vt iuſtè per iudicem irritari poſſit, & declarari nullus, retrotrahendo ſententiam ad horam præſtiti actus, ſeu facti contractus, ac ſi ille actus aut contractus non fuiſſet. Et hoc probatur; quia aliàs lex eſſet inutilis, nec poſſet executioni dari niſi eſſet vinculum fouens iniquitatem, & iniuſtitiam. Nam ſi lege non obſtante con-

Digitized by Google

tractus minùs ſolemnis ſine fraude initus cum requiſitis de iure naturali, & de iure gentium eſt in foro cõſcientiæ abſolutè, & ſimpliciter validus, & transferens dominium ſimpliciter, iam non poteſt iudex hunc contractum irritare, niſi auferendo à domino, quòd in rei veritate ſuum eſt. Et licet dici poſſet, quòd hoc fit iuſtè; quia fit in pœnam non ſeruatæ legis volentis contractum non fieri niſi cum ſolemnitate; tamen hoc non ſoluit vim rationis; quia vt dictum eſt quæſ. ſuperiori, etiam vbi lex non irritat actum ipſo iure, iudex in pœnam poteſt actum irritare, & annullare. Præterea, licet, vt dictum eſt, aliquando contingere poſsit, quòd lex irritans actum reſpiciat perſonam, & actum irritet in odium perſonæ, & in pœnam eius inobedientiæ; tamen ſæpe etiã reſpicit bonum commune, & intuitu boni communis ad remouendas fraudes, & tollendas iniuſtitias irritat contractus, & tunc hæc irritatio non eſt pœna, ſed eſt diſpoſitio ad fauorem boni communis inducta, & vt bonum communitati vtile introducta, & in hoc ſenſu modo procedit noſtra quęſtio. Non poteſt igitur dici, quòd in his caſibus contractus irritetur in pœnam; ſed quòd irritetur; quia ſic conuenit bono communi; quòd certè minùs conueniret, ſi contractus eſſet in rei veritate ſimpliciter validus, & iuſtus. Et ſi iterum dicatur hoc non eſſe iniuſtum; quia & hoc conuenit bono communi, quòd contractus validus habeatur pro non valido, ſi ſit minùs ſolemnis; hoc iam eſt dicere, quòd aſſertio poſita intendit; quia ſcilicet ſic ille contractus eſt validus, quòd poteſt inualidari. Et ſecunda ſententia vel intendit, quòd contractus minus ſolemnis ita ſit validus, vt nullus ex contrahentibus poſſit iuſtè etiam coram Deo inſtare apud iudicem, vt inualidetur, ſed omnino obligetur ſtare contractui; vel admittit, quòd contractus ita eſt validus vt tamen iuſtè, & ſalua conſcientia poſſit alter contrahentium inſtare apud iudicem, vt contractus reſciudatur. Si datur hoc ſecundum; eſt id, quòd aſſertio poſita intendit; nam eſt dicere, quòd dominium per talem contractum tranſlatum eſt infirmum, & reuocabile iuſtè, etiam in foro conſcientiæ. Sed ſi primum dicatur; iam igitur iudex audiens inſtantiam alterius contrahentis, quando bene videt, quòd contractus minùs ſolemnis fuit in conſcientia validus, cooperaretur iniuſtitiæ inſtantis pro irritatione contractus, & ſic lex exterior faueret iniuſtitiæ, & illam protegeret. Nec dicatur, quòd licet contrahentes non poſſint inſtare pro irritatione contractus, poterit iudex ex officio, illum ſine iniuſtitia irritare. Quia iam admittitur, quòd valor illius contractus eſt infirmus, etiam in foro conſcientiæ, & irritabilis. Et præterea ſemper inconueniens videtur, quòd iudex ex officio nullo inſtante, & partibus repugnantibus, & inuitis poſſit irritare contractum in foro conſcientiæ validum, & tollere à quocumque illorum quòd ſuũ eſt. Ideo dicendum eſt, quòd verè contractus ille non eſt abſolutè, & ſimpliciter omnino validus, ſed etiam in foro conſcientiæ vacillat, & non transfert dominium, niſi infirmum, & iuſtè reuocabile. Et ita quando DD. primæ ſententiæ, & præcipue *Rota in Romana Mercium 19. Ianuarij 1639. coram D. Card. Veroſpio. Et in cauſa Rauenaten. dotis. 11. Aprilis 1644. coram Eminentiſs. D. Card. Corrado, & in Romana, ſeu Peruſina Cenſus 12. Decemb. 1644. coram Bichio, & alias ſæpe, vt videre eſt apud Paulum Rubeum adnot. ad deciſ. 81. p. 8. Recent.* dicunt ex contractu minus ſolemni non oriri obligationem naturalem, loquuntur de obligatione ſimpliciter, & quæ ſufficiat, vt compellat contrahẽtes ad ſtandũ contractui, & quæ nullitatẽ in foro externo impedire aliquo modo poſſit.

25 Secundum quòd aſſeritur eſt, quòd nihilominus contractus minùs ſolemnis adeo eſt in foro conſciẽtiæ validus, ſi habeat requiſita de iure naturali, & gentium, quòd qui ex vi illius poſſidet, iuſtè poſſidet, nec tenetur ad reſtitutionem ante ſententiam iudicis; vnde conuenientibus partibus, vtraque iuſtè poſſidet, quòd ex vi contractus poſſidet. Et hoc eſt quòd probant rationes ſecundæ ſententiæ, & confirmant *Baunes, & Martinez* ex vſu, qui verè talis eſt, vt qui poſſidet ex contractu minùs ſolemni & aliàs iuſto, poſſideat iuſtè, nec teneatur reſtituere, niſi per ſententiam iudicis. Et hoc ex benigna interpretatione legis eſt veriſimile; quia & eſt minimum onus, quod intelligi poſſit eſſe impoſitum libertati contrahentium; & cum lex irritans contractum ipſo facto ſit obſcura, & poſſit apertiùs loqui, ſi velit irritare contractus ſimpliciter omnino, & id non faciat, nec à tanto tempore, ex quo hæc controuerſia pendet, vnquam fecerit, veriſimiliter dici poteſt, quòd ampliùs ligare non intendat. Nam & ad finem ſuum hoc ſufficit; ſi enim ex hoc quòd non ſit ſeruata ſolemnitas ſtatim nullo alio inſpecto contractus irritatur à iudice; quicumque ex fraude læditur in contractu, vel fraudis habet ſuſpicionem, habet remedium promptum, vt fraudi occurrat, etiam ſi fraus lateat; quia ſufficit, quòd ad iudicem recurrat, & defectus contractus minus ſolemnis appareat; quia ſtatim contractus reſcinditur. Et non obſtat ſi dicatur poſſe eſſe, vt defectus ſolemnitatis lateat; quia poſt longiſſimum tempus agatur de irritatione contractus, rarò continget, quòd hic defectus latere poſſit; cum in inſtrumentis ſeu ſcripturis manifeſtus per appareat. At verò nec leges reſpiciunt ea, quæ rarò eueniunt, neque prouidere valent omnibus caſibus in indiuiduo. *Sotus vbi ſupra ratione 2. ex Pomponio ff. de legib.*

29 Sed hoc ſtante quis eſt ex contrahentibus, qui poſſit inſtare pro irritatione contractus in foro externo? Ille ad cuius fauorem lex irritat contractum propter defectum ſolemnitatis. Ita *Martinez. n. 1*. Vel ille cuius intereſt. *Serra. d. concl. 2.* Vel vt habet *Sotus*, ita vt quiſque poſſit in hoc caſu vti beneficio legis. Et ita dicendum eſt, quòd vterque contrahentium poteſt beneficio legis vti, vt reſcindatur, & annulletur contractus. Et ita contractus minùs ſolemnis in ventre portat hanc conditionem mutuam, vt vnicuique contrahentium liceat vti legis beneficio ad recedendum à contractu.

27 Sed quid dicendum; ſi quis cedat & renunciet huic beneficio, & promittat, quòd nunquam eo vtatur, vel etiam hoc iuret? In hoc caſu dicitur, quòd cum hoc beneficium ſit fauor publicus, & conceſſus principaliter intuitu boni communis, non verò huius, vel illius contrahentis, nullus particularis poteſt illi renunciare; quia licet quilibet poſſit proprio fauori renunciare, *cap. ad Apoſtolicam*, de Regularibus, & *cap. ſi de terra, in fine de priuil. Rota deciſ. 265. num. 3. p. 1. recent.* & alij plures apud *Barboſam, Axiom. 96. num. 2.* non tamen poteſt renunciare

ſeſauori communi, aut alieno, vt ex *cap. de tempore, de arbit. & Panorm. ibid. num. 2.* aduertit ibid. *Barboſ.* & tradit *Suarez lib. 5. de legibus cap. 29.* Cum igitur lex irritans contractus minùs ſolemnes ſit fauor publicus, nullus contrahentium poteſt illi renunciare, & ſi renunciet inualida eſt renunciatio, & ſi iuret nullum eſt iuramentum.

28 Sed ſi non ſit certum contractum fuiſſe initum ſine omni vi, vel fraude, ſed ſit hoc incertum, & ſine probabilitates hinc inde, & probabiles fraudis, aut violentiæ ſuſpiciones, tunc contractus habẽdus eſt pro valido in foro conſcientiæ, & qui ex vi talis cõtractus poſſidet, poteſt ne retinere donec à iudice cõpellatur reſtituere? Reſp. ex communi ſententia, tunc contractũ eſſe nullũ etiã in foro conſcientiæ; quia in eo caſu lex iuſtè præſumit fraudẽ, & cum irritet contractum ex eo quòd in eo poteſt eſſe fraus, & ideo fraus adeſſe præſumatur, ex legis præſũptione contractus ille in conſcientiæ foro etiam eſt nullus, & ideò ex vi talis cõtractus nullus iuſte recipit, & poſſidet, & ſi poſſidet tenetur reſtituere. Et ideò quòd in caſu dubiò hæres ab inteſtato tuta conſcientia poſſit præoccupare bòna hæredi ſcripto relicta, in teſtamento minus ſolemni, & poſſit in iudicio agere contra illum hæredem, & omnia bona ſibi retinere ex *Vaſquio. Michaele Graſſo, Mantica, & Fagundez tradit Boſſius tit. 14. num. 156.* DD. enim qui aſſerunt contractum minùs ſolemnem valere in foro cõſcientiæ, loquuntur in caſu in quo ſit certum contractum habere requiſita iuris naturalis, vt patet ex *Panorm. Sylu. Tabien. Armilla locis ſupra citatis.* Quia ſi non conſtat de validitate contractus ex iure naturali, intrat præſumptio legis irritantis contractus ex periculo fraudis, vnde hic caſus ſub legis efficacia comprenditur.

29 Aſſertio etiam principalis poſita eſt & eſt vera præſcindenda ab adiunctis circumſtantijs, vel ſpecialibus verbis legis, ex quibus exprimatur contractum habendum eſſe vt nullum etiam in foro conſcientiæ. Sic enim collatio Parochialis facta non ſeruata forma ſtatuta in Concil. Trident. ſeſſ. 18. à pluribus dicitur nulla in quocumque foro, quia ſic decreuit Pius V. in ſua Conſtitut. per verba quæ videntur hanc irritationem inducere, ſic decernens, *Omnes, & ſingulas collationes &c. nullas irritas, & nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, nullumque prouiſis ius aut titulum etiam coloratum poſſidendi præbere, & parochiales Eccleſias huiuſmodi vt priùs ante collationes huiuſmodi vacabant, ex nunc vacare decernimus.* Cum enim per talem collationem non tribuatur aliquod ius, aut aliquis titulus etiam coloratus, non poteſt transferre verum dominium etiam ſi irritabile, & tribueret aliquod ius, & daret titulum aliquem nedum coloratum, ſed realem, & vlteriùs Eccleſia non vacaret, ſicut ante collationẽ vacabat, quia immò ante ſententiam prouiſus eſſet verus Parochus, & fructus faceret ſuos. Et ideo ſimilem collationem etiam in foro conſcientiæ nullã, dixerunt *Petr. Nauar. de reſtitut. lib. 3. cap. 2. num. 350. Salon. 22. q. 5. de dominio art. 4. Vaſquez part. 2. q. 163. Lorca p. 2. diſp. de legib. ad fin Leaſ. lib. 2. cap. 19. dub. 3. Burg. de Pace, Palador. & Riccius* quos refert & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 18.* Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. n. 159.

30 Secundò attendi debet natura contractus, quia ſi ſit talis, vt vel non ſubſiſtat, niſi ſit prorſus & omnino indiſſolubilis in quocumque foro, non poteſt in foro externo irritari, quin irritetur in foro interno. Quoniam tali contractui per ſe conuenit, vt vel ſit omniuo nullus etiam in foro interno, vel ſi eſt validus in foro interno, non poſſit in externo irritari. Et hoc modo meritò Eccleſia intellexit decretum Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. irritantis matrimonia clandeſtina, vt inferens nullitatem, etiam pro foro interiori, aliàs Eccleſia, eum, qui poſt clandeſtinum matrimonium contractum cum Berta contraxit palam cum Liuia, compellens ad perſeuerandum cum Liuia, Berta relicta, compelleret eundem ad poligamiam, & ad adulterium, ſi matrimonium cum Berta fuiſſet validum coram Deo. Nec in matrimonio locum habere poteſt dominium illud infirmum, & caſſabile; quia de ratione matrimonij eſt obligatio vſque ad mortem indiſſolubilis. Vnde vel matrimonium eſt prorſus nullum etiam coram Deo, vel ſi eſt validum, eſt indiſſolubile viuentibus coniugibus. Ideo indubitatum eſt, quòd matrimonium clandeſtinum etiam coram Deo, & in foro conſcientiæ eſt penitus nullũ. Et eadem ratione ex vi decreti Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de regul. in foro conſcientiæ eſt irrita profeſſio religioſa ante 16. annum ætatis, & annum probationis expletum; quia & profeſſio religioſa eſt quoddam ſpirituale matrimonium de cuius ratione eſt perpetuitas, cum promittatur obedientia vſque ad mortẽ; vnde vel nulla eſt coram Deo, vel ſi valida eſt, nec in quocumque foro externo diſſoluitur. Quamobrem profeſſionem contra præfatum decretum initam eſſe nullam etiam in foro conſciẽtiæ tradunt quàm plures quos referunt *Barboſa ad d. cap. Concil. Trid. num. 15. & Sanchez lib. 2. de matr. diſput. 24. num. 2. & lib. 5. in Decal. cap. 4.* & ſentiunt comm. DD.

31 Iam verò ad argumenta primæ ſententiæ reſpondetur, & dicitur ad primum legem obligare in conſcientia ad id, quod præcipit, non ad id, quod non præcipit; modò lex irritans contractus non præcipit eos eſſe omnino irritos in foro conſciẽtiæ, ſed habendos vt irritos in externo iudicio, vt tradunt *Soto, Bannes, Martinez, Serra citati, & alij*; ideo ex vi legis ſolùm ita validi relinquuntur in foro interno, quod, hoc non obſtante, caſſari poſſint in externo. Ad ſecundum dicitur, immò colligi ex probatis non eſſe mentem legis poſitiuæ irritare omnino contractus in foro conſcientiæ, & exemplum legis Concil. Trid. irritantis clandeſtina matrimonia non vrget. Nam illa lex irritat matrimonium, etiam in foro interno, quia matrimonium non eſt alio modo irritabile, vt eſt probatum *num.* 30. Ad tertium, iam patet ex dictis *num.* 24. quòd immò lex irritans contractus eſt valde vtilis, ex eo quòd in foro interno debilitat, & infirmat vim contractus, vnde abſque eo quòd faueat iniuſtitiæ, iudex poteſt illos irritos declarare. Ad quartum dicitur eſſe diſſimilem rationem. Tum quia non datur forma naturalis conſecrandi, ſicut datur contrahendi. Tũ quia forma conſecrationis eſt inſtituta propter decentiam, & myſterium, & tanquam ex natura rei neceſſaria. Sed forma politiua contrahendi accidentaliter ſuperinducta eſt formæ naturali per acciuẽs, ad vitandas fraudes, quibus ceſſantibus forma naturalis ſufficit. Ad quintum dicitur, quòd dum lex reſiſtit contractui, impeditur naturalis obligatio ne

ſit perfecta, & non diſſolubilis, non verò impeditur totaliter. Vel illa propoſitio intelligitur, quando lex omnino pro omni foro reſiſtit contractui. Ad ſextũ dicitur, quod ratio potiſſima aſſertionis poſitæ non eſt, quia vel ceſſet finis legis, vel lex irritans contractus tota fundetur in præſũptione; ſed quia verba legis ex intentione legiſlatoris nõ plus ſignificant, & in hoc ſenſu vſus legem accepit, nec eſt neceſſe legẽ hanc accipere in ſignificatione amplioti. Et ad hoc poſtra inter alia adiuuat, quod hæc lex fundatur in præſumptione, & quòd habetur finis legis abſque eo, quòd ad forum internum extendatur. Ad ſeptimum patet ex *num.24.* ſufficienter prouiſum eſſe fraudibus, etiam ſi lex non irritet omnino contractus in foro interno.

32 Ad argum. ſecundæ ſententiæ reſp. & dicitur ad primum, quòd ſi teſtamentũ minùs ſolemne obligat, hoc habet ex alijs legibus id ſtatuentibus ideo *Molina* & alij admittentes teſtamentum minùs ſolemne, vbi conſtet de voluntate teſtatoris, obligare, volunt nihilominùs legem irritare alios contractus etiam in foro interno. Ad ſecundum iam dictum eſt, *num.23.* non omnem legem irritantem contractus eſſe pœnalem. Ad tertium dicitur leges irritantes contractus non poſſe eos irritare conuenienter, & vtiliter in foro externo, quin ſaltem infirment dominium in foro interno. Vnde patet ad quartum, & quintum. Ad ſextum dicitur, quod ex eo *cap.1. de ſponſalibus habetur*, quòd actus nullus de iure poſitiuo non eſt omnino nullus de iure naturali; quia immò ſponſalia nulla ex iure poſitiuo, ſed non ex parte conſenſus, induennt impedimentum publicæ honeſtatis. Non tamen ſequitur, quòd contractus nullus ex iure poſitiuo remaneat omnino validus de iure naturali. Et ad legem citatam dicitur, quòd loquitur in ijs caſibus, in quibus lex non reſiſtit contractui.

33 Ex his modò ſoluenda eſt quæſtio, an electio ex lege irritata ipſo facto ob non ſeruatam aliquam formæ ſolemnitatem, ſi in ea ſeruata ſit forma naturalis cenſenda ſit irrita, nedum in foro externo, ſed etiam in foro conſcientiæ, vel potiùs econtra in foro conſcientiæ ſit valida, taliter quòd electus non teneatur, ſi conſenſit reuocare conſenſum, vel ſi Prælaturam acceptauit ei renunciare, ſed poſſit proſequi, niſi per ſententiam iudicis remoueatur. Nam qui tenent, legem irritantem actus, & contractus ipſo facto irritare illos omnino etiam in ſoro conſcientiæ, idem tenent etiam de electione, quod expreſsè habet *Suarez loco ſupra citato*. Sed & ex his, qui tenent contractus minùs ſolemnes, ſed iure naturæ, & gentium validos, non eſſe in conſcientia omnino inualidos, *Bannes d. q.4. de dominio dub. 4. concluſ.4.* excipit electionem Canonicam, quod eſſe magis probabile ſentit etiam *Ledeſma par.2. tract 8. cap.3. pag. mihi* 228. vbi dat exemplum de electione ad Parochialem Eccleſiam, quod tamen ex dictis ſupra *num.29.* non eſt ſimile, quia talis eſt modo ſpeciali prohibita, ſi non fiat per concurſum. Ratio autem *Bannes & Ledeſmæ* eſt; quoniam per electionem Canonicam confertur iuriſdictio ſpiritualis, quæ eſt res maximè grauis: at rem vſque adeo magni momenti non eſt tutum concedere, quòd transferratur per contractum irritum ab Eccleſia. Nihilominùs contrarium tenent alij ſine exceptione hac tenentes contractus validos iure naturæ & gentium non eſſe omnino inualidos in foro conſcientiæ ob defectum ſolemnitatis: & in ſpecie quòd valeat in conſcientia electio, quæ eſt valida ex forma naturali, non obſtante defectu formæ iuris poſitiui tenuerunt *Innocent. in cap. ſicut, & in cap. quia propter, de elect. Panorm. in cap. 1. de in integ. reſtit. num.19. & in cap. qui plerique de immunit. nu.32. 42. & 43. Anchar. in reg. peccatum q.6. de reg. iuris. Gemin. in cap.1. de ſponſalib. in ſexto, num.3. Decius in cap.1. de conſtit. num.19. & ibid. Felin. num.39 Iaſon. in l. ſi non ſortem, in princ. ff. de condit. indeb. & in leg. etſi inutiliter, C. de fidei com. & in l. nemo, poſt num.78. in 1. lectur., ff. de leg.1. Boerius deciſ.1. num.13. Sylu. v. electio 1. quæſt.10 num.11. Roſell. ibid. num.2. Biax. par.3. cap.20. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub.3. num.2. Sà v. electio nu.5. Peyrin. de ſubd. q.1. cap.31. §.6. concl.5. Bordon. controu 3 num.26. Lezana v. electio num.2. fin. Miranda tom.2. q.23. art.30. Lauorius var. tit.4. cap.19. & cap.21. Samuel de elect. tr.1. d.5 contr.3. Rot. in Treueren. Abbatia coram Coccino, ſeu deciſ.574. p.4. to.3. rec. & in Vallisolet. Præeminent. 29. May 1604. corã Pamphilio apud Boſsium in Moral. tit.15. nu.158. to.3. Caſtel. c.4. n.32. Rogg. dub.24. n.2. p.1.* Neque in contrarium vrget, quòd per electionem detur electo iuriſdictio ſpiritualis; quia ſi electio eſt valida ex forma naturali, iam electus ſubſtantialiter habet, quod requiritur ad hoc, vt ipſi concedatur talis iuriſdictio; quòd verò electio non habeat formam accidentaliter ex iure poſitiuo introductam, & ex hoc irrita cenſeatur lege, hoc eſt verum in externo iudicio, in quo talis electio cenſenda eſt irrita; interim tamen electus etiam conſcius defectus validè recipit Prælaturam ad quam eligitur. & validè eam retinet, [illegible] clamante in iudicio externo, electio eius non declaratur irrita.

34 An verò electus peccet prælaturam recipiens ad quam eſt electus non ſeruata forma iuris poſitiui, dicitur quòd ſine dubio peccant electores, (niſi eos ignorantia excuſet) ſi non ſeruant formam à iure ſtatutam; quia valde contra rationem eſt, & contra legem, ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & beneficia eligere inualidè. Et ſimiliter peccat confirmator, ſi talem electionem confirmet. De quo videri poteſt *Suarez lib.5. de legibus cap. 20.* latè tractantem an lex irritans in conſcientia actum prohibeat. Et electus, ſi cooperatur huic malæ electioni, ſimiliter peccat aliorum peccato cooperans; ſed ex hoc præcisè quòd conſentiat electioni, vel officium recipiat, nec cooperatur aliorum peccato, nec peccat contra legem. Nam electus vtitur iure ſuo, quod ex electione, aut confirmatione valida in foro conſcientiæ ſibi competit ex facto aliorũ; quod licet fuerit peccatum, iam præterijt, nec ipſe fuit illius cauſa, nec illud cauſat ex eo, quòd vel conſentit electioni de ſe factæ, vel Prælaturam ſibi datam recipit.

S V M M A R I V M.

1 *Vitiari actum, ſi quid minimum de forma omittatur, aliqui dicunt. nu.35.*

2 *In dubio an aliquid ſit de forma ſi id omittatur non vitiatur actio. n.36.*

3 *Vbi aliquid parum valde, aut nihil refert ad finem legis, ſi omittatur non vitiatur actio. numer.37.*

4 *Etiam reſpectu legis irritantis actus ſeu dantis formam*

mam agendi, datur minima omiſſio, & alteratio pro nihilo reputanda. n.38.

5 *Leges irritant actus ex omiſſa forma, ſi omittatur in re graui moraliter. n.39.*

6 *Graue eſt, ſi in teſtamento deficiat vnus teſtis. numer.39.*

7 *Et ſi in electione contemnatur vnus elector. numer.39.*

8 *Et etiam ſi vbi eſt prius accipiendum conſilium, quam eligendum, ordo hic inuertitur. n.39.*

9 *Si in re conſiderabili variatur forma, ſemper electio eſt nulla, ſiue contra, ſiue citra formam id fiat. num.40.*

35 QVæritur tertio: An ommiſſio formæ præſcriptæ à iure ad eligendum in aliquo minimo vitiet electionem, illámque nullam reddat. Nam multorũ ſententia eſt, quòd in quantùmuis modica parte omittatur forma à lege præſcripta ad agendum, & contrahendum, vitietur actio, ſeu contractus. Ita enim tenuerunt *Felin. in cap. quoniam frequenter n. 4. column. 5. & 4. vt lite non conteſtata*, & in *cap. cum dilecta, de reſcriptis. Boerius deciſ. 1. nu. 40. & 45. Farin. in fragm. v. cap. nu. 208. Azor. par. 1. lib. 5. cap. 28. quæſt. 2. fin. Suarez lib. 5. de legibus cap. 32. nu. 9. Caſtro Palaus tom. 1. tra. 3. diſp. 2. punct. 13. Vaſquius, Riccius, Trulench. apud Boſſium in moral. tit. 15. num. 62. Butrius, Iaſon, Hippolyt. Riminald. Antonius de Petrut a, Surdus*, quos ſequitur & refert *Paulus Rubeus annot. ad deciſ. 542. num. 59. par. 4. tom. 3. rec.* vbi quod ſit generale, formam vſque ad vngulam, & gutulam ſeruandam eſſe, ex relatis per *Io. Bapt. Coſtam in tract. de iur. & fact. ignorant. inſpect. 71. nu. 9. Raggius p. 1. dub. 24. n. 2. Gratian. diſcept. forenſ. p. 5. cap. 853. n. 28.*

Fundamenta huius ſententiæ ſumuntur primò ex *leg. cum hi, §. ſi prætor, ff. de tranſact. & l. hæredes palam, §. in teſtamentis ff. de teſtamentis, & ex l. furioſum C. qui teſtamentum facere poſſunt, & ex l. ſcio, & ex l. Diuus, ff. de in integrum reſtit.* Secundò quia forma rei eſt omnino indiuiſibilis, & ſimplex, & vel tota tollitur, vel nihil de ea mutatur; igitur ſi aliquid omittatur de eo, quod pro forma requiritur, actio vitiatur. Tum tertio, quia forma omnino ſeruanda eſt; & non poteſt adimpleri, neque etiam per æquipollens, ſed ſpecificè adimplenda eſt, vt tenent communiter DD. quos referunt *Boer. deciſ. 1. num. 44. & Farin. in fragm. v. lex nu. 215.* Tum quartò, quia ſi licitum eſt non ſeruare formam in re leui, & iudiciũ rei leuis eſt poſitum in arbitrio prudentis, eneruantur leges formam ſubſtantialẽ inſtituentes; vix enim poteſt alia regula dari, ſi datur licentia aliquid excipiendi.

36 Nihilominùs DD. huius ſentẽtię eam limitant, & explicant. Primo, vt hæc ſententia vera ſit, vbi conſtat aliquid eſſe de forma ſubſtantiali actus. Nam vbi id ſit dubium, omiſſio in re leui & parui momenti non vitiat. *Felin. in dicto §. irritum. Suarez num. 10.*

37 Secundo ſi mutatio ſit materialis tantùm, & nõ formalis; quia licet entitas rei videatur multa, tamẽ partim videatur referre ad finem legis, non videtur vitiare actum; quia pro nihilo reputatur; ſed econtra, *licet parua* ſit entitas, ſi magni ſit à lege, & eſt contra *legis* intentionem, tunc ſemper vitiat, & non eſt cenſenda leuis alteratio. Ita *Suarez d. nu. 10. Azor. d. q. 2. Vaſquius apud Boſsium, d. tr. 15. n. 67.*

38 Sed hac limitatione admiſſa, iam admittitur alia ſententia oppoſita, quæ cenſet, quòd etiam in ſolemnitate, quæ inducitur pro forma agendi, detur minimum, quod pro nihilo ſit æſtimandum, & ideo ſi omittatur, vel alteretur, non vitiet actũ. Illud verò ſit cenſendum modicũ, quod nõ mutat ſubſtantiam actus, & quod omiſſum, vel alteratum, ad finem, & ex conſequenti ad mẽtem legis parui valde, vel nullius momenti eſt. Nam certè non eſt, vt etiã reſpectu legis ſtatuentis formam agendi non habeat locũ regula, quòd minimum pro nihilo reputatur. Nec valet ſimilitudo formæ phyſicæ omnino indiuiſibilis; quia moralia huius indiuiſibilitatis incapacia ſunt, & variationi ſunt ſubiecta. Quàmuis & in phyſicis ad diuiſionẽ materiæ aliquid formæ diuidatur manente ſubſtantia, vt ſi ramum ab arbore ſcindas. Nec eſt veriſimile, quod actiones nullæ ſint cum maximo agentium incommodo, ex eo quòd omiſſum ſit aliquid, quod ſubſtantiam actus non vitiat, & ad finem legis conſiderabile præiudicium non fert, & maximè ſi illud ex ignorantia aut inconſideratione ſit omiſſum. Nec leges humanæ poſſunt ita in indiuiduo & in indiuiſibili formas agendi præſcribere, vt non remaneat quid arbitrarium, & non habeat locum interpretatio mentis legiſlatorum & legis. Et æquitati, & charitati non eſt conueniens; vt ſi omittatur circũſtantia, ex qua nec variatur ſubſtantia actus, nec aliquod notabile vtile vel damnum prouenit contrahentibus, nec actus fides diminuitur in iudicio, & tandem ad finem legis parum aut nihilo conducit debeat haberi actus vt irritus, & infectus, quòd ſæpiſſimè non eueniet ſine graui agentium damno.

39 Nec textus allati in oppoſitum vrgent, quia intelligi debent & loquuntur quando id; quod ommittitur, licet videatur paruum in entitate, eſt multum moraliter & ad mentem legis. Vt ſi in teſtamẽto deficiat vnus teſtis ex ſeptẽ requiſitis, multũ eſt, licet materialiter videatur paruum. Vel ſi in electione vnus vocalis contemnatur, magnum eſt moraliter, vt tradunt *Sigiſ. de elect. dub. 3. num. 8. & Garz. de benef. p. 5. cap. 4. num. & Suarez vbi ſupra num. 9. & Bonacin. nu. 67.* Similiter ſi lex ordinet vt electores priùs ſumant conſilium ab aliquibus, quàm eligant, non eſt leue, ſi ordinem inuertant, & priùs eligant, quàm ſumant conſilium, & ideo hæc inuerſio ordinis irritat actum, vt habetur ex *cap. cum dilecto*, de reſcriptis, & ex *Felin. cap. ex parte num. 5. de conſtit. notauit Suarez d. num. 9.* Sed ſi id, quod ommittitur ſit, leue & pro nihilo computandũ moraliter ſpectato fine & mente legis, non vitiat actum vt tradunt. *Molina Iuriſconſultus lib. . . de primog. c. 6. num. 33. & Molina Theologus tract. 2. diſp. 81. fin. & apud eum Greg. Lopez, & Velaſcus, Emanuel Sà, v. interpretatio num. 6. Bonacina de legibus diſp. 1. q. 1. p. 7. §. 5. num. 21. Boſsius in mor. d. tract. 15. nu. 66.* & apud eum *Emanuel Coſta in l. Gallus, §. & ſi quid tantum, ff. de liber. & poſth. p. 3. nu. 86.*

40 Cæterùm vbi in re conſiderabili alteratur forma agendi, actus eſt nullus, ſiue quis cõtra formam, ſiue citra formam operetur, vt ex *Gloſſ. in cap. ſi cui, v. præter de elect. in 6. Panorm. in cap. cauſam, num. 7. de re iudic. & Dec. in cap. prudentiam in 4. notab. de off. Iud. Relig. tradit Rota deciſ. 350. n. 3. p. 5. rec.*

SVM-

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Opinio quorundam. num.41.*
2 *Iuſtum impedimentum excuſat à nullitate actus. num.41.*
3 *Lex non obligat ad impoſſibile. nu.41.*
4 *Neceſſitas non habet legem. nu.41.*
5 *Neceſſitas facit licitum, quod alias non liceret. numer.41.*
6 *Neceſſitas rigorem legis infringit. nu.41.*
7 *Si moribundus non habeat 7.teſtes, validè teſtatur. num.42.*
8 *Si in tempore peſtis mulier non poſſit teſtari,niſi coram vno Notario,valet teſtamentum,etiam ſi ſtatutum duos requirat. n.42.*
9 *Si teſtator impeditur propter receſſum teſtis, quem non valet duplicare, valet teſtamentum. n.42.*
10 *Teſtamentum peregrini valet factum cum duobus teſtibus. nu.42.*
11 *Teſtamentum tempore peſtis valet factum coram duobus teſtibus. nu.42.*
12 *In penuria teſtium ſolemnitas iuris non eſt ad teſtandum neceſſaria. nu.42.*
13 *Non eſt eadem ratio de forma ſubſtantiali, & de forma actionis inducta à lege. nu.43.*
14 *Contra legem poſitiuam inducentem formam agendi valet Epicheia. nu.43.*
15 *Non eſt eadem ratio de matrimonio & alijs contractibus. nu.43.*
16 *Vbi non poteſt ſeruari forma Concilij Trident. matrimonium ſine ea valere tradunt multi. nu.43.*

41 QVæritur quartò. An iuſtum impedimentum excuſet à nullitate electionis, ſi ommittatur forma à iure poſitiuo inducta? Negant aliqui, ex eo, quia ſicut ſine forma in naturalibus, nunquam eſt rei ſubſtantia, & ſpecies, ita in moralibus ceſſante forma actus, non poteſt eſſe actus ſubſtantia, & valor. Tum quia matrimonium ex quauis cauſa celebratum ſine Parocho, & teſtibus eſt nullum. Et ita hanc ſententiam tenet *Sanchez lib.3.de matrim.diſp.17.num.4. Bonacina de legib.diſp.1. q.1. par.7.§.5.num.22.* At verò econtra, quòd contractus minùs ſolemnis ex iuſto impedimento ſit validus, etiam in foro externo docet *Boſsius in moral.tract.14.num. 50. & tit.15.num.45.ex Tiraquel.de lege con.gloſſ.6. nu.34. Aſin.in pract.§.3.cap.38.Pariſ.conſ.33.num.29. vol.2. Farin.in fragmentis. v.lex nu.222.* Nam certè rationi repugnat,quòd lex poſitiua velit obligare ad impoſſibile, cum hoc ſit contra iuſtitiam legis *D.Th. par.2.q.95.num.2.* Neceſſitas nanque legem non habet, *cap.quanto de conſuet.& cap.2.de obſeruat.ieiun. cap.licet de ferijs,cap.exijt de verb.ſignific.* Et neceſſitas facit licitum, quod alias non liceret, *cap quod non eſt licitum,de reg.iuris,* Et neceſſitatis cauſa rigor legis infringitur. *Felin. cap.1. nu.49 & 50. de conſt. Roland.cap.56.vol.4.Put. deciſ.105. lib.1. Menoch. & Tiraquel.* quos refert & ſequitur *Bellet. diſq.cler. tit. de diſcipl.cleric.n.57.& 58. & §.20. per totum.& alij* quàm plures,quos referunt & ſequuntur *Tuſcus L.N. concl.39.& Barboſa Axiom.157.*

42 Ita ſi moribundus non habeat ſeptem teſtes coram quibus poſſit teſtari, non crediderim, quòd lex neceſſitet illum, vt maneat inteſtatus, & vt ſi teſtetur cum duobus vel tribus teſtibus, teſtamentum ſit nullum. Et ad hoc probandum multùm valet textus in *cap.cum eſſes de teſtam.vbi Alex.3.* conſuetudinem ex lege ciuili inductam adhibendi quinque, vel ſeptem teſtes reprobat; eò quia de lege naturæ ſufficiat, vt actus fiat coram duobus vel tribus teſtibus. Ideo vbi in ſtatuto aliquo contineatur, quòd mulier non poſſit contrahere niſi duobus Notarijs præſentibus, ſi in tempore peſtis non poſſit habere niſi vnũ Notariũ, quòd actus valeat,probat idem *Boſſius tit.9. nu.163.ex Rolando à Valle conſ.81.n.29. volum.1.qui Roland.dicto conſ.n.39.ex Anchar.conſ.337.* aſſerit valere teſtamentum, ſi teſtator impeditus propter receſſum teſtis non potuit illum duplicare. Item valet teſtamentum illius,qui tenetur à tyranno in carceribus, ſi non adhibeat ſeptem teſtes,vt voluit *Baldus in l.fin.C.de teſtam.& ibid.Nicolaus de Marrellis, & Salicetus, & Boerius dec.228.num.7.& Ripa* quos refert, & ſequitur *Boſſius d. tit.9.nu.20.& Vaſquez. de ſucceſſ.creat.3.apud eandem Boſſium num.150. vbi n.35.ex Prauidello de peſte tit.de vlt. volunt.q.2.n.22. Angelo in Authent Omnes Pereg.verſic.liberam C.com. de ſucceſſ.& in Authent.de non alienand.§. quid autem. Iaſon.in l.fin.C.de teſtam.n.9.Paul.de Caſt.in l. Nutritoribus C.commun.de ſucceſſ.Ripa cap.2.de priuil.vlt. volunt.tempore peſtis num.8.& 32.& 39.Spino in ſpec. teſtam.in princ.p.3.v.5.Boerio dec.228.v.7. Maſchar de prob.concluſ.1358.num.48,*probat, quòd teſtamentum peregrini factum in itinere, & penuria hominum valet, ſi ſit factum coram duobus teſtibus. Sed quòd teſtamentum tempore peſtis ſit validum, ſi fiat cum duobus teſtibus, & ſolemnitate iuris naturalis, & gentium tenuerunt *Io: Molanus, Comitolus, Gail. Myns. Iacob. Ayrer Euer. Alex. Io: Danth. Vergil. Pingitz. Ruger. Roland.* quos refert & ſequitur *Diana p.7. trac.6.reſol.34.& Floreanus, Corneus, Cenedo, Guido Papa, Theſaurus, Gama, Maldrus, Fagundez,* & plures alij quos refert, & ſequitur *Boſſius d.tit.9. num.34. Layman.lib.3 trac.5.c.2. num.17.* Et tandem *Vaſquez.de ſucceſſ.creat.l.2.§.14.& Boſſius num.151.* vniuerſaliter aſſerunt, quòd in penuria teſtium ſolemnitas teſtandi non eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſolemnitas neceſſaria de iure gentium.

43 Quæ verò prior ſententia adducit non vrgent; quoniam non valet ſimilitudo à forma phyſica & naturali,ad formam moralem,& metaphoricè & impropriè dictam, quæ eſſentialiter eſt accidens actus, quòd ſupponit formam actus naturalem à lege naturæ præſcriptam, & ideo ſimpliciter poteſt actui adeſſe, & ab eo abeſſe,ſalua actus ſubſtantia, & naturali valore, & quòd accidens ex lege poſitiua eſt ſuper inductum ſubſtantiæ per accidens ex fraudis vel iniuſtitiæ præſumptione, & ad fraudes vitandas. Bene enim ſine huiuſmodi forma, quæ eſſentialiter eſt accidentalis, & metaphoricè dicitur de ſubſtantia ex ſtatuto poſitiuæ legis, poteſt conſiſtere valor naturalis actus. Et aliàs lex poſitiua, inducens obligationem huius formæ, lex poſitiua eſt non exempta ab imperfectionibus legi poſitiuæ conuenientibus, & quæ aliàs ad ſui iuſtitiam requirit ea, quæ ad iuſtitiam aliarum legum poſitiuarum ſunt neceſſaria; nec quia inducat formam actus ſuper inductam formæ naturali; & non neceſſariam niſi ex præſumptione iniuſtitiæ ſit,vt lex talis ſit vel immutabilis,vel attingens conuenienter, & vniuerſaliſſimè omnes caſus poſsibiles in indiuiduo,& non ſubiecta Epicheiæ,

& in-

& interpretationi ſicut alio leges. Et qnaſi ad bonum reipublicæ pertineat,& non ſit potiùs ad illud inutile,& immò damnoſum valde,vt tanta iudicetur neceſsitas huius accidentalis formæ ſuper inductæ formæ naturali, vt non ſit dabilis caſus neceſsitatis, in quo forma naturalis non valeat ſine hoc accidente. Ideo concluditur,quòd lex huiuſmodi formam inducens ſubditur Epicheiæ ſicut aliæ,& qnòd in caſu iuſti impedimenti non obligat. Ad ſecundnm dicitur, quòd quidquid ſit de contractu matrimonij quòd eſt ſacramentum: & de intentione Concilij irritantis matrimonium Clandeſtinum: longè eſt diuerſa ratio de illo contractu, & de alijs; ideo non valet argumentum. Quàmuis addi etiam poſſet, multos tenere, qnòd vbi non poteſt haberi Parochus vel ſacerdos, qni vices eius habeat, vel decretum Concilij non poſsit obſeruari, matrimonium, non ſeruata forma Concilij, ſit validnm. *Layman.l.5.tr.10.p.2. cap.4.num.7.* & plures alij quos referunt *Barboſa de Parocho cap.21.num.81.& Boſſius* de contractn matrimonij *c.1.num.61.vbi Boſſius* hoc idem affirmat, & referr per extenſum declarationem S. Congregationis Concilij id declarantem, quæ eſt tenoris ſequentis. Quarto *Vbi conſtat decretum Concilij eſſe pnblicatum, vel aliquo tempore in Parochia tanquam decretum Concilij obſeruatum, ſed Parochialis Eccleſia, vt potè vacans, proprio Parocho careat, & Cathedralis itidem Epiſcopo atque Capitulo habentibus à Concilio facultatem alium ſacerdotem ad id deligandi, nullusque nlius ibi ſit, qui vices Parochi, vel Epiſcopi ſuppleat, matrimonium valere abſque præſentia Parochi, ſeruata tamen in eo, in quo poteſt, forma Concilij, nempe adhibitis ſaltem duobus teſtibus. Quinto. Si extent quidem Parochus & Epiſcopus, ſed nullo conſtituto Vicario, vterque metu hæreticorum lateat, ita vt vere ignoretur vbi nam ſit, vel eodem metu à diœceſi abſit, nec ad alterutrum ſit tutus acceſſus; validum eſt matrimonium contractum abſque forma, adhibitis tamen, vt dictum eſt, duobus teſtibus &c.* Die vero 2. Iulij 1625. S.D.N. Vrbanus VIII. præfatum decretum emanatum pro nationibus Belgicis approbauit, & voluit illud in authenticam fotmam redactum mitti in Iaponiam.

SVMMARIVM.

3 *Forma cenſetur ſubſtantialis, ſi actio facta ſine illa irritatur. num.44.*

2 *Si conceditur facultas ſub conditione eſt forma ſubſtantialis. num.45.*

3 *Si præcipiendo auſertnr poteſtas aliter faciendi valide, eſt forma ſubſtantialis. num.46.*

4 *Electionis forma ſubſtantialis eſt, qua deficiente electio eſt nulla. num.47.*

44 QVæritur quinto? Vnde colligi poteſt, quòd forma ſeu ſolemnitas inducta à lege poſitiua ſit ſubſtantialis iuridicè, vel potiùs accidentalis? Reſpondetur id colligi ex decreto irritante, nimirum, ex eo quòd lex vult, vt actus aliter factus non valeat, ſed ſit nullus. Tunc enim ſolemnitas aſſimilatur formæ ſubſtantiali phyſicæ per quam res eſt, ſi ipſa adſit. & ſi ea deeſt, res corrumpitur. Ita metaphoricè, ſolemnitas agendi dicitur ſubſtantialis, ſi eſt neceſſaria, vt ſit valida actio, & ea deficiente, actio ſit nulla. *Molin.tract.1.diſp.81.Salas de legib.diſp.16 ſec.9.n.41. Bonac. de legibus diſp.1.q.1.punc.7. §.5.n.17.& apud eum Baldus, Gutierez Felinus Suarez l.5.de leg.c.32. num.1.* Et quàmplures alij quos refert *Barboſa clauſul.40.*

45 Cum verò irritatio actus per plures clauſulas ſignificari poſſit, aduertendum eſt, quòd vbi alicui præcipitur vt aliter facere non poſſit, ſi datur ei poteſtas agendi, quam non habet, ſed datur ſub conditione, vt aliter non operetur, quam ſibi præcipitur; tunc actio aliter facta, tanquam facta à non habente poteſtatem eſt nulla de iure naturæ *Gloſſ. in Clem.1. Iurepatronatus v.inhibentes Felin.c.ex parte de Conſtit.num.2. Bonacina, Salas loco citato, Suarez.l.5.de legib.31.num.9. Layman.l.1.tract.4.cap.16.num.7.& 8.* & alij communiter; ſed ſi non datur poteſtas agendi, ſed habita excitatur, & mandatur v.g. Epiſcopo, vt det beneficium alicui; niſi cum mandato apponatur decretum irritans, forma illius mandati non eſt ſubſtantialis, & collatio alteri facta valet, vt patet, ex *c.ſi ſoli de conceſſ.prabend.in 6.*& præfati DD.docent.

46 Similiter ſi alicui præcipiatur, vt hoc modo faciat, & aliter facere non poſsit, attendi debet ſi per clauſulam illam negetur poteſtas faciendi validè, vel faciendi licitè. Nam in primo ſenſu irritat, non in ſecundo. *Conarun.cap.quàmuis pactum p.2.§.4.Salas diſp.16.de legib.ſec.8.nu.31.Suarez num.13.& 14.& Bonac.loco citato.*

47 Itaque electionis forma ſubſtantialis eſt, ſi electoribus auſertur facultas eligendi validè ſub alia forma, ſeu ſi electio aliter habita à lege irritatur, & caſſatur.

SVMMARIVM.

1 *Fama Cap.quia propter non eſt ablata ſed aucta per Concil.Trid.num.48.*

48 HIs ſic in communi explicatis de forma Canonicæ electionis, ad formam electionis ſtatutam in *cap. quia propter* accedendo, quæritur ſexto, an hæc forma in dicto *cap.* ſtatuta ſit modò reuocata per decretum *Concil.Trid.ſeſſ.25.cap.5. de regular.*? affirmat enim *Miranda in Manual.tom.2.q.23.a.15.* Ex eo, quòd ex vi præfati decreti ſtatuentis electionem debere eſſe omnino ſecretam, & ita vt nomina eligentium numquam publicentur, videatur ablata electio auricularis, quæ eſt quam præſcribit *Innoc.3.in d.c.3.* ſed infra probabitur nec Concilium abſtuliſſe electionem auricularem, nec electionem per ſcrutinium fuiſſe alienam à forma ſtatuta in *d.cap. quia propter*, & ideo Concil. Trid. non abſtulit formam *cap. quia propter*, ſed illi addidit maius ſecretum, volens, vt eligentium nomina numquam, nec in publicatione ſcrutinij publicentur, quòd ex vi *cap. quia propter* non erat prohibitum. Ideo per Concilium Tridentinum non eſſe derogatum dicto *cap. quia propter*, docent. *Rodriq.in ſum.p.1.nu.2.& 3.Caſtell.de elect.cap.1.nu.1. Barboſa ad d.cap.quia propter, nu.7.& l.1.de iure Eccleſ.c.19.num.158.Moron.in Conſil.reſponſ.72.num.8. & 9.Tambur.de iure Abb.diſp.5.q.5.n.9.Donatus p.3. trac.1.q.5.Lezana v.electio 2.3.Rota in Mesen.monaſterij, quæ eſt deciſ.312.nu.56.par.4.tom.2. Recentiorum. Et in Trener. Abbatiæ, ſeu deciſ.754.p.4.tom.2.recent. par.2.Raggius dub.105.num.2.*

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Electio non ſeruata forma cap. quia propter eſt nulla ipſo iure. num. 49.*
2 *Clauſula, electio aliter facta non valeat, importat decretum irritans. num. 50.*

49 QVæritur ſeptimo. An electio non ſeruata forma capitis *quia propter 42. de elec.* ſit irrita ipſo iure? Affirmant DD. communiter. *Syluv. electio 2. num. 1. Suarez tom. 1. de Relig. l. 2. c. 12. num. 9. Sanchez in præcep. Decalogi l. 2. c. 38. num. 83. 84. Sigiſmundus de Bononia dub. 3. de elec. num. 9. Rota in d. Meten. monaſterij, ſeu dec. 312. num. 1. p. 4. tom. 2. recent. & in Treueren. Abbatiæ ſeu deciſ. 574. p. 4. tom. 3. recent. Tamburin. de iure Abb. diſp. 5. q. 5. num. 3. Lezana v. electio nu. 2. Peyrin. in ſubd. Relig. q. 1. cap. 31. §. noto 2. Morm. reſol. 22. num. 10.* Et ratio eſt quia in dicto *cap. dicitur*, quòd electio *aliter facta non valeat*, quæ clauſula vim habet decreti irritantis, & ſignificat quòd electio aliter facta ſit ipſo iure nulla. *Gloſſ. in d. cap. quia propter, ver. vice omnium* & ibi *Innoc. n. 6. Compoſtell num. 20. Io: Andr. num. 37. Roman. conſil. 332. num. 12. Mandagot. de elect. cap. 22.* & ibi *Boerius, Rota in d. Meten. monaſ. & Treuiren, Abbatia, Barboſa Sygiſmundus & Caſtell.* vbi ſupra, & alij DD. quàmplures.

50 Nihilominùs Hoſtienſem tenere cõtrarium aduertit *Rota in d. Meten. monaſt. num. 4.* Et difficultatem facit, quia non videtur certum, quòd clauſula illa *aliter electio non valeat*, habeat vim decreti irritantis, & ſignificet electionem eſſe nullam ipſo iure, ſed ſolum quòd contra illam dari poſſit de nullitate. Quòd fundamentum habet *in l. vniuerſa 4. de precib. Imper. offeren. l. 1. tit. 19.* vbi Imperator decernit, quòd reſcripta aliqua, iuxta formam ibidem traditam non facta, non valeant, & tamen non per hoc reſcripta illa cenſentur irrita ipſo iure, ſed irrita ope exceptionis. Sed aduertendum, quòd clauſula illa *aliter non valeat* ſi reſpicit aliquid faciendũ poſt actum, qui irritatur, ſi illud non fiat, tunc non irritat ipſo facto & iure, ſed actus dicitur non valere ope exceptionis. Et talis erat caſus illius legis, *Vniuerſa*, in qua decernitur, quòd reſcripta, in debitorum cauſis ſuper præſtandis dilationibus non valeant, niſi detur fideiuſſio idonea. Priora igitur ſunt reſcripta, ſed lex decernit huiuſmodi non valere, niſi ſubſequatur fideiuſſio, ideo in hoc caſu. clauſula *aliter non valeat* non irritat ipſo iure, reſcripta, quæ in ſui ſubſtantia valida ſunt, & ſolùm amittunt efficaciam ſi non ſequatur fideiuſſio. Tunc igitur clauſula *aliter non valeat*, nõ irritat ipſo iure, quãdo forma ſtatuta conſequitur ipsũ actũ, & ſic ex omiſſione eius, quòd poſt actũ poni debet, non ſequitur, quòd actus ſit nullus ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt latè probat *Felin. cap. quoniam 5. Vt lite non conteſtata. Barboſa clauſula 40. num. 6. ex Franco. Gabriel. & Moneta.* Sed quando clauſula reſpicit actum ipſum, & omittitur aliquid, quòd decernitur vt neceſſarium ad actum ipſum, & quòd debet adeſſe actui dum fit, tunc clauſula *aliter non valeat* importat irritationem actus ipſo iure; importat enim quòd actus ipſe in ſe ipſo non valeat, & ſit nullus, ſi deficit ab eo quòd lex decernit adeſſe illi actui. Et in hoc ſenſu, quòd clauſula *aliter non valeat* importet, quòd actus ſit irritus ipſo iure, præter DD. citatos tenent *Suarez de legibus l. 5. cap. 32. nu. 3. Farin. in frag. v. lex Tiraquell. in l. ſi vnquam Cod. de donat. nu. 33. Salas de legib. diſp. 16. ſec. 8. Virgilius Bocaeius, & Vantius*, quos refert & ſequitur *Boſſius in Moral. tit. 15. num. 101. tom. 3.* Vnde ſine dubio tenendum eſt, quòd electio non ſeruata forma *cap. quia propter* eſt irrita ipſo iure; quoniam in *d. cap. decernitur*, vt ſi electio ipſa non fiat iuxta formam ibi præſcriptam non valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Ad quas electiones ſe extendat cap. quia propter, multiplex opinio. num. 51.*
2 *Forma cap. quia propter ſeruãda in electione cuiuſcumque Prælati habentis iuriſdictionem generalem. num. 51.*
3 *Seruanda eſt in electioni Prælatorum Regularium, etiam localium. num. 52.*
4 *Soli Epiſcopi magis proprie ſunt ſponſi Eccleſiarum. num. 52.*
5 *Cap. quia propter fauorabile. num. 52.*
6 *Quilibet Prælatus ſuo modo ſponſus Eccleſiæ ſuæ. num. 52.*
7 *Forma dicti Cap. non ſeruanda vbi non Capitulum eligit, ſed capitulum aut ſuperior inſtituit. num. 53.*
8 *Seruanda eſt d. Cap. forma in electione Abbatum. num. 54.*
9 *Abbates ſunt Prælati & Paſtores. num. 54.*
10 *Abbatum electio in multis ſimilis electioni Epiſcoporum. num. 54.*
11 *Forma de Cap. non eſt ſeruanda in electione Canonicorum. num. 55.*
12 *Nec in electione Abbatiſſarum. num. 56.*
13 *Mulieres ſunt incapaces Iuriſd. ſpiritualis. num. 56.*
14 *Abbatiſſæ non habent Prælationem ordinariam. num. 56.*
15 *Forma dicti Cap. non eſt ſeruanda in electione Diffinitorum &c. num. 57.*
16 *Forma de Cap. non eſt ſeruanda in poſtulatione, & collatione. num. 58.*
17 *Vbi conſuetudine in electione Diffinit. &c. ſeruatur forma cap. quia propter, conſuetudo eſt ſeruanda &c. num. 59.*
18 *In aliquib.* Religionib. *in elec. Diffinit. ſeruatur dicta forma. num. 59.*
19 *In Ord. Præd. diffinitores, & ſocij eliguntur ſeruata forma Cap. quia &c. num. 60.*
20 *Nec tamen horum electio eſt ſubiecta illius capiti legi, ſed eſt diſpenſabilis authoritate Ordinis. n. 60.*

51 QVæritur octauo. Ad quorum electiones ſe extendat forma *cap. quia propter*, ſeu in quorũ electione dicta forma ſit ſeruanda? Triplex eſt opinio. Vna eſt *Hoſtienſ. in dict. cap. quia propter*, volentis in electione quorumcumque miniſtrorum Eccleſiæ ſeruari debere dicti capitis formam. Alia eſt *Roffred. de libellis tom. 1. ſuper iure Pontificio p. 3. tit. quod tenet hoc nomen Abbatis num. 8. L. G.* arbitrantis formam dicti Capitis non eſſe ſeruandam in elect. Abbatis, quia hoc eſt nomen ſollicitudinis. Tertia eſt communis, ſcilicet formam huius capitis ſeruandam eſſe in electione nedum Epiſcoporum, ſed omnium Prælatorum etiam Regularium, *cap. ne pro defectu 41. de elect.* & omnium

corum,

Digitized by Google

eorum, qui exerceut iuriſdictionem generalem in Eccleſijs Collegiatis, & ob quorum mortem Eccleſiæ dicuntur viduatæ; quia tales Prælati ſponſi vocantur *c.ſicut in vna quaq.21.q.2.* Qui ſcilicet habene vniuerſalem iuriſdictionem in criminalibus, & ciuilibus in Eccleſijs collegiatis. Ita *Gloſſ.in caput cum terra 14.v.diligentiam, & cap.quia propter v.in Eccleſiis de elect.Innoc.in d.cap.quia propter in princip. Panorm.num.7.& 8.Cardin.q.1.Anchar.nu.1.q.1.Baldus num.9.Imola n.3.Anan.paulò poſt princip.Bellam. num.3.Henricus nu.1.2.& 3.Sylu.v.electio 2.q.1.n.2. Angel.num.29.Roſella 1.num.26.Lambert.de iure patron.l.2.p.2.q.2.a.18.Gemin.in cap.1.nu.4.deelect.in 6. Sanchez in ſumma l.2.cap.38.nu.84.Marc.q.992.n.1. p.1.Rota deciſ.3.& 5.de elect.in nou.deciſ.647.n.4.Coram Card.Seraph.& in Metenſ.monaſtery 5.Iuly 1621. quæ eſt deciſ.312.par.4.tom.2. & in Treueren.Abbatia 2.Nou.1624.quæ eſt deciſ.574.part.4.tom.3.recent. & in Meten.Abbatiæ 4.Februar.1628.Hieron.Rodriq. reſol.1.nu.6.Cuch.Coſm.Iodoch.* Rendina quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d.cap.quia propter nu.5.& l.1. de iur.Eccleſ.c.19.nu.152.Suarez de Relig.tom.4.tr.8. l.2.c.5.num.2.Lauor.tit.4.c.19.num.5.Tambur.de iure Abb.diſp.5.q.5.num.2.Lezana v.electio num.2.Donatus t.3.tr.1.q.3.Moron.Reſ.72.nu.3.Miranda tom.2.q.23. a.3.Sigiſmund. de elect. dub. 7. num. 1. Caſtellin de elect.cap.1.num.1.*

52 Sequitur ex hac concluſione, formam hanc ſeruandam in electionibus Prælatorum Regularium, etiam localium, quocumque nomine vel Prioris, vel Guardiani, vel Præpoſiti, vel alio nuncupentur. Sunt enim Prælati habentes dignitatem, & exercentes generalem iuriſdictionem. Ee licet magis propriè loquendo ſoli Epiſcopi ſponſi Eccleſiarum dicantue *cap.ſicut 7.q.1.* tamen vt aduertit *Panormit.dic.num.7.* in hoc textu, qui continee diſpoſitionem Eccleſiæ fauorabilem, ratio ſponſi, & viduatæ Eccleſiæ in latiori accipitur ſignificatione, & Prælati regulares etiam locales, ſuo modo ſunt ſpouſi, & ob eorum mortem Eccleſiæ etiam viduatæ remanent. Ideo dum eliguntur, ſeruari debet *dicti cap.forma. Gloſſ. Panorm. Rota dict.deciſ.5.& in Meten. monaſ. ver.* & ¡placee, *Miranda Sigiſm. Caſtell. Barboſa Tambur.Lauor.* citati.

53 Hoc verò extenditur, vt locum habeat, nedum quando Superiores regulares locales eliguntur ab ipſis ſubditis, ſicuti in ordine Prædicatorum, in quo ſeruandam eſſe *d cap.formam* dixit meritò *Syl-ueſ.* ſed etiam quando huiuimodi Superiores, & Prælati locales eliguntur à Prouincialibus, ſeu diffinitoribus. *Lauor.& Barboſa n.6.& Garzd.benef.1.par.c.6. num.31.Moron.d.n.3.Rag.d.152. n.2.* Sed hoc quidem verum poſſet videri vbi plures ſunt electores, ſicut quando huiuſmodi Prælati locales eliguntue in capitulo à diffinitoribus. Sed neque hoc eſt aſſerendum, quia hæc non eſt electio propriè, ſed inſtitutio, vnde huiuſmodi electio non indiget confirmatione, & dat electio ius in re, & idem eſt Capitulum, ſeu diffinitorium eligere, & inſtituere tales Prælatos; & in hoc vnaquæque Religio ſuos ritus conſiderare debet. Nam quantum ſit ex vi huius capitis, vbi electio non eſt propriè electio, ſed inſtitutio, ſeu collatio dans electo ius in re, neque alia indigens confirmatione, non eſt ſubiecta legi dicti *cap.quia propter*. Quòd manifeſtius verum eſt, vbi ſolus Prouincialis inſtituit Prælatum localem. Tunc enim forma *cap.quia propter* nedum non eſt ſeruanda, ſed impoſſibile eſt, quòd ſeruetur, cum nec ſit ibi collegium, vt bene aduertit *Megala 2.p.v.electio num.29.* quem ſequitur *Donatus trac.1.q.4.num. 5.* nec ſcrutatores, nec ſuffragia, ſed Prouincialis ſua authoritate Prælatum localem inſtituat. Et licet id non poſſit facere ex propriæ Religionis ſtatutis ſine grauiorum conſilio; tamen iſti graues conſiliarij non eligunt, ſed conſulunt. In hoc igitur genere eligendi alij Canones, & ſtatuta particularia Eccleſiarum, ſeruanda ſunt.

54 Sequitur ſecundò quòd d.cap.forma multò magis eſt ſeruanda in electione Abbatum. Nam Abbates ſunt Prælati & Paſtores, vt ex *c. officij 38. de elect. & ex Io. And.probat Panor num.8.* Et electiones Abbatum æquiparantur in multis electionibus Epiſcoporum *cap.cupientes, de elect.in 6.* Igitur meritò in eorum electione, tamquam in electione Prælatorum ſeruanda eſt d.cap.forma *Io. Andr. Panorm. Bellam. Rota d.deciſ.5.& in dic.Meten.& Treueren. Syluest.v. electio 2.num. 2. Miranda Sigiſmund. Barboſa, & alij DD. ſupracitati.*

55 Sequitur tertiò quòd econtra in electione Canonicorum, vel Perſonatuum, aut Dignitatum, vel aliorum miniſtrorum aut officialium nonhabentium generalem iuriſdictionem non eſt neceſſariò ſeruanda d.cap.forma; quia iſti non ſunt Prælati, nec ob eorum mortem Eccleſiæ remanent viduatæ. Textus autem *d.cap.* intendit prouidere eccleſijs viduatis, vt ibi *Eccleſiæ viduatæ*. Et cum adſint Superiores, qui poſſint inconuenientia, ſi quæ accidant in huiuſmodi electionibus, reijcere, non eſt in horum inferiorum miniſtrorum, vel dignitatum electione neceſſaria forma tam exquiſita, qualis eſt forma *d.cap. Panorm.d.nu.7.Sylueſ.d.num.2.Miranda d.q.23.a.3.Barboſa v.8.Donatus tr.1.q.3.num.3.*

56 Sequitur quartò. Quòd Abbatiſſarum electio ſeu Prioriſſarum, non ſubiacet formæ dicti Capitis; quoniam vt docuit *D. Th.4.d.19.q.1.ar.1.q.3. ad 4.* mulier ſecundùm Apoſt. eſt in ſtatu ſubiectionis, & ideo eſt incapax iuriſdictionis ſpiritualis, & nec clauem ordinis habet, nec iuriſdictionis; quamuis non nihil vſus clauium concedatur Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, vt ſubditas corrigere valeant. Et *diſt.25.q.2. a.1.q.1.ad 2.* dixit, Abbatiſſas non habere Prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione. Cum igitur non ſint Prælatæ habentes & exercentes iuriſdictionem generalem Eccleſiaſticam, non ſubditur earum electio legibus *d.cap.quia propter*, ſicut nec ob mortem Abbatiſſarum monaſteria remanent viduata, ſed pro Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum electione propriæ leges ſtatutæ ſunt de quibus agunt *Sylueſ.v.electio 3.num.6.& 7.Barboſa l.1.de iure Eccleſiaſt.cap.45.Pelizzarius in tract.de monial. cap.10.*

57 Sequitur quintò, quòd legi *d cap. quia propter* nec eſt ſubiecta electio aliorum Superiorum Regularium, qui non ſunt Prælati, vt electio Suppriorum Diffinitorum, ſeu Diſcretorum, & aliorum non exercentium generalem iuriſdictionem. *Sylu.v.electio 2. num.3.fin.Miranda tom.1.c.23.a.3.Lauor.d.cap.19.n.7. Sigiſm.d. dub.6.num.2. Barboſa in d.cap. quia num.8. & lib.1.de iure Eccleſ.cap.19.nu.159.Donatus tract.1. q.4. num. 8. Lezana v. electio num.2.* Quòd non dicitur, quia horum electio poſſit fieri per ſortes, ſed quia ſufficit quòd ſine requiſitis in *d. c. quia propter* conſenſus eligentium adſit collegialiter datus, etiam ſi ſine voce, & ſcriptura, per nutus. Hoc tamen ſolum

lum de iure antiquo valere aſſerit *Sigiſmnnd.* quia nunc ex præſcripto *Concil. Trid. ſeſſ.25.cap.6.de Regular.* horum omnium Superiorum electiones fieri debét & ipſæ ſecretò, prout etiam pro minoribus de obſeruantia ſtatutum eſt in Conſtit. Pij V. Paſtoralis officij, editam die 15.Maij 1571. & eſt in Bullario 128. in ordine.

58 Sequitur ſextò, quòd neque in poſtulatione, neque in collatione ſeruanda eſt forma *d.cap.* quia neutra eſt electio, & collatio præcipuè non eſt per ſe actus Collegij, & quatenus ſit, quia non eſt electio, ſed inſtitutio, non ſubditur legibus proprijs electioni. Sed vtraque ſcilicet poſtulatio, & collatio ſuas habet leges obſeruandas. Vt ex *Gloſſ. & Panormit. tradunt Syl.v.electio 2.num.5.& v.poſtulatio nu. 2.Donatus tr.1.q.3.num.4.*

59 Aduertit verò idem *Sigiſ.d.dub.6.nu.5.* quòd vbi eſt conſuetudo, vt in electione Procuratoris ordinis, Diffinitorum, Diſcretorum, &c. ſeruetur forma *cap. quia propter*, talis conſuetudo tenet; quia eſt conformis iuri, prout in terminis docent *Boic, in d.cap.quia propter num.3.Mandagot.de elect.cap.31.Oldrad.conſ. 146.num.3.* Et ita de conſuetudine hæc forma ſeruatur in electione Diffinitorum apud Congreg. Ciſtercienſium S. Bernardi regularis obſeruantiæ in Italia, vt liquet ex bulla *Greg.XIII.Romanus Pontifex* §.8. edita die 23.Maij 1578. & apud Congreg.Caſſinenſem, vt patet ex bulla Pauli V. *Cum ſicut accepimus* edita die 6. April.1607.

60 In ordine Prædicatorum, Diffinitores Capituli Generalis,& Prouincialis,& Socij Priorum euntium ad Capitulum Prouinciale, quia eligendi ſunt per ſcrutinium ſecretum ad præſcriptum decreti Concil. Trid.eo modo, & forma quo Prælati eliguntur,iuxta decretum *Capit. Generalis Bonon.1564. Teſtus p.3. cap.32.Caſtell.de elec.cap.15.num.1.Camillus in direc. p.2.cap.5.& 7.* ex conſequenti ſequi videtur, vt horum electio ſubdatur legibus *d.cap.quia propter*, ſed hæc conſequentia non valet. Nam eſt quidem huiuſmodi electio ſubiecta legibus dicti Capituli, nō vero iuri communi contento in *d.c.quia propter*; quoniam d. caput ſolùm de electionibus Paſtorum, & Prælatorum loquitur,extenſio verò ad Diffinitores,vel Socios facta ex lege ordinis, manet ſub ordinis facultate, vt ſuper eam authoritate ordinis poſſit diſpenſari; & vt tranſgredientes ſolum pœnis latis in lege ordinis ſubiecti ſint, vel etiam alijs Canonicis legibus Concil. Trid. vel Pontificum, quæ diſponant de ſimilium electione, tamen ex vi Canonis *quia propter* dictæ electiones non ſunt menſurandæ; quia dictus Canon de eis non loquitur.

S V M M A R I V M.

1 *Non ſeruantes legem cap.quia propter ſunt priuandi; ſed non ſunt ipſo facto voce priuati. num.61.*
2 *Verba priuatiua, quæ ſonant in præſens ſecundum aliquos trahunt ſecum executionem. nu.61.*
3 *Verbum priuentur eſt futuri temporis, & importat ſententiam ferendam. num.61.*
4 *Verba ſubiunctiui modi ſiue temporis præſentis, ſiue præteriti imperfecti tempus futurum explicant, & ſententiam ferendam important. num.61.*
5 *Qui nulliter elegerunt, cognito defectu, poſſunt iterum eligere. num.62.*
6 *Quod verum eſt etiam ſi minor pars reſiſtat, & appellet. num.63.*
7 *Perfecta vna electione non poſſunt electores aliam habere, donec illa ſit iudicata à Superiore. nu.64.*

61 QVæritur nono. Quam pœnam incurrunt non obſeruantes in electionibus formam *d.cap.quia propter*? Et videtur, quòd ſint ipſo iure priuati voce actiua. Quoniam textus decernit, quòd *qui contra præſcriptas formas eligere attentauerint, eligendi ea vice poteſtate priuentur*. Quoniam vt habet *Appoſtill. ad Panorm.cap.ſicut, & alij, de Reſcrip.Lit.C.* verba priuatiua, quæ ſonant in præſens, non requirunt ſententiam; ſed trahunt ſecum executionem; cuiuſmodi ſunt iſta *non valent, priuetur &c.* igitur qui dictas formas in eligendo nō ſeruat, ipſo facto eſt pro ea vice priuatus voce actiua. Nihilominus dicitur, quòd hæc vocis actiuæ priuatio non eſt ſententiæ latæ, ſed ferendæ *Gloſſ.in cap.Cumana 50.v.priuantes, & in d. cap.quia propter,* vbi *Anton.num.65.& Anchar. Innocent.& Panorm.in cap.2.de poſtulat.Prælatorum, Sylu. v.electio p.num.13.& electio 3.num.13.Sigiſm.de elect. dub.3.num.10.Sayrus in Claui Regia l.3.c.8.num.31. Barboſa ad dictum cap.quia propter nu.34.* Et ratio eſt quia verbum *priuentur*, cum ſit futuri temporis, importat ſententiam ferendam *Gloſſ.in cap. quicumque v.innodentur, de Hæret.in 6.Anton.à Butr.in cap.quiſquis num.11.de electione Tiraquel l.ſi vnquam, verb. reuertuntur Cod.de reuoc.donat.num.177.Socin. Iunior conſ.68.n.83.l.3.Coſm.in pragmat.ſanction.tit. de elect. ver.ipſo iure, pag.98.Menoch.conſ.67.num.29.Biax in ſuo direct.elect.p.1.cap.22.num.1.Suarez tom.5.in 3.p. diſp.40.ſec.8.num.2.Sigiſ.a Bonon.d.dub.3.nu.11. Barboſa ad d.cap.quia propter, num.34.& dict.285.num.1.* Et verba ſubiunctiui modi, ſiue ſint præſentis temporis, ſiue imperfecti præteriti comprehendere tempus futurum, habetur ex *l.ſi ita quis §.Seia ff.de verb.oblig.* & id tradunt *Panorm.in cap.ſicut de reſcript. Bartol.in l.1.num.11.ff.de iure codicill.Ludouic Conſil.62.nu.37. l.3.Peregrin.de fidei commiſ.ar.46.n.29.Rota deciſ.48. num.8.coram Coccino.*

62 Inde eſt, quòd electores, qui ex non ſeruata forma *cap.quia propter* nulliter elegerūt, cognito defectu, & antequam per ſententiam voce priuati ſint, poſſunt defectum emendare, & iterum ritè eligere, quia ex vi primi defectus, non fuerunt priuati voce ipſo iure vt ex *Innocent.& Compoſtel.Cald.probat Panorm.in d.cap.quia propter §.niſi n.6.Roman.conſil.483. num.9.Caſt.conſ.347.nu.1.Gloſſ.in cap.Gratum v.pastores de poſtulat.prælat.Sylueſ.v.electio 1.nu.3.& Tabien num.4.Tiraquel.locos citato, Angel.v.electio num.3. Tuſcus L. E. concl.76.num.5.Rota deciſ.8.nu.3.p.1.Recent.Sigiſm.de elect.dub.3.num.10.*

63 Quod adeo verum eſt, vt ſi maior pars electorum defecerit contra formam *d.cap. quia propter*, & velit defectum emendare, id facere poſſit etiam minori parte repugnante, & de nullitate proteſtante, & appellante. Quia maior pars non amiſit ius eligendi, & ſi eligit, vtitur iure ſuo, vt ſequens *Innocent. Compoſ.& Cald.probat Panormit.* quia nullum ius fuit acquiſitum minori parti ante ſententiam. Et eò magis, quòd hæc noua priuatio non eſt facta in fauorem minoris partis, ſed in odium delinquentium, qui ſuum defectum poſſunt emendare, ſi defectus ſit notorius.

64 Sed de his dicendum eſt infra *cap.18.* vbi demōſtrabitur, quòd perfecta electione non poſſunt Electores

rès ad nouam electionem procedere, niſi priori caſſata; ſed ante electionem etiam poſt publicatum, ſcrutinium, ſi electio ſit notoriè nulla, poſſunt electores aliam electionem habere validam.

S V M M A R I V M:

1 *Quæ ſacri Canones communiter ſeu ſimpliciter diſponunt de electione, comprehendunt electiones Prælatorum Regularium. num.65.66.*

2 *Conſiderandi ſunt ſinguli canones, & videndum qualiter loquantur. num.66.*

3 *Nullus inferior, nec Capitulum Generale poteſt mutare formam eligendi ſtatutam per ſacros Canones. num.67.*

4 *In vnaquaque Religione ſeruanda ſunt propria ſtatuta, & legitimæ conſuetudines. num.68.*

5 *Electio Canonica eſt, quæ eſt facta ſeruata forma canonica. num.69.*

65 QVæritur decimo. An omnia, quæ diſponunt ſacri Canones circa electionẽ Canonicam ſint ſeruanda in omnium Prælatorum etiam Regulariũ electionibus? *Caſtell. de elect. cap.1. nu.1.* affirmat dicens: quòd quæ Pontificio iure diſponuntur circa electionem Canonicam Prælatorum Eccleſiaſticorũ *in titulo de electione, & electi poteſtate*, neceſſario veniunt obſeruanda in electionibus quorumcumque Prælatorum etiam Regularium; ſed & idem tenet *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. l.2. c.5.* aſſerens, quòd quamuis *cap. quia propter*, & alia iura de elect. generalius loquantur, abſque dubio iuxta communem DD. interpretationem, prædictorum iurium diſpoſitio habet locum in electionibus Abbatum, & Prælatorum Regularium.

66 Verum dicendum eſt, quod, vt ex dicendis infra ſuis locis apparebit, multæ ſunt decretales in quibus eſt ſermo de electione tantum ad Cathedrales Eccleſias; & ideo ſingulæ decretales, & earum tenor eſt inſpiciendus. Nam vbi omnibus bene penſatis decretales loquuntur generaliter de electione Prælatorum, comprehendunt etiam electiones Prælatorum inferiorum Epiſcopis, etiam Regularium quod eſt euidens, dum illæ expreſſè loquuntur de electione nedum ad Cathedrales, ſed etiam ad monaſteria; ſed vbi expreſſè loquuntur ſolum de electione ad Cathedrales Eccleſias vt in *cap. Cum in cunctis* in principio, *& in §. Clerici, & in cap. quamuis 10. de elect. in 6. & in cap. licet, & in cap. Vbi periculum in ſexto*, vbi de ſola electione Papæ eſt ſermo, & in alijs pluribus *capit.* in quibus ſpecialiter diſponitur, vel de electione Epiſcoporum, vel de electione vt confirmanda immediatè à Sede Apoſtolica, vel alio modo de electione Regularium tantum, vel monialium, cuiuslibet Decretalis verba inſpici debent. Et quidẽ verum eſt, quod vbi Decretales generaliter aut ſimpliciter loquuntur de electione Prælatorum, comprehendunt etiam electiones Prælatorum inferiorum Epiſcopis; & etiam regularium, iuxta communem DD. ſenſum, quem expreſſit præcipue *Panor. à Caſtell. citatus, cap. final.* de ſtatu monachorum.

67 Certum quoque eſt, quòd vbi Canones diſponunt de electionibus Regularium, vel in genere, vel in ſpecie, non poſſunt Prælati Regulares, vel Capitula Generalia auctoritate ordinaria ſtatuere aliquid in contrarium; quia inferior non poteſt contra legem Superioris ſtatuere. *Clem. ne Romani, de elect.* & ibi *Gloſſ. v. inferiorem, Imola not.3. & 4. Card. §.1. num.7. Vital. §.1. num.15. & 36. Barbat. §. fin. n.11. Panorm. à num.2. Gloſſ. in cap. vbi periculum, v. intromittant.* & ibi *Archid. n.4. de elec. in 6. Oldrad. conſ.259. Alberic. de Roſat. in l. de quibus num.147. ff de legib. Nauar. conſ.3. num.1. de elect. & conſ.26. nu.4. de Regular. Abbas cap. cum tanto nu.9. de conſuetud. Caſtell. vbi ſupra num.2. & DD. communiter in cap. cum inferior de Maior. & obed. quorum plures refert Barboſ. ibid. num. 2. & 3.*

68 Et nihilominus in quacumque Religione ſeruanda eſt forma propria auctoritate Apoſtolica ſtatuta, vel laudabili, & præſcripta conſuetudine ſtabilita; ſæpius enim quæ generalius ſtatuta ſunt, non bene conueniunt alicui Religioni in particulari; & ideo in quacunque Religione propria ſtatuta, & illi proportionata ſeruari debent.

69 Vt ergo electio ſit Canonica debet eſſe celebrata iuxta exigentiam ſacrorum canonum, & ſtatutorum, & conſuetudinũ cuiuſcumque Collegij. Quamuis electionem dici multipliciter canonicam dictum ſit ſupra *cap.1. nu.38.* De qua diſtinctione videri poſſunt *Caſtell. d. cap.1. num.6. &* Rota *in Treueren. Abbatia n.27. Coram Coccino quæ habetur à Caſtell. c.4. à Tambur. tom.3. & eſt deciſ.754. p.4. tom.3. Recent.*

C A P V T X.

De eligentium conditionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Finis electionis eſt, vt Eccleſijs de idoneis Prælatis prouideatur. nu.1.*

2 *Cauſa efficiens ſequitur ad finalem. nu.2.*

3 *Electores ſunt cauſa efficiens electionis. n. 2.*

1 IN communi de forma canonica eligendi ſtatuta in Conc. generali Lateran. & contenta in *c. quia propter eſt, de elect.* habitus eſt ſermo in *c. ſuperiori*; vt verò in particulari explicetur, primò ad cauſam electionis efficientem explicandã accedo, cum eiuſdem cauſa finalis ſit manifeſta. Electionis namque finis eſt, vt Collegijs Eccleſiaſticis prouideatur de Prælato, ſeu ſuperiore idoneo, aut alio quocumque miniſtro, ſeu officiali, aut confratri. Sic enim eliguntur Epiſcopi, Generales, Abbates, Prouinciales, Prælati locales, & Cathedralium dignitates, Perſonatus, Canonici, Præpoſiti Collegiatarum, & ſimiles, vt Eccleſijs, & Collegijs digni Præſules, aut miniſtri prouideantur.

2 Poſt cauſam verò finalem, quæ eſt prima cauſarum, ſequitur cauſa efficiens. Et cum electio ſit actio quædam, eius cauſa efficiens ſunt agentes, & eligentes; qui quidem ad hoc vt validè eligant ſpeciales habere debent qualitates, vel à iure communi, vel à proprijs Eccleſiarum ſtatutis determinatas; vnde in præſenti quæritur præcipuè, quæ ſint illæ qualitates, ſeu conditiones, quæ in eligentibus ſunt neceſſariæ ad hoc, vt ritè, & validè eligant.

SVMMARIVM.

1 *Ius eligendi ſpectat per ſe primò ad Collegium. num.3.*

2 *In Religionibus electio locum habet diuerſimode. num.3.*

3 *Collegium ex quo conſtet. nu.4.*

4 *Ad eligendum ſufficit congregatio duorum. n.4.*

5 *In ordine Præd. Conuentus non eligit, niſi habeat tres vocales. nu.5.*

6 *Vbi ſunt ſolum tres electores, non poteſt eligi in Ord. Præd. niſi abſens. n.6.*

7 *Non omnis multitudo eſt collegium. nu.7.*

8 *Collegium eſt multitudo auctoritate ſuperioris ſub vno certis legibus ordinata. nu.7.*

9 *Iura Collegij in vno durant, qui poteſt eligere. num.8.*

10 *Si vnus de Collegio, vel plures renuncient voci ſuæ, & vnus ſolus remaneat, qui manet licet ſolus poteſt eligere. nu.9.*

3 QVæritur autem primò, ad quem directè, & per ſe primò pertineat electio Prælatorum Eccleſiæ? Reſpondetur, quod hoc pro certo fundamento eſt præmittendum, ſcilicet, ius eligendi Canonicè ſpectare per ſe primò ad Collegium, ſeu communitatem, cuius Prælatus eſt eligendus prout decernitur. *cap. congregatio 43. 16. q.7. & cap. 2. 3. & 4. 18. q.2. & c.1. de electione.* Et hoc ius commune maximè receptũ fuit in religioſorum omnium ordinibus, in quibus iuxta diuerſorum ordinum ſtatuta, vel omnes Prælati etiam locales à particularibus Conuentibus eliguntur, vt in Ordine Prædicatorum; vel ſaltem Prouinciales à Capitulo Prouinciali; vel ſaltem Generalis à Generali Congregatione eligitur, vt in ordine Societatis Ieſu. Vel igitur *Prælati* non eliguntur, ſed ſuperior aliquis ſupremus eos inſtituit, ſicut Papa vt plurimùm inſtituit Epiſcopos, nulla præcedẽte electione; vel ſi Prælati eliguntur, eliguntur ab illis Collegijs quibus præſunt, niſi aliud priuilegiũ aliquod, aut conſuetudo diſponat. *ſecundum de poſt Gloſſ. in cap. gratum Panor. in cap. primum n.1. de elec. & alij Canoniſtæ communiter. Syl. v. electio 1. nu.2. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. cap. quis poſſit eligere nu. 5. D. Anton. 3. par. tit. 19. cap. 2. Tabien. v. elect. 1. num.2. Armil. v. electio num.6. Bertachin. de Epiſc. lib.1. par.3. tom.2. q.23. art.5. Tambur. de iure Abb. tom.1. diſp.5. quæſt.8. Suarez tom.4. de relig. lib.2. cap.4. num.1. Layman. lib.4. tit.2. cap.12. num.3. Azor. par.2. lib.6. cap.14. q.6. & 8. Baſſaus v. electio num.7. Donatus par.3. tr.4. num 1. Rot. deciſ.533. par.3. lib.3. diuerſ. num.4. & 5. & deciſ.65. par.2. recent. num.5. & deciſ.296. coram Verall. par.1. & deciſ.296. num.5. coram Coccino et deciſ. 139. num.9. par.7. recent. Bordon. contron.47. num.45. Reyt. in Pral. q.1. cap.4. §.3. Petrus de Baix. par.1. c.2. num.2. Emanuel Sà. v. electio num.10. Moron. reſp.72. num.4. Barboſ. lib.1. de iure Eccleſ. cap.19. n.44.* vel ſupremi ſuperioris voluntas aliud decernat.

4 Quamuis verò non deſint, qui velint, quòd ad conſtituẽdum Collegium requirantur ad minus tres perſonæ, *Sylu. v. Collegium & Gloſſa in cap.1. v. duo, de electione,* vnde *Caſtell. de elect. cap.5. nu.43. & Donatus tract.4. q.6. nu.3.* dicunt, quòd regulariter Capitulum conſtat ex tribus perſonis iuxta ius ciuile; nihilominùs ad Collegium duo ſufficere tradiderũt *Innoc. in cap. dilecto, de exceſſib. Prælat. & Archid. in c. de liberatione, in ſexto de off. leg. & Io. Andr. in c. ſtatutum eod. tit. Maſch. de probat. conc.584. nu.9. Tabien. v. elect. num.2. Armil. v. electio num.6. Rodriq. tom.2. q.53. art.11. Tambur. de iur. Abbatum tom.1. q.8. art.2. Barboſa ad cap.1. de elect. num.3.* Et quidquid ſit de diſcrimine congregationis à Collegio, quod ponũt *Gloſſa, & Sylu. citati,* quia congregatio ex duobus, Collegium verò ex tribus conſiſtat; certum eſt, quòd ad habendum ius eligendi ſufficit duorum Congregatio, *cap. nullus 1. de electione.* ibi *Nullus in Eccleſia, vbi duo, vel tres fuerint in congregatione, niſi eorum electione Canonica presbyter eligatur.* De iure vero particulari ſeruanda ſunt cuiuſcumque ordinis ſtatuta. *Suarez tom.4. de relig. lib.2. c.4. n.1.*

5 In Ordine Prædicatorum nullus Conuentus poteſt ſibi Priorem eligere, niſi alat tres vocales, ex ordinat. *cap. Rom.1601. facta authorit. Apoſt. Gloſſ. diſtinct.2. cap.2. §.6. Caſtel. de elect. cap.5. num.43. Vrceanus par.3. cap.6. v. ſtante, Donat. de elect. tr.2. q.6. Camil. in direct. q.2. cap.1. Fontana v. electio Prioris Conuentualis, num.28.* Addit verò *Donatus nu.5.* ita ſufficere numerum trium vocalium ad ſibi eligẽdum Prælatum, vt Capitulum Generale non poſſit authoritate propria ſtatuere oppoſitum, & ob hanc cauſam putat *Caſtell. d. num.43. per Clem. VIII.* reuocatam fuiſſe ordin. *cap. Valent. 1596.* in qua decernebatur, vt Conuentus non poſſet eligere niſi haberet quinque fratres vocales, additque ſic notari in actis eiuſdem Capituli per literas ibidem inſertas P. M. Fr. Pauli Mirandulani tunc Procuratoris ordinis, & poſtea Epiſc. Squiliacen. Et idem habet *Camil. vbi ſupra.* Et ita ſeruatur, vt quilibet Conuentus habens tres vocales, ſibi eligat Priorem. In *cap. autem Roman. 1601. declarat.5. vt notat Vrceanus,* ad vitanda in conuenientia quæ ſequebantur ex illa ordinat. *cap. Valent. 1596.* in qua ſtatutũ fuerat, vt vocem non haberent, niſi qui annum duodecimum à profeſſione compleuerãt, mandatum fuit, vt vbi non eſſent niſi duo vocales, ex alijs fratribus acciperentur, qui haberent quatuor annos à profeſſione, & eſſent ordinati in ſacris vſque ad numerum quinarium, ſi eſſet poſſibile, ſin minùs ſaltèm ad numerum ternarium, quod ſi neque hoc poſſet fieri, & in Conuentu eſſent ſolùm duo vocales, electio eſſet deuoluta ad Prouincialem. Et hæc ordinatio adhuc manet in *Gloſſa,* in nouis Conſtitutionibus; ſed cenſetur reuocata authoritate Apoſt. ſub Paulo Quinto in *c. Rom. 1608.* quantum ad hoc, quòd nullus nunc poſt eligere, qui nõ habet ſex annos à profeſſione, & non ſit Sacerdos, *Vrceau & Fontana citat.*

6 Bene quoque aduertit *Camillus,* quod vbi ſolùm electores ſint tres, non poſſunt eligere validè niſi abſentem; quia cum electus debeat habere duo vota ſupra medietatem; nullus de numero trium electorum poteſt excedere per duo vota, vel votum vnum cum dimidio medietatem electorum, niſi ſe ipſum eligat: quod quidem non licet, & electionem irritam redderet.

7 Sed & ex *Syl. v. electio 1. n.2. & Tab. ibid. n.2.* conſiderandũ eſt, quòd non omnis multitudo etiam ſi ſit duorũ, vel trium, vel ampliùs, eſt Collegium, non enim Collegiũ importat ſolùm multitudinẽ pluriũ, ſed Clerici in vna Eccleſia poſſunt eſſe vt ſingulares perſonæ, quæ multitudinem faciunt, & numerum,

ſed

ſed non Collegium. Collegium enim importat multitudinem ordinatam ſub capite vno, & ſecundùm certas leges colligatam ſimul. Dicitur enim collegium, quia ſimul aliqui colliguntur & vniuntur *Syl. v. Collegium num. 1.* Et puto neceſſarium eſſe, quod per ſuperioris authoritatem multitudo ſub certis legibus colligatur, vt propriè dicatur Collegium. Ideo licet in aliqua Eccleſia ſint plures Clerici, ſi ibi ſunt vt diuiſi & vt ſingulares perſonæ, non poſſunt ſibi ſuperiorem eligere.

8 Neceſſariò quoque hic diſtinguendum eſt, nam aliud eſt Collegium conſtituere, aliud eſt iura Collegij prius conſtituti durare. Ad primum neceſſaria eſt ſaltem duorum multitudo. Sed iura Collegij conſtituti in vno ſolo durare poſſunt. Vt v.g. ſi ex tribus, vel pluribus de Collegio omnes intereant, vel omnes excõmunicentur, aut quoquomodo reddantur inhabiles ad eligendum, vno ſolùm excepto; hic quidem in eo caſu poterit eligere; & ſi non poterit eligere ſe ipſum, vt bene plures volunt, poterit alium eligere in totius Collegij Prælatum. *Syl. v. verb. electio 1. num 2. ex Gloſſ. Innoc. & Hoſt. in cap. 2. de Poſtul. Prælat. Panorm. in cap. nullus num. 6. de elect. Butr. in cap. gratum nu. 19. vbi Panorm. etiam nu. 12. & Ancharan. Rodriq. tom. 2. q. 54. art. 11. Tabien. v. electio 1. num. 2. Layman lib. 4. tract. 2. cap. 12. num. 3. Baſſaus v. electio num. 7. Raggius in regim. Regularium centur. 2. dub. 189. num. 1. Nauar. lib. 1. conſ. 6. num. 2. de elect. Armill. v. electio num. 1. Tambur. tom. 1. diſp. 5. q. 8. n. 3. & 4. Rota deciſ. 860. num. 7. & deciſ. 1050. nu. 4. coram Seraph. & in Cremonen. Præpoſituræ 25. Febr. 1622. Caſtell. de elect. cap. 5. num. 3. & 86. Miranda, Hieron. Rodriq. Lezana* quos refert, & ſequitur *Barboſa lib. 1. Iuris Eccl. cap. 19. nu. 46. & ad cap. 1. de electione n. 4. Boich. Lambert. Curt.* quos citat, & refert *Sigiſ. à Bononia dub. 12. num. 4. Donatus tract. 2. q. 10. num. 4. Petrus de Baix. lib. 1. cap. 2. num. 2.*

9 Ex quo deducitur, quòd ſi exiſtentibus in vno Conuentu tribus vocalibus, duo, vel vnus renunciet, renũciando nõ poſſunt præiudicium ferre Collegio, & illi qui vult eligere *Caſtell. nu. 86. dicti cap. 5. et Camillus par. 2. cap 1. num. 1.* & ſic omnino eſt tenendũ; nam Sac. Congregatio Regularium in vna Ripana die 21. Auguſti 1654. decreuit bene fuiſſe electum, eſt confirmauit electionem factam in Conuentu Ripano Ord. Prædic. à Prouinciali caſſatam, in qua cum eſſent ſolum tres vocales, vno eorum renunciante alij elegerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Prima conditio electoris eſt vt ſit in ſtatu libertatis. num. 10.*
2 *Impuberes non poſſunt eligere. num. 10.*
3 *Amentes non poſsunt eligere. num. 11. 12.*
4 *Amentes multiplicis generis ſunt. n. 12.*
5 *Amentes perpetui non ſunt ad electionem vocandi. num. 12.*
6 *Votum eſt nullum, ſi datur ab eo, qui tunc ſit amens. num. 12.*
7 *Amens tempore lucidi interualli validè eligit. num. 12.*
8 *Quando cenſeatur amens eligere ex lucido interuallo. num. 15.*
9 *Semel amens non præſumitur ſanus, niſi probetur. num. 12.*
10 *Ebrius nulliter eligit. num. 13.*
11 *Iracundus quando non eligat. n. 14.*
12 *Dæmoniacus validè eligit, ſi non eſt priuatus rationis vſu. n. 15.*
13 *Infirmi, cæci, ſurdi &c. validè eligunt. n. 16.*
14 *Non tenetur cæcus dare iuramentum illi, qui ſchedulam electionis ſcribit. n. 16.*
15 *Non tenetur cæcus facere vt ſchedula ſcribatur ab eo, qui nullum habet intereſſe in electione. numer. 16.*

Conditio prima: Libertatis vſus.

10 CVm ergo primò, primus elector ſit Collegium conſtans ſaltem ex duobus, vel tribus electoribus, ex hoc deducitur prima conditio Electorum iure naturæ neceſſaria, vt ſcilicet Elector ſit in ſtatu libertatis, ſeu liberi vſus rationis; vnde nec impuberes, nec amentes poſſunt validè eligere. Et quidem quantũ ad impuberes res eſt euidens, nedum quia impuberes non cenſentur habere eam experientiam, & prudentẽ deliberationem, quæ eſt neceſſaria ad electionem Prælatorum Eccleſiæ *cap. ex eo 32. de elect. in ſexto & ibi Gloſſa Franc. & alij Canoniſtæ & DD.* quos refert & ſequitur *Barboſa ad d. cap. num. 2. & de offic. & poteſt. Epiſc. tit. 1. cap. 3. num. 19. & lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 48. Petrus de Biaxio p. 1. cap. 16. Sylu. v. electio 1. nu. 5. Tab. ibi num. 5.* Sed quia, cum, vt infra dicetur, ſit ad electionem in electore neceſſarius ſaltem ordo ſacer, ſimul neceſſaria eſt ætas longè ſuperans ſtatum impubertatis.

11 Amens verò dicitur, qui ex organorum læſione, nimirum ex læſione cerebri eſt impeditus ne poſſit liberè vti ratione, & de rebus deliberare. Diſtinguuntur verò amentes, quòd alij dicantur furioſi, & alij mente capti; nam furioſus eſt mente captus cum ſæua dementia, ſed mente captus eſt, qui quieta dementia agitur. *Rota deciſ. 484. num. 2. & 3. coram Coccino, Bald. in l. humanitatis num. 15. Cod. de impub. Fulgoſ. conſ. 79. nu. 1.* Alia etiam datur diſtinctio, quia amentium alij ſunt habituales, & perpetui, alij verò qui ex cauſa tranſeunti, vt ex morbo, vulnere, ira & paſſione breuitales ſunt. *Suarez de cenſ. diſq. 51. ſect. 1. num. 3. Conar. 4. decret. par. 2. c. 2. num. 6. Menoch. de præſumpt. l. 6. præſum. 45. num. 62. Ludouic. Lopez 2. par. cap. 19. Sanchez lib. 1. de matrim. diſput. 8. num. 15.* Alia iterum datur diſtinctio, quia ſecundùm *Sanchez ibid. num. 33.* alij ſunt amentes ſimpliciter & in omni materia, alij verò in aliqua materia particulari, vt ſi aliquis exiſtimet ſe habere pedes ferreos, & de reliquo rectè diſcurrat, & deliberet; quàmuis hanc diſtinctionem reijciat *Victoria relect. 12. num. 19.*

12 Omnis amens eſt inhabilis, vt eligat, ſiue furioſus dicatur, ſiue mente captus *leg. 2. vbi Baldus C. de curat. furioſi, Gloſſ. ibid. v. extra mentem. Nauar. cap. ſi quando, de reſcript. except. 10. num. 5. Panorm. in cap. ſicut tenor de Regular. Petrus de Baix p. 1. cap. 15. nu. 2. & ex Mandag. 1. par. de elect. cap. 7. & Boer. ibid. Caſtell. cap. 5. de elect. num. 57. Petr. Greg. de elect. cap. 8. Henriq. de matrim. lib. 11. cap. 4. num. 3. Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 86. num. 4.* Reliquæ verò diſtinctiones ad hoc iuuant, quòd amentes ſimpliciter, & perpetui, nec vocandi ſunt ad electionem, nec admittendi. Cæterùm vniuerſaliter nullum votum eſt validum,

dum, quod ſit datum ab eo, qui tunc ſit mente captus, aut furioſus, & quacumque cauſa libero vſu rationis priuatus, cum actualiter eligit, & ſuffragatur. Ratio eſt, quia nequit liberè conſentire & eligere, qui libero vſu rationis eſt priuatus; electio verò eſt actus liber eligentis eiuſque liberum conſenſum exigit *cap. quia propter 42. de elect. Panorm. in cap. quiſquis num. 5. de elect. Barboſa de offic. Epiſc. p. 1. tit. cap. 3. num. 21.* Ille verò validè eligit, qui tunc cũ eligit, non eſt amens, ſed vel amentia deſijt, ſi erat temporalis, vel habet lucida interualla, in quibus nõ eſt priuatus libera deliberatione. *Biax p. 1. cap. 15. Sigiſm. d. dub. 86. nu. 6.* & probatur ex ſimilitudine matrimonij, quod valet, ſi fiat à fatuo tunc, cum habet lucida interualla, ex doctrina quam tradunt *D. Thom. Richard. Sotus, & alijs Theologijs*, quos refert *Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 8. & eſt textus cap. dilectus, de ſponſal. vbi Gloſſ. v. furore, Io. Andr. nu. 5. Præpoſ. num. 1.* Præſumendum verò erit electionem factam tempore lucidi interualli, & ſanæ mentis, ſi actus electionis quietè habitus ſtultitiam non ſapit, ſed congruit homini ſanæ mentis. *Bald. in l. furioſum C. qui teſtam. fac. poſ. & ibi Caſt. Rip. Fulgoſ. Iaſon. nu. 3. Couar. loco citato Menoch. præſumpt. 45. n. 66.* & latiſſimè *Card. Mant de coniectur. diſp. vlt. volunt. lib. 2. tit. 5. n. 6. & 7. Sigiſ. d. dub. 86. n. 7.* Cæterũ furor ſemel acceuſus cenſetur ſemper adeſſe niſi probetur contrarium. *Gloſſ. in v. compotem cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato. Petrus de Biax. lib. 1. cap. 15. num. 3.* Nam vbi ebrietas ibi furor. *cap. venter d. 35.*

13 Idem cũ proportione dicitur de ebrijs. Et ideo votum datum tempore ebrietatis perfectæ & libero vſu rationis priuantis nullum eſt, quàmuis ſi extra tempus ebrietatis quis eligat, validè id faciat. *Sigiſ. à Bonon. de elect. dub. 86. n. 8.*

14 Extenditur hoc etiam ad iracundos. Nam electionem factam per iracundiam nõ valere, tradit *Pax Iordan. lib. 1. tit. 6. num. 2. ex Bertachin. de Epiſc. lib. 3. par. 1. num. 68.* ſicut neque contractus *l. quod calore, ff. de re iudic.* neque diuortium, *l. 3. ff. de diuort.* neque plura alia recenſita ab eodem *Bertach.* Verũ ſi non ſit talis iracundia, vt tollat vſũ rationis, non irritat ipſo facto electionem; quia non tollit libertatem. Et ad contractus, ſeu promiſſiones, aut electiones humanas ſufficit ea deliberatio, quæ ſufficit ad mortale peccatum, vt ex doctr. *D. Anton. Caiet. Sylu. Tabien. Armill. Soti, Medinæ, Nauar. Lopez Viguer.* & plurium aliorum tradit *Sanch. lib. 1. de matr. diſp. 8. num. 4.*

15 Dæmoniaci quoque poſſunt eligere, ſi vſu rationis libero non ſint priuati, ſed ſi priuentur rationis vſu, pro tunc ſunt inhabiles vt eligant. *Sigiſm. ibid num. 11.*

16 Infirmi autem, ſenes, cœci, ſurdi, & ſimiles nõ ſunt impediti, ſeu inhabiles, vt actiuè eligant, cum liberè de eligendo deliberare valeant. *Sigiſm. d. dub. 88. num. 1. Diana par. 5. tract. 6. reſol. 13. Caſtell. de elect. cap. 5. num. 59. & 68.* Vbi de cœco ait, quòd iura diſponunt, vt votum ſuum faciat ſcribi ad eius mentem ab aliquo ex illis, qui non habent intereſſe in futura electione, requirendo à ſcriptore, vt ſibi iuramento promittat fideliter adnotare in ſchedula perſonã à ſe nominatam; iuramentum enim, nedum iure humano, ſed diuino eſt medium inuentum ad fraudes ſubmouendas. *cap. & ſi Chriſtus, & cap. ex literis de iureiurand.* Sed hoc quidem bonum eſſe exiſtimo, ſed non neceſſarium. Sicut neque quòd ſchedulam conſcribi faciat ab eo, qui non habet intereſſe in electione; nam nec aliquem talem inuenier de facili. In electione enim Prioris v. g. totus Conuentus habet intereſſe, & qui non ſunt eligentes, tamẽ ſunt magis affecti electioni vnius, quàm alterius. Conſuluntur etiam cœci à præfatis DD. *Sigiſm. Diana, & Caſtel.* renunciare voci ſuæ, & *Sigiſm.* hoc extendit ad *Surdos*, vt tutiori conſcientia agant.

S V M M A R I V M.

1 *Secunda conditio electoris eſt, vt ſit Eccleſiaſticus. num. 17.*

2 *Laicus & inualide elegit, & electionem irritam reddit. nu. 17*

3 *Laici conſuetudine non poſſunt obtinere ius eligendi. nu. 17.*

4 *Laici ex priuilegio poſſunt eligere in electione Canonica. nu. 18.*

5 *Laici poſſunt admitti inter electores, vt illis faueãt. num. 19.*

Conditio ſecunda. Clericatus.

17 SEcunda conditio neceſſaria eſt, vt eligentes ſint Eccleſiaſtici, nimirum vel Clerici, vel Religioſi, non verò laici ſeculares. *c. nullus diſt. 63. cap. Oſius 2. & c. ſacro ſancta 51. de elect.* Nedum enim in electione Canonica Prælatorum Eccleſiæ votum ſecularis eſt nullum, ſed electionem irritat. Hoc enim eſt de forma electionis introductum ex *cap. Maſſana 56. de elect.* vt notant ibi *Card. & Imola Gloſs. in cap. Oſius. v. populi*, & ibi *Panorm. nu. 4. de elect. & in cap. quærelam nu. 8. eod. tit.* & huiuſmodi electio in dicto *cap. decernitur nulla Cuch. inſtit. moral. lib. 4. tit. de elect. nu. 99. Sylu. v. electio 1. num. 5. Tabien. num. 5. D. Anton. 3. p. tit. 19. cap. 2. Alciatus* quem refert, & ſequitur *Rota in Treuieren. Abbatiæ 20. Nouemb. 1624. coram Coccino. Tambor. de iure Abbat. diſp. 5. q. 8. nu. 8. Sigiſm. dub. 87. num. 1. Caſtell. de elect. cap. 5. num. 64. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num. 2. Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. num. 79. & in d. cap. Meſſana.*

18 Quod adeò eſt verum, vt licet ſeculares poſſint ex priuilegio habere ſuffragium in electionibus Canonicis, id tamen nulla cõſuetudine poſſunt obtinere *Panorm. cap. quærelam numer. 6. & cap. quod ſicut num. 6. Et cap. fin. de conſuetud. D. Anton. p. 1. tit. 16. c. 11. §. 2. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. quis poſſit eligere nu. 5. Firmian. de Epiſc. lib. 1. p. 3. cap. 60. & lib. 2. q. 31. Seluc. de Benef. p. 3. q. 13. n. 12. & 21. Donat. par. 3. tra. 4. q. 4.* Verum hoc intelligi debet iuxta probata ſupra c. 8.

19 Laicos tamen ſeculares poſſe admitti, non vt dent ſuffragium, ſed ad vtilitatem eligentium, & electionis, v. g. vt electores defendant, & protegant, ſeu vt electores inſtruant, formamque electionis faciendæ edoceant, docuerunt *Gloſ. in cap. quia propter 42. de elect. v. redacta, vbi Panorm. & iterum Panorm. Compoſ. Io. Andr. & Bald. in dictum cap. Maſſana. Hoſtien. loco citato, Biax p. 1. cap. 2. nu. 2. Archid. cap. 1. diſt. 63. Cuch. inſtit. moral. lib. 4. tit. de elect. n. 111. Sigiſm. dub. 87. n. vlt. Donatus in praxi part. 3. tract. 4. q. 6. nu. 3.* Sed de hac conditione plura dicta ſunt ſupra cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Tertia conditio electorie eſt, vt ſit de Collegio . numer.20.*
2 *In Religionibus ſoli profeſſi poſſint eligere. n.21.*
3 *Sufficit profeſſio tacita . nu.22.*
4 *Profeſſus vnius ordinis non eligit Prælatum alterius . num.23.*
5 *Qui tranſiuit de vna religione ad aliam non poteſt eligere . nu.23.*
6 *Elector debet pertinere ad illud numero Collegium, ad quod ſpectat electio. n.23.*
7 *In religionibus, vt quis ſit vocalis, debet iuxta cuiuſcumque ordinis leges habere id, vnde pertineat ad illud numero Collegium, cuius eſt electio . numer.24.*
8 *In Ordine Prædicatorũ elector debet eſse bona fide aſſignatus in Conuentu . num.25.*
9 *Frater, vel Prior vnius Conuentus non habet vocem in alio Conuentu. n.25.*
10 *Hoc eſt ſpecialiter verum in Ord. Prædic. niſi quis mittatur Vicarius electionis in alio Conuentu . num.26.*
11 *Generalis, & Prouincialis in nullo Conuentu habent ius eligendi. n.26.*
12 *Extraneus nec de conſenſu vocalium poteſt admitti, vt eligat. nu.27.*
13 *Extraneus conſuetudine poteſt acquirere ius eligendi. n.28.*
14 *Quod tempus ſit neceſſarium ad præſcribendum ius eligendi. n.29.*
15 *Ad præſcribendum contra ius requiritur titulus. num.29.*
16 *Extraneus ſi admittatur, & vox non numeretur, non vitiat . nu.30.*

Tertia Conditio. Sit de Collegio.

20 TErtia Conditio eſt, vt elector ſit de corpore Collegij, ad quod pertinet electio; nam cum ius eligendi per ſe primò conueniat Collegio, vt ſupra *num.* 3. probatũ eſt, non poteſt competere niſi ijs, qui ſunt de Collegio. *Hoſt. loco citato*.

21 Ex quo ſequitur, quòd in Regularium electionibus, electio non competit, niſi profeſſis eiuſdem Religionis; quia non profeſſi cum nondum ſint incorporati Religioni, ad Religionem non ſpectant, vt membra religionis, & vt Religioſi ſimpliciter. Ideo hac probatur ex *cap. 2.3.& 4.18.q.2.* vbi electio Abbatis Monachis Monaſterij committitur; vt ille cenſeatur rectè electus, *Quem ſibi* ait *Gregor. ibid. cap. 5. propria voluntate concors Fratrũ ſocietas elegerit*. Et de hoc habetur textus expreſſus *cap. ex eo 35. §. In Eccleſijs, de elect. in ſexto*. Et de Monialibus idem ſtatuitur in *cap. indemnitatibus* 43. & ibid. Canoniſtæ, *Syln. v. electio q.4. num.5. Angel. 16. num.6. Cuch. inſt. mor. lib.4. tit. de elect. nu.8. Suarez de Relig. tom.4. tract.8. lib.2. cap.4. num.2. Sigiſm. de elect. dub. 87. num.2. Caſtell. de elect. cap.5. num.64. Donat. dicta q.6. n.1. Layman lib.4. tract.5. cap.12. num.3. Rota in Nullius Canonicatuum 22. May 1628. cora Dunozetto* quos refert, & ſequitur *Tambur. tract.3. dec.19.*

22 Sufficere tamen profeſſionem tacitam habetur expreſsè ex *d. cap. ex eo*, & *cap. indemnitatibus*. Nam profeſſus tacitè eſt verè profeſſus, & pertinet iam ad Religionem. Et ita tenent præter DD. citatos *Gemin. cap. nullus num.5. & 6. de elect. in ſexto. Franc. in d. cap. ex eo, nu.1. Biax. in direc. elect. par.2. cap 6. nu.1. Layman.* vbi ſupra. *Baſſæus v. electio nu.8. Lezana v. electio num.2.* Non ſufficere tamen profeſſionem tacitam ex delatione habitus, niſi conſtet Religioſum perfeciſſe annum probationis iuxta præſcriptum Concil. Trident. tradidit *Rota citata nu.4.* quæ *nu.5.* præmiſerat, quod in dubio, ſi opponatur alicui vocali defectus profeſſionis, ad eundem pertinet profeſſionem ſuam probare.

23 Eſt verò neceſſe, vt Religioſi ſint profeſſi eiuſdem Religionis, cuius Prælatus eligi debet. Vnde Religioſus nullus habet, vt poſſit eligere alterius Religionis Prælatum. Quod probatur ex *d. cap. 5. 18. q.2.* in verbis ſupra relatis, & ex d. *cap. ex eo*, & *indemnitatibus Syl. v. electio 1. nu.3. Suarez tom.4. n.2. Layman. lib.4. tr.5. cap.15. nu.3. Baſſæus v. electio n.8. Lezana v. electio n.2. Caſtel. cap.5. num.20. Donat. p.3. tract.4. q.6. Tabien. v. electio 1. num.3. Peyr. in ſubd. q.1. cap. 31. not. 8.* Ideò ſi vnus Religioſus tranſeat ad alium ordinem, non poteſt admitti ad electiones illius ordinis, antequam ſit profeſſus: quàmuis huiuſmodi tranſlati de vna Relig. ad aliam, nec poſtquã ſunt profeſſi vocem habeant in *electionib. ex Clemen.* vt profeſſionis de *Regular. Caſtell. cap.5. num.58.* Sed vlteriùs neceſſe eſt, quod elector ſit de illa numero Congregatione, ad quam pertinet hic, & nunc electio, nimirum vel ad illud numero in Monaſterium, aut Conuentum, vel ad illud Capitulum Prouinciale, aut Generale, vel ad illam Congregationem, ſeu Collegium, cuius eſt hic & nunc eligere. Hoc enim eſt, quod de Abbatum electione ſtatuitur in *cap. 2. 3. 4. & 5. & ſeq. 18. q. 2.* Propter hoc Capellani, vel perpetui beneficiarij alicuius Cathedralis, qui non ſunt de Capitulo, non admittuntur ad electionem Epiſcopi. *cap. Cumana 50. de elect. vbi Panorm. & Barboſa nu.5. & de off. & poteſt. Epiſc. par.1. tit.1. cap.3. num.16. vbi plures DD. refert.*

24 Vnde in Religionibus in quibus Collegium non conſtituitur ex certis, & determinatis, & immutabilibus perſonis, ſed Capitula Generalia, vel Prouincialia conſtituuntur ex Prouincialibus, vel Prioribus reſpectiuè, qui tunc temporis exiſtunt, & ex alijs vocalibus à Prouincijs, ſeu Cõuentibus ad hunc effectum electis; Collegia verò electorum Prælatorũ localium integrantur ex vocalibus, qui ex Conuentibus ad Superiorum nutum poſſunt amoueri, & mutari; & ideo ad hoc vt elector ſit legitimus, neceſſe eſt vt iuxta leges cuiuſcumque ordinis Regularis ſit talis, qualis oportet, vt ſit actu membrum illius Collegij, ad quòd hic, & nunc pertinet electio *Syln. v. electio p. num.3. Tabien. num.3.*

25 Sic in ordine Prædicatorum vt ſit elector Prioris Conuentualis, ſeu ſocij Prioris ad Capitum Prouinciale, neceſſe eſt, vt ſit aſſignatus in Conuentu in quo habenda eſt electio, & quidem ita vt ſit bona fide aſſignatus per duos menſes antequàm vacet officium Prioratus, & quòd hæc aſſignatio ſit notificata Conuentui; imò quòd aſſignatus per bimeſtre ante dictam vacantiam inſeruierit bona fide eidem Conuentui; quàmuis dentur multi caſus, in quibus huiuſmodi aſſignationes valent etiam ſi factæ ſint imminente electione. Quæ quia explicata ſunt ſupra *cap.3.* non eſt neceſſe nunc circa illa immorari.

26 Ex

26 Ex his ſequitur, quòd Religioſus de vno Conuentu non poteſt eligere in alio Conuentu, & quòd qui eſt in vno Conuentu Prior, aut Prælatus localis, non poteſt in alio Conuentu Priorem, ſeu eius Prælatum eligere, niſi id habeat ex priuilegio. *cap. Conſtitutis 47. de elect. vbi Gloſſa, & Butrius Compoſt. Hoſt. & Io: Andr. Barboſ. & apud eum Lauor. tit. de elect. cap. 15. num. 81. Tabien. v. electio 1. n. 3.* & concorditer ad hoc ſtatutum iuris communis in ordine Præd. *diſt. 2. cap. 2. §. 6.* hoc expreſsè fuit ſtatutum, vt frater aſſignatus in vno Conuentu, vel Prior vnius Conuentus non habeat vocem in electione alterius Conuentus, niſi in caſu in quo mittatur ad eum Conuentum Vicarius electionis. *Caſtel. cap. 5. num. 3.* Et ex hac eadem ratione Generalis, & Prouinciales, quia ad nullum Conuentum determinatè pertinent, in nullo habent vocem, ſeu ius eligendi Prælatos locales Conuentuum; quãmuis iuxta aliquorum ordinum ſtatuta poſſint illos inſtituere. Sed in ordine Prædicatorum, & alijs, in quibus electio Superiorum localium pertinet ad Conuentus, Generalis, & Prouinciales non habent ſuffragium in electione illorum, ſed ad illos pertinet electiones confirmare, vel etiam in caſu deuolutionis tales Prælatos inſtituere.

27 Quærunt verò nonnulli, an ſaltem de conſenſu vocalium vnius Conuentus poſſit admitti aliquis extraneus ad ferendum ſuffragium in electione; & cum hoc aliqui affirment, vt ſuprà dictum fuit, admitti non poteſt, quoniam Collegium non habet facultatem dandi ſuffragium ei, qui illud à Papa non habet cuius ſolius eſt dare facultatem eligendi Superiores *Vide cap. 3. a. n. 35.*

28 Et nihilominus quòd conſuetudine poſſit acquiri ius eligendi habetur expreſsè *cap. cum Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſ.* & bene docuerunt *Specul. de elect. §. 1. num. 12. Cardin. in cap. quia propter q. 12. in princ. Bertachin. de Epiſ. l. 1. par. 3. q. 5. num. 4.* L. R. Rota *in Treuiren. Abbatiæ deciſ. 574. nu. 24. p. 4. tom. 3. recent. Bald. in cap. bonæ 4 de poſtul. nu. 19. & alij ſupra cap. 3. num. 22. relati.*

29 Vt videatur vero, per quantum tempus poſſit ius eligendi præſcribi, plura conſiderari debent. Non enim idem tempus requiritur ad quodlibet præſcribendum; ad inducendam enim conſuetudinem contra Eccleſiam Romanam, vel Sedem Apoſtolicam requiritur tempus immemorabile centum annorum, vt ex *Egid. Bellam. conſ. 23. nu. 35. probat Tuſcus L. C. concl. 796. num. 10.* Sed vt inducatur conſuetudo contra aliam Eccleſiam requiruntur, & ſufficiunt 40. anni, vt ex *cap. ad aures 6. cap. illud 8. & cap. de quarta 4. de præſcript. & Cardin. Cauall. deciſ. 346. num. 1. probat* Rota *deciſ. 51. num. 2. coram Eminentiſs. Ottobono.* Et ſimiliter tempus 40. annorum requiritur ad præſcribendum contra ius commune *cap. final. de conſuetud.* & ibi *Panor. nu. 11.* & alij DD. communiter *poſt gloſſ. in verb. legitime cap. ad audientiam de præſcript.* Rota *deciſ. 355. num. 1. & deciſ. 497. nu. 4. par. 1. recent. & deciſ. 373. num. 10. parte 5. recent.* Et plures alij, quos refert *Barboſa ad d. cap. final. de conſuetud. num. 13. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 4. num. 75.* vbi probat, quòd ad hoc, vt conſuetudo dicatur eſſe contra ius, neceſſe eſt oſtẽdere legem claram, vel rationem expreſſam in lege, ex qua ità ſit dicendum Rota *in vna Hiſpalen.* iuris nominandi 10. Octobris, & 7. Nouembris 1583. *coram Seraph.* & addit. *num. 77. & 78.* pluribus citatis, quòd conſuetudo contra deciſiones Rotæ, immò & contra ſtylum Curiæ non dicitur abſolutè contra ius. Et pariter attendi debet, an per conſuetudinem auferatur ius vni, & detur alteri, an verò ſolum ius vni tribuatur, non verò alteri auferatur. Nam vbi ius vni aufertur, & alteri tribuitur, etiam ſi conſuetudo ſit interpretatiua requiritur præſcriptio quadragenaria iuxta *Conſil. Socini 260. num. 19. l. 1.* Rota *coram Puteo dec. 15. l. 3. & coram Cæſare de Graſſis deciſ. 11. nu. 6. Garziam vbi ſupra nu. 84.* Sic ergo vt videatur an cõſuetudo iuris eligendi ſit legitimè præſcripta, præfata, & alia, quæ de conſuetudine aduertunt Theologi ad *p. 2. D. Th. q. 97. a. 3.* & Canoniſtæ præcipue ad *cap. final. de conſuetud.* & alij DD. quos abunde refert. *Martinez de Prado in quæſ. Moral. cap. 3. q. 14.* Aduertendum quoque eſt, quòd Rota *deciſ. 548. num. 6. par. 5. recent.* loquens de poſſeſſione præſentandi cenſet, quòd per vnum actum acquiratur quaſi poſſeſſio, & ità vt ad probandam poſſeſſionem quadragenariam non ſit neceſſe probare, quòd præſentãs pluries per quadraginta annos præſentauerit, ſed ſufficere vnicam præſentationem, quando præſentatus per quadraginta annos poſſedit. *Gloſſ. in cap. cum de beneficio v. vno vel pluribus de præbend. in 6.* & ibi *Franc. num. 3. Federicus de Senis conſil. 234. n. 4. Achill. dec. 5. num. 1. de iurepatron.* Rota *in Bergomen. Cappellaniæ 18. Maij 1629. coram Merlino.* Vnde à ſimili ſi quis extraneus ſemel eligat, ſi electus per 40. annos poſſideat, iam extraneus erit poſſeſſor per 40. annos, ac proinde legitima conſuetudine acquiret ius eligendi. Quando etiam cõſuetudo eſt contra ius commune ad præſcribendum ex conſuetudine ius eligendi aliquis titulus ſaltem coloratus requiritur, vt ex *Imol. in cap. 2. num. 2. de in integr. reſtit. Panorm. in cap. Conſtitutus num. 2. de electione Ripa in cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 125. de cauſa poſſeſſ. Auguſt. Bero in cap. p. num. 63. & in cap. litteris num. 87. de reſtitut. Spoliar. probat.* Rota *deciſ. 296. p. 1. num. 4. coram Ceraſio.* Vbi quòd titulus iſte eſt iuſtificãdus aliter quam per poſſeſſionem *cap. 1. de præſcript. in 6. & c. 2. de reſtit. Spolior. in 6.*

30 Itaque igitur quando extraneus hoc modo acquiſiuit poſſeſſionẽ iuris eligendi, & acquiſitam legitima conſuetudine præſcripſit, tunc non eſt ſolus poſſeſſor, ſed dominus Iuris eligendi, & iam eſt de Collegio eligentium virtute conſuetudinis legitimè præſcriptæ; vnde procul dubio non debet eijci ab electione, ſed immo debet vocari. Si etiam contingat, vt extraneus admittatur ad electionem, ſi eius ſuffragium non numeretur, non vitiatur electio. *Felin. cap. cum M. 9. de conſtit. n. 18.*

S V M M A R I V M.

1 *Quarta conditio electoris eſt, vt ſit præſens. numer. 31.*

2 *Elector non habet ius, vt eligat, niſi collegialiter præſens. num. 31.*

3 *Nullus de iure communi eligit per litteras. nu. 31.*

4 *Infirmi præſẽtes in loco electionis, etſi non adſint Capitulo, vocem habent per ſcrutatores recipiendam. num. 32.*

5 *Qui ſunt in Ciuitate, vel in hortis extra domum electionis iuxta conſuetudinem habendi ſunt vel non habendi pro præſentibus. num. 32.*

6 *In ordine Præd. pro abſentibus habentur, qui non ſunt in eo Conuentu, in quo eſt electio. num. 33.*

7 *Qui*

Digitized by Google

7 *Qui eſt in domo electionis ſi ex quocumque iuſto Impedim. non poteſt ad eſſe Capitulo debent ſcrutatores ad illum accedere. num.34.*

8 *Abſenti licet eligere per Procuratorem. num.35.*

9 *Quid de Procuratore ad eligendum ſtatuant iura. num.35.*

10 *Solus abſens poteſt inſtituere procur. ad elig. Et qua abſentia ſufficiat. num.36.*

11 *Solus ille abſens poteſt mittere procuratorem ad eligendum, qui eſt in loco, ex quo debeat aduocari. num.37.*

12 *Elector exiſtens vbi non debet aduocari, non habet ius ad eligendum, niſi quia poteſt, ſi velit venire ad electionem &c. num.38.*

13 *Sufficit quod ſit intra dietam tempore electionis. num.39.*

14 *Elector non mittit procuratorem, niſi ſit iuſtè impeditus. num. 40.*

15 *Quæ ſint impedimenta iuſta. num.40.*

16 *Iuſtum impedimentũ iuramento probatur, præſtito, vel per electorem, vel per procuratorem ipſum. num.41.*

17 *Procurator ſine iuramento admiſſus validè eligit, nec datur locus ad probandum non adfuiſſe impedimentum. num.42.*

18 *Collegium poteſt admittere Procuratorem non impediti. num.42.*

19 *Hoc iuramentum poteſt per Collegium remitti. numer.42.*

20 *Qui ſunt de collegio non tenentur recipere procurationem abſentis. num.43.*

21 *Poteſt inſtitui procur. qui non ſit de Collegio, ſed Collegium non tenetur illum recipere. num.43.*

22 *Procurator non poteſt ſuum & Domini votum diuidere, niſi ſit procurator ad certam perſonam eligendam. num.43.*

23 *Procurator diuidens ſuffragia electi nihil agit. n.43.*

24 *Etiam ſi plures electi ſint æque eligibiles. num.43.*

25 *Procurator diuidens ſuffragia quare peccet. num.43.*

26 *Procurator debet habere omnes alias conditiones ad eligendum neceſſarias. num.44.*

27 *Nec laicus, nec Religioſus vnius ordinis poteſt eſſe procurator ad eligendum in alio ordine. num. 44.*

28 *Procurator an poſſit ſubſtituere alium. num.45.*

29 *Abſens poteſt inſtituere plures procurat. in ſolidum. num.46.*

30 *Tunc quem ſit neceſſe admittere. num.46.*

31 *Etiam Regulares abſentes poſſunt de iure communi eligere per Procuratorem. num.47.*

32 *In ordine Minimorum admittitur electio per procuratorem. num.47.*

33 *In ordine Prædicatorum non valet electio per literas, vel per procuratorem. num 48.*

34 *Apud Regulares non valet electio facta per procuratorem habentem mandatum ad eligendam determinatam perſonam, quia hæc non eſſet electio ſecreta. num.49.*

35 *Si abſens determinaſſet perſonam indignam, procurator non debuiſſet eam contra conſcientiam eligere. num.49.*

36 *In eo caſu abſens non potuiſſet per literas dare votum. num.49.*

Conditio quarta. Sit præſens.

31 QVarta conditio eſt, quòd elector ſit præſens in loco electionis particulari, nimirum in loco in quo Collegium congregatur pro electione habenda. Cum enim electio primò, & principaliter pertineat ad Collegium, nullus electorum habet ſuffragium, niſi ſit collegialiter præſens, vbi à Collegio electio eſt celebranda. Non enim ſinguli vocales diuiſim & in ſuis domibus exiſtentes poſſunt eligere, ſed debent eſſe ſimul collegialiter cõgregati *l.2.C.de Decurion. Bartol.ibid.Caſtell.de elec.cap.5.nu.65.* Inde eſt, quòd de iure communi nullus poteſt dare ſuffragium per litteras. Hoc nihilominùs negat *Azorius p.p.l.13. c.10.q.2.* dicens, poteſt tamen abſens ſuum ſuffragiũ ſcripto mittere, vel procuratorem conſtituere ſecundùm conſtitutiones cuiuſcumque Religionis, prout declarauit S. Congregatio Cardinalium, quòd refertur in priuilegijs Minimorum, & S. Hieronymi in Hiſpania. Sed & *Portel.tom.2. p.2.caſu 1.n.5.* cenſet, quòd dare votum per litteras obſignatas non ſit contra iuris ſubſtantiam, & quòd ſi ab aliquo intentaretur, valeret. Quod probat, quia in Congregatione S. Io: Baptiſtæ in Portugallia ſinguli Religioſi mittunt per litteras ſua ſuffragia pro eligendo Generali dictæ Congregationis. *Hoſtienſ.etiam in ſumma tit.de elect.§.quis poſſit eligere num.*88. arbitratur, quòd vbi abſens nullum inueniat, qui velit eſſe eius procurator in eligendo, tunc abſens per litteras poſſit ſuum votum validè dare. Sed hæc ſententia admitti non poteſt, quia in contrarium eſt textus expreſſus in *cap. ſi quis iuſto 46.de elect.in 6.§ abſens*, vbi ſic decernitur. *Abſens quoque (licet nullus de collegio velit eſſe procurator eiuſdem, nec ipſe, nolente Capitulo, extraneum valeat deputare) non poterit aliquatenus per litteras exprimere votum ſuum, quod non eſt ante ſcrutinium, ſed in ipſo ſcrutinio tantum, ſecrete, & ſigillatim tantummodò exprimendum.* Nec adducta in oppoſitum valent. Sacra enim Congregatio declarauit licere Regularibus, vt abſentes mittant procuratorem, vt infra dicitur *num.47.* ad eligendum illorum nomine, ſed nunquam cenſuit, quòd poſſit dari ſuffragium per litteras. Quòd ſi hic modus eligendi per litteras viget in illa congregatione S.Io:Baptiſtæ Portugalliæ, hoc erit ex ſtatuto, & lege particulari à Papa confirmatu, vel ſtatuta. Vel ſi etiam eſſet ex conſuetudine legitimè præſcripta, ſufficeret iuxta *cap.final: de conſuetud.* Cęterùm præciſo priuilegio, ſeu particulari iure, aut conſuetudine, de iure communi non poteſt dari ab abſentibus ſuffragium validum per litteras, prout tenent *d.cap.ſi quis iuſto, v.abſens Glaſſ.*& DD.omnes. *Boer.dec.1.num.41.* vbi quòd nec conſentiente Capitulo votum poteſt dari per litteras *Sigiſ. dub.13.num.1.Caſtell.cap.5.num.65. Barboſa ad d. cap. ſi quis iuſto num.17.& l.1. de iure Ecclef.c.19.nu.108. & Boer. dec.1. num.37.iuncto num. 41. Donatus d. trac.4.q.17.*

32 Infirmi tamen decumbentes in eo loco particulari, nimirum in eo Conuentu, in quo celebratur electio, etſi non ſint præſentes in loco loci in quo vnitur Collegium, ius habent eligendi, & ſcrutatores ad eos accedere debent, & eorum votum, & conſenſum iuxta formam canonicam recipere. *Syl. v. electio p.q.5.ex Hoſten.Innoc.in cap.quia propter 42.de*

Digitized by Google

*elect.num.2. Angelus v.electio nu.17. Toloſ.tit.de elect. cap.16.num.7. Azor.p.2.l.6.c.14.q.7. Sigiſ.à Bonon. de elec.dub.25.num.2. Petr.Greg.de elect.cap.16.nu.7. Lanor.l.4.de elect.cap.17.num.44, Barboſa de iure eccleſ. l.1.c.19.num.*108. Sed dubium eſt, in quibus infirmis hoc locum habeat. Nam *Sigiſ. à Bononia poſt Sylu. & Hoſtien.* cenſet hoc verum eſſe etiam de illis, qui ſunt extra clauſtrum, ſi ſint in eadem ciuitate, vel oppido, vel etiam ſi ſint in hortis, quia tales cenſentur in præſenti materia præſentes, ex *Innoc. Panor. & Felin. in d.cap. quia propter.* Ex altera verò parte *Caſtell.cap.5.num.*100. vult, quòd huiuſmodi infirmi, vel alio impedimento detenti in Ciuitate, vel in hortis, ſi ſint aliqualiter diſtantes à loco electionis, poſſint mittere procuratorem, quòd ſolùm abſentibus conceditur, & citat *Mandag. & Boer.* Et idem ſentit *Syluest. loco citato*, Et certè loquendo de Regularibus ſatis durum videtur, vt ſcrutatores congregato Collegio, & cœteris expectantibus teneantur per ciuitatem inquirere votum infirmi, vel adire hortos propter hunc finem. Quamobrem niſi ſit parua diſtantia inter locum electionis in quo electores ſunt collegialiter congregati, & locum in quo iacet infirmus extra domum loci electionis, vt puta extra clauſtrum, non crederem quòd electores tenerentur mittere ſcrutatores ad infirmi ſuffragium recipiendum, ſed quòd talis infirmus habendus eſſet, vt abſens, & illi competeret illud ius eligendi per procuratorem, quòd abſentibus conceditur. Verum puto in his ſeruandam eſſe conſuetudinem, & proprias leges cuiuſcumque Collegij.

33 In ordine Prædicatorum ceſſat omne dubium; quia habentur pro abſentibus omnes, qui non ſunt in eodem Conuentu in quo fit electio. *Gloſſa Conſtit. d.2.cap.2.§.7.l.q.verb.declaramus.* Vnde ſolùm ad infirmos in eodem Conuentu exiſtentes accedent ſcrutatores pro accipiendo ſuffragio. Alij qui ſunt extra Conuentum, nullum ius habent ad electionem, niſi veniant, & perſonaliter adſint in Collegio *Tabien.v.electio num.6.*

34 Extendit hoc *Anton.de Butrio in d.cap.quia propter, num.67. &* 68. quem ſequuntur *Tabien. & Caſtell.cap.12.num.*20. ad omnem, qui iuſto & legitimo impedimento ſit detentus, vt in dicto caſu, ſi non ſit abſens, ſed præſens loco electionis, ſed non loco loci, ſeu aulæ illi particulari, in qua fit electio, ſcrutatores debeant ad illum accedere, & iuxta formam electionis eius ſuffragium recipere.

35 Abſentibus verò legitimè impeditis non deeſt modus ferendi ſuffragium, quia de iure communi poſſunt per procuratorem præſentes eſſe, & eligere *cap.quia propter 42.de elect. & cap.ſi quis iuſto 46.eod. tit.in 6. & ibid. Innoc. Panorm. &* & alij *Canoniſ. Cuch. tit.de elect.nu.224. Azor. Inſt.p.2.l.6.c.14.q.7. Sigiſm.de Bonon.dub.3.num.2. Lanor.tit.de elect.cap.17.num.62. Tambur.tom.1.diſp.1.q.3. Layman l.4.tr.2.c.12.nu.4. Rota in Calagur. beneficy 13.Nou.1520.coram Vbaldo Raguc.* quem refert & ſequitur *Barboſ. de iure Eccleſ. lib.p.c.19.nu.*100. *Hoſtien.in ſum.tit.de elec.§.quis poſſit eligere num.*8. In capite autem *Quia propter* quatuor ſtatuuntur. Primum quòd procuratorem non conſtituat, niſi abſens à loco electionis. Secũdùm niſi abſens ſit legitimè impeditus. Tertium quòd, ſi opus ſit, de iuſto impedito fidem faciat iuramento. Quartum quòd in procuratorem eligat vnum de collegio. In *cap.verò, ſi quis iuſto*. Tria præcipuè adduntur. Primum, quòd elector abſens, poteſt nedum vnum, ſed plures procuratores inſtituere, dum tamen illos inſtituat in ſolidum; vbi, & explicat, quomodo ex eis vnus ſolus, & qualis ſit admittendus. Secundum eſt, quòd Procurator non poteſt diuidere ſuffragia, & proprium conferre ad fauorem vnius, & nomine eius cuius eſt procurator eligere alium, niſi factus fuiſſet procurator reſpectu determinatæ perſonæ. Tertium, quòd ſi nullus de capitulo velit eſſe procurator abſentis, licet ille, non conſentiente Collegio, non poſſit extraneum conſtituere, non per hoc poteſt per litteras ſuffragium dare.

36 Circa quæ aliqua aduertenda ſunt. Et quidem quantum ad primum in propoſito is cenſendus eſt abſens, qui eſt extra locum electionis taliter, vt ſcrutatores non teneantur ad illum accedere perſonaliter pro recipiendo ſuffragio, iuxta cuiuſcumque Collegij leges, aut conſuetudinem.

37 Sed aliud conſiderandum hic eſt, quia non omnis abſens poteſt mittere Procuratorem, ſed ille qui eſt in loco, vbi poteſt commodè vocari. Hoc enim habetur expreſsè in *d.cap.quia propter §. illud,* ibi, *niſi ſit abſens in eo loco, de quo debeat aduocari.* Vnde ſi valde diſtet à loco electionis, & maneat vbi non poteſt commodè vocari nullum habet ius conſtituendi procuratorem. *Gloſſ.ibid. & Canoniſtæ, Mandag. p. par. cap. 10. Boer. ad d. Caput Rota in Calagur. Beneficy 13. Nouemb. 1620. Caſtell.cap.5.n.*102. *Barboſa plures referens ad d.cap.quia propter num.37. & l.1.de iure Eccl.cap.19.num.*108.

38 Ex quo colligitur, quòd ſtatim ac vocalis tranſit vltra locum, ex quo commodè poſſit aduocari, perdit ius eligendi, ſtando in iure communi; quia ibi exiſtens, nedum non debet citari, ſeu de electione habenda admoneri, ſed neque ex eo loco poteſt procuratorem mittere, qui ſuo nomine ferat ſuffragium. Vt ex *Gloſſ. Abb. & Franco probat Rota citata* Habet tamen ſemper ius accedendi ad locum, vnde vel eligat, vel poſſit mittere procuratorem ad eligendum.

39 Quamobrem non eſt admittendum id, quod ex *Lanor. habet Barboſ. dic. num.*108. ſcilicet, quòd ſi quis electorum tempore citationis faciendæ non ſit intra fines, vnde ſunt vocandi abſentes, ſi poſtea intra huiuſmodi fines ſit tempore electionis, eius procurator non debet admitti. In hoc enim tempus electionis attendi debet, & non tempus citationis. Et ſicut qui fuit abſens tempore citationis extra fines, & ideo non citandus, ſi poſtea veniat, & adſit tempore electionis debet admitti; ita debet admitti eius procurator, ſi aliàs ipſe impeditus adeſſe non poſſit. Ideo nec placet, quòd addit, nimirum quòd ſi quis ſit præſens in loco vbi fit electio, ſed ex infirmitate impeditus, poſſit mittere procuratorem, Quia talis non cenſetur abſens, vt ſupra dictum eſt, ſed ſcrutatores tenentur votum illius inquirere, & recipere; vnde non habet locum inſtitutio procuratoris, niſi vbi talis ſit conditio abſentis, & abſentiæ, vt ſcrutatores vel non poſſint, vel non debeant ad talem locum accedere, vel etiam non velint.

40 Circa ſecundum vero requiſitum ad mittendum procuratorem, ſcilicet quòd abſens vocalis ſit iuſto impedimento detentus, conſiderandum, quòd *Gloſſa d.cap.quia propter* huiuſmodi impedimenta ait eſſe, grauem infirmitatem, inimicitias capitales, detentionem in aliquo Caſtro, vel alibi, conuocationem

ad

Digitized by Google

ad maius tribunal vel aliquid aliud ſimile. *Lauor. d. cap.17.num.35.Barboſa d.cap.19.num.*109. Nec ſufficit vocalem eſſe tunc impeditum, cum inſtituit Procuratorem, ſed impedimentum eſſe debet tale, vt eo vocalis detineatur, ne tempore electionis poſſit intereſſe electioni perſonaliter. *Caſtell.d.c.5.num.91.*

41 Circa tertium conſiderandum, quòd iuſtum impedimentum, iuramento probari poteſt. *Maſcb. de probat.concl.*884.*nu.*2.*Seraph.de priuilegijs iuram. priuil.*55.*apud Barboſam in d.cap.quia propter nu.*38. Hoc verò iuramentum præſtabit, vel ipſe vocalis faciens de hoc couſtare in inſtrumento procuræ, vel eius procurator babens ad hoc ſpeciale mandatum *Gloſſ.v.detentus* & alij Canoniſtæ *Loter.* quem ſequitur *Barboſa l.*1.*de iure Eccleſ.cap.*19.*nn.*110 *Hoſtien. loco citato.* Quod tamen iuramentum poteſt per Collegium remitti. Nam textus requirit iuramentum, ſi illo opus ſit, & ideo ſi Collegium, vel maior pars Collegij illud non exigat,non eſt neceſſariò præſtandum. *Innoc.in d.cap.quia propter* & alij, *Caſtell.d. cap.5.num.95.Lauor.d.cap.17.nu.30.Barboſ. d.n.*110.

42 Et ſi procurator fuerit ſine iuramento admiſſus, non poteſt quis poſt electionem probare, quòd abſens non fuerit impeditus; quia Capitulum iuri ſuo renunciauit, admittendo procuratorem ſine iuramento. Nam Collegium, ſi velit, poteſt etiam non impediti admittere procuratorem; quia ſtatutum *cap.quia propter* factum fuit ad fauorem Collegij, quòd poteſt illi renunciare. *Lauor. d.cap.17.num.34. Barboſa d.num.*110. Qui addit, quòd ſi ante electionem abſens elector moriatur, procurator debet ceſſare. Sed ſi mors ab electoribus ignoretur,& procedat, electio, illa tenet. *Archid.in d.cap.ſi quis iuſto nu.3. in princ.Tambur.d diſp.5.q.4.num.8.*

43 Circa quartum adnotandum, quod nullus de Collegio tenetur acceptare procuram abſentis *Gloſſ. in d.cap.quia propter §.illud, Lauor. d.cap.17.num.51. Barboſa d.cap.19.num.*112. Et tunc ab abſente poteſt etiam inſtitui procurator, qui non ſit de Collegio, ſed Collegium non tenetur illum admittere, *cap.ſi iuſto, de elec.in 6.Panor.in cap.quia propter §.illud nu.2. Lauor.tit.4.de elect.cap.17.num.47.Barboſ.de iure Eccleſ.l.1.cap.19.num.*104.*Mandagot.Boer.* quos refert, & ſequitur *Caſtel.dicto cap.5.num.92.&* 102. Quando verò inſtituitur procurator vnus de Collegio, tunc habet duo ſuffragia, & eligit tum nomine proprio, tum titulo procuratorio. Sed tunc non poteſt hæc ſuffragia diuidere, vt vnum det vni, & aliud alteri, *d.cap.ſi quis iuſto. Cuch.l.4.tit. de elec.num.229.Petr. Greg.de elect.cap.6.num.11.Tambur.tom.1.diſp.5.q.4. num.6.Barboſ.l.1.de iur.Eccleſ. cap.19.num.*105. niſi eſſet procurator inſtitutus ad perſonam eligendam determinatam, quantum ſit de iure antiquo. *Barboſ. ibid.Caſtell.*tamen *d.num.*102. aſſerit, quod ſi procurator diuidat ſuffragia peccat contra conſcientiam, quia tenetur eligere meliorem, ſed tamen vota tenet. Sed horum ſecundum eſt directè contra textum in *d.cap.ſi quis iuſto §. Porro*, ibi, *ſi is vnum ſuo, & alium Domini ſui nomine in ſcrutinio nominandum duxerit, nihil agit, niſi &c.* Vnde nihil agit procurator, ſi diuidens ſuffragia duos eligat. Primum etiam non eſt ex ea ratione vniuerſaliter verum, quia bene poſſet eſſe, quòd eſſent duo æquè habiles, vnde poſſet procurator in conſcientia vtrumque eligere, niſi hoc aliàs eſſet lege prohibitum. Ideo neque debet admitti, quòd ex *Molina, & Sigiſmundo tradit Barboſa d.n.*105. ſcilicet, quòd vbi plures ſine æquè habiles vt eligantur, procurator poſſit diuidere vota, hoc enim eſt contra textum, qui debet intelligi reſpectu plurium æquè eligibilium, cum aliàs ſi ſine inæqualiter ineligibiles, procurator teneatur eligere digniorem.

44 Sed vlteriùs aduertendum, quòd procurator iſte eligendus, debet aliàs habere omnes conditiones neceſſarias ad ceteros vocales, ad hoc vt legitimè eligant *Caſtell.d.cap.5.num.93.* vnde in Eccleſiaſtica & Canonica elect. laicus non poteſt eſſe procurator, nec in vna Religione, alterius ordinis Religioſus, nec qui non habet ceteras conditiones. Quod dicitur in caſu, in quo electus fuiſſet vnus procurator extra Collegium electorum.

45 Dubium quoque eſſe poſſet, an procurator inſtitutus, ſi legitimo impedimento detineatur poſſit alium ſubſtituere. Affirmant enim *Mangad. tract.de elect.p.p.num.15.& ibid, Boerius ſub Lit.G.H.1.* quos ſequitur *Caſtell.dicto nu.*102. Sed ſi in mandato procuræ non ſit inſerta poteſtas ſubſtituendi alium procuratorem, res hæc dubia eſt, & incerta.

46 Abſens verò nedum vnum, ſed plures procuratores poteſt eligere, dummodo eos eligat in ſolidum *d.cap.ſi quis iuſto.* Vbi etiam ſtatuitur, quod in hoc caſu melior erit conditio occupantis. Et ſi ambo vel omnes concurrant ſimul, non debent admitti, ſed ille admittatur, quem Capitulum, vel Capituli maior pars admitti elegerit, vel ſi non concordauerint, is qui primò in inſtrumento, vel litteris procurationis fuerit nominatus.

47 Cum præfatis verò requiſitis & conditionibus omnes vocales abſentes poſſunt procuratorem eligere, ſi hoc non ſit eis prohibitum ex ſtatuto particulari. Vnde & Regulares vti poſſunt hac facultate, vt declarauit etiam S.Congregatio Concilij apud *Paſſarell.in Compend.Priuileg.& Garziam p.5.c.4.nu.20. & Caſtell.d.cap.5.nu.98. Tamburin. tom.1.diſp.5.q.4. num.6.Lezana v.electio nu.7. Barboſa vbi ſupra n.*107. Vnde in Religione Minimorum huiuſmodi procuratores admittuntur. Immò in dicto ordine iſti procuratores non eliguntur de Collegio, ſed Superiores ad Capitulum Generale, ad quòd non poſſunt conuenire mittunt fratrem, qui tanquam procurator eorum, eligat. Vt idem *Paſſarell.affirmat in Compend.Priuileg.v.Concil.Trid.* & ita licere decreuit S. Congregatio in ijs Religionibus, quæ habent de hoc ſtatutum particulare.

48 In ordine tamen Prædicatorum abſentibus non licet, nec per literas, nec per Procuratorem eligere, hoc enim ſpecialiter eſt illis interdictum in *Conſt. diſt.2.cap.2.§.7.& in Gloſſ* ibi. *v. declaramus.Caſtell. d.cap.5.num.96.*

49 Tandem conſiderandum, quòd ex quo *Concil. Trid.ſeſſ.25.cap.8.* ſtatuit, vt electio in Regularibus ſit ſecreta, & nomina eligentium non publicentur, hodie abſens non poteſt eligere procuratorem ad determinatam perſonam eligendam. Quia hic procurator non poteſt ſecretò eligere, ita vt non publicetur eligentis nomen, cum publicum ſit illum non poſſe niſi talem perſonam determinatè eligere. *Garz. de benef.p.5. cap.4.num.*200. referens ita deciſum à S. Congregatione *Tambur. d.num 6.Lauor.d.cap.17. num.57.Barboſa, vbi ſupra num.*106. Hinc eſt, quòd modò non habet locum dubium motum ab *Hoſtien. tit.de elect.§.quis poſſit eligere n.8.* an ſcilicet quòd ſa-

cere debeat Procurator, ſi perſona ab abſenti determinata, non ſit digna. Verùm enim fuiſſet, quòd procurator contra conſcientiam ſuam non debuiſſet eam eligere. Sed eſt falſum, quod tunc abſens per literas potuiſſet dare votum.

S V M M A R I V M.

1 *Quinta conditio eſt, vt elector ſit ſaltem ſubdiaconus. n.50.*

2 *Conuerſus religioſus non poteſt eligere. n.50.*

3 *Ex vi textus cap. ex eo 32. de elect. in ſexto, non excluduntur ab electione monachi, etiam non ſubdiaconi, ſi non ſunt conuerſi. n.51.*

4 *In religionibus laicorum electio ad laicos ſpectat. num.52.*

5 *Elector debet eſſe ſubdiaconus. n.53.*

6 *Sub decreto Concil. Tridentini. ſeſſ.22. cap.4. non comprehenduntur Monaſteria Regularium. numer.54.*

7 *In Ordine Minorum conuerſi ad electiones admittebantur. n.55.*

8 *In Ord. Prædicatorũ electores debent habere ſex annos à profeſſione, & eſſe ſacerdotes, Moniales vero 12. annos. 56.*

9 *An conſuetudine poſſit introduci, vt non ſubdiaconi, vel non clerici, ſed conuerſi cum cæteris eligere valeant. n.57.58.*

10 *Qui tempore electionis complet ætatem, vel fit ſubdiaconus habet votum. n.59.*

11 *Vocales non tenentur expectare, quod ordinetur. num 59.*

12 *Etiam ſi qui ſit ſubdiaconus ordinetur ante ætatem ex diſpenſatione. n.60.*

13 *Qui ſubreptitiè ordinatur, cũ ſit ſuſpenſus, eſt voce priuatus. n.61.*

14 *Non ſubdiaconus ratione ſui officij, ſi ſit Archidiaconus &c. poteſt conuocare electores, & ea facere, quæ ſunt iuriſdictionis, etiam ſi non ſit ſubdiaconus. n 62.*

15 *In Ord. Præd. Vicarius, vel ſupprior etiam ſi non habeant vocem poſſunt agere in electione ea, quæ ſunt iuriſdictionis. n.61.*

16 *Diſpenſatus ſuper ætate, vt ſit Canonicus, non per hoc eſt diſpenſatus, vt habeat votum in electione. num.63.*

Conditio quinta. Ordo Sacer.

50 QVinta conditio electoris eſt, vt elector ſit ſubdiaconus; vnde nec conuerſi, ſeu Religioſi laici, nec clerici non ſubdiaconi eligere valent. Duo genera perſonarum hìc ab electione excluduntur, ſcilicet conuerſi Religionũ, ſeu Religioſi nõ recepti ad diuina perſoluenda officia. Secundò Clerici non ſubdiaconi. Primi excluſi fuerunt per *Boniſ. VIII. in cap. ex eo 32. §. In Eccleſijs de elect. in ſexto* ibi, *vel conuerſi laici cum clericis electionibus intereſſe*. Nomine enim conuerſorum laicorum nunquam venire Monachos, vel Religioſos ad chorum, & diuina miniſteria deputatos certum eſt in iure. *Gloſs. ibid. v. cum Clericis*, quæ propterea ſentit, quòd ex vi huius textus non excludantur ab electione alij Religioſi, licet non ordinati, ſi ad ordines tendant, quod & tenuerunt. *Innoc. in cap. 2. de inſtit. n.2. Abbat. cap.1. de Procurat. n.9. Felin. in cap. non dubium, de ſententia excomm. n.3. verſ.2. Concluſio. Suarez tom.4. de Relig. tr. 8. l.2. c.3. n.3.*

51 Ex vi verò illius textus non excludi ab electione monachos laicos, ſcilicet, qui non ſunt conuerſi, ſed deputati ſunt ad clerum, licet non ſint ordinati ad aliquem ordinem, immo non ſint ordinãdi, probat idem *Suarez ex Innoc. & Panorm. locis citatis*. Et verè antiquitus quando iam Abbates, quã Monachi laici erant, electio per laicos celebrari debebat, etiam ſi per accidens inter illos aliqui eſſent ſacerdotes, ſeu clerici.

52 Vnde eſt, quod etiam nunc in religionibus, in quibus Religioſi laici ſunt; vt in ordinibus militaribus, electiones fieri debent per laicos, nec huiuſmodi electiones comprehendũtur ſub illo textu, vel ſub alia lege Clementina, vel Concil. Trid. infra conſideranda; quia leges huiuſmodi loquuntur de Eccleſijs Collegiatis, in quibus clerici ad diuina myſteria celebranda deputantur. *Innoc. & Panorm. loco citato n.5.*

53 Sed vtrumque genus perſonarum excluditur in *Clem. vt ij, de ætat. & qualit.* quæ iterum in Concil. Trident. renouata eſt ſeſſ. 22. cap.4. de reformat. vbi decernitur, *Vt nullus de cætero in Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis ſecularibus vocem in Capitulo habeat, etiamſi hoc ſibi ab alijs liberè concedatur, niſi ſaltem in ſubdiaconatus ordine fuerit conſtitutus.*

54 Verum dubium eſt, an in hoc decreto comprehendantur monaſteria Regularium? Affirmant *Syl. v. electio 1. n.3. fin. Suarez d. l. 2. cap.4. n.5.* Et pro hac ſententia facit. Tum quia decretum illud abſolutè loquitur de omnibus Eccleſijs Collegiatis etiam Regularibus. Tum quia hæc eſt omnium Religionum praxis. Nihilominus oppoſitum tenent *Tabien. v. electio 1. n.5. Rudriq. tom.2. q.52. art.5. Portell. v. electio n.2* & innituntur declarationi Congr. Concilij, quæ teſtante Card. Bellarm. ad ſeſſ. illam 22. cap.4. declarauit in d. decreto Concilium Tridentinum non loqui de Eccleſijs Regularium, & declaratio præfata data 22. Mai 1577. eſt tenoris ſequentis, videlicet. *Si conſtitutionibus religioſis cauetur, poſſe quemlibet Profeſſum etiam ſacris non initiatum, habere vocem in Capitulo, non prohiberi à Concilio, quin eam habeat, etiam ſi in ſacris non ſit; quoniam decretum Concilij ſeſſ.22. cap.4. non comprehendit Monaſteria Regularium; ſed Eccleſiæ Regulares, de quibus* ibi *ſermo, ſunt Cathedrales, vt Pampilonen. Calaguritana &c. vel Collegiatæ Regulares, vt ſunt multa in Hiſpania.* Hoc igitur eſt dicendum, quòd ſeruandæ ſunt cuiuſuis ordinis leges, & conſuetudines, vt communitèr docent DD.

55 In ordine Minorum, teſte *Portell. v. electio n.2.* quando Conuentus permittebantur eligere Guardianum, non habebant vocem, niſi habentes duos annos à profeſſione, & ſubdiaconi. In eodem ordine ex ſtatuto S. Franciſci & priuilegio conuerſi, ſeu laici Religioſi eligebantur in Guardianos, & in ſocios, aut diſcretos pro Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus, vnde etiam habebant in electionibus ſuffragium. Sed hoc in tota ferè familia Obſeruantiæ receſſiſſe ab Aula aſſerunt *Soto in 4. d.20. q.1. art.4.* & apud *Donat. d. q.6. num.7. Rodriq. p.1. q.15. art.2. & p.2. q.52. art.5. & Mirand.*

56 In ordine verò Prędicatorum ſecundùm antiquum ius Conſtitutionis, nullus habebat vocem, aut

acti-

actiuam, aut paſſiuam niſi haberet quatuor annos à profeſſione, & eſſet ſubdiaconus *Diſtinc.2.cap.2.§.6:* Cum verò in *cap.Valent.* 1596. authoritate Apoſtolica fuiſſet ordinatum, vt nullus in electione Canonica haberet vocem actiuam, vel paſſiuam niſi poſt completum duodecimũ annum à profeſſione; quod fuit confirmatum Neapol. 1600 & Romæ 1601. Romæ in Capit. Generali anni 1608. eadem authoritate Apoſtolica ſtatutum fuit, vt nõ obſtante dicta Cap. Valentini ordinatione, & confirmatione duorum Capitulorum, Fratres Clerici deinceps poſt ſextum annum à profeſſione, ſi ſint ſacerdotes, habeant vocem actiuam in electionibus, excepto tamen Conuẽtu Pariſienſi S. Iacobi, in quo dictam ordinationem Cap. Valentini ſeruandam eſſe decretum fuit, & Pariſ. 1612. idem fuit eadem authoritate cõfirmatum, & inſuper declaratum in dicto Cap. Rom. 1608. nihil immutatum fuiſſe quantùm ad Moniales, & etiam quantùm ad vocem paſſiuam Fratrum. Sic igitur, nec Fratres, nec Moniales habent vocem paſſiuam, niſi anno 13. à ſua profeſſione inchoato, & Fratres habent vocem actiuam poſt ſextum annum à profeſſione, ſi ſint ſacerdotes *Gloſſa Conſtit. ibid. l.9. v. declaramus. Caſtell. d.cap.5.num.37. Camil.in direct. elect.p.1.cap.5.num.1. Vrceanus p.3.cap.6. Donat.d. q.6. num.11.*

57 Non nulla verò dubia remanent explicanda. Primum eſt, an conuerſi, vel non ſubdiaconi conſuetudine præſcribere poſſint vocem in electionibus Canonicis? Videtur enim vera pars negans. Tum quia conſuetudo non datur contra ſacrõs Canones. Tum quia in *Clem. Vt ij, de ætat. & qualit.* & in Concil. Trident. dicitur, quòd non ſubdiaconi non habeant vocem, etiam ſi hoc ab alijs liberè conceſſum fuerit. Tum quia Concil. Trident. habet decretum irritans, contra quod non valet conſuetudo. Et ita hanc partem tenent *Donatus d.q.6.nu.5.* & de Canonico non in ſacris ordinato *Sell. in ſelect. canon. cap.2. num.3. apud Barboſam in dicto cap. 4. ſeſſ.22. Concil. Trid. num. 4.* vbi dicit id fuiſſe deciſum ſub die 20. Aprilis 160 .

58 Sed contrarium tenet *Gloſſa in d. cap. ex eo 32. de elect. in ſexto v. electionibus*, vbi manifeſtè docet per illud *cap. non fuiſſe abrogatam legitimam conſuetudinem*, ſi fuit, vt Religioſi laici eligant, & iterum hanc cõſuetudinem valere ſi legitimè præſcribatur. Et ad obiectionem, quæ fieri poſſet ex *cap. Maſſana, de elect.* reſpondet & benè, ibi eſſe ſermonem de laicis non Religioſis. Pendet verò hæc quæſtio ex illa, an contra leges etiam habentes clauſulam irritantẽ, adhuc conſuetudo legitimè præſcripta vim habeat. De qua aliàs etiam dictum fuit. Et quia verior eſt in hoc puncto ſententia affirmans, ob textum clarũ in *cap. fin. de conſuet.* in quo abſolutè ſine diſtinctione aſſeritur, quòd conſuetudo duas conditiones habens, ſcilicet, quæ eſt rationabilis, & legitimè præſcripta derogat legi, ideo *Panorm. ibid. num.9.* docet, quòd conſuetudo valet contra Canones, ſi ſit legitimè præſcripta, & quòd conſuetudine poſſit abrogari lex irritans, ſi conſuetudo ſit rationabilis, & legitimè præſcripta pluribus citatis docent *Sanchez lib.7. de matrim. diſp.4. num.14. Suarez lib.7. de legib. cap.19. num.14. Palaus tom.1. tract.3. diſp.3. par.4. §.2. num 5.* Nam quod per legem iuſtam poteſt tolli, poteſt quoque tolli per conſuetudinem talem, quæ legi iuſtæ æquiualeat, ſeu de qua lex iuſta ſtatui poſſit.

59 Dubium 2. eſt, quid dicendum de Clerico, qui inſtante iam electione noui Prælati in Eccleſiæ viduitate, vel complet ætatem neceſſariam, vel ordinatur in ſubdiaconum, aut reſpectiuè in ſacerdotẽ. Reſpondetur verò talem habere ius ſuffragij. & eſſe ad electionem admittẽdum, cum habeat qualitatem à lege requiſitam. *Graff. lib.1. conſil.1. de elect. ex Gloſ. Clem.2. de ætat. & qualit. v. conſtitutus, Azor. p.2. lib.6. cap.14. Rodriq. tom.2. q.52. art.5. Monet. de diſtribut. quotid. p.2. q.20. num.6. Suarez d.l.2. cap.4. n.6. Caſtel. d.cap.5. num.37. Barboſa ad Clem 2. de ætat. & qualit. n.9. & lib.1. de iure Eccleſ. cap.11. n.52. Lauor. de elect. cap 15. nu.34. Donatus dicta q 6. nu.11.* Et hoc idem in Ord. Prædicatorum declaratum fuit. *diſt.2. cap.2. §.7. l. q. v. item declaramus el 3.* Electores tamen non tenentur expectare, vt Canonicus, vel Religioſus in proximo ordinandus ordinem ſacrum ſuſcipiat. *Gloſſ. ibid. verſ. Barboſ. ibid. d. num.11. & de iure Eccleſ. n.52.* & apud eum *Lauor. & Moneta. Caſtell. cap.8. num.21. Camil. in direct. p.1. cap.5. num.1.* Sic etiam electores non tenentur expectare minorem, vt compleat ætatem.

60 Hoc idem verò extenditur ad illum, qui ex Pontificis diſpenſatione legitimè ordinatur ante legitimam ætatem. Tum quia hic habet omnia à lege requiſita, & quidem ſine culpa. Tum quia *Clement. illa 2.* & Concil. Trident. directè non requirunt in eligente ætatem, ſed ordinem, vnde cum diuerſis temporibus diuerſa ætas fuerit neceſſaria ad ſubdiaconatum, ſemper tamen ſubdiaconi de Collegio habuerunt ius eligendi, vel Sacerdotes, vbi requiritur Sacerdotium, *Felin. in cap. poſt laſti, de reſcrip. nu.11. Sanchez lib.8. de matrim diſp. n.23. Ragué. de noto Canon. q.5. n.7. Suarez d.cap.4 num.7. Donatus d. q.6. n.12. Tambur. de iur. Abb. tom.1 diſp.5. q.8. nu.10. Barboſa ad dictam Clem.2. n.6. & de Canonicis c.37. num.3.*

61 Sed tertio dubium eſt, de eo, qui ſubreptitiè, & illegitimè ordinatus eſt in ſubdiaconum, vel ſacerdotem ante legitimam ætatem. Sed reſpondetur, quòd talis, ratione ætatis non legitimæ, ad ordines ſeu etiam quantum ſit ex vi illius *Clement.2. de ætat. & qualit.* ſeu ex vi Concil. Trid. non eſt inhabilis ad ſuffragium præbendum. Habet enim requiſita à lege, quæ nihil ſtatuit de ætate, ſed ordinem ſacrum requirit, quem habet, qui eſt ſubreptitiè ordinatus in ſubdiaconum, & ita ex *Panorm. in d. Clem.2. nu.8. & Paulo ſentit Suarez loco citato*. Sed quia ex iure nouo extrau. Pij II. *Cum ex ſacrorum*, ante ætatem legitimam ordinati ſunt ipſo facto ſuſpenſi, cum de iure antiquo ſolùm eſſent ſuſpendendi, vt habet *Panorm. ibid.* Ideò ratione huius ſuſpenſionis, iſte ſic ordinatus, vt infra dicitur, eſt priuatus voce actiua *Rodriq. tom.3. q.23. art.12. Hieron. Rodriq. reſol.15. nu. 24. Barboſa ad cap.4. ſeſſ.22. Concil. Trident. num.13. Tamburin. de iure Abb. tom.1. diſp.5. q.8. n.10. Donat. d.n.12. Suarez d.n.7.* qui benè aduertit, quod vbi ſine culpa ſua, quis poſſit eſſe ſubreptitiè ordinatus, hic ſicuti non eſt ſuſpenſus, ita nec eſt actiua voce priuatus: vel, vt habet *Tambur.* ſuſpenſione ſublata, poterit talis ſic ordinatus habere vocem.

62 Quartum dubium eſt. an is, qui eſt de Capitulo, ſed non eſt in ſacris poſſit exercere circa electionem ea, quæ ſunt iuriſdictionis ſui officij, ex quo

in

Digitized by Google

in electione vocem non habet, nec illi poteſt intereſſe. Reſpondetur affirmatiuè, & ideo vbi eſt conſuetudo, quòd abſente Decano, Archidiaconus conuocet Capitulum, & proponat agenda, & reſolutiones accipiat, poteſt id facere Archidiaconus etiam ſi non ſit ſubdiaconus; quia hæc ſunt iuriſdictionis, non ordinis, & quæ pertinent ad Decanum ratione ſuæ antiquitatis, & ſuperioritatis. Et ita definiuit S.Congregatio. vt etiam refert *Garzias de benef.p.3. cap.4.num.26.in addit.Barboſa ad dictam Clem.2. nu. 13.& ad cap.4.ſeſs.22. Concil.Trid. num.*8. Et idem dicitur de quocumque alio, cui huiuſmodi munus iuriſdictionis competat. Ideò in Ordine Prædicatorum Vicarius miſſus ex alio Conuentu ad Conuentum regendum, & extra illos duos caſus in quibus poteſt mitti Vicarius electionis cum voce, licet non habeat vocem, tamen ad eum pertinet congregare Capitulum, proponere quæ ſunt agenda, abſoluere ab excõmunicatione vocales, quatenus opus ſit, & ea omnia facere, quæ ſunt iuriſdictionis. Et idem dicitur de Suppriore Conuentus, ſi contingat illum non habere vocem in electione, ex declarat. *cap.Rom.*1601. *& Vallisſol.*1605. & habetur *in Gloſs. Conſtit.d.2.cap.2.lit.D.§.item declaramus. Caſtel.c.5. n.8.Camil.in direct p.1.c.5.n.4.*

63 Quintum dubium eſt, an Canonicus diſpenſatus à Papa ſuper ætate neceſſaria ad Canonicatum, ex hoc ſit diſpenſatus, vt etiam ſi non ſit in ſacris poſſit habere vocẽ in electione. Nam aliqui id affirmant, quia ſic fuerit deciſum à Sac. Congregat. *in Reat.* 10. *Iulij* 1627. *& in Montis Polit.* 13. *Ianuar.* 1629. *& in S.Miniati* 15. *Septembris eiuſdem anni.* Verùm *Barboſa de Canon. cap.*37.*n.*13. putat huiuſmodi declarationes locum habere ſuppoſita ſufficienti, & ampla diſpenſatione ſe extendente etiam ad requiſitum ordinem ſacrum. Nam aliàs diſpenſatus ad Canonicatum non eſt diſpenſatus ad ſacrũ Ordinem, vt definit *Rota in Senen. Archipresbyt.* 23. *Iunij* 1606. *coram Lancellotto*. Ideſt diſpenſatus vt ſit Canonicus, non eſt ex hoc præcisè diſpenſatus, vt ſi non eſt in ſacris, vocem habeat in electione.

S V M M A R I V M.

1 *Sexta Conditio eſt, vt vocalis non ſit excommunicatus. n.64.*

2 *Multiplex excommunicatio. n.64.*

3 *Excommunicatus non toleratus irritam electionem facit, ſi admittitur ſcienter. n.65.*

4 *Hoc verum, ſiue excom. ſit ſimplex elector, ſiue compromiſſarius. n.66.*

5 *Si electores ignorant excommun. electoris, electio non eſt inualida, ſi electus habet ſufficientem numerum votorum habilium. n.67.*

6 *Quomodo cognoſci poſſit, quod electus non ſit aliquis ex ſuffragio excomm. n.67.*

7 *Si excomm. non poteſt expelli, debet fieri proteſtatio contra illum. n.68.*

8 *Hac fieri poteſt ſecrete, ſi timetur malum. n.68.*

9 *Debet fieri coram teſtibus. n.68.*

10 *Non tenentur legitimi electores exire de Capitulo: ſicut dixerunt Hoſt. & Panorm. n.69.*

11 *Dubius excomm. non eſt eijciendus. n.70.*

12 *Cum excommunicato dubio, proteſtationibus agendum. n.70.*

13 *Excommunicatum toleratum, ſed notorium poſſunt vocales eijcere, ſi ſine ſcandalo id fieri poſſit. numer.71.*

14 *Contra excommunicatum dubium, licet toleratum, licitum eſt proteſtari. n.71.*

16 *Si nulla ſit ſpes probandi excomm. fruſtra eſt proteſtatio; qua etiam poteſt eſſe peccatum, vel contra iuſtitiam, vel contra charitatem. n.71.*

17 *An electores poſſint excommunicatum vi eijcere; num.72.73.74.*

17 *Excommunicati tolerati ſuffragium, irritare electionem, aliquorum opinio. n.75.*

18 *Contraria opinio eligitur. n.76.*

19 *Electio in qua, nullo reclamante, interuenit excommunicatus toleratus, non eſt inualida. n.76.*

20 *Electio conuenit electoribus ratione publici officij. num.76.*

21 *Electio ſaltem reſpectu Capituli eſt munus publici officij. n.76.*

22 *Geſta ab excomm. tolerato ratione publici officij ſuſtinentur. n.77.*

23 *Collatio facta ab Epiſcopo excomm. tolerato, eſt valida. n.77.*

24 *Electio facta à Capitulo ratione publici officij ſuſtinetur etiamſi electores ſint excomm. ſi ſint tolerati. n.77.*

25 *Etiamſi electionem faciat vnus ſolus excommunic. num.77.*

26 *Excomm. non priuat exercitio iuriſdictionis donec excomm. ſit denunciatus. n.77.*

27 *Si poſt completam electionem fiat proteſtatio ex eo, quod electioni interfuerit excomm. toleratus, electio ſubſiſtit. n.78.*

28 *Si ante completam electionem ſit proteſtatio contra excommunicatum, electio ſuccedens cui excomm. toleratus interfuit, non eſt valida, ſi electus euadit electus ex vi excomm. n.79.*

29 *Vno electore obijciente excomm. alicui vocali, non tenentur alij vocales excomm. toleratum eijcere; quia poſſunt cum illo communicare. n.79.*

30 *In electione Papæ, excomm. non vitiat electionem. num.80.*

31 *An extrauag. ad euitanda: locum habeat in Ord. Prædic. n.81. 82.*

32 *Ordinatio cap.Rom.1589. loquitur de electione paſſiua. n.82.*

33 *Illa Ord. non habet decretum irritans. n.82.*

34 *Eſto loquatur de actiua, continet facultatem. & directionem, & non eſt ſenſus, quod vocales teneantur eijcere violenter excomm. toleratum, ſed quod illud poſſunt eijcere. n.83.84.*

35 *In dicta ordinat. nihil ſtatuitur contra ſtatutum extrauag. ad euitanda. n.85.*

36 *Statuta particularia interpretanda, vt nõ ſint contra ius commune. n.85.*

37 *Extrauagans ad euit. non eſt priuilegium, ſed commune ius. n.85.*

38 *Stylus ordinis eſt iudicare de excomm. iuxta extrauag. ad euitanda. n.85.*

39 *Excommunicatio minor non priuat actiua voce. num.86.*

Condi-

Conditio ſexta. Non ſit excommunicatus.

64 SExta conditio eſt, vt vocalis non ſit excommunicatus. Diſtinguitur autem excõmunicatio in maiorẽ, & minorẽ, & excomunicati maiori excommunicatione diſtinguuntur, quia alij dicuntur non tolerati ab Eccleſia, & alij tolerati. Non tolerati dicuntur, qui publicè ab Eccleſia ſunt denunciati excommunicati, vel ita notoriè inciderunt in excommunicationem Canonis propter violentam iniectionem manuum in Clericũ ſuadente Diabolo factam, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari. Tolerati ſunt omnes alij excommunicati, etiam quomodocumque notorij, qui nõ ſunt per Eccleſiam denunciati excommunicati. Fundamentum verò huius diſtinctionis deſumptum fuit ex extrauag. Martini V. *ad Euitanda*, edita in Concil. Generali Conſtant. quæ licet in actis illius Concilij modò non inueniatur, tamen cum illius extrauagantis decretum fuerit renouatum à Leone X. *in Concil. Lateran. ſeſſ.* 11. ei ſtandum eſt, vt tradit *D. Anton. 3. p. tit. 25. cap. 3.* & alij DD. communiter, & ex receptiſſimo vſu Eccleſiæ.

65 Certum verò eſt primò, excommunicatos non toleratos, nec ſolos, nec cum alijs eligere poſſe, & electionem ipſam eſſe ipſo facto irritam, & nullam, ſi aliquis eorum ſcienter fuerit admiſſus. *Innocent. & Panorm. in cap. 2. de poſtulat. Prælat. Boic. in cap. illa quotidiana 39. de Elect. Syl. v. electio 1. q. 4. num. 5. Tab. num. 6. Angel. nu. 8. Gutierez quæſ. canon. l. 1. c. 28. n. 3. Suarez de cenſ. diſp. 14. ſect. 2. num. 17. & 18. Sayr. l. 2. c. 6. nu. 4. & 5. Auila p. 2. c. 6. diſp. 2. dub. 1. Alter. tom. 1. l. 2. diſp. 5. cap. 2. Sigiſ. à Bonon. de elect. dub. 63. num. 5. Caſtell. cap. 5. de elect. nu. 18. & 56. Donatus trac. 4. q. 8. Samuel trac. 2. diſp. 5. contr. 2. Camil. in direct. elec. c. 5. num. 16. Lezana p. 1. c. 15. num. 5. Vgolin. tab. 2. cap. 11. §. 2. num. 5. & 12. Theſaurus in praxi p. 2. v. electio c. 1. Peyr. in Pral. q. 2. cap. 5. num. 12. & 13. Conar. in cap. Alma mater p. 1. §. 7. nu. 9. Barboſ. de iure Eccleſ. l. 1. c. 19. nu. 56. Nauar. conſ. 1. n. 2. de elect. Samuel trac. 1. diſp. 5. contr. 2. num. 8. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 6. Leander a S. Sacram. tract. 2. de cenſ. diſp. 10. quaſ. 10.*

66 Et hæc concluſio procedit ſiue iſti, vel iſte excommunicatus ſit ſimplex elector, ſiue ſit compromiſſarius. Et huius ratio eſt, quia nullus poteſt communicare cum excommunicato non tolerato, & geſta per excommunicatum non valent, cum ſit iure agendi priuatus. Ipſe igitur inualidè eligit, quia eſt iure eligendi priuatus. Sed eligendo totam electionem inficit; quia nec alij poſſunt cum illo in electione cõmunicare. Vnde non debet admitti ſentẽtia *Layman. p. p. trac. 5. cap. 2. n. 13. & Palai p. 6. de cenſur. diſp. 2. puncto 13. nu. 13.* aſſerentium quòd excommunicati non tolerati ſuffragio excluſo, & non numerato, electio facta, nec habens ex illo voto efficaciam ſit quidem irritanda, ſed non irrita ipſo facto, Nã vt ex dictis patet, neque hæc ſententia eſt communis, vt eam vocat Palaus, neque amplectenda eſt; quoniam ex quo electores communicant in eligẽdo cum excommunicato non tolerato, illumque admittunt ad eligendum cooperantes illi in eo quod ex vi excommunicationis eſt illi prohibitum, vis excommunicationis illos afficit, & eorum factum vitiat, prout communiter DD. aſſerunt, & habet hoc non leue fundamentum in *cap. final.* de procuratoribus, vbi Papa ex eo cenſet Procuratorem eſſe repellendum, quia electio eius ob admiſſionem excommunicatorum voluntariam, fuit nulla, vt explicat Gloſſa in ſumma illius *cap. & in verb.* iurati, & ibi *Innoc. Card. Panorm.* & alij. Aduertit vero *Leander. loco citato q. 11.* hoc eſſe verum, etiam ſi duæ perſonæ euadant electæ, & vna ex illis ab excommunicatis, & alia à legitimis vocalibus. Nam adhuc in hoc caſu legitimorum electorum electio nulla eſt, ex quo admiſerunt excõmunicatos ad ſecum coeligendum.

67 Limitatur verò primò, ſi alij Electores legitimi probabiliter ignorent ipſum eſſe excommunicatũ. & tunc enim, ſicuti in alijs electoribus non eſt culpa, ſic nec geſtũ per illos eſt inualidũ. Sed tunc ſeruãda eſt regula *Richardi in 4. d. 18. a. 7. q. 1.* ad tertiũ, & videndũ eſt, an, excluſo ſuffragio excommunicati, ex alijs ſuffragijs legitimis, electus tot obtineat, quot ſunt neceſſaria ad valorem electionis. Vt ſi requiratur ad electionem maior pars ſupra medietatem, ſi ſint viginti vocales, & ex his vnus ſit excommunicatus, dematur hic vnus, & remanent 19. ex quibus decem eſt maior pars ſupra medietatem, vnde in eo caſu, ſi electus decem ſuffragia habeat, eſt validè electus. Sed aduertendum, quòd hic computus non ſit bene: niſi & ex toto numero, & ex numero votorum, quæ fauent electo dematur ſuffragium excommunicati. Vt ſi ſunt 20. vocales, & ex eis vnus ſit excõmunicatus, debet hoc votum detrahi, & à toto numero viginti, & à numero votorum, quæ habuit electus, vt ſi habuit vndecim vota, vnum debet detrahi, & remanent decem, quæ eſt maior pars numeri 19. Sed ſi habuiſſet decem vota, vno detracto remanerent nouem, & ſic remanet numerus minor medietate numeri 19. & non valeret electio. *Richard. ibid. Suarez loco cit. nu. 11. & 12. Syluest. v. electio 1. n. 17. ex Innoc. in cap. illa 39. de elect. Panorm. ibid. & cap. final. de Procuratorib. Sigiſ. à Bonon. d. dub. 63. num. 8. Theſaurus Sayr. num. 5. Samuel. nu. 20.* & apud eum *Anchar. Hoſt. & Menoch. Pax in Pr. q. 2. c. 5. num. 14. & in ſubd. q. 1. c. 31. §. 16. Gloſſ. vltima in cap. ſi quando, de elect. in 6.* & ibi *Gemin. num. 3. Anchar. nu. 2. Francus n. 3. Conar. Alterius, Ancila, Henriquez Corneyo. Filliuc.* quos refert *Leander. à Sanctiſſimo Sacramento part. 4. trac. 2. diſp. 10. quaſt. 9.*

68 Limitatur ſecundò, ſi excommunicatus non poſſit expelli ab electione ſine graui periculo, vel ſcandalo, vel ob aliquam aliam conſimilem cauſam *Innocent. in cap. illa 39. num. 5. de elect.* & ibi *Panor. nu. 7. Alter. vbi ſupra §. quares 2. Syln. v. electio num. 17.* In quo caſu neceſſarium eſſe, vt legitimi electores proteſtentur, ſe non intelligere communicare ius eligendi, & eius votum & ſuffragium tanquam nullum eſſe habendum, nullique, aut nocere, aut prodeſſe poſſe, tradiderunt *Innocent. in cap. Cumana 50. de electione,* & ibi *Panor. num. 13. & Antonius de Butrio Franc. in cap. ſi quando de elect. in 6. num. 3. Barboſa d. n. 57. Syln. loco citato, Boich. in cap. illa 39. de elec. q. 15. & iterum Panormit. ibi. num. 7. Biax. in direct. elect. p. 1. c. 7. nu. 5. Sayr. l. 2. c. 6 num. 6.* & aduertit *Panor. d. cap. illa num. 7.* & poſt eum *Sigiſ. d. dub. 63. num. 7. Theſaurus, Peyr. num. 14. Barboſa num. 57. locis citatis Peyr. in ſubd. q. 2. cap. 31. §. 6. Leander vbi ſupra q. 12.* quòd hæc proteſtatio poteſt fieri, & publicè, & occultè, ſi malum graue ex publica proteſtatione timetur, *arg. in cap. 1. quòd metus cauſa, & cap. fin. de elect. in 6.* Quámuis verò hæc proteſtatio ſufficiat, ſi fiat occultè, cum nequit commodè

modè fieri publicè ; ſemper tamen fieri debet coram teſtibus,vt dicit idem *Sigiſ.*vt hoc modo de eo conſtare poſſit.

69 Cum verò *Hoſt.* mens fuerit, vt non excommunicati , qui non poſſunt eijcere excommunicatum, debeant exire de Capitulo, & alibi, vel in alio tempore eligere , hoc *Panormitanus d.cap.illa num.*7. limitat , vt procedat , ſi non inſtet vltimus terminus ſtatutus electoribus ad eligendum . Quia ſi inſtar vltimus terminus electionis , & nullibi poſſunt electores eligere ſine excommunicato,tunc tempus eſt vtēdi remedio proteſtationis ; quia non debet quis ius ſuum negligere, vt non participet cum excommunicato.Sed melius eſt cum *Menoch.& Compoſtell.Sylu. Biax. Sigiſmundo* , & alijs abſolutè aſſerere, quòd vbi electores legitimi non poſſunt eligere ſine excommunicato , non teneantur exire tunc à Capitulo , & aliud tempus expectare ; quia non tenentur ius ſuum negligere,habent verò ius eligendi cum eis bonum videtur, & ex dilatione electionis malum ſæpius poteſt imminere ,& electores ſatisfaciunt , ſi faciunt,quòd in ſe eſt, vt excommunicato non communicent. Nec tenetur quis exire de ſua domo ,ſi ab ea non poſſit excommunicatum eijcere , nec ſua negotia tenetur relinquere , quia excommunicatus facit illi vim , vnde cogitur cum illo communicare.

70 Sed quid dicendum quando excommunicatus verè eſt denunciatus,vel eſt verè notorius clerici percuſſor , ſed non ſcitur certò ab alijs electoribus, ſed ſolùm ſub dubio, rationabili tamen , & probabili ; quia vel percuſſio clerici,vel denunciatio excommunicationis facta eſt in alia Ciuitate, vel Prouincia, & de eis ſola aliqua incerta, & dubia fama peruenit ad locum electionis? Reſpondetur hunc caſum comprehendi ſub præcedenti , nimirum ſub impoſſibilitate eijciendi excommunicatum ; quia vbi non conſtet Capitulo aliquem eſſe excommunicatum non toleratum , non poteſt illum eijcere, quia in dubio vnuſquiſque manutenendus eſt in poſſeſſione ſui iuris,vnde dubius excommunicatus , non eſt priuandus de facto iure eligendi. Et ideo *Panorm.in d.cap.illa 39. de electione num.7.ex Innoc.& Compoſtell.* duplicem impoſſibilitatem ſignificat , aliam ſcilicet de iure, & aliam de facto : nam vbi de excommunicatione non conſtet de iure, impoſſibile eſt vi , & violentia eijcere aliquem tanquam excommunicatum ,ſed tūc proteſtationibus eſt cauendum ſecuritati electionis. Vide *Suar.de cenſur.diſp.14.ſect.2.num.16.Baſſaum v. electio num.8.ver.hi omnes Mirandam t.2.q.23.a.11. Peyr.& Alphonſum de Leon quos ſequitur Donatus trac.4.q.8.num.6.*

71 At verò loquendo de excommunicato toleràto,hoc primò dicitur,quòd in poteſtate cuiuſcumque eligentis eſt illum eijcere , vel facto , vel iure ab electione . Cum enim de iure antiquo fideles tenerentur vitare excommunicatum, ſi occultum , occultè , & ſi publicum, publicè *cap.cum non ab homine 14. de ſent.excom.* & ibi *Gloſ.& Panorm.num.3.& 7.Sayrus l.2.cap.12.num.2. Gibalin.diſq.6.q.1.num.2.*nunc vero ex conſtit.*Concil.Conſtant.* non ſit ablatum à fidelibus , quin poſſint iuxta ius antiquum vitare excommunicatum , ideo legitimi vocales certi de excommunicatione alicuius , poſſunt talem vitare,ſit ſit notorius, vel contra eius votum proteſtari,ſi poteſt cēſura probari;ſi tamen nulla eſſet ſpes probandi excōmunicationem in iudicio ,fruſtra eſſet proteſtatio , quæ etiam poſſet eſſe peccatum, vel contra iuſtitiam vel contra charitatem .

72 Sed dubium eſt,an electores vi eijcere poſſint excommunicatū?Innocentius*in d.c.cum Vinton.*loquens de ſuſpenſis tenet,quòd ſi veniant ad electionē vi,nō debēt eijci.Sed quid ſi excōmunicatus nō eſt notorius, ſed occultus adhuc , licet electores conſcij de illius excommunicatione certi ſint , quòd illam poſſunt in iudicio probare? Innocētius ibidem vult,quòd huiuſmodi excommunicati, aut non ſuſpenſi, poſſint non vocari ; ſed ſatis indicat, quòd non debeant eijci. *Panormitanus* autem ſolùm excipit notorios. Et credo , quòd non debeat hæc facultas ad non notorios extendi ; quia vbi eſt neceſſaria diſcuſſio iudicis ad videndum,an quis legitimè poſſideat, non eſt in poteſtate priuata alicuius vi eijcere alium à poſſeſſione , in qua etiam latro manutenendus eſt ante iudicis ſententiam *cap.in litteris,cap.conquerente 7.& cap. grauis 11.de reſtit.ſpoliorum* ; ideo vbi excommunicatus poteſt aliqua tergiuerſatione ſuam excommunicationem celare, & contra illum non poteſt procedi per viam notorij,fit illi iniuria,ſi de facto ante ſentētiam iudicis vi priuatur electione , quam quaſi poſſidet . Nihilominùs , quia latroni non eſt relinquendum, quòd ei vi ablatum fuit à proprio domino , ſi probatum fuerit furtum, licet latro paſſus fuerit aliquam iniuriam ex quo res , quam poſſidebat fuit ab eo ablata per vim *Innocentius & Panormit.cap.in litteris num.10.de reſtit. Spolior.* forſan aliquis dicet , quod vbi probetur apud confirmatorē quòd eiectus vi ab electione,verè erat tunc excommunicatus,quòd electio ad eius inſtantiam non ſit caſſanda; quia ipſe ad electionem nullum ius habebat,licet haberet aliquam apparentem poſſeſſionem iuris eligendi. Nam & *Innocent.* ibidem tenet , quòd non eſt neceſſe vocare ad electionem eum, cuius excommunicatio poteſt probari ; quia iſte ſi non per ſententiam iudicis, per ſententiam iuris tunc erat priuatus electione, cū non fuit vocatus ; ita eadem ratione ſi eiectus ſit, nō poteſt ad eius inſtantiam caſſari electio ; quia electio nedum non erat ſua, ſed ipſe erat ea priuatus per iuris ſententiam , & debuiſſet puniri , ſi elegiſſet , & ſi fuit eiectus ab electione , fuit eiectus ab eo , quòd ei per iuris ſentētiam erat prohibitum.Cui adde, quòd ſi ad eius inſtantiam caſſaretur electio, obtineret pro iniquitate præmium ; quia in eo præmiaretur audacia eligendi, cum electione eſſet de iure priuatus , & licet tunc per ſentētiam hominis nondum fuiſſet declaratus excommunicatus , tamen erat talis per ſentētiam iuris.Nihilominus dico quod excommunicatus non notorius, & toleratus non poteſt eijci ab electione, & ſi eijciatur, poteſt agere pro electione caſſanda.Quia talis de facto poſſidet electionem,& non intereſt, quòd poſſeſſio non ſit iuſta , quia nec latro iuſtè poſſidet , & tamen etiam prædo in ſua poſſeſſione eſt manutenendus; quia reſtitutio ſpoliatorum non fit in fauorem ſpoliati, ſed in odium ſpoliantis, vt ait *Petrus de Eleaz apud Panor.cap.in litteris 5. de reſtit.ſpoliat.num.9.& facit cap.cum Eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſ.* vbi ad inſtantiam clericorum caſſatur electio facta à canonicis renitentibus clericis, licet probatum fuerit clericos non habere ius eligendi ; quia cum eſſent in poſſeſſione eligendi manutenēdi fuerūt pro illo tunc,licet quia nō habebāt ius ad eligēdum fuerit illis prohibitum eligere in futurum.

73 Et ad obiecta in oppoſitum dicitur,quòd etiam

vbi

Digitized by Google

vbi conſtet de furto in indicio prædo reſtitui debet, non vt furtum retineat, ſed vt illud Domino reddat, vt habet *Panorm.cap.in litteris num.9.de reſtit. ſpoliat.* Ec amplius quidquid fit, an res furata ſit prædoni reſtituenda, debet tamen declarari eum fuiſſe iniuſtè ſpoliatum, & ſpoliationis actio tanquam iniuſta ceprobanda. Ita excommunicatus qui erat toleratus tempore electionis, licet ſi poſtea conſtet de eius excommunicatione in iudicio, priuabitur electione in futurum, ſed declarabitur iniuſtè ſpoliatus tempore electionis; ideoque electio in odiũ ſpoliãtium erit caſſanda. Minùs verò obeſt, quòd excommunicatus non haber ius ad eligendum, quia ceſtitutio ſpoliatorum non fundatur ſuper poſſeſſione vt iuſta, ſed ſuper poſſeſſione abſolutè; ideo & prædo poſſidens non poteſt ſpoliari; excommunicatus autem toleratus, & non notorius poſſidet ius electionis, nec debet eo priuari via facti. Et neque obſtat quòd fideles non excommunicati poſſunt excommunicatos priuare communicatione, immo ad hoc iure antiquo tenebantut; quia aliud eſt nolle communicare cum excommunicato, aliud eſt priuare vi, & de facto excommunicatum iure ſuo, quòd poſſidet. Primum fidelibus conuenit; quia licitum eſt illis non concedere excommunicatis communicationem, qua ſunt indigni, & ab Eccleſia priuati. Sed ſecundum non licet, quia non licet auctoritate priuata punire criminoſum priuando illum iuce ſuo. Vnde vt aduertit *Panorm.ibid.ex cap. cum ſecundum leges de haret. in ſexto* hæretici licet ipſo iure priuati ſint bonis, non poſſunt eis ſpoliari ante ſententiam hæreſis declaratoriam. Cum igituc vocalis ſit alias in poſſeſſione vocis, ex eo quòd ſit excõmunicatus, etiam manifeſtus, non poteſt vi expelli ab electione, antequam ſit per ſententiam declaratus.

74 Sed etſi *Panorm.* admittat notorium excommunicatum licet toleratum poſſe eijci ab electione, ſecurius eſt in hoc ſequi ſententiam Innocentij, & talem nolentem exire de Capitulo non eijcere, ſed contra eum proteſtationibus agere, vel ſi fieri poteſt, procurare: vt per Superiorem declaretur priuatus, & adhuc in ſententia Panormitani aduertendum difficile eſſe, vt alicuius excommunicatio ſit plene notoria, ita ſcilicet notoria, vt non poſſit aliqua tergiuerſatione celari; quòd ad notorium eſt neceſſarium.

75 Hoc verò ſtante fuit multorum ſententia, pro qua citantur *Innoc.cap cum dilectus de conſuetud. Io: Andr. in cap.de reſcript.in 6.Stephanus Aufrerius in addit.Capella Tholoſana* 103.*num.*4.*Biax. p.p.c.9.n.4.* & quam tenent *Caſtell.de elect.c.5.num.*18.48.*&* 56. *Donat.tract.*4.*q.*8. quòd votum excommunicati etiã tolerati, & occulti nedum ſit nullum, ſed inficiat electionem totam, & ita vt illam irritet, & nullam reddat, vel vt alij loquuntur ad minus ſit caſſanda, & irritanda ſi conſtet, & probetur, quòd ei interuenerit aliquis excommunicatus. Et quòd in hac parte non ſit diſcrimen inter excommunicatum publicum, vel occultum, ſed omnis illa electio ſit nulla, aut ſaltem caſſanda, in qua ab electoribus ſcienter ſit admiſſus aliquis excommunicatus etiam occultus. Sed hæc ſententia non congruit diſpoſitioni extranag. *ad euitanda.* & contra praxim procedit; ideo cum communi aliter dicendum eſt. Et diſtingui debent tres caſus. Nam vel contra electionem cui intereſt excommunicatus quantumcumque publicus nulla ſit proteſtatio, & exceptio, ſed excommunicatus inter eſt nullo reclamante, vel ſit exceptio ante electionẽ, vel ſit poſt electionis decretum, ſeu iam electione à capitulo completa.

76 Dicitur enim quòd in primo caſu, vbi electioni nullo reclamante intereſt excommunicatus toleratus electio eſt valida, nec eſt caſſanda, & quòd immò electores, nihil peccarunt talem excommunicatum admittentes. Hoc ſecundum patet per extrauag. *ad euitanda*, in qua indulgetur omnibus fidelibus, vt non teneantur vitare excommunicatum, quem Eccleſia tolerat. Prima verò pars probatur. Quia licet diſſentiant DD. aliqui in hoc puncto, an electio competat electoribus ratione publici officij, & quidam id negent, ex doctrina *Panor.in cap.veritat.*47.de dolo & contumac. quoniam ius dandi ſuffragium competit canonicis, vel alijs ratione canonicatus, vel ſpiritualis fraternitatis; tamen nedum hoc ab alijs non admittitur, & meritò; quia eligere conuenit quidem ijs, qui ſunt canonici, ſeu priuati ſpirituales confratres, ſed non ex vi canonicatus, & priuatæ fraternitatis, ſed ex publica authoritate ſibi ab Eccleſia conceſſa, & per ordinem ad bonum commune, maximè vbi de electione Prælati agitur, qui eccleſiam regere debeat. *Suarez tom.5. de cenſuris diſp.14.ſec.2. num.6.* Sed hoc ampliùs pro certo habendum eſt, & id fatetur etiam *Panormitanus*, ſcilicet quòd ad Capitulum electio pertinet ratione publici officij; vnde quidquid ſit de priuatis ſuffragijs, electio tota, vt eſt electio Capituli eſt actus publici officij, & tanquam talis eſt habenda.

77 Hoc ſtante, probatur Concluſio; quia geſta ab excommunicato tolerato ratione publici officij ab Eccleſia ſuſtinentur, *l.Barbatius*, vbi DD. *ff.de off. Prat.cap.nonne, 8.q.4.cap.ad probandum,* & ibi *Abbas num.13.& 14.fin.Felin.nu.3.& 6.de re iudic.Innoc.in cap.veritatis num.1.Bellam.num.22.Abb.nu.42.& caceri* DD. de dolo, & contumacia. *Lap.alleg.89.n.11.* & ibi *Mandoſ.de commun.v.verb.excommunicatus Felin.in cap.Rodulphus num.39.de reſcriptis.* Et propterea in terminis electionis, ſeu collationis beneficij factæ ab Epiſcopo excommunicato, ſed non denunciato, ideoque tolerato, eam collationem fuiſſe validam determinauit ſæpius *Rota in cauſa Facen Archidiacon. 23. Iuly 1601.coram Card.Pamphilio & in cauſa Placent.Beneficij 1.Iuly* 1611. *Coram Lancelloto*, & iterum in eadem cauſa *die 20.Nouembr.1623. num.3.coram Vbaldo, & habetur p.par.Recent.ſub num.534.* quod fuit cõfirmatum *coram eadem in eadem cauſa die 21.May 1624. & eſt deciſio 602. in eadem p.p.recent. & idem docuit Paulus de Rubeis adnotat ad deciſ.15. partis 3.recent.num.9.10.11.& 12.* Et ideo quòd electio facta nullo reclamante ab excommunicato tolerato ſit valida tenent *Couar.in cap.alma p.1.§.7.nu.9. ver.ideo de ſent.excom.in 6.Suarez dic.ſect.2.nu.18.Sigiſm.de Bonon.dub.63.num.10.& ſeqq.Peyr.in Pralat. q.2.cap.5.num.13. Fillinc. tom.1. trac.12. cap.6.num. 151.Sayr.l.2.de cenſ.cap.6.num.4.& 6. Nauar.in Manual.cap.27.num.35.Barboſa l.1.de iure Eccleſ.cap.19. num.56. & alij apud eum Samuel tract.2.diſp.5.contron.3.numer.22.Bonac. de cenſ.d.2.q.2.p.5. numer.6.* Cum igitur vbi nullus reclamat Capitulum nullo reclamante ratione publici officij eligat, electio illa tanquam facta à Capitulo ratione publici officij valida eſt, etiam ſi omnes de Capitulo ſint excommunicati, cum ſint tolerati, excommunicatio verò,

Digitized by Google

vt aduertit loco citato *Paulus de Rubeis* priuat quidem ipſo facto communione Sacramentorum, ſed non priuat officio, & exercitio iuriſdictionis donec excommunicatus ſit declaratus. Ideo etiam ſi ſolus hic excommunicatus electionem faciat, electio valida eſt. *Suarez d. ſec.2. num.* 8.

78 Hinc in tertio caſu idem dicendum eſt, quando opponitur exceptio excommunicationis poſt electionem celebratam, & perfectam. Nam in eo caſu, iam Capitulum elegit ante omnem oppoſitionem, & reclamationem, & validè elegit, non obſtante excommunicatione; quia excommunicatio tolerata non priuat officio, & exercitio eius, quòd conuenit ratione publici officij; igitur omnis exceptio ſuperueniens inualida eſt, cum inueniat electionē iam validè celebratam. Et ideo, nulla obſtante reclamatione, *Rota vt patet ex dictis*, collationes beneficiorum factas ab excommunicato ſuſtinuit. Vnde hanc eandē Concluſ. tenent omnes citati pro ſuperiore Concl.

79 Sed in ſecundo caſu, ſcilicet ſi aliquis contra excommunicatum reclamet, & exceptionem contra illum interponat *Peyr. loco citato n.*17. putat electionē eſſe irritandam; quia ius eligendi eſt ſingulorū, intereſt, & ſingulorū ne admittantur extranei; ſed dicitur quòd reijci poteſt, quantum ſit ex parte excipientis, & opponentis, ſed alij electores non tenentur illum excommunicatum reijcere; quia poſſunt, ſi volunt cum illo communicare, cum hoc illis ſit indultum per extrauag. *ad euitanda*. Ideo tunc proteſtationibus eſt agendum, & fugiendum periculum, & ſcandalum. Et ſi electione facta conſtiterit electum fuiſſe electum vi ſuffragij dati ab excommunicato, vel de hoc fuerit dubium, electio eſt caſſanda; ſed ſi conſtiterit etiam in ſcrutinio ſecreto, quòd electus fuit electus ex numero ſufficienti vocaliū habilium, electio valida erit, & erit ſuſtinenda; quia in hoc caſu periode eſt, ac ſi excommunicatus non interfuiſſet. *Ita Suarez, & Sigiſ. citati.* Bene etiam quantum ad hanc partem aduertit *Bonac. de cenſ. diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 5. *num.* 6. quòd ſi adeſſet ſtatutum, vt ad validam electionem eſſet neceſſarius omnium cōſenſus, ſi adhuc concurreret excommunicatus toleratus, nō eſſet vitiata electio, ſi alias omnes non excommunicati conſentirent in electum, quia tunc conſentirent omnes vocales habiles, & conſenſus excommunicati, quia inhabilis non eſſet neceſſarius, ſed electio illa tanquam vnanimis eſſet admittenda; quòd eſt verum etiam ſi aliquis contra talem excommunicatum proteſtatus fuiſſet, quia ſemper electio vnanimis fuiſſet, & nullum valorem habens ex concurſu excommunicati, & ideo valida, & admittenda &c.

80 In electione verò ſummi Pontificis excommunicatio non vitiat electionem, etiam ſi omnes electores eſſent excommunicati. *Clem. ne Romani* §. *Caeterum de elect. & conſtit. in eligendis Pij IV. & æterni Patris Greg. XV.* Vt enim vitetur periculum ſchismatis in eccleſia iuſtiſſimè ſancitum eſt, vt contra electionem ſummi Pontificis non valeat exceptio excommunic. ſed quòd, ea non obſtante, electores validè eligant. Immo in *cap. licet de elect.* ſtatutum eſt, vt vbi electus fuerit quis à duabus partibus Cardinalium, is ſine vlla exceptione habeatur pro Pontifice.

81 Sed graue remanet dubium, an doctrina data valeat in ordine Prædicatorum. Et ratio dubij deſumitur ex *ordinat. cap. Gener. Rom. anno* 1589. *quam Donatus* refert vt inſertam *in Gloſſa Conſtitut. diſ.* 2. *c.* 2. *text.* 5. *L. P. & eſt talis. Quàmuis ad electionem non debeat admitti ille, de quo manifeſtum ſit incidiſſe in excommunicationem latæ ſententiæ, etiam nulla alia declaratione ſubſequuta, cum ſufficiat apertè conſtare eum commiſiſſe aliquid, per quòd re vera ipſo facto in excommunicationem latæ ſententiæ inciderit.* Hic enim textus clarus eſt, & lex ita manifeſtè excludit excommunicatum etiam toleratum ab electione, ſi manifeſtè conſtet de eius excommunicatione, etiam ſi non præceſſerit declaratio. Et ideo in ordine Prædicatorum excommunicatum toleratum non poſſe admitti ad eligendum, ſi conſtet de excommunicatione docent *Caſtell. de elect. cap.* 13. *nu.* 25. *Camill. in direc. elect. cap.* 5. *num.* 16. *Donatus trac.* 4. *q.* 7. Addit verò *Caſtell.* quod eſt neceſſaria declaratoria ad minus inhabilitatis eligentis, præuia cauſæ cognitione ſaltem ſummaria. Donatus verò, quia non videt, quomodo poſſit conſtare de delicto parte non audita, & teſtibus non examinatis, ſibi videtur videre, quòd hoc abeat in declarationem facti criminis, quod exigitur iuxta diſpoſit. extrauag. *ad euitanda*. Ratio autem dictæ ordinationis ad mentem Donati fuit; quia extrauagans *ad euitanda*, continet priuilegium, cui Capitulum Generale potuit renunciare.

82 Dicendum nihilominùs eſt, & in ordine Prædicatorum habere locum extrauag. *ad euitanda* etiam in electionibus, ideoque, & in hoc ordine habere locum doctrinam ſupra traditam. Nam primo ordinatio illa *Cap. Rom.* 1589. loquitur de voce paſſiua, & in hoc ſenſu inſerta eſt in *Gloſſa Conſtitut. loco citato*, vbi ſic dicitur. *Item declaramus, quòd electio debet eſſe digni, & idonei viri, & ideo nullus poteſt eligi in Priorem, qui non habet conditiones à ſacris canonibus requiſitas. Nullus autem debet excludi à quacumque electione prætextu alicuius criminis vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus; quàmuis ad electionem non debeat admitti &c.* In hac enim parte ſermonem eſſe de voce paſſiua cōſtat, cum apertè dicatur quòd electio debet eſſe digni, & idonei, & quòd non poteſt eligi in Priorem niſi habens requiſita à ſacris canonibus, & ita de hac electione paſſiua, intelligi debent etiam quæ ad declarationem, & comprobationem illius primi dicti ſequuntur; directè enim de ſola paſſiua electione ibi eſt ſermo. Et ponitur diſcrimen inter alia crimina, & excommunicationem, & ob maius odium excommunicationis, & quia imprudentiſsimum eſſet & manifeſte illicitum eligere illum, de quo conſtaret eſſe excommunicatum. Et nihilominùs, vt aduertit Donatus, illa ordinatio non habet decretum irritans; vnde quantum ſit ex vi illius, electio excommunicati non eſſet ipſo iure nulla, quæ tamen talis eſſet, quia elegiſſent ſcienter excommunicatum.

83 Reſpondetur ſecundò, quòd intelligendo etiam ordinationem illam, vt loquatur de vtraque voce, quia videtur loqui in ſenſu *conſtitut. in prologo textu* 4. & quia ſic communiter intelligitur, & practicatur, nihilominùs dicitur; quòd illud *non debeat admitti*, dicit facultatem, non verò neceſſitatem. Et in hoc ſtat diſcrimen, quòd vocales legitimi non habeot facultatem, vt excludant, & eijciant criminoſum non declaratum ſed tenentur illum admittere, quàmuis liceat illis contra illum excipere, & proteſtari. Sed excommunicatum certum, & notorium poſſunt eiicere de facto, ſi id fieri poſſit ſine ſcandalo, nec tenentur illum admittere, ſed poſſunt illum

eiice-

Digitized by Google

eiicere. Quoniam extrauag. *ad euitanda* data in fauorem non excommunicatorum, non abſtulit eis facultatem vitandi excommunicatum,& ſeruandi omnes leges latas contra excommunicatos, ſed abſtulit neceſſitatem illos ſic vitandi ante declarationem excommunicationis, vel notorietatem percuſſionis clerici. In hoc ergo eodem ſenſu debet intelligi illa ordinatio, vt contineat facultatem non obligationem, & vt ſenſus ſit, quòd in poteſtate electorum ſit excommunicatum manifeſtum ab electione excludere; quia ſcilicet excommunicatus talis non debeat admitti, quia non eſt neceſſe vt admittatur.

84 Et tertiò additur, quòd duplicitet poteſt excludi excommunicatus toleratus ſed notorius,aut etiam publicus. Vel ſcilicet, inducendo illum vt voluntarius exeat ſuaſionibus, & etiam præceptis dirigentibus, vel etiam iuſte incutiendo timorem legum, & iuſtitiæ: vel vi, aut violentia, eum inuitum excludendo, & eiiciendo. Ordinatio illa reſpectu prioris excluſionis continet etiam debitum, & obligationem, quæ in caſu tali ineſt ex lege naturæ, & gratiæ. Nam cum excommunicatus peccet immiſcendo ſe electioni, tam ex lege charitatis tenentur electores pro poſſe corripere excommunicatum ne peccet, quam etiam ex officio Præſes Capituli teneatur quantum poteſt agere, vt excommunicatus manifeſtus abſtineat à ſuffragio dando, & à communicando cum electoribus nolentibus eum ad communionem admittere, & ſine dubio cęteris paribus melius eſt,vt electores excludant manifeſtum excommunicatum ab electione hoc genere excluſionis. Sed loquendo de excluſione violenta, illa ordinatio, vt dictum eſt, non importat neceſſitatem, ſed facultatem. Et immo ſecurius agitur, ſi etiam in caſu notorij, electores vtuntur alijs remedijs iuris, quæ ex *Innoc. aduertit Panorm. in d. cap. cum Vinctonien. nu. 14. fin.* vel ſcilicet proteſtando contra excommunicatum. *cap. Cumana de elect.* vel procurando,ſi fieri poteſt, vt per Superiorem declaretur excommunicatus vt in *cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.*

85 Et in horum confirmationem dicitur quarto, quòd illa ordinatio debet intelligi in ſenſu, in quo non obſtet extrauag. *ad euitanda in Concil. Lateran. ſub Leone X.* approbatæ. Tum quia in ea fit mentio dictæ extrauag. nec eſt veriſimile, quòd PP. illius Capituli voluerint repugnare illi extrauag. in qua ad conſulendum ſaluti, & quieti animorum vniuerſaliter indultum eſt,vt non ſit neceſſitas vitandi excommunicatos toleratos. Tum quia ſtatuta,& leges municipales ſemper debent interpretari, vt minus repugnent iuri communi. Tum quia non eſt verum,quòd illa extrau. contineat priuilegium. Quia priuilegium eſt lex priuata, ex *D. Th. p. 2. q. 96. a. 1. ad* 1. At verò extrauagans illa continet legem toti Eccleſiæ communem, & pro totius eccleſiæ vtilitate latam, & verè vtilem, & præcipuè in electionibus neceſſariam, cum enim Eccleſiæ viduatæ maximè patiantur, & occaſione electionum ſæpe diſſenſiones, & ſcandala oriantur, neceſſe eſt quantùm iura patiuntur, vt electiones factæ ſuſtineantur, & auferantur obſtacula, & impedimenta vt ritè,& validè fiant;& ideo ſummè vtile eſt, vt non ſit neceſſe,quòd exceptiones iſtæ excommunicationis admittantur,& poſſint vocales cómunicare cum excommunicatis toleratis ſine præiudicio validitatis electionis. Tum quartò, quia ſtylus ordinis eſt, vt in caſibus contingentibus iudicet iuxta dictam extrauag. vt ego ſæpius expertus ſum. Et conſuetudo eſt interpretatiua priuilegiorum. *Gironda de explicat. priuileg. num. 1307. Barboſa in cap. cum dilectus 8. de conſuetud. num. 7. & apud eum Molina de primog. l. 2. c. 6. num. 57.*

86 Et hæc quidem dicta ſunt de excom. maiori excommunicatione. Nam de excommunicato minori excommunicatione dicitur certum eſſe, ipſum poſſe eligere, & ea quæ ſunt iuriſdictionis exercere, quoniam de hoc eſt textus expreſſus in *cap. ſi celebrat de cler. excomm.* & ibi DD. communiter id affirmant.

S V M M A R I V M.

1 *Septima cõditio eſt, vt vocalis nõ ſit ſuſpenſus. n. 87.*
2 *Suſpenſus ſimpliciter non poteſt eligere. num. 88.*
3 *Suſpenſus ſimpliciter eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio. num. 88.*
4 *Suſpenſus ab officio non poteſt eligere. num. 89.*
5 *Nomine officij intelligitur omne exercitium clericale. num. 89.*
6 *Suſpenſus ab vno ſolo officio poteſt eligere. nu. 90.*
7 *Suſpenſus à collat. ſacramentorum poteſt eligere. num. 90.*
8 *Suſpenſus à beneficio poteſt eligere. num. 91.*
9 *Ius eligendi poſſe eſſe fructum beneficialem aliqui affirmant. num. 92.*
10 *Sed id negatur. num. 92. 94.*
11 *Suſpenſus ab officio nunquam poteſt eligere. numer. 92. 94.*
12 *Guardianus ſuſpenſus ab officio non poteſt eligere Prouincialem. num. 93.*
13 *Ius eligendi non eſt fructus beneficij. num. 94.*
14 *Suſpenſus ab ordine poteſt eligere. num. 95.*
15 *Datur ſuſpenſus toleratus. num. 96.*
16 *Geſta per ſuſpenſum toleratum valida ſunt. nu. 96.*
17 *Electio habita à ſuſpenſo tolerato valida eſt. nu. 96.*
18 *Electio proueniens ex ſuſpenſo tolerato quãdo caſſanda. num. 96. 98.*
19 *Suſpenſio minor non impedit ab electione. nu. 97.*

Conditio ſeptima. Non ſuſpenſus.

87 SEptima conditio eſt, vt vocalis non ſit ſuſpenſus. Hic autem plures ſuſpenſiones conſiderandæ ſunt, ſcilicet ſuſpenſio ſimpliciter, vel ſuſpenſio ab officio, vel ſuſpenſio à beneficio, vel ſupenſio ab ordine: Et iterum vel ſuſpenſio tolerata, vel non tolerata: Et ampliùs ſuſpenſio maior, & minor.

88 Eſt autem certum, quòd ſuſpenſus ſimpliciter non poteſt eligere, quoniam hoc concluditur manifeſtè ex *cap. cum inter R. 16. de electione, & cap. cum dilectus 8. de conſuetud.* vbi *Gloſſa v. à ſuſpenſis Innoc. num. 4. Panor. num. 18. Bald. num. 13.* quos ſequitur Rota *coram Seraph. deciſ. 860. nu. 8. Sigiſ. à Bonon. de elect. dub. 64. nu. 6. Hoſtienſ. in ſumma v. electio. 8. Et qui nullo iure Tambur. de iure Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 8. num. 13. Iulius* Lauorius *tom. 2. variarum lucubr. tract. 4. cap. 15. num. 61.* Rendiua, & *Riciul.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad d. cap. cum inter nu. 4. idem Barboſ. de Canonicis cap. 41. num. 6. & de iure Eccl. l. 1. c. 19. n. 78. Baſſaus v. electio nu. 8. Layman. l. 4. tr. 2. cap. 12. Petr. Greg. de elect. cap. 7. num. 7. Caſtell. de elect. cap. 5. nu. 15. Lambert.* quem ſequitur *Peyr. in Prel. q. 2. cap. 5. nu. 32. Donatus p. 3. trac. 4. q. 6.* Nam ſuſpenſus ſimpliciter intelligi-

ligitur ſuſpenſus ab officio, & beneficio, vbi contrarium ex verbis, aut intentione ſuſpendentis non colligatur. *Gloſſ. in d. cap. cum dilectus v. a ſuſpenſis, vbi Innoc. num. 4. Panor. nu. 18. Felin. cap. Apoſtolica de except. Sayr. l. 4. c. 4. num. 2. Rota deciſ. 870. num. 2. coram Card. Seraphino. Sigiſ. & Barboſa citati.*

89 Dicitur enim ſecundò propterea, quód ſuſpenſus ab officio non poteſt eligere; quoniam nomine officij intelligitur omne exercitium clericale. *Panor. cap. cum ſuper num. 4. de confeſſ.* ideo ſuſpenſus ab officio non poteſt exercere Eccleſiaſticum munus eligendi. Colligitur ex dictis *cap. cum dilectus, & cap. cum inter de elect. & id tenent Gloſſ. Panorm. in dic. cap. cum dilectus num. 20. Boic cap. illa, de elect. Biax. p. 1. c. 7. num. 2. Tabien. v. ſuſpenſio num. 4. Armil. ib. num. 6. Cuch. l. 4. tit. de elect. nu. 122. Sigiſ. dic. dub. 64. n. 1. Tambur. & Barboſa locis citatis. Hoſt. in ſum. de elect. §. & cui nullo iure, num. 7. &c.*

90 Hoc tamen limitatur primò, vt non intelligatur de ſuſpenſione ab vno officio particulari, ſed de ſuſpenſione ab officio abſolutè; quia ſuſpenſio, cum ſit pœna, non eſt extendenda, & non operatur vltra ſuas vires; vnde ſuſpenſus ab vno actu non eſt ſuſpenſus ab alio. *Innoc. in d. cap. cum dilectus nu. 4. Panor. in cap. Apoſtolica de excep. num. 6. Caiet. in ſum. v. ſuſpenſio Armilla v. electio n. 4. Nauar. cap. 27. n. 160. & l. 5. conſ. 41. de elec. nu. 2. Sayr. l. 4. c. 5. n. 27. & cap. 3. num. 15. &* 18. & apud eum. *Sigiſ. d. dub. 64. nu. 3. Hoſtienſ. tamen in ſum. loco citato num. 7. fin.* cenſet, quod ſuſpenſus per Canonem à collatione ſacramentorum non poſſit, nec eligere, nec eligi. Sed hoc non probat, nec eſt verum; quia longè aliud eſt ſacramenta miniſtrare, & eligere, & ideo ſuſpenſus ab illo, non eſt ſuſpenſus ab iſto.

91 Dicitur tertiò quód ſuſpenſus à beneficio poteſt eligere. Quoniam per ſuſpenſionem à beneficio non ſuſpenditur quis ab officio, & à muneribus, & actibus ad officium pertinentibus, ſed ſolum à iure percipiendi fructus, ipſius beneficij; igitur per ſuſpenſionem à beneficio, non ſuſpenditur à iure eligendi, quod pertinet ad officium *Gloſſ. in cap. V tomen. ver. admiſer. de electione* & ibi *Panor. num. 10. & ad cap. cum dilect. de conſuet. num. 20. & in cap. Apoſtolica de excep. num. 8. Biax vbi ſupra num. 1. Tabien. n. 3. v. ſuſpenſio, Armill. nu. 5. Suarez de cenſ. diſp. 27. ſect. 1. num. 34. Alter. de Cenſur. t. 2. d. 5. c. 2. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub 64. num. 5. Barboſa locis citatis, Peyr. vbi ſupra num. 36.*

92 Ampliatur verò hæc tertia aſſertio, & limitatur ſecunda, vt ſi quis ſit ſuſpenſus ab officio, cum non ſit ſuſpenſus à beneficio, neque ſit priuatus iure illo eligendi, quod ſibi conuenit titulo beneficij. Nam ſi ſuſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio vti communior fert opinio, & probant *Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 51. n. 12. Henriq. de* excomm. *cap. 32. §. 3. Sayr. de cenſ. lib. 4. n. 6. Garzias de benef. p. 7. c. 14. n. 58. Alter tom. 2. diſp. 4. c. 3. verſ. 2. concl. 2. & diſp. 17. cap. 1. §. quæres ſecundo. Suarez de cenſ. diſp. 23. ſeſſ 3. num. 4.* ſequitur, quòd vbi ius eligendi eſt veluti fructus beneficij, per ſuſpenſionem ab officio ſicuti nō ſuſpenditur à beneficio, ita non ſuſpendatur à iure eligendi. Sigiſm. *à Bonon. d. dub. 64. n. 2.*

93 Qui ex hoc infert, quòd ſi Prior, vel Guardianus ſuſpendatur ab officio, quòd non poteſt quidem eligere Diſcretum, ſed tamen habet vocem in Capitulo Prouinciali, vbi ex beneficio Prioratus, & Guardianatus ſuffragator exiſtit: Sed de tota hac ampliatione valde dubito, quia eligere miniſterium clericale eſt, quod venit ſub nomine officij, vt contradiſtinguitur à beneficio, nec eſt fructus beneficij, ſed munus officiale, ideo ſuſpenſus ab officij eſt abſolutè ſuſpenſus ab eligendo, vt abſolutè reliqui DD. tenent.

94 Nihilominùs *Nauar. cap. 27. num. 163. verſ. 6. & Henriq. de* excomm. *l. 13. c. 32. §. 4.* & ex eis idem *Sigiſ. num. 5. Barboſa in cap. cum inter 16. de elect. num. 4.* tenent, quod ſuſpenſus à beneficio, non poſſit eligere, ſi ius eligendi competit illi ex beneficio. Vnde admittunt, quód ius eligendi poſſit eſſe fructus beneficij, quo principio admiſſo, dicendum videtur, quòd ſuſpenſus ab officio poſſit eligere, ſi ius eligendi competit ſibi vt fructus beneficij, vel econtra ſuſpenſus à beneficio nō poſſit in eodem caſu eligere. Sed probabilius puto, quòd docet *Suarez de cenſ. diſp. 27. ſect. 2. num. 34.* nimirum quòd electio non ſit fructus beneficij, ſed actus illius officij, cui eſt annexum beneficium. Et præcipuè dicendum, quòd in Priore & Guardiano ius ad Capitulum Prouinciale, non eſt fructus beneficialis, ſed eſt functio annexa officio, vnde nec Prior ſuſpenſus ab officio poteſt eligere Prouincialem.

95 Dicitur quartò, quòd ſuſpenſus ab ordine non eſt prohibitus eligere, quia eligere non eſt actus ordinis, ſed cuiuſdam iuriſdictionis, ſeu cuiuſdam adminiſtrationis longè diuerſæ ab actibus ordinis. *Suarez de cenſur. diſp. 26. ſect. 4. num. 5. Hoſt. loco citat. Alter tom. 2. diſt. 4. cap. 4. §. ex dictis colligi. Sigiſm. d. dub. 64. nu. 7. Filliuc. tom. 1. tract. 17. cap. 2. n. 25.* quem ſequitur *Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. np. 15. Petr. Greg. de elect. cap. 7. Sayr. lib. 4. de cenſ. cap. 6. num. 7. Henriq. lib. 13. cap. 32. num. 4. Gloſs. in cap. Presb. ver. habere. diſt. 28.* & declarauit Sac. Congregatio die 22. Auguſti 1628. & hanc declarationem refert *Peyrinus loco citato.* & ex eo *Barboſa lib. 1. de iure eccleſiaſtico cap. 19. num. 58.* Sed cum ad eligendum requiratur Sacer ordo, vt ex ſupradictis patet, videtur, quòd eligere ſit fructus ordinis, propter quod *Peyr. loco cit. num. 36.* putat quòd in ſuo ordine Corrector non poſſit eligere Correctorem, licet poſſit eligere Prouincialem. Sed verum eſt, quod ordo, & facultas eligendi per accidens iunguntur, nec vnum ex illis eſt fructus alterius, licet ordo ſit in aliquibus conditio requiſita ad eligendum.

96 Difficultas verò eſt, an etiā in ſuſpenſione locū habeat id, quod decernit extrauag. *ad euitanda*, & ita vt detur ſuſpenſus non toleratus, & toleratus ab Eccleſia, vnde & cum proportione de ſuſpenſione locum habeant, quæ dicta ſunt de excommunicatione. Hoc enim multi negant aſſerentes ſuſpenſum etiam occultum eſſe priuatum exercitio iuriſdictionis, ideoque acta ſuſpenſi etiam occulti eſſe nulla, ſic enim tenuit *Rota deciſ. 534. n. 5. par. 1. recent.* quā ſequitur *Sigiſm.* de *Bonon. dub. 64. n. 9.* pro eadem ſententia referens *Nauar. Vgol. Henriq. Sayrum, Suarez, Valent. Homobon. & Bonac.* Ex quo ſequitur ſuſpenſum etiam occultum non poſſe, vel conferre beneficia, vel eligere. Verùm cum extrauag. *ad euitanda* vniuerſaliter loquatur de omni cenſura Eccleſiaſtica, dicitur, quod in ſuſpenſione locum habet diſtinctio ſuſpenſi non tolerati, qui eſt ſuſpenſus declaratus à iudice per ſententiam, & ſuſpenſi tolerati, qui eſt ſuſpenſus non denunciatus, & declaratus, & ex

conſe-

Digitized by Google

conſequenti, quòd ſuſpenſus occultus non priuatur exercitio iuriſdictionis, ſed geſta per ſuſpenſum toleratum valida ſunt, prout de excommunicatione dictum eſt, & prout tenent expreſſè & ex profeſſo *Suarez tom.5.de cenſ.diſp.26.ſect.2. nu.2. Emanuel Sà ver.ſuſpenſ.num.14.Bonac.ex profeſſo de cenſur.diſt.3. q.6.p.4.num.7.Peyrinus in ſubd.q.2.cap.5.§.1. nu.33. Barboſa de iure Eccleſ. l.1.cap.19.nu.123.* Vnde electio habita à ſuſpenſo tolerato valida eſt, niſi ante electionem fiat illi oppoſitio, quia tunc ſi electus ſit electus virtute ſuffragij illius, qui erat ſuſpenſus ab officio, electio eſt caſſanda. Peccat tamen ſuſpẽſus, ſi ſe ingerat electioni, qua eſt priuatus.

97 An verò locum habeat alia diſtinctio ſuſpenſionis in maiorem, vel minorem eſt quæſtio nobis non neceſſaria, & multi id negant. Et qui affirmãt, dicunt eam non priuare iure eligendi. *Panorm.in d. cap.Apoſtolica, n.2.& in d.cap.cum dilectus, num.20. Azor.p.2.l.6.c.14.q.8.Sigiſ.dub.64.nn.8. Caſtell.cap.5. de elect.n.15.*

98 Sola igitur ſuſpenſio, vel ſimpliciter, vel ab officio, vel ſi eſſet in ſpecie ſuſpenſio ab eligendo priuat actiua electione, non verò ſuſpenſio à beneficio, vel ab ordine.

SVMMARIVM.

1 *Octaua conditio, quod electus non ſit interdictus. num.99.*
2 *Etiam in interdicto habeo locum extranag. ad euitanda. n.100.*
3 *De celebrante in loco interdicto remiſſiuè. numer. 101.*

Conditio octaua. Non interdictus.

99 Octaua conditio eſt, quòd vocalis non ſit perſonaliter interdictus. Nedum enim duæ præmiſſæ cenſuræ, ſcilicet excommunicatio, & ſuſpenſio, ſed etiam interdictum priuat iure & facultate eligendi, *cap.Cum inter 16.de elect.Hoſt.in ſumm.tit.de elect.§. quis poteſt elig.num.7.fin. Biax. de elect.p.1. c.19.Arg. v.electio n.8.Syln.q.4.Tabien.n.6.Azor.p.2.lib.6.c.14. Miranda tom.2.q.23.art.8.Sigiſm.dub.65.num.1. Caſtell.c.5.n.15.Barboſa de Canonicis c.41. Baſſnus v.electio, n.8.Layman l.4.tr.2.c.12. Petr.Greg.cap.7.nn.9. & c.9.n.19.Miranda tom.2.q.23.a.11.Leſſ.lib.2.c.24. dub.22.n.116.Garz.p.7.c.14.n.5.Lambert.Rebuff.Borgaſ. Pariſ. Comit. Piſnu.* quos ſequitur *Peyr.in Pral. q.2.c.5.n.37.Henriq.lib.13.c.46.nu.3.Barboſa iterum lib.2.de iure Eccleſiaſt.c.19.n.62.*quidquid in contrarium dicat *Caſtell.de elect.c.5.n.71.*

100 Cum vero etiam interdictum ſit cenſura Eccleſ. & extrauag. *ad euitanda*, loquatur vniuerſaliter de cenſuris, etiam de interdicto cum proportione intelliguntur dicta de excommunicatione, vt ſcilicet electio habita per interdictum non denunciatũ ſit valida,&c. licet interdictus peccet eligendo.

101 De electione verò habita in loco interdicto ſermo erit infra.

SVMMARIVM.

1 *Nona conditio, quod elector non ſit irregularis. numer.102.*
2 *Irregularitatem priuare iure eligendi ſentiunt aliqui. n.102.*
3 *Alij negant. n.102.*
4 *Particula & adeo vt, auget.n.103.*
5 *Textus cap.Is qui, de ſentent.excomm. explicatur. num. 103.*
6 *Sententia negans præfertur. n.104.*
7 *Vbi non conſtat de pœna illa non debet admitti. num.104.*
8 *Leges ſtrictè interpretandæ, vt potius pœnam excludant. n.104.*
9 *Eligere non eſt actus ordinis, nec per ſe conſequens ad ordinem. n.104.*
10 *Diſtinctio habentium ius eligendi ratione ordinis, vel ratione beneficij non admittitur. n.104.*
11 *Irregularis poteſt eligere. n.104.*
12 *Aliqui irregulares non poſſunt eligere. n.105.*
13 *Sed tunc priuatio vocis eſt pœna diſtincta, & ſuperaddita. n.106.*
14 *In irregularitate locum habet extrau. ad euitanda. num.106.*
15 *In Ord. Præd.irregularis non eligit. n.107.*

Conditio nona. Non irregularis.

102 Nona conditio eſt, vt vocalis neque ſit irregularis. Hæc tamen conditio non admittitur ab omnibus. Et quidem irregularem non poſſe eligere tenuerunt. *Anchar.an.in cap.Is qui,18. de ſentent. excomm.in ſexto. Sylu.v.electio 1.q.4.Miranda tom.2. q. 23.num.8.Tambur.tom.1.diſp.5.q.14.Layman l.4.tr.2. cap.12.nu.3. Peyr.tom.2.de Pral.q.2.cap.5.§.3. nu.48. Barboſa in parte,* & cum diſtinctione de Canon.*cap. 41. num.9. Lezana p.1.cap.15.nu.5. Donatus p.3. tr.4. q.9.* Sed oppoſitum ſentiunt *Nauar.cap.27.nu.244. Suarez de cenſ.diſpnt.40. ſect.2. num.27. Filliuc.tract. 19. cap.3.q.6. num.75.Bonac.diſp.7. q.1.p.4.num.18. Sigiſm.d Bonon.de elect.dub.67.num.8. Baſſæus v. electio num.8.* fundatur vtraque ſententia in textu capitis *Is qui 18. §.Is vero, de ſentent.excomm.* vbi de eo, qui ſcienter celebrat in loco interdicto,dicitur quòd incurrit irregularitatem, *& adeo efficitur ineligibilis, quòd nec ad eligendum cum alijs debebit admitti.* Primæ igitur opinionis DD.dictionem *& adeo* accipiũt, vt ſtet declaratiuè, & ſit ſenſus, quòd ex quo talis efficitur irregularis, ex vi irregularitatis nedum ſit ineligibilis, ſed etiã priuatur voce actiua ne eligat.

103 Sed DD. ſecundæ opinionis accipiunt illud, *& adeo*, vt ſtet augmentatiuè, & augeat addendo nouam pœnam. Ita quod ex vi irregularitatis ſequatur priuatio paſſiuæ vocis, ſed textus ille in illo caſu augeat,& addat etiam priuationem vocis actiuæ, quæ ad alios caſus extendi non debeat. Nam particula *adeo*,vt habetur ex Calepino vndecim linguarum,idem ſignificat,quòd immò, vel potiùs, vel ampliùs, & maximè cum illa præcedenti copula, *&*, vt habet *Torſellinus de partic. latina orat. cap.5. num.5.* quod magis cõfirmatur, ex vi illius copulæ, *&*, quæ non ſolùm de ſui natura copulat diuerſa *l. ea tamen ndicctio,ff. de legib.3.Gloſſ.in extrauag. ſuſcepti v.electio, & in extrauag. ſed conditorem, v.& rectorib. de verborum ſignif. Gloſſ.in cap.querelam,vt non potuit, de ſimonia, &* ibi *Panorm.num.6. & cæteri DD.Gonzalez ad regul.8. Cancell.Gloſſ.3.num.12.* Sed etiam auget diſpoſitionem *Rota deciſ.21.nu.3.coram Greg. XV.*

XV. Vn:de ſenſus illius textus eſt, quòd celebrans in loco interdicto ex vi irregularitatis, quam incurrit, non tantùm ſit ineligibilis, vt fert natura irregularitatis, ſed vltra hoc priuetur voce actiua ad eligendum.

104 Ex his duabus opinionibus ſecunda in hoc præualet, quòd vbi agitur de pœna, niſi conſtet eam imponi, non debet admitti, vt impoſita; & immò verba legum ſtrictè ſunt interpretanda, & potiùs, vt pœnam excludatur. Alias verò cum eligere non ſit actus ordinis, nec per ſe ſit quid annexum ordini, ex vi ordinis; quòd ius eligendi non competat niſi ordinatis (quòd neque eſt vniuerſaliter verum, quia in monialibus, & laicorum religionibus conuenit laicis) hoc non eſt, ex vi ordinis, ſed ex vi poteſtatis & iuriſdictionis ſpiritualis, quæ laicis non tribuitur, *cap. ſacroſancta, & cap. Maſſana de elect.* Et quòd Ius Eccleſiaſt. in extrauag. 1. de ætat. & Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. de reform. requirant ordinem ſacrum, hoc eſt, vt fiat electio à perſona digniori, & prudentiori, & prouectionis ætatis, vel vt electores præbendati ordinem ſacrum ſuſcipiant, non verò quia poteſtas eligendi fundetur ſuper poteſtate ordinis. Ideo cum irregularitas ſolùm impediat ab executione ordinis, non verò ab executione iuriſdictionis, nec per ſe primò, nec conſecutiuè impedit actum eligendi, qui nec eſt actus ordinis, nec per ſe conſequens ordinem. Ideo non ſubſiſtit diſtinctio *Barboſa loco citat.* diſtinguen. habentes vocem, vel ratione ordinis, vel ratione beneficij; quia nulli ſunt, qui habeant vocem ratione ordinis, licet multi ſint, qui non habeat vocem, niſi ſint ordinati; quia ſic ſtatuit ius poſitiuum, non quia ordo per ſe det vocem, vel etiam electio per ſe ſupponat ordinem. Immo & nulli ſunt, qui per ſe, & proximè vocem habeant ratione beneficij, quia vt dictum eſt eligere non eſt fructus beneficij, ſed actus officij. Ideo probabilius eſt, quòd irregulares per ſe loquendo poſſint eligere.

105 Et licet an aliquo caſu irregulares ſimul ſint priuati voce, vt in caſu celebrationis in loco interdicto, & in caſu quòd quis ſit infamatus, vel condẽnatus de homicidio, ex Conſtit. Pij II. Pij V. & Sixti V. nihilominus neque in his caſibus priuatio actiuæ vocis eſt ex vi irregularitatis, ſed eſt pœna adiuncta, quæ in illis ſolis caſibus locum habet.

106 In irregularitate etiam locum habet extrau. *ad euitand.* vt probat *Alphonſ. de Leon recoll. 3. de cenſ. num. 98.* & ſequitur *Donatus d. q. 9. num. 3.* Vnde dato, quod irregulares non poſſent validè eligere, hoc intelligendum eſſet de irregularibus denunciatis, & non toleratis. *Feſtus p. 3. c. 6. v. & Romæ* 1589.

107 In Ordine tamen Prædicatores irregulares ſunt priuati actiua voce ex Capit. Generali Narboni 1354. *Camill. in direct. elect. c. 5. num. 16. parte 1. Donatus dicta quæſt. 9. Formularium Ordinis cap. de electionibus.*

S V M M A R I V M.

1 *Decima conditio, quod elector habeat requiſita ex ſtatutis ſui Collegij. nu. 108.*

2 *In Ordine Prædicatorum elector debet habere ſex annos à profeſſione, vel duodecim in Conuentu Pariſ. & ſi ſit conuerſus ad ſtatum clericalem tranſiens, vel monialis. num. 109.*

3 *Secundo debet eſſe ſacerdos, & ſufficit, quod ſit talis tempore electionis. num. 110.*

4 *Tertio debet eſſe aſſignatus bona fide per duos menſes ante vacantiam Prioratus, & per id tempus inſeruiſſe conuentui. n. 111.*

5 *Quid ſit bona fide aſſignatus. n. 111.*

6 *Quis bona fide inſeruiens conuentui. n. 111.*

7 *Multi caſus in quibus ſtatim aſſignatus vocem habet. num. 112.*

8 *In eodem anno vi nouæ aſſignationis nõ poteſt idem elector pluries eligere. n. 113.*

9 *De anno naturali, vel eccleſiaſtico id intelligitur iuxta diuerſas conſuetudines Prouinciarum. numer. 113.*

10 *Plures ſunt, qui eodem anno, vi nouæ aſſignationis, poſſunt pluries eligere. n. 113.*

11 *In Prouincijs Lombardiæ, & Romana ſoli ſuppriores poſſunt plures eodem anno eligere. n. 113.*

12 *Frater alterius Prouinciæ non habet vocem, niſi poſtquam per annum manſerit in Prouincia. numer. 114.*

14 *Niſi ſit Prouinciæ affiliatus. n. 115.*

15 *Vel niſi ex Hiſpania ad Indos tranſierit. n. 116.*

16 *Elector debet eſſe præſens in Capitulo, niſi ſit infirmus, nec poteſt per procuratorem eligere. numer. 116.*

17 *Quinto, quod non maneat extra clauſtrum. n. 117.*

18 *Promoti ad dignitates extra ordinem, & beneficiati, vocem non habent. n. 117.*

19 *Id intelligitur de beneficijs ſecularibus. n. 118.*

20 *Vicarij Conuentuum vocem habent. 118.*

21 *Extra clauſtra manere cenſentur Cappellani Eccleſiæ ſecularis, lectores Cathedralium, Confeſſarij Regum & eorum ſocij &c. qui die noctuq. extra clauſtra ſunt. n. 119.*

22 *Quando redeunt ad ordinem, ſtatim vocem habent. num. 120.*

23 *Qui ſine licentia commorati ſunt extra ordinem, nõ habent vocem, niſi poſt decennium. n. 121.*

24 *Non cenſentur manere extra ordinem, qui ibi ſunt pro immediato ſeruitio Religionis. n. 122.*

25 *Nec qui ad breue tempus ſunt. n. 122.*

26 *Nec qui inſeruit S. Officio. n. 123.*

27 *Nec qui inſeruit Card. S. Officij Romæ commoranti. num. 123.*

28 *Magiſter Ordinis poteſt diſpenſare cum præfatis vt vocem habeant. nu. 124.*

29 *Non tamen cum beneficiatis, niſi renuncient beneficio. n. 124.*

30 *Qui intra clauſtra viuunt, & non ſunt obligati ad perſoluenda diuina officia extra ordinem, habent vocem, etiam ſi ad aliquod officium ſecularibus inſeruiant. n. 125.*

Conditio decima. Prohibitus eligere.

108 DEcima conditio eſt, vt per ſuos ſuperiores non ſit prohibitus eligere, ſed habeat omnes conditiones, quæ ex vi ſtatutorum Collegij ad eligendũ neceſſariæ ſunt.

109 In Ordine Prædicatorum ex legibus dicti ordinis plura ſunt neceſſaria. Nimirum primò, ætas & tempus ſex annorum à profeſſione in clericis. Capit. Rom. 1608. *Gloſſa Conſtitut. d. 2. c. 2. §. 6. L. O.* In Conuentu autem S. Iacobi *Pariſ.* & in monialibus

bus requiruntur 12. anni à profeſſ. *Gloſſa Conſt.ibid.* & pariter in conuerſis ad habitum clericalem tranſeuntibus ad hoc, vt poſſint eligere idem tempus, 12.annorum completorum à die profeſſionis eſt neceſſariũ *Valliſolet.*1605. *Roma 1629.Vrecanus par.3. cap.6.Caſtell.cap.5 num.37.Camill.par.1.direct. elect. cap.5.num 1.Donatus p.3.tract.4.q.39. nu.3. Fontana v.de electionibus nu.17.& 29.& de elect. Prioris Conuent. nu.28.*

110 Secundò requiritur, quòd vocales ſint ſacerdotes *Gloſs.Conſt.ex Cap.Rom.*1608. *ibid.& DD. locis citatis*. Sufficit verò, quod fratres compleant annos à Profeſſione, vel ordinentur ſacerdotes, & fiant habiles, electione nondum completa, & etiam ſi id contingat Eccleſia viduata, & officio vacante DD. ſupracitati.

111 Tertiò requiritur, vt ad Capitulum Generale vocales, vel ſint Prouinciales, vel Diffinitores, ſeu electores legitimè electi in Capitulis Prouincialibus, & ad Capitulum Prouinciale vocales, ſint vel Conuentuum Priores, vel ſocij à quolibet Conuentu legitimè electi, vel magiſtri habentes ius ſuffragij, aut Prædicatores Generales, qui etiam ſunt vocales pro electione Diffinitorum Capituli Generalis, & electorum Magiſtri Ordinis. Et pro electione Priorum, & ſociorum pro Capitulo Prouinciali, quòd vocales ſint in Conuentu, in quo habenda eſt electio Prioris bona fide, & ſine fraude aſſignati tempore antecedente per bimeſtre ante vacantiam Prioratus, & quòd aſſignatio ante illud bimeſtre ſit notificata Conuentui, ſcilicet Priori, & maiori parti Conuentus, & immò quòd aſſignatus per illud bimeſtre bona fide inſeruierit eidem Conuentui. *Gloſs. Conſtit. d.2.cap.2.§.7.lib.9.Vrecanus par.3.c.6.Caſtell.c.3.n.10. & ſeq.c.5.n.38.59.78. & 89. Camil.c.1.n.10. Donatus tom.4.q.39.n.8.& ſeq.Fontana v.aſſignat.n.3.& v. Ectio n.39.* Sed illi bona fide cenſendi ſunt aſſignati, qui ſunt aſſignati ante illud bimeſtre, nec aliunde conſtat, quod ſint aſſignati ad inferendam vim aliquam electoribus, vel ad aliquem iniuſtum finem. Et illi cenſendi ſunt inſeruiſſe etiam Conuentui, qui de licentia Superioris ex cauſa rationabili ſunt extra muros Conuentus. In electione verò ſociorum bimeſtre ſumitur reſpectu electionis ipſorum, vnde ij ſunt vocales in ſociorum electione, qui in Conuentu aſſignati fuerunt per bimeſtre ante eorum electionem. In anno etiam Capituli Prouincialis celebrandi poſt Paſcha Sabbato ante Dominicam Deus, qui errantibus, fratres, vt ſint vocales, debent eſſe aſſignati ante ſeptuageſimam iuxta cõſuetudinem Prouinciarum Italiæ. *Caſtel.c.5.n.78.*

112 A prædictis autem ſtatutis excipiuntur lectores, qui ſunt, & dicuntur lectores Conuentuum, qui titulus, vbi ſunt plures lectores, ſoli primario conuenit. Ideo hi lectores poſſunt aſſignari etiam inſtante electione. *Conſtit.d.2.c.16.§.4.Vrecanus par.3 c.6.Caſtel.c.5.n.38.Camill.c.1.n.10.& c.5.n.4. Donat. tract.4.q.39.nu.10.* Secundo excipiuntur Priores, vnde ex Conuentu vbi imminet electio poteſt ſumi frater, vt ſit Prior alterius Conuentus *Conſtitut. & dicti DD.locis citatis*. Excipitur tertio caſus ſcandali; quia à Conuentu in quo imminet electio poteſt ratione ſcandali proximè imminentis remoueri vocalis. *Conſtitut. & dictis DD. locis citatis*. Excipiuntur quartò aſſignati à Capitulo Prouinciali, nimirum à Præſidente Capit. & Diffinitoribus, qui vocem habent ſtatim, ac ſunt in Conuentu, vbi ſunt aſſignati. *Conſtit.& dicti DD.loc.c.* Excipiuntur quinto, qui veniunt ad Conuentum vi antiquæ aſſignationis; ſic enim ſi Prior, vel quicumque alius aſſignatus alicubi ad officium, terminato officio redit vel ad Conuentũ ex quo fuit aſſumptus, vel ad Conuentum cuius eſt filius, ſecundum ſtatuta conſtitut. vel ſecundum conſuetudinem, habet vocem. *Caſtell. c.5.n.38.Camil.c.5.n.4. ex Conſt d.2.c 14.text.2.lit.E. & F.* Excipitur ſexto caſus mortis Prioris, quia aſſignationes factæ ante mortem eius dant ius eligendi, etiam ſi factæ ſint intra bimeſtre ante eius mortem *Gloſs.Conſt.d.2.c.2.§.7.lib.9.Vrceanus d.cap.9.Caſtel.c.4.n.41.& c.5.n.28 Camil.c.5.n.4.* Excipitur ſeptimò Vicarius electionis in eo caſu, in quo poſſit dari cum voce. *Gloſs.Conſt.diſt.2. cap.2. lit.D.Vrceanus cap.9.*

113 Idem quoque vocalis eodem anno ratione nouæ aſſignationis non poteſt bis, aut pluries eligere. *Gloſs.Conſt.d.2.c.2. Caſtel.c.5.n.29.Donat.tr.4. q.41.n.1. Camill.c.5.num.5.Fontana v. electio Prioris nu.10.* Quod extenditur, vt nec is, qui in vno Conuentu renunciauit voto, poſſit vi nouæ aſſignationis alibi eodem anno eligere. Cap. Rom. 1656. Et hic annus de anno naturali intelligitur, vbi Priores durant per biennium naturale; ſed vbi durant per biennium Eccleſiaſticum, de anno Eccleſiaſtico debet intelligi Cap.Valent.1647. *Font.v.electio Prioris num* 12. Excipiuntur tamen regentes ſtudiorum Lectores, Magiſtri ſtudentium, & Suppriores, (non tamen lectores caſuum conſcientiæ) *Gloſs.Conſt.ibid.* Sed in Prouincijs Lombardiæ, & Romana ſoli Suppriores ſunt excepti, qui poſſint eodem anno vi nouæ aſſignationis pluries eligere. *Caſtell.c.5. n.81. ex ordinat.Card.Alexand.*pro dictis Prouincijs. De his vero ſuperius latius dictum fuit *cap.3. quaſt.2. 3. 4. & quinta*.

114 Fratribus quoque aliarum Prouinciarum ad hoc, vt in aliena Prouincia vocem habeant, non ſufficit quòd bona fide ſint aſſignanti per bimeſtre ante vacantiam Prioratus, ſed requiritur, quòd per annum continuum in aliquo vno Conuentu dictæ Prouinciæ morati fuerint. *Conſt.d.2.c.29.§.6. Camill. d. cap.5.num.2.* Et in Cap.Rom.1532 declaratum fuit, quòd conſtitutio illa intelligitur, quòd fuerit continuatio aſſignationis & maioris partis vnius anni, quæ declaratio in ſenſu, quem facit prima facie, eſt directè contra textum Conſtitutionis, quæ ad hoc, vt fratres in aliena Prouincia vocem habeant requirit, quòd *per annum continuum in aliquo vno Conuentu alienæ Prouinciæ morati fuerint*. Ideò ne illa *Gloſs.* contrarietur textui, videtur debere intelligi, vt non requiratur permanentia continua in vno Conuentu determinato per totum annum, ſed ſufficiat quòd extraneus in vno Conuentu determinato permanſerit per maiorem partem anni, dum tamen non admittatur ad vocem, niſi in aliquo alio Conuentu dictæ Prouinciæ moratus fuerit, & pertranſierit annus ſuæ aſſignationis in dicta Prouincia, quo ſenſu dato videtur difficile, quòd ſit neceſſarium, quòd frater extraneæ Prouinciæ debeat manere aſſignatus in vno Conuentu determinato per maiorem partem anni, & non ſufficiat abſolutè, quòd in Conuentu in quo debet habere vocem [illegible] per bimeſtre ante vacantiam Prioratus, & per aliud tempus anni fuerit in vno, vel pluribus Conuentibus Prouinciæ

Digitized by Google

uinciæ aſſignatus, eſto in nullo eorum permanſerit niſi per menſem, aut ſimile tempus. Ideo *Gloſs. illa Conſtit.* indiget declaratione. Nec conſtitutioni eſt conforme, quod fratres aliarum Prouinciarum admittantur ad vocem poſtquam 7. vel 8. menſes tantùm fuerunt in Prouincia, vt vidi ſæpius practicari & inſinuant *Caſtel.c.5. n.47. & Fontana v. elect. nn.30.* Nihilominus, ſi adſit conſuetudo legitimè præſcripta, illi eſt ſtandum quia conſuetudo eſt optima legis interpres.

115 In duobus verò caſibus fallit aſſertio poſita. Primus eſt, quia ſi frater de vna Prouincia ad aliam tranſferatur ſimpliciter per affiliationem, non cenſetur extraneus, ſed admittitur ad vocem, ſi habeat requiſita iuxta leges, & requiſita dictæ Prouinciæ, etiam ſi in ea non permanſerit per annum *Gloſſ.ibid.* ex Cap.Brugen.1336. Tholoſ.1304. & Colon.1428. Secundus caſus eſt. quia in Prouincijs Indiarũ fratres ſi aliàs ſint habiles, ſeu alijs ſuppoſitis requiſitis habent vocem ſtatim ac ex partibus Hiſpaniarũ ad illas Prouincias acceſſerint, *Gloſſ.conſt. ibid.l.p.ex Cap.Rom.*1589.

116 Quartum requiſitum eſt præſentia talis, vt vocalis nec per litteras nec per Procuratorem poſſit eligere, ſed vocalis debet eſſe præſens in Conuentu, & niſi ſit infirmus, vel ſimili impedimento impoſſibilitatus tenetur perſonaliter adeſſe Capitulo cum alijs electoribus. *Conſt.d.2.c.2.§.7.& Gloſſa ib. Caſtell.cap.5.num 95. Donatus tr.4.q.16. num.23.* Ad infirmos verò tenentur ire ſcrutatores & ad alios ſic impeditos vt eorum conſenſum recipiant. *Conſt.d.2.c.2.text.7. & Gloſſ.ib.l.q.Caſtell. cap.12.nu.20.Camill.d.cap.5.num.6.*

117 Quintum requiſitum eſt, vt frater non maneat extra Clauſtrum, nam degentes extra clauſtra ſub quouis prætextu, & colore, etiam de licentia Superiorum, etiam dato quòd ſint aſſignati in eo Conuentu in quo celebranda eſt electio, non habent vocem neque actiuam, neque paſſiuam. *Conſtit.cum ſua Gloſſa d.2.cap.13.§.7.Lit.L. ex bulla aurea Sixti 4.Vrceanus p.3.c.6.ver.degentes extra Clauſtra Caſtell.cap.5.num.*8. Ideo aſſumpti ad dignitates extra ordinem, qui beneficia obtinuerunt voce carent. Sixtus IV. in quodam breui acceptato in *Cap.Peruſ.*1478. Vbi declarat, quòd ad hoc vt frater ſit excluſus à voce paſſiua, ſufficit, quod ſit habilitatus ad beneficia, ſed ad hoc, vt ſit priuatus voce actiua, neceſſe eſt, quòd beneficia obtinuerit.

118 Hoc tamen debet intelligi de beneficijs ſecularibus; non verò de beneficijs Regularibus, & Eccleſijs ordini vnitis. Ideo Vicarij manẽtes in membris Conuentuum, etiam ſi ibi Parochiam exerceant, vel etiam Parochi Eccleſiarum, etiam Ruralium, quæ ſunt vnitæ noſtris Eccleſijs, vnde ijdem Parochi eliguntur, & deputantur à Prælatis ordinis, & ſi maneant extra Conuentus cenſentur tamẽ aſſignati in Conuentibus ad quos illæ parochiæ ſpectant, & in illis vocem habent; nec tales fratres degunt extra clauſtra, cum in Parochijs illis ſint, & maneant ex Superioris obedientia. *Camil.d.cap.5.n.8. ex Capit.Thol.*1628.

119 Extra clauſuram degere cenſentur, qui ſunt capellani alicuius Eccleſiæ ſecularis, vel alterius ordinis, & vt illi inſeruiant extra Clauſtra die noctuque viuunt. *Gloſsa Conſtit.& Camil. loco citato.* Item qui alicui Cathedralis inſeruiunt, vt ibi ſint lectores, vel ſub quocumque alio titulo inſeruientes & extra clauſtrum viuentes. Item confeſſarij monialium extra obedientiam ordinis poſitarum, item confeſſarij Regum, & Principum, ſeu cuiuſcumque alterius perſonæ Eccleſiaſticæ, item commorantes apud Principes, vel Epiſcopos, aut Cardinales vt fungantur officio Theologi, vel quocumque alio. Iſti enim omnes, qui pro officio aliquo præſtando perſonis extra ordinem conſtitutis viuunt extra clauſtrum, etiam ſi id faciant ex licentia Superiorum, dum ſic viuunt, & degunt extra clauſtra, nec eligere, nec eligi poſſunt. Et eſt hoc verum nedum de ipſis, qui ſub titulo alicuius officij, & ſeruitij præſtandi, vt ſupra degunt extra clauſtra, ſed etiã de eorum ſocijs, cum illis extra clauſtra commorantibus. Ita *Gloſsa Conſtit. ibid. ex Capit. Gener.Inedion.*1511.*Rom.*1583.1484.1508.1589.1601.*Cenoman.*1491.*Vrceanus, Caſtell.Camill. vbi ſupra.*

120 Quòd extenditur, vt nec poſtquàm redierint ad ordinem ante vnius continui anni decurſum vocem aut actiuam, aut paſſiuam habeant. Ex *Cap. Rom.*1508.*Camill.ibid.nu.*10. Verùm quia huius extenſionis non meminit *Gloſsa Conſtit.loco citato* nec eiuſdem mentionem habent *Vrceanus, & Caſtell. & Fontana*, nec eam vidi practicari, puto quòd in diſſuetudinem abierit.

121 Bene verum eſt, quòd qui ſine licentia Superiorum permanent extra ordinem, etiam poſtquàm redierint, non poſſunt eligi in Prælatos, vel etiam Vicarios niſi poſt decennium. *Gloſsa Conſtit. ibid. ex Cap.Rom.*1525.

122 Non verò extra ordinem dicuntur permanere ad effectum priuationis vocis illi, qui manent pro immediato ſeruitio Religionis, ſeu ſui ipſius, vel alterius fratris, nimirum pro lite aliqua expedienda, pro gratia obtinenda, vel pro alia ſimili cauſa, vel qui ad breue tempus ſine titulo officij alicuius de licentia Superiorum manẽt extra Clauſtrum, etiam pro ſeruitio perſonæ extra ordinem, vt v. g. vt inſeruiant Principi in peregrinatione aliqua breui, & tranſeunte, vel ob ſimilem aliquam cauſam. Ordinationes enim illæ loquuntur de illis, qui pro officio aliquo de ſe diu permanenti manent extra Clauſtrum; quia aliàs parum pro nihilo reputatur.

123 Limitantur etiam prædicta, vt non habeant locum pro illis, qui inſeruiunt Officio ſanctæ Inquiſitionis. *Gloſſa Conſtit.ex Cap.Rom.*1625.*Caſtell.& Camill.locis citatis.* Cenſetur verò ſeruire Officio ſanctæ Inquiſitionis, qui inſeruit alicui ex Cardinalibus Congregationis ſancti officij Romæ commorantibus, maximè ſi immediatè inſeruiat in ijs, quæ ad ſanctum officium pertinent.

124 Priuatio etiam vocis, qua priuati manent præfati commorantes extra clauſtra, manet ſub diſpoſitione Magiſtri ordinis, qui poteſt diſpenſare cum illis, vt & retento officio in Cõuentu maneant, & vt manentes in Conuẽtu vocem actiuam, vel paſſiuam habeant, *Gloſs.Conſt.ibid. ex Cap. Rom.*1553. Qui Mag.Ord.poteſt etiam diſpenſare, vt qui ſine licentia manſit extra ordinem, poſtquàm redijt, non teneatur expectare per decennium, vt habeat vocem, vel fiat Prælatus ordinis, ſed circa primam facultatem diſpenſandi vt fratres inſeruientes extra ordinem alicui Eccleſiæ, vel perſonæ poſſint manere intra clauſtra, & habere vocem, habeo difficul-

tatem

tatẽ pro ea parte, in qua ſermo ſit de aliquo beneficiato; quia quòd beneficiati quàm primùm beneficium obtinuerint amittant etiam vocẽ actiuam, & neutra voce vti poſſint, non eſt conſtitutio ordinis, ſed eſt decretum Sixti IV. vt habetur in eadem *Glaſ.ibid.* Et licet in Bulla aurea Sixtus IV. permittat huiuſmodi beneficiatos habere vocem de cõſenſu ordinis, hoc tamen non concedit in alia Bulla. Non poteſt verò Generalis diſpenſare in Conſtitutionibus Papæ; vnde non credo, quòd Generalis poſſit diſpenſare, vt habens beneficium ſeculare habeat vocem in ordine, niſi beneficio renunciet; quàmuis poſſit diſpenſare, vt maneat intra clauſtra. Quoniam ex eo quòd frater eſt beneficiatus, & beneficium obtinuit, eſt priuatus voce in ordine, vt conſtitutio decernit, & Sixtus IV. ordinat; qui tamen nihil decernit de ijs, qui ſine titulo beneficij Eccleſiaſtici inſeruiunt in aliquo officio Eccleſiæ ſeculari, vel Perſonæ extra ordinem.

125 Sed in his facienda eſt diſtinctio. Nam qui habet officium, per quòd eſt obligatus ad exercenda diuina officia extra ordinem, eſt prohibitus etiam manere in Conuentu, & tamen ſi Magiſter ordinis diſpenſet, poteſt *ibi* eſſe, & vocem etiam habere prout decernitur in *Cap. Rom.* 1553. *Gloſſa Conſt. ibid.* Sed qui habent officium, quòd non obligat eos ad perſolnenda diuina officia extra ordinem, poſſunt intra ordinem manere, vt ſunt Confeſſarij Principum, & Monialium, & Lectores vniuerſitatum & ſimiles; qui quidem iuxta ordinis leges, obligationes, & exẽptiones intra ordinem in choro diuina perſoluere valent, & iſti ſic intra ordinẽ viuentes non indigent diſpenſatione, vt vocem habeant; quia nec ea ſunt priuati, vt patet ex *Gloſſa, ibid. & ordinat. cap. Roman.* 1585.

S V M M A R I V M.

1 *Vndecima conditio eſt, vt elector non ſit priuatus voce. num.* 126.

2 *In ordine Prædicatorum nullus excludendus ab electione ratione delicti niſi damnatus per ſententiam. num.* 1.6.

3 *Qui per ſententiam eſt voce priuatus poteſt, & debet excludi ab electione. num.* 127.

4 *Niſi legitime appellauerit. num.* 128.

5 *Apellatio ſuſpendit etiam ſententiam alicuius ſuſpenſionis, & interdicti. num.* 128.

6 *Priuatio vocis non eſt propriè ſuſpenſio. num.* 128.

7 *In priuatione vocis locum habet extrau. ad euitanda. num.* 129.

8 *Datur priuatus voce toleratus. num.* 129.

9 *Priuatus voce nullo reclamante valide eligit ante ſententiam. num.* 129.

10 *Priuatus ipſo facto voce actiua ante ſententiam quando poſſit excludi ab electione. num.* 130.

11 *Priuatio vocis ipſo facto retrotrahitur ad diem cõmiſſi criminis. num.* 130. 134.

12 *Si quis euadat electus virtute ſuffragij eius, qui ipſo facto eſt priuatus voce, contra quem data fuit exceptio, electio eſt caſſanda, immo nulla ipſo iure. num.* 131.

13 *Quod intelligitur, ſi exceptio data fuit ante electionem. num.* 132.

14 *Pœna priuationis ſententiæ ferendæ, ante ſententiam non tollit ius electoris, qui etiam ſi quis contra illum proteſtetur, valide eligit. numer.* 133.

15 *Priuatus ipſo facto voce ante ſententiam criminis declaratoriam, non tenetur in conſcientia abſtinere ab eligendo. num.* 134.

16 *Effectus clauſulæ ipſo facto &c. eſt, quod retrotrabit effectum ſententiæ ad diem commiſſi criminis. num.* 134.

17 *Omnibus ordinibus, & Eccleſiaſticis eſt commune, quod nullus prætextu criminis, & priuationis vocis ante ſententiam excludi poſſit ab electione. num.* 135.

18 *Vt vero poſſit excludi ſufficit ſententia declaratoria criminis. num.* 136.

19 *An ſufficiat declaratio delinquentis in ord. Præd. num.* 137. 139.

20 *Non ſufficit qualibet confeſſio extraiudicialis. numer.* 138.

21 *Quando delinquens debeat humiliter fateri delictum. num.* 138.

22 *Plures caſus recenſentur, in quibus elector, eo quia priuatus voce, non poteſt eligere, qui iuxta ſupradicta intelliguntur. num.* 140.

Conditio vndecima. Non ſit voce priuatus.

126 VNdecima conditio neceſſaria generaliter, vt is, qui eſt de Collegio vocem habeat in electione eſt, vt non ſit voce priuatus. In Ordine Prædicatorũ de priuatione hac vocis extat determinatio Conſtit. in Prologo §. 4. in qua ſic diſponitur. *Pœnis tamen abſolutionis ab officio priuationis vocis actiuæ, vel paſſiuæ, grauioris culpæ, & alijs maioribus (quantùmcumque tam in Conſtitutionibus, quàm extra ipſo facto ſint incurrenda) niſi ſit pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi ſuperueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quan tumcumque etiam notorium facti, vel iuris, aut vtriuſq; interueniat.* Propterea in Capit. Rom. 1589. prout habetur in *Gloſſa Conſt. diſtin.* 2. *cap.* 2. §. 5. *L. p.* ſtatutum fuit, quòd *Nullus debet excludi à quacumque electione prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus.* Eſt autem conſiderandum, an hoc idem omnibus conueniat vniuerſaliter, vel ſolùm locum habeat in Ordine Prædicatorum.

127 Eſt autem certum primò, quod is, qui per ſententiam eſt vocẽ priuatus excludi poteſt, & debet ab electione; cum iure ad eligendum ſit iuridicè, & legitimè ſpoliatus; & ſi nollet exire de Capitulo violenter eſſet expellendus, ſi poſſet fieri ſine ſcandalo tanquam pacis perturbator; Et Capitulares tunc non dicerentur inferre violentiam, ſed potius ſe defendere à quaſi poſſeſſione ſua, quam perturbat priuatus voce per ſententiam, ſi velit electioni intereſſe: Nam vim vi repellere licet: *cap. olim el p. de reſtit. ſpol. cap. ſi vero de ſenten. excom. cap. ſignificaſti, de homic. Panorm. in cap. Cum Vinont. de elect. num.* 14. *Caſtell. in addit. ad cap.* 5. *num.* 78. *Peyr. in ſubd. q. p. cap.* 31. §. 8. *ver. dico* 9.

128 Quod tamen limitatur, niſi ſententiatus legitimè & debito tempore appellauerit, quia ſtante appellatione, etiam pendente adhuc cauſa, ſententiatus poteſt eligere, vnde nec poteſt, nec debet repelli ab electione, quia appellatio ſuſpendit ſententiam & eius effectum. *Cap. cum venientes de iure*

iurand.Suarez.tom.4.de Relig. trac.8. l.2. c.11.num.6. Caſtell.cap.5.de elect.num.1.Sigiſ.à Bonon.dub.90.n.5. Nauar.lib.p.conſ.8.de elect.in antiq. Vbi etiam oſtendi qualiter huic veritati non obſtet, quòd appellatio non ſuſpendat ſententiam ſuſpenſionis, & interdicti; quia, ſcilicet, id non eſt verum vniuerſaliter de omni ſuſpenſione, & interdicto. Cui additur, quòd priuatio vocis non eſt propriè ſuſpenſio.

129 Dicitur verò vlterius, quòd etiam in priuatione vocis habet locum extrau. *ad euitanda*, vnde & priuati voce debent diſtingui, vt alius ſit toleratus, & alius non toleratus, & quòd toleratus cenſendus eſt, qui per ſententiam ſaltem declaratoriam criminis non eſt voce priuatus, & quòd ex cōſequenti talis toleratus validè eligit, ſi ſine oppoſitione admittitur ad electionem. Ratio eſt, quia in illa extrauag. eſt ſermo ntdum de cenſuris, ſed de quacumque ſententia generaliter promulgata, & indultum eſt, vt prætextu cuiuſcumque huiuſmodi ſententiæ nemo deinceps teneatur à communione alicuius abſtinere, vel aliquem vitare in quibuſcumque diuinis intus, & extra; & ita electores poſſunt quemcumque non priuatum voce ſententialiter in particulari admittere ad electionem; & eadem ratione ſi ille admittatur, non inficitur electio, neque annullatur. Nullo igitur reclamante ſi priuatus voce eligat, valida eſt electio. Et ita hanc ſententiam tenent *Suarez lib.de legibus quinto cap.9.num.5.Bonac. tom.1.de legibus diſp.1.q.1.p.7.§.2.num.12.* Et ideo, quòd priuatus voce actiua ipſo iure ante ſententiam poſſit, & quidem validè (nullo contradicente) dare votum, docuerunt *Soto l.4.de iuſt.q.6.a.6.ad 4.& l.4.q.6.a.3. Ledeſm.in 4.p.2.q.18.a.2.§.poſtremò hæſitat. Caſtell.de elect.Cap.5. numer.1.Molina tom.1. tract.2. diſp.96. Malderus in p.2.q.96.a.4.mem.4.Granado, & Sola* quos ſequitur *Diana p.p.trac.10. reſol.24 Sanchez l.9.de matr.diſp.30.num.2.*

130 An vero electores legitimi notorium priuatum voce ipſo facto, ſed non denunciatum poſſint vi eijcere ab electione, affirmat *Panorm.cap.cum Vintonien. num.14.de elect.ſed ex Hoſt.Io: And.& Felin.* negat *Caſtell.de elect.cap.5.nu.1.*& ita eſt dicendum, & idem tenet *Innoc.d.cap.cum Vinctonien.num.6.* & ratio eſt, quia cum ſit controuerſum, an priuatus voce ipſo iure teneatur de facto in conſcientia abſtinere à dando ſuffragio ante ſententiam iudicis, non eſt via facti ſine ope iudicis priuandus, quaſi poſſeſſione ſuffragij, quam habet. Nec eſt eadem ratio de notorio excommunicato licet tolerato, quia iſte in omni foro eſt voce priuatus ſine dubio, & manifeſtè.

131 Sed tamen ſi electorum aliquis opponat, & reclamet contra talis priuati voce ſuffragium, conſtito apud confirmatorem de veritate oppoſiti criminis, electio ipſo iure nulla eſt declaranda, ſi electus virtute ſuffragij illius priuati voce, euaſit electus; quia ad minus hunc effectum habet lex imponens pœnam latæ ſententiæ, vt vbi crimen pro quo pœna eſt lata opponitur, ſententia retrotrahatur ad diem commiſſi criminis; vnde in propoſito talis voce priuatus cenſetur ea priuatus à die commiſſi criminis, vnde votum eius fuit nullum, & non potuit quis eius virtute euadere electus, prout ſupra de excommunicato dictum fuit.

132 Si tamen oppoſitio & exceptio facta fuit ante electionem; nam ſi facta fuit poſt electionem, nullius valoris eſt, vt ſupra etiam dictum eſt, de oppoſitione facta excommunicato; quoniam iam electio facta fuit nullo reclamante, & geſta excommunicati tolerati, & multo magis priuati voce ante ſententiam ratione publici officij nullo reclamante ſuſtinentur, vt probatum eſt.

133 Quòd ſi electori opponitur priuatio vocis non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, oppoſitio nulla eſt, etiam ſi fiat ante electionem. Quoniam committens crimen pro quo imponitur ſententia ferenda, ante latam ſententiam non tenetur ſubire pœnam, & ſic priuatio vocis ſententiæ ferendæ, ante ſententiam vim non habet, ſed neque vim habet vt retrotrahatur ad diem commiſſi criminis, quia hoc eſt proprium ſententiæ latæ, non verò ſententiæ ferendæ. Vnde talis criminoſus ante ſententiam eſt dominus ſuæ vocis, & validè eligit, quia habet ius vt eligat, cum pro eius crimine expectanda ſit ſententia iudicis *Syluest.v.electio p.nu.3.Panorm.in cap.cum Vintonienſ.nu.13.de elect.& cap.quia propter §.niſi num.5.*

134 An verò elector, qui commiſit delictum pro quo eſt impoſita priuationis vocis actiuæ pœna latæ ſententiæ, in cōſcientia teneatur abſtinere ab electione, affirmant multi, ſed negant etiam multi alij *Caiet.22.q.62.a.3.& in ſumma v.pœna Sotus lib.1.de iuſtitia q.6.a.6.ad 4.& l.4.q.5.a.3.Adrian.quodl.6.a.1. Caſtellin. de elect.cap.5.num.1.Granado p.2.contr.7. tract.3.p.1.diſp.13.ſec.2.nu.15. Ledeſma 2.4.q.19.a.1. Molina de iuſt.tom.1.tr.2.diſp.96.nu.8.Malderus p.2. q.96 a.4.nu.4.Sanchez de Matrim.l.9.diſp.30.num.2. Diana p.1.trac.10.reſol.24.* & apud eum *ſola in explic. Bullæ cruciatæ Donatus p.3. tract.4. q.10.* Pro nunc dico, ſententiam hanc ſecuram eſſe propter rationes, quas iſti DD. referunt, & præcipuè, quia lex pœnalis latæ ſententiæ habet in foro externo effectum, abſque eo, quòd ad eam verificandam ſit neceſſe, vt reus teneatur ſubire pœnam in conſcientia ante iudicis declaratoriam ſaltem criminis. Et in propoſito hic effectus eſt, quòd retrotrahitur ſententia iudicis ad diem commiſſi criminis, quia parte opponente, & reclamante ante electionem declaratur nullum ſuffragium illius, qui erat ipſo facto voce priuatus à die commiſſi criminis. Sed & abſolutè pœnam priuationis ipſo facto incurſam, non obligare ante ſententiam iudicis declaratoriam, niſi aliter habeatur in Canone, vel lege vſu receptis optime tradit *Nicolius in ſuis Floſculis v.pœna num.14.* vbi refert id approbatum fuiſſe à *S. Regul. Congreg. anno 1646. 5.Octob.& anno 1649. 26.Nouembris.*

135 Ex his patet, quòd omnibus ordinibus hoc eſt commune, vt nullus prætextu criminis, cui annexa ſit priuatio vocis latæ ſententiæ ſit repellendus ab electione; ſed talis debet admitti licet cum proteſtatione, quæ proteſtatio fieri poteſt etiam in ordine Prædicatorum licet nullus, vt ſupra prætextu criminis excludi poſſit ab electione.

136 Quæ verò ſententia requiratur, dicitur quòd vbi in lege pœna priuationis infligitur, vt ipſo facto incurrenda, ſufficit ſententia declaratoria delicti, ſeu facti. Et hoc pro ordine Prædicatorum declaratum fuit *Valentiæ 1596. vt aduertit Vrceanus p.p. cap.6.in fine.*

137 Sed numquid etiam in Ordine Prædicatorum non ſufficit ipſius delinquentis confeſſio? Videtur enim ſufficere; quia vt habetur in *Gloſſa Prologi*

Con-

Conſtit. Ordin. Prædicatorum litt. O. in Cap. Ianua 1503. declaratum fuit, non eſſe opus alia declaratione, vbi delinquens ipſe ſe declarauerit. Et additur, quod delinquens hoc facere debet humiliter ſi factum ſit publicum, vel notorium *Vrccanus par. 1. cap. 6.* Et hoc fuiſſe confirmatum Neap. 1515. & Romæ 1518. refert *Fontana v. Pœnæ Ordinis num. 3.* Et nihilominus in eodem Cap. Rom. 1518. declaratum eſt, quòd nullus ſuperior poteſt ſe ipſum declarare abſolutum ab officio, vt dicitur in *Gloſſa conſtit. ibid.* & aduertunt *Vrccanus, & Fontana num. 4.* Ex alia autem parte vrget in oppoſitum, quia Gloſſa iſta deſtruit textum, qui vniuerſaliter loquitur & exigit ſententiam ſuperioris, & expreſsè decernit, quòd ad hoc vt frater ſit ſubiectus pœnæ, non ſufficit notorium, vel iuris, vel facti, vel iuris, & facti ſimul, propria autem delinquentis confeſſio ad ſummum facit notorium aliquod. Hic eſt conſiderandum, quòd vt refert *Fontana loco cit. num. 1.* Conſtitutio illa fuit inchoata in illo Capit. Ianuæ 1513. & confirmata Neap. 1515. & redacta in Conſtit. Romæ 1518. In quibus eiſdem Capitulis dicitur facta illa declaratio. Et tria illa Capitula ſub Generali Caietano fuere celebrata. Cum igitur declaratio illa facta fuerit ab eodem Capitulo Ianuen. 1513. in quo inchoata fuit illa Conſtitutio, quæ declaratio fuit etiā inſerta in corpore Conſtitutionum tanquam Gloſſa & declaratio illius Conſtitutionis, dicendum eſt verè mentem Conſtitutionis nō aliam eſſe, niſi quòd vbi notorium delicti prouenit ex confeſſione ipſius delinquentis, facta coram Capitulo & Capituli Præſide, tunc delinquens poteſt excludi ab electione, ſi ob delictum ſit ipſo facto priuatus voce. Verùm non ſufficit quæcumque confeſſio extraiudicialis extra Capitulum, ſed neceſſaria eſt confeſſio facta in Capitulo coram Præſide & vocalibus.

138 Nec ſufficit confeſſio coram teſtibus taliter, vt in iudicio de ea conſtare poſſit, quia contra propriam confeſſionem poteſt reus excipere, neque huiuſmodi confeſſio facit notorium. Immò aduertendum, quod *Gloſſ. Conſtit.* ibi, inquit, quòd delinquēs debet humiliter declarare ſe commiſiſſe delictum, non abſolutè, ſed ſolùm ſi factum ſit publicum, & notorium. Et addit Gloſſa ex Cap. Rom. 1518, quod adhuc Prior, vel Præſidens non poteſt declarare ſe ipſum abſolutum ab officio ob quamcumque tranſgreſſionem.

139 Et immo addendum, quod hoc genus notorij prouenientis ex confeſſione delinquētis dicitur ſufficere ad excludendum vocalem, non quia ſe ſolo ſufficiat; nam reus etiam contra propriam confeſſionem poteſt delictum aliqua tergiuerſatione celare, & contra confeſſionem excipere. Sed quia vbi criminoſus notorius, aut publicus coram Capitulo, & Præſide fatetur crimen, ob quod ipſe eſt ipſo iure priuatus voce, iam Præſes poteſt illum voce priuatum declarare, & ſic à dando ſuffragio excludere.

140 Tandem aduertendum, quod multi recenſentur à DD. quibus interdictum eſt eligere; nimirum qui in loco interdicto celebrauit ſcienter, *cap. Is qui, de ſent. excomm. in ſexto.* Qui elegit ſcienter indignū, *cap. cum in cunctis*, & *cap. Innotuit, de elect.* Qui per abuſum laicalis poteſtatis elegerunt, *cap. Quiſquis. de elect.* & alij, quàm plures delinquentes, quibus eſt inflicta pœna priuationis vocis, quos non eſt neceſſe recenſere, quia omnes iſti caſus ad hanc vnam conditionem reducuntur, & iuxta datam doctrinam poſſunt, vel non poſſunt eligere.

S V M M A R I V M.

1 *Duodecima conditio, vt elector non ſit infamis. num. 141.*
2 *Quid infamia, & infamis. n. 141.*
3 *Infamia iuris, & facti. n. 141.*
3 *Infamia iuris multiplex. n. 141.*
4 *Infamia facti non priuat voce. n. 142.*
5 *Infamia facti non impedit eſſe ſcrutatorem. num. 143.*
6 *Infamis infamia iuris non poteſt eligere. n. 144.*
7 *Eligere eſt actus legitimus. n. 144.*
8 *Infamibus actus legitimi ſunt prohibiti. n. 144.*
9 *Hoc intelligitur de infamibus declaratis. n. 145.*
10 *Infamis non declaratus validè eligit, ſi eligit nullo opponente. n. 145.*
11 *Si infamia declaratus, vel cui opponitur infamia interſit electioni, illa nulla eſt ſi virtute ſuffragij illius quis eſt electus. n. 145.*
12 *Infamis non declaratus, non peccat eligendo. num. 145.*
13 *Infamia non incurritur ante Iudicis ſententiam. num. 145.*

Duodecima conditio. Non ſit infamis.

141 DVodecima conditio eſt vt elector nō ſit infamis. Eſt autem infamia læſæ dignitatis qualitas vita & moribus reprobata. *Sylu. v. infamia.* Vnde infamis dicitur, cuius ſtatus vita & moribus eſt reprobatus. Duplex verò eſt infamia, alia ſcilicet iuris, alia facti. Infamia facti eſt, quæ prouenit ex hominū loqutione, quæ ſcilicet oritur ex eo quòd de facto homines malè loquendo de aliquo, infamē opinionem de eo generant. Sed infamia iuris eſt, qua quis dicitur infamis à iure. Quæ duplex eſt, alia ſcilicet iuris ciuilis, & alia iuris Canonici, & hæc amplior eſt, quia omnis infamia quæ à iure ciuili ſtatuitur, ſi non eſt reprobata à iure Canonico eſt infamia iuris Canonici, & præterea ex Canonico iure hæc pœna, & nota ſtatuitur pro pluribus peccatis, pro quibus homines non ſunt ex iure ciuili infames. Vtraque verò infamia, vel eſt ſententiæ latæ, vel ferendæ, ſeu alia eſt lata à iure, alia ab homine.

142 His ſuppoſitis dicitur primò, quòd infamis pura infamia facti, quæ non fouetur à iure non tollit facultatem eligendi. *Sigiſm. de elect. dub. 83. num. 8.* Et apud eum *Simanca, & Suarez.* Infamia enim facti, quæ ab hominum alloqutione oritur, & ſæpiſſimè ex ignorantia, dicacitate, imprudentia, & odio gignitur, non eſt talis, quæ inhabilitet ad actus Reipublicæ, aliter Reipublicæ ſtatus ex vulgi æſtimatione penderet, & tot eſſent de Reipublicæ miniſtris opiniones, & decreta, quot ingenia.

143 Ex hoc quoque colligit idem *Sigiſm.* hanc infamiam nec impedire ne aliquis ſit ſcrutator in electione. Quāmuis enim ſcrutatores debeant eſſe viri probi, & fide digni, communiùs hoc tenetur non eſſe de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, & æquitate. *Panor. in cap. quia propter num. 16.* vbi quod id fuit dictum

admonendo *Mirau.tom.2.q.23. art.29.* §.18. Vnde Collegium ex hac cauſa non poteſt reſilire ab electione iam facta, vt idem *Sigiſm.* *tradit.* ex *Hoſtien. tit.de elect.* §.*quvliter facienda. Biax p.3.cap.24.Cucb. inſtit.lib 4.tit.de elect.n.98.*

144 Dicitur verò ſecundo Infamem infamia iuris non poſſet eligere. *Suarez de cenſuris diſp.48.ſect.3. n.2.fin.Sigiſm.loco citato n.5.* Nam cum eligere ſit actus legitimus. *cap.ſolet in fine 2.de ſent. excomm.in ſexto. Gloſs.ibid.Gemin.in cap.vt circa.* §.*edicto n.10. de elect.in ſexto. Toloſan.in tit.de elect.c.16.num.10.* Et cum inſamibus actus legitimi prohibiti ſint *l.actus, ff.de reg.iuris Gloſs.in d.cap.Vt circa,v.eligentium,* Sequitur quod infamis non poſſit eligere.

145 Verum tamen eſt, quòd hoc eſt intelligendũ de infami ſententiato, vel declarato, vt aduertit *Donatus p.5.tract.5.q.20.num.4.* Is enim ab electione excluditur. Sed infamis non ſententiatus, aut declaratus, quàmuis commiſerit factum pro quo incurritur infamia ipſo iure validè eligit, ſi nullo opponente admittitur ad electionem. Et ſi aliquo opponente intereſt nihilominus electioni, hæc non eſt nulla, niſi electus in virtute illius ſuffragij euadat electus. Ipſe verò inſamis ingerens ſe in electionem non peccat ex hoc; quia non tenetur ex conſcientia abſtinere ab electione ante ſententiam ſaltem criminis declaratoriam, vt de priuato voce dictum fuit. Nam quòd infamia non incurratur ante iudicis ſententiam docent. *Burſat.conſ.14. numer.18.lib.1. Azor.par.1.lib.8.cap.13. quaſt.8.* & apud eum *Dinus, & Abbas, Sanchez in ſum.lib.2.cap.26. nu.1.* Et apud eum *Simancas, & Caſtro, Fariu. de hareſi quaſt.188. num.56.Donatus d.quaſt.20.num.4.*

C A P V T XI.

De vocandis ad electionem.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo dicendorum. num.1.*
2 *De forma electionis eſt, quod vocales ſint collegialiter congregati. num.1.*

1 Cum iam explicatum ſit, qui ſint eligentes, qui etiam electionis ſunt cauſa efficiens, ad cauſam electionis formalem explicandam accedo. Eſt autem de forma electionis, vt electores collegialiter ſint congregati. *cap.cum in gen. & cap. quia propter de elect.* quoniam, vt dictum eſt *cap. ſuperiori,* electio per ſe primò pertinet ad Collegium. Ad hoc verò, vt electores collegialiter vniantur per ſe, & non à caſu, neceſſe eſt, vt conuocentur ab aliquo; ideo electionis initium in conuocatione electorum conſiſtit, & de hac in præſenti capite propterea agendum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Quis ſit, is ad quem ſpectat conuocare electores. num.2.*
2 *Varij ſunt quibus conuenit ius conuocandi electores. num.2.*
3 *Is conuocat electores, ad quem pertinet de iure, vel de conſuetudine. n.3.*
4 *In abſentia eius cui conuenit conuocare electores, id pertinet ad electorem antiquiorem. n.4.*
5 *Per antiquiorem intelligitur antiquior à profeſſione. num.5.*
6 *Vbi electores ſunt dignitate inæquales, conuocat, qui eſt prior dignitate. nu.6.*
7 *In Ordine Prædicatorũ in abſentia Supprioris, vel Vicarij tres electores antiquiores Vicarium eligunt. num.7.*
8 *Et ſi præſidens renuat conuocare Capitulum, maiori parte inſtante, antiquior aliquis conuocat electores. num.7.*
9 *Regulariter ad quos ſpectet conuocare electores in Ord. Præd. n.8.*
10 *Poteſt dari caſus in quo conuocare ſpectet ad Collegium. nu.10.*
11 *Tunc de iure Canonico maior pars poteſt citare minorem. num.11.*

2 Primò verò quæritur, à quo legitimi electores cõuocandi ſint. Reſp. verò non poſſe in particulari determinari, quis ſit, ad quem ſpectat cõuocare electores; quia pro diuerſitate electionũ, & collegiorũ alij, & alij ſunt, ad quos ſpectat Collegij conuocatio. Alius enim conuocat ad Capitulũ Generale, alius ad Capitulũ Prouinciale, alius ad electionem Epiſcoporũ, alius ad electionem Cannnicorum, alius ad electionem Priorum Regularium, & in diuerſis Regionibus, & Collegijs diuerſa ſunt iura, & conſuetudines.

3 Quamobrem datur generalis Regula, vt is, conuocet electores, ad quem hoc ſpectat de iure, vel de conſuetudine. *Panorm. cap. cum ex iniuncto de nou. oper. nunc. & cap.cum nobis 19.num.9. de elect. Tab. v.electio 1.num.10.Cucb. inſtit.lib.4.tit.de elect.n.163 Biax par.3.cap.4.num.1.& Innoc.Io Andr. Panormit. Fel. in cap.primo de maior.& obedien.Sigiſm.de elect. dub.8.num.11.Donat.par.3.tract.4.q.12.num.2.Caſtel. cap.13.num.7.*

4 Quod ſi non adſit Is, cui de iure, vel conſuetudine ſpectat congregare Collegium electorum, tunc hoc munus pertinet ad antiquiorem eorum, qui ſunt de Collegio electorum. *Felin.cap.1.de maior.& obed. & cap.cum omnes de conſtit. Biax par. 3. cap.7. num.1. & 5. & cap.6 num.6. Sigiſ. loco cit.*

5 Per antiquiorem verò intelligitur antiquior profeſſione, non verò antiquior ætate. *Gloſſ.cap.fin. de conſuet.in ſexto, v. antiquiores Felin, & Biax nu.5. & Sigiſm.citati.* Et in terminis de antiquitate monialium, eam à profeſſione ſumendam eſſe cenſuit Sac. Congregatio.

6 Aduertit vero *Felin.* quod ſi conſtitutio Eccleſiæ dicat, quòd primus eligat, vel conſerat, intelligitur de primo, qui eſt primus ratione dignitatis, non autem de illo, qui eſt primus ratione temporis. Vnde quòd debeat attendi antiquitas, vel ſeruitij, vel profeſſionis intelligitur inter eos, qui ſunt pares dignitate. Aliàs vbi detur aliquis dignitate primus in Collegio, qui propterea alios de Collegio præcedat, & in actis Collegij primam vocem habeat, is cõuocat alios de Collegio ad electionem, vbi nullus ſit, ad quem hoc ſpectet iure, vel conſuetudine.

7 In Ordine Prædicat. ſi Conuentus ſit ſine Suppriore tres Patres à profeſſione antiquiores vocem in electione habentes eligunt Vicarium, ad quem gubernium Conuentus, & conuocatio Capituli pro eligendo Priore ſpectat, donec aliter à ſuperioribus

fuerit

fuerit prouiſum. *Conſt.d.2. cap.2. textu 3. & Gloſsa ibid.litera X.* Pariter ſi contingat, quod Supprior, vel Vicarius ad quem ſpectat congregare Capitulum electionis, poſt tres aut quatuor dies à carētia Prioris renuat Capitulum conuocare, maiore parte vocatium id petente, tunc antiquior à profeſſione inter electores poteſt Capitulum congregare. Et ſi iſte renuat, id præſtabit antiquior poſt illum, & hoc renuente antiquior poſt illum, & ſic de cæteris donec ad electionem procedatur *Gloſſa Conſtit.d.2.c.2.tex.1. lit.A.* ex Cap.Rom.1601. & Pariſ.1611.

8 Regulariter autem in electione Prioris Conuentualis, vel ſocij eius ad Capitulum Prouinciale præſidens eſt Supprior Conuentus, vel in eius abſentia Vicarius Conuentus à quocumque fuerit inſtitutus. *Camill. par.2. cap.8. num.2.* Præter regulariter verò in electione Prioris Præſidens, & habens ius conuocandi vocales eſt etiam in præſentia Supprioris Vicarius à Prouinciali, vel Generali etiam ſuper Suppriore miſſus, ſiue ſit abſolute Vicarius Conuentus, ſiue Vicarius electionis. *Gloſſa Conſtit. d.2. cap.2.§.1.lit.D. v. item declaramus.* In electione verò Prouincialis Præſes eſt Vicarius Prouinciæ, & in electione Diffinitorum Capituli Prouincialis ipſe Prouincialis, vel Vicarius Prouinciæ, *Camil. d. p.2. cap.7.num.4.* aut vbi Diffinitores eliguntur per nationes, primus inter vocales eiuſdem nationis. In electione verò Diffinitorum Capituli Generalis, & electoris Generalis Præſidens eſt, vel Prouincialis ſi adeſt, vel Vicarius, qui eſt præſes Capituli. Et in electione Magiſtri Ordinis ille, qui eſt Vicarius ordinis, etiam ſi non ſit vocalis. De iure enim ordinario Vicarius Ordinis mortuo Generali eſt vnus Prouincialis, iuxta diſpoſit. *Conſtit. d.2. cap.4.* Sed modò ſolet Pontifex inſtituere Vicarium ordinis, qui quidem non habet vocem in electione Generalis, nihilominus ad eum pertinet conuocare totum ordinem pro Capitulo Generali celebrando. Cum enim conuocare vocales ad electionem ſit actus iuriſdictionis, ſemper pertinet ad eum, qui eſt caput & Superior communitatis, etiam ſi contingat illum nō habere vocem. Et ſolùm in electione ſocij Prior Conuentus non conuocat electores, quia ſpeciali iure ſtatutum eſt, vt Prior in electione ſocij non ſe intromittat *Conſt.d.2.c.3.lit.E.*

9 Sed difficultas ſeſe offert explicanda; an ſcilicet aliquando ad Collegium ipſum ſpectare poſſit vocare electores omnes, & illos citare. Tres fuiſſe hac de re opiniones refert *Panorm. in cap. cum nobis 19. de elect. Gloſſa ibid.* tenuit, quòd maior, & ſanior pars poteſt conuocare minorem præfigendo ei terminum reſtrictiuum iuris. *Hoſtienſ.* dixit vniuerſitatem tunc poſſe conuocare ad electionem etiam reſtringendo terminum iuris, ſi ſint ſimul duæ partes vniuerſitatis, & ſubſit cauſa talem terminum reſtringendi. Et *Hoſtienſ.* ſecutus fuit *Sylu v.electio 1. num.8. Innocent.* verò ſentit, quòd præſentes poſſunt vocare alios, etiam ſi vnus ſolus ſit præſens *Panorm.* autem ſequitur *Hoſtienſ.* aſſerens, quòd ad hoc vt Collegium poſſit monere abſentes, requiruntur duę partes Collegij ſimul congregatæ; quia potentiæ Capitulares conſiſtunt in duabus partibus, dum Collegium eſt in congregando. *l. nulli, & l. planè lib.3. tit.4. Quod cuiuſque vni, & l.nominationum lib.10.tit. 31. Cod. de decurionibus.* Et valet iſta citatio ad ponendum citatos in contumacia, ita quod non poſſint allegare ſe eſſe contemptos. Addit verò, quòd ſi iſtæ duæ partes Collegij velint reſtringere terminum iuris, requirit cauſam, ſed hanc ſemper adeſſe, quæ eſt electores velle prouidere Eccleſiæ vacanti.

10 Omnis iſta reſolutio ſupponit caſum non tam de facili poſſibilem, immo in iure Canonico impoſſibilem; quia vt ait *Felin. cap. cum omnes 6. de Conſtit.num.35.* In Collegijs Eccleſiaſticis, ſemper ad minus eſt antiquior, ad quem pertinet conuocare Collegium. Et ſic non eſt dare Collegium Eccleſiaſticum, in quo non adſit aliquis ad quem, vel ex iure, vel ex conſuetudine pertineat conuocare Collegium ad electionem; in cuius abſentia, vel deficientia electorum antiquior, vti prior conuocat. Nihilominùs caſus forſan ſaltem in aliquorum opinione dari poteſt in ſuppoſitione, quod is, ad quem pertinet nolit conuocare ad electionem, & electores iudicent electionem nō eſſe differendam. De alijs etiam materijs extra electionem faciliùs caſus dari poterit, in quo nullus ſit, qui habeat ius conuocandi abſentes, niſi vniuerſitas ipſa.

11 Caſu autem dato, ſecunda opinio verior eſt de iure ciuili propter leges allatas, ſed prima verior eſt de iure Canonico. Iura enim Canonica, vt patet ex toto *tit. de his, quæ fiunt de maiori parte*, vt aduertit *d.Gloſſa v. reuocare*, volunt, vt minor pars ſtet illis, quæ à maiori parte decernuntur. Et in hoc correctum eſt ius ciuile requirens conſenſum duarum partium. Nec valet reſponſio *Panorm.* dicentis decretum *cap.1. cum in cunctis, de his, quæ à maiori parte* intelligi de Capitulo iam congregato, non verò de Capituli congregatione. Hæc enim reſponſio nedum repugnat textui vniuerſaliter loquenti, & ſtatuenti, quod ſemper præualeat conſenſus maioris partis, & ſanioris, ſed repugnat ſibi ipſi; quia vniuerſitas non poteſt abſentes citare, & conuocare, niſi Capitulariter congregata, vt fatetur & ipſe *Panorm.* ſed vniuerſitas capitulariter congregata, licet non ſit in hoc caſu Capitulum præſentis electionis, eſt tamen aliquod Capitulum; quia eſt Capitulum tractans de futura electione. Infra etiā iterum probabitur legibus citatis ſacros Canones contraria ſtatuiſſe. Et leges ciuiles non poſſunt afficere actus Eccleſiaſticos, qui omnem ſphæram iuriſdictionis ſecularis excedunt, qualis actus eſt electio Canonica. In caſu igitur in quo lex, vel conſuetudo aliter non diſponat; & ſumus in caſu, in quo vniuerſitatis ſit diſponere de determinando loco, vel die electionis, maior pars, ſi moneat minorem, obligat eam ad comparendum, & facit illam contumacem, ſi non veniat. Vide infra Capit. 14. num.12.

S V M M A R I V M.

1 *Qui ſint vocandi. num 12.*
2 *Vocandi omnes, qui debent, volunt, & commode poſſunt interreſſe electioni. nu 12.*
3 *Si ſit conſuetudo non vocandi abſentes, tenet. numer.13.*
4 *Vocandus eſt, qui eſt in quaſi poſseſſione eligendi. num.14.*
5 *Electio maxime ſequitur poſseſſionem. n.14.*
6 *Qui eſt pacifice in quaſi poſseſsone eligendi, quando valide eligat, & ſi vere non habeat ius ad eligendum. n.14.*

Quæ-

Digitized by Google

12 QVæritur ſecundò, qui ſint vocandi ad electionem? Et reſpondetur, quòd vocandi ſunt omnes electores, qui debent, volunt & poſſunt commodè intereſſe electioni. *cap. coram* 35. & *cap. quia propter*, 42. *de elect. vbi Gloſſa, Panorm. Imola, Butrius, Hoſtienſ. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda numer.* 11. *Sylu. v. electio* 1. *num.* 6. *Tabien. num.* 9. *Rota deciſ.* 288. *coram Card. Mant.* & reliqui omnes. Illi igitur omnes ſunt vocandi, qui habent ius ad eligendum, ſiue præſentes ſint, ſiue abſentes, ex quo *Lauorius cap.* 17. *num.* 5. *poſt Gloſſ. in cap. beneficium de Regular. v. conferendum in ſexto*. deducit, quod vocandus ſit Canonicus, qui eſt nouitius in anno probationis in aliquo monaſterio vicino.

13 Limitatur tamen hæc communis aſſertio, vt ſi ſit conſuetudo non vocandi abſentes, illa ſit ſeruanda, & electio teneat. *Panorm. in d. cap. coram*, & in *cap. Cumana* 50. *de elect. Sylu. v. electio* 1. *num.* 6. *dicto* 2 *& Tabien. num.* 9. *Rot. deciſ.* 14. *coram Puteo ex Oldrado.* Vbi quod ſufficiat conſuetudo decem annorum. *Baix. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. *Tambur. de iure Abb. diſp.* 5. *q.* 3. *num.* 6. *Mirand. tom. q.* 26. *n.* 6. *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 89.

14 Illi verò omnes cenſendi ſunt, vocales, & vocãdi, quibus de iure competit ius eligendi, vel qui ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi. Ille enim eſt legitimus elector, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi, licet nullum aliud ius pro ſe habeat *cap. querelam* 24. *de elect. Panorm. ibi num.* 5. *Gloſſ. ibid. Imola cap. in Gen. num.* 6. *Lauorius cap.* 17. Vbi quod qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi vocandus eſt, etiam ſi illi moueatur quæſtio ſuper proprietate. Ius enim eligendi maximè ſequitur poſſeſſionem *d. cap. querelam*, & *cap. in Geneſi de elect.* & *cap. bona el* 2. *de poſtulat.* Ex quibus locis habetur, quòd qui eſt in poſſeſſione eligendi, nedum non debet excludi ab electione, ſed vt aduertit *Gloſſ. d. cap. in Geneſi*, talis validè eligit, etiam ſi verum ius eligendi non habeat, dummodo poſſideat quietè & non habeat contra ſe ius expreſſum. *Caſtel. de elect. cap.* 5. *num.* 5. *&* 6. Sed hoc dictũ Gloſſæ non credo procedere vniuerſaliter; quia ad valorem actus non ſufficit poſſeſſio cum communi errore, ſed vlteriùs requiritur titulus coloratus à legitimo ſuperiore collatus, vt ex *Sylu. v. confeſſor* 1. *q.* 19. *Tabien. v. abſolutio* 1. *num. vlt. Armill. ibid. nu.* 30. *Lopez. p.* 1. *inſtruct. cap.* 38. *Caiet. v. Confeſſionis iterario Nauar. cap. placuit de pænit. diſt.* 6. *n.* 177. *&* 178. *& in ſum. cap.* 9. *num.* 11. & quampluribus alijs docet *Sanchez lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *nu.* 49. Ideò diſtinguendum eſt. Nam vbi elector eſt de Collegio ſaltem colorate & inſtitutus eſt à legitimo ſuperiore, ſi ſit in poſſeſſione pacifica eligendi, validè eligit. Et in hoc ſenſu dictum eſt *cap. ſuper.* quòd toleratus excommunicatus, aut ſuſpenſus, aut priuatus voce valide eligit, & ita vt maneat valida electio etiam ſi poſt electionem fiat proteſtatio contra talem vocalem, & probetur eius defectus; quia quando elegit ipſe pacificè poſſidebat cum communi errore, & titulo ſaltem colorato, ſed ad hoc vt extranei non habentes titulum ad eligendum electio valeat, non ſufficit poſſeſſio, & bona fides, & communis error, niſi poſſeſſio ſit legitimè præſcripta, & ſit conſuetudo, vt latius etiam dixi ſupra *cap.* 3.

15 Hoc verò pro nunc ſufficiat, nam infra magis in particulari explicabitur; quinam in aliquibus caſibus ſint, vel non ſint vocandi.

SVMMARIVM.

1 *Qui debeant intereſſe electioni. nu.* 15.
2 *Quilibet elector, ſi poteſt, tenetur adeſſe electioni. num.* 16.
3 *Eccleſia dat ius ad eligendum in publicam vtilitatem. n.* 16.
4 *An renunciare voto ſit ſemper peccatum, & quale: num.* 17.
5 *Eligentium triplex genus ſecundum aliquos, quorũ alij peccant, alij non renunciando. n.* 17.
6 *Diſtinctio iſta non approbatur. n.* 18.
7 *Ius eligendi eſt publicum. n.* 18.
8 *Nullus eſt qui ratione priuatæ fraternitatis habeat ius canonicè eligendi. n.* 18.
9 *Et econtra omnis elector in religionibus eligit, quia talis confrater inſtitutus ex lege ad eligendum. num.* 18.
10 *Nullus eſt elector, qui non teneatur eligere. nu.* 19.
11 *Suppoſita inſtitutione electionis facta per legem, vocales ex lege naturali, & iuſtitia tenentur eligere. nu.* 19.
12 *In ordine Minorum non eſt alia obligatio in Prouincialibus ad eligendum Generalem, quam in Prouincialibus aliorum ordinum. n.* 19.
13 *Electores Diſcreti in ordine Minorum tenentur eligere. n.* 16.
14 *Obligatio eligendi in eodem genere eſt maior, vel minor iuxta maiorem neceſſitatem officij, ad quod quis eligitur. n.* 19.
15 *Aliquando per accidens renunciare voci nullum eſt peccatum.*
16 *Quotieſcumque votum certè eſt inutile bono communi, nullum eſt peccatum renunciare. n.* 20.
17 *Renunciare voci cum damno graui vniuerſitatis eſt peccatum mortale. n.* 21.
18 *Etiam cum aliquo proprio damno tenetur elector eligere vt vitet damnum communitatis. n.* 22.
19 *Etiam aliquando cum periculo vitæ. n.* 22.
20 *Etiam ſi elector ſit dubius, an ſuum votum futurũ ſit notabiliter vtile communitati tenetur eligere, & renunciando peccat mortaliter. n.* 23.
21 *Et non ſufficit electori quod ipſe malum non eligat, ſed tenetur impedire, & agere, vt non eligatur ab alijs. num.* 24.
22 *Et ad reſtitutionem tenetur ſecundum aliquos illius damni, quod elector potuit impedire, & non impedivit. n.* 24.
23 *Vbi quis ſit perplexus, poteſt voci renunciare ſecundum aliquos. n.* 25.
24 *Hoc non admittitur. n.* 25.
25 *Renunciare voci eſt fauere electo ab alijs. nu.* 25.
26 *Renunciat voci, qui dat votum album. n.* 25.
27 *Renunciare voci per ſe & ex genere non eſt peccatum mortale, licet ſit peccatum. n.* 26.
28 *Negligentia Collegij in eligendo in tempore ſtatuto, non eſt per ſe peccatum mortale. n.* 27.
29 *Eſt tale ſi reſultat graue damnum. n.* 27.

16 QVæritur tertiò, qui ſint illi, qui debent intereſſe electioni? Hi enim in *d. cap. quia propter* dicuntur vocandi. Reſpõdetur verò, quod *Suarez tom.* 4. *de Relig. tom.* 8. *lib.* 2. *cap. num.* 2. *cenſet.* quod verbũ

illud

illud *debent* ſignificet facultatem, non vero obligationem,& quòd non ſit in vocali obligatio ad dandum ſuffragium, ſed ex DD.infra citandis dico ex eo textu colligi, quod quilibet Elector tenetur, ſi poteſt, intereſſe electioni, quia textus ſub ea voce, *qui debent*, comprehendit omnes, qui habent ius ad electionem. Nam Eccleſia dat ius eligendi, vt eo Electores vtantur propter commune bonum ipſius, & non in commodum, & vtilitatem Electorum, ſed Eccleſiæ bonum, vt, ſcilicet, Eccleſia habeat Prælatos & miniſtros idoneos: ideo Electores tenentur intereſſe electioni, & per ſe loquendo renunciare voto ſuo eſt aliquod peccatum.

17 Sed ſi quæratur, an hoc ſit ſemper peccatum, & quale peccatum ex ſuo genere, mortale nimirum, vel veniale? Quidam diſtinguunt tria genera eligentium. Nam quidam ſunt electores ex iure, vt in Religionibus Prouinciales,& Cuſtodes, ſunt electores Generalis, qui ex vi Regulæ tenentur Generalem eligere. Alij ſunt electores ratione officij publici, vt Guardiani, Priores, Abbates, Diſcreti in electionibus Capituli Prouincialis. Alij ſunt electores, ratione priuati iuris, ideſt ſpecialis fraternitatis, vt ſunt fratres in electione diſcreti localis. Electores primi, & ſecundi generis peccant mortaliter ſi renunciant voto ſuo. Quidem primi, quia nullus poteſt renunciare ſtatutis factis pro bono communi. Secundi verò, quia ius eligendi illis datur in fauorem officij, cui fauori non poſſunt renunciare, ſicut nullus poteſt renunciare priuilegio clericali. Sed electores tertij generis renunciando voto non peccant, niſi ex hac renunciatione ſequatur damnum vel ſibi, vel communitati. Ita *Sigiſmundus de Bononia de elect. dub.* 14. quem ſequitur *Samuel. tr. 1. diſp. 2. conir* 16. *& Lauorius cap. 15. num. 86.*

18 Verùm hæc diſtinctio difficilis eſt intellectu, nec apparet diſcrimen inter tria illa membra. Tum primò quia nullus eſt, qui habeat ius eligendi Prælatos, Regulares niſi ratione iuris publici, nimirum, niſi, vel ratione iuris communis, vel ratione legis particularis alicuius Religionis approbatæ à Sede Apoſtolica; vnde eſt, quod facultas eligendi Prælatos, vel electore. Prælatorum eſt facultas Apoſtolica per Apoſtolicam legem tributa. vt latiùs probatum fuit ſupra *cap. p.* Nec fraternitas priuata dat alicui ſimile ius. Quoniam nec confratrum multitudo eſt Canonicum Collegium, nec is, quem confratres eligunt, vt ei obediant, eſt Prælatus; nec habet Eccleſiaſticam authoritatem, & iuriſdictionem, niſi illam conferat ei Pontifex, & ſic vi Apoſtolicæ conceſſionis, & legis collegium ſit publica authoritate & lege ordinatum, & confratres ex vi publicæ, & Apoſtolicæ legis ſibi eligant, vel Prælatum, vel Prælati electorem, vt tradit *Suarez tom. 4. de Relig. trac. 8. l. 2. c. 3. num. 4.* Et ſic quicumque canonicè eligit, eligit ex publico iure. Nec Prouinciales eligunt Generalem niſi ratione fraternitatis, nimirum quia confrates tales, in quos quod ex legibus ordinis approbatis à Sede Apoſtolica Religioſi confratres compromiſerunt authoritatem eligendi caput Religionis; quomodo etiam vocales cuiuſcumque Conuentus eligunt Diſcretum, quia confratres ſunt tales, in quos eſt compromiſſa ab ordine facultas illum eligendi.

19 Ideo nullus eſt elector, qui non teneatur eligere, & illorum quilibet ex eadem ratione ad eligendum tenetur. Hæc enim obligatio eſt iuris naturalis ſuppoſita inſtitutione electionis. Nam dans alicui facultatem ad aliquod neceſſarium ad bonum communitatis, ex hoc illum obligat ad exercitium talis facultatis, cum non det illam, niſi vt qui recipit, ea vtatur ad communitatis vtilitatem, & qui eam recipit, ex hoc ſe obligat ex iuſtitia quadam ad dictæ facultatis vſum, & exercitium, prout commune bonum requirit. Nec puto, quòd in ordine Minorum alia ſit obligatio in Prouincialibus, & Cuſtodibus ad eligendum Generalem, quàm ſit illa, quam habent in quolibet ordine electores Generalis, quicumque illi ſint, ex eo quòd facti ſunt electores. Et illud verbum Regulæ Minorum, ſcilicet Prouinciales & Cuſtodes teneri ad eligendum miniſtrum Generalem, bene poteſt intelligi, vt ſit declaratiuum obligationis naturalis, quam habent electores ad eligendum, non verò quod ſit conſtitutio ſpecialis obligationis. Sed & electores Diſcreti eadem obligatione tenentur ad eligendum Diſcretum; quæ eſt obligatio alicuius iuſtitiæ orta ex inſtitutione talis electionis, & ex contractu inito inter Religionem ſtatuentem neceſſitatem Diſcretorum,& fratres facultatem eligẽdi Diſcretum iuxta ordinis leges recipientes. Itaque in omni electore electionis Canonicæ facultas eligendi eſt ex publica lege, & in omni tali electore eſt obligatio eligendi maior, vel minor ſecundùm quòd electi ſunt magis vel minùs neceſſarij ad bonum commune. Nam v.g. ad bonum commune parùm intereſt quod deficiat Diſcretus vnius Conuentus, multùm verò intereſt quòd deſit Generalis. Ideo in eodem genere obligationis magis obligantur Prouinciales ad eligendum Generalem, quàm fratres ad eligendum Diſcretum.

20 Ad quæſtionem igitur vniuerſaliter dicitur, quòd obligatio Electoris ad exercitè eligendum, & non renunciandum ſuæ voci ex ſuo genere, & per ſe non eſt peccati mortalis, ſed venialis, eſt verò aliquando peccati mortalis, & aliquando per accidens ceſſat obligatio, & renunciare ſuæ voci nullum eſt peccatum. Incipio ab hoc vltimo, vt probem aſſertum. Nam dari poteſt caſus, vt votum huius numero Electoris nullam poſſit conferre vtilitatem communitati, quia reliqua vota prorſus ſunt immutabiliter determinata ad vnum, ſiue id ſit vtile, ſiue pernicioſum reipublicæ, & illorum determinatio valida eſt, vt electionem bene vel malè concludat, & ex alia parte poteſt eſſe cauſa damni maximi Electoris, ſi ad electionem concurrat; quia nimirum in Capitulo, electio agitur cum tanta violentia potentium, vt nemo poſſit conſulere conſciẽtiæ ſuæ niſi cum maximis moleſtijs, & damnis. In hoc ergo caſu in quo votum vnius nullius eſt, vel minimæ vtilitatis Reipublicæ & eſt maximi damni Electoris renunciare voci, nullum eſt peccatum; quia in ſimili caſu lex eligendi non obligat, ſed & abſolutè quotieſcumque ſuffragium Electoris vel nihil iuuat, niſi ad purum augmentum numeri eligentiũ, non eſt peccatum, ſi elector voto renunciet, cum ceſſet publica vtilitas ad quam eligendi facultas eſt conceſſa. *Syln. v.* Electio 1. *q.* 5. *num.* 6. *dic.* 5. *Ledeſma p. 2. tract. 7. c. 2. concl.* 24. *Valerus de differ. vtriuſque fori, v. Suffragium diſt. 2. fin. Diana p. 1. tractat. 3. de parlamento reſol.* 18. *Lauorius de elect. tit. 4. cap. 18. nu. 87. Bonac. de contract. diſp. 1. q. 2. p. 8. nu.* 8.

Peyr.

Peyr. tom.3. priuileg.cap.9. num. 28. *Donatus par.* 3. *tract.4.q.*19. Quod vero addit *Samuel tract.1.diſp.2. conſ.* 16. *num.* 11. dicens Electorem debere renunciare in ſcriptis expreſsè, & in loco parenti; non admittitur; quia eſt contra vſum, multi enim in voce renunciant. Et licet renunciatio ſit ſtricti iuris, quæ non trahitur ad non expreſſa, vnde in dubio non præſumitur quis renunciaſſe ſuo iuri; tamen ſatis per vocem exprimitur renunciatio, ſi vocalis coram capitulo expreſſe renunciet propria vocem, renunciationem exprimendo.

21 Ex alia verò parte, ſi Elector ſua voce poteſt conferre magnam vtilitatem communitati, quia v.g. poteſt, vel magnas diſſenſiones ſedare, vel indignum vel notabiliter minùs dignum excludere, ſine dubio peccat mortaliter, ſi electioni non interſit, & non eligat, vt citati DD. tradunt. Quia tunc ſuo munere deeſt cum damno graui communitatis. Et in ſenſu huius aſſertionis procedit bene doctrina Cardinalis Paleot. *de ſac. Conc. conſult. p.5.q.* 8. & *Molfeſ. in ſumma tom.* 1. *tract.6.c.* 16. *num.* 118. *Et Io. de Madringa in lib de Senatu cap.* 2. §. 1. *Sylu, v. Electio* 2. *num.*15. *v. conſenſus nu.* 4.

22 Et hoc ampliatur vt verum ſit, etiam ſi Electori damnum immineat; quia ex vi muneris ſibi cõceſſi non ad proprium commodum, ſed ad collegij ſeu communitatis beneficium obligatur, nedum vt non inferat damnum, ſed vt damnum communitatis impediat, quod communitati ex mala electione imminet. Non enim electori licet poſtponere bonum commune proprio bono, vt bene tradit *Sylu. loco citato*. Quamuis poſſet eſſe tale damnum imminens Electori, vt ſi illi immineret mors, vel periculum vulneris grauis, quòd non teneretur cum tanto ſuo damno impedire malam electionem, niſi & ex electione tam graue malũ immineret communitati, vt illud præponderaret etiam vitæ propriæ Electoris. Si enim v.g. eligendus eſſet Epiſcopus hæreticus, credo, quòd ſi elector poſſet impedire electionem, etiam cum periculo vitæ propriæ, ad id teneretur, ſi futurum eſſet vt Epiſcopi hæretici electio non poſſet aliter impediri, ne effectum conſequeretur.

23 Extenditur ampliùs, vt nedum elector teneatur ad eligendum, cum eſt certus de damno futuro, ſi ipſe non eligat, ſed ſi eſt dubius, ſeu ſi non eſt certus, quòd eius votum, & concurſus futurus ſit inutilis ad graue damnum malæ electionis vitandum. In hoc enim ſenſu citati DD. loquuntur.

24 Et ampliùs, quòd in electionibus iſtis non ſufficit electori, ſi non eligat malum, ſeu ſi ipſe expreſsè malam electionem non approbet, ſed neceſſe ſit, vt illam expreſsè reprobet; quia aliter in huiuſmodi caſibus qui tenetur loqui, & tacet, conſentit in eius præiudicium *l. de ætate* §. *qui tacuit ff. de interrog. act.* & *cap. ſi poſt præſtitum de confeſſis in* 6. *Syluest. v. elec.* 2. *q.* 12. *num.* 15. & *verb. conſenſus* &c. 3. *num.* 4. *Donatus loco citato Sigiſ. dic. dub.* 14. *nu.* 6. *Rodriq. tom.* 2. *q.* 54. *a.* 3. Et vlteriùs hoc extenditur, vt elector in his caſibus ad reſtitutionem teneatur illius damni, quod eligendo potuit, & debuit impedire, & renunciando ſuæ voci, vel tacendo non impediuit. In electione enim obligatio eligendi eſt ex iuſtitia, ex qua ad bonum electionis procurandum obligatur, & iuſtitiæ deficit, ſi eligendo poteſt impedire malam electionem, & non impedit *Syluest. Ledeſma citati*. Verùm hoc eſt incertum, quia neque certum eſt, quòd elector ex iuſtitia commutatiua teneatur eligere dignum vel digniorem. Et de hoc quid ſentiam dicam infra *cap.* 24. & 25.

25 Limitatur prædicta aſſertio in caſu in quo Elector eſſet perplexus, & verè neſciret ad quam partem ſe determinaret, ſeu quem eligeret ex his, qui proponuntur, & de facto ab alijs eliguntur. In hoc enim caſu non teneretur eligere, *vt docet Syluester loco citato*. Nihilominùs hoc non cenſeo eſſe ſecurum. Ratio eſt quia renunciatio vocis aliquando per ſe iuuat electionẽ indigni, & per accidens ſemper poteſt iuuare. Nam quando numerus electorum eſt par, & ex renunciatione reducitur ad imparem immediatè minorem, ſemper iuuat & fauet electo ab alijs, quia facit vt minor numerus ſit neceſſarius ad validitatem electionis, quàm ſi Elector non renunciaſſet. Nam ſi ſint 30. Electores. 16. requirũtur ad hoc vt quis eligatur à maiori parte ſupra medietatẽ. Sed ſi vnus renunciet, & remaneãt vota 29. ex quindecim votis quis euadit à maiori parte electus. Si ergo elector ſit perplexus an qui proponitur eligendus ſit dignus, ſeu ex quacumque cauſa poſſit ſalua conſcientia illum eligere, ſi renunciat, vel illi fauet, vel exponit ſe periculo, vt illi faueat. Quia ſi renunciando reducit numerum Electorum parem ad immediatè minorem imparem, per ſe illi fauet, & bene poteſt eſſe, quòd ex vi renunciationis, ille euadat electus. Sed quando etiam ex renunciatione reducitur numerus impar ad immediatè minorem parem, licet per ſe hæc renunciatio non faueat electo, quia tunc idem numerus votorum requiritur ad valorem electionis: vt ſi ſint vota 29. requiruntur 15. vota ad hoc vt quis ſit electus à maiori parte. Et eadem 15. vota requiruntur, ſi vota omnia ſint 28. Tamẽ cum, qui renunciat non poſſit regulariter & per ſe eſſe certus an alius, vel alij eodem modo renuncient, & ſic ad imparem numerum minorem reducatur maior totus numerus Electorum; ideo renunciatio voti in caſu huius perplexitatis eſt mala, & perplexus tenetur eligere aliquem, vt hoc modo electioni malæ non faueat. In eo verò caſu in quo Elector ſit dubius, an habeat ius eligendi, poteſt voci renunciare. Sed vbi Elector eſt certus de iure eligendi, ſed eſt dubius, an eligendo hunc, vel illum bonæ electioni, vel malæ faueat, non poteſt voci renunciare. ſed tenetur aliquem dignum dignè eligere, etiam ſi ſciat, quòd eius electio erit infructuoſa reſpectu electi à ſe ipſo, quia renunciando ad minus exponit ſe periculo fauendi electioni malæ & iniuſtæ, quòd eſt malè & iniuſtè eligere. Sub nomine autem renunciationis vocis venit etiam datum ſuffragium album, quòd æquiparatur renunciationi vocis. Huiuſmodi enim vota non computantur, ſed demuntur de toto numero, ac ſi data non eſſent; ideo iuuant electionem, & fauere poſſunt electioni indigni modo ſupra explicato. Ideò Electores prohibentur dare huiuſmodi vota, niſi ſint certi, quòd dando votum album, & non pro determinata perſona, nullum damnum conſiderabile imminet communitati.

26 Sed his ſtantibus, quia regulariter, & vt plurimum non multùm intereſt Communitati, quòd vnus, vel alter electorum ceſſet ab electione, & hoc per ſe loquendo non eſt damnum graue, quòd inferatur bono communi. Ideo per ſe loquendo re-

nuncia-

nunciaré voci ſine iuſta cauſa, & vbi eligere non cedat in damnum eligentis eſt quidem aliquod malum, quia eſt deficere à munere, & officio ſine iuſta cauſa, ſed non eſt peccatum mortale; quia, non infertur graue damnum bono communi, nec valet dicere, quòd vnusquiſque poteſt renunciare iuti proprio; quia hoc non eſt verum de iure conceſſo ab altero in concedentis vtilitatem. Aliter poſſet vnuſquiſque ceſſare ad libitum ab illis, quæ ſpectant ad ſuum officium, renunciando illis, & ceſſando ab officij exercitio. Modò ius eligendi non eſt electoris, ſed ſibi conceſſum eſt à communitate, vel à Superiore in vtilitatem boni communis, & cum onere vtendi illo iure in commune bonum. Et ideo non vti hoc iure eſt malum. Sed non eſt per ſe ex genere ſuo mortale; quia per ſe & ex genere non eſt graue damnum communitatis, quòd vnus, vel alter ceſſet ab exercitio eligendi.

27 Et quia iura poſuere remedium negligentiæ electorum, ſtatuendo vt ſi electores non eligant in tempore conueniente, electio deuoluatur, ideo per ſe loquendo negligẽtia etiam totius Capituli in eligendo non eſt graue damnum communitatis, quia ſi Capitulum non eligat, Superior prouidebit. Vnde per ſe loquendo, neque hæc negligentia eſt peccatum mortale. Poſſet tamen eſſe, ſi ex hoc communitas graue damnum pateretur. Aliàs verò etiam nullum peccatum, ſed bonum eſſe poſſet ſi contingeret, quod meliùs prouideretur Eccleſiæ per inſtitutionem Superioris, quàm per electionem Collegij.

SVMMARIVM.

1 *Electores non ſunt cogendi, vt veniant ad electionem. num. 28.*
2 *Niſi id interſit Eccleſia. nu. 29.*
3 *Ad præſidem electionis & Superiores maiores ſpectat cogere electores ad interreſſendum electioni. num. 30.*
4 *Nullum eſt officium publicum, cui per ſe ſit annexũ ius eligendi. num. 31.*
5 *Ius eligendi omnibus Electoribus conuenit ex lege id inſtituente ſpecialiter. nu. 31.*
6 *Omnis Elector poteſt cogi, vbi id interſit Eccleſia. num. 32.*

28 Quæritur quartò? An electores ſint cogendi ad electionem? Illos eſſe vocandos ad electionem qui volunt intereſſe, decernitur in *d. cap. quia propter* ex hoc verò deducunt DD. quòd electores vocandi ſunt ad electionem, non verò cogendi. *Panor. in d. cap. quia propter nu. 4. Sylu. v. electio p. nu. 6. dic. 3. Tabien. num. 9. Hoſt. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda num. 11. Samuel. tr. 1. diſp. 2. contr. 3. nu. 1. & contr. 16. num. 10.*

29 Quod tamen limitatur, niſi interſit Eccleſiæ vt electores conueniant. Quia bonum Eccleſiæ bono electorum præponderat, & vnuſquiſque inuitus cogi poteſt, vt muneri ſuo incumbat, quando bonum publicum hoc exigit *Pauor. Syl. & Tabien. citati. Soto l. 4. q. 6. a. 3. in fine Rodriq. t. 2. q. 54. a. 10. Mirand. tom. 2. q. 23. a. 6. concl. 5. Tambur. tom. 1. de iure Abb. diſp. 5. q. 3. nu. 13. Donatus p. 3. trac. 4. q. 20. Barboſa de iure Eccleſ. l. 1. nu. 89. cap. 19. Layman. l. 4. tr. 2. cap. 12. num. 4. Raggius cent. 2. dub. 156. num. 2. Samuel vti ſupra Lauiorius cap. 15. numer. 87.*

30 A quo autem compelli poſſint electores inuiti; dicitur, quòd ab eo, qui habet ius vocales conuocandi, & multò magis à ſuperioribus maioribus ad quos pertinet cura boni communis. Nam qui eſt Præſes electionis, & habet curam conuocandi electores, ſimul habet ius exequendi ex parte ſua id, quod ad bonam electionem habendam eſt neceſſarium; cum hanc etiam procurare debeat, quòd non poſſet facere, niſi in caſu neceſſitatis poſſet electores inuitos ad electionem compellere. Quæ facultas multò magis eſt in Superioribus maioribus, qui habent vniuerſaliorem curam boni communis, & propterea habent vniuerſaliorem iuriſdictionem.

31 Aduertendum eſt etiam, quòd non eſt magnifacienda diſtinctio, quam aliqui faciunt, de electoribus ratione officij publici, & non ratione officij publici. Quia nullum eſt officium publicum, cui per ſe & ex natura officij ſit annexum ius eligendi. Nam v. g. Officio Prouincialatus non eſt per ſe annexum ius eligendi Generalem, & inſtitutores Religionum potuiſſent aliter diſponere, ſi voluiſſent, ſed Prouincialibus conuenit ius eligendi Generalem ex lege ſuperaddita, & diſtincta a lege inſtituente officium Prouincialatus, per quam legem iudicatum fuit, vt Prouinciales inſtituti haberent ius eligendi Generalem. Sed & ex conſimili lege fratres vnius Conuentus habent ius eligendi Priorem, vel Guardianum, vel Diſcretum; & ideo in omnibus electoribus vis eiuſdem legis procedit, quæ eſt lex inſtituẽs, & tribuens certo generi perſonarum ius eligendi propter bonum commune promouendum; & ideo qui ſunt de illo genere, & tenentur in conſcientia interreſſe electionibus, & vbi valde interſit bono communi, illorum ſinguli etiam inuiti compelli poſſunt, vt electioni interſint.

32 Quando autem dicitur, quòd electores cogi poſſunt, vt eligant, intelligitur vt eligant per votum de ſe vtile, quòd eſt illud, in quo determinata perſona eligitur. Ideo Præſes electionis poteſt ſic exigente bono communi cõpellere electores ad non dandum vota alba, vel aliàs inutilia. Nam dare huiuſmodi vota non eſt eligere, ſed eſt electioni renunciare, vt ex dicendis infra *cap. 18. conſtabit.*

SVMMARIVM.

1 *Aduerbium commode reſpicit commoditatem Eccleſiæ, non Electorum. 33.*
2 *Collegium cum graui incommodo non tenetur vocare abſentes. nu. 33.*
3 *Conſuetudo vocandi abſentes cum incommodo Eccleſiæ non tenet. nu. 33.*
4 *Quando abſentes ſint vocandi, eſt iudici arbitrium. num. 33.*
5 *Iudicare an abſentes in caſu dubio ſint vocandi pertinet ad Præſidem electionis cum Collegio, vel ad confirmatorem. nu. 33.*
6 *Electores ex magna diſtantia non ſunt vocandi. num. 34.*
7 *Non eſt neceſſe vocare omnes, qui ſunt in Prouincia, vel diœceſi. nu. 34.*
8 *Conſideranda eſt commoditas Eccleſiæ vacantis non vero identitas Prouinciæ, vel Diœceſis. n. 34.*
9 *Vbi eſt lex determinans diſtantiam, illa eſt ſeruanda. num. 35.*

10 *Vbi eſt lex decernens non eſſe vocandos, qui ſunt extra diatam, eſt ſeruanda. num. 35.*

11 *Diæta eſt diſtãtia itineris pedeſtris in vna die. n. 35.*

12 *Diæta eſt diſtantia viginti miliarium. nu. 35.*

13 *In Ordine Prædicatorum non vocantur, qui ſunt extra diatam. nu. 36.*

14 *Vbi non adeſt lex determinãs diſtantiam, ſeruanda eſt conſuetudo. num. 37.*

15 *Vbi nec lex, nec conſuetudo determinat diſtantiam, vocandi ſunt ab ea diſtantia, ex qua poſſunt debito tempore adeſſe electioni. num. 37.*

16 *In dubio arbitrarium eſt iudici, decernere ex quo loco ſint vacandi. num. 37.*

17 *Vbi ſit conſuetudo vocandi abſentes à loco longinquo extra diætam, illa eſt ſeruanda. num. 38.*

18 *Etiam ſi eſſet conſuetudo rationabilis vocandi à longiſſimo loco, ex quo poſſent venire intra terminum ordinarium à lege ſtatutum. nu. 39.*

19 *Omnes abſentes ſine diſtinctione ſunt ad electionem vocandi. num. 40.*

33 QVæritur quintò? qui ſint illi, qui commodè poſſunt intereſſe electioni? Seu à quo loco vocandi ſint electores ad electionem. Nam io *d. cap. quia propter* illi decernuntur vocandi, qui commodè poſſunt intereſſe electioni. Hic verò primò eſt conſiderandum, quòd illud aduerbium *commodè* reſpicit potius bonum Eccleſiæ, quàm bonum electorum, *cap. quod ſicut 28. de elect. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda num. 11. Panormit. cap. quia propter num. 5. Archid. & Anchar. in cap. cum in Eccleſiis de præbend. Syl. v. Electio p. q. 5. num. 6. Tabien. Sigiſm. de elect. dub. 8. num. 7. Barboſa loco citato num. 89. Lanorius cap. 17. num. 12.* Ex quo ſequitur, quòd vbi non ſit commodum Eccleſiæ vocare abſentes, quia v. g. neceſſitas eligendi adeo imminet, vt non ſit tempus vocandi abſentes; quia v. g. imminet grauis ſchiſmatis periculum, ſeu intruſionis, ſeu abuſus laicæ poteſtatis, vel quid ſimile. *Panorm. in d. cap. Coram num. 3.* Vel non poſſunt vocari propter bella *arg. cap. de cauſis, de off. Deleg. Hoſt. loco citato.* Vel ex eorum vocatione aliquod aliud graue damnum imminet Eccleſiæ, non eſt neceſſitas eos vocandi; ſicut neque ſi electores aliqui inuenirentur vbi graſſatur peſtilentia. Quod verum eſt etiam ſi oppoſitum ex conſuetudine ſeruaretur; quia talis conſuetudo non tenet *cap. Eccleſiarum diſt. 11. Panor. in cap. Coram dilecto nu. 5. de elect. Sigiſ. Lanorius cap. 17. n. 12. loco citato.* Vbi enim imminet graue damnum Eccleſiæ, non habet vim conſuetudo vocandi abſentes, ſed tunc vis conſuetudinis ceſſat.

34 In caſu autem dubio, an ſcilicet electores poſſint vocari ſine damno Eccleſiæ, ideoque an neceſſariò ſint, vel non ſint vocandi, eſt poſitum in arbitrio iudicis, vt tradunt *Sylueſter v. electio q. 3. Cuch. de elect. num. 54. Sigiſmundus de elect. dub. 8. nu. 9. Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 10. num. 89. Ragg. cent. 2. d. 156. num. 1.* Iudicem verò idoneum ad hoc iudicandum eſſe Confirmatorem, licet non ſit ordinarius, dixerunt *Io: Andr. in cap. publicato, de elect. vbi Butr. num. 21. Panor. in cap. coram num. 3. eod. tit. Biax. num. 3. cap. 8. num. 3. Sigiſmundus de Bonon. de elect. dub. 8. num. 9. Cuch. tit. de elect. num. 54.* Verùm hic mihi diſtinguendum videtur. Nam poſt electionem iam factam ſine dubio Confirmatoris eſt iudicare an aliquis non vocatus debuerit, & potuerit vocari vel non; ideoque an ille ſit vel non ſit contemptus vt tradit *Hoſtien.* in ſumma loco ſæpè citato. Sed ante electionem, vel in electione ipſa, Confirmator non eſt director, ſed is, qui præſidet electioni, & ad quem pertinet abſentes vocare; ideo etiam per ſe loquendo immediatè, & proximè ad illum ſpectat videre, an in facti contingentia hic & nunc abſentes vocandi ſint, & poſſint ſine Eccleſiæ incommodo vocari. Ad illum enim ſpectat videre, an abſentes vocandi ſint, ad quem ſpectat actionem dirigere; quia quoddam dirigere electionem eſt abſentes vocare, ne electio defectum patiatur; ad præſidem verò electionis ſpectat electionem dirigere, & abſentes vocare. Bene verum eſt, quòd cum hoc interſit totius Capituli, ne abſentes contemnantur, & ideo ne eorum electio ſit caſſanda, non debebit, nec poterit Præſes electionis ſine conſenſu maioris partis electorum præſentium aliquid decernere, quod electioni communi, & Collegio poſſit eſſe præiudiciale. Et optimum conſilium erit, ſi id fieri poſſit, mentem Confirmatoris conſulere.

35 Ceſſante autem graui hoc damno, & ſuppoſito, quòd abſentes vocari poſſint, eſt etiam certum eos non eſſe ex omni loco, & diſtantia vocandos; quia nimirum ex magna diſtantia vocare eos, non eſt neceſſarium. *Cap. cum inter 8. de elect. & Gloſſ. ibid. v. remoti.* Vt verò definiatur à qua diſtantia ſint vocandi. *Gloſſ. in d. cap. cum inter*, cenſuit omnes eſſe vocandos, qui ſunt in Prouincia, ſeu Diæceſi. Sed hanc regulam non eſſe attendendam alij meliùs aduertunt, quia bene contingere poteſt, vt vocalis à loco electionis maximè diſtet intra limites eiuſdem Prouinciæ, vel Diæceſis, & alius qui eſt extra Prouinciam minimè diſtet. Ideo hic conſiderandum in primis eſt, an abſens commodè vocare poſſit, vel non, vt notant *Panor. in d. cap. Coram dilecto. Biax p. 3. c. 7. num. 3. Rota deciſ. 288. coram Mantica.*

36 Et hoc in generali conſiderato. Si adeſt lex ſpecialis hanc diſtantiam determinans, illa eſt ſeruanda; ſicut ſi adſit lex decernens vocandos eos ſolos, qui ſunt intra diætam. Diæta verò importat iter vnius diei pedeſter, ſeu vt habet *Gloſſa in d. cap. Cum inter 18. de elect. v. dierum*, diſtantia 20. Milliarium Italicorum habetur pro diæta, *l. 3. ff. de verb. ſignif. & cap. nonnulli de reſcriptis. Caſtellin. de elec. c. 8. num. 1. Donatus d. tract. 4. q. 15. num. 3. Barboſa ad d. cap. cum inter, de elec. num. 7.*

37 In ordine Prædicatorum eſt hoc determinatũ in *Conſt. d. 2. c. 2. §. 1. lit. A.* vt ſcilicet, tunc abſens vocari debeat, ſi eſt intra diætam, ſi nimirum nuncius pedeſter per vnam diem cõmodè ad eum accedere poteſt. *Caſtell. & Donatus locis citatis.*

38 Vbi verò lex hanc diſtantiam non determinat, ſeruanda eſt conſuetudo ſi adeſt, vt colligitur ex *d. cap. quod ſicut 28. de elect. Donatus d. q. 15. Layman. d. cap. 12. num. 4.* Sed ſi nec lex, nec conſuetudo determinat hanc diſtantiam, ab omni eo loco erunt abſentes citandi, à quo in tempore ad eligendum ſtatuto poterunt ad locum electionis conuenire, ſiue is locus ſit intra, ſiue extra diæceſim, aut Prouinciam. Quia omnes iſti, ſi volunt poſſunt ad electionem conuenire: in caſu autem dubio, vt ſupra dictum fuit, erit in arbitrio iudicis decernere hìc, & nunc, an hi, vel illi abſentes ſint vocandi.

39 Sed vlterius quæri poteſt, an vbi ſit conſuetu-

do vo-

Digitized by Google

do vocandi electores abſentes etiam à loco longinquo, & valde remoto vltra terminum iuris, illa ſeruanda ſit. Negar *Caſtell.de elect.cap.*8.*num.*8. ſed affirmat *Tambur.de iure Abb.diſp.*5.*q.*3.*num.*3. vbi tamen abſentes intra tempus eligendi à lege ſtatutum aduenire poſſint. Et hoc etiam eſt, quod docet *Panorm.capite cum inter* 18.*de elect.num.*4. Conſuetudo enim legem vincit. Nec in hoc eſt Eccleſiæ damnum, cum non differatur electio vltra tempus à lege ſtatutum; ideo hæc conſuetudo non eſt irrationabilis. Immò ſi conſuetudo vocandi abſentes, etiam à loco ex quo venire non poſſunt ad locum electionis intra tempus eligendi eſſet rationabilis, & legitimè præſcripta, ſeruari deberet. Sed valde difficile eſt, vt poſſit hæc conſuetudo eſſe rationabilis.

40 Diſtinguunt etiam aliqui inter abſentes vel ex neceſſitate vel ex voluntare, ſentientes abſentes ex voluntate non eſſe citandos, niſi in certis caſibus, ſicut nec qui abſunt non ex neceſſitate, ſed ex eorum culpa, de quo vide *Panorm.in cap.cum omnes de conſt. num.*5.*& Biax.de elect.l.*3.*c.*9.*n.* 9. Sed quidquid ſit abſolute de neceſſitate vocandi abſentes ad ea, quæ in communi tractanda ſunt, certè ad electionem vocandi ſunt omnes abſentes, qui commodè iuxta ſupradicta, electioni intereſſe poſſunt, & in hoc ſenſu intelligunt communiter DD. iura, quæ ſtatuunt abſentes eſſe vocandos. Quidquid in contrarium aſſerat *Vbertus de citat.p.*3.*c.*15.*num.* 416.

S V M M A R I V M.

1 *Diſtinguuntur abſentes à præſentibus. num.*41.
2 *Abſentes perſonaliter ſunt citandi. num.*41.
3 *Vel per litteras, vel per Nuncium. num.*42.
4 *Vtile mittere litteras apertas, & publicè illas reddere. num.*43.
5 *Tenor litterarum remiſſiuè. num.*43.
6 *Abſentes citandi ad certum diem. num.*44.
7 *Non eſt neceſſe eos citare ad certam horam, quia intelligitur hora matutina. num.*44.
8 *Citatus ad certum actum citatur pro illa hora in qua actus conſueuit haberi. num.*44.
9 *Quando hora eſt de conſuetudine, expreſſio diei eſt expreſſio horæ. num.*44.
10 *Vtile eſt citare abſentes ad certam horam. num.*44.
11 *Non poſſunt electores anticipare horam conſuetam. num.*45.
12 *Immo tenentur expectare vſq; ad extremam illius partem. num.*45.
13 *Non tamen tenentur expectare totum diem. n.*45.
14 *Quod tamen facere poſſunt. num.*45.
15 *Ponendam eſſe in citatione proteſtationem &c. quidam dicunt. num.*46.
16 *Proteſtatio non eſt neceſſaria, niſi ſit de conſuetudine. num.*46.
17 *Aliquando in citatione ponitur clauſula, amplius non citato. &c. num.*46.47.
18 *Ad quid dicta clauſula ſit vtilis ſecundum aliquos. num.*47.
19 *Non approbatur. num.*47.
20 *Citatio mittēda ad locum, vbi vocalis manet. n* 48.
21 *Vbi ignoratur locus vocalis, quomodo citandus. num.*48.
22 *Impediens ne citetur, habetur pro citato. nu.*48.
23 *Præſentes voce, vel campana vocantur. num.* 49.
24 *Campana debet ſonare ex iuſſu Superioris. nu* 49.
25 *Debet eſſe notum Electoribus, quod campana ſonat ad illos congregandos. nu.* 49.
26 *Debet præmitti intimatio electionis pro die, & hora. num.* 49.
27 *Non eſt neceſſe, quod hæc intimatio fiet ſingulis perſonaliter. num.*49.
28 *Sonata campana conuenienti tempore electionis, nō tenentur amplius expectare non venientes. numero* 49. 50.
29 *Vtile tamen admouere non venientes per nuncium num.* 50.
30 *Qui ſunt in ciuitate, vel in hortis citantur per campanam. nu.* 51.
31 *Tutius citare illos per nuncium, niſi ſit conſuetudo citandi per campanam. nu.* 51.
32 *Qui ſunt in ciuitate, & in hortis habendi ſunt, vt abſentes potius, &c. nu.*51.
33 *Vbi omnes Electores ſint ſimul, poſsūt ſine citatione, & intimatione eligere. nu.*52.

41 QVæritur ſexto? Qualiter vocales ſint vocandi? Diſtingui debent abſentes à loco electionis à præſentibus. Nam primò loquendo de abſentibus dicitur, quòd perſonaliter ſunt citandi, ſi ſciatur vbi degant, & id commodè & ſine periculo fieri poſſit *cap.cum olim.* & ibi *Gloſſ.v.Hibernia, de Dolo, & contumac.& cap.venerabilem eod.titulo.Barboſa d.l.*1. *de iure Eccleſ.cap.*19.*num.*90. *Lanorius cap.*17.*nu.*26. vbi quòd in hoc debet attendi conſuetudo. *Gloſſ. in cap.Coram, de elect.*

42 Modus verò eos citandi eſt, vt mittantur ad eos vel litteræ, vel Nuncius *cap. cum inter* 18.*de elec. Boer.in addit.ad idem cap.Sylu. v. electio* 1.*d.*4. *Caſtell.de elec.cap.*8.*num.*1. *Barboſa d. cap.*19. *num.*9. *Hoſtien.in ſum.tit.de elect.§.qualiter facienda, num.*11.

43 Circa quas litteras aduertit *Sigiſ d. dub.*8.*nu.*3. quòd bonum eſſet illas mittere apertas, & vt publicè redderentur, prout aduertit *Cuch.Inſtit.Maior.l.*4. *tit.de elect.nu.*60.*&* 61.*Samuel.tr.*1.*diſp.*2.*contr.*3.*n.*8. Earumdem quoque literarum tenorem, & formam exprimunt *Cuch.& Sigiſ.ibid.Caſtell.c.*8.*num.*16. *Lanor.tit.*4.*c* 17.*num.*27.*&* 28.

44 Debent abſentes citari ad certam diem, ſed non eſt neceſſe illos citare ad certam diei horam, quia abſque alia explicatione ſub intelligitur hora matutina, quia ea hora ſolent fieri electiones poſt cantatam miſſam de ſpiritu ſancto, & vocalibus Euchariſtia ſacra refectis. *Panorm.cap.conſuluit nu.*5. *de off.delegati Sigiſm.d.dub.*8.*nu.*3. *Donatus d.trac.*4. *q.*13. Nam citatus ad certum actum debet adeſſe illa hora, qua dictus actus debet celebrari *Felin.in cap.conſuluit de off.deleg.num.*5.*Io: Andr.ad ſpecul.tit. de elec.§.*1 *num.*5.*Peyr.in ſubd.q.*1.*cap.*31.*§.*6.*ver. ſi quæris Vbertus ſupra num.*419. Et quia quando hora eſt de conſuetudine actus, expreſſio diei eſt expreſſio horæ. *Mandag.ſp.t.de elec.num.*17.*Peor.de Bayt. p.*3.*cap.*11.*nn.*2. Monet verò *Sigiſ.*cautiùs eſſe, ſi electores citentur etiam ad certam horam.

45 Hinc duo ſequuntur. Primum quòd vbi in citatione non ſit determinata hora, ſed ſolùs dies, non licet electoribus anticipare horam electionis conſuetam, ſed vſque ad illam vltimam horam tenentur abſentem expectare, in qua regulariter celebratur electio, nec poſſunt procedere ad electionem in

ptimo manè hora inſolita ad eligendum; quia cum abſens nõ ſit citatus pro hora certa, intelligitur citatus, vt dictum eſt, pro hora conſueta; non licet igitur illam anticipare. Immò cũ hora conſueta poſſit habere latitudinem, tenentur electorrs expectare vſque ad extremam partem dictæ horæ; quia abſens venit in hora conſueta, ſi intra terminum illius adueniat. Secundum eſt, quòd non tenentur electores expectare totam diem, ſed hora conſueta poſſunt ad electionem procedere, etiam ſi abſens vocatus non comparuerit. *Caſtell. cap.8. num.13.* Quàmuis dum non expirat tempus, poſſint electores diutiùs aduentum abſentis expectare. *Caſtell. cap.8.nu.11.& 15.& Peyrin. tom.3. de priuil. cap.13. nnmer.17. & cap. 9. num.13.*

46 Admonet etiam *Caſtell.d.cap.8.nnm.15.* addendam eſſe in citatione proteſtationem, per quam intimetur abſenti, quòd ſi ad determinatam diem & horam non comparuerit, vocales intendunt procedere, & de facto procedent ad electionem. *Mandag. par.1.cap.5.Boer.in addit.ad idem cap.* Hæc verò proteſtatio debebit fieri, vbi ſit conſuetudo eam faciendi; abſolutè enim nõ eſt neceſſaria, ſed ſufficit, quòd elector vocatus ſciat diem & horam electionis, & de reliquo, ſi non venit, poſſunt electores eligere ſine illo.

47 Solent etiam aliquæ citationes pronunciare, quòd electio celebrabitur ipſo, qui nunc citatur, ampliùs non citato. Sed hæc clauſula non eſt neceſſaria, quia ſufficit vna citatio. Hanc tamen clauſulam futuram non inanem aſſerit *Sigiſm. d. dub.8. num.3.ex Io.Andr. in addit.ad ſpecul.nu.7. lib.1. ver. non obſtante, & Cuch. num.67.* ſi electio prorogata fuit ad alium terminum. Sed puto, neque tunc ſufficere, ſed iuxta infra dicenda, ſi dies mutetur eſſe neceſſariam nouam citationem.

48 Formata igitur citatione, & poſitis in ea neceſſarijs clauſulis, mittenda eſt ad locum in quo vocalis abſens moratur, ſi is locus ſcitur. Sin minùs, vt docet *Barboſa d.lib.1.de iure Eccleſ.cap.19. num.91. & Lanorius cap.17.nn.10.* citatio facienda erit per publicum edictum in Eccleſia vbi vocalis ſolitus eſt commorari, vel legi debent literæ citatoriæ in Capitulo præſente Clero, vt in *cap.fin.de eo. qui mittitur in poſſeſſ. cauſa rei Ser. & L.4. ff. de damno infecto*; vel ſi citandus inueniri non poteſt, citatio eſt facienda in eius domo, *cap. cauſam, cap. venerabilis, de dolo, & Contum. Cuch. nnm.58. & ſeq. & Lanor. citatus.* Vel ſi domicilium non habet, facienda eſt in loco, vbi habitare conſueuit. *d.l.4. §.præter,* Vel in eius Eccleſia, aut beneficio. *cap. fin. de dolo, & contumac. cap.ex tua, de Cleric.non reſid.* quia ibi reſidentiam facere præſumitur. *Maſcard. de prob. concluſ.1271.nnm.1.Gonzal.ad regnl.8.Cancel. gloſſ.15. §.2.nu.30.* Vel tandem, ſi neſcitur quò vocalis abierit, & non habet locum, in quo ſoleat commorari, facta ſufficienti diligentia, ſi non inuenitur, vbi citari poſſit, vtile erit tunc in Capitulo coram Clero, vel in Conuentu in publica menſa illum citare. Nam aliàs vtendum eſt regula illa, ſcilicet, quòd impediens ne citetur, habetur pro citato. *cap. quoniam frequenter, §.porro, vt lit.* non conſtet & *Gloſſa ibid. v.compet.Card.in Clem.cauſã, q.13.de elect. Tiraquel.de retract.lignag.§.1.gloſſ.10.n.102. Rota corã Seraph.deciſ.1094.nnm.3. Sigiſ.d.dub.8.nu.3.* Itaque abſens citari debet perſonaliter ſi fieri poteſt. Et ſi non inuenitur, citatur in domo. Et ſi nõ habet domum certam in loco, ſeu Eccleſia illius loci, in quo ſolet commorari, & ſi non habet locum certum, nec inuenitur, vbi citari poſſit, citatur vel ad valuas Eccleſiæ, in qua fit electio, vel in Capitulo, vel in menſa communi.

49 Et hæc quidem dicta ſufficiant de citatione abſentis. Nam præſentes ſufficit citare voce, vel per campanam. *Hoſtien.loco citato. Panorm. cap. coram de elect.nnm.1. & cap.in cauſis, nnmer.5. Caſtell. cap.8.num.9. & 11.* vbi ex *Angelo v. electio num.11.* habet, quòd campana debet ſonare ex commiſſione Præſidentis electioni, & debet electoribus conſtare, quòd per campanæ ſonum vocantur ad electionem, Quòd quidem conſtare non poteſt, niſi vocales priùs fuerint moniti, quòd tali die, & hora vocabuntur ad electionem, niſi eſſet campana propria electionis; vel tali modo pulſaretur, qui eſſet proprius electionis faciendæ. Ideò in ordine Prædicatorum die antecedente intimatur electio pro die ſequenti, & hora determinata, vt aduertit *Caſtell.ibid.* Vnde electores ſe præparant ad electionẽ, & pulſata campana in hora iam intimata, vocales ſciunt ſe vocari ad electionem. Sufficit verò, quòd Supprior, vel electionis præſes in menſa intimet electionem habendam hora conſueta, vel alia hora determinata, nec eſt neceſſe, vt admoneat in ſingulari quemlibet electorem. Ideò cum in quodam Conuentu non fuiſſet perſonaliter admonitus Inquiſitor, & propterea ſe contemptum diceret, iudicatum fuit hic Romæ quærelam non ſubſiſtere; quia cum Supprior de more in publica menſa, vbi etiam erant aliqui de familia Inquiſitoris intimaſſet electionem pro mane ſequenti, non eſt veriſimile, quòd hoc non perueniſſet ad aures Inquiſitoris, qui propterea ſufficienter vocatus fuit per campanulam ſolitam.

50 Quòd ſi conuenienti tempore pulſata campana non omnes præſentes in domo conueniunt ad locum Capituli, non tenentur vocales ampliùs expectare; quàmuis idem *Caſtell.* moneat, vtile eſſe mittere nuncium ad illum, vel illos, qui non conuenerunt, & illos admonere, vt conueniant cum alijs; quòd ſi renuerint tunc vocales tutò poſſunt eligere, illo, vel illis non ampliùs expectatis.

51 Sed quid dicendum de illis, qui non ſunt præſentes in domo electionis, ſed manent in Ciuitate, vel in hortis? *Boer.ad cap.4.Mandag. de elect.* dicit hos citari per campanam, quia cenſentur præſentes. Sed ex *Gloſ.& Hoſt.Caſtell.nnm.9.* ait tutiùs eſſe illos citare per nuncium, niſi ſit conſuetudo illos citandi per campanam; talis enim conſuetudo valeret, vt colligitur ex *cap. in Geneſi*, & *cap. Cumana de elect. Panorm.ibid. Bartholom. de Firm. 3.p. de Epiſ.lib.2.q.7.* Sed certè in hac parte tales potiùs habendi ſunt, vt abſentes, quàm vt præſentes, & vbi præſentes vocantur per ſonum campanulæ, vt regulariter fit in Religioſibus, qui ſunt extra domum non per campanulam, quæ à longè non auditur, ſed per Nuncium vocandi ſunt. Si tamen campana auditur, & electori innoteſcit campanam ſonare, vt conuocet ad electionem, hic modus vocandi ſufficit.

52 Tandem dicitur, quòd ſi contingat electores omnes eſſe ſimul in eodem loco, etiam ſi hoc ſit per accidens, vel ob aliã cauſam congregati ſint, ſi volunt.

lium,poſſunt nulla præcedente citatione, ſeu intimatione eligere. Citatio enim præmittitur ſolum, vt electores omnes congregentur; quo habito non eſt neceſſaria citatio, & ſi adſint alia neceſſaria ad electionem, poſſunt vocales eligere.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio difficultatis, & quæſtionis. n.53.*
2 *Non citari abſentem, vt certioretur, aliquorum opinio. num.54.*
3 *Citatur abſens vt ſciat vacantiam, & diem electionis. num.55.*
4 *Abſens ſciens vacantiam Eccleſiæ debet citari, vt ſciat diem electionis. n.56*
5 *Qui fuit præſens aſſignationi diei, non eſt citandus. num.57.*
6 *Qui fuit citatus ad aſſignandum diem, & non comparuit, non eſt amplius citandus. n.58.*
7 *Eum, qui à loco electionis recedit inſtante electione, non eſſe citandum, aliquorum opinio. nu.59.*
8 *Inſtante electione, ſed non conſtituta die certa electionis, qui recedunt à loco electionis ad locum certum intra dictum, ſunt vocandi. n.60.*
9 *Niſi ſuperior intimet eis electionem habendam intra tam breue tempus, in quo non poſſint commodè vocari. n.60.*
10 *Qui inſtante electione ad locum incertum recedunt probabile eſt non eſſe citandos; quia præſumuntur malitioſè recedere. n.60.*
11 *Tutius eſt illos citare omni meliori modo. n.60.*
12 *Si conſtiterit electorem malitioſè receſſiſſe, non poterit agere de contemptu. n.60.*
13 *Eum, qui eſt citatus ad diem certam, & ante electionem recedit, non eſſe amplius citandum, aliquorum opinio. n.61.*
14 *Vbi ſit incerta dies electionis, recedens ad locum certum intra dietam, vel diſtantiam neceſſariam, debet citari ad diem certam. n.62. & 63.*
15 *Vna ſola ſufficit citatio, niſi dies ſtatuta mutetur. num.64.*
16 *Admonitus, qui receſſit à Capitulo, non veniens, ſiue renunciet, ſiue non renunciet, non agit de contemptu. nu.65.*
17 *Qui recedit à Capitulo, eo non diſſoluto, non eſt citandus. nu.66.*
18 *Qui ſcit vacantiam Eccleſiæ & diem electionis, non eſt neceſſariò citandus. n.66.*
19 *Certioratus non debet certiorari. n.66.*
20 *Qui poteſt adeſſe electioni, ſi velit, cenſetur præſens. num.66.*
20 *Vbi dies electionis eſt certa; conſcius de vacantia non debet citari neceſſario. nu.67. 68.*
21 *Quando, & quomodo electores, ſine Præſide poſſunt eligere. n.69.*
22 *Quomodo & quando Præſes ſit citandus. n.69.*
23 *Inferior poteſt admonere ſuperiorem. n.69.*
24 *Trina citatio quando neceſſaria. n.70.*

53 QVæritur ſeptimò, ad quid, & propter quid ſit neceſſaria abſentium citatio? Videtur enim quòd citatio non ſit neceſſaria; quia cum ſit in poteſtate, vel duarum partium ex tribus, vel maioris partis electorum eligere, quandocumque ſibi placuerit, iam abſentes habentes notitiam vacantiæ Prælati ſunt ſufficienter admoniti, & citati, ſcientes celebrandam electionem omni hora, in qua præfatis placuerit, vnde ſimul ſunt admoniti, quòd, ſi volunt intereſſe electioni, debent adeſſe in domo electionis, vt ad nutum, vel duarum partium ex tribus, vel maioris partis, iuxta Collegij conſuetudinem, eligant. Nec poteſt dici, quòd neceſſaria eſt citatio, vt abſentes cõmodè poſſint intereſſe electioni; quia vt ſupra probatum eſt, aduerbium *commodè* poſitum in d. *cap. quia propter* reſpicit commoditatem Eccleſiæ, non verò abſentis. Ideò in hoc attendi debet commoditas Collegij, cui ſe debet abſens accommodare. Nec dici poteſt, quòd ſit neceſſaria citatio, vt abſenti innoteſcat vacantia officij, & neceſſitas electionis, quia hanc poteſt ſcire aliunde, & quia ſequeretur, quòd ſciens viduitatem Eccleſiæ, non deberet citari.

54 Reſpondet huic quæſtioni *Barboſa l.1. iuris Eccleſ. cap.19. num.116. fin.* Vocationem abſentium non fieri, vt certioretur, ſed vt non vocatus minimè agere poſſit de contemptu, & pro hac ſententia refert DD. in *cap. Cum inter vniuerſas de elect. & Rendinã in promptuar. recep. ſentent. lib.1. tit.35. num.30.* Verùm quàmuis finis remotus citationis ſit vitare, ne contemptus, ſeu non vocatus, poſſit agere de contẽptu; hic tamen non poteſt eſſe finis proximus, & proprius, & cauſa propria propter quam ſit neceſſaria citatio. Nam ſi citatio non eſſet de iuſtitia, & nulla fieret iniuria abſenti, ſi non citaretur, nec ille haberet ius agendi de contemptu, quod ius habet inquantum contra illum committitur iniuſtitia, ſi non citetur.

55 Reſpondet igitur aliter *Panormit. cap. cum inter vniuerſas 18. de elect. nu.10.* quem ſequitur *Petrus de Biax. p.3. cap.10. num 3.* Quòd abſentes ſunt vocandi, non ſolùm vt ſciant mortem Prælati, ſed etiam vt ſciant diem electionis. Verè, enim vt elector poſſit electioni intereſſe, vtrumque ſcire debet. Quoniam non eſt locus electioni noui Prælati, niſi Eccleſia Prælato careat. Et cum iura electoribus ſtatuerint tempus ſatis longum, in quo eligere debeant, non tenetur abſens, maximè ſi abeſt permanenter, & ex officio à loco electionis, relinquere ſuum domicilium, vel negotia ſtatim à vacantia Prælaturæ, & per totum illud tempus manere in loco electionis; aliàs verò non poteſt elector per ſe, & ex intentione & liberè ſe mouere, vt adſit electioni, niſi ſciat locũ, & tempus electionis celebrandæ. Et quamuis contingere poſſit, vt elector omnia hæc ſciat aliunde, tamen ne exceptionem ignorantiæ afferre valeat, de his eſt monendus ab eo, qui eſt præſes electionis faciendæ, & propter hoc debet citari, vt certioretur & de vacantia Eccleſiæ, & de die electionis.

56 Ex hoc colligitur primò. Quòd ſi vocalis ſciat viduitatem Eccleſiæ, & ex conſequenti neceſſitatem futuræ electionis, nihilominùs eſt citandus, vt ſciat electionis diem. Ita *Abbas antiq. in cap. cum inter 18. de elect. num.1. & ibi Compoſt. in princ. Hoſt. num.12. Io. Andr. num.15. Anchar. num.3. Butr. num.17. Panor. num.10. Imola num.7. Biax. par.3. cap.10. num.2. Rendina in prompt. recept. ſentent. tom.1. titul.36. num.30. Barboſa ad cap. cum. inter num.8. Peyr. tom.3. cap.13. num.16.*

57 Colligitur ſecundò, quòd ſi quis interfuit aſſignationi diei, & poſtea receſſit, non eſt ampliùs vocandus, quia ſufficienter fuit illi notificata etiam

die

die electionis, vnde potuit adeſſe electioni ſi voluit, & non adfuit, niſi quia voluit. *Panorm. loco citat.* Et in *cap. Eccleſia veſtra 57. eod. tit. num. 9. Innoc.* ibi. Et ita qui ſcit vacantiam & diem electionis non debet vocari. *Lanor. c. 17. nu. 9.*

58 Colligitur tertiò, quòd ſi quis vocatus fuit ad deſignandam diem electionis, & non comparuit, nō eſt ampliùs citandus, quia hic ignorat diem electionis, quia non vult illam ſcire, & fuit ſufficienter citatus, cum fuerit citatus ad determinandam diem electionis, & non comparuerit. *Panormit. ibid. & in cit. cap. Eccleſia veſtra, & Innocent. ibi n. 1.*

59 Colligitur quartò, quid ſit dicendum de eo, qui ſciens vacantiam Prælaturæ, & inſtante noui Prælati electionem, ſine aliqua proteſtatione recedit à loco electionis. Hunc enim non eſſe ampliùs citandum de rigore iuris, nec eſſe expectandum, docet *Caſtell. de elect. cap. 8. num. 15. ex Monald. in ſum. tit. de elect. cap. qui ſunt ad electionem vocandi*. Sed puto diſtinguendum eſſe. Nam abſentiū, & recedentiū à loco electionis; alij ſunt, qui permanenter habitant extra locum electionis, quia vel alibi habent intra diætam vel conuenientem diſtantiam, beneficium, vel ſunt de familia alicuius parui Conuentus voiti Conuentui maiori, in quo habenda eſt electio, vel alij ſimiles, quos non conuenit à proprijs locis abeſſe. Et iſti, ſi non conſtituta determinata die electionis recedant ad ſuam habitationem, vt ibi diem electionis expectent, ſunt citandi pro die certa, ſi enim receſſerunt, iure id fecerunt, neſcientes diem electionis, vt proprijs Eccleſijs adſint, ſeu in propria eorum habitatione diem electionis expectent. Sed ſi, qui recedunt imminente electione, ordinariè manent in loco electionis, & nihilominus recedunt, ſi recedunt ad certum, & cognitum locum in conuenienti diſtantia exiſtentem, ſunt monendi, de certa die electionis. Non enim iura intendunt, vt electores ferreis catenis detineantur in loco electionis ne ſua negotia agere valeant dum electio pendet in diem incertum, & indeterminatum.

60 Ideò ſi aliquis à loco electionis recedat incerta adhuc, & non determinata die electionis, ſi cōmodè vocari poteſt, debet de certa die electionis moneri, vt veniat ad electionē ſi velit. Immo etiā ſi in hoc caſu ſuperior & electionis præſes proteſtaretur illi ſic recedere volenti, vt non recederet, quia ſi recedit intendit ſe non teneri ad illum monendum, adhuc illo recedente teneretur illum citare pro certa die, quia nō poteſt vocalis impediri ne ſua negotia agat, prætextu futuræ electionis incertæ quantum ad diem. Si tamen præſes recedenti intimaret diem electionis futuræ, vel determinatum, vel intra tale breue tempus futurum, in quo is qui recedit, non poſſet commodè vocari, non eſſet neceſſaria alia citatio, ſed ſi qui recedit, ad locum incertum recedit, in hoc caſu poteſt habere locum determinatio *cap. quoniam frequenter, §. porro, vt lite non conteſtata*, quoniam iſte ad locum incertum recedens præſumitur malitioſè ſe occultare, vt electionem protrahat, & impediat, & ideo non eſt neceſſariò citandus, iuxta dicti cap. determinationē. Et nihilominùs in hoc etiam caſu citandus eſt aliquo ex modis in ſuper quæſt. expoſitis, vt tollatur ei cauſa agendi de contemptu. Quāmuis quotieſcumque conſtiterit eum malitioſè ſe occultare, non poterit ad eius inſtantiam caſſari electio facta eo non citato, quia in cauſa electionis non eſt neceſſariò citandus, qui malitioſè ſe occultat, vel impedit, ne citari poſſit, vt in dicto capite expreſsè determinatur.

61 Colligitur quintò, quid ſit dicendum, ſi vocalis citatus ad diem certam comparuerit, ſed poſtea ante electionem receſſerit, ea ad alium terminum prorogata. Hunc enim non eſſe ampliùs citandum docet *Caſtell. d. num. 15. citans Innoc. & Hoſt. & Mandag. cap. 18. & Boer. ibid. ſub litera B.* In diuerſo autem caſu loquuntur *Mandag. & Boer.* Nam ille loquitur de citato contumaci, qui in termino non venit, in quo ſenſu *Mandag.* ſequitur *Vberius de citationibus par. 3. cap. 15. nu. 419.* iſte verò addit, & loquitur etiam de citato, qui venit, ſed receſſit non facta electione ea die pro qua fuit intimata. Poteſt hæc ſententia ſuſtineri. Nam cum contingat diem ſtatutum ad aliquem actum ex cauſa & impedimēto mutari, & ſic ex cauſa rationabili ſæpius accidat, vt electio ſit impedita in eo die, pro quo fuit intimata, qui vocatur ad certam diem pro electione habenda, citatur ſufficienter etiam ad videndum, & deliberandum cum Capitulo in tractatu, qui immediatè ante electionem habetur, & eſt quid præparatorium ad electionem, an electio ea die, vel alia habenda ſit, & ad deliberandum circa omnia illa, quæ ad prudentem electionem habendam ſunt neceſſaria; ideo ſi non venit ad eam diem, cenſetur nedum ſe nolle eligere, ſed ſe nolle ſcire, an & qua alia die ſit eligendū, ſi contingat electionem ea die impediri; Vnde non eſt amplius citandus, ſed ſibi imputet ſi neſciat qua die ſit electio in futurum habenda. Et hæc faciunt pro reſolutione quæſtionis, in caſu expreſſo à *Mandag.* Sed eadem ratio eſt de illo, qui venit citatus, ſed ante electionem receſſit. Nam ſi receſſit ante electionem & deliberationem habendam de electione celebranda die ſtatuta, aut de ea differenda, Ex hoc cenſetur noluiſſe adeſſe electioni, & deliberationi de habenda tunc, vel alio die electione, & ideo voluntariè neſcit diem electionis, nec eſt citandus.

62 Verùm doctrina hæc limitanda eſt. Nam in caſu in quo nedum electio nō fiat illa die pro qua abſens fuit citatus, ſed pro incerto tempore in futurum differatur, & ſic tranſeat dies illa, incerta manente die in qua ſit habenda electio, omnes electores iterū ſunt citandi. Hoc eſt certum de illis, qui præſentes fuerunt actibus Capitularibus; Nam iſti fecerunt id ad quod tenebantur, & tamen ſine eorum negligentia ſunt incerti de electionis die, etenim nō ſunt vocales vinculis ferreis detinēdi in loco electionis, cum grauis cauſa poſſit illos cogere, vt recedant, maximè ſi ordinariam habitationem habent extra locum electionis. Vt ſi ſint Vicarij alicuius Granciæ Conuentus, vel Parochi in aliqua Eccleſia ſuburbana. Ideo vel Præſes antequam diſcedant debet eis præfigere diem futuræ electionis, vel eos poſtea citare. Eadem verò eſt ratio de ijs, qui vel non venerunt, vel ante tractatum electionis receſſerunt. Nam quòd neſciant diem electionis futuræ non eſt eorum culpa, quia etiam ſi veniſſent, vel manſiſſent, illum neſciuiſſent: ideo citandi ſunt pro certa die ad habendam electionem. Nec valet dicere, quòd vel debuerunt venire, vel non debuerunt recedere; quia non per hoc perdiderunt ius eligendi, nec ceſſerunt iuri, quod habent vt vocentur expirata rota vi primæ citationis. Nam contumax in vno actu

citati

citati debet ad actus ſubſequentes, vt bene ex *Innoc. probat Panorm.cap.Eccleſia* 57.*num.*8.*de elect.* Igitur tunc ſolùm vocati non venientes, vel recedentes non ſunt ampliùs vocandi cum vel habita fuit electio die ſtatuta, vel die ſtatuta prorogata fuit ad certum diem; ſibi enim imputent ſi neſciunt hunc terminum; quia illum neſcire voluerunt. Sed cum electio differtur ad diem incertam vocandi ſunt.

63 Hinc ſoluitur alia quæſtio, quam tractat *Sigiſm. dub.*11.*num.*5. An ſcilicet in caſu, quòd ex non conſenſu electi habenda ſit noua electio Generalis, vel Prouincialis, vel alterius, vocandi ſint, qui intra tempus in quo expectatur cõſenſus huc illucque receſſerunt Dicitur enim non eſſe vocandos, ſicut idẽ Sig. docet. Non quidem ea ratione, qua ipſe mouetur, ſcilicet ratione incommoditatis Capituli in expectandis illis; quia ſi adeſt obligatio illos citandi, non erit tam facile, vt ex dilatione præcipuè paucorum dierum excuſetur neceſſitas huius obligationis. Sed non ſunt citandi; quia cum electio iſta noua conſecutiuè ſe habeat ad primam pro qua fuerunt citati, non eſt ad illam noua citatio neceſſaria, & vnuſquiſque electorum ſcire debet, quòd vbi electus non conſentiat, non eſt noua electio differenda; ſed ſtatim id maioris partis deliberatione de noua electione eſt agendum; vnde in hoc caſu Capitulares ſolum per ſonùm campanulæ tãquam præſentes ſunt citandi.

64 Colligitur ſextò, quòd vna ſola ſufficit citatio, dum tamen elector abſens citatur ad certum locum, & diem. Quia citatio non eſt neceſſaria, niſi vt elector ſciat determinatè vbi, & quando electio eſt habenda; quod quidem ſufficientiſſimè fit per vnam citationem, *Caſtell.d. num.*15. *ex Innoc. Hoſtien. & Compoſtella Peyr.tom.*3.*c.*9. *num.*14.*ex Gloſſ.& Biaxio. Vbertus de citationib.par.*3.*c.*15. *num.*418. Quod tamen limitatur in caſu, in quo locus vel dies ſtatuta mutetur. Nam in hoc caſu iteranda eſt citatio toties quoties, vt elector certus ſit de loco, & tempore electionis faciendæ.

65 Colligitur ſeptimo, quid ſit dicendum in caſu, qui die 2. Ianuarij 1659. contingit in quodã Conuentu. Nam cum in prima electione nullus euaſiſſet electus, quidam vocalis forſan credens non eſſe procedendum ad nouum actum eligendi, receſſit à Capitulo, & cum electores iterum procedere volentes ad electionẽ & aliquis videret eum Vocalem abeſſe, inſinuauit ſuppriori, vt illum vocaret, ſed ſupprior dixit illum vocaſſe per Conuerſum, & illum renunciaſſe; & ideo ſine illo proceſſerunt ad electionem, contra quam aliqui obiecerũt, quòd ille vocalis fuerit contemptus. Sed dicitur, talem vocalem non fuiſſe contemptum. Tum quia fuit per ſuppriorem admonitus, vt veniret, nec intereſt, quòd ille negat ſe renunciaſſe; quia pluſquàm ſatis renunciauit, ſi admonitus de electione habenda tunc ab ijs, qui erãt in Capitulo, non venit. Tum quia nulla erat neceſſitas illum admonendi, & citandi; fuit enim ſemel citatus ſufficienter, & citatus pro electione habenda, & ad Capitulum venit, & Capitulum electionis per ſuppriorem diſſolutum non fuit; vnde ſi ipſe receſſit, noluit adeſſe; ad electionem verò non ſpectant, qui ei intereſſe noluẽt. Nec iuuat, ſi dicat ſe nõ putaſſe, quòd iterum tunc procederetur ad electionẽ; quia eius inconſideratio voluntaria, & negligẽs nõ obligat Collegiũ ad illum admonendũ. Scite enim potuit, & debuit, quòd electores cõgregati in Capitulo ad eligendum millies poſſunt procedere ad actũ electionis, ſi opus ſit, & ideo ille recedere nõ debuit.

66 Colligitur octauo, quòd vbi electoribus præſentibus conſtet, quòd in rei veritate abſens ſcit determinatè locum, & diem certam electionis, non eſt neceſſario citandus. Et ſi non citatus agat de contemptu, ſi probetur, quia ipſe erat conſcius loci, & diei electionis, non eſt ad eius inſtantiam caſſanda electio. Fauet huic corollario *Panor.in d.cap. cum inter n.*10. ſed expreſſiùs idem tenet *cap. cum Eccleſia veſtra* 57.*eod.tit.nu.*9. vbi etiam ſoluit motiuum *Anton.de Butrio* aſſerentis, citationem non ſolùm requiri ad notificandum diem, ſed pro iuſtitia, & quia iura hoc præcipiunt. Nam hoc non eſt verum, nec datur lex hoc præcipiens, & ex *cap.quia propter* contrarium deducitur, quia ex eo habetur, quòd electio ſpectat ad eos, qui volunt intereſſe, ſed qui ſcit diem electionis, ex eo non intereſt, quia non vult, cum poſſit intereſſe, ſi velit. *Biax.p.*3.*cap.*10.*num.*4. Sed hoc probatur vlterius ex *d.cap.cum inter* 18. de electione, ibi. *Quàmuis Eccleſiaſtica conſuetudo non exigat; vt ad electionem paſtoris canonici tam remoti vocentur, & illi præcipuè, qui longè ante quàm vos Metropolitani veſtri obitum præſentialiter cognouerunt.* Ex his enim verbis habetur, quòd vbi electori abſenti aliunde conſtet de morte paſtoris, non eſt de hoc per citationem edocendus; igitur eadem ratione, vbi conſtet electori abſenti etiam dies electionis, neque de hoc eſt monendus; igitur non eſt citandus; quia citatio non eſt neceſſaria niſi vt elector ſciat mortem prælati, & locum & diem determinatam electionis. Quod confirmatur, quia certus non debet certiorari; *cap.eum qui certus de reg.iuris in* 6. Elector igitur, qui eſt certus de morte prælati, & de loco, & die determinata electionis, non debet de hoc certiorari, ad nihil aliud verò eſt neceſſaria citatio. Tertiò, nam vt bene docet *Caſtell. d.cap.*8. *num.*10. Præſens generaliter cenſetur omnis ille, qui ſi vult, poteſt intereſſe electioni, habendus igitur eſt pro præſenti, nec eſt alio modo vocandus, quàm vocantur præſentes per ſonum campanæ pulſatæ ad conuocandos electores ad actuale exercitium electionis.

67 Colligitur nono, quòd vbi dies electionis eſt à iure determinata, vel cõſuetudine, ſi aliàs electori abſenti conſtat de vacantia ſeu viduitate Eccleſiæ, nõ eſt neceſſariò citandus ad electionẽ; quia talis conſcius cũ ſit electionis faciendæ, & diei in quo eſt habenda, poteſt, ſi velit, intereſſe electioni ſine alia citatione. Quando enim terminus interpellat, non eſt neceſſaria citatio. *Butrius in cap.cum nobis num.*33.*de elect. vbi Anchar.num.*4.*Panor.num.*10.*Arcbidiacon.in cap. volumus, diſt.*89.*& ibi Turrecrem. num.* 3. *& Gloſſa in verb. Clerus, Pet. Greg.de elect. cap.*14. *num.* 15. *Peyr.tom.*3. *cap.*13. *n.*13. *Ragg.cent.*2. *dub.*156.*n.*3. *Samuel tract.*1.*diſp.*2.*contr.*4.*nu.* 8. Nam eo caſu dies ſtatuta interpellat, & lapſu temporis trasfertur poteſtas ad præſentes, prout habetur deciſum in *c.Potuit de locat. & conduct.* Addit verò Peyr. quod neq; Præſes debet moneri, vt die ſtatuta ad eligendũ veniat; quamuis Electores ad abũdantiorem cautelam poſſint eum monere. Huiuſmodi verò monitiones etiam inferiores facere poſſunt. *cap. fin.diſt.* 65. *Innoc. cap. cum nobis num.* 5. *de elect. Vbi Zabarella q.* 5. *Anchar. num.* 4. *Butrius num.* 34. *Panorm. num.* 10. Sicut neque in huiuſmodi citationibus ſunt neceſ-

ſariæ

Digitized by Google

ſarię ſolemnitates peremptorij & trium citationum, ſed ſtatim ac Præſes ex gratia fuit vocatus vt in termino à iure ſtatuto veniat, ſi non venerit poſſunt Electores ad electionem procedere. *Innoc. Butr. Panorm. loco citato, Anchar. q. 3. Zabarel. q. 5. Biaxtus par. 3. c. 15. num. 4. & 5. Peyr. tom. 3. cap. 9. num. 14. & cap. 13. num. 15. Samuel* tamen ſupra citatus trinam requirit monitionē *ex c. 1. de ſuppl. negl. Prælatorum.*

68 Et hoc verum videri poteſt, nedum vbi terminus eſt ſtatutus à lege, ſed vbi eſt ſtatutus ab ipſo Præſide, & non mutatus ab eo, nam & tunc terminus interpellat. Et, ſi non conuenit, vt tunc fiat electio, Præſes debet intra terminum iuris alium diem ſtatuere, & illum electoribus intimare iuxta dicenda infra *c. 13. & praecipue q. quinta.* Poteſt enim Pręſes de conſenſu maioris partis vocalium terminū à iure ſtatutum reſtringere, & etiam mutare. Sed ſtatuta ſemel vna die pro electione, niſi Præſes illam legitime mutet, debet & ipſe pro illa die cōuenire, & ſi ſaltē monitus nō veniat, electores poſsūt eligere ſine illo.

69 Verum hic plura conſideranda ſunt. Primum eſt, quod vbi etiam à iure determinata ſit dies electionis, tamen ad Præſidem ſpectat diei horam determinare, & etiam ſi datur hora conſueta, illam ex cauſa mutare; quia in his, quæ ad electionem ſpectant, ipſe eſt iudex, ad cuius iuſtum arbitrium electio eſt dirigenda. Sed tamen eſt ſecundò conſiderandum, quod maior pars vocalium poteſt abbreuiare tempus ſtatutum à lege, & compellere etiam Præſidem ad talem temporis reſtrictionem; ſi tamen non detur iuſta cauſa differendi; nam hac exiſtente poteſt Præſes impedire electores ne citius eligant, & electionem differant intra tempus à lege ſtatutum. *Caſtell. cap. 5. num. 76.* Ex his vero ſequitur, quod ſolum in vltima hora temporis, qua euoluta ſpiraret tempus eligendi, & deuolueretur electio ad Superiorem, poſſunt electores eligere, vel Præſide non veniente, vel eo à Capitulo recedente ſed in alia hora non poſſunt electores procedere ad electionem niſi Præſide citato, & viſo an habeat iuſtam cauſam non veniendi; quia cum ex iuſta cauſa poſſit deferre electionem, & ad eius iuſtum arbitrium ſit à iure commiſſa determinatio temporis eligendi, eo iuſtè nolente in tali hora eligere, non poſſunt electores eius iuſtæ voluntati reſiſtere; ideo Præſes citandus eſt, & monendus, & eius voluntati ſtandum eſt, ſi ſit iuſta.

70 An verò de ſubſtātia ſit trina monitio, *Panorm. in d. c. 1.* de ſupplenda neglig. Prælatorum *n. 1.* aſſerit, quòd vbi agitur de ſupplenda negligentia Superioris requiritur trina monitio, etiā ſi hęc ſit extraiudicialis, & bene aduertit, huiuſmodi citationes, ſeu admonitiones poſſe fieri etiam ab inferioribus, cū non ſint citationes rigoroſæ. Nihilominus econtra in Ord. Prædicatorū vbi ſtatuitur, quod maior pars vocaliū poſt tertium aut quartum diem à notitia vacantiæ Prioratus poſſit compellere Præſidem ad conuocandum Capitulum electionis, & eo renuente, eligere. *Gloſſa conſtit. diſt. 2. cap. 2. §. 1. Lit. A.* nulla fit mentio huius trinæ monitionis. Sed ex *Io: Andrea* bene diſtinguit *Baldus ad d. cap. 1. de ſupplenda neglig. Prælatorum*; nam ſi Superior prima vice admonitus expreſſe negat agere id, de quo admonetur, & quod agere debet, non eſt amplius admonendus; ſed trina admonitio requiritur, vbi Superior non expreſſe negat. Et ex Innocentio etiam addi debet, eum Superiorem non eſſe negligentem, qui habet iuſtam cauſam differendi. Vnde electores non poſſunt cogere Præſidem ad electionem, quando ipſe habet iuſtam cauſam differendi electionem. Et quia recedere à capitulo eſt facto proteſtari, ſe nolle tunc eligere; ideo Præſes recedens à Capitulo debet citari, & moneri, vt redeat, & tunc ſolum vocales congregati poſſunt ſine Præſide recedente, ad vlteriora procedere, ſi ille monitus ſine iuſta cauſa nolit redire; Et in dubio voluntati Præſidis eſt ſtandum; quia in dubio præſumi debet pro Superiore, quod iuſte præcipiat, & agat. *Ildephonſus de conſcientia dubia contr. 209. num. 1130.*

SVMMARIVM.

1 *Inhabiles multiplicis generis. num. 71.*
2 *Inhabiles ſubſtantialiter non ſunt citandi. nu. 72.*
3 *Priuati voce per ſententiam eiiciendi. 72.*
4 *Criminoſus notorius pro quo lata eſt priuatio vocis ſententiæ ferendæ, debet citari ante ſententiam. num. 72.*
5 *Criminoſus ipſo iure priuatus voce, ſi crimen in iudicio probari poteſt, non eſt neceſſariò citandus. num. 73.*
6 *Talis tamen ante ſententiam audiri debet, ſed vbi eius crimen probatum fuerit, non poteſt ad eius inſtantiam caſſari electio. nu. 73.*
7 *Criminoſus omnino occultus debet citari. num. 73.*
8 *Vtile eſt citare criminoſum publicum, & admittere illum cum proteſtatione. nu. 73.*
9 *Si non vocandus vocetur, non eſt neceſſe illum expectare. num. 74.*
10 *Poteſt tamen agere de ſuo intereſſe, ſi paſſus eſt damnum ex vocatione. num. 74.*

71 QVæritur octauo? An ſint vocandi electores inhabiles? Iſti inhabiles in multiplici differentia conſiderari debent. Nam alij ſunt per ſententiam inhabilitati, aut inhabiles declarati, alij non. Et ex iſtis alij commiſerunt crimen, propter quod ſunt priuandi voce, alij propter quod ſunt ipſo iure priuati. Et ex iſtis alij ſunt quorum crimen eſt manifeſtum, vel poteſt in iudicio manifeſtari, alij quorum crimen eſt omnino occultum. Diſtingui etiam poſſunt inhabiles ſubſtantialiter, quia non habent qualitates à iure requiſitas ad eligendum, & inhabiles pœnaliter qui ſunt in pœnam priuati iure eligendi.

72 Conſtat enim eos, qui ſunt ſubſtantialiter inhabiles, cum non habeant ius vocis, non eſſe ad electionem vocandos: ſicuti etiam certum eſt, quòd qui ſunt per iudicis ſententiam, vel inhabilitati, vel inhabiles ad eligendum declarati, nedum non debeāt vocari, ſed debeant ab electione eijci. Et certum eſt tertiò, quòd quantumcumque ſit notorium delictum alicuius, pro quo tamen non eſt impoſita priuatio vocis latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ante latam ſententiam citari debet ad electionem; quia ante latam ſententiam habet ius eligendi; & ſi quis contra illum proteſtatur, nihil facienda eſt proteſtatio, ſed talis & admitti, & citari debet, vt ad electionem conueniat, ſi velit.

73 Loquendo igitur de eo, qui talis eſt, quòd eſt ipſo iure priuatus voce, licet nondum declaratus, vt quia eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdi-

terdictus, vel alio crimine notatus pro quo eſt impoſita pœna priuationis vocis latæ ſententiæ, dico quòd non eſt neceſſe hunc citare, ſi vel crimen eſt notorium, vel eſt tale, vt poſſit ſufficienter probari, ita vt ſi non vocatus agat de contemptu, audiendus quidem ſit, ſed tamen vbi in iudicio eius crimen probatum ſuerit, electio non erit ad eius inſtantiam caſſanda; quia non ſuit illi ſacta iniuria, & licet tunc habuerit adhuc quandam ſuæ vocis poſſeſſionem, & quoddam ius, hoc erat infirmum, & debile, & nullum declarandum vbi de eius delicto conſtaret, & quidem per ſententiam retrotrahendam ad diem commiſſi criminis; ideo vbi poſtea in iudicio de crimine conſtet, iudicandus eſt priuatus voce tempore electionis, & tanquam is, qui ad illam ius non habuit, & qui propterea non poteſt agere de contemptu *Innoc. c. cum Vintonien. Panormit. cap. 2. de poſtulat. prælat. num. 15. & ibid. Anchar. Boich. in cap. illa quotidiana, de elec. Syl. v. elec. num. 1. 3. & 6. fin. Tabien. ib. nu. 4. Cucb. l. 4. tit. de elec. n. 122. Raggius cent. 2. dub. 156. nu. 1. Sigiſ. d. Bonon. de elec. dub. 10. nu. 4. Barboſa ad cap. 2. de poſtulat. num. 4. fin. & l. 1. de iure Eccl. cap. 19. nu. 89. Lauor. cap. 17. num. 6. iuncto num. 8. Mirand. tom. 2. q. 23. nu. 6.* Solùm igitur ille, cuius inhabilitas ita eſt occulta, vt de ea conuinci non poſſit, poteſt agere de contemptu ſi non ſit vocatus. Adiungi etiam poteſt in huius ſententiæ confirmationem, quòd aliud eſt expellere vocalem, ne eligat, & aliud eſt illum non vocare. Nam per primum priuatur poſſeſſione eligendi, ideo vbi inhabilitas non ſit notoria, ſed indigeat iudicis declaratione, non licet vocalem inhabilem auctoritate priuata vi eijcere ab electione, & eum de facto priuare ſuâ poſſeſſione. Sed eum vocare non eſt priuare poſſeſſione, ſed vt habet *Innoc. cap. cum Vintonien 25. de elect. num. 6.* ſolùm eſt dicere, & facto exprimere, quòd non vocatus non habet vocem cum ſit inhabilis certè. Ideo non fit iniuria tali vocali, ſi non citatur, quia non habet ius vt non dicatur verbo, & facto quòd eſt inhabilis, cum eius inhabilitas probari poſſit in iudicio. Et cum iam ſic per ſententiam iuris priuatus iure eligendi, non habet ius vt vocetur ad electionem, quàmuis poſſit habere ius vt non eiiciatur, & ſua poſſeſſione non priuetur. Talis enim, ſi habet ius vt non auferatur ab eo, quod habet, non habet ius vt detur ei, quod non habet. Ad vitandas tamen lites vtile erit huiuſmodi inhabiles citare, & admittere ad electionem cum proteſtatione, vt ſupra ſatis explicatum & admonet *Sigiſ. d. d. 10. num. 5.*

74 Extenditur hoc, vt ſi non vocandus vocetur, adhuc Electores non tenentur illum expectare. Licet contrarium tenuerit *Tancredus apud Hoſtien. in ſum. tit. de elect. num.* 11. Ideo ſic vocatus, nec expectatus non poteſt agere de contemptu; quia non habet ius ad electionem. Nec poteſt dicere, quod gratia cõceſsa nõ eſt reuocanda; quia expectare eſt gratia diſtincta à vocatione, quàm Electores legitimi non conceſſerunt ex eo, quòd non vocandum vocauerunt. Ita *Gloſſa in cap. cum inter 18. de elect. & Io. Andr. ibid.* quos refert & ſequitur *Panorm. ibid. num.* 11. Affirmans hanc eſſe communem opinionem. Et ibid. *& Hoſtien. num. 4. Butr. num. 19. Rendina, & Raguc.* quos ſequitur *Barboſa l. 1. de iure Eccleſiaſtico cap. 19. num. 99.* Iterum *Hoſtien. in ſum. loco citato*, vbi ait, quòd electores vrbaniùs facient, ſi expectent. Tamen *Panormit. & Hoſtien.* monent, quòd hic vocatus non expectatus poteſt agere de intereſſe, nimirum de expenſis factis, vel damno recepto ex eo, quòd vocatus venit ad electionem, & non fuit expectatus; quia vocatio fuit illa cauſa damni.

S V M M A R I V M.

1 *Renunciantem non poſſe reaſſumere vocem, nonnullorum opinio. num. 75. 76.*
2 *Renuncians poteſt reaſſumere vocem. nu. 77. 78. 79.*
3 *Renuncians debet citari, ſi vocem vult reaſſumere. num. 78.*
4 *Debet admitti ad electionem in ſtatu, & terminis. num. 78.*
5 *Hoc euidentius, vbi renunciatio non eſt acceptata. num. 78.*
6 *Cap. Eccleſia veſtra, 57. de elect. explicatur. n. 80. 81. 82.*
7 *Ius eligendi authoritate, & vtilitate eſt publicum. num. 83.*
8 *Non poteſt quis renunciare illi, quòd ſibi ad fauorem publicum conceſſum eſt. num. 83.*
9 *Non eſt eadem ratio de voce actiua, & paſſiua. num. 84.*
10 *In materia electionis res eſt integra, dum electio non eſt perfecta. num. 84.*
11 *Qui renunciauit voci, ſi illam vult reaſſumere, & voluntatem ſuam manifeſtat, tenetur vocari, & ad electionem admitti. num. 85.*

75 QVæritur nonò? An ſit vocandus, qui renunciauit voci ſuæ? Diuerſæ ſunt de hac re ſententiæ. Nam *Sigiſ. de Bonon. dub. 14. num. 7.* quem ſequitur *Samuel tract. 1. diſp. 2. contr. 15. num.* 15. nec reprobat *Lauorius cap. 15. num.* 88. Primò ait renunciationem hanc fieri debere à renunciante expreſsè in loco patenti, vel in ſcriptis, vt præcidatur via controuerſijs; quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & debet intelligi, vt minùs noceat renuncianti. Secundò inquit, quòd ſi Superior renunciationem acceptauit, non poteſt renuncians vocem reaſſumere; quia cum ius vocis ſit ius priuatum, ſicut & ius vocis paſſiuæ, ſicut renuncians voci paſſiuæ non poteſt illam reaſſumere, ſic neque renuncians voci actiuæ. Eſt enim eadem ratio de vtroque, & vbi militat eadem ratio militat quoque eadem iuris diſpoſitio. Tum ſecundò, quia nullum affertur ius in contrarium, quod probet renunciantem poſſe reaſſumere vocem. Nam *cap. Eccleſia veſtra 57. de elec.* agit de abſente admittendo, ſi veniat ante completam electionem, & *cap. vbi periculum de elect. in* 6. agit de elect. ſummi Pontif. à qua non valet conſequentia ad alias electiones. Tum quia ibi eſt ſermo de renunciante ob infirmitatem, de quo verum eſt, quòd ceſſante infirmitate reaſſumit votum, quia non cenſetur liberè renunciaſſe, & abſolutè, ſed tantùm exiſtente impedimento infirmitatis.

76 Alij verò ſentiunt, quòd renuncians poſſit vocem reaſſumere, ſed tamen re integra. Verùm dicunt tunc rem eſſe integram, cum electio neque eſt perfecta neque inchoata. *cap. fin. §. officium, de off. iud. deleg. in 6. & c. quicumque de ſentent. excom. in* 6. Vnde in propoſito dicunt rem ampliùs non eſſe inte-

gram, ſi Superior acceptauit rennnciarionem; vnde non poteſt qui rennnciauit teaſſumerc vncem ſi Sꝛperior acceptauit tenunciatinnem, ita tamen quòd eunr re nunciationis ſit ſeruandus, & ſi quis ſolùm pro hac vice renunciauit non ſit priuatus voce pro alijs vicibus, & ita vt renunciatio nnn valeat, niſi ſit acceptata à Superiore. Ita tenet *Donatus p.3.tr.4. q.18.* Quæ ſententia tandem in ſubſtantia eadem eſt cum priori.

77 Tertia opinio, & quidem vera, & tenenda eſt, quòd qui voci actiuæ renunciauit poteſt pœnitere, & vocem reaſſumere, & debet vocari, & admitti vt veniat ad electionē in ſtatu & terminis, in quibus electio reperitur, dum ipſe reuertitur. Hanc tenene DD. infra citandi, & in hoc puncto non eſt credendum nonnullorum citationibus, quia pro ſuptriori ſententia citātur DD. euidentiſſimè contrarium ſentientes.

78 Dicitur igitur, quòd ſi quis tenuuciet voci ſuæ, nedum antequam renunciatio accepretur à Capitulo, vel à Superiore, ſed pnſtquàm acceptata fuit, poteſt pœniterc, & poteſt vocem reaſſumere, & debet admitti ad electinnem in ſtatu & terminis in quibus illam inuenit, dum ad capitulum redir, vt electioni interſit. Ita vt, quæ iam ſine illo peracta ſunt, valida ſint, neque ſint reiteranda, ſed ille ad ſequentia quæ agenda reſtant, debet admitti. Hanc aſſertionem expreſsè tenent *Gloſſa in cap. Eccleſia veſtra* 57. *de elect. v. Adijcere, & ibid. Abb. Bald. in cap. licet n.8. eod. titulo. Hoſtienſ.* id ex profeſſo probans *ſuper. 1. decret. tit. de renunciat. cap. niſi cum pridem à nu. 47. vſque ad 57. Sylueſ. v. electio 1. num. 6.* circa finem. *Tabien. v. electio p. num. 12. Angelus. ibid. num. 19. Caſtell.* de elec. *cap. 5. num. 22. & in addit. ad d. cap. 5. à nu. 1.* vbi aſſertionem hanc abundè probat.

79 Ptimam vtrò partem aſſertionis, nimirum quòd ante accrptatinnem renuneiationis poſsit renuncians pœnitere, & vocem reaſſumere tenent etiā *Sigiſ. & Donatus citati, Laurent. de Peyr. tom. 3. priuileg. cap. 9. num. 29. Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num* 87. quia cum renunciatio non ſit acceptata, nnn eſt adhuc completa, vel firma.

80 Secundam verò partem plures probāt ex *d. cap. Eccleſia veſtra* 57. de electione, nec valet reſponſio *Sigiſm.* dicentis, quòd in co capite non agitur de renunciante voci ſuæ, ſed de abſente non vocato, qui eſt caſus dinerſus; quoniam immò agitur de renunciante; quoniam Cannnicus ille fuit vocatns ad determinandam diem electionis, & noluit intereſſe, vnde vt habet *Gloſſa ibid. v. intereſſe* ex hoc videtur renunciaſſe iuri ſuo, & tamen qnia poſtca elegerunt ſine illo, præſumpſit ſe cnntemprum, & vna pars, cui poſtea ille adhæſit, illum fuiſſe contemptum aſſirmauit. Quòd ſi ex eadem Gloſſa dicatur, quòd duo actus ſunt determinare diem pro electione, & eligere, & quòd benè verum eſt, quòd ex quo ille noluit intereſſe primo actui, renunciauit voci pro illo actu, ſed non pro actu electionis, & ideo debuit citari, licet abſens, & quia non fuit citatus, credidit ſe contemptum. Reſpondetur, & inſtatur, quòd immò abſolutè rennnciauit, qnia ex quo noluit inteteſſe determinationi diei electiouis, abſoluit capitulum ab omni debito illum vocandi, vt ſupra ex *Panorm.* probatum eſt; Quia ex eo quòd noluit inteteſſe illi actui, noluit liberè ſcire diem electionis, & ideo eum nnn tenebantur ampliùs illi notificare alij Electores, & ſic nec voluit eligere. Et tamen tanquam certum in eo cap. præſupponitur, quòd ſi ille voluiſſet intereſſe electioni, id facere potuiſſet, non obſtantc illa tenunciatione. Et meritò pars oppoſita aſſeruit, quod ille non fuit contemptus, ſed quòd ipſe contempſit Capitulum, quia noluit præſtare conſenſum in ſcrutinio, & poſtea poſt electionem vni parti adhæſit. Verè igitur ille nolens intereſſe determinationi diei electionis, ex hoc etiam electinni renunciauit, ſutantum quòd Electores non tenebantur illum iterum citare, ſed tamen tanquam indubitatum ab vtraque parte ſupponitur, quòd potuerit intereſſe electinni, & validè eligete, & quod ad electinnem debuiſſet admitti.

81 Sed nec valet alia eiuſdem Doctoris reſponſio, quia ſcilicet ex *Hoſtien.* id quod habetur in *textu* vſque ad illa verba. *Nos igitur* non ſunt verba Papæ, ſed verba partium, & ideò ex eis nihil concluditur; nam aliorum plurium mens eſt, quam etiam approbat *Panorm. in fine num.* 10. quòd illa ſint verba Papæ. vt idem etiam Sigiſ. aduertit. Vnde hæc ſententia non leue fundamentum habet in eo textu, & dato quòd eſſent verba partium, ſatis validum argumentum eſt, quòd vtraque pars admitteret illum Cannnicum, qui noluit intereſſe præfixioni diei electionis, potuiſſe nihilominùs eligere, & quòd vna pars propterea bene dixerit, illum nō fuiſſe contemptum, quia verè nnn tenebatur amplius citari, ſed illum Eccleſiam contempſiſſe.

82 Bene verum eſt; quòd ex *cap. vbi periculum, de elec. in 6.* non ſumitur pro hac ſententia validum argumentum quoniam ibi agitur de electione Papæ, quæ haber leges ſpeciales, vnde ab ea non poteſt deſumi argumentum ad alias electiones.

83 Prnbatur tamē valida ratione ex doctrina Hoſt. quia nimirum ius eligendi Prælatns Eccleſiæ authoritate, & vtilitate publicum eſt. Nam publicum eſt, ptimò, ſpectara eins cauſa, quia ex ſummo Pontifiee habetur ins eligendi Prælatos Eccleſiæ; ſecundò ſpectato eius effectu, qui eſt Eccleſias prouideri de Prælatis, qui illam gubernent; tertiò ſpectato fine proprio, qui eſt bonnm publicum conſurgens ex eo quòd Eccleſijs præficiantur boni paſtores. Ideo hoc ius publicum aliud habet, quia datur non primò ad vtilitatem electnrum, ſed ad publicam Eccleſiæ vtilitatem. Inde eſt, quartò quòd ij, quibus conceditur, tenentur ex quadam iuſtitia ad eligendum, nec ſine peccatn poſſunt huic iuri & exercitio renunciare, niſi adſit iuſta cauſa id faciendi, vt ſupra eſt probatum. Ex his ſimul probatur aſſertio, & obiectis, quæ fieri poſſenr in contrarium, reſpondetur. Quia eſtò quis poſſit iuribus ſuis renunciate, quæ ſibi data ſunt vt propria, & ad propriam vtilitatem, non poteſt renunciare ijs, quæ ad vtilitatem publicam ſibi ſunt cnnceſſa, & ad quæ habenda, & exequenda obligatur; ſed ſi ijs renunciet & malè facit, & pœnitentiæ datur locus, pœniteutiæ inquam, quæ Eccleſiæ eſt vtilis, cuius intereſt, vt in ſuis Prælatis eligeudis & multa ſint conſilia, & plutes conſiliatores, qui ad bonum publicum reſpiciant. Qui igitur voci ſuæ tennnciauit, poteſt validè pœniterc, & vocem reaſſumere, & debet ad electionem admitti. In ſtatu tamen & terminis in quibus electionem inuenit dum ad illam accedit.

84 Ad obiectionem igitur in oppoſitum dicitur; longè diuerſam eſſe rationem de voce paſſiua, quæ

reſpicit

Digitized by Google

reſpicit bonum priuatum electi, & de actiua quæ reſpicit bonum publicum. Vt verò habet Hoſt. in propoſito res eſt integra dum adhuc electio non eſt cõpleta, vt habetur expreſsè *cap. vbi periculum de elec. in 6. §. Hoc ſacro, fin.*

85 Colligitur ex his, quòd ſi, qui voci renunciauit, illam aſſumat ante electionem, habet ius vt vocetur poſtquàm ſuam reaſumptionem Superiori, vel Capitulo ſufficienter notificauit, & ſi non vocetur, vel non admittatur poteſt agere de contemptu. Quia cum ſit verè vocalis, debet vocari ſicut alij. *Lauor. cap. 15. num. 90.*

S V M M A R I V M.

1 *Vocatum eſſe aliquando expectandum vltra terminum præfixum, aliquorum opinio. num. 86.*

2 *Vocatus debet expectari vſque ad terminum præfixum. num. 87.*

3 *Vocatus ad diem certum ad electionem, ſed non ad horam certam debet expectari per totam horam matutinam. num. 87.*

4 *Sic tamen quod electores in vltima parte horæ matutinæ poſſunt eligere abſente vocato non expectato. num. 87.*

5 *Hora matutina accipienda ſecundum morem Patriæ. num. 87.*

6 *In rigore iuris electores non tenentur expectare abſentes poſt terminum præfixum. num. 88. 89.*

7 *Collegij, non electorum commodum, attenditur. n. 88.*

8 *Electores non tenentur expectare poſt prandium illum, qui de manè ordinatur ſubdiaconus. n. 88.*

9 *Terminus, ſeu dies, & hora ſtrictè accipienda, quia hoc requirit fauor Eccleſiæ. num. 89.*

86 QVæritur decimò? An vocales vocati expectandi ſint vltra terminum præfixum? Reſpondent aliqui, quòd vocales abſentes expectandi ſunt vltra terminum præfixum, vbi abſque periculo, & incommodo expectari poſſunt, & abſentes aliqua cauſa probabili detinentur, puta pluuia, & ſimili, & Superior pro certo habet non longè abeſſe, præſertim cum nullum ſit periculum in mora modici temporis, quia adhuc facultas eligendi durat. Hoc tenet *Sigiſm. dub. 12. num. 7.* Si tamen abſentes notabilem partem Collegij faciunt, idem tenent *Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. nu. 97. Samuel tr. 1. diſp. 2. contr. 13. num. 13.* Vterque autem pro hac ſententia refert *Panor. in cap. cum nobis num. 9.* vbi nihil habet quod pro hac ſententia faciat. Refertur etiam *Rota coram Mãtica deciſ. 288. num. 2.* quæ loquitur in caſu longè diuerſo, nimirum abſentis non vocati, quem dixit eſſe, vel expectandum, vel vocandum cum adhuc duraret tempus eligendi, & abſens eſſet venturus in proximo, caſus noſter autem eſt de vocato ad terminum præfixum, & in eo non veniente.

87 Dicitur igitur certum eſſe, quòd vocatus abſens, etiam ſi ſit vnus ſolus, expectandus eſt, vſque ad terminum præfixum; vocatur enim vt veniat infra dictum terminum, nec vocatus dici poteſt contumax, niſi ſi intra terminum non compareat. Et ſecundò dicitur, quòd ſi elector non eſt vocatus ad certam horam ſed ad certam diem, licet tunc intelligatur citatus pro hora matutina, quia electio de mane fieri conſueuit. *Panorm. in d. c. cum nobis n. 11. Tambur. de iure Abb. diſp. 5. q. 3. num. 15.* tamen cum hæc hora habeat latitudinem, vocalis abſens eſt expectandus pro tota hora matutina, nec poteſt dici contumax, niſi intra illam non venerit, vnde in rigore alij electores non poſſunt ad electionem procedere, illo non expectato, niſi in vltima parte horæ matutinæ; quoniam hora matutina durat vſque ad illam partem vltimò vltimam, in qua ſi abſens non comparet, eſt contumax, quia non comparet in termino præfixo. Nec ad contumaciam eſt neceſſe expectare quòd terminus præfixus præterierit; quia electus citatur pro electione habenda intra terminum, puta intra horam matutinam, non verò poſt expletam horam matutinam. Et hora matutina iuxta ſtylum Patriæ debet menſurari. Dicitur etiam tertiò, æquum, & rationabile eſſe, vt ſi abſens elector eſt in proximo, vt accedat poſt terminum præfixum, & de hoc electores ſunt certi, & abſens ex cauſa rationabili detinetur, quòd alij electores pauliſper illum expectent vltra terminum præfixum, cum id ſine incommodo graui facere poſſunt. Erit enim hoc melius, & per hoc magis tolletur omnis occaſio litis, & actionis de contemptu.

88 In rigore tamen iuris dicendum eſt, quòd non tenentur electores expectare abſentem vltra terminum præfixum. Quia electio non pertinet niſi ad eos qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe electioni intra terminum ad eligendum præfixum, vt communiter DD. docent *cap. quia propter 42. de elect.* Qui verò pluuia detinetur, ne veniat intra tempus præfixum, non poteſt commodè intereſſe. Nec electores tenentur expectare commodum eligentis abſentis, vel alterius præſentis habilitatem. Vnde ſi contingat aliquem promoueri ad ſubdiaconum eadem die, in qua eſt celebranda electio, non tenentur electores expectare vltra terminum ad eligendum præfixum, donec ille ſit ordinatus ſubdiaconus. Ideo ex DD. antiquis nullus poſuit hanc exceptionem, vt electores teneantur ex impedimento abſentis expectare abſentem vltra terminum præfixum. Sed immo abſolute, quod electores non teneantur expectare abſentes vocatos vltra terminum præfixum, & quod quando eſt ſtatuta dies electioni, ſi aliqui non compareãt de mane, quãdo electio fieri ſolet, poſſint præſentes electionẽ facere hora ſolita; probatur ex *Biaxio p. 3. c. 11. n. 20. Mandag. p. 1. c. 18. & Boer. & Io. Andr. ad ſpecul. de elect. §. 1. nu. 7. Innoc. in cap. cum nobis num. 5. de elect. Panorm. ibid. num. 11. Felin. in cap. Cum M. de conſtit. num. 6. tradit Peyr. tom. 3. cap. 9. num. 13. & cap. 13. nu. 27. Auchar. cap. cum nobis de elect. in fine.* Vbi *Butrius num. 35. Io. Andr. num. 32. Caſtell. de elect. cap. 6. num. 11. & 15.* Citatus enim ad certum diem debet adeſſe illa hora, qua ille actus ſolet expediri. *Felin. cap. conſuluit de off. deleg. num. 5.* Et quando hora eſt de conſuetudine, & natura actus; expreſſio diei habetur pro expreſſione horæ. *Biax. Boer. Peyr. citati.* Sed videnda ſunt, quæ dicuntur quæſt. ſequenti.

89 Et addunt, quòd iure merito in hac parte dies & hora ſumenda eſt ſtrictè & de momento ad momentum. Quoniam hoc exigit Eccleſiæ bonum ad cuius fauorem ſacri Canones ſtatuerunt, quæ ad vitandas diſſenſiones, & tollendas dubietates, viſa ſunt oportuna. Ad hunc finem autem valde eſt neceſſaria firmitas, ſtabilitas, & immutabilitas diei, & horæ certæ, & à moralibus conſiderationibus, &

Digitized by Google

extenſionibus, ſeu reſtrictionibus immunis. Et propterea in *cap. quia propter* ad tollenda impedimenta, & pericula, quæ Eccleſijs viduatis imminent, Conc. Generale Lateran. ſtatuit, vt non ſit neceſſe attendere commoditatem vocalium; ſed immò electio pertineat ad eos, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, vnde qui poſſunt intereſſe, ſed incommodè, ſi non interſint, non officit, nec eſt inſpicienda vocalium commoditas, ſed Eccleſiæ, vt Canoniſtæ communiter docent. Ideo non tenentur vocales expectare abſentes poſt prandium in rigore iuris, ſi pro hora matutina illos citarunt, & illis datum fuit tempus conueniens ad veniendum illa hora.

S V M M A R I V M.

1 *Multiplex diſtinctio datur. num.90.*
2 *Qui non veniunt in tempore ſtatuto, faciunt ſe alienos. num.91.*
3 *Admitti debent venientes ad electionem in ſtatu, & terminis. num.91.*
4 *Recedentes à Capitulo perſeuerante maiori parte cenſentur alieni. num.92.*
5 *Inſtante vltimo termino ad eligendum, minor pars, immo vnus ſolus poteſt eligere, ſi alij non veniunt. num.93.*
6 *Collegium non eſt priuandum iure ſuo. num.93.*
7 *In vno conſeruari poteſt ius collegij. num.93.*
8 *Vnus ſolus Cardinalis remanens in Concluui poteſt eligere Papam. num.94.*
9 *Non inſtante vltimo termino electionis, ſi aliquis vocalis appellet à præfixione diei legitime, non poſſunt alij electores eligere. num.95.*
10 *Quæ difficultas remanet. num.96.97.*
11 *Præſentes, licet in minori numero, poſſunt eligere maiori parte, nec veniente, nec appellante. nu.98.*
12 *Contumacia particularium non debet præiudicare Eccleſiæ. num.98.*
13 *Si vnus ſolus ſit præſens, alijs non venientibus, poteſt eligere. num.99.*
14 *Vnus ſolus poteſt eſſe Collegium repræſentatione. num.99.*
15 *Electio non eſt neceſſario plurium eligentium. n.99.*
16 *Mule aſſertio limitatur ad maiorem partem. n.100.*
17 *Non venientes non habent ius eligendi, nec ſunt computandi in numero electorum. num.100.*
18 *Electores habent ius eligendi conditionatum; ſcilicet, ſi ſint præſentes. num.100.*
19 *De recedentibus à Capitulo plures ſunt opiniones. num.101.*
20 *Non inſtante vltimo tempore ad eligendum, ſi recedentibus multis, maior pars remanet, poteſt eligere, non vero ſi remanet minor pars. n.100.101.*
21 *Qui habet ius conuocandi electores, non poteſt eis inuitis reſtringere terminum iuris ad eligendum. num.101.*
22 *Præſes poteſt quando vult conuocare vocales &c. num.102.*
23 *Electores citati, ſi nõ inſtat tempus vltimum ad eligendum, non tenentur eligere, niſi maior pars eligere velit. num.102.103.*
24 *Non eſt neceſſe, quod in capitulo maneant duæ partes &c. num.102.*
25 *Maior pars poteſt obligare minorem ad eligendum. num.102.*
26 *Maiori parte recedente à Capitulo, minor non poteſt eligere. num.102.103.106.108.*
27 *Etiam ſi maior pars approbauerit locum & horam. num.104.*
28 *In Ord. Præd. electio pertinet ad præſentes, qui venerunt. num.105.*
29 *In Ord. Præd. maior pars obligat minorem ad procedendum. num.105.*
30 *In Ord. Præd. maiore parte recedente minor non poteſt eligere. num.105.106.*
31 *Qualiter recedentes ſe habeant ac ſi non veniſſent num.107.*
32 *De iure Canonico maior pars poteſt citare minorem, vbi non ſit præſes, qui citet. num.108.*
33 *Si, citatis vocalibus, maior pars non veniat, minor eligit. num.109.*

90 QVæritur vndecimò, quid facere poſſint electores, ſi abſentes vocati non veniant in tempore præfixo, vel præſentes recedant à Capitulo ad eligendũ in hora præfixa congregato? Multiplex diſtinctio hic præmittitur. Nam vel expirat tempus conceſſum eligentibus ad eligendum, vel non expirat. Et ſi nõ expirat, vel præſentes, & remanentes in Capitulo ſunt duæ tertiæ partes, vel maior pars electorum, vel minor pars eorum.

91 Dicitur igitur primò, quòd vocati ad electionem congruo tamen tempore, non venientes intra terminum præfixum faciunt ſe alienos, & quantum ſit ex parte illorum extrahunt ſe à numero electorum, vt tanquam alieni, extranei, & nullum habentes ius ad eligendum habendi ſint. *cap. cum nobis 19. de elec. & ibi Panorm. num.2. & Gloſſ. verb. reuocare, & ver. alienos, & cap. quod ſicut, v. noluerint, & cap. Eccleſia veſtra, v. intereſſe. Innoc. & Gloſſ. in Clem. quod circa eod. tit. Tabien. v. electio 1. num.11. Armilla num.19. Caſtell. cap.8. num.11 iterum Innoc. & Anchar. cap.1. de maior. & obed. Panorm. in cap. in cauſis de elect. Goffred. in ſum. tit. de elect. num.19.* Lambert. *de iure patr. lib.2. par.2. q.2. num.19. Tuſcus lit. E. concl.64. Sigiſm. dub.12. nu.5. Hoſt. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda num.11. Tambur. de iure Abb. diſp.5. q.3. numer.11. Peyr. in ſub q.1. cap.31. §.6. verſi quæras. Rugg. cent.2. dub.156. num.2.* Quamuis ſi huiuſmodi vocati veniant nondum finita electione, admittendi ſint ad ea, quæ nondum acta, ſed agenda ſunt circa illam. *cap. Eccleſia 57. de elect. & Alber. & Archid. Syluest. v. electio 1. num.6. circa finem. Tabien. num.12. Sigiſm. loco citato.*

92 Dicitur ſecundò, quòd recedentes à Capitulo in termino præfixo ad eligendum congregato, maiori parte perſeuerante cenſentur voce renunciare, & habendi ſunt, ac ſi non veniſſent ad electionem; quia in iure pro eodem accipitur non venire in tempore debito, & non perſeuerare, vſque in finem, vt in c. 1. *de iud. & in cap. certum 11. q.3. Panormit. in cap. cum nobis 19. de elect. num.10. & Gloſſ. ibid. verb. reuocare Gloſſ. in Clement. quod certa, verb. quæ facto, de elect. Caſtellin. cap. 8. num.11. Tamburin. tom.1. diſput.5. q.3. num.25. Rugg. cent.2. dub.190. num.3. & apud eum Rota in Cæſaraugustana electionis 20. Martij 1623. coram Coccino.*

93 Dicitur propterea tertiò, quòd vbi inſtet finis temporis præfixi electoribus ad eligendum, ita vt poſt illud tempus nõ poteſt ampliùs commodè fieri electio,

electio, & electione non facta, deuoluitur electio ad ſuperiorem, electores congregati ad eligendum, & in electionis negotio perſeuerantes, etiam ſi ſint minor pars, immò etiam ſi vnus ſolus in Capitulo adſit, poſſint, vel poteſt eligere, & validè eligere, nec alij poſſunt contra electionem agere de contemptu. De minori parte remanente docet hoc expreſsè *Panorm. cap. cum nobis 19. de elect. num. 10.* quem ſequitur *Caſtell. citatus num. 12.* Sed & de vno remanente idem tenent *Panorm. in dicto cap. cum nobis, & Biazius in direct. elect. p. 3. cap. 6. num. 5.* & probatur ex duobus principijs. Primum eſt, quòd Collegium nõ eſt priuandum ſuo iure eligendi, quod ex iure communi habet, nec vocales poſſunt huic iuri præiudicium facere, & illud negligere, ſed ſi vel vnus ſolus velit eligere, id facere poteſt, quia vtitur iure ſuo, & ſui Collegij. Secundum eſt, quòd licet ad conſtituendum Collegium multitudo requiratur, & tamen ius Collegij conſtituti in vno conſeruari poteſt; & ideò, quod vno ſolo remanente, quia alij ſunt, vel mortui, vel voce priuati, vel abſentes, & non præſentes electioni, tenuerunt. *Gloſſa in cap. gratum 2. de Poſtulat. Prælat. & ibi Panorm. n. 9.* & apud eum *Innoc. & Hoſt. & ibid. Butr. & Anchar.* & iterum *Gloſ. & Panorm. in cap. 1. de elect.* & iterum *Innoc. in cap. cum nobis, num. 5. Lanor. cap. 17. num. 25. Boich. in cap. illa quotidiana num. 3. de elect. Biax. p. 1. cap. 2. num. 3. Lambert. de iure patr. lib. 1. par. 1. q. 9. a. 3. n. 39. Cuch. lib. 4. de elect. n. 39. Nauar. lib. 1. conſ. 6. de elect. Rotæ deciſ. 860. nu. 7. & 1050. num. 5. coram Card. Seraph. Sigiſm. de Bonon. d. 12. num. 4.* & apud eum *Rodriq. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 6. v. ſi quæras.* quem refert, & ſequitur *Donatus part. 1. tract. 4. quæſt. 11. num. 1.*

94 Et ideò, quòd etiam in electione Summi Pontificis vno ſolo Cardinali remanente, ille poſſit eligere pluribus alijs citatis docent *Barboſa lib. 1. iuris Eccleſ. cap. 1. num. 74. & Diana par. 5. reſolut. 72.* Vnde multò magis in caſu, dum non vnus ſolus elector legitimus, ſed plures conuenerunt ad electionem, & in ea permanent, poſſunt eligere, & validè eligunt, & in eis Ius Collegij remanet.

95 Dicitur quartò, quòd vbi non inſtat vltimum tempus eligendi præfixum collegio ad eligendum, ſi aliquis non veniat in præfixo die, vel à Capitulo recedat, & ex iuſta cauſa, legitimè appellet ab illa diei præfixione, alij electores etiam ſi in maxima multitudine ſint, non poſſunt contra interpoſitam appellationem eligere; & ſi eligant, qui appellauit, & non fuit præſens, poteſt agere de cõtemptu, & ad eius inſtantiam, electio eſt caſſanda. *Caſtell. d. cap. 8. num. 11. Laurins cap. 17. num. 25.* & apud eum *Cuch. & Rodriq.* iuſtè enim appellationi eſt deferendum, nec cenſetur contumax, qui habet iuſtam & euidentem cauſam appellandi. Et nedum poteſt appellare à præfixione diei iam facta, ſed etiam à facienda. In his enim extraiudicialibus poteſt appellari etiam à damno imminenti. Sed vbi tamen inſtat vltimum tempus electionis, non habet locum appellatio, vt ſuſpendat electionem, ſed ipſa ſeruatis ſeruandis poterit legitimè celebrari. *Caſtel. ibid.*

96 Difficultas modò eſt, quid dicendum, vbi nec inſtat vltimum tempus eligendi, & vel non eſt interpoſita legitima appellatio, vel non eſt cauſa rationabilis appellandi, an qui venerunt vocari ad electionem, vel etiam qui non receſſerunt, poſſint eligere abſque eo, quod non venientes, vel recedentes poſſint agere de contemptu, & validè inſtare, vt electio ſine ipſis facta caſſetur. Hic neceſſe eſt diſtinguere non venientes, ab ijs, qui cum venerint ante finem electionis recedunt.

97 Eſt ergo prima difficultas, an quando vocales legitimè vocati ſunt ad electionem, & non omnes veniunt, tunc venientes, etiam ſi ſint in minori parte, poſſint eligere validè abſque eo, quòd non venientes poſſint agere de contemptu. Huic difficultati reſpondet *Panorm. in cap. in cauſis 30. de elect. num. 3.* diſtinguẽdo. Nam vel electores cõuocati ſunt ab eo, cui de iure, vel conſuetudine conuenit cõuocare electores. Vel cõuocatio facta eſt per aliquos de vniuerſitate. In primo caſu citatio conſtituit citatos nõ venientes in contumacia; adeo quòd venientes duntaxat poſſunt electionem perficere; etiam ſi venientes non faciant maiorem partem, ſed longè minorem, quod probat ex *Innoc. in c. 1. de maior. & obed. & in c. 3. de no. ope. nun.* & ex communi ſententia Canoniſtarũ per *Gloſs. in Clem. quod circa de elect.* dicentẽ, abſurdum eſſe in numero computare illos, qui vocati venire noluerunt, & addit rationem. Quia ſicut ius vniuerſitatis poteſt reſidere in vno ſolo, alijs remotis, vel longè agentibus, vt notatur in *cap. gratum 2. de poſtulat. & l. ſicut, ff. quod cuius vni.* Ita dicendũ eſt de alijs contumacibus nolentibus venire. Abſurdum namque eſt, vt per contumaciam particulariũ debeant impediri negotia vniuerſitatis. Sed ſi electores non fuerunt citati per ſuperiorem ex lege, vel conſuetudine habentem ius conuocandi Collegium ad eligendum, ſed per aliquos de vniuerſitate electorum, tunc minor pars, immò nec quæcumque maior, ſed ſolùm ſi veniát duæ partes ex tribus poſſunt eligere, alia tertia parte non veniente.

98 Primam partem huius ſententiæ tenuit idem *Panorm. in cap. Cum nobis, num. 9.* quem ſequuti ſunt, *Sylu. v. electio 1. num. 6. Tabien. nu. 11. Angelus n. 16. Goffred. in ſum. tit. de elect. num. 19. Tuſc. lit. E. conc. 64. Sanchez* quem refert & ſequitur *Sigiſm. à Bonon. dub. 12. num. 5. Caſtell. cap. 8. de elect. num. 11. Rota in Argentina coadiutoria 2. Maij 1631. coram Ghiſlerio, apud Tambur. de iure Abb. tom. 3. Laur. de Peyr. tom. 3. Priuil. cap. 9. n. 13. & in ſubd. q. 1. c. 31. §. 6. v. ſi quæras. Lezana in ſum. p. 1. cap. 15. num. 8. & v. electio num. 3. Donatus p. 1. tract. 4. quæſt. 13.* Et optima ad hoc probandum eſt ratio allata à *Panorm.* Quia nimirum abſurdum eſt, vt contumacia particularium retardet negotia communitatis. *Rota deciſ. 36. par. 6. recent. num. 4. & 5. Put. deciſ. 283. lib. 3.* Et hoc poteſt magis confirmari, quia ſi bonum vniuerſitatis requirat electionem differri ad aliud tempus, poſſunt electores agere apud ſuperiorem, vt proroget terminum, Vel in Capitulo ſi (vt fit in Ord. Prædicatorum) proponitur an placeat locus, & tempus, dicere ſuum votum negatiuum, ſi tempus non placet, vel etiam in omni caſu, ſi adeſt cauſa legitimè proteſtari contra præfixionem horæ ad eligendum. Nam certè ſi qui abſunt, ſunt maior pars Capituli, & proteſtentur ſe nolle venire, quia eis non placet accelerare negotium, ſed volunt expectare alium diem ad eligendum intra terminum iuris, non poteſt minor pars procedere contra voluntatem maioris partis. Sed ſi abſentes nihil proteſtentur, & ſolùm non veniant, nec obediant mandato Præſidentis, & citantis, ſe alienos faciunt, & extraneos, vnde in-

nume-

numerum vocalium non ſunt computandi, quia ad ſolos præſentes pertinet electio. Quidquid in contrarium ex *Maudag.dicat Lauor.c.17.nu.25.*

99 Ampliatur verò hoc, vt ſi vnus ſolus veniat, ille poſſit eligere. Hoc negat *Lezan.d.cap.15. n.8.* Quia vno ſolo præſente, nec eſt Capitulum, nec eſt propriè electio, quæ fit ex pluribus. Vnde in tali caſu exſpectãda eſt ſuperioris determinatio. Sed ampliationem docent expreſsè *Panorm. Sigiſm. & Peyr. in ſubd. Relig.q.1.cap.35. §.6. ver. ſi quæras.* Et tenent omnes illi ſupra citati, qui docent, quòd ius vniuerſitatis in vno ſolo conſeruatur, ſi alij, vel ſint inhabiles, vel abſentes. Et ad rationes oppoſitas dicitur, quòd in hoc caſu vnus ſolus eſt Capitulum repræſentatiuè, & fictione iuris, quia in eo ſolo ius Capituli conſeruatur. Ad ſecundam dicitur, quòd de ratione electionis non eſt, quod ſit plurium eligentium, ſed plurium eligibilium. Vnde quilibet eligere poteſt, ad hoc verò vt electio ſit canonica & collegialis ſufficit, quod ſit ab eo, qui repræſentat Collegium.

100 Aſſertionem verò præſatam limitat *Barb.l.1. iuris Eccleſ.cap.9.nu.96.poſt Lauorium cap.17.nu.25.* vt non ſit vera, quando venientes ſunt in minori parte, vel non venientes conſtituunt notabilem partem Collegij. *Hoſtienſ. verò titul.de electiõ. §. qualiter facienda num.11.* limitat, ſi venientes ſint duæ partes electorum, & aſſignetur cauſa rationabilis arctandi terminum iuris, ſeu eligendi ante tempus præfixum. Sed limitatio non habet fundamentum, & eſt contra *cap.cum nobis 19.de elect.* & ſupponit falſum, ſcilicet, quòd non venientes ſint electores. Non enim electores ſunt, ſed extranei, & alieni, vt dicitur in *d. cap.cum nobis.* Et ius omne electorum eſt ius conditionatum cõditione præſentiæ; cum ſoli præſentes poſſint eligere; vnde qui manet abſens, non habet ius ad electionem, & iudicandus eſt tanquam extraneus. Semper verò adeſt cauſa rationabilis arctandi terminum iuris, quæ eſt ne Eccleſia diu maneat viduata. Et ita hanc limitationem reiiciunt DD.ſupra cit.

101 De his verò, qui venerunt ad locum Capituli, & tamen non perſeuerant, ſed recedunt, tractat idẽ *Panorm.in d.cap.cum nobis num.10.* & ſic reſpondet. Nam vel qui remanent ſunt duæ partes ex tribus, & tunc remanentes poſſunt eligere, & nec tenentur tertiam illam partem reuocare, ſeu citare. Quia recedentes perinde eſt, ac ſi vocati noluiſſent venire. Nam paria ſunt non venire, vel non expectare vſq; in finem. *cap.1.de iud.* Vel qui receſſerunt ſunt duæ partes, vel vltra, & tunc tertia pars, quæ remanet non poteſt eligere; quia tunc Capitulum non repræſentatur in minori parte. *cap. Eccleſia 57. de elect.* & illi recedendo videntur reuocare vocationem factam. Vel pars, quæ remanet licet non ſit duæ partes, eſt tamen maior pars, & tunc poteſt eligere, quia licet vniuerſitas in congregando requirat duas partes, ex quo tamen vniuerſitas eſt congregata ſtandum eſt maiori parti, quæ intendit terminum non reuocare, ſed procedere ad vlteriora. Et ſic totius iſtius reſolutionis, vnica eſt concluſio, quòd vbi nõ inſtat vltimum tempus eligendi, ſi pars quæ remanet eſt maior, poteſt eligere abſque illa, quæ receſſit, non verò ſi ſit minor.

102 Sed poſſet quis dubitare de huiuſmodi reſolutionis veritate. Nam ſi recedentes in iure ſe habent ſicut non venientes, vt dicit *Panormit.* igitur ſicut ſi venerit minima pars, & etiam ſi venerit vnus ſolus, ille poteſt eligere, ita ſi minima pars remanſerit, immò vnus ſolus, ille eligere poterit. Sed reſpondetur eſſe diſparem rationem in hoc puncto. Vt verò diſcrimen appareat, hæc alia aſſertio præmittitur ex eodem *Panorm.ibid. num.9.* quia ſcilicet Præſes electionis ad quem ſpectat conuocare vocales ad electionem, non poteſt electoribus reſtringere terminũ illis à iure conceſſum ad eligendum. Vt v.g. in Ord. Prædicatorum, in quo electores Prioris Conuentualis habent à Conſtit. terminum vnius menſis à notitia carentiæ Prioris, non poteſt Prouincialis reſtringere illis hunc terminum, & obligare illos ad eligendum infra viginti dies; quia terminus menſis eſt conceſſus electoribus in fauorem illorum & ideo Prouincialis non poteſt illum terminum abbreuiare *cap.ſi diligenti, de foro competent. cap.ad Apoſtolicam, de regularib. & regula Indultum, de regul. iuris in 6.* Et eadem ratione, vbi à iure communi tempus eligendi eſt trium menſium, qui habet ius conuocandi electores ad eligendum, non habet ius abbreuiandi hoc tempus, & obligandi eos ad eligendũ ante terminum trium menſium.

103 Ex hoc verò ſequitur, quòd licet qui præeſt electioni poſſit conuocare electores ad hoc, vt tractent de electione, quandocumque ſibi bene viſum fuerit infra tempus illud ſtatutum electoribus ad eligendum, & electores teneantur, ſi ſint citati comparere, tamen cum venerunt non tenentur ad tunc eligendum, ſi id maiori parti non placeat, ſed maior pars poteſt ad alium diem, vel horam infra tempus à lege ſtatutum eligere, nec minor pars poteſt reſiſtere, quia quod à maiori parte fit, cenſetur factum à toto Capitulo. Verum eſt, quòd *Hoſtienſ.* quem ſequuntur *Sylu.v.electio 1. q.7.num.8. & Laurent. de Peyr.in Relig.ſubd.q.1.cap.31.§.6. v.ſi quæras.* duplicem conditionem requirit ad huius termini reſtrictionem faciendam de conſenſu Capituli. Prima eſt quòd in Capitulo ſint duæ partes electorum ex tribus, ſecunda eſt quòd aſſignetur cauſa neceſſaria talis reſtrictionis. Sed ex his requiſitis, ſecundum ſemper adeſt, quia vt dicit *Panorm.cap.cum nobis 19. de elect.* ſufficientiſſima cauſa eſt non differre electionem Prælati, ſed quam citiùs fieri poteſt, dare Eccleſiæ viduæ ſponſum. Prima verò nõ eſt neceſſaria, niſi vbi eſſet lex, vt nihil fieret, niſi duæ partes Capituli eſſent in Capitulo, nam aliàs, vt cum *Panor.* & alijs dictum eſt, & ſequitur etiam *Tabien.v.electio num.10.* vbi Capitulum conuocatur ab habente ius conuocandi, qui veniunt, veniunt, & de agendis tractant, & quod à maiori parte illorum decernitur eſt ratũ & firmum. Et quidquid dici poſſet in alijs materijs, ad rem modò non facit; quia de electione loquendo habemus, quòd qui citati non veniunt tanquam alieni, & extranei à Capitulo habendi sũt, & illorum nulla eſt habenda ratio. Quando igitur electores legitimè citati ſunt ab eo, qui habet ius citandi (ſemper verò datur aliquis habens ius ad illos citandos) ſi nõ expirat tunc tempus illis à iure præfixum ad eligendum antequam eligant, poſſunt deliberare, an tunc illis placeat eligere, vel ſit differenda electio ad aliud tempus, & tunc maior pars poteſt obligare minorem ad huiuſmodi dilationem. Quamuis, vt ſupra dictum eſt, ſi tunc expiraret tempus à lege ſtatutum, minor pars, immò vnus ſolus

omni-

Digitized by Google

omnibus alijs contradicentibus,hac contradictione non obſtante potiet eligere.

104 His ergo probatur ſupra poſitum diſcrimen, & aſſertio *Panor.* Nam non veniens ad electionem, cum eſt citatus, eſt alienus, & Præſes, citans ad electionem pro die ſibi bene viſa, obligat ad veniendũ ea die ſub pœna contumaciæ,& ita vt non veniens tanquam contumax ſit habendus vt alienus, ſed non obligat, nec obligare poteſt ad eligendum illa die, ſi tunc non expirat tempus à lege præfixum,& maiori parti electorum viſum fuerit, non eſſe tunc eligendum. Igitur maiore parte tunc recedente à Capitulo, minor non poteſt eligere; quia ex quo maior pars tunc recedit, decernit, tunc non eligere, ſed aliud tempus expectandum eſſe ad eligendum, Nec eſt verum, quod habet *Samuel.tract.*1. *diſput.*2. *contr.*6.*num.*7. dicens, quod qui ſe à Collegio ſeparant, ſunt extra Collegium, & veluti ſchiſmatici reputantur, etiam ſi, qui ſe ſeparant, maior pars ſit, & quod tunc poteſtas remanet apud eos, qui remanẽt. Nam cum maior pars vocalium poſſit intra terminũ à iure ſtatutum nolle procadere ad electionem tunc, cum eſt vocata, ſed poſſit velle, in alio tempore eligere, & cogere etiam Præſidem, & minorem partem ad differendam electionem iuxta ſtatuta in *c.*1. *de his, quæ fiunt à maiori parte capit* 1 cumque maior pars recedens à loco Capituli congregati facto proteſtetur, ſe tunc, & ibi nolle eligere; ideo tunc nihil poteſt agere pars minor,& ſi eligit prorſus inaniter eligit. Nec tunc poteſtas remanet apud eos,qui non receſſerunt, quia maior pars habet ius ad differendam electionem, & ad cogendum adhoc,etiam minorem partem.

105 Nec obſtat, ſi forſan priùs approbauerit tẽpus, & horam pro electione tunc habenda; quia talem approbationem poteſt reuocare ante electionẽ; eſt enim illa approbatio tanquam decretum interlocutorium, quod poteſt reuocari. Ideò ſi maior pars, poſtquàm conſenſit in horam electionis, velit iterum expectare tempus à lege præfinitum, id facere poteſt. Quia illud tempus non eſt conceſſum ad fauorem particularium electorum, ſed ad fauorem Collegij, cui non fit præiudicium, ex eo quòd non approbetur particulare tempus eligendi infra tempus à iure ſtatutum.

106 In Ordine verò Prædicatorum, vtraque reſolutio cum certitudine procedit. Primam quidem reſpiciens citatos,in tempore citationis præfixo non venientes,quia Conſtitutio *d.*2.*cap.*2.*textu* 7. expreſsè decernit, quòd electio pertineat ad eos ſolos qui ſunt præſentes in loco loci electionis, ſcilicet in eo loco vbi celebratur electio, ſicut fit in electione Magiſtri Ordinis, in qua electores clauduntur in vno conclaui à quo non permittuntur exire, donec Magiſtrum Ordinis elegerint. Quamobrem Conſt. dum ſtatuit, quòd *electio tam Priorum Prouincialiũ, quàm Conuentualium ad illos tantùm pertinent electores, qui perſonaliter præſentes in electione conſtiterint, ſicut fit in electione Magiſtri Ordinis*,clare decernit ad eos tantùm pertinere electionem, qui perſonaliter ſunt in eo conclaui, aut loco particulari, in quo fit electio, exceptis infirmis, aut iuſtè impeditis, in eodem Conuentu exiſtentibus,in quo fit electio. Vnde certiſſimum eſt in hoc ordine, quòd electio ad ſolos venientes pertinet, quicumque & quanticumque illi ſint, nullo iure reclamandi relicto ijs, qui vocati fuerunt,& non venerunt.

107 Sed & ſecunda reſolutio certa eſt, in qua decernitur, vt, maiori parte Capituli recedente, minor non poſſit eligere, niſi expiret totum tempus præfixum à Conſtitutione ad eligendum ver. g. niſi tunc expiret menſis aſſignatus electoribus, ad electionem Prioris Conuentualis, vel niſi iam expiret dies ſtatuta pro electione Prouincialis, quia poſt illam diem Prouincia nõ poteſt ampliùs eligere Prouincialem. Nam in hoc ordine talis eſt maioris partis electorum authoritas ſupra partem minorem, vt poſſit compellere Præſidentem ad conuocandum electores ad eligendum poſt tres, vel quatuor dies à notitia carentiæ Prioris, & ſi ille renuat, poteſt maior pars per aliquem vocalem ſucceſſiuè antiquiorẽ à ſe repertum electores conuocare. *Gloſſa Conſt. d.*2. *cap.*2.*text.*1.*lit.A.* ex *Cap.Rom.*1601. *& Pariſ.*1611. Vnde multò magis,dum non inſtat vltimum tempus ad eligendum, poteſt maior pars nolle ad electionẽ procedere, & à Capitulo recedere. Et immò huius Ordinis lex eſt,vt cum vocati conuenerint, electores priùs interrogentur à Præſidente, an eis placeat tẽpus, & locus ad eligendum. *Gloſſa Conſtit. ibid.* Et maiore parte non approbante locum, vel tempus, ad vlteriora non proceditur. Vnde certum eſt,quòd ſi maior pars,antequam approbetur tempus,recedit à loco electionis, minor non poteſt ad electionem procedere; ſed ratione ſupradicta, etiam ſi maior pars approbauerit locum, & horam, ante electionẽ poteſt reuocare ſuum conſenſum, & ſeu quia ſibi nõ placeat, vel locus, vel tempus, ſiue ex alia cauſa, ab electione recedere, nec poterit minor pars etiam ſi iam cęperint ſcrutatores recipere ſchedulas,ad electionem procedere maiore parte contradicente, & recedente,& ſchedulas ſuas nolente reddere.

108 Quando autem dictum fuit, quòd recedentes ſe habent, vt non venientes, verum eſt de recedentibus maiori parte permanente, ſeu de ijs, qui non habent ius recedendi, quale ius habet maior pars electorum; quæ tamen maior pars non habet ius non veniendi ſi citatur, licet habeat ius citata non eligendi, ſi ſibi bene viſum fuerit electionem differre.

109 Quantum verò ad aliam partem, quę reſpiciebat conuocationem Capituli factam non à Præſidente, ſed ab aliquibus de vniuerſitate, dũ dicitur quod tũc ſi cõueniant duę tertię partes poſſint eligere,nõ verò ſi minor ſit numerus,nõ mihi videtur verum; quia vt ſupra probatum eſt, etiam dato caſu, quoòd aliquando vniuerſitas eſſet illa quæ citaret, non ſunt neceſſariæ duæ partes in Capitulo, ſed de iure communi Canonico maioe pars ſufficit, quæ tamen ſi legitimè citauit ad certum diem, ſi tunc ſola minor pars veniat, illa poteſt eligere, ſed ſi cõgregato Capitulo maioe pars recedat, non poteſt minor procedere ad electionem. Et aduertendum, quòd vt dictum eſt ſupra *num.*11. Nunquam pars vniuerſitatis validè citat, niſi collegialiter congregata, & tunc ſufficit, quòd ſit congregata maioe pars vocalium, & tunc illa pars, quæ venit eligit, etiam ſi minoe pars veniat. Vide infra quæſt.ſeq.& capit.14.

Google

SVMMARIVM.

1 *Si non adſint in Capitulo vocata ſaltem duæ partes, & electus non ſit nominatus à maiori parte duarum partium, dicunt aliqui electionem eſſe nullam. nu.111.*

2 *Vota non vocatorum numeranda ſunt. n.112.*

3 *Vocales non vocati non ſunt alieni, ſed ſunt de Capitulo. n.112.*

4 *Ad hoc vt electio ſit valida, neceſſe eſt, vt congregetur illa pars maior, quæ eſt neceſſaria ad valorem electionis. n.113.*

5 *Ad valorem electionis neceſſe eſt electum eſſe nominatum, vel à duabus partibus, vel a maiori parte vltra medietatem votorum tam præſentium, quã contemptorum. n.113.*

6 *Vbi ad valorem electionis non ſunt neceſſaria duæ partes, non eſt neceſſe, quod ſint in Capitulo duæ partes, ſed ſufficit maior pars, à qua tota electus ſit nominatus. n.114.*

7 *Secundum ius Canonicum non ſunt neceſſaria in Capitulo duæ partes. n.115.*

8 *Vbi ſint duæ partes nõ ſufficit habere maiorem partem illarum ad valorem electionis, ſed neceſſe eſt habere maiorem partem, vel reſpectiuè duas partes omnium votorum etiam non vocatorum. numer.116.*

9 *Diſcrimina inter ius ciuile, & Canonicum in hoc puncto. n.117.*

10 *Conſenſus contemptorum non validat electionem nullã, et contemptus ſi adueniat publicato ſcrutinio ante electionem, ad eius inſtantiam iterandum eſt ſcrutinium. n.117.*

11 *Ex contemptu vocalium, electio non eſt nulla, ſed annullanda. n.118.*

12 *Contemptus poteſt agere de contemptu, vel ratam habere electionem. n.119.*

13 *Solus contemptus poteſt agere de contemptu. numer.120.*

14 *Nec iudex ex officio caſſat electionem ob contemptum &c. n.120.*

15 *Non auditur contemptus, niſi ante confirmationem. num.121.*

16 *Niſi ignorauerit electionem, & confirmationem. num.122.*

17 *Succeſſor ſubrogatus in locum contempti poteſt proſequi contemptum. 123.*

18 *Vel niſi electio fiat per prouiſionem. n.123.*

19 *Regularis poteſt agere de contemptu. n.124.*

20 *Regularis non eſt mortuus mundo, niſi in caſibus in iure expreſſis. n.124.*

21 *Inferior non poteſt negare, quod ſui ſuperiores concedunt. n.124.*

22 *Generalis in Ord. Prædic. diſpenſat ſuper ordinat. Cap. Gener. 124.*

23 *Generalis non poteſt negare ſuis ſubditis id, quod Eccleſiaſticis perſonis eſt vniuerſaliter à iure communi indultum, & generali conſuetudine confirmatũ. Superior tamen in vim voti obedientiæ, poteſt agenti de cõtemptu imponere ſilentium. n.124.*

24 *Capitulum Generale non poteſt facere ſtatutum, vt electio ex contemptu vocalium ſit ipſo facto nulla. num.125.*

25 *Quod electio ex contemptu non ſit ipſo facto nulla eſt ſtatutum iuris communis. n.125.*

26 *Capitulum Generale non poteſt contra ſtatutum iuris communis. n.125.*

110 Quæritur duodecimo. An electio facta non omnibus vocatis ſit ipſo iure nulla, vel non vocatus habeat ſaltem ius agendi de contemptu, vt irritetur electio? Reſpondetur diſtinguendo. Nam non vocati, vel ſunt in paruo numero nimirum, vel tertia pars, vel minùs tertia parte, vel conuocate non fuerunt ad minùs duæ tertiæ partes ex tribus.

111 Eſt igitur aliquorum ſententia dicentium electionem eſſe ipſo iure nullam, quando non fuerunt congregatæ ſaltem duæ partes eorum, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, nec poſt ſcrutinium reperitur electum habuiſſe maiorem partem ipſarum duarum partium, habito reſpectu ad dictos, qui debebant vocari, & non fuerunt vocati. Sint v. g. triginta electores, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe electioni, ex his vocentur & cõgregentur 19. vndecim non vocatis. Modò ex his decem & nouem, 10. conſentiant in aliquem, tunc electio eſt ipſo iure nulla, quia electus non habuit maiorem partem duarũ partium Capituli, nec fuerunt congregatæ ſaltem duæ partes Capituli habito reſpectu ad eos. qui debebant vocari: vnde ibi non erat congregata vniuerſitas. In electionis namque negotio debent congregari ſaltem duæ partes eorũ, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe electioni, & tunc valebit quidquid diſponet maior pars. *l. nulli & l. plane, l. 3. tit. 4. ff. quod cuiuſ. vniuer.* no. Ita tenent *Sigiſ. à Bonon. de elect. dub. 9. a num. 11. Baſſæus ver. electio, num. 2. Samuel tractat. 1. diſput. 2. contr. 10.*

111 Dicitur primò, vota abſentium, qui contempti ſunt, quia non fuerunt vocati, cum poſſent, & deberent vocari, eſſe numeranda & computanda in numero votorum Collegij, non quia numeranda inter ea, quæ alicui nominato fauent, ſed quia per reſpectum ad ea debet accipi maior pars votorum, quæ ad validitatem electionis eſt neceſſaria. Hanc concluſionem accipio ex *Panorm. cap. In Geneſi* 55. *de elect.* ibi. *Et hæc lectio videtur placere Innoc. Egid. & Io. Andrea, licet Hoſt. nolit admittere contemptos debere computari in numero, ſed habuerunt omnes bonum ſenſum. Nam dictum Hoſt. debet intelligi, quòd contempti non debent computari in numero, ſcilicet, ad augendum numerum eligentium, ſi poſtea conſentiant, quia conſenſus debet præſtari in ſcrutinio, & ex illis debet reſultare electio, vt in cap. quia propter. Et dicam poſt gloſ. infra eo. Eccleſia. Sed dictum Innoc. & ſequacium procedit, quòd quoad hoc, vt conſideretur, an habuerit electus maiorem partem totius Capituli debent contempti computari in numero eorum, qui faciunt Capitulum, non autem in numero illorum, qui conſenſerunt in electum. Et tene perpetuò hoc dictum menti, quia ſeruiet tibi, non ſolùm ad actum electionis, ſed in omnibus actibus collegialiter explicandis, vt non valeat, quidquid faciet maior pars præſentium, ſi illa pars, non fuit maior pars habito reſpectu ad illos, qui habebant vocari. Pone exemplũ. In vniuerſitate ſunt duodecim vndecim ſe cõgregant contempto duodecimo, nõ valebit, quidquid fiet per ſex, quia computato abſente, non reperitur diſpoſitio facta à maiori parte totius Capituli,*

& pro

& pro hoc facit, quod notat Gloſ. in Clem. quòd circa eod. tit. Ex his igitur habetur mentem Innoc. Egid. Io. A ndr. & Panorm. fuiſſe, quòd vota contemptorum debeant computari in numero votorum totius Capituli, & quod maior pars votorum neceſſaria ad hoc vt aliquis ſit electus, debet ſummi etiam reſpectu votorum eorum, qui fuerunt contempti, & ita vt illa pars debeat eſſe maior reſpectu illius totius numeri, qui integratur ex numero votorum illorum, qui fuerunt præſentes, & qui fuerunt abſentes, ſed contempti. Et hoc quidem rationabiliter affirmatur, quoniam vocandi verè pertinent ad Capitulum, nec abſunt, niſi ex iniuria illis facta, hoc verò non debet cedere in fauorē electi, vt ex iniuſtitia commiſſa ſufficiat illi minor numerus ſuffragiorum, vt euadat electus, & poſſit hoc modo magnis fraudibus aperiri via.

113 Ex hoc verò colligitur primò, quòd ad validitatē electionis, vt non ſit ipſo iure nulla, neceſſe eſt ad minus, vt nedum vocetur, ſed congregetur, & actu præſens ſit illa pars maior, quæ eſt neceſſaria iuxta leges vel conſuetudinem, vt electus quis euadat. Si nimirum electus debeat habere duas tertias partes Capituli, neceſſe eſt, vt Capitulo interſint duæ tertiæ partes electorum, & ſi ſufficit quod electus habeat maiorem partem votorum ſupra medietatem, neceſſe eſt, vt tot interſint electioni, & ſuffragiū præſtent. Nam minori numero congregato numquam electus erit nominatus à numero ſufficienti vocaliū, cum abſentium vocandorum & contemptorum vota numeranda ſint, & contempti ſint in maiori numero, & in minori numero ſint non contempti, & ſuffragantes electo, quam ſufficiat ad electionem. Immò ſi præcisè congregetur illa pars maior votorū, quæ ſufficit ad hoc, vt quis dicatur electus, adhuc valida nō erit electio, niſi à cōgregatis idem, & ſolus nominetur nullo alium eligente; quia vnus ſi alium nominet, iam electus non nominatur ab ea maiori parte, quæ eſt neceſſaria. Et ſi electus ſit præſens, nec ſufficit eum ab omnibus nominari, quia cum inter omnes ſit ipſe, iam ipſe eligeret ſe ipſum, & ſic ex hac parte electio eſſet nulla, quia nullus poteſt ſe eligere. Itaque ſi numerus vocalium, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe ſit triginta, ad hoc vt electio non ſit ipſo iure nulla neceſſe eſt, vt ſi electus nominandus ſit à duabus partibus ex tribus, congregentur ad minùs viginti, vel viginti & vnus, ſi electus ſit præſens, & quod tunc nominetur à viginti. Vel ſi ſufficit maior pars ſupra medietatem neceſſe eſt ad minus, vt cōgregentur ſexdecim, vel 17 ſi electus ſit præſens, & quòd à 16. præſentibus nominetur.

114 Colligitur ſecundò, quod in duobus deficit ſupraposita ſententia. Primo quia vbi ad valorem electionis nō eſt neceſſe electū nominati à duabus partibus, neque eſt neceſſe, vt in Capitulo congregentur duæ tertiæ partes electorum, ſed ſufficit, quòd cōgregetur maior pars ſupra medietatem, & quod illa nominet electum, quia ea ſic congregata, ſi electus nominetur ab omnibus, vel ſi electus ſit præſens nominetur à reliqua maiori parte eo in numero nominantium non computato, ſaluatur, quod electus ſit nominatus à maiori parte Capituli, quod ſufficit ad eſſentiam electionis.

115 Nec obſtat, quòd ex iure ciuili ad validitatem Capituli ſine neceſſariæ duæ tertiæ partes, vt ex l. nulli, & l. planè, l. 3. tit. 4. ff. quod cuiuſq; vniuerſitatis & l. nominationum lib. 10. Codicis tit. 31. leg. 46. de decurionibus. Tum quia etiam apud ſeculares huiuſmodi leges vel per leges municipales, vel per conſuetudinē apud multos abrogatæ ſunt; vnde ſtandum eſt locorum conſuetudini. Tum quia Canonicæ leges oppoſitum expreſsè ſtatuunt. Nam vt patet ex ea lege, Nominationum 46. C. de decurionibus, lex ciuilis requirit ad valorem Collegij præſentiam duarum partium vocalium, etiam ſi omnes vocales ſint vocati, & ex eis aliqui non poſſint intereſſe, & neceſſitas cogat illos abeſſe. Huius verò oppoſitum ſtatuunt Sacri Canones. Nam ex cap. quia propter, non pertinent ad electionem, qui non poſſunt ei commodè intereſſe. Et ex cap. cum nobis 19 de elect. qui vocati non veniunt, cenſentur tanquam alieni, nec ſpectant ad electionem, vnde etiam minima pars vocalium, immò vnus ſolus validè eligit, ſi alij vocati non veniunt, quod eſt ex directo contrarium ei, quod in iure ciuili ſtatuitur in dictis legibus. Et ſi dicatur, quòd licet illæ leges ſint abrogatæ per leges Canonicas in ordine ad electionem Canonicam quantùm ad hoc, quòd ſoli vocati venientes poſſint eligere, ſi alij vocati non veniant, non ſunt tamen abrogatæ in noſtro caſu, vt præſentes eligere poſſint, ſi alij nō ſint vocati, ſed tunc neceſſe eſt, vt ſint præſentes duæ tertiæ partes. Nam primò Panorm. cap. in cauſis 30. de elect. num. 9. fin. explicat leges illas, vt loquantur in caſu, in quo cōuocans ad Capitulum eſt vniuerſitas ipſa, non verò in caſu in quo Collegium conuocatur à Præſidente habente ius conuocandi, & ponendi in contumacia non venientes. Sic enim ſi à præſidente vocetur maior pars electorum ſupra medietatem, & illa tota nominet electum, electio erit in ſubſtantia valida; quia qui venerūt, iuſſi venerunt, & in eo numero, qui ſufficit ad valorem ſubſtantialem electionis. Quod ſi tunc non omnes ſuffragentur electo, nulla eſt electio, non ex defectu congregatorum, ſed ex defectu numeri ſuffragantium. Secundò ex quo abſolutè ſacri Canones non requirunt determinatum numerum præſentium in Capitulo electionis, ſed decernunt electionem ſpectare ad præſentes, ſimul dantes ius non vocatis, vt agant de contemptu, ſatis demonſtrant de iure Canonico nō eſſe neceſſarium determinatum numerum præſentiū, nec Canonicas electiones eſſe ſecundùm leges ciuiles dirigendas, ſed vbi electus à ſufficienti numero electorum nominetur, electionem eſſentialiter ſubſiſtere, relicto iure non vocatis, vt contra electionem agant, ſi ſint contempti. Vbi enim Canones ex proprijs decernunt, quid ſit agendum in materia Eccleſiaſtica, leges ciuiles alienæ ſunt.

116 Sed deficit ſecundò, & quidem valde dicta ſententia; quia vbi ſint congregatæ duæ partes, vult quòd ad valorē electionis ſufficiat maior pars duarum partium, quod quidem eſto poſſet habere locū in ciuilibus iuxta leges ciuiles, eſt manifeſtè contrarium ſacris Canonibus. Nam ſacri Canones volunt, quod ad electionis Capitulum pertineant omnes, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, alij verò tanquam extranei habeantur, vt ex cap. cum nobis 16. & cap. quia propter 42. de elect. conſtat. Vnde de iure Canonico, vt ſupra probatum eſt, vota omnium, qui debent, volunt, & poſſunt intereſſe electioni numeranda ſunt, etiam ſi contempti non interfuerint electioni. Et ſic diſcrimen eſt

inter ius ciuile, & ius Canonicum, quòd illud vult vt habeatur ratio etiam nolentium, & non potentiũ venire, & ita vt ſi non adſint duæ partes, etiam quòd abſentes nolint, vel non poſſint venire, decretum præſentium non valeat. Sed ius canonicum vult, vt eorum qui, vel nolunt, vel non poſſunt commodè venire, non habeatur ratio. Secundò quia ius ciuile vult, quòd vbi adſint duæ partes, id quod fit à maiori parte ſit validum, ſed de iure canonico vbi omnes vocales velint, & poſſunt venire, etiam ſi electioni interſint duæ partes, & electus nominetur à maiori parte duarum partium, electio ſit ipſo iure nulla, niſi electus fuerit nominatus à maiori parte ſupra medietatem, vel etiam (vbi ſit talis conſuetudo) à duabus partibus votorum tam præſentium, quàm abſentium. Ideo ſi ſint triginta qui debent, volunt, & poſſunt intereſſe electioni, & adfuerint electioni viginti ceteris contemptis, non ſufficit vt electus nominetur ab vndecim, vel duodecim, ſed nec à quindecim, ſed debet nominari à ſexdecim; vel etiam vbi duæ partes requirantur, à 20. Ideo in caſu poſito à dicta ſententia, in quo ex 30. vocalibus 19 conuenerunt, & vnus fuit nominatus à decem, hic non eſt electus, non quia non habuit maiorem partem reſpectu viginti præſentium, ſed quia non habuit maiorem partem reſpectu 30. Vnde modo ex iure canonico nihil intereſt, quòd tot, vel tot ſint præſentes electioni ex ijs, qui debent, volunt, & poſſunt intereſſe, quia vbi electus non nominetur ab ea maiori parte, quæ ad valorem electionis eſt neceſſaria, nulla eſt electio, quanticumque fuerint congregati. Et vbi electus fuerit nominatus ab ea maiori parte, valet electio in ſubſtantia, relicto iure ſuo contemptis, vt poſſint agere de contemptu.

117 Colligitur tertiò, quòd præfata ſententia in hoc verum dicit, quòd vbi electio eſt nulla, immò abſolutè conſenſus contemptorum datus extra ſcrutinium, nunquam validat electionem, ideo vbi tantus ſit numerus contemptorum, vt electus non ſit nominatus in ſcrutinio ab ea maiori parte, quæ eſt neceſſaria ad valorem electionis, conſenſus contemptorum datus extra ſcrutinium, vt ex *Hoſtien. docet Panorm. loco citato* non validat electionem; quia ex *cap. quia propter*, ſolus conſenſus datus in ſcrutinio valet, non verò datus extra ſcrutinium. *Panorm. loco citato & in cap. quia propter num. 5. & 12. & cap. quod ſicut, 28. de elect. Bald. cap. Auditis num. 4. de elec. Innoc. cap. in Eccleſia veſtra num. 3. de elect.* Bene tamen aduertit *Innoc. vbi ſupra*, quòd ſi contemptus adueniret publicato ſcrutinio, antequam electio nomine Collegij publicè fieret, & inſtaret vt replicaretur ſcrutinium, quod replicandum eſſet, non verò ſi adueniret electione iam completa. Qui verò non eſt contemptus, etiam ſi veniat ante electionem, non habet ius, vt præcedentia ſint irritanda, & de nouo iteranda. *Compoſ. in cap. quia propter num. 19. Bellam. §. niſi fortè, ver. 3. de elect. Rota in Treueren Abbatiæ 20. Decembris 1624. Coram Coccino. §. 2. principaliter in fine Mar. Toloſ. Marta, Cuch. apud Sigiſ. d. dub. 9. num. 12. Lauor. cap. 17. num. 22. Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. c. 19. num. 114.*

118 Dicitur igitur ſecundò, quòd ex hoc præciſè, quòd vnus, vel duo, vel maior pars, vel ferè omnes ſint contempti electio de iure canonico non eſt nulla, ſed eſt annullanda ad inſtantiam contempti, vel contemptorum. Nam eſto, ſi magna pars vocalium contempta fuerit, electio ſit nulla, quia vt ſupra probatum eſt, tunc electus nequit nominari à maiori parte vocalium, tamen non eſt nulla ex eo quòd vocales contempti ſint, quia vocatio vocalium non eſt de ſubſtantia electionis, ſed eius ommiſſio eſt iniuſta, quia eſt iniurioſa, & contra ius, quod vocalis habet, vt interſit electioni. *Panor. in dic. cap. quia propter num. 12. & in d. cap. in Gen. num. 21. & in cap. Bonæ 4. de poſtul. num. 5. & 25. 26. 27. & cap. Bonæ 36. de elec. nu. 1. 6. 8. & Gloſſ. ib. v. expectare, Menoch. conſ. 67. num. 31. ex Felin. & Boer. Biax. p. 3. cap. 3. Sigiſ. d. dub. 9. num. 2 Baldus ad d. cap. Bonæ 36. de elect. num. 4. ex Marc. & Matta Caſtell. de elec. cap. 8. num. 1. Rota dec. 36. p. 6. Recent. nu. 1. Donat. p. 3. tract. 4. q. 21. Samuel. trac. 1. diſp. 2. contr. 7. Lauorius cap. 17. num. 13. & 17. & habetur clarè ex cap. quod ſicut 28. de elect. & ex Gloſ. ib. verb. vocatus & cap. quia propter v. Sanior. Portell. v. elec. num. 13. Barboſa alios citans l. 1. de iure Eccleſ. cap. 1. eſt n. 113. & ad d. caput Bonæ. 36. de elect. n. 1. 3. Tamb. t. 1. diſ. 5. q 3. n. 2. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 6. ver. Reſpondeo. Armilla v. electio num. 2.*

119 Contemptus igitur poteſt agere de contemptu, & ad eius inſtantiam debet electio caſſari. Et poteſt electionem, aliàs validam, ratam habere, & ita vt caſſari non poſſit, ſi ipſe illam ratam habeat, ſic enim decernitur *d. cap. quod ſicut 28. de elec. vbi Gloſſ. v. conſentire*, quæ etiam aduertit contemptum non poſſe cogi vt conſentiat *Panor. ibi, num. 3. Bal. nu. 1. Barboſa num. 5. Innoc. cap. Eccleſia veſtra num. 4. Imola num. 4. cap. bonæ 36. vbi quoque Imola nu. 5. cap. venerabilem 34. cap. Eccleſia veſtra 57. vbi Gloſſ. v. ſicut de elect. Innoc. in cap. quia propter, & cap. conſiderauimus de elec. & cap. Eccleſia veſtra n. 3. Panorm. in cap. in Geneſi 55. de elec. num. 10. & ſeq. & cap. 2. de poſtul. prælat. & cap. Bonæ eod. tit. nu. 27. & cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda num. 11. Syl. v. electio p. num. 6. Tabien. num. 13. Tuſcus L. C. concl. 967. & L. A. concl. 36. & ex Ancaran. Archid. Andrea ab Exea Lamber. Sigiſ. d. dub. 9. num. 2. Caſtell. d. cap. 8. num. 1 Donatus d. q. 21. Lauorius cap. 17. num. 15.* & cæteri DD. communiter.

120 Quod tamen limitatur, vt ſolus contemptus poſſit agere, & inſtare pro caſſatione electionis; vnde nedum nullus alius de capitulo, ſed nec iudex ex officio poteſt contempto tacente, vel inſtare pro caſſatione, vel electionem pro hac cauſa caſſare. *Panor. d. cap. in Geneſi num. 10.* vbi reiicit Gloſſam, quæ videtur ſentire oppoſitum *Sigiſ. num. 3. Caſtell. d. nu. 1. Barboſa l. 1. iur. Eccl. c. 19. num. 115. Samuel vbi ſupra Donatus num. 5.* quia hic agitur de fauore priuato non autem publico, vnde Iudex non poteſt ex officio ſuo ſuplere. Licet enim ius eligendi ſit publicum; vt tamen eſt in hoc vel illo electore ſubiectiuè eſt priuatum, & iniuria, quæ fit non vocando hunc vel illum electorem, fit perſonæ, & violatur ius, vt eſt huius, vel illius perſonæ, quæ non vocatur, ideo violatur ius vt eſt priuatum, & quatenus eſt perſonæ proprium; ideo eiuſdem perſonæ eſt, vel agere de contemptu, vel ratam habere electionem *Innoc. in cap. ad noſtram el 2. de iure iur. Panorm. vbi ſupra, & in cap. bonæ de poſtulat. Prælat.* Et exceptionem de iure tertij nullus poteſt dare. Item contemptus poteſt ratam habere electionem *d. cap. quod ſicut 28. de elect.* Illo igitur tacente & ratam habente electionem, illa non eſt caſſanda.

121 Et limitatur ſecundò; quia non auditur con-

temptus

temptus niſi debito tempore inſtet, ſcilicet ante electi confirmationem. *Cap.fin.de elect.in 6. Additionator ad Panorm.cap.in Geneſi n.10.L. B.allegans Francum, Brax p.3.c.7.Cuch.l.4.til.de elect.num.51. Sigiſ. d.dub.9.num.4.Lauorius cap.17.nu.14. Donat.d.q.21. num.3.& iterum Panorm.cap.quod ſicut.* Vbi quod contemptus debet proſequi cõtemptum intra tempus datum illi ad eligendum. *Samuel tr.1.diſp.2.controu.8.num.1.*

122 Quando tamen conſtet contemptum ignoraſſe electionem, & confirmationem, vnde non potuit ante confirmationem inſtare, admitti debet etiã poſt confirmationem *iuxta cap.fin. qui matrimonium accu.poſſ.* vt tradunt proxime DD. Immo ſi interim, dum agitur cauſa contemptus, vel etiam ante, qui fuit contemptus moriatur, eum, qui in locum mortui ſubrogatur poſſe proſequi cauſam contemptus, vel etiam ratam habere electionem, ſi velit, tradit *Baldus ad d.cap.in Geneſi v.ibid.& ex Cuch.Lauor. cap.17.num.15.*

123 Item ſi confirmatio non ſit confirmatio, ſed inſtitutio, & prouiſio, quia hæc ſimul eſt electio, & confirmatio, poſt huiuſmodi inſtitutionem auditur contemptus. *Sigiſ.d.dub.9.num.5.Samuel num.2.*

124 Videri poſſet, vt tertiò, limitaretur ſuperius dictum in Regularibus, qui quoniam non habent nec velle, nec nolle, non poſſunt agere, niſi Superiore id concedente; vnde videtur, quòd Superior poſſit, & prohibere contempto, ne agat de contemptu, & electionem aliàs validam etiam eo inuito confirmare. Sed limitationem non admittunt *Sigiſm.d.dub.9. num.7.& Donatus d.q.21.nu.6.* Quia Religioſus non habetur vt mortuus mundo, niſi in caſibus à iure expreſſis iuxta *Gloſſ.in cap.placuit el 3.16.q.1. Alex. conſ.139.num.4.l.2.Oldrad.conſ.284.nu.4.Rotam p.2. Recent.deciſ.543.num.1. Lauorium cap.17.nu.16.* Et ita cum in iure non inueniatur prohibitum, ſed ab eorum conſtitutionibus permiſſum Regularibus vt agant de contemptu, ideo nullus Superior, nec etiã Generalis poteſt ſuis ſubditis auferre ius agendi coram dictis ſuperioribus, ſi in electionibus contemnantur; quia inferior non poteſt negare, quod ſui ſuperiores concedunt, *Rota deciſ.1319.Coram Card. Seraph.* Generalis verò nedum eſt inferior conditori Canonum, ſed Capitulo Generali etiam. Admittit tamen *Sigiſm.cui concordat Samuel d.diſp.2. contr.9. num.5.* poſſe Superiorem ex cauſa iuſta tale ius auferre, pro quanto ſolùm dicit, quòd non poteſt id facere ſine cauſa iuſta. Exiſtimo ſuperiorem, vbi procedit vt iudex, ex nulla cauſa poſſe impedire, ne elector contemptus agat de contemptu; non quidem; quia hoc electori ſit permiſſum ex aliquo Capitulo Generali, quia hæc ratio eſto poſſit alicubi eſſe bona, in ordine Prædicatorum in quo ordinationes Capitulorum Generalium quantùm ad earum vſum ſubduntur diſpoſitioni Generalis, qui in illis poteſt diſpenſare, ratio præfata non valet. Sed quia hoc, quod eſt electorem contemptum poſſe agere de contemptu eſt ius à Canone conceſſum omnibus Eccleſiaſticis, & communi conſuetudine totius Eccleſiæ firmatum; non poteſt verò ſuperior Regularis negare ſubditis, quòd eſt omnibus Eccleſiaſticis à Papa conceſſum, & maximè cum eſt communi conſuetudine confirmatum. Sed ſi Superior Regularis procedat vt Prælatus in vim dominij, quod habet ex voto obedientiæ; poteſt ex iuſta cauſa agenti de contemptu imponere ſilentium; quia ſubditus Prælato præcipienti ſecundùm regulam tenetur obedire, & propria dimittere fauore boni communis Prælato, ex iuſta cauſa præcipiente, & in hoc ſubditus non habet nec velle, nec nolle:

125 Sed quæri etiam poteſt, an ſuperior aliquis etiam Capitulum Generale, vel quicunque ſuperior Papa inferior poſſit condere legem, per quam declaretur, & ſtatuatur irrita ipſo iure & nulla electio. in qua aliquis ſit contemptus, qui fuiſſet vocandus. Et negatiuè reſpondetur cum *Panorm. in d cap.quia propter num.12.& Io: Andr.apud eundem*, dicente, nec Epiſcopum, nec Capitulum poſſe id ſtatuere, *& Rota in Toletana Canonicatus* 18. *May* 1584. *Coram Clem.VIII.* quam refert, & ſequitur *Sigiſ.d. dub.9.num.3.fin.Barboſ.l.1.iuris Eccleſ.c.19.num.116. & apud eum Lauorius Samuel.tr.1.diſp.2.contr.7.n.7.* Quia non poteſt ſtatutum immuttare formam *d. c. quia propter, arg.Clem.ne Romani*, Vnde non poteſt ſtatutum infringere electionem validam, vel validare nullam contra diſpoſitionẽ *d. capitis quia propter*, iuxta quod vocatio abſentium non eſt de ſubſtantia electionis, ſed de iuſtitia. Fateor tamen, quòd hæc ratio indiget explicatione. Quia *in dicto cap.non ſtatuitur expreſsè*, quòd electio non vocatis omnibus non ſit nulla, immò potiùs cum dictum cap. exigat præſentiam omnium, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe, potiùs videri poteſt, quòd ex vi dicti capitis præſentia abſentium ſit de forma, & ſubſtãtia. Sed bene cum in alijs Capitibus in quibus decernitur electionem factam aliquo contẽpto eſſe caſſandam, ſi illam ipſe contemptus nõ ratificet, & cum dictum *cap.quia propter* exigat præſentiam vocalium iuxta diſpoſitionem aliorum canonum, vt habetur *c.Eccleſia veſtra 57.eod.tit.* ſequitur, quòd omnibus penſatis, hoc quod eſt vocationem omnium vocalium non eſſe de ſubſtantia electionis, taliter quòd cõtemptus non irritet electionem ipſo facto, ſed immò contemptus poſſit illam ratificare, eſt ſtatutum generale iuris communis, contra quod non valent inferiorum ſtatuta, per quæ non debet auferri ius, quod habet contemptus, vt electionem eo contempto habitam poſſit ratam habere & conualidare. Aduertit etiam *Lauorius cap.17. num.18. ex Panorm.cap.bonæ al 2.num.5.& 9.de elect.Brax. par.3.c.7.Tholoſ.cap.14. num.5. Cuch.de elect.nu.52.* quòd ratione contemptus non deuoluitur electio ad ſuperiorem, ſed pertinet ad eoſdem electores, accedentibus iſs, qui prius fuerunt contempti.

S V M M A R I V M.

1 *Non pertinet ad contemptum probare quod non fuerit vocatus. num.126.*

2 *Non præſumitur aliquis negligere ius ſuum. n.126.*

3 *Ad probandum aliquem fuiſſe vocatum, ſufficit dictum Nuncij. num.127.*

4 *Limitant hoc aliqui, ſed non admittitur limitatio. num.128.*

5 *Si non eſt ex culpa Capituli, quod citatio non peruenerit ad abſentem, ille non poteſt agere de contemptu. num.129.*

6 *Vbi capitulo conſtet citationem non perueniſſe ad citatum, tenetur iterum citare. num.129.*

116 QVæritur tertiodecimò: Ad quem pertineat probare, an aliquis fuerit vel vocatus, vel contemptus? Reſpondetur nō eſſe onus contempti vt probet ſe non fuiſſe vocatum, ſed vocantis aut electorū, vt probent illum fuiſſe citatum, vel monitum, quia præſumptio ſtat pro eo, qui habet ius intereſſendi electioni, & non interfuit, vt cenſeatur ideo non interfuiſſe, quia non fuit vocatus, cum non præſumatur quis negligere, quod ſui iuris eſt. *Gloſſ. in cap. quod ſicut.28.de elect.v.vocatos, & ibi Baldus num.3. Panorm.num.8.Caſtell.de elect.cap.8.num.1.& 17.Lanor.c.17.nu.19.Barboſ.ad dictum cap. quod ſicut n.7.* & apud eum *Felin.Tiraquel. Surdus, Maſcard. Menoch. & alij*. iterum *Panorm.in cap.Bona 23. de elect.nu.8.* 16. vbi quod negatiua hæc, talis non fuit citatus, nō poteſt probari, & teſti ſic deponenti non debetur fides, quæ tamen debetur ſi dicat talis nō fuit citatus, quod ſciam, & ſi fuiſſet citatus id ſcirem, quia ſemper v.g. fui cum illo, & *nu.*17. quod ſi is, qui dicitur citatus miſit nuncium ad iudicem, præſumitur citatus, licet ille neget ſe fuiſſe citatum; & ex Archid. quòd ſi comparens coram iudice neget ſe fuiſſe citatum, & ante omnia petit, quòd aduerſarius probet citationem, non eſt audiendus. De quibus vide *Barboſam* plures citantem ad dictum *cap. Bonæ 23. de elect.nu.15.& ſeqq.*

127 Ad hoc autem probandum ſufficere dictum nuncij iurati, eique affirmanti ſe aliquē vocaſſe credendū tradunt *Gloſſ.in d. cap.quod ſicut ex Gofred.Io. Andr.Vinc.& alijs.Specul.de cit.§ ſequitur ſuper verſ. ſed nunquid, Io.Andr.Rota in vna Bonon.de Mangiolis 14.Nouembr.1607. coram Coccino & deciſ.199. nu.2. par.1.recent. & deciſ.211.num.2.par.2.recent.Gratian. diſcept.forenſ.cap.502.num.14.15.& 16. Mandag.p.1. cap.4.& Boer.in addit.ad d.caput. Caſtell.cap.8.nu.18. Barboſa de iure Eccl.lib.1.cap.19.num.95.Lanor. c.17. num.20. Lezana v. electio num.5.* Vnde non eſt credendum *Barboſæ ad c.bonæ 23.de elect.*dicenti, quod nuncio non creditur.

128 Hoc tamen limitant *Boer.*apud *Caſtell. & Lanor.cap.17.num.20.ex Feder.de Senis loco cit.* niſi vir in dignitate, & in honore poſitus negee ſe eſſe citatum, & id medio iuramento paratus ſit affirmare; quia tunc potiùs eſſet credendum viro nobili, quàm vili nuncio. Sed ſi doctrina hæc vera eſſet, nobilitas ignobilitati illuderit quotieſcumque vellet. Bene approbanda eſt alia limitatio, quam ponit *Petrus de Bayx.par.3.cap.11.n.3.* dicens ex Cyno nuncio non eſſe credendum, niſi de commiſſione ſibi data conſtet, & quòd nuncio deponenti de facto alieno non creditur, niſi afferat probationem.

129 Sed ſi verè Præſidens electionis vocauit abſentem quantum ſit ex parte ſua, & bona fide, vel miſit litteras per curſorem ordinarium, vel miſit nuncium ad vocandum abſentem, ſed litteræ, vel ex malitia ab aliquo interceptæ fuerunt, vel caſu perierunt, vel nuncius pecunia corruptus non vocauit, licet dicat ſe vocaſſe, nunquid ad vitandam actionem de contemptu ſufficiet probare, quòd Præſes ex parte ſua bona fide vocauit, licet vocatio aliunde vocante inſcio, & inculpato impedita fuerit? Valde enim durum videtur, vt factum à maiori parte electorum infringi debeat, ſine eorum culpa, ex eo quòd vocatio ad vocatum non peruenerit, ad quem etiam ſi perueniſſet, vel ille non veniſſet ad electionem, vel ſi veniſſet, nihil profeciſſet contra votum maioris partis. Propterea dicitur, quod vbi conſtet quod bona fide Præſes electionis vocauit abſentem, & fecit quod in ſe erat, vt citatio ad abſentem perueniret, ſi non peruenit, non poteſt abſens agere de contemptu. Tum quia tunc non eſt contemptus ab electoribus, nec ab eis eſt aliquam iniuſtitiam paſſus; quia electores fecerunt, quod in ſe erat, vt illum citarent. Tum quia non tenentur electores, ad hoc vt citatio perueniat ad citatum, ſed ad hoc, vt ex eorum culpa non ſit, quod non perueniat. Et elector non habet ius eligendi niſi ſub conditione ſi ſit præſens; quod verò in eo caſu non ſit præſens non eſt ex culpa electorum. Tum quia omnis actio de iniuſtitia eſt contra aliquem, ſed in eo caſu nullus eſt in quem agere poſſit abſens, quia contra electores, & Præſidem non habet actionem, quia illi fecerunt, quod in ſe erat, vt electus adinueniretur. Contra alium verò iniquū detentorem poteſt agere, ſed ex hoc non poteſt agere contra electionē, quia hoc eſſet agere contra electores inculpatos. Verum quidem eſt, quòd ſi conſtaret Collegio citationem non perueniſſe antequam eligeret, & adeſſet tempus differendi electionem, teneretur differre, & iterum abſentem citare. Sed vbi Collegium bona fide credens citationem perueniſſe, & abſentem citatum nolle venire procedit ad electionem, licet citatio non peruenerit, non poteſt abſens agere de contemptu contra electionem.

CAPVT XII.

De loco electionis.

SVMMARIVM.

1 *Locus electionis non eſt de ſubſtantia. num 1.*
2 *Electio fieri debet in loco honeſto. nu.1.*
3 *Iuſtum eſt, vt fiat in loco conſueto. nu.1.*

1 LOcum non eſſe de ſubſtantia electionis, advertunt *Tabien.v. electio 1. numer.8. Sigiſm.à Bonon.de elect.dub.15.numer.4. Barboſ.de iur.Eccleſ.lib.1. cap.9. n.176. Donatus par.3. tract.2. q.2. num.1. Rota in Argentina Coadiutoria 2.Maij 1631.coram Ghiſilerio nu.5.* apud *Tambur.de iure Abb.tom.3.Ragg.cent.2. dub.190. n.1.* Nihilominùs vt DD. omnes tradunt debet fieri, in loco honeſto, & regulariter iuſtum eſt, quòd fiat in loco conſueto, *Sylu.v.electio 1.num.9. Tabien. nu.8. Sigiſm.d.dub.15.num.1.Caſtel.de elect.cap.6. numer.1. Barboſa ſupra num.176.Rota deciſ.36.num.7. part.6. recent.Hoſtien.in ſum.nu.3.Lanor.c.18.num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Nomine Eccleſiæ intelligitur ambitus totius domus Eccleſiaſticæ. num.2.*
2 *Nimirum chorus, ſacriſtia, Capitulum, &c. n.2.*
3 *Electio ſine cauſa iuſta non poteſt fieri extra Eccleſiæ ambitum. nu.3.*

4 *Ex cauſa rationabili poteſt fieri in quouis loco honeſto. nu. 3.*
5 *Electio Papæ non poteſt fieri extra Conclaue. numer. 4.*
6 *In Ordine Seruorum electiones Priorum fiunt in Capitulo Generali, aut Prouinc. n. 5.*
7 *Hoc non conuenit alijs ordinibus vi communicationis priuilegiorum. nu. 5.*

1 QVæritur nihilominus primò, an electio fieri debeat in Eccleſia. Nam ex DD. alij affirmant. *Gloſſ. cap. cū in terra v. in quo* alij negant. Sed concordari poſſunt, dicendo primo, quod nomine Eccleſiæ hic venit Eccleſia viduata, quæ ſponſo eſt orbata, cum ſuo ambitu tamen. *Biax. par. 3. cap. 12. num. 1.* ſiue ſit corpus Eccleſiæ, ſiue chorus, *cap. cum nobis de elect.* ſiue ſacriſtia, ſiue Capitulum Conuentus, *cap. cum terra 14. eod. tit.* ſiue in quocumque alio loco intra ambitum Eccleſiæ clauſo, *cap. qua fronte de appellat.* Ita enim *Panormit. cap. quod ſicut 28. de elect. num. 2.* explicat *Hoſtienſem in cap. cum terra 14. de elect.* dicentem, quòd ſi conſuetudo obligans, & legitimè præſcripta diſponit de certo loco, ſtandum eſt conſuetudini, *Hoſtien. in ſum. num. 3.* aliter non eſt ius in quo loco fiat, dum fiat in loco clericis honeſto, *Bald. in cap. 1. de poſtul. num. 2.* vbi quod electores poſſunt ſibi eligere locum ad eligendum, dummodo ſit locus idoneus, & ſolemnis, etiam in ſuburbijs Ciuitatis, ſi fortè eſt ibi aliqua ſolemnis Eccleſia. Quoniam ſcilicet dum fiat intra ambitum Eccleſiæ non eſt ius ſiue fiat in choro, vel ſacriſtia, vel Capitulo, vel alio loco. Quod idem docet *Sylu. v. electio 1. n. 9. Tabien. num. 8. Caſtell. de elect. cap. 6. num. 1. Sigiſm. d. dub. 15. num. 2. Donatus d. tract. 2. q. 1. Petrus de Biax. p. 3. c. 12. n. 1. Hoſt. in ſum. n. 3.*

3 Secundò autem dicitur, quod ſine cauſa non poteſt electio fieri extra Eccleſiam, ſeu Eccleſiæ viduatæ ambitum, ſed bene fieri poteſt cum cauſa. Nam hoc expreſsè habetur in *cap. quod ſicut 28. de elect.* ibi. *Præſertim cum iuxta Conſtitutiones Canonicas, ſi fieri poteſt, in Cathedrali Eccleſia electio debeat celebrari.* Loquitur autem textus de electione Epiſcopi, quam dicit celebrandam in Cathedrali, ſi fieri poteſt, igitur etiam Epiſcopi electio, poteſt ex cauſa celebrari extra Eccleſiam, quòd multò magis eſt verum de aliorum Prælatorum electionibus, & eò magis nunc, cum etiam electionibus Epiſcoporum nō interſunt ſæculares, ſed ſolùm illi de Clero, qui habent ius eligendi; vnde non eſt neceſſitas celebrandi electionem in ipſa exteriori Eccleſia, ſed ſufficit quòd intra ambitum Eccleſiaſticę domus habeatur. Et quod magis eſt ex cauſa rationabili etiam extra Eccleſiam poteſt vbique in loco honeſto celebrari. *Rota deciſ. 3. num. 2. in nou. de elect. & deciſ. 36. n. 6. p. 6. recent.* quam citat & ſequitur *Sigiſm. d. dub. 15. nu. 2. Biax par. 3. c. 12. num. 1. Sylu. v. elect. 1. num. 9. Tabien. nu. 8. Barboſa* plures citans ad dictum *cap. quod ſicut & l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 178. Azor. in 2. lib. 3. cap. 28. Donat. d. tract. 2. quæſt. 1. num. 2.*

4 Sola electio Papæ nō poteſt fieri extra Conclaue, *cap. vbi periculum de elect. in ſexto. Sylu. Tabien. & Donat. loco citat.* Et ſi alibi fiat eſt nulla. *Gregor. XIV. in d. bulla æterni Patris, §. quod ſi electio.*

5 Electiones etiam Prouincialium, & Priorum in Ordine Seruorum debere fieri ſemper in Capitulis Generalibus, aut Prouincialibus, & aliter factas irritas eſſe, ſtatutū fuit in eorum mari magno, §. 41. apud *Lezanam n. 133.* qui *nu. 134.* ait hoc eſſe priuilegium illi Ordini conceſſum ſupra ius commune, quo vti poſſunt aliæ Religiones communicatione priuilegiorum gaudentes, & putat ſuper hoc priuilegio fundari conſuetudinem, quæ in illo ordine eſt, creandi Priores in Capitulis Prouincialibus. Sed hoc dictum non poteſt admitti, quia in alijs Ordinibus in quibus fratres Conuentuum habent ius ſibi eligendi Priores, huiuſmodi vocales, qui aliàs omnes non poſſunt adeſſe Capitulis Prouincialibus, nō debent priuari ſuo iure. Nec communicatio priuilegiorum locum habet vbi de tertij præiudicio agitur.

S V M M A R I V M.

1 *Controuerſiam hanc dirimendam per ſortes, aliqui tenent. nu. 6.*
2 *Alij dicunt, quod minor pars debeat accedere ad maiorem. num. 6.*
3 *Electio debet fieri in ambitu Eccleſiæ viduatæ. numero 6.*
4 *Si Præſes vel maior pars ob priuatū commodū vellet eligere extra ambitū Eccleſiæ viduatæ, minor pars non teneretur adire, & poſſet appellare. numer. 6.*
5 *Si ambitus Eccleſiæ viduatæ, non eſt locus tutus, extra debet fieri electio, & minor pars poteſt ad hoc cogere maiorem, & appellare, ſi negetur ei locus tutus. num. 6.*
6 *Intra Eccleſiæ ambitum licitum eſt Præſidi conuocare ad quem locum ſibi placet. num. 7.*
7 *Si tamen maior pars vocalium non reſiſtat. numero. 7.*
8 *In Ordine Prædicatorum petitur, an Electoribus placeat locus. num. 7.*
9 *Vbi ſunt plures Eccleſiæ, vel Collegia, minor accedit ad maiorem, vel multitudine, vel dignitate. num. 8.*
10 *Vel de conſenſu maioris partis vocalium vtriuſque Collegij eligitur locus communis. nu. 8.*
11 *Ad hoc vt Elector appellet à loco non tuto ſufficit timor probabilis damni imminentis. n. 9.*
12 *Per Eccleſiam viduatam intelligitur vel Cathedralis, vel Abbatialis, vel Conuentualis. num. 10.*
13 *Extra caſum neceſſitatis, & legis, aut conſuetudinis minor pars à maiori non poteſt cogi eligere extra ambitum Eccleſiæ Cathedralis, aut Abbatialis, aut Conuentualis. nu. 10.*

6 QVæritur ſecundò, vbi nullus eſt conſuetus locus celebrandi electionem, vel nō poſſit haberi electio in loco conſueto, vbi congregandi ſunt electores, ſi inter ſe diſſideant. *Sigiſm. d. dub. 15. nu. 3.* quem ſequitur *Samuel. tract. 1. diſp. 2. contr. 16. num. 9. & Lauor. c. 18. num. 5.* putat huiuſmodi controuerſiam eſſe ſorte dirimendam, vel alijs ſimilibus modis de quibus per *Bellam. & Barboſ. in cap. & temporis 16. quæſt. 1.* quod in caſu in quo duæ Eccleſiæ Collegiatæ ſint ſub vno Epiſcopo tenuit etiam *Gratian. diſcept. for. cap. 655. num. 40. & 43. Gloſſa in cap. Bona 23. de elec.*

v. nec.

v. manebant, exiſtimat, quod minor pars debet accedere ad locum maioris, ſi fieri poteſt, vel econuerſo, aliàs ad locum communem conueniane omnes, vel conſtituant Procuratores, ſi ire non poſſint. Verùm arbitror ad Præſidentem electionis, nimirum ad illum, ad quem ſpectat conuocare electores, ſpectare etiam determinationem loci, ad quem vocati conuenire debeant pro electione; locus enim determinatus eſt cõnexus intrinſecè conuocationi, nec eſſet conuocatio, niſi vocales ad locum determinatum conuocarentur. Sed in præſenti nihilominus diſtinguendum puto locum, à loco loci, ſeu à loci parte. Nam de loco loquendo, electio ſemper debet fieri in loco, ſcilicet, in ambitu Eccleſiæ viduatæ, *Biax. par. 3. cap. 12. num. 1.* Et ideo etiam ſi, vel præſes electionis, vel maior pars vellet deputare alium locum, ob priuatum aliquod incommodum maioris partis, vel præſidis, vt puta, quia maior pars timeret ſibi ob inimicitias priuatas, non teneretur minor pars illum locum adire. *Biax. ibid. num. 3.* Sic enim, ſi v. g. Præſes, vel maior pars vocalium Regularium nollet eligere intra Eccleſiam, vel Conuentum, ſed extra ex aliqua priuata, & particulari cauſa non teneretur minor pars adire illum locum ad eligendum, ſed iuſtè poſſ. ꝑ appellare. Quia electio intra Eccleſiam viduatam vel ambitum eius debet celebrari, vt ex ſupradictis etiam patet, & habetur *cap. quod ſicut 28. de elect.* Ex cauſa tamen iuſta, vt dictum eſt poteſt hic locus variari, vt ſi timetur impreſſio aliqua in electores ex cauſa electionis, aut immineat periculũ libertati electionis, vel alia occurrat ſimilis cauſa cõmunis, & nõ priuata, & particularis. Hac enim cauſa exiſtẽte tam præſes, quã maior pars non poteſt cogere minorem ad eligendum in Eccleſia viduata, vel in eius ambitu, aut in loco, vbi eſt Eccleſia, ſed debet eligere locũ tutum, aliter nedum minor pars, ſed quilibet vocalis poſſet appellare à præfixione loci. *Gloſſ. v. ſecure, & Panorm. cap. bona 23. num. 1. & 2. de elect. loco citato num. 3.* Et ſic de iure communi, & præciſa quacumque alia conſuetudine contraria, electio debet fieri in Eccleſia viduata, vel eius ambitu, nec præſens, aut maior pars poteſt minorẽ cogere ad alibi eligendum ſine cauſa iuſta & publica, at verò cauſa iuſta & publica exiſtente, ſi locus non ſit tutus electioni, minor pars, immò vnus ſolus vocalis poteſt cogere alios ad locum tutum eligendum.

7 Sed ſi ſit quæſtio de loco loci, nimirum de loco intra ambitum Eccleſiæ vidnatę exiſtentem, liberum eſt præſidi maiori parte vocalium non repugnante, quemcumque locum determinare, & tenentur alij vocales ad eum locum accedere, ſi aliàs ſit tutus. Quia cum ex ſacris Canonibus ſufficiat, quod electio fiat intra ambitum Eccleſiæ viduat, iam in arbitrio conuocantis ad Capitulum eſt eligere locum. Quamuis ſit etiam in poteſtate maioris partis locum reprobare. Vnde in Ordine Prædicatorum, antequam procedatur ad electionem præſes petit an placeat locus, & tempus, & maiori parte locum, aut tempus reprobante, electores non procedunt. Et tamen etiam in hoc caſu ſi locus loci non eſſet tutus, poſſet minor pars compellere ad alium locum eligendum.

8 Sed quid dicendum, vbi per mortem alicuius Prælati, aut eius amotionem, plures ſunt Eccleſiæ viduatæ, nec eſt ſtatutum, aut lex, vel conſuetudo determinans, vbi habẽda ſit electio? Suppoſito quòd in loco tuto ſit facienda electio, dicitur quòd in hoc caſu, vt dixit *Gloſſa citata*, minor pars debet accedere ad locum maioris niſi locus maioris ſit non tutus, & locus minoris tutus; quia ſemper locus tutus eſt non tuto præferendus. Et in hoc caſu nõ debet attẽdi maior, vel minor pars ſolum in numero, ſed potiùs in dignitate, ſi vna Eccleſia ſit dignior altera. Aliàs ad locum communem ab eo cui de iure, vel conſuetudine conuenit conuocare electores de conſenſu maioris partis vocalium determinatum. In quo caſu ſi primo Eccleſiæ illæ plures ſimul perſonaliter conuenire non poſſint ad locum electionis eligendũ, poterit vnaqueque Eccleſia, ſeu Capitulum ſeorſum deliberare de loco communi eligendo, & poſtea iunctis ſimul Capitulorum deliberationibus, ille locus cenſendus erit electus, qui à maiori parte non omnium electorum, ſed vtriuſque Capituli fuerit approbatus, *Felin. cap. cum omnes, de Conſtit. nu. 18.* ad quem qui non poſſunt accedere poterunt mittere procuratorem, vel ſi Collegia ſint plura quam duo, locus erit, qui à pluribus Collegijs fuerit electus *Panor. cap. ſcriptum n. 6. de elect.*

9 Conſiderandum verò circa appellationem à loco non tuto, quod non eſt neceſſe, vt impreſſio, vel damnum de facto illatum fuerit electoribus ad hoc vt poſſit interponi appellatio, ſed ſufficit, quod dãnum probabiliter immineat. In his enim extraiudicialibus appellationibus, admittitur appellatio etiam à futuro grauamine, *Panorm. d. cap. Bonæ, Biax. par. 3. cap. 12. num. 4.* Sed de his appellationibus plura dicam infra, de illis ex profecto agendo.

10 Notandum etiam, quòd per Eccleſiam viduatam intelligitur, vel Eccleſia Cathedralis ſponſa Epiſcopi, vel Abbatialis, vel Conuentualis ſponſa Prælati Regularis. Quod eſt aduertendum, quia præciſa conſuetudine legitimè præſcripta in contrarium, aut lege particulari, nec præſes nec maior pars Canonicorum ſine neceſſitate poterit cogere minorem partem ad eligendum extra ambitum Cathedralis, nec maior pars Religioſorum poterit cogere minorem ad eligendum extra Conuentum.

S V M M A R I V M:

1 *Electionem factam extra locum conſuetum valere alij negant, alij affirmant. nu. 11.*
2 *Electio facta in loco honeſto, non eſt nulla. numer. 12.*
3 *Electio facta in loco honeſto, licet non conſueto non eſt peccatum mortale. n. 12.*
4 *Abſolutè ad electionem non eſt neceſſarius locus niſi honeſtus. n. 12.*
5 *Conſuetudo eligendi in vno loco, non eſt talis, quæ ſemper obliget. n. 13.*
6 *Mutare locum conſuetum intra ambitum Eccleſiæ, nullum eſt peccatnm. n. 13.*
6 *Secundum Canones electio Epiſc. non ſit neceſſario in Eccleſia. n. 13.*
7 *Eligere extra Eccleſia ambitum etiam ſine cauſa; ſi ſit in loco honeſto, non eſt peccatum graue. numer. 13.*
8 *In elect. Epiſcoporum difficilius eſt inuenire extra Eccleſiæ ambitum, locum honeſtum, & conuenientem ſimpliciter. nu. 13.*

mar-

Digitized by Google

9 *Mutare locum electionis ex iuſta cauſa, non eſt peccatum. n. 13.*

10 *Electio facta in loco non honeſto, eſt peccatum. numer. 14.*

11 *Electio facta in domo Principis eſt peccatum mortale. n. 14.*

12 *Electio facta in loco non honeſto, non ſemper eſt peccatum mortale. n. 14.*

13 *Electio facta in loco non honeſto, non eſt nulla, ſed annullanda. n. 14.*

14 *Niſi in caſu neceſſitatis Eccleſiæ vtilis, & fauentis eius immunitati. n. 15.*

11 QVæritur tertiò, an electio celebrata in loco, vel non conſueto, vel etiam non honeſto, & decenti teneat *Panorm.* in hoc videtur ſibi contrarius. Nam in *cap. quod ſicut 28. de elect.* ſuſtinet opinionem, *Gloſſæ in cap. in nomine Domini 23. diſtinct.* tenentis, electionē factam extra Eccleſiam ſine legitima cauſa non valere; quod tamen ipſe *Panorm.* ſic limitat, vt hoc ſit verum de electione facta extra ambitum Eccleſiæ. Et hoc probat, quia factum contra legē, non debet habere firmitatem, *Reg. quod contra ius, de reg. iur. in ſexto, & leg. non dubium, C. de leg. & cap. 2. de teſt.* Et eandem ſententiam tenuit *Hoſt.* quem refert, & ſequitur *Anchar. in cap. cum terra 14. de elect.* Sed idem *Panorm. in dicto cap. cum terra num. 4. fin.* quærens, an electio non facta in loco cōſueto teneat, respondet tenere, *arg. in cap. Conſiderauimus 10. de elect.* quàmuis malè faciant electores peruertendo conſuetudinem. Et hanc ſententiam tenent *Cuch. inſtit. maior. lib. 4. tit. de elect. num. 23. Sigiſm. d. dub. 15. nu. 4. Caſtel. d. cap. 6. num. 2. Barboſa lib. 1. de iure Eccl. cap. 19. nu. 177. Biax. par. 3. cap. 2. nu. 1. Samuel. d. contr. 15. n. 11. Lauor. cap. 11. n. 7.*

12 Ego ſic diſtinguerem, vel locus, in quo fit electio eſt honeſtus, & vel non eſt honeſtus, ſed Canonicæ electioni, & electoribus indecens. Si locus in quo celebratur electio eſt honeſtus, nec electio eſt, vel nulla, vel caſſanda, nec electores peccant grauiter etiam ſi mutatio fiat ſine cauſa. Ratio primæ partis eſt; quia locus non eſt de ſubſtantia electionis, vt dictum eſt ſupra. Ratio verò, ſecundæ partis eſt; quia abſolutè loquendo de electione, nullus locus eſt ad eam neceſſarius, niſi honeſtus, nam in *cap. cum terra 14. de elec.* ſolùm aſſeritur, quòd electores ſimul in vnum locum cōueniant. Caput verò *quod ſicut 28. de elec.* loquitur de electione Epiſcopi, vt per ſe patet, à qua non valet argumentum ad alias electiones, quæ etiam nunquam cōſueuerunt fieri in Eccleſia, ſicut nec electiones Regularium Prælatorum, vnde eſt quòd iſtæ dummodo fiant in loco honeſto, legitimè fiunt. Et ideo *Syln. v. electio p. num. 9.* abſolutè ait, quòd electio fieri poteſt in Eccleſia, vel capitulo, vel alio loco honeſto ſimili, & maximè vbi eſt conſuetudo. Et *Tabien. num. 8.* abſolutè ait, quòd electio poteſt fieri in quocumque loco honeſto. Et Rota in Argentina Coadiutoriæ ſupra citata ſuſtinuit electionem factam in grangia monaſterij; quia omnis locus, vbi Capitulum ſit congregatum dicitur Capitularis, dum ſit honeſtus *cap. quod ſicut, vbi Abb. num. 2. cap. cum terra, vbi Gloſſ. in verbo in quo, de elect.*

13 Nec obſtat conſuetudo ſi ſit, vt in certo loco habeatur; quia in iſtis vbi parum vel nihil intereſt, vt actus fiat hic vel alibi, homines vt plurimum non intendunt ſe obligare ad vnum; & conſuetudo fundatur in maiori aliqua commoditate, ob quam electores magis in vno quam in alio loco conueniunt; ſed nō tamen per hoc intendunt ſe obligare ad ſemper eligendum in eo loco, & ideo ſimiles conſuetudines, vel parum, vel nihil obligant. Vnde eſt, quòd vbi mutatio eſt ad locum intra ambitum Eccleſiæ, ſeu Conuentus, eligere in loco non conſueto nullum eſt peccatum. Sed & electio Epiſcoporum ſecundùm Canones non fit neceſſariò in Eccleſia, nam in *d. cap. cum in terra* nullus locus electioni Epiſcopi determinatur, & in *cap. in cauſis 30. de elect.* fit mentio de electione Epiſcopi facta extra Eccleſiam in Capitulo; Parum verò intereſt, ex quo non fit in Eccleſia, vt fiat in loco, qui dicitur Capitulum, vel intra ambitum Conuentus, aut domus iunctæ Eccleſiæ, vel in alio quocumque loco honeſto. Et in *cap. qua fronte 25. de appell.* reprehenditur Archiep Cantuar. quia electiones confirmabat in Camera Regis, & non ſaltem in palatio, vel camera ſua. Vnde eſt, quod id, quod per ſe iuxta Canones eſt neceſſarium, eſt quod locus ſit locus dignitati ad quam quis eligitur, & eligentibus conueniens, & de reliquo attendi debet cōſuetudo, ſed vbi ſalua etiam honeſtate in alio loco haberi poſſit electio, etiam extra ambitum propriæ Eccleſiæ, non video vnde hoc damnandum ſit tanquam peccatum graue, etiam ſi fiat ſine cauſa; quia nō eſt mutatio notabilis. Quamuis in electione Epiſcoporum difficilius ſit ſalua honeſtate ſimpliciter reperiri locum in quo præter conſuetudinem, ſeu abſolutè præter ambitū Eccleſiæ Cathedralis fieri poſſit electio. Vbi vero cauſa mutandi locum cōſuetum, ſiue Eccleſiæ ambitum ſit iuſta, tunc mutare locum electionis non eſt peccatum; quia vt ſupra probatum eſt, locus electionis eſt Eccleſia, vel in ſubſidium quilibet locus honeſtus *c. quod ſicut 28. de elect. DD. ſupra citati. Rendina. Petr. Greg. Camill. Borell. Gonzalez.* quos ſequitur *Barboſa, d. cap. 19. num.* 178.

14 Sed ſi locus in quo celebratur electio non eſt honeſtus, vt ſi in domo Principis, vel alicuius Potentis ſecularis eligeretur Prælatus Eccleſiaſticus, electores peccarent mortaliter, hoc enim eſt, quod maximè prohibent Canones, vt patet ex *d. cap. qua fronte.* An verò ſemper hæc electio facta in loco non honeſto ſit peccatum mortale? Dicendum hoc menſurari debere ex qualitate in honeſtatis loci, quæ aliquando leuis eſſe poteſt. Et licet electio non eſſet nulla ipſo facto, quia locus non eſt de ſubſtantia electionis, eſſet tamen caſſanda per rationem adductam à *Panorm.* quia nimirum factum contra legem, non debet habere firmitatem.

15 Quàmuis, & poſſit dari talis neceſſitas, vt nec ſit peccatum eligere in domo ſecularis, vel alio ſimili minùs honeſto, vt ſi electio alibi, quàm in domo ſecularis fauentis & protegentis electionem, & ei nō ſe intromittentis, non poſſit haberi tutò, & ſecurè. Et econtra nedū adeſſet mutatio loci, ſed abuſus ſecularis poteſtatis, cenſendum eſſet de electo, & electoribus quod dictum eſt ſupra *cap.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Electio habita in loco interdicto valet. num. 16.*

2 *Interdictum non ſuſpendit contractus. num. 16.*

3 *Ele-*

3 *Elect.o Papæ in loco interdicto non poteſt fieri, ſed facta valeret. nu.17.*
4 *Eligere in loco interdicto, per ſe nõ eſt peccatũ. n.18.*
5 *Innocatio priuata gratiæ Spiritus ſancti poteſt fieri in loco interdicto. num. 18.*

16 QVæritur quartò? An electio celebrata in loco interdicto teneat. Contra Archidiaconum in *in cap. In nomine Domini 23. diſt.* affirmant communiter DD. electionem factam in loco interdicto valere. Ita ex *Hugon. Vercell. & Io: Andr. Panorm. in c. 1. de poſtul. Prælat. num. 33.* & ibi *Bal. num. 2. & 3. & Anton. de Butr. Biax. p. 1. c. 19. Syl. v. electio p. num. 9. Tabien. num. 8. Sigiſm. d. dub. 15. Caſtell. d. c. 6. num. 12. Barboſa d. num. 177. Donat. dic. trac. 2. q. 2. num. 1. Ragg. cent. 2. q. 190. num. 1,* Lazorius *cap. 18. num. 6.* Quoniam interdictum ſuſpendit diuina, & Eccleſiaſtica Sacramenta *cap. fin. de ſent. excom. in 6.* ſed electio eſt quædam obligatio & contractus.

17 Immò nec ab hoc excipienda eſt electio Papæ, quia licet *cap. vbi periculum, de elec. in 6.* prohibeatur eam fieri in loco interdicto, non tamen ſi fiat annullatur, & ſuum valorem non amittit, vt ibi notat. *Gloſſ. & Io. Andr. & Panor. vbi ſupra.*

18 An verò ſit peccatum, celebrare electionem in loco interdicto. affirmat *Donatus d. q. 2.* Et de electione Papæ hoc eſſet dicendum, quia expreſsè prohibitum *d. cap. vbi periculum.* Sed de alijs electionibus id non dicunt DD. alij ſupra citati. Et certe, ſi locus interdictus eſſet locus conſuetus, vel alibi electio non poſſet commodè haberi, non apparet ex qua parte eſſet peccatum eligere in loco interdicto. Sed & abſolutè loquendo quia cenſura interdicti non ſuſpendit ab obligationibus, & contractibus, & electio non eſt niſi obligatio quædam, & contractus; vnde ex vi interdicti non eſt prohibitum eligere, ſi non eſt aliunde peccatum eligere in aliquo loco, non eſt peccatum ex eo, quòd ille locus ſit interdictus. Nec obſtat, quòd in electione inuocetur gratia Spiritus ſancti; quia vt habetur *cap. Alma mater de ſentent. excom. in 6.* hoc non eſt prohibitum fieri tempore interdicti, ſi fiat ſubmiſsè, & excluſis excommunicatis, & interdictis, qui quidem ab electionibus ſemper excludi debent.

SVMMARIVM.

1 *Electio clandeſtina eſt à iure reprobata. num. 19.*
2 *Quid ſit electio clandeſtina ſecundum aliquos. numero. 19.*
3 *Electio facta ſecreto non collegialiter eſt nulla, quia non collegialiter facta. nu. 19.*
4 *Electio facta collegialiter in quocumque loco ex ſecreto loci, non eſt clandeſtina, neque nulla. numero. 20.*
5 *Electio facta in cameris ſecreto, ſed collegialiter non omnibus admiſſis, erit caſſanda ratione contemptus, non ratione clandeſtinitatis. nu. 20.*
6 *Electio eo eſt clandeſtina, quia non publicata: num. 21.*
7 *Non eſſet electio clandeſtina ſi electores conueniant ſecretò de aliquo eligendo, ne tractatus clandeſtinus eſt ſemper malus. num. 21.*
8 *Quantumcumque electio clandeſtina habeatur, ſi mox publicatur non eſt clandeſtina. num. 21. 22.*
9 *Qualitercumque publicetur, cum aliqua ſolemnitate. num. 22.*
10 *Electio publicatur, ſi facta, manifeſtatur Clero, & populo. num. 22.*
11 *In Ord. Prædicatorum ſolemniter publicatur. n. 21.*
12 *Publicationem eſſe de ſubſtantia electionis, alij negant, alij affirmant. num. 23.*
13 *Publicatio abſolutè non eſt de ſubſtantia electionis. num. 23.*
14 *Publicatio eſt neceſſaria ex iuſtitia. num. 23.*
15 *Electio clandeſtina non eſt ipſo iure nulla. nu. 23.*
16 *Electionem dici nullam ipſo iure contingit dupliciter. num. 23.*
17 *Electio clandeſtina, non confirmanda, quia tollenda prius eſt clandeſtinitas. num. 23.*
18 *Decretum Sac. Cong. Regularium de public. electionis. num. 24.*
19 *Publicatio electionis duplex. num. 25.*
20 *Decretum Sac. Congreg. loquitur de publicatione facta Capitulo. nu. 26. 27.*
21 *Secunda electio non valet, ſi facta non caſſata prima. num. 26.*
22 *In Ordin. Minimorum per publicationem electionis intelligitur communis electio. nu. 27.*
23 *Decretum Sac. Congregationis non eſt vniuerſale, quia procedens ex Conſtit. Minimor. nu. 28.*
24 *Electio in abſcondito facta, quomodo non clandeſtina. nu. 29.*
25 *Publicatio non eſt ita de eſſentia electionis, vt ad euitandum graue ſcandalum non poſſit omitti. num. 30.*
26 *Lex capitis. Quia propter, non habet locum niſi in electione Prælatorum. num. 31.*

19 QVæritur quintò? An electio clandeſtina ſit ipſo iure nulla? Et reſpondetur, quod eſt à iure reprobata ex *d. cap. quia propter §. electiones quoque clandeſtinas reprobamus, ſtatuentes, vt quam cito electio fuerit celebrata, ſolemniter publicetur.* Circa quem textum dubitatur primò, quæ ſit electio clandeſtina? Eam enim eſſe, quæ fit in loco clandeſtino, nimirum in cameris, & per occultas conuenticulas tradunt *Syl. v. electio p. num. 9. Tabien. n. 8. Armill. nu. 12. Sigiſ. de Bonon. dub. 15. Caſtell. cap. 6. nu. 1.* Lazor. *c. 18. num. 8. Tambur. diſp. 5. q. 6. nu. 2. Barboſa ad d. cap. quia propter de elect.* Quod adeo extendit *Raggius part. 2. dub. 152. num. 3.* vt cenſeat electionem clandeſtinam eſſe, ſi electores in aliqua camera conueniant ſimul de eligendo amico, vel concive; quia formalis electio conſiſtit in conſenſu eligentium, in quo conſiſtit naturalis forma electionis, qui conſenſus præſtatur ab illis electoribus clanculum in camera congregatis, ideo tunc fit formalis electio clandeſtina. Sed contra hanc ſententiam inſtatur, nam ſi per electionem factam in cameris intelligit electionem factam non collegialiter, ſed diuiſim quolibet electore ſeorſum in camera votum ſuum ſcribente, & illud dante ſeorſum alicui, & ſecretò. Hæc electio eſt quidem clandeſtina, & nulla; ſed non eſt nulla, quia clandeſtina, ſed quia non collegialiter facta; vnde non minùs nulla eſſet, ſi publicè fieret à ſingulo electorum non collegialiter cum alijs congregato. Non enim valet electio niſi collegialiter facta, vt probatum eſt ſupra *cap. 10. q. 1.* & iterum probatur infra *c. 14.* Si verò per electionem clandeſtinam intelligi-

tur

tur electio collegialiter facta, ſed in loco ſecreto, vt in camera priuata, & occultè, neque hæc electio dici poteſt clandeſtina, neque eſt nulla ſi alia requiſita non deſint. Non enim fit clam, quod fit coram electoribus ſimul ſub legitimo capite congregatis. Et licet ſit clam reſpectu aliorum extraneorum, qui non ſunt de collegio electorum, non datur lex, quæ præcipiat, vt electio fiat coram extraneis, ſed immò leges, volunt vt electio ſecretè fiat vt ex *cap. quia propter 42. de elect. & ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 6.* conſtat; ideo electores ſeorſum ab extraneis cõgregantur vt electionẽ celebrent. Quamuis vt dictũ eſt neceſſe ſit electionem ſecretò celebratam publicari; ſi igitur hoc ſeruetur, nunquam electio ex eo quòd ſit celebrata in quocumque loco quantùmuis ſecreto, ex ſolo loci ſecreto eſt vel clandeſtina, vel nulla, vel caſſanda; quia immo locus, quantò ſecretior, eò eſt magis aptus ſecreto ſeruando in electione Canonica. Nec obſtat, ſi dicatur, electionem poſſe eſſe clandeſtinam, ſi fiat in cameris per occulta conuenticula ab aliquibus vocalibus, & non ab omnibus. Nam ſimilis electio poteſt quidem dici clandeſtina, & erit nulla ipſo facto, ſi non conuenerunt ex vocalibus vel maior pars, vel duæ partes, vel tantus numerus, qui ſufficiat ad hoc vt ſit collegium electorum ex quo aliquis, eligi valeat, vt dictum eſt *cap. ſuper* Vel etiam erit caſſanda, ſi aliquis fuerit contemptus, ad inſtantiam illius, vt ex dictis *eodem cap.* conſtat; ſed ſi nullus ſit contemptus, & electio alia requiſita habeat, nunquam erit caſſanda ex eo quòd ſecretò quidem in priuato loco occultiſſimè conuocatis vocalibus celebrata; quia nulla eſt lex prohibens huiuſmodi ſecretum, neque ex hoc ſecreto electio facta aliàs coram legitimis vocalibus eſt dicenda clandeſtina. Dicitur nihilominùs quòd electio pluribus ex cauſis eſt clandeſtina, vel quia non fit collegialiter ſed diuiſim, & abſconditè in priuatis cameris; vel quia, ſi fit collegialiter, fit in loco abſcondito & ſecreto, non vocatis ad eum locum omnibus vocalibus; vel quia ſcrutinium non publicatur; vel quia communis electio non fit publicè, ſed in abſcondito; vel tandem quia electio populo, & clero, aut communitati non publicatur, ſed manet apud electores ſecreta. In *cap. quia propter* de electione accipitur electio clandeſtina in hoc vltimo ſenſu.

21 Hic enim eſt manifeſtus ſenſus textus citati, qui primo reprobat electiones clandeſtinas, & ex hoc præcipit, vt electio quam citò fuerit celebrata ſolemniter publicetur, ex hoc innuens, quòd vbi fuerit publicata electio non erit clandeſtina; quia vt non ſit talis, iubet eam publicari. Et ita in hoc ſenſu textum hunc explicauerunt. *Gloſſa v. clandeſtinas. Panorm. & ex Compoſtel. & Io: Andr. Biax. par. 3. c. 37.* Vnde clandeſtina electio eſt, ſi Capitulum ordinet vt electio minimè publicetur, & ſic ſecreta ab electoribus cuſtoditur, quòd ſi ſtatim ac eſt celebrata publicetur, in quocumque loco occultiſſimo, & ſecretiſſimo conuenerint legitimi electores, electio non eſt clandeſtina. Ex his colligitur minime dicendam eſſe electionem clandeſtinam, vt voluit Raggius ſupra citatus, ſi plures electores etiam maior pars, etiam omnes, congregati in aliqua camera conueniant de amico, vel conciue eligendo. Non enim confundi debet tractatus de habenda electione, cum electione ipſa. Nec quilibet conſenſus eſt naturalis formæ electionis, ſed ſolum conſenſus abſolutus & de præſenti per verbum eligo expreſſus, non vero conſenſus de futuro, ſicuti & in matrimonio conſenſus de futuro conſtituit ſponſalia, & ſolus conſenſus de præſenti conſtituit matrimonium. Electores vero conſenſum abſolutum & de præſenti dant ſolũ in ſcrutinio; & ideo per ſolum ſcrutinium conſummatum & perfectum ex electione communi ſubſequenti habetur matrimonium ſpirituale, & per ſcrutinium celebratur electio. Sed conſenſus, qui in cameris datur de eligendo amico, eſt conſenſus de futuro, non de præſenti. Inde eſt, quod per illum non fit electio, ſed tractatus clandeſtinus, qui quidem nec per ſe eſt malus, ſi ſit de digniori, vel æquè digno eligendo, etiam habito conuenienti reſpectu ad amicitiam, vel conciuitatem, vt explicatur intra ex communi ſententia *cap. 29. & 30.* Erit verò malus, ſi tractetur de eligendo amico, vel conciue indigno, vel minus digno eo, qui poſſit haberi.

22 Conſiderandum eſt ſecundò. Quòd vt ex *Innocentio* aduertit *Panorm.* Publicatur electio, ſi facta electione publicatur Clero, & populo per aliquẽ, & non eſt vis, qualiter fiat, dum tamen, vt ſatisfiat præcepto *Concil Lateran.* hæc publicatio fiat cum aliqua ſolemnitate. In Ordine Prædicatorum ſtatim facto, & publicato ſcrutinio electionis pulſatur cãpanula, & tunc Supprior, vel alius quicumq; fuit primus ſcrutator, ſi ille non ſit electus, vel ſecundus ſcrutator, ſi fuit electus primus coram omnibus aduenientibus, & toto Conuentu, ſi totus conueniat, publicè format decretum electionis, & ſic electio ſolemniſſimè publicatur, quia immò ſolemniſſimè celebratur.

23 Dubitatur verò ſecundò, an hæc publicatio ſit de ſubſtantia electionis, & ex conſequenti hæc electio clandeſtina ſit ipſo iure nulla. Hoc enim affirmant *Panor. & Hoſtien. & Gloſ. in cap. vnico. Vt eccleſiaſt. benefic. in verbo occulta*, ex eo quòd hæc electio à iure reprobatur *d. cap. Quia propter §. electiones*, igitur inducitur nullitas, iuxra regulam. *Quòd contra ius, de reg. iuris in 6.* & *cap. vides, diſt. 10.* ſed oppoſitum ſentiunt *Innocent. & Io. Andr. Lauor. c. 19. num. 95. & apud eum Cuch.* & meritò; quia cum per electionem legitimè factam ſit acquiſitum ius electo, ipſe ſuo iure non eſt priuandus ſine ſua culpa. Et ad rationem Panorm. dicitur, quòd ſi quæcumque electio ex eo præcisè, quòd eſt contra ius eſſet nulla ipſo iure & facto, iam nulla daretur electio deficiens, quæ ſolùm eſſet caſſanda, & non eſſet ipſo iure nulla; quia ex hoc electio deficit, quòd eſt contra ius. Et electio celebrata non omnibus vocatis; quia eſt contra ius eſſet nulla ipſo iure, quòd tamen *Pannormitan. & Hoſtien.* & alij DD. communiter non admittunt, vt ex allegatis *cap. ſuper.* conſtat. Dicitur igitur ex valde notabili diſtinctione *Gloſſæ, in cap. auditis, v. ex poſt facto, de elect.* quòd hoc verbum electio ipſo iure nulla aliquando ſumitur minùs propriè, & dicitur electio nulla, quæ eſt ipſo iure annullanda, & talis eſt vt plurimùm omnis illa, quæ eſt contra aliquod ius. Sed in propoſito ſecundum Innoc. neque hoc locum habet; quia hoc ius ſuperuenit electioni iam ſubſtantialiter factæ, & eſſentialiter completæ, ideoque poſt ius acquiſitum electo, cui non debet obeſſe culpa eligentium. Et ideo eligentes puniendi ſunt, ſi non obediant publicando ſolemniter electionem celebratam, non verò eſt caſſanda ele-

ctio. Quod confirmatur; quia licet aliqua electionis publicatio ſit neceſſaria tanquam de iuſtitia, *cap. licet* 8. *q.* 1. Nam Clerus, & etiam populus Eccleſiæ viduatæ, cui electores prouiderunt de ſponſo per electionem, habet ius, vt ſibi electio manifeſtetur, vt poſſit excipere contra perſonam electam, ſi non ſit Prælaturæ idonea, *Gloſſ. in d. cap. licet*; tamen ad hoc ſufficit quæcumque publicatio, etiam non ſolemnis, vt Innoc. aduertit, & ideo ſufficiens erit, ſi confirmator ipſe electionem publicet, nec ad actum confirmationis deueniat, niſi citatis vel monitis intereſſe habentibus in confirmatione. Et ſic electio clandeſtina non eſt confirmanda, niſi ablata clandeſtinitate, & in hoc ſenſu electio clandeſtina eſt à lege reprobata. Neque obſtat, quòd DD. ſupra citati *num.* 19. dicant electionem clandeſtinam eſſe ipſo iure nullam; quia per clandeſtinam electionem intelligunt eam, quæ nō eſt collegialiter facta, ſed priuatim, & diuiſim per priuatas ſubſcriptiones & ſuffragia, & occulta conuenticula. *Barboſ. ad d. cap.* plures referens ſicut etiam intelligit Innoc. & hæc electio ſine dubio eſt ipſo iure nulla, ſicut & illa, in qua non publicatur ſcrutinium, vel electio communis fit clandeſtinè. Sed ſi per electionem clandeſtinam intelligimus eam tantum, quæ non eſt publicata hæc niſi aliud vitium habeat, neque eſt nulla, neque annullanda, licet clandeſtinitas ſit tollenda ante confirmationem, & propterea electio clandeſtina ſit à iure reprobata. Et hoc iterum confirmatur. Nam Concilium non præcepit hanc publicationem in *p.* §. illius capitis, vbi dat formam electioni, ſed in *vlt.* §. poſtquam iam formam eligendi tradiderat, & quia electionem per ſcrutinium ſecretum inſtituerat, ne ex hoc intelligeret quis electionem poſſe clandeſtinè ita fieri, vt nec facta, eſſet clero, & populo publicanda, ſubdit poſtea quòd electiones clandeſtinas reprobat, & præcipit electionem publicari.

24 Nihilominus ex oppoſito conſiderandum eſt, quod videtur, quod S. Congregatio Epiſcoporum & regul. ſteterit pro nullitate electionis die 13. Iunij 1642. decernens electiones non publicatas, vel in alium diem, aut locum dilatas eſſe nullas prout refert *Nicolius in Floſc v. electio num.* 18. Verum attendi debet caſus tunc deciſus à S. Congregatione, qui (prout mihi certò conſtat) fuit talis. Cum in Prou. Flandriæ PP. ordinis Minimorum celebraſſent duas electiones Prouincialis, primam die 29. Settembris anno 1641. in loco per præcedens Capitulum deputato, quæ poſtea non fuit publicata, alia die 15. Decembris eodem anno in ædibus Epiſcopi Antuerpien. nonnullis ipſorum fratrum vocatis; Pater Generalis dicti Ordinis primam electionem tanquam contrariam diſpoſitioni ſacrorum Canonum, & Cōſtitutionibus eiuſdem ordinis nullam declarauit, & alium Prouincialem inſtituit. Sacra verò Congregatio re matura diſcuſſa, & inſtitutione facta à Generali confirmata, præfatas duas electiones tanquā contra diſpoſitionem ſacrorum Canonum, & conſtitutiones eiuſdem Ordinis factas, vel eas non publicando, vel in alium libet locum differendo, nullas eſſe declarandas cenſuit, & de facto eas annullauit, & inualidauit.

25 Sed hic conſiderandum eſt, quod publicatio electionis duplex eſt, nam electionis publicatio dicitur apud Canoniſtas ipſa electio communis, quæ publicato ſcrutinio fit ab vno nomine totius Capituli; vt videre eſt apud *Sigiſ. dub. mihi* 38. *de elect. & Lauor. c.* 19. *n.* 97. Tunc enim electio publicè fit corā Capitulo eligentium, & debet fieri cū hac ſolemnitate, aliter electio eſſet clandeſtina. *Lauor. ibid.* Sed publicatio electionis etiam dicitur, per quam electio iam facta publicatur extra Capitulum, vel populo, vel Clero, vel Conuentui. In præfato decreto eſt ſermo, de publicatione non facta Capitulo.

26 Quod probatur primo. Nam cum electores illi proceſſerint ad ſecundam electionem, nulla habita ratione illius prioris non publicatæ, non leue indicium eſt, quod illa prior fuerit habita ex eo ſubſtantialiter & euidenter deficiens, & nulla, quod non fuerit publicata Capitulo. Nam talis publicatio eſt omnino & manifeſtè de ſubſtantia electionis, vt infra cap. 19. probatur. Aliàs enim cum certum ſit, quod tam de iure communi, quam de iure conſtitutionum Ord. Minimorum, Electores publicato ſcrutinio, & electione non poſſunt ad nouam electionem procedere, niſi priori à ſuperiore examinata & caſſata *arg. cap. publicato, de elect. Peyr. in ſubd. quæſt.* 1. *cap.* 31. §. 6. *verb. dico* 10. & eſt ſententia communis, vt probatur infra *cap.* 18. ſi ea prima electio fuiſſet publicata Capitulo, euidens fuiſſet Electoribus, ſe non poſſe validè ad ſecundam procedere, vnde nec ad eam proceſſiſſent. Et dato quod proceſſiſſent, illa ſecunda electio nedum caſſanda fuiſſet, quia dilata ad alium locum, ſed quia erat ipſo iure nulla tanquam facta poſt primam electionem Capitulo publicatam, & completam, non expectato iudicio Superioris de illa priori electione. Et tamen ob hanc cauſam non fuit illa ſecunda electio annullata, ſed quia fuit ad alium locum dilata.

27 Secundo probatur. Nam in illius ſacri Ordinis ſermone publicatio electionis non eſt alia à publicatione ſcrutinij, & electione communi, quam in eodem Ordine conuenit facere Scribæ. Quod oſtenditur primò, quia *Peyrin. in ſub. q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 2. numerans ſubſtantialia electionis, inter alia ponit, *quod electio ſolemniter, & publicè denuncietur, ideſt in Capitulo*, vnde per publicationem electionis, eam intelligit, quæ fit ex iuris ſolemnitate in Capitulo coram electoribus, dum ſcrutinium publicatur, & à Scriba nomine eligentium eligitur is, qui in ſcrutinio nominatus fuit à maiori parte. Secundò, quia cum in eodem Ordine in electione Correctoris, nec publicetur ſcrutinium Capitulo locali, nec fiat communis electio, ſed poſtquam ſcriba apertis ſchedulis vidit aliquem fuiſſe nominatū à maiori parte, dixit Capitulo, habetur electio, poſtea literæ electionis mittantur ad Capitulum Diffinitoriū, aut Prouinciale, & in diffinitorio aperiantur, & examinentur, & fiat collatio numeri ad numerum, & nominatus à maiori parte, ſi aliud non obſtet confirmetur, vt habetur ex *Peyr. in ſubd. q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 6. & §. 7. propterea huiuſmodi Correctorum electio dicitur nō publicari, vt tradit idem *Peyr. in formul. lit. E. cap.* 7. *num.* 7. In dicto Ordine igitur per publicationē electionis, intelligitur electio communis poſt publicationem ſcrutinij & collationem facta per ſcribam coram Capitulo de eo, qui in Capitulo fuit nominatus à maiori parte. Tertio, quia inter requiſita ſubſtantialia electionis, nunquam numeratur publicatio electionis extra Capitulum, vt videre eſt apud *Peyr. in ſubd. q.* 1. *cap.* 31. *notab.* 6. *iuncto notab.* 2. Nec

eiuſ-

Digitized by Google

einſdem habetur aliqua mentio ab eodem in *Formul. lit. E. cap.* 12. 14. *&* 15. in quibus agit de elect. Prouincialis in eo Ordine, in quo extra Conuentum hæc electio non verbo, ſed facto publicatur. Nam ſi electus ſit præſens deducitur ſtatim electione facta ad Eccleſiam, & intronizatur, ideſt ei ſedenti in cathedra ad hoc parata, per manuum oſculationem obedientia præſtatur, vt tradit *Peyr. in Form. d. cap.* 15. *num.* 5. vbi etiam addit, quod hæc ſolemnitas non eſt de ſubſtantia electionis. Cum igitur illa prior electio Prouincialis fuerit caſſata, quia non publicata, hoc non fuit factum ob defectum publicationis extra Capitulum, cum hæc publicatio nec de iure communi, nec de iure ſpeciali dicti Ordinis ſit de ſubſtantia electionis, ſed quia non fuit publicata Capitulo per ſcribam primo publicantem ſcrutinium, Et poſtea facta collatione, nomine communi, coram Capitulo eligentem nominatum à maiori parte.

28 Accedit ad hoc quod ex ea S.Cong. declaratione non poteſt ſumi argumentum ad electiones extra Ordinem Minimorum; quia duæ illæ electiones fuerunt caſſatæ non præciſè, quia fuerint contra S.Canones, ſed quia ſimul fuerunt contra Conſtitutiones dicti Ordinis. Quod euidenter colligitur ex eo etiam, quod ſecunda fuit caſſata tanquam dilata ad alium locum. Eſt vero certum, vt infra probo *cap.* 12. *&* 13. quod infra terminum temporis deſignatum à iure licet electoribus variare tempus, & diem electionis, & certum eſt locum nō eſſe de ſubſtantia electionis, ſed electionem fieri poſſe validè vbicumque, dum fiat in loco honeſto. Sed quia in dicto Ordine electio Prouincialis debet fieri die 29. Septembris, & in loco à præcedente Capitulo deſignato, vt patet ex regula *num.* 48. *& ex Correct. nu.* 101. & tradit *Peyr. ad d. nu.* 48. *regulæ, & in Formul. lit. E. cap.* 15. *num.* 1. Et quia dicta ſecunda electio celebrata fuit poſt diem 29. Septēbris in domo Epiſcopi Antuerpien. extra locum à præced. Capit. deſignatum, ideò fuit caſſata; non quidem in vim ſacrorum Canonum abſolutè, apud quos locus, non eſt de ſubſtantia electionis, ſed in vim ſacrorum Canonum, prout per legem ſpecialem talis Ordinis determinatum locum exigunt ad Prouincialis electionem. Et ita illud decretum Sac. Congregationis non eſt vniuerſale, neque extra Ordinem Minimorum ſe extendit, & niſi aliunde conſtet in alijs Ordinibus electionem eſſe nullam, quia ſit contra Canones, ex vi talis decreti non eſt cenſenda nulla.

29 *Ex his colligitur*, quod ſi electoribus diuiſis, & vna parte volente eligere & impediente vi & violentia aliam, ne legitimè valent eligere, tunc cum id facere poteſt ex lege, vel quia eſt maior pars, vel quia expirat tempus eligendi, ſi illa pars præmiſſa debita citatione alterius partis omni modo ſibi poſſibili facta, quærat poſtea locum occultū, & claudat etiam ſe, vt à violentia alterius partis ſe defendat, & ſic in loco occulto eligat, & poſtea electionem publicet, hæc non eſt clandeſtina electio. Tum quia publicata. Tum quia ex neceſſitate facta in loco ſecreto, & clauſo, non ad excludendum alios, ſed ad eorum vitandam violentiam.

30 Hinc conſiderandum eſt vltimò, quòd hæc publicatio electionis nō eſt ita neceſſaria & de ſubſtātia electionis, vt ex neceſſitate aliqua, & ad vitandum grande ſcandalum, non liceat illam differre vſquequo confirmator, ſeu alius quilibet competens ſuperior admoneri poſſit, & iuxta eius conſilium & mandatum, vel publicari, vel iterum magis abſcondi ad tempus.

31 Sed aduertit etiam *Panor.* quòd diſpoſitio illius *cap. quia propter*, non habet locum in omni electione, ſed in illa ſola, de qua loquitur dictum caput, ſcilicet in electione Prælatorum. Et ita eſſet dicendum, ſi textus imponeret pœnam nullitatis ipſo facto electioni non publicatæ, vt vult *Panormitanus*. Sed ſuſtinendo ſententiam Innocentij dicitur, quòd publicatio electionis eſt neceſſaria, vt fiat cuicumq; habenti intereſſe in quacumque electione, quāmuis quòd hæc publicatio fiat cū ſolemnitate, ſicut præcipit ille textus, ex vi eiſdem textus, non ſe extendat niſi ad electionem Prælatorum, de qua ſola ille textus loquitur.

CAPVT XIII.

De tempore electionis.

SVMMARIVM.

1 *Triplex tempus præfixum ad eligendum. nu.* 1.

1 TRiplex tempus in præſenti eſt conſiderandum, nimirum tempus à iure præfixum vltra quod electores nō poſſunt eligere, & ſecundò tempus, in quo poteſt haberi ritè tractatus de electione futura, & tertiò tempus in quo habenda eſt electio ipſa.

SVMMARIVM.

1 *An viuente Prælato poſſit eligi, &c. nu.* 2.
2 *Eccleſia non viduata, nequit fieri electio. n.* 2.
3 *Eccleſia duobus modis vidua remanet, per mortem & abſolutionem Prælati. n.* 3.
4 *Tribus modis Prælatus abſoluitur, per translationē, depoſitionem, & ceſſionem. n.* 3.
5 *Tunc per translationem viduatur Cathedralis Eccleſia, quando Prælatus abſoluitur in Conſiſtorio Papæ. n.* 4.
6 *Tunc per translationem vacat Prælatura, cum ſuppoſito conſenſu Prælati iuxta ſtylum Prælatus abſoluitur ab illa. n.* 4.
7 *Si inuoluntarius Prælatus transfertur, tunc vacat Prælatura cum vel Prælatus conſentit abſolutioni de ſe facta, vel inuitus, legitimè tamen, abſoluitur. num.* 5.
8 *Tunc vacat Prælatura per depoſitionem, cum Prælatus per ſententiam à Prælatura abſoluitur, vel abſolutus declaratur. n.* 5.
9 *Appellatio legitima ſuſpendit executionem abſolutionis. n.* 5.
10 *Si Papa reſtituat depoſitum à Prælatura cum clauſula decreti irritantis, electio facta de alio eſt nulla. num.* 6.
11 *Si depoſito Prælato, electores eligant alium priuſquam Papa depoſitum reſtituat, electio eſt valida. nu.* 6.

12 *Si electio facta ſit poſt reſtitutionem Prælati depoſiti factam à Papa, electio eſt nulla. n.6.*

13 *Per ceſsionem tunc vacat Prælatura, cum ſuperior admittens ceſsionem abſoluit Prælatum. num.7.*

14 *Duo ſoli ſunt modi quibus vacant Prælaturæ, ſcilicet per mortem, & abſolutionem Prælati. n.7.*

15 *Vacantia ex eo quod Prælatus temporalis terminat officium, reducitur ad abſolutionem. n.7.*

16 *Nedum per mortem temporalem, ſed per moralem, ſi Prælatus fiat profeſſus religionis, vacat Prælatura. n.7.*

17 *Acceptata ceſsione Prælaturæ, non eſt locus pœnitentiæ. n.8.*

18 *Prælatura non vacante, non poteſt haberi tractatus validus de electione. n.9.*

19 *Electio facta poſt mortem Prælati, quam præceſsit tractatus factus ante illius mortem, eſt caſſanda. num.10.*

20 *Citatio facta non vacante Eccleſia nulla eſt, nec poteſt conualeſcere. n.11.*

21 *Non vacante Eccleſia, non eſt prohibitus tractatus priuatus, ſeu etiam publicus, ſed pure conſultiuus. num.12.*

2 Circa primum tempus, quæritur primò. An viuente Prælato poſſit eligi Prælatus futurus. Reſpondetur autem certũ eſſe non poſſe eligi alicuius Eccleſiæ Prælatum, dum Eccleſia ſponſum habet, ſeu niſi Eccleſia ſit viduata, vt habetur, *cap. Bonæ 36. & cap. quia propter* 42. de elect. ibi, *& magna pericula immineant Eccleſiis viduatis*. Eſt enim electio actio, per quam viduatis Eccleſijs prouidetur de ſponſo. Vnde hoc eſt apud DD. indubitatum.

3 Duobus autem modis poteſt Eccleſia remanere viduata, & ſine Prælato, ſcilicet per mortem, & per abſolutionem Prælati, quæ triplex eſſe poteſt, nimirum per translationem eius ab vna ad aliam Eccleſiam, vel per eius ceſſionem, vel per eius depoſitionem, vt habetur, *cap. Inter corporalia 2. de tranſlat. Epiſc.* ibi *coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per translationem, depoſitionem, aut ceſsionem authoritate Roman. Pontific. &c. Epiſcopus ab Eccleſia remouetur*.

4 Vnuſquiſque autem horum modorum debet eſſe completus, vt ſcilicet primo translatus à priori Eccleſia ſit abſolutus. Loquendo autē de Epiſcopis habemus hanc declarationem S. Congr. Epiſcoporũ datam 14. Decembr. 1624. quam refert Barboſa ad *cap. 1. de translat. Epiſc. num. 5.* in hæc verba *Sac. Congregatio Illuſtriſs. Card. negotijs Epiſc. præpoſita S. D. N. approbante cenſuit, Eccleſiam à qua volens transfertur, ſeu quam dimittit Epiſcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Epiſcopus, ab illius vinculo abſoluitur in conſiſtorio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem litterarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſsionem ſecundæ Eccleſiæ. Et poſtquam huiuſmodi abſolutionis notitiam Epiſcopus habuerit, etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarij ſacri Collegij, illico teneri eum abſtinere ab exercitio Ordinariæ iuriſdictionis, eamque tranſire in Capitulum, tanquam in Sede vacante, & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea iuriſdictione vti, ac Vicarium iuxta Trid. Concil. præſcriptum eligere, ſedemque vacantem publicare*. Cum proportione igitur loquendo, per translationem de vna Prælatura ad aliam, Eccleſia, vel dignitas, vel officium, quòd Prælatus voluntariè dimittit, vacat tunc, & ab eo puncto, in quo iuxta ſtylum cuiuſcunque Ordinis, vel Religionis, Prælatus a priori Prælatura abſoluitur. Sed ſi non deſerit voluntariè Eccleſiam priorem, aut Prælaturam, vacabit Eccleſia, vel ab eo tempore, in quo poſt abſolutionem conſenſit, ſi conſenſus ſequitur ſuperioris abſolutionem factam ſub conditione conſenſus illius; vel ab eo tempore, in quo à ſuperiore etiam inuitus abſoluitur, ſi Superior in tali caſu poſſit Prælatum etiam inuitum de vna ad aliam Prælaturam transferre: Pro eo enim tempore iam ſuperioris abſolutio abſoluta & efficax ſuum ſortitur effectum, & iam Prælatus non eſt illius Eccleſiæ Prælatus.

5 Cum proportione idem dicitur de depoſitione, per quam Epiſcopus, vel Prælatus in pœnam deponitur & Prælatura priuatur. Vacat enim Eccleſia ab eo tempore, in quo Superior per ſententiam Prælatum abſoluit à Prælatura, ſeu deponit, aut depoſitum declarat. Solum eſt aduertendum, quòd vbi habere poſſit locum iuſta appellatio, depoſitionis effectus ſuſpenditur, donec ſententia tranſierit in iudicatum; quia iuſta appellatio ſuſpendit ſententiam depoſitionis ab officio.

6 Difficultatem mouerunt antiqui Canoniſtæ in hac parte, an, ſcilicet, ſuppoſita vacantia Eccleſiæ per depoſitionem Prælati factam per Papam, in caſu, in quo electio noui Prælati ſpectat ad Collegium, ſi electores alium eligant, & Papa reſtituat eum, quem depoſuit, quis horum ſit præferendus? Mouet hanc *quæſt. Gloſſa ad cap. Innotuit. 20. verſ. ſuſceptionem*. De electione, & eam non reſoluit. Sed relicta ſententia & diſtinctione Abbatis antiqui, & *Baldi*, reſpondetur, & diſtinguitur. Nam vel in reſtitutione, Papa appoſuit clauſulam decreti irritantis etiam de præterito, ſeu quidquid in contrariũ factum fuerit, & tunc reſtitutus recuperat Eccleſiam, non a alterius Prælati electione non obſtante; quia ipſa ex vi decreti irritantis nulla redditur. Vel huiuſmodi clauſula decreti irritantis non fuit poſita in reſtitutione, & tunc ſi electio facta eſt ante reſtitutionem Prælati depoſiti, tenet & eſt valida, & præferenda; quia tunc vacabat Eccleſia, neque electores tenebātur, vel ſcire, vel expectare, quòd Papa de plenitudine poteſtatis depoſitum remitteret. Sed ſi reſtitutio præceſſit electionem, valet reſtitutio, & electio eſt nulla, quia facta Eccleſia non vacante, *Innoc. ad d. cap. Innotuit. num. 5. Compoſtel. num. 5. Io. Andr. n. 27. Hoſt. num. 21. Butr. num 43. Panorm. num. 22. Imol. nu: 15. & Rendina* quem citat & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 27.*

7 Qui autem volens transfertur ad aliam Eccleſiam, non deſerit eſſe Prælatus primæ, per ſuum ſolum conſenſum, donec à Papa vel alio legitimo Superiore abſoluatur, & ideo nec qui cedit Epiſcopatui, vel alij Prælaturæ deſinit eſſe Prælatus, niſi Papa, aut alius ſuperior Prælati cedentis acceptans renunciationem eum abſoluat. *Panorm. cap. ad aures de his, quæ vi. Pariſ. lib. 1. q. 12. num. 12. & 13. Tambur. diſp. 5. q. 7. num. 3.* & apud eum *Riccius, Donat. par. 3. tract. 3. q. 5.* Vbi tamen aduertendum, tantum valere acceptationem reſignationis, etiam factam ad fauorem alicuius, vt non obſtante, quod reſignatio facta ad fauorem alterius non inducat vacantiam beneficij nec abdicet ius à reſignante, ſi non ſortiatur

eſſe-

Digitized by Google

effectum; *Rota in Neapol. Paroch. 15. Martij 1647. coram Eminentiſſ. Ottobono*, quia huiuſmodi reſignationes continent implicitã conditionem hanc, quatenus beneficium acquiratur perfectè Reſignatario, *Pariſ. lib. 1. q. 3. numer. 8. & 47. Rota in Sarzauen. beneficij 23. Iunij 1631. coram Coccino*, ita vt interim poſſeſſio maneat apud reſignantem, *Rota deciſ. 635. num. 8. & 9. par. 5. recent. & in Imolen. benefic. 23. Iunij 1645. coram Eminentiſſ. Corrado*, nihilominus ſi Papa ad fauorem Reſignatarij acceptet reſignationem, & ei gratiam prouiſiuam purè, & ſimpliciter concedat, reſignatio cenſetur habuiſſe effectum ſuũ, etiam ſi ob non factam publicationem reſignationis in terminis Conſtit. 33. Gregor. XIII. reſignatio nõ ſortiatur effectum, ſed beneficij talis prouiſio pertineat ad Pontificem; reſignans enim ad fauorem alicuius, admiſſa reſignatione cenſetur mortuus, & ita vt in caſu noſtro, ſi interim reſignans decedat beneficium non vacet ob mortem illius, ſed vacet ob omiſſionem publicationis, vt pluribus citatis probat *Rota in Viterbien. beneficiorum 23. Iunij 1653. coram D. Celſo*, quæ habetur impreſſa inter volantes. Et ſic apparet, quòd duo ſunt modi quibus Eccleſiæ vacãt, vel ſcilicet per mortem naturalem, aut etiam moralem ſi Prælatus fiat profeſſus alicuius Religionis, vel per ſuperioris abſolutionem. Et à tempore abſolutionis notificatæ incipit vacantia Eccleſiæ, aut Prælaturæ. Nam & vbi Prælaturæ ſint temporales, licet Prælatura vacet à tempore quo Prælatus complet officium, tamen & hic modus vacationis ad abſolutionem reducitur, quia tunc Prælatus à iure manet abſolutus à Prælatura.

8 Quod verò ait Donatus, quòd ſcilicet, etiam ſi renunciatio Prælaturæ acceptata fuerit, datur locus pœnitentię, & ſi acceptanti placuerit, poſſit re integra renuncians manere in eadem Prælatura, verum eſſe non credo. Quia per acceptationem ceſſionis verè vacat Eccleſia. Ideo vbi Prælatura non ſit electiua, ſed pertineat ad acceptantem, ſi velit renunciationem illam immediatè conferre, poteſt quidem ſuperior acceptans renunciationem iterum Prælaturam conferre. Sed vbi Prælatura ſit electiua, vel eius collatio ad alium ſuperiorem ſpectet, Prælatus qui ceſſit Prælaturæ, & eius ceſſio legitimè acceptata fuit, non poteſt ex beneplacito acceptantis manere in Prælatura ex eo quod placeat ei, qui ceſſionem acceptauit, quoniam ex vi acceptationis factæ, Prælatura vacauit, & Eccleſiæ illi vacanti prouidere de Prælato pertinet ad electores, vel ad alium ab acceptante.

9 Ampliantur verò prædicta, vt Eccleſia non viduata, non poſſit haberi tractatus collegialis, & Canonicus de nouo Prælato Eccleſiæ prouidendo, & ſi habeatur ſit nullus, vt ſupra *cap.* probatum fuit, & docet *Panorm. cap. Bonæ 36. num. 2.* vbi quod hic tractatus non poteſt haberi, etiamſi infirmitas Prælati ſit deſperata *Biax. p. 3. c. 3. n. 1.*

10 Et ampliatur ſecundò, vt licet electio fiat poſt mortem Prælati, tamen ſi eam præceſſit tractatus & deliberatio de aliquo ſpectante ad electionem factus ante Prælati mortem, electio ipſa, licet non ſit nulla, ſit caſſanda. *Panorm. in cap. Bonæ 36. de elect. num. 12. Biax. p. 3. c. 3. n. 1.* Quod tamen intelligi deber ſi eligatur ille pro quo tractatum fuit ante mortem Prelati, vel celebretur electio in vi alicuius concluſi in eodem tractatu: Nam aliàs vbi electores à deliberatis in tractatu habito ante mortem Prælati recedant, & alium eligant, electio non eſt caſſanda. *Biax. p. 3. cap. 3. nu. 1.*

11 Et ampliatur tertio, vt nec citatio facta viuente priore Prælato, ſeu Eccleſia non viduata, ſit valida, quia nulla eſt in electoribus poteſtas eligendi, ſeu procedendi Eccleſiæ non vacanti *cap. Bonæ 36. de elect.* Immò ſi poſtea licet in breui Prælatus moriatur, vel alio modo Eccleſia vacet, citatio priùs facta non conualeſcit, quia illa fuit nulla ab initio, & quod eſt nullum non conualeſcit tractu temporis. *Regula 29. in ſexto.*

12 Verùm tamen, vt ſupra etiam dictum eſt, tractare priuatim de noui Prælati electione, vbi vacantia Eccleſiæ inſtet, non eſt iure communi prohibitũ. Immo etiam tractatus Capitularis purè conſultiuus & non diffinitiuus, non eſt prohibitus *Panormit. in cap. Bona 36. de elect. num. 12. Biax. par. 3. cap. 3. nu. 2. Layman. de elect. cap. 4. q. 13. Donatus d. tract. 3. q 3. n. 5.* quamuis *num. 6.* dicat quod ipſe abſtineret omnino, quia huiuſmodi tractatus eſt prohibitus. Et certè de honeſtate abſtinendum eſt ab omni tractatu collegiali viuente adhuc Prælato. Negari enim non poteſt, quin ſit aliqua inhoneſtas viuente adhuc Prælato tractare collegialiter de ſucceſſore etiam nihil deliberando, ſi non adſit aliqua neceſſitas talem tractatum habendi. Quomodo verò prohibitum ſit tractare de ſucceſſore viuente Summo Pontifice, dicetur infra ſuo loco.

S V M M A R I V M.

1 *An poſsit haberi electio ante ſepulturam defuncti. num. 13.*
2 *Non poteſt haberi electio ante ſepulturam defuncti Prælati. n. 13.*
3 *Electio facta ante ſepulturam defuncti ſuſtinetur. num. 13.*
4 *Facta ex rationabili cauſa valet. n. 14.*
5 *Rationabilis cauſa eſt, ſi ex dilatione graue immineat malum Eccleſiæ. n. 14.*
6 *Regulares ex eorum priuilegijs ad huiuſmodi ſolemnitates iuris non tenentur. n. 5.*

13 QVæritur ſecundò, an ante ſepulturam Prælati defuncti poſſit haberi electio ſucceſſoris. Obſtare videtur *cap. nullus 2. diſt. 79. & d. cap. bonæ memoriæ 36. de electione*, vbi ceſſatur à Papa electio, & inter alias rationes adducitur, quia ante ſepulturam Epiſcopi habuerunt de electione tractatum contra canonicas ſanctiones. Et ita, quòd ante ſepulturam defuncti Prælati non poſſit noui electio haberi ex *d. cap. Bonæ tradunt Biax. par. 3. cap. 2. Petr. Gregor. de elect. cap. 13. & 23. Gonzalez ad reg. Cancell. gloſ. 11. nu. 4. Rodriq. teſa. 2. q. 52. art. 13. Lanor. tit. 4. de elect. c. 18. n. 20.* an hoc ſit de præcepto, vel potius de honeſtate, ideoque an electio facta, Prælato nondum ſepulto, ſit caſſanda, dubium eſt. Nam eſſe caſſandam tradunt ex antiquis *Hoſt. & Vincentius, apud Biax. par. 3. cap. 2. num. 1.* quos ſecuti ſunt *Maiolus, & Rodriq.* quos refert, & ſequitur *Garz. par. 10. cap. 2. num. 39.* Sed econtra, quòd textus illi, ſcilic. *cap. nullus 2. diſt. 79. & cap. 36. de elect.* non contineant præceptum, ſed æquitatem, & honeſtatem, ideoque quòd electio facta, Prælato nondum ſepulto, non ſit caſſanda docuerunt. *Gloſſ.*

in

Digitized by Google

in d. c. bonæ v. tractatum & ibi Innoc. Io. Andr. Compoſt. Panorm. num. 11. & alij. Biax. in direc. p. 3. cap. 2. num. 1. Sylu. v. electio 1. num. 7. Armill. nu. 15. Mirand. tom. 2. q. 23. art. 10. Tambur. diſput. 5. q. 7. num. 2. Caſtel. cap. 6. num. 2. Palaus par. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 11. §. 6. num. 1. Lauor. cap. 18. num. 20. Barboſa ad d. cap. bonæ num. 2. Donat. p. 3. trac. 3. q. 4. Et verè ex quo Eccleſia vacat, non videtur magnum abſurdum, ſi fiat noui Prælati electio, ſtatim etiam Prælato mortuo non ſepulto.

14 Sed & in prima ſententia verum eſt, quod ex rationabili cauſa electio tunc fieri poteſt, vt ſi ex dilatione immineret graue periculum Eccleſiæ & eius immunitati, ex violentia futura alicuius Principis, vel ex quolibet alio impedimento liberæ electionis. Vnde talis electio non eſt ipſo iure nulla, ſi fiat, ſed facta ex rationabili cauſa maximè ſuſtinetur. *Rodriq. tom. 2. q. 52. art. 14. Mirand. tom. 2. q. 23. art. 10. concl. 10. Caſtel. & Donat. vbi ſupra, Barboſa ad d. cap. Bonæ, num. 2.*

15 Limitatur etiam dicta aſſertio pro Regularibus, qui ex eorum Priuilegijs non tenentur ad huiuſmodi apices iuris, & ſolemnitates, vt patet apud *Lezanam in mari magno Prædicatorum §. 7. nu. 17. Minorum, §. 2. Minimorum, §. 3. n. 12.* vnde apud illos poteſt celebrari electio mortuo Prælato, ſed non ſepulto.

S V M M A R I V M.

1 *A quo tempore incipiat tempus præfixum ad eligendum. num. 16.*

2 *Hoc tempus incipit à notitia vacantiæ Prælaturæ. num. 16.*

3 *Non eſt per ſe neceſſaria, vel notitia iuridica, vel intimatio vacantiæ Prælaturæ. n. 17.*

4 *Vbi tamen Prælatura vacat per abſolutionem Prælati à Prælatura, eſt neceſſitas quædam iuridica, notitiæ habitæ per teſtimonium authenticum abſolutionis. n. 17.*

5 *Ad ſuperiorem non pertinet intimare Eccleſiæ mortem ſui Prælati; ſpectat tamen notificare eiuſdem abſolutionem à ſe factam vt litium occaſionem tollat. num. 17.*

6 *Tempus præfixum ad eligendũ incipit à notitia vacantiæ certa vndecumque ſit habita. n. 17.*

7 *Ad iudicem ſpectat decernere à quo tempore electores habuerint notitiam vacationis. n. 18.*

8 *Fama inducit obligationem in electoribus inquirendi vacantiam. n. 18.*

9 *Fama clara ſufficit, vt conſtituat electores in negligentia. n. 18.*

10 *Fama dubia quæ. n. 18.*

11 *Sufficit ſuperiori probare, quod electores potuerint habere notitiam vacantiæ. n. 18.*

16 QVæritur tertiò. A quo puncto & momento temporis incipiat tempus definitum à iure ipſis electoribus ad eligendum, an ſcilicet à tempore mortis, & ſepulturæ Prælati defuncti, ſeu à puncto in quo Prælatus prior fuit abſolutus, ſeu vt vno verbo dicatur, à puncto in quo Eccleſia incipit vacare? Eſt autem circa hoc certum, tempus electionis non incipere à vacantia Prælaturæ, ſed à notitia illius, *c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. & cap. licet, de ſupplen. l. relig. Præl.* vbi *Innoc. & Panor. & alij. Baldus in c. 1. de elect. nu. 4. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 26. q. 10. Garz. l. 10. cap. 2. nu. 15. Pax Iordan. lib. 10. tit. 13. nu. 2. Tambur. d. 5. q. 7. num. 4. Rota coram Card. Seraphin. deciſ. 172. & 389. Lauor. c. 18. n. 12. Caſtel. cap. 6. de elect. n. 2. Donat. trac. 3. q. 4.* Et in Ord. Præd. hoc habetur expreſſum *diſt. 2. cap. 2. textu 5. lit. O. & cap. 16. tex. 4. lit. C.* Cum enim præfixio temporis detur in pœnam negligentium, non ſit verò negligentia, vbi non eſt notitia obligationis ad agendum, ideo tempus præfixum incipit non à vacatione, ſed à notitia vacationis.

17 Sed dubium eſſe poteſt de qualitate notitiæ. Nam *Caſtell.* requirit iuridicam notitiam, & *Donatus* exigit intimationem factam electoribus. Sed neque hæc intimatio, nec iuridica notitia ex intimatione procedens eſt neceſſaria niſi vbi in Electoribus poteſt præſumi ignorantia iuſta. Quin immò tempus ſcientiæ vacationis intelligitur, non ſolùm de eo, in quo habita fuit notitia, ſed in quo potuit & debuit haberi. Vt in ſimili de Epiſcopo conferente beneficia tenuit *Rota in Burgen. Canonicat. 17. Martij 1583. coram Bubalo, & in Maceraten. Beneficij 1. Iunij 1594. coram Litta*, quam referunt, & ſequuntur *Garz. p. 10. c. 2. n. 28. 29. Pax Iordan. lib. 10 num. 21. 22.* Nam ſi Prælatus in propria Eccleſia moriatur, nulla alia eſt neceſſaria notitia, quam illa, quæ ex veritate facti oritur. Et vbi Eccleſia vacat per mortem Prælati, vniuerſaliter nulla eſt neceſſaria intimatio, ſed ſufficit certa notitia mortis Prælati vndecunque illa habeatur. Requiritur enim notitia, quia tempus non currit ignoranti *l. 2. C. qui admiſſi*. Sed non eſt in ſuperiore obligatio notificandi Eccleſiæ mortem ſui Prælati, cũ immò Eccleſiæ interſit vitæ, vel mortis ſui Prælati habere notitiam per vias ordinarias, & qui ſcit, non poteſt dici ignorare tempus, vel ſui obligationem. Vbi verò Prælatus terminat officium per abſolutionem; Tunc eſt neceſſaria aliqua iuridica notitia, non tamen eſt neceſſaria ſimpliciter Superioris intimatio. Sed vt habetur in præcitata *declarat. S. Congregat.* ſufficit teſtimonium ſecretarij Conſiſtorij, & ſic vniuerſaliter ſufficit publicum teſtimonium, vel ſecretarij Superioris, vel alicuius ſimilis, per quod conſtet de abſolutione Prælati; ſiue etiam ſufficit quæcumque certa notitia abſolutionis præfatæ, vndequaque habita fuerit. Et in caſu litis, & contentionis vbi conſtiterit Electores habuiſſe, vel potuiſſe habere, ſi voluiſſent certam notitiam abſolutionis Prælati, priuabuntur electione, ſi intra tempus ſtatutum ab ea notitia menſurandum, non eligerint. Quia tamen Electores non tenentur ſcire, an eorum Prælatus fuerit à Superiore abſolutus, & hoc negotium concernit actum ſuperioris, ideo ad Superiorem, ſi ipſe velit electionem ad ſe eſſe deuolutam pertinet ſui facti notitiam præbere electoribus, ne ignorantiam allegare poſſint, & occaſio litium tollatur. Abſolutè tamen dicitur, quòd tempus eligendi conceſſum electoribus incipit à tempore notitiæ mortis vel abſolutionis Prælati, & vacantiæ Eccleſiæ.

18 Quæ notitia debet eſſe certa, vel præſumpta, & iudicari debet per iudicem attenta qualitate Prælaturæ, & modo vacationis, & longitudine temporis, & diſtantia locorum, & fama illam deferente, vt in ſimili de prouiſore, ſeu collatore beneficij tradiderunt *Hoſt. & Io. Andr. in cap. Ex parte, de conceſ. præbend. Et ibi Panor. nu. 13. & cap.*

Quia

Digitized by Google

Quia diuerſitatem. eod. tit. num. 17. Rata dec. 6. de iure patronat. in nouis alids 263. Roman. Coſmas, Lambert. *Maſchar.* quos ſequitur *Garz. p.10. nu.31. Pax Iord. l. 10. tit. 12. num. 24.* Quamobrem ſola fama de vacantia inducit obligationem in Electoribus, vt ſe de vacantia Prælaturæ certiores reddant. Immò ſolam famam, ſi ſit clara, & non dubia conſtituere Epiſcōpum io negligentia de morte beneficiati, tenuit *Rota in vna Eugubina Præpoſituræ de anno* 1538. quam ſequitur *Garz. d. queſt. 10. c. 2. nu. 33.* Eſſet verò dubia fama, ſi ortum haberet ex duobus, vel tribus teſtibus de auditu, vel quia coniuncti non fecernot luctum *Rom. & Bart.* apud *Garz. ibid.* Quamobrem licet in caſu deuolutionis prætenſæ à Superiore, ad eum ſpectaret probare notitiã *Pax Iord. d. cap. 2. nu. 25.* tameo ſufficeret ſi probaret eos potuiſſe habere notitiam vacationis, & ab eo tempore iotra terminum non elegiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Per quod tempus duret terminus præfixus ad eligendum. num. 19.*

2 *De iure communi tempus præfixum ad eligendum Prælatum, eſt tempus trium menſium. nu. 19.*

3 *Ad eligendum ad alia beneficia ſemeſtre. nu. 19.*

4 *Seruandæ ſunt in hoc leges cuiuſcumque Collegij. num. 20.*

5 *In Ordine Prædicatorum, quis ſit terminus in electione Prioris, & Prouincialis, & Magiſtri Ordinis, & Definitorum. num. 21.*

6 *Tempus electionis Socij in multis Prouincijs eſt à Septuogeſimo vſquequo poſſit accedi ad Capitulum Prouinciale. nu. 22.*

7 *De iure & abſolute tempus eligendi Socium eſt id, in quo inſtat Capitulum Prouinciale. nu. 22.*

8 *Impeditis ſimpliciter non currit tempus. num. 23.*

9 *Si Superior præcipiat ne Electores eligant donec ipſe admonuerit, non currit Electoribus tempus. num. 23.*

10 *Non eſt ſimpliciter impeditus, qui poteſt tollere impedimentum. num. 23.*

11 *Qui poteſt facere, vt poſſit, poteſt. nu. 23.*

12 *Non eſt impeditus, qui non poteſt eligere niſi petat licentiam. quia licentiam petere poteſt. num. 23.*

13 *Eſt legitimè impeditus, qui non tenetur tollere impedimentum. nu. 23.*

14 *Prohibiti eligere, donec Superior admonuerit, non tenentur Superiorem ſollicitare, vt admoneat. num. 23.*

15 *Impedimentum temporale detrahendum de toto termino dato ad eligendum, nec illud tempus computandum. nu. 24.*

16 *Tempus hoc computandũ iuxta deſcriptionem Calendarij. num. 24.*

17 *De momento ad momentum eſt ducendum. numer. 25.*

18 *Tempus conſumptum in ablatione impedimenti eſt iuſti impedimenti. nu. 26.*

19 *Excuſat etiam impedimentum culpa incurſum. num. 26.*

20 *Tempus litis eſt iuſti impedimenti. nu. 27.*

21 *Electoribus incumbit probare, ſe impeditos, & non negligentes. nu. 28.*

22 *Si Præſes electionis ſit negligens ad conuocandum Capitulum inſtante termino iuris ad eligendum Electores iuxta ſtatum Collegij etiam inuito præſide ſe congregant. nu. 29.*

23 *In Ordine Prædicatorum in hoc caſu antiquior conuocat ad Capitulum. nu. 29.*

24 *Terminus temporis præfixi ad eligendum eſt vltima dies in qua Electores eligunt etiam inuito Præſidente electionis, & minor pars, immo vnus Elector inuitis alijs. nu. 30.*

25 *Electores poſſunt compellere Præſidentem ad conuocandum Capitulum in manè illius diei, quæ eſt terminus iuris ad eligendum. nu. 30.*

26 *Caſtellinus explicatus. nu. 31.*

27 *Si maior pars non venit in mane vltimæ diei, minor non tenetur illam expectare poſt prandium, niſi vocales pro hora poſt prandium ſint vocati. num. 32.*

28 *Si maior pars congregata in mane vltimæ diei recedat explicans ſe velle eligere poſt prandium, minor pars tenetur illam expectare. nu. 32.*

29 *Si maior pars congregata abſolutè nolit tunc eligere, vel recedat à Capitulo non exponens ſe velle eligere poſt prandium, adhuc minor pars tenetur illam expectare poſt prandium. nu. 32.*

30 *Minor pars non tenetur expectare maiorem ad eligendum in nocte vltimi diei. num. 32.*

31 *Securius eſt, vt minor pars in vltima die expectet maiorem poſt prandium. nu. 32.*

19 QVæritur quartò. Ad quem terminum duret tempus præfixum Electoribus ad eligendum? Reſpondetur hunc terminum non eſſe vnum, ſed diuerſum io diuerſis Eccleſijs, & Ordinibus, vnde vnuſquiſq; ſtatuta propria, & conſuetudines debet obſeruare. Nam de iure communi ad eligendum Prælatum in Cathedralibus, vel Regularibus Eccleſijs præfigitur tempus trium menſium, intra quod, ſi electores non eligant, deuoluitur electio ad ſuperiorẽ. Hoc enim expreſsè determinatur in *cap. ne pro defectu 41. de elect.* At verò de alijs beneficijs vacantibus ſeu per electionem, ſeu per collationem prouidere debent illi, ad quos ſpectat, infra ſex menſes, *c. nulla 2. de conceſſ. præb. & cap. licet, de ſupplend. neglig. Prælat. & Clement. 1. eod. tit.*

20 Sed nihilominùs in Religionibus quælibet ſua ſtatuta ſeruare debet, vt colligitur ex *Clem. exiui de paradiſo, de verb. ſignific. & ex decret. Clem. 8. de reform. Reg. §. 36.* & ex alijs bullis, & priuilegijs Apoſtolicis conceſſis diuerſis ordinibus. Vndè iſtæ ſpeciales diſpoſitiones ſunt attendendæ, quia generi derogatur per ſpeciem. *cap. generis, de reg. iuris in 6. Rodriq. tom. 2. q. 57. à 13. Mirand. tom. 2. q. 23. à 10. Sigiſm. à Bonon. dub. 16. nu. 2. Caſtel. cap. 6. nu. 3. Donatus tract. 3. q. 1. n. 3.*

21 Io Ordine Prædicatorum tempus aſſignatum electioni Prioris eſt vnus menſis à notitia vacantiæ Prioratus *Conſtit. diſt. 2. cap. 2. textu 5.* & ibi *Gloſſa* tempus verò electionis Prouincialis eſt illa vnica dies, pro qua citãtur electores *Conſt. d. 2. cap. 3. tex. 4.* Sed tempus vacantiæ Prouincialatus, & terminus datus Prouinciæ ad eligendum ſibi Prouincialem eſt vnius anni; ſic enim decernit *Conſt. diſt. 2. cap. 3. §. 4.* dicens: quòd ſi fratres cuiuſcumque Prouinciæ infra annum poſtquàm eis cõſtiterit, quòd Prouincia caret ſuo legitimo Prouinciali, non elegerint, vel poſtulauerint Prouincialem ipſo facto electio & pro-

Digitized by Google

prouiſio de Prouinciali ſit ad Magiſtrum Ordinis deuoluta. Sed in electione Magiſtri Ordinis tempus ſtatutum eſt vt die determinata nimirum in Sabbato vigiliæ Pentecoſtes electores poſt cantatā Miſſam de Spiritu ſancto claudantur intra conclaue electionis, nec permittantur egredi, nec deferatur eis, vel minimum quid ad comedendum, donec Magiſtrum Ordinis elegerint *Conſt.d.2.cap* 4.*text*.4. Sed tempus vacantiæ Magiſtris Ord. eſt in certum, quia eſt incertum, quo tempore Magiſter Ordinis moriatur, vel abſoluatur. Et morte ſuppoſita aliquando fit electio eodem anno in vigilia Pentecoſtes, aliquando anno ſequenti, ſi Magiſter Ordinis deficiat poſt feſtum S.Michaelis *Conſt.d.2.cap.4.§.4.* Tempus verò eligendi Diffinitores eſt totum tempus Capituli Prouincialis. In qualibet enim die d. Capituli poſſunt eligi Diffinitores Capituli Generalis; & ſi contingat, quòd non ſit electus aliquis Diffinitor Capituli Prouincialis, poteſt durāte Capitulo ſemper eligi. *Conſt.d.2.c* 5.

22 De electione autem Socij Prioris euntis ad Cap.Prouinciale *Caſtel.d.cap.6.nn.*11. inquit, quod tempus electionis eius eſt infra ſeptuageſimam vſquequò duret tempus congruum accedendi ad Capitulum illo anno celebrandum. Et certè vbi Capitulum celebratur poſt Paſcha Sabbato Dominicę *Deus qui errantibus*, Socij electio intra illud tempus conſueuit celebrari. Sed tamen nedum hoc non habet locum in illis Prouincijs, in quibus Capitulū Prouinciale non celebratur in dicto Sabbato, ſed abſolutè non eſt hoc neceſſarium, ſed tunc ſemper poteſt eligi ſocius, cum inſtat Capitulum Prouinciale, vt habetur ex *Conſt.d.* 2.*c.*7.§.1. Et quia in dictis Prouincijs iudicatum eſt inſtare Capitulū Prouinciale à die Septuageſimæ, à quo ad celebrationem Capituli ſunt tres menſes circiter, ideo cōſueuit fieri electio ſocij infra illud tempus, & pro maiori parte poſt Paſcha immediatè. Sed hæc non eſt conſuetudo, quæ legem faciat. Id enim fieri conſuetum eſt, quia iudicatum magis commodū, non quia Prouinciæ voluerint libertatem ſuam reſtringere, & ſe magis obligare, quàm ex vi Conſtitutionis teneantur. Vnde tempus eligendi Sociū eſt totum illud, in quo dici poteſt, quòd inſtet electio Capituli Prouincialis.

23 Eſt autem circa huius termini præfixionem conſiderandum, quod ſimpliciter impeditis impedimento facti, aut iuris, non currit tempus *cap. quia diuerſitatem, de conceſ. præben.* & ibi *DD. Et in cap. His quibus* 60. *de elect. Gloſſ. Panorm. Baldus, Barboſa num.2. Garz. p.10. cap.2. num.* 17. & apud eum *Coſmas, Selua, Rebuff. Mandoſ.* 1.*par. c.*1. *&* 2. *Petrus de Biax. p.* 3. *cap.* 5. *Tabien. v. electio p.n.* 7. *Pax Iordan. l.10. tit. 12. n.* 26. *& Rota coram Card. Seraphin. deciſ.* 220. *num.* 4. *&* 852. *num.9. & Creſcent. dec.* 5. *tit. de Reſig. Sigiſ. à Bonon. dub.101.n.5. Caſtell.d.cap.6.nn.7.* Ideo ſi electores ſint impediti eo impedimento, quod non poſſunt tollere, illis tēpus electionis non currit. Hinc eſt, quod ſi ſuperior præcipiat electoribus, ne eligant, donec ipſe aliter ordinauerit, illis currit tempus, quia non eſt in eorum poteſtate cogere ſuperiorem ad hoc vel illud agendum. Sed ſi ſuperior iuſtè ſolùm ordinet, vt electores ſine petita eius licentia non eligent, quia electores poſſunt impedimentum tollere, quia poſſunt licentiam petere, non dicuntur ſimpliciter impediti, cum poſſint, & debeant licentiam petere; & ita ſi in aliqua Religione eſſet neceſſarium licentiam hanc poſtulare, non eſſent electores ſimpliciter impediti, quia licentiam poſtulare poſſent. Nam contra iſtos eſt illa regula, *qui poteſt facere vt poſſit, iam dicitur poſſe, l. qui poteſt, ff. de regul. iuris. Panor. in cap. fin. de elect. & ibi Gloſſ. Innoc. Baldus, & Sanchez de mat l.*4 *d.*1. *in fine Sigiſm. dub.*101. *numer.*6. *Barboſ. ad d.cap.fin. num.*1. *Rota in Placentina Parochialis coram Pamphilio* 24.*May* 1586. *apud Pacem Iordan.l.10.tit.12. num.*15. *&* 29. *& Rota in eadem Placentina Parochialis coram Bubalo apud Garziam de benef.p.10.num.24. Lanor.cap.18.nn.27.* Puto tamen, quòd licet electores poſſint tollere impedimentum, ſi id tollere non debent, ſed hoc ſpectat ad ſuperiorem, quod illis non currat tempus. Nam ſi ſuperior præcipiat ne electores eligant, niſi ipſe admonuerit, licet electores poſſint ſuperiorem ſollicitare, vt admoneat de electione habenda, ad id non tenentur, ſed ſuperior ipſe tenetur ſubditos admonere; & ideo ſubditis non currit tempus.

24 Sed quid dicendū, ſi impedimentū ſit temporale, & duret ſolùm per aliquod dies; nunquid huiuſmodi dies impedimenti detrahi debent à toto tempore præfixo, nec in eo computandi, ita vt ver. g. ſi electores ſint per menſem impediti, tunc præter illum menſem remaneant ſibi tres alij menſes ad eligendum? Reſpondetur ex Baldo, *cap. ne pro defectu* 41. *de elect. num.*1. quòd omne tempus impedimenti ſubducendum eſt de medio, ſiue impedimentum ſit in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, nec eſt neceſſaria in integrum reſtitutio, ſed præſcriptio temporis puta trium menſium eſt præſcriptio dierum vtiliū, & habilium per totum contextū, ſeu tenorem præſcriptionis trimeſtris, & dies vtiles coniunguntur, dies verò impedimenti occultantur, & habentur ac ſi nō eſſent, ſic enim ſi vacantia incœpit à menſe Iunij, & per totum menſem Iulij Electores fuerunt impediti, hic menſis manet occultatus, & menſis Iunij coniungitur immediatè cum menſe Auguſti, & tempus vtile ad eligendum, ſeu trimeſtre extenditur vſque ad menſem Septembris, ac ſi huiuſmodi menſes immediatè ſibi ſuccederent, nec mediaret menſis Iulij inter menſem Iunij, & Auguſti.

25 Interroganti verò quot dies capiant iſti tres menſes, intra quos electores debent eligere? Reſpondetur, quòd menſis tot dies habet, quot cadūt in Kalendario, & quod deeſt menſi, ſuppletur ex alio menſe. Ita quòd ſi vacantiæ notitia incipiat v. gr. die 10. Iunij, trimeſtre duret vſque ad decimum diem Septembris excluſiuè, & ſic dies nona Septembris erit vltima; ſimiliter ſi prima dies vacantiæ notæ ſit ſexta Ianuarij, durabit trimeſtre vſque ad diem quintam Aprilis incluſiuè, etiam ſi eo anno currat annus biſſextus, *Gloſſ. in cap. quam ſit v. menſem in ſexto.* vbi *Archidiac. Franc. Dom. & Io. Andr. Bald. in cap. ne pro defectu num.3. de elect. Panorm. in cap. licet nu.* 6. *de ſupplend. neglig. Prælat. Sanchez lib.2. de matrim. diſp.24. nu.15. Bartol. Mandag. Boerius, Rochus, Lambert. Menoch. Staphileus*, quos refert, & ſequitur *Garz de benef. par.10. cap.2. nu.42. Peyr. tom.3. cap.9. num.17. & cap.13. num.3. Lauor. cap.18. num.14. Pax Iordan. lib.10. tit.12. n.30.* Quod ſi intra huiuſmodi trimeſtre ſint decem v. g. dies impediti demendi ſunt, & accipiendi tot vltra terminum,

minum,

Digitized by Google

minum, vt ſi vltimus dies eſſet quintus Aprilis tunc ſit decimus quintus. Cæterum menſes iſti de momento ad momentum ſunt numerandi. Vt ſi notitia vacantiæ incipit die prima Ianuarij hora 12. trimeſtre terminetur in hora vndecima mẽſis Aprilis, vt tradunt *Rota in vna Ciuitatis Caſtell.* 18. *Iunij* 1557. *apud Garz.par.10.cap.1.nu.20. idem Garz. ibid.num.vlt. Sanchez, Pax Iord.num.31. Peyr. tom.3. cap.13.num.4. & alij.* Quamuis autem *Hoſtien. in d. cap.licet*, voluerit hos menſes ita numerandos, vt cuique tribuantur dies 31. communior tamen ſententia praxi confirmata eos accipit iuxta deſcriptionem Kalendarij modo ſupra expoſito.

26 Sed nunquid, vbi impedimentum eſt in libertate impediti habendi ſunt pro diebus iuſti impedimenti illi, qui neceſſariò conſummantur in ablatione impedimenti? Vt ſi quis ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus, habendi ſunt pro diebus iuſti impedimenti illi, quos cõſumit petendo abſolutionem, vel adeundo ſuperiorem, vt ab eo abſoluatur? Reſpondetur eos habendos eſſe pro diebus iuſti impedimenti, nec computandos eſſe inter dies habiles; quia verè tunc etiam inuoluntariè eſt homo impeditus. *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* & ibi *Gloſſa penult. Innoc. num.5. Panorm. nu.3.* idem *Innoc. in cap.2. eod. tit. Garz. par.10. cap.2. n.18. Pax Iordan. n.27.* Vbi ait *num.28.* quod ſuffragantur dies impedimenti, etiam ſi impedimentum ex culpa impediti aduenerit, quod colligitur ex *d. cap. quia diuerſitatem*, vbi eſt ſermo de impedimento ſuſpenſionis, quod regulariter incurritur ex propria culpa.

27 Ex hoc ſequitur quòd tempus litis ſuper iure eligendi eſt tempus iuſti impedimenti, vnde ſic impedito non currit tempus. *Federic. conſ.232. Rebuff. Lambert. Bero. Flores*, quos refert, & ſequitur *Garz. p.10. cap.2. num.19.*

28 Tandem nota, quòd electoribus incumbit onus probandi impedimentum, ſi illud allegant, immò probandi diligentiam adhibitam ad remouendum impedimentum, & quòd illud non potuerint remouere, vt ex *Felin. cap. ex tranſmiſſa in princip. de reſcript. Ruin. Soccin. iuniore, & alijs probat Rota in vna Placentina Parochial. coram Bubalo 24. Martij 1586. apud Garz. par.10. cap.2. num.24. Iacobus Ancll. add. ad Panorm. c. ſiual. de elect.*

29 Sciendum eſt etiam, quòd ſi Præſidẽs ad quem ſpectat conuocare Capitulum ſit negligens, & iam immineat lapſus termini præfixi ad eligendum, tunc iuxta ſtatuta cuiuſcumque Collegij congregandum eſt Capitulum etiam Præſidente inuito. *Donatus tract.3. q.8. nu.1.* In Ordin. Prædic. vt habetur *d.2. cap.2. §.1. lit. A.* Antiquior inter electores conuocat in hoc caſu electores, & citat citandos, & eis quantùm patitur tempus expectatis procedit, cum præſentibus ad electionem. Quod eſt ſatis cõforme ijs quæ in *cap.1. de ſupplend. neglig. Prælatorum tradunt DD.*

30 Itaque terminus iuris datus ad eligendum electoribus conſiſtit in vltima die, vel trium menſium, vel menſis, vel alterius temporis, quod iuxta ius cõmune, vel particulare ſtatutum Collegij præfixum eſt omnibus ad eligendum. Et in hac die, ſi is, ad quem pertinet, renuat, alius iuxta Collegij leges, & conſuetudinẽ congregat electores, & min. pars maiori renuente eligit, & immò vnus ſolus alijs omnibus renuentibus habet ius eligendi. *Gloſſ. in cap.2. de poſt. v. pauciores.* Et ſupra ſatis eſt probatum.

31 Sed numquid in hoc caſu, tenetur minor pars expectare maiorem poſt prandium, vel poteſt de mane eligere hora ſolita? *Caſtell. d. cap.6. num.15.* vbi dixit, quòd terminus iuris eſt vltima dies temporis præfixi electoribus ad eligendũ, ſubdit: quod tamen electio ſemper eſt habenda de mane hora ante meridiem propter ſobrietatem, quæ in ſimilibus actibus rectè deſideratur. *Compoſt. cap. Cum nobis. Bellam. in cap. nullus num.10. de elect.* Ex quo innuit, quòd electores nõ tenentur expectare poſt prandiũ, ſed poſſunt & debent in ea vltima die eligere de mane, etiã alijs nõ expectatis. Sed hoc ex eius dictis non ſequitur, quia ſolum habet, quòd electio etiam illo die facienda eſt de mane, quod verum eſt regulariter, & ex honeſtate. Sed quod maior pars cogenda ſit in dicta die ad eligendum de mane, ſi velit eligere poſt prandium, hoc non dicit *Caſtel.*

32 Egò hic plures caſus diſtinguerem. Nam primò non dubito, quin vocales poſſint compellere conuocantem ad conuocandum Capitulum in illo mane illius diei, quia illa hora eſt hora ſolita & conueniens pro actu electionis. *Mandagot. cap.2. Tamb. tom.1. diſp.5. cap.7. num.7. Donat. tract.3. q.9.* Vnde ſi ille renuat Capitulum conuocare, tunc iuxta cuiuſcumque Collegij ſtylum, vocales ipſi ſe poſſunt conuocare, & eligere. Secundò conuocatis electoribus de mane, & legitimè vocatis vocandis, vel maior pars non venit, & in hoc caſu puto minorem partem non teneri expectare maiorẽ poſt prandium, vt ſupra *cap.11.* probatum eſt; quia minor pars non neceſſitatur expectare maiorem niſi ad horam ſolitam, in quã ſecundum iura habenda eſt electio: & iure merito, qui ad horam ſolitam non conueniunt, habendi ſunt pro alienis; nam & citatio ad certam diem intelligitur pro hora ſolita ad eligendum. Hoc tamen falleret, ſi vocales eſſent citati pro hora poſt prandium, falleret etiam, ſi maior pars non veniens de mane proteſtaretur ſe nolle de mane eligere, ſed velle expectare poſt prandium. Sed ſi maior pars de mane venit ad Capitulum, ſed tamen negat ſe velle eligere, vel poſt aduentum recedit, aut hoc facit, quia velit expectare poſt prandium, & de hoc ſe explicat; & in hoc caſu, puto, quòd minor pars teneatur expectare maiorem partem, & poſt prandium, & vſquequo nõ remaneat amplius commoditas eligendi de die. Quia cum non expiret tempus eligendi de mane, ſed poſſit poſt prandium celebrari electio, ſtandum eſt in hoc iudicio maioris partis Capituli iuxta ſtatutũ, *cap.1. de his, quæ fiunt à ma. par.* quod etiam dicendũ eſt ſi illa maior pars neget ſe velle eligere abſolutè, vel ſine alia explicatione recedat à Capitulo; quia nõ per hoc maior pars cenſetur cedere iuri ſuo, ſed ſolùm, quòd nolit illa hora eligere, ſed eligere velit poſt prandium. Quatenus tamen omnibus penſatis conſtaret, quod maior pars nec illa die vult eligere, vt electio deuoluatur ad ſuperiorem, non teneretur minor pars expectare poſt prandium ad eligendum; quia illud mane eſt vltima hora congrua, & conſueta ad eligendum præfinita; vnde eſt hora, in qua minor pars poteſt eligere, maiore parte omnino nolente, nec illa hora, nec illo die eligere. Securius tamen erit ſemper expectare in his caſibus maiorem partem, vſque poſt prandium ad horam competentem, & vſquequo non remaneat tempus in quo

commodè expectari poſſint, ſeu in quo ſi expectarentur, non poſſet commodè fieri electio. Non enim tenentur expectare tempus noctis, ſed de die eligere debent; quia tempus noctis ſaltem non eſt congruũ electioni, & de conſuetudine eſt, vt electio non fiat de nocte, & quia electio facta de nocte iuxta plurium ſententiam eſt caſſanda.

S V M M A R I V M.

1 *An tempus præfixum à iure poſſit reſtringi. numer. 33.*

2 *Terminus iuris ad eligendum poteſt reſtringi. numer. 33.*

3 *Terminus iuris non poteſt reſtringi, niſi de conſenſu maioris partis vocalium. n. 34.*

4 *Conſtitutio Ord. Præd. potuit reſtringere terminum eligendi ad menſem. n. 35.*

5 *Hoc idem potuerunt facere alij Ordines. n. 35.*

6 *In Ord. Prædicat. maior pars reſtringit etiam terminum menſis. n. 35.*

7 *In Ord. Prædic. terminus vacantiæ Prouincialis, & Generalis excedit terminum iuris communis. num. 39.*

8 *Prouincia, vel Religio non eſt Eccleſia, ſed congregatio Eccleſiarum. n. 36.*

9 *Cap. Ne pro defectu, non habet locum in electione Prouincialium, vel Generalium. n. 36.*

10 *Vacante Prouincialatu, aut Generalatu ſingulæ Eccleſiæ non ſunt viduatæ. n. 36.*

11 *Difficilius & à maiori diſtantia congregantur vocales ad Capitula Prouincialia, vel Generalia, quam ad electionem Prælati localis. nu. 36.*

12 *Conſtit. Ord. Prædic. authoritate Apoſt. confirmatæ potuerunt ſtatuere longiorem terminum ad electionem Prouincialis, vel Generalis, quam ſit terminus iuris. n. 36.*

13 *Dies præfixa ad electionem Prouincialis poteſt mutari. nu. 37.*

14 *Immo & dies præfixa ad electionem Generalis, ſi cauſa grauis id poſtulet. nu 37.*

15 *Mutato termino ſtatuto ad electionem Prouincialis ex cauſa boni communis, nihil intereſt an conueniant, vel non conueniant illi, qui non potuerunt commodè admoneri. n. 37.*

16 *Electio Prouincialis facta die antecedente ſabbatũ præfixum pro electione, ex imminentia periculi peſtis bene fuit confirmata, etiam ſi vnus vocalium citatus pro die Sabbati non interfuit electioni. n. 37.*

33 QVæritur quinto, an tempus præfixum à iure poſſit reſtringi? Terminum iuris datum ad eligendum poſſe reſtringi, apertè colligitur ex lege terminum præfigente, nam *c. Ne pro defectu 41. de elect.* ſic dicitur. *Statuimus, vt vltra tres menſes Cathedralis Eccleſia, vel Regularis Prælato non vacet.* Terminus igitur ſtatuitur negligentiæ, ſeu non electioni, & decernitur, vt electores non poſſint expectare longius tempus ád eligendum, relicta libertate, ad eligendum infra illud tempus, quandocumque viſum fuerit electoribus; & hoc eſt, quod ibi præcipitur, vt ſcilicet infra tres menſes Electores Prælatum eligant,

34 Hunc tamen terminum non poteſt Præſes electionis ſe ſolo reſtringere; quia eſt priuilegium, ſed fauor factus Collegio, ſed ſolùm de conſenſu maioris partis, vt tenent *Innoc. cap. Eccleſia 57. de elec. Panor. in c. inter 18. & cap. cum nobis,* & ibi. *Butrius, de elect. num. 3. Petrus de Biaxio par. 3. cap. 4. nu. 4. & c. 6. nu. 1. fin. & ex Hoſt. Sylu. v. electio 1. q. 7. num. 8. Donatus par. 3. tract. 3. q. 6. Tabien. v. electio 1. nu. 10. Caſtell. d. cap. 6. num. 5. Peyr. tom. 3. cap. 9. num. 16.* quia nimirum poteſt præſes ad quamcumque diem infra illum terminum conuocare electores, ſed maiori parte vocalium, vel ante congregationem Capituli, vel in Capitulo diſſentiente, tenetur Præſes ad alium diem infra dictum tempus Capitulum conuocare. Verum eſt, quod *Sylu. ex Hoſtien.* requirit, quòd in Capitulo ſint duæ partes vocalium, & cauſa coarctationis aſſignetur. Sed hoc iam ſatis ſupra *c. 11. q. 1. & 12.* oſtenſum eſt non valere. Nam qui non venerunt ad Capitulum alienos ſe fecerunt. *Panor. cap. cum omnes 6. de Conſt. & cap. in cauſis 30. de elect.* vbi *Innoc. & Io. Andr. Felin. in cap. 1. de maior. & obed. Biaxius par. 3. cap. 6. & alij ſupra citatis* Amplius quid tenuit *Peyr. to. 1. Relig. ſubd. q. 1. c. 31. §. 6. concl. 3. & tom. 3. cap. 9. num. 12. & 16. & cap. 13. num. 8. & 9.* nimirum, quòd ad reſtringendum terminum electionis non ſufficiat maior pars, ſed requirantur duę tertiæ partes, & videtur velle, quòd requirantur duæ tertiæ partes electorum præſentiũ in Capitulo. Sed hoc directè repugnat *cap. 1. de his,* quæ fiunt à maiori parte. Nec *Panorm.* quem citat hoc ſentit. Vide infra Cap. 14. quæſt. 2. Benè tamen idem *Peyr. num. 9.* addit, quod electores etiam inuito Præſide poſſunt hoc tempus abreuiare, quia negotia communitatis non debent per contumaciam particularium retardari. *Panor. cap. in cauſis de elect. nu. 9. Biax. p. 3. cap. 4. nu. 3.*

35 Hinc primò patet, quòd Conſtitutio Ordinis Prædicatorum, & alij etiam Ordines, qui terminũ breuiorem ſtatuerunt pro electione, id potuerunt facere nedum authoritate Apoſtolica, ſed ordinaria; quia hæc reſtitutio eſt conformis iuri communi, quod ponit terminum determinatũ, vltra quem non poſſit differri electio, non verò intra quem fiat. Et ſecundo etiam apparet, quòd & terminus aſſignatus in Ord. Præd. pro electione poteſt abbreuiari; quia & ipſa conſtitutio ponit terminum longitudini, vt ſcilicet Prioris electio non protrahatur vltra menſem, ſed intra menſem poſſunt electores eligere, cum voluerint: immo poſt tres, aut quatuor dies à vacantia Prioratus maior pars poteſt eligere etiam renitente Præſide, & minori parte *Conſt. d. 2. cap. 2. §. 5. & Gloſſa ibid. §. 1. lit. A. & §. 5. lit. O. Caſtel. d. cap. 6. nu. 4. & 5.* Et hac eadem ratione *Peyr. tom. 3. cap. 13. num. 6.* probat quod in ſua Religione Capitulum Generale potuit reſtringere tempus trium menſium in caſu mortis pro electione Prouincialis, ad vnum menſem; quia ius commune non præcipit electiones non fieri intra tres menſes, ſed non differri vltra tale tempus.

36 Poſſet verò dubitari, an valeant ſtatuta Ord. Prædic. pro electione Prouincialis, vel Generalis, quia in his permittitur, vel ſtatuitur pro electione tempus maius, quàm trium menſiũ, quod eſt directè cõtra *d. cap. Ne pro defectu.* Nam pro eligendo Prouinciali vnius anni tempus præfigitur viduitati Prouinciæ quamuis *d. 2. c. 3. §. 4.* dicatur, quòd Vicarius Prouinciæ tenetur conuocare quantocyus poteſt ele-

electores, nullo termino certo præſcripto. Sed cum in magna parte Prouinciarum Capitulum Prouinuinciale celebratur poſt Paſcha in Sabbato ante Dominicam *Deus, qui errantibus*; ſi contingat Prouincialem mori menſe Iunij, vacat Prouincia ferè per annum. In electione verò Magiſtri Ordinis ſemper vacantia excedit tempus trium menſium, quoniam eius electio habet diem ſtatutam, ſcilicet, Sabbatum vigiliæ Pentecoſtes. Et ſi Magiſter Ordinis moriatur ante vel in feſto S. Michaelis, non celebratur electio niſi poſt 8. circiter menſes in futura vigilia Pentecoſtes. Sed ſi Magiſter Ordinis moriatur poſt feſtum S. Michaelis, durat vacantia vſque ad viginti circiter menſes, nimirum vſque ad vigiliam Pentecoſtes ſequentis anni. Huiuſmodi igitur ſtatuta videntur iuri communi contraria. Reſpondetur tamen, & dicitur primo, quòd iſtæ electiones non comprehenduntur ſub lege dicti *cap. Ne pro defectu*. Quia Prouincia Regularis non eſt Eccleſia ſingularis, ſed congregatio Eccleſiarum: Quod multo magis eſt verum de tota Religione, Cap. verò illud loquitur de ſingulis Eccleſijs. Eſt enim magnum diſcrimen; quia mortuo Prælato cōgregationis Eccleſiarum, Eccleſiæ ſingulæ adhuc ſuum proprium ſponſum retinent, vnde viduatæ nō remanent, nec patiuntur in hoc detrimentū viduitatis; vnde non eſt neceſſitas eadem prouidendi de Prælato congregationis Eccleſiarum, & de Prælatis proprijs ſingulis Eccleſijs. Nec eſt etiam eadem facilitas congregandi Electores Et quidem in Electoribus Prælatorum ſingularium Eccleſiarum facilis eſt congregatio electorum, & quæ poteſt fieri in breui tempore. Quia & pauci, vel nulli abſunt ab Eccleſia, quæ vidua remanet, & à parua diſtantia congregandi ſunt, nimirum à diætæ diſtantia, vel ſimili. Sed in electione Prouincialis, & Generalis omnes electores, præter illius Conuentus, in quo fit electio, abſunt à loco Capituli, & ex quacūque diſtantia omnes vocandi ſunt; & expectandi, maximè in electione Generalis, ad quam conueniūt vocales ex toto orbe, ideo non poteſt in huiuſmodi electionibus habere locum diſpoſitio illius. *cap. Ne pro defectu*. Addi verò poteſt, quòd hoc totum authoritate Apoſtolica fuit factum, cum eius authoritate confirmatæ fuerint Conſtitutiones huius Ordinis, in quibus præfata forma congregandi Capitula Prouincialia, & Generalia ſtatuitur.

37 Hinc ſoluitur quæſtio, quam proponit Donatus, an vbi indicta eſt dies pro electione Capituli, poſſit illa mutari, & accelerari dies electionis Prouincialis. In facti etiam contingentia accidit, vt intimata electione Prouincialis pro Sabbato, fuit facta electio die Veneris antecedente, & vno vocali deficiente, nihilominùs contempta eius inſtantia confirmata fuit electio, quæ ob imminens periculū peſtis accelerata fuerat. Dicitur enim breuiter; quòd dies ſtatutus pro celebratione Capituli Prouincialis poteſt mutari, vel ad propinquiorem, vel ad longiorem diem authoritate ordinaria Vicarij, vt habetur ex *Conſtit. d. 2. cap. 3. §. 1.* Cum enim ibi detur facultas Vicario Prouinciæ transferendi Capitulū de Conuentu ad Conuentum, intelligitur etiam data *facultas* transferendi diem præfixum Capitulo ad alium diem, cum benè contingere poſſit, vt vna mutatio, *ſine* alia fieri non poſſit. Et ex *eod. cap. §. 4.* habetur, quod ad eundem Vicariū ſpectat aſſignare diem electionis Prouincialis, & ideò ſi opus ſit, dūmodo electio fiat intra annum à vacantia Prouincialatus, poteſt aliam diem aſſignare. Qua aſſignata & adueniente non eſt amplius in poteſtate alicuius illam mutare, ſed ſi Prouincia eo die non elegerit, deuoluitur electio ad Magiſtrū Ordinis. Quàmuis & tunc poſſet eſſe articulus tantæ neceſſitatis, & impedimenti, vt non deuolueretur electio ad Generalem. Dies vero ſtatuta pro electione Magiſtri Ordin. cum ſit ſtatuta à lege, ad libitum mutari nō poteſt, & nihilominus ex cauſa valde neceſſaria poſſet mutari, vt v. g. ob peſtem imminentem. Si vero dies harum electionū ex communi cauſa & neceſſitate mutetur, nihil intereſt, ſi non omnes vocales conuenerint, ſi non potuerunt commodè vocari, & admoneri. Quoniam ex vi *cap. quia propter 42. de elect.* vt ſupra dictū fuit, electio non pertinet niſi ad eos, qui commodè ſpectata communitate non Electoris, ſed Eccleſiæ, poſſunt intereſſe, ideo vbi neceſſitas publici boni & electionis liberæ petat, vt dies ſtatuta pro electione mutetur, & præcipuè ſi de conſenſu maioris partis electorum mutatur, electio pertinet ad præſentes, non vero ad abſentes, qui non potuerunt vocari. Verum quidem eſt, quod huiuſmodi mutationes tales, vt non poſſint conuocari omnes electores non poſſunt fieri, niſi ex graui cauſa ſpectante ad commune bonum. Ideò in caſu præfato potuerunt electores eligere in die Veneris antecedente, & electio illa iuſtè fuit confirmata.

S V M M A R I V M.

1 *Quando ad ſuperiorem deuoluatur electio. nu. 38.*
2 *De iure cōmuni ſi electores nō prouident Eccleſiæ Cathedrali, vel Regulari intra tres menſes deuoluitur electio ad ſuperiorem, vſque ad Papam, num. 38.*
3 *Deuolutio ſupponit in electoribus negligentiam. num. 39.*
4 *Superior ſi prouidit, etiam ſi prouiſio ſit ſine effectu, ius eligendi redit ad electores. n. 40.*
4 *Electio nulla non deuoluit ius ad ſuperiorem, niſi in caſibus à iure expreſſis. n. 41.*
5 *Vbi in electione aliquis nominatus fuit à maiori parte electorum intra tempus præfixum, nō deuoluitur electio. n. 41.*
6 *Niſi electus ſit nominatus à maiori parte ex vi voti notoriè nulli, & extranei. n. 42.*
7 *Ad effectum deuolutionis, electio nulla non eſt habenda, vt non electio. nu. 42.*
8 *Ad tractādum de electione quis ſit terminus remiſſiuè. nu. 43.*
9 *Ordinatio Card. Alexand. pro Prouinc. Lombard. & Romanæ Ord. Prædic. vt per quindecim dies ante vacantiam non tractetur de electione eſt conſuetudine abrogata. n. 44.*

38 QVæritur ſextò. Quando ad ſuperiorem deuoluatur electio? Reſpondetur, quòd in dicto *cap. Ne pro defectu*, ſtatuitur vt ſi electores nō elegerint Prælatum Eccleſiæ Cathedralis, aut Regularis intra terminum iuris nimirum intra tres menſes, electio deuoluatur ad ſuperiorem, qui teneatur intra alios tres menſes prouidere Eccleſiæ. Quod ſi id non

præſter deuoluitur ad ſuperiorem, & ſeruato eodem termino ab illo ad alium ſucceſſiuè, uſquequò deueniatur ad Papam. *Canoniſtæ* communiter ad dictum *cap.*

39 Sed tamen huiuſcemodi reſolutio ſupponit in electoribus negligentiam; ſi enim fuerint impediti ne intra terminum iuris eligant, non deuoluitur electio, ſed ſolùm ſi negligentes fuerunt, vt iam ſatis eſt probatum.

40 Advertit tamen ex *Mandag. p. 1. c. 1. Caſtell. d. n. 7.* Quod ſi ſuperior elegerit, vel prouiderit, ſed electio, vel prouiſio ex quauis cauſa fuerit reprobata, ſeu electus ab eo noluerit conſentire, aut poſt conſenſum renunciauerit iuri ſuo, ſtatim eligendi poteſtas reuoluitur ad eoſdem Electores. Ex negligentia enim eligendi intra tempus ſtatutum electores priuantur electione ſolum illa vice; vnde facta electione, vel prouiſione per ſuperiorem, ſiue illa habuerit effectum, ſiue non, reuoluitur electio ad electores, qui ſolum erant priuati electione habenda pro prima, & una vice.

41 Conſideranda etiam eſt pro Ordine Prædicatorum *Gloſſ. Conſt. 8 d. 2. c. 5. 5. L. O.* Quoniam vidi ſæpè aliquos valde errantes in hoc puncto, & volentes, electionem nullã, haberi pro non electione, vt dum electores elegerunt intra menſem, ſed nulliter, electio deuolueretur ad ſuperiorem; quia idem ſit nulliter eligere, & non eligere. Quod euidenter eſt falſum, quia deuolutio electionis eſt pœna lata contra negligentes eligendi, non contra eligentes defectuosè. Ideo in illa *Gloſſa* explicatur, quod ſi electores aliquem canonicè elegerint, & contingat, ut caſſetur electio, ſiue propter defectum electionis, ſiue ob aliam cauſam, non deuoluitur electio ad ſuperiorẽ. Hic igitur attendi debet, an in electione aliquis ſit nominatus à maiori parte ultra medietatem vocalium, vel non; ſi non, quia illa electio euidenter non eſt electio, ideo ſi electores intra terminum aliam electionem non habeant, deuoluitur electio, ut docet eadem *Gloſſa*; ſed ſi aliquis à maiori parte vltra medietatem nominatus fuerit, quia tunc eſt Capitularis, & ad hunc effectum ſatis canonica electio, etiamſi poſtea talis electio reprobetur, propter defectum electionis, non deuoluitur ad ſuperiorem, niſi talis ſit defectus, pro quo electores ſint iure priuati voce ad nouiter eligendum.

42 Solum hoc poſſet limitari, & limitandum eſſet, in caſu, in quo ad electionem admiſſi eſſent vocales extranei, & notoriè ſine ulla tergiverſatione non admittendi: Nam tunc ſi electus fuiſſet nominatus à maiori parte, ex vi illorum votorum, ſeu ſi demptis illis vocalibus electus non fuiſſet nominatus à maiori parte vltra medietatem, verè illa electio non fuiſſet electio, quia electus non fuiſſet nominatus à maiori parte Capituli, ſed ab extraneis à Capitulo; ſed ubi electores habent quodcumque ius eligendi, vel aliqua tergiverſatione apparens, & admittuntur, vel cum proteſtatione, vel ſine, ſi euadit aliquis electus à maiori parte electorũ, electio eſt in hoc puncto canonica, licet poſſit eſſe deficiens, & vel nulla ipſo iure, vel caſſanda. Nec ad effectum devolutionis electio nulla haberi poteſt pro non electione, quia pœna deuolutionis non imponitur electioni nullæ, ſed negligentiæ eligendi, vel nulliter, vel validè.

43 Et hæc de tempore ad eligendum præfixo dicta ſufficiunt, de tempore verò dato ad tractandum de electione habenda, non eſt opus alia addere ad ea, quæ ſuprà *capite 5.* dicta ſunt; defuncto enim Prælato, & ſepulto poſſent electores quandocumque eis bene viſum fuerit, tractare de electione habenda, eos conuocante illo, ad quem ſpectat; & tractatus priuati ſi fiant dirigente prudentia, & zelo boni communis non ſunt illiciti.

44 Solùm pro Ordine Prædicatorum advertenda eſt ordinatio 2. Eminentiſſ. Card. Alexand. pro prouincijs Lombardiæ, & Romana, quam refert *Caſtell. d. cap. 6. n. 10. In qua præcipitur, ne quis de electione Prouincialis, vel Prioris verbo vel ſcripto tractet, niſi per quindecim dies, antequam expiret, eorum officium, contrarium verò facientes, inhabiles ſint actiuè, & paſſiuè ad eam electionem*: quam tamen ordinationem puto eſſe conſuetudine abrogatam.

S V M M A R I V M.

1 *An in die feſto poſſit haberi electio. n. 45*
2 *In die feſto poteſt haberi electio. n. 45.*
3 *Hoc eſt verum etiam de oppoſitione ad electionem, & de confirmatione n. 46.*
4 *Inſtituto Ord. Carthuſ. n. 45.*
5 *Regulares non tenentur ad apices iuris in eligendo. n. 46.*
6 *Actus extraiudiciales facti in die feſto valent, etiam prohibiti. n. 47.*

45 AT loquendo de qualitate diei, in quo habenda ſit electio. Quæritur ſeptimò, an poſſit haberi in die feſto? Sed reſpondetur ex ſententia communi, electionem poſſe haberi in die feſto, quia eſt actus extrajudicialis. *Sigiſ. de elect. dub. 16. n. 5. Donatus d. tract. 3. q. 10. Samuel tr. 1. diſp. 2. contr. 18. n. 16.* Tum ſecundò: quia Regulares non tenentur ex vi priuilegiorum ſuorum ad huiuſmodi apices iuris.

46 Dicitur 2. hoc eſſe verum etiam de confirmatione, & oppoſitione facta contra electionem, licet iſti ſint actus iudiciales. *In conſt. ſacri Ord. Carthuſ.* decernitur electionem fieri poſſe in die feſto, non verò oppoſitionẽ, & confirmationem, vt refert *Sigiſ. loco citat.* Nihilominus apud Regulares, qui non tenentur ad has iuris ſolemnitates, & quia actus iſti poſſent eſſe concernentes pietatem ob vtilitatem Eccleſiæ, ideò in die feſto haberi poſſunt, vt praxis teſtatur. *Sigiſ. & Donat. n. 2.*

47 Et tandem etiamſi confirmatio extraiudicialiter haberetur in die feſto, tamen non eſſet nulla, ſed valeret, ſicut valent contractus, & alij actus extraiudiciales, qui prohibiti haberi in die feſto, *c. bene contingat, de iure iur. & cap. quamuis de pact. in 6.* Nihilominus facti tenent, *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1282. n. 4. Sigiſ. loco citato.*

S V M M A R I V M.

1 *An electio poſſit haberi de nocte. n. 48.*
2 *Nox tempus tenebrarum, in quo non videtur ſine candela. n. 48.*
3 *Ex cauſa rationabili poteſt haberi electio tempore noctis. n. 49.*

4 *Non*

4 *Non poſſe fieri electionem tempore noctis multi tenent. n. 50.*

5 *Electio facta de nocte non eſt clandeſtina. n. 50.*

6 *Non eſt clandeſtinum, quod fit coram pluribus. nu. 50.*

7 *Nec quod fit coram omnibus intereſſe habentibus. num. 50.*

8 *Nec quod fit ſcientibus, quos lex ſcire vult. nu. 50.*

9 *Matrimonium clandeſtinum, quia fit ſine teſtibus, vel ſine denunciationibus. n. 50.*

10 *Si in Capitulo congregato de nocte vnus alium percuteret, eſſet percuſſor publicus, & manifeſtus. nu. 50.*

11 *De nocte commodè fieri poſſunt omnia neceſſaria ad electionem. n. 51.*

12 *Scribere, legere, numerare benè fiunt de nocte. nu. 51.*

13 *Accidentalis incommoditas non irritat ſubſtantiam actus. n. 51.*

14 *Si electio ſubſtantialiter non poſſet fieri de nocte, nec fieri poſſet ex cauſa rationabili. n. 51.*

15 *Electio de nocte haberi poteſt ſub lumine ſufficienti candelæ. n. 51.*

16 *Panormitanus malè citatus pro oppoſita ſententia. n. 52.*

17 *Quilibet actus non prohibitus fieri, validè fit de nocte. n. 52.*

18 *In termino iuris minor pars non tenetur expectare maiorem ad eligendum de nocte. n. 53.*

19 *Non tenetur minor pars exponere ſuam electionem periculo. n. 53.*

20 *Si electores non elegerunt de die in termino iuris, poſſunt eligere de nocte. n. 54.*

21 *Vbi lex, vel conſuetudo probibens eligere de nocte eſt ſeruanda. n. 55.*

48 Quæritur octauò. An electio poſſit fieri de nocte? Nomine noctis hic intellige tempus tenebratum, in quo ſine candela videri non poteſt, ut ex *Card.* probat *Nauarr. lib. p. conſ.* 8. *n.* 2., initium ab ea parte poſt Ave Maria, in qua primùm incipiunt tenebræ, & neceſſitas candelæ, uſquequò in Aurora iã ſine candelæ lumine videatur. *Natta Conſil.* 496. *n.* 6. *& Sylua, Tiraquel.* & *Ripa*, quos ſequitur *Sigiſ. de de elec. d.* 17. *n.* 1. *Peyr in ſub. q.* 1. *cap.* 31. §. 6. *ver. dico. q.* 7. *Lauor. cap.* 18. *n.* 11. *Donat. tr.* 3. *q.* 7. *n.* 7. Et colligitur ex *cap. conſuluit* 24. *de offic. & poteſt. Iud. deleg. ibi. Nos tamen eam procedendi horam congruam intelligimus, ex qua poſſit ante noctis tenebras perficere, quod incumbit.*

49 Quibus ſic ſtantibus certum eſt, ex cauſa rationabili poſſe haberi electionem tempore noctis; *Chuc. l.* 4. *de elec. n.* 22. *Nauarr. ubi ſuprà. Rodriq. tom.* 2. *q.* 52. *a.* 15. *Mirand. t.* 2. *q.* 23. *a.* 12. *Sigiſ. d. dub.* 17. *n.* 3. *Donatus d. q.* 7. *n.* 4. *Caſtell. cap.* 6. *n.* 11. *Peyr. ubi ſuprà. Samuel tr.* 1. *diſp.* 2. *contr.* 19. *n.* 5. *Lauorius ubi ſuprà.*

50 Sed communis opinio tenet, quod ſine cauſa electio non poſſit fieri de nocte. Cui tamen opinioni non poſſem aſſentire, quia nec lege, nec firma ratione eſt munita, unde ſine cauſa arctat libertatem actus electionis, & electorum. Nullam eſſe in iure communi legem, per quam ſit prohibitum eligere de nocte eſt manifeſtum, & fatetur etiam communis ſententia. Duplex verò ratio affertur ad probãdum electionem fieri non poſſe de nocte. Prima eſt, quia per *cap. quia propter.* §. *electiones*, reprobantur electiones clandeſtinæ, electio verò facta de nocte eſt clandeſtina. Hac ratione vtuntur *Sigiſ. d. dub.* 17. *n.* 2. Et *Donat. d. q.* 7. *n.* 2. Sed hæc ratio principium non verũ aſſumit, ſcilicet, quod electio facta de nocte, etiam præſentibus omnibus, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe ſit clandeſtina. Dictio enim clam non verificatur de actu, qui fit coram pluribus, vt ex *Menoch. conſil.* 38. *n.* 34. probat *Barboſ. dict.* 50. Multò minùs igitur id dicitur clam fieri, quod fit coram omnibus intereſſe habentibus. Nam & dicitur illud clam fieri, quod ita fit, ut non poſſit cognoſci ab intereſſe habentibus. *Felin. in cap. conſuluit n.* 20: *de offic. deleg.* Vel quod fit ita, ut non poſſit ſciri ab eis, quos lex poſſe ſcire decernit. Ideo Matrimonium clandeſtinum dicitur, ſi vel fiat ſine teſtibus, vel ſine denunciationibus. *Caiet. in ſum. v. Matrimonium.* §. Contractus Matrimonij. *Sotus* 4. *d.* 28. *q.* 1. *a.* 1. *Barthol. de Ledeſm. dub.* 21. *de Matrim. Ludouicus Lopez* 2. *p. c.* 39. *Sanchez l.* 3. *de Matrim. diſp.* 1. *n.* 3. Et electio ipſa, ut ſuprà probatum eſt ex *Panorm.* ideò clandeſtina, dicitur, ſi facta non publicetur, ſed à Capitulo occultetur. Et poſſet dici clandeſtina, ſi fiat non vocatis vocandis, ut non poſſit ſciri ab aliquo habente intereſſe in illa, vel ſi diuiſim in cameris fiat: ſed ſi electio fiat in loco conſueto vocatis vocandis, & præſentibus, qui volunt, & poſſunt commodè intereſſe, & facta publicatur, nec clandeſtina eſt, nec fit in tenebris, ſed in luce, quia fit præſentibus, & videntibus illis, quorum intereſt videre. Et certè ſi dum totum Capitulum eſt de nocte congregatum in aula candelis illuminata, vnus vocalium percuteret ſuadente diabolo alium coram aliis vocalibus, non deſineret hoc factum eſſe publicum, & manifeſtum, licet factum de nocte, & meritò percuſſor rejiciendus eſſet, ne eligeret.

51 Alia igitur ratio eſt, quia de nocte commodè fieri non poteſt electio per ſcrutinium, iuxta formam dicti *cap. quia propter.* Et decretum *Concil. Trid.* Quoniam electio iuxta dicta iura debet fieri per ſchedulas, & per ſcrutinium ſecretum, ad quod requiritur lumen Solis, & non ſufficit lumen candelæ. Sed & hæc ratio deficit, nec probat intentum, quamuis ea vtãtur *Nauar. l.* 1. *Conſil.* 8. *de elect. n.* 2. *Sigiſm. de elect. dub.* 17. *n.* 2. *Barboſ. l. t. de iure Eccleſ. cap.* 19. *n.* 170. *Camill. in direct. c.* 4. *n.* 5. *Samuel ubi ſupr. n.* 11. Nam immò cùm iuxta prędicta iura electio debeat fieri ſecretè, magis congruit ex hac parte, vt fiat de nocte ad lumen candelæ, quàm de die; quia de nocte minùs videri poſſunt ſchedulæ, dum ſcribuntur, quàm de die. Aliàs enim nihil fit in electione, ad quod lumen candelæ non ſufficiat; hoc enim lumen ſufficit vocalibus ad cognoſcendum ſe inuicem, ad numerandum ſi adſint omnes, ad ſchedulas à ſingulo ſeorſum conſcribendas, ad eas in venam, vel calicem dimittendas, & ſcrutatoribus ad ſchedulas recipiendas, aperiendas, legendas, numerandas, & vota in quibus nominantur aliqui ad notanda, & ad ſcrutinium publicandum, & formandum decretum electionis, & electionem publicandam. Aliud enim eſt, quòd ad hoc non ſufficiat vnum vel aliud lumen, aliud eſt, quod nullum lumen candelæ ſufficiat, hoc enim ſecundum aſſumitur

tur, ac non probatur, & eſt contra experientiam. Et in aulis Regijs, & Congregationibus Eccleſiaſticis ſæpiſſimè de nocte tractantur, & definiuntur optimè, etiam per vota ſecreta, negotia grauiſſima; & plúſquàm euidens eſt, quod ad ſcribendum, legendum, numerandum ſufficit lumen candelæ, & actiones præcipuè, quæ ſpectant ad electionem, ſunt ſcribere, legere, numerare; nam aliàs euidentiùs eſt, quod accedere ad ſcrutatores & ſchedulas dimittere apud illos, ſine incommodo fieri poteſt ad lumen candelæ. Confirmatur, nam incommoditas accidentalis, quæ ſubſtantiam actus non tollit, non poteſt ex natura rei irritarè actum, & reddere illum irritum, aut impoſſibilem, niſi lex expreſsè id decernat. Neque actus eò eſt nullus, quia non fiat omni meliori modo, quo fieri poteſt, ſi ſubſtantialiter fieri poſſit, & fiat. Quàmuis verò vnuſquíſque melius videat, ideoque commodiùs & meliùs legat, numeret, ſcribat, & ſimilia faciat ad lumen ſolis, quàm candelæ, tamen hæc omnia commodè etiam fiunt de nocte medio lumine ignis; vnde non per hoc tales actus nulliter fiunt, quia de nocte fiunt. Confirmatur, quia ſi huiuſmodi actus ex quibus electio integratur ſubſtantialiter fieri non poſſent de nocte, neque ex cauſa rationabili electio de nocte haberi poſſet, quia non haberetur eius ſubſtantia, & ea non habita, non haberetur electio, & tamen dicunt electionem, ex cauſa fieri poſſe de nocte.

52 Sed vlteriùs aduertendum, quod pro opinione illa communi citantur DD. qui illam non tenent. Citatur enim *Panorm. in cap. vnico. Vt Eccleſiaſtica benefic. num. 18. & cap. 1. de clandeſt. deſponſ. numer. 2.* vbi nec verbum habet de electione habita in nocte, ſed bene de clandeſtina electione, quam inter merito, ait eſſe nullam, ſed iuxta dicta ab eo in dicto *cap. quia propter, §. electiones d. cap. vnico num. 18.* explicat eam eſſe clandeſtinam electionem, quæ non publicatur, at electio facta de nocte, benè poteſt publicari, & poſtea iterum de die manifeſtari quantum quiſque voluerit. Et ita quia *Felin. cap. conſuluit 24. de off. deleg. num. 20. & Tabien. v. electio num. 7.* tenent hanc ſententiam, quod electio non poſſit fieri de nocte ſolùm ex *author. Panorm. locis citatis*, qui ibi nihil agit de electione habita in nocte, ſed de *elect. clandeſt.* non fauent dictæ ſententiæ. Aliàs verò cum iuxta doctrinam *Felin.* omnis actus poſſit fieri de nocte, ſi non eſt prohibitus fieri, & nulla detur lex prohibens fieri electionem de nocte, ideo electio facta de nocte, ſi alium defectum non habeat, nec eſt nulla ipſo iure, nec eſt caſſanda.

53 Puto tamen, quòd in termino vltimi diei dati ad eligendum minor pars non teneatur expectare maiorem volentem eligere de nocte, & non de die; quia non tenetur minor pars exponere ſe periculo, vt ſua electio caſſetur, Confirmatore, communem ſententiam ſequi volente, quæ adſtruit electionem factam de nocte eſſe de iure reprobatam.

54 In caſu tamen quòd electores in die non concordauerint, vnde ex ſcrutinio nullus nominatus fuerit à maiori parte, poſſe in eo caſu haberi electionem de nocte tenent etiam præcitati DD. *Sigiſm. d. dub. 17. num. 3.* & apud eum *Cuch. Rodriq. & Mirand. Nauar. d. conſ. 8. & de elect. Donatus d. q. 7. nu. 5. Camil. d. cap. 4. n. 5.*

55 In Collegijs verò vbi fuerit lex aliqua ſpecialis vel conſuetudo legitimè præſcripta, vt fiat electio tantùm de die, illa erit ſeruanda.

CAPVT XIV.

De Capitulo electionis.

SVMMARIVM.

1 *Ratio dicendorum. num. 1.*

1 QVàmuis vſque modò plura dicta ſint pertinentia, vel ad conſtitutionem, vel ad poteſtatem Capituli, nihilominùs & vtile erit, quæ dicta ſunt breuiter ſub huius capitis titulo recenſere, & neceſſe alia non dicta addere, vt eius eſſentiæ, & poteſtatis plena notitia habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit Capitulum electionis. num. 2.*
2 *Capitulum pro loco in quo negotia capitularia tractatur. n. 2.*
3 *Capitula plura. n. 2.*
4 *In præſenti ſermo eſt de Capitulo electionis. numer. 2.*
4 *Capitulum election. eſt vniuerſitas electorum & c. num. 3.*
5 *Ad Capitulum duo ſufficiunt. n 3.*
9 *In Cap. duorum haberet locum cap. 1. de his quæ à maiori parte & c. n. 3.*
7 *Ad Capitulum requiruntur duo præter Prælatum. num. 3.*
8 *Capitulum eſt vniuerſitas habentium ius ad eligendum. n. 4.*
9 *De Capitulo eſt, qui eſt in quaſi poſſeſſione eligendi. num. 4.*
10 *Inhabiles quomodo ſint de Capitulo: remiſsiue: num. 4.*
11 *Papa eſt prima cauſa efficiens Capituli. n. 4.*
12 *Non iure naturæ, ſed à Papa electores habent ius eligendi. n. 5.*
13 *Religionum inſtitutores, legiſlatores, & Generales ſunt cauſa efficientes Capitulorum. nu. 5.*
14 *Præſidentes habentes ius conuocandi Capitula, ſunt illorum cauſa proxima. nn. 5.*
15 *Capitulum eſt vniuerſitas legitimè congregata: num. 6.*
16 *Electores eſſe congregatos ab aliquo Rectore, vel capite non eſt de ſubſtantia elect. nu. 6.*
17 *Electores qualitercumque congregati valide eligunt. n. 6.*
18 *Conuocatio eſt de extrinſecis electioni. n. 6.*
19 *Habito fine ceſſat neceſsitas medij. n. 6.*
20 *Caput in electionibus, quare neceſſarium. nu. 6.*
21 *Ad Capitulum per ſe ſpectat aliquis Rector. numer. 6.*
22 *Capitulum eſt vna perſona moralis diſtincta à ſingulis de Capitulo. nu. 7.*

23 *Geſta per Electores extra Capitulum non valent. num.7.*

24 *Electio eſt actus totius Capituli, ac ſi Capitulum eſſet vna perſona. nu.7.*

25 *Collegium eſt perſona ficta.cui primo conuenit eligere. nu.8.*

26 *Vota debent dari collegialiter. nu.9.*

27 *Finis Capituli eſt prouidere Eccleſiæ de Prælato, vel miniſtro. nu.10.*

2 QVæritur autem primò, quid ſit Capit. electionis? Cum verò Cap. aliquando dicatur de ſitu, vel aula in qua plures perſonæ ad tractanda negotia congregantur, & ſic dicatur, quia omnes capiat, in præſenti non eſt ſermo de Capitulo ſic ſumpto, ſed de Congregatione hominum, qui ſimul in vnum congregātur ad aliquid tractandum, vel agendum. *Sylu.v.Capitulum num.1.Lezana eod.ver.num.2. Donatus par.3. tract. 2. q.3. & 4.* Verum neque hic eſt ſermo de omni Capitulo; dantur enim Capitula Generalia, Prouincialia, & Conuentualia, & in Eccleſiaſticis ſecularibus Capitula Eccleſiarū Collegiatarum; ſed in præſenti eſt ſermo de ſolo Capitulo electionis, quod ex vocalibus ſimul ad eligendom congregatis integratur.

3 Tale ergo electionis Capitulum definiri poteſt, vt ſit multitudo electorum habentium conditiones ad eligendum neceſſarias, & certo loco, & tempore ab eo, qui præeſt congregatorum, vt ex eis reſultet quædam legalis & ſimulata perſona, quæ iuxta Canonicas inſtitutiones Prelatum Eccleſiæ viduatæ eligat. In hac definitione loco generis ponitur multitudo; quoniam vnus homo non facit collegium, vel Capitulum, ſed vt probatum eſt ſupra *cap.10.q.1. num.4.* ad minus duo ſunt neceſſarij ad conſtituendum Capitulum electionis, vt tradunt *Innoc. in cap.dilecta de exceſſibus Prælat. & in c. poſtulaſti de iure patronatus, & Archid.in cap. deliberatione de elect.in 6. & Io.Andr.in cap. ſtatutum eodem tit.Panorm.in cap.1.de elect.num.5.Tabien.v.electio, num.2.Rota deciſ.65.par.1.recent. & deciſ. 296.nu.5. coram Coccino, & deciſ.296.num.2. lib.1. coram Verallo. Biax.par.1.c.2.nu.1.Nauar.com.3. de regul.n.2. & conſ.3.n.3.de elect.Lezana ad Mare magnum minorum num.11.Bal.in rubr.de elect.n.2.& cap.1.n.1. 2. Rodriq.tom.2.q.53.art.11.Tabien.de iure Abb.d.ſp.5. q.8. num.2. Maſchard.& Ragucc.* quos ſequitur *Barboſa ad cap.1.de elec.num.3.* Nec obſtat, quod affert *Donatus d.tract.2.q.6.num.4.* quia nimirum ſi tantū duo ſint in Capitulo, non datur locus *cap. in cunctis de his,* quæ fiunt à maiori parte, quia tunc maior pars, & totum Capitulum coincidunt, & ſic non valet, niſi quod fit à maiori parte, cui accidit, quod ſimul ſit totum Capitulum, & quod fit à toto Capit. magis valet. quàm ſi fiat à maiori parte. Aduertit tamen *Panorm.d.cap.1. de elect. num.6.* quod Prælatus non eſt intrinſecus Collegio, nec venit appellatione Collegij, ideo oportet, quod in inſtitutione Collegij cōſtituantur ſaltem duo, præter Prælatum, qui faciant Collegium.

4 Eſt verò ſecunda conditio neceſſaria ad Capitulum electionis, vt ſit multitudo electorum, habētium nimirum ius, & omnes qualitates neceſſarias ad eligendum, de quibus latè dictum eſt ſupra *cap.10.* Et hic memoriæ recolendum eſt, quod ad Capitulum ſpectant quicumque ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi, & nedum qui euidēter dictas qualitates habēt, ſed etiam qui dubij ſunt admitti poſſunt, immò debent prout explicatur infra.

5 Sed ad cauſam efficientem Cap. pertinent Sum. Pontifex principaliſſimè, ex quo vt ex propria cauſa electores habent ius eligendi. Non enim ius eligēdi ex iure diuino pertinet ad Clerum, & populum, vt voluerunt Lutherus, Caluinus, Illyricus, & alij Hæretici, quos referunt *Bellar. tom.1. contr.5. lib.1. de Clericis cap. 2. & cap 7. confutat ex Concil. Martini Papæ, Nicen. 2. canon.3. & Conſtantinopolit.4.* quod eſt 8. *Generale act.10. cap.22.* Sed ad Pontificem, cui Chriſtus curam totius Eccleſiæ commendauit, probatum eſt, vt ſupra *cap. 1.* Vnde ſine dubio cauſa principalis efficiens creans Capitula & Collegia canonica eſt Summus Pontifex, à quo eſt & in electoribus facultas eligendi, & in præſide ſeu Prælato ius conuocandi Capitulum. Cauſa verò efficiens proximior fuerunt in Regularibus inſtitutores Religionum, & conditores legum, qui determinauerunt qui & quales, & quando habere debeant ius eligendi, & qui debeat Capitula congregare, & illis præſidere. Et hic etiam ſuperiores habentes vniuerſaliorem iuriſdictionem ſunt cauſæ proximiores, ſed tamen principaliores reſpectu illorum, quibus immediatè conuenit vocales conuocare, qui in hoc ſunt cauſæ efficientes proximæ. In ordine verò ad huiuſmodi cauſas definitur Capitulum, vt ſit multitudo legitimè congregata, nimitū cōgregata ab eo, cui de iure, vel conſuetudine conuenit vocales congregare.

6 Hic verò quæri poſſet, an hoc quod eſt multitudinem eſſe congregatam ab aliquo Præſidente habente ius conuocandi, ſit de ſubſtantia Capituli electionis, & ex conſequenti an Capitulum quomodocumque congregatum validè poſſit eligere? Reſpondetur de ratione vniuerſitatis, & Collegij non eſſe aliquem Rectorem in particulari, ſed poſſe dari vniuerſitatem, ſine Rectore. quæ vniuerſitas ipſa ſit caput, & habeat iuriſdictionem ſuper ſingulis de vniuerſitate, docet & probat *Panorm. in cap. ex litteris* 11. *de Conſtit.& in cap.cum non ignores* 15. *de præbend.* Et fuit etiam opinio *Innoc.in d.cap. cum non ignores.* Et cum multi quos refert. *Addit.ad Panorm.in d.cap.ex litteris, lit.G.* ſentiunt nō dari Collegium ſine Rectore. idem Additionator has opiniones conciliat, vt opinio *Archidiac. & Bartol.* ſit vera de Rectore remoto, & vniuerſali, ſed opinio *Innoc. & Panorm.* ſit vera de Rectore ſpeciali, immeddiato, & proximo. Et certè in propoſito noſtro, cū electores non habeant ius eligendi à Rectore proximo, & ſpeciali, ſed à iure communi, & legiſlatoribus, qui cuicumque Collegio dederunt ius eligendi, quod habet, dicendum eſt, quòd electores eſſe congregatos per citationem Rectoris, ſeu capitis, vel Rectorem aliquem cum illis intereſſe in Capitulo, ſi ipſe non ſit ſimul elector, non eſt de ſubſtantia electionis. Sed vbi ex quacumque cauſa, & quomodocumque etiam caſu ſimul electores conuenerint in tempore, & loco congruo poſſunt eligere, & ſi nullus electorū ſit contēptus, vel electio aliūde non deficiat, illa electio erit valida, & ad nullius inſtantiam caſſanda; & ſic per ſe ad Collegium electorum ſpectat Rector, qui poſſit cōuocare electores, ſed actualis conuocatio non eſt de ſubſtantia

ele-

Digitized by Google

electionis. Conuocatio enim electorum, & eorum monitio eſt de extraneis, & præâbulis ad electioné, & ordinata ad hoc vt electioni interſint, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe. Vbi ergo iſti ſint præſentes, iam habetur finis conuocationis, & habito fine ceſſat neceſſitas medij ad finẽ. Quod ſi non ſint præſentes omnes electores, & non ſint vocati vocandi, & expectati expectandi, electio erit caſſanda ad inſtantiam contemptorum, non verò quia facta ſit ſine Rectore, & capite. Nam aliàs *cap. quia propter 42. de elect.* non requirit per ſe primo conuocationem alicuius præſidentis, ſed quòd ſint præſentes, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe electioni. Verùm quia per ſe, & ex propoſito, & certa intentione vocales non poſſunt conuenire ſimul, niſi ſit, qui ex officio illos congreget, ideo neceſſe eſt ad Capitulum electionis, vt ſit multitudo congregata ab eo, ad quem hoc pertineat, vel ex lege, vel ex conſuetudine. Et hic nunquam deeſt in electionibus Prælatorum, & in eius abſentia ſuccedit antiquior electorũ, vel alius prout iura Collegiorũ diſponunt. Et in omni caſu Collegium ipſum in debita quantitate vocalium congregatum, habet ius vocandi vocales abſentes ad electionem iuxta dicta ſuperius, *cap. 11. quæſt.* Et alias vbi etiam datur Præſidens, ſi ipſe iniuſto modo procedat, poteſt maior pars ad electionem ſine ipſo procedere & etiam ſine minori parte, ſi vocata velit conuenire, vt ex *Rodriq. tom. 2. q. 52. art. 11.* adtestit *Peyrin. in ſubd. q. 1. c. 31. §. 10.*

7 Eſt verò de forma Capituli, vt qui congregantur nedum habeant ius eligendi, ſed congregentur in certo loco, & tempore, prout ſatis eſt ſupra explicatum *cap. 12. & 13.* Sed præcipuè ad Capitulum ſpectat, vt ſit vna perſona fictione iuris, á ſingulis de Capitulo diſtincta, tanquam totum à partibus, ſeu membris, quæ perſona conſurgit ex ſingulis electoribus, vt ſimul loco, & tempore iuxta legum præſcriptum ordinatis, vt tradunt *Bald. cap. 1. nu. 2. de elect. Panorm. nu. 2. Gabriel. in trac. commun. concl. tit. Quod cuicumque vniuer. nomin. concl. 1. & Vulpes in praxi cap. 13. nu. 38. Donatus d. trac. 2. q. 4. num. 4.* Vnde eſt quod geſta per ſingulos de Capitulo extra Capitulum, non ſunt actus Capituli, nec vigorem Capitularium actuum habent. *Bartol. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure.* Ideo nec electio valet facta extra Capitulum, & immò complementum electionis eſt, vt ſit actus totius Capituli, ac ſi Capitulum eſſet vna perſona ſeparata.

8 Hinc verò deducitur primò, quòd Collegium electionis illud eſt; quod tanquam vna perſona fictione iuris eligit ſibi Prælatum, & cui per ſe primo ex iure communi conuenit ius eligendi. *cap. 1. de elect.* & ibi *Gloſſ. Bald. nu. 1. Innoc. Panorm. nu. 1. cap. Congregatio 16. q. 7. cap. Abbatem el 2. cap. Abbas fin. q. vlt. cap. cum dilectus de conſuetud.* vbi *Panor. cap. 2. & cap. cum terra 14. de elec.* & ibi *Bald. nu. 1. Sylu. v. electio 1. q. 1. Mandagot. cap. 1. Biax. p. t. c. 2. Petrus Greg. de elect. cap. 6. num. 9. Garz. par. 5. cap. 4. num. 9 Mirand. tom. 2. q. 23. art. 5. Layman lib. 4. tit. 3. cap. 12. num. 3. Tambur. diſp. 5. q. 8. Bertachin. Decian. Corraſ. Zechias, Ragucc.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. 1. de elec. nu. 5. Hoſtien. in ſum. §. qui poſſit eligere. Felin. in cap. ſed petitionem, num. 1. de accuſat. Gloſſa in cap. ſciant cuncti, v. ſpectat, de elec. in ſexto. Nauar. comment. 3. de regal. n. 2. Rota deciſ. 65. par. 1. recent. & coram Verallo deciſ. 296. num. 2. par. 1. & dec. 294. n. 5. coram Coccino. Samael. tr. 1. d. 2. panc. 12. num. 2.*

9 Deducitur etiam ſecundò, quod vota eligentium nihil valent, niſi ſint collegialiter data, quia eligere non eſt ſingulorum diuiſim, ſed vt ſunt collegium. *cap. quia propter 42. de elect.* & ibi *Io. Andr. Panorm. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. qualiter, v. publicetur, & ver. tertia forma.* Iterum *Io. Andr. in cap. In Geneſi*, & ibi *Innoc. & Panorm. num. 4. & cap. cum omnes, de conſtit. num. 7. Bald. cap. 1. de elect. n. 1. Biax. par. 3. cap. 13. & 21. Petrus Greg. cap. 5. à num. 2. Mirand. tom. 2. q. 23. art. 9. Coſm. & Bertachin.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. In Geneſi 55. de elec. num. 3. Ripa & Rebuff.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. Cum Eccleſia 3. de cauſa poſſeſſ. num. 3. Ragg. centur. 2. dub. 190. num. 2. Samael. tr. 1. diſp. 12. contr. 6. num. 2. Lazarius cap. 18. num. 1. & capit. 19. num. 41.*

10 Hinc etiàm Capitulum per cauſam finalem definitur, dum dicitur, quòd eſt multitudo electorum in certo loco & tempore legitimè congregatorum, vt Eccleſiæ viduatæ prouideant de Præſule. Hoc enim eſt Capitulum iuxta formam dicti *cap. quia propter congregatum*. Nam vniuerſaliùs loquẽquendo, finis Capituli eſt prouidere Eccleſiæ de aliquo officiali, vel miniſtro.

S V M M A R I V M.

1 *Quot debeant eſſe præſentes, vt ſit Capitulum. num. 11.*

2 *Capitulum non eſſe validum, niſi adſint duæ partes vocandorum tenent aliqui, n. 11.*

3 *Si vocandi ſunt vocati, ad Capitulum ſufficiant, qui in tempore venerunt, quanticumque illi ſint, etiam ſi vnus ſolus. n. 11.*

4 *Vbi eſt præſes conuocans collegium, qui veniunt, eligunt. n. 12.*

5 *Panormit. mens fuit, vt vbi Capitulum eſt illud; quod conuocat electores, debeant in Capitulo eſſe duæ partes. n. 12.*

6 *Sufficit maior pars ad Capitulum. n. 12.*

7 *In hoc caſu neceſſe eſt, quod conueniat maior pars omnium vocalium. n. 13.*

8 *In Colleg. Eccleſiaſt. ſufficit maior pars vocalium, qui vniuerſitas non conuocat, ſed ad minus antiquior. n. 13.*

9 *Si non ſunt vocati vocandi, ſi ſaltem maior pars eſt vocata, & adeſt in Capitulo, electio facta per Capitulum non eſt ipſo iure nulla, ſed poteſt per non vocatos ratificari, n. 14.*

10 *De iure Canonico, ſi adeſt maior pars vocandorum ſufficit, vt geſta per Capitulum non ſiat ipſo iure nulla, licet annullanda ad inſtantiam contemptorum. n. 14.*

11 *In termino iuris ad eligendum, etiam ſi maior pars non fuerit vocata, minor innocens valide eligit, nec electio eſt caſſanda, ſi contempti illam ratificent. nu. 15.*

11 QVæritur ſecundò, Quot ex electoribus ſint neceſſarij eſſe præſentes ad conſtituendum Capitulum, nimirum vt Capitulum ſit illa perſona ficta, & ſimulata, quæ validè decernat, & concludat ea, quæ in

Digitized by Google

in Capitulo tractantur, & in propoſito, quæ validè decernat ea, quæ ad electionem pertinent. Nam eſt opinio pro qua referuntur, *Panor. in cap. prudentiam 21. de offic. deleg. num. 8. & cap. cum in cunctis 1. de his. quæ fiunt à maiori parte num. 16. & cap. Eccleſia veſtra 48. de elect. num. 6.* quæ cenſet Capitulum non eſſe validum, niſi in eo præſentes adſint duæ partes vocandorum, Quod etiam tenuit *Sigiſm. de elect. dub. 9. nu. 11.* citans pro eadem *Compoſtell. cap. quia propter num. 29. Bellam. §. niſi fortè ver. 3. quæro. Rota in Treuer. Abbatiæ 20. Nouemb. 1624. §. ſecundò principaliter.* Et pro eadem ſententia citantur *Lanor. cap. 19. num. 62. Domin. in cap. vnic. §. ſi verò de Cleric. ægrot. in 6. Dec. in c. Cum omnes 51. de Conſt.* qui fundantur in *lege nulli, & in l. Planè, ff. quod cuiuſque vniuer. nomin. & in l. nominationum C. de decurionibus,* & eandem ſententiam habet *Baſſaus v. electio.* Sed vt dixi ſupra *cap. 11. à num. 9.* quidquid ſit de iure ciuili, oppoſitum eſt verum de iure Canonico. Quoniam vel omnes vocandi, ſunt vocati ad Capitulum, vel non. Si omnes ſunt vocati, certum eſt ex *cap. quod ſicut, & ex cap. cum nobis. & cap. quia propter de elect.* quod electio pertinet ad præſentes, & quòd vocati non venientes cenſendi ſunt alieni, & extranei, & quod præſentes quicumque, & quanticumque illi ſint validè eligunt, etiam ſi ſit minor pars electorum, immò etiam ſi vnus ſolus veniſſet. Vt ſupra ſatis probatum manet, & tenet etiam *Panor. cap. Bonæ 4. de poſtul. n. 9. & c. in cauſis 30. de elect. n. 9.*

12 Quamobrem non debuit *Panorm.* citari pro illa ſententia; quia ille de Collegio electionis loquẽs tranſit cum alia, & meliori diſtinctione *cap. cum omnes 6. de Conſtit. num. 13. & cap. cum nobis 19. num. 9. & cap. in cauſis 30. num. 9. de elect. & Peyr. de ſubd. q. 1. cap. 31. §. 6. concluſ. 2. et tom. 3. c. 9. num. 12. et 16.* cui conſentit *Felin. d. cap. cum omnes, num. 34.* Nam vel, inquit, datur vnus cui de iure, vel conſuetudine conuenit conuocare electores, & in hoc caſu nullus eſt determinatus numerus ad cõſtituendum Collegium, ſed venientes quicumq; illi ſint, etiam ſi minor pars, etiam ſi vnus, eligunt, & electio tenet; quia citatio illa facta à legitimo citante conſtituit non venientes in contumacia. Et hoc idem tenent omnes, quos ſupra allegaui *cap. 11. & in hoc cap. infra num. 21.* Vel nullus datur in ſingulari, qui habeat ius citandi, ſed hoc pertinet ad Collegium & in hoc caſu tenent *Panormit. et Felin.* quòd in Collegio ad aſſignandam diem electionis, & citandum abſentes pro die electionis requirantur duæ partes vocalium præſentes, & quod tunc ſtandum ſit maiori parti illius Capituli, ex duabus partibus omnium vocalium congregati. Sed ſupra *cap. 11. quæſt. 1. cum Gloſſa in d. cap. Cum nobis* dictum eſt, quod & in hoc caſu ſufficit maior pars vocalium ad hoc vt conſtituant Capitulum, & ſi omnes, non conueniant tunc aſſignatio nõ valet, quia non eſt à maiori parte vocalium.

13 Nam vt habetur ex eiuſdem *Panormit. doctrina c. In Geneſi 55. de elect.* & dictum eſt ſupra *cap. 11. q. 12. nu. 111.* In electione etiam vota eorum, qui non fuerunt vocati, ſed contempti numeranda ſunt, & ita vt electio ſit ipſo iure nulla, ſi electus non ſit nominatus à maiori parte computatis etiam non vocatis, ſed contemptis. Quia hic non vocati ſunt in numero eorum, qui debent, volunt, & poſſunt cõmodè intereſſe. Hoc autem locum eundem videtur habere, vbi electores congregantur ad deſignandam diem electionis, & citandũ abſentes, vt ſcilicet etiã vota abſentium computari debeant, & ſic etiam ſi ſint præſentes duæ tertiæ partes, non ſufficiat ſi ſola maior pars reſpectu illarum duarum partium conueniat, niſi ſit etiam maior pars reſpectu omnium tam præſentium, quam abſentium: & hoc certè de iure Canonico eſt veriùs, & certiùs. Nihilominùs duo mihi addenda videntur. Primum, quòd non eſt neceſſe, quòd congregentur duæ partes; ſed ſufficit quod maior pars vocalium congregata conſentiat in aſſignanda die, & citet, vt benè docuit *Gloſſ. cit.* Secundũ eſt, quod ſi poſſit cõtingere, quod in Collegio Eccleſiaſt. ſpectaret cõgregare Collegiũ ad vniuerſitatẽ & omnes vocales congregari non poſſint, in hoc caſu eſt probabile, quod poſſimus, vt vult *Panor.*, vti praxi iuris ciuilis, vt ſi duæ tertiæ partes congregatæ ſint, cenſeatur legitimum Capitulum ſufficiens ad deſignandam diem electionis, & ad citandum abſentes, & quod tunc ſufficiat maior pars huius Capituli ad citandum, & obligandum ad reſpondendum citationi. Sed vt dixit *Felin. cap. cum omnes de Conſt.* in Colleg. Eccleſiaſt. antiquior cõgregat & ideo d. caſus dati non poteſt. Cum tamẽ ita ſit, quod poſſit ſemper maior pars vocaliũ proteſtari contra conuocantem Collegium, & ex hoc ſolo capite reſiſtere, quod non vult compelli ad eligendum ante terminum iuris. Et ita, vt non ſit neceſſe, vt compareat, perſonaliter, ſed ſufficiat, vt reſpondeat citationi per procuratorem, & ſcripta etiam ab electoribus ſeorſum & diuiſim data, & ſubſcripta, dummodo omnibus numeratis maior pars ſit, quæ renuit eligere. Quoniam nec præſes, nec maior pars poteſt anticipare, & breuiare terminum iuris maiori parte repugnante.

14 Si verò non vocati ſunt omnes vocandi, tunc electio deficit, & eſt caſſanda ad inſtantiam non vocatorum, etiam ſi vnus ſolus deficeret, nec ad hoc vitandum ſufficit, quòd duæ partes præſentes fuerint. Sed ſi ma. pars fuit vocata & elegit, electio licet ſit caſſanda ad inſtantiã non vocatorum, nõ tamen eſt, ipſo iure nulla; quia nulla lex canonica illã nullã declarat ipſo iure, nec iure Canonico eſt ſtatuta lex, vt in Cap. ſint præſentes duæ partes vocandorũ ſed immò lex ciuilis eſt abrogata per legem Canonicã. Quoniam lex ciuilis vult, duas tertias partes eſſe præſentes, etiam ſi omnes ſint vocati, & etiam ſi, qui non veniunt neceſſitati & impediti non veniant, vt excitata *l. nominationum conſtat*; ſed lex Canonica vult, vt electio ad præſentes ita ſpectet, vt non veniẽtes vocati, ſint cenſendi alieni: cæterum aliàs lex Canonica vult *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte,* quod id ſit validum, quod maior pars ſtatuerit. Vnde ſi maior pars eſt conuocata electio non eſt nulla: ſi electus computatis etiam non vocatis eſt à maiori parte nominatus, vt ſupra *cap. 11. q. 12. à num. 111.* probatum eſt.

15 Immò ponamus caſum, quod ſine culpa electorum præſentium, maior pars non ſit vocata, & inſtet terminus vltimus præfixus vocalibus ad eligendum, tunc minor pars poteſt validè eligere de iure Canonico; quia Collegium, & electores innocentes non ſunt priuandi iure eligendi, quo priuantur, ſi labatur terminus iuris præfixus illis ad eligendum. Et quod maior pars non fuerit vocata

Kk non

Digitized by Google

non eſt ex culpâ electorum. Vnde in eo caſu electio non eſſet ipſo iure nulla; immò nec eſſet caſſanda, ſi contrmpti inſtarent; quia in eo caſu non fuerunt contempti à maiori parte.

S V M M A R I V M.

1 *In quo conſiſtit poteſtas Capituli.n.16.*
2 *PoteſtasCapituli reſidet in maiori, & ſaniori parte Capituli.n.16.*
3 *Electus eſt, qui eſt à maiori parte nominatus.n.19.*
4 *Minor pars poteſt appellare à geſtis per maiorem partem.n.17.*
5 *Ad hoc vt geſta per maiorem partem reſcindantur ad inſtantiam minoris neceſſe eſt, quòd detur cauſa iuſta, & probata.n.17.*
6 *In cap. quia propter reijcitur appellatio reſpectu electionis, quia publicato ſcrutinio ille debet eligi, qui eſt nominatus à maiori parte.n.17.*
7 *Maior pars eſt illa, quæ eſt maior reſpectu Capituli.n.17.*
8 *In electione ſecreta illa pars præſumitur ſanior, quæ eſt maior n.18.19.*
9 *In electione Papæ duæ tertiæ partes ſunt neceſſariæ. nu.20.*
10 *Virtus Capitali in vno conſeruari poteſt.n.21.*
11 *Collegium reſtauratum, an ſit nouum.n.22.*

16 QVæritur tertiò. In quo conſiſtit poteſtas Capituli? Reſpondrtur verò ex communi ſententia, & dicuntur duo. Primum eſt, quòd poteſtas Capiruli reſider in maiori, & ſaniori parte Capituli. Nam de hoc ſunt expreſſi textus. Et quidem in vniuerſali hoc ſtatutum eſt *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte.* Er in ſpecie de electione loquendo, *in cap. quia propter de elect.* decernitur, vt ſine appellatione is ſit electus, qui à maiori, & ſaniori parte electorum fuerit nominatus. Quod idem habetur ex *cap. in Geneſ. 55. & cap. Dudum 54. de elect.* Et docent Canoniſtæ omnes. Et ex illis *Rota in Leodien. Decanatus, 26. Febr. 1627. coram Mouzanedo. Et in Pampilouen. Canonicatus, 22. May 1628. & 23. Maij 1631. coram Duuozeto, & 14. Nouemb. eiuſdem anni coram Pirouan.*

17 Secũdũ eſt quod nihilominus à geſtis per maiorẽ partẽ poteſt appellari per minorẽ partem; ſed vt geſta per maiorem partem reſcindantur, duo copulatiuè adeſſe debent, ſcilicet cauſa rationabilis, & iuſta contradicendi, & appellandi à decretis maioris partis, & quod hæc cauſa per minorem partem fuerit probata. Hoc enim habetur expreſſe in *dict. cap. p. de his quæ fiunt à maiori parte.* Et ibi notat *Gloſſ.* Vnde quod in *d. cap. quia propter* videtur reiici appellatio omnis, ibi *nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto*, debet conſiderari, quod non reiicitur appellatio abſolutè, & in ordine ad confirmationem electionis, ſed in ordine ad electionem; quia ibi decernitur, vt publicato ſcrutinio, nulla prorſus obſtante appellatione eligatur nominatus ab omnibus, vel à maiori parte: ſed an electio ſit bona, vel valida, quod indicare ſpectat ad confirmatorem, aliud eſt; & minor pars poteſt ſuper hoc appellare, & debet audiri, & ſi probet electionem inualidam eſſe, debet electio caſſari.

18 Sed dubium eſt, quænam ſit ſanior pars, & an partem eſſe ſaniorem ſit quid diſtinctum ab eo, quod eſt illam eſſe maiorem. Nam ſine dubio illa in præſenti dicitur maior pars, quæ eſt maior reſpectu totius capituli, & omnium electorum, nimirum quæ excedit medietatem eligentium. *Cap. Eccleſia veſtra 57. de elec.* Et ibi *Gloſſa. Panor. & Baldus. Decius in cap. non omnes de conſtit. Idem Panorm. in cap. quoniam & cap. finali de iure patron. Caſtell. de elect. cap. 17. n. 37. Rodriq. tom. 1. q. 31. c. 4. Rota in Metin. monaſ. 25. Iunij 1621. coram coccino, & in Treueren. Abbatiæ 14. Ianuarij 1630. coram Decano. Mirãd. t. 2. q. 23. a. 24. Donat. tr. 2. q. 9. Barboſ. de Canon. c. 39. n. 10. & apud eum plures alij.*

19 Sed per ſaniorem partem, cum multi intelligant exprimi conditionem diſtinctam à maiori parte, & ab ea contingenter ſeparabilem, & ita, vt duo diſtincta ſint, partem eſſe maiorem, & partem eſſe ſaniorem, & quòd eſſe ſaniorem importet eſſe prudentiorem magiſque boni publici zelantem, & maioris authoritatis, eò quòd ad harum conditionem vtraque requiratur copulatiuè, ut multis citatis aduertit *Barboſ. l. cit. a. n. 4.* Nihilominus conſiderandum eſt quod nunc cùm ex decreto *Conc. Tr. d. Seſſ. 25. de regul. cap. 6.* Electio ſuperiorum Regularium debeat fieri ſecretò, & ita vt nomina eligentium nunquam publicentur, nedum non debet attendi, an maior pars ſit, vel non ſit ſanior, ſed impoſſibile eſt vt attendatur: nam nomina eligentium, & eorum qualitates ignorantur. Vnde nunc non attenditur in huiuſmodi electionibus, niſi numerus maior, & pars maior præſumitur ſanior. Et in hoc ſenſu etiam *in d. c. quia propter* accepta fuit, ſecundùm aliquos vox *ſanior*, itaut verè ſignificet conditionem diſtinctam à maioritate numeri, ſed fictione, & præſumptione iuris non ab ea ſeparabilem, ſed illi inſeparabili præſumptione coniunctam. Quod tamen non eſt conforme textui *in cap. Eccleſia veſtra 57. de electione.* Et ideò verè vbi nomina electorum publicantur, duæ qualitates ſeparabiles ſunt, partem eſſe maiorem, & ſaniorem, & vtraque copulatiuè requiritur ad valorem electionis, vt dicam infra c. 18. & 19. 1 ſed vbi non publicantur nomina eligentium, ſi electus nominetur à maiori parte cenſendus eſt nominatus à parte ſaniori, & ideò habendus tanquam electus. *Syla, v. elect. q. 1. d. Tabien. ibidem Caſtell. de elect. c. 5. n. 49. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 16. l. 2. c. 5. n. 13. Sigiſ. à Bonon. dub. 306. n. 8. Tambar tom. 1. diſp. 5. q. 6. n. 21. Rota in Pampilonen. Canar. 12. Maij. 1628. Coram Dunozet. Barboſ. boſ. de Canonicis cap. 39. n. 8. Donat. dicto tract. 2. q. 9.*

20. In electione tamen Papæ duæ tertiæ partes ſunt neceſſariæ, vt quis euadat electus.

21. Quamuis nihilominus Collegium neceſſariò conſtet ex pluribus, eiuſque poteſtas in maiori parte ſit collocata, tamen Collegii vita, & virtus in minori parte, immò in vnò ſolo ex ijs, qui ſunt de Collegio remanere poteſt. Sicut ad integritatem hominis ſunt manus, brachia, pedes, & tamen præciſis manibus, & pedibus vita hominis durat. Ita ſi, qui ſunt de Capitulo moriantur, vel recedant, & abſentes ſint, vita Capituli, & Collegii, eiuſque virtus electiua in vno, qui remaneat, conſeruatur. *Bal. cap. 1. n. 2. & 3. de elect. Gloſſa in cap. 2. de poſtul. v. pauciores. & ibi Panor. n. 5. 8. & 9. Innoc. Hoſtien. Innoc. in cap. quia propter q. 2. de elect. nu. 5. Sylu. v. elect. 1. q. 5. Nauar. conſ. 6. n. 2. de conſtit.*

ſtit. Tab. v. elect. n. 2. Vgol. de cenſ. tab. 2. c. 11. §. 2. n. 2. Regin. l. 32. n. 29. Mirand. tom. 2. q. 23. a. 5. concl. 2. Barboſ. ad cap. 2. de poſtul. n. 4. Rota deciſ. 860. *n. 7. & deciſ.* 1050. *n. 5. Coram Seraph. & in Cremonen. Præpoſ. 25. Febr. 1622. coram Vbaldo Peyr. in ſubd. q. p. cap. 31. §. 3. v. Dico 2. Ragg. cent. 2. dub.* 156. *n. 2. Samuel tr. 1. diſp. 2. contr. 13.*

21 Quamobrem quando dicitur, quòd poteſtas Capituli eſt in maiori parte vocalium, intelligitur de vocalibus præſentibus, inter præſentes numerando etiam non vocatos, ſed contemptos.

22 Quòd ſi Collegium vnum ſit penitus deſolatum, & poſtea reſtauretur, hoc Collegium reſtauratum eſtne nouum? *Bald. in cap. 1. de elect. n. 7. &* 8. cenſet eſſe nouum; ſed non per omnia, quia in locum antiqui eſt ſubrogatum.

S V M M A R I V M.

1 *An Capitulum poſſit admittere extraneum. n. 23.*
2 *Electores non poſſunt admittere extraneum. n. 23.*
3 *Admittere extraneum ad eligendum non ſemper reddit electionem nullam. n. 23.*
4 *Admiſſio inhabilis non reddit per ſe electionem nullam. n. 24.*
5 *Extraneus ad electionem admitti poteſt, vt iuuet, non vt eligat. n. 25.*

23 QVæritur quartò. An Capitulum poſſit amittere extraneum ad hoc, vt vocem habeat in electione? Reſpondetur negatiuè. Collegium hoc non poſſe ſatis probatum eſt ſuprà *cap. 3. & cap. 10.*

24 An verò in caſu admiſſionis extranei electio ſit nulla, affirmat *Donat. ibid. n. 5. citans Abb. in d. cap. quia propter n. 3. Medal. v. Capitulum n. 4.* Sed nec ibi *Panor.* hoc aſſerit, nec eſt neceſſariò verum; quia admiſſio inhabilis non reddit electionem nullam, niſi ex vi nominationis factæ ab illo aliquis ſit electus; vel niſi ille inhabilis ſit laicus ſecularis, vel ſit excommunicatus denunciatus.

25 Benè verum eſt, quòd extraneus admitti poteſt cum electoribus, vt eos protegat, vel dirigat, vel etiam vt ſit notarius, prout ſuprà *loco citato* dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Capitulum poteſt ſupplere voces abſentium. n. 33.*
2 *Electi in titulares creati ad effectũ habendi ſuffragium in electione ſunt ipſo facto inhabiles ad omnia officia. n. 33.*

26 QVæritur quintò. An Capitulũ poſſit abſentium vota ſupplere, alios pro abſentibus ſubrogando? Reſpondetur, non poſſe, *ex Concil. Trid. Seſ. 25. de Regul. cap. 6. ibi. Nec in poſterum liceat Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque titulares ad effectum electionis facienda conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere.* Et ſuppletio facta cõtra hoc decretum eſt nulla, & creari in Prouincialem, Abbatem, vel Priorem ad hunc effectum ſunt ipſo facto ad omnia officia inhabiles, & facultates ſuper his concertæ abrogantur, & concedendæ ſubreptitiæ declarantur.

S V M M A R I V M.

1 *An Collegium poſſit eiicere extraneum, quaſi poſſidentem. n. 26.*
2 *Laicus non poteſt admitti. n. 26.*
3 *Requiſita ad acquirendam poſſeſſionem electionis. n. 27.*
4 *In dubio extraneus cenſetur admiſſus ex iuſtitia. n. 28.*
5 *Sed ad admittentes pertinet probare, quod admiſerint ex gratia. n. 28.*
6 *Poſſidens non poteſt eiici. n. 29.*
7 *Spoliatus debet per prius reſtitui. n. 29.*
8 *Vbi defectus dominij eſt notorius, ſpoliatus non reſtituitur. n. 30.*
9 *Extraneus, cuius defectus dominij eſt notorius, eiici poteſt. n. 30.*
10 *Priuatus voce notoriè non poteſt excludi. n. 31.*
11 *Diſcrimen eſt inter eiicere, & non vocare. n. 32.*
17 *Illi quorum inhabilitas poteſt in iudicio probari, non ſunt neceſſariò vocandi. n. 32.*

27 QVæritur ſextò. An Collegium poſſit extraneum quaſi poſſidentem ius eligendi eiicere ab electione, vel etiam illum non vocare? Eſt autem in hoc certum, quòd laicus non poteſt admitti, vt interſit electioni, & det ſuffragium; aliter fieret electio per abuſum ſecularis poteſtatis, quam ſacri Canones reprobant, ut probatum eſt ſuprà *cap. 16.*

28 quæſtio igitur eſt de quaſi poſſidente ius eligẽdi, de quo adhuc conſiderandũ quando præcipuè conſuetudo eſt contra ius, quod ad huiuſmodi quaſi poſſeſſionem acquirendam, & præſcribendam plura requiruntur. Nam requiritur, quòd ipſe elegerit ex intentione habendi ius eligendi, & quòd admiſſus fuerit ſciente, & patiente Collegio, tanquam ille, cui ex iuſtitia conueniat eligere. *Panor. in cap. Bonæ 4. de poſtul. n. 20. Bald n. 15. & 16. Ma. Rota coram Verallo p. 1. deciſ. 296. n. 3. Lauor. cap. 15. n. 11. Barboſ. ad cap. cum Eccleſia 3. de cauſa poſſeſſion. n. 20.* An verò in acquirente poſſeſſionem eligendi requiratur bona fides, & quòd verè credat ſibi ex iuſtitia competere electionem, bene reſpondet *Panor. ex Innoc.* quod ad iuſtam poſſeſſionem acquirendam requiritur in acquirẽte bona fides, & quòd verè credat ſibi cõpetere ius eligẽdi, non tamẽ ad acquirendam poſſeſſionem ſimpliciter; quia etiam fur poſſidet; vnde ad hanc poſſeſſionem acquirendam ſufficit intentio, per quam intendat eligere, tanquam ius habens ad eligendum. *Lauor. c. 15. n. 11.* In Collegio verò requiritur ſcientia, & patientia, quia ſcilicet non admiſerit extraneum ex gratia; ſed ſciens illum intendere eligere ex iuſtitia, & patiens eum ſic eligere. *Lauor vbi ſuprà.* Et quia huiuſmodi extranei admiſſio non ſolet ex gratia concedi, immò verè nec poteſt: deducitur, quòd in dubio præſumi debeat, vt conceſſa ex iuſtitia. *Panorm. loc. cit. n. 19. ex Innoc.* quamuis oppoſitum teneat *Bald. n. 13.* Ideò idem *Panorm. ex Innoc.* vult quòd in hoc puncto onus probandi ſpectet ad Capitulum, ſcilicet probandi, quod extraneus fuit admiſſus ex gratia; quia in his, quæ non ſolent gratioſè concedi, non præſumitur gratuita conceſſio, niſi probetur.

29. Et præterea neceſſe eſt, vt electio ſuum effe-

Digitized by Google

ctum ſortita fuerit, ita vt electio fuerit confirmata, & electus obtinuerit Eccleſiam illius electionis iure, vt dictum eſt ſuprà *c.3.n.25.* & probât DD. *in cap. cum in beneficio, de præb. in 6. & in cap. dilecto, & ex Barthol. Rebuff. & Innocent.* docet *Lauor. cap. 15. n.12.* vbi ex eodem *Rebuff.* addit *n. 13.* quòd acquiſita poſſeſſione electionis per vnicum actum, non cenſetur acquiſita poſſeſſio, ad alios actus ſpecie diſtinctos, ſcilicet ad præſentationem, vel ad collationem. Nam aliàs ex poſſeſſione poſtulantium acquiri poſſeſſionem eligendi, dictum eſt ſuprà *cap. 3. q. 2. n. 23.*

30 His verò ſtantibus dicitur, quòd quaſi poſſidens ſuffragium non poteſt eiici ab electione, ratio eſt, quia poſſeſſor ſpoliatus per prius eſt in ſua poſſeſſione reſtituendus. Et itaut etiam prædo ſecundùm iuris rigorem in ſuam poſſesſionem reſtitui debeat iuxta regulam; *ſpoliatus.* Et ita vt in iudicio per prius debeat tractari cauſa poſſesſionis, quàm proprietatis. *cap. in litteris §. de reſtit. ſpol. Rota deciſ. 365. n.9. p.1. recent. Barboſa ad d. cap. in Lit. N. 3.* Et quamvis ſæpius cauſa poſſeſſorij, & petitorij poſſint ſimul tractari, & definiri, *cap. ad vltimum 2. de cauſa poſſeſ. & ibi DD. communiter. Et cap. cùm dilectus 6. eodem titulo. Barboſ. ibid. num.* 2. Tamen hoc fieri non poteſt, niſi actore de poſſeſſorio conſentiente; aliàs quæſtio de poſſeſſorio priùs definiri debet, *cap. 1. de reſtitut. ſpoliatorum, & ibi communiter DD.* Igitur ſi extraneus quaſi poſſidens ius eligendi, vi eiiciatur, ipſe aget de poſſeſſorio coram confirmatore, priuſquam videatur, vnde ſibi competat eligere, & reſtituetur in poſſeſſione eligendi, & ad eius inſtantiam caſſabitur electio.

31 Nihilominus dicitur, quòd regula illa, ſcilicet quòd ſpoliatus debeat primò reſtitui, patitur multas fallentias. Nam primò non valet vbi defectus proprietatis ſit notorius. *Rota deciſ. 2. de reſtit. ſpoliat. in antiquis Mantic. deciſ. 336. n.8. Innoc. cap. Cùm Eccleſ. Sutrin. de cauſ. poſſ. & ibid. Panor.* vbi ait Prædonē non eſſe reſtituendum, ſi conſtet in iudicio eſſe prædonem. *Anton. Corſet. in tract. Fallent. ad regulam ſpoliatus, n.2. Barboſ. cap. 1. de reſtit ſpol. n. 4. & c. in litteris §. eodem tit. n.5.* Quamobrem vbi ſit notorium, quòd extraneus poſſidens ius eligendi non eſt dominus talis iuris, ſicuti ſi ſit notoriè excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, non eſt reſtituendus, ideoque bene poterit non vocari ad electionem, immò, & eiici abſque periculo, vt caſſetur electio.

32 Non eſt tamen eadem ratio de priuato voce, ipſo iure: quia eſto notorium ſit, talem commiſiſſe crimen, ob quod eſt ipſo iure priuatus voce, non per hoc eſt notorium, quod ante ſententiam declaratoriā criminis non poſſit validè eligere, & teneatur ab electione abſtinere, cùm hoc ſit valdè apud DD. controuerſum. Vnde talis habet, vnde ſe, & ſuam poſſesſionem defendere poſſit, non eſt ergo de facto ſine Iudicis decreto poſſesſione ſpoliandus: ſimiliter eſto ſit notorium aliquem electorem non eſſe Subdiaconum, ſi tamen ſit non Subdiaconus, eſt in quaſi poſſesſione eligendi, non poteſt eiici, ſed debet cum proteſtatione admitti, quia bene poteſt contingere, vt non Subdiaconus priuilegio, aut conſuetudine habeat ſuffragium, & eſt propterea in ſua poſſesſione manutenendus, donec per Iudicem aliter decernatur.

33 Sed dices, ex hoc ſequi, quòd ſi non vocentur electores inhabiles, caſſanda ſit electio, ſi inhabilitas eorum probetur, quia dominium eligendi etiam contra inhabilitates legis poſitiuæ, præſcribi poteſt, & ex accidenti inhabiles ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi. Sed reſpondetur non eſſe eandem rationem de eiectione, & non vocatione; quia eiectus ſpoliatur poſſeſſione eligendi, qua non ſpoliatur non vocatus. Sed ſolùm ad eligendum non inuitatur. Ideò in caſu præfato *cap. cùm Eccleſia,* Clerici illi nedum non fuerant vocati ſed fuerant eiecti, & propterea ad eorum inſtantiam fuit caſſata electio.

S V M M A R I V M.

1 *Admittere vocalem dubium cum proteſtatione aliquando præiudicat legitimæ electioni. n.34.*

2 *Opiniones variæ. n.35.*

3 *Quaſi poſſidet electionem, qui eligit ex iure quaſi poſſidentis. n.36.*

4 *Bonorum Eccleſiæ poſſeſſio manet apud Eccleſiam. num.36.*

5 *Anteceſſoris poſſeſſio continuatur in ſucceſſores. nu. 36.*

6 *In Ordine Prædicatorum Prior & ſocius, licet ex nouo inſtituti quaſi poſſideant ius eligendi. n.37.*

7 *Si ſit dubium de inſtitutione Prioris, aut ſocij, hoc reſpicit proprietatem, non poſſeſſionem. n.37.*

8 *Quaſi poſſidet electionem, qui poſſidet titulum, cui eſt annexum ius eligendi. n.38.*

9 *In Ordine Prædicatorum poſſeſſores officiorum, ſeu graduum, quibus eſt annexum ius eligendi, ſunt poſſeſſores electionis, etiamſi nunquam elegerint. nu.39.*

10 *Poſſeſſor omnium conditionum, quæ de iure requiruntur in electore, poſſidet ius eligendi. n.40.*

11 *Si poſſeſſio conditionum ſit dubia, dubium eſt etiam ius ſuffragij. n.41.*

12 *Poſſeſſio ciuilis eſt manutenenda. n.41.*

13 *Proprietarius non poſſeſſor eſt, qui amiſit ius eligendi. n.42.*

14 *Qualiter deperdatur poſſeſſio, ſeu quaſi poſſeſſio eligendi. n. 42.*

15 *Habere ius ad titulum, vel cōditionem neceſſariā in electore, ſi deſit poſſeſſio, non eſt poſſidere ius eligendi. n.43.*

16. *Quando imminet præiudicium legitimis electoribus, & electioni, vt euenit in electione ſecreta, Capitulum non tenetur admittere electores dubios, ſecus verò ſi non immineat. n.44.*

17 *Fundamentum intentionis à quocumque aliquid protendente prius eſt probandum. n.44.*

18 *Probatio debet eſſe concludens, non præſumptiua tantùm. n.44.*

19 *Conditiones requiſitæ ad vocem actiuam non præſumuntur, ſed probari debent. n. 45.*

20 *Ratione delicti dubij, aut pœna dubiæ nullus eſt excludendus à voce actiua. n.46.*

21 *Si elector habet proprietatem iuris eligendi, licet non haberet quaſi poſſeſſionē, non eſſe reijciendus propter excommunicationem, aut delictum dubium. n.46.*

22 *Diſtinguitur, & explicatur duplex habilitas, & inhabilitas. n.47.*

Quando

Digitized by Google

23 *Quando Capitulum non tenetur admittere electorem dubium, non poteſt dubius elector expulſus contra Capitulum agere de contemptu. n.48.*

24 *Capitulum non tenetur concedere tempus, vt probet ſuam habilitatem, his qui non ſunt quaſi in poſseſſione eligendi, etiam ſi horum ſit magna multitudo. num.49.*

25 *Electore dubio excluſo non iniuſtè, etiam ſi poſtea probetur verum ius illius, non irritatur electio facta. nu.50.*

34 QVæritur ſeptimò. An eijci poſſit vocalis dubius, qui non eſt in quaſi poſſione eligendi. Ratio dubitandi eſt; quia admittere dubium vocalem cum proteſtatione in ſcrutinio ſecreto, ſæpius præiudicium facit legitimæ electioni, illamque reddit dubiam, ideoque caſſandam. Nam vbi numerus legitimorum vocalium eſt par, & per vocalem dubium augetur in numerum imparem, ſi vocalis dubius faueat minori parti, & poſtea eius votum à confirmatore iudicetur nullum, aliàs verò maior pars parum excedat minorem ſolum in duobis votis, electio redditur dubia, quæ in re eſt legitima coram Deo. Vt ſi vocales legitimi ſint 18. Ex quibus decem faueant Titio, & 8. Paulo, Titius legitimè eſt electus coram Deo, & tamen ſi admittitur alius vocalis dubius, qui faueat Paulo, & iam numerentur 19. vocales, ſi confirmator iudicat vocalem dubium non fuiſſe legitimum, illa electio legitima coram Deo remanet dubia coram Confirmatore, & caſſanda. Nam votum dubium declaratum nullum nedum demi debet à toto numero vocaliũ, vt totus numerus 19. vocalium reducatur ad 18. vocales, ſed debet detrahi etiam ab aliquo electorũ, & à quo ſit detrahendum eſt incertum, & dubium: & ſi detrahitur à Titio, iam Titius nominatus verè à decem remanet apud confirmatorem nominatus à nouem, & à nouem etiam nominatus Paulus, & ſic nullus eſt nominatus à maiori parte. Non eſt vero vnde dicatur votũ detrahi debere à Paulo; cur enim magis à Paulo, quam à Titio? Et præterea ſi detrahendus eſſet à Paulo poſſet contingere, vt electio verè nulla corã Deo eſſet confirmanda: ſi enim in rei veritate ex 18. votis tam Titius, quam Paulus habuiſſent nouem vota, electio fuiſſet verè nulla, & tamen quia votum dubium additum vni ex partibus faceret, vt vnus appareret nominatus à decẽ, & alius à nouem, ſi votum dubium fauit Titio, & illud declaratum nullum demitur ex parte Pauli, iam Titius apparebit nominatus à decem, & Paulus ab octo, & electio nulla apparebit valida, & confirmanda. Eodem modo ſi numerus impar per votum dubium reducatur ad parem contingere poteſt, vt electio vera reddatur dubias. Nam ſint 19. legitimi electores ex quibus Titius habeat decem, & Paulus nouem, ſi votum dubium faueat Paulo, iam apparent decem & decem; & incertum, & dubium eſt à quo votum dubiũ declaratum nullũ detrahi debeat. Hoc autem ſtante nimis durum videtur, vt in præiudicium legitimæ electionis debeat vocalis dubius, qui non poſſidet, admitti ad electionem.

35 *Remigius* Scropha in ſuis *quæſt. moral q.29* admittens caſum addit *n.7.* quod loquendo de vocalibus dubijs, qui nõ ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi, conſuleret vocales, vt tales non admitterent cum proteſtatione, ſed excluderent à Capitulo, quando eſt ratio ſufficiens ad eorum excluſionem: quod in electione Prouincialium rectius fieri poteſt, cum pro ea habenda eligantur iudices, qui excludant eos, qui in electione vocẽ nõ habent. Econtra autem *Lauorius variar Elucubrat. tit.4. de elect. cap.15. num.85.* quem ſequitur *Barboſa ad cap. Cumana n.4. de elect.* abſolutè docet vocalem dubium, cum non poſſunt recipi probationes excludentes eum, debere admitti cum proteſtatione. Scropha autem citatus exemplo volens oſtendere, qui ſint vocales, qui non ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi, tales eſſe putat Socios Priorum, qui ſemper de nouo eliguntur, & Priores, Magiſtros, & Prædicatores Generales de nouo inſtitutos. Addit verò huiuſmodi, ſi excludãtur poſſe agere de contemptu, & ſi probetur eorum votum eſſe legitimum, ad eorum inſtantiam eſſe caſſandam electionem.

36 Hæc quæſtio duas habet partes. Prima eſt, quis nam dici debeat electionis proprietarius dubius, & non poſſeſſor? Secunda eſt, an hic proprietarius dubius, & non poſſeſſor poſſit eijci ab electione? Quantum ad primam partem datur hæc prima regula. Qui eligit non ex iure perſonali ſibi proprio, ſed ex iure Eccleſiæ alicuius, ſeu Conuentus de facto poſſidentis ius eligendi, eſt poſſeſſor electionis, etiam ſi nunquam elegerit; quoniam Eccleſia, ſeu Cõuentus, qui eſt principalis proprietarius, & dominus electionis, & inter cuius bona numeratur ius eligendi, tale ius poſſidet. Poſſeſſio enim bonorum Eccleſiaſticorum penes Eccleſiam eſt, & ita vt etiam in vacantia beneficiorum poſſeſſio eorum maneat apud Eccleſiam, tanquam apud perſonam fictam, & repreſentatam. *Innocent. in cap. cum ſuper, de cauſa poſſeſſ.* & ibi *Panorm. notab.6. & aly DD. communiter, & ex Anchar. Bertach. Lambert. Didac. & Paris.* probat *Rota deciſ.19. num.8. par.2. diuerſ.* Quod de ciuili poſſeſſione indubitatiſſimum eſſe tradit *Rota deciſ.390. num.15. par.4. tom.2. recent.* Vbi *num.16.* quod hæc poſſeſſio ſemper dicatur plena, & nunquam vacare. Et ideo mortuo Prælato Eccleſiæ poſſeſſio prælaturæ, & bonorum illius manet apud Eccleſiam, *Innoc. & Panorm. in d. cap. Cum ſuper, de cauſa poſſeſſ. & propriet. Felin. in cap. conſtitutus num.19. de reſcript. Rota deciſ.390. num.2. par.1. diuerſ.* Et nouo Prælato electo, non eſt expectandum. quod ipſe Eccleſiaſtica iura poſſideat, ſed ſtatim ac ſit poſſeſſor Prælaturæ, Prælati defuncti poſſeſſio omnis in eo continuatur ſine alia apprehenſione, vt ex Guidone Papa & Pontano, & *Rota in vna Mõtis Regalis Iuriſdictionis 6. Aprilis* 1601. *coram Coccino, habet Rota dicta deciſ.290. n.7. p.4. tom.2. recent.* & iterum multis alijs citatis, *deciſ.623. num.2. p.2. & deciſ.390. num.2. par.1. diuerſorum, et deciſ.391. nu.1. par.4. tom.2. recent.* Vnde ſi anteceſſor fuit in poſſeſſione eligendi, ſucceſſor ſtatim ſine alia apprehẽſione in eadem poſſeſſione eſt.

37 Colligitur ex hoc male à Scropha inter non prudentes ius eligendi fuiſſe nominatos Socios & Priores in Ordine *Prædicatorum* de nouo inſtitutos. Nam ius eligendi, quod iſti habent nõ eſt perſonale, ſed eſt Conuentus, à quo mittuntur; vnde neque Prior vt Prior, nec Socius quia Socius, ſed Priores, & Socij ex eo habent ſuffragium in electione Prouincialis, quoſi ſunt Priores, & Socij, qui ſunt

miſſi

Digitized by Google

miſſi à Conuentibus, qui ex quo habent conditiones requiſitas à legibus dicti Ordinis, habent etiam ius vt per propriũ Priorem & Socium eligant Prouincialem, vt patet ex *Conſtit.d.2 cap.1.§.2.et Gloſſ. ibid.Vrcean.p.1.c.17.Camill.in direc.p.1.c.8. Caſtell. c.15.num.15.* Non ergo in Prioribus & Socijs conſiderandum eſt, an vnquam elegerit, ſed an Conuentus à quo mittuntur ſint in poſſeſſione ſuffragandi per Priorem & Socium, & ſi anteceſſores Prior, & Socius alicuius Conuentus elegerunt, hæc poſſeſſio in alijs ſucceſſoribus Prioribus, & Socijs continuatur, quantumcumque de nouo ſint inſtituti. Et ſi oriatur dubium an Prior aliquis, vel Socius ſit ritè inſtitutus, hoc dubium reſpicit proprietatem, non vero poſſeſſionem & tunc Prior, vel Socius dici poterit Elector dubius, ſed non elector non poſſeſſor; quia Conuentus à quo mittitur eſt poſſeſſor, & qui non debet ſpoliari poſſeſſione, niſi ſeruata via iuris, & Prior talis Conuentus, ſeu Socius poſſidet poſſeſſione Conuentus ſui.

38 Secunda regula ſit. Quotieſcumq; ius eligendi eſt annexum alicui dignitati, vel beneficio, vel officio, vel gradui, vel titulo cuicumque, qui eſt in poſſeſſione dignitatis, vel beneficij, vel officij, vel gradus, vel tituli eſt in poſſeſſione electionis. Qui enim poſſidet agrum, ſeu arborem, poſſidet eius fructus, & qui poſſidet domum, poſſidet ea quæ ſunt aliquid domus, & ad illam pertinent tanquam illi annexa inſeparabiliter. Ideo per adeptionem beneficij acquiritur etiam poſſeſſio rerum, & bonorum eiuſdem beneficij. *Anchar.in regula beneficium ante num.12. ver. Et ideo ego dico. de regul.iuris in 6. et in regul.ſine poſſeſſione num.10. et 11. eodem titul. Aret. Bertach. Lambert. Didac. Ferret. Nat.* quos refert, & ſequitur *Rota deciſ.19.num.7.p.2.diuerſ.*

39 Ex quo colligitur, quod malè Scropha inter non poſſidentes numerauit, Priores, Magiſtros, & Prædicatores Generales de nouo inſtitutos in Ord. Prædicatorum. Nam non eſt conſiderandum an iſti perſonaliter antea elegerint, vel non elegerint, quia etiam ſi nunquam elegerint, ſunt poſſeſſores electionis, ſi ſunt officiorum, ſeu graduum poſſeſſores, cũ talibus officijs, aut gradibus ſit annexum ius eligendi. Si ergo Magiſter de nouo inſtitutus eſt in poſſeſſione Magiſterij, quia ver.g. ad minus eſt admiſſus ad locũ Magiſtris ſolis competens, & Prior eſt in poſſeſſione Prioratus, quia ad locũ Priorũ eſt admiſſus, etiam ſi nondum corporaliter fuerit in Cõuentu, cuius eſt Prior: & ſi Socius admiſſus fuit ad aliquem actum Capitularem proprium officij Socij, iam eſt in ſui officij poſſeſſione.

40 Regula tertia ſit. Qui eſt in poſſeſſione omnium conditionum, quæ de iure requiruntur in electore, etiam ſi nunquam elegerit, eſt in poſſeſſione iuris eligendi; quia hoc ius per ſe inſeparabiliter eſt annexum ei, qui præfatas conditiones poſſidet. Nã talis ſine dubio eſt iam in poſſeſſione, vt ſit de corpore Capituli, cum & inter alias hæc conditio requiratur, & talis poſſidear omnes requiſitas conditiones; qui vero eſt in poſſeſſione eſſendi de corpore Capituli, eſt in poſſeſſione iuris eligendi, quod competit omni illi, qui eſt de corpore Capituli, vt in hoc *cap.ſupra probatum eſt*. Sic qui iam eſt Canonicus, ſed non eſt elector, quia non eſt ſubdiaconus, ſtatim ac eſt poſſeſſor ſubdiaconatus eſt de Collegio eligentium, & ius eligendi poſſidet.

41 Nec obſtat, ſi dicatur, quod poteſt eſſe incertum, an Canonicus ſit ſubdiaconus nam ex hoc non concluditur, quod Canonicus non poſſideat Ordinem, ſed quod eius poſſeſſio ſit dubia, vnde etiam dubium ſit an poſſideat ius ſuffragij. Minus quoque obſtat, ſi dicatur, quod poſſeſſio per quam Canonicus de nouo Subdiaconus poſſidet ius eligendi eſt poſſeſſio ciuilis, non vero naturalis, Tum quia cum Canonicus Subdiaconus naturali poſſeſſione poſsidear Canonicatũ, & Ordinem, eodem modo poſſidet ius eligendi cõpetens Canonico Subdiacono, ſicut qui naturali poſſeſſione poſsidet arborem, eodem modo cenſetur poſsidere fructus arboris ſuo tempore aduenientes, Tum quia, quidquid de hac quæſtione dicatur, non obſtat; quia poſſeſſio ciuilis eſt manutenẽda *Rota deciſ.19.num.12.p.2.diuerſ. et deciſ.372.n.5. p.4.et dec.420.n.30 p.4.to.2.et dec.110.n.10. et 115. n.2.p.5. rec.et coram Greg.XV.dec.307.n.6.7. et 12. et alias ſæpiſſimè.* Si igitur detur aliquis, qui quaſi poſſideat omnes cõditiones requiſitas ad eligendã, hic & quaſi poſſidet exiſtentiam de Collegio electorum, & quaſi poſsidet electionem, niſi alias quaſi poſſeſſionem amiſerit. Et ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione eligendi in idem coincidunt quod talis probet præfatam quaſi poſſeſſionem dictarum conditionum, & quaſi poſſeſſionem eligendi, quia ſi eam nõ probat, iam non ſolũ eſt dubius proprietarius, ſed eſt dubius poſſeſſor electionis, niſi alias elegerit, & ob hoc poſsidere dicatur.

42 Ad primam igitur quæſtionis partem, his ſuppoſitis, dicitur quod electionis proprietarius, & nõ poſſeſſor eſt primo, qui ius eligendi amiſit. Quod poteſt contigiſſe, etiam ſi quis electionis ſit verus proprietarius, vt ſi vnus ex patronis per non vſum ſui iuris amiſerit poſſeſſionem eligẽdi, In his enim incorporalibus, ſicut, vt ſupra *cap.3. num.24. & 30.* dictum eſt, per vnũ actũ acquiritur quaſi poſſeſsio, ita per vnius omiſſionẽ perditur, ſi adſit animus amittẽdi. Non enim ex eo, quod quis renunciet ſuffragio perdit poſſeſſionem eligendi. quia ſimul cum tali renunciatione, qui renunciat, retinet animum poſſidendi. At verò ad amittendam poſſeſsionem requiritur animus eam amittendi. *Caſſador. deciſ.4. num.3.de reſtit.ſpoliat. Rota coram Achille deciſ.11.de penſ.& deciſ.97. num.11. p.5. recent.* Ideo ex renunciatione, quæ ſtrictè eſt interpretanda: *Surd. conſ. 446.num.22.* non ſequitur amiſſio poſſeſſionis. Sed ille poſſeſſionem amittit, qui ſciens vacantiam non eligit, vel non præſentat, tanquam non ad ſe pertineat eligere, aut præſentare, ſeu tanquam non habeat ius eligendi, & præſentandi: ſeu ſi excluſus ab alijs, paſſus eſt excludi Poſſeſsio enim in incorporalibus incipit à patientia aduerſarij. *Rot.dec.150.p.3. rec.* & patientia propria amittitur. *Rota dec.70.n.3. par.2 diuerſ.* Vbi quod Epiſcopus ſciens populum ſuum ab alio Epiſcopo excommunicari, abſolui, & ei obediri, ex iſta ſcientia, & patientia amittit quaſi poſſeſſionẽ iuriſdict. Nam quaſi poſſeſſio ſolo animo dicitur amitti, *l.3.§.amittenda,ff.de acquir.poſſ. Rota dec.503.n.2.lib.3.p.3.diuerſ.et dec.316.n.4.p.4.recent.* Quamobrem qui ſciens vacantiam, & diem, & locũ electionis non accedit ad eligendũ, quaſi hoc ad ſe non pertineat, perdit quaſi eligendi poſſeſſionẽ. Vel ſi alij electores illũ excludant tanquã ei non cõpetat ius ad eligendum, & ipſe non contradicat, perdit

quaſi

Digitized by Google

quaſi poſſeſſio nem eligendi. Et ſic iſte licet habeat ius eligendi, non poſſidet electionem.

43 Secundò in quaſi poſſeſſione iuris eligendi non eſt ille, qui quamuis habeat ius ad aliquem titulum dautem ius eligendi, vel ad aliquam ex conditionibus neceſſariis in electione, illam tamen non poſſidet; vt ſi quis aſſignatus in aliquo Conuentu non ſit in poſſeſſione talis aſſignationis, quia v. gr. cùm de valore aſſignationis ſit dubium, Conuentus noluit illum recipere. vt aſſignatum, & nunquam illum admiſit ad actus proprios aſſignatis, licet aliàs tanquam hoſpitem nutrierit. Vel ſi quis non ſit acceptatus Magiſter in Theologia, vel quia Prouincia habet priuilegium, vt nullus in ea poſſideat priuilegia Magiſtrorum, niſi ſit acceptatus à Capitulo, vel quia eùm eius inſtitutio ſit dubia, impedicus fuit, ne poſſeſſionem Magiſterii aſſumeret. Quod tamen eſt valde difficile, vt fiat. Similiter ſi Prædicator Generalis non ſit in poſſeſſione ſui gradus. Ita que qui neque eligit, neque eſt in poſſeſſione alicuius ex iis, ex quibus habetur ius eligendi, non eſt in quaſi eligendi poſſeſſione. Verùm qui certò quaſi poſſidet omnia requiſita ad eligendum, etiā quaſi poſſidet ius eligendi, & cuius quaſi poſſeſſio alicuius ex dictis conditionibus eſt dubia, dubia eſt quoque quaſi poſſeſſio iuris eligendi, & ſolùm quis dici poteſt non poſſidere ius eligendi ex hoc, quòd vel illud perdidit, vel nō poſſidet aliquā ex conditionibus, ex quibus ius eligendi habetur.

44 Ad principalem igitur quæſtionem dicitur, quò ubi nomina eligentium publicantur, optimum conſilium eſt, iuxta doctrinam *Panorm. in cap. humana. e. de elect.* vt elector dubius admittatur cum proteſtatione; quia tunc nullum præiudicium imminet legitimis electoribus, & electioni; ſed vbi ſeruanda eſt forma *Conc. Trid.* quòd nomina eligentium non poſſunt publicari, vel amplius in electione per ſchedulas nec poſſunt ſciri, Capitulum non tenetur admittere electores dubios, qui certo non quaſi poſſident ius eligendi. Nam in præiudicium legitimè poſſidentium nullus ex iure dubio debet immitti in poſſeſſionem, vel in dubia poſſeſſione manuteneri. Sed qui intentionem ſuam fundat in iure, vel poſſeſſione, quam habet, illam debet probare; quia fundamentum intentionis à quocumque aliquid prætendente priùs eſt probandum. *l. nimis graue. C. de teſtibus l. qui accuſare. C. de edeod. l. ſi minorem. C. de integ. reſtit. Rota decif.* 414. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* Quod adeò verum eſt, quòd neceſſe eſt, vt probatio ſit concludens, & non ſufficiat probare intentionis fundamentum præſumptiuè. *Rota deci.* 102. *n.* 6. *p.* 1. *diuer. & dec.* 1131. *n.* 2. *&* 1249. *n.* 7 *coram Seraphino, & deciſ.* 157. *n.* 4. *p.* 7. *Rec. Brunor. à ſole in locis commun. ver. qual.* 6. *& plures alij apud Barb. ax.* 128. *n.* 1.

45 Et eo magis, quòd conditiones requiſitæ ad vocem actiuam vtplurimùm ſunt extrinſecæ, quæ non præſumuntur, ſed probari debent, *Panorm. in cap. poſtquam n.* 7 *de elect.* Neque enim ætas, vel ordo facit, vel profeſſio, vel poſſeſſio, vel alia huiuſmodi præſumuntur, niſi probentur.

46 Hinc limitanda eſt concluſio, vt non procedat in illis qualitatibus, ſi quæ ſint neceſſariæ in electione, quæ præſumuntur, niſi contrarium probetur. Hinc eſt quòd ratione delicti dubii; aut pænæ dubiæ nullus excludendus eſt à voce actiua, à qua nec excluduntur infames infamia facti, vt probatum eſt ſuprà *cap.* 10. Vbi etiam *n* 70. dictum eſt, excommunicatum dubium non eſſe eiiciendum. Er hoc eſt verum, nedum quia elector dubius excommunicatus, aut delinquens, aliàs eſt in poſſeſſione electionis, quia ſi illi deficeret aliquid, per quod non eſſet de Collegio electorum, iam eſſet eiiciendus, etiamſi non excommunicatus, aut delinquens, & non præciſè ex vi excommunicationis, aut delicti. Sed etiamſi daretur caſus, in quo elector dubius excommunicatus, aut delinquens non eſſet in quaſi poſſeſſione eligendi, & tamen haberet proprietatem iuris eligendi, non eſſet eiiciēdus; quia tunc electio eſſet pœna delicti, quæ pro incerto delicto nequit dari; & delictum non eſt præſumendum, ſed probandum.

47 Vnde duplex habilitas, & inhabilitas diſtingui debet. Alia eſt ſubſtantialis, quæ conſurgit ex ex eo, quòd quis habet, vel non habet conditiones à iure requiſitas, & quæ vnico verbo illam exprimendo, conſiſtere dicitur in hoc, quòd quis ſit de collegio electorum. Vnde habilis dicatur, qui eſt de collegio, & inhabilis, qui non eſt de collegio, quia v. gr. vel non habet vſum rationis liberum, vel eſt ſecularis, vel non eſt ætatis legitimæ, vel non eſt Subdiaconus, aut Sacerdos, aut Canonicus, aut Religioſus profeſſus, aut in conuentu electionis aſſignatus. Huiuſmodi enim eſt ſubſtantialiter inhabilis; quia non habet conditiones, quas iura requirunt, tanquam de ſubſtantia, ad hoc vt aliquis ſit elector. Sed alia eſt habilitas, & inhabilitas culpabilis, & pœnalis, quæ in carentia delicti, aut in delicto, & pœna delicti conſiſtit, & dicitur habilis, qui eſt de collegio, & non deliquit, & inhabilis, qui licet ſit de collegio eligentium, tamen ob delictum priuatur ſuffragio. Aſſertio poſita intelligi debet de habilitate, & inhabilitate ſubſtantiali, & ſenſus eſt, quòd his, qui nec poſſidet ius eligendi, nec eſt certè habilis, ſed remanat dubius, non eſt neceſſariò admittendus ad electionem actiuā. Nam de inhabilitate pænali aliter dicendum eſt. Tum quia aliter inhabilis aliàs eſt in poſſeſſione electionis. Tum quia pæna pro incerto delicto non eſt infligenda. Hinc eſt, quòd etiam loquendo de amentia, ſi hæc ſuperueniat ei, qui eſt in poſſeſſione eſſendi de collegio electorum, ſeu in poſſeſſione electionis, dubius amens non poteſt eiici ab electione actiua, ſed debet admitti cum proteſtatione, quia talis poſſidet electionem. Nam aliàs ſi non poſſideat, non eſt neceſſariò admittendus.

48 Dicitur verò vlteriùs, quòd in omni caſu, in quo Capitulum non tenetur admittere electorem dubium, non poteſt dubius elector expulſus contra Capitulum agere de contemptu. Et contradictoria inuoluit ſententia Scrophæ, conſulentis vt Capitulum dubium ſocium, aut Priorem excludat, & poſtea admittentis hos excluſos poſſe agere de contemptu. Nam non eſt contemptus, vbi non eſt iniuria, nec iniuſtitia, nec neceſſitas admittendi aliquem ad electionem; contemptus enim iuſtitiam, & iniuſtitiam importat. *Syl. v. contemptus. n.* 1. Et agere de contemptu eſt agere pro ſatisfactione iniuriæ receptæ, & paſſæ iniuſtitiæ. At Capitulum vtens iure ſuo, & expellens modo debito, & legali, quem non tenetur admittere, nullam ei facit iniuriam, nec eſt in illum iniuſtus; igitur ille non habet, vnde agat de contemptu contra Capitulum.

49 Nec

49 Nec obſtat, ſi dicatur, quod ſi daretur ei tempus probandi, probaret ſuam habilitatem; quia nec Capitulum tenetur hoc tempus concedere ei, qui non eſt in poſſeſſione eligendi. Nam vt dictum eſt etiam ſupra, Capitulum non tenetur expectare habilitatem vocalis venturam. Et ſibi imputet, qui prætendit electionem, & non deſert probationes neceſſarias, vt admittatur. Neque obſtat, ſi non vnus, ſed plures, & magna multitudo ſit horum, qui prætendunt electionem actiuam, & habilitatem non probant, etiam ſi illam probarent concesso aliquo tempore; quia Capitulum non tenetur hoc tempus concedere de rigore iuris eis, qui alias non ſunt in poſſeſſione eligendi, quia habilitatem futuram eligentium non tenetur expectare; ſed intra terminū iuris liberum eſt Capitulo quando voluerit eligere, admittendo eum proteſtatione eos electores dubios, qui certè ſunt in quaſi poſſeſſione eligendi.

50 Et hinc eſt, quod eſto hic elector dubius non iniuſtè exclusus, apud Confirmatorem probet ſe verè habuiſſe ius ſuffragij, non per hoc poteſt agere ad irritandam electionem, ſed ille iudicandus eſt ac ſi fuiſſet abſens, & noluiſſet adeſſe electioni, ſeu tanquam extraneus ab electione prætérita, adquam non debuit admitti; quia in eius admiſſione aderat periculum grauis præiudicij electionis legitimæ, & nullus habet ius, vt ex dubia proprietate immittatur in poſſeſſionem in præiudicium legitimè poſſidentium.

S V M M A R I V M.

1 *Iuxta leges & conſuetudines cuiuſcumque Collegij debet fieri legitimatio vocalium, & cognoſci quisnam ſit Iudex pro illis legitimandis. nu.51.*

2 *Iudex in admittendis, vel excludendis vocalibus debet procedere via iuris, non via puri facti. numer.52*

3 *Excepto caſu nullitatis, non poteſt iudex, aut eius locum tenens, ſententiam diffinitiuam quam tulit, reuocare, vel cauſam re aſſumere, aut de illa cognoſcere. n.53.*

4 *Hoc iudicium pertinet ad Superiorem. n.53.*

5 *Præſes Capituli, vel Capitulum non poſſunt cognoſcere cauſas à maiori Superiore definitas. numer.53.*

6 *Curare debet iudex, ne literæ Superiorum præcipuè Apoſtolicæ impediantur, ſed quod executioni mandentur. nu.54. & 62.*

7 *Motus proprij Papæ non indigent iuſtificari. numer.55.*

8 *Nullus Iudex poteſt examinare litteras Apoſtolicas, aut de eius valore iudicare, niſi adhoc ſit deputatus à Pontifice. n.56. & 60.*

9 *Litteris Apoſtolicis opponi poteſt, donec iuſtificantur. n.57.*

10 *Litera non iuſtificata dicuatur ſubreptitia: numer.57.*

11 *Probato defectu intentionis Papæ Motus proprius nihil operatur. n.57.*

12 *In materia facti alieni Motus proprius admittit probationem in contrarium. n.57.*

13 *Onus probandi contra motum proprium, non incumbit vtenti gratia, ſed impugnanti, numer.57. & 61.*

14 *Cui competat cognoſcere de hac impugnatione, & diffinire. n.58.*

15 *Vt retardetur executio litterarum Apoſtolicarum debet probari plenè & concludenter defectus obreptionis, ſeu ſubreptionis. n.59.*

16 *Subreptio nunquam cenſetur probata. niſi cauſa finita. n.59.*

17 *Oppoſitio ſubreptionis non habet locum, vbi Papa aufert facultatem opponendi. n.60.*

18 *Non omnis taciturnitas infert ſubreptionem. numer.60.*

19 *Gratia ſubreptitia non eſt ipſo iure nulla, ſed opè exceptionis annullanda. n.60.*

20 *Capitulum nullum ius habet contra Papam, ne ex gratia multiplicet electores. n.60.*

21 *Papa promouens quem voluerit ad Prioratum, aut Magiſterium Theologiæ nullam iniuſtitiam committit, nec vlli fert præiudicium. n.60.*

22 *Si quis virtute litterarum poſſideat, præſumitur litteras iuſtificaſſe. n.61.*

23 *Præſes Capituli deferre debet legitimæ appellationi. nu.62.*

51 Quæritur octauò. Pro legitimandis vocalibus quis nam ſit iudex, vel ſcilicet Capitulum, vel Præſes Capituli, aut Capitulum cum Præſide, & qualiter fieri debeat hæc legitimatio? In hac parte puto ſeruandas eſſe leges, & conſuetudines cuiuſcumque Collegij. Non enim datur vniuerſalis regula, quæ pro omnibus valeat. Nam ex Collegijs alia ſunt ſine Præſide, & alia Præſidem habent. Vacante enim Papatu Collegium Cardinalium nullum habet Præſidem, ſed in toto Collegio reſidet authoritas, & iuriſdictio; vnde ad totum Collegium pertinet decernere, qui ſint legitimi vocales admittendi in futura electione Pontificis *Cæremon. Greg. XV. §. porro Capitulum.* Verum vbi Collegium habet Præſidem, ad ipſum ſine dubio pertinet ius dicere circa ea, quæ ad electionis directionem ſpectant. Sed quod vel ſolus ipſe ſit Iudex, vel cum eo iudex ſit Capitulum, vel aliqui de Capitulo, vel potius Capitulum ſit aſſeſſor, vel conſiliarius ſimplex, accipiendum eſt ex ſtatutis & conſuetudinibus cuiuſcumque Collegij.

52 Quisquis ſit, hic iudex attendere debet, ne via puri facti quis excludatur à ferendo ſuffragio, ſed via iuris ſeruata, & vel per viam notorij, *Caſtel. cap. 14. num. 20.* vel per viam ſtrictioris inquiſitionis & iuris, citatis, & auditis partibus procedere ad includendos, vel excludendos vocales. Quod præcipuè ſeruari debet, vbi agitur de pœna pro delicto infligenda. *Rodriq. tom. 2. quæſt. 52. art. 12. ad primum Mir. tom. 2. q. 23. art. 22. concl. 3. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 10.* Et poſſidentes nunquam debet expellere, niſi prius conſtito de defectu proprietatis, ſeu dominij iuris eligendi. Nullus enim eſt ſpoliandus poſſeſſione, niſi conſtet eum non legitimè poſſidere. Sicut econtra admittendus neceſſario eſt, qui probat ſuam intentionem, ſcilicet ſe habere ius ſuffragij. Nam & in beneficialibus melius ius, quam poſſeſſio ſæpius attendi ſolet, vt ex *Mandoſ. ad reg. 16. Cancel. q. 20. num. 2. probat Rota in Placentina Canonicatus prima Iulij 1647. coram D. Roias.* Circa eum vero, qui nec certo poſſidet, nec probat intentionem ſuam, aget iudex, quod ſibi videbitur magis

expe-

Digitized by Google

expedire, vel eum expellendo, vel eum admittendo cum peoteſtatione, aduertendo, quod in electione in qua non publicantue nomina eligentium non faciat præindicium legitimæ electioni. Hoc enim eſſet contra iuſtitiam, & malè faceret iudex hunc non admittendum admittendo.

53 Cauere etiam debet hic Iudex, ne vltra confines iuſtitiæ iuriſdictionem extēdat, & de iis cognoſcere andeat, ad quæ non ſe extendit ſua auctoritas. Quia enim (excepto caſu nullitatis,) Iudex ſententiam diffinitiuam, quam tulit, non poteſt reuocare, & cum iam functus fuerit officio ſuo, cauſam, quam per ſententiam diffinitiuam terminauit non poſſit iterum reaſſumere, vel cognoſcere, vt poſt *Innoc. habet Panorm. cap.in literis nn. 5. de offic. delegati, Tuſcus Lit.I. concl.460. num.3. & ex Alex. & Bald.Maranta par.6.* §. Et demum fertur ſententia, *num.21. Rota deciſ.21. num.3. par.7. recent.* Ideò vbi Peouincialis, vel aliquem in Priorem confirmauit, vel à Prioratu abſoluit, vel voce actiua, & paſſiua priuauit, aut innocentem declarauit, non poteſt ipſe, vel eius ſucceſſor, vel eius vices gerens, aut eius locum tenens, Vicarius Prouinciæ, etiam ſimul cum Patribus Proninciæ, vel etiam cum Capituli vocalibus omuibns antequam electis Diffinitoribus Prouinciale Capitulum incœptum fuerit, itterum huiuſmodi cauſas in iudicium vocare. & de eis cognoſcere; ſed earum iudicium ad Superiorem pertinet; & ſi ſententiæ latæ tranſierunt in iudicatum, nec amplius de eis cognoſci poteſt, etiam à ſuperiore per viam appellationis. Multo minus vero poteſt Præſes Capituli, vel Capitulum cognoſcere cauſas à maiori ſuperiore per diſſinitiuam ſententiam teeminatas.

54 Sed & vlterius ſummopere curare deber hic Iudex, vt Superiorum literæ debitæ executioni demandentue, & ſi ſuperiores alicui conceſſerint, ius ſuffragij, harum literarum executio non impediatur. Quod maximè verum eſt reſpectu literarum Apoſtolicarum, quæ cum ſumma reuerentia recipiendæ ſune, & propterea ob earum reuerentiam habent executionem paratam. *c. ſi a Capitulo*, & ibi *Gloſſ. v. exequtor, & cap. ſequen. de conceſſ. præbend. in ſexto. Panorm. in cap. conſtitutus, num. 19. in fin. de appellat. Menoch. de adipiſcend. remed. 6. num. 55. Gigas de penſion. q. 85. num. 2. Rota coram Mohed. deciſ. 13. vt lit. pendent. & deciſ. 301. num. 2 par. 1. diuerſ. & deciſ. 387. num. 1. par. 2. & deciſ. 585. num. 18. par. 6. & deciſ. 86. num. 6. par. 8. recent. & deciſ. 140. num. 1. coram Emineatiſs. Ottobono.* Neque obſtat, quod literæ Apoſtolicæ iuſtificandæ ſunt priuſquam dentur executioni. *Cæſar de Graſſis deciſ. 12. num. 1. & 2. de probat. Rota deciſ. 27. num. 2. par. 6. recent.* ea ratione, quia tacitam cenſentue habere conditionem, ſi preces veritate nitantur. *l. fin. in princ. C. de diuerſ. reſcr. Felin. cap. final. num. 29. de præſumpt.* quos ſequitur *Rota citata* addens, quod propterea omnis narratiua eſt ante omnia iuſtificanda *Rota deciſ. 20. de præb. in nouis.*

55 Nam nedum conſiderandum eſt, quod motus proprij non indigent iuſtificari, cum innitantue voluntati, & verbo Papæ. *Gloſſ. in Clem. 1. v. feciſſe de probat. Achil. de Graſſ. deciſ. 10. de præb. Put. deciſ. 101. lib. 3. Seraph. deciſ. 1484. num. 10. Rota deciſ. 633. num. 3. & deciſ. 645. num. 2. par. 1. & deciſ. 656. num. 1. par. 2. & deciſ. 119. num. 1. par. 5. & ex Alex. Oldrad. Gabr. Myſing. deciſ. 88. num. 6. par. 8. recent. Nicolius in Floſculis v. litera, nu. 6.*

56 Sed vlterius attendi debet, quod vbi littræ Apoſtolicæ indigent iuſtificari, hoc fieri debet coeam Iudice compeeente, at vero nemini alteri, quam à Pontifice deputatis datum eſt ſimpliciter literas Apoſtolicas examinare, & de earum valore iudicare, *Palaus de Cenſur. diſput. 3. punct. 14. num. 13.* Et nullus eſt ad huiuſmodi examen Iudex deputatus, niſi vel ſolus Auditor Cameræ Apoſtolicæ, vel cum eo cumulatiuè illi, qui ſpecialiter per literas Apoſtolicas ſunt deputati, vt habetue ex Conſtitut. 33. Pij IV. §. 12. & Pauli V. §. 14. Vnde nullus Capituli electionis Præſes, aut Capitulum habet, vt poſſit ſimplicitee examinare literas Apoſtolicas an validæ ſint, vel non validæ, niſi ſpecialiter ſit ad hoc per Sedem Apoſtolicam deputatus, ſed eis obedire debet, & earum executionem non impedire, cum etiam executionem literarum Apoſtolicarum impedientes excommunicentue in Canon. 13. Bullæ Cœnæ.

57 Non per hoc tamen impeditue, quin literis Apoſtolicis opponi poſſit, & quin ſi ſune prius iuſtificandæ, & non ſint iuſtificatæ non poſſit impediri ne executioni dentur, donec iuſtificentur. Quia immo nec Iudex executor earum ab Apoſtolica Sede deputatus poteſt illas exequi, niſi prius iuſtificentur. *Imol. in cap. ſuper litteris, num. 19. de reſcript. Cæſar de Graſſ. deciſ. 12. num. 4. de probat. Rota in Salmantin. Penſionis 18. Aprilis 1573. coram Lancellotto ſeniore, apud Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 443. Rota deciſ. 147. num. 5. par. 7.* Et quod litteræ Apoſtolicæ non iuſtificatæ, non mereantur executionem habetur ex *cap. 2. de reſcript. vbi Panorm. nu. 3. Rota deciſ. 20. de præbend. in nou. & deciſ. 251. num. 2. par. 2. rec. & Duran. deciſ. 278. num. 2. & deciſ. 440. num. 6. Io. Andr. & communiter alij in cap. 1. de lit. conteſt.* quos ſequitur *Rota in Piſtorien. Beneficij 28. Iunij 1647. coram D. Meltio.* Quod adeo verum eſt, vt litteræ non iuſtificatæ ex hoc dicantur ſubreptitiæ. *Caſſador. deciſ. 4. num. 8. de præb. Mantic. deciſ. 188. num. 1. & deciſ. 358. num. 4. Rota deciſ. 511. num. 3. par. 4. & deciſ. 295. num. 1. par. 6. recent.* Et ita vt motus propeij licet non indigeant iuſtificari, nihilominns cōtra illos ex cauſa rationabili opponi poteſt, & dari de defectu intentionis Papæ, quo probato motus proprius nihil operatur. *Bellam. deciſ. 392. Caſſador. deciſ. 4. de penſ. Seraphin. deciſ. 398. nu. 1. & ex Bald. Pariſ. Ruin. Menoch. Gonzalez Franc. Rota deciſ. 119. num. 3. par. 5. recent.* Cum enim agitur in materia facti alieni, Motus proprius admittit probationem in contrarium, & ſuper eo, quod Papa fuerit malè informatus, & circumuentus. Vnde hoc ſolum efficit motus proprius, quod onus probandi non incumbit vtenti gratia, quia ille fundat intentionem ſuam in ipſo motu proprio, & in voluntate & verbo Papæ, ſed hoc onus incumbit impugnanti. *Felin. in cap. cauſam quæ il 2. num. 3. & 4. de teſtib. Caputaquen. deciſ. 77. numer. 4. par. 3. Put. deciſ. 323. num. 5. lib. 2. Seraphin. deciſ. 1484. nu. 11. Rota deciſ. 119. n. 5. par. 5. recent.*

58 An vero huiuſmodi oppoſitio fieri debeat coram Iudice, ad hoc per Sedem Apoſtolicam deputato, vel fieri poſſit etiam coram Ordinario, quæſtio eſt, quam latè tractant DD. *eod. cap. Cum veniſſent 12. de iudicijs*, & diſtinguentes inteepretatio-

nem priuilegiorum, ſeu literarum gratiæ Sedis Apoſtolicæ in eam, quæ fiat per ſe, & de directo, & ſit iudicialis, & vniuerſalis totam Eccleſiam reſpiciens, & obligans, ab ea quæ fiat incidenter, & ad præiudicium huius, vel illius partis litigantis, & præcipuè ab ea, per quam iudicatur, an hic, vel ille ſit capax priuilegij, ſeu an gratia hæc huic conceſſa ſeu priuilegium ſit ſubreptitium, dicunt Eccleſiaſticos Iudices Ordinarios hoc ſecundo modo incidēter poſſe cognoſcere, & diffinire inter partes, an gratia ſit ſubreptitia, vel hic, vel ille ſit capax priuilegij; quia hoc non eſt cognoſcere de priuilegio, Sed de priuilegiato. Ita *Innoc. ibi. Panorm. num.3. Bald. num. 5. Peyr. tom.3. cap.9. num.69.* Et colligitur ſatis apertè ex *cap.2. de confirm. vtili, & ex cap. ſuper litteris de reſcript.*

59 Verum hoc ſtante aduertendum, quod non poteſt impediri, aut retardari harum literarum executio niſi probato defectu obreptionis vel ſubreptionis plenè, & concludenter. *Rota dec.326. n.2. & 418. nu.1. p.1. & deciſ.86. nu.1. par.2. & deciſ.477. nu.10. p.5. rec. & coram Mohedan. deciſ.13. vt lit. penden. & corã Greg. XV. dec.335. n.35.* Nam hæc certitudo requiritur, *in cap.2. de confirmat. vtili &c.* ibi. *aut certum ſit, quod ſint per falſi ſuggeſtionem elicitæ.* Et ita vt nunquam ſubreptio cenſeatur probata, niſi cauſa finita, ita quod nec ſufficiat deciſio Rotæ, per quam dixerit conſtare de ſubreptione, ſed neceſſe ſit, vt cauſa per ſententiam diffinitiuam fuerit terminata, *Rota deciſ.371. num.1. par.3. recent.* Et eadem *Rota deciſ.326. par.1. recent.* loquens de Epiſcopo, qui erat in quaſi poſſeſſione conferendi beneficium, dixit, quod etiam quatenus conſtaret de ſubreptione cuiuſdam Breuis Sixti Quinti, adhuc Epiſcopus erat manutenendus, in quaſi poſſeſſione conferendi beneficium, donec per tres ſententias conformes uiſſet cognitum de illius Breuis ſubreptione.

60 Et vlterius conſiderandum eſt, quod oppoſitio ſubreptionis, non habet locum, vbi Papa aufert facultatem opponendi, contrarium dicendi, interpretandi. *Rota deciſ.165. num.23. par.4. tom.2. & deciſ. 157. num.14. par.6. recent.* Et quod non omnis taciturnitas infert ſubreptionem, quia taciturnitas qualitatis à iure nõ conſideratę, & non exprimendæ nõ cauſat ſubreptionem. *Rota deciſ.86. num.3. par.2. recent. Nicolius in Floſculis v. obreptio.* Et quod gratia ſubreptitia non eſt ipſo iure nulla, ſed ope exceptionis annullanda, *cap. cæterum, cap. ad audientiam il 2. de reſcrip. Pariſ. conſ 34. num.17. lib.4. Rota deciſ.582. num.2. par.2. recent.* Ex his enim omnino concluditur, quod Capitulum, aut Præſes Capituli, ſi non ſit deputatus à Papa, non poteſt abſolutè cognoſcere de valore literarum Apoſtolicarum, per quas alicui conceditur ius ſuffragij; & quod prætextu cuiuſcumque prætenſi defectus intentionis Papæ, niſi obreptio, vel ſubreptio ſit omnino certa etiam pro interim, ſeu pro tunc non poteſt illarum executionem retardare, ſed debet eas habentem ad ſuffragium admittere ſimul cum oppoſitionibus, aut proteſtationibus, ſi quæ fiant ab aliquo. Vnde ſi literæ iuſtificandæ, ſunt coram Iudice executore iuſtificatæ, illas omnino debet executioni mandare. Et ſi nõ ſint iuſtificatæ, non poteſt illas admittere, ſed volentem vti literis debet remittere ad Iudicem pro illis iuſtificandis deputatum; ſi vero non indigent iuſtificari per vtentem illis, ex eo quod contra illas opponatur de defectu obreptionis, vel ſubreptionis, vel cuiuſcumque defectus intentionis Papæ, niſi de hoc ſibi certò conſtet, non poteſt, nec debet earum executionem retardare. Niſi eſſet in caſu *cap. reſcripta 25. q.1. & cap. ſi quando de reſcriptis,* in quo ante executionem conſulendus eſſet Pontifex, & expectandum ſecundum mandatum: de quo videndi ſunt *Turrecremata in d. cap. reſcripta. & alij Canoniſtæ, ibid. & ad dict. cap.1.* quando, & ſcribentes in Bullam Cœnæ. Nunc enim ſufficit aduertere, quod rariſſimè poteſt in propoſito talis caſus contingere; quia Capitulum nullum ius habet contra Papam, ne ex gratia multiplicet electores, & cui voluerit donet ius ſuffragij, vel quem voluerit promoueat ad Prioratum, aut Magiſterium Theologiæ: & Papa hoc faciens nullam iniuſtitiam committit, nec vlli fert præiudicium, ſed in huiuſmodi gratiam facit, quæ nulli præiudicat. In quo caſu literę Pontificiæ ſunt omnino dandæ executioni, vt benè tradit *Turrecremata citatus*, & eſt ſententia communis, & indubitata.

61 Quod vero de litteris Papæ dictum eſt, cum proportione debet intelligi de literis aliorum Superiorum, quæ omnes cum reuerentia recipiendæ ſunt, illiſque obedientia reddenda. Et quidem ſi literæ ſint iuſtificandæ, quia conditionales ſunt, vnde ad vtentem illis incumbit onus probandi quæ narrata ſunt, & illa iuſtificandi; tunc Præſes non debet illas exequi facere, niſi ſint prius iuſtificatæ. Aduertendo tamen ex *Rota deciſ.154. nu.25. coram Eminentiſs. Ottobono*, quod ſi quis virtute litterarũ poſſideat, præſumitur literas iuſtificaſſe. Vnde poſſidens non debet reijci, niſi ab opponente plenè probatum fuerit illum literas non iuſtificaſſe. Sed ſi literæ ſunt abſolutè, & Superior abſolutè ſine conditione concedit alicui ius ſuffragij, tunc litteras præſentans ab onere probandi eſt abſolutus; quia habet intentionem fundatam in voluntate & verbo Superioris, vt ſupra ex Rota probatum eſt de habente motum proprium Papæ, & ideo eſto Capituli Præſes poſſit incidenter cognoſcere an literę illæ ſint ſubreptitiæ, non poteſt tamen illarum executionem impedire niſi plenè conſtet de ſubreptione.

62 Et tandem conſiderandum eſt, quòd Præſes Capituli in his deferre debet legitimæ appellationi, & nullum, qui legitimè à ſententia contra ipſum lata appellauerit, excludere. Quòd ſi Præſes iudicat aliquem eſſe admittendum, & oppoſitor ab hac ſententia appellet, & vocalis, de quo eſt his, non ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, ſed ſit immittendus in quaſi poſſeſſionem, deferendum eſt legitimæ appellationi; ille enim vocalis remanet dubius, & ex iure dubio non debet ei dari quaſi poſſeſſio in præiudicium legitimè opponentis.

S V M M A R I V M.

1 *Qui ſint, & quid poſſint iudices vocum in Ordine Prædic. n.63. 64. 65.*

2 *Non ſolùm dicuntur iudices, qui habent iuriſdictionem, ſed qui tantummodo habent notionem. num.66.*

3 *In Ordine Prædicat. iudices vocum non habent iuriſdictionem ſed tantùm notionem. n.67.*

4 *Iuriſdictio & notio in quo diſtinguantur. n. 67.*

5 *Ad*

5 *Ad exercitium ſuffragij requiritur titulus, & expeditio ab omni impedimento.n.68.*

6 *De quo poſſint cognoſcere indices vocum in Ordine Prædic.n.69.*

7 *Non poſſunt cognoſcere de aliquo titulo dante ius ſuffragij niſi de ſolo titulo ſocij,& in Capitulo generali de titulo Diffinitoris, & Electoris.n.70.*

8 *Non poſſunt examinare litteras inſtitutionis abſolutionis,ſeu priuationis Priorum,Magiſtrorum, & Prædicatorum generalium.n.70.& 71.*

9 *Horum littera extra Capitulum examinantur. num.70.*

10 *Iſti indices ſunt veluti pedanei.n.70.*

11 *Non poſſunt cognoſcere de aliquo impedimento aut defectu vocalium,niſi de illis qui comprehenduntur in litteris teſtimonialibus.n.72.*

12 *Index delegatus non poteſt extendere ſuam authoritatem vltra terminos reſcripti.n.72.*

14 *Reſcripta delegatoria ſunt ſtricti iuris.n.72.*

13 *Non poſſunt cognoſcere de excommunicatione,aut priuatione,aut inhabilitate vocalium. n.73.*

15 *Non poſſunt cognoſcere, an Prædicatores Generales manſerint, vel non manſerint in conuentibus. num. 73.*

63 QVæritur nonò. Qui in Ordine Prædicatorum ſint iudices pro legitimandis vocalibus, & quale ſit officium, & quanta authoritas eorum?

64 De his examinatoribus vocum hæc habentur ex *Gloſſ. Conſtitut. diſtinct. 2. cap. 5. litt. A. verſ. Item ordinamus, vt in omnibus Prouincijs, in quibus Diffinitores Capituli Prouincialis eliguntur per nationes, examinatores ſcrutiniorum Patrum vocalium electorum pro Capitulo Prouinciali, eligantur etiam per nationes à Patribus Prouinciæ tantum, qui ſcrutatores in natione prioris Prouincialis proponantur ab eodem Prouinciali, in alijs autem nationibus à Patribus Magiſtris antiquioribus ſecundum profeſſionem. In Prouincijs verò in quibus Diffinitores non eliguntur per nationes præfati examinatores ſcrutiniorum proponantur à Prouinciali, ſeu Vicario Generali Prouinciæ de conſilio Patrum Prouinciæ. Præcipientes omnibus tam Prælatis quàm ſubditis, ſub pœna priuationis vocis actiuæ & paſſiuæ,ne quidquam in contrarium attentare audeant, quacumque conſuetudine non obſtante. Pariſ. 1611.*

65 Sed quoniam iſti examinatores extendebant nimis limites ſuæ facultatis, ideo Romæ 1650. explicatum fuit, quodnam ſit eorum officium,& quod ad illos pertineat,& vſque ad quod eorum authoritas ſe extendat. *Declaramus,*inquit, *ſcrutatores, ſiue iudices vocum Capitulis Prouincialibus non habere authoritatem, niſi ad examinandum litteras ſociorum aliaſque teſtimoniales, videlicet an Priores alant ſufficientem numerum Fratrum, de quo ſupra, an dederint ijs competens veſtiarium, an in ſuis conuentibus ſurgatur media nocte ad Matutinum,de quibus in capitulo poſtremo Valentino,& hoc Romano: ita tamen vt difficultates grauiores,quæ in ijs occurrent à Prouinciali aut Vicario ſeu Preſidente, Patribuſque Prouinciæ definiantur nulloque modo liceat iudicibus vocum iudicare, an Priores, Magiſtri,& Prædicatores Generales ſint legitimè inſtituti debeantque eſſe vocales. Sed hæc atque ſimilia ob prætenſos defectus emergentia dubia circa validitatem vocum à præfato conſilio Prouinciæ per vota ſecreta,& non aliter erunt determinanda.*

66 Circa huiuſmodi verò textus nonnullæ ſunt difficultates. Et quidem primò, an iſti ſint verè ac propriè iudices iuriſdictionem habentes,& valentes dicere ius? Reſpondetur autem, quòd in iure dicuntur iudices,qui publica iudicandi, aut cognoſcendi facultate funguntur, & ita non tantùm Magiſtratus, & alii habentes iuriſdictionem dicuntur iudices, & de quibus loquitur textus *in l. maiorum ff. de iuriſd.omn.Iud.* Sed etiam dicuntur iudices illi,qui tantummodo habent notionem, prout notio à iuriſdictione diſtinguitur,vt habetur ex *textu l.à Dino Pio in princip.ff de re iudic..& l.à iudice. C.de iud. & l. vlt. C. vbi. Et apud quem, & ex Menoch. de arbit.l.1.q.2.n.14. Et Duaren.l.1.diſp.cap.53. Et Gouean. de iuriſd.l. 2. in princip.n.30. Barboſ. in appellat.122.n.1.*

67 Dicitur igitur primò hos vocum examinatores nullam iuriſdictionem habere, ac propterea non poſſe ſuas ſententias exequi, vel vi, vel præceptis, vel cenſuris. Iudex enim habens iuriſdictionem, vt iuriſdictio diſtinguitur à notione poteſt pro ſuo imperio ſententias ſuas exequi. Ideo *Hermens,* quem refert *Syln.v.iuriſdictio,* definit iuriſdictionem, vt ſit qua Præſidens poteſt dicere ius ſtatuendo, ſententiando, vel cum obligatione ſubditorum ad habendum,id quod dicitur pro iuſto, quia nimirum facere poteſt, vt in executione eius ſententia habeatur pro iuſta. Et ideo in hoc diſtingui iuriſdictionem à notione, quatenus conſtituunt diuerſas ſpecies notionis genericæ ſumptæ, probatur *ex l. aut prætor, & l. notionem in princip.ff. de verb.ſignification., & explicans late Donel. Comment. iuris ciuilis lib. 17. c. 6. §.iudicum.Gou. lib.2.de iuriſd. in princ.n. 30.& 38. Quintan.de iuriſd.& Imp.lib. 1.tit.2.n.7.quos ſeq. Barboſ. d. Appellat.* 122. n. 2. At verò iſti examinatores vocum approbant quidem, vel reprobant vocales, examinatis eorum litteris teſtimonialibus, vnde ſunt iudices habentes notionem, ſcilicet facultatem cognoſcendi, & examinandi litteras teſtimoniales vocalium venientium ad Capitulum,ſed nulla eis data eſt auctoritas corrigendi iudicatos, & non approbatos vt exeant à Capitulo, & abſtineant à voce. Nihil enim eſt in citatis iuribus, vnde hæc coercitiua vis eis conferatur,ſed in *Gloſ.Conſtitut.* vocantur examinatores, & in *Capit. Roman.* 1650.dicitur quod tantùm habeât auctoritatem ad examinandum litteras teſtimoniales. Et vis coercitiua non approbatorum ab iſtis iudicibus reſidet in Præſide Capituli, qui in hoc habet plenam iuriſdictionem.

68 Dubitatur ſecundò,ad quid ſe extendat auctoritas iſtorum iudicum? Eſt enim conſiderandum, quòd ad hoc vt aliquis exercitè ſit vocalis, duo neceſſaria ſunt, ſcilicet facultas eligendi non ligata, ſed expedita ab omni cenſura,impedimento,aut defectu cuiuſcumque conditionis ad exercitium ſuffragandi requiſitæ. Duo igitur requiruntur ad legitimum ſuffragii exercitium,ſcilicet titulus dans ius ſuffragii veluti in actu primo, ſeu virtutem ſuffragandi, & expeditio, ſeu libertas ab omni eo,quod poteſt actuale ſuffragium impedire.

69 Dicitur igitur,quòd iudicum iſtorum auctoritas vltra litteras teſtimoniales ſociorum, & alias quas ex vi legum huius Ordinis tenentur vocales

Digitized by Google

ferre ad Capitulum, ad nihil prorſus ſe extendit, ſed pręfatæ litterę sũt materia propria, & adæquata auctoritatis illorum, vltra quam ſalua iuſtitia, & validè ſuum iudicium extẽdere non poſſunt. Hoc enim clarè conſtat ex illis verbis *Capit. Rom.* 1650. *Non habere auctoritatem, niſi ad examinandum litteras ſociorum, aliaſque teſtimoniales.* Aliás videlicet literas teſtimoniales, quæ ſiunt intuitu Capituli, & propriè & per ſe ad effectum habẽndi vocem in Capitulo, & vt deferantur ad Capitulum.

70 Ex his colligitur primò, hos iudices non poſſe cognoſcere de aliquo titulo dante ius ſuffragii, niſi de ſolo, & mero titulo ſocii, & in Capitulo Generali de titulo Definitoris, & Electoris. Et ideò in dicto *Capit. Rom.* 1650. dictum eſt huiuſmodi iudices non habere auctoritatem, niſi ad examinandas litteras ſociorum, & expreſsè declaratum eſt, eos non habere auctoritatem examinandi litteras inſtitutionis Priorum, Magiſtrorum, & Prædicatorum Generalium. Iſti enim tituli altioris rationis ſunt, quàm ſit titulus vocalis; ſunt enim tituli officiorum, & graduum hablẽtium ſuos effectus extra Capitulum, vnde & horum litteræ extra Capitulum examinantur, & quatenus non examinantur, niſi in Capitulo, requirunt altiorem cognitionem, quam non fuit æquum committere huiuſmodi ſuffragiorum iudicibus, qui ſunt de illis, quos antiquitas vocabat iudices pedaneos, vt refert *Syluest. v. Iudex p. n.* 1. quia illis minima committebantur, vnde & circa litteras ſociorum, & alias teſtimoniales non datur eis plena auctoritas, ſed grauiorum difficultatum cognitio reſeruatur Præſidi Capituli, & Conſilio PP. Prouinciæ, ceu de merito declaratum eſt, non poſſe præfatos iudices examinare titulos, & litteras dantes titulum Prioratus, aut gradus Magiſterii, & Prædicatoris Generalis, ſed ſolùm litteras dantes titulum ſocij.

71 Ex quo colligitur ſecundò, multò minus eos poſſe cognoſcere, an aliquis Prior ſit abſolutus ritè, vel abſoluendus, an Magiſter in Theologia, aut Prædicator Generalis ritè & validè fuerit priuatus gradu, aut priuandus; hæc enim ſpectant ad titulum, & ſunt vltra, & extra litteras, ſociorum, aliaſque teſtimoniales, quæ dantur per ſe primò, & propriè pro Capitulo, tales verò iudices de nullius tituli valore poſſunt cognoſcere, niſi de titulo ſociorum.

72 Colligitur tertiò, quòd nec habeant auctoritatem cognoſcendi de quolibet impedimento, aut defectu conditionis requiſitæ in vocali, ad exercitium ſuffragandi, ſed ſolùm de illis, quorum cognitio expreſsè illis conceditur, & comprehenduntur in litteris ſociorum, alijſque teſtimonialibus, quas ex lege intuitu Capituli, & pro ſuffragio habendo in Capitulo vocales deferre tenentur. Sunt enim examinatores harum litterarum, & ad hunc effectum ſunt inſtituti; delegatus enim Iudex non poteſt extendere ſuam auctoritatẽ vltra terminos reſcripti: ut habetur *cap. 40. de offic. Deleg.* & ibi tradunt *DD.* Reſcripta enim delegatoria ſunt ſtricti iuris, vt ex *Frãc. Dec. conſ. 21. n. 14. & 33. & Marc. Ant. variar. reſol. 8. n. 4. & reſol. 39. n. 11.* tradit *Barboſa ad d. cap. 40. de off. Deleg. n. 6.* Ideò horum Iudicum auctoritas ad præfatas litteras, & eas, quæ in eis litteris contineri debent eſt reſtricta, nec poteſt vltra extendi: vnde cognoſcere poſſunt, an conuentus ſuſtentent numerum Fratrum præſcriptum, quoniam hic numerus ad validitatem tituli ſociorum eſt neceſſarius, & an Priores dederint Fratribus, nimirum an conſtet Priores dediſſe neceſſaria veſtimenta Fratribus, & an in Conuentibus matutinum dictum fuerit regulariter de nocte; quia de iſtis debent ſocii & Priores deferre litteras teſtimoniales ad hoc per ſe primò inſtitutas, vt per illas vocalibus in Capitulo conſtet de talium obſeruantia, & non admittantur ad vocem Priores, & ſocii, niſi de tali obſeruantia conſtet.

73 Verùm non poſſunt iſti iudices cognoſcere, an aliquis ſit, vel non ſit aut excommunicatus v. g. aut irregularis, aut voce priuatus, aut inhabilis, quia hæc non pertinent ad litteras teſtimoniales à lege inſtitutas vt deferendas ad Capitulum. Et quatenus aliquis vocalis deferat pro ſui defenſione litteras teſtimoniales facientes fidem illum non eſſe excommunicatum, aut ſuſpenſum, aut irregularem, aut quocumque modo impeditum, non per hoc ſubditur auctoritati iudicum vocum, quia iſtæ litteræ teſtimoniales non ſunt ex lege deferendæ, ſed pro voluntate deferentis exhibentur, ſi opus ſit, ad ſui defenſam, & ſpectant ad materiam extraneam ab ea, pro qua iſti iudices ſunt inſtituti, & cuius cognitio pertinet ad Prouincialem, aut Vicarium, aut Prouinciæ conſilium. Horum igitur iudicum officiũ vnicum & adæquatum eſt examinare litteras ſociorum, & alias litteras teſtimoniales, quas ex legum præſcripto ſocij aut Priores deferre debent ad Capitulum. Vnde ipſi nullum poſſunt priuare voce ob quodcumque delictum, nec declarare priuatum, niſi priores & ſocios, ex vna ex his tribus cauſis, vel quia non detulerint teſtimoniales, quas ex lege deferre debent, vel quia litteræ delatæ ſint falſæ, vel quia nòn ſunt ſufficientes, ut faciant fidem de iis, ad quod probandum de lege inſtitutæ ſunt, vndecumque hæc inſufficientia proueniat. Non habent autem vnde ſe ingerant circa Magiſtros, & Prædicatores Generales, & de impedimentis eorum ne vocem habeant, vt ſi Prædicatores Generales manſerint, vel non manſerint in Conuentibus, pro quibus inſtituti fuerunt, quoniam immò expreſsè tales iudices à *cap. Rom.* 1650. prohibentur cognoſcere litteras inſtitutionis talium, ſed & emergentia dubia circa defectus tangentes præfatos vocales, ſicut & dubia ſpectãntia ad Priores, & aliena ab illis, quæ ex præfatis litteris teſtimonialibus cognoſci poſſunt.

74 Excepta igitur præfatarum litterarum examinatione cognoſcere de alijs ſpectantibus ad legitimationem vocalium ſpectat ad Prouincialem, vel Vicarium cũ Patribus Prouinciæ. In aliquibus Prouincijs hoc ſpectat ad totum Capitulum. Quod, tamen non eſt de iure, ſed ex ſpeciali cõceſſione. Nam de iure ſolus Præſes eſt iudex, qui ſolus habet iuriſdictionem, & Capitulum præciſo Præſide eſt cõgregatio ſubditorum. Quia tamen æquum eſt, vt Præſes res graues non determinet ſine conſilio, & in liquidandis vocibus agitur de intereſſe totius Capituli; ideo ſtatutum eſt, vt Præſes non procedat ſolus in legitimandis vocalibus, ſed cum conſilio, vel Patrum Prouinciæ (quod ad vitandam confuſionẽ, quæ ex multitudine ſæpius oritur eſt melius) vel totius Capituli. Huiuſmodi enim vocalium legitimatio fieri debet ante electionem diffinitorũ, &

Pro-

Digitized by Google

Prouincialis, & ideo antequam Capitulum Prouinciale ſit inſtitutum, & tunc ſolus Præſes habet iuriſdictionem, alij verò ſunt conſiliarij, qui tamen omnes attendere debent, quæ in & cõmuni dicta ſũt ſupra, in particulari verò memores ſint ſtatuti *Cap. Valent.* 1647. tenoris ſequentis, *At ne in futurum aliquis fraudulenter, & per falſas informationes ſe inter magiſtros, vel graduatos reponat, ordinamus quod in capitulo coram definitoribus, ſi ſint electi, & coram. PP. Magiſtris, & P.P. Prouinciæ legantur littere patentes Magiſtri Ordinis, ſeu etiam quecunq; aliæ litteræ, ſiue breuia Pontificia, in quibus aliquis ad gradum promouetur; quatenus ſic eum humili reuerentia predictæ litteræ, & maxime breuia Pontificis audiantur, quod tamen liceat Capitulo vti ſuis priuilegijs, vel adminus ſi ſubreptitia videantur, recurſum legitimum ad ſuperiorem à quo litteræ emanarum, habere.*

S V M M A R I V M.

1 *Legitimare vocales pertinet ad Prouincialem, vel Vicarium de Conſilio Prouinciæ. n. 73.*

2 *In aliquibus Prouincijs ex ſpeciali Conceſſione pertinet ad totum Capitulum. n. 74.*

3 *Legitimatio vocalium debet fieri antequam Capitulum Prouinciale ſit inſtitutum. n. 75.*

4 *Prouincialis, aut Vicarius poteſt per ſeipſum de omnibus cognoſcere deſuper Iudices vocum. n. 75.*

5 *Quando Capitulum non habet ſuperiorem ad totum Capitulum pertinet legitimare vocales. n. 76.*

6 *In Capitulis habentibus præſidem, & ſuperiorem poteſt iſte per ſe ipſum cognoſcere de omni defectu ſubditorum. n. 77.*

7 *Quomodo, & quando teneantur Præſides, & ſuperiores petere Conſilium. n. 77.*

8 *In ordine Prædic. Prouinc. habet authoritatem abſolutam ex vi officij. n. 78.*

9 *Lex ſuper nomine decernet, quod notat Conſilium, non annulat eius iudicium aliter datum. n. 78.*

10 *Explicatur ord. Cap. Generali* 1629. *de voto Patrum à Conſilijs. n. 78.*

11 *Prouincialis tempore Capituli valide aſſignat fratres inconſulto Diffinitorio. n. 79.*

12 *Vbi lex de forma requirens ſolemnitatem Concilij ſeruanda. n. 80.*

75 QVæritur decimò An examinare præfatas literas teſtimoniales, aut etiam alia dubia emergentia circa validitatem vocalium ſit ita proprium, aut Iudicum vocum reſpectiue, aut etiam Conſilij Prouinciæ, aut etiam totius Capituli, vt conueniat illis priuatiue ad Prouincialem, aut Vicariũ Prouinciæ, vel potius Prouincialis, aut vicarius Prouinciæ ommiſſis huiuſmodi ſolẽnitatibus poſſit via iuris, & ſeruatis alias ſeruandis de huiuſmodi vocalium defectibus inquirere, & repertis illis, vocales voces priuare, & etiam, ſi opus ſit, cenſuris, & pænis tales vocales ab electione excludere. Duplex hic inſurgit difficultas, Prima ex parte iudicum vocum, Secunda ex parte Conſilij Prouinciæ, aut etiam totius Capituli. Prima difficultas leuis eſt, & dicitur Prouincialem, aut Vicarium Prouinciæ poſſe per ſe ipſum de omnibus cognoſcere, de quibus cognoſcũt iudices vocum. Hæc aſſertio ex eo euidens eſt, quod iudices præfati ſunt delegati, & hoc in ſubſidium, & auxilium, vnde ad minus eſt euidens, quod præſidens cum toto Capitulo poteſt de præfatis cognoſcere, cum multo fortius poſſit iudicare iudex delegans, quam delegatus. Neq; ex eo, quod iudex aliquis eſt aſſumptus in auxilium, & commodũ ſuperioris iudicis ablata eſt ſuperiori iudici poteſtas ordinaria iudicandi.

76 Ideo tota difficultas eſt an Prouincialis, aut Vicarius poſſit de præfatis iudicare non adhibito conſilio Capituli, aut ſaltem Patrum Prouinciæ, videtur enim, quod id non poſſit, quoniam vbi lex in iudice exigit, vt iudicet de conſilio alicuius, vel aliquorum, tenetur iudex, & petere, & expectare conſilium, vt habetur ex *Cap. cum in veteri* 52. *de elect. & tenent ibi Gloſſ. Innoc. num.* 3. *Panorm. num.* 5. *Io. Andr. Butr. & alij Canoniſtæ.* Cum ergo leges huius ordinis mandent huiuſmodi dubia examinari ſaltim in conſilio Prouinciæ, videtur quod aliter fieri non poſſit, ſed dicitur, quod ſi eſſemus in caſu alicuius Capituli non habentis ſuperiorem aliquem, qui ſit totius Capituli, immo totius vniuerſitatis Paſtor, Præſes, & caput, habens ſuper toto Capitulo, & vniuerſitate plenam iuriſdictionem, dicendum eſſet, quod Capitulum eſſet proprius iudex ordinarius, & immediatus ad quem ſpectaret decernere, & reſoluere dubia circa validitatem vocalium naſcentia, & ſic iudicialiter vocales, vel admittere, vel excludere electio enim toti competit collegio, & totius vniuerſitatis intereſt, & cum non adſit præſens ſuperior, qui Collegij bonum poſſit ex officio promouere, & tueri, totius Collegij eſt videre, quæ agenda ſint, vt electio fiat ſecundum leges, & ita in his, & conſimilibus iudex eſt huiuſmodi totum Capitulum, & quod fit, & decernitur à maiori parte Capituli à toto Capitulo cenſetur factum per *cap. primum de his, quæ fiunt à maiori parte cap. & non ibidem.* Ideo Ad Collegium Cardinalium ſpectat examinare, ſi alij Cardinales ſint legitimi vocales, vt ſi ſint ordinati ad ordinem Diacònatus, vel in hoc priuilegiati, vt habetur in Cæremoniali *Greg. XV. §. porro, & etiam ex conſtit. in eligendis, Pij Quarti §. Sedis autem, & §. ſtatuimus.*

77 Sed in Capitulis Prouincialibus Regularium datur Prouincialis, aut Vicarius Prouinciæ, aut alius ſimilis habens iuriſdictionem in totum Capitulum, & Prouinciam, & quod magis eſt, Capitulum præciſo ſuperiore eſt collegium ſubditorum, quod iuriſdictionem non habet, ſed iuriſdictioni eſt ſubiectum & alias Prouincialis aut Vicarius Prouinciæ ex ſua ordinaria poteſtate poteſt cognoſcere de omni delicto, & defectu ſuorum ſubditorum, & cuiuſcunq; de collegio, & quemcunq; ſecundum leges iudicare, & ſeruato ordine iuris, aut ſuffragio priuare, aut priuatum declarare. Ideo in præſenti locum habere debet diſtinctio *Panorm. in c. ex parte il primo de Cõſtitut. num.* 59. Nam aut ex forma mandati eſt accipiendum alterius conſilium, vt in *cap. cum in veteri, de elect.* & tunc non petito conſilio actus eſt nullus. Tunc verò petitio conſilij cenſenda eſt eſſe de forma mandati, quando ponitur in mandato decretum irritans actum aliter factum ex hoc enim à poſteriori colligitur euidenter, quod ſi in mandato requiritur conſilium, ita vt actus ſine conſilio irritus ſit nullus mens mandantis eſt, vt conſilium ſit de forma, ſed ſi conſilium non eſt accipiendum ex forma mandati, ſed ex diſpoſitione legis, tunc vel lex à principio,

dum

dum tradidit poteſtatem, ſimul præcepit adhiberi conſilium, & tunc ſecundum Panormitanum cenſetur dediſſe poteſtatem modificatam, & conditionatam, & ſic actus ſine conſilio habitus eſt nullus. Sed ſi lex à principio dedit poteſtatem abſolutam, ſed poſtea præcipit adhiberi cõſilium, actus ſine conſilio habitus eſt validus; licet agens poſſit puniri, quia contrafecit legi.

78 Cum igitur Prouincialis in ordine Prædicatorum habeat ab initio auctoritatem abſolutam cognoſcendi de defectibus ſuorum ſubditorum ex vi ſui officij; ex eo quod ſuperuenerit hæc, vel illa lex, quæ decernat cognitionem huius, vel illius cauſæ habendam eſſe à Prouinciali cum conſilio Prouinciæ, vel cum alio conſilio, non per hoc fit, vt ſi Prouincialis ſeruatis alias ſubſtantialibus iudicij ſine hac ſolemnitate petendi conſilium à Patribus Prouinciæ, eius iudicium ſit nullum. Neque obſtat, quod ex declaratione quinta capit. Rom. 1629. Patres à conſilijs habent votum nedum conſultiuum, ſed etiam deciſiuum, vnde videtur quod factum ſine conſilio Patrum tunc, cum tale conſiliũ eſt adhibendum ſit nullum tanquam factum ſine ſuffragijs ad decidendum, neceſſarijs. Tum primò, quia aliud eſt aliquid fieri à Prouinciali ſine conſilio Patrum, & aliud eſt fieri ſine ſolemnitate talis conſilij ſcilicet Patrum Prouinciæ, vel etiam totius Capituli, & eſto ſi primum fuerit factum ſit nullum, non ſequitur vt ſit nullum ſecundùm. Tum ſecundò, quia declaratio illa, niſi clarius explicetur non habet locum in Prouincialibus, ſed in Prioribus Conuentualibus, de quibus expræſſe loquitur; cum illis præcipiat, vt ante conſilium admoneant Patres à Conſilijs de agendis. Tum tertio, quia dato aſſumpto, conſequentia non ſequitur, Nam cum Prouincialis ab initio ex vi inſtitutionis ſui officij non teneatur ad alicuius conſilij ſolemnitatem, vt valide iudicet, ex lege præcipiente adhiberi conſilium, & non irritante actum aliter factum non fit, vt iudicium ſine ſolemnitate Conſilij habitum ſit nullum, licet male fecerit Prouincialis, ſi ſine iuſta cauſa à conſilio adhibendo abſtinuerit.

79 Sed magis hæc confirmantur, Nam tempore Capituli, & electis Capituli Diffinitoribus, iam Prouincialis habet Diffinitores coniudices, & decernere de rebus ſpectat non ad Prouincialem ſolum, ſed ad Diffinitorium; & nihilominus ſi Prouincialis ſolus vtatur ſua poteſtate ordinaria ſine diffinitoribus factum tenet. Et licet tale factum non habeat eam vim, ad aliquos effectus, quam haberet, ſi fieret à diffinitorio, tamen valet, & non eſt nullus. Huius exemplum habemus in aſſignatione fratrum de vno ad alium Conuentum, quam Prouincialis poteſt facere tempore Capituli inconſulto Diffinitorio, quamuis hæc aſſignatio non valeat quantum ad vocem in electione Prioris, ſi frater aſſignatus ſit à Prouinciali ad Conuentũ, in quo iam infra duos menſes inſtat electio, vt habetur ex *Cap. Rom. 1553. apud Font. tit. de elect. Prioris num. 13. & ſupra cap. 3.* probatum eſt Ex quo colligitur, quod nec tempore Capituli ablata eſt à Prouinciali ſua ordinaria iuriſdictio, quin ea vti poſſit valide; licet plura non poſſit facere, quæ ſunt propria Capituli, & Diffinitorij. Multo magis igitur, ſi antequam eligantur Diffinitores, Prouincialis vtatur ſua poteſtate, non ex eo actus eius eſt nullus, quod non adhibet ſolemnitatem conſilij, vel totius Capituli, vel Patrum Prouinciæ, ſi alias ſubſtantialia ſeruat.

80 Limitatur tamen hoc, vbi in aliqua Prouincia eſſet lex requirens ſolemnitatem huius, vel alterius conſilij de forma, & de ſubſtantia actus, irritando actum, ſi fiat alio modo.

CAPVT XV.

De quibuſdam præmittendis ad electionem.

SVMMARIVM.

1 *Ad electionem Prælatorum præmittendæ preces. num. 1.*
2 *Præmittenda miſſa collegialis de Spiritu ſancto; num. 1.*
3 *Et communio Electorum. n. 1.*
4 *Et inuocatio Spiritus ſancti, per hymnum. Veni creator, etc.*
5 *In Ordine Prædicat. præfata præmitti debent. numer. 2.*

1 ANte electionem Epiſcoporum præmittendas eſſe ſupplicationes, & preces, decernit Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. ibi *Cum primum Eccleſia vacauerit, ſupplicationes, ac preces publicæ, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per Ciuitatem & Diœceſim indicantur, quibus clerus, populuſque bonum a Deo paſtorem valeat impetrare.* Sed & antea in *cap. cum terra 13. de elect.* ſic ſtatutum fuerat. *Electores in vnum locum, in quo fuerit electio celebranda conueniant, & inuocata Spiritus ſancti gratia, perſonam nominent.* Et *cap. cum inter 18. eod. tit. Mandamus, quatenus inuocata gratia Spiritus ſancti. perſonam idoneam per electionem Canonicam concorditer aſſumatis.* Et Religionum Conſtitutiones hæc eadem confirmarunt, & diſpoſuerunt. Ideo tria conſueuerunt in hac parte præmitti, ſcilicet miſſa Spiritus ſancti, cui interſint electores, ſumptio ſacræ Euchariſtiæ ab eiſdem electoribus, & inuocatio gratiæ Spiritus ſancti, per Antiphon. *Veni ſancte Spiritus*, aut per Hymnum. *Veni creator &c.*

2 In Ordine Prædicatorum præcipitur (ſine tamen clauſula irritante) miſſa Spiritus ſancti ante electionem Mag. Ord. & Prouincialis, & in omni electione inuocatio Spiritus ſancti per Hymnum *Veni creator*, & Antiphon. *Veni ſancte Spiritus, etc.* In electione verò Prioris Conuentualis etiam ſolet præmitti Miſſa de Spiritu ſancto.

SVMMARIVM.

1 *Hæc non ſunt de ſubſtantia electionis. n. 3.*
2 *Pragmatica Sanctio damnata. nu. 3.*
3 *Concilium Baſileenſ. poſt translationem conciliabulum. n. 3.*
4 *Vbi præfata præcipiuntur cum decreto irritante ſunt de ſubſtantia. n. 4.*

5 *Sunt*

5 *Sunt de præcepto & aliqua culpa eſt illa ammittere. n.5.*
6 *Electio cui præfata non fuere præmiſſa, caſſanda ſi fiat oppoſitio. n.6.*
7 *Poſt preces ſequitur tractatus: nu.7.*
8 *Tractatus non eſt de ſubſtantia electionis. n.7.*
9 *Tractatus eſt aliquo modo de præcepto. n.7.*
10 *Tractatus aliquis eſt de iure naturali electioni præmittendus. nu.7.*
11 *Sed & aliquando de iure ſpeciali. nu.8.*
12 *Et aliquando eſt de ſubſtantia. nu.8.*
13 *Quæ in tractatu agantur. num.9.*
14 *Vtiliter præmittitur abſolutio à cenſuris. numer.10.*
15 *Finis tractatus eſt inuocatio Spiritus ſancti. numer.11.*

3 QVæritur autem primò. An hæc ſint de ſubſtantia electionis, ita vt ſi omittantur electio. ſit ipſo iure nulla, Miſſam de Spiritu ſancto, & communionem eſſe de ſubſtantia aſſirmant *Mandag. tract. de elect. cap.19.1.par.Petrus Biax.in direct.p.1.cap.24.et p.3. cap.13.Boer.ad dictum locum Mandag. Rodriq.tom.2. q52. a. 1.* Ratio eſt, quia habetur hoc definitum in Concil Baſileenſ. ſeſ.12.& 38. Verùm non eſſe huiuſmodi de ſubſtantia electionis tenuerunt ex *Panorm.Tabien.v.electio 2. num.19. et ex Anchatan. et Anton.de Butrio S.giſm.de elect.dub.18.num.5.Tambur.tom.1.de iure Abb.diſp.5.q.6.num.28.Barboſa l.1. de iure Eccleſ.cap.19.num.181. et ad cap.Cum terra. 14.de elect.num.6.Samuel.tr.1.diſp.2.cont.20. num.4. Lezor. cap.19. num.43. Donatus par.3. tract.1. q.18. num.8.* Nullum enim ius habetur, quod irritet electionem, quam non præceſſit inuocatio Spiritus ſancti, & electorum communio. Et quod ex Concil.Baſileenſ. affertur, nihil probat; nam præceptum illud continetur in Pragmat. Sanctione, quæ fuit Bituricenſis Conſtitutio Regni Franciæ, quam Schiſmaticam vocat Leo X. in Conc. Later. ſeſſ.11. quam nedum reprobauit Ludouicus XI. Rex Franciæ, vt habetur in eodem Concil.ſeſſ.4. ſub Iulio II. Verùm idem Leo ſacro approbante Concilio in ſeſſ.11. renocauit, irritauit, ac damnauit, ſimul decernens Concilium Baſileen. pro illa parte, nimirū poſt tranſlationem illius Concilij factam ab Eugen. IV. non fuiſſe Concilium, ſed Conciliabulum, & conuenticulum, vnde eius decreta robur non habent.

4 Limitatur verò hæc aſſertio in Collegijs, ſi quæ ſunt, in quibus cum decreto irritante electionem, hæc præmitti iubentur. *Panormit. in cap. Cum Eccleſia 1.notab.de cauſ.poſſeſſ.Caſtell de elect. cap.3. num.2.fin, Barboſa dicto num.181. Donat. loco citato num.9.*

5 Nihilominùs dicitur ſecundò, quod omittentes huiuſmodi preces, & communionem peccant grauiùs, vel leuius pro qualitate ſcandali inde conſurgentis, *Samuel.dicta contr.20.num.6.Sigiſm.dicto dub.18.nu.6.Peyr. tamen in formul. Lit.E. cap.7.n.3.* putat peccare mortaliter omittētes Miſſam de Spiritu ſancto, quia ſit de conſuetudine illā præmittere ſed dicitur huiuſmodi conſuetudines non obligare ſub mortali per ſe. Neque enim electores intendūt ſe magis obligare, quam de iure teneantur, ex huiuſmodi miſſæ obſeruantia, ideo non recedendum eſt à ſententia *Sigiſ.* Addit vero *Samuel.d.n.6.* quod in Ordine Prædicatorum electores in omni electione Prioris Prouincialis, aut Conuentualis, aut Priorifſæ tenentur communicare ſub pœna priuationis vocis ipſo facto.

6 Sed & electiones, quibus non fuit præmiſſa inuocatio Spiritus ſancti, & electorum communio eſſe caſſandas, ſi fiat oppoſitio. *Ex Sylu. Paſſarel. et Peyr.* tradit *Donatus d.q.18. nu.11.*

7 Poſt miſſam igitur de Spiritu ſancto, & communione vocalium congregatis ipſis in particulari loco electionis, habetur priùs tractatus verbalis de electione habenda, ſeu de cōcernentibus ad electionem. Qui tamen tractatus non eſt de ſubſtantia electionis, vt ſupra *cap.5.a num.63.*probatum fuit, & inter alios bene docet *Panorm.in cap.Cum in Geneſi, de electio*, vbi etiam aduertit, ideò in caſu expreſſo in dicto capite fuiſſe neceſſarium tractatū, quia Pontifex præceperat electoribus, vt non eligerent, niſi de conſilio trium ab eo nominatorum; quod fieri non poterat niſi eligentes prius tractarēt de perſona, & illam tribus illis proponerent, vt viderent, an ipſa eſſet eligenda. Hic tamen tractatus licet non ſit de ſubſtantia electionis, eſt tamen aliquo modo de præcepto, vel ſpeciali, vel ex iure connaturali electionis; quia eſt neceſſe ex lege prudentiæ, & Religionis, vt Electores collegialiter cōgregati tractent & deliberent ea, quæ ſunt deliberanda, vt electio nedum validè, ſed etiam prudenter fiat, & Religioſè.

8 Sed ſpeciali iure poteſt eſſe neceſſarius, immò & de ſubſtantia, neceſſarius quidem, vt ſi Superior epiſtolas tranſmiſerit electoribus, ab eis legendas ante electionem, vel aliquid aliud faciendum præceperit. Sed neidum neceſſarius neceſſitate præcepti, ſed & neceſſitate medij ad finem, ſeu de ſubſtantia, vt in caſu *d. cap. Cum in Geneſi*; Præceperat enim Pontifex ne electores eligerent hūc, vel illum, niſi de trium nominatorū concilio, & electio aliter facta erat irrita, vnde neceſſe erat, quod priùs electores tractarent de perſona, quam illis tribus proponerent, vt ex eorum cōſilio illam eligere poſſent. Et ſic vbi Superior præcipit Collegio, vt ante electionem aliquid deliberet, vel faciat, aliter electio ſit irrita, neceſſe eſt, quòd electores priùs tractent de ſuperioris mente exequenda, & ſuperiori obediant, quod ſine tractatu fieri non poteſt.

9 In hoc ergo tractatu, ſi priùs nō ſunt legitimatę, debēt legitimari voces electorū. Et in hoc eadē tractatu legitimatur Capit. quatenus opus ſit. Pariter in hoc tractatu deliberatur de loco, & tempore electionis. Sic enim in Ordine Prædicator. Præſidens petit à vocalibus, an illis placeat locus eligendi, & tempus electionis. Tractatur etiam de perſona eligenda, vel in communi, vel in particulari, prout opportunum viſum fuerit. Præſes quoque Capituli proteſtatur ſe nolle, vel admittendum excludere, vel excludendum admittere ad ſuffragium præſtandum. Quæ proteſtatio hoc iuuat, ad probandum, quod nullus repellendus fuit ſcienter admiſſus, vt ex *Mandag.par.1.cap.20.* docet *Peyr. in formul.Lit.E. cap.7.* Qui etiam habent, vnde opponāt electioni, & proteſtentur contra votum alicuius, vel contra perſonam eligendi, legunt ſuas oppoſitiones, & proteſtationes & aliorum reſponſiones ad

factas

factas oppoſitiones. Et tandem delibetantur omnia illa, quæ neceſſaria ſunt ad hoc, vt electio pacificè, ritè, religiosè, prudenter, & validè fiat. Vnde iuxta caſuum contingentiam hic tractatus de iure naturæ, ex vi electionis eſt præmittendus.

10 Inter actus verò ſpectantes ad hunc tractatum eſt abſolutio à cenſuris data à Præſidente ad cautelam, quam vtilem eſſe aduertit *Sigiſm. de elect. d.18. num.7.* Et in Ordine Præd. ſemper datur. Et quantum valeat, dicetur infra vbi de abſolutione ab excommunicatione erit ſermo ex profeſſo. Et tandem vltimò locum habet inuocatio Spiritus ſancti, per Hymnum. *Veni creator &c.* & Antiphonam. *Veni ſancte &c.* & orationem de Spiritu ſancto.

11 Et in hoc totus tractatus completur, & finiũtur actus, qui electionem præcedere debent, vel de iure, aut de conſuetudine, vel in indiuiduo hic, & nunc præmitti neceſſe eſt, vel vtile, vt electio ritè, & validè fiat.

CAPVT XVI.

De Scrutatoribus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſumi debent Scrutatores. num.1.*

1 IN *cap. Quia propter 42. de electione ſtatuitur, vt præſentibus omnibus, qui debent, & volunt, & poſſunt commodè intereſſe, aſſumantur tres de Collegio fide digni, qui ſecretè, & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirant &c.* Hi dicuntur Scrutatores, quia ſcilicet aliorum vota ſcrutantur. Sed circa hunc textum plures tractantur difficultates.

SVMMARIVM.

1 *Forma Cap. Quia propter incipit ab illo verbo ſtatuimus. num.2.*
2 *Præſentia vocalium eſt de ſubſtantia. n.3.*
3 *Vocatio electorum non eſt de ſubſtantia electionis. num.2.*
4 *De ſubſtantia electionis eſt quod electores in exercitio eligendi ſint ſimul collegialiter congregati: num.3.*

2 ET quidem primò, cum non ſeruantibus formam in hoc textu præſcriptam impoſita ſit pœna nullitatis, occurrit primò quærendum, à quibus ex præcedentis verbis incipiat forma à Concilio præſcripta in dicto capite. *Nunc Gloſſ. in d. cap. v. ſanior, Vincent. Tancred. & Abbas antiquus num.17. Mandag. de elect. cap.23. v. irritari,* cenſent ſubſtantialia formæ, *c. quia propter,* incipere ab illis verbis, *qui ſecretè, & ſigillatim, etc.* Sed *Hoſtien. in ſum. tit. de electione, §. Qualiter facienda, num.11.* ſentit, quod ſubſtantialia huius formæ incipiant ab illo verbo *aſſumantur,* quem ſequuntur *Rota in Treueren. Abbatiæ* apud *Caſtel. de elect. cap.4.* & quæ eſt *deciſ.574. par.4. tom.3. recent. Sigiſm. à Bonon. de elect. d.19. num.11.* Sed veritas eſt quod ſubſtantialia formæ, *cap. Quia propter* incipiunt ab illis verbis *ſtatuimus etc.* Nam ibi incipit eiuſdem diſpoſitio, & præceptum, & ſtatutum, quoniam verba illa *aliter electio facta non valet,* totam præcedentem diſpoſitionem Concilij reſpiciũt. vt ſit ſenſus, quod electio facta aliter, quàm Concilium diſpoſuit, non valeat, ſed ſit irrita, & nulla; forma igitur ſeruanda in electione eſt illa, quam Concilium præſcripſit, & comprehendit totum id, quod Concilium ſtatuit, & ibi incipit, vbi incipit Concilij diſpoſitio. Hæc verò incipit ab illis verbis, *ſtatuimus, vt cum electio, etc.* Et ita hanc ſententiam tenent, & hoc ſenſu textum intelligunt omnes illi, qui ex hoc textu probant, nedum quòd aſſumptio Scrutatorum ſit de ſubſtantia formæ electionis, ſed etiam præſentia electorum in Collegio; quia nimirum electio non pertineat niſi ad præſentes & collegialiter congregatos, & ex conſequenti, quòd ad ſubſtantialia formæ dicti capitis pertineãt etiam illa verba, *præſentibus omnibus, etc.* Qui ſunt *Panorm. ad dict. cap. Quia propter, num.12. Syluestr. v. electio 2. num.12. Tabien. v. elect.1. num.19. Caſtell. de elect. cap.3. num.1. Suarez tom.4. de Relig. tract.8. l.2. cap.5. num.4.* & communiter DD. quos allegaui ſupra *cap.10. et cap.14.*

3 Nec obſtat, ſi dicatur, hoc ſtante ſequi, quòd vocatio abſentium ſit de ſubſtantia electionis; quia ſi de ſubſtantia eſt, quòd electores ſint præſentes, erit quoque de ſubſtantia, vt vocentur; quia non poſſunt per ſe & ex intentione eſſe præſentes niſi vocentur. Et tamen vocationem abſentium non eſſe de eſſentia electionis eſt certum. Reſpondetur enim, & negatur conſequentia argumenti. Non enim in verbis illis *præſentibus omnibus* decernitur; quod abſentes habentes ius ad electionem vocẽtur, & quòd non fiat electio, niſi omnes habentes ius ad electionem ſint præſentes, ſed benè ſtatuitur, vt qui actu dant ſuffragium, ſint præſentes, & quòd, niſi collegialiter congregati dent vocem ſuam, & ritè eligant; ideo nec præſentia omnium habentiũ ius ad eligendum eſt de ſubſtantia, nec eorundem vocatio, ſed de ſubſtantia eſt, vt votum non detur à vocalibus ſeparatis, & ſingulis, & diuiſim in propria habitatione exiſtentibus, ſed capitulariter cõgregatis, vt habetur etiam *cap. in Geneſi 55. de elect. Panorm. loco citato, et alijs. Suarez dicto cap.5. nu.5.* Et ratio eſt, quia Concilium præcipit directè aſſumptionem Scrutatorum, & hanc vult fieri præſentibus omnibus, &c. nimirum illis in Collegio ſimul congregatis.

SVMMARIVM.

1 *Scrutatores ſunt aſſumendi. nu.4.*
2 *Suſpectum eſt, vt quis non aſſumptus, ſe ingerat ad officium Scrutatorum præſtandum. nu.4.*
3 *Poteſt tamen dari caſus in quo Scrutatores ſe ingerant non aſſumpti explicitè, et tamen electio ſit valida. nu.4.*

4 QVæritur ſecundò. An Scrutatores aſſumi debeant? *Panormitanus enim in dict. cap. Quia propter num.12. fin.* putat: quòd ſi ex vocalibus aliqui ſe ingerãt, & non aſſumpti ſcrutentur aliorum vota Capitulo videri-

vidente, & tacente, quod electio ſit valida, quia cum agatur de actu meritorio, & concupiſcibili, tacentes habentur pro conſentientibus. Sed alij de hoc dubitant; quia præſumi poſſet eos id facere per potentiam, & alios tacere inuitos. *Suarez d. cap. 5. n. 7. fine*, & illi ſponte ſe ingerendo ad id, quod non eſt eorum officium, ſe redderent ſuſpectos. *Lauor. tit. 4. cap. 19. num. 45. Tambur. tom. 1. diſp. 5. q. 6. num. 4. Donat tract. 1. q. 17. num. 5.* Sed attentis circumſtantijs cum poſſit ceſſare omnis ſuſpicio, & vbi eſt ſermo de actu concupiſcibili de facili præſumitur voluntas, & conſenſus tacentis, & videntis, licet ſit tutum non ſe ingerere in officio ſcrutatoris, tamen poſſet dari caſus, in quo hoc etiam manifeſte non repugnet huic textui, & electio ſit valida, etiam ſi aliqui non expræſſè, ſed ſolum implicitè ſint aſſumpti ad officium ſcrutatoris. *Barboſa l. 1. de iure Eccleſiaſtico c. 19. n. 184.*

S V M M A R I V M:

1 *Conſuetudine poteſt introduci, vt ſcrutatores ſint perſonæ deſignatæ, v.g. antiquiores electores. n. 6.*
2 *Lege poteſt idem inſtitui. n. 6. 8.*
3 *Contra ſcrutatores deſignatos à lege poteſt opponi num. 6.*
4 *In ordine Prædicatorum, in qualibet electione ſcrutatores ſunt à lege deſignati. n. 7.*

5 QVæritur tertiò, A quo huiuſmodi ſcrutatores aſſumi debeant? Reſpondetur ſine dubio ſcrutatores aſſumendos eſſe per Capitulum, nimirum ſaltem per maiorem partem Capituli. Et hoc eſt, quod decernitur in textu, nimirum quòd ſcrutatores aſſumantur præſentibus vocalibus ipſis conſentientibus. *Suarez d. l. 2. cap. 5. num. 7. Caſtell. cap. 12. n. 3. Donat. p. 3. tract. 1. c. 17. n. 5.*

6 Sed, hoc non obſtante, poſſe conſuetudine præſcribi, vt non omnes electores, ſed aliqui ex illis, puta antiquiores, vel digniores ratione officii ſint ſcrutatores cenſet *Suarez loco citato*, & amplius poſſe decerni per legem, vt ſine vlla electione ſcrutatores ſint perſonæ deſignatæ, à ligiſlatore, nimirum, vel antiquiores, vel aliquo officio fungentes, praxis ipſa demonſtrat, & ratio ſuadet. Quia Capitula Generalia, & Religionum legislatores in hac parte poſſunt munus electorum habere vtiliùs in ordine ad communitatē ad determinandas perſonas qualitate opportuna præditas pro munere ſcrutatorum obeundo. Tū quia electi à legislatore meritò ſine hæſitatione præſumuntur fide digni. Tùm quia non excluditur conſenſus tacitus electorum præſentium, qui ſi ſuſpicionem habeant de aliquo ſcrutatore, poſſunt opponere, & ſcrutatores electos ſuſpectos habere, & contra illos obijcere. *Suarez loco citato.*

7 In ordine Prædicatorum, in qualibet electione ſcrutatores deſignati ſunt à lege, ſcilicet à Conſtitutione. Vt in electione Prioris, Supprior, aut Vicarius, & duo vocales antiquiores. *Conſtit. diſt. 2. cap. 2. §. 1.* Et ijdem ſunt ſcrutatores in electione Socij *Conſt. ibid. cap. 7. §. 1.* Et in electione electoris Prouincialis *Conſt. ibid. cap. 3. §. 5.* In electione autem Diffinitorum, vel Capituli Generalis, vel Capituli Prouincialis ſcrutatores ſunt Prouincialis, aut Vicarius Prouinciæ, Prior, & Supprior illius Conuentus, in quo habetur Capitulum, vel ſaltem duo ex ipſis, vel in caſu deficientiæ Prioris, & Supprioris duo electores antiquiores. *Conſtit. ibid. cap. 5. tex. 1. & 4.* In electione autem Prouincialis ſcrutatores ſunt tres Priores antiquiores. *Conſtit. ibid. cap. 3. §. 6.* Et in electione magiſtri ordinis tres Prouinciales antiquiores. *Conſtit. ibid. cap. 4. §. 5.* Ex quo magis patet, non eſſe contra formam *d. cap. quia propter*, vt ſcrutatores ſint deſignati per leges, & ſtatuta religionum.

8 Nec obſtat, quòd ex quo Concil. ſtatuit, vt electoribus præſentibus aſſumantur ſcrutatores, videatur electa induſtria præſentium electorum, & prudētia ad examinandum, qui ſint fide digni. Nam hoc examen optimè fit à lege, & præcipuè lata in Capitulis Generalibus ab illis in quos electores particularis compromiſerunt, & per hoc, vt dictum eſt, non fuit excluſus conſenſus tacitus præſentium electorum, qui poſſunt ex iuſta cauſa allegare ſuſpectos ſcrutatores à lege deſignatos, vel vt fit in eodem ordine Prædicatorum petere quartum ſcrutatorē, vndè ſi ex tribus à lege ſtatutis aliquis nō ſit fide dignus ſubuenitur per quartum. Sed, & additur, quod ex quo Concilium non dicit expræſſe, quod ſcrutatores aſſumantur à Capitulo, ſed ſolùm præſente Capitulo, per ſe contra hunc textum non eſt, quod ſcrutatores aſſumantur à ſuperiore; ſicut ex quo Cōcilium non exprimit, à quo conſcribi debeant vota eligentium, DD. plures tenent, vt infra in hoc cap. dicitur, quod poteſt aſſumi Tabellio ad vota deſcribenda.

9 Dum tamen aliquis ex ſcrutatoribus deſignatis à lege habuerit aliquod impedimentum, vt puta ſi ſit cæcus, vel infirmus decūbat in lecto, in eo caſu in ord Præd. nō ſubintrat antiquior poſt impeditū, ſed eligēdus eſt alius, vel alij, qui in locū impeditorū ſubintrent. *Conſtit. d. 2. cap. 2. §. 5. & Gloſſ. ibid. l. E.*

S V M M A R I V M.

1 *Qualiter ſcrutatores aſſumi debeant? num. 10.*
2 *Scrutatores aſſumendi per electionem vocalium, ſi non ſunt deſignati à lege. n. 10.*
3 *In ſcrutatorum electione non eſt ſeruanda forma cap. quia propter. num. 11.*
4 *In ſcrutatorum electione non ſunt neceſſarij ſcrutatores. n. 11.*
5 *Electio ſcrutatorum poteſt fieri per ſuffragia publica. n. 11.*
6 *Etiam in ordine Prædicatorum, vbi ob impedimentum alicuius eligendus eſt alius, n. 12.*
7 *In ordine Prædicatorum electio quarti ſcrutatoris ſufficit, quod fiat à maiori parte comparatiue ad alios nominatos. n. 13.*
8 *Eadem electio de iure nouo debet fieri per publica ſuffragia. n. 14.*
9 *Electio ſcrutatoris in ſubſidium impediti, non habet locum, niſi elector impeditus ſit præſens, vbi fit electio, ſeu ſit de numero eligentium. n. 15.*
10 *Idem dicendum, vbi elector renunciat voci. n. 15.*
11 *Elector, qui renunciat voci, non eſt elector impeditus, ſed extraneus. n. 15.*

10 QVæritur quartò, qualiter ſcrutatores aſſumi debeant? Reſpondetur, quod licet Concilium in dicto textu nullum modum præſcribat aſſumendi ſcrutatores, ſed, vtatur generali verbo *aſſumantur*, nihilominus

ſatis explicat eos aſſumendos, per electionem vocalium vbi non ſint à ſuperiore deſignati. Nam vbi aſſumentes ſunt multi, vel aſſumptio non poteſt fieri niſi multis conſentientibus, non poteſt aſſumptio fieri, niſi media electione, & ita ſcrutatores à vocalibus ſimul congregatis eligi debent. *Suarez d. l. 2. cap. 5. num.* 2. Et tunc nominatus à maiori parte Capituli ſupra medietatem admittendus erit ad officium ſcrutatoris.

11 In hac tamen electione non eſſe ſeruandam formam *cap. quia propter* inde conſtat, quod huic formæ ſubditur ſola electio Prælatorum, ex quorum defectu Eccleſiæ ſunt viduatæ. *Suarez d. num.* 7. Qui etiam aduertit ad hanc electionem non eſſe neceſſarios ſcrutatores, ne detur proceſſus in infinitum. Vndè quantum ſit ex vi huius *cap. quia propter*, electio ſcrutatorum non prohibetur fieri, etiam per ſuffragia publica. Cum ſolum dicatur, quod ſcrutatores aſſumantur.

12 In ordine etiam Prædicatorum, quando ob impedimentum illius, qui eſt ſcrutator de iure eſt impeditus, alius eſt eligendus, *Conſtit. diſ.* 2. *cap.* 7. §. 5. *& Gloſſ.* 16. *l. E*, nihil ſpeciale decernit, niſi quod eligatur alius, quem maior pars vocalium ſupra medietatem nominauerit. Vnde quantum ſit ex vi dictæ Conſtit. ita eſt prohibitum nominare talem ſcrutatorem per voces publicas.

13 Vbi tamen eligendus ſit quartus ſcrutator, alio modo proceditur, Nā primò non eſt neceſſe, quod nominetur à maiori parte ſupra medietatem, ſed ſufficit, quòd in concurſu aliorum nominetur à pluribus. Et nihilominus è contra iuxta ius antiquum debet eligi per ſchedulas, & ſcrutinium, & vbi acciderit duos habere æqualem numerum ſuffragiorum antiquior erit ſcrutator, ſic enim decernitur in Capitulo Bononienſis 1564. & refertur in *Gloſſa Conſtit. diſt.* 2. *cap.* 2. §. 1. *l. A.* Et quia in dicto Capitulo Generali *Bonon.* 1564. præcipitur cum decreto irritante electionem, vt forma ibi præſcripta ſeruetur, ideo nullam eſſe electionem, in qua quartus ſcrutator non fuit electus per ſcrutinium ſecretum docet *Caſtell. de elect. cap.* 12. *num.* 4. quod debet intelligi nedum de electione ſcrutatoris, ſed de electione Prioris, vel alterius, in qua ille ſcrutator male electus ſcrutatus eſt, quia & hoc eſt contra formam electionis Prioris, aut cuiuſcunq; alterius ibi ſtatutam, vt electio fiat admiſſo ſcrutatore non electo per ſchedulas, & ſcrutinium ſecretum.

14 Verùm tempore quo ſcripſit *Caſtell.* hoc erat verùm, quia de antiquo iure illius ordinationis ita erat faciendum. Sed hodie aliter dicendum eſt. Nam in *Cap. Rom.* 1629. *declarat.* 16. declaratum eſt ſcrutatorem quartum per publica ſuffragia ad tollendas fraudes eſſe eligendum *Camill. in ſummar. v. elect. l. E*, & ita hodie hæc eſt praxis moderna Religionis. *Donat. tract.* 1. *q.* 17. *num.* 8. In Prouincia tamen Poloniæ quartus ſcrutator eligitur per vota ſecreta ex Generalis decreto facto ad inſtantiam Prouinciæ. *Camill. ibid.*

15 Tandem verò conſiderandum non habere locum electionem ſcrutatoris in ſupplementum impediti, niſi cum impeditus eſt præſens, & intereſt electioni. Nam vbi antiquior, qui ſi eſſet præſens ſcrutari deberet eſt abſens, nimirum extra Conuentum, in quo habetur electio, quia ex vi *Conſtit.* vt etiam ſupra dictum fuit, pro abſentibus habentur, qui non ſunt in Conuentu electionis, tunc quia talis nec eſt vocalis, ſed iuxta Sacros Canones habendus eſt, vt extraneus, ideo non eſt locus electioni noui ſcrutatoris in eius ſubſidium; quia tunc ipſe non eſt vocalis impeditus à ſcrutando, ſed eſt non vocalis, & extraneus; vnde tunc tres antiquiores præſentes ſcrutatores erunt: & idem dicendum, vbi antiquior renunciat voci ſuæ; quia tunc non eſt elector impeditus, ſed non eſt elector. Verùm eſt, quod *Camillus in Directorio p.* 5. *cap.* 11. *& cap.* 4. *num.* 4. *num.* 5. tunc etiam putat eligendum ſcrutatorem, & nō aſſumendum vocalem antiquiorem, cum is, qui deberet eſſe ſcrutator renunciat voci, & non vult intereſſe in Capitulo, ſiue renunciat ſcrutinio, *& citat Caſtell. cap.* 12. *num.* 26. Sed quod ille, qui intereſt Capitulo, & electioni, ſed renunciat ſcrutinio debeat vocalis impeditus dici, poteſt rationabiliter dici; quia ex ea ratione, qua mouetur ad renunciandum poteſt dici impediri, ſed quod ille, qui non intereſt Capitulo dicatur ſcrutator, & vocalis impeditus non cōſonat rationi; quia talis non eſt vocalis, ſed extraneus. Ideo nec *Conſ.* nec *Gloſſ.* nec *Caſtellinus* hunc caſum nominant.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus ſcrutatores ſint aſſumendi? n.* 16.
2 *Scrutatores eligendi ſunt de Collegio. n.* 16.
3 *Et non de Collegio Eccleſiæ, ſed de Collegio electorum. n.* 16.
4 *In ordine Prædicatorum hoc expræſſe decernitur. num.* 16.
5 *Et hoc eſt verum etiam in* 4. *ſcrutatore. n.* 16.
6 *Scrutatorem eligi de Collegio eſt de forma. n.* 17.
7 *Extraneus, ſi de conſuetudine ſit elector, poteſt eſſe ſcrutator. n.* 17.

16 QVæritur quintò, Ex quibus ſcrutatores ſint aſſumendi? Reſpondetur eos aſſumendos ex Collegio, quia ſic decernit Concilium in *d. cap. quia propter*. Et *ex Innocentio* bene aduertit *Panor. num.* 13. & tradiderat etiam *Hoſtienſ. d. num.* 11. §. *qualiter facienda Lauor. cap.* 19. *num.* 47. quod hoc debet intelligi de Collegio electorum, non verò de Collegio Eccleſiæ, ſi ex aliquo iure, vel conſuetudine contingerit electionem non pertinere ad Collegium Eccleſiæ. Et in regularium electionibus hoc eſt conſiderandū, quia in illis datur Conuentus, & Collegium Eccleſiæ diſtinctum à Collegio electionis, cum profeſſi omnes ſint de Capitulo, & habeant ſuffragium ad tractanda negotia Conuentus, & tamen non omnes profeſſi ſunt de Collegio electorum. De numero igitur præſentium electorum aſſumi debent ſcrutatores, quod in ordine Prædicatorum expreſſe eſt declaratum in caſibus, in quibus ſcrutatores eligi debent, vt eligantur ex numero præſentium electorum & patet *Conſtit. locis ſupra citatis, & Gloſſa conſtit.* 2. §. 1. *lit. A.* & aduertunt *Caſtell. cap.* 4. *num.* 63. *c. &* 64. *Camill. in direct. cap.* 14. *num.* 5. *& in ſum. ſi electio lit. D. & E.* Et hoc eſſe intelligendum etiam de quarto, ſcrutatore probat *Caſtell. d. num.* 64. §. ad id pariter. Et huius ratio eſt, quia inſuper præſumitur, quod qui ſunt de Collegio meliùs, & fideliùs procurabunt vtilitatem Eccleſiæ. Tùm quia non eſt honeſtum, vt extranei ſciant conſcientiam electorum.

17 Hanc

Digitized by Google

17 Hanc verò conditionem eſſe de forma electionis, & ita vt electio ſit nulla, ſi aſſumptus fuerit in ſcrutatorem aliquis extraneus, contra *Gloſſ. Vincentium Tancred. locis ſupra citatis tenent, Innocent. Hoſtien. Panorm. num. 13. Imol. num. 8. Io. Andr. num. 11. Butr. num. 22. Card. num. 3. Compoſ. num. 5. Syl. 61. electio 2. n. 12. Sabbien. eod. ver. nu. 19. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 5. num. 8. bigis de Bonon. dub. 19. num.* 1. plures alios referens, *Caſtell. de elect. cap. 3. num. 2. & cap. 4. num. 63. & 64. & cap. 12. n.* 1. & apud eum *Rota in Meten. Monaſterij, & Treueren. Abbatiæ coram Coccin. Barboſa ad dictum Cap. quia propter* quam plures referens. *num.* 14. *Baſſaus ſi electio num. 2. Donatus tract. 1. q. 17.* Et eſt communiſſima omnium ſcrutantia, quoniam id expreſſe ſtatuitur *in d. cap.* Vbi tamen extraneus conſuetudine legitime præſcripta obtinuerit ius eligendi, tunc poſſe eligi in ſcrutatorem, tenuerunt *ſpecul. de elect. §. 1. num. 12. Card. in cap. quia propter q. 12. Bernachi de Epiſ. l. 1. p. 3. q. 5. num. 4. Boer. ad Mandagot. de elect. cap. 23. lit. R.* Quos refert *Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouemb.* 1624.

SVMMARIVM.

1 *An poſſint aſſumi pauciores ſcrutatores, quam tres num.* 18.
2 *Tres ſcrutatores aſſumendos eſt de forma electionis num.* 18.
3 *Vbi electores ſint minus quam quatuor, non eſſe neceſſarios tres ſcrutatores plures tenent. num.* 19.
4 *Vbi electores ſint tres, vel duo, vel vnus, ijdem erunt electores, & ſcrutatores. n.* 19.
5 *Vbi electores ſint minus quam quatuor non poteſt ſeruari vndequaq; forma cap. quia propter. n.* 19.
6 *Vbi elector ſit vnus, non eſt neceſſarium ſcrutinium num.* 19.
7 *Elector vnus poteſt publice eligere. n.* 19.
8 *Si aliquis ſcrutatorum ſit impeditus, alius eſt eligendus. num.* 20.

18 Quæritur ſextò An poſſint aſſumi ſcrutatores pauciores, quàm tres? Dicitur verò per ſe loquendo id fieri non poſſe, cum ſit manifeſte contrarium textui, volenti quod ſcrutatores tres aſſumantur. Et fuit hoc ordinatum conuenienter. Tùm quia non de facili inueniretur Capitulum, quod vota ſua illis vellet committere. Tum quia vnus ſolus non eſt ſufficiens teſtimonium, quia vox vnius, vox nullius *cap. cum à nobis* de teſtibus, ſed in ore duorum, vel triũ ſtat omne verbum. Tùm ne quid falſitatis committi poſſit. Ideo enim nõ duo, ſed tres aſſumi decernitur, quia non eſt veriſimilè, quod tres conuenire velint, ut ſuffragia falſa ad fauorẽ alicuius referant in præiudicium electionis. Tùm quia ſecurius eſt, quod pluribus committitur, *cap. prudentiam, de offic. delegati* vnde non vni, nec duobus tantùm, ſed tribus committitur officium exquirendi vota ſingulorum electorum. Et ità eſſe de forma electionis, vt ſcrutatores ſint tres pro certo habent *DD. ſupra citati, &* Io. *de Friburg. in ſum. tit. de elect. q. 7. verſ. aſſumantur. Miranda p. 2. q. 23. à 15. Lambert.* de iure *Abbat. diſp. 5. q. 6. n. 5. Lauor. cap. 19. n. 46.*

19 Limitatur tamen hæc concluſio ſecũdùm *Vincent. Tancred. Innoc. Panorm. & Sylu. v. elect. 2. n. 7.* quos refert *Caſtell. de elect. c. 12. n. 6.* vt non procedat vbi electores ſint minùs, quàm quatuor; quia vbi ſint tres vocales, ſufficient duo, vel vbi ſint duo, ſufficiet vnus, vel vbi ſit vnus vocalis, nullus ſcrutator erit neceſſarius. In his autem caſibus *Hoſtienſ.* proponit vt electores vtantur ſecunda forma eligendi, quæ eſt per compromiſſum, vel etiam tertia, qua poterit vti etiam non obſtante decreto Concilii Tridentini vnus elector ſi ad vnum ſolum reducatur poteſtas Capituli vel per mortem, vel per inhabilitatem aliorum. Sed cùm iam electio ſecretè fieri debeat, etiamſi fiat vel per compromiſſum, vel per quaſi communem inſpirationem, vbi plures ſint electores, ſemper eſt neceſſitas ſcrutatorum. Ideò ſi electores ſint minùs quàm quatuor, tenent aliqui, quòd ſic diuidi debent, vt ſi ſint tres, duo ſint ſcrutatores, & ſi ſint duo, vnus. *Syluest. loco ſuprà citat. Caſtell. de elect. cap. 12. n. 6. & 21. Donat. tract. 1. q. 17. nu. 7.* Dicitur tamen meliùs, quòd vbi electores ſint minùs, quàm quatuor, tunc iidem erunt & ſcrutatores, & electores. Nam diſtingui debet, quia vbi electio fiat per ſchedulas, nulla eſt difficultas, ſed iidem erunt ſcrutatores, & electores, & quilibet illorum ad præſentiam aliorum ponet ſchedulam ſuam in vaſe ad hoc præparato, & poſtea in omniũ præſentia numerabuntur, & aperientur, & legentur. Et ſic nec erit neceſſarius alius Notarius, vel teſtes, qui faciant fidem Capitulo de nominatione huius, vel illius facta, quia Capitulo totum euidens erit per inſpectionem ſchedularum. Sed vbi fiat auriculariter, tunc etiam ſeſe inuicem ſcrutabuntur, & quilibet illorum alijs duobus, vel alio audiente, ſi ſint duo, proferet votum ſuum, & adnotabitur. An verò in iſto caſu ſint neceſſarii teſtes, vt vult *Donatus*, puto non eſſe neceſſarium nec Notarium, nec teſtes ad actum ſcrutinii, & electionis. Ad quid enim adhibendi, ſi in his caſibus ſcrutinium fit Capitulo toto præſente, & per euidentiam cognoſcente negotium? Quia tamen electio facta debet poſtea publicari Eccleſiæ, vel Conuentui ſufficit, quòd terminato ſcrutinio, & electione, ſtatim electio ſolemniter publicetur, vt decernitur *in cap. quia propter §. electiones.* Vbi igitur electores ſint minùs, quàm quatuor, non poteſt ad amuſſim ſeruari forma *cap. quia propter*, vt aduertit *Donatus*, & maximè vbi vnus ſolus ſit elector. In quo caſu etiam non obſtante decreto Concilii Tridentini ille vnus ſolus eliget etiam publicè, & per vocem ſine ſchedula; tunc enim nullum neceſſarium eſt ſcrutinium, ſed talis elector ſtatim nomine Capituli eliget, quem voluerit ſimul electum nominando, & conficiendo decretum electionis nomine totius Capituli. Quòd ſi hoc non faciat in præſentia aliorum, tenetur tamen ſtatim hanc ſuam electionem publicare, ideò & melius erit, quòd publicè eligat. Quòd ſi adhibeat tunc Notarium vtile erit, licet non ſit neceſſarium.

20 Ampliatur verò principalis aſſertio, vt ſi contingat aliquem ex ſcrutatoribus impediri, non poſſint duo, vel vnus ſcrutari vota, ſed neceſſariò in locum impediti alius eligi debeat; quia forma textus impleri debet quantum fieri poteſt, *Inn. Io. Andr. Baldus & Panorm. in d. cap. quia propter. Biax p. 3. c. 23. Cucb. l. 4. de elect. n. 210. Rodriq. t. 2. q. 52. a. 3. Sigiſ. a Bonon. de elect. dub. 21. n. 2. I. Megala v. electio. n. 32.* Et ideò in Ordine Prædicatorum præcipitur, vt ſi

aliquis ſcrutatorum ſit impeditus, alius loco eius eligatur.

SVMMARIVM.

1 *An poſſint aſſumi plures ſcrutatores quàm tres. nu.21.*
2 *Non poſſunt ab electoribus aſſumi plures ſcrutatores, quam tres.n.21. 22.*
3 *Multitudo ſcrutatorum non eſt conſona ſecreto electionis.n. 22.*
4 *Obiecta quædam ſoluuntur. n.23.*

21 QVæritur ſeptimò. An poſſint aſſumi plures ſcrutatores, quàm tres? Fuit circa hoc opinio *Gloſſæ*, *Vincent. Taured. Abbat.antiqui,& Mandag. locis ſuprà citatis*, quod cum forma inſtituta *in d. cap. quia propter* incipiat ab illis verbis, *qui ſecretè &c.* aſſumptio trium ſolùm ſcrutatorum nõ ſit de ſubſtantia. Tum quia in Curia fuit confirmata electio *Abbatis Tullenſ.* in qua, præter tres ſcrutatores de Collegio, aſſumpti fuerant tres alii extra Collegium. Tum quia talis fuit opinio Curiæ, vt poſſent eligi plures quàm tres ſcrutatores, vt de hac praxi Curiæ teſtantur etiam *Hoſtien.in ſum.de elect. §. qualiter facienda, v. aſſumendo col.4. Goſred.ad dict.cap. quia propter. n.7. & Io.Andr.n.9. Io.de Friburg.de elect.q.7.n.2.* Tum tertiò quia dato quolibet numero ſuperiori, dantur tres ſcrutatore, ſicut vult *Concil.in d.cap. quia propter*. Tum quartò ex *regula vtile, per inutile non vitiatur.* Etſi igitur aſſũptio quarti, vel quinti, vel ſexti ſcrutatoris ſit inutilis, non vitiat electionem, in qua aſſumpti fuerunt vtiliter tres ſcrutatores. Nihilominus eſſe de forma electionis, vt aſſumantur tres tantùm ſcrutatores, & non plures, tenuerunt *ad d. cap. quia propter Panorm. n.13. v. Tertium ſubſtantiale, Imol. nu.7. Innoc.n.4. Bald.nu. 31. Io.Andr. nu.9. Butr.nu.22. Hoſtien. n.17. & 43. Card.n.3.q. 13. Auchar.col.1.fin. Goſred. in ſum.de elect.num.7. Hoſtien. in ſum.de elect. §.qualiter facienda, v.Sed verba Concilij. Biax de elect. p.3. c.23. Io.de Fribur. in ſum.de elec.q.7.col.2.v. aſſumantur; Sylu.v.electio 2. nu.12. Angelus nu.26. Tabien. nu.19. Roſell. v. quot ſunt formæ; Rodriq. p.1. in ſum. c.102.nu. 3. Suarez tom.4.de Relig. tr.8.l.2. c.5.nu. 8. Sigiſm.à Bonn. de elect.dub.19.nu.1. Tombur.de iure Abb.t.1.diſp.5.q.6. nu.5. Caſtel. de elect. c.4 n.63. & 64.* latè hoc diſputans, *Barboſa ad d.cap. quia propter*, alios plures referens *DD. Baſſæus v.electio n.2.*

22 Ab hac ſententia puto non eſſe recedendum, & præcipuè propter multitudinem tot Doctorum, qui in hoc ſenſu limitauerunt, & intellexerunt *textum d. c.quia propter.* Nam licet in omni rigore vbi ſunt quatuor, ſint etiam tres, vnde vbi ſint electi quatuor ſcrutatores, ſunt etiam electi tres; nec exceſſus videatur repugnare, ſed magis conducere ad mentem Concilij, ſiue iſte dicatur eſſe fidelitas negotij, quia minus periculum eſt de falſitate, vbi plures ſunt, qui vident, & qui intendunt Eccleſiæ vtilitati; ſiue dicatur eſſe certitudo ſcrutinij; quia vbi plures ſunt teſtes, ibi maior certitudo eſt. Tamen conſiderandum, quod Concilium reſpexit etiam ſecretum ſcrutinij, maximè vbi ſcrutinium non fieret per ſchedulas, ſed electoribus voce nominantibus electum ipſis ſcrutatoribus, vnde electores manifeſti eſſent ſcrutatoribus; ideò quia vbi pluribus aliquod eſt manifeſtum maius periculum eſt, ne ab illis cuſtodiatur ſecretum; ideò Concilium proſpiciens ſecreto ſcrutinij, elegit numerum, qui ſic ſufficeret ad certitudinem, & fidelitatem ſcrutinij, quod non obeſſet eiuſdem ſcrutinij ſecreto, & propterea ad numerum ternarium determinauit numerum ſcrutatorum.

23 Ad primum in oppoſitum reſpondent *ex Rota in Treuiren. Abbat.§.& quamuis. Sigiſm. Caſtell.n. 63. Barboſ.n.15. locis citatis*, quod electio illa Abbatis Tullenſis potuit confirmari ex gratia Papæ; quod tamen habet difficultatem; quia reſponſio hæc innititur poſſibili, & Doctores contrariæ ſententiæ dicent, quod potuit eſſe, quod fuerit illa electio confirmata, quia fuit iudicata valida. Et pro huiuſmodi confirmatione ſtat præſumptio, quia non eſt facile, & conſuetum, quòd Papa electiones invalidas confirmet. Sed nihilominus dicitur; quòd reſponſio eſt bona, & ſufficit dicere, quòd electio illa potuit fuiſſe confirmata ex gratia Papæ, quia hoc ſufficit ad tollendam vim illi argumento; quòd vt probet, nedum debet afferre exemplum electionis factæ, cum ſex ſcrutatoribus, & confirmatæ, ſed confirmatæ non ex ſpeciali gratia, aliter exemplum non valet, nec probat. Ad alia argumenta dicitur, quòd numerus ſenarius ſcrutatorum nedum eſt ſuperfluus, & non vtilis, ſed damnoſus, & contra ſecretum electionis; quod reſpexit Concilium Lateranenſe, & poſtea Concilium Tridentinum volens electiones Regularium ita fieri ſecretè, vt nomina eligentium nunquam publicentur.

SVMMARIVM.

1 *Quo iure in Ordine Prædicatorum eligatur quartus ſcrutator. n. 24*
2 *Capitulum Generale non poteſt mutare caput quia propter.n.24.*
3 *Ordinatio de quarto ſcrutatore non fuit facta auctoritate Apoſtolica.n.24.*
4 *Ex eo quòd Conſtitutiones ſunt confirmatæ auctoritate Apoſtolica, Capitulum Generale non poteſt mutare formam ſtatutam in capite quia propter.n.24.*
5 *Capitulum Generale Religionum auctoritate ordinaria poteſt inſtituere electionem quarti ſcrutatoris. nu.25.*
6 *S. Congregatio admittit poſſe per ſuperiores inſtitui quartum ſcrutatorem.n.25.*
7 *Concilium Lateranenſe prohibet aſſumi quartum ſcrutatorem ab electoribus, non verò à ſuperioribus habentibus ius condendi leges.n.26.*
8 *Vbi ſcrutatores ſunt deſignati neceſſaria adeſt facultas addendi quartum ſcrutatorem, vt conſulatur fidelitati electionis.n.27.*
9 *Capitulum Generale non poteſt decernere, vt ſint ſolùm duo ſcrutatores. n.28.*
10 *In Ordine Minimorum fit electio ſine tribus ſcrutatoribus.n.28.*
11 *Solùm maiori parte conſentiente eligitur quartus ſcrutator.n.29.*
12 *Maior pars debet annuere iuſtæ inſtantiæ petentis quartum ſcrutatorem. n.29.*
13 *Conſuetudo derogat legi etiam munitæ decreto irritanti.n.30.*

14 *In*

Digitized by Google

34 *In quadragenaria præſcriptione non obſeruandi legem præſumitur Pontificis conſenſus.n.39.*
35 *Sententiam aſſerentem conſuetudinem derogare legi, non obſtante decreto irritante, non improbat Rota.n.30.*

24 Quæritur octavò. An in ſententia tenente, quòd ex decreto *dicti capitis quia propter* poſſint ſolùm aſſumi tres ſcrutatores, potuerit Capitulum generale Bononienſe 1564. pro Ordine Prædicatorum admittere, vt eligatur quartus ſcrutator, vel ſaltem hoc potuerit conſuetudine præſcribi. Difficultas eſt quantùm ad primam partem quæſtionis, quoniam Capitulum generale non poteſt mutare formam electionis in *d. cap.* contentam, & à Concilio generali Lateranenſi inſtitutam, cum inferior non poſſit mutare diſpoſitiones ſuperioris; Concilium autem generale longè ſuperius eſt ad Capitulum generale cuiuſcumque Religionis. Reſponderi poteſt ex *Caſtell. de elect. cap. 12. nu. 4.* quòd ordinatio illa Capituli Bononienſis fuit facta auctoritate Apoſtolica. *Donatus etiam d. q. 17. n. 8.* aſſerens poſſe eligi plures ſcrutatores, quàm quatuor ex indulto Apoſtolico, vel de iure ſpeciali approbato à Sede Apoſtolica, ſubdit. Nam in Ordine noſtro ad libitum intereſſentium poteſt eligi per viua ſuffragia quartus ſcrutator. Verum hæc reſponſio non ſatisfacit; ſpeciale enim indultum Sedis Apoſtolicæ conceſſum Ordini Prædicatorum eligendi quartum ſcrutatorem non apparet, nec ex dicto decreto & forma eligendi ſtatuta *in cap. Bonon.* 1564. quam de verbo ad verbum refert *Fontana v. electiones, in fine*, colligitur quod fuerit facta ex ſpeciali indulto Apoſtolico, ſed totum ibi factum fuit in hac parte auctoritate ordinaria Capituli generalis. Nec *in Gloſſ. Conſt. d. 2. c. 2. §. 1. L. A.* refertur ordinatio de quarto ſcrutatore, vt facta auctoritate Apoſtolica. Si vero intelligitur eam ordinationem habitam mediante auctoritate Apoſtolica, qua confirmatæ ſunt Conſtitutiones Ordinis, hoc deficit, nec ſatisfacit Tum primò quia illa ordinatio non eſt ſtatutum Conſtitutionis, ſed ordinatio Capituli generalis. Tum quia ex eo quod Conſtitutiones fuerunt approbatæ auctoritate Apoſtolica, non per hoc data eſt poteſtas Capitulo generali derogandi ſacris Canonibus, & mutandi formam electionis habendæ à ſacris Canonibus inſtitutam.

25 Dicitur igitur aliter, quòd Capitulum generale cuiuſcumque Ordinis, niſi id ſibi aliunde ſpecialiter ſit prohibitum, poteſt inſtituere, vt in electionibus eligatur quartus ſcrutator: quoniàm neque hoc eſt contrarium, vel prohibitum in *d. cap. quia propte. 1.* Vtraque pars probatur ex duabus declarationibus S. Congregationis, quas refert *Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 5. n. 10. ibi. Vota ſecreta intelligantur eſſe, etiam quod aliqui ſuperiores quatuor, aut quinque illa ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum Religionis, cap. quia propter de elect.* Et iterum. *Si electi fuerint à ſuperioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant, electio reputabitur ſecreta, & Canonica c. quia propter. de elect.* In his enim duabus declarationibus approbatur quaternarius numerus ſcrutatorum, vt inſtitutus ex ſtatuto. vel ordine ſuperiorum. Sentit igitur Sacra Congregatio, quòd poſſint Religionum Superiores, & ſcrutatores deſignare, & quartum ſcrutatorem addere, immò & quintum, & hoc non præiudicando *cap. quia propter.*

26 Probatur ſecundò ratione. Nam decretum *cap. quia propter* reſpicit electores, non verò ſuperiores electorum, quibus auctoritate Apoſtolica data eſt facultas gubernandi ordines, & dirigendi electiones. Etenim Concilium prohibere electoribus, ne augeant numerum electorum, de ipſis enim loquitur. Nam eiſdem præſentibus, & ab eiſdem, ſcrutatores ſunt aſſumendi regulariter, & Concilium vt conſulatur fidelitati, certitudini, & ſecreto electionis libertatem electorum reſtrinxit, ad numerum ternarium ſcrutatorum, & de electoribus loquuntur DD. ſupra citati, dum dicunt eſſe de forma, vt ſint tres ſcrutatores & non plures: ſed non propterea voluit reſtringere auctoritatem ſuperiorum, quin ſalno fine & intentione ſua, non poſſent ex rationabili cauſa & neceſſitate numerum ſcrutatorum aliquo modo augere. Modò ſic res ſe habet, quòd etſi augeatur, & ſtatuatur, quòd ſint quatuor vel quinque ſcrutatores, id, eſt vtilius ad fidelitatem, & certitudinem electionis confirmandam. & non multum præiudicat ſecreto eiuſdem electionis; vbi electio fiat per ſchedulas, vt dictum Capitulum Bononien. decreuit; ideo ſine præiudicio determinationis Concilij ſuperiores habentes iuriſdictionem ferendi leges, & dirigendi electiones poſſunt quartum, vel etiam quintum ſcrutatorem addere.

27 Hoc verò magis Confirmatur ex alio ſuppoſito, nimirum ſuppoſito, quòd per legem deſignati ſint ſcrutatores tres, vt ſcilicet ſint tres antiquiores, ſicut eſt ſtatutum in Ord. Præd. per Conſtitutiones authoritate Apoſtolica confirmatas. Nam in facultate determinandi ſcrutatores ad iſtam qualitatem electorum continetur facultas etiam augendi numerum illorum; quia poteſt contingere caſus, vt numerus trium, non ſit valde aptus ad fidelitatem, & certitudinem electionis, ſed ſit inter tres aliquis non adeo fide dignus, de quo poſſit ſuſpicio haberi, quin alios duos, vel quin duo alium tertium, & totum Capitulum decipiant. Ideo fuit opus in hoc ordine, in quo tres antiquiores ſunt ſcrutatores, addere quartum ad libitum intereſſentium, vt cum electores habent ſuſpicionem de aliquo ex tribus, ex additione quarti tollatur ſuſpicio ſine lite, & contentione, & neceſſitate examinandi, an ſcrutator ſit verè ſuſpectus de falſitate, & an debeat reijci a ſcrutinio.

28 Nec obſtat, ſi quis dicat, ſequi ex his, quòd Capitulum Generale poſſit etiam inſtituere, vt duo tantum ſint ſcrutatores, ſi Concilium ſolùm Electoribus non verò ſuperioribus, & Capitulis Generalibus prohibet addere quartum ſcrutatorem. Nã negatur cõſequentia argumenti; Concilium enim vult principaliter conſulere fidelitati, & certitudini electionis, quæ valde deminuerentur ſi eſſent ſolum duo ſcrutatores. Sed ſecretum cui Concilium dicitur conſuluiſſe prohibendo aſſumi plures ſcrutatores, quam tres, non diminuitur per additionem quarti ſcrutatoris; ideo non ademit facultatem Capitulis Generalibus addendi quartum ſcrutatorem, dato etiam, quod hanc facultatem abſtulerit ab electoribus. Reſponderi poſſet etiam ſecundo quod in ordine Minimorum ex ſpeciali ſtatuto Capitu-

pituli Gen. vnus ſolus adeſt propriè ſcutator, quem dicunt ſcribam, qui ſolus ſuffragantium ſchedulas recipit, & receptas numerat, aperit, & legit, & Capitulo publicat adeſſe electionem, licet tunc poſtea ſcrutatores accedant, vt habetur ex *Peyr. in ſubd. q. prima, cap. 31. not. 9. & in formul. Lit. E. c. 3. nu. 2.* Et quamuis non deſuerint, qui dixerint hoc ſtatutum eſſe contra Conciliũ Lateranenſe, in *cap. Quia propter*, tamen Peyrin. oppoſitum defendit, nedum ex virtute conſuetudinis pluſquam centenariæ, ſed quia ab anno 1520. Pontifices, Generales dicti Ord. eodem modo electos confirmarunt, & quia Sacre Cong. Regularium declarauit, quod dictus Ordo in tali modo eligendi perſeueraret. Et tandem hic non videtur eſſe caſus contra dictam legem; quia adſunt in ſubſtantia tres, aut etiam plures ſcrutatores; nam licet vnus ſcriba ſcrutetur ſingulorum vota, quando dantur ab electoribus, plures tamen ea data ſcrutantur, & legunt. Alias vero in ſcrutinio per ſchedulas parũ intereſt, quod omnes ſcrutatores ſingulorum ſchedulas clauſas recipiant, dum tamen omnes eas legunt. Nihilominus quia contigere de facili poteſt, vt ſchedulæ ab vno ſolo ſcriba nec fideliter numerentur, nec fideliter legantur, ſed ſcriba, illas commutet, & vnam pro altera ponat; & eo magis, quod omnes ſunt ab Ipſo ſcriba conſcriptæ, ipſe enim ſcriba eſt, qui duas, vel tres ſchedulas cuicumque electori ſcribit, & elector eam, quam vult in vrnam ponit. Cum igitur omnes ſchedulæ vnius ſcribæ manu ſint ſcriptæ, ſatis facile eſt, vt ſcriba dum ſchedulas numerat, vel aperit, vt legat, vnam pro alia ſuppoaat, niſi adſint ſcrutatores aliqui videntes de propinquo ipſum ſcribam ſchedulas colligentem, aperientem, & legentem. Ideo in ſententiæ eorum, qui dicunt mentem Concil. Later. eſſe, vt ſcrutatores ſint tres, & non pauciores difficile eſt ſuſtinere, quod illud ſtatutum in ſui initio fuerit validum; de cuius valore tamen modo non eſt dubitandum, tum ratione conſuetudinis, tum ratione declarationis S. Congregationis.

29 Hinc verò obiter aduertitur, quòd in dicta Ordinatione Capit. Bonon. 1564. dicitur, quòd Cõuentus poteſt addere quartum. Ex quo poſſet oriri dubium, an iſte quartus ſcrutator addendus ſit ad inſtantiam vnius electoris, vel minori partis electorum; quia ex vi dictæ ordinationis Conuentus eſt ille, qui poteſt addere quartum ſcrutatorem, vnus verò electorum, vel eorum minor pars non eſt Cõuentus. Ex alia verò parte videtur, quòd cum interſit cuiuslibet, vt electio ſit fidelis, & ſecreta poſſit quilibet habens ſuſpicionem de ſcrutatoribus inſtare pro quarto ſcrutatore. Sed dicitur; quod aliud eſt inſtare, & aliud eſt inſtantiam admittere. Quilibet poteſt inſtare, & petere quartum ſcrutatorem, ſed ſi electorum maior pars nolit petitionem admittere, non poteſt minor pars reclamare; quia non eſt cenſendus ſuſpectus aliquis ex ſcrutatoribus, vel non eſt cenſendum adeſſe neceſſitatem addendi quartum ſcrutatorem, vbi maior pars nec eam ſuſpicionem habet, nec cognoſcit illam neceſſitatem, & in his ſtandum eſt determinationi maioris partis *cap. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte.* Capit. ſed tamẽ maior pars iniuſtè ageret, ſi exiſtente iuſta ratione petentis quartũ ſcrutatorẽ, illa, hunc negaret concedere, Et poteſt, qui petijt appellare à determinatione maioris partis & proteſtari de nullitate. Quia maior pars Capituli non poteſt ad libitum, inſtantiæ legitimæ electoris alicuius aduerſari. Vnde vbi vocalis reddat cauſam iuſtam petitionis quarti ſcrutatoris, maior pars debet aſſuere.

30 Quantum verò ad ſecundam partem, pendet reſolutio à determinatione illius quæſt: an contra legem Canonicam munitam decreto irritante præualere poſſit conſuetudo, circa quam quæſtionem alibi teuui, ſicut teneo, conſuetudinem præualere poſſe, quia *cap. final. de conſuetud.* non diſtinguit, ſed abſolutè docet, quod conſuetudo rationabilis, & legitimè præſcripta derogat legi Canonicæ. Vnde contraria opinio nullo textu munita diſtinguit, vbi non diſtinguit lex; & ſi lex aliqua ſit munita decreto irritanti facit, quod vbi lex viget, factum contra legẽ ſit ipſo iure irritum, ſed non facit, quod lex nõ poſſit conſuetudine abrogari, volente, & permittente Pontifice, & Canonica lege. Ad minus autem in quadragenaria præſcriptione, non obſeruandi legem, præſumitur Pontifex conſentire vt lex contra quam eſt conſuetudo non obliget, & lex Canonica hoc idem decernit. Vnde quamuis in hac parte, quod non poſſit ex conſuetudine addi quartus ſcrutator teneant, *Sigiſm. & Barboſa locis ſupra c.* fundati in ea ſententia, quod lex *cap. Quia propter* ſit munita decreto irritanti, & in *deciſ. Rotæ in Treueren. Abbatiæ* tamen eadem Rota ſent[illegible] *rez lib. 7. de legibus cap. 19. num. 14.* & alior[illegible] mantium, quod conſuetudo rationabili[illegible] nè præſcripta præualeat etiam contra dec[illegible] irritans, non putat improbabilem, nec eam [illegible] ſed oſtendit ſententiam illam *Suarez*, non h[illegible] locum in caſu illo, de quo Rota diſputabat [illegible] iam ferè tranſierint centum anni ex quo in Re[illegible] ne Prædicatorum eſt conſuetudo eligendi q[illegible] ſcrutatorẽ, etiam ratione conſuetudinis [illegible] vſus eligendi hunc quartũ ſcrutatorem ad vo[illegible] tem Conuentus. Semper tamen debet aduerti[illegible] vbi tractetur de iure aliquo Eccleſiæ præſcribe[illegible] ſeruandæ ſunt Conſtit. Pontificum, & præ[illegible] Bulla in Cœna Domini, & Conſtit. Vrbani Octaui excipientis ſolam conſuetudinem centenariam, vel talem immemorabilem, quæ habeat conditiones ibi requiſitas.

S V M M A R I V M.

1 *Quales debent eſſe Scrutatores. num. 31.*

2 *Scrutatores non debent eſſe cœci, vel ſurdi. nu. 31.*

3 *Etiam nunc in ſcrutinio per ſchedulas, eſt neceſſe, quod Scrutator non ſit ſurdus. n. 31.*

4 *Si cœcitas, vel ſurditas non ſit notabilis, electio ſuſtinetur. n. 31.*

5 *Scrutatores debent carere omni alio impedimento naturali. nu. 31.*

6 *Debent eſſe fide digni. n. 32.*

7 *Hæc conditio eſt de iuſtitia, non de ſubſtantia. n[illegible] mer. 32.*

8 *Scrutatores eſſe fide dignos præſumitur, niſi o[illegible] ſitum probetur. n. 32.*

9 *Qui poſſunt excludi ab electione, poſſunt exc[illegible], ne ſint ſcrutatores. n. 33.*

10 *Criminoſi, & qui nõ poſſunt excludi ab e[illegible]one, nec poſſe excludi, ne ſint ſcrutatores, niſi a[illegible]d obſtet, quod canonicè probetur. nu. 33.*

11 E[illegible]

31 *Excommunicati, ſuſpenſi &c. quomodo poſſint, vel non poſſint eſſe ſcrutatores. n.33.*
32 *Infames infamia puri facti, poſſunt eſſe ſcrutatores. n.34.*
33 *Electio in qua tales ſunt ſcrutatores, non eſt caſſanda. n.34.*
34 *Electores, qui conſenſerunt in tales ſcrutatores, non poſſunt reſilire. nu.34.*
35 *Oppoſitiones contra ſcrutatores debent probari coram Capitulo. n.35.*

31 Quæritur nonò. Quales debeant eſſe ſcrutatores? Eſt certum, quòd in electione, quæ fit per ſchedulas ſcrutatores non debent eſſe cœci, neque ſurdi, ſed tales, qui poſſint & ſchedulas legere, & ſuffragantium numerum ſcribere, & publicationem ſcrutinij audire. Sed etſi fiat electio per ſcrutinium auricularem, neceſſe eſt, vt nedum ſcrutatores non ſint ſurdi, ſed poſſint audire vocem eligentium, ſed etiā quod non ſint, cœci vt & poſſint videre eligentes, & ſcribere, & adnotare numerū votorum ſuffragantiū huic, vel illi. Et propterea in Ordin. Prædicatorum hoc expreſsè adnotatur in *Gloſſa Conſtit. d.2. cap.2. §.5. Lit. E. Vrecanus tamen par.3. cap.3. fin.* putat, cum proceditur per ſcrutinium, & ſcrutinium ſcripto formatur, non poſſe opponi ſcrutatori ſurditatem. Vnde & *Caſtell. de elect. cap.12. num.2.* Solum impedimentum cœcitatis exprimit. Sed meliùs *Camill. de direc. elect. par.1. cap.15. num.3.* vtriuſque impedimenti mentionem facit, & Gloſſa præfata licet loquatur de electione, quæ in Ordine Prædic. non fit niſi per ſchedulas, requirit in ſcrutatore & liberum viſum, & liberum auditum; quia ſcrutator debet audire publicationem ſcrutinij, aliter tam ipſe, quam Capitulum poſſet decipi ab alijs duobus ſcrutatoribus publicantibus maiorem, vel minorem numerum ſuffragiorum pro aliquo, quàm in veritate habuerit; debet igitur ſcrutator nō eſſe impeditus à ſingulo ex illis actibus, qui ad illum pertinent. Cum tamē de hoc nō habeamus legē ſpecialē poſitiuam, ſed ſolum naturalem ſcrutinio, ſi cœcitas, vel ſurditas non erit tanta, quæ impediat notabiliter actus ſcrutinii neceſſario habendos à ſingulo ſcrutatorum, & qui ſunt de ſubſtantia ſcrutinij, electio facta à ſcrutatoribus cœcis aliquo modo, vel ſurdis, ſuſtinebitur. Et quod dictum eſt de cœcitate, & ſurditate, dicitur de omni alia infirmitate, & impedimento, quod ſcrutatorem in aliquo actu ſcrutinij impediat. *Caſtell. Feſtus, Camillus, locis citatis.*

32 Præterea verò neceſſe eſt, vt ſcrutatores ſint fide digni, hoc enim exprimitur in dicto *cap. Quia propter.* Sed hanc conditionem non eſſe de ſubſtantia, ſed de iuſtitia tenet *Panorm. ibid. num.16.* quia in textu fuit poſitum potiùs admonendo, quam quid ſubſtantiale inducendo, & iſta idoneitas præſumitur, vt in *cap. final. de præſumpt.* Et ita in hoc *Panorm. ſequuntur Sylu. v. elect.2. num.12. fin. Tabien. v. elect.1. num.19. Caſtell. de elect. cap.12. num.1. Donatus dict. tract.1. q.18. nu.3.* Sed ſcrutatores præſumi fide dignos, niſi aliquid Canonicè obijciatur contra eos, & probetur tenuerunt *Hoſt. in d. c. Quia propter, & Boer. ad Mandagot. de elect. par.1. cap.28. ſub Lit. F.* quos refert. *Caſtel. loco cit.*

33 Regula etiam generalis eſt, quòd qualitas mala, quæ excludit à iure eligendi, ſeu ab exercitio electionis, excludit etiam ab officio ſcrutatoris, cū ſcrutatores debeant eſſe de Collegio eligentium. Ideo excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, priuati voto nō tolerati, &c. non poſſunt eſſe ſcrutatores & excōmunicati tolerati, licet conſentientibus vocalibus ſicut admittuntur ad vocem, poſſint admitti ad ſcrutinium habendum tamen vno ſolo opponente, ſi excommunicatio probetur in iudicio electio nulla videri poterit, tanquam facta ab inualidò ſcrutatore. Nam licet ſi excommunicatus ille non eſſet ſcrutator, electio non eſſet caſſanda, ſi cōſtaret electum fuiſſe nominatum à maiori parte dempto excommunicato, tamen ſi talis excommunicatus ſit ſcrutator, & probetur excommunicatio, quam ante electionem aliquis electorum oppoſuit, electio videtur dicēda nulla; quia facta ex ſolis duobus ſcrutatoribus vocem habentibus in electione. Sed oppoſitum eſt dicendum, quia ad valorem ſcrutinij ſufficit quod ſcrutatores ſint de Collegio. At verò de Collegio Electorum ſunt omnes, qui quaſi poſſident ius eligendi, & legitimè ad eligendum admittuntur. Ideo etiam ſi votum ſcrutatoris poſtea iudicetur nullum, non per hoc eſt nullum ſcrutiniū, quod per tres de Collegio fuit factum. Cum ergo in præcedentibus latè *cap.10. dictum ſit,* quando excommunicati, & alij criminoſi, & inhabiles excludi poſſint, vel admitti ad eligendū, qui nullo modo excludi poſſunt ab electione, nec poſſunt excludi à ſcrutinio habendo, niſi aliud obſtet, quod Canonicè obijciatur, & probetur.

34 Propterea ſupra etiam dictum eſt, quod infames infamia puri facti poſſunt eſſe ſcrutatores, quia ſcrutatores eſſe fide dignos nō ſit de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, ideo ſi Capitulum in tales ſcrutatores, vel ſic infames, vel aliunde minùs fide dignos conſentiat, electio nedum non eſt ipſo iure nulla, ſed nec ad inſtantiam alicuius eſt caſſanda. Immo Capitulum quod in tales ſcrutatores conſentit, non poſſe ampliùs reſilire ex *Hoſtien. Biax & Cuch.* tradit *Sigiſm. à Bonon. dub.83. num.9.*

35 Et ſi quis non conſentiens opponat aliquem non eſſe dignum fide, vt excludat cum à ſcrutinio, debet oppoſitionem ſaltem coram Electoribus, & Capitulo probare; ſi ante Capitulum non fuerit coram iudice competēte probata; quia Electores præſumuntur fide dignos elegiſſe, niſi contrarium probetur, vt *Panorm. & alij ſupra citati docent.*

SVMMARIVM.

1 *An aſſumi poſſit, vel etiam ſit neceſſe aſſumere Notarium, & teſtes, vt interſint ſcrutinio? nu.36.*
2 *Diuerſæ opiniones circa quaſt. nu.36.*
3 *Nulla eſt neceſsitas Notarij, vel teſtium in ſcrutinio. n.37.*
4 *Ad conſcribenda vota eligentium non eſt neceſſarius Notarius. n.37.*
5 *Neque ſunt neceſſarij teſtes. n.37.*
6 *Nec Notarius nec teſtes ſunt neceſſarij, vt videāt & fidem faciant de ſcrutinio. n.37.*
7 *Scrutatores ſunt teſtes ex officio. nu.37.*
8 *Vbi electores ſint tres, vel duo, non eſt neceſſarius Notarius, vel teſtes. nu.38.*
9 *Vnus elector eligit ſine ſcrutinio. n.38.*

10 Licet

10 *Licet poſsit adhiberi Notarius, tutius eſt abſtinere. num.39.*
11 *Teſtes ad videndum vota non poſsunt adhiberi. numer.39.*
12 *Præſentia Notarij & teſtium ſuperflua, n.39.*
13 *Scrutinium fieri debet in loco patenti. nu.39.*
14 *Notarius poteſt eſse laicus, ſicut etiam teſtes. numer.40.*
15 *Superiores Regularium poſsunt inſtituere Notarios Religioſos. num.40.*
16 *Si Notarius, aut teſtes adhibendi ſunt, tutius eſt, vt ſint Religioſi. nu.40.*

36 QVæritur decimò. An ad ſcrutandum vota electorum præter tres ſcrutatores aſſumi poſſit, immò debeat Notarius & cum eo teſtes. Poſſe verò adhiberi Notarium ad ſcribendum vota electorum, affirmàt *Gloſſa in dicto cap. Quia propter, v. redacta*. Et alij, qui hoc ſupponentes, quærunt an iſte Notarius debeat eſſe clericus, vel laicus, *Rota in Treueren. Abbatiæ, ſeu deciſ.* 54 *tom.3. recent. num.* 12. Nam debere eſſe Clericum docent *Hoſtienſ. in ſum. de elect. §. qualiter facienda, verſ. in ſcriptis redacta, Abbas antiq. Pet. & Aegid. arg. ex cap. Maſsana de electione*, vbi caſſatur electio propter interuentum laicorum. Et idem verius eſſe ſenſit Additionator ad *Panorm. ibi num.10. verſ. Notarius*, & honeſtius eſſe exiſtimat *Sigiſm. de elect. dub.41. num.11*. Sed *Panorm. d. nu.10.* veriùs putat laicum poſſe eſſe Notarium aſſumptũ ad redigendum in ſcriptis vota eligentium, quod firmatum fuiſſe conſuetud. tradidit *Io. Andr. in c.1. de procur. in ſexto*. & tenuit *ſpecul. in tit. de inſtrum. edend. v. quid ergo tabellio. Tabien. v. electio nu.19. v. textum Laurent. de Peyr. in ſubd. q.1. cap.31. §.8. verſ. dico* 11. vbi quod de iuſſu Regulæ Minimorum debet eſſe de corpore Capituli, *Lezana par.1. cap.55. num.20.* De teſtibus autem præfati DD. non loquũtur, & ſupponunt eoſdem non eſſe adhibendos in ſcrutinio, præter *Sigiſm.* qui in forma conſcribendi decretum electionis, quam ponit *d. cap. num.9.* vult, quod etiam teſtes ſimul cum Notario adſint ſcrutinio, & videant ſcrutatores redigere vota in ſcriptis, ipſe tamen nec ponit Notarium poſſe adeſſe, vt redigat vota eligentium in ſcriptis, ſed ſolum vt hoc videat, & de eo per publicum inſtrumentum fidem facere valeat. Sed de neceſſitate Notarij ad conſcribendum decretum electionis transmittendum ad confirmatorem erit ſermo ſuo loco. *Samuel. etiam tract.1. diſp.3. contr.6. num.14.* putat de ſubſtantia electionis eſſe, vt per ſcrutatores, & non per Notarium vota electorum ſcribantur, quia aliter fieret contra ſecretum inſtitutum à *Conc. Trid.*

37 Nunc dicitur primò: nullam eſſe neceſſitatem Notarij, vel teſtium ad redigendum in ſcriptis vota eligentium, vel ad quemcumque alium effectum circa ſcrutinium præſtandum. Docet hoc *Gloſsa ad d. cap. Quia propter, v. redacta*, vbi aſſerit ſufficere, quod vota conſcribantur, vel per ſcrutatores, vel vel per Tabellionem. *Hoſtienſ. loco citato*, aſſerens immò tutius eſſe, vt per ſcrutatores hoc fiat. Et *Panorm. ad d. cap. quia propter, num.9.* vbi quod mens textus ſit, vt ſcrutatores per aliquem eorũ debeant vota redigere in ſcriptis priuatis. Et *Io. Andr. ad dictum caput*, vbi quod non intereſt, an hæc ſcriptura ſit publica, vel priuatã, quòd tenet *Sylu. v. electio 2. num.12. ver. Octauo. Tabien. v. electio 1. num.19. v. ſextum Donatus d. tract.1. q.17. num.15.* Et certè ſi attentè textus legatur, apparet mentem eius eſſe, vt vota eligentium ab ipſis ſcrutatoribus ſcribantur. Quamuis enim textus non exprimat, quis vota ſcribere debeat, cum tamen tam antecedenter, quam conſequenter loquatur de ſcrutatoribus, quibus præcipitur, & vt vota exquirant, & vt vota in ſcriptis redacta mox publicent in communi; ſenſus manifeſtus eſt, quod ipſi ſcrutatores vota exquiſita ſcribant, & à ſe ſcripta publicent. Ad conſcribendum igitur vota non eſt neceſſarius Notarius, minùs verò ſunt neceſſarij teſtes, cum ſufficiat ſcriptura priuata, & ſcrutatores ſint electi à iure, vt ſint teſtes in hac parte: immò ſi teſtes adhiberentur ad videndum vota eligentium eſſent ſicuti ſcrutatores, & hoc eſſet teſtes multiplicare. Quòd verò Notarius, & teſtes non ſint neceſſarij, nec etiã vt videant ſcrutinium, & de eo teſtimonium ferant, hoc colligitur ex eo, quòd Concilium propter hoc decreuit aſſumi fide dignos in ſcrutatores, quia ipſe in hac parte conſtituuntur vt teſtes ex officio, quibus præſtanda ſit fides, vt bene aduertit *Panorm. loco citato*. Quod magis infra probabitur, cum ſuo loco Deo dante demonſtrabitur, decretum electionis non eſſe neceſſariò ſubſcribendum à Notario, ſed ſufficere ſubſcriptionem ſcrutatorum. Et ita in Ordine Prædicatorum nullis teſtibus ac Notario adhibitis, ipſi ſcrutatores ſchedulas electionis aperiunt, & deſcriptis ijs, qui in ſchedulis nominantur, & numero votorum cuicumq; illorum fauentium adnotato, ſcriptum poſtea publicant.

38 Et hoc ampliatur, vt non ſit neceſſitas Notarij, & teſtiũ, vt adſint ſcrutinio, etiã ſi electores ſint tantùm tres, vel duo, vel vnus. Quia tunc cum ijdem ſint ſcrutatores, & electores, & Cõuentus, ſeu Collegium, non indigent Notario, qui Cõuentui fidem faciat de numero votorum, cum hoc ex ſcriptura eorumdem ſit manifeſtum. Qualiter verò tunc conſtare debeat de electione facta poſt ſcrutinium, infra dicetur. Et cum vnus ſolus eſt elector non eſt neceſſarium ſcrutinium, ſed ille vnus ſtatim nomine Conuentus publicè etiam, & notoriè eligere poteſt, quem iudicet eligendum.

39 Dico ſecundò, quòd quàmuis ſecundùm præfatos DD. poſſit in ſcrutinio adhiberi Notarius verè tamen hoc eſt parùm conforme textui *d. cap. quia propter*, & vt dixit *Hoſt.* tutius eſt, vt vota à ſcrutatoribus redigantur in ſcriptis, quia vt aduertit *Panorm.* hæc eſt mens illius textus. Et hoc eo magis eſt verum nunc, cum iterum ex decreto Concil. Trid. electio in Regularibus maximè ſecreta debet eſſe, & ita vt nomina electorum non publicentur. Nam ſi Notarius & teſtes maximè in ſcrutinio auriculari, & audiant electores nominantes, & vel ipſi vota conſcribant, vel videant ſcripturam ſcrutatorum, iam ſex perſonis ad minus ſunt manifeſta vota eligentium. Ideò teſtes non poſſunt vllo modo adhiberi, vt videant vota eligentium, ſed hoc eſt contrarium textui; eſt enim multiplicare ſcrutatores, & cognitores votorum; & propterea DD. ſupracitati admittentes poſſe adhiberi Notarium ad cõſcribendum vota, nihil dicunt de teſtibus, & ſupponunt eos non poſſe admitti. Sed etiam ſi vel ſcrutinium fiat per ſchedulas complicatas, vel ipſi non

videant

videant ſcripturam ſcrutatorum, ſuperflua eſt illorum aſſiſtentia, & ſufficit quòd (prout fit in Ordine Prædicatorum) locus vbi ſcrutatores ſcrutantur ſit apertus, & poſitus in proſpectu electorum, vt ab omnibus ſcrutatores vota exquirentes, & in ſcriptis redigentes videri poſſint.

40 Dicitur tertiò; quòd in caſu, in quo licet adhibere Notarium, & teſtes, tam Notarius, quam teſtes poſſunt eſſe ſeculares. Quoniam Notarius ſcribendo nullam exercet iuriſdictionem, vel authoritatem, nec miniſtrat aliquod ſpirituale, ſed præbet nudum miniſteriũ, & officium: ſicut & procurator in re ſpirituali, qui non repellitur à procuratione ex eo, quòd ſit laicus *cap.1.de procur.* Quia tamen modo ex priuilegio per Pium V. conceſſo Ord. Præd. die 21. Martij 1571. Superiores Ordinum poſſunt creare Notarios, meliùs erit in electionibus vti huiuſmodi Notarijs Eccleſiaſticis, vbi opus ſit Notario. Et idem de teſtibus dicitur. Aduertendũ etiam, quod in Monialium electionibus ſpecialis eſt ratio adhibendi Notarium, cum non adſint vocales ſcrutatores electi de Capitulo Monialium, ſed extranei vota earum in ſcriptis redigant, nec Abbatiſſarum, aut Prioriſſarum electio formæ, *cap. quia propter* ſit ſubiecta. Et Ideo Sac. Congreg. Regularium teſte *Nicolio v. Abbatiſſa num.5.* decreuit, quòd Epiſcopus in Abbatiſſæ electione debet tenere aſſiſtentes duos Sacerdotes, moribus, & ætate graues, qui teſtimonium reddere poſſint illius actionis. 1578. Anuerſa 17. Iunij & ad id Notarium publicum adhibere 1609. Lecce 27. Maij.

SVMMARIVM.

1 *An ſcrutatoribus ſit præſtanda fide. nu.41.*
2 *Scrutatoribus etiam duobus credendum eſt, etiam ſi Electores diſſentiant. nu.41.*
3 *Hoc euidens vbi ſoli ſcrutatores conſcribunt vota. num.42.*
4 *Si ſcrutatores diſcordent à propria ſcriptura, & electoribus res dubia eſt. nu.43.*
5 *Etiam ſi diſcordent à ſola ſcriptura. n. 43.*
6 *Si vnus ſolus ſcrutatorum concordet cum ſcriptura & electoribus ei creditur. n.43.*
7 *In his caſibus poteſt habere locum arbitrium iudicis. n.43.*
8 *Vbi adhibetur Notarius, ſi cum eo conſentiãt, etiam ſcrutatores, eis eſt credendum. nu.44.*
9 *Si omnes ſcrutatores diſſentiente Notario conueniant, eis eſt credendum. nu.44.*
10 *Si duo ſcrutatores diſſentiant, vno conueniente cũ Notario, credendum erit Notario, ſi maior pars electorum etiam conſentiat. n.44.*
11 *Tutius eſt non adhibere Notarium ad conſcribendum vota, immo hoc eſt contra textum. nu.44.*

41 QVæritur vndecimò. An ſcrutatoribus ſit præſtanda fides. Eſſe credendum ſcrutatoribus, cum ad officium conſcribẽdi, & publicandi vota electi ſint, docet *Panorm. d. cap. Quia propter num.9. fin.* & probatur, *ex cap. cum dilectus 32. de elect.* vbi expreſsè decernitur, quòd vbi tres vel duo Compromiſſarij, ſeu ſcrutatores iurati affirmauerint aliquem fuiſſe à maiori parte nominatum, illis fides adhibeatur, etiam ſi electores diſcordent, quia electores ſunt teſtes ſingulares.

42 Et quidem vbi in ſcrutinio non ſint aſſumpti niſi tres ſcrutatores, res iſta eſt ſine difficultate; quia ſi vel omnes tres, vel duo ex illis (ſi opus eſt) iurati conſentiant, & dicant aliquem à tot nominatum fuiſſe, illis credendum eſt, etiam ſi vocales aſſerant ſe præfatum, vel non nominaſſe in tanto numero, vel in numero maiori eo, qui refertur. Hoc enim ex dicto capite probatur, & tenent, *Panorm. citatus, Hoſtien. in ſum. trac. de elect. §. Qualiter facienda, ver. ſed eſto Bairius p.2. cap.28. num.3. Caſtel. de elect. c.12. num.19. Sigiſm. à Bonon. dub.21. in fine Lauorius tamen cap.19. num.110.* docens ſtandum eſſe ſcrutinio, & ſcrutatoribus hunc limitat, niſi opponentes ſecum habeant ad minus vnum ex ſcrutatoribus, ſiue Notarium, & citat *Rotam in vnam Leodien. Decanatus 29. Nouemb. 1608. coram Lancellotto.* Sed non eſt recedendum à priori ſententia. Quia vbi duo ſcrutatores conueniunt adſunt duo teſtes, contra vnum, ſi alius ſcrutator, vel Notarius diſſentiat. electores enim, ſeu opponentes ſunt teſtes ſingulares, vt in *d. cap. cum dilectus decernitur.*

43 Sed quid dicẽdum vbi ſcrutatores in publicando vota diſcordent ab electoribus, & ab illorum ſcriptura? *Hoſtienſ. loco citato inquit,* quod ſi omnes tres ſcrutatores hoc modo diſcordent, poteſt dubitari, an electio ſit valida. Quod verum eſſe credo etiam ſi omnes ſcrutatores diſcordarent à ſola ſcriptura. Sed ſi ſcrutatorum ſaltem vnus concordat cum ſcriptura, & cum electoribus, planũ eſt, quod ſcripturæ, ſtatur. *arg. C. de numer. pecun. auth. contra qui propriam, & cap. generaliter. & cap. per tuas. de probat.* Sic enim propria ſcriptura obſtat, *cap. ſaluberrimum 1. q.7. & cap. omnes Fœminæ 27. q.1. & cap. Vidua, 20. q.1.* Alij enim ſibi ipſis ſunt contrarij, *cap. ſicut nobis. de teſtib.* ſubdit tamen *Hoſtienſ.* poſſe hæc omnia committi *arb. iudicis. arg. in aut. de inſtr. cautela, §. ſi vero aliquid.*

44 At In caſu in quo ſimul cum ſcrutatoribus nõ concordibus inter ſe eſſet Notarius, qui conſcripſerit vota eligentium, ſi ex vna parte publicato ſcrutinio negantur vota, & omnes electores concordant cum Notario. eis eſt ſine dubio ſtandum, cum alij ſint teſtes ſingolares. Sed ſi duo ſcrutatores diſcordant, & cum eo vnus ſcrutatorum concordat, illi fidem ſibi derogant, quia tabellio vni teſti comparatur, *l. hac conſultiſsima, C. de his, qui teſt. fac. poſ.* & ſic ex qualibet parte inueniuntur duo teſtes. Ita *Hoſtienſ. loco citato.* Qui ſubdit, quod in hac parte fortè dicto duorum, qui haberent ſecum maiorem partem electorum crederetur, quia quilibet veritatem exprimit ſuæ partis, quæ corroboratur dicto duorum, vnde hic tres, & ibi duo tantùm. Sed poſſet eſſe, quod omnia eſſent æqualia, vnde adhuc eſſet locus diſſenſioni, Quamobrem tutius eſſet, vt ipſi ſcrutatores conſcribant vota, quia omnino creditur dicto duorum. Hæc *Hoſt.* In caſu tamen præfato, & ſi tres ſcrutatores diſcordarent à Notario, etiam ſi cum Notario conuenirent electores, ſcrutatoribus eſſet credendum, quia eſſent tres teſtes contra vnum, vel duo, ſi etiam velimus; quod ex electoribus, qui ſunt teſtes ſingulares vnus integer teſtis conflerur. Sed nedum ad has dubietates fugiendas, ſed quia contra textum eſt, non eſt adhibendus tabellio ad vota conſcribenda.

CAPVT XVII.

De ſecreto electionis, & forma eligendi ſtatuta per Concil. Tridentinum.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Concilij de ſecreta electione. num.1.*

1 HOc primò præcipitur in Concil. Lateran. vt aſſumpti ſcrutatores ſecretè vota eligentium exquirant. Quod in Concilio Trid. ſeſſ. 25. de Regul. cap.6. ſtrictiùs decernitur, & extenditur per hæc verba. *In electione Superiorum quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum Officialium, ac Generalium, & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quò omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit, omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina nunquam publicentur, &c.* Et infra. *Si verò huius contra decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit, electio irrita ſit.*

SVMMARIVM.

1 *Quorum electiones comprehendantur in hoc decreto. num.2.*
2 *Decretum concilij non ſe extendit ad electiones Epiſcoporum & Abbatuum perpetuorum. n.2.*
3 *Non ſolas electiones ſuperiorum comprehendit decretum concilij, ſed etiam Abbatiſſarum. nu. 2.*
4 *Non ſe extendit ad alios officiales præter ſuperiores locales Conuentuum, aut maiores. num.3.*
5 *Quid fiat in Ord. Prædicatorum circa alios officiales. n. 3.*

2 ESt autem circa hoc quærendum primò, quorum electiones ſint comprehenſæ in hoc decreto Concil. Tridentini? Nam in decreto *cap. Quia propter de electione* comprehenduntur ſolum Prælati, ex quorum morte Eccleſiæ ſunt viduatæ, & qui vniuerſalem iuriſdictionem exercent, vt dictum eſt ſupra *cap.3.p.4* Sed in decreto Concil. Trid. Non omnes Prælati comprehēduntur; Neq; enim ad Epiſcopos vel Abbates ſæculares perpetuos decretum illud ſe extendit, ſed ſolùm ad Prælatos Regulares. Nam in ea parte ponitur á Sacro Concilio, in qua agit de Regularibus. & expreſſe ex verbis dicti decreti habetur, quod de Abbatibus temporalibus, quales ſunt Regulares, & de alijs ſuperioribus Regularibus, Non verò de Epiſcopis & ſecularibus Prælatis aliquid ibi diſponit, niſi quia in Ordine Prædicatorū & in Societate, Generales ſunt perpetui, expreſsè facit mentionem Generalium, vt illos comprehendat. Et hoc ſupponunt DD. omnes, nec aliquem vidi, qui oppoſitum doceat. Sed alia ex parte hoc decretum Concilij excedit *cap. Quia propter*, quia in eo comprehenduntur nedum Prælati ad quos ſolum ſe extendit *cap: Quia propter*, ſed etiam Abbatiſſæ, & Prioriſſæ, vel Præpoſitæ Monaſterijs, quocumque nomine vocentur.

5 Sed dubium eſt, an præter Prælatorum electiones comprehendantur etiam nominationes aliorum quorumcumque officialium? Videtur enim ita eſſe dicendum, quia in textu dicitur. *In electione ſuperiorum &c. Et aliorum officialium, ac Generalium &c.* Non igitur eſt ſermo de ſolis ſuperioribus, ſed de quibuſcumque officialibus, qui à Collegijs, vel Capitulis eliguntur. In contrarium tamen eſt praxis; Nam in Religionibus Generales quidem, & Prouinciales, aut etiam Prælati locales eliguntur ſeruata forma Concilij Tridentini, ſed alij officiales aliquando etiam per publica ſuffragia eliguntur. Dicitur igitur verbum illud, *Et aliorum officialium* Ex antecedentibus, & ſubſequentibus habere limitationem, & interpretationem, vt intelligatur de illis officialibus, qui ſuperiores ſunt Monaſteriorum, & Conuentuum, quos quia diuerſo nomine nuncupantur, nimirum vel Prouinciales, vel Priores, vel Guardiani, vel Præpoſiti, vel Rectores, omnes Concil: comprehendit ſub illo nomine officialium, quod quia ponitur ad explicandam extenſionem illius clauſulæ, *In electione ſuperiorum quorumcumque* intelligitur de omnibus officialibus, qui ſint aliqui ſuperiores, quicumq; illi ſint. Exprexit vero etiam Generales ratione dicta, & etiam quia ſub generalitate officiorum non fuiſſent intellecti, quia ſunt digni ſpeciali expreſſione propter ſupremam authoritatem; & exprimit etiam Abbatiſſas, quia niſi id exprexiſſet, decretum illud non comprehendiſſet fœminas. De ſolis igitur ſuperioribus ſiue locorum, ſiue Prouinciarum, ſiue Religionum, & ſiue Monaſteriorū, virorum ſiue mulierum Concilium loquitur. Cæterum alij officiales iuxta cuiuſcumque Ordinis ſtatuta eligi debent. In Ordine Prædicatorum prout decernitur in *c. Bonon.* 1564. eligi debent per ſchedulas & ſcrutinium ſecretum; Diffinitores Capituli Generalis, & Prouincialis, & ſocij Prioris euntis ad Capitulum Prouinciale, aut electores Prouincialis & Generalis, aliæ verò electiones fiunt vel per vota publica, vel etiam per vota ſecreta, ſed non per ſchedulas, ſed per fabas.

SVMMARIVM.

1 *An fieri poſſit electio per ſcrutinium auriculare. numer.4.*
2 *Non poſſe fieri aliqui ſentiunt. n.4.*
3 *Forma cap. Quia propter non ablata per Concil Tridentinum. nu.4.5.*
4 *Electio fieri poteſt per ſcrutinium auriculare. numer. 5.6.*
5 *Præter ſcrutatores deputatos, non poſſunt in ſcrutinio aſſumi teſtes. num.6.*
6 *Electio Abbatiſſarum fieri poteſt auriculariter. numer.6.*
7 *Ex vi Concil. non eſt neceſſarium maius ſecretum in electionibus virorum, quam Abbatiſſarum. numer.7.*
8 *Electio ſecreta, licet ſcrutatores ſciant nomina eligentium. num.7.*
9 *Non prohibentur ſcrutatores ſcire, ſed publicare nomina eligentium. n.7.*

10 *Non*

Digitized by Google

10 *Non publicantur vota eligentium ex eo, quod manifeſta fiunt ſcrutatoribus. nu.7.*

11 *De oraculo Pij Quinti non plene conſtat. num.8.*

4 QVæritur Secundo, an modo Prælatorum electiones fieri poſſint per ſcrutinium ſecretum quidem iuxta formam *Cap. Quia propter*, ſed tamen auriculare? Ita ſcilicet vt non fiat per ſchedulas, ſed electoribus ad aurem ſcrutatoribus, quem volunt eligere, nominantibus? Nam nunc ex vi decreti Concil. Trid. ſcrutinium auriculare eſſe prohibitum, & non valere electionem niſi fiat per ſchedulas tenent *Miranda tom.2. q.23.ar.15. Caſtell. de elect.cap.4.n.62. Donatus p.3.trac.1. quæſt.6. nu.7.* Et fundantur primò in vno oraculo viuæ vocis dato à Pio quinto Card. Cribello, quod recenſet *Emanuel.Rodriq.* in ſua compilatione priuilegiorum Mendicantium poſt bullas Pij Quinti *tom.2.num.* 4. & ſonat in hæc verba. *Declarauit ſanctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter Dominus Pius diuina prouidentia Papa quintus viuæ vocis oraculo nobis facto die 12. Maij 1568. quo declarauit ad mentem Concilij cap 6. ſeſſ.25. de Regular. ad ſupplicationem multorum Religioſorum, vt omnes electiones fiant per vota ſecreta medijs ſchedulis, & nunquam publicentur eligentium nomina; & peracto ſcrutinio eorum, qui plura habent ſuffragia vltra medietatem, habeantur electi. Quo facto coram Capitulo crementur ſchedulæ, irritando electiones, quæ non ſeruauerint prædictum modum.* Et ratione etiam probatur; quia in ſcrutinio auriculari nomina eligentium publicantur ſcrutatoribus; vnde & per ſcrutatores publicari poſſunt omnibus, quorum vtrumque prohibitum eſt in Concil. Tridentino. Et propterea cum ſecundum *Cap. Quia propter* electio fieri poſſet, per ſcrutinium auriculare, immò ſic fieri deberet per tradita à *Bocr. deciſ.1.num.35. & Cucb.l.4.de elect. n.212.* ideo Miranda locò citato tenet, quòd per Concil. Trid. forma *cap. Quia propter* ſit abrogata.

5 Verùm econtra formam *cap. Quia propter* non fuiſſe abolitam per Concil. Trident. ex *Rodriq.* & Azorio tenuit Rota in Meten. Monaſterij coram *Coccino 5. Iunij 1521. in fin.* Et in ſpecie, quòd electiones, vbi non obſtet ſtatutum particulare, ex vi decreti Concilij poſſint fieri per ſcrutinium auriculare iuſta formam *cap. Quia propter*, docent *Sigiſm. à Bonon.de elect. dub.26.nu.10.& 11.Suarez tom.4.de Relig.trac.8. l.2.cap.1. nu.10. Idem Caſtell. cap.4.num.4. Garzias de Benef.par.5. cap.6. nu.189. Tambur.de iure Abbat.t.1.diſp.5.q.6.num.8.* Et in ſpecie de elect. Abbatiſſæ idem docent, præter *Sigiſ.Caſtell.ibid,& cap.5. num.20. Garziam, locis citatis. Galet.v.Abbatiſſa. Ricc. in praxi. Reſol.637. in 2.edit. Molfeſ. p.1.tr.6.cap.16.n,154. Tambur. de iure Abbatiſ.diſp,28.quæſt.4. Barboſa ad cap.7.ſeſſ.25. Concil.Trid.de Regularibus, Paſqual.ad Lau.de Franc. p.p.n.33.Samuel.tr.1.diſp.4.contr.7.Lauorius cap.19 num.75.* Et hæc ſententia probatur primò pluribus declarationibus Sac. Congregationis Concilij, Quarum prima ita loquitur *ſi electi fuerint à ſuperioribus aliqui, vt puta quatuor, qui vota omnium recipiant electio reputabitur ſecreta, & Canonica.cap. Quia propter de elect.* & hanc declarationem per extenſum referunt *Garzias, Suarez, Sigiſ. Caſtell. Tãbur. locis citatis, & Donatus d.trac.1.q.8.n.2.* Alia declaratio ſonat in hæc verba. *In Electione Abbatiſſæ, de qua in præſenti, poteſt Epiſcopus cum ſuo Vicario vel ſecretario, vel alio ab ipſo aſſumpto, vota ſingularium monialium oretenus expreſſa audire.* Quam etiam declarationẽ referunt DD. citati. Et quidem hæc declaratio tota fundatur in decreto eiuſdem Concilij *ibi.d. cap. 7. ibi. Is verò, qui electioni præeſt Epiſcopus, ſiue alius ſuperior, clauſtra Monaſterij non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat.* Neque obſtat alia declaratio eiuſdem S. Congregationis in qua dicitur. *In electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi non poſſunt à ſuis ſuperioribus cum duobus teſtibus nec poteſt proximus ſuperior huiuſmodi electionem irritam, vtpote factam contra formam huius Decreti, confirmare, & reualidare abſque ſedis Apoſtolicæ authoritate.*

6 Quia hæc declaratio loquitur, quando præter deputatos admitterentur teſtes, per quos electio poſſet publicari. *Garzias loco citato nu.191. Ric. dicto deciſ.108. num.5. Nouat.lucer. Regul. v.electio num.7. Donatus d.q.8.n.8.* Minùs verò obſtat, quod habet idem *Donatus ibid. nu.5.* diſtinguens inter electiones Religioſorum virorum, & Monialium; quaſi electiones Monialium poſſint oretenus fieri, non verò virorum. Nam hoc eſt expreſsè contra Concilium in dicto *cap. 6.* in quo præcepit electiones tam virorum, quàm Monialium debere fieri ſecretò, & ita vt eorum nomina non publicentur. Si igitur ex eodem *Concil.ibid.c.7.* & ex declaratione Cong. Concilij electiones Monialium poſſunt haberi oretenus; igitur euidens eſt, quòd ſcrutinium auriculare habet, vt ſit ſecretum, quantum intendit Concilium, decernens vt in electionibus Abbatiſſarum ſcrutinium ſit ſecretum taliter, vt nomina eligentium non publicentur.

7 Ideo ratione eadem ſententia probatur. Quoniam Con.Trid. non decernit, niſi primò quòd electiones fiant ſecrete; ſed hoc ipſum voluit Concil. Lateran. & tamen putauit electionem eſſe ſecretam, ſi fiat per ſcrutinium auriculare tribus ſcrutatoribus audientibus, & S.Congreg.cenſuit electionem eſſe reputandam ſecretam, ſi tres vel 4. vota eligentium recipiant, aut ſciant, vt conſtat ex declarat. ſupra relata, & alia relata à *Suarez d.cap.5.nu.10.* & poſita in ſuper.capite *quæſt. 8. num. 25.* Concil. autem Trid. pro hac parte non addit aliquid ad Concil. Lateran. ſed hoc ſolum addit, quòd vota data ſecreta in ſcrutinio non publicentur *Rota in meten. Monaſterij, ſeu dec.312.p.4.tom.2. Recens.Lauor.cap.10.num.75.* At vero, quòd vota eligentium nunquam publicentur, bene hoc ſtare poteſt cum ſcrutinio auriculari. Quia aliud eſt vota eligentiũ ſciri à ſcrutatoribus, & aliud eſt ea publicari. Non prohibet Concilium vota ſciri à ſcrutatoribus, ſed ea publicari. Neque dicatur, quod vota publicantur iã, ex quo ſciuntur à ſcrutatoribus; quia hoc eſt contra Concil. Lateran. & ipſum Concil. Trid. & declarat. S. Cong. Nam ſecundùm hæc iura electio cenſetur ſecreta & minimè publica, ſi ſolùm ſcrutatores ſciunt vota eligentium; igitur ex eo quod vota eligentium ſciuntur à ſolis ſcrutatoribus non publicantur, Quod ſi addatur, quòd poſſunt publicari, dicitur, quòd nunquam Concilium prohibuit vota eligentium poſſe publicari, ſed ea vetuit publicari actu, ſeu induxit obligationem non

publicandi, non verò ſtatuit vt electio adeò ſecretè ſiat. vt vota eligentium publicare non poſſent:

8 Oraculum verò Pij Quinti non eſt tale, de quo ſufficienter conſtet, & de eius ſufficienti promulgatione pateat. Et viuæ vocis oracula fuere reuocata per Greg. XV. & Vrbanum VIII. fuerunt reuocata Et alias ex Con. Trid. expreſsè habetur *Cap. 7. ſeſſ. illius 25. de Regul.* quòd Abbatiſſarum electio poteſt haberi auriculariter, Epiſcopo, aut ſuperiore ad feneſtellam vota monialium audiente, prout etiam Sac. Congregatio Concilij declarauit. & nihilominùs ex eodem *Concil. ibid. cap. 6.* Non eſt neceſſe, vt aliæ electiones ſint magis ſecretæ, quàm electiones Abbatiſſarum; quia ibi Concilium eodem modo de omnibus electionibus loquitur. & eodem decreto præcipit ſecretas eſſe quorumcumque ſuperiorum etiam Abbatiſſarum electiones.

SVMMARIVM.

1 *An manifeſtatio votorum facta extra electionem illam irritet. n. 9.*
2 *Diuerſa opiniones DD. nu. 9. 10.*
3 *Lex humana non reſpicit intentionem. num. 10.*
4 *Manifeſtatio votorum ſi fiat in ipſa electione illam irritat. n. 11.*
5 *Multipliciter manifeſtantur nomina electorum, in electione. nu. 12.*
6 *Electio eſt irrita, ſi vnius vocalis nomen in electione publicetur. num. 13.*
7 *Si tamen id fiat permittente maiore parte Capit. numer. 13.*
8 *Capitulum non debet permittere, vt quis publice eligat. nu. 14.*
9 *Reſiſtentem poteſt Pralatus ordinarius priuare voce. num. 14.*
10 *Votum publice datum eſt nullum. n. 14.*
11 *Qui publice elegit, poteſt pænitere, & eligere ſecreto. nu. 14.*
12 *Capitulum non tenetur vi impedire, ne quis publice eligat. num. 14.*
13 *Sufficit vt verbis & praceptis impediat, & votum publicum vt nullum reyciat. num. 14.*
14 *Qui publice eligit, habendus vt extraneus. n. 14.*
15 *Non excuſatur Capitulum, ſi ex timiditate vana taceat. nu. 14.*
16 *Votum publicum, etiam ignoranter datum, eſt nullum. num. 15.*
17 *Electio publica facta ex ignorantia nulla. n. 15.*
18 *Electionem eſſe nullam, ſi detur vna ſchedula ſignata, qui ſentiant. nu. 16.*
19 *Electionem nullam eſſe, ſi elector à ſcriba recipiat vnam ſchedulam nomine vno deſcriptam, ex declar. S. Congregationis. num. 16.*
20 *Vel ſi recipiat duas, quarum vnam deponat in capſulam, & alteram ſcindat, ex declarat. S. Cong. numer. 16.*
21 *In ſcrutinio auriculari nomina eligentium ſunt nota ſcrutatoribus. n. 17.*
22 *Shedula ſignata ſpeciali ſigno non irritant electionem, niſi ſint prohibita cum decreto irritanti. n. 18.*
23 *Si vnus, vel plures eligant per ſchedulas malas, non permittente maiore parte, electio non eſt nulla. num. 19.*
24 *Votum datum contra decretum irritans per ſchedulam malam eſt nullum. n. 19.*
25 *Minimus defectus in forma irritat electionem. n. 20*
26 *Ignorantia non operatur contra decretum irritans. numer. 20.*
27 *Intentio legum non eſt patrocinari fraudibus. numer. 20.*
28 *Secretum ſtatutum de forma electionis eſt ſecretum excludens publicitatem commiſſam à toto, vel maiori parte Capituli, vel de eius permiſſione. numer. 20.*
29 *Electio ſimoniaca facta ab vno ſolo, non in odium electi, irritat totam electionem. nu. 20.*
30 *Ex declarationibus S. Cong. non licet conficere vniuerſale argumentum, niſi videantur ſuplices libelli ſuper quibus declarationes emanarunt. n. 21.*
31 *Declarationes ſupra num. 16. relata explicantur. numer. 21.*
32 *Qua forma eligendi in Ordine Minimorum. n. 21.*
33 *In caſibus declaratis à S. Cong. vel aderat ſcriba extraneus contra leges, vel caſus illi erant contra formam ex ſpeciali iure ſtatutam. nu. 22.*
34 *In Ord. Præd. electia fit per ſchedulas. num. 23.*
35 *In Ord. Præd. prohibita ſchedula ſignata. nu. 23.*
36 *In Ord. Pradicatorum electio facta per ſchedulas ſignatas à maiori parte eſt ipſo iure nulla n. 23.*
37 *Conſtitutio Ord. Præd. reijcit ſcrutinium auriculare. num. 23.*
38 *Non poſſe fieri ab electoribus permittente Capitulo aliquid, vnde nomina eligentiū poſſint publicari, ſentiunt aliqui. n. 24.*
39 *Hoc reycitur. nu. 24.*
40 *An contra ſecretum electionis agat, qui alteri confidat propriam ſchedulam inuolutam, vt eam ponat in vnam. num. 24.*
41 *Talis primo peccat contra cap. Quia propter, per quod de forma eſt, vt quilibet ſigilatim per ſe ipſum & votum ſcrutatoribus, nec admittit præſentem eligere per Procuratorem. num. 26.*
42 *Et etiam contra ſecretum ſtatutum à Concil. Tridentino. nu. 27.*
43 *Tradere alienam ſchedulam, quam tradens potuit legere, non eſt ſcrutinium ſecretum. num. 27.*
44 *Contra ſecretum eſt; ſi fiat vnde electia ipſa in ſe ipſa dum eſt. & fit, poteſt eſſe manifeſta. n. 27.*
45 *Non eſt contra ſecretum ſi impotens per ſe aliena manu coram ſcrutatoribus mittit ſchedulam in vrnam. 28.*
46 *Scrutatoribus non licet nomina eligentium publicare. n. 29.*
47 *Nec aliquo modo ad notitiam aliorum deducere. numer. 29.*
48 *Quid ſit vota publicare. num. 30. 31. 32.*
49 *Clandeſtina propalatio voti non eſt publicatio numer. 33.*
50 *Nec irritat electionem. nu. 33.*
51 *Quomodo ſecundum aliquos non vitiet electionem ſi ante illam, quis publicet ſuam ſuffragium. numer. 34.*
52 *Manifeſtatio nominum electorum facta ab ipſis electoribus, vel diuiſim, vel coniunctim vel voce, vel ſcripta, ſed extra electionem, nec irritat electionem, nec eſt mala, ſi fiat ex rationabili cauſa. n. 35.*
53 *Dictio, ita vt, reſtringit & declarat præcedentia. numer. 36.*
54 *Concilium Trid. directè præcipit electionem fieri per vota in ſecreto data. num. 36.*

55 *An-*

Digitized by Google

55 *Ante ſcrutinium electores neque eligunt , neque ſunt electores. n.37.*

56 *Concilium directè prohibet, ne vota publicentur à ſcrutatoribus, vel ex notitia habita auctoritate publica in electione. nu.37.*

57 *Tractatus de perſona eligenda non prohibiti à Cōcil. Trid. num.38.*

58 *In tractatu nedū licet dicere ſe velle eligere hunc, ſed alios, ſalua iuſtitia, & charitatend illum eligenaum ſuadere. n.38.*

59 *Oſtendere alicui ſchedulam electionis , vel pluribus ante electionem, nec non irritat eam , nec eſt malum, ſi fiat ex iuſta cauſa. nu.38.*

60 *Poſt electionem non eſt omnino prohibitum electoribus dicere ſe hunc, vel illum eligiſſe. n.39.*

61 *Non poſſe id facere per ſcripturam publicam omnes qui elegerunt in eo numero qui elegerunt, aliqui ſentiunt. nu.39.*

62 *Hæc opinio reijcitur. num.39.*

63 *Publicatio votorum poſt confirmationem non irritat. num.40.*

64 *Poſſunt electores ſcrutinio falſo ſe opponere aſſerendo ſe in maiori, vel minori numero elegiſſe, & nomina electorum propalare. n.40.*

65 *Si à maiori parte eligatur manifeſtè indignus, qui non elegerunt, vt conſulant ſuo honori, vel etiam vt confirmetur electus ab ipſis , poſſunt ſua nomina propalare , & etiam iurare ſe illum indignum non eligiſſe. nu.41.*

66 *Pro definitione iuſta, vel iuſta oppoſitione electionis, vel pro alia iuſta cauſa poſſunt electores dicere ſe elegiſſe, & non elegiſſe. num.42.*

67 *Electores manifeſtare ſuum votum eſt prohibitum indirectè tanquam quid magis vtile. n.43.*

68 *Non eſt prohibitum vi ſubſtantiale , & irritans electionem. nu.43.*

69 *Manifeſtare votum ſuum non eſt contra libertatem electionis. num.44.*

70 *Manifeſtare propria vota ex iuſta cauſa poſſunt etiam ſcrutatores. n.44.*

72 *Quod vnus, vel plures manifeſtent votum, conſentiente Capitulo, non irritat electionem. n.44.*

9 QVeritur tertiò An manifeſtatio votorum facta extra ſcrutinium & electionem ante ſcilicet, vel poſt, aut extra electionem ſit prohibita per Conciliū Tridentinum? v.g. ſi ante electionem vnus, vel plures, vel maior pars electorum determinatè declaret ſe omnino velle eligere Titium. Vel ſi vnus, vel plures, vel maior pars extra ſcrutinium, oſtendat ſuas ſchedulas, in quibus determinatè eligitur Titius vel alius, Vel ſi poſt electionem vnus, vel plures, vel maior pars dicat ſe elegiſſe Titium, & hoc etiā iuramento confirmet. In hac quæſt: multorū ſententia eſt, quòd oſtenſio ſchedulæ, ſeu manifeſtatio voti facta ſecretò & priuatim ab vno aliquo ex electoribus, non obſtet ſecreto electionis, *Nauar. l.1.conſ.9.de elect. Rodriq.p.1.cap.102.n.4. Caſtell.c.4 nu.3. Barboſa ad d.cap.6.conſ.25. Conc. Trid. num.4. Et l.1.de iure Eccleſ. c.59. n.* 209. & apud ipſum *Bonocina Donatus d.trac.4 q.6.nu.4. Samuel.tr.1.diſp.5. contr.2.num.1. ſibi contrarius ibid. n.5.* Sed tamen electio erit nulla , ſi culpa & dolo totius vel maioris partis Capituli vota publicentur, vel ſi manifeſtatio vnius, vel plurium votorum eſt realis cauſa, vel præſumptiua rationabiliter, quòd electio ſequatur in hanc , vel in illam perſonam determinatè, Vel ſi maior pars votorum manifeſtetur. *Ita Caſtell. Barboſa ibid. nu.4. & 5. Donatus num.5. Moron. Reſol.72.n.16.*

10 *Suarez autem d.l.2.cap.5.nu.12.* Sentit, quòd obligatio non publicandi vota afficiat, nedum ſcrutatores, ſed quemlibet eligentium. Et quòd præceptum *Cornel.* notabiliter violetur etiam ſi quilibet eligentium, cuicumque perſonæ manifeſtetur, Et ita vt ad irritandam electionem ſufficiat vnius voti manifeſtatio, ſi in ipſa electione fiat, vt declarauit S.Cong.Concilij; Et ita vt etiam completa electione non liceat alicui electori manifeſtare ſuum votum, nec poſſit ille in hoc renunciare ſuo fauori, quia lex iſta non eſt facta in fauorem electorum, ſed electionis. Et hanc ſententiam licet cum aliqua limitatione tene *Theſau. in praxi. p.2.v.electio c.11.* Raggius vero *parte 2.dub.152.num.3.* Arbitratur violari omnino ſecretum ſtatutum à Concil. Trid. ſi vocales ſecretò in aliqua camera congregati conueniant vt determinatè eligant Titium amicum, aut conciuem, præcipue ſi id fiat in ſcriptis ſignificando etiam ſuperioribus, quem velint eligere, & ideo ſi id fiat à maiori parte vocalium, cenſet electionem ſubſecutam eſſe nullam. Dubio autem 196. cum diſtinctione loquitur, & ait, quod elector manifeſtans amico, ſeu amicis, cui eſt ſuffragaturus, vel poſt electionem, cui eſt ſuffragatus, non intendens per hoc cauſare incommoda contra electionem, non infringit præceptum Concilij, quod tamen infringit, ſi intendat electioni nocere, Et nihilominus in tertia concluſione addit, quod reuelans huiuſmodi votum ſuum, vt electionem irritam, & nullam reddat, non lædit ſecretum electionis, nec electionem inualidat. Sed huius opinionis diſtinctio rem non explicat, & à quæſtione ſatis aliena eſt. Nam cum homo legiſlator intentionem operantium, nec videat, nec poſſit videre, ideo lex humana non intentionem, ſed opus externum præcipit, aut prohibet, vt cum *D.Th.p.2.q.100.a.9.* docent communiter Theologi, & Canoniſtæ, Vnde vbi de lege humana eſt ſermo non eſt attendenda intentio operantium, ſed opus externum præceptum, & prohibitum. Quamobrem in præſenti hoc conſiderari debet, & hic eſt punctus quæſtionis; an manifeſtatio ſuffragij facta ante, vel poſt electionem & præcipuè ab electoribus ſit prohibita per Concilium Tridentinum, vel non; ideoque an ipſa reddat irritam electionem, vel non reddat. Si enim eſt prohibita nihil intereſt quòd manifeſtans non intendat nocere electioni; & ſi non eſt prohibita, non datur tranſgreſſio legis Conciliaris ex quacumque mala intentione operantis.

11 Dicitur autem primò, quòd Publicatio votorum intrinſeca electioni, ſeu ſi fiat in ipſa electione reddit electionem non ſecretam, & illam irritat. Aſſertio hæc communis eſt, & certa, quia electio quæ fit eo modo, vt in ea vota eligentium publicentur, & innoteſcant, non fit per vota ſecreta, ſed directè eſt contra Concil. Lateran. & Tridentinum.

12 In ipſa verò electione publicantur vota eligentium, ſi electio ſine ſcrutatoribus fiat in Capitulo per publica ſuffragia, vel ſi aſſumptis ſcrutatoribus vocales publicè & non ſecretò, & ad aures, ſed alta voce vt à capitulo audiantur dant vota ſua. Vel

ſi cum

Digitized by Google

ſi cum ſcrutatoribus adſint extranei , vel qnicumque alij in maiori numero , quàm requirat forma Canonica , qui vocales dantes ſuſſragia audiant , vel eorum ſchedulas legant : Vel ſi auditis ſecretò vocalibus , ſcrutatores publicando ſerutinium , ſimul publicent nomina eligentium: Vel ſi hæc nomina deſcribantur in decreto electionis tranſmittendo ad Confirmatorem: Vel etiam , vt S.Cong. Concilij declarauit , & aduertunt *Garzias de benef.par.5. numer. 197. Suarez d. cap. 5. Barboſa ad d. cap. 6. ſeſſ.25. Concil. Trid.num.8. Rota in Treuiren Abbatia quæ eſt dec.574.par.4.tom.3. Recent. Samuel. trac.1. diſput.5. contr.2.n.6.& 10.& Caſtellin.d.cap.4.nu.61 & cap.5 .nu.26.* Si confirmator in litteris confirmationis eadem nomina publicet. Electio enim adhuc durat , donec ſit confirmata, & ideo publicatio facta à Confirmante eſt facta in electione & talis electio eſt nulla , quia non eſt ſecreta .

13 Extenditur verò hæc aſſertio , vt vnius ſolius voti publicatio facta in electione, ſi tamen fiat conſentiente toto capitulo , vel maiori parte vitiet electionem , & illam reddat non ſecretam. Ponitur verò hæc limitatio , quia aliter minor pars, maiore inuita, poſſet nullam reddere Electionẽ , & aperiretur fraudibus via , & violentijs,& maior pars numquam electionẽ concludere poſſet , ſi minor vellet eam nõ concludi, quia minor pars poſſet maiore inuita publice eligere , & ſic eſſet nulla electio Ideo ſi maior pars ſecrete eligit, nec conſentit quòd aliqui publice eligât, validè eligit & electio cenſetur ſecreta . *Naual.l.1. Concil.9.de elect. Garzias p.5.de Benef.n.194, Caſtell.de elect.cap.5 nu 25.& 26.Peyr.t.3. de Priuil.cap.9.num.23* & apud eum Lauorius, *Barboſa l.1.de iure Eccleſ.cap.19.n.205. Samuel.tr.1. diſput.5.contr.3.nu.8.& 9.* & apud eum Miranda, *Megala , & Federicus , Raggius par.2. dub.152. & dub. 197.conſ.401,*

14 Ideo in caſu , quòd quis vellet publice dare ſuffragium, nõ debere permitti à Capitulo, tradunt præfati DD, immò & addunt, quòd ſi quis vocalium attentaret eligere publicè , non obſtante Capituli reſiſtentia, poſſet per Prælatum ordinariũ puniri ,& voce priuari pro vice illa. *Gazia 5. d.n.195. Caſtell.d. n.26.& in addit.ad c.7.n.1.Lauor.c.19.n.55.Peyr.loco citato .* Sed ego adderẽ votum publicè datum eſſe ipſo iure nullum, tanquam datum contra formam & decretum irritans , & tanquam nullum eſſe habendum , neque cum alijs numerandum; ipſum tamen electorem , qui publicè votum dedit in ipſa electione non eſſe ipſo iure priuatum voce , & quin tunc iterum ſecrete eligere poſſit ; quia & poteſt ſecretò alium eligere ab eo , quem publicè nominauit . Si tamen Capitulum ſciret electorem velle eligere publicè deberet illum impedire , & etiã priuare voce illum poſſet ſi reſiſteret . Sed non video qualiter Capitulum impedire poſſit ne Elector publicè eligat , & ne toto corde & altiſſima voce clamet, eligo talem, ſi pręceptis contemptis publice velit eligere , Neque enim puto , quòd Capitulum teneatur agere vi , & violentia claudendo os illius ne clamet , quantùm clamare velit, & ſufficiet Capitulo ſi verbis , & præcepto ſuperioris impediat quantum poteſt,& votum publicum non acceptet , ſed pro nullo habeat , & in numero votorum non ponat, ſed ſic publicè dantem ſuffragium tanquam extraneum habeat. Quia tanquam extraneus mereţur haberi , qui contra formam nulliter eligit : Vno autem eligente publicè debebit Præſidens actum improbare,& præcipere ne aliquis alius ſic publicè det ſuffragium. Quod vero ait Raggius *par.2. dub.197.n.2.* Quod ſcilicet , ſi Capitulum ſine malitia , & dolo (quòd licet difficile ſit , vt eueniat , non eſt tamen impoſſibile) permittat aliquem publice dare ſuffragium , ita vt permiſſio talis oriatur potius ex quadã reuerentia, ac timiditate loquẽdi in tali loco , quam ex malitia & dolo , aut fraude aliqua , electio non vitietur , nec lex Concil. Trid. contemnatur . Quod , inquam , ſic dicitur , non poteſt admitti; quia nulla omnino irreuerentia eſt loqui in Capitulo , & etiam , ſi occaſio id requirat, alte clamare, vt leges electionis ſeruentur . Et timor malus eſt , & non excuſans vbi malum graue & cadens inconſtantẽ virum non imminet, ex leui cauſa derelinquere legem , illamque contemnere : maxime ſi hoc fiat à Præſide & Capitulo debentibus fortiter reſiſtere iniquitati ;

15 Extenditur ſecundò , vt votum publicum etiã ignoranter datum ſit nullum , ideoque nulla ſit electio , ſi vel à maiori parte, vel de conſenſu maioris partis publicè fiat , etiam ſi hoc , ex ignorantia fiat. Vnde electionem Abbatiſſæ ex ignorantia factam per vota non ſecreta nullam eſſe , nec pòſſe per Epiſcopum confirmari declarauit S.Cong. Concilij prout refert *Paſqualig. ad Laurentiũ de Franchis nu.33. Barboſa ad d.cap.6.ſeſſ.25. Concil. Trid.* Et alij apud ipſum , & communiter omnes,

16 Extenditur tertiò, vt in electione per ſchedulas vitietur electio, ſi dentur in ea plures , vel etiam vna ſchedula ſignata aliquo ſigno particulari, & nota , aut charactere , vt ex eo ſigno vel omnes, vel ſaltem vnus ſcrutatorum agnoſcat nomen eligentis per eam ſchedulam . Hoc enim modo electio non eſt ſecreta cùm manifeſtum fiat nomen eligentis. *Laur.de Peyr.in ſubd. Relig.q.1.c.31.notab.6. Caſtell. de elect.cap.4.nu.61. Moron. Reſol.72.nu.16. Samuel. tr.1.diſp.5.contr.1.n.5. Barboſa ad c. 6.ſeſſ. 25. Con. Trid.nu.9.* Immò addunt ſic conſignatem ſchedulas peccare mortaliter, electum verò , ſi ſciat hunc defectum, etiam ſi ſit confirmatus , teneri renunciare officio , vel petere confirmationem à ſanctiſſimo Et poteſt hoc confirmari , ex eo quòd electionem eſſe nullam , qnando aliqui ex electoribus ſchedulam vnam recipiunt vnico nomine ſcriptam , & nomen electi notum ſcribæ , vel alteri reponunt in capſula ; ſimiliter , qui accipiunt de manu ſcribæ duas ſchedulas , & vnam , quam voluerint , reponunt , alteram ſcindunt ; quia ſcriba potuit reuelare talem , qui habuit niſi vnam ſchedulam , vel talem , qui habuit duas: Monendumque electum non legitimè electum fuiſſe, & ſi fuiſſet conſcius fraudis eſſe puniendum, & admonendum vt petat à ſanctiſſimo confirmationem. Electionem inquam eſſe nullam in præfatis caſibus declaratum fuiſſe à S. Congregatione Concilij tradunt *Gazias part. 5. cap. 4. num.193. Rota in Treueren. Abbatiæ coram Coccino 20. Nouemb.1624. verſ.* Neque etiam obſtat *ſeu deciſ.574.p.4.tom.3. rec. Barboſa ad d. cap.6. num.12.* Cum verò in prædictis caſibus ideo electio cenſeatur nulla, quia fit eo modo, vt ſcribæ innoteſcat nomen eligentis , ſeu eius perſona , quam reuelare poſſit , ſequitur quòd pariter quotieſcumque , vel ſchedulis ſignatis ſpeciali nota, vel aliquo alio modo

do

do innoteſcit ſcrutatoribus perſona eligentis, electio illa ſit nulla.

17 Nihilominus circa hanc extenſionem plura conſideranda ſunt, quæ illam explicẽt, & limitẽt. Nã primò locum non habet in ſcrutinio auricularis, in quo ſcrutatoribus perſonæ eligentium ſunt maximè manifeſtæ, cum ſcrutatorum munus ſit illos interrogare, & cum eis loqui, & ex eorum ore audire, quem nominent in electione.

18 Secundo limitatur, vt non verificetur per ſe, neque in ſcrutinio per ſchedulas, ſed solùm vbi ex ſtatuto ſit prohibitũ procedere per ſcrutiniũ auriculare, & cum decreto irritanti præcipiatur eligere per ſchedulas non ſignatas ſpeciali ſigno, vt nec ſcrutatoribus innoteſcat nomen eligentium. Nam abſolutè ſcrutatores ſcire eligentium nomina. non eſt cõtra ſecretũ electionis, & neq; cõtra formã Concil. Trid. cum in ſcrutinio auriculari ſcrutatores nomina eligentium ſciant, & eligere per talem ſcrutinium, non ſit prohibitum, vt eſt probatum; igitur ex quo etiam electores velint eligere per ſchedulas, non ſit contra formam Concilij Tridentini ſi ex ſchedulis ſolis ſcrutatoribus innoteſcant nomẽ eligentium; quia hac notitia conceſſa, adhuc electio eſt ſecreta, quantùm Concilia Lateran. & Tridentinum ſubſtantialiter petunt, ſed ſi ſtatutum cum decreto irritanti præcipit ſcrutinium per ſchedulas eo fine, vt nomina eligentium non innoteſcant etiá ſcrutatoribus, tunc electio facta per ſchedulas ſignatas, vt ſupra, eſt nulla, non ex vi Concil. Trid. ſed ex vi ſpecialĩs ſtatuti.

19 Et nihilominus limitatur tertio, vt nec ſit nulla electio, ſi ignorante, & non conſentiente, & per bonas ſchedulas eligente Capitulo, eoq; inculpato vnus, vel alter, vel minor pars ſignatas ſchedulas dedeit. Et ratio huius eſt manifeſta, quia totum Capitulum bene eligens ſecundum iura, & innocẽs non eſt puniendum ob culpam aliorum. Et habet hoc fundã. *in c. Nobis* 27. de ſimonia, vbi decernitur, quod ſi quis ſimoniacè eligat, vt noceat electo innocenti, & ſimoniam ignorat electio nõ eſt nulla, neq; caſſanda, vt ſupra etiã probatum eſt *c. 7. num.* 323. At verò bene poteſt contingere, vt quis ſchedulas ſignet, & det, vt noceat electo. Et ſi ex vna, vel altera ſchedula ſignata electio eſt nulla, eſt aperta faciliſſima via ad n ɔcendum, & innocenti electo, & innocentibus electoribus, & Collegijs. Præterea ſicut in ſcrutinio auriculari, ſi Capitulo, ſeu maiori parti Capituli, innocenter & ſecrete eligente, vnus, vel alter, vel plures publicè, & alta voce eligant omnibus audientibus, non tamen per hoc electio eſt nulla, aut caſſanda. ſed ſolum ſi id fiat Capitulo permittente; multo magis non erit nulla electio, ſi vnus, vel alter aut plures ſic eligãt, innoc? e tamẽ exiſtẽte altera parte Capituli, vt nomen, & perſona eligentis innoteſcat ſolùm ſcrutatoribus, vel omnibus, vel vni ſolùm, cum ibi ſit publicitas magna, hic verò non ſit niſi talis, quæ etiam abſolutè ſecreto electionis non repugnat. Vnde hanc limitationem line dubio admittunt *DD. ſupra num.* 13. *citati*; docentes non reddi nullam electionem ex eo, quod maiore parte Capituli innocente, vnus, vel plures publicè eligant. Et ſicut dictum eſt ibi, ſic in hoc caſu dicitur, quod vbi tales ſchedulæ ſpeciali nota ſignatæ ſunt prohibitæ ſpecialiter cum decreto irritante, vota ſic obſignata verè ſunt nulla, quia publicitate ex ſtatuto prohibita cum decreto irritanti, & tanquam nulla ſunt habenda, vt hoc modo puniatur eligens, quod ex ſua malitia nulli faueat, & innocentes non damnificentur, qui in nullo peccauerunt.

20 Neque obſtat, quod forma eſt indiuiſibilis, & quod minimus defectus in forma annullat actum, vnde vnum ſolum votum publicum irritat electionem. Nec ignorantia excuſat, quia defectus formæ munitæ decreto irritanti non recipit ex ignorantia remedium. Nam dicitur, quod non eſt veriſimile, quod ſtatuta velint patrocinari fraudibus, & ſternere viam ad affligendam Innocentiam; ſicuti fieret, ſi vnum, vel alterum, vel plura ſuffragia publica poſſent irritare electionem, alias à maiori parte ſeruatis ſeruandis celebratam, quia hoc modo ſine difficultate, & valde impunè, quilibet poſſet reddere nullas quaſcumq; electiones; & eò magis, quòd valde difficile ſit ſcire qui ſchedulas ſignatas det. Ideo dicitur, quod forma ſtatuta à Cõcilio conſiſtit in electione ſecreta, ſed excludente publicitatem commiſſam, vel dolo, vel ignorantia à maiori parte Capituli, vel ab ea permiſſam, non vero publicitatẽ cõmiſſam à minori parte, maiori non conſentiente. Ideo ſupra bene dictum eſt, electionem publicam factam ex ignorantia à monialibus eſſe nullam, quia ibi ſermo erat de ignorantia iuris in toto Capitulo, vel in maiori parte; ſed vbi maior pars rectè eligit, ſi ſine ipſius culpa minor pars peccet, etiam in forma, non ſit præiudicium electioni, niſi hoc ſpecialiter ſtatuatur: ſicut in electione ſimoniaca eſt ſtatutum, in qua nihilominus ſi quis ſimoniam committat in odium electi innocentis electio ſuſtinetur.

21 In caſibus verò declarationis S. Congregationis ſupra poſitis admittentis electionem fuiſſe nullam, dicimus non poſſe ex illa, & ſimilibus declarationibus aſſumi vniuerſale argumentum validum, neq; etiam ex paritate aut identitate rationis. Nam vbi declarationes dantur in cauſa particulari, & ad inſtantiam, & ſupplicationem alicuius, niſi videatur caſus particularis expoſitus S. Congregationi, & habeatur copia libelli ſupplicis porrecti, vel ſtatus cauſę non poteſt deduci certum argumẽtum ad alios caſus. Modò illa declaratio data fuit in caſu valde particulari, & in quo aliquis deputatus, vt ſcriba, dabat ſchedulas ſcriptas eligentibus, vt ex tenore declarationis, colligitur. Et quantum pro nunc poſſum videre, caſus illi contingebant, vel in aliquo Collegio Ordinis PP. Minimorum, vel altero ſimili. Quod colligo ex *Laurentio de Peyr. dicto notab. 6.* Vbi refert, quod in ordine Minimorũ eliguntur tres ſcrutatores, & ex illis vnus fungitur officio ſcribæ, qui ſolus auriculariter audit vota eligentium, & hæc auditio, ſeu inquiſitio ſit ſingillatim, quia ſinguli accedunt ad ſcribam, & faciunt ſibi ſcribere duo, vel tria nomina, quorum vnum proijciunt in vrnam, & altera dilaniant. *S*i ergo contingat, quod aliquis à ſcriba accipiat vnam ſolam ſchedulam, vel ſi accipit duas, aut plures, & in eis omnibus idem nominatur, iam licet elector vnã, vel plures ſchedulas ſcindat, & vnam ſolam in capſulam deponat, ſcriba ſcit quiſnam ab illo electore eligatur. Et in his caſibus idem *Peyr.* dicit electionem eſſe nullam, primò quia illam putat eſſe contrariam Concilio Tridentino, quod tamen ex

præ-

Digitized by Google

prædictis non admittitur, ſecundo, quia eſt contra formam dicti ordinis.

22 Cum igitur caſus illi contenti in ea declaratione ſint ſimiles illis, quos recēſet *Peyr.* patet quòd præſata declaratio loquitur in ſuppoſitione ſtatuti particularis requirentis pro forma ſecretum tale, cui repugnat illa publicitas, & notitia, vnde nec mentionem facit aliquam Concilij Trid. vel alicuius iuris communis. Nam & alias S. Cong. ſibi cōtradiceret; cum enim ſæpius admittat electionem factam per ſcrutinium auriculare eſſe ſecretam in terminis etiam *Concilij Trid.* ex quo ſequitur ſcientiam ſcrutatorum non repugnare ſecreto; quod modò damnet electionem, quia vnus ſciba ſciat nomina eligentium, hoc non poteſt eſſe, niſi quia, vel ille ſcriba ibi adeſſet ſupra numerum legitimum ſcrutatorum, vel quia adeſſet contra formam ſpecialem Collegij in quo, caſus illi acciderant.

23 Hinc colligitur, quid ſit dicendum in Ord. Prædicator. in quo ex ſpeciali ſtatuto *Capit. Bononien.* 1564. facto intuitu perſectioris obſeruantiæ decreti *Concil. Trident.* decernitur pro forma electionis, vt electio fiat per ſchedulas à ſcrutatoribus in vaſe receptas, deinde, numeratas, lectas, & poſtea combuſtas. *Gloſſa Conſtit. d. 2. cap. 2. §. 1. Lit. A.* Deinde verò *in Cap. Barcinon.* 1574. ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto prohibitæ fuerunt ſchedulæ nota aliqua, vel charactère, aut ſigno aliquo ſignatæ, non tamen illa ordinario continet decretum irritans electionem. Dicitur enim, quod ſi maior pars vocaliū eligeret per huiuſmodi ſchedulas ſignatas electio non ſolum eſſet caſſanda, quia facta contra legem, ſed eſſet ipſo iure nulla. Non quidem ex vi *Concil. Trid.* admittētis ſcrutiniū auriculare, & Cōgregationis Concilij aſſerentis electionem eſſe ſecretam, etiam ſi eligentes innoteſcant quatuor, vel quinq; ſcrutatoribus, ſed ex vi formæ ſtatutæ in *cap. Bonon.* 1564. in quo reiectum eſt ſcrutinium auriculare, & electum ſcrutinium per ſchedulas, vt nomina eligentiū non innoteſcant ſcrutatoribus: & propterea in illo *cap. Barchin.* 1574. in quo expreſsè prohibitæ ſunt huiuſmodi ſchedulæ, non eſt impoſitum decretum irritans quia hoc ſupponebatur ad eſſe ex vi Capituli *Bonon.* 1564. reijcientis ſcrutinium auriculare, in quo ſcrutatoribus innoteſcunt nomina eligentium, idem verò eſt auriculariter loqui ſcrutatoribus, & loqui per ſchedulas exprimentes nomen eligentis per aliquem characterem. Sed ſi contingat vt aliquis, vel aliqui, vel etiam minor pars det huiuſmodi ſchedulas characterizatas maiore parte innocente, & prorſus inuoluntaria, electio non eſt nulla, immo nec caſſanda; quia Capitulum cuius poteſtas ſubſiſtit in maiori parte non peccauit, nec eſt ob aliorum culpam puniendum: & propterea in illo *Cap. Barchin.* 1574. ſingulis vtentibus huiuſmodi ſchedulis impoſita eſt pœna, ſed non pro ſingulis eſt electio declarata nulla; ſed bene ſchedulæ illæ characterizatæ tanquam nullæ habendæ ſunt; quia importantes ſcrutinium auriculare reiectum à *cap. Bonon.* 1564. & verè non ſunt numerandæ, niſi tanquam ſchedulæ albæ, aut inutiles: ſed tamen vbi à maiori parte electum ſit per legitimas ſchedulas, & maior pars non ſit in culpa, quod alij per illegitimas elegerint, electio nòn eſt caſſanda, ſi alias electus à maiori parte legitime eligentium fuit nominatus.

24 Extenditur quartò principalis aſſertio ab aliquibus, vt intantùm non liceat electoribus publicare vota, vt nec ab eis permittente Capitulo poſſit publicari. *Ita Nauar. l. 1. Conſtit. 9. de elect. Rodriq. tom. 2. q. 59. a. 9. Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. numer.* 206. Sed meritò hanc extenſionem, reiecit *Suarez dict. l. 2. cap. 5. numer.* 11. quia nimis rigoroſa, & coacta, & contra proprietatem verbi. Concilium enim præcipit, vt nomina eligentium non publicentur, non verò, vt nec poſſint publicari; cum nec prohibuerit ſcrutinium auriculare, & electio ipſa per ſchedulas naturaliter fieri non poſſit, quin ſcrutatores ex characteribus ſchedulæ cognoſcant plùs, vel minus nomina eligentium; cum nec ſit tam facile ijs, qui non multum artem ſcribendi callent, immutare proprium characterem, ita vt non cognoſcatur, nec de ſubſtantia electionis per ſchedulas ſit characteris proprij immutatio; & minùs conueniens ſit, & parum conducens ad ſecretum electionis, vt ſchedulæ conſcribantur ab alijs. De forma igitur eſt, vt in electione nihil fiat per quod nomina eligentium publicentur, non verò vt permittente Capitulo nihil fiat, per quod poſſint publicari.

25 Sed nunquid facit contra ſecretum electionis, ſi quis alicui ex electoribus det propriam ſchedulam ab ipſo in vrnam mittendam plicatam tamē *Paſqual. deciſ.* 261. cui in parte conſentit *Samuel diſp. 5. contr. 7. tr. 1.* tenet non eſſe contra electionis ſecretum; quia cum alterius fidei plicatam conſignet ſchedulam, eam non publicat, nec is cui eſt commiſſa poteſt licitè eam aperire, & legere; vnde qui ſic agit eſt moraliter certus, quod ſuum ſuffragium erit ſecretum. Et dato quod ille, qui recipit legat ſchedulam, ſi alijs eam non publicet, manet electionis ſecretum, quia illud nec publicat, qui tradidit ſchedulam, nec qui recipit. Immò addit, (quod tātum negat *Samuel*) adhuc manere ſecretum, ſi qui ſchedulam recipit, vni eam publicet. Et non peccat, qui ſic ſchedulam tradit, nam certificatur moraliter de ſecreto ſuæ ſchedulæ. Et qui eam recipit, ſi ſolùm ex curioſitate legat, peccat ſolùm venialiter; quia dum ſuffragium non publicatur non ſit graue præiudicium vel electioni, vel electo, vel eligenti, ſeu danti ſchedulam.

26 Sed difficile intellectu hoc eſt. Nam hæc ſchedulæ traditio ad hoc, vt qui recipit illam in vrnam electionis ponat, eſt directè primo contra *Cap. quia propter* præcipiente, vt vota ſingulorum eligentium per ſcrutatores ſingillatim exquirantur, & prohibentis præſentibus eligere per procuratorem, vnde patet, quòd quilibet electorum perſonaliter ſcrutandus eſt *Rota à cap. 573. Sig. ideſt. 21. num.* 4. & debet ipſe ſiue voce, ſiue ſcripto ſuum ſuffragium tradere; & ſi ſemel eligere liceret per Procuratorem, aut mediatum non habentem ſpeciale mandatum Capitulo manifeſtum, incertiſſima eſſet electio; neque enim quilibet ponentium ſchedulam in vrnam eſt pèr ſe talis fidei, vt ei credi debeat de his quæ agit alieno nomine, niſi de mandato ad ſic agendum cōſtet. Ideo directè contra ſubſtantiam electionis eſt, quod vnus, vel voce, vel ſcripto det pro alio ſuffragium, niſi de mandato ad ſic agendum conſtet, & quod mandatum nequit præſens dare, ſed ipſe per ſe ipſum ſuum ſuffragium tenetur reddere.

27 Sed & id factum eſt contra ſecretum electionis,

nis, & Concilium Tridentinum. Nam parum intereſt, quod illud ſuffragium non ſit licitè publicabile; Concilium enim publicationem ſecundum ſubſtantiam prohibet, non verò ſolum quatenus illicitam, & vel iniuſtam, vel contra fidelitatem, at verò ſchedula, quæ eſt, & quam vnuſquiſq; poteſt legere, ſi vult,non eſt ſecreta ſecundùm ſubſtantiam,ſed exhiber modo viſibili à quocumq; illam recipiente nomen eligentis, vbi conſtet illam eſſe talis, vel talis electoris,& totum per accidens eſt ſi non legitur, & publicatur. Itaq; hoc exigit ſcrutinium ſecretū,vt vel voce, vel ſcripto ſic quilibet det ſuffragiū,vt nomen electoris ex vi talis ſcrutationis immediatè non poſſit alicui innoteſcere , ſeù non poſſit ſciri , niſi à ſcrutatoribus reueletur, qui ergo dat ſchedulam proptlam alteri modo dicto , proprium nomen publicat ex modo eligendi,& non ſolùm ante, ſed immò in ipſa electione , & publicè eligit , quia eligit publicando nomen ſuum illi,qui ſui ſchedulam porrigit; & ideo vndequaq; tam ipſe,quàm qui ſchedulam recipit mortaliter peccat agens contra duorum Conciliorum decretū . Ideo ex hoc explicatur ſuperior reſolutio, & dicitur quod licet non ſit contra ſecretum electionis, quòd fiat id , vnde poſt electionem poſſint publicari nomina eligentium,eſt tamen contra tale ſecretum, ſi fiat vndè electio ipſa in ſuo eſſe, & in ſe ipſa poſſit eſſe manifeſta , & vt dicemus etiam ex *Paſqual.* non eſt contra electionem, quod quis ante electionem oſtendat ſuam ſchedulam,quia non per hoc conſtat,an eligatur de facto nominatus in illa; ſed qui ponit in vrna ſchedulam alienam ſcit ſine dubio, & certiſſimè eligi illum, in ſchedula nominatur,& ſi vult,poteſt etiam ſcire quis nominetur,vndè talis modus eligendi non eſt ſecretus. Et ſine dubio hanc ſententiam tenent DD. illi , qui vel non admittunt, vel vix admittunt , quod ante electionem vnus electorum poſſit alteri legere ſuam ſchedulam, vt infra videbitur.

28 Verùm ſuperiora limitantur in caſu , in quo elector non potens propria manu mittere ſchedulam, accedit ad ſcrutatores , & ipſis videntibus illā tradit alicui , qui ſtatim videntibus ſcrutatoribus mittit illam in vrnam . In hoc enim caſu totum hoc non eſt iocertum ; quia conſtat ſchedulam eſſe illius electoris; at verò nihil etiam fit contra ſecretum ;quia ſic datur ſchedula, vt à nullo poſſit videri , donec cum alijs confuſa à ſcrutatoribus videatur .

29 Sic igitur, electione in ſui ſubſtantia exiſtente ſecreta, additur , quòd apud Regulares, nomina eligentium, nec poſt electionem debent publicari. Sed hic videndum eſt , quid ſit nomina eligentium publicare ? Reſpondetur verò, quod cum ſecretum electionis ad hoc ordinetur,vt electores plena libertate poſſint eligere, quem coram Deo iudicant digniorem, cui præiudicium afferre poteſt notitia per quam,nedum certò,ſed probabili coniectura ab habentibus intereſſe in electione cognoſci poteſt , immò dubitari, an elector hunc vel illum determinatè elegerit. Ideo contra iuſtitiam officij agunt ſcrutatores , ſi taliter loquantur , vt ex eorum verbis , nedum poſſit haberi probabilis opinio , quod aliquis elector determinatè hunc & non illum elegerit, ſed poſſit dubitari , an elector aliquis elegerit hunc vel illū,quem iſte, vel ille cupiebat, vt eligeretur ab eo. Quoniam omnibus iſtis,& ſimilibus modis violatur ſecretum ſcrutinij ; & quidem taliter , quod poteſt eſſe hoc in notabile præiudicium electorum . Ideo quod ſcrutatores peccent mortaliter, aliquod votum reuelando ex *Bonac.de contract.q.2. num.3.* tradit *Lauor.cap.19.num.57.* Quod non credo vniuerſaliter verum , vbi reuelatio priuata nullum, vel paruum damnum inferat electioni , & eligenti reuelato . Addit vero , quod etiam in eo caſu electio eſt nulla . Quod non placet. Non enim omnis iſta notitia quacumque via à ſcrutatoribus deducta, eſt propriè publicatio nominum eligentium. Nam publicare , vt habet Lexicon iuris, eſt pro clamare , ſeu euulgare ; vnde publicare nomina eligentium eſt illa proclamare , vel euulgare, quod fit aſſertiuè dicendo nominatim Paulus elector elegit Titium , Sed dicendo neſcio , vel dubito, vel ſuſpicor , quod Paulus elegerit Titium, non eſt in rigore publicare nomen Pauli electoris ; quia non affirmatur, quod Paulus elegerit Titium.

30 Verùm meliùs ex *Panor.conſil.99.lib.1.&Card. Tuſco lit.P. concl. 964.* natura publicationis explicatur. Propriè enim loquendo publicare dupliciter dicitur, vel ſcilicet in notorium deducere, vel facere, vt aliquid tranſeat in famam publicam loci; vnde publicum eſt,quod eſt notorium per euidentiam vel famam, *cap.tua de cohabit. cleric.* licet verò non ſit neceſſarium , vt quod dicitur publicum, ſit omnibus & ſingulis de ciuitate manifeſtum , neceſſe tamē eſt, vt tranſeat in notitiam viciniæ, aut maioris partis loci,in quo actus geritur. Igitur id dicitur publicari, quod ita publicè, & palam fit,vt tranſeat illicò, vel ſucceſſiuè in notitiam populi,viciniæ, vel maioris partis ; ad hoc verò duo ſunt neceſſaria . primò , ſcilicet , vt publicatio fiat in loco publico . Sed hoc ſolum non ſufficit, ſed neceſſe eſt, vt fiat in loco, & actibus in quibus populus loci conuenit, vt in miſſa, in ſermonibus,in nundinis , & ſimilibus,vel ſaltem coram tanta multitudine , vt actus tranſeat in notitiam ſaltè maioris partis viciniæ . Ita quod non reſultat publicitas ex eo , quod actus geritur in cœmiterijs, vel in Eccleſia , vel etiam in platea in præſentia quatuor dumtaxat teſtium;quia poteſt contingere, vt hoc ſic factum non tranſeat in aliorum notitiam. Et ideo oportet, vt id, quod publicatur, geratur in loco publico, coram tanta multitudine, vt de facto actus per ſe tranſeat in notitiam ſaltem maioris partis viciniæ. Immo hic diſtingui debet publicum facti, à publico iuris; neque enim attendi debet ſolum publicum iuris, vbi exigitur à iure publicum facti. Quando enim ius requirit publicitatem alicuius actus, ad effectū , vt illius actus præſumatur apud alios notitia , debet intelligi de publicitate, quæ conſiſtit in facto, non verò de ea , quæ cauſatur ex iure . Et ad hoc facit; quod habet *Gloſſ. ſingul. in Clem. 1. de ſepul. in verb. publicè*, vbi text. diſponit de publicè excommunicato, & *Gloſſ.* intrando materiam,quis dicatur publicè excommunicatus, dicit , quod publicitas cauſatur ex quantitate loci,& multitudine adſtantium; vnde ſecùdùm illam Gloſſam,non ſufficit ad hoc vt dicatur publicè excommunicatus, quòd iudex in banco coram duobus, vel tribus teſtibus illum excommunicauerit, quia non per hoc excommunicatio in facto eſt publicè nota apud homines , licet ſit nota ex iure apud iudicem .

31 Ex his habetur , quod publicare nomina eligen-

gentium eſt, ea facto. vel verbo euulgare in loco publico, & coram tanta multitudine, vt eorum notitia per ſe tranſeat ad maiorem partem Collegij, vel Eccleſiæ, vel Conueutus, vel Ciuitatis, vel loci, in quo habetur electio. Vnde clandeſtina, vel priuata reuelatio per quam ſcrutator vni, vel alteri manifeſtat nomen alicuius eligentis, non eſt eiuſdem nominis publicatio, nec valet ad irritandam electionem. Decretum enim Concilij in ſenſu proprio accipi debet, maximè cum agitur de nullitate actus electionis, quæ vel eſt pœna, vel onus valde graue impoſitum electoribus; clandeſtina vero, aut priuata manifeſtatio alicuius actus non eſt illius publicatio. Quod eò magis confirmatur, quod Concilium intendit tollere publicationem nominum eligentium, quæ iuxta formam antiquam fiebat in publicatione ſcrutinij; & vult, quòd electio in Regularibus, ita fiat ſecretè, vt nomina eligentium non publicentur, ſicut conſuetum erat fieri, & fit de facto etiam nunc in electionibus non Regularium, in quibus ſimul cum publicatione ſcrutinij, publicantur eligentium vota, ſi ſint ſcrutatoribus nota.

32 Publicantur igitur nomina eligentium, vel ſi in publicatione ſcrutinij, coram Collegio electorum ea per ſcrutatores publicantur: vel ſi in decreto electionis, quod mittitur ad confirmatorem eadem nomina deſcribuntur: & multò magis ſi electores ſubſcribant eidem decreto, vt fit in electione Epiſcoporum: vel ſi in literis confirmationis nomina præfata euulgantur: vel tandem ſi in loco publico, corã tanta multitudine euulgentur, vt publica ſint.

33 Sed ſi aliquis ſcrutatorum clandeſtinè, ſeu priuatim manifeſtet alicuius eligentis nomen, peccat quidem contra ſui officij fidelitatem; & eò magis peccat, ſi ex hoc ſequitur alicui notabile damnum; ſed tamen non per hoc electio eſt nulla; quia non propterea nomen, vel nomina electorum dicuntur publicati.

34 Sic igitur electio in ſui ſubſtantia debet fieri per vota ſecretè data & à ſcrutatoribus ſecretè recepta, & in Regularibus vlteriùs hæc eligentium vota ſic debent ſecreta conſeruari, vt nunquam nec poſt electionem publicentur. Verùm loquendo de manifeſtatione facta ab electoribus extra electionem, non irritari electionem ſi aliquis electorũ, ante, vel poſt ſcrutinium verbo dicat, ſe velle eligere, aut elegiſſe hunc vel illũ, nec per hoc tolli, quin electio ſit ſecreta, licet malè faciant electores hoc publicando, docuit *Garzias p.5.de benef. cap.4. nu.196.* dicens hoc declaraſſe Sac.Congreg.in hac forma. *Ante vel poſt ſcrutinium electoribus nullo modo licet, cui votum dederint publicare. Sic S. Congreg. reſpondit petenti an electio ſic facta teneret.* Ideo *Garziam* ſequuntur *Caſtell.de elect.cap.5. numer.26. Barboſa ad d.cap.6.ſeſſ.25.Conc.Trid.num.14.Palaus par.2.tract.13.diſp.3.numer.9.Donatus d. tract.1. q.7. num.3.* Videtur tamen quod minus conſequenter loquantur DD. iſti, ſi enim dicere, ſe velle eligere hunc, vel illum non tollit ſecretum electionis, & ideo nec irritat electionem, vnde & qua cauſa eſt malum? Non quidem ex prohibitione Concilij, aut *cap. quia propter*, quia electio facta contra prohibitionẽ & formam ab illis factam, nedum eſt mala, ſed eſt irrita. Vnde ergo illa reuelatio, quæ non eſt contra ſecretum electionis, eſt mala per ſe loquendo?

35 Dicitur nihilominus primò, quod manifeſtatio nominum electorum, ſiue fiat ab vno, ſiue à pluribus, ſiue ab omnibus electoribus, & ſiue ante electionem, ſiue poſt, dummodo fiat extra electionem, & non fiat à ſcrutatoribus, ſeu ex vi notitiæ habitæ per electionem, non eſt prohibita adeo per Concil. Trident. aut per Concil. Lateran. in *cap. quia propter*, vt irritet electionem, nec eſt tam mala, vt facta ex rationabili neceſſitate, & cauſa non ſit bona, & licita.

36 Probatur primò ex Concilio Trident. ponderando, quod prohibitio publicationis nominum eligentium, non ponitur abſolutè, & de ſe ſeparata, ſed vt connexa electioni factæ per vota ſecreta. Hæc enim ſunt verba Concilij, *diſtrictè præcipit omnes ſupradictos eligi debere per vota ſecreta, ita vt ſingulorum eligentium nomina numquam publicentur.* Dictio autem illa *ita vt*, eſt dictio explicatiua eius, cui additur. Dictio enim iſta. *Ita vt*, eadem eſt cum iſta alia, *Ita quod, l.2. §.ideoque, ff de ijs, qui ſunt ſui, & l.penult.§.quiſquis, ff.de leg.1. Mandoſ. in gloſ. facult. §.volentes, v.ita vt, Barboſa, dict.184.num.1.* At verò regulariter huiuſmodi dictiones ponũtur ad declarandum antecedẽtia dicta, vt ex *Alciat. Menoc. Mart. Ruin. Pariſ.* & alijs probat idem *Barb. dict.182. n.7. & 184. nu.4.* Quamobrem Decreti Concilij Trid. ſenſus eſt. Superiores Regulares eligi debere per vota ſecreta, ad eò vt nedum ſecrete recipiantur, ſed recepta nunquam publicentur.

37 Duo igitur præcipiuntur. Præcipitur primò, electionem fieri per vota ſecreta. Et hoc fit, quando vota ſic dantur in electione, vt non innoteſcant niſi ad ſummum ſcrutatoribus. Ante ſcrutinium enim neque electores ſunt de præſenti electores, neque eligunt, neque dant votum eligendo, neque ſuffragium, neque cenſentur formaliter electores, aut eligentes, niſi in actu electionis, *Caſtel d.nu.26.* Vnde quidquid dicant ſe velle agere de futuro, nec eſt eligere, nec eſt dare votum, & poſt quam centies dixerint ſe velle aliquem eligere, & promiſerint, & iurauerint millies, adhuc in ſcrutinio ſecreto poſſunt non eligere ſi volunt, nec iurando ſe electoros, eligunt, aut dant vota, ſed poſſunt non eligere eum, quem ſe eſſe electuros iurarunt. Ex eo igitur, quod electores prohibeantur eligere per vota publica, per ſe & directè ſolum prohibentur tunc cum eligunt, & dant ſuffragium non ſeruare ſecretum, & præcipitur, vt dando ſuffragium legem ſecreti ſeruent, *Suarez ſupra citatus num.11. Baſſaus v.electio num.6.* Non igitur prohibetur diſtinctè, & primò, quin electores dicant ſe velle hunc vel illum eligere, & quòd hoc publicent, ſed quod dum eligunt vota ſecreta dent, & prout magis eis placuerit, quem volunt liberè eligant. Quod verò ſecundo ſubditur, *ita vt ſingulorũ eligentium nomina nunquam publicentur*, reſpicit electionẽ, & ſcrutatores, & confirmatorẽ, ſeu quemcumq; qui aſſiſtens electioni auctoritate publica eius habet notitiã; iſti enim ſunt qui poſſunt nomina electorũ publicare, nõ verò eligentes, qui aliorum nomina neſcientes ea publicare non poſſunt: propria verò nec valent publicare; quia in præiudicium electionis, & electi nec de facto proprio validum teſtimonium poſſunt ferre. Conciliũ enim voluit, electionem liberam tali modo fieri, vt non incutiat timorem electoribus, ne ex eorum propalatione poſſint ſibi metuere malum, ideo

præ-

Digitized by Google

præcipit primò, vt electio ſecreto fiat, ſecundò vt facta ſecretò conſeruetur ſecreta taliter, vt nullus eorum, qui eius notitiam habuit, quia eo ſciente & vidente facta eſt, nomina eligentium publicet. Et ſic interdicit publicationem, quæ veniat ex notitia intuitiua elections (vt ſic dicam) habita ab illis, qui auctoritate publica illi adſtiterunt. Vnde hæc prohibitio reſpicit ſcrutatores, ſeu eos qui aſſiſtunt ſcrutinio. Nam aliàs elector ipſe non erat prohibendus reuelare ſuum votum; tum quia illi deponenti de facto proprio non creditur; tum quia non eſt contra libettatem electionis, quod elector ſuum votum publicet.

38 Sed probatur ſecundò de publicatione, quæ fit ante ſcrutinium, quia ex vi Concilij Tridentini non eſt prohibitus tractatus, etiam de perſona eligenda, antequam celebretur electio: immò non deſunt, qui dicant hunc tractatum eſſe de ſubſtantia electionis. Nam certè actus humanus in rebus grauibus non fit ſine diligenti inquiſitione, & deliberatione, & electio vnius medij præ alijs, nequit fieri prudenter ſine multa conſideratione & collatione mediorum, vnde vt electio rectè fiat, & prudenter neceſſe eſt, vt electores inter ſe inquirant, diſcurrant, tractent de meritis eligendorum, & vbi bonum Eccleſiæ id poſtulet, bonum eſt & iuſtum, vt electores nedum dicant ſe velle eligere v.g. Titium, quia verè eſt melior omnibus, ſed etiam vijs legitimis id cõſulant proponendo merita illius, demonſtrando neceſſitatem Eccleſiæ, & ſine iniuſtitia, ſed cum charitate defectus aliorum comparatione illius demonſtrando. Et hoc nedum priuatim, ſed publicè quantum fieri poteſt prudenter, & in tractatu publico; in quo licet vocalibus ſe determinare & publicè deeernere ſe velle eligere Titium determinatè. Sic enim *cap.cum in Geneſi 52.de elect.* deciditur caſus, in quo electores habuerant mandatum tractandi ante electionem de perſona eligenda, & de conſilio accipiendo à tribus ibi nominatis ſuper eiuſdem perſonæ electione, & fuit decretum, vt caſſaretur electio ſi dictus tractatus non fuiſſet habitus. Non eſt verò vnde dicatur Concilium Tridentinum prohibuiſſe huiuſmodi tractatus, etiam collegialiter habitos, ſed nunc quoq; hos eſſe licitos, vt patet ex dictis ſupra *c.5.* Et nequit electio aliter, humano modo & prudenter fieri poteſt niſi vocales, vel priuatim, vel publicè conueniant de electione habenda in hac, vel illa perſona; nec vlla electio fit alio modo, & omnis electio eſſet nulla, ſi huiuſmodi tractatus irritarent electionem; quia in illis nedum electores dicunt ſe velle hunc, vel illum eligere, ſed ſuadent alijs, vt ſecum eamdem perſonam coeligãt: quod non eſt malum, ſed licitum, ſi deſint minæ, conuentiones, pacta, & alia huiuſmodi, & ſolùm rationibus ſalua iuſtitia, & charitate propter bonũ commune, vnus alium perſuadeat, vt ab electione indigni, aut minùs digni deſiſtat, & digniorem eligat. Per ſe igitur non eſt prohibitum electori dicere ſe velle illum eligere; ſed immò ſi hoc ſit veſtitum debitis circumſtantijs, & rationabili neceſſitate, ſeu cauſa, eſt bonum. Et licet ſupra *cap.quinto*, probatum ſit, quòd tractatus collegialis de perſona nõ eſt de ſubſtantia electionis; immò quod attento fine Concilij Tridentini volentis, quod electiones Regularium, ità ſecretè fiant, vt nomina eligentiũ nunquam publicentur, huiuſmodi tractatus minùs conueniunt, & meliùs ommittuntur. Tamen non propterea ſequitur, quòd ſint illiciti, ſed immò & adhuc apud aliqua Collegia ſunt in vſu, & in aliquibus Prouincijs Ordinis Prædicatorum, adhuc horum tractatuum antiquus vſus viget. Si igitur nõ obſtat Concilio Tridentino, quòd in pleno tractatu omnes, vel maior pars electorum deliberet, & decernat, & dicat bonum eſſe eligere Paulum, ſeque velle illum eligere, neque contra Concilium erit, ſi vnus alteri electorum manifeſtat ſuam voluntatem ante ſcrutinium, etiam de certa perſona eligenda, vel oſtendat propriã ſchedulam. Neque hoc obſtat ſecreto electionis; quia totum hoc ſecretum eſſentialiter conſiſtit in eo, quod fiat per vota ſecreta, nimirum per vota ſecreto modo data in ipſo ſcrutinio, ſeu per ſcrutinium ſecretum, & hoc eſt quod præcipit Concil. Tridentinum, & hoc fit non obſtante quacumque publica manifeſtatione ſcrutinium antecedente; & quidem fit liberè, & pro hac libertate habenda, decreta eſt electio ſecreta. Eſſet verò contra ſecretum electionis, ſi nedum ante ſcrutiniũ ſchedulæ oſtenderentur, ſed id extrinſecus fieret eo modo, vt conſtaret ſchedulam oſtenſam eandem numero, poni in vrnam; hoc enim eſſet eligere per votum non ſecretum. Sed cum ſchedula ita datur, vt non conſtet, quid contineat, & ſi prius aliqua ſchedula oſtenſa fuerit, votum ſecreto datur; quia quid ſchedula data contineat, non apparet.

39 Sed & poſtquàm electores dederunt votum ſecretum, quod non ſit illis prohibitum omnino dicere, ſe hunc determinatè elegiſſe, probatur ex eo quod licet illis, & electioni, & perſonæ electæ ſe opponere, & econtra contra aliorum oppoſitiones petere, procuratore, etiam per ſcripturas publicas vt electus ab illis confirmetur. Nihilominus *Caſtell. de elect. in addit. ad cap.7. nu.3. & ſeq.* ſenſit, quod ſi vocales cuncti præſertim in ſcriptis cum eorum proprijs ſubſcriptionibus in literis etiam directis Confirmatori, hanc propalationem facerent, proculdubio agerent contra diſpoſitionem Cõcil. Trid. & electio eſſet nulla. Et eo magis ver. g. ſi viginti elegerunt, & viginti ſe ſubſcribunt aſſerentes omnes elegiſſe. R. qui verè fuit electus à 20. electoribus; ſic enim nedum indirectè, ſed directè contradicunt decreto Concilij Et hoc, ait, locum habere etiam ſi vocales fuiſſent v.g.25. & viginti eligunt. R. & viginti ſcribunt, & ſubſcribunt ſe elegiſſe. R. Et addit amplius, quòd hic modus adimit libertatem; quia vocales ſcientes ſe requirendos fore ad ſubſcribendum literis prædictis, nolentes eligunt, quem non eligerent. Sed hæc ſententia adimit electoribus viam appellandi, & recurrendi ad ſuperiores omni meliori modo, quo poſſunt. Quia vbi electores elegerunt in diſcordia, & contra electum à maiori parte, minor pars inſurgit, ſi manifeſtare electionem iam factam, & vocales propalare ſe elegiſſe illum cuius confirmatio petitur eſt prohibitũ, & reddit irritam electionem, eſt etiam prohibitum iuridicè defendere electionem iniuſtè impugnatã. Quia cum ei non liceat opponere electioni, qui elegit, & regulariter hoc moraliter certum ſit, quod qui opponunt electioni, non elegerunt electum, & qui electionem defendũt electum nominarunt; iam & qui ſe opponũt electioni, & qui illam defendunt, facto proteſtantur, & publicant ſe, vel non elegiſſe, vel elegiſſe; parum verò intereſt, vt verbis ex-

primane, quòd facto declarant; vel non eſt cur prohibiti ſint verbis reſcribere, quòd factis propalant. Sed immò ex Nicolio in Floſculis *v. vox. num. 3.* additur, quòd adhuc votum dicitur ſecretum, licet nomen votantis propaletur à ſcrutatore poſt Capitulum, vt declarauit S. Cong. Regular. 18. Februar. 1650.

40 Ideo multi ſunt caſus, in quibus huiuſmodi præteritorum votorum propalatio eſt licita, & nullo modo irritans electionem. Primò quidem nunquàm irritat electionem, ſi fiat hæc publicatio poſt confirmatam electionem, quia vt ait *Suarez* citatus electionis valor non pendet à futuro caſuali euentu. Sed etiam ante confirmationem, ſi ſcrutatores ſint infideles vni parti, & vel augeant numerum fauentium alicui, vel diminuant numerum ſuffragiorũ datorũ ei, quem pars maior nominauit, poſſunt illi electores ſe opponere ſcrutinio, & proteſtari ſe in tanto numero, ſingulos nominando, elegiſſe R. vel non elegiſſe: & omni meliori modo, quo fieri poſſit, maximè ſi aliquem ex ſcrutatoribus pro ſe habeant, poſſunt dicere contra ſcrutiniũ, & pro illius caſſatione agere, & ſcribendo, & ſubbendo literis vocales nominantibus, & de eorum determinato numero fidem facientibus. Conciliũ enim iuſtitiam electorum noluit impedire, ſed protegere.

51 Secundò ſi electores alij elegerunt ſcienter indignum, vnde Collegium ſcandalizauit populum, vel Conuentum, immò ex hoc electores illi, qui elegerunt indignum perdiderunt ius ſuum, cur elector innocens, & honoratus non zelabit pro honore ſuæ partis, & ſui ipſius, omni meliori modo quo poteſt, affirmando ſe non elegiſſe illum, & ſi opus fuerit etiam iurando? Et amplius, eſtò eſſet vnicus, & ſolus, cur impedietur, vt coram confirmatore non agat, vt ipſe non priuetur voce, ſed immò vt confirmetur is, qui eſt dignus, & quem ipſe nominauit, non obſtante, quòd à maiori parte electus fuerit manifeſtè indignus, vel incapax. Certè in hoc caſu, qui relicto indigno elegit dignũ nedum poterit publicare ſe elegiſſe hunc dignum, ſed hoc etiam probare omni meliori modo ſibi poſſibili licebit. Et vt probatur infra *c. 19.* publicato ſcrutinio in quo à maiori parte nominatus eſt notoriè indignus, poteſt minor pars appellare ab electione futura, & proteſtari, ne ex vi talis ſcrutinij procedatur ad publicam electionem, ſeu decretum electionis.

42 Tertiò ſi in electione peccatum fuerit, vel ſi electioni legitimæ defectus objiciatur, electores nõ obſtante, quòd ex hoc manifeſtabunt ſe elegiſſe, vel non elegiſſe aliquem, poſſunt & electioni ſe opponere, & illam reſpectiuè tueri, ſi hoc iuſtitia exigit, nec electio petit eſſe ſecretam in præiudicium iuſtitiæ. Ideo etiam extra iudicialiter poſſunt electores pro ſui honoris, & Collegij defenſione dicere ſe, vel elegiſſe aliquem, vel non elegiſſe: quod poſſunt facere pro quacumque alia rationabili neceſſitate, ſeu cauſa tali ac tanta. quòd poſſit iuſte mouere electorem, ad reddendam ſui facti notitiam, & rationem coram hominibus, Et in his caſibus non fit ſubſtantiale præiudicium electioni iã factæ per vota ſecreta; quoniam electio in ſui ſubſtantia ſecreta eſt, ſi eſt facta per vota modo ſecreto data; & ſecreta cuſtoditur, & conſeruatur, ſi ex vi notitiæ in ſcrutinio habitæ; nulli publicatur! Et praxis hoc confirmat, nam & ante, & poſt electionem vocales ſuum ſuffragium paſſim publicant, & ſe, vel velle eligere talem, vel elegiſſe profitentur. Et poſt electionem expreſſis proprijs nominibus, vel pro, vel contra electionem ſcribunt, & proteſtationes proponunt, & inſtrumentis publicis eligunt procuratores ad effectum, vt electiones caſſentur, vel confirmentur.

43 Sed remanet ſoluendum argumentum ſupra propoſitum. Vel enim ſingulis electoribus eſt prohibitum publicare ſe ipſos ante, vel poſt electionem per Concil. Tridentinum, & ſic talis publicatio irritat electionem, quia facta contra prohibitionem munitam decreto irritanti, vel non eſt prohibitum, & ita talis publicatio non erit mala, quia non erit prohibita, quod eſt contra declarationem S. Congregationis. Reſpondetur argumentum militare contra præfatam declarationẽ S. Cong. ex qua vtrumque colligitur, ſcilicet, quòd publicatio ſuorum votorum facta ab electoribus extra electionẽ non irritat electionem, & tamen eſt mala, Reſpondetur igitur, quòd ex quo per *Capit. Quia propter*, & per Concil. Tridentinum ſtatutum fuit, quòd electio ſit ſecreta, iam ex vi illius inſtitutionis conſequenter prohibita eſt quecumque reuelatio, quæ ſecreto electionis, & modo præſenti eligendi non congruat; & ideo publicare ſuffragium ſuum per ſe eſt illicitum, ita tamen, vt ex neceſſitate, & iuſta cauſa poſſit fieri licitum. Ideo vt bene docuit *Paſqualig. dec. 265.* per ſe nec eſt ex ſuo genere peccatum mortale, (quidquid in contrarium dixerit *Samuel. controu. 8. diſp. 5. trac. 1.* Id aſſerens tanquam probabilius); quia non fit notabile præiudicium electioni ex hoc, quòd vocales ſuum ſuffragium ante, vel poſt electionem publicent. Poteſt verò eſſe mortale, vt ait *Raggius parte 2. dub. 198.* ſi ex hoc graue damnum libertati electionis immineat; ſed nullum eſt peccatum ſi ex honeſta neceſſitate fieri contingat. Ex iſta verò S. Cong. declaratione reſolutio poſita confirmatur. Habetur enim quòd propalare ſuum ſuffragium non vitiat electionem. Cuius ratio eſt, quia prohibitio publicationis nominum eligentium ſupponit electionem factam, & reſpicit ſcrutatores ſeu eos, qui auctoritate publice publicam notitiam electionis habent, & quibus interdicitur ne eam publicent. Conſiderandum eſt enim, quòd iuxta formam antiquam *cap. Quia propter* publicabantur nomina eligentiũ, vt poſſet fieri collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum, ſed hanc publicationẽ directè prohibet Cõcilium Tridentinum, vnde eſt quòd, vt pluries dictum fuit prohibitio Cõcilij reſpicit ſcrutatores, vel publicos miniſtros electionis, qui prohibentur publicare eligentium nomina, in ipſo ſcrutinio electionis cognita.

44 Et ad id, quòd addebat *Caſtell.* quia nimirum Electores in literis ſcriptis ad Confirmatorem prodere ſe ipſos, ſit adimere libertatem, dicitur id per ſe non eſſe verum, ſed immò poſſe eſſe, vt ſinguli electorum id libentiſſimè faciant, immò ad id faciendum ex virtute teneantur. Vbi verò ex accidenti addatur aliquis metus, tunc iuxta ſupradicta de metu iudicandum erit in facti contingentia.

45 Hinc etiam colligitur quid dicendum ad illud quæſitum, quem proponit *Paſqual. dec. 164.* An,

ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet ; ſi vnus ex electoribus oſtendat alteri propriam ſchedulam, qua eſt ſuffragaturus, id permittente Capitulo, electio ſit irrita? Dicendum enim non eſſe irritam, nedum ſi vnus, ſed etiam ſi plures ante electionem oſtendant ſchedulam, quam dicunt ſe eſſe ſuffragaturos. Non quidem ratione, qua vtitur *ibid. Paſqual.* Quia, nimirum Concilium non prohibeat Collegio, quod non permittat vnum aliquem electorem publicare ſuum votum, & quod ſi publicet, ſit irrita electio, Nam loquendo de publicatione prohibita per Concilium, prohibetur etiam vnicum ſolum votum permittente Capitulo publicari; vnde ſi permittente Capitulo in actu electionis vnus ſolus vocalis publice ſuffragaretur, electio eſſet irrita, vt ſupra *n. 13.* eſt probatū, ſed ratio eſt, quia Concilium non loquitur de manifeſtatione, quæ fit ante electionem ab electoribus ipſis, ideo talis manifeſtatio non vitiat electionem, ſiue fiat ab vno ſiue à pluribus, etiam permittente Capitulo. Niſi manifeſtatio tali modo fiat, vt duret vſquè ad actum electionis taliter, quod inficiat ipſum electionis actum, vt per hoc debeat dici fieri per votum publicum, & non ſecretum, prout dictum eſt ſupra *nu. 38. in fine*.

SVMMARIVM.

1 *An ſit de forma comburere ſchedulas. n. 46.*
2 *Diuerſæ opiniones. nu. 46.*
3 *In Ord. Præd. eſt de forma, quod ſchedulæ comburantur. num. 46.*
4 *Non tamen, quod comburantur ante publicationem ſcrutinij. n. 46.*
5 *Non omne, quod continetur in aliquo textu eſt de forma. nu. 46.*
6 *Si vi aut fraude auferantur ſchedulæ non irritatur electio. num. 47.*
7 *Abſolute non eſt de ſubſtantia electionis, vt ſchedulæ comburantur. num. 48.*
8 *In electione ſummi Pontificis comburuntur. n. 48.*
9 *In electionibus ſeruanda ſtatuta propria circa cōſumptionem ſchedularum. n. 48.*
10 *Non eſt contra ſecretum electionis, vt ſchedulæ malæ conſeruentur. nu. 49.*
11 *Shedulæ malæ non debent publicari antequam præſententur in iudicio. num. 49.*
12 *Nō licet priuatis electoribus ſchedulas malas extrahere, & conſeruare illas. n. 50.*
13 *Scrutatores poſſunt illas conſeruare ſi ſit ſpes ſaltem dubia probandi. nu. 50.*
14 *Si certum ſit inutiliter eas conſeruari, debent puniri. num. 50.*
15 *Superior ſcrutator non tenetur ex officio agere cōtra ſchedulas malas. n. 50.*
16 *Poteſt tamen ſi velit. num. 50.*
17 *Quomodo ſchedulæ malæ ſeruandæ. num. 50.*

46 QVæritur quartò An in electione, quæ fit per ſchedulas ſit de forma, vt ſchedulæ, ante publicationem ſcrutinij cōburantur? *Caſtell. de elect. cap. 4. nu. 62.* ex quodam oraculo viuæ vocis Pij Quinti facto Cardinali Cribello, affirmat. è contra verò *Garzias p. 5. de benef. cap. 4. nu. 198.* exiſtimat, quòd malas ſchedulas extrahere ad oſtendendum illas, non vitiet electionē, quia cū iam electio ſit rite facta, nō vitiatur per ſubſequens factum; quamuis Capitulum curare debeat ne aliquis poſſit eas extrahere. Dicitur primò, quòd in Ordine Prædicatorum ex ordinat. *Cap. Bonon.* 1564. eſt de forma, vt facta collatione numeri ad numerum, & nominibus electorum in ſcriptis redactis ſchedulæ coram Capitulo ante publicationem ſcrutinij comburantur. *Gloſſa Conſtit. d. 2. c. 2. §. 1. Lit. A. ver. Decimam, Caſtel. loco citato, Camill. in direc. elect. cap. 2. nu. 1.* Quod tamen ita intelligi debet, vt ipſa combuſtio ſchedularum ſit de ſubſtantia, ſed quòd fiat ante publicationem ſcrutinij res minima eſt, nec omnia quæ recenſentur in illa ordinatione ſunt poſita, vt omnino de ſubſtantia. Nam & in *cap. Quia propter* dicitur, quòd aſſumantur in ſcrutatores tres electores fide digni, & tamen communis ſententia docet non eſſe de ſubſtantia, ſed de iuſtitia, quòd ſcrutatores ſint fide digni, quia hoc in textu poſitum eſt potiùs admonendo, quàm ſubſtantiale inducendo. *Panorm. ad d. cap. num. 16.* Ita in præſenti, quòd ſtatutum ſit ſchedulas comburi ſtatim ante ſcrutinij publicationem, eſt poſitum potiùs dirigendo, quā ſubſtantiale inducendo; vnde ſi ex inaduertentia ſchedulæ ante publicationem ſcrutinij non fuerint combuſtæ, ſed tamen poſtea comburantur nec permittantur legi ab aliquo, non erit nulla electio.

47 Et ſi etiam nonpermittente Capitulo, & ſcrutatoribus aliqui ſine eorum, ſcilicet Capituli, & ſcrutatorum, culpa in hoc ordine, vel vi vel fraude aliquam ſchedulam legeret, vel ſchedulas furaretur, & eam, vel eas publicaret, electio irrita non eſſet, quia non eſſet per Capitulum, vel ſcrutatores, quod ſchedulæ non eſſent combuſtæ, vel publicatæ, & ſi Capitulum eas rehabere non poſſet, vt comburantur, ad impoſſibile nemo tenetur.

48 Dicitur propterea ſecundò, quòd abſolutè, & præſcindendo à ſtatuto particulari, de ſubſtantia electionis non eſt, vt ſchedulæ comburantur, ſed quòd de eis id fiat, vt non legantur, nec publicentur, quomodocumque hoc fiat. Nam de illo oraculo viuæ vocis non conſtat ſufficienter, & de facto in aliquibus Ordinibus Electiones fiunt per ſcrutinium auriculare ſine ſchedulis, iuxta conſuetudinem ordinum, aut monaſteriorum. Et aliàs Concilium ſolùm prohibet, vt nomina eligentium non publicentur; quo ſtante quidquid fiat de ſchedulis nihil intereſt ſubſtantialiter, ſiue comburantur, ſiue alicubi proijciantur, & ſepeliantur, vt videri nō poſſint, ſiue quocumque alio modo cuſtodiantur, vt non videantur. Verum tamen eſt, quòd hic eſt modus facilior, & ſecurior, & magis conueniens ſecreto electionis, vt ſchedulæ comburantur in præſentia Capituli. Quod etiam fit in electione ſummi Pontificis vt in Cæremoniali eius patet. Et quod fuiſſe præceptum per Sixtum Quintum Ordini Franciſcanorum tradit *Caſtell. loco citato*. Et in quolibet Ordine in quo de forma ſit eligere per ſchedulas ſeruandum erit id, quod de conſummatione ſchedularum decernitur.

49 Nihilominùs, quia valde durum eſt, vt male agentes in præiudicium publicum puniri non poſſint; & in propoſito confector malæ ſchedulæ puniri non poſſit, ſi ſchedula in iudicio publico nequit oſtendi, quia ſine hac inſpectione non poteſt conſtare de corpore delicti, crederem poſſe à ſcrutatoribus conſeruari, vel etiam ab alio extrahi ſchedulas

dulas malas ad effectum deducendi illas in iudiciũ, & vt puniantur illi, qui ſchedulas malas dederunt. Nam ptimò lex non extenditur ad id, ad quod nõ ſe extendit finis legis ; finis verò Concilij Trid. & aliorum legislatorum præcipientium ſecretum electionis eſt obuiare fraudibus, & conſulere libertati eligentium ; ſed ſi non poſſunt in iudicium deduci, qui contra formam ſcrutinij operantur dãdo ſchedulas malas, nedum non tolluntur, ſed fouentur fraudes, & non conſulitur vittuti, ſed fouetur iniuſta libertas iniquè ſuffragantium. Ideo nec eſt contra ſecretum electionis, nec electionem irritat, deductio malarum ſchedulatum in iudiciũ. Nec eſt vnde dator malarum ſchedularum conquetatur ; quia non meretur patrocinium legis, qni legem tranſgreditur. Bene verum eſt, quod ſchedulæ malæ non debent, nec poſſunt publicari extra iudicium, & earum oſtenſio poſſet, iuxta ſuperiùs dicta, irritare electionem ; ſed poſtquàm in iudiciũ deductæ ſunt, quòd poſtea extra publicentur, non eſt contra ſecretum electionis ; quia quod eſt deductum in iudicium, iam eſt publicum.

50 In hoc etiam eſt diſcrimen, quòd qui non eſt ſcrutator malè facit extrahendo, & ſurando ſchedulas malas, & ſibi ſufficere deberet inſtare, vt à ſcrutatoribus conſeruarentur ad effectum deducendi illas in iudicium. Sed ſcrutatores non malè faciunt, ſi illas conſeruent; ſi tamen tales ſint, & in talibus circumſtantijs, vt ſit ſpes aliqua ſaltem dubia, vt factum contra delinquentem probari poſſit taliter, vt ad aliquam delinquentis condemnationem deueniri poſſit, Quod ſi ſit certum, quòd nihil profuturum ſit, ſi conſeruentur, debent cum alijs comburi. Scrutatores tamen non tenentur illas conſeruare niſi ad inſtantiam alicuius opponentis legitimè; quia ipſi non tenentur accuſare eũ, qui malas ſchedulas dedit, vel ſponte contra illum teſtificari. Si verò inter ſcrutatores eſſet ſuperior, ſicuti eſt ſæpiſſimè in Ordine Prædicatorum, forſan dici poſſet, quòd teneretur ex officio inquirere male factorem, ſi eſſet ſpes aliqua illum inueniendi. Verùm quia ibi non aſſiſtit tanquam ſuperior, ſed tanquam ſcrutator, dicendum eſt illum non teneri ad procedendum ex officio contra illum, vel illos, qui malas ſchedulas dederunt, & tamen poſſe illas conſeruare, & per viam inquiſitionis contra delinquentem procedere. In quo caſu illæ ſchedulæ coram alijs ſcrutatoribus, tanquam teſtibus, ſignandæ erunt aliquo charactere, vel ſigno, vt de illarum identitate conſtare poſſit. Et vtilius erit tunc vocato notario facere, vt ab illo iuridice recipiantur, & coram ſcrutatoribus ſignentur. Certè in Ordine Præd. dantes ſchedulas characterizatas ſunt priuati vtraque voce ex *Cap. Barchin.* 1174. t quomodo poterit vnquam delinquens damnari hac pœna, ſi non retineretur eius ſchedula, & ex ea conuincitur.

S V M M A R I V M.

1 *An ſit prohibita electio, vbi ſunt tres, vel duo electores. nu.* 51.
2 *Si ex ſtatuto non eſt prohibitum, valet electio, dum ex tribus electoribus, vel duobus, vnus eorum eligitur. nu.* 51.
3 *In Ordine Prædicatorum non poteſt eligi vnus de electoribus niſi ſint quinque. num.* 51.

51 QVæritur quinto, An ex vi decreti Concil. Trid. ſit prohibitum eligi, vbi ſunt tres tantùm electores, vel duo? Quia ad minùs vbi ſunt tres, vel duo electores, & non poteſt eligi niſi vnus de Collegio, nequit fieri electio ſecreta ; quia cum non poſſit quis eligere ſe ipſum, ſi ſint tres electores, & habeat duo vota, manifeſtum erit, quòd illa duo vota, data fuerunt ſibi ab alijs duobus electoribus. Quod euidentius erit, ſi ſint ſolùm duo electores, quorum vnus eligat alium. Nihilominùs dicitur, quòd ſi ſtatuta Religionis permittunt, vt vbi ſunt tres, vel duo electores poſſit eligi vnus de corpore electorũ, electio valida eſt, nec contra decretum Concil. Trid. vt declarauit Sac. Congregatio. Semper enim electio eſt per vota ſecreta, ſi ſcrutatores ſecretò exquirunt vota ſingulorum, vel electio fiat per ſchedulas. Per accidens verò eſt, quòd ex paucitate vocalium per conſequentiam manifeſtentur nomina eligentium. Sed de hoc puncto videnda ſunt, quæ dicuntur infra *cap.* 18. *q.* 13. *a. n.* 69. In Ordine verò Prædicatorum nullus de corpore eligentium poteſt eligi, vbi electores ſunt in minori numero, quàm quinque; quia præſens debet habere duo vota vltra medietatem, vel vnum votum cum dimidio, quod nequit fieri niſi, vel ſe ipſum eligat, quod non licet, vel ad minùs ſint quinque electores.

S V M M A R I V M.

1 *An ſit prohibitum eligere per procuratorem. n.* 52.
2 *Non poteſt eligi per procuratorem ſi habeat mandatum ad certam, vel certas perſonas. nu.* 52.
3 *Poteſt Principalis priuatim extra mandatum iniungere Procuratori, vt eligat determinatam perſonam. num.* 53.
4 *Et in eo caſu Procurator poteſt eligere duos. n.* 54.

52 QVæritur ſexto an ex vi decreti Concil. Trid. ſit prohibitum eligere per procuratorem? Sed iam ſupra dictũ fuit, & dicitur prohibitum eſſe eligere per procuratorem ſpecialem deputatum ad eligendum determinatè hanc perſonam; quia hoc modo electio nequit eſſe ſecreta. Sed non eſt prohibitum eligere per Procuratorem, dummodo Procurator non habeat ſpeciale mandatum de certa perſona, Ita enim declarauit S. Congregatio. Et puto prohiberi, etiam ſi procurator habeat mandatum pro pluribus perſonis, ſed certis; quia tunc etiam electio poteſt non eſſe ſecreta, ſemper enim certum erit talem Procuratorem extra illas nominatas perſonas nec elegiſſe, nec potuiſſe eligere *Garz. p.* 5. *c.* 4. *nu.* 199. 200. *Theſaur. in praxi par.* 2. *v. electio cap.* 11.

53 Et nihilominùs bene aliqui ſuperiùs dictum explicant, vt ſit verum, ſi perſona determinata nominetur in inſtrumento mandati; aliàs verò non prohiberi vocalem abſentem verbo inſinuare ſuo procuratori, vt talem & non alium eligat. In quo caſu nec vitiaretur electio; quia intentio mandantis eſſet ſecreta, & Procurator teneretur in conſcientia illum à mandante nominatum eligere, & non alium, quàmuis ſi alium eligeret, electio eſſet valida,

Digitized by Google

ſida, quia per mandatum non conſtaret de determinata procuratoris poteſtate ad eligendum, *Garz. par.5.cap.4.num.202. Theſau. vbi ſupra*.

54 Et immo addunt, quod in eo caſu Procurator poſſet eligere duos, ſcilicet nominatum ſibi à Mandante, & alium nomine proprio; quia tunc ceſſaret caſus, *§. Porro, cap. quia propter, de elect. Garz. vbi ſupra num.203. Theſaur. vbi ſupra*.

CAPVT XVIII.

De Scrutinio.

SVMMARIVM.

1 *Lex cap. Quia propter. num.1.*
2 *Ante ſcrutinium non eſt neceſſarium iuramentum ſcrutatorum de iure communi. num. 2.*

1 DE habendo ſuffragiorum ſcrutinio, hæc habentur in *d.cap. Quia propter. Qui* (ſcilicet ſcrutatores) *ſecretè, & ſingillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto; vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars Capituli conſentit*. Electoribus igitur collegialiter congregatis, & aſſumptis tribus ſcrutatoribus de Collegio, hi ſeorſum, & ſingillatim vota ſingulorum exquirere debent, & in hac exquiſitione ſcrutinium conſiſtet.

2 Antequam verò ſcrutatores incipiant ſcrutinium, deberi eos iureiurando, vel ſanctæ obedientiæ præcepto adſtringi à Præſide Capituli, vt munus ſuum fideliter exerceant docent, *Biax. p.3. cap.24. Cuch. lib.4. de elect. nu.24. Sigiſm. dub.21. nu.2.* Quod tamen non eſſe de ſubſtantia electionis tradidit *Panorm. cap. in cauſis, num.2. de elect.* Sed ex vi, *cap. quia propter* non eſt huius iuramenti neceſſitas, & in Ordine Prædicatorum, hoc iuramentum, vel præceptum non eſt in vſu. Ideo in hoc ſeruanda ſunt ſtatuta, & conſuetudines cuiuſcumque Collegij.

SVMMARIVM.

3 *Locus ſcrutinij publicus, ſed ſeparatus à loco electorum. num.3.*

3 CIrca huiuſmodi textũ verò primò quæritur, quis nam debeat eſſe locus, in quo ſcrutatores ſimul congregati vota electorum exquirere debent? Reſpondetur, quod hic locus duas conditiones habere debet: primò ſcilicet, vt ſit publicus, & in conſpectu totius Capituli, ſecundò vt ſit à loco electorũ adeo ſeparatus, vt Capitulum, nec electores cum ſcrutatoribus, nec ſcrutatores inter ſe loquentes audire, nec ſchedulas, aut ſcrutatorum ſcriptum legere poſſit, & tamen à longè poſſit videre, ne aliqua fraus in ſcrutinio haberi valeat. Vt ſecretum cuſtodiatur ſcrutinij neceſſe eſt vt locus ſit ſeparatus, vt ſcrutatores ſint ſeparati à conſortio eligentium, *Biax. p.3. cap.25. num.2.* vt ſi ſcrutinium ſit auriculare, Capitulum non poſſit audire vocem ſcrutatorũ, & electorum, vel ſi ſcrutinium fiat per ſchedulas nõ poſſit illas apertas videre, & legere, & abſolutè non poſſit legere vota eligentium à ſcrutatoribus in ſcriptis redacta. Menſa igitur & ſedes ſcrutatorum ſeorſum à Capitulo, ſed in conſpectu omnium poni debet. Cum verò de ſecreto ſcrutinij abundè dictum ſit in ſuperiori capite, & ſic pateat quomodo exquiſitio ſcrutatorum debeat eſſe ſecreta.

SVMMARIVM.

1 *In ſcrutinio auriculari de ſubſtantia eſt, vt electores ſingillatim ſinguli ſua vota proferant. n.4.*
2 *In ſcrutinio per ſchedulas, hoc non eſt neceſſarium, eſt tamen vtile, & obſeruandum. n.4.*
3 *In Ordine Prædicat. quis modus ponendi ſchedulas. n.4.*

4 QVæritur ſecundò. Quid ſignificet illa dictio ſingillatim? Secundùm *Panor. in d.cap. num.15. Sylu. v. electio 2. nu.7. Tabien. v. electio 1. num.19. Lauor. c.19. num.76.* & alios DD. ſignificat, quòd electores vocandi ſunt perſonaliter ad ſcrutinium, & venire debent non turmatim aut terni, ſeu bini, & bini, ſed ſeorſum & ſeparatim ſinguli, quia nec teſtes plures ſimul turmatim examinari poſſunt, *cap. venerab. 21. de teſtibus.* Aduertit tamen *Donatus par.3. tra.1, q.17. num.13.* hoc eſſe de ſubſtantia in ſcrutinio auriculari, in quo electores voce interrogantur à ſcrutatoribus, & voce ipſis ſcrutatoribus reſpondẽtes ſuum votum pronunciant. Vnde electio & ſcrutinium non eſſet ſecretum, ſi plures electores ſimul ſuum votum voce proferent, Sed in ſcrutinio per ſchedulas complicatas non eſt hoc de ſubſtantia; quia non multùm intereſt, quòd tres, vel quatuor ſimul dimittant ſchedulas in capſulam, cum poſtea ſcrutatores bene numerent ſchedulas, & illas nec aperiant, niſi numerus ſchedularum conueniat cum numero electorum. Nihilominùs quia faciliùs committuntur fraudes, & cum non paruo incommodo electorum aliquando ponuntur plures ſchedulæ, quàm ſint vocales, vel etiam facilius eſt ſi turmatim veniant electores, vt ponantur ſchedulæ characterizatæ ſpeciali nota; ideo & in ſcrutinio per ſchedulas, electores ſeorſum ſinguli venire debent, & videntibus nedum ſcrutatoribus, ſed Capitulo ſchedulam in vas paratum dimittere. Ideo in Ordinis Prædicat. vt habet *Gloſſ. Conſt. diſtinct.2. cap.2. §.1. lit. A.* ſtatuitur, *vt nullus eligentium manum cum ſchedula in vrnam mittat, ſed vnam ſolum ex aere perdentem, ita vt à ſcrutatoribus viſibiliter cadens appareat, intromittat.*

SVMMARIVM.

1 *Vota eligentium ſunt deſideria, & conſenſus eorum. num.5.*

5 QVæritur tertiò. Quid nomine votorum intelligatur? Reſpondetur quod intelliguntur deſideria, voluntates, conſenſus eligentium. Cum enim electio ſit actio libera, cuius forma in libero eligentium conſenſu conſiſtit, vnde is eligi debet, ex dicti textus de-

decreto in quem eligentium maior, & ſanior pars conſentit,hic conſenſus ſignificatur per nomen *vati*; & hic conſenſus eſt exquirendus à ſcrutatoribus, & ideò dicitur, quod vota cunctorum exquirant. Hic verò plura explicanda ſunt.

S V M M A R I V M.

1 *Eligere per ſortes, non eſt per ſe ex natura ſua malum. num.6.*
2 *Vnde vſus ſortium ſit malus. nu.6.*
3 *Cur Apoſtolus Mathias electus per ſortes? numer.6.*
4 *Electiones aliquorum officialium facta per ſortes ex conceſ. Apoſt.n.6.*
5 *Eligere per ſortes eſt iure poſitiuo illicitum. numer.7.*
6 *Electio per ſortes ad quodcumque officium Eccleſiaſticum, & miniſterium eſt illicita. n.7.*
7 *Etiam tractatus per ſortes eſt illicitus. nu.8.*
8 *Si tamen in tractatu ageretur de aliquo ordinato ad electionem poſſet diſcordia electorũ dirimi per ſortes, abſque eo, quod electio eſſet ipſo iure irrita. nu.8.*
9 *Sorte non poteſt dirimi lis inter beneficiatos. numer.9.*
10 *Conſuetudine poſſet introduci, vt electiones fierent per ſortes. n.10.*
11 *Etiam electiones Prælatorum, vbi vſus ſortium nõ ſit contra ius diuinum. n.10.*
12 *Sortium vſus licitus, vbi id eſt conceſſum à Sede Apoſtolica. n.10.*
13 *Electiones obligatæ ad formam cap. quia propter, ſi fiant per ſortes, ſunt ipſo iure nullæ. n.11.*
14 *Non vero aliæ electiones, licet ſint caſſandæ. numer.15.*
15 *Non ſunt ipſa facto irritæ electiones, quæ ſolum mediatè fiunt per ſortes. n.12.*

6 QVæritur igitur quartò. Qualiter eligẽtium internus conſenſus ſit explicandus, & quidem primò, an poſſit explicari per ſortes? Reſpondetur verò quòd vſus ſortium iudicatur ex cauſa, vt ex *D. Th.* docet *Caiet. 22.q.95.art.8.* nimirum an ſortiũ euentus expectetur, vel à Cœlo, vel à fortuna, vel à Diabolo, vel à Deo. Nam ſi euentus ſortium expectatur à Cœlo, vel à fortuna, vel à Dæmone, certè illicitus eſt, & præcipuè ſi expectetur à Dæmone. Sed ſi euentus ſortis expectetur à Deo, non eſt per ſe illicitus, etiam in electionibus ad officia, & miniſteria, & Prælaturas Eccleſiaſticas, niſi actus mala circumſtantia veſtiatur. Nam in caſu neceſſitatis, vbi humana prudentia deficit ſine alicuius iniuria, & iniuſtitia implorare Dei iudicium per ſortes, nullum malum eſt. Vt ſi adſint duo vel tres, qui Eccleſiæ videantur æquales in merito, & ſinguli maximè digni Prælatura videantur, & quinam ex illis præ alio ſit eligendus non appareat, non eſt per ſe, ex natura rei malum, ſi per vſum ſortium remitteretur Deo iudicium vnum ex illis tribus eligendi in Prælatum. Quod confirmatur exemplo electionis Apoſtoli Mathiæ, qui in Apoſtolum per ſortes à Collegio Apoſtolorum fuit electus. Quamuis enim verè dicatur id fuiſſe factum inſpiratione diuina, & quidem irreuocabiliter, vt ſcilicet hoc modo etiam Mathias eſſet à Chriſto electus, ſicut & cœteri Apoſtoli, nihilominùs ſi vſus ſortium fuiſſet ab intrinſeco malus, & illicitus, ab eo abſtinuiſſent Apoſtoli: De facto etiam in Ord. Ciſtercien. S. Bernardi in Italia Congregat. obſeruantiæ, vt patet ex Bulla Gregor. XIII. Romanus Pontifex die 23. Maij 1578. §.4. electio Diſcretorũ ſeu ſociorum Prælati fit per ſortes, Et eadem ſociorum electio per ſortes fit apud Canonicos Regulares *S.* Saluatoris vigore bullæ, Ex varietate §. 8. æditæ à Sixto V. anno 1589. Per ſe igitur abſolutè vſum ſortium, ex cauſa iuſta, & ſinè alicuius iniuria, dum expectatur euentus à Deo, non eſſe illicitum habetur ex *D. Th. 2.2.q.95. & Caiet. ibid. & in ſumm. v. ſors* & fuit doctrina S. Auguſt. *lib. de Doctr. Chriſt. cap. 28. & epiſ. 180. ad Honoratum*, & id etiam docet *Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 2. cap. 12. num. 8. Sanchez in ſum. lib. 2. cap. 38. num. 73.*

7 Nihilominùs dicitur, quòd modò ex iure poſitiuo vſus ſortium in electionibus ad Prælaturas Eccleſiaſticas eſt prohibitus, *cap. non ſtatim, & cap. non exemplo 26.q.2. & cap. Eccleſia, de ſortileg.* Et explicatur, vt verum habeat in omnibus electionibus, nedum ad prælaturas, & beneficia, ſed ad omnia officia, & miniſteria Eccleſiaſtica. Et ita vt nec compromiſſarij per ſortes eligi poſſint, nec ipſi eligere. Et ita vt nec per ſortes accipi poſſint aliqua ex quibus poſtea vnus eligatur. Et ita vt ſi aliqui ad beneficium electi ſint cum æqualibus ſuffragijs, non poſſit ſorte decerni, quis eorum beneficium obtineat. Et ita vt nec liceat plures eligere, vt inter eos ſors decernat, quis eorum beneficium conſequatur. Omnia enim iſta, & ſimilia prohibita ſunt, *d. cap. fin. de ſortileg.* Quoniam illicita eſt quæcumque electio Eccleſiaſtica, quæ fiat per ſortes. *D. Thom. 2.2.q.95. art. 8. & ibi Caiet. dub. 1. Archid. 26.q.2. cap. 1. num. 1. & ibi Bellam. num. 3. Hoſtienſ. in cap. final. de ſortilegijs, nu. 2. & ibi Anton. in fin. Card. q. 2. Panorm. num. 3. Anchar. num. 3. Ananias num. 3. Bellam. num. 26. Turrecrem. 26. q. 2. in ſum. num. 2. & 6. D. Antonin. 2. par. tit. 12. cap. 1. §. 9. Caiet. in ſum. v. ſors, & ibi Tabien. q. 5. num. 6. Armill. num. 1. Sayrus in Claui Regia lib. 4. cap. 5. num. 20. & 21. Azor. to. 1. lib. 9. cap. 21. Toled. lib. 4. cap. 15.* & iterum *Panormit. Felin. in cap. Capitulum nu. 21. de reſcript. Syluest. v. electio 2. num. 6. Tabien. nu. 19. Tuſc. lit. E. concl. 79. Azor. par. 1. lib. 9. cap. 12. q. vnica, Suarez citatus nu. 5. Sanchez num. 71. & 72. Sigiſm. de elect. dub. 26. nu. 1. Donatus par. 3. tract. 1. q. 12. Theſau. in praxi par. 2. v. elect. cap. 2. Lauor. cap. 20. nu. 33.*

8 Et non ſolùm in electionibus, ſed in tractatibus earumdem Eccleſiarum ſortes prohibitæ ſunt, *Ananias in cap. fin. num. 2. de ſortileg. Angel. v. ſors, num. 2. Sanchez citatus num. 73. Sigiſmund. numer. 2.* Quod tamen limitandũ eſt; quia vbi non de perſonæ electione tractaretur, ſed de aliquo præparatorio ageretur, vt de eligendo loco electionis, qui controuertitur ex priuato aliquo intereſſe partium, & aliàs nihil, aut parum intereſſet, an in vno ex controuerſis locis haberetur electio, vel in alio, ſi controuerſia hæc aliter non poſſet dirimi, ſed ſorte dirimeretur, non ita vitiaretur tractatus, vt electio eſſet ipſo iure nulla, licet eſſet irritanda, non enim tunc ommitteretur aliquid, quod ſit de ſubſtantia electionis; cum in *dicto cap. Quia propter*, non determinetur modus eligendi locum; quia in arbitrio

electo-

Digitized by Google

electorum eſt eligere, vbi volunt,dum eligant in loco honeſto, & electioni congruo,& ſic electioni miſcere ſortem, non ſemper irritat ipſo facto electionem, vt dico infra.

9 Et neque ſorte dirimi poteſt lis, quæ circa res ſpirituales verſetur inter clericos. Quāuis enim, qui ſorte litem componunt, propriè non eligant; quoniam is,cui ſors cadit,non recipit v.g. bneficiū ex vi ſolius ſortis, ſed ex vi iuris, quod prætendebat in beneficio, propter quod hoc fieri poſſe dixerunt *Gloſſ. in cap. licet cauſam. v. Vbi poſſidetis ad finem de probat.* & ibi *Hoſtienſ.num.20.Panorm.n.37.* & alij quos refert *Felin.ad d.cap.Capitulum num.21.* Nihilominus alia ex cauſa hæc diremptio litis per ſortes eſt illicita. Tum primò, quia contingere poſſet, vt quis ingrederetur beneficiū ſine vero titulo, ſi ſors eum tangeret, qui non habet verum titulum ad beneficium. Quod quidem ſummè vitādum eſt, *cap. vn. de eo, qui mitt. in poſſeſſ.* Tum ſecundò, quia omne pactum initum propria auctoritate circa beneficia eſt ſimoniacum. *cap.fin.de pactis,* & *cap.quam pio.p.10.q.2.* & quamuis ex his non probetur,quod id nō poſſit fieri accedente ſuperioris auctoritate, vnde ſimonia remoueatur, & ſi non adeſt legitimus beneficij titulus conſeratur; vnde poſſe de ſuperioris authoritate ſorte dirimi litem inter beneficiatos tenuerunt *Suarez tom.2. de Relig. lib.2.cap.12.num.12.& Sanchez lib.2.in Decal. c.38. nu.79.* Nihilominus, quia eum ſorte dirimitur lis beneficiaria, is cui contingit ſors, beneficium ſorte obtinet, & ita quod forſan ſine ſorte non obtinuiſſet, dicendum etiam eſt, quòd huiuſmodi litis diremptio non valeat, prout tenuerunt, *Hoſtienſ.cap. vnico, de eo, qui mitt.in poſſeſſ. in 6.* & ibi *Io. Andr. num.4. Anchar.ad finem. Domin.num.13.Franc.n.9. Card.cap.licet, ad finem,de probat. Felin.in d.cap.Capitulum num.21. verſ. ſed ſaluando, de reſcriptis.*

10 Poſſe autem conſuetudine introduci, vt ſeruatis, aliàs ſeruandis, per ſortes fiant electiones ad officia non habentia iuriſdictionem Eccleſiaſticam docet *Sigiſm. d.dub.26. num.5.* Sed & vniuerſaliter vbi vſus ſortium non ſit contra ius diuinum, ſed ex natura rei ſit licitus,vt in electionis Apoſt. Mathiæ, ea ratione valeret conſuetudo, qua ius poſitiuum conſuetudine poteſt abrogari. Multo magis autem licitè ſunt ſortes, vbi expreſsè fuerint conceſſæ à Sede Apoſtolica. Sic enim in Regnis Legionis, Caſtellæ, Granatæ, & Nauarræ ex Conſtitut. Leonis X. quæ incipit in ſuprema,data Calen. April. anno 9. quam per extenſum refert, *Garz.par.5. c.4.* Vbi poſt vltimum ſcrutinium ex ijs, qui ſe alicui Canonicatui, aut Præbendæ in aliqua Cathedrali Eccleſia oppoſuerunt,inueniantur duo habentes ab examinatoribus paria vota,ſorte dijudicandum eſt, cui ex illis ſit tribuendum beneficium. Cum vero dubitetur an detur ſortibus locus, ſi habentes paria vota alias ſint inæquales in qualitatibus, affirmat *Garz.d.lib.5. cap.4. num.208.* Sed melius negat *Palaus par.2.tract.13.diſp.3.punct.3.nu.10.*affirmans in caſu inæqualitatis qualitatum ſeruādam eſſe aliam Conſtit. Sixti IV. quam etiam refert *ibid. Garz.* & cui non derogat Leo X. ſed immo illam confirmat, & virtute cuius diligenter attendi debent qualitates promouendorum. Et ſic tunc ſolum locum habere poſſunt ſortes,cum nedum vota ſunt paria, ſed etiam æquales ſunt opponentium qualitates. Sicut de facto pluries ſeruātum fuiſſe, refert idem *Garz. num.207.* Et certè, eum ſacri Canones in electionibus ſortes non admittant, credendum eſt, tunc ſolū ex commiſſione Leonis X. locum habere vſum ſortium, cum aliqua æquiori & manifeſtiori via non poſſunt præfata beneficia vni præ alio adiudicari,& ex inæqualitate votorū,& qualitatū non poteſt accipi ratio ad eligēndum vnum alio relicto. *Raggius etiam par.2.dub.37.num.1.* deſideraret, vt in Priorū & Guardianorū electionibus,approbatis prius pluribus tanquam dignis,vt eſſent cōpromiſſarij, ex ijs ſorte eligerentur qui Priores,ſeu Guardianos eligerent: ſed ſemper aduertendum, quod vſus ſortium in electionibus,& per ſe eſt ineptus,& à ſacris Canonibus reprobatus; & quod nec per ſortes inuenirentur compromiſſarij, qui eſſent Angeli beati ſine paſſionibus, & prauis affectionibus.

11 An autem electiones factæ per ſortes ſint ipſo iure nullæ, vel potiùs annullandæ, hoc eſt certum eas eſſe ipſo iure nullas, in quibus ſernanda eſt forma *d. cap. quia propter*, cum in eis ſinguli electores votum ſuum dare debeant determinatè pro hac vna perſona:& idem dicendum de electionibus,quæ fiunt ſeruata forma ſcrutinij iuxta decretum Concil. Tridentini. Qui enim eligi debet per vota ſecreta, nequit eligi per ſortes;quia eligi per vota,& per ſortes opponuntur. Et ſimiliter vbicumque requiritur cum decreto irritante aliqua forma determinata, conſtat, quod electio per ſortes eſt ipſo iure nulla, Sed de alijs electionibus id eſt controuerſū. Nam *Panormit. in d.cap. Eccleſia, Garzias de benef. par.5.cad.4.num.205.in addit.Sigiſm.d.dub.26. nu.8.* affirmant. Sed negant *Suarez loco citato, num.9. & Sanchez num.83.* & in rigore iuris hæc ſententia eſt verior, quia prohibitiones contentæ in alijs iuribus non habent annexum decretum irritans. Et ideo electiones factæ, contra illa iura ſunt malæ, & irritandæ, quia factæ contra iura, ſed non ſunt ipſo iure irritæ, ſed ſunt ipſo iure irritandæ.

12 Ex hoc verò DD.iſti deducunt, non eſſe actu irritam electionem per compromiſſum, quæ mediatè fiat per ſortes, quia ſcilicet per ſortes eliguntur compromiſſarij. Vnde *Theſ. p.2. v.elect.c.2.* habet, quòd nec electio Sum.Pont. eſſet ipſo iure nulla, ſed in ea ſatis ſeruata eſſet forma Greg.XV. ſi ad ſortitionem cōcurrerent omnes Card.eligendo ſcilicet per ſortes cōpromiſſarios, qui eligant Papam. Quamuis hoc non valeat in electione per ſcrutinium, ſed ſi ſortibus decernantur 4. vel 5. ex quibus vnus eligatur, electio erit irrita, quia iſta per ſortes eligendorum diſeretio eſt præambula ad electionem, & ideo non ſeruaretur forma ſcrutinij, ſi illa præmitteretur, & in electione ſimili Papæ, Cardinales incurrerent omnes pœnas latas in Bulla Greg.XV. Sed non video quomodo hæc differentia ſubſiſtat; cum immo determinatio eligendorū,quando etiam licitè fiat, accidat electioni per ſcrutinium, nominatio verò compromiſſariorum ſit pars ſubſtantialis electionis per compromiſſum; vnde ſi non irritatur ipſo facto electio per compromiſſum, ſi ſorte deſignentur compromiſſarij, quæ nominatio eſt de per ſe actus collegialis intrinſecus tali formæ, neque ipſo facto, irritabit electionem per ſcrutinium diſcretio eligendorū facta per ſortes. Cum hæc etiam priuatim fieri poſſit, & tunc etiam de mente Theſauri non irritet ipſo facto electionem. Nec eſt cō-

tra formam electionis, quod non ſit ſecreta quantum ad electum in genere, ſi ſit ſecreta in induiduo.

SVMMARIVM.

1 *Electio non poteſt fieri per fabas, aut calculos. num. 13.*
2 *Electio fieri debet vel voce, vel ſcripto. n. 13.*

13 QVæritur quintò. An electiones ad Prælaturas Eccleſiaſticas poſſint fieri per fabas, ſeu lupinos, aut ſimiles modos eligendi? Non poſſe quidem haberi docent *Panormit. Tabien. v. electio* 1. *num.* 19. *Syluv. electio* 2. *n.* 6. *Mirand. tom.* 2. *q.* 23. *n.* 17. *Cuch. lib.* 4. *de elec. num.* 222. *Sigiſm. dub.* 26. *num.* 6. *Samuel. trac.* 2. *diſp.* 4. *contr.* 7. *num.* 1. Sed huius ratio non eſt, quia in hoc modo eligendi vota non ſint determinata & certa; quia immò determinatiſſima ſunt, cum vnus proponitur approbandus, vel reprobandus. Et neque quia huiuſmodi electiones non eſſent liberæ, quia in poteſtate eſt votantium perſonas propoſitas approbare, vel reprobare. Et quotidie per calculos ſeu fabas eliguntur tam in Religionibus, quàm extra officiales, & miniſtri. Sed ratio eſt, quia tunc huiuſmodi electiones non licent, quando ſpeciali iure ſunt prohibitæ. At dices quod ſpeciali iure, *Capit. Quia propter*, non poſſunt Prælati eligi per fabas, vel calculos; quia vt tradit *Syluester v. electio* debet electio fieri nedũ à maiori parte, ſed à ſaniori; at verò in modo eligẽdi per calculos, aut fabas neſcitur, quæ pars ſit ſanior. Sed contra hanc rationẽ inſtatur; quia nec in modo eligendi per ſchedulas, qui eſt nunc communis, poteſt diſtingui pars iſta ſanior, & dignior, cum nomina eligentium non ſciantur; & tamen hic modus eligendi eſt omnium optimus, quia pars maior illa eſt, quæ ſimul cenſetur ſanior. Sicut ergo datur votum per ſchedulas, cur nõ poſſet dari per fabas? Dices. In ſcrutinio per calculos, non ſunt electores, qui nominant eligendum, ſed nominatum ab alio approbant, vel reprobant, in electione vero Prælatorum ipſis electoribus competit nominare eligendos. Sed hoc non probat. Quia non eſt contra rationem electionis, vt eligendus nominetur à ſuperiori, dum tamen ſine exclusione aliorum, plures nominentur, ex quibus electores vnum eligant: & Generalis Ord. Præd. ex breui ſpeciali ſibi perſonaliter, ad eius vitam conceſſo intuitu reformationis, poteſt in electione Prouincialium aliquos proponere cum aliorum excluſione, ex quibus vnus eligatur. Eodem igitur modo, cur non poſſunt proponi electoribus, eis etiam cõſentientibus, quatuor vel quinque, vt is eligatur ex omnibus, qui à maiori numero eligentium fuerit per calculos approbatus, loco ſchedularum dando calculos coram ſcrutatoribus? Ideo hunc modum eligendi per fabas, vel calculos non fuiſſe reprobatum ex vi, *cap. Quia propter*, immò eſſe valde conformem Concil. Trident. docet *Suarez tom.* 4. *de Relig. trac.* 8 *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 23. & approbat *Addit. ad Panorm. in cap. Eccleſia veſtra* 57. *de elect. ad num.* 7. *Panorm.* vbi etiam habet, quod per totum mundum practicatur, quod voces dantur, ſiue per fabas, ſiue per lupinos. Quia tamen conſuetudo & praxis obtinuit, vt electiones fiant, vel viua voce, vel per ſchedulas, & maior libertas eſt electorum, ſi illis nullus determinetur, quem eligant, ſed eligendorũ nominatio & determinatio electoribus relinquatur, ideo nunc voce, aut per ſchedulas iuxta cuiuſcumque Collegij leges, & vſum electio fieri debet.

SVMMARIVM.

1 *Nihil intereſt, qua formâ verborum exprimatur, ſi conſenſus exprimitur. n. 14.*
2 *Triplex forma exprimendi votum, ſcilicet, Ego nomino &c. conſentio &c. eligo &c. n. 15.*
3 *Vota eligentium debent eſſe certa, determinata, pura, & gratuita. n. 16.*
4 *Vota alternatiua nulla, vt ſi dicatur Eligo Paulũ, vel Franciſcum. n. 17.*
5 *Vota incerta nulla, vt ſi dicatur eligo, quem maior pars elegerit. n. 18.*
6 *Vota conditionalia nulla. n. 19.*
7 *Conditionum aliæ inſunt actui, aliæ non. n. 19.*
8 *Conditionum aliæ de præterito, aliæ de præſenti, aliæ de futuro. n. 19.*
9 *Votum conditionatum conditione, quæ inſit actui, et ponatur de præterito, vel præſenti, non reddit votum conditionale & nullum. n. 20.*
10 *Votum omne conditionatum etiam conditione, quæ non ineſt actui, & ponitur de præterito, vel de præſenti eſt validum, neque eſt conditionale. num. 21.*
11 *Conditio contingens appoſita de futuro, ſemper reddit votum conditionale, & nullum. n. 22.*
12 *Si conditio, vel ſit neceſſario futura, vel impoſſibilis cenſenda eſt non appoſita. n. 22.*
13 *Idem dicendum de conditionibus turpibus & alijs ſimilibus. n. 22.*
14 *Vota non debent eſſe indeterminata. n. 23.*

14 QVæritur ſextò. Qua forma electores vota ſua debeant explicare? Suppoſito igitur quòd electio fiat, vel viua voce eligentium, vel ſcripto, dicitur primò, nihil intereſſe quibuſcumque verbis fiat, ſi tamen conſenſus eligentis exprimitur, *l. quoniam, C. de teſtam.* Nec verborum imperfectio vitiat, ſi ſenſus loquentis, & conſenſus colligi poteſt, *l.* 1. §. *ſi autem, ff. de hæred. inſtit. & l. cum vnus, ff. de condit. demonſtrat. Gamma deciſ.* 287. *num.* 1. *Marc. q.* 1204. *num.* 2. *par.* 1. *Marta in ſuo digeſt. nouiſs. titul. electio cap.* 127. *Lauor. cap.* 19. *num.* 63. qui ait valere electionem eligentis Mutium, ſi dicat eligo mutium, & alias conſtet de identitate perſonæ, ita vt nulla poſſit eſſe in voto dubietas, & ſi in ſchedula apponatur ſigillum, & imago ſculpa non agnoſcatur valde votum, ſi concurrant alia ſigna accidentia ipſius ſigilli.

15 Triplicem tamen formam exprimendi votum ex *Io. Andrea* tradunt *Panorm. ad d. cap. quia propter, num.* 11. *fin. Syluest. v. electio* 2. *n.* 8. *Tabien. v. electio* 1. *num.* 21. *Sigiſm. dub.* 27. *num.* 1. *Baſſæus num.* 3. *Lauor. cap.* 19. *num.* 80. ſcilicet nomino talem, conſentio in talem, eligo talem. Ex quibus formis *Panorm.* magis approbat primam & ſecundam, *Tabien.* ſecundam propter textum dicentem, vt eligatur in quem maior pars conſentit; ſed & tertia forma eſt bona, quia licet electores dicant eligo, nihilominus publicato ſcrutinio, iterum ſcrutator vnus, vel alius cui hoc conuenit, nomine totius capituli eligit eum,

qui

qui à maiori parte electorum vltra medietatem fuit nominatus. Addit vero *Lauor.d.cap.19. num.80. ex Lambert.lib.2.q.3.art.3.* non eſſe de ſubſtantia, vt exprimatur dignitas ad quam electus eligitur, quia ſubintelligitur. Et ampliùs valet electio, ſi elector non vtatur his nominibus eligo, nomino, conſentio, dummodo eligentis intentio declaretur.

16 Hoc quidem in electione ſeruandum eſt, vt vota eligentium ſint certa, determinata, pura, ſincera, & gratuita, *cap.in nomine Domini d.23.Io.Andr. cap.in electionibus nu.4.de elect. in ſexto, vbi Archid.num.3. Geminian.& Francus num.1. Syluest. v. electio 2.num.6. Barboſa ad cap.2.de elect.in ſexto, &* apud eum *Alagona, & Ximer.Mirand.tom.2.q.23.ar.17. Baſſaus v.electio num.3.Peyr. in ſub. q.1. cap.31. §.6. verſ.dico 4.Lauor.cap.19.nu.60.*

17 Colligitur ex hoc primò, quòd vota non poſſunt eſſe alternatiua, vt ſi dicatur, eligo Franciſcum, vel Paulum. Nam votum eſt animi deliberatio liberè ſe determinatis ad vnum, *Bald. in dic.cap. quia propter, col.5.Boer.deciſ.1.num.2.* Et electio eſt acceptio vnius præ alio, *D.Thom.p.2.q.13.art.1.& 2.* At verò qui dat votum alternatiuum nullum eligit determinatè, & ideo nullitet elegit. *cap. in electionib. in ſexto, & ibi Gloſſ.Anchar.Gemin.& Francus. Tabien.v.electio 1.num.24.Sylu.v.electio 2.nu.6. Sigiſm.de elect.dub.27.nu.4.Ripa lib.2.reſp.32.Roch.* quem refert, & ſequitur *Barboſa ad d.c.2.de elect. in ſexto, nu.3.*

18 Colligitur ſecundò, quòd vota non poſſunt eſſe incerta, vt ſi dicatur eligo, quem Franciſcus, vel maior pars elegerit. Ita DD. citati, & *Bald. in leg.captatorias, ff. de hæred. inſtit. Iaſon. in l. frater à fratre, num.8.C.de impu. & alijs, ſub.Paris. conſ.38. num.40.lib.3. Surd. deciſ.53. numer.28. & deciſ. 68.* Et ſemper militat ratio, quia electio eſt voluntaria, & determinata acceptio qua eligens ipſe ſua volũtate accipit vnum pro alio. Et in textu dum dicitur, quod ſcrutatores *vota cunctorum*, exquirant, ſignificatur, quòd eligentes ipſi nominare debeant determinatè eum, in quem conſentiunt.

19 Colligitur tertiò, quòd vota non debent eſſe conditionalia, vt puta ſi dicatur conſentio in talem, ſi nouit iura DD. ſupra citati. Quia tamen conditionum aliæ inſunt actui, vel ex eius natura, vel ex iure; quia ſcilicet actus electionis ſine illis eſt, vel nullus, vel illicitus, vt quod Prælatura vacet, quòd electus habeat ætatem præſcriptam, vel alias qualitates à iure præſcriptas; aliæ verò ſunt conditiones, quæ nõ inſunt actui, ſed illi accidunt, & ſalua actus validitate, & rectitudine ab eo ſeparari poſſunt. Et vlteriùs aliæ ſunt conditiones de præterito, vel præſenti, vel futuro, diſcrimen eſt inter huiuſmodi cõditiones, vt non omnia vota conditionata ſint, & dici poſſint conditionalia, & nulla.

20 Nàm vbi conditio per ſe inſit actui ex legis præſcripto, vota quæ important talem conditionem de præterito, vel præſenti non ſunt conditionalia, & nulla; vt ſi dicatur eligo, ſi Prælatura vacat. Quia huiuſmodi conditiones non ſuſpendunt votum; ſed quia de facto huiuſmodi conditiones determinatè, vel fuerunt, vel ſunt, votum conditionatum ſub earum conditione determinatè verum eſt, neque ſuſpenditur actus, ſed ſi conditio adeſt, actus valet, ſi non adeſt, non valet; & neceſſariò, & determinatè conditio, vel adeſt, vel non adeſt: vnde iſtæ conditiones, nec ſuſpendunt nec faciunt actum conditionalem, *l.3. ff. de legat.1. l. aliquando, ff. de condic. & demonſtr.Gemin.in d.cap.2. de elect.in 6.num.2. Lambert.de iure patr.par.2.lib.2.q.3.art.9.nu.2.Cuch.l.4. de elect.nu.216.Lauor.cap.19.n.61.Rodriq.tom.2.q.52. art.4. Sigiſm. dub.27. num.8.* Eandem rationem eſſe de hac conditione eligo, ſi debeo, vt ſcilicet electio ſit valida, tenet *Gemin. d.num.7.* vt conditio intelligatur apposita ad cautelam, & ſubintelligatur, etiã ſi non fuiſſet appoſita. Quod eſt contra praxim, cum plures eligant, etiam ſi deberent non eligere, & multoties arbitrarium ſit eligere hunc vel illum. Ideo de hac conditione dicendum eſt, quod non vitiat non quia per ſe inſit, ſed quia enunciatur de præſenti iuxta dicenda in num. ſeq.

21 Sed vbi conditiones non inſunt actui dicunt aliqui, quod etiam ſi apponantur vt præteritæ, vel præſentes vitiant votum, & illud irritum reddunt. Vt ſi dicatur eligo talem ſi nouit Geometriam. Nam huiuſmodi conditiones ſuſpendunt actum, *Garzias de benef.par.8.cap.2.num.9.& ex Menoch.& Ceraſ. Sigiſm.d.dub.27.nu.9.Baſſaus v.electio num.3.* Sed meliùs dicitur, quòd nunquam conditiones de præterito, vel præſenti ſuſpendunt actum, vnde nec reddunt actum conditionalem: quia præteritum, & præſens habent veritatem determinatam, vel falſitatem; ſicuti & habent neceſſitatem ſuppoſitionis in eſſendo; vnde conſenſus datus ſub conditione de præterito, vel præſenti determinatè eſt, ſi conditio fuit, vel eſt, vel determinatè non eſt, ſi conditio nec fuit, nec eſt. Vota igitur conditionata quacũque conditione de præterito, vel præſenti non ſunt conditionalia, ſed æquiualent abſolutæ, ideo valida ſunt, ſi aliud non obſtat, *Ceraſ.par.1.cap.3.n.24.* Verum tamen eſt, quòd ſi ante confirmationẽ non poſſit cognoſci, quænam pars contradictionis, ſit vera, ſeu an conditio adſit, vel non adſit, votum, illud conditionale habendum erit pro inutili: ſicut verè in eo caſu tale eſt.

22 Econtra verò quæcumque conditiones contingentes, quæ ſunt de futuro reddunt actum conditionalem, & ſuſpendunt, & nulla earum ineſt actui per ſe, cum poſſit adeſſe, & abeſſe; ideo actus non poteſt eſſe determinatus, & certus de præſenti, ſi voluntas in illum conſentiat ſub conditione, quæ poteſt adeſſe, & abeſſe, vnde & conſenſus poteſt eſſe & non eſſe, *Lauor. cap.19. num 61.* Ideo ſi dicatur eligo, ſi electus iurauerit, ſi prius beneficium dimiſerit, ſi in Eccleſia reſederit (quidquid dixerit, *Cuch.lib.4.de elect.num.220.*) importatur conſenſus conditionalis, & votum conditionale de ſe nullum, quia conſenſus conditionatus conditione contingente de futuro non eſt conſenſus, qui ſit de præſenti abſolutè, ſed qui erit, vel non erit, ſi conditio ponetur, aut non ponetur. Nec valet explicatio, *Garziæ par.8.cap.2.num.10.* nimirum conditiònes, quæ de futuro inſunt actui poſſunt apponi, modò exprimantur, ſicut inſunt actui, vt ſi dicatur Eligo Titium, modò iuramentum ſolitum præſtet. Nam vbi conſenſus præſens non datur niſi dependenter à futuro contingenti, talis conſenſus nondũ eſt tempore electionis, & poteſt non exiſtere. Et ideo ille conſenſus eſt nullus. Vnde etiam hoc votum eſt cõditionale, & nullum, eligo Titium ſi Papæ placuerit, *Ripa lib.2.reſp.cap.32.Sigiſm.num.12.* quia licet in omni electione intelligatur reſeruata voluntas

Pontificis, tamen iſta ineſt reſolutiuè, & contra eligentium voluntatem, at illa expreſſa eſt ſuſpenſiuè & iuxta eligentium voluntatem. Quando tamen conditiones neceſſario ſunt futuræ, vel ſunt iam de facto impoſſibiles, non reddunt votum conditionale, quia non ſuſpendunt conſenſum; ſed conditiones impoſſibiles cenſendæ ſunt non appoſitæ, ſicut & conditiones neceſſariò futuræ, & conditiones abſurdæ, vel aliæ ſimiles. Ideo non inficiunt actum, ſed eſt, ac ſi non apponerentur.

23 Colligitur quartò, quòd vota non debent eſſe indeterminata & importare electionem, vt futuram, ideoque vt poſſibilem eſſe, & non eſſe, ſed debent importare conſenſum, vt de præſenti datũ, ſeu electionem vt de præſenti determinatè poſitam. Ideo inualidum eſt votum, ſi dicatur, volo eligere, ſeu volo conſentire, ſola enim voluntas faciendi non importat actus perfectionem. *Sigiſm. d. dub. 27. num. 13.*

S V M M A R I V M.

1 *Vota alternatiua, & inutilia ſunt ipſo iure nulla. num. 24.*
2 *Ideo non ſunt numeranda &c. n. 24.*
3 *Qui dat vota alternatiua ſe habet, ac ſi dediſset ſchedulam albam. n. 24.*
4 *Seu ſi renunciaſset ſuæ voci. n. 24.*
5 *Seu ſi exiſſet à Capitulo. n. 24.*
6 *Eſt etiam priuatus voce paſſiua, vt in ea electione ex vi voti inutilis, ſeu ex vi diminutionis numeri factæ ex vi voti inutilis non poſſit eſse electus. num. 25.*
7 *Hoc tamen non eſt verum iure communi de eo, qui dat votum album. nu. 25.*
8 *In electionibus Regularium præfata pæna locum non habet, quia ignoratur reus. n. 26.*
9 *Quid agendum in Ord. Præd. n. 26.*
10 *Ante publicationem ſcrutinij in ſcrutinio auriculari, qui inutiliter elegit, poteſt corrigere ſe & vtiliter eligere, etiam in eodem ſcrutinio. numer. 27.*
11 *Hoc non valet in ſcrutinio per ſchedulas. numer. 27.*
12 *Qui in vno ſcrutinio dedit votum alternatiuum poteſt in alio bene eligere. n. 28.*
13 *Qui ex ignorantia dat votum alternatiuum, vel inutile eſt à ſcrutatoribus admonendus. numer. 29.*
14 *Scrutatores id facere debent ex charitate, & aliqua iuſtitia. n. 29.*
15 *Qui ignoranter dat votum inutile non poteſt contra electionem, aut ſcrutatores ex iuſtitia reclamare. n. 29.*

24 QVæritur ſeptimò. Quid agendum ſit de votis iſtis alternatiuis, incertis, vel alijs inutiliter datis, vt ſi eligatur aliquis, quem impoſſibile eſt fungi officio ad quod eligitur vt ver. g. in electione Prioris eligatur Papa, vel Generalis, vel Prouincialis, vel aliquis ſanctus, vel aliquis ſecularis, vel aliquis euidenter, & notoriè excluſus à voce paſſiua? Dicitur autem huiuſmodi vota inutilia nulla eſſe, & nullius valoris; ideoque non eſſe numeranda, ſed habenda tanquam renunciationes vocis, & in electione per ſchedulas, tanquam ſi eſſent ſchedulæ albæ. Vnde à numero eligentium ſunt detrahenda, vt v.g. ſi decem ſint eligentes in Capitulo, quorum tres talia vota alternatiua, vel inutilia dent, detrahi debent, & de electione iudicandum, ac ſi eſſent ſolum ſeptem eligentes, & ita vt ſi tunc aliquis à quatuor ex alijs ſit nominatus, cenſendus ſit nominatus à maiori parte, & ideo nomine publico eligendus. Sic enim decernitur expreſsè, *cap. in electionibus 2. de electione in ſexto*. ibi. *In electionibus, & poſtulationibus, ac ſcrutinijs, ex quibus ius oritur eligendi, vota conditionalia, alternatiua, vel incerta penitùs reprobamus. Statuentes (vt huiuſmodi votis pro non adiectis habitis) ex puris conſenſibus celebretur electio, voce illorum, qui non purè conſenſerint, ea vice in alios reſidente*. Et hoc ibidem etiam docent omnes Canoniſtæ & *Cuch. lib. 4. tit. de elect. num. 214. & 215. Sigiſmund. de elect. dub. 28. nu. 2. Samuel tract. 1. diſp. 5. contr. 3. num. 5.* & apud eum, *Federicus de Senis, & diſp. 4. contr. 13. & ex Rota in Tudertina Canonicatus 13. Februar. 1604. Lauor. cap. 19. num. 60. & 64.* Et probatur exemplo eius, qui in ſcrutinio per ſchedulas immittit ſchedulam albam, vel eorum, qui exeunt a Capitulo iam ad eligendum congregato, *cap. cum nobis de elect. vbi Panorm. num. 11. Cuch.* vbi ſupra *num. 181.* vſque ad 184. & argumento eius, qui voto ſuo renunciauit, *Gloſs. in Clem. Quod circa, de elect.* quia de omnibus illis idem iuris eſt, quod in præſenti concluſum eſt, de prædictis inutiliter eligentibus. *Nauar. lib. 1. conſ. 7. de elect. Rodriq. tom. 2. quæſt. 52. art. 13. Manuale Prælat. tom. 2. q. 23. art. 20. Sigiſm. dub. 28. num. 3. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 6. ver. dico quarto*, quidquid contra communem ſenſerit, *Scropha quæſt. 16.* Nec obſtat quod votum album, vel vota alia inutilia numeranda ſunt; quia (vt diſponitur in Capit. Valent. 1647. declarat. 4.) numeranda ſunt in decreto electionis, ſed vt vota inualida, & non numeranda pro habendo valore electionis, ſed vt reijcienda, & tollenda de numero eorum, qui validè ſuffragati ſunt.

25 Extenditur hoc, vt qui ſic inutiliter eligit, in ea electione ſit voce paſſiua priuatus taliter, vt vi talis voti non poſſit ipſe cenſeri electus. Huiuſmodi enim vota inutilia, ſicut & voti renunciatio ſemper fauent aliquo modo, pro quanto reducendo numerum vocalium parem ad imparem faciunt, vt minor requiratur numerus ad hoc, vt aliquis ſit à maiori parte nominatus. Nam ſi ſint decem electores, & vnus votum alternatiuum dat, vel alio modo nullum, remanent nouem electores legitimi, & vbi priùs electo erant neceſſaria ſex vota, iam in dicto caſu ſufficiunt quinque. Sint ergo 10. electores, & ex eis vnus det votum inutile, ſi is etiã ſit nominatus in ea electione, & habeat ſolùm quinque vota fauorabilia, quæ ad alterius electionem ſufficerent, ad electionem illius non ſufficiunt, quia tunc illud votum non eſſet inutile, neque vanum, & nullum; quia immò qui ſic inutiliter elegit in præmium ſuæ inobedientiæ, & ex vi eiuſdem inobedientiæ euaderet electus, quod non eſt dicendum: vnde eum priuari etiam in hoc caſu voce paſſiua docent *Gloſſ. antepenul. Io. Andr. Anchar. in d. cap. in electionibus 2. de elect. in 6. Sigiſ. d. dub. 28. nu. 4. Samuel. tr. 1. diſp. 4. contr. 13. nu. 1.* Non eſt tamen eadem ratio, ſi aliquis voto renunciat, & loquamur de iure communi, quia non eſt prohibitum dare ſche-

ſchedulam albam, & renunciare voci ſicut eſt prohibitum dare vota alternatiua, & ſupradictis modis inutilia.

26 Sed in electionibus Regulatium hodie hęc vocis paſſiuæ pœna locũ habere non poteſt: Nam cũ in eis vota eligentium non publicentur, non poteſt ſciri, quis ille fuerit, qui in ſcrutinio ſecreto dedit votnm, vel alternatiuum, vel alio modo inutile; vnde nec poteſt priuari voce paſſiua, & caſſari eius electio, ſi verè contingat eum ex vi voti talis obtinere electionem. Neque obſtat, ſi dicatur, quòd ex quo diminutio numeri vocalium, quæ fit ex vi voti alternatiui aut inutilis cedit in commoditatem eius, qui ex vi talis diminutionis euadit electus, iuſtè præſumitur, quòd ille idem fuerit, qui tale votum contulit. Quia talis præſumptio, niſi aliunde adiuuetur, non ſufficit ad priuandum aliquem voce paſſiua, & illum damnandum in pœnam caſſationis ſuæ electionis; quia bene poteſt contingere, quòd aliquis alius fuerit, qui præfatum votum contulit. Hinc pro Ordine Prædicatorum conſiderandũ eſt, quòd dnctrina *Gloſſa* & præfatnrum DD. in eo vim habet ex ſpeciali talis Ordinis lege, per quam ſtatutum fuit, ne quis confirmetur, qui ex vi renunciationis ſuæ vocis euaſit electus. *Gloſſ. diſt. 2. cap. 2. §. 1. Lit. A.* ex *Cap. Barchin.* 1574. *Rom.* 1580. *&* 1583. *&* 1589. Cum igitur vota huiuſmodi inutilia ſint veluti vocnm renunciationes, qui ex vi alicuius talis voti, & renunciationis euadit electus, nequie confirmari. Sed huiuſmndi ordinatio, quæ nunc etiam locum habet, ſi electus ante ſcrutinium expreſsè tenunciauit voci ſuæ, talis eſt, vt ei quilibet poſſit illudere impune, niſi per aliam ordinationem prouiſum fuerit, Nam cum nunc non conſtet, quis ſit, qui dat vòtum, vel album, vel inutile; qui eligendus vider, quòd ad ſecuritatem ſuæ electionis indiget diminutinne votorum, ſed hæc diminutio non eum iuuat, ſi fiat ex eo, quòd ipſe ſuæ voci expreſsè, & patenter renunciat, poteſt impunè illudere legi, & dando ſuum votum, vel album, vel alternatiuum, aut inutile in ſcrutinio ſecreto, hoc modo latenter voci ſuæ renunciare, & ex boc numero eligentium diminutn electinnem obtinere, eodem interiin impunito, quia de eius aut inobedientia, ant renunciatinne non conſtat. Vnde hoc indiget aliqua legis diſpnſitinne.

27 Limitatur autem primò, & declaratur aſſertio principalis, vt ante publicationem ſcrntinij, qui dedit ſuffragium alternatiuum, vel aliter inutile, poſſit pœnitere, & vtiliter eligere, ita ex *Io. Andrea, Anchar. & Franc. in cap. in electionibus* citatc *Sigiſmund. d. dub. 28. nu. 5. Samuel. n. 7. &* 8. Quod tamen debet intelligi in ſcrutinio auriculari, in quo nomina eligentium cognoſcuntur, & voce prolata ſuffragia poſſunt reuocari, vt dicitur infra; ſed in ſcrutinio per ſchedulas, in quo non poſſunt reuocari ſchedulæ ſemel dimiſſæ in vrnam, ſolùm ſi ex aliqua cauſa non ſequatur publicatio ſcrntinij vnde vel ex iſta, vel ex alia cauſa iterum nouum ſcrutinium habeatur, poſſunt qui ſchedulam inutilem dederant variare, & ſchedulam vtilem ponere. Et hoc eſt, quod docent *Io. Andr. Anchar. & Franc.* quibus concordat *Innoc. in dict. cap. in electionibus* pont eum interpretantur, ibidem *Franc. & Io. de Lignan.*

28 Limitatur ſecundò in caſu, quòd in publicatione ſcrutinij nullus inueniatur electus à maiori parte vocalium vltra medietatem, vnde ſit pròcedendum ad nouum ſcrutinium; quia in dicto *cap. in electionibus* qni huiuſmodi vota alternatiua dant, priuantur voce ſolùm pro ea vice, vnde ſi nouum ſcrutiniùm habeatur, poſſunt ſincerè eligere *Franc. in Gemin. in d. cap. in electiombns, Sigiſ. d. dub. 28. n. 6.*

29 Limitatur tertiò, vt non valeat in electoribus, qui ſine præſumpta fraude ex ignorantia, & ſimplicitate dant huiuſmodi ſuffragia inutilia. Nam in hoc caſu iſti non remanent priuati voce. Immò ſcrntatores tenentur admonere, & docere ſic ex ſimplicitate inutiliter eligentes, & ſi id non faciant, dicendum ſit, eandem eſſe rationẽ de ſuffragatore non admonito, quòd dictũ eſt de electore nnn vocato. *Ita Sigiſ. d. dub. 28. n. 7. & Samuel. n. 15.* Sed primò hoc locum non habet in ſcrutinio per ſchedulas, in qno qualitas votorum non dignoſcitur, niſi poſtquàm electores omnes ſuffragati ſunt, & non datur ampliùs locus mutandi ſuffragium, niſi fiat nounm ſcrutininm. Sed vlteriùs, ſi non eſt de ſubſtantia electionis, ſicut verè non eſt, & intra probatur, vt ſcrutatores admoneant, vel adiurent electores, vt eum eligant, quem indicant melintem, nõ video vnde hoc dicatur eſſe de iuſtitia: Elector enim habet quidem ius, vt vocetur ad electionem, ſed cum aliunde poſſit ſcire, & teneatur ſcire, & ſi non ſcit inquirere, vt ſciat, quæ ſunt neceſſaria ad rectè eligendum, non habet ius contra ſcrutatores, vt ab eis doceatur, vnde ſi id non fiat, nullum ius habet reclamandi contra electionem, quaſi iniuſtiam à ſcrutatoribus paſſus. Verum quidem eſt, qund ex charitate tenentur ſcrutatores huiuſmodi ignorantes dncere, & puto quòd etiam in aliquo caſu ex præcepto *d. cap. Quia propter*, vt infra explicatur. Sed quia præceptum *d. cap.* non innititnr iuſtitiæ, quæ ſit inter electores, & ſcrutatores, ſed reſpicit bonum commune electionis, ſi ſcrutatores ſint inobedientes non violant priuatam iuſtitiam, quæ ſit inter ipſos, & electorem ignorantem, ſed quæ eſt inter eos, & colleginm cuius bono non proſpiciunt, ſicut ex officio tenentur.

S V M M A R I V M.

1 *In ſcrutinio auriculari poſſunt electores variare antequam omnia vota ſint deſcripta. n. 30.*

2 *Ante publicationem ſcrntinij electores poſſunt votum reuocare. nu. 31.*

3 *Si ſaltem dno ex ſcrutatoribus certo recordentnr voti dati ab electore, non eſt periculum fraudis, & admittitur voti recuſatio. num. 31.*

4 *Si ſcrntatorum ſaltem dno non recordantur certo voti dati ab electore, non licet admittere variationem voti. n. 32.*

5 *In ſcrutinio per ſchedulas nullus excepto primo poteſt ſchedulam datam extrahere, & in eodem ſcrutinio votum mutare. nu. 33.*

6 *Quod ſemel placuit amplius diſplicere non debet. numer. 33.*

7 *De conſenſu capituli ad vnius inſtantiam poteſt mutari, ſeu iterari ſcrutinium primis ſchedulis combuſtis. n. 33.*

8 *Maiore parte petente ſcrutininm non publicari, ſed reuocari, & nouam ſcrutinium haberi ante pri*

mi

mi publicationem, &c. illud primum eſt reuocandum. nu.34.

9 *Poſt publicationem ſcrutinij non poſſunt reuocari vota &c. num.35.*

10 *Niſi vbi electores eligunt iure proprio; quia tunc antequam electus conſentiat, Capitulum poteſt alium eligere. num.36.*

11 *Etiam in electionibus Canonicis in quibus non eſt ſeruanda forma cap. Quia propter, publicato ſcrutinio non licet variare. n.37.*

12 *Si tamen ex publicatione ſcrutinij electio appareat ipſo iure nulla, ſi fiat, poſſunt vocales reuocare ſcrutinium, antequam ſequatur electio communis. numer.38.*

13 *Ita, vt etiam minor pars poſſit proteſtando impedire, ne ſequatur electio, & ab ea appellare. n.39.*

14 *Immo ſequuta electione poteſt ipſa minor pars ex nouo ſcrutinio, habito valide eligere ſine maiori parte, qua nulliter elegit. nu.39.*

15 *Vel ſi minor pars elegit dignum, nolente maiore parte iterare ſcrutiniũ in quo fuit nominatus indignus, ſed ex ea nominatione procedente ad electionem, poteſt minor pars, quæ dignum nominauit, nominatum à ſe eligere. num.39.*

16 *Quando tamen electio ſequens non eſt ipſo iure nulla, ſed ſolum eſt caſſanda non licet publicato ſcrutinio variare. n.40.*

17 *Similiter nec ſi non eſt certum, ſed dubium, ſi electio ſit ipſo iure nulla. nu.41.*

18 *Solum in caſu, quod ſcrutinium ſit nullum notorie poteſt publicato ſcrutinio variari, & minor pars compellere maiorem ad iterandum ſcrutinium. numer.41.*

30 QVæritur octauo An vota mutari poſſint? Hæc quæſtio diuerſimodè ſolui debet, vbi proceditur per ſcrutinium auriculare, & vbi proceditur per ſchedulas: Nam in ſcrutinio auriculari poſſunt electores variare, & mutare vota ad minùs antequam omnia vota ſint in ſcriptis redacta. Ita cõmuniter DD. quia tunc cenſetur adhuc res integra, & ex iure ſolùm publicato ſcrutinio electores non poſſunt variare. Cum enim in hoc ſcrutinio ſcrutatores ſciant nomina eligentium, ſi illi, vel eorum duo recordentur voti dati ab electore, poteſt elector votum datum reuocare, & pro alio ſuffragium ferre.

31 Sed dubium eſt, an hoc poſſit fieri poſt confectum ſcrutiniũ, an ſcilicet, ante eius publicationẽ, nimirum cum iam electores vocati ſimul conuenerunt ad ſcrutinij publicationem, vel etiam tunc cum deſcriptis omnium votis, & propterea aliquo modo commixtis, ſcrutinium eſt veluti completum, & remanet ſolùm, vt publicetur. Tunc enim electores non poſſe variare docent *Hoſtien. in ſum. de elect. §. qualiter facienda, verſ. Nullo prorſus. Anchar. in cap. publicato 58. de elect. fin. & ibi Boich. n.3. Cuch. l.4. de elect. n.241. Rod. t.2. quæſt.52. a.7. Mirand. to.2. quæſt.13. art.24. concl.2.* Sed per ſe loquendo contraria ſententia eſt verior, quæ aſſerit abſolutè dari locum variationi ante publicationem ſcrutinij; quia hoc permittitur in *d. cap. publicato*, per argum. à contrario ſenſu, Cum enim prohibeatur variatio publicato ſcrutinio, ex hoc arguitur, quòd ante ſcrutinij publicationem liceat variare. *Panormit. ibid. Gofred. in ſum. tit. de elect. n.11. Syl. v. elec. 2 nu.7. Tabien. num.24. Sigiſ. de elec. dub.29. n.4. Baix. par.3. cap.30. nu.4. Peyr. in ſubd. q.1. c.31. §.6. verſ. dico 10.*

32 Hoc tamen limitatur, niſi poſſit in volente variare, præſumi fraus, quæ poteſt præſumi, ſi is iuſtam cauſam variandi non habeat; iuſta vero cauſa eſt, ſi priùs eligiſſet ineligibilem, vnde electio nulla eſſet. *Ita Sigiſ. loco citato*. Sed limitatio non habet locum; quia nec bonum eſt, quòd elector reddat cauſam ſuæ variationis, & vel ſuum errorem, vel ſuum votum pandat, & non poteſt adeſſe fraus, ſi ſcrutatores recordentur voti dati ab electore. Tunc enim ſcrutinium certò procedit ſine periculo fraudis; & ideo elector pro ſua libertate poteſt votum datum priùs reuocare, & variare. In caſu verò, quòd ſcrutatores nõ recordentur certò voti dati ab electore, non debet permitti variatio ex quacumque quantùmuis iuſta cauſa; quia poteſt adeſſe fraus, & committi iniuſtitia, & ita vt iſte elector, qui variare vult non variet, ſed eundem quem priùs elegerat iterum, & bis eligat, & vno ex nominatis votum adimat fingendo ſe illum nominaſſe, & alteri, quem priùs nominauerat votum ſuperaddat eum bis nominando. Ideo in hoc communis aſſertio eſt limitanda, vt numquam liceat variatio, ſi ſcrutatores, vel ſaltem non tamen eorum aliquis, vt vult *Sigiſ. ib. num.7.* ſed ad minus duo ex illis non recordantur certò voti dati priùs ab eo, qui vult variare, quia vnus ſolus teſtis non probat.

33 Sed in ſcrutinio per ſchedulas, in quo ſtatim ac ſchedula eſt in vrna, vel vaſe, in quo ſchedulæ deponuntur, iam ſchedula eſt cum alijs confuſa, nec poteſt vnius ſchedula certò reuocari, & diſtingui ab alijs, niſi ſchedulæ aperiantur; immò nec ſi ſchedulæ aperiantur quia non eſt credendum electori dicenti ſe in ſchedula nominaſſe hunc, vel illum, vel hanc, & non illam eſſe ſuam ſchedulam; ideo excepto primo, qui primam ſchedulam miſit, qui antequam ſua ſchedula confundatur ex immiſſione alterius, poteſt certò illam reuocare, nullus alius poteſt ſchedulam poſitam ex vaſe extrahere, & variare. *Caſtell. cap.12. n.23. Donat. p.3. tract.4. q.30. nu.2. Peyr. vbi ſupra* Quia in hoc valet regula, quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet. *Reg.21. in 6*, quoniam cum ex variatione immineat damnum alteri, res non eſt ampliùs integra. Tum quia ſi hæc variatio liceret daretur locus fraudibus Ideo in ſcrutinio per ſchedulas, licet variare ſolùm, ſi varietur ſcrutinium: & tamen de conſenſu Capituli, poſſet ad petitionem vnius vocalis, non quidem extrahi ſchedula, ſed omnibus ſchedulis combuſtis haberi aliud ſcrutinium, in quo ille vocalis mutaret ſuffragium.

34 Nam ante publicationem ſcrutinij, ſi maior pars vocalium petat ſcrutinium non publicari, quia vult variare votum, ideoque petat datas ſchedulas comburi, & earum nullam rationem haberi, iterandum eſt ſcrutinium: quòd faciendum eſt ex quacumque cauſa maior pars moueatur, ſiue quia nominauit incapacem, ſiue quia videt peccatum fuiſſe in forma, ſiue quia diſplicet, quod fecit, & alium vult nominare, ſiue ex quacumque alia cauſa; quam nec tenetur reddere, quia poteſt pro ſua libertate, quod fecit reuocare, & variare. Et tunc iterato ſcrutinio poteſt quilibet variare votum. Vnde ſi vnus velit votum variare, ſi vt dictum eſt maior pars conſentiat, vt nouum ſcrutinium habeatur,

pote-

Digitized by Google

poterit haberi, & tunc cuique libet votum mutare.

35 Poſt publicationem verò non licet reuocare, & variare; ſic enim expreſsè decernitur *in cap. publicato 58. de elect. Publicato*, inquit, *ſcrutinio variare nequeunt electores, cum ſit facienda collatio, & electio celebranda. Ad quod per ſuperiorum ſi oportuerit compellentur* Et ita docent commun. Canoniſte, ibi, *Syluest. v. elect. 2. q. 7. Tabien. n. 24. Rota in nullius Canonie 22. Maij* 1628. coram Dunozeto, quam refert & ſequit. *Barboſa ad d. cap. publicati. Sigiſ. dub. 29. num. 1. Caſtell. cap. 12. n. 23. Donatus dic. trac. 4. q. 30. Peyr. vbi ſupra* Et eſt communis. Et ratio eſt, quam reddit *Panormit.* quia tunc iam electores, vt ſinguli functi ſunt officio ſuo; vnde tunc iam inſtat officium Collegij, quod eum debet eligere, quem inuenerit à maiori parte Collegij nominatum eſſe.

36 Limitatur tamen Concluſio, vt non valeat vbi electores iure proprio eligunt, non vero ex officio. Sicut ſi communitas aliqua ſecularis habeat ius eligendi ſibi poteſtatem. Quando enim electores ex priuato, & proprio iure eligunt, antequam electio ſit ab electo acceptata poſſunt electionẽ reuocare, & alium eligere. Sed non ſic eſt in electionibus Canonicis, io quibus electores eligunt ex officio, & per ius conceſſum ſibi primò à ſede Apoſtolica. Ideo etiam ſi electores eligant abſentem, ſtatim publicato ſcrutinio non poſſunt electionem variare, quia officiò ſuo iam functi ſunt. *Panorm. in d. Cap. publicato n. 3.*

37 Limitatur ſecundò ab aliquibus, vt aſſertio non valeat in electionibus, in quibus non eſt ſeruãda forma *cap. Quia propter*, quoniam in textu ſit mentio collationis, & electionis. *Ita Io. Andreas.* Oppoſitum tamen tenet *Panorm. nu. 4.* Quia in omni electione cum electores finito, & publicato ſcrutinio functi ſint officio ſuo, non eſt, vnde ampliùs poſſint reſilire. Et ideo occ Canonici publicato ſcrutioio poſſunt alterius Canonici electionem reuocare.

38 Limitatur tertiò vbi poſt publicationem ſcrutinij electio apparet nulla, tunc enim poſt publicationem quidem ſcrutinij, ſed ante electionem factam totius Collegij nomine, poteſt ſcrutinium factum reuocari, & ad aliud procedi: vt ſi inueniatur nominatus à maiori parte aliquis ineligibilis. Probatur ex *cap. perpetuo 7. de elect. in 6.* vbi decernitur, quòd eligentes indignum non priuantur eligendi poteſtate, *niſi adeo in eo perſtiterint, quòd ex votis eorum communis electio ſubſequatur* igitur poſſunt non perſiſtere in electione indigni, ne ex eorum votis communis electio ſubſequatur: & ita ante communem electionem, vbi electores videant electum nominatum à maiori parte eſſe indignum, ſeu eadem ratione, vel alia ſimili ratione ex ſcrutinio facto non poſſe haberi niſi electionem nullam poſſunt electores præfati præmiſſum ſcrutinium reuocare, & aliud habere. Cuius rationem reddit *Panorm. nu. 8.* quia non debent electores vexare ſe, & Eccleſiam inutilibus expenſis, & interponere moram inutilem. *Io. Andr. & Innoc. cap. Eccleſia veſtra de elect. & ib. d. Bal. & Compaſt. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. qualiter faciendo ver. nullo prorſus Biax. p. 3. c. 3. q. 5. Cuch. l. 4. tit. de elec. num. 243. Sigiſ. de Bonon. dub. 29. n. 6. Lauor. cap. 19. nu. 112.*

39 Quod puto eſſe verum, ita vt minor pars, immò vnus ſolus poſſit reſiſtere futuræ electioni communi, & impedire ne fiat, & contra illam proteſtari ne fiat, & ſi fiat ab ea appellare: quia iuſtum eſt, vt ex ſcrutinio nullo, & inualido non habeatur electio nulla, & hoc intereſt cuiuſcumque electoris Et certè in hoc caſu valeret hæc proteſtatio, ne qui proteſtatur, incideret in pœnas latas contra malè eligentes. Quòd ſi proteſtatione ſpreta nihilominùs deuentum fuerit ad electionem cõmunem, qui proteſtati fuerunt poſſunt iterare ſcrutinium, & ex ſcrutinio rectè facto eligere. Quoniam in illis poteſtas capituli remanet, quæ eſt celebrandi rectum ſcrutinium, & ex recto ſcrutinio eligendi, quam ea vice amiſerunt, qui contra iura ex ſcrutinio nullo, & nulliter celebrato elegerunt. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd non ſemper ex nulla electione vocales remanent voce priuati, quin poſſint iterum eligere. Nam hoc admiſſo, dicitur quòd nihilominùs, qui errauerunt in ſcrutinio habent ius ſe corrigendi, & faciendi vt ex ſcrutioio nullo, & inualido non ſequatur electio, nec tenentur expectare, vt à confirmatore cauſa cognoſcatur, ſed intra terminum iuris poſſunt malum ſcrutinium reuocando, bonũ ſcrutinium habere. Et qui malam electionem egerunt, ius ſuum in hoc amiſerunt, vt non ipſi poſſint ampliùs eligete donec à Confirmatore eorum electio iudicetur, nec poſſint impedire alios ne bene eligant, qui quantum in illis fuit malæ electioni reſtiterunt; & ideo non expectato iudicio Confirmatoris retinent ius eligendi intra terminum iuris; quia error aliorum non poteſt eſſe præiudicium ipſis, nec ex quo alij errauerunt, qui innocentes sũt, iure eligendi intra ſuum tẽpus amiſerint, Vel ſi maior pars eligit indignum, & minore parte inſtante ante electionem communem, vt mutaretur ſcrutinium, in quo alias eligeretur dignus, nihilominùs proceſſum fuit ad electionem indigni, inſtantia minoris partis contempta, poteſt minor pars, ſi aliquem dignum elegit, abſque eo quod iteret ſcrutinium, ex eo ſcrutinio, quod habuit nominatum à ſe in ſcrutinio eligere totius Collegij nomine, & valebit electio.

40 Explicatur tamen, & ſublimitatur hæc vltima limitatio, vt locum non habeat ſi ſcrutinium ipſo facto non eſt nullum, ſed annullandum, & caſſandum, Nam tunc debet ad ſcrutinium licet caſſandum, ſequi electio; quia cum electio caſſanda poſſit, vel à Confirmatore, aut ſuperiore confirmari, aut (ſi eſt caſſanda ex contemptu alicuius) ab electore contempto ratificari, & caſſatio tandẽ ſupponat ſententiam iudicis, io omni caſu ſimili iudicium de electione ad Confirmatorem pertinet, & vocales, qui functi ſunt officio ſuo non poſſunt factum reuocare, ſed illud arbitrio iudicis dimittere. *Panormit. d. c. n. 8. Bald. nu. 12. Sigiſ. d. dub. 29. n. 6 Lauorius cap. 19. num, 112.*

41 Et idem dicendum videtur, ſi non ſit certum & notorium, quod electio habenda ex ſcrutinio iam publicato ſit ipſo iure nulla. In hoc enim dubio arbitrium iudicis eſt expectandum, & electores, qui functi ſunt officio ſuo debent illud expectare, nec poſſunt ſcrutinium factum reuocare. Vnde tunc ſolum licebit mioori parti compellere maiorem ad mutandum ſcrutinium, vel à ſequenti electione appellare, & interim ſcrutinium ipſi licebit variare, ſi ſit notorium primum ſcrutinium eſſe ipſo iure

nul-

Digitized by Google

nullum. In hoc enim ſolo caſu licet poſt publicatū ſcrutinium variare, ſi ſit notorium illud eſſe nullum, ſeu non niſi electionem nullam ex ipſo haberi poſſe, vt non contendatur, nec contendi poſſit de iure an illud ſit nullum. *Innoc. cap. Cum terra. 14. de elect. n. 4.* Quamobrem ſi ſolùm opinione teneatur, & certò non conſtet ſcrutinium eſſe nullum, non poteſt ſcrutinio publicato iterum ad nouū procedi ſcrutiniū.

S V M M A R I V M.

1 *Singulorum vota ſunt ſe rutanda. n. 42.*
2 *Vnius electoris præſentis omiſſio reddit electionem nullam. nu. 42.*
3 *Præſentes cenſentur, qui ſunt in domo, ſi ſunt impediti. num. 43.*
4 *Iuſtum Impedimentum impotentia phyſica, vel præceptum ligans ad locum. n. 44.*
5 *Iuſtum impedimentum arbitrio ſuperioris relinquitur. nu. 44.*
6 *Ad impeditos ſcrutandos ire debent ſcrutatores. numer. 44.*
7 *An pro præſentibus habeantur, qui ſunt in ciuitate, vel hortis? ſtandum ſtatutis, & conſuetudini Collegiorum. num. 45.*

42 QVæritur nono, quid ſibi velit illud *vota cunctorum*. Dicitur verò ex *Panor. in d. cap. Quia propter n. 16. Syl. v. Electio 2. nu. 12. ver. Quintum. Tabien. num. 19. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 5. nu. 14. Specul. tit. de elect. §. 1. ver ſi ergo viam Biax. cap. 27. p. 3. n. c. & 2. Barboſa ad d. cap. Quia propter nu. 19. Rota dec. 174. num. 39. p. 4. tom. 3. Recen. Caſtell. cap. 12. n. 17 Lauorius cap. 19. n. 76. Donatus d. tract 1. q. 17.* & alijs communiter: quia ex ea dictione *cunctorum* habetur, quòd nullius electoris præſentis votum debet omitti. Et in hoc eſt diſcrimen inter abſentes, & præſentes, quòd non eſt de ſubſtantia, ſi aliquis abſentium non vocetur, *Eſt* verò de ſubſtantia, vt nullius præſentis votum omittatur, vnde vel vno ſolo omiſſo, electio eſt nulla. Maius enim ius ad eligendum habent præſentes, quàm abſentes: & nulla tergiuerſatione poteſt celari iniuſtitia omiſſionis vnius voti præſentis; ideo meritò iura volunt vt nullum votum præſentis omittatur. Si tamen aliquis vocalis nollet votum dare, illi imputaretur, nec eſſet nulla electio, immò bene *Suarez* ait, quòd talis eſſet à Capitulo eijciendus.

43 Nomine verò præſentium intelliguntur ſine dubio infirmi, & quicumque alius, qui ſit in eadem domo, vbi habetur electio, & non poſſit intereſſe capitulo *Butrius in c. quia propter n. 67. & 68. Hoſtien. & Innoc. n. 2. Syl. v. electio 1. q. 5. Tabien. n. 6. Azor. p. 2. l. 6. c. 14. q. 7. Sigiſm. dub. 8. num. 2. & dub. 25. n. 2. Caſtell. de elect. cap. 12. nu. 20. Lauor. cap. 19. n. 77. Donat. d. tract. 1. q. 17.*

44 Iuſtum autem impedimentum eſt infirmitas, vel alia impotentia phyſica, non tamen iuſtum impedimentum eſſet impoſſibilitas moralis, quæ orta eſſet ex eo, quòd quis vocatium alio graui negotio priuato, & ſibi proprie detineretur & praxis eſt, vt ſine dubio impotētes, & in domo electionis exiſtentes cenſeantur præſentes, ſi non ſunt in capitulo. Ad quam impotentiam reducitur, ſi iuſta exiſtente cauſa ſuperior præcipiat alicui, vt maneat in camera, vel in clauſtro interiori, vel non ingrediatur capitulum, vt hoc modo vitentur, quæ forſan imminerent magna ſcandala. Puto tamen quòd iuſtum impedimentum arbitrio ſuperioris ſit iudicandum, ſiue iſte ſit Præſidens Capituli, ſiue ſit & maior, & ſuperior. Ad illos igitur electores, qui ſunt in domo, in qua habetur electio, & ſunt iuſto impedimēto detenti ne ſint in capitulo debent ire ſcrutatores, & eorum vota, vel voce prolata audire, vel ſcripta in ſchedulis clauſis recipere iuxta ſtylum electionis, & Collegij. Et ſi non irent eſſet electio nulla.

45 Nomine præſentium etiam *Sigiſm.* & alij plures intelligunt etiam eos, qui ſunt in ciuitate, vel horto. Quod quidem, vt ſupra dixi, eſt valde incommodum Capitulo iam Congregato, vt ſcilicet eant ſcrutatores ad ciuitatem, & hortos, vt vota alicuius ſcrutentur. In Ordine Prædicatorum ſolì, qui ſunt in domo cenſentur præſentes. Et ita in hoc ſeruandæ ſunt leges, & conſuetudines cuiuſcumque Collegij.

S V M M A R I V M.

1 *Quomodo exquirenda vota ſcrutator. n. 46.*
2 *Nō debet dari quartus ſcrutator pro ſcrutādis ſcrutatoribus. nu. 47.*
3 *In ſcrutinio auriculari conueniens eſt, vt ſcrutatores primo ſcrutentur ſe ipſos. n. 48. 49.*
4 *In ſcrutinio per ſchedulas nihil intereſt an prius, vel poſterius ſcrutatores dent ſchedulam. nu. 48.*
5 *In Ord. Prædicatorum ſcrutatores primi deponunt ſchedulas. num. 48.*
6 *In ſcrutinio auriculari ſi ſcrutatores non ſcrutarentur primo ſe ipſos eligerent facti conſcij votorum aliorum. n. 49.*
7 *Poſt Conc. Tridentinum neceſſe eſſe, vt ſcrutatores primi ſcrutentur ſe ipſos aliqui tenent. nu. 50.*
8 *Hæc opinio reijcitur. num. 50.*
9 *Ex vi Concil. Trid. electio non fit magis ſecretè quam prius. num. 50.*
10 *In ſcrutinio auriculari eſt impoſſibile, quòd aliquis ſcrutator prius non audiat votum alterius, quam eligat. n. 50.*
11 *Scrutatores eligere poſtquam conſcij ſunt voti aliorum poteſt eſſe inutile, & vtile ad electionem. numer. 50. 52.*
12 *Non eſt neceſſe, quod ſcrutatores prius ſcrutentur digniorem, immo hoc poteſt eſſe damnoſum. n. 55.*
13 *Vtile cenſetur, quod ſcrutatores eligant prius, quam aliorum vota ſcrutentur, quia ex hoc potius timendum malum, quam ſperandum bonum. n. 52.*
14 *Ad hoc, vt vbi viget vſus ſcrutinij auricularis ſcrutatores ſcrutentur ſe ipſos; non eſt neceſſe, quod prius primus, & ſecundus ſcrutator nominent in ſcriptis illum, in quem conſentiunt. n. 53.*
15 *Concilium Tridentinum addit, vt electio conſeruetur ſecreta, vt nomina eligentium non publicentur. num. 53.*
16 *Concil. Trid. extendit ſecretum electionis ad plures electiones. n. 53.*
17 *Electio eſt ſecreta, ſi vota non ſunt manifeſta niſi ſcrutatoribus. n. 53.*
18 *Scrutatores in ſcrutinio auriculari ſe ſe inuicem ſcrutātur vno eorum alijs duobus ſuum votū manifeſtante, & ſic alij ſucceſſiuè. nu. 54.*

19 *In ſcrutinio per ſchedulas, ceſſant iſtæ difficultates. numer. 54.*

46 QVæritur decimo à quo, & qualiter vota ſcrutatorum exquiri debeant. Inter cunctos, quorum vota exquirenda ſunt, ipſi etiam numerantur ſcrutatores; qui cum ſint tres, difficile eſt videre, quomodo eorum vota, ſecretè exquiri debeant, ita vt ſingulus eorum non ſit conſcius votorum aliorum, in ſcrutinio præcipuè auriculari; vnde poterit forſan videri, quod debeat dari quartus ſcrutator, qui vota ſcrutatorum exquirat.

47 In primis verò dicitur, non debere, nec poſſe dari quartum ſcrutatorem adhunc finem electũ, vt vota ſcrutatorum exquirat. Nam Concilium in *d. cap. Quia propter* decernit tres ſcrutatores eſſe eligendos, non vero ſtatuit iterum eſſe aſſumendum quartum, vel notarium, qui vota ſcrutatorum exquirat. Et praxis eſt, vt ſcrutatores ſe ſe ſcrutentur, *Panor. in d. cap. quia propter nu. 9. Innoc. num. 6. Hoſ. nu. 43. Io. And. n. 18. Butr. num. 26. Compoſ. nu. 8. Biax. p. 3. c. 26. n. 8. Roſell. tit. elect. 1. Maar. q. 1200. p. 1. Marta tit. elec. cap. 20. Mirand. tom. 2. quæſt. 21. ar. 29. Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouemb. 1624. Coram Coccino* §. 2. *principaliter, Io. de Friburg. in ſum. de elec. quæſt. 7. col. 2. Rodriq. tom. 2. quæſt. 52. ar. 3. Sigiſ. de elect. dub. 20. num.* 10. Rendina quem refert, & ſequit. *Barboſa ad d. cap. Quia propter n. 23.*

48 Dicitur ſecundò vtile eſſe, & valde conuenlẽs, vt ſcrutatores primò ſcrutentur ſe ipſos, quàm alios In ſcrutinio quidem per ſchedulas parum intereſt, an ſcrutatores prius, vel poſteriùs ponant ſchedufas ſuas in capſulam, aut vrnam; quoniam cum non cognoſcantur nomina eligentium per ſchedulas, nec ſchedulæ aperiantur, niſi illis omnibus receptis, & inter ſe commixtis, & confuſis, ordo indando illas accidentalis eſt prorſus electioni, nec bonum, aut malum cauſare poteſt. Et nihilominùs in Ordine Prædicatorum in *Gloſſa Conſtit. d. 2. c. 2.* §. 1. *Lit. A.* ſtatuitur, vt ſcrutatores primi ſuas ſchedulas dimittant in capſulam, ſeu vrnam inſpicientes ſe inuicem, vt nullus duas ſchedulas ponat.

49 Sed in ſcrutinio per vocem vtile eſſe, vt ſcrutatores priùs ſcrutentur ſe ipſos, inde colligitur; quia ſi priùs ſcrutarentur alios contingeret, vt in eorum poteſtate eſſet electio tota; quia conſcij votorum aliorum, ex hoc ſua vota poſſent informare, vt concluderetur electio ad eorum voluntatem, *Hoſtien. in ſum. tit. de elect.* §. *qualiter facienda. Biax. p. 3. c. 26. n. 6. Cuch. l. 4. tit. de elec. nu. 208. Rod. t. 1. q. 52. a. 3 Sigiſ. dub. 21. num. 6.*

50 At verò nedum hoc eſſe vtile, ſed poſt Concil. Trid. eſſe neceſſarium putat idem *Sigiſ.* quem ſequitur *Samuel. tr. 1. diſp. 3. contr. 6. n. 5. & Lauorius cap. 19. nu. 66.* Quod probat, quia ſcrutatores conſiderandi ſunt, vt electores, & vt ſcruratores, & vt electores habeãtur antequam ſuum votum proferãt, & vt ſcrutatores, cum ſuum votum dederunt, & aliorum vota audiunt: Nam vt electores, nec votorum aliorum poſſunt eſſe conſcij, nec eorum votum alijs innoteſcere debet: ſi ergo ante ſcrutarentur aliorum vota, iam ipſis, vt electoribus innoteſceret aliorum votum, quod eſt contra Concilium. Verùm dicendum eſt Concilium huiuſmodi metaphyſicales præciſiones nec reſpexiſſe, nec approbaſſe, nec ſtatuiſſe ordinem, inter eſſe electorem, & ſcrutatorẽ, vt prius ſit eſſe electorẽ, quàm ſcrutatorẽ. Tum primò, quia nec Conciliũ decernit, quòd electio magis ſecretè fiat in ſe ipſa, quàm fieri neceſſe erat ex vi *cap. Quia propter*; ſolùm enim decernit, quòd fiat per vota ſecreta, addit verò, quòd vota nunquam publicentur, quod aliud eſt, & ſupponit in ſcrutatoribus ſcientiàm votorum, quorum prohibetur publicatio. Ad hoc verò, vt electio fiat ſecretè, ſeu per vota ſecreta, nihil aliud eſt neceſſe, niſi, vt fiat audientibus ſolis ſcrutatoribus adhoc à Collegio deputatis: & vt S. Cong. declarauit non eſt contra ſecretum elect. ſi quatuor, immo & quinque vota eligentium ſciant. Huius verò quòd eſt priùs eligere, quàm ſcrutari, nulla mentio eſt in Concilio. Tum ſecundo quia hic ordo, vt priùs ſcrutator eligat, quàm ſcrutetur, eſt in ſcrutinio auriculari impoſſibilis. Nam dato, quòd ſcrutinium incipere debeat à ſcrutatoribus, duo priùs neceſſariò ſcrutabuntur votum tertij, quam ipſi elegerint, quia debet inter tres ſcrutatores dari, & vnus ex eis qui priùs eligat, & duo alij primi, qui antequam eligant, votum primò eligentis audiant. Tum tertiò quia ex quo electio per ſcrutinium auriculare nequit fieri, quin tres electi adhoc, ſciant aliorum eligentium vota, nihil intereſt quantum ſit ad rationem ſecreti, quòd ſcrutatores huiuſmodi vota cognoſcant antequam ipſi elegerint, vel non elegerint: niſi quòd vtile poteſt eſſe, quod eorum aliquis ex alterius voto non conformetur, & moueatur ad eligendum; ſed hæc eſt vtilitas contingens, quia immò, & poteſt eſſe, quòd valde vtile ſit, vt detur hæc informatio prior, & poteſt eſſe quod ideo elector à minùs digni electione deſiſtat, quia iam videt à conſocio digniorem eſſe electum. Et vlteriùs, vt dictum eſt, impoſſibile eſt, niſi ſcrutatores ſimul confusè, & elegerint, & ſe inuicem eligentes audierint, quòd non dentur ex illis, duo qui priùs ſcrutentur, quam eligant, & ex conſequenti, non eligant tanquam conſcij voti alterius.

51 Quod verò *Cuch.* quem ſequitur *Rodriq.* dixerit ſcrutatores debere priùs ſcrutari digniorem, ſeu habentem primam vocem in Capitulo, vt dicit *Biax. par. 3. cap. 26. num. 6.* quam ipſi ſeſe inuicem ſcrutentur, licet non ſit contra Concilium Tridentinum, nec ex hac parte benè impugnetur à *Sigiſm.* non eſt tamen neceſſariũ, immò poteſt eſſe aliquãdo valde inutilè, & potiùs mouere ad eligendũ minus dignũ, vel indignum, ſi ille dignior caput vnius factionis talem elegerit, & malè tractet eos, qui ſibi non adhærent in electionibus.

52 Quibus ſic ſtantibus addendum eſt, quòd licet ſit verum, quòd ex ſupra citatis DD. dictũ fuit, ſcilicet vtile eſſe, quod ſcrutatores prius ſcrutẽtur ſe ipſos, quàm alios, ne ex notitia votorum aliorũ ſua vota ſumant, & concludant, & non concludant electionem ad eorum arbitrium. tamen ſi attentè hoc penſetur, hoc poteſt eſſe vtile, & inutile electioni; quia immò vtile eſt vt concludatur electio dignioris, quæ electio forſan non fuiſſet cõcluſa, niſi ſcrutatores fuiſſent conſcij votorum aliorum. Et per ſe loquendo, hoc quod eſt eſſe ſcrutatores conſcios, vel non conſcios votorũ aliorũ, nec eſt vtile, nec inutile, ſed poteſt eſſe vtile & inutile. Immò in electione Papæ datur electio per acceſſum, in quo Collegium iam conſcium de electione per ſcrutinium, & vidẽs

Digitized by Google

aliquem nominatum eſſe in ſcrutinio, ex hoc informati ij, qui in ſcrutinio nõ elegerunt in acceſſu eligunt vel nõ eligũt eundem, & ſic electionẽ concludunt, prout illis placet. Vnde patet euidenter, quòd aliquos electores informari ad eligẽdum ex notitia voti aliorũ in aliquẽ, non eſt per ſe inutile in ordine ad electionem, & quòd non eſt malum, quod ex huiuſmodi notitia aliqui electorum poſſint concludere electionem. Ideo per ſe loquendo nõ eſt neceſſe, quòd ſcrutatores priùs ſcrutentur ſe ipſos. Quàmuis, quia poteſt de facili contingere, quòd ex hac ſciẽtia oriatur in ſcrutatoribus aliquis timor, quod libertati præiudicet, vel aliquod motiuum, quod ad electionem minùs digni inducat, & potiùs timendũ ſit malum in hoc, quam ſperandum bonum; quia malum frequentiùs euenit, & in ordinarijs electionibus, quæ fiunt per ſcrutinium auriculare, ſcrutatores ſciunt etiam nomina eligentium, ideo conſultius eſt, vt ſcrutatores primi ſcrutentur ſe ipſos.

53 Hinc quoque patet non eſſe neceſſarium modum illum ſcrutandi ſe inuicem, quem idem *Sigiſ.* excogitauit, nimirum, vt primus, & ſecundus ſcrutator ſeparatim ſcribant; ita vt illorum vnuſquiſq; ſolus ſciat, quem nominat. Et hoc facto, ſecundus ſuam ſcripturam dabit primo, & tertio, & poſtea primus & ſecundus exquirent votum tertij ſecretò, quo facto ſecundus & tertius videbunt votum primi ſcriptum, & vltimo primus, & tertius aſpicient votum ſecundi. Nam hic modus ſcrutandi recedit à ſcrutinio auriculari, & recurrit ad ſcrutiniũ per ſchedulas, & ſcriptutam, cuius neceſſitatem non impoſuit Concilium Tridentinum, vt ſupra probatum eſt. Et ex præſcripto Concilij Tridentini non eſt neceſſe, quòd electio in ſuo fieri ſit magis ſecreta, quàm debeat eſſe ex vi *cap. Quia propter*, quia Concil. non decernit niſi quòd electio fiat per vota ſecreta, quod ſeruari non obſtante ſcientia ſcrutatorum declarauit Sac. Congreg. immò quod fuiſſe neceſſarium ex vi *cap. Quia propter*, apparet, quia in eo præcipitur, vt ſcrutatores ſecretò cunctorum vota excipiant, & in hoc numero cunctorum & ipſi continentur, quorum vota ſecretò ſunt exquirenda; quod tamen fiebat ſi ſcrutatores non publicè alijs audientibus, ſed ſolis ſcrutatoribus alijs ſua vota manifeſtabant, vt DD. antiqui docent. Hoc verò, & nihil amplius eſt neceſſarium ex vi Concil. Trident. Per quod additum quidem fuit quantum ad conſeruari, vt electio nedum fiat ſecretè, ſed & conſeruetur, ita vt nomina eligentium nunquam publicentur, ſed quantùm ad fieri electionis nihil noui præcepit ſupra id, quod ſtatutum erat in *cap. quia propter*, niſi quod ſecretum extendit ad plures electiones, ad quas decretum dicti Capitis non ſe extendebat. Immò additur, quod per hunc modum ſcrutinij non euitatur illud inconueniens, ad quod vitandum eſt excogitatus, ſcilicet ne ſcrutatores priùs ſcrutentur, quàm eligant, vel nullus eligat conſcius voti alterius. Quia illa ſcriptura priuata quam faciunt primi duo ſcrutatores non eſt electio, neque nominatio, & nominatum in ea poſſunt ad libitum variare, & tunc illi primi duo ſcrutatores nominant, & eligunt in ſcrutinio auriculari; cum alteri ſcrutatori ſuum votum manifeſtant, quo tamen in eo modo eligendi non fit niſi poſtquam tertium ſcrutati ſunt, & facti ſunt conſcij voti illius.

54 Itaque ſcrutatores ſeſe inuicem oretenus ſcrutari poſſunt, vbi ſcrutinium auriculare eſt in vſu, quia aliquis eorum primus, alijs audientibus profert votum ſuum, deinde alij ſucceſſiuè. Et ex quo omnes debent eſſe tandem conſcij votorum alterius, non intereſt ex vi Concil. Tridenr. quod hoc cognoſcant, vel per vocem, vel per ſcriptum. In ſcrutinio verò per ſchedulas omnes iſtæ difficultates ceſſant.

SVMMARIVM.

1 *Scrutatores diligenter ſingulorum vota exquirant. num.55.*
2 *In ſcrutinio per ſchedulas ſolum inſpiciunt electores deponentes ſchedulas. n.55.*
3 *Ad hoc vt in ſcrutinio auricnlari electores ſcrutentur non eſt neceſſe (vt aliqui volunt) quod ipſi interrogent per ſe ipſos electores, ſed quod electores audiant, & eorum vota ſcribant. nu.56.*
4 *Nedum non eſt de ſubſtantia electionis, ſed nec de præcepto ſpeciali, vt ſcrutatores adhortentur electores, vel interrogent eos quo zelo &c. eligant. num.57.*
5 *Poteſt eſſe quod ex lege charitatis, aut ex officio adhortari teneantur electores. n.57.*
6 *Non tenentur eos adiurare. n.56.*
7 *Ex vi Concil. Later. aut Trid. electores non tenentur iurare. nu.59.*
8 *Concil. Baſileen. poſt translationem, ſchiſmaticum. num.60.*
9 *Iuramentum ab electoribus Regularibus præſtandum ex vi decreti Clem. VIII. n.61.*
10 *Decretum illud non eſt in vſu apud omnes Religiones. n.62.*
11 *In Ord. Prædic. non præſtatur iuramentum ab electoribus. n.62.*
12 *Iuramentum indictum à Clement. VIII. non eſt de ſubſtantia electionis. n.63.*
13 *Sufficit ſi à Sacerdotibus hoc iuramentum præſtetur tacto pectore. n.64.*
14 *Vbi eligitur per Procuratorem Regularem, eſt praſtandum à Procuratore. n.64.*
15 *Requiritur ad hoc ſpeciale mandatum. n.64.*
16 *Extra Regulares vero præſtandum eſt, vel à mandante, vel à Procuratore habente mandatum ſpeciale. nu.64.*

55 Quæritur vndecimò, quid importet illud *diligenter exquirant*? Reſpondetur, quod hic ſignificatur, ſcrutatores debere cum diligentia exquirere eligentium conſenſus. Sed primò conſiderandum, quod in ſcrutinio per ſchedulas nõ eſt neceſſe, quòd ſcrutatores, vel verbulum ore proferant, vel quid minimum inquirant, ſed ſolùm quod attendant, ne electores deponant in vrnam plures ſchedulas, vel aliquam extrahant, vel aliquam charactere ſpeciali notatã dent, vel aliquid huiuſmodi faciant in præiudicium electionis.

56 Sed in ſcrutinio auriculari dubium primò eſt, an ſit neceſſe, quòd ſcrutatores loquantur, & interrogent eligentes, an verò potius ſufficiat, quod audiant eligentes ex ſeſe vota ſua, & conſenſus exprimentes? *Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouemb.* 1624.

1624. §. *tertiò principaliter, quæ eſt deciſ. 574. nu. 39. par. 4. tom. 3. recent.* ſentit quòd ſcrutatores teneantur proprio ore inquirere vota eligentium, & quod neque hoc poſſit fieri per alium, illis aſſiſtentibus; quia aliud eſt aſſidere, & aliud facere; & textus vult, quòd ipſi ſcrutatores inquirant vota eligentium; vnde non ſufficit, quod eis aſſidentibus alius interroget eligentes, vt vota ſua exprimant. Et inter alias cauſas, hæc fuit vna propter quam electio illa Abbatis Sancti Maximini fuit declarata nulla, quia in ea ſcrutatores Collegij fuerant aſſidentes, & tres ſcrutatores alij extra Collegium aſſumpti ſcrutati fuerant vota eligentium. Et ita Rotam ſecuti ſunt, *Sigiſm. à Bonon. dub. 21. num. 4. Barboſa ad dict. cap. quia propter, num. 20.* Sed non video neceſſitatem loquendi in ſcrutatoribus, & interrogandi aduenientes eligentes, ſi ipſi eligentes ſponte ſua vota exprimant. Nec DD. antiqui hanc neceſſitatem expreſſerunt; quia verè ſufficit, quod conſenſus eligentium ſit manifeſtus Capitulo, quod optimè fit, ſi electores nullo modo interrogati conſenſum ſuum exprimant. Nec facienda eſt vis in illo verbo *exquirant*. Tum quia ſubſtantia talis inquiſitionis conſiſtit in manifeſtatione voti recepta à ſcrutatoribus, & per eos ſcribenda. Tum quia ſcrutatores facto ſufficienter loquuntur, & interrogant ſedentes deputati ad officium audiendi, & conſcribendi vota eligentium. Verum tamen eſt, quod vbi opus ſit interrogatione, & ſermone in ſcrutando, hoc munus ſpectat ad ſcrutatores, & in hoc ſenſu intelligi debet Rota cum DD. citatis. Nõ tamen credo, quòd hoc ſit de ſubſtantia electionis. Ideo quidquid ſit an illa electio fuerit nulla, quia adhibiti fuere tres ſcrutatores extra Collegium, nõ fuit nulla, quia tres ſcrutatores de Collegio non fuerint ſcrutati, ſed ſolùm fuerint aſſidentes, quia ſcrutati fuerunt audiendo vota electorum ex officio, & ea ſcribendo, vel ea ſcribi videndo; nec maior ſcrutatio eſt neceſſaria. Quoniam hæc ſufficit, vt de eligentium conſenſu fidem facere poſſint Collegio.

57 Hinc patet, quid ſit dicendum de opinione illorum, qui inſuper crediderunt ſcrutatores nedum debere interrogare electores, quem velint eligere, ſed quod debeant inquirere quo deſiderio, quo affectu, qua conſcientia eligens mouetur ad nominãdum talem: nam & de zelo, & de meritis nominãdorum, & nominatorum inquirendum putant, vt poſſit poſtea fieri collatio. Ita voluit *Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. qualiter facienda, verſ. Diligenter inquirant,* licet aſſerat hoc malè obſeruari. Sic etiam alij dixerunt ſcrutatores adhibere debere verba adhortatoria, pro qua ſententia ſtetiſſe dicũtur, *Marc. q. 1202. par. 1. & Murta in ſuo digeſt. nouiſſi tit. elect. cap. 20.* Sed nedum eſt verum, quòd huiuſmodi adhortationes, ſeu inquiſitiones, & diligentiæ, non ſunt de ſubſtantia electionis, prout tradiderunt, *Specul. de elect. §. 1. num. 17. Bertach. de Epiſ. par. 1. lib. 2. num. 2. Butr. in d. cap. quia propter, nu. 23. Hoſt. num. 30. Innoc. num. 6. Barboſa num. 20. Rota ſupra citato, Sigiſm. d. dub. 21. num. 5.* Sed neque eſt de præcepto ſpeciali, quia ex vi textus ſolùm requiritur, quod vota ſcrutatores exquirant quantũ ſufficit ad ea in ſcriptis redigẽda, ad quod ſufficit, quod audiãt eligentes ſecretè ſuos conſenſus exprimentes. Verũ eſt, quod poſſet habere locum præceptum charitatis, ſi eligẽtes errarent in votis, & poſſent edoceri, & corrigi vel etiã aliqua obligatio iuſtitiæ ex officio, ſi eligẽtes vellent facere aliquid in præiudiciũ electionis, quod ſcrutatores permittere nõ deberẽt: ſed tamẽ ex lege ſpeciali ſuperaddita inſtitutioni ſcrutatorum, ſeu ex vi illius clauſulæ, *vota cunctorum diligenter exquirant,* non tenentur niſi ad interrogãdum vocales, quem velint nominare, ſi ex ſe ipſis nullum nominant, vel ſi ſponte ſuum votum proferunt ad illud audiendum, & tandem ad illud redigendum in ſcriptis &c.

58 Hinc quoque habetur, quid dicendum ad id, quod alij affirmant, ſcilicet, quod teneantur ſcrutatores adiurare electores, vt eligant, quem ſecundum Deum iudicant meliorem. Ideo ex vi *cap. quia propter,* ab electoribus preſtandum eſſe iuramentum in manibus ſcrutatorum de probitate & integritate ſeruanda in eligendo, tenuerunt *Cuch. lib. 4. tit. de elect. num. 204. & 205. & Biax. par. 3. cap. 23. nu. 2.* ab eo relatus. Qui tamen tenet, quod ſufficiat præſtare hoc iuramentum in manibus Præſidis. Et fuit ſentent. *Io. Andr. apud Syluest. v. elect. 2. num. 7.* qui addit, quod ſcrutatores poterunt adiurare Electores, vt eligant meliorem. Et *Rodriq. tom. 2. q. 52. a. 3.* cenſuit in Religionibus votum obedientiæ eſſe electoribus à scrutatoribus proponendum.

59 Sed dicitur primò, quòd neque ex vi *cap. quia propter,* nec ex vi Concil. Trident. ſtatutum eſt, vt electores iurent aliquid in manibus ſcrutatorum. Ex nullo enim verbo eorum ſubodorari poteſt. Vnde non eſt vnde hæc obligatio ſuperaddatur, *Panor. in d. cap. quia propter, numer. 11. Mirand. tom. 2. q. 23. art. 29. Sigiſm. de elect. dub. 25. num. 3. Baſſaus, v. electio, nu. 2.*

60 Dicitur ſecundò, quod ſine fundamento ab aliquibus, nimirum à *Caſtell. cap. 3. num. 21. Peyr. in Formul. L. E. c. 2. & Tambur. de iure Abb. diſp. 5. q. 6. num. 39. Lauor. cap. 19. num.* 48. ad probandam neceſſitatem iuramenti præſtandi ab electoribus adducitur, Concilium Baſileens. ſect. 23. & 38. Nam Concil. Baſileens. licet in ſui initio fuerit Oecumenicum, poſtquam tamen illicita poteſtate vſurpata contra Pontificis Romani auctoritatem, & Romanæ Eccleſiæ iura definire auſum fuit, & Pontifex legatũ ſuum, & cæteros Epiſcopos auocauit, inuitoque Pontifice ſub præſidio Cardinalis Arelatenſis continuatum fuit, non tantum Oecumenica, ſed legitima ſynodus eſſe deſijt. Decretum autem de iuramento ab electoribus præſtando primo habitum fuit ſeſſ. 12. poſtquam in eadem ſeſſione Conciliũ inconceſſa tentans, & Pètri iudicium vſurpans, & immo ſupra Petrum & ſupra Papam ſe conſtituens, auſum fuerat citare Eugenium IV. legitimum Papam, illique præcipere, vt diſſolutionem Concilij à ſe factam infra 60. dies reuocaret, & ipſi Concilio purè adhæreret, & cum effectu, in eum ferens pœnam ſuſpenſionis à Papatu, ſi non obediret. In ſeſſ. autem 23. in decreto de electione nihil de hoc iuramento habet. At in ſeſſ. 38. in decreto de elect. iterum huius iuramenti meminit. Sed tunc illud Concilium Schiſmaticum fuiſſe conſtat, cum tunc ſcilicet anno 1439. celebraretur Concilium Oecomenicum Florentinum, diſſoluto prius per Pontificem illo Baſileen. Concilio, quod in ſeſſ. 34. antecedente auſum fuerat eundem Eugenium IV. legitimum Pontificem deponere, & poſtea ad creatio-

nem Felicis Antipapæ proceſſit. Propterea Leo X. in Concil. Lateranen. ſeſſ. 1. in Bulla reuocationis pragmaticæ ſanctionis illud Concilium vocat Cõciliabulum, ſeu potius conuenticulam, quæ præſertim poſt traslationem ipſius factam per Eugeniũ Papam, Concilium appellati non merebatur. *Bellar. lib. 1. de Concil. cap. 7. & lib. 3. de Ecleſ. milit. c. 16. & lib. 2. cap. 19. Grauin. to. 4. par. 2. de præſcript. q. 2. art. 1. ad 2. pag. mihi* 68. & apud eum *Horat. Iuſtinian. in præfat. ad Concil. Florent.* & late *Rota in Treueren. Abbatiæ* 24. *Ianuarij* 1625. *coram Coccino*, quæ habetur apud *Caſtell. de elect. cap.* 4. & apud *Lauorium cap.* 21. & apud *Tambur, tom.* 3. Sed immo amplius aduertendum, quod cum vt habent *Bellarm. locis citatis, & Rota citata*, Concilium illud etiam pro ea parte in qua fuit legitimum non fuerit per Nicolaũ Quintum confirmatum, niſi circa aliquas diſpoſitiones beneficiorum, quæ à Concilio factæ fuerant, vt patet ex verbis dicti Nicolai V. quæ refert eadem Rota, & habentur in bulla, quæ ſolet imprimi cum actis dicti Concilij, ſequitur, quod dicti Cõcilij alia decreta vim non habent; quia Conciliorũ leges nõ habent efficaciam ad obligaodam vniuerſalem Eccleſiam, niſi fiot à Papa confirmatæ, *Turrecrem. lib. 2. ſumm cap.* 71. *Caiet. tom.* 1. *opuſc. tract.* 1. *cap.* 13. *Grauin. tom.* 4. *par.* 2. *diſp.* 1. *art.* 5. *Nauar. lib.* 1. *conſ.* 1. *de conſtit. num.* 4. *Suarez de legibus lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 2. Et præcipuè hoc dicendum eſt de decretis factis à Concil. Baſileen. circa electiones; quoniam, vt aduertit *Rota citata num.* 33. idem Eugenius IV. ad orationem habitam per Io. Bachenſtein, & petitionem factam nomine Concilij Baſileen. in quà inter alia petebatur obſeruantia decreti electionis, reſpondit, ſe vna cum Fratribus ſuis S. Rom. Eccleſiæ Card. decreuiſſe reſpondere, quæ honeſtati, & iuſtitiæ conueniremt, vt videre eſt *tom.* 4. *par.* 1. *Conc. Colon. impreſſ. in append.* Vnde dum de electione loquimur, non eſt vnde adducatur decretum Concil. Baſileen. quod vel fuit ſchiſmaticum, vel pro ea parte in qua fuit legitimum, non fuit à Papa confirmatum præcipuè in materia electionis.

61 Dicitur tertiò, quòd in vi Conſt. Clem. VIII. pro reformatione Regul. cõfirmata ab Vrban. VIII. in electionibus Regularium tenentur electores iurare ſe electuros probiorem, & meliorem, ibi, *iurent que electores ſecundum veritatem cuiuſcumq; conſcientia probiores, ac magis idoneos electuros, Caſtel. Peyr. Sigiſm. Tambur. Baſſæus locis citatis, & alij.* Aduertit vero, *Peyr. vbi ſupra nu.* 11. quod hoc iuramentum præſtandum eſt in electione Diffinitorum Collegarum Commiſſariorum, & Diſcretorum quia decretum Clem. VIII. extenditur etiam ad officia omnia, ibi *In ſuperiorum, & officialium omnium electionibus &c. iurent electores &c.*

62 Sed aduertendum, hoc decretum non eſſe in omni Religione vſu receptum, & certè in Ordine Prædicatorum in nulla electione electores præſtant hoc iuramentum, vt aduertit etiam *Donatus par.* 3. *tract.* 4. *quæſt.* 23. & poſt eum *Samuel. tract.* 1. *diſp.* 4. *contr.* 1.

63 Conſiderandum verò eſt ſecundò, quòd *Tãbur. de iure Abb. diſp.* 5. *q.* 6. *num.* 29. *Megal. v. electio, num.* 37. *Lauor. cap.* 19. *num.* 49. quos ſequitur *Donatus d. q.* 23. *num.* 7. ſentiunt, quod hoc iuramentum ſit de ſubſtantia electionis, ita vt eo omiſſo electio ſit nulla. Sed dicendum eſt cum *Bordon. reſolut.* 26. *q.* 9. *num.* 28. *Peyr. in Formul. lit. E. cap.* 2. *q.* 1. *nu.* 7. & *lit. V. q.* 6. *Samuel tract.* 1. *diſp.* 4. *contrau.* 1. *num.* 1. hoc iuramentum non eſſe de ſubſtantia, quia nullum eſt ibi decretum irritans, & ſtatutum illud, vt ibi ponitur eſt de præambulis ad electionem; neque enim dicitur quando, & in manus cuius ſit præſtandum: ſed ſolùm innuitur, quòd eſt quid præcedens ſcrutinium, & electionem, cum dicatur, quod iurent ſe eſſe electuros probiorem, in ſcrutinio verò iam electores non ſunt electuri, ſed eligunt.

64 Conſiderandum etiam eſt tertiò, hoc iuramentum à Sacerdotibus non eſſe neceſſariò præſtãdum tacto Euangelio, vel ſcripturis, vt voluit *Garzias par.* 5. *de benef. cap.* 4. *nu.* 170. Sed ſufficere, quod præſtetur tacto pectore pront de more. Hoc enim receptum eſſe ex conſuetudine omnium Curiarum tradit *Guido Papa decis.* 615. *num.* 1. *Theſaur. decis.* 47 *num.* 12. *Rota decis.* 587. *num.* 1. *par.* 2. *recent. Sigiſmun. dub.* 25. *num.* 8. *Peyr. in Formul. lit. E. cap.* 2. *num.* 8. & apud eum *Lanor. cap.* 19. *num.* 51. *Samuel vbi ſupra contr.* 2. Et cum modò ex Concil. Trid. non poſſit Regularis abſens eligere per Procuratorẽ, niſi dando ei mandatum generale; ideo hoc iuramentum in hoc caſu non eſt præſtandum ab electore mandante, ſed à Procuratore, cuius ſolius eſt ſe determinare ad hanc, vel illam perſonam, *Peyr. d. cap.* 2. *num.* 9. & apud eum *Lanor. Sigiſm. d. dub.* 25. *num.* 7. & 8. Qui addit Procuratorem non indigere ad hoc mandato ſpeciali; quia inſtitutus ad eligendum eſt inſtitutus ad ea quæ ad electionem ſunt neceſſaria, & idem habet *Samuel vbi ſupra*. Sed hoc diſplicet. Quia poſſet eſſet, quod ipſe mandans nollet iurare, & debet conſtare Capitulo, quod intentionis mandantis ſit iurare; & ideo iuxta ſententiam cõmunem debet Procuratori dare mandatũ ſpeciale ad iurandũ &c. Extra Regulares verò vel à mandante, vel à Procuratore habẽte ſpeciale mandatum præſtari debet. Hoc enim iuramentum, quod eſt neceſſarium ad actum ad quem eligitur quis Procurator præſtari poteſt per Procuratorem, *Azor. par.* 2. *lib.* 11. *cap.* 7. *q. vlt. Suarez tom.* 2. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 31. *Sanchez lib.* 3 *in Decal. cap.* 13. *numer.* 17. quos refert, & ſequitur, *Sigiſ. d. dub.* 25. *nu.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Vota in ſcriptis redigenda. nu.* 65.
2 *In ſcrutinio per ſchedulas prius numerandæ ſchedulæ. n.* 65.
3 *Si numerus ſchedularum non ſit æqualis numero electorum, illæ ſunt comburendæ. n.* 65.
4 *Scriptura votorum eſt de ſubſtantia electionis: numer.* 66.
5 *De mente Conc. Later. ſcrutatores ſcribere debent vota eligentium. n.* 67.
6 *Quamuis ſufficiat vt vnus ſcribat, melius eſt, quod omnes ſcrutatores vota eligentium ſcribant. num.* 67.
7 *Si ſcriptura ſcrutatorum non concordant, iterum, vel legendæ ſunt ſchedulæ, vel in ſcrutinio auriculari ſtandum eſt ſcripturæ duorum, vel ſi omnes diſſentiant, iterandum ſcrutinium. n.* 67.
8 *Non eſt de ſubſtantia omnis electionis vt vota redigantur in ſcriptis. n.* 68.

Quæri-

Digitized by Google

65 QVæritur duodecimò. Quid importet illud *in ſcriptis redacta*. Reſpondetur per ea verba importari neceſſitatem ſcribendi vota eligentium. In ſcrutinio per ſchedulas, priùs numerandæ ſunt ſchedulę, & conferendus eſt numerus ſchedularum ad numerum vocalium: & ſi non ſit æqualis, ſchedulæ ſunt comburendæ, & habendum nouum ſcrutinium, ſicut præcipitur in *Gloſſa conſt. Ord. Præd. d. 2. cap. 2. §. 1 lit. A.* Quia tunc vel vota omnium non fuere exquiſita, vel vnus plures, vel pluries nominauit, quorum vtrumque eſt contra formam; ſed numeratis ſchedulis, & ipſis exiſtentibus in numero æquali vocalibus, tunc ſingillatim ſunt legendæ ab omnibus ſcrutatoribus, & ſic deſcribendi ſunt illi, qui nominati fuerunt, ſeu voce, ſeu iuxta morem Collegij, in ſchedulis, & pro quocumque illorum notanda ſunt vota, & cõſenſus illorum, vt finito ſcrutinio ſciatur de quocunque nominato à quantis fuerit nominatus.

66 Hanc verò ſcripturam eſſe de ſubſtantia electionis patet ex textu *d. cap. quia propter*, & tradunt ibi *Innoc. num. 6. Imol. num. 5. Panorm. num. 6. Butr. num. 27. Io. Andr. num. 19. Hoſtien. n. 31. Rota deciſ. 374 num. 43. par. 4. tom. 3. recent. & deciſ. 289. num. 30. p. 6. recent. Suarez. d. cap. 5. num. 13. Tamb. d. q. 6. num. 11. Baſſæus v. elect.* Et ratio huius neceſſitatis eſt ne memoria ſcrutatorum pereat. *Biax. par. 3. cap. 28. nu. 1. Mirand. q. 23. num. 29. Rota citata, num. 44. Innocent. & Anchar. in d. cap. quia propter, Sigiſm. dub. 21. n. 17. Barboſ. ad dictum cap. quia propter, num. 24. & lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 10. num. 213. Caſtell. cap. 5. num. 36. & cap. 12. num. 23. Donat. par. 3. tract. 1. q. 17. num. 16. & tract. 4. q. 30. Syluest. ver. electio 2. num. 7. Tabien. num. 19.*

67 An verò ſcrutatores, vel alius ſcribere debeat, ſuperiùs *cap. 16. q. 10.* dictum fuit de mente d. textus eſſe, vt ſcrutatores ipſi vota eligentiũ ſcribant, tamẽ quia vnus poteſt de facili errare, melius eſt, quod omnes ſcrutatores vota eligentium in ſcriptis redigant, vt non contingat errare. Et talis eſt praxis in Ord. Prædic. iuxta *Gloſſ. Conſtit. loco citato*. Et in caſu differentiæ in ſcripturis ſcrutatorum in ſcrutinio per ſchedulas, illæ iterum legendę erunt, & verus numerus colligendus. In ſcrutinio verò auriculari ſcriptura duorum vincet, & ei erit ſtandum, vel ſi omnes diſſentiant, & non poſſint conuenire, erit iterandum ſcrutinium.

68 Quomodo tamen nõ ſit de ſubſtantia omnis electionis, quod vota redigantur in ſcriptis oſtendit, *Rota citata deciſ. 289. à nu. 30. par. 6. & deciſ. 244. nu. 4. par. 8. recent.*

S V M M A R I V M.

1 *Vbi electores ſunt minus, quam quatuor, non eſt neceſſario ſeruanda, nec poteſt ſeruari forma ſcrutinij d. cap. quia propter. n. 69.*

2 *Vbi electores ſunt minus quam quatuor, non ſunt alij ſcrutatores, & ad aliud Collegium, ſed Collegium & ſcrutatores idem ſunt. n. 69.*

3 *Si Capituli poteſtas in vnum reducta eſt, non ſit ſcrutinium, ſed ille ſi vult eligit ſimul, & publicat electionem coram teſtibus, vel coram Confirmatore. nu. 70.*

4 *Si Prælatus eligi debet de Capitulo, & vnus ſolus remanet, vel ille eſt ipſo iure electus, vel ſuperior de eo prouidere debet Eccleſiam. n. 70.*

5 *Hoc fallit in caſu in quo ſint plures, qui habilitari poſſint à ſuperiore, quia ſi habilitentur tunc datur locus electioni. n. 70.*

6 *Duo electores ad leges ſcrutinij non tenentur, ſed poſſunt publicè eligere inter ſe. n. 72.*

7 *Vbi ſunt duo electores, ſcrutinium per ſchedulas eſt ſuperfluum. n. 72.*

8 *Vbi ſunt duo electores & vnus ex eis debet eligi; vel vnus ex eis renunciabit voci, vel non erit electio, ſed ſuperior prouidebit de vno ex illis. num. 72.*

9 *Vbi electores ſint tres, & vnus de Collegio eligi debeat, ſcrutinium per ſchedulas non eſt neceſſarium; quia vota erunt ſemper manifeſta toti Collegio. n. 73.*

10 *Vbi electores ſunt tres, etiam ſi extra Collegium eligant non eſt ſeruanda forma ſcrutinij in ſcrutinio auriculari. n. 74.*

11 *Tunc erit neceſſarium ſcrutinium per ſchedulas, ſi id ſit ſpecialiter ſtatutum. n. 74.*

12 *Vbi ſunt tres electores non poteſt ſeruari forma cap. quia propter. n. 74.*

13 *Vbi ſunt duo electores, non poterunt vota publicare extra Collegium &c. n. 75.*

14 *Vbi electores ſint tres tenentur ad non publicanda vota extra Collegium. n. 75.*

15 *Si tamen electores in his caſibus tenentur eligere de Collegio hæc lex Concil. Trid. nõ obligat n. 75.*

16 *Vbi electores ſunt tres non eſt neceſſe, vt eligant duos ſcrutatores. n. 76.*

69 QVæritur tertiodecimò. An vbi electores ſint in minori numero, quam quatuor ſeruanda ſit forma ſcrutinij, *cap. quia propter*. Reſpondeo breuiter, ſeruandam formam dicti Cap. ſi fieri poteſt, ſed non poteſt ſeruari forma ſcrutinij in eo *cap. ſtatuta*, ideo nec tenentur electores illam ſeruare, vt docent *Innoc. ibid. num. 5. Anchar. in cap. nullus eod. tit. Goſred. in ſum. de elect. num. 2. Tabien. n. 2. Cuch. lib. 4. de elect. nu. 202. Donatus tract. 1. q. 17. n. 7.* Ratio eſt, quia vbi electores ſunt minùs, quàm quatuor, ibi nec poſſunt eſſe ſcrutatores diſtincti ab electoribus, & à Collegio, ſed ijdem ſunt & electores, & ſcrutatores, & Collegium, & quod ſit coram ſcrutatoribus, ſit coram Collegio, nec poteſt electio eſſe manifeſta ſcrutatoribus, quin ſit manifeſta toti Collegio, immò verè ibi non ſunt ſcrutatores, ſed totum Collegium ſua vota recipit, & ſcrutatur.

70 Ideo ſi vnus ſolus ſit elector, in quem poteſtas Capituli eſt reducta. ipſe nullum habebit ſcrutinium, ſi vult; quia non eſt neceſſaria nominatio diſtincta ab electione, quæ ſit nomine totius Capituli, ſed ipſe eodem actu poterit nominare, eligere, & publicare electionem, & ſufficiet, quòd in præſentia teſtium, vel melius, & longè ſecurius coram teſtibus, & notario, vnde de electione ſua poſſit conſtare coram Confirmatore, dicat, Ego vice Collegij eligo talem, ſic DD. ſupra citati. In caſu verò, quod nõ poſſit eligi aliquis extra Collegiũ ſi ipſe ſolus eſt de Collegio, qui habeat vocem paſſiuam, quia non poteſt eligere ſe ipſum, vt bene docet *Panorm. in cap. Gratum 2. de poſtul.* ideo tunc nullus da-

tus

tur locus electioni, ſed vel ille cenſetur electus à iure, & ſolùm remanet vt à Confirmatore confirmetur electio illa ſacta à iure, vt vult *Cuch. lib. 4. de elect. num. 3.* vel vt Confirmator prouideat dando illum eundem in Prælatum Eccleſiæ viduatæ, vt vult *Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 23. nu. 8. & 9.* Quando enim ad ſuperiorem deuoluitur electio debet fieri de viro habente eas qualitates, quas habere deberet, ſi eligeretur à Collegio. Cum igitur ex lege Prælatus debeat eſſe de Collegio, ſi in vno ſolo reductum eſt Collegium, de eo debet fieri prouiſio.

71 Quod tamen limitatur, quia vbi de Capitulo plures ſint, qui, licet de facto ſunt inhabiles, & voce paſſiua priuati, poſſunt à ſuperiore habilitari. Tunc nec ille ſolus habilis eſt ipſo iure electus, nec de eo neceſſariò debet fieri prouiſio, ſed ſi ſuperior velit inhabiles habilitare ad vtramque vocem habendam erit electio per electores habilitatos. Vel ſi ſuperior habilitaret illos ſolùm quantùm ad vocem paſſiuam, ille ſolus elector habilis eligeret ex habilitatis ſi vellet, & quem vellet. Nec poſſet ſuperior ipſe inſtituere immediatè à ſe habilitatum; quia ſtatim ac ille eſt habilitatus intrat ius Collegij, cui competit ex pluribus habilibus eligere quem vult.

72 Si etiam duo ſint electores ad legem ſcrutinij non tenentur, & poſſunt publicè inter ſe eligere, *Io. Andr. reg. in toto, de reg. iur. in 6. Panorm. par. 2 conſ. 25. nu. 2. Biax. p. 3. c. 23. nu. 3. Tuſc. Lit. E. conc. 71. & 78. Lauor. cap. 19. nu. 58.* Nam vel iſti duo poſſunt eligere extra Collegium, vel tenentur eligere vnum de ipſis duobus. In primo caſu etiam ſi aliàs Collegium teneretur ad ſcrutinium per ſchedulas, non teneretur in hoc caſu; quia tale ſcrutinium eſſet ſuperfluum, & ſine vlla vtilitate; quoniam tandem ipſi eſſent, qui legerent ſuas ſchedulas, & illas viderent, & quiſque illorum ſciret electionem alterius, non minùs ac ſi vterque publica voce ſuum votum protuliſſet; nulla igitur tunc eſt neceſſitas ſchedularum, vel quòd dentur vota ſecretò, ad aures, quia non poſſunt dari vota, quin ſint toti Capitulo manifeſta. Sed ſi vnum ex ipſis duobus ſolis eſſet eligibilis, vel eligendus, *Peyr. tom. 3. cap. 13. num. 19. & in Formul. lit. E. cap. 7. num. 8.* putat quod tunc non poſſet fieri electio, quamuis aliqui oppoſitum ſenſerint apud *Sigiſ. diſt. 23.* Sed dicitur quod tunc vnus ex electoribus renunciabit voci ſuæ & ſic ſi eligatur ab alio, electio erit valida, vt tradunt *Ancar. & Petrus de Eliaz in cap. nullus nu. 11. de elect. in repet. & Sigiſ. de elect. d. 23. num. 5. Samuel tract. 1. diſp. 3. controu. 8. num. 7.* Quod ſi ex ſpeciali ſtatuto nõ poſſit quis vi renunciationis ſuæ vocis eſſe electus, vel ex quacumque lege, aut conſuetudine talis modus eligendi ſit prohibitus, in eo caſu ceſſandum erit ab electione, vt ex *Io. Andr. Panorm. & Nauar. conſ. 6. num. 4. de elect.* tradit idem *Sigiſ.* & deuoluetur electio ad Superiorem, qui tamen vnum de illis duobus dare tenebitur in Prælatum Eccleſiæ viduatæ, vt ſupra dictum eſt, in caſu, quod vnus ſolus remanſerit de Collegio, qui ſit eligibilis.

73 Sed ſi etiam ſint tres electores, non tenebuntur ad leges ſcrutinij ex vi *cap. Quia propter Sigiſ. dub. 23. n. 2. Ex Hoſtien. in tom. de elect. num. 2.* tenet, quod ſeruanda ſit nihilominus dicta forma, ſed aſſertũ oppoſitũ probatur; quia illa forma ſeruari nõ poteſt. Nam ſi vnus de Collegio ſit eligendus fiat quocumque modo, & ſub quocumque ſcrutinio electio, nomina eligentium, & perſonæ erunt notæ toti capitulo. Quia ſi duo ex illis vere conſenſerint in tertiũ, manifeſtum erit, quòd ex tribus duo conſenſerunt in tertium, qui nominauit alterum eorum vel votum album tradidit, & renunciauit: quod ſi vnus ex illis tribus elegit ſe ipſum, primo hoc eſt contra leges, & ex lege non poteſt ſubſiſtere, & præterea de hoc etiam conſtabit, vno ex tribus negante ſe illum nominaſſe; Et ſic ſemper eligentium nomina erunt toti Capitulo nota. Quod verò nullus euadat electus à duobus, ſed quilibet ſuum votum diſperdat, non eſt poſſibile; quia cum non poſſit nominari aliquis extra collegium, & nullus nominare poſſit ſe ipſum, tertius vocalis non potens nominare ſe ipſum, vel extra collegium, neceſſariò nominat vnum ex nominatis à primis duobus. Ideo vbi tres electores eligere debeant intra Collegium vnum ex tribus, non poteſt fieri electio, quin eligentes ſint toti Capitulo manifeſti; vnde ſcrutinium etiam per ſchedulas eſt inutile, & ad illud electores non tenentur, *Lauor. cap. 19. n. 58.*

74 Sed ſi poteſt eligi aliquis extra Collegiũ, tũc in ſcrutinio auriculari sẽper vota, & nomina eligentiũ erunt toti Capitulo manifeſta, & tamen ex vi *Cap. quia propter*, aut etiam Concil. Trid. non tenentur Electores ad ſcrutinium per ſchedulas, & ideo niſi adſit ſtatutum particulare obligans ad ſcrutinium per ſchedulas, in idem coincidit, quòd electores tres intra Collegium ad aures, vel publica voce proferant vota ſua, quia ſemper eligentes erunt manifeſti. Vbi verò ex ſtatuto particulari eligentes tenentur ad ſcrutinium per ſchedulas, erit hæc forma ſeruanda, quàmuis niſi electores in ſcribendo mutent valde ordinarium characterem ſcribẽdi, vel manu aliena ſcribant ſchedulas, non poterunt ſe ipſos occultare, quin ſingulus eorum fiat alijs duobus, & ſic toto capitulo, manifeſtus; cum vt plurimum character, & modus ſcribendi eligentium ſit alijs manifeſtus. Nihilominus vbi eligendus eſt aliquis extra Collegium, quia electores ſi volunt, poſſunt ſe occultare, ideo ſeruanda eſt lex ſcrutinij per ſchedulas, vbi hic modus ſcrutinij ex ſpeciali lege eſt neceſſarius *Lauor. c. 19. n. 59.* Sicuti eſt in Ord. Prædicatorum: & tamen tunc neque id fit ex vi *cap. quia propter*, nec ſeruatur illius *cap.* forma, quia ijdem ſunt ſcrutatores, & Collegium ſcrutatum; & ſæpius contingit, vt in hoc caſu, nec ipſi eligentes maneant occulti, quin ſint toti Capitulo manifeſti. Quod tamen tunc non eſt contrarium etiam *d. cap.* Quia accidit quòd ſcrutatores, & Collegium coincidant; alias verò quòd nomina eligentium ſint manifeſta ſcrutatoribus, non eſt contra decretum dicti Capitis, vel etiam contra Conc. Trid. vt ſupra eſt probatum, &c.

75 Quod vero in Ordine Minimorum agendum ſit, vbi electores non ſint niſi duo, vel tres, Oſtendit *Peyr. tom. 3. cap. 13. nu. 18. 19. & 20.* qui etiam *nu.* 18. arbitratur, quòd iſti vocales nec teneantur ad legem Concilij Trid. quia talis lex nequit obſeruari, quoniam ſi eligendus eſt vnus de collegio, cum nullus ſe ipſum eligere valeat, manifeſtum erit, quod ſi vnus ex illis tribus ſit electus, erit electus ab alijs duobus. Similiter ſi electio ſit vnanimis nullo diſcrepante ſecretum non poteſt ſer-

uari;

Digitized by Google

uari; quia conſtat electum ab omnibus, & ſingulis fuiſſe electum. Et ideo decretum Trid. interpretatur, vt debeat intelligi de electione facta in diſcordia. Sed dicẽdum eſt legem Concilij Trident. poſſe, in hoc caſu ſeruari. Nam ex aduerſo ſupponitur, qeod lex Trid. prohibeat notitiam arguitiuam & per conſequentias deductam ex aliqua circumſtantia accidentali, quòd non eſt verum, vt ſatis ſupra *cap*, 17. eſt probatum. Quod præcipit Conciliũ eſt, vt electio fiat per vota ſecreta, & quod huiuſmodi vota non publicentur ab ijs, qui ea ex vi ſcrutinij cognouerunt. Hoc autem totum poteſt ſeruari etiam in prædictis caſibus; fieri enim poteſt electio per vota ſecreta, & poſſunt electores eligentium nomina modo publico non publicare; & ſic obſeruata eſſet lex Concil. Trid. ſed non eſt obligatio eam ſeruandi, quia in his caſibus ceſſat totaliter finis legis Concilij, & lex illa eſt inutilis; cum enim aliunde euidenter manifeſta ſint nomina eligentium, nihil intereſt, ſi ea ab electoribus, vel à ſcrutatoribus, vel aliunde publicentur. Vbi tamen tres electores immò, & duo eligunt extra Capitulum, illam legem omnino, & ſeruare poſſunt, & debent, & maxime quantum ad id, quod lex Concilij Trid. addit ad legem Concil. Lateranen. vt, ſcilicet, nomina eligentium nunquam extra Capitulum publicentur.

76 Dices poſſe, vbi ſint tres electores ſeruari forma *d. cap. Quia propter* ſaltem in parte, vt ſcilicet eligantur duo ſcrutatores, qui ſcrutentur tertium; immò in hoc caſu eſſe eligendos duos ſcrutatores, Tunc enim duo ſcrutatores ſufficiunt, vt cum *Vincent. Tancredo; Panor. Syl. Tabien. docet Caſtell. cap. 12. nu. 2. & 21.* Sed dicitur quòd aliud eſt, quod ſufficiant duo ſcrutatores, ſi ita tribus placuit, vt ex illis vnus ſit tantùm elector, & alij ſint ſcrutatores, quod poſſet fieri, & ſi fieret, nihil mali fieret. Sed tamen nulla eſt ſic faciendi neceſſitas. Non quidem ex lege, ex qua ſolùm habetur, quòd tres aſſumantur, & ſupponit Capitulum ex pluribus cõſtare, ex quibus tres aſſumantur in ſcrutatores, Nihil verò præcipit vbi electores ſint tantùm tres, vel duo, vel vnus. Sed nec ex natura electionis, & vi ſecreti in electione obſeruandi, quia non eſt contra electionis ſecretum, ſi nomina, & vota eligentium tribus innoteſcant. Aliàs verò hi tres ex Concil. Trid. prohibentur publicare electionem. Et eò magis, quòd vel electio fit per ſchedulas, vel voce. Si voce & eligitur vnus extra Capitulum parũ intereſt, quòd vota & nomina eligentium ſciantur vel à tribus, vel à duobus; ſed ſi eligitur vnus de capitulo, iam quilibet ex tribus ſcit nomina eligentium, quia electus erit electus à duobus alijs, cum etiam electus non poſſit ſe ipſum eligere, vbi ſunt tres, niſi alijs electoribus id conſtet. Si etiam electio fiat per ſchedulas, parùm intereſt quòd duo ſolùm ex tribus, vel omnes tres illas legant. Immò magis conforme *cap. Quia propter* eſt, quòd omnes tres ſint ſcrutatores, quia in eo *cap.* decernitur ſcrutatores debere eſſe tres. Et propterea abſolutè meliùs dicitur, quòd vbi electores ſunt tantùm tres, nõ tenentur ad aliam formam ſcrutinij niſi, vt eligant per ſchedulas vbi hoc ſpeciali iure eſt cautum, & vt extra Capitulum non publicent nomina eligentiũ.

CAPVT XIX.

De publicatione ſcrutinij, & electionis complemento.

S V M M A R I V M

1 *Complementum electionis. n. 1.*
2 *Scrutinium publicandum. nu. 1.*

1 AD complementum electionis habitæ per viam ſcrutinij pertinent illa verba textus *c. Quia propter. Et in ſcriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto, vt is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars Capituli conſenſerit.* Terminato igitur votorum ſcrutinio, quòd completur quando ſcrutatores, vel omnibus eligentibus auditis, vel omnium ſchedulis lectis, vota cunctorum in ſcriptis redegerunt, diſtinctèque ſcripſerunt à quot vnuſquiſque nominatorum fuit in ſcrutinio nominatus. Mox his peractis ſcrutinium eſt publicandum.

S V M M A R I V M:

1 *Vbi lex determinat tempus, illud ſeruandum. n. 2.*
2 *Dictio mox exprimit modicum tempus ad arbitrium iudicis. nu. 2.*
3 *Dictio mox idem eſt, quod incontinenti nullo actu extraneo interueniente. num. 3.*

2 QVæritur autem primò, quid importet vox illa mox? Reſpondetur ex *Panor. ad d. cap. Quia propter n. 7.* quòd illa vox mox importat paruitatem temporis, ita tamen, quòd vbi lex determinat tempus, legi ſtandum eſt, vt in caſibus allegatis à *Gloſſ. in cap. ſi in qualibet 20. q. 2. & in d. c. Quia propter ver. mox.* & ibi *Addit. ad Panorm.* Sed vbi ius non determinat, ſicut in præſenti, illa dictio verificatur in modico, ſemper ad arbitrium iudicis habito reſpectu ad rerum circumſtantias. *Panorm. ibid. Syluest. v. electio primo n. 9. & 12. ver. decimũ Tabien. n. 19. iuxtra doctrinam Gloſſæ in cap. an ſit, de appellat Tuſch. Lit. D. concl. 311. ex Alex. concil. 113. l. 3. Sigiſ. de elect. dub. 36. num. 4. Lauor. cap. 19. n. 82.* Sed magis etiam hoc explicatur, vt in propoſito idem ſit *mox*, quod *in continenti* nullo actu extraneo interueniente poſt ſcripturam. *Gloſſ. in d. Cap. v. mox. Syluest, & Tabien. loco citato, Mirand. tom. 2. quæſt. 23. a. 29. Barboſ. ad d. cap. Quia propter nu. 25. Lauor. num. 82. & 94.* Sed tamen hoc concludit *Sigiſm.* ab arbitrio boni iudicis in hoc non eſſe pendendum.

S V M M A R I V M.

1 *De forma electionis eſt, vt ſcrutinium publicetur. numer. 3.*
2 *Scrutinium publicandum eſt Capitulo. nu. 4.*

3 *Non*

Digitized by Google

3 *Non intereſt an publicationi ſcrutinij adſint extranei . num.4.*
4 *In Ord. Præd. pulſatur Campanula ad conuocandum Conuentum ad publicationem ſcrutinij.n.4.*
5 *Scrutinium publicandum ab vno ex ſcrutatoribus. numer.4.*
6 *Ille publicat ſcrutinium,quem ad hoc munus, vel ius,aut conſuetudo deputat,aut Capitulum eligit. numer.4.*
7 *In Ordine Prædicatorum Primus ſcrutator publicat ſcrutinium . unm.4.*
8 *Neceſsitas huius publicationis eſt , vt ſciatur quis eligi debeat . n.4.*
9 *Forma publicandi ſcrutinium . num.4.*
10 *In Ordine Minimorum electio Correctoris non publicatur . num.4.*

3 QVæritur ſecundo quid importet illud *publicentur in communi* ? Reſpondetur quòd importat eſſe de forma , & ſubſtantia electionis , vt cum vota eligentium fuerint in ſcriptis redacta , mox publicentur in communi *Hoſtien.in d.cap. Quia propter n.44. v. octauum , Io.And.nu.18.ver.primus A,ncbar.& Butr. eod.verſ.Panor.num.9.& & 17.ver. octauum . Biax. p.3.cap.9. Mirand.t.2.q.23. a. 29. Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouem. 1624. coram Coccino ſeu deciſ. 574.nu.46.par.4.tom.3.Rec. Sigiſm. de elect. dub.36. num.1. Suarez tom.4.de Relig.tr.8.l.2.c.5.n.15.Paſqual.q.45.n.2.Mirand.§.2.quæſt.23.ar.16.Lauor.c.19. num.87.Caſtell.de elect.cap.7.n.8. Syluef.v.electio 2. n,9.& 10.ver.quintum Tabien.n.19.ver.7. Tambur. diſp.5.q.6.num.12. Donat.p.3.trac.1.quæſt.17.n.19.*

4 Conſiderandum verò eſt cui , & à quo , & qua neceſſitate hæc publicatio fieri debeat. Dicitur verò,quòd facienda eſt in communi,quia nimirum facienda eſt Capitulo Et bene ex *Archid. notat Syluef. citatus ver. decimum*, quòd non intereſt an ibi tunc ſint etiam extranei non vocales . Immò in Ordine Prædicatorum , pulſatur tunc campanula Conuentus , vt adueniant vocales , qui tempore ſcrutinij receſſerant . Non enim eſt neceſſe , vt dum ſcrutatores legunt ſchedulas,electores in capitulo maneant . Ideo lectis ſchedulis,& votis in ſcriptis redactis , pulſatur ad capitulum , & nedum electores, ſed quicumque volunt,aduenīūt Tunc verò publicantur vota , & ſcrutinium Capitulo congregato . In Ordine tamen Minimorum in electione Correctoris, hæc publicatio non habet locum , ſed ſcrutinio peracto , ſcriba inquit , adeſt electio , quæ ſecreta conſeruatur, & mittuntur literæ continentes electionem ad Capitulum Diſſinitorium , vbi literæ aperiuntur , & facta collatione numeri ad numerum valor electionis expenditur , & electio,ſi non habet defectum,confirmatur. *Peyr. in Formal.Lit.E. cap.7.n.7.& cap.8.nu.vult.* Electio tamen Correctorum Vrbis , quæ fit ſemper die 29. Septembris , ſtatim publicatur , & electi ſtatim exercent officium , ita conſuetudine approbante . *Peyr.in Pral.q.1.cap.4.n.93.& in Formal. Lit.E.c.9. nu.1.* A quo autem pubicari debeat , ſi quæratur , dicitur,non eſſe dubium , quòd publicari debeat ab vno ex ſcrutatoribus *Suarez loco citato* , quia ſoli ſcrutatores ſunt conſcij ſcrutinij ſecretè ab eis habiti. Et rationabile eſt, vt qui eſt primus inter ſcrutatores , ſit ille , qui ſcrutinium publicet , vel qui ex ſcrutatoribus electus fuerit à Capitulo, vel quem ſtatuta particularia,aut conſuetudo deputat ad hoc munus . In Ordine Prædicatorum primus ſcrutator eſt , qui ſcrutinium publicat . Neceſſitas autem huius publicationis eſt , vt à Capitulo poſſit haberi electio de eo,& in quo electores cōſenſerint, vel omnes, vel maior pars illorum . Ideo debet fieri publicatio ſcrutinij,ſiue aliquis fuerit nominatus ab omnibus , ſiue à maiori parte , ſiue nullus fuerit à maiori parte Capituli nominatus , vt Capitulum ſciat,an eligere , & quem eligere debeat . *Panorm.* Et alij DD. *locis citatis* Modus autem publicationis eſt , vt ſcrutator cui hoc incumbit , dicat v. g. Habemus Priorem . Nam cum, eſſemus decem , S. habuit vota ſex, & V. vota duo,& P. votum vnum, & aliud votum fuit album , vel alternatiuum , vel incertum , vel inutile . Debent enim vota publicari , & numerate deſcribi , & diſtribui , vt Capitulum ſciat , qualiter ad electionem procedere valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Ex cauſa rationabili licet à ſcrutinio appellare ante publicationem ſcrutinij . n. 5.*
2 *Si non permittitur alicui mutare votum,poteſt appellare. nu.5.*
3 *Electores poſſunt contradicere ſcripturæ ſcrutatorum . num.6.*
4 *Quid faciendum, vbi electores contradicunt ſcripturæ . n.6.*
5 *Scrutatores ante publicationem ſcrutinij concordare ſe debent . nu.6.*
6 *Duobus ſcrutatoribus eſt ſtandum . num. 6.*

5 QVæritur tertiò . An nō obſtantibus illis verb.textus, *Nullo prorſus appellationis obſtaculo interiecto*,poſſit apellari à publicatione ſcrutinij?Reſpondetur,duo tēpora hic eſſe diſtinguenda,nimirū tēpus poſt reducta in ſcriptis vota,vel etiam antequā vota ſint in ſcriptis redacta vſque ad illud momentum,in quo facienda eſt publicatio ſcrutinij . Et in hoc tempore , ſi quis in caſu ſibi licito iuxta dicta *cap.ſuperiori q.8.* velit mutare votum ſuum , ſi ſibi hoc denegatur , poteſt proteſtari contra denegationem , & à futura publicatione ſcrutinij appellare , ſi fiat, eo priori non permiſſo mutare votum ſuum Et hęc appellatio ſuſpendit . Nec textus eſt in contrarium quoniam textus ſupponit , quòd vota omnia ſint in ſcriptis redacta , & finitum ſcrutinium ; ſcrutinium verò nondum eſt finitum, vſquequo in caſu permiſſo vocales volunt mutare votum . Eadem ratione , ſi ſcrutatores ante completum ſcrutinium vellent illud publicare,meritò electores illi cōtradicerent,& à tali publicatione appellarēt:ſed ſcrutinio cōpleto non licet apellare à publicatione ſcrutinij,& ſi quis appellat , reijcienda eſt appellatio , quia textus habet , vt vota in ſcriptis redacta mox publicentur nulla obſtante appellatione . *Biax.p.3.cap.29. n.1.* Tunc verò ſcrutinium eſt completum , cum vota finaliter ſunt redacta in ſcriptis nullo apparente , qui velit votum mutare.

6 Aliud tempus eſt,poſtquàm ſcrutinium eſt publicatum.Et tunc poſſunt electores contradicere ſcripturæ ſcrutatorum , & eius publicationi , ſi in ea grauatos ſe ſentiunt,vt quia votum datum pro vno

vt

Digitized by Google

ſit in ſcriptura votatum pro alio ; & ex hac aut ſimili cauſa detur apud electores ſuſpicio falſitatis ſcrutinij, *Biax.* vbi ſupra. Sed iam ſupra *cap.* 16. *quaſt.* 11. dictum fuit quid agendum vbi electores à ſcriptura electorum diſcordant. Nec ſcrutatores expectare debent publicationem ſcrutinij, vt ſe concordent in ſcriptura, ſi forſan diſcordent, ſed priùs inter ſe conferre debent. Quod ſi omnes conueniant, quecumque appellatio contra ſcripturam eorum reijcienda erit. Si verò diſſideant, iterum legant ſchedulas, & ex hoc concordabuntur; ſed ſi scrutinium fuit auriculare, & omnes diſcordent, scrutinium erit nullum, & ideo iterandũ & ſufficiet reuocare ad scrutinium vnum, vel alterum vocalem, ſi ſolùm de vnius, vel alterius voto ſit diſſidium; ſed ſi duo concordent, illis erit ſtandum. Sed quid ſi publicato ſcrutinio ſint ex vna parte duo ſcrutatores, & ex alia vnus ſcrutator, & elector, ſeu plures electores? Reſpondetur quòd duobus ſcrutatoribus creditur. *Panorm.* & alij citati *d.q.*11.*n.*42. Vide ibi. Caueant igitur ſcrutatores, ne dubium ſcrutinium publicent, ſed minimè publicatis nominatis in ſcrutinio, & eorum ſuffragiorum numero, ſcrutinium iterandum curent, vel ſi eſt impoſſibile, vt ſaltem duo ex illis aliter concordent Et in ſcrutinio per ſchedulas non comburantur ſchedulæ, niſi vbi ſcrutatores lectis iterum ſchedulis concordent. Publicato igitur ſcrutinio, ſi duo ex ſcrutatoribus concordant nulla appellatione obſtante procedendum eſt ad electionem cõmunem, iuxta decretum *cap. Quia propter*. Sed ſi ſcrutatores diſcordes publicent ſcrutinium (quod nullo modo poſſunt facere) Tunc ſcrutinium tanquam euidenter nullum eſt iterandum.

S V M M A R I V M.

1 *Collatio eſt de ſubſtantia electionis. n.7.*
2 *Quando ſit collatio meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & numeri ad numerum. nu.7.8,*
3 *In Ordin. Prædicatorum etiam antiquitus non fiebat collatio niſi numeri ad numerum. num.8.*
4 *Etiam ſi electus ſit nominatus ab omnibus, aliqua collatio eſt neceſſaria. n.9.*
5 *In Ord. Cleric. Regularium non fit publicatio ſuffragiorum. nu.9.*
6 *Neceſſe eſt, vt qui eſt eligendus ſit nominatus à maiori parte ſupra medietatem eligentium. n.10.*
7 *In Ord. Præd. neceſſe, & vt, ſi electus eſt præſens, excedat medietatem per duo vota. num.10.*
8 *In numero eligentium non computantur, nec qui recedunt, nec qui nolunt ſuffragari, nec qui dant vota alternatiua, & inutilia, nec qui dant ſchedulas albas. num.11.*
9 *Hæc collatio per ſe reſpicit eligentes, & per accidens electos. n.12.*
10 *Si plures ſint nominati à Maiori parte Capituli collatio non eſt facienda ab electoribus, ſed omnes ſunt eligendi. num.13.*
11 *Si plures eligantur, collatio fit à Confirmatore. numer.13.*
13 *Si plures ſint electi eſt in arbitrio Confirmatoris confirmare electionem cuis cuius voluerit. n.13.*
14 *Ita in facti contingentia factum fuit. num.13.*
15 *Electus à maiori parte videtur electus ab omnibus. n.13.*
16 *Collatio facienda ab eo cui, vel eſt commiſſa, vel competit iure, aut conſuetudine. num.14.*
17 *Collatio fit, vt ſciatur, quis eligi poſſit. n.15.*
18 *Forma habendi collationem in ſcrutinio auriculari in quo publicantur eligentes. num.16.*
19 *In huiuſmodi collatione de facili offendebatur iuſtitia, & ſcribentur lites. num.16.*
20 *Nulla obſtante electione, facienda erat collatio. numer.16.*
21 *Forma collationis, vbi non publicentur vota eligentium. num.17.*
22 *Ille eſt nominatus à maiori parte, qui excedit in dimidio voti. n.18.*
23 *Et in Ord. Prædicatorum ſi electus præſens, excedat in voto, & dimidio. num.18.*
24 *Si nullus inueniatur nominatus à maiori parte Capituli, repetendum eſt ſcrutinium. num.19.*

7 QVæritur quartò quæ collatio ſit habenda? Nam de forma, & ſubſtantia electionis eſſe, vt habeatur collatio patet ex verbis *cap. Quia propter* citatis, & *ex cap. Cumana* 50. *de elect. & ex cap. In Geneſi* 55. *& ad d. cap. Quia propter tradunt Hoſt. n.*44. *ver. decimum Io. And. v.*10. *Anchar. & Butr. eod. ver. Panor. n.*16. *v.*11. *& c. in Gen. de elect. Syl. v. electio* 2 *nu*, 10. *&* 12. *ver.* 11. *&* 12. *Tabien. num.*19. *ver.*8. *&* 10. *Mirand. t.*2. *q.*23. *a.*19. *ver.*11. *Sigiſ. de elect. d.*36. *num.*5. *Caſtell. cap.*3. *n.*19. *& cap.*12. *nu.*22. *Barboſ. ad d. cap. Quia propter num.*26. *Donat. d. trac.*1. *q.*17. *n.*29. *Lauor. c.*19. *nu.*85. Quo ſuppoſito, hic conſiderandum eſt de quo, & à quo & qua cauſa, & quomodo hæc collatio fieri debeat. Etenim antiquitus dicebatur, quòd collatio debebat fieri numeri ad numerum, meriti ad meritum, zeli ad zelum; ſed nunc diſtinguendum eſt. Nam cum ex Concil. Trid. in Regularium electionibus modò eligentium nomina non poſſint publicari, neque fieri poteſt omnino collatio meriti vnius partis eligentium ad meritum alterius, & zeli vnius ad zelum alterius, ſed numeri ad numerum, vt ſcilicet collato numero votorum, quem aliquis ex nominatis habuit, ad numerum eligentium, videatur an ſit nominatus, vel ab omnibus, vel à maiori parte.

8 In ijs verò electionibus in quibus non eſt neceſſariò ſeruanda diſpoſitio *cap.*6. *ſeſ.*25. *de Regul.* Concil. Trid. conſiderandum eſt, quod ex vi *cap. Quia propter* licet valeret ſcrutinium auriculare, in quo ſcrutatores bene ſciebant eligentium nomina, & illa Collegio publicabant, non tamen tale ſcrutinium erat neceſſarium, ſed etiam ſcrutinium per ſchedulas erat ſecundùm illud *cap.* approbatum. Ideò etiam de iure antiquo collatio iſta ſic debuit intelligi, vt conueniret vtrique ſcrutinio, tam auriculari, quàm per ſchedulas, & talis fieret qualem modus eligendi requireret. *Suarez d. l.*2. *c.*5. *n.*19. Certè enim vniuerſaliter fieri debet collatio numeri ad numerũ *Rota dec.*574. *n.*49. *p.*4. *t.*3. *rec. Barboſ. ad d. c. Quia propter n.*27. nimirum, an numerus ſuffragantium alicui ſit æqualis numero eligentium, vel ad numerum non ſuffragantium ſe habeat, vt maior pars ad minorem. Sed & in omni electione, ſi opus ſit, fieri debet collatio meriti ad meritum. Hæc enim collatio vbi ſcrutinium eſt auriculare, fieri poteſt comparando in merito bonitatis, & prudentia & zelo boni communis eligentes ex vna par-

Digitized by Google

te, ad eligentes ex alia, ſed & hoc etiam cum proportione locum habet in ſcrutinio per ſchedulas; quia vbi ſint electores dubij, inſpiciendum eſt, an certis exemptis electio ex maiori parte ſuffragiorũ certorum conſtet, vt & ipſa certa ſit, & non dubia. Itaque per ſe Collatio debet fieri numeri ad numerum. Sed collatio meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, fieri debet quando, & prout opus erit, & iuxta modum electionis. In Ord. Præd. licet ſecundùm ius antiquum *Conſtit.* ſcrutinium auticulare eſſet in vſu, & in publicatione ſcrutinij publicarentur nomina eligentium. *d.2. cap.* 2. §.2. nihilominus non fiebat niſi collatio numeri ad numerũ *Gloſſ. ibid. Lit. F.* quia nominatus à maiori parte ſemper erat eligendus, & confirmandus.

8 Limitant tamen hoc dictum *Syl. v.electio ſecundo ver.*11. *Caſtell.cap.*12.*num.*22. vt collatio nõ ſit neceſſaria, quando eligitur aliquis ab omnibus, Et hanc *Syluеſ.* limitationem ſequuta fuit *Gloſſa Conſt.Ord.Prædicator. diſ*,2.*cap*.2.§.2.*Litt.* L. ſed aduertendum hanc collationem poſſe fieri inter nominatos in ſcrutinio, vt appareat quis eorum à maiori parte nominatus fuit, & hæc collatio non eſt de ſubſtantia electionis, niſi in caſu, in quo plures nominati ſunt. Sed alia eſt collatio numeri votorum ad numerum eligentium, & hæc eſt ſubſtantialis abſolutè, & ſemper fieri debet, & attendi, quod ad valorem electionis requiritur, vt inter numerum eligentium, & numerum votorum ſit, vel proportio æqualis, vel talis vt numerus votorum excedat medietatem numeri eligentium. Et hoc obſeruandum eſſe tanquam de ſubſtantia etiam ſi electio ſit vnanimis. docuit *Rota Citato n.*48. quam ſequitur *Barboſ ad d.cap. Quia prop.nu.*27. Nam & tunc iuxta *Panorm. in cap. Quia propter nu.*10.*fin.* licet non ſit facienda collatio numeri ad numerum, meriti ad meritum, vel zeli ad zelum, facienda tamen eſt ſaltem collatio numeri, quia videndus & ſciendus numerus eorum, qui ſuffragati fuerunt electo, aliter in poteſtate ſcrutatorum eſſet declarare electum, quem vellent. In Ordine tamen Clericorum Regularium non fieri publicationem votorum in communi, ſed ſolùm publicationem electionis ex Conceſſione Apoſt. tradit *Paſqual. dicta q.*45.*num.*1. quàmuis ipſe adhuc teneat, quòd etiam in eo Ordine ſi fieret hæc publicatiò non eſſet irrita electio & ſi praxis ſit in contrarium, & ſtatutum dicti Ordinis ſolùm præcipiat fieri publicationem electionis.

10 Numeri igitur, qui conferendi ſunt primò, & per ſe, & neceſſariò ſunt numerus eligentiũ, & numerus votorum fauentium cuique ex nominatis. Et ad hoc, vt aliquis ſit electus, non ſufficit, quòd ſit nominatus à pluribus reſpectu alterius nominati, ſed quòd ſit nominatus, vel ab omnibus, vel ſaltem à maiore parte ſupra medietatem totius numeri eligentium. *Cap. Eccleſia veſtra* 48. *de elect.* & ibi *Panor.n.*1.*&* 4. *Bald.num.*1. *Barboſ.n.*5. *& cap. Cumana n.*1.*& cap. In Geneſi nu.*2. *Gloſſ. in cap. omnes de conſtitut. v. conſtitutum* & ibi *Felin. num.*20. *Franc. Marc. deciſ.*1012.*n.*1. & *dec.*1504. *nu.*1.*p.*1. *Rich. de iure patronat. v. honorificum q.*57. *Lamber. eod. tract. p.*3.*q.*4.*a.*2. *Mirand. par.*2. *queſt.*23.*ar.*24. *Rota in Taraconen. Abbatiæ* 14. *Ianuar.* 1630. *coram Coccino & in Meten. Monat.* 5. *Iulij.* 1621. *coram eodem. Suarez d. l.*2.*cap.*5.*num.*22. *Tambur. diſp.*5.*q.*6.*n.*20. *Iterum Panor. in cap. Eccleſia veſtra* 57. *de elect. nu.*10. *& in cap. Quia propter, & in cap. in Geneſi* 55. *de Elect. & ibi Bald. & iterum Panor. conſil.* 25.*n.*4.*l.*2. *Sig. de elect. dub.*36.*num.*8. plures referens. *Barboſa ad dic. cap. Quia propter n.*27. *Syl. v. electio nu* 12. *ver.* 15. *Tabien. ver. electio* 1. *ver. decimum* In Ordine verò Prædicatorum ſi electus eſt de numero eligentium, neceſſe eſt, vt nominatus excedat medietatem votorum eligentium per duo vota *Gloſſa. Conſt. diſ.*2.*c.*2. §.1.*l. A.*

11 Immò aduertendum, quòd in numero eligentium cui confertur numerus votorum, qui alicui nominato in ſcrutinio fauit, non ſunt computandi, niſi qui in eadem electione votum habuerunt, vt per *Panor. dic. cap. Eccleſia veſtra* 48. *de elect. nu.*1. *Barboſa d. nu.*27. Ideo non eſt habenda ratio in huiuſmodi comparatione de votis illorum, qui recedunt à loco electionis *cap. cum nobis* 19. *de elect. vbi Panor. num.* 3. nec illorum qui nolunt votum dare *Gloſſ. in Clem. quo circa v. quo in facto, vbi Vital. n.*29. *Nauar. l.*1. *conſil.*7 *de elect.. n.*1. *Rodriq. tom.*2.*q.*52.*ar.* 13. *Rota in Ceſarang. elect.* 10. *Martij* 1623. Nec eorum, qui dederunt vota alternatiua, incerta, aut inutilia, *cap. in electionibus de elect. in* 6. & probarũ eſt ſupra *cap.*18.*q.*7. Nec eorum, qui dederunt ſchedulam albam, quia hæc eſt voti renunciatio. Eſſe verò numerandos abſentes non vocatos, ſed contemptos, probatum eſt ſupra capite 11.*q.*12.*nu.*111.

12 Sed hæc collatio nunquid reſpicit ſolos eligentes, vel etiam electos, ita vt dum plures ſunt electi conferendi ſint ad inuicem, & videndum quiſnam illorum ſit maioris meriti? Affirmat *Panor. ad d. cap. Quia propter.* Et ex *Io. Andr. & Speculat.* idem tenet *Biax. p.*3.*c.*31.*n.*3. Contrarium autem ſentiũt *Suarez d.l.*2.*cap.*5.*n.*19. *Tamaur. d. diſp.*5.*q.*6.*nu.*15. Nam iudicare de meritis electi ſpectat, vel ad Cõfirmatorem, ſi electio indiget confirmatione, vel ad illum ſuperiorem, ad quem poteſt haberi recurſus, ſi aliquid contra idoneitatem electi obijciendũ ſit. Et hæc ſententia eſt per ſeuera; quia cum hæc collatio fiat, vt ex ea appareat, quænam pars eligentium ſit maior, & ſanior, ſicque eligendus ſit qui à maiori, & ſaniori parte fuerit nominatus; ideo hæc collatio per ſe reſpicit numerum, & qualitates eligentium. Per accidens verò reſpicit etiam qualitates electi, quatenus ex eis ſi ſint ſpectabiles colligitur à poſteriori in eum eligentibus melior zelus boni communis, vel econtra zeli defectus, ſi electus ſit malis qualitatibus præditus. *Cap. Eccleſia.* 57. *de elect.*

13 In ſingulari etiam caſu videri potuiſſet facienda collatio meriti, ad meritum, & zeli ad zelum, nimirum ſi ab electoribus plures nominati eſſent, & electi à maiori parte vltra medietatem. Aliquando enim plures eligi poſſunt eadem electione. Sic enim in Prouincia vtriuſq; Lombardiæ Ordinis Prædicatorum conſuetudo eſt, vt plures Prouinciales ſimul in eadẽ electione aliquando nominentur, & eligantur. Ideo videtur quòd in hoc caſu conferẽdi ſint electorum merita. Sed primò hæc collatio non poteſt fieri à Capitulo, quòd tenetur eligere omnes, qui in ſcrutinio à maiori parte ſupra medietatem nominatur ſunt. Secundo licet Confirmator attendere debeat merita eorum, qui electi fuerunt, & illa conferre, nihilominùs tamen in eius arbitrio, & poteſtate eſt confirmare quemcũ-

que

que ex electis. Ideò in facti contingentia cum de an. 1633. in *Capit. Bonon.* in Prouincia Lombardiæ electi fuiſſent in Prouinciales Ad RR. PP. Mag. Fr. Ludouicus de Capriata, & Fr. Io: Baptiſta de Sextula, licet comparatiuè ad alium electum. Pr. Mag. Capriata exceſſerit in aliquo numero votorum, nihilominùs negotio valde controuerſo, etiam in Sac. Cong. Regularium, Mag. Ordinis, qui fuit Reuerendiſſimus Rodulphius, confirmauit electionem factam à minori numero in perſonam P. Mag. Sextulæ, qui tunc erat Inquiſitor Genuæ, & fuit vir ſummæ integritatis, & prudentiæ, pacis religioſæ eximius cultor, regularis obſeruantiæ ardentiſſimus defenſor, & ſui Conuentus Cremonenſis benefactor munificentiſſimus. Dum hæc ſcriberem viuebat ætatis 94. annorũ. Nunc abijt ad ſuperos die 25. Aprilis præſentis anni 1660. Fuit Patris mei ex parte matris conſobrinus, cui totum debeo, quod ſum. Huius verò determinationis fundamentum fuit; quia electus à maiori parte Capituli, cenſetur electus à toto Capitulo, & ſic in arbitrio Confirmatoris eſt confirmare quemcumque ex electis, non attenta inæqualitate votorũ; quia omnes à toto capitulo cenſeatur electi, qui ſunt electi.

14 Hæc verò collatio facienda eſt ab eo, cui Capitulum commiſerit, *Panorm. ſupra n. 10. Sylu. v. electio 2. q. 8.* vel cui commiſſa eſt à lege, vel à conſuetudine, vt tradunt DD. com. Vbi etiam publicantur nomina eligentium, totum Capitulum audiendo confert merita eligentium. Et neque enim in ſcrutatorum ſola poteſtate eſt, aut alterius ex vocalibus decernere de merito eligentium.

15 Cauſa autem ob quam eſt facienda collatio, manifeſta eſt, nimirum vt poſſit procedi ad communem electionem, vt, ſcilicet, is eligatur, qui inuentus fuerit nominatus, vel à toto, vel à maiori parte Capituli.

16 Forma habendi hanc collationem ponſit *Biax. p. 3. c. 31. a n. 2.* ſiue electio ſit conformis, ſiue plures nominati ſint in ſcrutinio, ſed ſupponit, quod vt erat antiquus mos, nomina Eligentium publicarentur. Tunc enim, qui Collationem faciebat publicabat numerum eligentium fauentium cuicumque ex nominatis, ſimulque Capitulo proponebat eorum merita, vel demerita, & eorum bonam, vel malam intentionem in eligendo: In quo tamen, vt puto, ſolùm notoria afferebantur, & quæ ſi mala erant, ſalua charitate & iuſtitia poterant publicè in Collegio repræſentari, vt quod ex vna parte eligentes haberent notorias qualitates Prælaturæ, Doctoratus, prudentiæ iam in gubernijs manifeſtatæ, Vel econtra quod non recta intentio omnino colligeretur, quia eſſent conſanguinei, aut affines aut valde amici ipſius electi, qui etiam in qualitatibus ad gubernium neceſſarijs non eſſet comparandus electo ab alijs. Facile tamen erat, vt in huiuſmodi collatione violaretur iuſtitia, & charitas, & orirentur rixæ, & inimicitiæ graues. Et ſine dubio, qui ex ea ſe ſentiebant grauatos, poterant ei contradicere, & ab ea appellare, Et licet appellatio nõ ſuſpenderet, ſed, vt habetur ex textu, is appellatione non obſtante eligendus erat, in quem omnes, vel maior & ſanior pars conſenſiſſe ex collatione decernebatur; deuoluebat tamen negotium ad confirmatorem; ad quem tandem ſpectabat videre an verè electus in diſcordia à maiori & ſaniori parte fuerat nominatus. Vbi igitur nomina eligentium publicantur, & non ſufficit ad electionem, quòd electus ſit nominatus à maiori parte, niſi & illa ſit ſanior, præfata forma collationis præmittitur electioni.

17 Sed in electionibus iuxta formam Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 6.* in quibus nomina eligentium non debent publicari; Vel etiam vbi ad electionem non requiritur niſi, quòd electus ſit nominatus à maiori parte Capituli, & maior pars ſemper debet præſumi ſanior, ſine alia inquiſitione, & collatione, non ſit collatio niſi numeri ad numerum, & collatio non diſtinguitur à publicatione ſcrutinij, & ille ſcrutator ad quem hoc ſpectat, hoc vel ſimili modo loquitur. Habemus electionem. Nam cum ſimus v. g. triginta vocales, viginti nominauerunt Petrum, quinque Paulum, tres Carolum, & reliqua duo fuere alba; & ſic vnico actu publicatur ſcrutinium, & ſit collatio ſine difficultate, & periculo alicuius contentionis, & inimicitiæ. Solùm vbi omnia vota non ſint certa, poteſt haberi aliqua collatio, vt videatur an demptis incertis remaneat certa electiò. Sed hæc collatio non eſt neceſſaria, quia ſpectat ad confirmatorem, Et aliàs à Capitulo eligi debet is, qui à maiori parte eorum, qui ad ſcrutinium admiſſi ſunt, fuit nominatus.

18 Aduertendum etiam illum cenſeri nominatum a maiori parte capituli, qui medietatem excedat etiam per dimidiam vocem. Vt ſi ſint nouem vocales, qui eſt nominatus à quinque vocalibus eſt nominatus à maiori parte *Panor. in cap. Cumana* 50 *de elect. n. 9.* & ibi *Butr. nu. 15. Sigiſ. dub. 36. num.* 8. Et in Ordine Prædicatorum ſi ſint nouem vocales, & electus ſit præſens, ſufficit, quod ſit nominatus à ſex, licet numerus ſenarius excedat nouenarium in vno cum dimidio. Et hinc eſt, quòd qui renunciat voci, fauet electo, ſi reducit numerum parem, ad imparem; quia ex hoc ſequitur, vt per eundem numerum excedat medietatem eligentium, qui numerus fuiſſet ſola medietas numeri paris, Vt ſi vocales ſint decem, ſi quis renunciat, facit, vt numerus quinque, qui eſt medietas decem, ſit ſupra medietatem electorum, qui ex renunciatione reducti ſunt ad nouem. Sed reducendo numerum imparem electorum ad parem minorem renunciatio vocis nihil fauet; quia non minùs requiritur ad hoc, vt ſit maior pars numeri paris minoris, quàm numeri imparis maioris. Sic enim quinque eſt maior pars numeri nouem, ſed nec minùs quàm quinque dari poteſt: quod ſit maiòr pars numeri octo. In electione autem per compromiſſum, non habere locum collationem tradit *Bald. cap. In Geneſi n, 7. de elect.*

19 Eſt etiam conſiderandum, quòd ſi habita collatione nullus inueniatur nominatus à maiori parte Capituli, repetendum eſt ſcrutinium toties, quoties opus fuerit, vt aliquis à maiori parte ſit nominatus argum. *cap. cum terra 14. de elect. Panorm. c. Eccleſia 57. de elect. nu. 13.* Et quod dicit *Gloſſ. ibi v. ſed ſi omnia, & poſt Tiraquel. approbatur à Barboſ. ad d. cap. Eccleſia n.* 8. ſcilicet, quod ſi poſt ſecundã electionem iterum electores in eligendo ſint pares in omnibus, poterit ſuperior gratificari vni ex electoribus cui voluerit, merito reijcitur à *Panor. d. n. 13. ex Io. Andr.* Quia cum ex decreto Concilij requiratur ad electionem maior, & ſanior pars, nullus inferior Papa poteſt confirmare eum, qui non eſt à

Digitized by Google

maiori parte nominatus. Sed de iure ordinario, vbi in ſcrutinio nullus eſt à maiori] parte nominatus iterandum eſt ſcrutinium. Et ſi intra terminum iuris electores in maiori parte non conueniunt in vno, electio deuoluitur ad ſuperiorem. *Panormit. ibid.*

SVMMARIVM.

1 *Electio non eſt confundenda cum publicatione electionis. n.20.*

2 *Electio communi nomine facta eſt ipſa forma, & ſubſtantia electionis. n.20.*

3 *Electio contenta in ſcrutinio eſt quid viale, & imperfectum. n.20.*

4 *Eligi debet nominatus; vel à toto, vel à maiori & ſaniori parte Capituli. n.21.*

5 *Nunquam electus à minori parte eſt confirmandus. num.21.*

6 *Difficultatem habet præcedens dictum. n.21.*

7 *Quando habenda ſit ratio partis minoris, ſed ſanioris iuxta placitum quorundam. n.21.*

8 *In caſu quod minor pars ſit ſanior, neutra electio eſt confirmanda. n.21.*

9 *Nunc poſt Tridentinum attenditur maior numerus ſolus, ſi electus eſt dignus. n.21.*

10 *In Ord. Minorum ex priuilegio attenditur ſolum numerus. n.21.*

11 *In Ord. Præd. ex iure ſpeciali ceſſat quæſtio ſanioris partis, ſed minoris. n.21.*

12 *Vbi plura Collegia concurrunt vt plura, attenditur non numerus perſonarum, ſed Collegiorum. numer.22.*

13 *Electio fit ab vno, nomine totius Capituli. numer.23.*

14 *Fit ab eo, qui à Capitulo, vel à lege, aut conſuetudine eſt deputatus. n.23.*

15 *Sufficit quod Capitulum non diſſentiat. n. 23.*

16 *Toto Capitulo conſentiente fieri poteſt ab extraneo. num.23.*

17 *In Ord. Prædic. primus ſcrutator eſt, qui eligit vice Capituli. n.23.*

18 *Electio viua voce facienda. n.24.*

19 *In electionibus in quibus non ſeruatur forma cap. quia propter, non eſt neceſſaria vox. n. 24.*

20 *Electio fit ab vno loquente in ſingulari, & dicente Ego N. eligo &c. n.25.*

21 *Si eligens diceret nos eligimus poſſet incontinenti ſe corrigere. n.26.*

23 *Si eligens diceret in plurali nos eligimus, non eſſet irrita electio. n.26.*

24 *Conſuetudo ſeruanda, vt dicatur in ſingulari Ego N. eligo &c. n.26.*

25 *Forma eligendi varia. n.27.*

26 *Nunc ſiue electus ſit electus ab omnibus, ſiue à maiori parte, eadem forma dicendi ſeruanda. numer.27.*

27 *Ea forma quam lex, vel vſus comprobat. numer.27.*

28 *Etiam ſi eligens nomine communi in ſcrutinio non eligit, debet dicere Ego N. eligo. n.28.*

29 *Si primus ſcrutator ſit nominatus à maiori parte, alius format decretum electionis. n.28.*

30 *In Ord. Prædic. ſecundus ſcrutator eligit, ſi primus eſt eligendus. n.28.*

31 *Si plures ſunt nominati à maiori parte, vel poſtulati, omnes ſunt eligendi, & poſtulandi. numer.28.*

32 *Inuocatio Trinitatis apponitur in electione de ſtylo Ordin. Prædicat. ſed non eſt de ſubſtantia. numer.28.*

33 *Si is ad quem pertinet, nolit eligere, eligat alius. num.28.*

34 *Si non fiat electio communis, tota corruit electio. num.29.*

35 *Electio facienda eſt poſt collationem ſtatim. numer.30.*

36 *Quæ mora irritet electionem eſt arbitrarium. numer.30.*

37 *Si detineantur electores, vt tractent concordiam, nõ eſt mora mala. n.30.*

38 *Tunc canere miſſam de Spiritu ſancta incongruũ, ſed tamen non eſſet mora vitians electionem. numer.30.*

39 *Si electio in fraudem electi, vel ex iuſta cauſa differatur non vitiat electionem. n.31.*

40 *Qui fauet electo procuret electores compelli ad eligendum. n.31.*

41 *Electio poſt moram facta iudice non compellente eſt nulla. n.31.*

42 *Nominatus à maiori parte in ſcrutinio poteſt inſtare apud ſuperiorem, vt compellantur electores ad eum eligendum. n.31.*

43 *Poteſt quis ſine ambitione electionem ſuam defendere. n.31.*

44 *Ad quem ſpectet compellere ad electionem. numer.32.*

45 *Electio nulla irritat præcedens ſcrutinium. numer.33.*

46 *Actus poſterior nullus irritat omnes præcedentes; ex eadem forma integrè actus habendi. n.33.*

47 *Defectus in parte actus, qui eſt de forma, irritum reddit. num.33.*

48 *In indiuiduis vtile per inutile vitiatur. nu.33*

20 QVæritur quintò, Quid importent verba illa, *vt collatione habita is eligatur, in quem omnes, vel maior, & ſanior pars capituli conſenſerit?* Dicitur verò hìc exprimi ſubſtantialem formam Canonicæ electionis. Vnde & hìc conſiderandum de quo, à qua, forma, qua cauſa, & qua neceſſitate hic actus habendus ſit. Non deſunt autem, qui illum confundunt cum publicatione electionis, vnde & illum vocant eo nomine, *Sigiſm. de elect. dub. 37. & 38.* Nam videri poſſet, quòd electio fiat in ſcrutinio votorum, & quòd tunc electores eligant, cum dant votum in ſcrutinio; ſic enim & in electione per ſchedulas electores vtuntur verbo *Ego eligo &c.* Electio igitur fit cum electores dant ſuffragium, ſed cum publicato ſcrutinio, & facta collatione eligitur nominatus à maiori parte Capituli, hic actus potiùs debet dici publicatio electionis, quàm electio. Sed non ita loquitur textus, ſed hunc actum vocat *eligere, vel eligi, vt is collatione facta eligatur*, & diſtinguit valde hunc actum, ab actu publicationis electionis, quem actum præcipit in fine per illa verba *ſtatuimus, vt quàm citò electio fuerit celebrata, ſolemniter publicetur*. Nec alio nomine hic actus de quo loquimur propriè vocari poteſt, quàm nomine electionis; quia eſt ipſa ſolemnis electio, per quam

Col-

Collegium, ac ſi eſſet vna perſona,eligit Prælatum. Et actus per quem electores in ſcrutinio votum cõferunt, eſt quoddam viale, imperfectum, & præparatorium ad electionem, per quod non datur ius electo, ſed explicatur deſiderium & votum vel totius, vel maioris partis capituli; ſed tunc electio cõpletur, & fit, cum ipſum Collegium eligit. Per illũ actum enim confertur ius electo. Et ideo hic actus propriè eſt actus & ſubſtantia electionis, per quem ſententialiter, & diffinitiuè, & irreuocabiliter eligitur Prælatus. *Suarez d.lib.2.cap.5.num.24. Tambur.diſp.5.cap.6.num.17.*

21 Eſt autem habendus hic actus de eo, vel (vbi contingat plures eligi) de illis,qui vel à toto Capitulo, vel à maiori, & ſaniori parte capituli nominati ſunt. Primo autem deducitur, numquam minorem partem ſufficere ad electionem,etiam ſi fuerit prudentiſſima, & ſaniſſima, quia textus copulatiuè & primò requirit maiorem partem, *Panorm.n.7. Mirand.tom.2.q.23. Suarez tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.5.num.22.Lauor.cap.19.num.87. Barboſa ad d. cap.quia propter numer.27.* Idem *Panorm.cap.Eccleſia 57. de elect.* & ibidẽ ab eo relati, *Petrus & Abb. Io.Andr.Aegid.& Hoſtien.& ex Modern.Menoch. de præſumpt.lib.6.praeſ.5.num.4.& conſ.96.num.12. Mirand.to.2.q.23.art.17.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. Coram num.3.& cap.Eccleſia 57.nu.5.de elect. Biax.p.3.cap.35.nu.2.* Et nihilominus in contrarium eſt, quod Gregor.IX. vt habetur in *cap.Eccleſia veſtra 57. de elect.* & notatur ibi per Gloſſam, ex duabus electionibus,quarum vna conſtabat quatuordecim votis, & alia 16. illam confirmauit, hac ſecunda caſſata; & quidem hac ratione, quòd non fuerit facta à parte maiori & ſaniori, & ſic videtur quòd minor pars ſufficiat ad electionem, ſi ſit ſanior. Sed *Gloſſa illa ſupponit*, quòd non fuit, ſcilicet, quod electio facta à minori ſed ſaniori parte fuerit confirmata. Quod ex textu non habetur, fuit quidem caſſata electio facta à maiori parte, quia non erat ſanior, ſed non per hoc fuit altera electio confirmata facta à minori, ſed ſaniori parte. Propterea idem *Panorm.ibi nu.13.* refert ſententiam *Io. Andreæ* diſtinguentis; nam ſi numerus multùm excedit, præfertur merito, & zelo, ſecundo ſi numerus parum excedit, ſed pariter meritum parum excedit, adhuc præfertur numerus; ſed ſi numerus excedit parum, & meritum excedit multum, præfertur meritum. Et in hoc caſu electio maioris partis nõ debet confirmari,quia non eſt ſanior. Verum cum dubium ſit, an tunc electio minoris partis debeat confirmari. *Panormit.* ait communiorem & veriorem ſententiam eſſe, vt neutra confirmetur: quod etiam docet *Suarez d. tract.8.lib.2.cap.5.n.22.* addens hunc eſſe caſũ dicti *cap.Eccleſia veſtra*. Vbi igitur publicantur nomina eligentium ſi contingat, quòd minor pars in qualitate ſanioris multùm excedat maiorem, quæ tamen in numero modicè excedit minorem,caſſabitur electio facta à maiori parte, ſed alia facta à minori non cõfirmabitur. Nunc autem,cum in electionibus Regularium nomina eligentium non publicentur, nec poſſint publicari, maior pars habetur vt ſanior,& cum ignoretur,quæ ſit pars ſanior, vel minùs ſana, attenditur ſolus numerus maior, & ſi perſona electa indigna non ſit pars maior à quo illa fuit electa, cenſetur ſanior. *Suarez* vbi ſupra *num.23.Sigiſm.de elect.dub.38.n.8. Tambur.tom.1.diſp.5.q.6.num.21.Franc.Marc. deciſ. 782. num.3.par.1.Lauor.tit.4.cap.19.num.8. Rota in nullius, ſeu Pampilonen. Canonicatus 22. Maij 1628. coram Dunozetto iuniore, Barboſa* vbi ſupra *nu.27.* Quod quidem ſpeciali priuilegio fuit conceſſum minoribus. Et in Ordin. Prædicatorum ex ſpeciali ſtatuto obſeruatur. *diſt.2. cap.2.§.2.* & propterea in hoc ordine ex ſpeciali etiam iure,vt notat *Caſtel.c.7. num.19.* non habet locum quæſtio illa de ſaniori parte, ſed minori, quam tractant DD. in *d. cap. Eccleſia veſtra 57. de elect.* Ille ergo eſt eligendus, qui in publicatione ſcrutinij inuenitur nominatus à maiori parte Capituli.

22 Conſiderandum eſt etiam, quòd vbi plura Collegia vniuntur pro electione facienda, ſi non congregantur, vt faciant vnum corpus, ſed procedunt,vt diuerſa,non computantur voces per capita ſingularum perſonarum, ſed habetur reſpectus ad plura Capitula,ideoque tunc non eſt cenſendus nominatus, qui eſt nominatus à pluribus perſonis in ſingulari,ſed qui à pluribus & à maiori parte vocatus,eſt eligẽdus, *Panor. in c. Paſtoralis de reſcrip. & ibi Felin.* & iterum *Panor. in c. ſcriptum, de elect.* & ibi *Io.Andr.* & iterũ *Panor. in c.Poſtulaſtis, de conceſ. præben. Biax. par.3.cap.35.num.6.* Tunc vero plura Capitula dicuntur congregari tanquam in vnum corpus, quando ſimul ab omnibus de Capitulis dãtur voces in vnum, ſicut fit in Concilijs Generalibus per diuerſarũ Nationum Epiſcopos; ſed ſi Capitula ſeorſum per diuerſa ſcrutinia procedant, & dent voces ſuas, tunc procedunt, vt diuerſa & non vt conſtituentia idem corpus, *Panorm.in cap.ſcriptũ de elect. Felin.d.cap.Paſtoralis, de reſcript. Biax.* vbi ſupra *num.7.*

23 Sed à quo eſt eligendus? A toto Capitulo, ac propterea ab vno, qui totum Capitulum repræſentet, vt etiam habetur expreſſum, *cap. ſicut cum 21.de elect. in ſexto*. Hunc verò alij dicunt deputandum eſſe à Capitulo, *Sigiſm.dub.38.num.5.* Alij hoc pertinere ad eum, qui Capitulo præeſt, *Suarez* vbi ſupra *nu.24.fin.* Alij ſufficere etiam ſi aliquis conſentiente,ſeu non contradicente Capitulo id præſter, quia hic agitur de re meritoria, & concupiſcibili, vnde qui tacet conſentire cenſetur. *Compoſ. in d. cap.quia propter, num.14.Panorm.num.11. & in cap. in Geneſi num.7. & 9. de elect. Gloſſ.in cap.ſicut cum 21.de elect.in ſexto*, & ibi *Gemin. & Franc. & ex ſpeculat. Io.Andrea,& Rota in Meten. Beneſic. Sigiſmun. dub.38.num.5.* Immò ſi nullo contradicente omnes conſentiant, quòd etiam extraneus poſſit nomine Capituli eligere tradunt, *Compoſt.ſpecul.Rota & Sigiſm.citati. Biax.par.3.cap.33.num.3. Cuch.de elect. num.270. Rodriq.tom.2.q.52. art.14.* Sed puto non dari Collegium, quod in hoc non habeat ſuam legem, vel conſuetudinem determinantem eum, qui nomine Capituli eligat. In Ordine autem Prædicatorum primus ſcrutator ille eſt, qui vice Capituli eligit eum,qui à maiori parte eſt nominatus. Niſi ille fuerit electus, quia tunc hoc munus pertinet ad ſecundum ſcrutatorem. Cum enim *Conſtit. diſt. 2. cap.2.§.2.* committat hoc ei, qui primam vocem habet in *Capit. Gloſſ. ibid. lit.I.* declarat hunc eſſe primum ſcrutatorem.

24 Sed qua forma facienda eſt hæc electio? Dico primò, quod ore, & clara voce eſt facienda, & non ſufficit aliquod factum eligentium, quod electio-

Digitized by Google

ctionem importet viua voce publicè coram Capitulo eligere, ſeu decretum electionis proſerre. Ita habetur clarè ex *cap. Eccleſia veſtra 48. de electione*, & ibi ex *Io. Andr. Panorm. num. 3. Biax. par. 3. cap. 36. Cuch. lib. 4. de elect. num. 276.* Vbi enim verba ſunt de ſubſtantia, factũ non ſufficit, neque æquipollet verbis, in præſenti verò verba ſunt de ſubſtantia, *cap. quia propter, & cap. Eccleſia veſtra 48. de electione.* In electionibus verò in quibus nõ eſt ſeruanda forma, *cap. quia propter*, non eſſe neceſſariam vocem, dum tamen per factum conſtet de conſenſu eligentium ex *Panorm.* docet *Biax. par. 3. cap. 36. n. 2.*

25 Debet verò hæc electio, ſeu electionis decretum fieri ab vno loquente in perſona ſingulari, & propria, & dicente Ego N. eligo. *Panorm. in cap. in Geneſi 55. de elect. nu. 7. & in cap. quia propter, §. vel ſaltem, num. 2. vbi Butrius num. 41. & cap. ſicut cum, 21. de elect. in ſexto. & ibi Gemin. n. 1. Oldrad. conſ. 155. Mar. q. 921. num. 2. Biax. cap 19. num. 6. Tuſc. lit. E. concl. 75. numer. 8. & Marta, & Rota in Meten. Monaſterij, Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 38. num. 2.* Cum enim Collegium cenſeatur vna perſona legalis, & electio iſta communis non ſit ſingulorum, ſed Collegij debet ab vno pronunciari, qui vice Collegij, eligat. Sed hæc ratio non videtur conuincere; nam ad repreſentandum Collegium etiam vt perſonam ex pluribus confectam, cur non valet ſermo pluralis, & non poteſt dici, Nos hic congregati eligimus, maximè ſi omnes elegiſſẽt? Reſpondetur, quòd plurium conſenſus per modum decreti & ſententiæ, non ita bene exprimitur ab vno per ſermonem in plurali, ſicut exprimitur in ſingulari. Quod enim fit à pluribus per ſermonem in plurali exprimi poteſt ſi ab illis pluribus immediatè fit, ſed quod fit ab vno nomine plurium, & vt repræſentãte vnitatem plurium in vno Collegio, melius eſt exprimi in ſingulari, quia vnus eſt, qui facit, & in quo reſidet Collegij facultas, & ideo ipſe in ſingulari ſe exprimere debet.

26 Si tamen quis ex errore dixiſſet *Nos eligimus*, & in continenti ſe emendaret ſufficeret, electio teneret, vt poſt *Io. Andreas in dicto cap. ſicut 21. de elect. in ſexto, et Franc. ibid. docent Oldrad. conſ. 183 num. 22. Tuſc.* vbi ſupra *concluſ. 76. num. 4. Sigiſm. d. dub. 38. num. 6.* Sed vt verum fatear non video, vnde electio debeat dici nulla, ſi ille, qui nomine communi eligit, dicat in plurali, *nos eligimus.* Iura enim præcipiunt, vt non ſufficiat particularium electio, ſed ſit neceſſaria electio communis facta à Collegio, *cap. Cum in Geneſi, 55. de elect.* & quòd hæc electio fiat ab vno, *cap. ſicut cum, de elect. in ſexto.* Sed quod fiat ab vno loquente in ſingulari, nullibi eſt decretum, & ideò, ſi ex natura facti non eſt neceſſarium, non eſt, vnde eius tanta neceſſitas alleratur, vt eius defectus electionem irritam reddat; at verò ex natura facti non repugnat, quòd pluriũ conſenſus, & Collegij voluntas exprimatur in plurali dicendo *nos omnes, vel nos maior pars Collegij eligimus. Bald. cap. in Geneſi 55. num. 7.* inquit, quòd ſi pronuncians electionem dicat: *Nos eligimus*, intelligendus eſt, ac ſi diceret, *ego eligo.* Nihilominus ſeruanda eſt conſuetudo, quæ eſt, vt decretum hoc electionis fiat per verbum, ego N. eligo &c.

27 Hac vero forma ſeruata, vt vnus ſit qui eligendo dicat in ſingulari, *ego N. eligo &c.* poſſet inueniri differentia in loquendo, vbi electio eſt vnanimis, & vbi non eſt vnanimis; nam in primo caſu videatur dicendum, *Ego vice mea & omnium eligentium præſentium eligo N. in Priorem &c.* ſed vbi electio non ſit vnanimis dici debeat, *ego vice mea, & maioris partis eligentium mecum conſentientium eligo &c.* Et hanc differentiam eligendi communiter poſuit *Conſtit. Ord. Prædicatorum diſt. 2. cap. 2. §. 2.* ſic enim & *Peyr. ib ſubd. q. 1. cap. 31. not. 2.* inquit, quod ſi, qui habet electionum communem non conſentit in electum, *Ego eligo N. nomine omnium veſtrum* &c. Sed hic modus eligendi modò non eſt in vſu. Quia enim quod fit à maiori parte Capituli cenſetur factum à Capitulo toto, & iura volunt, vt nominatus in electione à maiori parte Capituli à Capitulo eligatur, vt patet ex d. *cap. quia propter*, ideo ſine differentia, ſiue ab omnibus, ſiue à maiori parte quis fuerit nominatus in ſcrutinio, eligitur vice totius Capituli; ideo ſcrutator ſic modò formãt decretum, *Ego vice mea, & omnium eligentium præſentium eligo. N. in Priorem &c. Ita Gloſſa Conſtit. d. 2. cap. 2. §. 1. lit. A.* ſed adhuc formaliùs, & breuiùs dicitur *Ego Fr. N. vice præſentium electorum eligo. N. in Priorem &c. Formular. Ordinis, Vrceanus p. 3. cap. 4. Camil. in director. elect. cap. 2. nu. 1.* Ideo in hac parte non eſt certa forma ſeruanda, vt poſſet dici, *Ego &c. N. nomine Capituli totius eligo N. ab omnibus, vel à maiori parte nominatum &c.* vel alijs verbis idem exprimi.

28 Aduertendum verò eſt, quòd nihil intereſt, an ille, qui eligit nomine Capituli elegerit eundem in ſcrutinio, ſed etiam ſi ipſe non nominauerit electum, debet tunc illum à maiori parte electum eligere nomine Capituli, ſemper exprimendo propriũ ſuum Nomen, & dicendo *Ego Fr. N. primus ſcrutator; vel talis, ac talis &c.* cui eſt hæc communis electio commiſſa. *nomine præſentium electorum eligo &c.* Solùm hoc limitatur, quòd ſi ille, qui eſt primus ſcrutator, vel ad quem pertinet hæc communis electio, ſit idem ille, qui eſt ab omnibus alijs, vel à maiori parte nominatus in ſcrutinio, tunc nõ ille, ſed alius hanc electionem perficere debet; quia non poteſt eligere ſe ipſum; ideo tunc decretum hoc electionis formabit ſecũdus ſcrutator, vel alius iuxta ſtatuta, vel conſuetudinem Collegij. In Ordine Prædicatorum, ſecundus ſcrutator format decretum electionis, vbi primus ſcrutator ſit eligendus. Et etiam eſt attendendum, quod vbi eſt vſus eligendi plures, vel eligendi vnum, & poſtulandi alium, vel alios, debent ab illo, qui format decretum electionis omnes eligi, vel reſpectiuè poſtulari, qui in ſcrutinio à maiori parte electi, vel poſtulati fuerunt. In Ord. Prædic. in fine decreti additur ex *Formular.* dicti Ord. inuocatio Trinitatis, per verba *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* quæ tamen inuocatio non eſt de ſubſtantia talis decreti. Quòd ſi is, qui debet hoc decretum formare & nomine publico eligere, id facere noluerit, alius vel à Capitulo electus, vel à iure. aut conſuetudine deputatus eliget. Vt ſi in Ordine Prædicatorum primus ſcrutator nolit eligere, eliget ſecundus; & hoc renuente eliget tertius; & his omnibus renuentibus eliget, qui poſt illos primam vocem habet in Capitulo, & ſic ſucceſſiuè, donec aliquis nomine communi eligat.

29 Quanta autem eſt neceſſitas huius electionis? Tanta vt ſi non fiat, electio ipſa ſit nulla, nec no-

nominatus in ſcrutinio poſſit confirmari. *Cap. quia propter 42. & cap. in Geneſi, 55. de elect. Hoſtien. Io. Andr. Gloſs. Panor. in capit cum poſt. 46. de elect. Anton. à Butr. in cap. publicato 58. de elect. num. 1. Sylu. v. electio 1. quaſt. 10. & v. elect. 2. nu. 11. & 12. Tabien. nu. 19. Suarez d. lib. 2. cap. 5. num. 24. Spec. tit. de elect. §. 1. Mandag. par. 1. cap. 34.* quos refert, & ſequitur. *Biax. par. 3. cap. 34. num. 2. Tambur. de iure Abb. diſp. 5. q. 6. num. 17. Caſtell. de elect. cap. 3. num. 19. & cap. 12. num. 22. Sigiſm. à Bonon. dub. 37. nu. 1. Donat. tr. 1. q. 17. num. 19. 20.* Et ratio eſt, quia cum electio ſit actus Collegij, numquam eſt, niſi à Collegio fiat, vt à Collegio, & vt ab vna perſona legali, quæ totum Collegium repræſentet. In ſcrutinio verò electores nominant, & eligunt vt ſinguli, ideo illa electio non ſufficit, nec eſt completa donec Collegium ipſum eligat, quod fit cum vnus vice Collegij eligit.

30 Quando verò fieri debet hæc communis electio? ſtatim poſt publicationem ſcrutinij, & collationem habitam, *cap. cum poſt 46. de elect.* Quanta autem mora vitiet electionem arbitrabitur æquus iudex; debet enim fieri hæc electio in continenti, ita vt Capitulum non diuertatur ad extraneos actus, vt voluit *Philip. & Hoſt.* quos refert, *Panorm. in d. cap. cum poſt petitam, num. 2.* vbi quoque *Innoc. Biax. p. 3. cap. 33. & 18. Cuch. lib. 4. de elect. num. 271. Sigiſm. de elect. dub. 37. num. 3. Lauorius cap. 18. nu. 9. & cap. 19. num. 94.* Certè ſi detineantur electores tractando concordiam & vt minor pars accedat ad maiorem, ſicuti fieri poteſt *Tabien. v. electio 1. nu. 19. verſ. 10. Biax. p. 3. cap. 34. num. 2.* hæc mora non vitiabit electionem. Quod vero dicunt, *Biax. & Sigiſm.* de miſſa Spiritus ſancti tunc cantata, puto illam eſſe moram incongruam; quia cũ tunc electio illa communis ſit de iure neceſſariò facienda in perſonam illius, qui nominatus fuit à maiori parte, non eſt iam congruum tempus cantandi miſſam de Spiritu ſancto, ſed hæc præmitti debuit ante ſcrutinium. Nihilominùs ſi cantaretur, non eſſet actus extraneus, & electionem non vitiaret.

31 Limitantur verò hæc duo dicta, vt tunc vel ommiſſio communis electionis, vel eiuſdem dilatio irritet electionem, quando ommittuntur, vel pluſquam oportet differtur ignorantia, negligentia, & ignauia eligentium, non verò ſi id proueniat ex malitia & dolo eligentium, in fraudem electi, vel etiam ob aliquàm iuſtam cauſam, *Gemin. in cap. ſi confirmationem, num. 4. de elect. in ſexto. Panormit. in cap. Cum poſt petitam 46. de elect. num. 4. in fin. & cap. Publicato, & Io. Andr. ibid. eod. tit. Biax. par. 3. cap. 34. num. 3. Mandagot. de elect. par. 1. cap. 31. vbi Boer. Toloſ. de elect. cap. 17. num. 17. Nauar. lib. 1. Conſil. 7. de elect. num. 3. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 37. num. 4.* ſed ex *Ioan. Pet. & Abb. antiquo* dat conſilium *Panorm.* vt ſi quis fauet electo, non procuret fieri de nouo electionem, ex quo dilata fuit, ſed bene vt procuret apud ſuperiorem, vt compellat electores ad eligendum, iuxta doctrinam *cap. publicato 58. de elect.* Nam ſi ſine decreto ſuperioris, electio communis ſequatur poſt moram, electio erit nulla. Ratio autem limitationis eſt, quia electus ex vi ſcrutinij licet non habeat plenum ius ad confirmationem, habet tamen ius ad implorandum officium ſuperioris, vt compellat electores ad decretum electionis conficiendum, & electionem publicandam, nec poteſt ex dolo, & malitia alicuius hoc iure priuari; ſed immò ſi electores negligant eligere, poteſt inſtare apud ſuperiorem, vt eos compellat, vt habetur *d. cap. publicato.* Nec per hoc cenſendus erit ambicioſus, *Biax. d. cap. 34. num. 4. Lauor. cap. 19. num. 107.* Quia vt habet *Panorm. in cap. exhibita 19. de iudic. n. 1.* electus ſine nota ambitionis poteſt nedum electionis ſuæ confirmationem petere, vt in *cap. quam ſit, & cap. cupientes de elec. in ſexto.* ſed etiam ipſam electionem defendere, ſi ab alijs impugnetur, *cap. cum dilectus, de conſuetud. & cap. 2. de in integ. reſtit.*

32 Interrogaueri autem ad quem ſuperiorem ſpectet compellere electores ad electionem communem? Reſpondetur ſpectare ad Confirmatorẽ; quia ex quo ad eum pertinet confirmare, ſpectant etiam præambula, & præparatoria ad confirmationem, & eorum cognitio. *Panorm. in cap. publicato, de elect. & ex eo Biax. p. 3. c. 34. n. 4.*

33 Circa præfata verò dubium oritur; an vel communis electionis ommiſſio, aut dilatio, aut quicumque eius defectus, qui eam irritam reddat, ita irritet ipſam, vt irritet etiam omnia antecedentia, & ita vt etiam ſcrutinium præcedens aliàs rectum, & validum, ex nullitate communis electionis ſit irritum, & de nouo repetendum. Tractat hoc dubium *Panorm. in cap. publicato 58. de elect. num. 9.* contra *Innocent. Archid. & Io. de Lignano,* Et affirmat nullitatem electionis communis anullare ſcrutiniũ, & vniuerſaliter nullitatem actus poſterioris, qui ſit de forma & ſubſtantia electionis, reddere nullos, & iterandos omnes actus præcedentes. Et ratio eſt, quia prior opinio ſupponit falſum, nimirùm quòd ex ſcrutinio etiam publicato ortum fuerit ius in electo ad confirmationem, & obligatio ſaltem naturalis, quæ non debeat tolli ex electorum tranſgreſſione. Iſtius enim iuris, & obligationis fundamentum non affertur, cum ſcrutinium & alij actus omnes præcedentes electionem communem ſint informes, imperfecti, inanimes, & ſolùm veluti materia, & diſpoſitio ad electionis formam, & complementum; ideo ſi hæc forma non datur, totum corruit, & nullius eſt valoris; quod confirmatur: quia ſi forma in vna conſiderabili parte actus non ſeruatur, vt probatum eſt ſupra cap. 9. vitiat totum actum; quia forma eſt indiuiſibilis rationis, & aut tota datur, aut nihil; quod eſt proprium indiuiſibilium. In quibus etiã vtile per inutile vitiatur, quia ius & valor negotij in indiuiſibilitate formæ conſiſtit, quæ aut tota eſt, aut nihil de ea eſt, quod ſit validum, & firmum. Ideo deficiente communi electione, ſi electores non remaneant priuati voce, ſed ad eos pertineat eligere, tenentur habere nouũ ſcrutinium, in quo poſſunt variare, & alium nominare, *Cuch. lib. 4. de elect. num. 246. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 38. num. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Publicatio electionis non confundenda cum electione. num. 34.*
2 *Alia eſt electionis publicatio facta Capitulo, & alia quæ facienda eſt populo. nu. 34.*
3 *Aliquando coincidunt electio, & electionis publicatio. n. 34.*
4 *An publicatio electionis ſit neceſſaria, variæ opiniones. n. 35.*

5 *Ommiſſio*

Digitized by Google

5 *Ommiſſio pnblicationis facta in odium electi non vitiat electionem. n.36.*
6 *Abſolntè occultatio electionis eſt contra iuſtitiam; non vero contra ſubſtantiam electionis. n.37.*
7 *Non omnis clandeſtinitas vitiat electionem. numer.37.*
8 *Vitiatur electio ſi, vel publicatio ſcrutinij, vel electio communis ſit clandeſtina, & non fiat coram toto Capitulo. 37.*
9 *Electio publica Capitulo ſolum ſecundum quid eſt clandeſtina, ſi non publicetur populo. n.37.*
10 *Electio ex eo quod non publicata populo, non eſt caſſanda. n.37.*
11 *Graue peccatum eſt, non pnblicare electionem popnlo. n.37.*

34 QVæritur ſextò. Quomodo autem, & quando electio facta, eſt publicanda? Hic vocis æquiuocatio primò eſt tollenda. Nam multi nomine publicationis electionis intelligunt actū electionis communis factum coram Capitulo, per quem actum ſic publicum Capitulo, electio ipſa publicè facta dicitur publicata; & ſic eligere publicè eſt ſimul electionem publicare. Sed hæc, nec per ſe primò eſt publicatio electionis propriè loquendo, ſed eſt electio publica, nec eſt illa de qua loquitur textus in *cap. quia propter, §. electiones*. Ideo alia eſt publicatio per quam electio facta publicatur populo, vel Conuentui toti. Et hæc poteſt in eodem actu coincidere materialiter cum electione, ſi electio communis publicè fiat coram populo, ſeu coram Cõuentu, & pulſata campana conuocante quemlibet ad audiendum decretum electionis, vt alicubi fieri refert, *Sigiſm. d. dub.38. num.9.* & fit in Ordine Prædicatorum, in quo per campanulam conuocantur, quicumque volunt adeſſe ad publicationem ſcrutinij, & decretum electionis formandum. Sed tamen vbi hoc decretum ſolum formatur coram Collegio, iam publicatio electionis debet eſſe actus diſtinctus, & ſeparatus.

35 De hac ergo publicatione extra Capitulum loquendo, primò dubium eſt, an ſit neceſſaria? Non eſſe enim de ſubſtantia electionis, vt electio ſolemniter publicetur extra Capitulum tradiderunt, *Innocent. & Io. Andr.* quos refert, *Panorm. d. cap. quia propter, §. electiones*, & eandem ſententiam tenent *Syln. v. electio 2. num.12. ver.17. Tabien. num.19. ver. vndecimnm, Biax. par.3. cap.37. nn.4. Sigiſm. de elect. dnb.38. nnm.9. Panorm. antem. ad d. cap. Quia propter num.16. ver. decimumſeptimnm*, aſſerit tutum eſſe, vt electio publicetur populo, & clero. Sed *Hoſtienſ.* quem refert *Panorm. d. §. electiones* inquit, non publicationem electionis non vitiare, ſi ommittatur in fraudem, & odium electi, ſecus autem vitiare electionem, & hæc opinio ibid placet *Panor.*

36 Conceditur igitur, quòd ſi publicatio electionis ommittatur in odium, & fraudem electi, non vitiat electionem, *arg. cap. nobis*, & *cap. ſicut*, de ſimonia; quia iura non fauent dolis, & fraudibus; & æquum eſt, vt innocens electus non patiatur ex eo, quod in odium illius aliqua ſolemnitas electionis malitioſè ommittatur. *Hoſtienſ. & Panor. vbi ſupra Caſtell. c.4. n.54.*

37 Abſolutè tamen loquendo puto, quod occultati electionis ſit verè contra iuſtitiam, non tamen irritet electionem, vt dictum eſt ſupra *cap. 12. num.23.* Primum declaratur, quia Populus, ſeu vniuerſitas de cuius Prælato agitur, habet in tali electione magnum intereſſe, & habet ius habendi notitiam illius ab ipſis electoribus, vt poſſit contra electum excipere apud confirmatorem. Secundum verò probatur; quia non omnis clandeſtinitas reddit electionem ipſo iure nullā, ſed illa, quæ eſt contra ſubſtantiam electionis, vt ſi electio non fiat collegialiter, ſed priuatim in cameris, vel ſcrutinium non primò publicetur coram Capitulo, ſed in occulto aliquibus reueletur, vel ſi electio communis non fiat publicè coram toto Capitulo. Sed ſi electio publicè facta eſt coram electoribus, quòd occultetur populo, eſt quidem contra iuſtitiam, & habet aliquid clandeſtinitatis, ſed eſt ſimpliciter publica; quia publicè in Capitulo facta, & publicata; ideo non eſt irrita ipſo facto; immò ſi occultationis daretur iuſta cauſa, illa non eſſet caſſanda. Et immo licet hæc occultatio ſit contra iuſtitiam, electio ſic publicata non eſt caſſanda, nec etiam ad inſtantiam populi: quia hic defectus non eſt alicuius, quod ſit de forma electionis, & eſt quid accidentarium cõſequens ad electionem aliàs ritè factam; ideo electio ipſa ex hoc non debet caſſari, ſed electores corrigi deberent, ſi ſine cauſa electionē abſconderent; aliàs verò ſufficit vt electio non publicata publicetur, vel ab electoribus, vel à Confirmatore. Nam & grauiter peccarent Electores, ſi electionem occultarent ſine graui & iuſta cauſa, eamque Vniuerſitati non publicarent, cum hæc publicatio ſit de iuſtitia, & eam præcipiat Concil. Lateran. in dicto *cap. quia propter, §. electiones*, vt exponunt *Innocen. Io. Andr. & Hoſtienſ.* apud *Panormitan. in dicto §. electiones*.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo in cap. quia propter ſtatutus inter actus electionis eſt de ſnbſtantia. nu.38.*
2 *Electio facta ante publicationem ſcrutinij eſt nnlla. num.38.*

38 QVæritur ſeptimò. An ordo actuum prout expreſſus in d. *cap. quia propter*, ſit de ſubſtantia? Reſpondetur verò, quod nedum ſupra recenſita ſunt neceſſaria ad electionem, ſed etiam de ſubſtantia eſt ordo ſtatutus inter illa, ita vt ex illis actibus, qui ſunt partes electionis, vnus non poſſit, vel anticipari, vel poſtponi, ſed quilibet illorum haberi debeat eo ordine, quo haberi ſtatuitur in *d. cap. quia propter, Panorm. n.16. ver.18. Sylu. v. electio 2. num.12. ver.18. Domin. & Franc. in cap. fin. de elect. in ſexto*. quos ſequitur, *Biax. par.3. cap.38. num.1. Tabien.16. num.19. ver.2. Donat. tract.1. q.18. num.23.* Et ita prior eſt aſſumptio ſcrutatorum, deinde ſcrutinium, deinde publicatio ſcrutinij, & collatio, deinde electio, & ſi electio fieret ante ſcrutinij publicationem eſſet nulla.

CAPVT XX.

De conſenſu electi.

S V M M A R I V M.

1 *Conſenſus electi eſt neceſſarius. nu.1.*
2 *Textus loquitur de electione ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias. nu.1.*
3 *Petendus eſt ab electoribus. nu.1.*

1 DE conſenſu electi ab eligentibus petendo hæc ſancita fuerunt à Nicolao III. in *cap. cupientes de elect. in ſexto. Cæterùm ſi eligentes electiones ipſas concorditer, ſiue in diſcordia celebratas, intra octo dies, (poſtquam commodè poterunt) electis præſentare diſtulerint, ipſos, qui culpabiles in hoc exstiterint (quoad ſe) à proceſſus proſecutione totaliter excludentes, omnibus beneficijs ſuis, quæ in ipſa Eccleſia (de cuius electione agitur) obtinent, per triennium continuum ex tunc inchoandum volumus eo ipſo fore ſuſpenſos: ad quæ ſi intra illud tempus ſe propria temeritate, vel quouis quæſito colore ingeſſerint, illis ipſo iure perpetuò ſint priuati.* Ex quibus habetur ad perficiendam electionem requiri conſenſum etiam ex parte electi, & hunc eſſe ab electoribus poſtulandum. Non tamen habet locum hic canon niſi in electionibus ad Eccleſias Cathedrales, & Regulares. *Gloſſa in ver. electiones, Franc. nu.2.* Ad videndum vero & quando, & quomodo, & qualiter poſtulari debeat, & præſtari conſenſus electi.

S V M M A R I V M

1 *An electores ante electionem poſſint requirere conſenſum electi, variæ opiniones. n.2.*
2 *Electio de qua in cap. Cum poſt, fuit caſſata & quia requiſitus conſenſus ante elect. & quia dilata electio. n.2. 6.*
3 *Electio eſt nulla, ſi electus conſentit ante electionem num.3.*
4 *Ambitioſum eſt electioni conſentire ante publicationem ſcrutinij. num.4.*
5 *Non eſt ambitioſum poſt ſcrutinij publicationem conſentire electioni, licet ante electionem. numer.4.*
6 *Inordinatus proceſſus eſt prius inquirere conſenſũ eligendi, quam eligere. n. 5. 6. 7.*
7 *Electio nulla ſi ante ipſam poſt collationem requiratur conſenſus eligendi. 5. 6. 7.*
8 *Non eſt laudabile quod Capitulum publica requiſitione requirat conſenſum eligendi ante electionem. nu.7. 8.*

2 QVæritur primò. An electores poſſint ante electionem etiam poſt ſcrutinij publicationem inquirere conſenſum electi in ſcrutinio, & ipſe electus poſſit ante electionem communem illud præſtare. Agitur de hac *quæſ. in cap. Cum poſt petitam 46. de elect.* Vbi *Goff. Innoc. Antiquus, & Compoſ.* voluerunt electionem de qua in *d. cap.* fuiſſe caſſatam, quia electus in ſcrutinio ante communem electionem conſenſit electioni. Addunt verò, quod ſola requiſitio conſenſus electi tunc facta non vitiat electionem; quia bene poteſt requiri conſenſus eligendi, vt pareat de eius voluntate, ne diu Eccleſia vacet, ſi iſte poſtmodum electus nolit conſentire. Ideo dixerunt cauſam propriam caſſationis illius electionis non fuiſſe, quia electio fuerit dilata, nec quia fuerit requiſitus conſenſus eligendi ante electionem, ſed quia eligendus conſenſit. Sed econtra *Philip. Hoſtienſ. & Io. Andr.* tenuerunt electionem illam fuiſſe caſſatam ex mora eligendi, & inter alia motiua videtur vrgere illud *Io. Andr.* quia ex tex. conſtat illam electionem caſſatam ex inordinato proceſſu, non verò ex vitio electi; ſi verò caſſata fuiſſet, quia electus conſenſit electioni, iam fuiſſet caſſata ex vitio ambitionis inuento in electo. Sed tertia opinio, & quidem vera, & tenenda eſt, vt propter vtramque cauſam illa electio fuerit caſſata, & quia ſcilicet poſt publicationem ſcrutinij fuit ante electionem requiſitus conſenſus eligendi, qui & conſenſit, & quia electio fuit dilata, & non celebrata ſtatim poſt collationem. *Gloſ. ibid. & Panorm. n.2.*

3 Ex his ad quæſt. dicitur primò, electionem eſſe nullam ipſo iure, ſi nominatus in ſcrutinio ante electionem conſentiat electioni. *Gloſſ. Goffred. Innoc. Compoſ. Panorm. & Anton. de Butr. in d. cap. cum poſt Sylu. v. electio 1. Lamber. de iure patron. lib.2. par.1. q.9. art.13. num.2. Cuch. lib.4. de elect. num.324. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub.39. num.1. Tambur. de iure Abb. tom.1. diſp.5. q.22. num.4. Barboſa ad d. cap. cum poſt. num.2. Mirand. tom.2. q.23. art.3. concl.1. Baſſaus. ver. electio num.12. Peyr in ſubd. q.1. cap.31. §.6. ver. dico 6 Ragg. par.1. dub.24. num.3. & 4.* & apud eum *Molfeſ. in ſum. trac.6. cap.16. nu.147. & Lambert. de iure patr lib.2. p.1. q.9. art.13. n.2.*

4 Sed in reddenda aſſertionis huius ratione non conueniunt. Nam quidam ideo aſſerũt eſſe caſſandam electionem eius, qui requiſitus conſenſit ante electionem, quia ſe ambitioſum oſtendit. Et hæc fuit ratio, *Sylu. & Barboſæ,* contra quam vrget valde motiuum *Io. Andreæ,* quia ſi ideo electio, de qua in dicto *cap. cum poſt,* fuiſſet caſſata ex eo, quòd ambitioſum ſit poſt publicatum ſcrutinium ante electionem conſentire electioni, illa electio fuiſſet caſſata ob vitium electi; quod tamen eſt falſum, cum in eo textu dicatur caſſata ob inordinatum proceſſum. Ideo bene verũ eſt, quòd ambitioſum eſt conſentire propriæ electioni ante ſcrutinij publicationem, ſeu antequam conſtet electores ei ſuffragatos fuiſſe in ſcrutinio; quia tunc præſumitur ex ſui æſtimatione, & ſuperba approbatione Prælaturam ambire, *cap. cum in ſcrip. 8. q.1. cap. per noſtras de iure patron. cap. fin. de inſt. Innoc. in cap. cum in iure, de elect. Palud.* vbi ſupra *num.5. Butr. in cap. cum poſt petitã num.2. de elect. & cap. vbi periculum, de elect. in ſexto Gonzalez in regul.8. Cancell. Gloſ.2. num.57. & 58. Rota deciſ.6. de elec. in antiq. Sigiſmun. de elec. dub.39. num.2. Caſtell. cap.4. num 6. Baſſaus v. electio num.12. Bertachin.* plures DD. & iura referens in ſuo reper. *ver. electio à quibus, num.2.* Sed non eſt ambitioſum, quod poſt publicationem ſcrutinij, vbi iam aliquis nominatus à maiori parte non ex proprio iudicio, ſed à maiori parte electorũ approbatur vt idoneus Prælaturæ, ſuæ electioni conſentiat. Talis enim, vt

Digitized by Google

notat *Panorm. in cap. Cum in iure 33. de elect.* non conſentit niſi vocatus à Deo, & à fratribus.

5 Ratio igitur eſt, quia conſentire electioni de ſe habendæ, etiam poſt publicationem ſcrutinij, & collationem, ſed ante electionem, eſt contra formam *cap. Quia propter*, in quo præcipitur, vt habita collatione mox nominatus à maiori parte eligatur; vnde ſi electores interponant inquiſitionem conſenſus eligendi, & ipſe conſentit, interponitur vnus actus inter collationem, & electionem, & duo mala fiunt. Primò enim interrumpitur ordo electionis, in eo *cap.* ſtatutum. Secundò differtur electio per tempus notabile, contra ſtatutum illius capitis, & ideo electio eſt nulla. *Panor. in d. cap. Quia propter n. 16. ver. 18.* & clariùs in *d. cap. Cum poſt n. 4. Syl. v. electio num. 12. ver. 18. Mirand. t. 2. q. 23. a. 29. §. Decimo octauo. Sigiſ. d. dub. 39. n. 3.*

6 Et per hoc ſoluitur ratio illa Io. Andr. & ſaluatur textus in *cap. cum poſt* & quòd electio illa caſſata fuit verè ex illo duplici capite *ibid.* expreſſo, nimirum, quia fuit requiſitus conſenſus electi ante electionem, & quia electio non fuit facta mox poſt collationem, & tamen non fuit caſſata ob vitium electi, ſed ob inordinatum proceſſum; quia licet non fuiſſet vitium in electo conſentire poſt ſui nominationem à maiori parte factam, tamen fuit inordinatus proceſſus priùs inquiri eius conſenſum, quã ipſum eligi.

7 Immò hinc deducitur ſecunda aſſertio; quia nimirum etiam ſi eligendus requiſitus non conſentiat, ex hoc ſolo electio ſubſecuta eſt nulla, ſi poſt collationem priùs electores requirant conſenſum eligendi, & à maiori parte Capituli in ſcrutinio nominati. Oppoſitum huius ex *Goffred. Compoſ. & Panor. in d. cap. Cum poſt videtur ſent. Sigiſ. d. dub. 39. num. 4.* quoniam immò vtile eſt aliquando priùs requirere conſenſum eligendi ne contingat electionẽ fieri in vanum, ſi poſt electionem electus nolit conſentire. Sed aſſertio poſita eſt *Panorm. n. 2. fin. & numer. 4.* Et probatur textu illius *cap. cum poſt*, vbi nulla fit mentio conſenſus præſtiti ab eligendo, ſed ſolius conſenſus requiſiti. Tum ſecundò, quia conſequenter loquendo non poteſt aliter dici. Fuit enim electio illa caſſata ex inordinato proceſſu, & in hoc fuit inordinatio, quia non fuit ſeruatus ordo ſtatutus in *cap. Quia propter*, vt ſcilicet ſine actu intermedio mox poſt collationem fiat electio. Ideo licet ſit verum abſolute, & in hoc ſenſu intelligendum ſit, quòd docent citati DD. & etiam *Panor. ibi num. 5.* quòd aliquando ſit vtile ante electionem requirere conſenſum eligendi, & mentem eius inueſtigare, non licet tamen id facere veluti ex officio, & per publicam requiſitionem Capituli diuertendo ab electione, & habendo tunc hunc actum intermedium, cum immediatè procedendum eſt ad electionem.

8 Hinc deducitur, electores & Capitulum nomine publico Capituli non poſſe, nec debere requirere conſenſum eligendi, ſed ſolùm electi, & poſt celebratam electionem. Quia in electionis actu electores ſeruare debent Ordinem ſtatutũ à Concil. Later. in *c. Quia propter*, vt poſt vota in ſcriptis redacta mox, publicetur ſcrutiniũ, & fiat, collatio & mox poſt collationem fiat electio. Antequã verò incipiatur electio, licet priuatim inquirere voluntatem eligendi aliquando poſſit eſſe, & vtile, & laudabile, non tamen eſt laudabile, quòd id faciat Capitulum, & quòd requiſitio ſit publica; quia immò hoc eſt ponere eligendum in periculo, vt præſumi poſſit ambitioſus, ſi propoſitæ Electioni conſentiat; vnde hæc requiſitio, vt in pluribus erit actus ad minus imprudens, & minimè neceſſarius, ſed ſuperfluus, cum conſenſus eligendi ante electionem non ſit neceſſarius, ſicut eſt poſt electionem, vt perficiatur electio, & quatenus vtile ſit ſcire an eligendus ſit repugnaturus electioni, hoc poteſt per priuatam requiſitionem inueſtigari, abſque & quòd Capitulum inuertat ordinem eligendi, eo electionem incipiat à requiſitione conſenſus eligendi.

SVMMARIVM.

1 *Electores tenentur petere conſenſum electi. n. 9.*
2 *Hoc eſt verum, niſi ex ſpeciali iure aliter fiat. n. 10.*
3 *In Ord. Præd. non requiritur conſenſus electi. n. 10.*
4 *Electores infra 8. dies tenentur requirere conſenſum electi. n. 11.*
5 *Si id non poſſit commode fieri, in arbitrio iudicis eſt id declarare. Iudex in præſenti eſt confirmator. nnmer. 11.*
6 *Commiſſo negotio committuntur neceſſaria ad eius perfectionem. num. 11.*
7 *Non petentium conſenſum electi, quæ pœna. n. 11.*
8 *Non ſufficit præſentare electionem procuratori Generali electi. nu. 12.*
9 *Quando impedimentum ſuperueniens excuſet. n. 13*
10 *Quid ſi non omnes ſint in culpa, & ignoretur culpabilis. n. 14.*
11 *Quando negligentia miſſi excuſet. nu. 15.*

9 QVæritur ſecundo. Qualiter electores poſt electionem requirere debeant conſenſum electi? Dicitur autem primò: de iure communi electores completa electione teneri præſentare electionem electo, & illius conſenſum requirere. Hoc patet ex *cap. cupientes, §. Cæterum ſupra relato.*

10 Dictum verò eſt, hoc eſſe neceſſarium de iure communi; quia de iure ſpeciali Religionum ſtatuta cuiuſcumque, & conſuetudines ſeruandæ ſunt. In Ordine enim Prædicatorum nec electio præſentatur electo, nec etiam ſi ſit præſens, eius conſenſus requiritur, ſed peracta electione inſtrumentum illius ad Confirmatorem tranſmittitur. Etenim nedum hic militat illa ratio communis, quod Religioſus non habet velle, aut nolle, ſed eius voluntas eſt in manu ſuperioris, qui poteſt eum cogere, vt Prælaturam accipiat, etiam ſi nolet, vel etiam prohibere ne accipiat, ſi ratio id petat; vnde in hoc ordine poteſt electionem non confirmare, ſi ſibi rationabile videatur; ſed ampliùs ex eiuſdem Ordinis ſtatuto, & praxi, electi conſenſus minimè requiritur. Et propterea in hoc Ordine in electionibus bonum commune attendi debet, & ideo electi voluntate non requiſita, ſtatim electionis decretum tranſmittitur ad Confirmatorem, vt ipſe decernat, quid expediat bono communi.

11 Dicitur ſecundò, quòd vbi conſenſus electi eſt requirendus, tenentur electores intra octo dies præſentare electo electionem, & eius conſenſum requirere *cap. cupientes 16. de elect. in 6.* & ibi DD. communiter, ſi tamen hoc commodè facere poſſunt. Et

ſi ad.

ſi adfuerit, vel non adfuerit incommodum erit in arbitrio iudicis id indicare, iuxta *Gloſſ. in cap. Quã ſit, hoc eodem tit Bonac. de ſuſpens diſp. 3. q. 4. p. 8. Alter. de cenſ. tom. 2. diſp. 13. c. 3. Barboſa ad d. cap. cupientes num.* 10. Qui iudex in præſenti eſt Confirmator, etiam ſi non ſit ordinarius ſuperior, ſed delegatus, vt habetur ex *Panorm. cap. Publicato de elect. & dictum eſt ſuper. cap. n.* 32. Nam cui committitur negotium abſolutè, committuntur ea, quæ neceſſariò expedienda ſunt ad negotij complementum. Illis verò octo diebus tranſactis electores præſumentur ex dolo externo ſeu negligentia culpabili omiſiſſe requiſitionem conſenſus, niſi contrarium probent. *Alterius*, & *Barboſa vbi ſupra*. Et negligentes inquirere conſenſum electi infra illos octo dies duplici pœna puniuntur: quia primò excluduntur à proſecutione proceſſus; ſecundò per tres annos continuos ſunt ſuſpenſi ab omnibus beneficijs, quæ poſſident in ea Eccleſia cuius eſt electio. *Mirand. t. 2. q. 23. a. 10. Lauor. tom. 1. tit. 4. c. 18. nu. 26. Tambur. de iure Abb. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 7. num. 50. Barboſa ad d. cap. capientes n. 10. & l. 1. de iure Eccleſ. c. 19. n.* 146.

12 Vlteriùs nonnulla conſideranda ſunt. Primum quod non ſufficit, ſi electores præſentent electionem procuratori Generali ipſius electi, niſi electus ipſe infra tempus ratam habeat præſentationem Sufficiet tamen, ſi electio præſentetur procuratori ſpecialiter ad hoc inſtituto. *Gloſſ. in v. Electis Geminian. n. quinto.*

13 Addit eadem *Gloſſ. in v. Octo dies*, quòd ſi electores exierunt competenti tempore ad præſentandam electionem, impedimentum ſuperueniens excuſabit eos. Si autem exiuerunt eo tempore, quo venire poterant vtendo diplomate, Impedimentum ſuperueniens non excuſat. *ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis & cap. cum in veteri, de elect*, ſecundum *Gul. & Gar.*

14 Sed ſi non omnes fuerunt negligentes, ſed aliqui, vel aliquis, qui non cognoſcitur? Reſpondetur quòd lapſus temporis probat omnes negligẽtes, & culpabiles, niſi aliqui ſuam diligentiam, & innocentiam probent. *Gloſſ. in d. §. Cæterum v. culpabiles, & Io. And. & Gemin. n. 5. Paulus* tamen quem refert *Gemin.* aſſerit, quod; aut conſtat omnes fuiſſe culpabiles, & omnes punientur; aut conſtat, quòd aliqui ſoli, & illi ſoli punientur; aut conſtat, quòd aliqui ſint culpabiles, & tunc nullus punietur, iuxta *l. abſentem ff. de pœnis.* Sed vera eſt ſententia Gloſſæ. Nam lapſus temporis inducit præſumptionem culpæ contra omnes, vnde illi ſoli liberabuntur à pœna, qui probauerint ſe innocentes. Et non eſt neceſſe, quòd actor aut Fiſcus probet, ſed onus probandi manet apud electores, quia lapſus temporis, præſumere facit omnes negligentes.

15 An verò negligentia miſſi ad præſentandã electionem, redundet in mittentes, nec illos excuſet, affirmat *Gloſſ. d. v. culpabiles*. Sed diſtinguendum eſt, quia ſi electores miſerunt talem, qui veriſimiliter iudicabatur diligens, ipſi excuſantur. Sed ſi miſerunt talem, qui non videbatur diligens, tunc non excuſantur, *Io. de S. Georg.* quem refert, & loquitur. *Gemin. ibid. n.* 5.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendus requiſitus ante electionem non eſt neceſſe, quod electioni repugnat, ſed ſufficit quod non conſentiat. n. 16.*
2 *Electus requiſitus non vitiat electionem, ſi ſtatim conſentiat, nu. 16.*
3 *Conſenſus nõ præſtandus niſi ex deliberatione. n. 16*
4 *Si electus ex vrbanitate diſſentiat, non cenſetur renunciare. nu. 16.*
5 *Si electus abſolutè diſſentiat, electoribus in eadem voluntate manentibus, poteſt poſt diſſenſum conſentire. num. 16.*

16 QVæritur tertiò? Qualiter ſe habere debeat requiſitus, vt conſentiat electioni Hæc quæſtio duplicem reſpectum habere poteſt, vel ſcilicet ad conſcientiã Electi, vt non peccet, vel ad electionem, vt ipſam non vitiet: de hac quæſtione in primo ſenſu latè tractaui ad *q. 1822. D. T.* Vnde in ſecũdo ſenſu de ea eſt ſermo in præſenti, & dicitur, quòd ſi requiritur ante electionem, ſic debet agere, vt electioni non conſentiat; nec eſt neceſſe, vt electioni repugnans dicat, nolo eligi, ſed ſufficit quòd per verba generalia dicat, quod vel intendit in omnibus facere Dei, & ſuperiorum voluntatem, ſeu quòd optat ſe fieri dignum, vt eligatur, vel alio modo ita loquatur, vt ſermo eius non ſit conſenſus determinatus in electionem. *Panorm. ad dictum cap. Cum poſt 46. de elect. n. 5. Biax. p. 3. c. 42. nu. 3. Cuch. l. 4. tit. de elect. nu. 325. Sigiſ. de Bonon. de elec. dub. 39. n. 5. Peyrinus vbi ſupra Raggius dict. dub. 24. nu.* 4. Sed vbi electus requiritur poſt electionem, honeſtum quidem eſt, vt non niſi cum deliberatione matura cõſentiat: ſed tamen duo attendi debent. Primum eſt, quod etiã ſtatim dicat conſentio, nullum præiudicium facit electioni. Secundum, quòd ſi ex honeſtate, & vrbanitate dicat ſe nolle conſentire, non per hoc cenſendus eſt renunciare. *Panorm.* vbi ſupra *Rota dec. 636. p. 3. Recent.* Immò additur, quòd electus, qui diſſenſit, & noluit conſentire electioni poteſt mutare voluntatem, & electionem acceptare electoribus in priori voluntate perſiſtentibus. *Gloſſ. fin. Io. And. Archid: Gemin. Franc. & Anchar. in cap. licet de procur. in 6.* per illum textum, & eos ſequuntur *Sanchez de Matrim. l. 8. d. 32. num. 2. Moneta de commut. vltim. voluntatis c. 8. n. 845. Sigiſ. de Bonon. d. dub. 39. nu. 7.*

S V M M A R I V M.

1 *Electus poteſt ſine licentia ſuperioris renunciare in manib. electorum, antequam negotium ſit delatum ad ſuperiorem. n. 17.*
2 *Poſtquam negotium delatum eſt ad Confirmatorem, ſi fuit oppoſitum electioni renunciatio electi non ſufficit. vt electores alium eligere poſsint ante cõfirmatoris iudicium. nu. 18.*
3 *Immo nec etiam ſi non fuerit oppoſitum electioni. numer. 18.*

17 QVæritur quarto An electus ſine licentia ſuperioris, poſſit ante confirmationem renunciare electioni in manibus eligẽtium? Hic diſtingui debet primò duplex ſtatus quæſtionis, vel ſcilicet antequam inſtrumentum, ſeu decretum electionis perueniat ad Cõfirmatorem, vel poſt. Nam re adhuc integra, & antequam Confirmator receperit ſcrutinij inſtru-

mentum, ſeu electionis decretum, quod idem eſt, poteſt electus qui electioni conſentit, eidem electioni renunciare in manibus *electorum*, qui propterea poſſunt alium ſibi eligere nulla alia licentia, vel decreto Confirmatoris expectato *Gloſſ.in cap.ſi electio in 6.v.renunciat.* & ibi *Io.Andr.Gemin.nu.5. Franc. num.3.& Innocent. Boich.in c.2.de poſtulat. Panor.in cap. Quia propter 42.de elect.§.Niſi, n.5.& in cap.2. nu.33.de translat.Epiſ. Franc.in cap. conſtitutus n.22. de appellat.Dec.in cap.poſtquam n.16.de elect. Pariſ. de reſig.benef.l.7.q.1.nu.78. Cuch.l.4.de elect.nu.33. Rota deciſ.6.n.1. de elect. & dec.8 nu.3. de iure patr. Sigiſ.d.dub.39.num.8.Lauor.c.18.n.32.*

18 Sed ſi res non eſt integra, quia negotium eſt iam delatum ad Confirmatorem, tunc etiam ſi electus renunciet, non poſſunt electores ad nouam electionem procedere ſine Confirmationis licentia, cuius eſt cognoſcere an electores in eligendo defecerint; & ideo poteſtate eligendi priuari ſint, & ad ipſum ſit deuoluta electio. *Ita Sigiſ. d. dub.39. nu.10.* in caſu in quo opponatur aliquid electioni, quòd illam vitiet Sed & ſi non ſit oppoſitio contra electionem, quia nihilominus Confirmator in pluribus caſibus poteſt ex officio inquirere, & de defectibus in electione occurentibus iudicare, ideo cum negotium electionis eſt delatum ad Confirmatorē, etiam ſi electus renunciet, electores expectare debent confirmatoris iudicium, nec poſſunt eo inſcio ad nouam electionem procedere.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi ante confirmationem poſſunt renunciare electioni in manibus electorum, ſi non ſit illis prohibitum. n.19.*
2 *Quilibet poteſt renunciare iuri ſuo. nu.19.*
3 *Religioſus non habet velle, vel nolle vltra voluntatem ſuperioris. num.19.*
4 *Superior niſi oppoſitum exprimat, cenſetur velle quod iura volunt. n.20.*
5 *Religioſus electioni intra monaſterium poteſt ſine ſpeciali licentia conſentire. nu.20.*
6 *Ad hoc, vt poſſit Religioſus renunciare electioni, ſufficit, quòd non ſit prohibitus à ſuperiore, n.20.*
7 *In Ord.Præd.electus ſine licentia non poteſt electioni renunciare. n.20.*
8 *In eodem Ord. Electores non procedunt ad nouam electionem niſi priori caſſata. nu.21.*
9 *An electus teneatur in conſcientia conſentire electioni. Remiſsiue. num.22.*

19 QVæritur quinto An vniuerſaliter etiam Religioſi poſſint renunciare electioni de ſe factæ intra proprium monaſteriū ſine ſuperioris licētia? Negat enim *Gemin.in cap.ſi Religioſus §.quia n.4.de elect. in 6.* quia Religioſi non habent nec velle, nec nolle. Dicitur nihilominùs, quòd vbi non obſtat ſpeciale ſtatutum religionis, poſſunt Religioſi non conſentire electioni intra proprium monaſterium, & in manibus electorum ſine noua licentia ſuperioris renunciare, & ita vt electores poſſint ad nouam electionem procedere, ſi tamen electionis negotium non eſt ad Confirmatorem delatum *Oldrad.conſ.128.nu.7.Addit. ad Gemin.loco citato Sigiſ. d.dub.39. num.17.* Nam quilibet poteſt renunciare iuri ſuo *l.ſi quis in conſcribendo*, vbi *Gloſſ.de pactis. Rota deciſ.265.p.1. Recent.* At verò qui ſe in electionem paſſiuam immittit, cōmodum proprium quærit. *dic.cap.ſi electio, ver. iuri ſuo, de elec.in 6. Feliu.in cap. ad proband. nu.6. de re iudic.Suarez de legib.l.5.cap.9.num.7.* poteſt ergo renunciare iuri ſuo, niſi oppoſitum ſit illi iniunctum à ſuperiore.

20 Et confirmatur ſoluendo rationem *Gemin.* Nam religioſus non habet velle, & nolle contra, vel vltra volutatem ſuperioris, at verò, vbi oppoſitum nō conſtat, voluntas ſuperioris præſumitur eſſe qualis eſt mens legis ſcriptæ. *Dec. conſ.33. n.5.* Et ſuperior præſumitur velle, quod iura volunt, *§.omnes vi,authent.indic.Calca.conſ.2.in fin.* Et ſe conformare eum diſpoſitione iuris. *Oldrad. conſ. 69. Rota in Oriolen.benef.6.Martij coram Card. Mant.Gonzal.ad reg.8.Cancell.gloſſ.4.nu.166.* Ideo Religioſus in proprio monaſterio ſine licentia ſpeciali poteſt conſentire electioni de ſe factæ *Innoc. & Compoſ. in cap.1. de poſtulat.prælat.Mar.q.1115.n.6.p.1. Arch.Io.And. Anchar.& Franc.in d.cap.ſi religioſus de elec.in 6.* per illum textum à contrario ſenſu. *Sigiſm. d. dub.39. nu.13. Barboſ. ad dictum cap. ſi religioſus num.4.* Et eadem ratione poteſt electioni diſſentire, quia eius eſt nolle cuius eſt velle, *l. pater ſeuerinam, de condit. & dem, & lege eius eſt nolle*, de *regul.* iuris. Adhoc igitur vt religioſus electioni intra monaſteriū poſſit renunciare, ſufficit, quòd ſuperior id facere non prohibeat. *Suarez tom.4.diſp.46.ſeſ.1.n.12.Sigiſ.* vbi ſupra *nu.14.*

21 Hoc propterea limitatur in Religionibus in quibus hoc expreſſe eſt prohibitum, ſicuti; eſt in Ord.Prædicatorū. In quo *diſ.2.c.2.§.3. litt.L.in Gloſſa* expreſsè ſtatuitur, vt electus ſine licentia ſuperioris non poſſit renunciare iuri ſuo, Tum quia ex electione nullum acquirit ius quod non ſit in poteſtate ſuperioris. Tumquia non habet velle, nec nolle vltra voluntatem ſuperioris, qui in hoc vult eum non poſſe renunciare. Ideo in hoc Ordine nec electi conſenſus requiritur, nec diſſenſus conſideratur, nec poſſunt electores ex vi alicuius renūciationis ad nouam electionē procedere, ſed electione publicata negotiū defertur ad Confirmatorē, & eius iudicium expectatur, & ad nouam electionem procedunt electores ſi prior Electio caſſetur, & ipſi ex defectu prioris electionis non ſint poteſtate eligendi priuati.

22 An verò electus in conſcientia teneatur conſentire electioni, vel non ſatis explicaui in *quæſt. 185.22.D.T.*

SVMMARIVM.

1 *Electus intra menſem tenetur conſentire electioni, aliter priuatur iure elec.n.23.*
2 *Si id non poſsit commode fieri, tenetur quam citius poteſt. nu.23.*
3 *Hoc tempus iudicatur ex arbitrio iudicis. num. 23.*
4 *Si in tempore congruo non conſentit vacat Eccleſia &c.n.23.*
5 *Negligentia electi præiudicat eligentib.nu.24.*
6 *A ſententia lata contra electum poſſunt eligentes appellare. num.24.*
7 *Quando ſententia lata eſt contra eligentes, nocet electo, & è contra.n.24.*

8 *Re-*

8 *Renuncians amittit ius, nec eſt audiendus, niſi ex metu renunciauerit. nu.25.*
9 *Renuncians poteſt reeligi. num.25.*

23 QVæritur ſexto. Quantum temporis habeat electus, vt conſentiat electioni? *Reſpond. ex cap. Quam ſit, 6. de elec. in 6.* Electum infra menſem à die electionis ſibi præſentatæ teneri præbere conſenſum electioni, quòd ſi illum non præſtet, expleto menſe, cadit à iure, quod acquiſiuit ex electione, & Prælatura vacat. *Rota deciſ.7. de elec. in nouis Menoch. de arbit. l.2. conſ.5. caſ.477. Gozal. ad reg.8. Cancell. gloſ. 15. nu.50. Mactorb. in prax. habendi concurſum ad Eccleſ. Parochiales req. 1. dub.2. num.11. Biax. p.3. cap.42. Peyr. tom.3. cap.9. n.21. Barboſa add. cap. Quam ſit, nu.3. & l.1. de iure Eccleſ. cap.19. num.244. Caſtell. c. 14. n.40.* Limitatur tamen hoc ex eodem textu, vbi electus non poſſit conſentire ſine ſuperioris licẽtia, quia tunc non habet tempus determinatum ad cõſentiendum, ſed tamen neceſſe eſt electum, vel electores quam citius, & licentiam petere, & electum eundem conſenſum præbere. Vnde tunc tempus huius licentiæ obtinendæ determinandum eſt ad arbitriũ iudicis recti, ſpectata diſtantia loci, in quo manet ſuperior, & ex quo expectanda eſt licentia: quòd ſi in congruo tempore licentiam non obtinuerit, vacabit Eccleſia, & electores alium eligere poterunt. Sed tamen licentia obtenta adhuc electo competit tempus vnius menſis ad conſentiendum, *Biax. p.3. c.42. Peyrinus* vbi ſupra, & apud eum *Boer. ad c. 27. p. partis Mandag. lit. P.*

24 Eſt etiam hic attendendum, quod negligẽtia electi in conſentiendo præiudicat eligentibus, ne poſſint petere confirmationem. *Gloſ. in d. §. caterũ v. nullum, Io. And. Lap. Franc. n.6. Vbi ex* Lap. addit eligentes poſſe appellare à ſententia lata contra electum, & iuuabit electo ſi obtineant. Quando etiam ſententia lata contra eligentes præiudicet electo, vel è contra habetur apud *Gloſ. ibid. & Io. Andr. in cap. Dudum, el 2. de elect. & Dominic. in d. §. caterum, & Imol. in cap. quod ſicut fin. de elect.*

25 Addit etiam *Lauor. cap. 18. num. 33.* quod electus facta ſpontanea renunciatione electionis, ampliùs non eſt audiendus, ex *Innoc. cap. Quod in dubys de renunciat, & Panorm. cap. præſentia, de elec. & cap. accepta, de reſtit. ſpol.* Niſi renunciatio ſit facta metu, & nec iuramento, nec fide confirmata, quia tunc poteſt eidem Eccleſiæ præfici, vt docuit *Flam. de reſig. l.13. q.1. n.24.* etiã quod renunciatio ſit facta timore excommunicationis. Renunciatione etiam ſubſiſtente poteſt renuncians reeligi. *Flam. ib. num.21. & 24.*

CAPVT XXI.

De decreto ſeu inſtrumento aut ſcriptura electionis.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum electionis quod ſit. n.1.*
2 *In Ord. Præd. dicitur ſcrutinium. nu.1.*

1 DEcretum electionis dicitur ſcriptura continens ab initio ad finem totam ſeriem electionis: & bene hæc ſcriptura dicitur decretum, quia eſt ſcripta diſpoſitio, & ordinatio totius electionis, quæ principaliter conſiſtit in illo actu, in quo vnus electorum per modum decernentis definientis, & ſententialiter eligentis, nomine capituli eligit nominatum in ſcrutinio ſaltem à maiori parte. Dicitur enim decretum à verbo decerno, quod in præſenti idem eſt, quod diſpono, ſeu ordino. Eſt ergo decretum diſpoſitio, ſeu ordinatio totius electionis, ſeu continens ordinem electionis *Gloſſ. in cap. Innotuit 20. de elect. ver. decreto* & ibi *Panor. n.13 fin. Cuch. l.4. tit. de elec. nu.29. Lauor. cap.19. num.101.* Quæ electionis diſpoſitio mittenda eſt ad confirmatorem *Anton. à Butr. in cap. bonæ el 2. n.40. de poſtul. prælat. Mar. q.1325. nu.3. p.1. Sigiſm. à Bononia de elec dub.41. num.1.* In Ordine Predicatorum hæc ſcriptura communiter vocatur ſcrutinium, quia continet totum Ordinem ſcrutinij, & electionis. *Gloſſa Conſt. d.2. c.2. §.1. l. A. fin.*

S V M M A R I V M.

1 *Decretum electionis non eſt de ſubſtantia. n.2.*
2 *Plures electiones confirmatæ, ſine ſcripto decreto electionis. nu.2.*
3 *Neceſſe eſſe cum decreto mittere inſtructores, de iure communi. num.3.*
4 *Hæc neceſſitas non eſt in Religionibus. n.3.*
5 *In Ordine Prædicatorum id non ſeruatur. nu.3.*

2 QVæritur autem primò. An hoc decretũ ſeu ſcriptura, aut ſcrutinium ſit de ſubſtantia electionis. Reſpondetur verò, quòd quidquid dixerit *Gloſ. in d. cap. Innotuit 20. de elect.* communis ſententia tenet, non eſſe de ſubſtantia. *Gloſ. cap. Epiſ. v. ſubſcriptionib. diſt.61. Hoſtien. in d. cap. innotuit*, vbi *Io. Andr. & Panor. n.16. Compoſ. nu.2. Abb. antiquus num.8. Anch. n.2. Butr. nu.16. Imol. nu.12. Auan. n.1. Syl. v. electio 1. nu.21. Tabien. num.19. fin. Mart. q.1359. n.3. p.1. Sigiſ de Bonon. de elect. d.41. n.2. Lauor. cap 19. nu.103. Caſtell. cap.12. num.25.30. & 31. Barboſa ad d. cap. innotuit n.17.* De ſubſtantia enim electionis eſt quidem, vt ipſa innoteſcat confirmatori quantùm opus eſt, vt de ea iudicet, & illam aut confirmare, aut caſſare valeat. Sed quòd Confirmator hanc notitiam habeat per ſcripturam, vel per dicta teſtium, aut electorum hoc eſt per accidens. Et ideo aduertit *Caſtell.* quòd in Ordine Prædicatorum pluries vidit confirmari electiones ſine ſcriptura, ex ſola relatione oretenus facta ab vno, vel duobus, vel tribus ſcrutatoribus fidem facientibus Confirmatori de proceſſu electionis. Et à paucis diebus confirmata fuit Romæ electio Vicarij Congregationis Raguſinæ, ſub fide vnius ex ſcrutatoribus, & alterius qui in Conuentu fuerat præſens tempore electionis. Cum enim vocales tranſmiſerint ſcrutinium bene quidẽ iuxta formam Ordinis deſcriptum, ſed per obliuionem non ſubſcriptum, accepta fide ſub iuramento ab illis electionem factam fuiſſe prout in ſcrutinio continebatur, fuit confirmata electio.

3 Quòd

3 Quòd verò ait *Mandag.* apud *Caſtell.* ſcilicet neceſſe eſſe, vt ſimul cum decreto electionis mittantur ad Confirmatorem perſonæ aliquæ ex his, quæ electioni interfuerunt, vt ſuperior per eas de perſona electa & de forma electionis, & de ſtudijs eligẽtium informetur, habet fundamentum in *cap. nihil* 24. *de elect.* & *in cap. cupientes* 16. *de elect. in ſexto.* Nihilominùs ex *Hoſtienſ.* apud *Panorm. in d. cap. innotuit numer.* 14. dici poteſt, iura illa ordinaſſe, vt ad Confirmatorem mittantur inſtructores ad maiorem cautelam. Sed meliùs dicitur, quòd in textibus citatis eſt ſermo de electionibus, quæ ſunt confirmandæ à Summo Pontifice, vt patet manifeſtè & expreſsè ex dictis capitibus, & in huiusmodi electionibus verùm eſt, quod ait *Mandag.* ſed id non eſt verum vniuerſaliter. In Ord. Prædicatorum hoc certè non ſeruatur. Et ſi ex vltimis Indijs aduenire deberent perſonæ ad informandum Generalem de Prouincialibus electis, non poſſent tales electiones confirmari, niſi cum diſpendio immenſo, & ſummo incommodo Religionis.

S V M M A R I V M.

1 *Eſſe neceſſarium quod decretum ſit ſubſcriptum ab omnibus electoribus, quidam affirmant. numer.* 4.

2 *Eſt ordinarium in electionibus Epiſcoporum, &c. ſed non neceſſarium. nu.* 4.

3 *In Religionibus id non eſt neceſſarium. nu.* 4.

4 QVæritur ſecundò. An decretum electionis debeat eſſe ſubſcriptum à ſingulis electoribus? Eſſe hoc neceſſariũ in decreto electionum non regularium, vt ſcilicet oporteat decretum eſſe ab Electoribus ſubſcriptum ſub ſimili forma. Ego N. Canonicus S. Petri huic electioni interfui, conſenſi, & propria manu ſubſcripſi, docuit *Sigiſm. dub.* 41. *n.* 7. & *Lauor. cap.* 19. *num.* 102. & factum fuiſſe in elect. *Abb. Treueren.* refert *Rota, deciſ.* 574. *num.* 64. *p.* 4. *tom.* 3. *recent. Sed Innocent. cap. innotuit* 20. *de elect. num.* 3. ait ordinarium eſſe, vt omnes eligentes huic decreto ſubſcribant, non tamen hoc eſſe neceſſariũ. Sed hoc ſeruari non poteſt in electionibus Regularium.

S V M M A R I V M.

1 *Decretum debere fieri & ſubſcribi per Notarium affirmant aliqui. n.* 5.

2 *Decretum ſubſcriptum à ſcrutatoribus à lege deputatis, & ſigillo munitum facit plenam fidem. num.* 5.

3 *Scripturis Notarij, creditur in quantum ſcribunt publica authoritate. n.* 6.

4 *Scriptura eſt priuata ſi fiat à Notario vt priuata perſona. n.* 6.

5 *In Ord. Prædic. ſcrutatores ſubſcribunt ſcrutinio. num.* 6.

6 *Idem ex Conſtit. Pij V. in Ord. Canonic. S. Saluatoris n.* 6.

7 *Decretum ſubſcriptum à ſcrutatoribus eſt ſcriptura publica. n.* 7.

8 *Ad decreti valorem non requiruntur teſtes. numer.* 7.

9 *Triplex ſcriptura, publica, authentica, & priuata. num.* 8.

10 *Scriptura authentica de ſe plenam fidem facit. numer.* 8.

11 *Scriptura authentica eſt, quæ eſt ſcripta ab officiali de ſpectantibus ad ſuum officium, & ſigillo munita. n.* 8.

12 *Eſt vero neceſſarium ſigillum. n.* 9.

13 *Vbi decretum ſit ſubſcriptum à Notario, non requiritur ſigillum. n.* 10.

14 *Vbi in ſcriptura ſubſcripta à Notario ſigillum ſit ammiſſum, ſcriptura non perdit fidem. n.* 10.

15 *Ad hoc vt decretum plenam fidem faciat, ſufficit quod ſit ſubſcriptum iuxta leges Collegij. numer.* 11.

16 *Vbi requiritur, ſufficit Notarius Laicus. nu.* 12.

17 *In Religionibus melius ſit, ſi Notarius ſit Religioſus. n.* 12.

5 QVæritur tertiò. An huiuſmodi decretum vt plenam fidem faciat debeat per Notarium publicum, coram teſtibus ſubſcribi, & quidem ita vt neceſſe ſit Notarium & teſtes interfuiſſe proceſſui electionis, & illum vidiſſe. Affirmat *Sigiſm. à Bonon. d. dub.* 41. *num.* 9. Et videtur eſſe ſententia *Panorm. in d. cap. innotuit num.* 14. vbi cum retuliſſet opiniones, *Innoc.* & *Compoſ.* ex vna parte dicentium, decretum prima facie facit fidem niſi denegetur per aduerſarios, ipſe diſtinguens opiniones conciliat, quia ſi decretum fuerit factum in præſentia teſtium, per publicã perſonam teſtantem omnia fuiſſe geſta in præſentia ſua, tunc decretum facit plenam fidem, ſed ſi decretum fuit factum manu priuata, tunc procedit prima opinio. Videtur igitur quòd *Panorm.* velit, quòd ad hoc vt decretum faciat plenam fidem, ſit neceſſarium illud eſſe conſcriptum per publicum Notarium, & coram teſtibus. Sed econtra decretũ à ſolis ſcrutatoribus ſubſcriptum facere plenam fidem docet *Caſtell. de elect. cap.* 1. *nu.* 30.

6 Et ita eſt dicendum vbi ſcrutatores à lege aſſumuntur vt tabelliones, ſeu vt ſcribant proceſſum electionis; tunc enim ſunt publici ſcribæ & publico officio ſcribent, & authoritate publica fidem faciunt non minùs, quàm quicumque alius Notarius ex officio publico ſcribẽs. Nam alias ſcriptura ſubſcripta à Notario vt à priuata perſona non eſt ſcriptura publica, ſed priuata. vt ex *Hippol. de Marſilijs in repetit. rubrica. C. de probat. num.* 303. probat *Genoua de ſcriptura priuata, q.* 1. *num.* 5. Vbi igitur à lege ſcrutatores deputantur ad ſcribendum, & ad fidẽ faciẽdum, ſcriptura ab eis ſubſcripta plenam fidem facit. Et ita de facto in Ord. Prædicatorum, in quo ex lege *Conſtitut. diſt.* 2. *cap.* 2. §. 1. *lit. A.* ſcrutatores deputantur ad officium ſcribendi, eorum ſcriptura in negotio electionis plenam fidem facit. Et pro Canonicis Regularibus S. Saluatoris idem ſtatuit Pius V. in ſua *Conſtit.* 141. *inter cæteras*, editã anno 1571. die 7. Decembris. vbi in §. 10. ponens formam eligẽdi in dicto ordine ſtatuit, vt ſcrutatores decretũ electionis cõficiant, eique ſubſcribant. Et immeritò idem *Sigiſm. vbi ſupra nu.* 9. aſſerit formam illam à Pio V. ſtatutum non facere plenam fidem in totum, cum potiùs ſit quædam litera teſti-

mo-

Digitized by Google

monialis; quia non eſt ſcriptura priuata illa quæ fit à deputato à Pontifice ad officium ſcribendi, & quæ eſt ordinata ad hoc, vt fidem faciat in iudicio Confirmatoris ſine alterius ſcripturæ, vel adminiculi adiumento. Neque hoc eſt contra *Panorm.loco ſupra citato*.

7 Neque enim dixit decretum electionis facere plenam fidem ſi ſit ſcriptum à Tabellione, vel Notario, ſed ſi ſit ſcriptum à perſona publica, non facere verò plenam fidem, ſi ſit ſcriptum manu priuata. Et idem docet *Sylu.v.electio* 1. *num.*21. At verò ſcrutatores, vbi ſunt à lege deputati ad ſcribendum decretũ electionis, ſunt perſonæ publicæ, ſcribentes ex officio, & immò ſunt veluti Tabelliones, & Notarij, & de eo, quod pertinet ad eorum officium, ex publica authoritate fidem facientes. Et quia in hoc caſu lex non requirit teſtes, & meritò, quia vbi ſunt tres perſonæ publicæ, quæ tanquam tres Tabelliones ſcribunt, & de negotio fidẽ faciunt, non eſt neceſſitas teſtium, maiorem enim fidem mereatur tres perſonę ex publico officio ſcribentes, & fidem facientes, quàm vnus Notatius & duo teſtes; ideo vbi ex lege ſtatutum eſt, vt tres ſcrutatores ſcribant decretum electionis, non ſunt neceſſarij alij teſtes. Quin immò ſcrutatores in hoc gerere etiam officium teſtium habetur ex *cap. cum dilectus* 32.*de elect.* Nam & Notarij teſtes ſunt, ſed publici, & ex publica authoritate fidem facientes.

8 Sed ex diſtinctione *Panor.in c.ſcripturã* 1.*de fide inſtrum.* hoc punctũ magis explicatur. Inter ſcripturam enim publicam, & priuatã datur media ſcriptura authentica, quæ ex ſe fidem facit ſine alterius adminiculo. Nam ſcriptura publica eſt, quæ fit à publica perſona, ſcilicet à Notario publico, cum ſolemnitatibus debitis. Scriptura priuata eſt, quæ fit à priuata perſona non ex vi alicuius officij publici. Sed ſcriptura authentica eſt, quæ fit per aliquem officialem ſuper pertinentibus ad officium ſuum, & hæc maximè ex appoſitione ſigilli ſit authentica, vt habetur, *cap.ſcripta verò* 2. *eod.titulo*. Decretum igitur electionis ſubſcriptũ à ſcrutatoribus, & ſigillatum ſigillo Conuentus, vel Collegij eſt ſcriptura authentica; quia tacta à ſcrutatoribus de his, quæ ad illorum officium ſpectant, & ideo ſe ipſa ſine alterius adminiculo plenam fidem facit. Quàmuis & verè ſit publica, quia ſubſcripta ab illis, qui à lege deputati ſunt adſcribendum.

9 Eſt tamen neceſſarium ſigillum Conuentus, vt ex eo ſcriptura decreti ſit authentica. Vt habetur ex *d.cap. ſcripta verò*, & quia Pius V. in dicta Conſtitir. pro Canonicis Sancti Saluatoris, & Ordine Prædicatorum pro dicto ordine requirunt ſigillum Conuentus, ideo dicendum eſt in his ordinibus neceſſarium eſſe hoc ſigillum tanquam ſignum tabellionatus ipſorum ſcrutatorum, & decretum non ſigillatum non facere plenam fidem in iudicio Confirmatoris.

10 Aduertendum tamen, quòd vbi ſcrutinium ſit ſcriptum per manum Notarij publici apponentis ſignum ſui tabellionatus, non eſt neceſſe ad decretũ apponere ſigillum Collegij, aut Conuentus, aut alterius; quia ſcriptura publica facit fidem ſine alio adminiculo. *Panorm.cap.innotuit* 20.*de elect. nu.*15. *Biax.par.*3.*cap.*41.*num.*4. Adnertit autem *Panorm.* dictum ſingulare *Innoc. cap. inter dilectos, de fide inſtrumentorum*, vbi dicit, quòd ſi inſtrumentum aut priuilegium confectum manu publica habeat ſigillum appenſum, licet perdatur ſigillum, vel deſtruatur, non per hoc corruit fides inſtrumenti, quia ſufficit authoritas Notarij. Quod & aduertit, *Biax d.num.*4 Sed videndus eſt, *Felin.ad d.cap. inter dilectos*, qui optimè materiam diſcutit.

11 Et ex ijs concluditur, quòd electionis decretum, vt plenam fidem faciat, debet eſſe confectum iuxta leges cuiuſcumq; Collegij authoritate Apoſtolica confirmatas, vt vbi ex lege aut ſtylo aſſumitur Tabellio, talis ſit ſeruandus vſus, vbi verò ſcrutatores ipſi ſubſcribunt decreto, & ei apponunt ſigillum Conuentus, & hoc ſufficiat.

12 An verò requiratur Notarius Clericus, vel ſufficiat laicus, vbi Notarius eſt aſſumendus, iam ſupra dictum fuit ex *Panorm.in d.cap.innotuit, nu.*15. *& in cap.quia propter, num.*10. poſſe aſſumi Notarium laicum. Quàmuis in Religionibus ſtante cõceſſione Pij V. edita 21. Martij 1571. facta Ordini Prædicatorum, vt poſſint creari Notarij in Religione, longè meliùs ſit vti Notarijs Religioſis, *Lanor. cap.*19.*nu.*101.

SVMMARIVM.

1 *In Ordinẽ Prædicatorum in decreto non ſcribũtur, niſi quæ in Capitulo publicantur. nu.*13.
2 *Scribitur nihilominus totus proceſſus electionis. num.*13.
3 *Decretum debet legi, & ſubſcribi audientibus, & videntibus electoribus. n.*14.
4 *Decretum debet ſigillari ſigillo Conuentus, vel Prouinciæ. n.*14.
5 *Debent in eo ſcribi poſtulationes, & electiones omnes. nu.*15.
6 *Eius cuſtodiam ſpectare ad ſcrutatores, ſentiunt aliqui. nu.* 16.
7 *Hoc reijcitur, quia id pertinet ad Conuentum, & ſuperiorem Conuentus. n.*16.
8 *Decretum non poteſt ad Confirmatorem mitti, niſi per tabellarios. n.*17.

13 Quæritur quartò. Quæ de decreto ſtatuta ſint in Ord. Prædic. De huiuſmodi decreto, aut ſcrutinio ſequentia in Ordine Prædicatorum ſancita ſunt. Et quidem primò in Capit.Bonon. 1564. determinata ſunt, quæ in hoc ſcrutinio deſcribi debent. *Et ea ſolùm inquit, quæ in Capitulo publicantur, in decreto electionis ad Confirmatorem mittendo ſcribenda ſunt, ſubſcriptis nominibus ſcrutatorum, clauſum verò, & ſigillo munitum ad Confirmatorem tranſmittatur*, & hoc idem habetur in *Gloſſa Conſtit.d.*2. *cap.*2. §.*t.lit. A. ver. Decimum.* Cum enim in executionem decre. Concil. Trident. priùs decreuiſſet, quod nomina eligentium nec ponerentur in ſchedulis, nec ſcrutatoribus, nec Confirmatori reuelarentur, meritò aduertit non eſſe in decreto electionis ſcribenda, niſi ea, quæ publicata ſunt in Capitulo, ſcilicet, eligentium numerus, collatio, & electio. Non tamen per hoc excluditur, quin in decreto deſeribi debeant antecedentia publicationem ſcrutinij; quia immò in Formulario Ordinis traditur forma huius decreti, in qua totus electionis proceſſus

ſus deſcribitur. Et ita fieri mandatur in *Gloſs.Conſtitut.diſtinct.2. cap.2. §.4. lit. A.* Sed PP. illius Capituli voluerunt aduertere ne electionis ſecretum offendatur publicando in decreto, quòd non licet publicare in Capitulo. Ideo etiam aduertendum, quod in huiuſmodi decreto debet deſcribi modus vacantiæ Prælaturæ, an ſcilicet per mortem, vel abſolutionem prioris Prælati Eccleſia vacauerit, & debet nomen prioris Prælati poni. Aduertit vero *Peyr.in Formul. lit. E. cap.8. num.1. ex Mandag. par.2.to.1.* quod debet poni etiam dies mortis Prælati, vt ſciatur, quando Eccleſia vacauerit. Sed in Ordine Prædic. hoc non eſt in vſu, ſed ſolum ponitur vacantia Prælaturæ ob mortem, vel abſolutionem Prælati antecedentis.

14 Secundò mandatur, *vt ſi contingat ſcrutinium ipſum debere transferibi, poſtquam tranſcriptum fuerit, ſcrutatores ipſum coram vocalibus iterum legant, & in oculis eorum ſigillo claudant.* Ita ex Capit. Rom. 1553. declar.3. *Gloſſ.Conſtit.d.2. cap.2. §.1. lit.A. fin.* Quàmuis verò in præfatis ordinationibus non explicetur quo ſigillo debeat claudi ſcrutinium, praxis tamen eſt, vt adhibeatur in electione Priorum vel ſociorum ſigillum Conuentus, & in electione Prouincialium, & Diffinitorum Capituli Generalis ſigillum Prouinciæ, & ita fieri neceſſe eſt, quia vt habet *Panorm.in cap.2.de fid.inſtrum. num.14.* Sigillum vt authenticet ſcripturam debet eſſe authenticum, nimirũ Epiſcopi, vel magni viri, quando præſtat authoritatem ſcripturæ ſimpliciter; quia ſigillat in facto eorum; vnde eadem ratione, cum ſigillum ſcrutinij ſigillet in facto Conuentus, vel Prouinciæ debet eſſe ſigillum Prouinciæ, aut Conuentus.

15 Tertiò, cum in ſcrutinio nedum aliquis fuit electus, ſed fuerunt poſtulati, aut etiam plures electi, totum hoc in ſcrutinio deſcribi debet, vt ex Capit. Bonon. 1564. tradit *Gloſſ.diſt.c.2.§.1.lit.A.v.declaramus.*

16 Quartò, Decretum electionis tranſmittendum eſt quantocyus ad Confirmatorem. Sed à quo eſt tranſmittendum? *Caſtell.cap.12. num.37.* quem ſequitur *Camill.in direc.elect.cap.14.num.7.fin.* putat eſſe officium ſcrutatorum dirigere decretum electionis ad Confirmatorem: quod probat ex eo quòd Auen. 1367. vt habetur in *Gloſſ.diſt.2.cap.2. §.1.lit. D.* decretum fuit, vt ſi in Conuentu habente ſuppriorem fuerit miſſus ab extra Vicarius Conuentus ſuper illum, ille quidem Vicarius congregabit Capitulum, ſed ſupprior cum duobus electoribus tenebit ſcrutinium; igitur ex hoc habetur, & liquidò conſtat ſcrutinium quoad ſui formationem, cuſtodiam, & miſſionem pertinere ad Suppriorem, & maiorem partem ſcrutatorum. Sed cum illatio non valeat ad diuerſa, & valde diuerſa ſint tenere ſcrutinium, & conſeruare ſcrutinium, & mittere ſcrutinium ad Confirmatorem, ex eo quod leges Ordinis decernant, quod ſupprior & ſcrutatores teneant ſcrutinium, & poſtea decretum electionis ſubſcribant, & claudant, & ſigillent, minimè ſequitur, quod ad illos pertineat illud cuſtodire, & tranſmittere. Sed cum ſcriptura illa communem Conuentus vtilitatem contineat eius cuſtodia, & tranſmiſſio ſpectat ad Præſidentẽ Conuentui, ſimul cum toto Cõuentu. Nam cum tunc vocales functi ſint officio ſuo, omnino eiuſdem ſcrutinij cuſtodia non pertinet ad ſolos electores, ſed ad totum Conuentum; quia de totius Cõuentus intereſſe agitur; quamuis præcipuè ad electores ſpectet decretum illud cuſtodire, & ad Confirmatorem dirigere. Quamuis verò res Conuentus adminiſtrare ſpectet ad ſuperiorem Cõuentus, ſiue ſit Supprior, ſiue Vicarius ſupra Suppriorem, quando eſt datus; nihilominùs tamen an poſſit dirigere decretum ad ſuperiorem mediatum & remotum, niſi de conſenſu maioris partis, dicendum erit infra cum de Confirmatore, & appellationibus erit ſermo. Interim hoc ſufficiat, quòd cuſtodia, & miſſio ſcrutinij ad ſuperiorem Conuentus ſpectat, qui poteſt præcipere ſcrutatoribus etiam ſub pœna excommunicationis, vt ſibi illud decretum tradant, à ſe tranſmittendum ad Confirmatorem.

17 Quintò, ſtatutum eſt, vt ſcrutinium ad Confirmatorem non tranſmittantur niſi per tabellarios, & nullo modo per aliquem fratrem. Capit.Valent. 1647. quod extendit ordinem Capit. Bonon. 1615. in quo ſtatutum fuerat, vt non mitteretur per fratres Sacerdotes. Eſt verò impoſita pœna priuationis vtriuſque vocis ipſo facto Fratri Clerico, qui hoc decretum, vel Confirmatori, vel alteri detulerit, præter pœnas contra itinerantes ſine licentia latas. Vocalibus verò, ſi de conſenſu maioris partis idem decretum miſerint aliter, quàm per tabelliones indicta eſt pœna priuationis vocis actiuæ in prima electione: quòd ſi electio habeat difficultatẽ & opus ſit præſentia alicuius electoris, licentiam veniendi Confirmator pro ſua prudentia concedet.

CAPVT XXII.

De electione per compromiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Ordo dicendorum. num. 1.*

1 Priuſquàm de electionis confirmatione tractetur, explicare opus eſt omnem modum electionis. Quamobrem explicata iam natura electionis per ſcrutinium, de electione per compromiſſum diſcerendum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Electio per compromiſſum eſt licita. n.1.*
2 *Eligendi poteſtas poteſt committi aliquibus. numer. 3.*
3 *Conuenientius in numero impari. nu.3.*
4 *Etiam ſi illi non ſint de Collegio. n.3.*
5 *Dum ſint Eccleſiaſtici. n.3.*
6 *Etiam vni. n.3.*
7 *Etiam maſculo à Monialibus. n.3.*
9 *Etiam Confirmatori. nu.3.*
10 *Etiam non Prælato. n.3.*
11 *Electio melius poteſt expediri per vnum. n.3.*

12 Ca-

12 *Capitulum poteſt eligere aliquot, qui eligant compromiſſarios. nu.3.*
13 *Si inſtituantur tres dicendo, dando eis, & cuilibet eorum &c. cenſentur inſtituti in ſolidum. numer.4.*
14 *Poſſunt plures inſtitui in ſolidum. nu.4.*
15 *Tunc primus electus ab vno eorum, eſt confirmandus. n.4.*
16 *Pluribus procuratoribus inſtitutis in ſolidum melior eſt conditio occupantis. n.4.*

2 QVæritur autem primò. An huiuſmodi electio fieri poſſit? Reſpondetur autem affirmatiuè. Nam in *cap. quia propter, de elect.* hæc forma eligendi approbatur, ibi. *Vel ſaltem eligendi poteſtas aliquibus viris idoneis committatur, qui vice omnium Eccleſiæ viduatæ prouideant de paſtore.* Sed tamen, vt probatum eſt, *cap.1.* hic modus eligendi eſt reprobandus pro Regularibus per Concil. Trident. ſeſſ.25.de Regul. cap.6.

3 Dicitur igitur ex *Sylu. v.electio 2. numer.14.* quod apud ſeculares Clericos ab electoribus eligēdi poteſtas poteſt committi aliquibus, & competentiùs in numero impari, *cap. in cauſis 30. & cap. cum dilectus 32. & cap.cum in iure 33. de elect.* Nec oportet iſtos eſſe de Collegio, *cap.cauſam 8. eod.tit. Gloſſ.in cap. Quia propter, v.tres. Panor. cap. cauſam 8. & Butrius ibi num.3.* & idem *Butr. poſt Imolam, num.9.in cap. Quia propter, num.36. Biax.par.3.cap.17.Mar.q.1206.par.1. Rota in Meten. Monaſt. 5.Iulij 1621. Sigiſm.de elect.dub.20.nu.1.* oportet tamen, quòd ſint Religioſi, ſeu Clerici ſecundum *Gloſſ. in d.cap.quia propter.* Poteſt etiam committi vni, vt in dicto *cap.cauſam, Panorm.cap.in cauſis num.2.Butr. cap.cum dilectus n.2.de elect.* etiam maſculo à Monialibus, vt in dicto *cap.cauſam*, etiam Confirmatori, vt ibi, etiam non Prælato. Immò meliùs expediri poteſt per vnum, ſecundùm eandem *Gloſſ.* Immo ſecundùm *Panor.in d.cap.in cauſis*, Capitulum nedum compromittere poteſt poteſtatem eligendi certis perſonis, ſed etiam poteſt aliquos eligere per quos eligantur compromiſſarij electuri vice Capituli, *Sigiſmun. d.dub.20.num.2. Layman.lib.4.tract.2. cap.12.n.6.Miraud.tom.2.q.23.art.34.Baſsaus v. electio num.4.*

5 Si autem Compromiſſum fiat hoc modo, vt eligantur tres ſub his verbis, dantes eis, & cuilibet eorum poteſtatem eligendi &c. tunc illorum quilibet cenſetur inſtitutus in ſolidum. *Io.Cald.conſ.6. de elect.Gemin.ad cap.cum expediat.29.de elect. in ſexto, num.7.* Quia talis forma loquendi cuilibet eorum æquiualet dictioni, *in ſolidum, Io.Andr. in cap ſi duo, de proc.* Nec inuenitur, quod iſta forma eligendi plures compromiſſarios ad eligendum in ſolidum in iure ſit prohibita, & quod abſolutè non eſt prohibitum compromiſſarijs, cenſetur permiſſum. *cap. conſuluiſti, 2. q.5.& cap.2. de transl. Prælat.* Ex quibus infertur, quod primus electus ab vno iſtorum Compromiſſariorum ſit confirmandus. *Gemin. vbi ſupra.* Et comparando compromiſſarios ad procuratores facit, *cap. ſi duo de procurat.* Nam vbi duo procuratores ſint inſtituti in ſolidum, melior eſt conditio occupantis, vt ibi ſecundùm *Io. Calder.*

S V M M A R I V M.

1 *Duplex eſt compromiſſum. nu.5.*
2 *Compromiſſum abſolutum quale. n.5.*
3 *Compromiſſum limitatum quale. n.5.*
4 *Compromiſſum limitatum non eſt validum niſi limitetur, vt eligatur ſolum, qui ſaltem a maiori parte vocalium fuerit nominatus. n.5.*

5 QVæritur ſecundò. Quotuplex ſit compromiſſum? Et reſpondetur quòd eſt duplex, aliud ſcilicet abſolutum, & aliud limitatum, *Sylu.v electio 2.n.17. Panorm.in cap.quia propter, §.2. Tabien. v.electio 2. num.2.Menoch.conſ 6.num.27.Layman. lib.4. tract.2. cap.12.num.6.Miraud.tom.2.q.23. art.37. Baſſaus v. electio num.4.ex Gloſs.in cap.cum expediat, v. inquiſitis, de elect. in 6.* Compromiſſum abſolutum eſt, quando electores compromittunt in aliquos abſolutè, & ſine limitatione, vt eligant quem voluerint. Et de huiuſmodi compromiſſo ſermo eſt *cap. cauſam*, quæ 8. & *cap.in cauſis 30. de electione.* Vbi *Io. Andr. Panorm.& Hoſtienſ.in ſum.de elect.v. 2.forma & Sylu.v.electio 2. num.17.* Sed compromiſſum limitatum eſt, ſi electores compromittant in aliquos cum limitatione, vt ſcilicet compromiſſarij auditis omnibus vocalibus illum eligant, in quem maior pars electorum conuenerit. Et de ſimili compromiſſo eſt ſermo in *cap.cum dilectus 32.de elec.& in c. ſi cui 23.& in c.cum expediat 29. eod.tit.in 6.* Eſt autem conſiderandum, quod ſi electores dent facultatem Compromiſſarijs vt eligant eum, qui fuerit à pluribus de Capitulo nominatus, etiam ſi nō à maiori parte Capituli, compromiſſum eſt nullum, vt decernitur expreſsè in d. *cap.ſi cui.* Vnde hoc compromiſſum tunc ſolum valet, cum datur facultas compromiſſarijs, vt eū eligant, in quem ſaltē maior pars eligentium conſenſerit. *Gloſs.ibid. Sylueſt.ver. electio 2.par.17.Layman.de elect. q.85. Petr. Gregor. cap.2.num.4.Sigiſ.dub.2.num.12.*

S V M M A R I V M.

1 *De diuerſitate formæ per compromiſſum limitatum à formis contentis in cap. quia propter. n.6.*
2 *In compromiſſo limitato ſeruari debent leges ſcrutinij ſtatuti, in cap.quia propter. n.7.*
3 *Omnis forma eligendi præter formas contentas in cap.quia propter, eſt nulla. n.7.*
4 *Forma compoſita ex pluribus formis eſt contra cap. quia propter, ſi componatur ex alijs formis, quam ibi ordinatis. n.7.*
5 *In electionibus in quibus non eſt ſeruanda forma cap.quia propter, valet compromiſſum ex ſcrutinio non ligato ad leges ſcrutinij dicti capit. numer.8.*
6 *In compromiſſo limitato non valet acceſſus. numer.9.*
10 *Vota data extra ſcrutinium nulla. n.9. & 10.*
11 *In compromiſſo limitato, vno voto non exquiſito, electio eſt nulla. num.10.*
12 *Si eligatur compromiſſarius cum limitatione, vt eligat talem, compromiſſum eſt nullum. numer.11.*
13 *Nullum compromiſſum, & nulla electio in com-*

promiſſo limitatō ad eligendum vnum ex tribus nominatis à tribus de Collegio. n.12.

14 *In compromiſso limitato neceſſaria eſt collatio. numer.13.*

15 *Nequit limitari compromiſſum ad partem maiorem, & non ad ſaniorem, vbi vtrumque copulatiuè eſt neceſſarium. n.13.*

16 *In compromiſso limitato electores non poſsunt vti alia forma ſcrutinij, quam illa, quæ illis de iure eſt permiſſa. n.14.*

17 *In compromiſſo limitato nō datur facultas eligendi, vt ſinguli, ſed nomine publico, & ita compromittitur ſola electio communis. n.15.*

18 *Poteſt compromitti officium ſcrutatoris, & publicatoris ſcrutinij, ſi aliud non obſtet. n.15.*

19 *Forma compromiſſi limitati, eſt diſtincta à forma ſcrutinij. n.16.*

20 *Vbi à iure electio communis eſt commiſſa alicui, poteſt alteri committi per viam compromiſsi. numer. 16.*

21 *In compromiſso limitato eliguntur plures compromiſsarij, & poteſt eligi vnus, ſed diuerſimode. num.17.*

22 *Electio compromiſsariorum non ſit neceſsario per ſcrutinium. n.18.*

23 *Apud Regulares fieri poſset per fabas. n.18.*

6 QVæritur tertiò. An forma compromiſſi limitati ſit noua forma diſtincta à formis contentis in *cap. quia propter*. Affirmant enim *Archid. in d.cap.cum expediat.fin. Anchar.* poſt medium, & *Lap.* Sed negant *Gloſ. in d.cap.cum expediat ver.concilium*, & ibi *Io. Andr. Gemin. & Francus, Tholoſ. in tit. de elect. c.2. num.4. Sigiſm.de elect.dub.20.num.9. vbi nu.10.* hanc formam compromiſſi ex *Gloſs. Biax. Syluest. Angelo, Tholoſ. & Menoch.* valde laudat. Et in fine *d. nu.9.* aſſerit, quòd licet hoc compromiſſum limitatum ſit mixtum ex ſcrutinio, & compromiſſo, attamen principaliter dicitur forma compromiſſi. Quod & dixit *Gloſs. in d. cap. Cum expediat v. inquiſitis, & Gemin.ibid.nu.7.*

7 Pro hac difficultate expedienda dicitur primò, quod in compromiſſo limitato electores in nominando compromiſſarijs, quem eligere debeāt, ſeruare debent adamuſſim leges ſcrutinij in *c. quia propter*, ſtatutas. Habetur hæc concluſio ex *cap. ſi cui 23. de elect.in ſexto*. Nam vt ibi ſtatuitur, quæcumque forma electionis nulla eſt, quæ eſt præter illas tres formas in *cap.quia propter*, ordinatas cum decreto irritanti, vt præter illas eligi validè non poſſit; At verò compromiſſum quodlibet mixtum ex ſcrutinio non celebrato ſecundum leges dicti *capitis Quia propter*, importat formam electionis, quæ eſt præter formas, illius capitis. Tale enim non eſt purum compromiſſum, vnde non importat illam formam compromiſſi, quæ in eo *cap.* eſt ſtatuta, ſed aliam; cum ſit compromiſſum ex compromiſſo, & ſcrutinio compoſitum: ſi ergo componatur ex alia forma ſcrutinij, quam ſit illa, quæ in eo capite continetur, iam importat formam alienam ab his, quæ ibi ſunt ordinatæ, & ideo formam nullam. Ideo bene *Gemin. ad cap. Cum expediat 29. de elect. in ſexto.* aduertit, quòd vbi ius dat certas formas ſecundùm quas poteſt ſingulariter actus fieri, licet iſtæ formæ ſimul commiſceantur, non dicitur fieri contra ius illud, etiam ſi alias formas improbat, quando ex tali mixtura non reſultet alias ſpecies illis cōtraria; ſic enim compoſitū ex ſcrutinio, & cōpromiſſo à Concilio Generali ſtatutis in *cap. quia propter*, non ſit contra illud; quia hæc non eſt forma contraria illis, quæ ſtatuit, illud caput, ſed ex eis integrata. Sed ſi ex alio ſcrutinio contrario componitur, non poteſt non eſſe contraria forma illis, quæ in dicto Capit. ordinantur; quia non eſt forma electionis per compromiſsū pura, ſed eſt quid ex ſcrutinio in eo capite prohibito compoſitum. Et ideo quod in eorum electionibus quæ fieri debent iuxta aliquam formam *cap. quia propter*, non valeat forma compromiſſi limitati, niſi ſcrutinium fiāt exactè ad formam dicti capitis, dixerunt *Rot. in Meten. Monaſt. deciſ.312. num.55. par.4. tom.2. recent. & in Treueren. Abbat. 24. Ianuar. 1626. coram Coccino*, apud *Caſtell.cap.4. & Tambur.de iure Abb.tom.3.deciſ.23. numer.47.* vbi hoc probatur ex *Butr. Lap. & Canſ. Sigiſm.de elect. dub.2.n.12.*

8 Dictum verò eſt in eorum electionibus, quæ fieri debent ſecundùm aliquam formam *cap. Quia propter*; quia in alijs non eſt hęc neceſſitas, ſed poteſt eligi per compromiſſum limitatum non ligatū legibus dicti capitis, *Gemininian. dicto cap. Cum expediat num.3. Franc. in cap. ſi cui 23. de elect. in ſexto, num.2.* & apud eum *Archid. & Io. Andr. Gloſs. ibid. v.concilium*.

9 Colligitur ex hoc primò, quòd in hoc compromiſſo limitato non habet locum acceſſus, neque ex eo poterit à Compromiſſarijs eligi ille, qui cum in ſcrutinio non ſit nominatus a maiori parte, tot tamen poſt ſcrutinium ad eum accedunt, vt propterea nominatus ſit à maiori parte Capit. Quidquid enim affirmauerit *Io. Mona.* apud Gemin. hoc admitti non poteſt, quia vota data extra ſcrutiniū minimè valent, *cap. quia propter, de elect. Panorm.* ibi *cap. auditis 29. de elect.* & ibi *Panorm.num.5.cap. Eccleſia 57. eod. tit.* & ibi Gloſs. *v.valebat. Panorm. num.10. Innoc.3. Hoſt.11. Io. Andr.8. Bald.4. Anch.2. Butr. 9. Imol.5. Barboſ. 6.* Et ideo non valet, quod poſt ſcrutinium & extra ſcrutinium alij conſentiāt, vt ſit eligibilis à compromiſſarijs habentibus limitatam facultatem ad eligendum nominatum à maiori parte *Gemin. ad d.cap.cum expediat, nu.3. Io. Andr. & Franc.*

10 Colligitur ſecundò, quòd ſi Compromiſſarij vnum aliquem de Collegio ab omnibus nominatum elegerunt, non exquiſito illius voto, qui tamen electus conſenſit electioni, electio eſt nulla, & non valet. Quia de ratione ſcrutinij eſt, vt vota omnia exquirantur, & vno ommiſſo nulla eſt electio, *cap. Quia propter*, & ibi DD. communiter vt probatum eſt *cap.18.* Nec iuuat conſenſus eius extra ſcrutinium explicatus, quia nequit inquiri ſingillatim in ſcrutinio, & in ſcrutinio explicari, *Gemin. ad d.cap.cum expediat, num.6. Franc.* licet *Rota deciſ. 388. ſeu.deciſ.6.de elect. in antiq.* vt refert Gemin. ad vtrumque oppoſitum arguat, & quæſtionem non ſoluat, & immerito *Sigiſm. dub. mihi 24. oppoſitum ſentiat*, quod & probabilius putat, *Samuel. tract. 1. diſp.3. contr.8.*

11 Colligitur tertiò, electionem fore nullam, ſi electores compromittant in aliquos vt determinatē eligant talem. Hic enim & compromiſſum, & ele-

ctio

ctio eſt nulla; quia qui nominatur extra ſcrutiniũ nominatur. Et ideo quòd tale compromiſſum non teneat docet *Gemin. vbi ſup. n.7. ex Compoſt. & Gulielm.* ſi verò poſtquam electores in ſcrutinio nominarunt eligendum, eligerent aliquem ad hoc, vt eligeret eum electione communi, valeret hoc compromiſſum, & teneret electio; quia per illam electionem neceſſariò eligitur nominatus à maiori parte.

12 Colligitur quartò, electionem eſſe nullam, ſi electores eligant compromiſſarios limitando eis electionem, vt ſcilicet eligant vnum ex tribus, quos tres de Capitulo nominabunt. Quia omnis forma non expreſſa in *cap. Quia propter* eſt nulla; *cap. ſi cui 23. de elect. in ſexto*, hæc verò forma non eſt expreſſa in *cap. Quia propter*. Eſt enim hoc compromiſſum mixtum ex compromiſſo, & nominatione non collegiali, nec Capituli. Et ſi in *d. cap. ſi cui*, declaratur forma contraria *cap. Quia propter*, ſi electores compromittant, vt eligatur, qui nominatus fuerit à maiori parte comparatiuè, quæ non ſit maior pars Capituli; multò magis nulla erit hæc electio limitata ad electionem trium nominatorum extra ſcrutinium. *Io. Andr. in d. cap. cum expediat. Franc. & Gemin. nu.4.*

13 Colligitur quintò, quòd ad huiuſmodi cõpromiſſum limitatum neceſſaria eſt collatio, & non ſolùm aliqualis, & non plena, vt voluit *Io. Mona.* apud *Gemin.* ſed plena, ſicut in electione per ſcrutiniũ. Quia cũ limitetur facultas compromiſſi ad hoc vt eligatur is, qui eſt nominatus à maiori & ſaniori parte, certè tanta debet fieri collatio, quanta in electione per ſcrutinium eſt neceſſaria, vt colligatur, an nominatus ſit aliquis à maiori parte, & ſaniori. In compromiſſis verò Regularium non limitaretur electio niſi ad maiorẽ partem, quia cũ in eorum electionibus non publicentur nomina eligẽtium, non habet locum diſcretio partis ſanioris à non ſaniore.

14 Colligitur ſextò, vniuerſaliter loquendo eligentes non poſſe validè vti forma compromiſſi limitati, & mixti ex ſcrutinio, niſi accipiatur ſcrutinium tale, ad quale ipſi obligantur; ita quòd non poſſunt hac occaſione variare ſcrutiniũ, aliter vterentur forma præter, & contra formas eis permiſſas, componendo ſibi integram formam ex formis, vel ſaltem ex aliqua forma ſibi non permiſſa; & ideo *arg. cap. ſi cui*, inualidè eligerent non ſecundùm formam ſibi à iure, vel conſuetudine præſcriptam. His ſtantibus.

15 Dico ſecundò, quòd in compromiſſo limitato, non compromittitur in compromiſſarios niſi ipſa communis electio, vel ad ſummum publicatio ſcrutinij, & collatio, ſeu etiam officium ſcrutatoris. Hoc probatur euidenter, quia in hoc compromiſſo eligere, vt ſinguli conuenit electoribus, quia compromiſſarijs non conceditur facultas niſi eligendi nominatum à maiori & ſaniori parte electorum; igitur electores ſibi reſeruant eligere vt ſinguli, & nominare eligendum. Qui poſtquam eſt ab eis nominatus, non remanet, vt amplius nominetur, ſed ſolùm vt nomine publico eligatur. In hoc igitur compromiſſo, quod compromittitur, eſt electio communis & publica. Poteſt etiam compromitti officium ſcrutatoris, & publicatoris ſcrutinij, & collatoris ſi cõpromiſſarij ſint de Collegio; & aliud non obſtet: ſed tamen per ſe ex eo quod compromittitur eis facultas eligendi, hæc non eſt niſi facultas eligendi electione communi, & publica. Nam vt ſingulis & ſecretò non remanet quid eligendum, cum neceſſitentur eligere, quem maior pars Capituli nominauit.

16 Dico igitur tertiò, quod ſecundùm decretũ *cap. Cum expediat. 29. de electione in ſexto*, electores poſſunt vti forma compromiſſi limitati, & eligere, vel vnum ſolum, vel plures etiam extraneum, aut extraneos non tamen laicum, vel laicos, & quod hæc forma compromiſſi ſemper eſſentialiter eſt alia à forma ſcrutinij. Et ſi quæratur, in quo conſiſtat hæc eſſentialis differentia. Cũ in electione per ſcrutinium poſſit committi electio communis etiam extraneo, *Rota in d. Treueren. Abb. num.44.* Reſpondetur diſcrimen conſiſtere in eo, quod in electione per ſcrutinium, is cui committitur electio, eligit vice præſentium electorum. Sed in compromiſſo eligit vice propria & compromiſſariorum, ſi ſunt plures, *Rota in d. Treueren. Abb. num.45.* Quia facultas talis electionis à Capitulo in compromiſſo transfertur in compromiſſarios. Ideo eſt ſecundum diſcrimẽ, quòd vbi in ſcrutinio ſi à lege ſit determinatus, qui eligat nomine communi, & non poſſit alio cõmitti hæc electio, poteſt hoc fieri per viam compromiſſi, ſi compromiſſum non eſt prohibitum. Propterea DD. *num.6. citati* dixerunt hanc formam eligendi principaliùs diei formam compromiſſi.

17 Sed & conſiderandum, quòd in hoc compromiſſo limitato poſſunt eligi plures, & poteſt eligi vnus compromiſſarius, ſed diuerſimodè. Nam cum exquiri debeant vota ſingulorum electorum, ſi hæc exquiſitio fieri debeat per compromiſſarios plures neceſſariò eligi debent, nimirum tres, aut tot, quot in quacumque electione neceſſarij ſunt ex iure aut conſuetudine ad ſcrutandum. Nam tunc Compromiſſatij ſunt ijdem, qui ſcrutatores electionis. Sed tunc vnus ſolus poterit eligi compromiſſarius, ſi ipſi non committatur exquiſitio votorum, ſed ſolùm electio eius, qui ex ſcrutinio ſacto ab alijs & publicato inuentus fuerit nominatus à maiori & ſaniori parte. Et tunc ad hunc effectum ineptè eligerentur plures.

18 Tandem aduertendum, quod in hoc compromiſſo limitato licet nominatio eligendi ſit obligata legibus ſcrutinij ſecundum conditionem cuiuſcumque Collegij, vel electionis, vt in electione Prælatorum eſt obligata legibus ſcrutinij latis in *cap. Quia propter*, nominatio tamen compromiſſariorum non eſt his legibus ligata, ſed viua voce nominari poſſunt, vbi non obliget lex Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap.6. de Regularib. vel alia lex ſpecialis. Apud Regulares verò talis nominatio poteſt fieri per ſabas, vel quocumque alio modo, dummodò ſecretè fiat.

SVMMARIVM.

1 *An compromiſſum valeat aliquo electorum contradicente, varia opiniones ſunt. n. 19.*

2 *In electione per cõpromiſſum abſolutum neceſſe eſt, vt nullus electorum diſſentiat. nu. 19.*

3 *In compromiſſo limitato ſufficit, quod Compromiſſ. eligantur à maiori parte. num.20.*

19 QVæritur quarto. An compromiſſum valeat aliquo ex electoribus contradicente Non valere tradunt *Panor. in c. ſcriptam 40. n.3. cap. cum Vuintonienſis 23. nu.4. & cap. in cauſis 30. nu.3. & cap. Quia propter 42. §. Vel ſaltem n.6. de elect. & in cap. Conſtitutas nu.6.* & ibi *Franc. Batr. in d. cap. Quia propter num.40. Biax. p.3. c.18. n.1. Felin. in cap. cum omnes nu.18. fin. v. decimoquarto fallen. de Conſtitut. Lamber. de iure patron. l.2. p.2. q.2. a.17. Mar. q.1206. p.1. Sylu. v. electio 2. num.14. & 18. fin. Cuch. l.4. de elect. n.36. Tabien. v. electio 2. nu.3. Sigiſ. de Bonon. dub.20. nu.3. Mirand. t.2. quæſt.23. ar.34. Baſſaeus v. electio n.4.* Et ratio euidens eſt, quia nullus vi tenetur cedere iuri ſuo, quilibet verò electorum habet ius eligendi. Quod adeo eſt verum, vt requiratur expreſſus omnium conſenſus, vt dicitur infra.

20 At verò *Gemin. & Franc. in dicto cap. cum expediat, & Ferret. in cap. cum omnes nu.41 de Conſtitut. Roſell. Angel. Tabien. v. electio 2. num.3. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub.20. n.4. Baſſæus v. electio nu.4. Samuel. tr.1. diſp.3. contr.3. num.3.* Et alij limitant præfatam aſſertionem ad compromiſſum abſolutum, & volunt quòd in cõptomiſſo limitato, non ſit neceſſe quòd omnes conueniant in electione compromiſſariorum, ſed ſufficiat maior pars; & ratio eſt, quia in eo modo electionis nulli fit iniuria, cum vnuſquiſque poſſit nominare perſonam, quam vult; & Compromiſſarij non poſſint eligere niſi nominatũ à maiori parte Capituli.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ ſint ſubſtantialia electionis per compromiſſum. n.21.*
2 *Primum ſubſtantiale eſt id, quod eſt de ſubſtantia electionis. nu.21.*
3 *Secundo quod compromiſſum ſit validum. num.21.*
4 *Tertium, quod non excedatur forma compromiſſi. numer.21.*
5 *Quartum quod communis electio fiat ab vno. n.22.*
6 *Quintum quod Compromiſſ. eligantur ab electoribus Collegialiter vnitis. nu.22.*
7 *Sexto quod in compromiſſo abſoluto omnes electores conuenire debent. n. 23.*
8 *Forma electionis communis in compromiſſo Ego. N. vice mea, & ſociorum &c. nu.24.*

21 QVæritur quintò. Quæ ſint ſubſtantialia electionis per compromiſſũ? Reſpondetur, quod plura numerat *Sylu. v. electio 2. n. 19.* in quorum aliquibus conueniunt omnes electiones per compromiſſum, & in aliis diſtinguuntur. Primum eſt, quòd in hac electione compromiſſaria ſunt neceſſaria omnia, quæ neceſſaria ſunt ad electionem in genere; quia quod eſt neceſſarium generi, eſt neceſſarium ſpeciei. Secundum eſt, quòd compromiſſum ipſum in genere compromiſſi ſit validum: Nam euidens eſt, ex compromiſſo nullo, non poſſe validam electionem compromiſſariã haberi. Tertium eſt quòd Comptomiſſarij non excedant formam compromiſſi, & poteſtatis ſibi commiſſæ; quia ipſi, vltra compromiſſum non poſſunt; cum non poſſint niſi per poteſtatem ſibi datam. Quartum eſt quòd communis electio fiat ab vno, etiam ſi ſint plures compromiſſarij hoc enim expreſsè decernitur *cap. ſicut 21. de elect. in 6.*

22 Eadẽ ratione electio fieri debet à compromiſſario per verba ſingularis numeris, ſicut & electio per ſcrutinium modo ſupra *cap. 19.* expoſito: Quintum eſt, quod compromiſſarij non poſſunt eligi niſi ab electoribus collegialiter vnitis, præſentibus ſcilicet, qui debent, volunt, & poſſunt commodè intereſſe *d. cap. Quia propter*. Sextum eſt, vt electores omnes nemine diſcrepante viam compromiſſi, & compromiſſarios eligant. Verùm hoc quidem neceſſarium eſt in compromiſſo abſoluto, non in compromiſſo limitato, vt probatum eſt.

23 Ideo hęc eſt differentia inter has electiones, quòd in compromiſſo abſoluto, nulla eſt electio compromiſſariorum, niſi ſint electi ab omnibus electoribus collegialiter Congregatis nemine eorum diſcrepante; ſed in compromiſſo limitato ſufficit, quòd Compromiſſarij, qui ſunt veluti ſcrutatores eligantur à maiori parte Capituli compromiſſum debet fieri per vota ſecreta ad mentem Con. Trid.

24 Octauum Quia in decreto, & forma electionis vnus ex compromiſſarijs dicet Ego N. vice mea, & ſociorum meorum compromiſſariorum (ſi ſunt plures) virtute compromiſſi eligo N. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Re integra Capitulum reuocat facultatem datam Compromiſſarijs. n.25.*
2 *Res integra eſt quando nondum cœperunt ſubſtantialia electionis. nu.26.*
3 *Solum à maiori parte vocalium reuocatur compromiſſum. num.27.*
4 *Minor pars poteſt opponere contra defectus Compromiſſariorum. n.27.*
5 *Non poteſt reyci Comprom. ex infamia facti. n.28.*
6 *In ſcrutinio limitato quoties iteratur ſcrutinium poteſt reuocari compromiſſum. num.29.*
7 *Si electores dederunt facultatem, vt faciant Compromiſſarijs, non poſſunt illam reuocare. n. 30.*
8 *Non ſufficit tacita reuocatio. nu.31.*
9 *Si Capitulum eligit prius, quam Compromiſſ. incipiant eligere, electio valet. num.31.*

25 QVæritur ſextò. An electores poſſint reuocare commiſſionem datam compromiſſarijs? Reſpondetur quod contra *Gloſ. in cap. In cauſis 30. de electio. ver. cum res non eſſet integra*, tenent comm. DD. quòd re integra poteſtas data compromiſſarijs poteſt reuocari, Hoc enim argumẽto à contrario ſenſu (quòd *Panor.* vocat fortiſſimũ) probatur ex *c. In cauſis* vbi cum Canonici reuocaſſent facultatem datam Compromiſſarijs re non integra, quia iam Canonici compromiſſàrij de electione tractabant; Papa declarat nullam hanc reuocationem, quia res non erat integra; igitur re exiſtente integra poteſt mandatum datum Compromiſſarijs reuocari. Et ita docent in *d. cap. In cauſis, Vincent. Goffred. Hoſt. Io. Andr. Innoc.* quos refert; & ſequitur *Panorm.* ibi *n. 11. Biax.* vbi ſupra *c.19. n.2. Sylu. verb. electio 2. n.14. Cuch. l.4. de elect. nu.37. Mirand. t.2. q.23. a.34. concl. 3. Sigiſ. de Bonon. dub.20. num.7. Barboſa ad d. cap. in cauſis nu.4. Baſſæus v. electio num.4. cap.19. num.32.*

26 Tunc autem in propoſito cenſetur res integra, cum Compromiſſarij nondum attigerunt ſubſtan-

ſtantialia negotij: nimirum eum nondum inceperunt tractare de perſona eligenda, licet inceperint actus, qui ſunt de ſolemnitate, vt cantare Miſſam Spiritus ſancti, & ſimilia. *Innoc. Panor. Syl. Biax. Sigiſ. Barboſa & Baſſæus citati Lanor. cap. 19. n. 33.* Qui addit *nn.* 34. Quod ſi intra aliquem terminum dicti compromiſſarij fuerint conſtituti ad eligendũ & in illo non elegerint, eorum poteſtas non erit reuocata, ſi non ſit res integra. Sed hoc non ſubſiſtit; quia compromiſſarij mandati formam ſeruare tenentur, vt tradit idem *Lanor. c. 7. n. 23.* & dictum eſt ſupra *nn.* 21. & ſi formam excedant nihil faciunt, igitur ſpirato termino eis dato ad eligendum, ſpirat eorum facultas.

27 Additur tamen, quòd etiam re integra non poſſit poteſtas Compromiſſariorum reuocari, niſi à maiori parte Capituli. Ex quo enim compromiſſum ſemel tenuit, non poteſt reuocari niſi à maiori parte arg. *cap. p.* de his quæ fiunt à maiori *par. Panor. aduerſ. Compoſ. d. cap. In cauſis num. 16. Roman conſ. 352. cõcl. 3. Oldrad. cõſ. 120. Felin. in c. 1. de Maior, & Obed. Mandag. p. 1. cap. 49. Tabien. v. electis 2. num. 3. Samuel tr. 1. Diſp. 3. contr. 5. n. 11. Sigiſ. dic. dub. 20. nn. 10.* Remanet tamen ſemper minori parti facultas rationabiliter opponendi contra defectus Compromiſſariorum.

28 Et etiam ſi aliquis de Compromiſſarijs ſit infamatus infamia puri facti, cum per huiuſmodi infamiam electio non vitietur, vt ſupra probatum eſt. *Sigiſ. ibid. num. 11.* non poteſt ex hoc capite Compromiſſarius reijci.

29 Hinc etiam infertur, vt in compromiſſo per ſcrutinium, ſeu limitato poſſit reuocari mandatum & facultas Compromiſſariorum, quotieſcumque variatur, & iteratur ſcrutinium; tunc enim cenſetur res integra, quia prius ſcrutinium nullum fuit, & ex integro tota electionis ſubſtantia de nouo inchoatur. *Sigiſ. d. dub. 20. num. 9. Samuel.* vbi ſupra *num. 10.*

30 Limitatur verò principalis aſſertio, vt non ſit vera, quando facultas data eſt Compromiſſarijs gratia, & fauore ipſorum, vt ſcilicet, Electores illos honorent. Tunc enim, vt voluit *Gloſſ.* ſupra citata, compromiſſum factum cenſeretur fuiſſe donationem irreuocabilem, vnde non poſſet reuocari *Io. And. & Panor. c. in cauſis,* quos ſequitur *Biax. p. 3. c. 19. nn. 1. Samuel. d. diſp. 3. cont. 5. nu. 2. Sigiſ. dub. mihi 20. n. 6. Gloſſa c. in cauſis verb. Cum res, de elect.* In dubio autem non cenſetur poteſtas data compromiſſarijs in gratiam illorum, illiſque donata *Lanor. c. 19. n. 32.*

31 An autem poteſtas data compromiſſarijs poſſit reuocari tacitè, vel debeat reuocari expreſsè, cum re integra poteſt renocari? Reſpondet ex *Inn. Panor. d. c. in cauſis n. 14. Biax.* vbi ſupra *n. 3.* requiri expreſſam reuocationẽ, & non ſufficere tacitã ſed reuocationem debere intimari Compromiſſarijs arg. *in lege proponebatur ff. de iudic.* Excipit tamen *Panorm.* caſum in quo re adhuc integra Capitulum priùs elegerit, quàm Compromiſſarij inceperint tractare de electione. Cum enim re integra poteſtas remaneat apud Capitulum, vt in *cap. Dudum de præb. in 6.* ſi ergo Capitulum re adhuc integra elegit, iam vſum eſt ſua poteſtate, & locum non habet noua electio Compromiſſariorum, licet illi electionem Capituli ignorent *Biax. nu. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Electores debent expreſſe conſentire in compromiſſum. n. 32.*
2 *In re onerosa, & graui taciturnitas non eſt conſenſus. nu. 32.*
3 *Maxime ſi electores non ſunt interrogati, vt conſentiant. num. 33.*
4 *Maxime ſi tacent ob reuerentiam. n. 34.*
5 *Maxime ſi non datur tempus deliberandi, & reſpondendi. nu. 35.*
6 *An taciturnitas dici debeat conſenſus arbitrarius. numer. 36.*
7 *In illicitis taciturnitas habetur pro conſenſu quantum ad culpam. n. 37.*
8 *Non tamen ſemper. nu. 37.*

32 Quæritur ſeptimò: An compromiſſum ſit validum, ſi compromiſſarij eligantur à ſuperiore, vel ab vno de Capitulo alijs tacentibus, & non repugnantibus? Reſpondetur tale compromiſſum non valere. In rebus enim arduis, & magnæ importantiæ debent omnes ſingillatim interrogari, & conſentire expreſsè; nec in re oneroſa, & graui taciturnitas habetur pro conſenſu. *Panorm. in cap. In cauſis n. 3. Biax. in direc. elect. p. 2, c. 17. nu. 2. Sylueſ. v. electio 2. q. 12, nu. 15. Tabien. v. electio 2. n. 3. Lambert.* de iure *Patron. l. 2. p. 2. quaſt. 2 a. 17. Sigiſ. de Bonon. de elec. dub 22. nu. 1. Samuel. tr. 1. diſp. 3. contr. 8. n. 1.*

33 Et hoc maximè verum eſt, ſi omnes de Capitulo non ſint interrogati, & vocati, vt conſentiant, vel diſſentiant, ſed ſimpliciter in eorum præſentia ab vno quocumque ſit compromiſſum nomine omnium, illis tacentibus, & non contradicentibus; tunc enim manifeſtum eſt compromiſſum non valere. *Felin. in cap. cum omnes num. 12. de conconſtit.* Nam aliud eſt quidpiam fieri in capitulo, & alid fieri capitulariter. *Mohed. decis. 164. alias* 1. de foro competenti. *Seraphin. deciſ. 1247. num. 3.*

34 Idem præcipuè verum eſt, ſi electores tacecerent ob reuerentiam ſuperioris, vel alterius; quæ ita vigeat, vt ſilentium imponat. *Felin. in cap. conſtitutus n. 12. de Appell.*

35 Et idem maximè procedit, etiam ſi ſinguli de Capitulo vocarentur, ſed non daretur eis interuallum, in quo nedum poſſent reſpondere, ſed commodè, & prudenter deliberare, & contradicere, quia taciturnitas poſt reſponſionem non ſtatim habetur pro taciturnitate. *Innoc. in cap. cum in cunctis, de elect. Bal. in cap. cum in veteri n. 1. & 2. de elec.* & ibi *Innoc. nu. 5. Hoſ. num. 5. Imol. num. 5. Butr. n. 7. 15. & 16. Panorm. nu. 7.* Et iterum *Panor. in c. cum nos, num. 1. de hic quæ fiunt à præl.* Gloſſ. *in cap. cum conſuetud. ver. conſenſu, de conſuet. Caputaquen. dec. 222. num. 3. p. t. Felin. in cap. conſtitutus n. 12. de Apell. & in cap. nonne nu. 8. de præſump. & in cap. cum omnes de conſt. Bertach. de Epiſ. l. 3. p. 1. nn. 87. & 88. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 46. nu. 40. & 45. Sigiſ. de elec. dub. 22. n. 4.*

36 Sed tandem licet ſit verum, materiam tacentis declarari ex circumſtantijs facti, & coniecturis, ex quibus iudex poteſt arbitrari, an taciturnitas habenda ſit pro conſenſu, vel diſſenſu, tamen regula generalis eſt, quam tradiderunt DD. ſupra cita-

citati, vt in materia oneroſa, & graui, taciturnitas non ſit habenda pro conſenſu.

37 Nec obſtat dictum Innocentij in *in cap. p. de his, quæ fiunt à maiori p.* dicentis, quid vbi in Capitulo tractatur aliquod illicitum, & damnabile, qui ſunt in capitulo tenentur illud expreſsè contra dicere; quia vt ait *Panor. in d. cap. In cauſis, num. 3.* quem ſequitur *Syl. & Biax.* loco citato, hoc eſt verum quantum ad obuiandum peccato, & vitandam culpam, non verò quantum ad validitatem actus. Immò & addi poteſt, neque ſemper ex taciturnitate incurri culpam, quia ſi loquendo nihil Capitularis proficiat, vt quia à numero ſufficienti vocalium iam negotium illicitum eſt concluſum, non peccat vocalis, qui tacet, & tacendo non debet haberi pro conſentiente.

S V M M A R I V M.

1 *Compromiſſ. vnus non poteſt eligere ſeipſum. numero. 38.*
2 *Etiam ſi iuraſſet eligere meliorem, & ipſe eſſet melior. nu. 39.*
3 *In hoc caſu deberet renunciare Compromiſſo, ſi vellet eligi. nu. 39.*
4 *In ſermone generali loquens non comprehenditur. num. 39.*
5 *Poſſet compromittere facultatem alteri, & ab eo poſſet eligi. nu. 40.*

38 QVæritur octauo. An ſi ſit electus vnus ſolus compromiſſarius, ipſe poſſit eligere ſe ipſum? Reſpondetur non poſſe. Electio enim facta de ſe ipſo non tenet *Gloſſ. in cap. cum in iure, De elect. Syl. v. electio 2. q. 16. n. 19.* & alij DD. communiter Nam nemo debet oriri à ſe ipſo *cap. in ſcrip. 8. q. 1. Tabien. v. electio 2. nu. 4.*

39 Et hoc extenditur etiam ſi compromiſſarius iuraſſet eligere meliorem, & ipſe ſolus euidenter eſſet melior alijs. Quia tunc ambitioſus videretur, & ſemper inhoneſtum eſſet, quòd ipſe ſe eligeret, & ideo eſſet repellendus *cap. in ſcripturis 8. quaſt. 1.* Ideo tunc ſi vellet eligi, deberet renunciare Cõpromiſſo, *Syl. loco citato* Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ex quo iurauit tenetur ſeruare iuramentum, quoniam ipſe non cadit ſub iuramento, ſed intelligitur exceptus; quia in generali ſermone perſona loquens non comprehenditur. *l. inquiſitio. C. de ſolut, & l. qui hæredi ff. de condit & demonſt. & cap. petitio, de iure patronat. Gloſſ. in cap. cum in iure, de elect. Syl. loco citato*

S V M M A R I V M.

1 *Si in forma compromiſſi eſt, vt compromiſ. poſſint eligere ex ſeipſis, valet electio de vno illorum. nu. 40.*
2 *In forma elect. cap. quia propter compromiſſarius electus à medietate ſociorum, non poteſt ſuo voto accedere & nominare ſeipſum. num. 41.*
3 *In forma electionis non ſubdita legi cap. Quia propter electus à medietate, ſi hoc illi conſtet, poteſt ſine nota ambitionis accedere ad illam medietatem, & augere numerum, & fieri electus. num. 42.*
4 *Imo & ad hunc effectu poteſt reuocare votum alteri datum. nu. 42.*
5 *Non tamen ſi ſuo voto fecit, quod alterius electio eſſet à maiori parte Capituli. nu. 42.*
6 *Si in forma compromiſſi eſt excluſiua, ne fiat electio ex ſe ipſis, compromiſſarius non eligitur valide. nu. 43.*
7 *Etiam ſi in forma compromiſſi non exprimatur, poſſunt Compromiſſarij eligere ex ſe ipſis, ſi alias ſint elegibiles. num. 44.*
8 *Ad valorem electionis per compromiſſum ſufficit electio facta à maiori parte Compromiſſariorum. num. 44.*
9 *Etiam ſi electio ex forma compromiſſi deberet eſſe vnanimis, poſſent Cõpromiſſarij eligere ex ſe ipſis, vbi non eſt ſeruanda lex cap. Quia propter. n. 44.*

40 QVæritur nonò. An vbi compromiſſarij ſint plures, poſſint eligere vnum ex ſe ipſis? Duo hic ſunt certa. Primum eſt, quòd ſi in forma compromiſſi eſt, vt electus poſſit eſſe vnus de compromiſſarijs, tunc valet electio, ſi compromiſſarij vnum eligant ex ſe ipſis. Hoc enim expreſsè habetur *cap. Cum in iure 33. de elect.* Immò tunc ſufficit quòd ſit electus a medietate aliorum compromiſſariorum, & ipſe conſentiat electioni. Caſus enim *d. cap. Cum in iure* fuit quòd ex 7. Compromiſſarijs tres elegerunt externũ, & tres vnum de ipſis, & Papa decernit electionem eius eſſe confirmandam, ſi ipſe conſenſerit electioni. Vnde in eo caſu conſenſus electi complet electionem, & facit illam præponderare, vt ſit electio facta à maiori parte. Cum autem valde diſputent DD. ad *dic. cap. cum in iure*, vt explicent quomodo, & qua ratione poſſit electus conſentiendo ſuæ electioni augere numerum, & complere electionem, & quidem ſine ambitionis nota, placet diſtinguere cum *Panor. ibid. n. 5.* Nam vel ſumus in caſu, in quo ſeruanda ſit forma ſcrutinij *c. Quia propter de elect.* & tunc nunquam conſenſus electi auget numerum. Quia electus non poteſt ſe eligere in ſcrutinio, quia tunc cum ignoret ſe electum eſſe, & nominatum, & vocatum à *Deo* & fratribus, ambitioſus eſt, ſi ſe ipſum nominat. Nec publicato ſcrutinio, & inuento, quod eſt nominatus à medietate electorum poteſt conſentiendo augere numerum; quia conſenſus augens numerum debet dari in ſcrutinio, ita vt conſenſus ſuperueniens nihil operetur *d. cap. Quia propter* iuncto *cap. auditis 29. & cap. Eccl. 57. de elec.*

42 Sed ſi in electione non eſt ſeruanda forma *cap. quia propter*, iuxta notata per *Gloſſam in capit. ſicut cum*, & in *cap. is cui de elect. in ſexto*, tunc aut fit electio per vota publica, & in hoc caſu is, qui ſe videt electum à medietate eligentiũ poteſt ſuo conſenſu augere numerum, & reddere illum maiorem medietate; nec eſt ambitioſus, quia ſe videt vocatũ à numero ſufficienti electorum, & in hoc caſu procedit determinatio *d. cap. cum in iure*. Aut electio fit per vota ſecreta, & tunc nullus in ſcrutinio poteſt nominare ſe ipſum, ſed tamẽ publicatis votis, quia in ſimili electione non adſtricta legibus ſcrutinij, *cap. quia propter*, per acceſſum poteſt augeri numerus eligentium, vt fit in electione Papæ, poſſet electus à medietate eligentium reuocare conſenſum ſuum datum alteri, & conſentire electioni de ſe factæ, & conſentiendo augere numerum. Nec obſtat, quòd electio nondum ſit facta, quia eſt in fieri proximo, & facta eſt ſufficienter ex quò eſt facta à medie-

die-

Digitized by Google

dietate. Ita *Panor. ex Gloſſ. & Io. Andrea*, cui conſentit, *Sylu v. electio 2. num. 20. & 23. Tabien. num. 4.* qui etiam bene aduertit, quòd ſi electus ſuo voto dato alteri feciſſet vt ille eſſet electus à mai. parte non poſſet in eius præiudicium illud reuocare, vt conſentiret ſuæ electioni, quia iam ille ex electione acquiſiuit ius.

43 Certum eſt ſecundò, quòd ſi in forma compromiſſi eſt excluſiua, vt ſcilicet nullus compromiſſariorum poſſit eligi ab illis, electio facta de vno illorum eſt nulla; cũ non habeant facultatem compromiſſarij ad eligendum ex numero eorum.

44 Dubium verò eſt, quando in forma compromiſſi, nec expreſsè datur facultas eligendi vnum ex compromiſſarijs, nec facultas iſta expreſsè tollitur, ſed abſolutè compromittitur facultas eligendi, an compromiſſarij poſſint eligere vnum ex ſe ipſis? Negant enim *Tancred. Io. de Deo Gloſſ. Piſanell. Archid. ſuple. & Syluest. v. elect. 2. nu. 21.* ſed affirmant *Archid. Innoc. Hoſt. & Panorm.* quos idem *Syluest.* refert, *Lauor. cap. 19. num. 36.* Sed non video in hoc difficultatem, & ratio prioris opinionis debilis eſt; quando enim dicitur, quod vbi datur abſolutè poteſtas eligendi aliquibus, ita habent poteſtatem omnes; vt duo ſine tertio non poſſint eligere, hoc dato nihil ſequitur; quia non per hoc tenentur iſti omnes eligere vnum & idem, ſed ad valorem electionis ſufficit, quod vnus eligatur à maiori parte illorum, niſi in forma compromiſſi expreſsè caueatur, vt electio non valeat, niſi ſit omnino vnanimis. Ideo ſi compromiſſarij ſint plures, quam duo, omnes eligent, ſed vnus ex illis nominatus à duobus erit electus tanquam nominatus à maiori parte. Vel iuxta caſum *cap. cum in iure*, etiam ſi ſint duo electores, nominatus ab vno, poterit ſuæ electioni conſentire, & conſentiendo augebit numerum. Solum igitur in caſu in quo in forma cõpromiſſi contineatur, vt non valeat electio niſi ſit vnanimis, non poterunt compromiſſarij eligere vnum ex ſe ipſis; quia electio non eſt vnanimis in hoc caſu, niſi electus ſe ipſum eligat. Et nihilominus vbi, vt ſupra dictum fuit, electio non ſit ligata legibus ſcrutinij, *cap. quia propter*, & fiat per vota publica, qui viderit ſe electũ ab omnibus alijs poterit conſentiendo ſuæ electioni facere electionem vnanimem, & electio erit valida. Et hoc idẽ poterit facere ſi inueniat ſe in ſcrutinio ſecreto nominatus ab omnibus alijs, quia tũc reuocãdo conſenſum ſuum datum alteri poterit accedere ad alios, & ſuæ conſentire electioni. Cum enim hic modus accedendi ſit approbatus in dicto *cap. cum in iure*, non eſt vnde negetur poſſe fieri, vbi modus eligendi per acceſſum poteſt habere locum. Et hoc modo conſentiẽdo ſuæ electioni non eſt ambitioſus conſentiens, ſed eſſe poteſt meritorius, ſi cætera requiſita adſint, vt dicunt *Panormitanus, & Syluest.*

SVMMARIVM.

1 *Facultas datã compromiſſarijs intelligitur de idoneo eligendo. num. 45.*
2 *Non tenetur Capitulum acceptare non idoneum electum per compromiſſum. num. 45.*

45 QVæritur decimò. An poteſtas data cõpromiſſarijs intelligi debeat de idoneo eligendo, ita quòd ſi eligant non idoneum electores non teneantur illam admittere? Reſpondere intelligi de idoneo, & Capitulum non teneri acceptare Prælatum non idoneum electum à compromiſſarijs; poteſtas enim illis data, non intelligitur de indigno eligendo, *arg. cap. ſi compromiſſarius de elect. in ſexto. Panorm. in cap. cauſam 8. de elect. num. 4. Gloſſ. ibid. Sylu. ver. electio 2. q. 13. num. 16. Biax. p. 3. cap. 17. num. 4. Lauor. cap. 19. n. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Si maior pars compromiſſariorum eligat indignum, valere electionem minoris aliqui tenent. num. 46.*
2 *Si maior pars compromiſſariorum eligit indignum, facultas redit ad Capitulum. n. 46.*
3 *Etiam ſi ignoranter elegerint. n. 47.*
4 *Si compromiſſarij nulliter elegerint, redit facultas ad Capitulum, ſi ipſum ratam non habeat electionem. n. 47.*
5 *Et ſi compromiſſarij non eligant in tempore ſtatuto à iure, electio deuoluitur ad Superiore. n. numer. 48.*
6 *Si compromiſſ. eligant indignum non puniuntur electores. nu. 49.*
7 *Quæ ſit pœna compromiſſar. eligentium indignum. n. 49.*
8 *Si electus non conſentit electioni, redit facultas ad electores. n. 50*

46 QVæritur vndecimò. An in caſu, quod maior pars compromiſſariorum eligat ſcienter indignum, minor verò pars, vel vnus ſolus dignum eligat, valeat huius minoris partis electio, vel potiùs ceſſet compromiſſum, & electio redeat ad electores. Affirmat enim *Panorm. in d. cap. cum in iure numer. 7.* cui conſentit *Tabien. v. elect. 2. num. 6.* & docet electionem factam à minori parte eſſe validam. Nam maiori parte priuata voce, electio facta à minori parte dici poteſt facta ab omnibus, vt habetur in ſimili in *cap. congregato de elect.* Certum eſt enim, quod etiam compromiſſarij eligentes ſcienter indignum ſunt priuati poteſtate eligendi, vt in *cap. ſi compromiſſarius de elect. in ſexto.* Nec delictum maioris partis debet nocere minori parti, vt poteſtas redeat ad Capit. Nam *cap. illud, ſi compromiſſarius* loquitur, quãdo omnes ſcienter elegerunt indignũ. *Hoſtienſ.* verò tenuit in caſu d. *cap. cum in iure*, in quo data fuerat poteſtas compromiſſarijs eligendi, ita vt vel omnes, vel maior pars conuenirent in vno, poteſtas redeat ad Capitulum, ſi maior pars elegit ſcienter indignum; quia electio digni facta à minori parte, non eſt facta ab omnibus, vel à maiori parte, vt vult compromiſſum. Sed alij abſolutè dicunt poteſtatem redire ad Capitulum, & electionem minoris partis tunc eſſe nullam. Ita ex *Archid. Piſanell. & ſupplem.* tenet *Sylu. v. electio 2. n. 25. Lauor. cap. 21. num. 51.* & ita eſt dicendum. Ex eo enim electores elegerunt v. g. tres compromiſſarios, quia noluerunt ligari ad vnum ſolum electorem, nec ſe

con-

confidere iudicio vnius, & ideo ſi duo eligunt indignum, electio digni facta ab vno non eſt ſecundum formam compromiſſi. Nec fit iniuria illi vni, vel minori parti, quia non tollitur ab ea id, quod illi conuenit, non enim haber aliam poteſtatem, quàm illam, quæ data eſt ab electoribus, qui numero minori maiori parte nullam facultatem dederunt.

47 Addit verò *Sylueſt.num.26.ex cap.ſi compromiſſarius 37. de elect.in ſexto*, redire facultatem eligendi ad Capitulum etiam ſi compromiſſarij elegerint indignum ignoranter, niſi eam Capitulum ratam habeat: idem tenent *Cuch.lib.4.cap.38.* & ex *Sigiſm.de Bononia. Barboſ.ad d. cap. ſi compromiſſarius num.2.* Ex quo *Sylu.* aſſerto deduci poteſt, vt ſi electio compromiſſariorum ex quacumque cauſa ſit ipſo iure nulla, tanquam facta contra formã compromiſſi, ſi eam Capitulum non ratificet, redeat ad eum facultas eligendi, & poſſit iterum eligere non expectato iudicio confirmatoris, ſi tamen remaneat Capitulo tempus eligendi, & non ſit expiratus terminus datus electoribus ad eligendum.

48 Nam ſi Compromiſſarij non eligant in tẽpore ſtatuto, electio deuoluitur ad ſuperiorem *d.cap. ſi compromiſſarius. & Sylu.ibid.Lanor.cap.19. nu.38.* & ideo ſi poſt electionem Compromiſſariorum nullam non remanet de tempore dato electoribus ad eligendum tantùm temporis, vt eligant, electio ad ſuperiorem deuoluitur.

49 Addit ſecundò, *Sylu.* quod ſi Compromiſſarij elegerunt indignum, non puniuntur electores, niſi electionem ratam habeant, ſed puniuntur Cõpromiſſarij pœna lata in *d.cap.ſi compromiſſarius 37 de elect.in ſexto, Rainer.* apud *Barboſam, ibi num.7.* quæ eſt pœna ſuſpenſionis per triennium ab omnibus beneficijs, quæ obtinent in ea Eccleſia, quam eligendo indignum offenderunt. Quæ tamen pœna locum non habet, nec ſi Compromiſſarius ſit Epiſcopus, nec in alia electione quàm Epiſcopi, & ſuperioris Epiſcopo, *d.cap.ſi compromiſſ.*

50 Si etiam electus per compromiſſum non cõſentiat electioni, redit eligendi facultas ad electores *d.cap.ſi compromiſſarius. Cuch. Sigiſmun.& Barboſa num.61.*

S V M M A R I V M.

1 *Niſi Compromiſſarij ſint ligati poſſunt eligere de quocumque loco, quamuis melius ſit, vt cæteris paribus eligant de gremio Eccleſiæ. nu. 51.*

51 Quæritur duodecimò. De quo eligere debeant Compromiſſarij? Et reſpondetur, quòd in hoc ſeruanda eſt forma Compromiſſi, vel legum. Nam ſi vel ex lege communi, aut municipali, aut ex forma conſtituti eſt, vt non eligatur niſi de Collegio electorum, tenentur Compromiſſarij eligere de Collegio. Sed ſi nec à lege, nec à Compromiſſo ſunt ligati, poſſunt eligere perſonam de quocumque loco *arg. in cap.lectis diſt.63. Sylu. vbi ſupra n.26.* Et tamen melius eſt cæteris paribus eligere de gremio Eccleſiæ, *cap.in nomine Domini diſt.23. & cap. quod ſicut, 28. de elect.*

S V M M A R I V M.

1 *Si confirmator eligatur in Compromiſſarium, poteſt ſimul eligere, & confirmare, ſcilicet poteſt inſtitutione eligere, quem vult. n.52.*

52 Quæritur tertiodecimò. An vbi Confirmator eligitur in Compromiſſarium teneatur per diſtinctos actus eligere, & confirmare. Affirmant *Io.And.& Butr. & Panormit. cap. cauſam 8. de elect. num.6. & Sylu. vbi ſupra num.26.* Et ratio eſt, quia eligere, & confirmare tunc conuenit Confirmatori ex diuerſo iure, eligere enim poteſt iure & facultate in eum ab electoribus compromiſſa, ſed poteſt confirmare authoritate propria. Sed puto quòd verior ſit opinio Archidiac. & quòd Confirmator inſtituendo poſſit vnico actu prouidere Eccleſiæ, v.g. quod Epiſcopus compromiſſarius poſſit vnico actu ſimul eligere, & inſtituere Abbatiſſam, & Prouincialis Compromiſſarius poſſit vnico actu inſtituere Priorem. Quoniam ex diſtinctis virtutibus poteſt idem actus prouenire habens ab vtraque valorem: & inſtitutio ſimul eſt electio: & ſuperfluè fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora.

S V M M A R I V M

1 *An Regulares poſſint compromittere in ſuperiorem. num.53.*

53 Quæritur decimoquartò. An Regulares poſſint compromittere in ſuperiorem, & in illum totum negotium electionis reijcere? Affirmant *Peyr. tom.3. cap.3. num.8. citans Panorm.& Gulielm. Benedictum.* & addit *num.9.* non poſſe compromittentes huiuſmodi reuocare mandatum antequam ſuperior prouideat. Sed horum nullum ſubſiſtit. Non quidem primum. Quoniam vt probatum eſt ſupra *cap.1.* per Concilium Tridentinum non poſſunt Regulares eligere per formam compromiſſi. Quamuis, vtibi dictum fuit *num. 64.* poſſint ſubditi cedendo iuri ſuo, vel non eligendo in tempore facere, vt electio deuoluatur ad ſuperiorem. Sed nec ſecundum ſubſiſtit. Quia vt probatum eſt in hoc *cap. q.6.* Compromittentes re integra poſſunt reuocare mandatum, & facultatem datam compromiſſarijs.

C A P V T XXIII.

De electione per communem inſpirationem.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ ſint ſubſtantialia electionis per communem inſpirationem. num. 1.*
2 *Vno recuſante electore non eſt electio per communem inſpirationem. n.1.*
3 *Nec ſi præcedit tractatus ſpecialis. n.1.*

4 *Nec*

4 *Nec ſi præcedit nominatio. n.1.*
5 *In dicta electione etiam vnus tandem eligit vice Capituli. n.1.*

1 QVæritur primò. Quæ ſint ſubſtantialia huius electionis? Reſpond. plura eſſe. Et quidem primò, quod ſit facta ab omnibus electoribus nullo diſſentiente, ita, quòd omnes in eãdem perſonam conueniãt, *Sylu. v.electio 2. num.28. Tabien. v.electio 3.* Secundò, quod hoc fiat ſine præcedenti tractatu de certa perſona, vnde debet eligi is, de quo eligendo nullus præceſſit tractatus. *Hoſtienſ. Io.Andr. Compoſ. Bellam. Panorm. & alij in cap.quia propter, Biax.par.3. cap.16.num.3. Sylu.v.electio 2.num.28.Tabien.v.electio 3. Sigiſm. de Bonon.de elect.dub.2. Baſſæus v.electio num.5.* Hic tractatus tamen, qui prohibetur eſt tractatus ſpecialis. Nam non obſtat tractatus generalis de perſona idonea in communi eligenda. Vel etiam non obſtat, ſi electores tractent de hac, vel illa alia perſona eligenda, ſi excitati repente omnes nullo diſſentiente alium eligant, de quo nulla fuit facta mentio in tractatu. Ideo tertiò, requiritur, vt nulla præcedat nominatio. Nam ſi quis proponitur, vel à Præſide, vel ab alio eligendus, electio cenſetur ex inſpiratione humana. Vnde eſt neceſſe quod electio per inſpirationem incipiat ab aliquo electorum, vel turmatim ab omnibus per verbum eligo, & ſic vno incipiente nulla præuia nominatione, & tractatu, alij omnes ſubſequenter eligant. *Sylu.d.num.28. Sigiſm.d.dub.2.nu.6. Baſſæus d.nu.5.* Requiritur poſtea quartò id, quod eſt eſſentiale in omni electione, ſcilicet quod ex commiſſione & determinatione aut legis, aut Capituli vnus vice omnium eligat, & electionem perficiat, *cap.in Geneſ.55. de elect.Oldrad.conſ.155.Mar.q.1252. num.2. par.1. Tuſc.lit.E.num.8.Sigiſm.d.dub.2. Baſſæus d. num.5. Mirand.tom.2.q.23.art.42.Biax.par.3. cap.16.nu.2.* Quintò autem pro Regularibus (in ſententia eorũ, qui putant hunc modum eligendi non eſſe prohibitum) eſt neceſſarium ex Conc.Trid.ſeſſ.25. cap.26. de Regular. vt electio fiat per vota ſecreta, & quod nomina electorum nunquam publicentur.

SVMMARIVM.

1 *Vno electorum abſente & contempto non poteſt fieri electio per communem inſpirat. nu.2.*
2 *Nec ſi vnus tempore congruo reuocet votum ſuum. num.3.*
3 *Quæ reuocatio poteſt fieri etiam in electione ſecreta per ſchedulas. n.3.*

2 QVæritur ſecundò. An poſſit fieri electio per communem inſpirationem, ſi vnus electorum ſit abſens, & contemptus? Si aliquis contemptus poſt electionem illam ratam habeat, illique conſentiat non ſufficere ad hoc vt electio aliàs vniformis dicatur facta per communem inſpirationem, docent, *Hoſtien. in ſum.de elect.§. Qualiter facienda, ver. Tertia forma, Io.Andr. & Butr. in cap. quia propter, Biax. par.3. cap.16. num.1. Ripa reſponſ.34.de elect.nu.10. Tuſc. lit.E.concl.74.n.2.Rota dicta in Meten.Monaſt.v.neq; opitulatur, ſiu.Sigiſm.à Bonon.de elect.dub.2. num.6.* Et ratio eſt, quia abſens eſt de numero eligentium, & ſi ratam habet alterius electionem, præſumitur hoc facere perſuaſus à facto aliorum, non verò ex Dei inſtinctu.

3 Hinc ſequitur etiam non eſſe electionem per communem inſpirationem, ſi qui conſentit ex primo impulſu motus, dum adhuc poteſt variare votum, pœnitet, & votum reuocat. Quoniam vno voto reuocato electio non eſt amplius omnino vniformis. Quod poteſt euenire etiam in ſcrutinio ſecreto & per ſchedulas, ſi aliquis poſtquàm dedit ſchedulã dicat Capitulo, ſe non perſiſtere in voto dato. Quia ad hoc, vt electio appareat non vnanimis, hoc ſufficit. Sit enim electio ſic facta non apparebit vnanimis, quia in ſchedulis omnibus non fuit idem nominatus, iam euidens eſt, quòd electio non eſt per communem inſpirationẽ. Sed ſi in ſchedulis & in eo caſu dato idem ſit ab omnibus nominatus, ſi ante publicationem ſcrutinij, quis dicit ſe reuocare votum ſuum, nihil intereſt, quòd non poſſit ſciri quæ fuerit eius ſchedula, quia ſufficit, quod ſciatur aliquam ab eo fuiſſe datam, & poſtea reuocatam, & ideo electionem non eſſe vnanimem.

SVMMARIVM.

1 *Electio per communem inſpirationem quando indiget confirmatione. num.4.*

4 QVæritur tertiò. An electio per communem inſpirationem indigeat confirmatione? Indigere quando non conſtat, quòd electio ſit facta inſpirante Deo, non verò ſi id conſtet, vt fuit electio Beati Nicolai, & Ambroſij, tradunt *Sylu. ver. electio 2. num.28. & Tabien. ver. electio 3.* Verùm & ad Superiores ſpectat videre an adſit hæc diuina inſpiratio, *Biax. par. 3. cap.16. num.4.* & electus ſine ſuperiorum ſcientia & permiſſione non debet adminiſtrare.

SVMMARIVM.

1 *Præſens an poſſit eligi per communem inſpirationem. num. 5.*

5 QVæritur quartò. An per inſpirationem poſſit eligi vocalis præſens electioni? Vbi electio fiat publica voce eligi poteſt præſens, ſi ipſe non repugnet, & ſuæ electioni conſentiat, videns ſe vocatum ab alijs. Tum quia non debet præſentia præiudicare electo. Tum quia vox electi non computatur in numerum. *Tabien.v.electio 3.* Sed ſi repugnat electioni maius eſt dubiũ. Et nihilominùs ſi nõ repugnet formæ electionis per quaſi Inſpirationem, ſed ſolùm repugnet electioni ſuæ non pertinaciter, ſed humiliter ſe excuſando, & tandem voluntati aliorum acquieſcẽdo, electio tenet. *Tabien.ibid.* Sed ſi electio ſit ſecreta, ex quo præſens acquieuit formæ eligendi per quaſi inſpirationem, nõ obſtat valori electionis, quòd electus ab alijs non eligat ſe ipſum, ſed alium, vt dictum eſt. Ideo ſi poſtea ſciens electionem ipſe conſentiat prout neceſſe eſt, electio eſt valida. Et ex eo capite, quòd non conſentiret eſſet inualida, non ratione inualidæ formæ eligendi, ſed quia electio nõ valet, niſi electus conſentiat, vt dictum eſt ſupra *cap.20.*

Digitized by Google

CAPVT XXIV.

De Poſtulatione.

S V M M A R I V M.

1 *Antiquitus parua differentia inter electionem, & poſtulationem. num.1.*
2 *Electio & poſtulatio duæ formæ prouidendi Eccleſiæ viduatæ. n.1.*
3 *Per electionem electores conſentiunt in electum tanquam in ſponſum Eccleſiæ. n.1.*
4 *Per electionem acquiritur ius electo, non per poſtulationem. n.1.*
5 *Eligitur, qui non eſt inhabilis, ſed poſtulatur, qui eſt inhabilis. n.2.*
6 *Nec poſtulantes nec poſtulatus poteſt abſolutè conſentire in poſtulationem. n.2.*
7 *Quid ſit poſtulatio. n.2.*

1 SEcundùm iura antiqua non multa differentia erat inter Prælatorum electionem, & poſtulationem, his enim vocabulis indifferenter vtebantur antiqui, vt ex *cap. literas diſt 63. & 61. diſt. §. his omnibus* aduertetunr *Gloſs. in cap. vnico v. eligo poſtulandum. de poſt. in ſexto. Innoc. in cap. vnic. de poſt. Panor. in rubr. de poſt. num. 3.* Sed hodie valde diſtinguuntur; important enim diuerſas fotmas prouidendi Eccleſijs viduatis eſſentialiter diſtinctas, vt ex tituli *de poſtul. & de elect. conſtat.* Nam per electionem electores conſentiunt in electum tanquam in ſponſum Eccleſiæ, *Innoc. in cap. 1. num. 1. de poſtul. Panorm. d. nu. 3. et cap. ſcriptum 40. num. 7. de elect. Tabien. v. poſtulatio nu. 1.* Vnde & electo acquiritur ius ad prælaturam, & ſic electio iuri innititur; ſed poſtulatio innititur gratiæ, & per eam nullum ius acquiritur poſtulato. *cap. poſtulationem 5. de poſtulat.* ibi *Licet ergo per poſtulationem huiuſmodi. nullum ius ſit alicui acquiſitum. Gloſs.* ibi. *ver. nullum. Panormit. n. 1. 2. & 4. Gloſsa in cap. vnic. ver. vera poſtulatio, de elect. in ſexto. Innoc. cap. Gratum 2. num. 4. & cap. Bonæ 4. nu. 7. de poſtul. Panorm. in rubr. de poſtul. n. 2. & cap. 1. num. 4. & cap. 3. num. 16. & in cap. Publicato 58. de elect. numer. 6. Io. Andr. à numer. 17. Anchar. col. vlt. Butr. num 24. Anan. num. 2. Barboſa n. 3. & in cap. cupientes. § Denique de elect. in ſexto. Geminian. num. 2. Franc. num. 1. Cuch. lib. 4. de elect. num. 28. Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 7. Lauor. tit. 4. cap. 19. num. 109. Rendina, Ricc. & Cochier.* apud *Barboſam vbi ſupra, et de iure Eccl. lib. 1. cap. 19. num. 18. Sylu. v. poſtulatio nu. 7. Tabien. nu. 1. Caſtel. de elect. c. 2. n. 1. et alij DD. communiter.*

2 Nam præcipua, & eſſentialis differentia eſt ex parte electi, quòd electus nullum patitur defectum, nec indiget diſpenſatione, vt ſit Prælatus, ideo ex parte eligentium dari poteſt, & datur conſenſus abſolutus, per quem conſentiunt in electũ tamquã in ſponſum Eccleſiæ, & ex parte eorum contrahunt matrimonium ſpirituale Eccleſiæ, cum electo; & propterea electus conſentiens electioni iam habet ius ad Eccleſiam tanquam ſponſus illius. Sed poſtulandus habet defectum vel impedimentum, vt ſine diſpenſatione ſuperioris non poſſit eſſe Prælatus Eccleſiæ viduatæ; vnde nec electores poſſunt abſolutè in illum conſentire tanquam in ſponſum, ſed ſolùm poſſunt ſupplicare ſuperiorẽ, vt illum concedat. Propterea definitur Poſtulatio ex *Hoſt. in ſum. tit. de poſtul. §. quid ſit.* Vt ſit alicuius perſonæ; quæ eligi prohibetur non propter vitium, ſed propter defectum aut impedimentum, quod tamen poſtulatum non omnino inhabilem reddit, ad prouidendum Eccleſiæ concors & certa Capituli facta petitio. *Sylu. v. poſtulatio, nu. 1. Tabien. ibid. nu. 1. D. Anton. 3. par. tit. 19. cap. 3. Caſtell. de elect. num. 1. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 5.* Cum ergo hi duo modi prouidendi Eccleſiæ viduatæ in hoc quidem conueniant, quòd ſpectant ad Capitulum, & nihilominùs eſſentialiter diſtinguantur per ſupradicta. Poſtquam de forma eligendi dictum eſt, remanet vt tractetur de hac alia forma, quæ eſt poſtulatio.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulatio dicitur multipliciter. nu. 3.*
2 *Poſtulatio non ſolemnis eſt ablatio impedimenti, ſed ſolemnis eſt prouiſio facta de ſponſo Eccleſiæ. num. 4.*
3 *Poſtulatio ſimplex fit ad quemcumq; etiam ad laicum, ſi habeat intereſſe in electione, ſed ſolemnis fit ſolum ad ſuperiorem Eccleſiaſticum. numer. 4.*
5 *Poſtulatio ſimplex non fit neceſſario collegialiter, ſicut fit ſolemnis. n. 4.*
6 *Poſtulatio ſolemnis fit intra tempus datum ad eligendum. n. 4.*
7 *Poſtulantibus quomodo non currat tempus. numer. 4.*

3 QVæritur autem primò. Quatuplex ſit poſtulatio? Diuiditur poſtulatio, vt alia ſit de iure communi, & alia de priuilegio. *Caſtel. cap. 2. de elect. num. 2.* Poſtulatio enim, quæ eſt in vſu apud Ord. Prædic. vt dicam infra eſt ex priuilegio. Diſtinguitur etiam poſtulatio in communiter, & iuridicè ſumptam, *Syluest v. poſtulatio num 1.* Nam petitio communiter dicta illa eſt cui conuenit illa definitio. *Goffr.* quod ſcilicet eſt petitiò gratiæ. Sed iuridica poſtulatio eſt petitio iuridica alicui prætori, aut ſuperiori porrecta, quæ cum multipliciter dicatur, vt patet ex lexico iuris *v. poſtulatio*, nunc ſumitur quidem vt importat petitionem aliquam collegialiter factam Superiori, vt Eccleſiæ viduatæ prouideatur de ſpõſo, ſed hoc modo ſumpta diuiditur adhuc in ſolemnem, & non ſolemnem. *Innoc. cap. in cauſis 30. num. 1. de elect. Panormit. cap. 1. num. 34. de poſtulat. Bald. in rubric. de poſtulat. num. 3. Gemin. in cap. vnic. num. 10. de poſtulat. in ſexto. Syluest. ver. poſtulatio. num. 1. Tabien. num. 5. Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 14. Gloſſ. 2. in cap. final. de elect. in ſexto. Dec. in rubric. de poſtulat. num. 12. Lambert. & Sayr.* quos ſequitur *Sigiſm. de Bonon. dub. 113. n. 2. Lezana in ſum. par. 2. cap. 12. nu. 1.*

4 Di-

4 Diſtinguuntur verò hæ duæ poſtulationes multipliciter. Primò ex obiecto, Nam in poſtulatione ſimplici, ſeu non ſolemni poſtulatur, vel aliquod præuium electioni aut poſtulationi ſolemni aut acceſſorium ſponſalitio Eccleſiæ viduatæ, vt v.g. poſtulatur facultas eligendi, vel poſtulandi, vel vbi requiratur conſenſus alicuius, hic petitur. Vt ſi eligendus ſit regularis ad Eccleſiam ſecularem, poſtulatur conſenſus ſuperioris; ſed in poſtulatione ſolemni, poſtulatur ſponſus ipſe; electores enim à ſuperiore petunt illum, quem poſtulant, vt nullo obſtante impedimento detur in Prælatum. Et ſic per poſtulationem ſimplicem poſtulatur directè ablatio impedimenti, quod obſtat ne aliquis liberè ſit Prælatus Eccleſiæ, & quo ablato impedimento, adhuc nihil factum eſt, niſi qui erat impeditus eligatur, vel ſolemniter poſtuletur in Prælatum. Sed in poſtulatione ſolemni poſtulatur directè in Prælatum is, qui nominatur, & ideo ſufficit, vt poſtulatio admittatur, nam ea admiſſa iam Eccleſia ſponſum habet, & poſtulatus eſt Prælatus. Diſtinguuntur ſecundò; quia poſtulatio ſolemnis fit ſolùm apud ſuperiorem, qui poteſt admittendo poſtulationem dare poſtulatum in Prælatum, ſed poſtulatio ſimplex fit ad quemcumque habentem intereſſe, & potentem impedire, ne poſtulatus habeatur, vel ne liberè exerceat Prælaturam, ſicut, inquit *Syl.* ſi Canonici petant ab Abbate, vt eis concedat Monachum eligendum. Ideo tertiò diſtinguuntur, quia poſtulatio ſimplex poteſt interponi etiam apud laicum, ſi habeat in electione alicuius aliquod intereſſe. *Innoc.* vbi ſupra, & poſſit aliquo modo impedire, vel electionem, vel exercitium Prælaturæ electi. Sed poſtulatio ſolemnis nequit fieri niſi ad Prælatum, & ſuperiorem Eccleſiaſticum, qui poteſt Eccleſiæ viduatæ ſponſum concedere. Quartò diſtinguuntur, nam non eſt neceſſe, quòd petitio ſimplex fiat collegialiter, & cum aliqua forma ſolemni, ſed ſufficit vt fiat eo modo, quo poſſit tollere obſtaculum, quod tolli deſideratur, & ſufficit, ſi fiat, vel à toto collegio, vel à parte, vel ab vno de collegio, vel etiam ab aliquo extra Collegium, ſi eo modo poſſit obtineri, vt impedimentum tollatur. Sed poſtulatio ſolemnis eſt canonica forma prouidendi Eccleſiæ viduatæ, quæ fieri debet ab Electoribus collegialiter congregatis, & non niſi ab illis poteſt fieri, qui ius eligendi habent & non niſi ſeruatis legibus canonicis, & ſtatutis. Inde eſt, quinto quod poſtulatio ſimplex poteſt fieri quando magis opportunum videtur, vel ante, vel poſt electionem, aut poſtulationem Prælati *Gloſſ. in cap. vnic. v. eligo in 6.* Quippe non eſt prouiſio per quam prouideatur Eccleſiæ viduatæ, ſed eſt ablatio impedimenti, quod prouiſioni huiuſmodi obſtat. Sed poſtulatio ſolemnis eſt prouiſio de ſponſo, quæ fieri debet intra tempus datũ Capitulo ad eligẽdũ, vt magis explico infra. In præſenti noſter ſermo eſt de poſtulatione ſolemni, de qua aduertit tamen *Innoc. loco citato* Quod vbi ad hoc, vt aliquis poſtuletur neceſſarium ſit poſtulare conſenſum alicuius, poſtulantibus non currit tempus, quia neceſſitas obtinendi hunc conſenſum cenſetur iuſtum impedimentum.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulatio non pendet ab electione, & poteſt dari ſola ſine ipſa. n. 5.*
2 *Priuilegium eſt, quod electores ſimul eligere poſſint & poſtulare. nu. 5.*
3 *Etiam in Ord. Prædicatorum poteſt dari ſola poſtulatio ſine electione. num. 5.*

5 QVæritur ſecundò. An poſſit dari poſtulatio ſine electione. *Caſtel. cap. 2. n. 4.* ait, quòd hodie rarò, aut nunquam fit poſtulatio ſine electione præuia præcipuè in Ord. Prædicatorũ. Verùm dicitur, quòd poſtulatio ſolẽnis non pendet ab electione, & quòd eſt modus eligendi diſtinctus ab electione, & ab ea ſeparatus, vt ex *tit. de poſtulat. & de elect.* conſtat, & DD. omnes docent. Vnde vbicumque prouidere de Prælato competit Capitulo, poteſt Capitulum ad libitum vti electione, vel poſtulatione prout hic, & nunc videt quòd melius eſt Eccleſiæ viduatæ, Et immò priuilegium ſpeciale eſt, vt poſſit ſimul cum electione vnius haberi poſtulatio alterius perſonæ; hoc enim contrarium eſt iuri communi. Et hoc eſt priuilegium conceſſum Ord. Prædicatorum, vt infra explico. Sed tamen etiam hic ordo, ſi vellet ſine electione vnum ſolum poſtulare, id poſſet facere. Quia priuilegium illi conceſſum, vt ſimul cum electione poſſit poſtulare, non repugnat facultati, quam quodlibet collegium habet, vt ſi poteſt eligere, poſſit etiam relicta electione poſtulare.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulatio acceptata habet vim electionis, & confirmationis. n. 6.*

6 QVæritur tertiò. Quis nam ſit effectus poſtulationis? Cum enim, vt dictum fuit poſtulatio innitatur gratiæ, & poſtulato nullum tribuat ius ad Prælaturam, quid illi confert? ſeu quem effectum habet? Reſpondetur, quòd poſtulatio habet effectum ſupplicationi proportionatum. Nam ſi digna eſt, vt exaudiatur, admittitur; admiſſa verò habet vim electionis, & confirmationis, & poſtulato dat ius nedum ad rem, ſed in re, ac ſi eſſet electus, & confirmatus. *Innoc. cap. 1. n. 1. de poſt. Panorm. in rubr. nu. 1. & cap. 1. num. 34. & cap. 2. nu. 13. eod. titulo & cap. ſcriptum 40. nu. 7. de elect. D. Anton. 3. p. tit. 19. cap. 3. §. 1. Sylu. v. poſtulatio num. 6. Tabien. n. 5. Barboſ. cap. poſtulationem 5. nu. 3. de poſtulat.*

S V M M A R I V M.

1 *Poteſt poſtulare, qui poteſt eligere. n. 7.*
2 *Compromiſſarius ad eligendum poteſt poſtulare. numer. 7.*
3 *Procurator ad eligendum poteſt poſtulare, ſed procurator ad proſequendam cauſam electionis non poteſt proſequi cauſam poſtulationis. num. 7.*
4 *Præſcribens ius eligendi, præſcribit ius poſtulandi. numer. 7.*

Digitized by Google

7 QVæritu r quarto. Quis poſſit poſtulare? Regula geneealis eſt, vt is poſſit poſtulare, qui poreſt Eligere. *Cap. innotuit* 20. *de elect. Innoc. cap. In cauſis* 30.*num.*1. & ibi *Panorm.n.*10.*de elect. D. Anton.* 3 *par.tit.*19.*c.*3.§.1. *Hoſtien.in ſum.tit.de poſtul. Syln.v. poſtulatio nu.*4. *Tabien.num.*4. *Caſtell.cap.*2. *de elect. num.*2. *Barboſa cap. bonæ* 4.*n.*5.*de poſtul.* Ideò cum ſupra *cap.*10. poſitæ ſiut multæ, conditiones neceſſariæ ad hoc, vt quis legitimè eligat, ille etiam ſunt neceſſariæ ad hoc, vt quis legitimè poſtulet; quia indignus ad eligendum eſt etiam indiguus ad poſtulandum. *Bald. cap.p.n.*20. *de poſtul.* Eſt vero adeo verum, quòd qui poteſt eligere, poteſt poſtulare, vt compromiſſarius datus ad eligendum intelligatur etiam datus ad poſtulandum. *Gloſſ.in cap.in cauſis* 30.*v.poſtulatio, de elect. & ibid.aduertit Bald.n.*5. quod licet procurator ad eligendum poſſit poſtulare, tamen procurator datus ad proſequendam electionem, non poteſt proſequi poſtulationem. Quia illæ datur ad petendam iuſtitiam, non verò gratiã. Et non poteſt procurator extendere mandatum ſuum ad diuerſum genus cauſæ *l. maritus C. de procurat.* Ex his etiam ſequitur, quòd præſcribens ius eligendi præſcribit etiam ius poſtulandi; quia poſtulatio eſt quaſi pars electionis. & per poſtulationem peruenitur ad effectum electionis. *Panorm.c. bonæ* 4.*nu.*4.*de poſtul.*

S V M M A R I V M.

1 *In poſtulatione tutius eſt ſeruare formam ſcrutinij cap. Quia propter, ſed non eſt neceſſarium. n.*8.
2 *Apud Regulares poſtulatio neceſſario fieri debet per vota ſecreta, nu.*8.

9 QVæritur quintò. An in poſtulatione ſeruanda ſit forma *cap. Quia propter*, De electione? Affirmant *Innoc. cap. In cauſis* 30.*num.*1.*de elect. Tabien.v.electio nu.*19. .. *v.poſtulatio n.*1. & 5. Sed quàmuis hoc proculdubio ſit tutius, nihilominùs poſtulationem ſolemnẽ non eſſe ligaram legibus ſcrutinij *c. Quia propter*, tenet *Hoſt.in ſum.de poſt.n.*10. *D. Anton.*3. *p.tit.*19.*cap.*3.§.1. *Gemin. cap.vn.n.*9. *de poſt.in* 6. & apud eum Io. *And.* & *Imola Syln.v.poſtulatio n.*2. Et verè in rigore iuris hoc verius dicitur; Cum enim poſtulatio gratiæ innitatur, ſufficit quòd in Capitulo ab electoribus collegialiter congregatis nullo electorum contempto habeatur, & ſic ſuperiori conſtet de voluntate eligentium, & ſupplicantium. Vnde poſtulatio etiam per publica ſuffragia fieri poſſet. Non tamen apud Regulares propter decretũ Con.Trid.*ſeſſ.*25.*c.*6.de Regularibus mens, enim Cõſilij eſt, vt in prouiſionibus ſuperiorum Regularium ſeruetur ſecretum, & loquitur Concilium de electione communiter; vnde iuxta declarationem Sac. Congregationis loquitur etiam de poſtulatione, & voluit conſulere libertati dantium ſuffragium in omnibus prouiſionibus ſuperiorum. At verò ſpectata ſola lege *cap. Quia propter* electio per compromiſſum, & per inſpirationem non eſt neceſſario ſecreta.

S V M M A R I V M.

1 *Sufficit aliquem eſſe poſtulatum à maiori parte. numer.*9.
2 *In poſtulatione per vota ſecreta debet fieri publicatio ſcrutinij. nu.* 10.
3 *In poſtulatione debet fieri collatio. num.*10.

9 QVæritur ſextò. An ad valorem poſtulationis ſufficiat poſtulatum eſſe à maiori parte. *Bald.in rub. de poſt. num.*3. videtur tenere oppoſitum. *Et Hoſtien.* apud *Panorm.* voluit, inferiorem Papa non poſſe admittere poſtulationem factam à maiori parte capituli, niſi ſit ſaltem à duabus partibus. Nihilominùs vera eſt ſententia oppoſita, quia nimirum ad valorem electionis ſufficit, quòd aliquis ſit poſtulatus à maiori parte; & talis poſtulatio à quocumque aliàs habente facultatem confirmandi electionem & diſpenſandi ſuper defectu poſtulati poteſt admitti; cum ſit valida, & ſubſiſtens. *Hoſtien. in ſum.tit.de poſt.n.*10. *Panorm.in cap.bona* 3. *de poſt. nu.*12. *Sylu.v.poſtulatio num.*2. *Azor.p.*2.*l.*8. *cap.*17. *q.*3. *Lauor.de elect.c.*14.*n.*7. *Caſtell.cap.*2.*nu.*8. *Barboſ. de iure Eccleſ.l.*1.*cap.*19 *num.*12.

10 Inde eſt, quòd vbi poſtulatio fiat ſecretè, debet publicari ſcrutinium per aliquem, vt ſciri poſſit, an poſtulatus ſit aliquis à maiori parte. Et etiam ſemper debet fieri collatio numeri ad numerũ & etiam reſpectiue meriti ad meritum, & zeli ad zelum, vbi maior pars non præſumitur ſanior, ſed eſt neceſſe, vt poſtulatus ſit nominatus à maiori, & ſaniori parte, vt de iure communi eſt neceſſarium, & tenet *Hoſtien. loco citato.*

S V M M A R I V M.

1 *Si ſeruatur in poſtulat. forma Cap. Quia propter debet fieri decretum poſtulationis. n.*11.
2 *Hoc facere eſt tutius. nu.*11.
3 *Si fiat non impediuntur electores, quin poſſint reſilire a poſtulatione. num.*11.

11 QVæritur ſeptimò. An ſit neceſſaria cõmunis poſtulatio, ſeu poſtulationis decretum per verbum ſingulare *ego poſtulo &c.* Nedum huiuſmodi communis poſtulationem non eſſe neceſſarium ſentit *Sylu. v. poſtulatio*, ſed ſi poſtulatio fiat in ſcrutinio electionis putat, quòd electores non poſſint reſilire à poſtulato, licet poſſint alij poſtulari. Sed econtra quòd debeat fieri poſtulatio cõmunis per vnum, qui nomine omnium dicat *ego vice præſentiũ poſtulo, &c ex Archid. Affirmat. Gemin.in cap.vn.n.*9.*de poſt.in* 6. Depẽdet huius quæſ. reſolutio ex reſolutione quintæ. Vbi enim ſeruanda ſit in poſtulatione forma ſcrutinij *cap. Quia propter*, ſine dubio neceſſe eſt, vt vnus nomine collegij poſtulet; quoniam huiuſmodi communis electio, aut poſtulatio eſt de ſubſtantia talis modi, & formæ eligendi, vt explicatum eſt ſupra *cap.*19. Et in hoc ſenſu loquitur *Gemin.* Et ſic facere eſt proculdubio abſolutè tutius, & ſecurius. Sed vbi non fiat, non per hoc iudicanda erit inualida poſtulatio; ſufficit enim quòd vota poſtulantium dirigantur ad ſuperiorem, qui cum

Digitized by Google

ab eo gratiam petant, non iuſtitiam, ſuperioris erit poſtulationem admittere ſi velit. Et nihilominùs vbi talis communis poſtulatio fiat, non minùs poſſunt poſtulantes ab eorum poſtulatione reſilire, quã poſſent, ſi nullum decretum poſtulationis huiuſmodi interponerent, vt infra explicatur,

S V M M A R I V M.

1 *Electores tenentur intra terminum iuris præſentare poſtulationem poſtulatio. n.12.*
2 *Poſtulatus tenetur intra terminum iuris explicare mentem ſuam. nn.12.15.*
3 *Poſtulatus non cogitur conſentire. num.12.*
4 *Poſtulatus non poteſt conſentire conſenſu abſoluto, poteſt conſenſu conditionato. n.13.*
5 *Epiſcopus poteſt conſentire, & diſſentire poſtulationi quantum ſit ex parte ſui. nu. 14.*
6 *Aliud eſt diſsentire Papæ præcipienti, vt quis ſit Epiſcopus, quòd non licet, aliud eſt diſsentire Capitulo eligenti, quod licet. num.13.*
7 *Poſtulatus intra menſem nec conſentiens, nec diſſentiens, non incidit in pœnam cap. Quam ſit: quia nullum ius habet, quod perdat. n.15.*
8 *Tamen cenſetur diſsentire, & ex hoc poteſt non admitti eius poſtulatio, nn. 15.*

12 QVæritur octauò. Qualiter ſe habere debeat poſtulatus, an ſcilicet conſentire debent poſtulationi, vel non, & quid agere debeat, cum ei poſtulatio notificatur? Dicitur primò, quòd poſtulantes tenentur poſtulationem præſentare poſtulato intra terminum iuris, & poſtulatus intra menſem tenetur explicare mentem ſuam, & modo quo poteſt, & ſibi licet, ſaltem dicendo, quòd non diſſentit, vel diſſentit *Cap. Quam ſit. 6. de elect. in 6. Gloſs. in cap. Cupientes 16. §. Denique, v. conſenſum, de elect. in 6.* Cũ enim finis legis ſtatutæ, in *d. cap. Quàm ſit,* fuerit ne Eccleſiæ ob diuturnam vacantiam patiantur iacturam, ideo lex illa ad omnem vacantiam, & omnem modum prouidendi Eccleſiæ vacanti ſe extendit, & ſub nomine electionis venit etiam poſtulatio, quæ loco electionis ſuccedit, & in hoc ſub eadem prorſus ratione, & fine legis cadit. Quamobrem, & poſtulantes intra terminum iuris intimare debent poſtulationem ipſi poſtulato, & poſtulatus intra menſem debet ſenſum ſuum aperire. Dicitur ſecundò quòd licet poſtulatus non teneatur conſentire poſtulationi, poteſt tamen id facere ſi vult. Primum horum habetur expreſsè *cap. cupientes 16. §. denique de elect. in 6.* ibi *nec ſuis poſtulationibus præſtare conſenſum &c. teneantur.* Cum enim per poſtulationem non acquiratur ius poſtulato, non eſt vnde neceſſitetur ad conſentiendum, ne ius amittat. Et cum poſtulantes non conſentiant in poſtulatum conſenſu abſoluto tanquam in ſponſum; cum id facere non poſſint, eò quia poſtulstus eſt impeditus, & ſine diſpenſatione non poteſt deſponſari cum illa Eccleſia, non eſt vnde ipſe poſtulatus teneatur præſtare ſuum conſenſum abſolutum, & firmum. Non ergo tenetur conſentire. *Gloſſ. in d. cap. cupientes v. denique & v. conſenſum. Gemin. ibid. n. 2.*

13 Sed quantùm ad alteram partem controuerſia eſt. Nam quidam dicunt, quòd poſtulatus non poteſt poſtulationi conſentire *Panorm. cap. fin. nu. 11. de poſtu.* Quia cum nullum ius habeat ad prælaturam, notaretur ambitione ſi conſentiret. Sed ex *Archid.* meliùs affirmat *Gemin. d. cap. Cupientes §. Denique num. 2.* Quia cum iam ſit vocatus à Capitulo eum poſtulante, ideoque & præſumatur vocatus à Deo; non eſt ambitioſus ſi conſentiat. Verum tamen eſt, vt *Gemin.* aduertit, quòd eius conſenſus non initiat matrimonium ſpirituale, nec debet eſſe conſenſus abſolutus, cum ipſe non poſſit eſſe illius Eccleſiæ prælatus ſine diſpenſatione, Ideo vtraque opinio vera eſt; quia poſtulatus non poteſt conſentire conſenſu abſoluto, cum non poſſit eſſe ſponſus ſine diſpenſatione. Poteſt verò conſentire quantùm ſit ex ſe ipſo.

14 Speciali autem quadam ratione de Epiſcopo ad aliam Eccleſiam poſtulato dicunt quidam, quòd non poteſt nec conſentire, nec diſſentire, ſed debet dicere nec conſentio, nec diſſentio, ſed in hoc me voluntati Domini Papæ ſuppono. *Gulielm.* quem refert *Gloſs. d. v. conſenſum. Panor. d. cap. fin. nu. 11. de poſt. D. Anton. p. 3. tit. 19. c. 3. §. 1. Sylu. v. poſtulatio nn. 11.* Huius ratio ex *Io. And.* redditur à *Panor.* quia Epiſcopus non habet in hoc conſenſum, aut diſſenſum; quia ex quo paſſus eſt epiſcopari, poteſt etiam inuitus transferri ad aliam Eccleſiam. Sed dicendum eſt cum *Archid. & Gemin.* citatis, & abſolutè ſine limitatione dicentibus poſtulatum poſſe conſentire, ſi velit, quòd Epiſcopus poteſt, & conſentire, & diſſentire translationi ſuæ de Eccleſia propria ad aliam. Nec debet hic inſeri quæſtio, an Papa poſſit cogere Epiſcopum ad hoc, vt ab vna ad aliam Eccleſiam tranſeat. Nam & communis opinio eſt, quòd etiam poteſt cogere ad Epiſcopatum primò ſuſcipiendum, vt ſupponit *D. T. 2. 2. q. 185. a. 2.* & ibi id probaui. Sed aliud eſt diſſentire Papæ præcipienti alicui, vt ſit Prælatus, & aliud eſt diſſentire Capitulo eligenti, vel poſtulati, ad Prælaturam. Primùm non licet. Sed ille non eſt diſſenſus, de quo loquimur. Sed ſecundum licet, ſi adſit iuxta cauſa. Et in foro fori electus, aut poſtulatus non cogitur conſentire electioni; in foro verò conſcientiæ alia res eſt, & iuxta circumſtantias facti poteſt eſſe, aut non eſſe peccatum, vt in eo articulo explicat D. T. Quidquid igitur ſit an Epiſcopus poſſit à Pontifice cogi ad aliam Eccleſiam ſuſcipiendam, poſtulationi de ſe ſactæ, ad aliam Eccleſiã, poteſt ſi vult, modo ſupradicto conſentire, aut diſſentire, & per verbum *conſentio*, aut *diſſentio*. Et in foro conſcientiæ negotium hoc ex circumſtantijs erit menſurandum, quæ poſſunt eſſe tales, vt poſtulatus teneatur conſentire, vel etiam diſſentire expreſsè, vel nec conſetire, nec diſſentire.

15 Tenetur tamen poſtulatus intra menſem, vt de electo *cap. 19.* dictum eſt, ſuam mentem explicare ne Eccleſia diu vacet, & vel diſſentire, aut ſaltem dicere quòd non diſſentit, ſed ſe ſuperioris arbitrio ſubmittit. *Panor. d. cap. fin. n. 11. de poſtul. Et Gloſſa ſupra citata.* Et nihilominùs, ſi iſte poſtulatus intra menſem nec conſentiat, nec diſſentiat, non incurrit pœnam latam in *d. cap. Quàm ſit,* quæ eſt priuatio iuris acquiſiti in electione; quia ipſe nullum ius ex poſtulatione acquiſiuit. Superior tamen ex ea negligentia poterit accipere motiuum, vt neget gratiam, & poſtulationem non admittat. Quoniam poſtulatus ex ea negligentia cenſetur diſſentire,

re,

re, & amiſiſſe etiam illud tale quale ius æquitatis, qua honeſtum eſt poſtularionem honeſtam admitti Vt hoc modo lex dicti *cap. Quam ſit* reſpectu poſtulati ſit nedum directiua, ſed quodammodo coactiua.

SVMMARIVM.

1 *Antequam poſtulatio ſit præſentata ſuperiori, electores poſſunt reſilere. num.16.*

3 *Etiam publicato ſcrutinio, & poſtulatione completa, & publicata. nu.16.*

4 *Etiam ſi poſtulationi poſtulatus conſenſerit. numer.17.*

5 *Etiamſi poſtulantes promiſerint, ſe non receſſuros. num.17.*

6 *Si poſtulantes faciant poſtulatum ordinari,et poſtea alium eligant, valet electio. n.17.*

7 *Si poſtulatio ſit præſentata, non poſſunt poſtulantes reſilire. n.18.*

8 *Id tamen poſſunt, ſi ſuperior conſentiat. nu.18.*

9 *In foro conſcientiæ ſine iuſta cauſa non poſſunt poſtulantes reſilire. n.19.*

10 *Si poſtulatus fecit expenſas de conſenſu eligentium tenentur electores, ſi recedunt à poſtulatione, illas reſtituere. n.20.*

11 *Si electores faciunt aliquem ordinari, et poſtea aliũ eligunt illo ordinato & à poſtulatione recedunt, tenentur illi de ſubſidio, unde viuat. n.21.*

12 *Si tamen ipſi fuerunt cauſa damni ipſius ordinati. num.21.*

16 QVæritur nonò. An poſtulantes poſſint à poſtulatione & poſtulato reſilire poſtulationem reuocare, & alium eligere, & poſtulare? Duo in hac parte certa ſunt. Primum eſt, quòd re integra, nimirum antequam poſtulatio ſit præſentata ſuperiori, poſſunt ab ea reſilere electores, & ad aliam, vel electionem, vel poſtulationem procedere. *Gloſs. cap. in cauſis 30. v. diffidere de elect.* & ibi *Panorm. num.13. Innoc. nu.3. Item Innoc. cap.1. num.1. de poſt. Panorm. cap. bonæ 3. num.8. & cap. bonæ 4. num.1. & 23. & cap. poſtulationem 5. nu.1. & 4. de poſtul.* & ibi *Bald. n. 2. & cap. publicato 58. num.5. de elect. & ibid. Io. Andr. num.17. Barboſa num.3. & alij Canoniſtæ communiter Lauor. cap.19. num.109. D. Anton. par.3. tract.19. cap.3. §.1. Sylu. v. poſtulatio num.8. Tabien. num.1. & v. electio, num.1. Barboſa de iure Eccleſ. lib.1. cap.19. numer.13.* quidquid dixerit *Gloſſa in cap. bonæ 4. de poſt. v. diffidere, vbi ſentit,* quod publicato ſcrutinio non poſſunt variare poſtulantes. Non intereſt enim, quòd fuerit publicatum ſcrutinium, immò quòd facta fuerit communis poſtulatio, ideoque poſtulatio completa; quia cum poſt poſtulationem nullum ius acquiratur poſtulato, non ſit contra ius illius, ſi poſtulantes varient. Et ideo poſtulantes validè recedunt à poſtulatione ſi id faciunt antequam poſtulatio ſit præſentata ſuperiori. Nec ſufficit, quòd miſerint nuncium ad Superiorem, quia illum poſſunt reuocare antequam ad ſuperiorem præſentata fuerit poſtulatio. *Syluest. & Tabien. vbi ſupra* ex *Innocent.*

17 Sed quid dicendum, ſi electores præſentauerunt poſtulationem poſtulato, & ille poſtulationi conſenſit? Dubium hoc non vidi ab aliquo tractatum, ſed Doctores ſupra *numer.16.* citati abſolutè docent, & ſine expreſſa limitatione aſſerunt poſtulationem nondum præſentatam ſuperiori poſſe reuocari. Sed facit difficultatem, quia licet poſtulatio non det ius ad Prælaturam, ad illam tamen parat viam, & dat veluti poſſe proximum tantum, ac tale, vt non deſint, qui dicant Superiorem teneri poſtulationem admittere ſi ſit concors & Eccleſiæ vtilis, ac neceſſaria. Hoc igitur poſſe proximum dignum æſtimatione, ſi donetur, & donatio acceptetur, quomodo poteſt reuocari, ſi donatio acceptata eſt irreuocabilis, & obligat in conſcientia, vt communiter docent Theologi & Iuriſconſulti? Si igitur poſtulatus præſentata ſibi ab electoribus poſtulatione conſentiat, videtur, quod non poſſunt amplius electores à poſtulatione deſiſtere. Sed dicitur, obiectionem non vrgere; quia nec ex primaria intentione poſtulantes donant poſtulationem poſtulato, nec adinuicem conueniunt, & ſe obligant; vnde & poſtulatus ſi conſenſit poteſt diſſentire, & econtra, ſi res ſit integra: ſed poſtulantes directè agunt ad bonum Eccleſiæ, ex cuius intuitu propterea variare poſſunt, antequam poſtulatio ſit præſentata. Conſenſum enim poſtulati requirunt electores non tanquam cum eo paciſcentes, & conuenientes, ſed quia ad hoc, vt gratia obtineatur à Superiore, oportet vt ille non diſſentiat. Immò *Bald. cap. poſtulationem 5. num.2. de poſtul.* aſſerit, quòd electores poſſunt recedere à poſtulationes, etiam ſi promiſerint, ſe non receſſuros; quia poſtulatio debet eſſe libera re integra. Vnde eſt, quòd etiam ſi electores aliquem poſtulent, & ſub hac ſpe illũ faciant ordinari, & poſtea alium eligant, tenet iſta electio, quia illi poſtulato nullum ius fuerat acquiſitum. *Gloſſa in cap. Oſius. §. ſed aliud eſt 61. diſtinct.* Et fauent *Panorm. cap. bonæ 3. num.16. de poſtul. & Sylu. v. poſtulatio n.9.*

18 Certum verò eſt ſecundò, quod adhuc præſentata poſtulatione, ſi ſuperior ipſe conſentiat, poſſunt electores de Superioris conſenſu à poſtulatione reſilire. *Panorm. cap. bonæ 4. num.12. & 23. de poſtul. Sylu. v. poſtulatio num 8.* Et ratio eſt, quia cum poſtulatio præſentata ſuperiori non poſſit reuocari ob reuerentiam ſuperioris, & quia tunc res non eſt integra, ſed intrauit ius ſuperioris, ad quem ſpectat, ſi velit, admittere poſtulationem, ſi ſuperior ipſe conſentiat, & iudicet appellationem, non admittere, ſed concedere electoribus, vt ab ea recedant, id fieri poteſt validè: nec ſit contra ius acquiſitum à poſtulato; quia nullum ius acquiſiuit ex poſtulatione.

19 In foro tamen conſcientiæ non poſſunt electores ſine iuſta cauſa à poſtulatione recedere, quoniam nequit negari, quin in hoc foro quidquid non ſit ex cauſa rationabili, & ſine, honeſto peccatum ſit, & præterea de facili contingere poteſt, vt hæc variatio ſine cauſa iuſta facta ſit in præiudiciũ honoris, & reputationis poſtulati, & ex conſequẽti ſic variantes tenentur poſtulato de iniuria, quam illi inferunt variando *Gloſſ. cap. bonæ 3. ver. in tanta, & cap. poſtulationem 5. v. nullum. de poſtul. Bald. cap. publicato 58. de elect. nu.5.* Præterquam quòd puerile ſit hodie concedere, & cras pœnitere. *Rota deciſ.33. num.18. de præb. in antiq. Barboſ. ad cap. publicato 58. de elect. nu.4.*

2 An autem ſi poſtulatus fecit aliquas expenſas

Digitized by Google

ſis de conſenſu poſtulantium teneantur poſtulantes ad eas reſtituendas? Negant *Panormit. cap. bonæ 3. num. 16. & cap. bonæ 4. num. 13. de poſtul. & citato Innoc. Syl. v. poſtulatio, num. 9.* quia cum non haberet ius ad poſtulationem ambitionis fuit, ſi expendit. Sed hæc ratio infirma eſt. Tum quia nec poſtulatus notari debet ambitionis, ſi procuret admitti poſtulationem, cum ipſe non ſe intruſerit in negotio illo ex ſe ipſo, ſed vocatus à Capitulo, & ideo etiam præſumptiuè à Deo. Tum quia eſto in expendendo fuiſſet ambitioſus, non per hoc amiſit ius ad pecuniam, quam expendit pro negotio, quod erat negotium etiam poſtulantium, de quorum cõſenſu expenſas fecit. Et ideo poſtulantes, ſi recedant à poſtulatione teneri ad reſtitutionem expenſarum, quas de eorum conſenſu fecit poſtulatus, apud eundem *Syluef.* tenuerunt. *Dire. lib. 2. Petr. de Sap. cap. penult. de poſtul. & Io. diſt. 61. §. ſed aliud.* Quia poſtulantes variando fuerunt cauſa, quòd poſtulatus inutiliter expenderit, & ſic variando intulerunt ei præiudicium expenſarum. At verò non licet variare in alterius præiudicium. Regula *mutare, de reg. iuris in ſexto.* Huic verò ſententiæ fauet, *cap. Cupientes 16. §. Denique de elect. in ſexto.* Vbi decernitur non pertinere ad poſtulatos facere expenſas aliquibus pro obtinenda admiſſione poſtulationis.

21 Sed quid, ſi poſtulantes fecerunt ordinari poſtulatum, & poſtea alium poſtularunt, vel elegerunt, teneantur ne poſtulato de ſtipendio conuenienti, vnde viuat, ſi à poſtulatione recedant? *Syl. dicto num. 9.* tenet eos ad id, non teneri, fatetur tamen quòd ſi electores fecerunt aliquem ordinari, vt eum eligerent, & eo ordinato elegerunt alium, quòd tenentur ei de ſtipendio, vt habeat vnde viuere poſſit, ex quo fecerunt eum ſic ordinari. Et hoc tenet etiã *Panorm. d. cap. bona 3. num. 16. de poſtul.* Sed non video diſcrimen ſolidum inter hos caſus. Nam quòd electus acquirat ius per electionem, non verò poſtulatus, hoc reſpicit Prælaturam ad quam quis eligitur, aut poſtulatur, & quæ non poteſt variando auferri ab electo, ſed poteſt à poſtulato. Sed ius naturale conuenit tam electo, quàm poſtulato, vt non patiatur damnum in proprijs ex cauſa tam poſtulationis, quàm electionis: & ex lege naturæ eſt, vt teneatur ad reſtitutionem, qui eſt cauſa damni alterius. Et ideo ſi poſtulantes qui fecerunt poſtulatum ordinari, & eo ordinato variant, ex eorum variatione ſunt cauſa, quòd ordinatus non habẽs alias vnde viuat, patitur damnum, tenentur de damno dato, idque tenentur illi de ſtipendio competenti, ſi variatio fuit cauſa huius damni. Et ita hanc partem tenet idem. *Dire. lib. 2.* apud *Syl.* & fauet *Gloſſa in cap. Oſius 61. diſtinct. & cap. Paſtoralis, de iure patronatus.* Verum eſt, quod attendi debet an poſtulantes ſint cauſa damni. Nam ſi poſtulatus ipſe ſub ſpe admiſſionis poſtulationis procuret ordinari, & ordinetur, ſibi inculpet, ſi paritur damnum; quia ſciens poſtulantes poſſe recedere à poſtulatione, non debebat ordinari, & tunc ad Epiſcopum ſpectaret illi prouidere, qui talem ordinauit ſine titulo. Sed ſi electores fuerunt cauſa damni, quia v.g. promiſerunt illi, quòd non variarent, & induxerunt illum ſub hac ſpe, & promiſſione vt ordinaretur, & poſtea à poſtulatione recedunt, tunc & tenetur Epiſcopus, qui illum ſine titulo ordinauit illi prouidere, & tenentur electores, qui illum deceperunt ad idem præſtandum: Sed ſi electores non fuerunt cauſa, vt ille ordinaretur, ideoque variando non fuerunt cauſa damni illius, ad nihil tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio eſt populo publicanda. nu. 22.*

22 Quæritur decimò. An poſtulatio, ſit populo publicanda poſtquam fuit facta. *Syl. c. in cauſis 30. n. 1. de elec.* vult quòd poſtulatio debeat publicari Capit. non tamẽ populo, & tamen poteſt tolerari, quòd eſt de conſuetudine, vt ſolemniter fiat poſtulatio, & etiam coram populo. Et ex *Archid.* hanc eſſe conſuetudinem, & ſtylum curiæ refert *Gemin. cap. vnic. num. 9. de poſtul. in ſexto.* Sed certè aliqua publicatio neceſſaria eſt per quam poſtulatio populo innoteſcat, vt poſſit pro ſuo intereſſe agere, apud ſuperiorem & contra poſtulatum excipere, ſi non iudicetur Eccleſiæ idoneus, vt dictum eſt ſupra de publicatione electionis. *cap. 19. q. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Decretum poſtulationis totum proceſſum illius cõtinere debet. n. 23.*
2 *Debet continere omnes defectus poſtulati. n. 23.*

23 Quæritur vndecimò. Quale debeat eſſe decretum poſtulationis ſcriptum, quòd ad Confirmatorem tranſmittitur? Reſpondetur quòd præter ea requiſita, quæ ſunt neceſſaria, vt faciat fidem, de quibus ſatis dictum eſt ſupra *cap. 21.* debet hoc decretum continere totum poſtulationis proceſſum. *Caſtell. cap. 2. de elect. num. 13.* Sed in ſpecie debet expreſsè continere omnes & ſingulos defectus poſtulati, ratione quorũ poſtulatus non eſt eligibilis, & ſuper quibus indiget diſpenſatione, aliter vitiaretur admiſſio poſtulationis, ſi ſuperiore ignorante aliquem poſtulari defectum ſuper quo indiget diſpenſari, fuiſſet ab eo approbatus. *Panorm. cap. final. num. 9. de poſtul. & Gemin. cap. ſi forte 11. num. 3. de elect. in ſexto.* vbi ex *Gloſſ. & Io. Andr. & Lap.* habet, quòd ſi defectus poſtulati non exprimitur, poſtulatio repellitur.

SVMMARIVM

1 *Poſtulabilis non poteſt eligi. n. 24.*
2 *Eligibilis non poteſt poſtulari. nu. 24.*
3 *Si eligibilis poſtuletur cenſeri poſſe electum, eſt arbitrarium iudici. nu. 24.*
4 *In dubio probabili eligibilis poteſt poſtulari. numer. 25.*
5 *Etiam in dubio iuris. n. 25.*
6 *Vti verbis eligo, & poſtulo non poſſunt electores. num. 26.*
7 *In dubio dicere poſſunt eligo, vel poſtulo prout melius valere poteſt. n. 26.*
8 *Nominatus ſub hac forma debet eligere determinatè, vel electionis, vel poſtulationis viam. numer. 26.*
9 *Vbi dubium eſt, bonum eſt, vti illa forma eligo, & poſtulo &c. nu. 26.*

10 *Non*

10 *Non licet indignum poſtulare. n.27.*
11 *Indignitas duplex. n.28.*
12 *Indigni indignitate indiſpenſabili, nec eligi, nec poſtulari poſſunt. n.29.*
13 *Indigni indignitate in qua non ſolet diſpenſari, nec eligi, nec poſtulari poſſunt. n.30.*
14 *In hoc tamen caſu poſtulatio non eſſet ipſo iure nulla, nec poſtulantes eſſent ipſo iure priuati voce. num.30.*
15 *Indignus indignitate diſpenſabili poteſt poſtulari, licet non poſſit eligi. n.31.*
16 *Illegitimi, criminoſi, pœnitentes, non legitimæ ætatis, non ordinati & poſſunt poſtulari. numer.31.*
17 *Datur inhabilitas, quæ non eſt ex indignitate. num.32.*
18 *Plures regulæ datæ ad videndum, quis ſit inhabilis, vt eligatur, licet non indignus. n.32.*
19 *Epiſcopi, & Superiores Prælati eligi non poſſunt, ſed poſtulari. n.33.*
20 *Epiſcopus confirmatus, licet non conſecratus non poteſt eligi ad aliam Eccleſiam. n.34.*
21 *Epiſcopus, qui renunciauit Eccleſiæ, poteſt eligi. num.35.*
22 *Epiſcopus non confirmatus poteſt eligi. un.36.*
23 *Cardinales poſſunt eligi. n.37.*
24 *Prælati inferiores Epiſcopo ad alias dignitates eligi poſſunt. nu.38.*
25 *Abbates eligi poſſunt. num.39.*
26 *Archidiaconus, & aliæ dignitates eligi poſſunt ad prælaturas. n.40.*
27 *Clerici vnius Diœceſis ad Eccleſiam extra Diœceſim eligi poſſunt. n.41.*
28 *Religioſi etiam ad Epiſcopatum eligi poſſunt. numer.42*
29 *Non profeſſus ſaltem tacitè, vel in ſuo, vel in alieno ordine, eligi non poteſt. num.43.*
30 *Nouitius poteſt poſtulari. n.43.*
31 *Religioſus vnius monaſterij, ſeu ordinis, ad prælaturam in alio ordine poteſt poſtulari. n.44.*
32 *Nunc intra eundem ordinem religioſi de vno ad alium Conuentum eliguntur. n.44.*
33 *Alia de qualitate poſtulandorum remiſſiuè. numer.45.*

24 QVæritur duodecimò. Qui ſint pòſtulandi? Hæc prima traditur regula, vt ſicut poſtulabilis non poteſt eligi. *Gloſſ. cap. vnic. v. eligo. de poſtul. in ſexto. Innoc. cap. 1. num. 2. de poſtul. Bald. in rubr. de poſtul. n. 3. Tabien. v. poſtulatio num. 1.* Ita eligibilis non poteſt poſtulari. *DD. citati, & Panorm. in rubr. num. 3. & cap. fin. nu. 10. de poſtul.* Quòd adeo ſtrictè intelligendum putat *Panorm.* vt poſtulatio eius, qui eſt eligibilis, non valeat, quia electores tenentur prouidere Eccleſiæ omni meliori modo, quo poſſunt, & ideo vbi perſona eſt eligibilis, eam tenentur eligere. Nihilominùs tamen *Baldus in rubr. num. 4. de poſt.* exiſtimat, quòd in hoc caſu non ſint attendenda verba, ſed qualitas perſonæ, vnde ſi eligibilis ſolemniter poſtuletur ſeruata tamen forma *cap. Quia propter,* ita poſtulatio habetur pro electione, nimirum quia magis realitatem actus, quàm vocabuli inſpicimus. *l. Pater ſeuerinam, §. conditionum verba, ff. de condition. & demonſtrat.* Hoc tamen ita iudicare arbitrarium iudici eſſe crederem.

25 Hoc etiam dicendum eſt, quòd vbi ſit rationabile dubium, an perſona ſit eligibilis, vel poſtulabilis, quòd tunc poſtulari poteſt; quia hæc via eſt ſecurior, cum ineligibilis ſæpius poſtulari poſſit. *Innoc. & Panorm. ex Gloſ. in cap. fin. de poſtul. Et Gloſ. cap. vn. de poſt. in 6. v. probabiliter.* Quòd tamen hæc *Gloſ.* intelligit de dubio facti, vt ſi electores dubitarent, an aliquis habeat ætatem legitimam. Sed ſi dubium ſit ex ignorantia iuris, putat non excuſari eligentes, ſi eligibilem poſtulent. Tum quia conſulere debuerunt peritiores, Tum quia iuris ignorantia, nec eſt probabilis, nec excuſat, *Regul. ignorantia, de regul. iur. in 6.* Sed hoc non eſt vniuerſaliter verum; quia non omne dubium iuris eſt ex ignorantia, ſed oriri poteſt, quia ius non eſt clarum, & quia plures & contrariæ opiniones D.D. ſunt circa ius; & quia ſæpe etiam ignorantia iuris excuſat, maximè mulieres; ideo vbi electores etiam in dubio iuris, vel inuincibiliter ignorant, vel probabiliter dubitant, & rationabiliter, poſſunt eligibilem poſtulare.

26 In his tamen obſeruandum eſt neceſſariò id, quòd ſtatuitur in *c. vnico de poſtul. in 6.* vt nunquam postulantes vtantur his formis in explicando conſenſu, ſcilicet eligo poſtulando, vel poſtulo eligendo, vel eligo poſtulandum, vel poſtulo eligendum, vel eligo in poſtulandum, vel postulo in eligendum, vel eligo, & postulo. *Bald. ibid. n. 8. D. Anton. p. 3. tit. 19. cap. 3. Tabien. cap. 1.* Vbi verò electores dubitēt probabiliter, an perſona ſit eligibilis vel postulabilis, ſic poſſint vti hac forma eligo, & postulo, prout poteſt meliùs de iure valere, quod tamen ſic electus, & postulatus tempore conſenſus debet viam electionis, aut postulationis eligere, redeundi ad aliam postquam vnam elegerit, licentia ſibi pœnitus interdicta. Et quia textus abſolutè, & indiſtinctè loquitur, & excipit, niſi quando probabiliter dubitatur, vtrum quis ſit eligendus, aut poſtulandus, hoc debet vniuerſaliter intelligi in omni dubio probabili tam iuris, quàm facti, vt liceat ea forma vti. *Eligo, & poſtulo prout poteſt meliùs de iure valere. Innoc. c. 1. n. 3.* Vbi monet, quòd quando ſumus in dubio de eligibilitate, aut postulabilitate electi, meliùs tunc ſit vti hac forma, quàm abſolutè aliquem ſolùm postulare.

27 Itaque prima conditio postulandi est, quòd non ſit eligibilis. Sed non per hoc omnis non eligibilis est postulabilis; quia immò non licet indignum postulare, Quin immò ſi electores indignum postulent, eſſe ipſo iure priuatos iure eligendi pro prima voce ſentit *Gloſſ. in cap. primum* & ibi *Panor. nu. 31. de poſtulat. & cap. fin. n. 8. eod. tit. Azor. p. 2. l. 6. c. 27. q. 6. Lauor. de elect. cap. 14. nu. 3. Barboſa de iure Eccleſ. l. 1. c. 19. num. 7.*

28 Diſtinguendum igitur est, cum *Panorm. in cap. fin. n. 8. de poſt.* quoniam defectum, qui reddunt aliquem ineligibilem, quidam ſunt indiſpenſabiles; quia nimirum ſunt contra ius naturæ aut diuinum; vt ſi deficiat vſus rationis, vt in infantibus, & perpetnò amentibus; vel ſi quis ſit notorius criminoſus, & impœnitens atque contumax, ideoque indignus electione ex natura ipſa Prælaturæ; vel indignitas est diſpenſabilis per Eccleſiam; & hoc iterum ſubdiuiditur; quia, vel adhuc tanta est indignitas, vt nimis durum ſit in ea diſpenſare, & non

ſoleat

Digitized by Google

ſoleat in ea rigor iuris relaxari, vel talis eſt, vt in ea rationabiliter diſpenſetur.

29 Ex his triplex regula habetur. Prima eſt. Illi qui ſunt indigni indignitate indiſpenſabili, nec eligi, nec poſtulari poſſunt. Sic nototij criminoſi, contumaces, & impœnitentes poſtulari nō poſſunt, vt hæretici, ſchiſmatici, excommunicati & alij ſimiles indigni, & ex natura Prælaturæ ad eam inhabiles. *Innoc.cap.1.n.3.de poſt Panorm.cap. fin.nu.5. & 8.eod.tit.D.Anton.3.p.tit.19.cap.3.Hoſt.in ſum.tit. de poſtulat.à num.2.Sylu.v.poſtul.num.3. Tabien.n.2. Gemin.cap.ſi fortè num.3. de elect.in 6. Barboſa l.1.de iur.Eccleſ.c.19.num.6.*

30 Secunda Regula eſt. Illi qui ſunt indigni indignitate diſpenſabili quidem, ſed tali in qua non ſolet diſpenſari, nec iuris rigor relaxari, nec eligi nec poſtulari poſſunt *Panorm.d.c.fin.n.8.de poſtul.D Anton.nu.3.tit.19.c.3.Gemin.d.cap.ſi fortè num.3.Syl. v.poſtul.n.3. Azor.p.2.l.6.cap.17.q.3. Mandagot.p.p. cap.53. Lauor.n.1.tit.4. de elec.cap.14.nu.3. Reginal. apud Barboſ. l.2. de iure Eccleſ. cap.19.num.6.* Et tamen ſi ſimilis indignus poſtularetur, nec poſtulatio eſſet ipſo iure nulla; quia poſtulatus poteſt habilitari, nec poſtulantes eſſent ipſo iure priuari voce pro vna vice, quia poſtulaſſent indignum, nam poſtulaſſent indignum, qui ex gratia poſſet fieri dignus.

31 Tertia Regula eſt. Qui indigni ſunt, ſed non tanta indignitate, quin cum eis rigor iuris ſoleat diſpenſari, hi ſunt, qui eligi non poſſunt, & tamen poſſunt poſtulari. Vt illegitimi, irregulares conſimili irregularitate diſpenſabiles, criminoſi pœnitentes, qui fuerunt hæretici, intruſi per potentiam ſecularem, patientes defectum ætatis, non ordinati Ordine ſacro, & alij ſimiles, de quibus vide *Innoc.cap.fin.n.4,de poſtul,* & ibi *Panorm. nu.8. Gloſſ.in cap. Cum Monaſterium 13. v. poſtulantes de elect. D. Anton. p.3,tit.19.cap.3.Syl.v.poſtulatio n.3 Tabien.nu.2. Caſtell.cap.2.de elec. nu.5. & apud eum Mandagotus. Barboſ. cap.innotuit 20.num.2.de elect. & l.1.de iure Eccleſ.cap.19.n,9. Lauor. d.cap.14.n.5.*

32 Verùm aliud conſiderandum eſt, quia nimirum datur inhabilitas, ſeu ineligibilitas, quæ non prouenit ex indignitate, ſed potiùs ex dignitate, & qua quis nequit eligi non quia indignus, ſed quia alteri Eccleſiæ obligatus. Ideo plures hic quæſtiones tractantur, vt an Epiſcopi eligi poſſint, vel debeant poſtulari, quod idem quæritur de Cardinalibus, Abbatibus, Religioſis, & alijs ſimilibus. Circa quòd antiquitus dabatur hic regula ab aliquibus, ſcilicet, omnes, qui electioni non poſſunt conſentire ſine conſenſu alterius, non poſſunt eligi, ſed debent poſtulari, & hanc regulam tradidit. *Innoc cap.1.n.2.de poſtul.* ex qua ſequebatur religioſos non poſſe eligi ad Eccleſias extra eorum Ordinem, quia ſine ſuperiorum ſuorum conſenſu non poſſunt electioni cōſentire. Aliam regulam tradiderunt alij, vt ſcilicet omnes illi, qui non poſſunt tranſire ad Eccleſiam, ad quam eliguntur ſine alterius licentia, eligi non poſſint, ſed debeant poſtulari. Et iuxta hāc regulam ſubdiaconus vnius diœceſis non poterat eligi ad Eccleſiam alterius diœceſis. Verum huiuſmodi regulæ communiter reprobantur. Et iuxta *Panorm.d.cap.fin.n.7.& 8.* duplex alia regula datur.

33 Prima eſt, quòd Epiſcopi, & ſuperiores, nimirum Archiepiſcopi, & Patriarchæ vnius Eccleſiæ ad aliam Eccleſiam eligi non poſſunt, ſed debent poſtulari. *Innoc.d.cap.fin. nu.4.* Hoſtien. *in ſum. tit. de poſtul. D.Anton. p.3. tr. 19. cap.3. Syl. v. poſtul.num.3.Tabien.num.2, Biax.p.2.cap. 34.num.1.& 2. Bertachin. Reginal. Cochier.* quos refert, & ſequitur *Barb. l.1.de iure Eccleſ.cap.19.num.11.*& huius ratio eſt deſumpta ex ratione matrimonij ſpiritualis, quod eſt inter Epiſcopum, & Eccleſiam, cuius eſt Epiſcopus, *cap. ſicut 7.q.1.& cap. inter corporalia de translat.* Ex quo oritur, quod nec electores, nec Epiſcopi poſſunt abſolutè conſentire, vt Epiſcopus fiat alterius Eccleſiæ Epiſcopus, ſicuti coniuges non poſſunt conſentire in aliud matrimoniū; ac proptetea electores poſſunt quidem ex gratia poſtulare Epiſcopum vnius Eccleſiæ ad aliam, ſed illum non poſſunt eligere.

34 Extenditur verò, vt hoc intelligi debeat, ſi Epiſcopus confirmatus vnius Eccleſiæ Epiſcopus, nondum ſit conſecratus. Quia per confirmationem perficitur matrimonium illud ſpirituale inter Epiſcopum, & Eccleſiam, licet non intelligatur veluti conſumatum, niſi per conſecrationem. Cum igitur Epiſcopus confirmatus ſit iam ſuæ Eccleſiæ ſponſus, ad aliam non poteſt eligi, ſed ſolum poſtulari. *Panorm.d.cap.fin.num.5.de poſtul. Biax.d.p.2. cap.34.num.4.*

35 Limitatur tamen eadem regula, vt non valeat de Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui, quia cum nulli Eccleſiæ ſit ligatus, poteſt ad quamcumque eligi. Qui enim renunciauit Eccleſiæ cuius erat Epiſcopus, habetur pro mortuo, *cap. generaliter 16.quæſt.1.Panorm.d.cap.fin.n.5.& Biax.d.c. 34.num.4.*

36 Limitatur ſecundò, vt non valeat de Epiſcopo electo, non confirmato; quia iſte nondum eſt ſimpliciter ſponſus Eccleſiæ; quia per confirmationem perficitur ſpirituale matrimonium Epiſcopi cū Eccleſia. *Panorm.& Biax.loc.cit.*

37 De Cardinalibus autem controuerſia fuit apud antiquos. Eos enim non poſſe eligi ad aliquam Eccleſiam, ſed debere poſtulari, tenuit *Hoſtien.cap. Eccleſia veſtra 57. de elect.* & idem ſenſerūt *Lauor.& Azor.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. l. 1. de Iur. Eccleſ.cap.19.n.9.* Eò quia Cardinalis immediatè ſubeſt Papæ, & habet alas ligatas, cum non conſueuerint Cardinales exire à Curia ſine licentia Papæ. Tum quia Cardinalatus eſt maior officio, quàm Epiſcopus. Tùm quia Cardinales in ſuis titulis habent iuriſdictionē quaſi Epiſcopalē, *c.bis, quæ de maior.& obed.* Tùm quia *cap.bonæ 3.de poſtul. Prælat.* dicitur, *quidā veſtrū ſcilicet S.Praxedis Preſbyterum Cardinalem, quidam verò Epiſcopum Imolenſem poſtulauerunt.* Sed veritas eſt, quod Cardinales eligi poſſunt in Epiſcopos, ſicut habetur *cap. Eccleſia veſtra 57.de elect.* in quo continetur electio vnius Cardinalis in Epiſcopum Cathalanenſem, & tenent ibi. *Io. Andr. Panorm.n.13. Biax. p.2.cap.35. n.4.& 5.* ſi enim Cardinalis ſit Epiſcopus, tunc eligi non poteſt ad aliam Eccleſiam ex ratione ſupradicta, ſed Cardinalis Presbyter, & Diaconus, cum nullius Eccleſiæ ſit ſponſus eligi poteſt. Nec obſtat *cap.bonæ,* quia verbum illud *poſtulauerunt,* reſpicit Epiſcopum Imolenſem, quem Electores poſtulauerunt, eo quia non poterant eligere. Præterquàm quòd ibi non dicitur, quòd Electores illi nō potuerint

Xx

rint eligere Cardinalem eſſo diceretur, quod de facto Cardinalis fuerit poſtulatus. Aliæ verò rationes non vrgent; quia vt probatur infra, eligi poteſt inferior ad maiorem dignitatem, & eligi poteſt qui, licet ſine licentia alterius, non poteſt ad Eccleſiam ad quam eſt electus tranſire. Epiſcopus etiam maior Cardinali eſt ordine, licet ſit minor officio, vnde Papa ſe Epiſcopum nominat.

38 Eſt igitur regula ſecunda, quod Prælati inferiores Epiſcopo ad aliam Eccleſiam, etiã ad Epiſcopatum eligi poſſunt. Nam in ea proprietate, & rigore non ſunt ſuarum Eccleſiarũ ſponſi, ſicut ſunt Epiſcopi, *Gloſ. cap. ſi Abbatem v. Abbatem de elect. in 6. Panormit. d. cap. fin. n. 8.* & hæc regula probatur inductione ex ſequentibus.

39 Nam Abbas poteſt eligi in Epiſcopum, vt habetur expreſsè *cap. ſi Abbatem 36. de elect. in 6.* licèt Abbas immediatè ſubiectus Pontifici de vna ad aliam Eccleſiam tranſire non poſſit ſine licentia Papæ, aut legati à latere. *Panorm. d. cap. fin. n. 8. & cap. innotuit 20. n. 3. & cap. Eccleſia veſtra 57. nu. 16. Gloſ. in d. cap. ſi Abbatem, v. ſi Abbatem,* & ibi *Ioan. Andr. & Francus, & alij. Bald. in cap. fin. num. 2. de poſtul.*

40 Sic & Archidiaconus, aut Præpoſitus, aut qualibet dignitas inferior ad Superiorẽ, & ad Epiſcopatum eligi poteſt. *Panorm. d. cap. innotuit.*

41 Clerici vnius Diœceſis, licet ſine licentia ſui Epiſcopi, ad aliam alterius Diœceſis Eccleſiam trãſire non valeant, poſſunt tamen eligi ad illam, & in electionem abſolutè conſentire. *Panorm. d. cap. fin. n. 8. de poſtul. D. Anton. p. 3. tit. 19. cap. 3. Sylu. v. poſtulatio n. 3. Tabien. num. 2. ex Mandag. Caſtell. cap. 2. de elect. num. 5.*

42 Religioſi etiam, licet ſine licentia ſuorũ Superiorum non poſſint electioni de ſe factæ extra ordinem conſentire, *cap. ſi Religioſus 27. de elect. in 6.* tamen nedùm intra ſuum ordinem, ſed extra poſſunt eligi, vt expreſsè habetur d. *cap. ſi Religioſus*, & tenet *Gloſa* ibi *v. electi, & Franc. n. 2. & cap. 28. ſequen.* & ibi *Gloſſ. v. eligatur. Panorm. d. cap. final. n. 8. de poſtul. D. Anton. Syl. & Caſtell. loc. ſupra cit.*

43 Nouitius tamen tacitè ſaltem non profeſſus ad prælatutam vel in proprio, vel in alieno ordine eligi non poteſt. *cap. nullus Religioſus 28. de elect. in 6.* & ibi *Gloſſ. verbo Prælaturam,* & alij Doctores communiter *Panorm. d. cap. fin. num. 8. Barb. cap. cum Monaſterium num. 2. D. Anton. Syl. Tabien. locis ſupra cit.* Et ſi aliud non obſtet ad Epiſcopatũ poteſt eligi. *d. cap. cum nullus Religioſus*. Poteſt etiã ad dictas Prælaturas poſtulari ſi adſit neceſſitas, & ipſe in regula ordinis ſit ſufficienter inſtructus. *D. Anton. Syl. & Tab. loc. cit.*

44 Sic etiam profeſſus vnius Monaſterij, ſeù Ordinis ad Prælaturam in alio ordine poſtulari poteſt. *Innoc. cap. fin. n. 4. de poſtul.* Antiquitus etiam in eodem ordine Religioſus vnius Conuentus ad aliũ non poſtulabatur eligebatur, vt patet *in conſtit. Ord. Prædic. diſt. 2. c. 2. §. 3. Vercean. p. 3. c. 5.* modò intra ordinem de quocunque Conuentu eliguntur, & nedùm intra eandem Prouinciam, ſed extra, niſi particulari ſtatutum id prohibent.

45 Cum autẽ de cõditionibus eligendorũ diffuſiùs tractandũ ſit *cap. ſeq.* ex dicendis ibi, clariùs apparebit, qui etiã poſtulari, aut nõ poſtulari poſſint, & debeant.

S V M M A R I V M.

1 *Poſtulatio non ſolemnis ad quemcumque dirigitur, qui habet conſentire, vt poſtulatus ſit Prælatus. 46.*
2 *Poſtulatio ſolemnis ad eum dirigitur, qui poteſt habilitare poſtulatum. 46.*

46 QVæritur tertiodecimò, ad quem debeat fieri poſtulatio? Satis confusè de hoc puncto loquitur *Innoc. cap. in cauſis 30. num. 2. de elect.* vbi tenet, quòd poſtulatio fieri debet ad omnes, qui habent intereſſe, & conſentire debent, vt poſtulatus fiat Eccleſiæ Prælatus, & ita vult, quòd etiam ad Laicũ ſit dirigenda poſtulatio, ſi eius conſenſus eſt neceſſarius; ſed non diſtinguit inter ſimplicem poſtulationem, & ſolemnem. Nam certè per non ſolemnem, ſed ſimplicem poſtulationem à quocunque debet peti conſenſus, ſi eſt neceſſarius, vt aliquis ſit Prælatus; ſed ſolemnis poſtulatio reſpicit directè defectum illum ratione cuius aliquis non eſt eligibilis, ſeù eſt inhabilis vt eligatur. Ideò hæc eſt vnica regula in hoc ſeruanda, vt ſcilicet poſtulatio fiat ad Superiorem, qui poteſt diſpenſare, & auferre inhabilitatem, propter quam poſtulatus eſt irreligibilis ad Prælaturam, aut dignitatem, vel officium ad quod eligitur. Et ſi iſte potens diſpenſare eſt Papa, ad Papam dirigenda eſt poſtulatio, ſi Epiſcopus, ad Epiſcopum, ſi Generalis ad Generalem, ſi Prouincialis ad Prouincialem, *Panorm. cap. 3. n. 14. & 15. & cap. fin. num. 10. de poſtul. D. Anton. p. 3. t. 19. cap. 3. Sylu. v. poſtulatio n. 5. Tabien. n. 3. Barb. cap. poſtulat. 5. n. 2. de poſtul.*

S V M M A R I V M.

1 *Superiorem teneri admittere poſtulationem concordem in vtilitatem Eccleſiæ, aliqui ſentiunt. 47.*
2 *Si lex iuſtitia legalis, aut alterius virtutis poſtulat, vt admittatur poſtulatio, debet admitti etiam ſi nõ ſit plenè concors. 48. 59.*
3 *Etiam ſuppoſita cauſa rationabili non tenetur Superior diſpenſare. 48.*
4 *Si Superior ex officio, & lege iuſtitiæ, aut alterius virtutis nõ tenetur admittere poſtulationẽ, nec tenetur admittere eam etiam ſi concordem. 48. 59.*
5 *Cap. bone 3. de poſtul. explicatur. 49.*
6 *Poſtulatio etiam concors de ſola gratia admittitur. 49.*
7 *Poſtulato non conuenit actio. 50.*
8 *Poſtulato non vocato Superior reijcit, ſi vult, poſtulationem. 50.*
9 *Poſtulantibus non conuenit agere, imò nec propriè implorare officiũ Iudicis, ſed gratiã poſtulare. 50.*
10 *Superior immediatus à mediato poteſt cogi, vt admittat poſtulationem, ſed ad ſic cogendum non tenetur idem Superior mediatus. 51.*
11 *In admittenda poſtulatione non ſola dignitas perſonalis poſtulati, ſed vtilitas Eccleſiæ debet attendi. 51.*
12 *Forma admiſſionis poſtulationis. 52.*
13 *Poſtulationis admiſſionem, quæ inquiſitio præcedat. 53.*
14 *Poſtulatus nec eſt intronizandus, nec poteſt adminiſtrare. 54.*

Quæ-

47 QVæritur quartodecimò, an poſtulatio à Superiore,ad quem dirigitur ſit neceſſariò admittenda. Communiter diſtinguunt DD. inter poſtulationem concordem, & non concordem,eam dicentes concordem, quæ facta eſt ab omnibus, vel à duabus partibus electorum, & hac ſuppoſita diſtinctione dicunt, quod Superior poſtulationem concordem non poteſt reijcere, ſed eam tenetur confirmare, dum tamen, poſtulatio ſit in vtilitatem Eccleſiæ. Nam tunc ex poſtulatione acquiritur ius poſtulantibus, & Eccleſiæ, vt non poſſit reijci ſine iniuria. *Io. Andr. cap. cum monaſterium de elect. Panorm. Gloſ. cap. poſtulat. 5. n. 2. d. poſtul. D. Ant. p. 3. tr. 19. c. 3. §. 1. Sylu. v. poſtulatio n. 2. & 7. Tabien. n. 4. Caſtell. cap. 2. de elect. n. 3. Barboſ. cap. bona. 3. num. 1. de poſtul.*

48 Hanc diſtinctionem non intelligo. Nam quod Superior teneatur admittere poſtulationem contingere poteſt ex lege iuſtitiæ legalis connaturali officio Superioris, per quam tenetur neceſſitati Eccleſiæ ſubuenire, & boni communis vtilitati conſulere, & quam non licet violare, vel quia lex mandat, vt Superior in conſimili caſu diſpenſet, vel ex alia aliqua ſimili lege, & in hoc caſu tenetur Superior admittere poſtulationem, etiam factam in diſcordia, dummodò ſit facta à maiori parte. Quia tunc lex per ſe vrget, & nihil intereſt, quod nominatus ſit à pluribus, vel paucioribus nominatus, ſi eſt nominatus à tot, quot ſufficiunt, & aliàs tanta, eſt eius, aut vtilitas, aut neceſſitas, aut circumſtantia, vt intret obligatio legis obligantis Superiorem ad diſpenſandum cum poſtulato, & ad admittendam poſtulationem. Sed nō exiſtēte legis huiuſmodi neceſſitate, poteſt intelligi ſecundò, vt ex concordia poſtulātium neceſſitetur Superior ad admittendam poſtulationem, & huius rationem non video; quia non cogitur Superior ad diſpenſandum in lege ſua, ſeu ad relaxandum ius ex multitudine petentium, vel etiam ex honeſtate petitionis, aliàs diſpenſatio in Superiore non eſſet libera, ſed neceſſaria, ſi ſuppoſita honeſtate petitionis teneretur diſpenſare, quod quidem verum non eſt. Nam & diſpenſatio ex *Hoſtien.* definitur à *Sylu. v. diſpenſatio 1.* vt ſit rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat miſericors, & canonicè facta relaxatio. Si ergo diſpenſatio eſt actus miſericordiæ Superioris, non eſt actus neceſſitatis, ſed libertatis. Scio aliquorum opinionem eſſe, quòd exiſtente cauſa iuſta teneatur Superior diſpenſare, quam ſequuti ſunt *Syl. v. diſpenſatio q. 1. n. 3. fin. Armill. num. 14.* & alij quos refert *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 10. num. 2.* Sed vera eſt ſententia oppoſita, quæ cū *Turrecrem. cap. vt conſtitueretur num. 9. & 10. diſt. 50.* diſtinguit diſpenſationem in neceſſariam, prohibitam, & permiſſam; nam diſpenſationem non ſemper eſſe debitam, & neceſſariam, etiam ſi cauſa diſpenſandi ſit rationabilis, & Superior poſſit ſine culpa diſpenſare, tradiderunt *Gloſ. in cap. exigunt 18. in verbo, cauſa, 1. q. 7. Panorm. cap. conſilium num. 4. de obſer. ieiun. Archid. in cap. licet canon. num. 6. de elect. in 6. Gemin.* ibi. *§. ſuper reſidentia num. 3. Franc.* ibi. *§. is etiam, num. 2. Felin. cap. at ſi Clerici. §. de adulterijs n. 15. de iud. Rodr. t. 1. q. 24. a. vl. fin. Suar. lib. 6. de legib. c. 18. num. 20. Sanch. lib. 3. de matrim. diſput. 10. num. 3.* & apud eum *Decius, Barboſ. ad cap. poſtulaſtis. 7. de Cler. excom. num. 28. Diana p. 8. tr. 3. reſol. 27. & 28.* Eſto igitur detur cauſa rationabilis diſpēſandi, non ſemper eſt diſpenſatio neceſſaria, ſed tūc eſt neceſſaria, quando vel lex in ſpecie id præcipit; quomodo neceſſariam eſſe diſpenſationem, de qua *in cap. cum ex eo, de elect. in 6.* putat *Felin. loco cit.* quamuis hoc non ſit certum; vel obligat alia lex, aut iuſtitiæ legalis, aut ſaltem charitatis, aut alterius virtutis; nam & actus miſericordiæ, imò & liberalitatis aliquando neceſſarius eſſe poteſt; ſed huiuſmodi aliqua lege ceſſante, diſpenſatio arbitraria eſt, & dicitur permiſſa, quia poteſt fieri; ſed non eſt neceſſaria, quia non tenetur Superior diſpenſare. Vbi ergo, poſtulatio licet ab omnibus facta, & honeſta non eſt talis, vnde Superior ex officij ſui lege, vel ex lege aliqua ſpeciali, neceſſitetur ad eam admittendam, gratiæ eius eſt, non neceſſitatis illam admittere. Si verò ex officio ſuo, vel ex alicuius virtutis lege, illam admittere tenetur omnibus penſatis, iam nihil intereſt, quod ſit, aut non ſit concors, dum tamen ſit valida,

49 Nec obſtat, ſed imò valdè fauet *cap. bona. 3. de poſtul.* ibi. *Attendentes autem ex altera parte, quod prædictus Epiſcopus* Imolenſis *à minori, quàm tertia parte fuerit poſtulatus, & quod Apoſtolica Sedes poſtulationes huiuſmodi non conſueuit in tanta diuiſione, & contradictione recipere, cum etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter poſtulatur ad admittendam poſtulationem eorum, non tàm ex iuſtitia, quàm ex gratia moueatur, poſtulationem ipſius non duximus admittendam.* Habetur enim ex his, quod poſtulatio illa facta Epiſcopi Imolenſis, nec erat facta à maiori parte Capituli, quia facta fuerat à minori, quam tertia parte, *Panorm. num. 12* vnde nec à tertia parte vocalium emanauerat, & amplius habebat opponentes, & contradictores; nil mirum igitur ſi dicatur, quod Sedes Apoſtolica non conſueuit admittere huiuſmodi poſtulationes, quæ de ſe ſunt inualidæ, & eis iuſtè ab alia, & maiori parte vocalium contradicitur. Non ergo ex hoc deducitur, quod ſi aliàs poſtulatio in diſcordia facta nihilominus ſit à maiori parte, vel nō poſſit admitti, vel ſit conſuetum eam non admitti, vel imò neceſſariò non debeat admitti, ſi neceſſitas Eccleſiæ id poſtulet. Econtra verò etiam ſi poſtulatio ſit omninò concors, & vnanimis, illam ex gratia ſimpliciter admitti in eo textu decernitur, & explicat ibi *Gloſſ. v. gratia.* quia cum poſtulatus indigeat diſpenſatione, non tenetur ſuperior cum eo diſpenſare. Quoniam nemo inuitus de ſuo cogitur facere beneficium *cap. precariæ. 10. quæ. 2.* Nec quidquid Iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur. *l. non quidquid ff. de iud. & arg. cap. conſuluit. de offic. delegat.* Diriguntur igitur poſtulantium vota ad Superiorē, vt de gratia velit admittere poſtulatum, *cap. poſtulationem 5. de poſtul. Cucch. l. 4. tit. 2. n. 28. Garzias p. 4. c. 3. n. 7. Ricc. Cucch. Lanor.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. l. 2. de iure Eccleſ. c. 19. n. 19.*

50 Vnde eſt quod nedum poſtulato non conuenit agere ad hoc, vt eius poſtulatio admittatur, cum ex poſtulatione nullum ius acquirat. *Gloſſ. in d. cap. bonæ 3. v. gratia, de poſt. & cap. poſtulationem v. nullum. eod. tit. Bald. in cap. ſcriptum 40. num. 4. de elect. Sylu. v. poſtulatio num. 7.* & imò ſuperior poſtulato minimè vocato poteſt poſtulationem nō

admittere. *Innoc. cap. bona 23. num. 6. de elect.* Sed neque electoribus connenit ius actionis contre ſuperiorem, vt admittat poſtulationem. *Gloſſ. in dict. cap. bonæ 3. v. gratia de poſtul.* Vbi quod in huiuſmodi implorandum eſt officium Iudicis, & non iuris actione agendũ eſt; immo *ex Bernard.* ſubdit, quod nec propriè implorari poteſt officium Iudicis, ſed potius gratiam debeat implorare à Superiore. *Bald.* autem *cap. ſcriptum 40. n. 4. de electione.* inquit, quod miſericorditer implorandum eſt officium Iudicis.

51 Et licet *Panorm. d. cap. bonæ 3. num. 14. de poſtul.* dicat, quod ſuperior cui incumbit poſtulationem admittere, ſi neget eam admittere, poteſt à ſuo ſuperiore cogi ad illam admittendam, ſi iuſta cauſa detur illam admittendi. Et ita ſentit etiam *Barthol. loc. cit. de iur. Eccleſ. num. 14.* Tamen nedùm aduertit *Panorm.* ibidem, quod hæc iuſta cauſa attendi debet non ex dignitate perſonali poſtulantis, nimirum ex eo ſolo, quod ille ſit doctus, nobilis, prudens, &c. Sed ex Eccleſiæ vtilitate, & neceſſitate; ſed præterea conſideratur, quod non per hoc dici debet, quod ſuperior mediatus teneatur compellere ſuperiorem immediatum, vt admittat poſtulationem, ſed benè quod id facere poteſt, & quod electores poſſunt ſuperioris auctoritatem, & gratiã adire, vt obtineant poſtulatum.

52 Forma autẽ admiſſionis poſtulationis eſt, quod non confirmatur, ſed admittitur, & admiſſio habet ſimul vim electionis, & confirmationis. *Gloſ. cap. cum monaſterium 13. v. poſtulantes, de elect. Panor. cap. ſcriptum 40. n. 7. eod. tit.* & poteſt ſuperior admittendo poſtulationem dicere. *Prouidemus Eccleſiæ veſtræ de tali perſona, prout poſtulaſtis*, vel melius dicere. *Poſtulationem veſtram admittimus. Panorm. c. gratum 2. n. 13. de poſtulat.*

53 Poſtulationem tamen non debet ſuperior admittere, niſi facta inquiſitione de conditionibus perſonæ poſtulatæ. Et hæc inquiſitio non eſt neceſſaria, vt fiat iudicialiter, nec quòd eam præcedat infamia, quia non fit inquiſitio ad puniendum, neque debet fieri inquiſitio de certo delicto, ſed in genere de moribus poſtulati, nam iſta inquiſitio fit ſolùm ad informationem Superioris. Sed de hac inquiſitione iterum erit ſermo infra *cap. 33.* vbi tractabitur de electionis confirmatione.

54 Poſtulatus verò, antequam eius poſtulatio admittatur, nec eſt intronizandus *Gemin. cap. vn. num. 10. de poſt. in 6.* nec poteſt adminiſtrare officiũ, ſeu Prælaturam ad quam poſtulatur, & ſi adminiſtret, ipſa poſtulatio redditur ipſo iure nulla, *Panorm. cap. bonæ 23. num. 2. de elect.*

S V M M A R I V M.

1 *Electionem factam ab vna parte poſtponendam poſtulationi factæ à duabus partibus, qui ſentiant. n. 55.*
2 *Electionem factam ab vna parte confirmandam ſi poſtulatio non ſit à duabus. n. 56.*
3 *Si poſtulatur indignus a duabus partibus, & electionem, & poſtulationem caſſandam. n. 57.*
4 *Niſi pars maior duarum partiũ poſtulauerit ſcienter indignum. n. 57.*
5 *Cap. ſcriptum 40. de elect. explicatur. nu. 58. &c.*
6 *Per cap. ſcriptum non fuit mutatum ius Superioris, quin poſſit reijcere poſtulationem, etiam vnanimem. n. 59. 63.*
7 *Præcipuè, vbi poſtulatus eſt inhabilis, non tenetur ſuperior diſpenſare. n. 60.*
8 *Decretalis illa ſcriptum cõtinet prouiſionem particularem, non ius commune. n. 61.*
9 *Legum correctio vitanda. n. 62.*
10 *Decretalis ſcriptũ plura continet contra ius commune. n. 62.*
11 *Semper electio eſt præferenda poſtulationi. n. 63.*

55 QVær. decimoquintò. An poſtulatio ſit præferenda electioni? Aduertendum, quòd ſecũdum ius commune electio, & poſtulatio non diſtinguuntur ſolũ ex parte electi, vel poſtulati, ſed ex parte eligentium, & poſtulantium. Nam idem elector non eligit ſimul, & poſtulat diuerſas perſonas, ſed ſi eligit, non poſtulat, & ſi poſtulat, non eligit, *cap. vnico de poſt. in 6.* Non poſſunt ergo concurrere ex oppoſito electio vnius, & poſtulatio alterius, niſi ex eligentibus aliqui ſint electores, & aliqui poſtulantes, & concurrant ex oppoſito electores cum poſtulantibus in numero, & merito, & zelo. Igitur communiter tria in hac parte dicuntur. Primò, quòd vbi poſtulatio ſit à numero poſtulantium, duplò maiore numero eligentium, ſi poſtulatus eſt, alias dignus, & idoneus, electio eſt poſtponenda poſtulationi, & admittenda eſt poſtulatio caſſata electione. *Cap. ſcriptum 40. de elect.* ibi, *Totque tum temporis conuentuales Eccleſias habuiſſe Prælatos, quod cum ſeptem Præpoſitis, & nouem Canonicis, quos quidem canonicos conſtat in poſtulatione dicti Archiepiſcopi conueniſſe, duplo maiorem facerent numerum, quam ſexdecim electores plebani. tu vice noſtra poſtulationem admittas.* Quotieſcumque enim duæ partes ſimul conueniunt, faciunt numerum duplo maiorem alia parte. *Panorm. d. cap. ſcriptum num. 7.* & ibi *Innoc. & Io. Andr. cap. ſi quando de elect. in 6.* Vbi igitur concurrente electione cum poſtulatione, poſtulatus eſt aliquis à duabus partibus Capituli, admitti debet poſtulatio ſi ſit de idoneo, *Panorm. d. num. 7. & cap. 3. num. 12. de poſt. & cap. in cauſis 30. num. 13. eod. tit. Bald. in rubr. de poſt. nu. 5. Hoſtien. in ſum. n. 13. Sylueſt. v. poſtulatio n. 7. Tabien. n. 1. Barboſ. loc. cit. de iur. Eccleſ. n. 18.*

56 Dicitur ſecundò, quòd ſi poſtulatio non eſt ex duabus partibus poſtulatiuam, ita ſcilicet, vt vel per vnum ſolum à duabus partibus deficiat, tunc confirmanda eſt electio, etiam ſi facta ſit à minori parte. Nam in caſu contento *in d. cap. ſcriptum*, qui eligerunt erant ad ſummum 16. & qui poſtulauerũt 32. & nihilominus decernitur, quod ſi poſtulantes non fuerunt 32. confirmetur electio illa facta à 16. electoribus, qui certè non erant maior pars totius capituli. *Panorm. ibid.* & alij.

57 Dicitur tertiò, quòd ſi poſtulatio eſt à duabus partibus, ſed poſtulauerunt indignum, tunc tàm poſtulatio, quam electio caſſetur, niſi maior pars illarum duarum partium elegerit ſcienter indignum, quia tunc confirmanda eſt electio facta de digno, quia poſtulantes ſcienter indignum perdiderant ius ſuum. Hæc quidem ex *illo cap. ſcriptum*, habentur, ſed maximas continent difficultates, quia à regulis iuris communis recedunt, vnde Canoniſtæ ſummè laborant, vt textum illius, *cap. explicent,*

Digitized by Google

plicent, vt patet *ex Gloſ. v. confirmes*, & *Panormit. n.* 13. *&* 14. & *Innoc. n.* 5. 6. *&* 7. & alij.

58 Innocentius ibi *n.* 5. exiſtimat ea, quæ in eo cap. dicuntur, locum habere in electoribus, & in iure, quod ad electores pertinet, & quod ex electione, & electoribus acquiritur, ius autem confirmatoris, diſpenſatoris, vel alterius ſuperioris non tangi in hac decretali, imò in optione eius remanere, ſicut & ante hanc decretalem erat, vtrū velit confirmare, vel diſpenſare, nec ne. *Panormit. num.* 13. *fin.* putat, quòd hæc decretalis contineat ius obſeruandum in ſimilibus caſibus. Sed cum quanta difficultate conetur textum explicare patet legenti. Sed *Gloſſa v. confirmes*, exiſtimat, quòd hæc decretalis ius commune non contineat, ſed quod fuerit prouiſio quædam facta de conſenſu partium, quod confirmat ex illis verbis textus. *Et ſi partes conſenſerint, procedat hoc modo. &c.* Vnde apparet, quòd totus modus procedendi in caſu illius decretalis, qui ſubſequitur ad illa verba, *Et ſi partes conſenſerint*, dependet à partium conſenſu, & quòd id, quod in ea decretali decernitur nō conformiter ad regulas iuris communis, fuit prouiſio pro illo caſu ſumpta, accedente tamen conſenſu partium. Et hæc opinio Gloſſæ eſt vera, & fundata, nedū ex ratione dicta, ſed quia aliter textus ille eſt inintelligibilis.

59 Dicitur igitur primò ex *Gloſſ. & Innocen.* quod in hac decretali ius confirmatoris, quod illi conuenit ex iure communi, non fuit immutatum, & quod in eius optione eſt in quocunque caſu admittere, vel non admittere poſtulationem, nedum factam in diſcordia, ſed etiam factam ab omnibus nemine diſcrepante. Hoc quidem admittunt etiam *Hoſtien. in ſum. de pact. num.* 13. *& Panorm. num.* 14. vbi poſtulatio non ſit ex cauſa, ſcilicet ex neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ; nam ſi ſit ex cauſa, tunc poſtulatio à gratia generali dependet, de qua in *cap. ſedes*, de reſcriptis, & iniuriam facit Superior, ſi eam non admittit. Sed vt dicebam ſuperius, doctrina hæc, & limitatio, non benè applicatur. Nam ſi ſimus in caſu, in quo omnibus penſatis diſpenſatio ex virtute iuſtitiæ legalis, aut alterius virtutis, aut ex lege ſpeciali, ſeu mandato Superioris ſit neceſſaria poſtulatio debet admitti etiam ſi facta à maiori parte ſolùm, licet in diſcordia, & non à duabus partibus; nam obligatio tunc inſurgit non ex numero poſtulantium, vel ex eorum concordia, ſed ex lege obligante ſuperiorem ad diſpenſandum. Hac verò legis obligatione præciſa, & ſpectata per ſe vi poſtulationis, quæ eſt, vt ſit petitio gratiæ pro habendo eo, qui eſt inhabilis, vt habeatur, niſi diſpenſetur, poſtulatio gratiæ ſpeciali innititur, & nō tenetur ſuperior habilitare inhabilem, & ſi nolit habilitare nullam iniuriam facit, vel poſtulato, vel poſtulantibus.

60 Et conſidero etiam, caſum huius decretalis eſſe de eo, de quo nullus defectus apparebat, & qui ex eo non poterat eligi, quia erat alterius Eccleſiæ ſponſus; nam longè diuerſa ratio eſt, dùm ſolùm poſtulatur Epiſcopus, vt de vna ad aliam Eccleſiam transferatur, quàm dum poſtulatur aliquis patiens defectum, & non habens requiſita à iure, vt præſit; vt ſi poſtuletur, qui non habet ætatem, vel eſt irregularis, vel qui fuit criminoſus, homicida, hæreticus, &c. Vnde enim neceſſitatur Papa, vt cum huiuſmodi diſpenſet? At dices, neceſſitatur ex cauſa. Sed reſpondetur, quod quando neceſſitatur ex cauſa, poſtulatio debet admitti etiam ſi ſolum ſit facta à maiori parte capituli, vt vult *Gloſſ. d. cap. confirmes*. Sed tunc eſt per accidens, ratione cauſæ, non ex vi poſtulationis.

61 Dicitur ſecundò ex *Gloſſa*, quod hæc decretalis *ſcriptum*, non continet ius commune ſeruandū in conſimilibus caſibus, ſed prouiſionem tunc aſſumendam de conſenſu partium. Nam textus illius decretalis clarè loquitur, & ſic habet. *Et ſi partes conſenſerint, procedas hoc modo, vt ſi conſtiterit.* Quorum verborum ſenſus eſt, vt explicat *Gloſſ. v. conſenſerint*, vt Notarius cui a Papa cognitio illius cauſæ commiſſa fuit, eandem cauſam definire deberet ſecundum eum modum, qui in decretali ſubſequitur, ſi tamen partes conſenſerint, vt Notarius ille eo modo procederet in cauſæ definitione.

62 Et hoc confirmatur, quia quantum poſſibile eſt, vitanda eſt legum correctio, & abolitio, ſed iura iuribus concordari debent, *cap. cum expediat*, 29. *de elect. in* 6. & ideò hæc decretalis debet intelligi, vt non diſcordet à iure communi, illudque non tollat, cum tamen contra ius commune ſit, *cap. quia propter* 42. *cap. Cumana* 50. *cap. in Geneſi* 55. *& cap. Eccleſia* 57. *de elect.* quod electio non facta à maiori parte confirmetur, & tamen hæc decretalis velit, quod ſi poſtulatio non ſit à duabus partibus, tunc electio etſi facta à minori parte confirmetur. Et ſimiliter de iure communi eſt, vt ius eligendi non deuoluatur ad minorem partem, niſi maior pars ſcienter elegerit indignum, *cap. cum in cunctis* 7. *de elect.* & tamen ex hoc decret. ſequitur, quod electio deuoluatur ad minorem partem, etiam ſi non maior pars ſcienter elegerit indignum. Quia vult, quod ſi maior pars duarum partium ſcienter poſtulauerit indignum, tunc tertiæ alterius partis electio confirmetur, quia ad illam ſit deuoluta electio, at verò ſtat, quod maior pars duarum partium poſtulet ſcienter indignum, & tamen illa non ſit maior pars capituli, vt in caſu poſito *à Panorm. nu.* 14. dum ex 12. electoribus duo elegerunt dignum, decē poſtulauerunt indignum, ſed ex his decem ſolum ſex ſcienter id fecerunt; at verò ſex non eſt maior pars 12. Et vlterius in hoc caſu electores legitimi ſūt ſolùm duo, poſtulantes legitimi ſunt quatuor; igitur ex priori dicto huius decretalis confirmanda eſſet poſtulatio, non verò electio, vt in vltima parte einſdem decernitur. Sed & quamplures aliæ contrarietates iuris ex hac decretali ſequuntur, quę non poſſunt rationabiliter explicari. Quamobrem dicendum eſt illam non continere ius commune, ſed particularē prouiſionē ſumptā de conſenſu partiū.

63 Ideò dicitur tertiò, quòd nedùm cæteris paribus electio præferenda eſt poſtulationi, vt dicunt *Tab. v. poſtulatio n.* 1. *& Barboſ. l.* 1. *de iur. Eccl. n.* 18. Sed quod hoc eſt abſolutè ſemper faciendum. Ita quòd vel electio non erit, vel erit præferenda. Vbicunque igitur electio eſt à maiori parte vocalium ſemper electio, niſi aliud obſtet, erit confirmāda. Vbi verò electio non ſit à maiori parte, nunquā erit confirmanda. *Gloſſ. cap. bonæ* 3. *v. in tanta de poſt.* Sed in eo caſu ſi maior pars aliquem poſtulauerit, erit in arbitrio confirmatoris admittere ſi velit poſtulationem, vel eam reijcere; cum hoc tamen diſcrimine, quod poſtulatio quo facta in maiori cōcordia facilius admittitur de ſtylo, & conſuetudine Curiæ Romanæ.

SVM-

Digitized by Google

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium Alexandri IV. pro Ord. Prædicatorum. nu.64.*
2 *Tria concedit ſupra ius commune. n.65.*
3 *Poſtulatio iſta ſine electione non ſubſiſtit. numer.66.*
4 *Poſtulatio iſta habet locum ſolum in electione Prouincialium, & Priorum. n.67.*
5 *Solum præſentes electioni poſſunt poſtulare. numer.68.*
6 *Forma poſtulationis ex priuilegio non eſt determinata. nu.69.*
7 *Debet poſtulatio fieri per vota ſecreta. n.69.*
8 *In Ordine Prædicat. ſeruatur forma ſcrutinij per ſchedulas. nu.69.*
9 *Decretum debet continere totum proceſſum electionis. n.69.*
10 *Sufficit poſtulatum eſſe à maiori parte. n.69.*
11 *Votum electionis non accedit poſtulationi, nec econtra. nu.70.*
12 *Nunquam ex ſola inæqualitate votorum poſtulatio præferenda electioni. n.71.*
13 *Poſtulatio poteſt admitti ſolum, ſi ex cauſa non confirmetur electio. n.71.*
14 *Si contingat non confirmari electionem, non neſſitatur ſuperior admittere poſtulationem. numer.72.*
15 *In Ord. Prædic. non valet poſtulatio, ſi electio non eſt canonicè facta. n.73.*
16 *Ex vi tamen priuilegij, valet etiam ſi inueniatur nulla electio ex parte formæ. n.73.*
17 *Si contingat electum non eſſe nominatum à maiori parte legitimorum vocalium, poſtulatum vero id habere, non valet poſtulatio in Ordine Prædic. num.74.*

64 QVæritur ſextodecimò. Quid dicendum de poſtulatione, quæ ex priuilegio cópetit Ord. Prædicatorum, & per communicationem alijs ordinibus Regularium? Alexander IV. conceſſit Ord. Prædicat. priuilegium tenoris ſequentis. *Vt ea, quæ vobis interdum circa electionis negotium incumbunt expedienda pro tempore, citiùs, & ſalubriùs valeant expediri; vobis authoritate præſentium de gratia cócedimus ſpeciali, vt cum in aliquo Ord. veſtri Capit. vel Cóuentu de Prouinciali, aut Cóuentuali Priore occurrerit electio facienda, ſi ex aliqua cauſa factam electionem ab ipſis Fratribus eiuſdem Ordinis, quorum intereſt, non contingat forſan confirmari: Superior, ad quem confirmatio electionis huiuſmodi pertinet, aliquem de illis Fratribus, quos ipſi electores, vel maior pars eorum per literas ſuas ab ipſo petierint, quando ad ipſum pro electi confirmatione tranſmittunt, eis, de noſtra licentia, concedere valeat in Priorem. Per hoc enim & diſcurſus Fratrum, & alia impedimenta, quæ poſſent occurrere, credimus euitari. Nulli ergo &c. Datum Laterani 17. Cal. Aprilis Pontificatus noſtri anno III.* Hoc verò priuilegium ſub eiſdem quidem verbis confirmatum fuit à Gregor. XI. in ſua Conſt. *Virtute conſpicuos 7. §.6.* & iterum à Sixto IV. in mari magno, ſeu Conſtit. eius 7.

65 Ex hoc igitur priuilegio ſupra id, quod de iure communi competit electoribus, vt poſſint, vel eligere, vel poſtulare vnam certam determinatam perſonam, tria conceduntur. Primum eſt, quòd electores ſimul vtraque via electionis, & poſtulationis procedere valeant, vnum eligendo & ſimul aliũ poſtulando. Secundum quod adhuc non reſtringãtur ad vnum poſtulandum, ſed poſſint plures poſtulare, *ibi aliquem de illis Fratribus, quos ipſi electores, vel maior pars eorum per literas ſuas ab eo petierint.* Tertium quòd poſſint poſtulare eligibilem. Non enim priuilegium limitat, ſed abſolutè concedit, vt poſſit ſuperior aliquem ex poſtulatis admittere.

66 Primò vero conſiderandum, poſtulationem huiuſmodi ſine electione nihil valere; quoniam apertè in priuilegio dicitur poſtulationẽ hanc admittendam eſſe, ſi electio non confirmetur; ſupponit ergo electionem, & non habet locum niſi vbi contingat electum non confirmari. *Caſtell. cap. 2. de elect. num. 13. Vrceanus par. 3. cap. 5. Camil. par. 1. cap. 3. num. 4.* Verùm non per hoc negatur id, quod iure communi omnibus eſt conceſſum, vt ſi electores noluerint procedere per viam electionis, non poſſint accipere viam poſtulationis; ſed tunc non poterunt poſtulare eligibilem, nec poterunt niſi vnum poſtulare & ſeruare tenebuntur leges, quas de poſtulationibus tradunt ſacri Canones. Priuilegium enim non aufert, quod ex iure communi competit, ſed concedit, quod ius commune negat.

67 Qui autem hoc modo poſtulari poſſunt? Reſpondetur, manifeſtum eſſe priuilegium hoc cõprehendere electiones Prouincialium, & Priorum, ita quòd poteſt poſtulari in Priorem Conuentualẽ, vel Prouincialem, quicumq; ex diſpenſatione ſuperioris poteſt Conuentui, ac Prouinciæ præfici *Vrceanus d. par. 3. cap. 5. Caſtel. cap. 2. de elect. numer. 13. Camil. par. 1. cap. 3. num. 2. Lezana ad Mare magnum Præd. §. 6. num. 16.* Ideo nequit hoc extendi ad alios, vt ad Diffinitores, vel Socios, vel etiam Generalem; quia in priuilegio ſolùm fit mentio de electione Prioris Prouincialis, & Conuentualis.

68 Quis autem poſſit poſtulare ſecundum hoc priuilegium? Reſpondetur, quòd omnis & ſolus, qui poteſt eligere, vt patet ex textu ibi, *quos ipſi electores, vel maior pars eorum, per literas ſuas ab ipſo petierint.* Solùm igitur electoribus præſentibus electioni, competit poſtulare. *Vrceanus, Caſtel. Camil. Lezana citati.*

69 Quæ forma ſeruanda eſt in huiuſmodi poſtulatione? Priuilegium hanc formam non determinat. Cum tamen hæc poſtulatio fieri debeat ab electoribus, ad minus fieri debet ab ipſis collegialiter congregatis, & apud Regulares modò ex decreto Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularib. debet fieri per vota ſecreta. In Ordine Prædicatorum ex ſtatuto Capit. Gener. Romæ 1553. & 1564. debet fieri per vota ſecreta & per ſchedulas, ita vt in eadem ſchedula elector primò ſcribat nomen electi per verbum *eligo*, & poſtea nomen poſtulati, vel poſtulatorum per verbũ *poſtulo*, & debent ſeruari alia, quæ in ſcrutinio electionis ſeruantur. Et hic debent à ſcrutatoribus pronunciari, & publicari, ita vt Capitulum ſcire poſſit, quis, & à quot aliquis ſit in poſtulatione nominatus, & videre an ſit ſufficienter poſtulatus: & tandem debet fieri decretum poſtulationis ſimul cum decreto electionis à primo ſcrutatore dicente *Ego etc. eligo etc. & poſtulo etc.* &

hoc

hoc totum mitti ad Confirmatorem. *Gloſſa d.2.c.2.* §.1.*lit.A.v.declaramus.* Capit.Rom.1653.& Bonon. 1564. apud *Fontau. de electione in genere, num.49. & de elect.Prioris Conuent. num.48. Vrceanus d.c.5. Caſtel.d.cap.2.num.13. Camill. d.cap.3. num.1. & 2. Donat. p.3.trac.1.q.3.n.4.* Hinc eſt etiam, quòd ad hoc vt quis ſit poſtulatus, ſufficit vt à maiori parte in poſtulatione ſit nominatus, vt ex textu priuilegij expreſsè habetur,& præfati DD. tradunt: quamuis ſi poſtulatus ſit præſens in Ordine Prædicatorū debeat habere duo ſuffragia, vel vnum cum dimidio vltra medietatem eligentium. Literæ verò directę ad Superiorem in eodem Ord. Prædicatorum non poſſunt eſſe aliæ à decreto, ſeu ſcrutinio electionis, iu quo totus proceſſus electionis, & poſtulationum continetur, *Gloſs.Conſtit.d.2.c.2.§.1.lit.A. v.declaramus,* ex Capit.Gener.Bonon.1564.& DD. ſupra citati.

70 Sed nunquid electio, & poſtulatio ſeſe inuicem iuuant,vt ſuffragium electionis accreſcat poſtulationi, & valeat, ac ſi eſſet poſtulatio, & econtra? Vt ſi v. g. aliquis ex decem vocalibus ſit electus à ſeptem, & poſtulatus à tribus cenſeatur vnanimiter electus: vel ſi ex decem vocalibus ſit poſtulatus à quinque, & electus à duobus cenſeri debeat poſtulatus à maiori parte & poſſit confirmari? Affirmant *Vrceanus d.p.3.cap.5.Caſtel.c.2.de elect.n.13. Camillus p.5. cap. 3. 2. &c.* Sed qua ratione non dicunt, nec probant. Poteſt verò probari, quia ex quo electores eligunt, vel poſtulant conſentiunt in perſonam nominatam. Verùm oppoſitum eſt dicendum; quia nec electio eſt poſtulatio, nec poſtulatio eſt electio, nec poteſt vocalis exprimere conſenſum eligendo, & poſtulando, ſed determinatè, vel per verbum *eligo*, vel per verbum *poſtulo*, debet votum explicare, nec poteſt reſpectu eiuſdem perſonæ alternatiuè ſe habere eligendo, vel poſtulando *cap.vnico, de poſtul.in ſexto.* & vota incerta, & alternatiua nullius valoris ſunt, *cap. in electionibus, eod. tit. & libro,* vt probatum eſt ſupra *cap.18.q.6.* Ideo votum electionum non valet pro poſtulatione, nec econtra. Et hæc eſt praxis Ordinis. Nam & electus debet eſſe electus à maiori parte, & poſtulatus debet eſſe poſtulatus à maiori parte, vt in textu dicti priuilegij continetur. Vbi tamen electus ſit à maiori parte electus, ſi ſit poſtulatus ab alijs iuuat accidentaliter, vt faciliùs confirmetur, & magis conſtet de voluntate Conuentus. Sicut econtra ſi quis ſit poſtulatus à maiori parte, & electus ab aliquibus ſignum eſt, quod à pluribus de Conuentu deſideratur. Sed mille poſtulationes non faciunt vnam electionem, & vt qui non eſt electus à maiori parte cenſeatur, vt talis, nec econtra.

71 Poteſt ne dari caſus, in quo poſtulatus præferendus ſit electo, & confirmandus etiam ſi electus ſit dignus,vt confirmetur? *Camil.dicto cap.3.num.6. lit.F.* inquit, quòd poſtulatio non poteſt reijci ſine iniuria, & quod aliquando poſtulatio præualet electioni, præcipuè quando eſt maior numerus poſtulantium, vt ſi ſint decem vocales,& electus nominetur à ſeptem, & alius poſtuletur ab octo vocalibus, tunc poſtulatus præualet electo, & citat *Innoc. & Panorm.in cap.ſcriptum, & Caſtel. cap.2.* Sed primò nec dicti DD. hoc docent, ſed ſolùm dicunt poſtulationem præferri electioni, ſi poſtulatio ſit à duplo maiori parte eligentium, quàm electio, vt ex dictis in hoc *cap.patet*. Secundò doctrinam dictorū DD. non facit ad rem, quia ipſi loquuntur de poſtulatione, quæ eſt de iure communi, & modò eſt ſermo de poſtulatione, quæ eſt ex priuilegio, & cui non poteſt adaptari dicta doctrina,etiam ſi eſſet vera. Quia hæc poſtulatio, quæ eſt ex priuilegio ſaltem in Ord.Prædicatorum, non ſubſiſtit, niſi ſubſiſtat electio,& electio non ſubſiſtit niſi electus ſit nominatus à maiori parte; vnde eſt impoſſibile quod electus ſit nominatus à ſola tertia parte, & poſtulatus à duabus partibus,qui eſt caſus in quo prædicti Doctores ex eo *cap.ſcriptum* dicunt;quod poſtulatio eſt præferenda electioni. Tertio nam in noſtra poſtulatione repugnat, hoc expreſsè ex textu priuilegij, in quo datur facultas admittendi poſtulationem ſolùm in caſu, in quo electio non confirmetur. Examinanda igitur primò eſt electio, & tunc niſi detur ratio,vnde electio non confirmetur, ex vi ſola inæqualitatis ſuffragiorum numquam eſt confirmanda poſtulatio, ſed ſolùm in caſu, quòd ex aliqua cauſa contingat electionem non confirmari. *Gloſſ.Conſtit.d.2.cap.3.§.4.lit.C.Vrceanus, & Caſtel. locis citatis.*

72 Sed ſi contingat electionem non confirmari, tenetur ne ſuperior aliquem, ex poſtulatis admittere? Reſpondetur non teneri; quia conceditur facultas admittendi poſtulationes, non imponitur neceſſitas. Et vt ſupra dicebam, nec quidquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſſitati ſubijcitur. *l.non quidquid, ff.de Iud.* Cæterum poſtulatio gratiæ innititur, non iuſtitiæ; nec poſtulatus acquirit ius ad Prælaturam; & praxis ordinis eſt, vt ſit in arbitrio ſuperioris dare vnum ex poſtulatis, ſi non confirmatur electus. Et ita *Gloſſa Conſtit.d.2.cap.3.§.4. lit.E.* ſolùm dicit, quod ſuperior poteſt concedere vnum de poſtulatis, & ita DD. citati loquuntur.

73 At verò ſi electio ſit nulla, & nulla declaretur ex defectu formæ poteſt ne confirmator in hoc caſu admittere poſtulationem, & vnum de poſtulatis concedere? Negant *Vrceanus d.cap.5. & Caſtell. d.cap.2.num.13.Camil d.cap.3.nu.4.* Et talis eſt praxis Ordinis, cuius ratio reddi poteſt; quia cum poſtulatio ſit faciēda ſeruata forma electionis,vix poteſt eſſe nulla electio ex parte formæ, & valida poſtulatio; cum forma ſit eadem vtriuſque & indiuiſibilis. Spectata tamen vi priuilegij, poſtulatio ſupponit quidem electionem in apparentia canonicā, ſcilicet eam in qua aliquis ſit nominatus à maiori parte eligentium, ſed non ſupponit electionem validam; ſed immò ſine diſtinctione abſolutè conceditur ſuperioribus, vt ſi contingat electionem ex aliqua cauſa non confirmari, tunc poſſint admitti poſtulationes. Non igitur priuilegium eſt limitandum, vt ſolùm habeat locum admiſſio poſtulationū, quando non confirmatur electio ex defectu electi, vel ex cauſa ex parte electi ſe tenente, ſed quando indiſtinctè electio ex aliqua cauſa non confirmatur; etiam ſi ſit ex hoc, quod non eſt canonicè facta. Ideo apud alios ordines Regularium, vbi poſtulatio non ſit ſeruata forma electionis, & poſtulatio poſſit eſſe valida exiſtente electione nulla; poterit admitti poſtulatio, etiam ſi nulla declaretur electio.

74 Sed interrogabis. Quid dicendum etiam in Ord. Prædicatorum, ſi electio ſit nulla, quia admiſſi non vocales, quibus detractis electus non eſt no-

men

minatus à maiori parte, & tamen poſtulatus adhuc à maiori parte vocalium legitimorum eſt nominatus? Reſpondetur quòd conſuetudo, quæ eſt optima legis interpres, ſic intellexit priuilegium hoc, & illud intelligit, vt vbi nullus eſt canonicè, & legitimè electus, poſtulationes ſint nullæ, & ideo in præfato, & ſimilibus caſibus poſtulationes non ſunt admittendę.

CAPVT XXV.

De qualitatibus eligendorum.

SVMMARIVM.

1 *Ordo dicendorum. num. 1.*

1 IAm ſatis hucuſque actum eſt de forma electionis, & oſtenſum qualiter ex defectu formę electio inualida eſſe poſſit; remanet, vt tractetur de electionis materia, quæ eſt perſona, quæ eligitur; vnde videndum reſtat, qualis debeant eſſe perſona, quæ eligi validè, & ritè poſſit in Prælatum, & qualis ſit obligatio eligentium ad eligendum perſonam, quæ ſit prædita qualitatibus neceſſarijs, & quæ pœnæ latæ in eligentes, ſi in hoc deficiant. Conditiones verò eligendorum ſunt neceſſariæ, vel ex iure naturali, vel ex iure Eccleſiaſtico, aut communiſſimo omnibus electionibus, aut communi electionibus Regularium, aut ſpeciali electionibus huius, vel alterius Religionis, aut Conuentus. Et harum vltimarum inquiſitione relicta vnicuiq; ex illis Religionibus, & Collegijs ex quorum propria lege requiruntur, quoniã de illarum neceſſitate ſolùm ex proprijs ipſorum ſtatutis conſtat, de aliarum neceſſitate agendum eſt in hoc capite.

Conditio prima.

Vſus rationis expeditus.

SVMMARIVM

1 *Neceſſarius vſus rationis expeditus. n. 1.*
2 *Prælatus lex viua. n. 2.*

2 QVæritur autem primò. Quid iuris de eo, qui non habet expeditum vſum rationis? Reſpondetur autem, quòd ex lege naturali neceſſe primò eſt, vt eligendus ſit perſona humana vſu libero rationis prædita; nam ſine libero rationis vſu non eſt aliquis capax vt ſe, & alias dirigat in finem, *D. Thom. p. 2. q. 1. num. 1. & 2.* Prælati verò eſt eſſe legem viuam dirigentem ſubditos ſuos in finem vitæ æternæ iuxta Chriſti, & Eccleſiæ leges; omnino igitur in Prælato neceſſarius eſt vſus rationis liber, & expeditus.

SVMMARIVM.

1 *Infantes ſunt inhabiles. num. 3.*
2 *Amentes ineligibiles. n. 3.*
3 *Etiam ſi ſit amens in aliqua ſola materia. nu. 4.*
4 *In Prælato neceſſaria magna prudentia. n. 4.*
5 *Etiam ſi amens patiatur lucida interualla. n. 5.*
6 *Prælatus omni tempore debet eſſe expeditus ad gubernandum ſuos. n. 5.*
7 *Amentia ſemel accenſa ſemper præſumitur, niſi ſanitas probetur. n. 6.*
8 *Qui ſemel ex cauſa habituali fuit fatuus, etiam ſanatus eſt irregularis, & ſine Papæ diſpenſatione non poteſt ordinari. nu. 6.*
9 *Amens ſanatus poteſt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. nu. 7.*
10 *Non eſt neceſſaria niſi ad melius licentia Epiſcopi, vt amens ſanatus miniſtret in ſuſceptis ordinibus. num. 7.*
11 *Experimentum ſanitatis per annum non eſt in vſu, ſed eſt arbitrarium. n. 7.*
12 *Epiſcopus vel ſuperior non poteſt impedire amentem ſanatum, ne miniſtret in ordinibus ſuſceptis. num. 7.*
13 *Amens non ordinatus, licet ſanatus, non poteſt ſine diſpenſatione Papæ eligi ad officium exercitium ordinum requirens. nu. 7.*
14 *Amens ordinatus, & perfectè ſanatus, poteſt eligi ad officium. n. 7.*
15 *Amens ex cauſa tranſeunti poteſt eligi. n. 8.*
16 *Vertiginoſi poſſunt eligi. n. 9.*
17 *Hi non debent celebrare ſine ſocio. n. 9.*
18 *Electio amentis, non eſt ipſo iure nulla, vel ex lege naturæ, vel ex lege poſitiua. n. 10.*
19 *Textus maritum 2. diſt. 33. licet non ſit Greg. Papæ continet legem. nu. 10.*
20 *Textus Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. explicatur. num. 10.*
21 *Sub eo non comprehenduntur Regulares. nu. 10.*
22 *Nec Beneficiati extra Cathedrales, & Collegiatas. num. 10.*
23 *Promotio amentis in Collegiata, vel Cathedrali an ſit ipſo iure nulla ex Concil. Tridentino decreto? num. 10.*
24 *Qui ſolitus eſt inebriari eſt irregularis, nec poteſt eligi. n. 11.*
25 *Peccata commiſſa ab ebrio puniuntur; quia ebrietas voluntaria. n. 11.*
26 *Ebrietas per ſe reddit hominem ineligibilem. numer. 11.*
27 *Obſeſſus à Dæmone eſt irregularis. n. 12.*
28 *Ad nullum Ordinem poteſt promoueri. n. 12.*
29 *Semel poſſeſſus à Dæmone eſt perpetuo irregularis, vt poſſit ordinari. n. 12.*
30 *In hac irregularitate ſolus Papa diſpenſat. numer. 12.*
31 *An Superiores Regulares poſſint in ea diſpenſare. numer. 12.*
32 *Perfectè liberatus à Dæmone poteſt miniſtrare in ſuſcepto ordine. n. 13.*
33 *Et non indiget licentia Epiſcopi, niſi ad melius. num. 13.*
34 *Perfectè liberatus à Dæmone, ſi ſit ordinatus, poteſt eligi etiam ad officium requirens Ordinis exercitium. nu. 13.*

Digitized by Google

35 *Sanitas ſemel obſeſſi à Dæmone non præſumitur, ſed eſt probanda. n.13.*
36 *Experimentum illius ſanitatis, arbitrarium. n.13.*
37 *Irregularitas obſeſſi à Dæmone non eſt perpetua in ordine ad ſuſcepti ord. miniſterium. n.13.*
38 *Epiſcopus obſeſſum ſanatum, donec probetur ſanitas, poteſt impedire ne celebret. n.13.*
39 *Si aliquis opponat electioni, probanda eſt ſanitas perfecta electi. n.13.*
40 *Epileptici irregulares, & ineligibiles. n.14.*
41 *In ordine ad ſuſceptionem ordinum hæc irregularitas eſt perpetua, & non diſpenſabilis niſi à Papa. n.14.*
42 *Solum qui raro ſine ſpumis, & vocibus confuſis cadunt, poſſunt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, & eligi in Prælatos. n.14.*
43 *Et tamen nec ſine aſſiſtentia Sacerdotis ieiuni celebrare debeat. n.14.*
44 *Perfectè ſanatus ab Epilepſia eſt eligibilis. n.14.*
45 *Si tamen opponatur eius electioni, ſanitas eſt probanda. n.14.*
46 *Sufficit ad probandam ſanitatem experimentum 30 dierum. n.14.*

3 Quæritur ſecundò, qui ſint, qui ex defectu vſus rationis ſunt ineligibiles? Et Reſpondetur, quod primò ab electione paſſiua excluduntur infantes vſum rationis non habentes. Secundò excluduntur amentes, ſeu furioſi, & mente capti, qui vſu rationis ſunt priuati. *cap. Quamnis 7. q. 1. & cap. conſtitutionem, vbi Gloſſ. v. intellect. de verb. ſignific. in 6. Gloſſ. in c. ex eo v. diſcretione*, vbi quoque *Franc. de elec. in 6. Biax. in ſuo direct. p. 1. c. 15. Toloſ. tit. de elect. c. 6. n. 2. & c. 11. n. 9. Azor. p. 2. c. 4. q. 14. fin. Nauar. in cap. ſi quando except. 12. n. 6. & 10. de reſcript. Rota deciſ. 1 90. n. 3. p. 2. recent. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 86. n. 4. Lauor. c. 16. n. 77. Donat. tr. 5. q. 38. n. 13. p. 3.*

4 Et hoc extendi debet, etiam ſi amens non dicatur talis ſimpliciter in omni materia, ſed in aliqua ſolùm, vt ſi quis credat ſe habere pedes ferreos, licet in alijs ratione vtatur, & ſit ſui compos. Quidquid enim ſit, an hic amens poſſit contrahere matrimonium, de qua quæſt. agit *Sanchez lib. 1. de matrim. diſp. 8. a n. 22.* alia ratio eſt de matrimonio, & de prælatura, in hoc, quod non conſiderauit, *Lauor. vbi ſupr. n. 78.* quia Prælatus tenetur dirigere Eccleſiam, ad quod regimen magna prudentia, & ſumma diſcretio requiritur, cuius non eſt capax, qui in aliquo manifeſtè delirat.

5 Extenditur ſecundò, ad amentes, qui patiuntur lucida interualla, quia Prælatus debet in omni tempore, & occaſione eſſe expeditus, vt poſſit ſuos dirigere, & gubernare, & de actionibus eorũ diſponere eaſq; iudicare, *Rot. cit n. 4. Sigiſ. et Lauor. vbi ſup.*

6 Extenditur tertiò, vt furor ſemel accenſus, ſemper præſumatur adeſſe, niſi contrarium probetur; vnde qui ſemel fuit verè amens, & fatuus, præſumitur talis ſemper, niſi probetur ſanatus, *Gloſſ. in cap. fin. v. compotem, de ſucceſſ. ab inteſtato. Biax. vbi ſupra num. 3. Couar. 4. decret. par. 2. cap. 2. num 6. Menoch lib. 6. præſumpt. 45. num. 59. & conſ. 82. num. 120. Rodriq. tom. 2. quæſt. 54. art. 5. Sigiſm. d. dub 86. num. 6.* Ideo talis non debet eligi. Eſt tamen conſiderandum, quod qui ſemel paſſi ſunt amentiam, vel furorem ex cauſa habituali, & de ſe permanenti, licet ſint ſanati, & quidem perfectè, ſunt nihilominus ita irregulares, vt non niſi cum diſpenſatione Papæ poſſint aſcendere ad ordines. Vnde iſti non poſſunt eligi ad Prælaturã, quæ in Prælato ordinem requirit, niſi priùs diſpenſati à Papa ad ordines, poſſint quoque eligi in Prælatos.

7 Sed amentes perfectè ſanati, poſſunt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, vt docent *Gloſſ. in cap. maritum, diſt. 33. Sylu. v. corpore vitiati q. 8. D. Anton. 3. par. tit. 28 cap. 5. fin. Nauar. cap. 27. nu. 203. Suarez de cenſ. diſp. 51. ſect. 1. num. 4. Bonac. de irregular. diſp. 7. q. 2. punct. 2. num. 23. Donat par. 3. tract. 5. quæſt. 38. num. 14.* Vnde iſti ſi probentur eſſe ſanati ab amentia, poterunt eligi. *arg. ex cap. illud 15. 7. q. 1. & c. in tuis literis 7. quæſt. 1.* Et quamuis *Maiolus* apud *Suarez* crediderit neceſſarium eſſe Epiſcopi iudiciũ decernentis amentem eſſe ſanatum, & propterea declarantis eum poſſe in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, tamen hoc non eſſe neceſſarium ex *Nauar. et alijs* docet *Suarez d. num. 5.* Et certè hoc de amentibus non eſt expreſſum, ſed ſolum de obſeſſis à Dæmone, & Epilepticis, vt dicetur. Et nihilominus nec in illis huiuſmodi, vel licentiam, vel declarationem eſſe neceſſariam niſi ad meliùs & tutiùs agendum tradunt ijdem DD. quibus conſentit, *Tambar. to. 2. diſp. 17. q. 4. num. 6.* addens ex *Filliuc.* Superiorem teneri hunc conſenſum præſtare. Et licet aliqui putauerint neceſſarium eſſe, vt per annum continuum, qui fuit amens viuat ſanus, & ſui compos, ad hoc vt poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, nihilominùs hoc non eſſe in vſu aſſerit *Suarez ibid.* Vnde remanet arbitrarium, & nec poſſunt ſuperiores impedire, ne qui fuit amens, ſi probet ſuam ſanitatẽ, poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, cũ habeat ius ad exercitium ſui ordinis, & ideo ſuperior, vel Epiſcopus non poteſt illum impedire. Cum igitur hæc irregularitas non ſit perpetua, ſed ſolum durante infirmitate amentiæ, ſi quis iam Sacerdos ſit ſanatus ab amentia, poterit ſine alia diſpenſatione eligi in Prælatum, ſed ſi non ſit Sacerdos, non poterit ſine diſpenſatione Papæ, aut habentis ab eo authoritatem eligi ad Prælaturam exigentem Prælatum Sacerdotem, & vniuerſaliter non ordinatus non poterit eligi ſine ſimili diſpenſatione ad officium requirens in electo ordinem.

8 Limitatur tamen primò aſſertio, vt non intelligatur de amentia, quæ ſit paſſio tranſiens, & veniat ex cauſa accidentali tranſeunte, & non habitualiter permanente. Nam nec tales infirmi, qui vel ex febri, vel ex ira, aut ſumma triſtitia in phræneſim cadunt, & delirant, dicuntur furioſi, vel amẽtes, vel ſimpliciter phrænetici; & ideo tales non eſſe irregulares & poſſe eligi in Prælatos ex conſequenti docent. *Suarez vbi ſupra n. 5. Bonac. diſp. 7. q. 2. p. 2. n. 2. Sigiſ. de elect. dub. 86. n 1. Donat. d. q. 38. n. 14. Conar. 4. decr. p. 2. cap. 3. nu. 6. Menoch. lib. 6. præſump. 45. n. 62. Ludou. Lopez 2. par. c. 39.*

9 Limitatur ſecundò vt dicta principalis aſſertio non habeat locum in ijs, qui patiuntur leuem quandam mentis alienationem, vel vertiginem, vel deliquium animi, vel quid ſimile, quòd ſtatim tranſit; quia iſti non ſunt aut amentes, aut furioſi, aut mente capti, quamuis in ordine ad miſſæ celebrationem cauti eſſe debeant, nec accedere ad altare ſine ſocio, vbi periculum ſit, vt tunc hoc morbo vexentur. *Maiol. l. 2. de irreg. c. 19. Suar. & Donat. citati.*

10 Explicatur etiam principalis aſſertio, vt electio amentis nedum ſit illicita, ſed ipſo iure videatur nulla, vel ex lege naturali pro tẽpore amentiæ, vel ſi amentia ſit perpetua; vel ex lege poſitiua, ſi ſit amens habens longa, & frequentia lucida interualla, vel ſi iam ſit ſanatus, & nihilominùs iuxta ſupradicta maneat irregularis. Nam *cap. Maritum 2. diſt. 33.* inter alias cauſas irregularitatis ibi poſitas, vna eſt inſania, ibi *qui in furorem aliquando verſus inſaniuit*. Vnde eſt, quod ad hanc irregularitatem incurrendam ſufficit, quòd aliquis ſemel inſaniuerit. Quod tamen intelligi debet, vt ſupra eſt explicatum. Quàmuis verò textus *d. cap. Maritum* non ſit Gregorij Papæ, vt refert Gratianus, ſed ſit authoris *lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus*, vt habetur in adnotat. ad illud caput. Quem fuiſſe Genandium habetur ex *D. T. quodl. 12. art. 11. c.* Nihilominus dicendum eſt, caput illud referre legem antiquam, vel fuiſſe vſu receptum, & ideo continere legem communem. *Suarez vbi ſupra n. 4.* econtra dicendũ videtur, quod huiuſmodi electio nullo iure eſt ipſo facto irrita, & nulla, licet tam iure naturali, quam poſitiuo ſit omnino irritanda. Non quidem ex lege naturæ eſt ipſo iure nulla. Fidelis enim baptizatus ratione baptiſmi eſt capax iuriſdictionis ſpiritualis, & non minus ad Ordines ſuſcipiendos, & exercendos, quam ad officia, & miniſteria Eccleſiaſtica eſt neceſſarius vſus rationis: ſicut igitur amentia non obſtante, ſi amens ordinetur ordinatio non eſt ex lege naturæ nulla, ſed immò ordinatus validè ordinem ſuſcipit; ita non inualidè ſuſcipit officium, ſi ei datur, quantum ſit ex lege naturę. Sed neque ex lege poſitiua, nam in *d. cap. Maritum* amentes ſolum prohibentur Ordinari, nec declaratur ipſo facto irrita ordinatio, ſi fiat. Infra etiam tractando de irregularitate probo, quod irregularis electio nõ eſt ipſo iure nulla. Sed reſpondetur quod cum electio ſit quidam contractus, in quo electus ſe obligat Eccleſiæ, in ijs quæ ſpectant ad officiũ ſuum adimplendis, & amens conſentire, & ſe obligare non poſſit; ideò electio actu amentis eſt iure naturæ nulla. Nec eſt eadem ratio de ſuſcipiente ordinem; quia Ordo de ſui ſubſtantia non requirit actum liberum ſuſcipientis, vt habet *Diu. Thom. 4. diſtinct. 25. quæſt. 2. numer. 1. quæſt. 2.* ſicut requirit Prælatura. Sed electio eius, qui patitur lucida interualla facta tunc cum ille non eſt amens, ſed poteſt conſentire, licet ſit omni iure irritanda non tamen eſt ipſo iure nulla, vt probant rationes adductæ. Sed obſtare videtur decretum Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 4. ibi *Nec alijs in poſterum fiat prouiſio, niſi ijs, qui iam ætatẽ, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur, aliter irrita ſit prouiſio*. Inter alias autem habilitates vna eſt ſine dubio vſus rationis expeditus. Sed circa hoc decretũ, primò conſiderandum eſt, quòd non afficit Regulares. Tum quia Prælaturę regulares nõ ſunt propriè beneficia. Concilium autẽ de beneficijs loquitur, ibi *qualibet alia beneficia in dictis Eccleſiis obtinent*. Tum quia multa in eo *cap.* Concilium definiuit, quæ in Regularibus locum non habeant, vt quòd vocem in Capitulo nõ habeant, qui non ſunt ſubdiaconi, cuius oppoſitum nedum ſeruatur in Monialibus, ſed etiam in Religionibus virorũ, in quibus, vel etiam laici habent vocem in electionibus, vel Clerici non Subdiaconi vocem habent in Capitulo, quamuis non in electionibus Canonicis. Similiter ſtatuit, quòd huiuſmodi in dictis Eccleſijs mancipati diuinis officiis infra annum ſuſcipiant Ordines requiſitos, quòd minimè afficit Regulares in monaſterijs viuentes, qui nullam neceſſitatem habent, vt promoueantur niſi ad Superiorum beneplacitum: Moniales verò ſunt Ordinum incapaces. Et ideò non obſtante, quòd *Gloſſ. & Panorm. in Clem. 1. de ætat. & qualit. & Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4. n. 5.* teneant Clementinam illam afficere etiam Regulares, oppoſitum eſt dicendum. Quod ex eo iterum magis probatur, quod vox in Capitulo, quæ negatur non Subdiaconis non importat ſolam vocem in electionibus, ſed in quibuſcumque capitulariter expediendis, vt tanquam deciſum à S. Congr. tradunt *Garz p. 3. c. 4. n. 25. & Barboſa de Canonicis cap. 37. nu. 4.* At verò in Monaſterijs, & aliquando Cõuerſi, & regulariter clerici profeſſi etiam non Subdiaconi, & Moniales vocem habent in Capitulo in ijs, quæ Capitulariter expediuntur. Igitur neque *Clem.* illa, locum habet in Monaſterijs Regularium, ſed ſolum in beneficijs, quæ in Eccleſijs Cathedralibus, aut Collegiatis ſecularibus, aut Regularibus inueniuntur. Quod inde etiam confirmatur, quia loquitur de Eccleſijs in quibus, qui interſunt lucrãtur diſtributiones quotidianas, quia præcipitur, quòd ij, qui negligentes ſunt, vt promoueantur ad Ordines priuentur dimidia parte diſtributionum, quæ ſolent in eiſdem Eccleſijs dari ijs, qui certis horis interſunt. In monaſterijs autem Regularium nullæ ſunt diſtributiones. Ampliùs monaſterijs, & Eccleſijs Regularium non conuenit ratio finalis dictæ decretalis, quæ eſt, vt, qui in dictis Eccleſijs ſunt diuinis officijs mancipati inducantur propenſiùs ad ſuſcipiendos ſacros Ordines; Nam Regulares ad Ordinum ſuſceptionem non indigent vrgeri per pœnas, cum ab eorum Prælatis ad Ordines ſuſcipiendos ex obedientia inducantur. Nec in *Clem.* igitur illa, nec in Conc. Trid. eo loci eſt ſermo de Regularibus. Neque obſtat, quòd *Clem.* illa & Concilium loquantur nedum de ſecularibus, ſed etiam de Regularibus Eccleſijs, quia per Regulares Eccleſias in iure non veniunt monaſteria. *Rodriq. par. 2. q. 52. art. 5.* per Regulares Eccleſias intelligit Eccleſias Canonicorum Regularium. Sed melius dicitur, quod per Regulares Eccleſias intelliguntur Cathedrales Regulares. Dari enim Cathedrales Regulares in quibus Epiſcopus ſimul eſt Epiſcopus, & Abbas, & Monachi ſunt Canonici, habetur ex *cap. cauſam quæ, de iudicijs, & cap. nullus de elect. in 6. & ex Clem. 1. de electione.* Et tales fuiſſe Cathedrales multas habetur ex ſacris Can. nimirũ, *Vigeren. c. innotuit, Vintonien. cap. cum Vintonien. de elec. Dulmen. cap. cauſam quæ de iudicijs & extran. 1. de offic. ordinarij*. Nam & plures tales haberi in Anglia tradiderunt *Hoſtien. & Panorm. nu. 8. ad d. cap. cauſam quæ, & addit Panor.* tales in Sicilia eſſe Eccleſias Montis Regalis, & Catanien. Et de Eccles. Montis Regalis idem tradit *Rota deciſ. 69. & 79. par. 1. Recentior.* Et propterea quòd dentur huiuſmodi Cathedrales Regulares affirmarunt, *Gloſſ. ad d. cap. Nullus de elect. in 6. v. regularitas* & ibi *Gemin. & Francus & Barboſ. ad d. cap. cauſam quæ, de iudic.* At verò, quòd per Eccleſias regulares in iure intelligantur huiuſmodi Cathedrales regulares, & ſub eo nomine non veniant Monaſteria, Cœnobia, Conuentus, & or-

di-

Digitized by Google

dines regulares habetur expreſsè ex *d. cap. Nullus de elect. in 6.* vbi cum Pontifex ſtatuiſſet nullum non profeſſum in Religione, poſſe in ea Religione eſſe Prælatum, ſubdit. *Ad dignitatem verò Epiſcopalem (ad quam nouitij eliguntur interdum) talem in ſæcularibus, vel regularibus Eccleſijs eligi minimè prohibemus.* Hic enim patet nomine Eccleſiæ regularis Epiſcopalem regularem intelligi, ad quam Nouitij eligi poſſunt, qui tamẽ in monaſterijs non poſſunt eſſe Prælati. *Gloſſ. ibid. v. regularibus.* idem habetur *in Clem. 1. de elect.* ibi. *Per hoc autem, quin Religioſus in Epiſcopum ſæcularis, vel cuiuslibet regularis Eccleſiæ licitè poſſit eligi, non intendimus prohibere.* Per Eccleſias igitur regulares in iure intelliguntur cathedrales regulares, non verò Monaſterium, aut Cœnobia, aut Conuentus, aut Ordines Regulares, cum immò non profeſſi non poſſint in huiuſmodi eſſe Prælati, qui tamen poſſunt ad Eccleſias regulares eligi. Igitur tàm Concilium, quàm Clementina illa *2. de ætat. & qualit.* per Eccleſias regulares non intelligunt monaſteria, ſed Cathedrales regulares. Quòd ampliùs confirmatur, quia vt dictum eſt ſupra *cap. 10. num. 54.* Sacra Congregatio declarauit, quod decretum hoc *Conc. ſeſſ. 22. cap. 4.* non comprehendit monaſteria, ſed cathedrales regulares, vel regulares collegiatas, vt ſunt multæ in Hiſpania. Præterea in eo decreto Concilij non comprehenduntur, niſi Cathedrales Eccleſiæ, & Collegiatæ, & ideò non niſi de illis Clericis, qui in Cathedrali, aut Collegiata Eccleſia ſunt mancipati diuinis officijs, ſicque illud decretum non extenditur ad beneficia extra Cathedrales, aut Collegiatas inſtituta, ſed ad dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Eccleſijs à Clericis obtenta. Quamobrem decretum illud non comprehendit beneficia ſimplicia, immò nec curata extra Cathedrales, & Collegiatas inſtituta. Tandem verò conſiderandum, quòd Concilium prætèr ætatem requirit omnes alias qualitates, per quas Clerici ad beneficia in illis Eccleſijs obtinenda ſint habiles, & has vocat habilitates. Tùm quia non eſt neceſſe habere has qualitates omnes in actu tempore collationis, vt patet ex eodem *Concil. ſeſſ. 24. cap. 12.* Sed ſufficit habilitas ad illas; tùm quia qualitates iſtæ habilitant perſonam ad beneficia dignè conſequenda. Omnes verò iſtæ qualitates præter ætatem ad duas reducit Concilium *dicta ſeſſ. 24 cap. 12. de reform. ex cap. cum in cunctis. 7. de elect.* ſcilicet ad literaturã, & bonitatem morum. Ad hæc enim duo capita omnes aliæ qualitates reducuntur. Nam & in propoſito vſus rationis liber, quæ eſt conditio de qua loquimur, ad literaturam reducitur, quia non eſt, nec eſſe poteſt literatus, qui non habet rationis vſum liberum. Ex his igitur, limitatur aſſertio poſita, vt ſcilicet electio ad beneficia in Cathedralibus, aut Collegiatis Eccleſijs, ſeu horum beneficiorum collatio, ſi ſit facta de amente, ſit ipſo iure irrita, non quidem ex iure antiquo, ſed ex iure Concilij Tridentini, quia amens nullam habilitatem habet ad officia, vel beneficia eccleſiaſtica. Sed addo, quod neque hæc limitatio eſt certa, quia infra *cap. 29.* probo verò ſimilius eſſe, quod Concilium intelligat promotionem beneficiorum in Cathedralibus, & Collegiatis factam eſſe irritandam, non quia ſit talis ante ſententiam Iudicis, ſed quia indiſpenſabiliter à quocunque inferiori Papa ſit irritanda.

11 Eadem ratione tertiò, nec eligi poteſt ebrioſus, qui ſcilicet eſt ſolitus inebriari, is enim ſimul eſt ſolitus ſe priuare vſu rationis; etenim ebrij non multum diſtant à furioſo; vbi enim eſt ebrietas, ibi eſt furor. *cap. veſter 35. diſtinct.* vnde talem eſſe irregularem, nec poſſe ad ordines promoueri, ideoque neque eligi in Prælatum, ex *Rebuff. Salzedo, & Ceued.* docent *Farin. fragment. crimin. p. 7. lit. C. num. 252.* quem refert, & ſequitur *Sigiſ. de elect. dub. 86. num. 8. Peyr.* plures referens *in præl. regul. quæſt. 2. c. 5. §. 5. n. 58. Petr. Greg. de elect. cap. 12. nu. 3. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 28. num. 11. & cap. a crapula n. 2. de vita, & honeſt. Clericor. Lauor. cap. 16. num. 79.* Nec obſtat, quod ebrij puniantur, ſi tempore ebrietatis delictum committant. *l. reſpiciendum. §. delinquunt, ver. impetum, ff. de pun. & cap. inebriauerunt 15. quæſt. 1. & cap. à crapula de vita, & honeſt. Cleric.* cum tamen non puniatur, qui delinquit tempore furoris, quoniam, vt habet *Barboſ. de off. Epiſ. p. 2. alleg. 28. num. 4.* illæ pœnæ impoſitæ ſunt, non quia delictum tempore ebrietatis commiſſum ſit voluntarium, ſed ob culpam ebrietatis voluntariam, ex qua etiam delicta in ebrietate commiſſa ſunt aliquo modo, & præſumuntur eſſe voluntaria in ſua cauſa; maximè in eo, qui ſcit ſe delinquere in ebrietate, quo caſu non erit immunis ſaltem à pœna extraordinaria, qui delinquit, *Couar. in Clem. ſi furioſus p. 3. num. 31. Gomez tom. 3. de delict. cap. 1. num. 73. Tiraquell. de pœnis temp. caſu 6. num. 9.* Et conſiderandum, quod ebrietas nedum reddit hominem ineligibilem per accidens reſpectu ordinis, ad quem promouendum reddit hominem impeditum, ſed directè, & per ſe, quia reddit hominem incapacem regiminis. Vnde ebrius, qui eſt ſolitus frequenter inebriari, ſe habet ſicut furioſus habens lucida internalla, qui tamen eſt incapax prælaturæ; quia ad Prælatum non pertinet ſolùm aliquando dirigere ſubditos, ſed ſemper, & in omni occaſione, & tempore. Ideò dato, quòd Sacerdos eſſet ſolitus inebriari, & ab hoc non impediretur, quin poſſet celebrare extra ebrietatem in mane, non tamen eſſet liber, & poſſet Eccleſiam regere; quia Eccleſia indiget continua vigilantia rectoris, quam nequit ebrius adhibere.

12 Pariter quartò, ob defectum libertatis, & infirmitatem mentis ineligibiles ſunt dæmoniaci, ſeu arreptitij, vt habetur, *cap. maritum 2. & cap. communiter 3. & cap. Clerici 4. & cap. vſque 5. diſt. 33.* ibi. *Poſtremò ſi corpore ſauciatum fortaſſis, aut debilem nequaquam ſancta contingere lex diuina permiſit, quantò magis doni cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit (quod eſt deterius) mente perculſos.* Meritò autem Gelaſius Papa, cuius eſt ille canon, hos arreptitios vocat mente perculſos: ſic enim à Dæmonibus torquentur, eliduntur, poſſidentur, vt nõ ſit eis liberum à motibus incõgruis abſtinere; immò & vt ita vſu rationis priuentur, vt neſciant quid agant, & quid agere compellantur. De his igitur loquendo, diſtingui debent non initiati ordinibus, ab initiatis, & actualiter infirmi, à liberatis ab infirmitate, prout etiam de amentibus dictum fuit. Nam in ordine ad ſuſcipiendos ordines hæc irregularitas eſt perpetua, & ad eam incurrendam ſufficit, quòd aliquis ſemel fuerit à Dæmone poſſeſſus, & in hac irregularitate non diſpenſat Epiſcopus, ſed

Digitized by Google

ſolus Papa, vel habens à Papa authoritatem, *cap. maritum 2. diſt. 33.* Vnde talis ſic non ordinatus, & ad ordines inhabilis, ſimul eſt inhabilis ad Prælaturas Eccleſiaſticas. Hos tamen eſſe ſolum impeditos ab ordinibus maioribus ſuſcipiendis tenuit *Gloſſ. cap. Clerici 4. d. 33.* & fuit opinio *Laur. & Arch.* quam non reprobat *Donatus tr.5. q.38. nu.1.* ſed vt aduertit ibi *Turrec.* hæc opinio aduerſatur, *cap. maritum*, ex quo habetur, quod huiuſmodi nō ſunt Clerici ordinandi. Vnde tales eſſe ſimpliciter irregulares. & non poſſe Clericos ordinari, aſſerēdum eſt, ſicut tenent communiter Doctores. Et nec Prælatos Regulares poſſe in hac irregularitate cum ſuis ſubditis diſpenſare tradunt *Suar. de cenſ. lib. 6. cap. 13. num. 3. & Donatus dict. quæſt. 38. num. 6.* ſed hoc diſputandum eſt infra cap. 27.

13 Sed qui iam ſunt ordinati, adhuc tempore infirmitatis inhabiles ſunt, ſicut ad ordinum exercitium, ita etiam ad Prælaturas; ſed ſi ſint ab infirmitate, & Dæmone liberati, poſſunt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, *d. cap. communiter, & 7. q. 2. cap. 2. Gloſs. ex Hugone ad d. cap. communiter,* & ibi *Turrecrem. Suar. de cenſ. diſp. 51. ſect. 1. Donatus d. p. 3. tract. 5. q. 38. num. 2.* ideoque & eligi poſſunt in Prælatos. Sed tamen, vt dictum eſt de amentibus, ſanitas in illis non præſumitur, neque creditur, niſi probetur. Ad hoc verò, vt probetur regulariter neceſſarium eſt, vt id comprobat experientia per annum, vt habetur *ex d. cap. communiter*, ibi. *Qui tamen & ipſi tandiù erunt ab officij ſui ordine, & loco ſuſpenſi, quouſque vnius anni ſpatio per diſcretionem Epiſcopi inueniantur ab incurſu Dæmonum liberati.* Ita *Donatus d. q. 38. num. 3.* ſed vt dictum eſt ſupra ex *Suarez*, hoc non eſt in vſu. Cum etiā aliqui teneāt hanc irregularitatem eſſe perpetuam, & opus eſſe diſpenſatione Epiſcopi, vt ab obſeſſione Dæmonis liberatus poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, oppoſitum ex *Syluest. & Nauar.* tenet *Suar. d. diſp. 51. ſect. 1. num. 7.* & exiſtimat idem eſſe iudicium in hoc, ac de irregularitate ex amentia, vt in hac parte ſit temporalis, nec indigeat diſpenſatione Epiſcopi; quia ceſſante infirmitate, quæ eſt cauſa irregularitatis ceſſat & ipſa. Quoniam nihilominus ad Epiſcopum ſpectat dirigere Sacerdotes in celebratione Miſſarum, poterit Epiſcopus impedire ne Sacerdos obſeſſus celebret, niſi coram eo probetur eius ſanitas, & niſi vnius anni ſpatio; vel quia hoc iam non eſt in vſu, ad arbitrium per eiuſdem Epiſcopi diſcretionem inueniatur liberatus. Et ſic licet non ſit neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi, eſt tamen neceſſarium Epiſcopi iudicium, & declaratio, per quam obſeſſus declaretur liberatus à Dæmone. Quæ tamen declaratio etiam erit neceſſaria, ſi aliquis cōtradicat, ſed nullo cōtradicēte, ſi verè obſeſſus ſit liberatus, nō eſt neceſſaria; quia, vt ſupra ex *Suar.* & alijs dictū eſt, licētia Epiſcopi eſt neceſſaria ſolùm ad meliùs, & tutiùs agendum. Et ita ſi talis fuerit electus in Prælatum, ſi fiat oppoſitio eius liberationi, debebit probare libertatem, & niſi vnius anni ſpatio, vel ad arbitrium per diſcretionem Superioris comprobatus fuerit liberatus, non poterit confirmari. Sed nullo contradicente, ſi verè eſt liberatus, & confirmetur eius electio, valida erit confirmatio.

14 Ex hoc eodem capite defectum mentis, & libertatis, quinto irregulares, & ineligibiles ſunt Epileptici, *cap. communiter 3. diſt. 33. cap. in ſuis. 2. 7. q. 2.* ſed eiſdem diſtinctionibus hic vtendum. Quia non ordinati ſunt perpetuò irregulares, & ineligibiles etiam ſi ſanati ſint, & non poſſunt promoueri ad ordines, vel eligi ad Prælaturas, niſi diſpenſati à Papa, vel ab habente ab eo ſpecialem authoritatem diſpenſandi in ea irregularitate. Sed qui iam ſunt ordinati, ſi frequenter patiuntur morbum, & cadūt, non poſſunt in ſuſcepto ordine miniſtrare, *7. qu. 2. cap. in tuis litteris* ibi. *Vt ſi frequenter hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Miſſarum celebratione, modis omnibus prohibeatur. Gloſſ. ibi, & Turrec. Suar. d. diſp. 51. ſect. 1.* Vel rarò cadunt, & ſubdiſtinguitur. Nam aut cadendo emittunt ſpumas, & voces confuſas, & iſti miniſtrare prohibiti ſunt, *cap. 2. 7. q. 2.* & hoc ratione ſcandali vitandi. Aut rarò cadunt, vt puta ſemel in menſe, & ſine ſpumis, & vocibus confuſis, & ſic adiuncto ſibi ſacerdote ieiuno poterunt celebrare, ideoque nec ineligibiles erunt. Sed ſi quis ſit à morbo liberatus, poterit & celebrari, & eligi. *cap. in tuis litteris. 7. q. 2.* ibi. *Si verò Dei miſericordia cōualuerit, eū ſacrificare, iā non interdicimus.* Ita *Nauar. d. cap. 27. n. 203. Sylu. corpore vitiati. n. 5. Suar. d. diſp. 51. ſect. 1. n. 6. Donat d. q. 38. n. 7. Bonac. diſp. 7. q. 2. p. 2. n. 22.* Hanc verò irregularitatē in hac parte non eſſe perpetuā, & licentiam Epiſcopi, aut Superioris eſſe neceſſariam ſolùm ad meliùs, & ad tutiùs agendum, dictum eſt ſupra ex *Nauar. Suar.* & alijs. Et aduertit *Turrecrem. ad d. cap. communiter*, quod ad probādam ſanitatem hoc morbo ſufficiunt 30. dies, vt habetur. *7. q. 2. cap. 2.*

Conditio ſecunda.

Scientia.

S V M M A R I V M.

1 *Ignorantia reddit ineligibilem. n. 15.*

2 *Ex lege naturali tanta ſcientia eſt neceſſaria, quanta eſt neceſſaria, vt homo poſſit prudenter exercere officium, ad quod eligitur. n. 16.*

3 *Quanta determinatè debeat eſſe hæc ſcientia, eſt arbitrarium. n. 16.*

4 *Peccant eligentes ignorantem, & ipſe electus electioni conſentiens. n. 17.*

5 *Sufficit, vt electus per miniſtros poſſit complere, quæ ad officium pertinent. n. 18.*

6 *Nec tamen ſufficit, quod ſoli miniſtri ſciant. n. 18.*

7 *Tāta ſcientia eſt neceſſaria, vt electus poſſit, ſi velit non errare in ſubſtantialibus. n. 18.*

8 *De iure Eccleſiaſtico eſt neceſſe, vt electus ſciat legere, & ſcribere. n. 19.*

9 *Homo cæcus poteſt erudiri, ſed hoc eſt rarum. n. 19.*

10 *Electus debet ſcire, legere in ea lingua, quæ eſt neceſſaria ad exercitium officij. n. 20.*

11 *Vbi non eſt vſus Latinæ linguæ in officijs eccleſiaſticis, non eſt neceſſe, quod electus latinè loquatur. nu. 21.*

12 *In Armenia Sacerdotes non callent latinam linguam. n. 21.*

13 *Notitia linguæ latinæ nō eſt per ſe neceſſaria in Religionibus Laicorum. n. 22.*

14 *Ex iure Eccleſiaſtico aliqua notitia linguæ latinæ*

eſt

eſt neceſſaria. num. 23.

35 Illiteratus an ſit, qui ſcit legere, & ſcribere, & callet linguam latinam, ſufficit ſcire dubitare in ordinis. n. 24.

16 Non qualibet eruditio ſufficit ad officia eccleſiaſtica. num. 24.

17 Eruditio hæc non eſt vna, ſed maior, vel minor ſpectata dignitate, loco. & ordine. n. 24.

18 Non ſufficit notitia latina lingua ad quodlibet munus eccleſiaſticum. n. 24.

19 Pro magnitudine officij maior, vel minor ſcientia neceſſaria. n. 25.

20 Quanta ſit neceſſaria in Epiſcopo. n. 25.

21 Epiſcopus debet eſſe Doctor, vel licentiatus, aut in Academia approbatus ad docendum. n. 25.

22 Epiſcopus debet habere competentem notitiã ſcripturarum, & Theologiæ. n. 26.

23 Et iuris canonici. n. 27.

24 Non eſt neceſſe, vt promouendus ad primam dignitatem in Eccleſia Collegiata exempta, ſit Doctor, vel licentiatus, &c. n. 28.

25 Promouendus ad ſcholaſtriam debet eſſe Doctor, vel licentiatus, &c. n. 29.

26 Sufficit quod ſit graduatus in aliqua vniuerſitate. num. 29.

27 Nec eſt neceſſe, vt ſit Doctor, &c. vbi non eſt erigendum ſeminarium. n. 29.

28 Nec vbi à fundatione inſtituti ſunt alij præceptores. n. 29.

29 Scholaſtria quid ſit. n. 29.

30 Archidiaconi debent eſſe graduati. n. 30.

31 Non tamen ſi cura animarum, & omni iuriſdictione carent. n. 30.

32 Archidiaconi habentes iuriſdictionem contentioſam debent eſſe Doctores promoti in publico gymnaſio. num. 30.

33 Non ſufficit doctoratus ex priuilegio. n. 30.

34 In Hiſpania non eſt neceſſe, vt Archidiaconi ſint graduati, quia eorum iuriſdictio extincta. 31.

35 Vbi Archipreſbytero competit iuriſdictio Archidiaconi, is debet eſſe graduatus. n. 32.

36 Decanus non eſt neceſſe, vt ſit graduatus. n. 33.

37 Non eſt neceſſarium, vt dignitates, & media pars Canonicorum ſit ex graduatis. n. 34.

38 Neque hoc ex Concilio Prouinciali poteſt ſtatui. num. 34.

39 Pœnitentiarius debet eſſe graduatus. n. 35.

40 Si promoueatur graduatus ignorans, ſatisfit legi poſitiuæ Concilij Tridentini, ſed non ſatisfit legi naturali. n. 36.

41 Non ſufficit gradus, qui ſit ipſo iure nullus. n. 38.

42 Ad dignitates, & canonicatus non habentes curam animarum, præter ſcientiam neceſſariam ad ordinem illis annexum, maior debet haberi, quanta eſt neceſſaria ad eorum munus. n. 38.

43 Parochis eſt neceſſaria maior ſcientia, quàm Canonicis. n. 39.

44 Officium Parochi eſt ars artium. n. 39.

45 Ad beneficium ſimplex neceſſe eſt ſcire legere, conſtruere, & ſcribere. n. 40.

46 Si beneficiũ ſimplex non habeat annexum ordinem, vel ſeruitium, ſufficit aliquantula notitia linguæ latinæ. n. 40.

47 Vbi beneficiatus ſit pauper, ſufficit, quod ſciat aliquantulum plus de Sacramentis, quàm Laicus num. 40.

48 Vbi beneficium habeat annexum ordinem, vel ſeruitium, neceſſaria eſt ſcientia ordini, & ſeruitio apta. n. 40.

49 Quæ ſcientia ad ordines neceſſaria. n. 41.

50 In alijs Prælatis etiam Regularibus non eſt neceſſaria tanta ſcientia, quanta in Epiſcopo. n. 42.

51 In Ordine Prædicatorum Prior debet callere linguam latinam, & ſcire proponere verbum Dei. num. 43.

52 Et tamen electio non habentis has qualitates, non eſt ex vi conſtitutionis ipſo iure nulla. n. 43.

53 Electionem illiterati eſſe ipſo iure nullam, multi tenent. n. 44.

54 Limitant hoc multipliciter. n. 44.

55 Illiteratum irregularem, quidam dicunt. n. 45.

56 Promotio ſecundum irrita ipſo iure. 46.

57 Electio illiterati ex lege naturali non eſt irrita, ſed irritanda. n. 47.

58 Hæreſis Valdenſium, quod mali non habeant poteſtatem. n. 47.

59 Illiteratus recipit characterem. n. 47.

60 Illiterati promotio eſt ceſſanda. n. 48.

61 Illiteratus promotus non eſt in conſcientia ſecurus. num. 48.

62 Promotio illiterati nulla, ſi ius ita decernit. nu. 49.

63 Promotio ſcholaſtici illiterati nulla. n. 49.

64 Promotio illiterati non eſt ipſo iure nulla. num. 50. 51. 53.

65 Illiteratus ſimpliciter eſt, qui non habet notitiam neceſſariam. n. 50. 51.

66 Non eſt certum, quod illiteratura ſit irregularitas. num. 52.

67 Nec quod electio irregularis ſit ipſo iure nulla. num. 52.

68 Illiteratus non tenetur reſtituere fructus. nu. 53.

15 Quæritur tertiò. An ignorantes ſint ineligibiles ad Prælaturas & officia Eccleſiaſtica? Reſpondetur verò, ignorantiam reddere hominem incapacem Prælaturæ, ſeu officij Eccleſiaſtici, ideoque eius electionem eſſe tam à iure naturali, & diuino, quam & Eccleſiaſtico reprobatam. Sic enim Gelaſius Papa vt habetur, *cap. Illiteratos* 1. *diſt.* 36. decernit, *quia literis carens ſacris non poteſt eſſe aptus officijs.* Et Alexand. III. *cap. cum in cunctis* 7. *de elect.* ſic loquitur. *Cum in cunctis ſacris Ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs ſint ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum ſcientia inquirenda, multò fortiùs in Epiſcopo hoc oportet inquiri.* Et quod illiterati non poſſint promoueri ad ordines habetur, *cap. pœnitentes, diſt.* 55. *cap. præcipimus* 4. *diſt.* & *cap. final. de tempor. ord. in ſexto.*

16 Sed conſiderandum eſt, ſcientiã in Prælatis & officialibus Eccleſiaſticis eſſe neceſſariam, vel ex ex iure naturali, aut diuino ſupernaturali, vel ex lege poſitiua & canonica. Cum verò, vt ex *Innocent.* diſtinguit *Panorm. cap. cum in cunctis* 7. *numer.* 4. *de elect.* ſcientia diuidatur in excellentẽ, mediocrem, & ſufficientem, & hæc eſt illa, qua ſciuntur neceſſaria ad exercitium officij, vniuerſaliter ad quamcumque electionem ad officium ex iure naturali eſt neceſſaria tanta ſcientia, & rerum agendarũ notitia, quanta eſt neceſſaria ad prudenter exequẽdum officium, ad quod aliquis eligitur. Vnde in ordine ad Prælaturas, & officia Eccleſiæ Chriſti ex lege diuina ſuperna-

pernaturali eſt neceſſaria tanta notitia agendorum, & miniſteriorum Fidei, quanta eſt neceſſaria ad hoc vt homo poſſit Deo adiuuante prudenter ſuum munus perficere. *D.Thom par.1. queſt.76.art.2.corp.et in add.ad 3.par.queſt.36.art.2. Innoc. Panorm. & alij Canon. ad cap. cum in cunctis ſ.7.& cap.cum nobis de elect. Nauar. cap.ſi quando, de reſcr.excep. 14.nu.1.Leſſ.lib.2.cap.34.d.24.n.127. Menoch.Pariſ.Gozalez*, quos refert, & ſequitur *Peyr. in Præl.Reg.q.2.c.2.nu.11.Sylu.v.clericus 2.nu.1.Tabien.16. num.3.* Quanta verò determinatè ſit hæc ſcientia, quæ ex iure diuino ſupernaturali eſt neceſſaria ſpectat ad arbitrium boni viri decernere attenta natura officij, & miniſterij. *Panormitanus dicto num.4.*

17 Eius verò neceſſitas eſt tanta, vt ſine dubio ſit peccatum mortale tam in eligētibus, vel promouentibus ſic ignorantē ad officium, & in ipſo ignorante electioni conſentiente, *Innocent. in cap.cum in cunctis 7. de elect.* & *ibid.Panorm.num.4. Biax. in directi.par.2.cap.1.num.4.Sylu.& Tabien.citati.Nauar. cap.25.num.12.Mirand. tom.2. q.4. art.2. Garzias de benef.p.7.c.7.n.25.Sigiſm.de Bonon.dub.70.n.2.Peyr. loco citato, num.13.Lauor.cap.16.nu.21. Caſtel.cap.9. de elect.n.27.Suarez de cenſur.diſp.51.ſect.1.*

18 Neque tamen eſt requirenda in electo tanta ſcientia, vt poſſit ſine inconſideratione veniali, aut veniali negligentia, vel obliuione perficere munus ſuum; quia hæc infirmitatis humanæ vires ſuperat; ſed benè tanta ſcientia eſt neceſſaria, vt poſſit in ſubſtantialibus non errare, ſi velit. Verùm propterea eſt, quòd ſimpliciter ſufficit tanta notitia, & rerum experientia, quantum ſit ex vi iuris naturalis, aut diuini ſupernaturalis, quanta eſt neceſſaria, & ſufficit, vt per ſe, vel per Vicarios, & miniſtros poſſit munus ſuū implere. Non quia ſufficiat quod ſoli Vicarij ſciant, officiali penitus ignorante, ſed immò neceſſe eſt, vt ſciat, quæ opus ſunt, vt prudenter vtatur miniſtris, & vt aliquo modo poſſit de eorum actionibus iudicare, & eò magis, quod multa pertinent ad officia Eccleſiaſtica, quæ nequeunt perfici per miniſtros, vt de munere Epiſcopi patet; ſed quia ſufficit, vt auxilio miniſtrorum poſſit multa perficere, quæ per miniſtros perfici poſſunt.

19 Sed de iure Eccleſiaſtico primò vniuerſaliſſimè in omni officiali Eccleſiaſtico eſt neceſſe ad minus tanta ſcientia, quanta eſt neceſſaria ad hoc vt quis initietur prima tonſura, nimirum vt definiuit Concil. Trid.ſeſſ.23.cap.4. vt ſciat fidei rudimenta, & legere, & ſcribere. *Nauar.Miſcel.40.de orat. nu.8. Franch.in cap.fin. num.2. de temp. ordin. in ſexto. & cap.Cum Innocent. & Io. Andr. in cap. cum noſtris de conceſs.præbend.Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſs.4.n.47. & 48. Leſs. de iuſt.lib.2.cap.34. num.129. Garz. vbi ſupra num.25. Sigiſm.de Bonon. de elect. dub.60.n.6.* Nam primò Eccleſiaſtici beneficiati obligantur ad celebrationem Miſſarum, ad miniſtrandum Sacerdoti legendo Epiſtolas, & Euangelia, & vniuerſaliter ad recitandum diuinum Officium, ad quod eſt neceſſarium, vt legere ſciant. Præterea verò quomodo poterit Prælatus, vel alius officialis exequi ea, quæ ſunt ſui officij, ſi neſciat legere leges, & Superiorum præcepta, & ſtare debeat aliorum relationi, & confidere omnia memoriæ? Licet enim potentia metaphyſica poſſit homo erudiri per auditum, vnde & cæci nati inuenti ſunt doctiſſimi, vt de cæco in Hadrienſi regione nato, Italia Superiori ſæculo experta fuit, tamen hæc ſunt naturæ monſtra, & quæ rarò eueniunt, vnde meritò ius Eccleſiaſticum in Clericis requirit, vt ipſi legere ſciant, vnde legendo diſcere poſſint leges & pſalmos, & alia quæ ad clericos ſpectant.

20 In quo autem idiomate ſcire debeant legere, qui promouentur. *Barboſa ad cap. cum in cunctis de elect.nu.9.fin.ex Azor.par.2.lib.6.q.2. & Campanil.rubr.5 cap.2.num.2.* inquiunt, quod in idiomatè proprio, & lingua patria. Sed loquendo de electione ad officium intelligendum eſt de ea lingua, quæ eſt neceſſaria ad exercitium ſui officij. *Lauor. cap.16.n.21.*

21 An verò eligendus ſcire debeat loqui latinè, & legere; dicendum eſt primò, quòd vbi in Eccleſiaſticis miniſterijs non ſit in vſu latina lingua, ſicut apud Græcos, & ſicut apud Armenos, non eſt neceſſe, quod Clerici, & Præſules, aut officiales Eccleſiaſtici calleant linguam latinam. Ita in Armenia in Prouincia Naxiuanenſi, in qua tum Archiepiſcopus, quàm Clerici ſunt Religioſi Ord.Prædic. Quia Sacerdotes in lingua propria celebrant, & in ea diuina officia recitant, & miniſteria Eccleſiaſtica perficiunt, non eſt neceſſaria latina lingua, ſed ſufficit lingua propria, ſicut de facto vſus probat, & experientia oſtendit.

22 Sed vbi viget latinæ linguæ vſus, & in ea functiones Eccleſiaſticæ perfici debent, ſi ſermo eſſet de officio ad cuius exercitium ſufficeret notitia linguæ propriæ, nec eſſet neceſſaria linguæ latinæ, vt ſi eſſet officium non importans exercitium alicuius ordinis, ſed meræ iuriſdictionis, aut domeſtici gubernij, ſicut officium Abbatiſſæ in Monialibus, vel in aliqua Religione laicorum, notitia linguæ latinæ non eſſet neceſſaria, quia non eſſet neceſſarius eius vſus. Neque obſtaret etiam ſi illiteratura latina eſſet irregularitas, quia irregularitas non inhabilitat ad officia quæ ſolam adminiſtrationem alicuius gubernij, & iuriſdictionis important ſine ordinum vſu, & exercitio. Et ita de facto in Monialibus non eſt in Abbatiſſis, aut Prioriſſis neceſſaria notitia linguæ latinæ, Et idem per ſe dicendum eſt de Rectoribus Religionum laicorum, vbi ſtatuta particularia aliud non requirant.

23 Sed quoniam Prælaturæ omnes, & beneficia habentia curam animarum annexam, neceſſariò petunt hominem in ſacris Scripturis & Theologia morali inſtructum, & immò, qui ius Eccleſiaſticum dicunt, debent eſſe docti in ſacris Canonibus, & hæc non addiſcuntur ſine notitia linguæ latinæ, in qua libri hæc continentes deſcripti ſunt. Et vniuerſaliter beneficiati obligantur ad pſallendum in latino ſermone. Ideo ex iure poſitiuo quilibet ad beneficium Eccleſiaſticum promouendus in Eccleſia latina debet plùs, vel minùs intelligere linguam latinā, vt infra loquendo in particulari de diſtinctione beneficiorum probo. Et nihilominus præter notitiam latinæ linguæ, in omni habente curam animarum eſt neceſſarium, quod calleat idioma proprium eorum, quorum cura illi fuit commiſſa, quod latè probat, *Rota in Pampilonen. Parochialis 11. Decembris 1647. coram Eminentiſs. D.Corrado.*

24 Quod verò ait *Sigiſm.d.dub.60.nu.5.* & tradidit *Rota deciſ.234. numer.9. par.1. recent. Lauor. cap.16.num.22.Palaus tom.2.tract.13.d.4.p.6. num.9.*

ſcili.

ſcilicet,quod non poſſit dici ineruditus,qui ſcit legere, & ſcribere ,& callet linguam latinam citans, *Gloſs.& ſcriben.in Clem.1.de conceſ.præbend.Creſcen. deciſ.12.de conceſſ. præbend.* Et in terminis perſonæ Abbatis,*Panorm.poſt Innoc. in d. cap. cum in cunctis, & Archid.ibid. num.* 4. Nam licet talis neſciret reſpõdere aliquibus interrogationibus, quæ ei fierent, non per hoc probaretur totaliter ineruditus , quia in libris ſcire poteſt veritatem eius,quod quæritur. *Innoc.vbi ſupra num.*1. *Butr. & Panorm.* Quod inquam ſic dicitur,verum eſt pro quanto , qui ſcit legere, & latinè loqui eſt docilis,vt alia poſſit magis de facili addiſcere , ſed tamen in propoſito noſtro non poteſt dici ſimpliciter eruditus , & habilis ad Eccleſiaſtica miniſteria; quia hæc habilitas non ſumitur ex quacunque eruditione ; & ex quo quis ſit excellentiſſimus Poeta , vel Mathematicus,vel Philoſophus , vel Medicus,non eſt per hoc eruditus,vt habeat curam animarum , & ſciat Sacramenta dignè conficere, & adminiſtrare , populum fidei myſteria docere , & lites Eccleſiaſticas iudicare,& alia ſimilia facere . Vnde eruditio, & ſcientia hic debet menſurari ſecundùm comparationem ad dignitatẽ, locum , & ordinem ad quem aliquis aſſumitur , vt tradunt *Innoc.& Panorm.* nec poteſt dari vna regula generalis determinata , nec aſſignari vna tanta eruditio , quæ ſufficiat ad quodcunque Eccleſiaſticum munus;vnde nec poteſt dici,quod callẽs linguam latinam ſit eruditus quantum eſt neceſſe ad quæcunque Eccleſiæ miniſteria . Nec *Innocent. aut Panorm.loco citato,*habent pro erudito eum,qui ſcit latinè loqui;ſed loquentes de Abbate , nec mentionem habent ſcientiæ linguæ latinæ,ſed benè habent quod in Eremitis,& Monachis non requiritur tanta ſcientia,quanta in Clericis; quia illi addicti contemplatiui ſunt , & ſupplet defectũ ſcientiæ perfectio charitatis.Et cũ *Archidiac.*voluerit, quòd Abbati ſufficiat,ſi ſciat cantare, & legere ; hoc improbat,& meritò reijcit ibi *Panorm.* ex eo quòd Abbas habeat ſaltem curã fori pœnitentialis reſpectu monachorum ſuorum. Et concludit,quòd ad aliquem promouendum non ſufficiat ſi ſit docilis,niſi diſpẽſatiuè ex magna cauſa , vt voluit *Hoſtien.* & in hoc ſenſu explicat *Innocen.* Et verè ſic eſt,quod licet ad hoc, vt quis promoueatur ad ordinem inferiorem ſufficiat ſi ſit docilis , & ſit ſpes , vt acquirat ſcientiam neceſſariam ad maiores ordines , vt decernit Conc.Trid. ſeſſ.23. cap.12.de reform. Tamen in ordine ad ordinem, ſeu gradum,& officium ad quod quis promouetur, debet actu eſſe doctus, quantum eſt neceſſe , nec ſufficit docilitas,niſi diſpenſatione, vt dixit *Hoſtien.* & niſi ſit talis,quod ſit ſpes,vt promotus euadat doctus antequam incipiat exercere officium. Quamobrem concluditur, quod ſcientia linguæ latinæ , eſt quidem neceſſaria plùs , vel minùs ad beneficia obtinenda , ſed non ſufficit ad omnia.

25 Magis igitur in particulari loquendo ſicut diſtinguuntur officia , ſic maior , vel minor notitia eſt neceſſaria in electo ad illa , iuxta Canonum ſtatuta . De ſcientia autem neceſſaria in Epiſcopis loquuntur,*cap.cum in cunctis* 7. *de elect.*& Conc. Trid. ſeſſ.7.cap.1.de reformat.& ſeſſ.22.de reform.ſic habet . *Scientia præter hæc eiuſmodi polleat , vt muneris iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere . Ideoque antea in vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, ſiue Doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia , vel iure Canonico meritò ſit promotus , aut publico alicuius Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur . Quod ſi Regularis fuerit, à Superioribus ſuæ Religionis talẽ fidem habeat* . Conc. verò Trident.addidit Gregor. XIV.in conſtit. quæ incipit,*Onus Apoſtolicæ* ,quam refert *Quaranta v.electio*,vt non ſufficiat priuilegiũ Doctoratus, vel licentiaturæ , ſed diligens inquiſitio fiat doctrinæ eius,qui in Epiſcopum eſt promouendus. Sed vt refert *Barboſ.ad cap.cum in cunctis* 7. *de elect.num.*20 & poſt eum *Lanor.cap.*16. *num.*19. Clement.VIII. poſtea ſtatuit,vt Epiſcopi Italiæ coram Sanctitate Sua in Cõgregatione Cardinalium, & aliorum grauium Theologorum examinentur,in Gallia verò,& Hiſpania coram Legatis,vel eis deficientibus coram Nuncijs, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis,& Epiſcopis de ſpeciali Papę mandato aſſiſtentibus alijs Prælatis,ac peritis viris, qui promouendi ſunt,ſe ſubijciant examini , & niſi approbati fuerint non admittantur ad Eccleſiarum regimen , & ita iam praxis habet.

26 Eſt quoque in Epiſcopis neceſſaria competens aliqua , & ſufficiens notitia veteris, & noui teſtamenti , myſteriorum fidei, traditionum,& Conciliorum,& Theologiæ tàm ſpeculatiuæ,quàm moralis,vt ſint potẽtes alios in ſua doctrina cohortari, & eos, qui contradicunt arguere ad *Titum* 1. *&* 1. *ad Tim.*3.*& cap.cum quidem.*§.*pro defectu de renunc.* Sicque in ijs,quæ ſunt fidei,& morum ſuos docere poſſint , gregemque ſuum ab hæreticorum inſidijs tueri. *c.qui Epiſcopus* 23 *diſt. c.illiteratos, & cap. qui Eccleſiaſticis,& c.fin.*36.*diſt.c.omnes.& c. placuit* 38. *diſt.& cap.*1.*&* 22.62.*diſt. Archid.in d.cap.illiteratos. num.*4.*Turrecrem.in d.c.Qui Epiſcopus,Panorm.in c. cum in cunctis num.*4.*de elect.*& ibi. *Hoſt.nu.*9. *Sylu. v.Clericus* 2.*num.*1. *Tabien.nu.*2. *Bellet.diſquiſ.Cler. de diſcipl.cler.*§.4.*nu.*3.*Palaus tom.*2.*tract.*13. *diſp.*4. *punct.*6.*n.*2. Vbi quod eadem immo maior ſcientia neceſſaria eſt in Cardinali.

27 Item debet habere aliquam competentem, & ſufficientem notitiam canonum,& etiam iuris ciuilis , cum ius dicere debeat , & maximè in matrimonialibus. *Grat.*§.1.*diſ.*39.*Panorm. Hoſtien. Sylu. Tabien.& DD.communiter* . Et videri poſſunt de hoc præcipuè,*Menoch.de arb.caſu* 425.*n.*15.*Henriq. lib.*10.*cap.*16.§.2.*lit. A. & lib.*4.*cap* 9. §.1. *Azor. inſtit p.*2.*lib.*3.*cap.*28.*& lib.*6.*cap.*6.*quæſt.*1. *Leſſ.lib.*2. *cap.*34.*dub.* 24. *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. gloſſ.* 8. *Barboſ ad c.cum in cunctis* 7. *num.*20.*de elect.*& plures alij ab eo citati. *Bellet.loco citato. Garz.p.*7.*c.*4. *& num.* 32.

2 Quæ verò de Epiſcopo ſtatuta ſunt in Concil. Trid. non debere extendi ad principalem dignitatem in Eccleſia Collegiata exempta,etiam ſi habeat ordinariam iuriſdictionem cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus , vnde non eſt neceſſe , vt promouendus ad illam ſit vel Doctor , vel licentiatus , vel in aliqua vniuerſitate approbatus ad docendum, refert deciſum à Sac. Cong.12. Decembr. 1585.*Garz.p.*7.*c.*7.*nu* 32.*Palaus tom.*2.*tr.*13.*diſp.*4. *p.*9. *nu.*14. Nam & Concilium Tridentinum ſeſſ.24. cap.12. quando loquitur de dignitatibus non præcipit , ſed hortatur vt conferantur Doctoribus, aut Licentiatis, *Garz.ibid. Barboſ.ad d.c.*52. *Concil Trid. num.*51.*& de Canon.c.*2 *.num.* 30. & apud eum *Homob.Molfeſ.& Maſorbius.*

Digitized by Google

29 Multæ tamẽ ſunt dignitates inferiores Epiſcopo, in quibus eſt neceſſe, vt promouendi ſint Doctores, aut licentiati in Theologia, & iure canonico. Nam dignitas, quæ dicitur Scholaſtria, conferenda eſt Doctori, vel licentiato in Theologia, aut iure canonico, vt definit *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. de reform.* ibi. *De cætero verò officia illa, vel dignitates illæ, quæ ſcholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure canonico, & alijs perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint, conferantur, & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida.* Sufficere verò, vt quis ſit laureatus, vel licentiatus in aliqua vniuerſitate approbata, etiam ſi extra regionem, refert deciſum à Sacra Congregatione. *Garzias loc. cit. nu. 35.* & tenent *Caſtro Palao n. 14. & Salzedo*, quos refert, & ſequitur *Barb. ad d. cap. Concil. Trid. num. 53. & de off. Epiſ. p. 3. alleg. 60. num. 62. & de Canonicis c. 10. num. 3.* Et decretum Concilij non obligare, vbi non eſt erigendum ſeminarium, tanquam deciſum à Sacra Congregatione, tenent iidem *Garz. in addit. ad d. num. 35. & Barboſa*, qui ex *Salzedo* addit, nec habere locum, vbi in inſtitutione ſeminarij alij præceptores ſunt inſtituti. Eſt autem ſcholaſtria dignitas quædam, ad quam promotus dicitur Scholaſticus, ſeu Magiſter ſcholæ, ad quem ſpectat Clericos inferiores docere cantum, latinum ſermonem, & alias diſciplinas, ſcribere, loqui, cantare, vt quæ de diuinis officijs recitant, probè intelligant. De qua dignitate, quæ in multis Cathedralibus præcipuè antiquitus reperiebatur, videri poſſunt. *Duaren. de benef. lib. 20. c. 15. Roman. de Republ. Chriſt. lib. 3. c. 30. Azor. p. 1. lib. 3. c. 23. Ferr. de praeced. q. 6. d nu. 17. Reginald. lib. 30. tr. 1. c. 3. n. 50.* & plures alij, quos referunt Garz. *d. n. 34. & Barboſ. de Canon. c. 10.*

30 Archidiaconi etiam ex decreto Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. debent eſſe graduati, vt ibi. *Archidiaconi etiam, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poteſt Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut licentiati in iure Canonico.* Hoc tamen decretum intelligi debere de illis Archidiaconis, qui vel curam animarum, vel iuriſdictionem habent, & ea munera exercent, quæ illis competunt de iure communi, vt in *tit. de off. Archid.* non verò de illis, qui animarum cura, & omni prorſus iuriſdictione carent, deciſum referunt, *Gemin. de indultis Card. §. quibuſuis, num. 4. Riccius in praxi decis. 473. ſeu 497. Piaſec. in praxi, p. 1. c. 10. num. 20. Maſſarb. regul. 10. dub. 6.* ſecundùm Roman. impreſſ. *Nouar. in ſing. Canon. concl. 41. n. 2. Garz. p. 7. c. 7. n. 41. Palaus vbi ſupra n. 15.* vbi quod decretum Concilij locum habet ſolum in eo Archidiacono, qui eſt caput Capituli, & primus poſt Pontificem, quorum nullus eſt in Hiſpania, *Barboſ. ad d. cap. 12. Concil. Trident. num. 5.* Qui ex eodem *Garz. nu. 40.* aduertit pariter deciſum huiuſmodi Archidiaconos habentes iuriſdictionem contentioſam debere eſſe Doctores promotos in publico gymnaſio, aliàs gradus ei non ſuffragari ex Bulla 63. Pij V. quod & tradit *Maſſorb. d. dub. 6. n. 6. Nouar. d. concl. 41. n. 4. Squillante de priuil. Cleric. c. 4. n. 113.* & ità Doctoratos ex priuilegio ad huiuſmodi dignitatem promoueri non poteſt. *Nouar. q. for. loco cit. q. 143. & vbi ſupra nu. 5. Squill. d. c. 4. n. 114. Menoch. de arb. c. 245. nu. 42. Ricc. p. 4. deciſ. 248.*

31 Ideò iam apud Hiſpanos ceſſare obligationem hanc, vt Archidiaconi ſint Doctores, aut licentiati, cum eorum iuriſdictio pené extincta ſit, obſeruat, *Nauar. c. 25. n. 135. Garz. d. lib. 7. c. 7. n. 37. Sebaſt. Caſ. Anguian.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad d. c. 12. Concil. Trident. n. 6. & de Canonicis cap. 5. num. 9.*

32 Vbi verò ex Eccleſiæ conſuetudine poteſtas & iuriſdictio, quæ de iure communi competit Archidiacono, competat Archipresbytero, Archipresbyterum debere eſſe graduatum iuxta decretũ Concil. Trident. tradiderunt, *Menoch. d. caſu 425. num. 42. & ex Ricc. Barboſa ad d. c. 12. nu. 5. fin.* Neque enim Concilium reſpexit nomen Archidiaconi, ſed officium, poteſtatem, & iuriſdictionem.

33 Decanum autem non debere eſſe graduatũ, Magiſtrum, ſcilicet, aut Doctorem, aut Licentiatum in Theologia, vel iure Canonico ex vi decreti Concil. Trident. tanquam reſolutum à S. Congreg. tradit *Garz. d. c. 7. nu. 43.* quem ſequitur *Barboſ. ad d. c. 12. num 8. & de Canonicis cap. 7. nu. 8. & de off. Epiſ. all. 60. n. 61. Palaus n. 16.*

34 Et quàmuis Concil. Trid. d. cap. 12. hortetur, vt in Prouincijs, vbi id commodè fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars in Cathedralibus Eccleſijs, & Collegiatis inſignibus non conferantur niſi Magiſtris, aut Doctoribus, aut in Theologia, vel iure Canonico Licentiatis, tamen neque hoc eſſe neceſſarium, neque poſſe induci tanquam neceſſarium ex aliqua Synodo Prouinciali, tanquam reſolutum docet *Garz. d. c. 7. n. 45.*

35 Pœnitentiarius autem in Cathedralibus Eccleſijs inſtitui debet, *qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur. Garz. d. c. 7. nu. 49. Squill. de priuil. Cler. c. 4. n. 69. & 108. Barboſ. ad d. c. 8. Concil. Trid. nu. 16. Palaus vbi ſupra n. 17.*

36 Dubium autem eſt, an in prædictis caſibus neceſſarius ſit nedũ gradus magiſterij, &c. ſed etiam ſcientia competens, & ſufficiens, vel potiùs ſufficiat eſſe graduatum, etiam ſi neceſſaria deſit ſcientia. Sufficere enim gradum, pluribus citatis docet *Garz. d. c. 7. n. 50.* cui conſentit *Palaus vbi ſupra n. 19.* quia ille eſt graduatus, licet indignè, & gaudet priuilegijs graduatorum. Quod & tenoit *Azor. p. 2. lib. 2. c. 6. q. 2.* ſed *Barb. ad d. c. 8. & de Canon. c. 26. n. 9.* refert fuiſſe deciſum à S. Cong. ſub die 20. Martij, 1623. officiũ Pœnitentiariæ non eſſe conferendum Doctori, qui dicebatur eſſe valdè ignorans. Sed aduertendũ, duplicem legem hic vrgere, alteram diuinam ſupernaturalem, quæ in Pœnitentiario, ſeu Archidiacono, aut alio ſimili miniſtro requirit ſcientiam ſufficientem ad hoc, vt officium poſſit prudenter exercere, & aliam poſitiuam Conc. Trident. requirentem gradum. Huic ſecundæ ſatisfit, ſi promoueatur graduatus, ſed non ſatisfit priori, niſi promoueatur doctus.

37 Dubium ſecundò eſt, an ſufficiat gradus licet inualidus, & contra formam ſtatutorum, aut legum, nulliter adeptus. Conſiderandum eſt, an gradus ſit ipſo facto nullus, vel ſolum ſit annullandus per ſententiam Iudicis. Nam in hoc ſecundo caſu ſufficit, non verò ſi gradus ſit ipſo facto, & iure nullus. Nam in idem coincidunt non eſſe graduatum, & eſſe nulliter gradoatum, iura verò requirentia gradum, illum requirunt validum, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. Azor. lib. 6. c. 6. q. 1. Palaus vbi ſupra num. 20. Garz. d. c. 7. num. 51.* vbi quod idem eſt

dicendum de eo, qui ſine profeſſione fidei contra Conſt.112. Pij IV. gradum obtinuit.

38 Ad dignitates autem & Canonicatus non habentes iuriſdictionem, aut curam animarum requiritur nedum illa ſcientia, quæ eſt neceſſaria ad illum ordinem, qui eſt Dignitati, vel Canonicatui annexus. Sed cum huiuſmodi teneantur ad induſtriam, & conſilium in Capitulo debent habere tantam ſcientiam quanta eſt neceſſaria ad eorum munus exercendum. *Panorm.c.cnm in cunctis, num.4.de elect.Menoch.de arbit.caſn 425. nn.25. Rota deciſ.12, num.4.de prob.in antiquis,Bellet.de diſcipl.Cleric.§.4. num.28.*

39 In Parochis verò curam animarum habentibus maior ſcientia reqoiritur, quam in Canonicis, quia cum officium Parochi ſit ars artium, *c.pennlt. de ætat.& qnalit.Vitalin.in Clem.1.nu.29.de præbend.* & ideo cura animarum ſit valde periculoſa,& Parochi confeſſiones Parochianorum audire debeant, debent ſcire diſtinguere inter peccata, Euangelium declarate,ſacramētorum, quæ adminiſtrant titum, & virtutem cognoſcere, *c.Eam te, & c.pennl.de ætat. & qnalit.*Concil.Trident.ſeſſ.5.c.2,& ſeſſ.24.c.18.de reform. *Nauar.in c.1.§.caueant.n.19.de pænit. & remiſs.* Ideo Parochiales Eccleſias tribuendas eſſe præuio examine, & per concurſum ei, qui repertus fuerit magis idoneus ſtatuit Concil.Trid. d. ſeſſ.24. c.18.de reform. de quo concurſu habendo plura tradunt *Barboſ. ad dict. cap.18. Pax Iordan. lib.10. titul.8.*

40 Ad beneficium verò ſimplex obtinendum non ſufficere illud modicum literaturæ, quod eſt neceſſarium ad primam tonſuram, ſcilicet ſcire fidei rudimenta, & legere, & ſcribere, ſed eſſe neceſſe, vt ſciant etiam conſtruere tradiderunt, *Gloſſ. in C lem.1.de conceſ.præbend.v.repntamus*, quam ibi ſequuntur *Imola, Card.& Panorm.n.1.Franc. cap. ſi pauper, de præb.in 6. num.2.Henriq.lib.9.cop.31.§.8. Nauar.de orat.Miſal.43.nnm.3. & in c.ſi qnando, de reſcrip.excep.13.n.13.Garz.par.7.c.7.nu.4. Maſcard. de probat.concl.878.n.17.Bellet.diſq.Cleric. tit. de diſcipl.Cler.§.4.n.26.* Sed diſtingui debet inter beneficia, quæ habent aliquem ordinem annexum, vel etiam ſeruitium, & quæ nullum horum habent. Nam ad huiuſmodi beneficia ſimplicia non habentia annexum ſeruitium, vel ordinem ſufficit, quòd ſciant fidei rudimenta, legere,& ſcribere, & aliquātulùm linguam latinam intelligant, vt ſint apti ad recitandum diuinum officium. *Hoieda de incompatib. benef.p.1.c.fin.n.39.Flamin.de reſign. benef.lib.4. q.vlt.n.30.Garz.p.7.c.7.n.8.& 9. Palaus tom.2.tr.13. d.4.p.6.n.9.* Immò ſi beneficiatus ſit pauper, vt poſſit obtinere beneficium ſimplex,ſufficit vt tantum ſciat quantum ſimplex laicus, vel aliquātulùm plùs circa Sacramēta. *Innoc.in c.1.n.4.de ſum.Trin.Bald. in rubr.einſdem u.9. Hoſt.in c.cum in cunctis, n.10.de elect.& ibi Io.Andr n.9.Butr n.7.* quos refert, & ſequitur, *Bellet.loco cit.n.26.* Nam parum ſciens etiā ſine ſpe plùs proficiendi dicitur habilis ad beneficia ſimplicia huiuſmodi non requirentia ſcientiam magnam, vt ex *Imol.Clem.1.de ætat. & qualit. nn 7. & Rota deciſ.26.n.5.p.2.diuerſ.* tradit *Bellet. ibid.* Semper igitur ad beneficium ſimplex requiritur, quod eſt neceſſarium ad primam tonſuram, & aliqualis maior notitia Sacramentorum; ſed vbi beneficia habent annexum ordinem, vel ſeruitium, maior ſcientia eſt neceſſaria. Et dicitur etiam neceſſarius cantus, ſi id Eccleſiæ ſeruitium requirat. Sed non conſueuit multùm curari de ſcientia cantus, quia hic aſſuefactione de facili addiſcitur. *Domin. cap. ſi pauper de præbend.in 6.Garz.d.c.7.n.6.*

41 Quæ verò ſcientia ad ordines ſit neceſſaria, habetur ex Conc.Trid. Nam ſeſſ.23.requirit ad primam tonſuram, vt quis fidei rudimenta, legere, & ſcribere ſciat. *In c. verò 11.* ad Minores Ordines poſtulat, vt ſaltem latinam linguam ordinandi intelligant, & quòd de gradu in gradum in eis vitæ meritum, & doctrina maior creſcat & quod maioris ſciētiæ ſpes,maioribus ordinibus dignos oſtēdat. In *c. vero 13.* ad Subdiaconatum, & Diaconatum requirit, vt quis ſit inſtructus in literis, & ijs, quæ ad exercendum ordinem pertinent. In Presbytero autem poſtulat, *cap.14.* vt comprobetur idoneus ad populum docendum ea, quæ omnibus neceſſaria ſunt ad ſalutem, & ad miniſtranda Sacramenta.

42 In inferioribus verò Prælatis tanta ſcientia non eſt neceſſaria, & quidem, quòd etiam in illis requiratur ſcientia habetur ex *c.cum nobis 19.de elec. & c.Eam te de ætat.& qnal. & c. licet canon. de elect. in ſexto*. Qood tamen tanta ſcientia non requiratur quanta in Epiſcopis decernitur in *c. cum in cunctis 7. de elect.* & tradunt *Panor.ibid.n.4. & Homob. de hum.vitæ ſtat.par.1 cap.22.*& liquet ex declarat.Sac. Congr. quam referunt *Garz.de benef.p.7.c.7.n33.& Sigiſm de Bonon.d.dub.60.n.1.Lauor.c.16.n.30.*Vnde in Prælatis Regularibus etiam Prouincialibus, etiā Generalibus non eſt neceſſaria tanta ſcientia, quāta in Epiſcopis requiritur.

43 In Ordine Prædicatorū pro Prioribus Conuentualibus ita ſtatuitur *diſt.2.c.2.§.5. Nullus eligatur,aut confirmetur in Priorem, niſi ſciat gramaticè loqui abſque falſa latinitate, & ſit ita inſtructus (ſaltem in moralibus ſacræ Scripturæ) vt ſciat proponere verbum Dei in ſno Conuentu. Quod ſi ſecus factnm fuerit in Cōuentibns habentibns inſignem numerū (nimirnm dnodenarium) Fratrum, Confirmator abſolnatur, & per trienninm omni officio Ordinis priuetnr.* & eadem habētur in *Gloſ.lit.P.*ex Capit.Gener.Ven. 1557. & Tholoſ. 1372. Ex vi cuius ſtatuti electio illiterati. & ineruditi talis, qui neſciat latinè loqui & proponere verbum Dei,videri poſſet ipſo iure nulla, quia non eſt confirmabilis, immò imponitur pœna confirmatori, ſi illam confirmet. Nihilominus tamen abſolutè dicendum eſt, talem electionē ex vi Conſtitutionis præfatæ,non eſſe ipſo iure nullam, quia Conſtitutio non annullat ipſo facto confirmationem illius electionis, ſed ſolum confirmatorem punit.

44 Eſt autem graue dubium, an promotio illiterati ſit ipſo iure nulla. Nam multorum ſententia affimat eſſe nullam, pro qua referuntur, *Innoc. & Panorm.in c.cum uoſtris, de conceſ.præb.Felin.in c. per tuas,de Simon.Franc.in c.final.n.2.de tempor. ordinand.Gonzal.ad regul.8.Cancel.gloſ.4.n.47. & 48. Leſs.lib.2.c.34.nu.129.Azo.lib.6.c.6.q.3.4.& 5.& c. 26.q.11.Rebuff.de pacif.poſſeſs.a.n.261.*aliàs 263.*Rodriq.to.1.c.29.n.3.Vega p.1.c.36.caſn 17. Palaus to.2. tract.13.diſput.4.punct.6.n.5.Bernard.Diaz in prac. crim.c.21:n.6.Hoieda de incompatib.beneficiorum p.1. cap.fin.n.39.Pariſ.de reſig.benef.q.4.nnm.3.Sigiſm.de bonon.dub.60.n.6.Lauor. c.26.n.22.* Limitant autem,

Digitized by Google

vt hoc ſit verum ſolùm de penitus illiterato, & imperito, qui nec ſciat legere. *Bernard. Hoieda, Pariſ. Rodriq. Vega, Sigiſm. Garz. d. cap. 7. nu. 15. Palaus vbi ſupra n. 8.* & addit *Gonzal. & ad regul. 8. Cancel. gloſ. 4. nu. 49.* quòd licet collatio facta penitus illiterato à principio ſit nulla, ſi tamen beneficiatus poſteà addiſcat literas, & is, qui contulit non pœniteat, priſtina collatio reuiuiſcit. Quod tamen diſplicet, *Garz. nu. 20. & Palao nu. 6.* quia ex taciturnitate, & ex non pœnitentia non poteſt induci collatio. Et quia idem *Salzedo num. 50. ex Rota deciſ. 13. num. 5. de probat. in antiq. & decrſ. 16. nu. 4. par. 2. diuerſ.* limitat, vt collatio beneficij ſimplicis facta illiterato non ſit ipſò iure irrita, ſed ſolùm collatio beneficij Curati, aut Canonicatus, requirentis induſtriã, & conſilium, *Garz. eod. nu. 20.* cui conſentit *Palaus n. 7.* hoc quoque reprobat; quia omnino illiteratus non eſt ad beneficia aptus.

45 Sed præfata ſententia ex alio principio extenditur, vt etiam ipſo iure nulla ſit electio, ſeu promotio illius illiterati, qui ſcientiam à iure requiſitam non habet; quia promotio irregularis eſt ipſo iure irrita. *Nauar. cap. 27. n. 252. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 67. n. 1.* At verò Illiteratus, qui caret ſcientia requiſita à iure, eſt irregularis. *Nauar. c. 27. n. 205. Vgol. de irreg. c. 3. Suarez de cenſ. diſp. 51. ſect. 1. nu. 8. Auil. de cenſ. diſp. 4. dub. 1. p. 7. Gonz. ad regul. 8. Canc. gloſ. 4. nu. 41.*

46 Pro huius difficultatis expeditione recolenda eſt diſtinctio *Gloſſ. in cap. auditis, v. ex poſt facto, de elect.* quia nimirum electio, aut promotio dicitur ipſo iure nulla, vel quia ſit actu ipſo iure irrita, vel quia ipſo iure ſit irritanda, Qua diſtinctione ſuppoſita, cum ſcientia ad Prælaturas & beneficia requiratur nedum ex iure poſitiuo, ſed ex iure diuino & naturali.

47 Dicendum eſt primò electionem, ſeu promotionem illius illiterati, qui non habet ſcientiam à iure naturali, ſeu diuino requiſitam, illam ſcilicet quæ eſt neceſſaria ad prudenter exercendum officiũ ſeu munus ad quod illiteratus promouetur, non eſſe actu ipſo iure irritam ex iure naturali, aut diuino, ſed bene eſſe omnino irritandam, quippe quæ ſit iniuſta, & nullo pacto approbanda. Prima pars eſt certa ſicut enim eſt neceſſaria, ad beneficia, ſcientia, ſic & bonitas, & tamen à ſubiecti bonitate non pendet poteſtas Eccleſiaſtica. Sed fuit Vvaldenſiũ hæreſis, vt videre eſt apud *Alphonſum de Caſtro: ver. poteſtas*, quòd poteſtas à bonitate dependeat, ita quod nullus, qui ſit in peccato mortali poteſtatem habeat. Et præterea hoc certum eſt, quod illiteratus, ſi ordinetur, recipit ordinis characterem. *Gloſ. in cap. illiteratos, diſt. 36.* & ibi *Turrecrem. num 5. Innoc. cap. cum in cunctis. de elect. & Io. Andr. ibid.* Scientia enim neceſſaria eſt de præcepto, non verò ita vt illiteratus ſit incapax recipiendi poteſtatem. Sicut vero illiteratus recipit poteſtatem ordinis, ſi ſibi conferatur, ita recipit poteſtatem iuriſdictionis, ſi illi detur, quantum ſit ex vi legis naturalis, & diuinæ.

48 Nihilominùs tamen ex vi eiuſdem legis promotio illiterati eſt caſſanda, & irritanda tanquam iniuſta & contraria fini ad quem ordinantur officia & beneficia, & perniciosa bono communi, & diuino cultui, cum ſit impoſſibile, vt officium exerceat prout oportet is, qui neſcit neceſſaria ad idem officium exercendum. Et quia ex regula iuris 64. in 6. *Quæ contra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.* Et hoc adeo verum eſt, vt talis illiteratus non ſit ſecurus in conſcientia, & teneatur, vel abſtinere ab exercitio officij, aut muneris donec ſe habilem reddat ad illud; vel illud reſignare, ſicut illud recipiendo peccauit, vt ſupra dictum eſt. Et in hoc ſenſu citati DD. bene dixerunt, promotionem huiuſmodi eſſe irritam ideoque nec admittendam.

49 Dicendum verò eſt ſecundò, ex iure poſitiuo tunc ex defectu ſcientiæ promotionem eſſe nullam, cum ius poſitiuum expreſsè illam irritam declarat, vt eſt promotio ad Scholaſtriam, quam Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 18. nullam ipſo iure decernit, ſi non cõferatur Magiſtris, vel Doctoribus, vel Licentiatis in ſacra pagina, aut iure Canonico, & alijs perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint. In hoc enim caſu promotionem aliter factam eſſe nullam colligi poteſt ex Conc. Trid. ibid. & tenuerunt *Garz. Barboſ. & Azor.* quos ſequitur *Palaus vbi ſupra n. 18.* idem docentes de Archidiaconi promotione. Et idem dicendum vbicumque ius requirat gradum in promouendo, vel certam qualitatem ſcientiæ cum clauſula decreti irritantis, ita vt electio aliter facta ſit ipſo iure nulla. Quàmuis, vt verum fatear, nec certum videatur, quòd promotio ad Scholaſtriam facta non habenti requiſita à Concilio ſit ipſo facto irrita. Nam cum Concilium ſtatuat, quod Scholaſtria conferatur, vel Magiſtris, vel Doctoribus, vel Licentiatis, vel alijs perſonis idoneis, & qui per ſe ipſos id munus explere poſſint at verò non niſi per iudicis determinationem poſſit ſciri vniuerſaliter, an aliquis ſit idoneus, vel non idoneus, ideo dum Concilium ſubdit, *aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida*, intelligi poteſt de prouiſione, quæ per iudicem competentem inuenta ſit aliter facta; & ideo etiam prouiſio dicitur nulla, quia à iudice ſic habẽda vt talis, & caſſanda. Et ita non eſt cenſenda ipſo facto nulla, ſed ab ipſo iudice eſt indiſpenſabiliter caſſanda, ſi ſit facta aliter quàm ibi Concilium decernit. Nam vbi qualitas neceſſaria non eſt à iure determinata, & certa, ſed eius determinatio pendet ex iudicio, & arbitrio, non habet locum nullitas prouiſionis ipſo facto, vt tradit idem *Palaus ibid. nu. 8.* At vero ad Scholaſtriam non eſt ſimpliciter neceſſarius Doctoratus, ſed tandem ſufficit, quod promouẽdus ſit iudicatus idoneus, quod quando ſit, iudicare ſpectat ad arbitrium promouentis. Et idem dicendum eſt de collatione Archidiaconatus.

50 Dicendum verò eſt tertiò, quòd exceptis illis caſibus in quibus ius ex defectu ſcientiæ irritat electionem, ſeu promotionem, electio ſeu promotio illiterati etiam penitus non eſt ipſo iure irrita, ſed irritanda tunc & ſemper, cum promotus non habet illam ſcientiam, & qualitatem ſcientiæ, quæ ex iure eſt neceſſaria. Probatur primò, quia in *cap. fin. de ætat. & qual.* Honor. III. promotum ad Epiſcopatum, qui nunquam didicit grammaticam, nec legit Donatum, non declarauit nulliter ipſo facto promotum, ſed iudicauit eſſe deponendum. Secundò quia Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 3. de reform. Collationes beneficiorum, etiam curam animarum habentium, factam de non idoneis contra Conſtitut. Alexand. III. & Gregor. X. non dixit, quod aliter facto prouiſio ſit ipſo iure irrita, ſed quod irritetur. Nam diſtinctio data ab illa priori ſententia diſtinguens

guens inter illiteratum omnino, & aliqualiter literatum, qui ſcilicet ſciat legere, ſed non ſciat alia, quæ neceſſaria ſunt ad inſeruiendum Eccleſiæ in munere, ad quod quis promouetur, & quod defectus prioris literaturæ reddit nullam promotionem ipſo facto, non vero defectus ſecundæ, difficultatem patitur: quia iura non diſtinguunt, & quod omnino volunt eſt, quod promouendus eam ſcientiam habeat, quæ eſt neceſſaria ad illud munus exercēdum, ad quod promouetur, vt patet *cap. in cunctis 7. de elect. & cap. Eam te, & cap. penult. de ætat. & qualit.* Et ex Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 2. & ſeſſ. 22. cap. 2. ibi *Scientia verò præter hæc eiusmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere.* & ſeſſ. 24. cap. 12. de promouendis ad dignitates ait, *Meritò, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpondere poſſint.* & ſimilia de Parochis habet. ead. ſeſſ. cap. 18. de reform. Ideo is eſt illiteratus ſimpliciter, qui non habet ſcientiam à iure requiſitā. Et is eſt ille, qui neſcit neceſſaria, vt ſuo muneri ſatisfaciat.

51 Hoc autem certo præſuppoſito ſic arguitur, electio, ſeu promotio eius qui patitur defectū ſcientiæ neceſſariæ ad ſatisfaciēdum muneri ſuo, ſi aliàs ſciat legere & ſcribere, aut etiam ampliùs, ſi ſciat latinè loqui, non eſt ipſo iure nulla, licet ſit irritanda; igitur electio, ſeu promotio penitus illiterati non eſt ipſo iure nulla, licet ſit irritanda. Antecedens admittunt DD. ſupra citati, ſcilicet, *Palaus nu. 44. Bernard. Diaz, Hoteda, Pariſ. Rodriq. Vega,* Si[illegible] ſm. *Garz. & Nauar.* idem tenet *Miſcellan. 33. num. 7. & Miſcel. 40. num. 8. & in cap. ſi quando, de* [illegible] *ript. excep. 13. num. 8.* vbi ex profeſſo probat collat[illegible] em beneficij ſimplicis factam ei, qui nil peni[illegible] latinè callet, modo ſciat legere, eſſe validam, [illegible] de conſuetudine antiqua, & noua. Conſe[illegible] autem probatur. Nam quod iura volunt [illegible] dans idoneitatem proximam ad munera [illegible] ſtica, & non diſtinguunt inter ſcientiam h[illegible], vel illius rei, ſeu inter ſcire legere, vel ſcire cauere, vel ſcire latinè, vel ſcire ſcripturas, vel ſcire Canones, & nihil horum determinatè petunt, & omnia petunt, ſi omnia ad ſatisfaciendum muneri ſint neceſſaria; igitur ex vi legum Canonicarum, ſi defectus eius, quod directè, & primò petunt, ſcilicet defectus ſcientiæ aptæ, idoneæ, & neceſſariæ ad ſatisfaciendum muneri Eccleſiaſtico nō irritat ipſo facto prouiſionem de beneficio, ſeu munere Eccleſiaſtico, nec illam irritabit defectus ſcientiæ in eo qui neſcit legere; quoniam neque hæc ſcientia eſt neceſſaria, niſi vt dat idoneitatem, at idoneitatis defectus dicitur non irritare ipſo facto prouiſionē. Confirmatur: quia vbi ad idoneitatem neceſſaria eſt lingua latina, & ſcientia Theologiæ, & Canonum, ſi hæc deſunt alicui, pro nihilo æſtimatur, quòd ille ſolum ſciat legere, & ſolum eſt diſcrimen quod diſſi illiùs fieri poteſt, vt latinam linguam addiſcat, qui neſcit legere, quàm qui ſcit legere, vnde diſtinctio eſt per hoc; quod eſt eſſe minùs & magis idoneus, cum tamen omnes ſint ſimpliciter indonei; At verò iura requirunt idoneitatem ſimpliciter, & reprobant inidoneitatem ſimpliciter; igitur ex vi illorum, vel quicumque defectus ſcientiæ tollens idoneitatem ſimpliciter facit irritam ipſo facto prouiſionem factam talibus de beneficio, quod non conceditur, vel nullam ſimilem prouiſionem irritam faciunt ipſo facto, quod debet concedi, Et ideò *Turrecrem. ad cap. omnes diſt. 6. 38.* ſentit quod Epiſcopi illiterati electio ſit caſſanda, ſeu quòd talis ſit deponendus, non verò quòd eius promotio fuerit ipſo iure irrita.

52 Nec vrget, quod de irregularitate dicebatur. Tum quia incertum eſt, an defectus ſcientiæ ſit propriè irregularitas; hoc enim negant, *Henriq. lib. 10. cap. 16. §. 2. & in gloſſ. ibi. lib. 9. & lib. 14. cap. 8. §. 11. gloſſ. lit. B. Garz. par. 7. cap. 7. num. 10. Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 13. num. 7. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 60. num. 8.* Tum ſecundò quia minus eſt certum, quòd electio ſeu promotio irregularis ad beneficiū ſit ipſo iure nulla, & oppoſitum probo infra *in hoc eod. cap.* vbi de irregularitatis impedimento ad electionem erit ſermo.

53 Multum verò intereſt, an prouiſio facta de illiterato ſit ipſo iure irrita, vel ſolùm irritanda. Quia ſi non eſt ipſo iure irrita, iam promotus habet titulum validum, & ideo ratione tituli facit fructus ſuos, & non tenetur ad reſtitutionem illorū, iuxta doctrinam *Syluest. v, Clericus 4.* & aliorum quos ipſe citat ibi *num. 23.* & etiam *Garz. par. 3. c. 1. num. 8.* Et ideo cum maximè interſit prouiſo illiterato, an prouiſio ſit ipſo iure nulla, tum propter hāc tum propter alia damna, quę pateretur, ſi prouiſio eius eſſet ipſo iure nulla, vnde hæc irritatio eſt maxima pœna, niſi ius illam imponat, non eſt infligenda prouiſis, per regulam *odia, de reg. iuris in 6.* Et cum iura reprobent quidem promotionem illiteratorum, ſed eam non decernant irritam ipſo facto, immò, vt probatum eſt, eam vt irritandam demonſtrent, dicendum eſt eam non eſſe irritam ipſo facto. DD. verò plures ex his, qui videntur aſſerere eam eſſe irritam, hoc dicunt, quia eſt ipſo iure irritanda, & quia eſt à iure reprobata. Sæpe enim huiuſmodi dicunt ipſo iure irritum, quod eſt ipſo iure irritandum.

S V M M A R I V M.

1 *In ſcientia requiſita de lege naturæ, vel diuina, nullus diſpenſat. n. 54.*
2 *Papa multipliciter diſpenſare poteſt ſuper ſcientia ad Prælaturam neceſſariam ex iure Canonico. num. 54.*
3 *Raro tamen diſpenſat. n. 54.*
4 *Nullus inferior Papa poteſt hoc diſpenſare. numer. 54.*
5 *Illiteratura eſt defectus maior, quam ille, qui eſt ex delicto, quia tollit potentiam ad bonum regimen. num. 54.*

54 QVæritur quarto, quis poſſit diſpenſare in defectu ſcientiæ vt illiteratus poſſit validè eligi. Reſpondetur verò, quod reſpectu eius ſcientiæ, quæ ad Prælatos eſt neceſſaria de iure naturali, & diuino ſupernaturali, nullus diſpenſare poteſt, vt ſupra dictum eſt. Reſpectu verò eius ſcientiæ, quæ eſt neceſſaria de iure canonico, ſolus Papa diſpenſare poteſt. Ipſe quidem in hoc defectu diſpenſare poteſt, vel vt ante ſcientiam neceſſariam iure diuino aliquis promoueatur, ſtante ſpe certa ſcientiæ acquirendæ tempore quo erit neceſſaria ad proprij officij vsū. Item diſpenſare poteſt ſuper illo augmento ſcientiæ

quod ex iure canonico eſt neceſſarium. Item tertiò poteſt diſpenſare, ne ob defectum ſcientiæ incurratur aliqua pœna canonica, & ideò, quod collatio facta illiterato, non ſit nulla. Et ita poteſt Papa in hoc defectu modo prædicto diſpenſare, *Turrecrem. in cap. ſi in laicis diſt. 38. Bernard. Diaz. in pract. cap. 23. Salzedo*, quem refert, & ſequitur *Suar. diſput. 51 ſect. 1. num. 10. Palaus l. 2. tr. 13. diſp. 4. p. 6. nu. 11. Nauarr. cap. 27. num. 105.* vbi tamen aduertit Papam raró, vel nunquam diſpenſare in defectu ſcientiæ, niſi per accidens diſpenſando in ætate, in qua nondũ poteſt eſſe acquiſita ſcientia, & addit *Suarez*, rariſſimè eſſe tantam diſpenſationem in ætate, quæ ad ſcientiam abſolutè neceſſariam non ſit ſatis. Et addit *Palaus* raró poſſe adeſſe cauſam legitimam, ob quam Pontifex hanc diſpenſationem concedat. Cæterùm nullus inferior Papa, ſiuè Epiſcopus, ſiuè habens iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem diſpenſare poteſt in defectu ſcientiæ ex iure canonico neceſſariæ ad Prælaturam. *Felin. cap. At ſi clericis §. de adulteriis n. 21. de Iud. Suar. d. diſp. 51. ſect. 1. n. 9. Sigiſ. d. dub. 60. num. 6.* Hic enim defectus repugnat ex directo exercitio Prælaturæ. Et nihilominus *Palaus n. 12.* addit ex *Azor.* quod Epiſcopus ex cauſa iuſta poteſt conferre beneficium ei, qui parum ſcit, ſed creditur breui tempore profecturus; quia Epiſcopus poteſt pro aliquo tempore in obligatione annexa beneficio diſpenſare. Raró tamen hæc præſtanda ſunt. Nam defectus ſcientiæ maior cenſetur, quàm defectus ex delicto etiam ex homicidio, vnde *Innoc. in cap. cum noſtris de conceſ. præbend.* ſentit electionẽ factam de homicida non eſſe ipſo iure nullam, factam tamen de illiterato ſic; quoniam defectus ſciẽtiæ tollit potentiam ad legitimum vſum officij, ideò reddit incapacem officij incapacitate maiori, quàm ſit illa, quæ eſt ex delicto, quia delictum non tollit potentiam ad benè agendũ, ſicut illam tollit ignorantia.

Conditio tertia.

Fides.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendi eſt, quod ſit fidelis baptizatus. n. 55.*
2 *Infidelium multiplex genus. n. 55.*

55 TErtia conditio eligendi eſt, quod ſit fidelis. Poſſet autem videri, hanc cõditionem veluti præcipuam debuiſſe poni pro prima, cum fides ſit fundamentum totius Eccleſiaſticæ hierarchiæ; ſed dicitur ordinem doctrinæ poſtulare, vt à communioribus ad ſpecialia procedat diſciplina, prius verò, & cõmunius eſt genus, quàm ſpecies, & electio, quàm electio eccleſiaſtica; de ratione verò electionis ad aliquod officium abſolutè eſt, quod electus ſit perſona humana expeditum vſum rationis habens, & prædita tantâ agendarum notitia, quanta eſt neceſſaria ad hoc, vt electus poſſit exercere prudenter officium, ad quod eligitur, vt ſupra eſt explicatum. His verò ſuppoſitis, & conſiderando iam illa, quæ conueniunt electioni canonicæ, vt eſt electio eccleſiaſtica, prima, & præcipua conditio eligendi eſt, vt ſit fidelis, & per baptiſmum incorporatus Chriſto & in Chriſto renatus. Verùm cum illi, qui fidem non habent, ſint in duplici differentia; quia quidam nunquam crediderunt, neque fidem per ſusceptionem baptiſmi profeſſi ſunt, vt Idololatræ, & Saraceni, & Iudæi, alij verò à fide, quàm in baptiſmo profeſſi fuerant, receſſerunt, vt apoſtatæ à Fide Chriſtiana, & Hæretici, de omnibus diſtinctè loquendo, videndum eſt, qualiter ſe habeant ad electionem tàm ipſi, quàm illorum deſcendentes, ſeu amici, fautores, & defenſores.

S V M M A R I V M.

1 *Infidelis iure diuino ineligibilis. n. 56.*
2 *Ex puro defectu fidei electio infidelis eſt nulla. n. 56.*
3 *Baptiſmus ianua Sacramentorum. n. 56.*
4 *Dat poſſe paſſiuum, & capacitatem ad ordines, & functiones Eccleſiæ. n. 56.*
5 *Non baptizatus nequit ordinari. n. 56.*
6 *Electio non baptizati eſt ipſo iure nulla. n. 56.*

56 QVæritur igitur quintò, quo iure infideles ſint ineligibiles? Reſpondetur verò, quod ex iure diuino ſupernaturali quidem, ſed connaturali inſtitutioni Eccleſiæ Chriſti infideles non baptizati ſunt inelligibiles ad quodcunque officium eccleſiaſticum; & ita vt ex eodem iure omnis talis electio ſit ipſo facto indiſpenſabiliter nulla, & irrita. Probatur ex eo, quod baptiſmus eſt ianua ſalutis, & omnium Sacramentorum, *cap. cum namque, 112. de conſecrat. diſt. 4.* vnde eſt, quod character baptiſmi eſt per quem datur Chriſtiano, primum poſſe veluti paſſiuum ad omnia alia Sacramenta recipienda, & ad ea obtinenda, quæ ad Chriſtianũ cultum ſpectant, vt cum *D. Th. 3. p. q. 63. art. 2.* docent Theologi, & indè eſt, quod præcipuè ordo ſacer, & eius character ſupponit characterem baptiſmi, vt tradit idem *D. Th. in addit. ad 3. part, qu. 35. a. 3. ſeſſ. 4. d. 24. q. 1. art. 2. quæſtiun. 3.* Vnde qui non eſt baptizatus nequit ordinari, & ſi ordinatur nihil recipit. *cap. ſi quis 59. 1. q. 1. & cap. veniens 3. de Presbytero non baptizato*, prout etiam omnes Theologi docent. Vnde eſt etiam, quod non baptizatus eſt incapax omnis iuriſdictionis eccleſiaſticæ, & adminiſtrationis, tanquam non incorporatus Chriſto, & Eccleſiæ, ideoque nec Eccleſiæ membrum, nec pars Eccleſiæ; igitur, ſi eligatur ad quodcunque Eccleſiaſticum miniſterium, electio iure diuino erit nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Infideles conuerſi ad fidem de iure communi non ſũt ineligibiles. n. 57.*
2 *Neque eorum filij, ſi ſint baptizati, ſunt ineligibiles. num. 57.*
3 *Baptiſmus omnem maculam lauat. n. 57.*
4 *Nec authoritate Capituli Generalis poteſt ſtatui, vt infideles conuerſi ad fidem ſint ineligibiles. n. 58.*
5 *In Ordine Minorum de obſeruantia deſcendentes à Iudæis, & Saracenis non ſunt eligibiles, ex Pontificis ſtatuto. n. 59.*
6 *In lege hac non communicant alij ordines, cum ſit ſtatutum pœnale. n. 59.*

7 *Statum in Regno Portugaliæ, vt deſcentes à Iudæis, non admittantur ad beneficia curata, dignitates, &c. num. 59.*

57 QVæritur ſextò, an hæc inhabilitas ad officia eccleſiaſtica ſe extendat ad infidelem conuerſum ad fidem, & baptizatum, vel ad eius deſcendentes, ſi fuerint baptizati. Reſpondetur, nec diuino, nec humano iure eſſe ineligibiles, qui ex infidelitate conuertuntur ad fidem, vel eorum deſcendentes baptiſmo lauatos, ac mundatos. Nam habetur *cap. eam te, de reſcript.* quod Papa mandauit dare Canonicatum, & præbendam Iudæo ad fidem conuerſo, & dixit, *Pro eo verò quòd Iudæus extiterit, dedignari non debes*. Et ratio eſt, quia baptiſmus omnē maculam lauat, & mundat: & qui ratione infidelitatis erat inhabilis, accedente fide, fit habilis, quia mediante fide per charitatem operante, poteſt dignè miniſteria eccleſiaſtica exercere. *Panorm. in d. cap. eam te.* vbi *Felin.* dat regulam generalem, quæ teſte *Nauar. l. 3. conſ. 26. de Regul.* eſt communiter recepta, quia ſcilicet infidelitas præcedens etiam propria nulli obſtat quantùm ad ordines, & beneficia acquirenda, niſi hæreſis. Quod ſi infidelitas propria [illegible] ſiat, non reddit ipſum infidelem inhabilem ad officia, beneficia, & Prælaturas, multò minus obſtat infidelitas aliena, ideò nec deſcendentes ab Idololatris, [illegible]aracenis, & Iudæis iure communi ſunt ine[illegible]biles ad officia eccleſiaſtica. *Nauar. c. 27. n. 205. [illegible]uar. Clem ſi furioſus, 1. p. §. 2. n. 8. concl. 6. Rodriq. [illegible] ſum. c. 160. num. 1. & qq. reg. t. 1. q. 24. a. 7. Sua[illegible] de cenſ. d ſp. 47. ſect. 3. nu. 8. Auila de cenſ. p. 7. diſp. [illegible] 4. Otalora, Salzedo, Diaz, Spino*, quos refert, [illegible]ur *Sanch. l. 2. in decal. cap. 28. num. 11. Peyr. [illegible] Regul. q. 2. c. 5. §. 6. n. 83.* & apud eum *Riccinll.* [illegible] verum etiam ſi parentes maneant in infi[illegible] *[illegible]uar. Suar. Sanch. Peyr. Salelleſ. l. 6. c. 5. nu. [illegible]*.

58 Quod adeò verùm eſt, vt nec authoritate [illegible] eralis, vel cuiuſcunque Religionis ſi[illegible] authoritate Apoſtolica poſſit ordinari, [illegible] conuerſi ad fidem ſint ineligibiles; quia [illegible]or Papa poteſt præcipere contrarium [illegible] quod Canones decernunt, in dicto verò *cap. e[illegible]*[illegible]itur Iudæum conuerſum ad fidem non [illegible]eficio excludendum. *Nauar. loco cit. Sanchez de matrim. l. 3. diſp. 37. num. 30. Sayr. de cenſ. l. 6. c. 13. num. 12. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. l. 2. c. 3. num 6. fin. & de cenſ. diſp. 43. ſect. 2. num. 8. Sigiſmund. de Bonon. de elect. dub. 82. nu. 4. Peyrinus Præl. quæſt. 2. cap. 5. §. 6. num. 84.* Quidquid enim modò ſit de non admittendis huiuſmodi ad fidem conuerſis ad profeſſionem, in quo ſenſu quæſtionem tractant *Nauar. & Sanchez*, de admittendis ad electionem reſolutio data ſtat firma propter textum citatum.

59 Iure verò ſpeciali, non poſſunt filij Iudæorum, & Saracenorum recipi ad Religionem, vel promoueri ad dignitates in ordine Minorum de obſeruantia, ob conſtitutionem quandam Pauli IV. confirmatā à Greg. XIII. quam explicant *Nauar. lib. 5. conſ. 2. de Iudæis, Auila de cenſ. p. 7. diſp. 4. dub. 3. Sanchez in Decal. l. 2. c. 27. num. 3. Rodriq. t. 1. q. 14. a. 1. Mirand. tom. 2. q. 1. num. 1. Portel. v. electio. n. 11. Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. §. 6. num. 46.* Et de eius ſenſu contendunt *Rodriquez, & Miranda*, quia ille cenſet non repelli huiuſmodi filios Iudæorum, & Saracenorum ab ordine, & dignitatibus, vſque ad quartam generationem, niſi vbi parentum, & prouanorum corpora, vel ſtatuæ ſunt combuſta. Quæ expoſitio non diſplicet *Portel. Mirand.* autem vult repelli debere omnes filios vſque ad quartam generationem deſcendentes ab eis, qui fuerunt Iudæi, aut Saraceni cogniti, & declarati. *Peyr.* autem *loco. cit.* benè ex *Rod iq.* aduertit, per dictas bullas nō excludi filios gentiliū. Econtra verò pro ordine minimorum adeſt conſtitutio Gregorij XIII. apud *Peyr. t. 2.* tertia, in qua præcipit; vt ab ordine, & dignitatibus filij Iudæorum, & Mahumetanorum rijci non poſſint. Et ſimilem conſtitutionem haberi latam à Pio V. pro minoribus, & acceptatam in Capitulo Generali Romæ 1571. ex *Sorbo* refert *Peyr. in Præl. q. 2. c. 5. nu. 86.* Quia tamen præfatæ conſtitutiones ſunt pœnales ad alios ordines non extenduntur. *Gloſſ. in cap. decet, v. proceſſus, de immunit. in 6. Panorm. in cap. vnic. num. 18. fin. vt Eccleſ. benef. Rodriq. tom. 1. q. 67. a. 2. Sigiſm. dub. 82. n. 1.* Pro Regno etiam Portugalliæ Clem. 8. ſtatuit, ne deſcendentibus ex genere Hebræorum vſque ad ſeptimam generationem dentur canonicatus, & præbendæ, & dignitates in cathedralibus, & principales dignitates in Collegiatis, & Parochias, & beneficia curata, quod confirmauit Paulus V. De quo videri poſſunt *Souſa l. 3. Aphoriſ. c. 23. Barboſa de pot. Ep. p. 1. a. 2. Gloſſ. 17. & Salelleſ. l. 6. c. 5. num. 80.*

SVMMARIVM.

1 *Neophyti ſunt irregulares. n. 60.*
2 *Ad nullum ordinem promoueri poſſunt. n. 60.*
3 *Quantum duret ſtatus Neophyti eſt arbitrarium. num. 61.*
4 *Regulariter durat ad decennium. n. 61.*
5 *Non poteſt Epiſcopus diſpenſare cum* Neophyto, *vt ordinetur. n. 61.*
6 *Irregularitas* Neophyti *temporalis. n. 61.*
7 *Non extenditur ad filios ante vſum rationis baptizatos. n. 62.*
8 *Non ſufficit eos eſſe baptizatos ante decenniū. n. 62.*
9 *Neophyti ratione irregularitatis ſunt ineligibiles. num. 62.*
10 *Non ſunt ineligibiles ad officia, ad quæ non eſt neceſſarius vſus ordinum. n. 62.*
11 *Superiores habentes iuriſdictionem quoſi Epiſcopalem iudicant de ſtatu* Neophytorum, *an ceſſauerit eorum irregularitas. n. 62.*
12 *Cathecumeni ante baptiſmum ſunt iure diuino ineligibiles. n. 63.*
13 *Non ſunt eligendi ſub conditione baptiſmi, quia & recenter baptizati non poſſunt eligi. n. 63.*
14 *Filij Cathecumenorum baptizati ante vſum rationis ſunt eligibiles. n. 63.*
15 *Etiam ſi patres a fide receſſerint. n. 63.*

60 QVæritur ſeptimò, an ſaltem Neophyti de recenti conuerſi ad fidem ſint ineligibiles ad Prælaturas Eccleſiaſticas? Reſpondetur, Neophytos in præſenti dici eos adultos, qui de recenti baptizati fuerunt, hos verò eſſe irregulares, habetur ex *cap. 3. primæ ad Timot.* ibi, *non Neophytum, nè in ſuperbiam elatus in iudicium incidat Diaboli. & ex can. 71.*

Apoſ.

Apoſ. & *Conc.* Nic.c.2. *& in Conc.Laod. cap.3. & in Conc.Arelat.2.1. & in Conc.Sardic.cap.13.* Et quamuis in his locis ſit ſermo, vel de Epiſcopis, vel etiam de Presbyteris, & Diaconis, non verò de alijs ordinibus, tamen Eccleſiæ praxis ab Apoſtolis vſque ad hæc tempora fuit, vt Neophyti non promoueãtur ad ordines. Nam & in omnibus ordinibus militat eadem ratio, quia in quolibet ordine inchoatur ſuo modo eccleſiaſtica dignitas, & in ſuſceptione cuiuſcunque ordinis adeſſe poteſt elationis periculum. *Nauar.c.27.num.206. Suar.de cenſ. diſp.43. ſect.3. Sayr. de cenſ.l.6.c.10.num.10. Auil.p.7.diſp.4. dub.4. Azor.p.2.l.6.c.2.q.2. Bonac.de cenſ.d.7.q.2.p.1. num.5. Marol.l.1.cap.31.num.1. Rodriq.t.1.q.14.art.5. Barboſ.de poteſt.Epiſ. p.2.tit.2.Gloſſ.17. Sigiſ.de elect. dub.81.num.2. Petr.Greg.de elect.cap.12.n.2. Conar.in Clem.ſi furioſus. p.1.§.2. num.7. Troctus, Pariſ.* Salzedo, *Ricciul. Rom. Specul. Lamber.Campanil.* quos refert, & ſequitur *Peyr. in Præl. quæſt.2. cap.5. §.6. num.82.*

61 A quanto autem tempore Neophyti ordinari poſſint, cum non ſit determinatum in iure, remittitur quantum ad Epiſcopos ad arbitrium Summi Pontificis, & quantum ad alios ad arbitrium Epiſcopi. Qui tamen in hac irregularitate non pote[illegible]ſpenſare, vnde nec ob penuriam miniſtrorum N[illegible]ytum, nondum per tempus congruum in[illegible]antatum, poteſt ſine Papæ diſpenſatione or[illegible] vel alium ob excellentiam prudentiæ, & qualitatis ſtatim à ſuſcepto baptiſmo ſine aliqua [illegible] diſtantia temporis promouere. Sed tamen ad Epiſcopi arbitrium ſpectat, vt conſideratis Neophyti qualitatibus, eruditione, prudentia, fide, humilitate, charitate, virtutibus decernat eum eſſe ita in fide, & ſancta conuerſatione plantatum, vt ad ordines poſſit promoueri. Itaque hæc irregularitas eſt temporalis, quo tempore elapſo Neophytus ſine alia diſpẽſatione poteſt promoueri. *cap.1.num.1: diſt.77. cap.cum te, de reſcript.* vbi *Felin.num.72.cap. cum ſit.in princip. de iudic. Biax.p.1.cap.15. Toloſ. de elect.cap.12.num:2.* Nauar.*cap.27.num.205. Conar.in Clem.ſi furioſus.p.3.§.1. num.7. Suarez de cenſ. diſp. 43. ſect.3.n.7. Auil.de cenſ.p.7. diſp.4.dub.4.concl.3. & ſeq. Sanchez in ſum.l.2. cap.28. num.11. Rodriquez tom.1.q.24.n.7. Miranda tom.2.q.8.n.7. Sigiſm.de Bonon.de elect.dub.81.num.2. Lauor.cap.16.nu.75. Peyr. in Prælat.q.2.cap.5.§.6.nu.63. Salelleſ.l.6. c.5.n.107.* Sufficere etiam regulariter tempus decennij à conuerſione, vt quis deſinat eſſe Neophytus, & ex tunc poſſe ordinari, tradunt *Nauar. Suarez num.6. Sayr. num.11. Peyr.cit.*

62 Hæc tamen irregularitas non extenditur ad filios Neophytorum, qui ante vſum rationis baptizati ſunt, quia iſti non ſunt Neophyti, nec in iure inuenitur facta hæc extenſio. Neophytus enim eſt adultus de recenti baptizatus. ita DD.citati, & citato *Suarez* addit *Peyrinus* vbi ſupra, eum poſſe ordinari, nedum, qui in infantia baptizatus eſt, ſed qui à decennio, vnde putat eos excludendos, qui ſunt adulti à nouennio baptizati. Sed neque *Suar. d.diſp.43.ſect.3.n.8.* hoc dicit, neque ratio id affirmare permittit; adultus enim eſt, qui vſum rationis eſt adeptus, & ideò illi ſoli non ſunt Neophyti, qui ante vſum rationis ſunt baptizati, vt *ibidem Suar.* docet: Ex his propterea habetur, quod Neophyti excluduntur ab electione ratione irregularitatis; & ideò excluduntur ſolùm ab electione ad Prælaturas, & officia, quæ exigunt exercitium ordinum, non verò quæ puram iuriſdictionem concernunt, & vlterius irregularitate ceſſante poſſunt ad Prælaturas, & dignitates promoueri. Et quantum ad hanc partem in arbitrio ſuperiorum habentium authoritatem, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem eſt, decernere tempus, quo Neophytus cenſeatur exiſſe Neophytorum ſtatum, vt poſſit ad ordines promoueri, & ad officia exercitium ordinum concernentia. Et aliquando in Eccleſia factum fuit, vt Sanctiſſimi viri ſtatim etiam ante baptiſmum ad Epiſcopatum raperentur, vt in S. Ambroſio contingit.

63 Quæ verò de Neophytis dicta ſunt, dici debent de Catechumenis multo maiori ratione. Nam Catechumeni ante baptiſmum iure diuino ſunt incapaces adminiſtrationis Eccleſiaſticæ niſi baptizentur; at verò nec eligi debent ſub conditione baptiſmi, quia nec recenter baptizati eligi poſsũt. Eorum tamen filij ante vſum rationis baptizati, nõ ſunt irregulares, etiam ſi ipſi Patres à fide receſſerint, quia Catechumenus recedens à fide non eſt hæreticus. *Sanchez vbi ſupra num.13. Sigiſm. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Heretici iure diuino, & canonico ſunt ineligibiles, etiam praſcindendo ab excommunic.n.64.*
2 *Iure canonico electio haretici eſt ipſo iure nulla. num.64.*
3 *Hæretici ſunt excommunicati.n.65.*
4 *Et irregulares.n.65.*
5 *Et infames.n.65.*
6 *Et adhuc etiam per ſe ratione hareſis ineligibiles. num.65.*
7 *Hareticus iure diuino indignus vt eligatur, ideò eius electio caſſanda.n.66.*
8 *Hareticus eſt vitandus.n.66.*
9 *Papa hareticus deponendus.n.66.*
10 *Hareticus ad officia Eccleſiaſtica eſt ineptus.n.66.*
11 *Haretici electio non eſt iure diuino ipſo iure nulla, ſed eo iure ſolo ſpectato, ſi confirmetur eſt valida. num.67.*
12 *Epiſcopus hareticus confert veros ordines.n.67.*
13 *Sacerdos hareticus conſecrat verè.n.67.*
14 *Sacerdos hæreticus in caſu extremæ neceſſitatis validè abſoluit.n.67.*
15 *Habens characterem baptiſmi eſt capax poteſtatis ſpiritualis.n.67.*
16 *Hareticus non priuatur poteſtate ordinis ſecundũ ſubſtantiam.n.68.*
17 *Nec ex iure diuino eſt priuatus poteſtate iuriſdictionis ſecundum ſubſtantiam.n.68.*
18 *Eccleſia aliquando Epiſcopos ab hareſi reuertentes recepit in ſuis muneribus, & dignitatibus.n.68.*
19 *A Papa poſſet electio haretici validè confirmari, licet per ſe illa confirmatio eſſet illicita.n.68.*
20 *Electio Haretici purè mentalis non eſt irrita.n.69.*
21 *Si hareſis extra mentem exiret, priuaretur omni iuriſdictione.n.69.*
22 *Electio haretici non mentalis, ſed occulti ſi confirmaretur toleraretur quoad alios, & valerent eius acta, ſicut valent acta excommunicati occulti.num.69.*
23 *Electio haretici per accidens occulti eſt ex iure ca-*

nonico

nonico ipſo iure nulla ; & talis eſt priuatus omni iuriſdictione. n.69.

64 Quæritur octauo, quo iure Hæretici ſint ineligibiles. Reſpondetur eos eſſe ineligibiles nedum iure canonico, ſed iure diuino. Quod dicitur etiam præſcindendo ab omni cenſura, & irregularitate ad ordines ſuſcipiendos impediente, & ita vt etiam ſi hæretici non eſſent excommunicati, & modo dicto irregulares, adhuc eſſent ad eccleſiaſtica officia ineligibiles. De iure humano concluſio eſt certa ex *cap. Quicunque, §. Hæretici, de hæreticis in 6.* ibi. *Hæretici autem, Credentes, Receptatores, Defenſores, & Fautores eorum, ipſorumque filij vſque ad ſecundam generationem ad nullum eccleſiaſticum beneficium, ſeu officium publicum admittantur: quod ſi ſecus factum fuerit, decernimus irritum, & inane, &c.* & idem habetur *cap. ſtatutum 15. eod. tit.*

65 Poteſt verò hoc ampliùs probari ex eo, quòd hæretici ſũt infames, vt habetur ex *c. infames. 17. 2. q. 1. & c. infames 23. 6. q. 1. & ex c. excõmunicamus 13. §. credentes de hæreticis.* Item quia hæretici ſunt ipſo facto excommunicati. Vt habetur *cap. Achatius 24. q. 1. & cap. ad abolendam. & cap. excommunicamus 1. & 2. de hæret. & cap. quicunque. 2. de hæret. in 6. & cap. nouerit, de ſent. excomm.* Item quia Hæretici ſunt irregulares, vt docent *Penna 3. p. Directorij com. 162. Sanchez in ſumm. l. 2. cap. 25. Farinac. de hæreſi q. 189. num. 43. & q. 192. a n. 67. Mendoza l. 3. ad Concil. Elibert. cap. 28. & 29.* ex quo *Concil. Can. 29.* hoc idem colligitur *Sylueſ. v. irregularitas quæ. 5. ſpecul. tit. de diſpenſ. § iuxta num. 6. ver. 6. Felin. cap. cum te, num. 12. de reſcript. Nauar. cap. 27. num. 25. & conſ. 19. de hæret. Ludouic. Lopez l. 2. p. 2. cap. 24. Lambertin. Mand. Felician. Candelab. Toleto, & alij,* quos refert, & ſequitur *Garzias de benef. p. 11. c. 10. §. 1. num. 80. Peyr. in Præl. qu. 2. cap. 5. §. 6. num. 72. Suarez de cenſ. diſp. 43. ſect. 1. nu. 2. & diſp. 21. de fide ſect. 5. num. 1.* & habetur ex *cap. Saluberrimum. 1. q. 7. & cap. Conuenientibus ead. quæſ. & cauſa, & cap. Nos conſuetudinem diſ. 12.* Quidquid in contrarium tanquam probabile iudicauerit *Palaus tom. 1. trac. 4. diſp. 4. p. 3. num. 2.* Sed vt dicebatur hæretici directè, & per ſe, & præſcindendo ab omni alia cenſura, ſeu impedimento canonico ad ordines ſuſcipiendos ſũt incapaces, & inhabiles ad omnes dignitates, Prælaturas, & officia eccleſiaſtica. An verò hæc inhabilitas, ſeu ineligibilitas extendatur etiam ad hæreticum pœnitentem, & à cenſuris abſolutum, & Eccleſiæ reconciliatum, ita vt collatio ſit nulla ſi ei conferatur beneficium. Tractat hanc *quæſt. Farin. de hær. q. 189. a. num. 82. & q. 193. a. num. 66.* referens pro vtraque parte opiniones, ſed *Palaus par. 1. diſp. 4. par. 5. num. 2.* pro comperto habens, ſi hæreſis ſit publica, quod hæreticus etiam reconciliatus ſit inhabilis ad officia, & beneficia, ſi tamen ſit occultus putat probabile eſſe eum non eſſe inhabilem ſi etiam ſit, Eccleſiæ reconciliatus. Sed cum iam dictum ſit hæreticum etiam occultum per ſe eſſe irregularem, & inhabilem, & certum ſit, ex vi abſolutionis eum non eſſe diſpenſatum ſuper irregularitate, aut inhabilitate, dicendum quoque eſt, hæreticum pœnitentem, & Eccleſiæ reconciliatum manere inhabilem, & ineligibilem ad officia, & beneficia, niſi diſpenſetur, & ſi promoueatur ſine diſpenſatione, promotionem ea ratione vitioſam eſſe, qua vitioſa eſt promotio hæretici irregularis, & inhabilis.

66 Dubitari autem poteſt, an præſcindendo à cenſuris, & à lege poſitiua, electio hæretici ſit ipſo iure nulla. Certum eſt enim, quod omnis eius electio ex iure diuino eſt caſſanda. Nam primò hæreticus eſt vitandus, ſic enim *Apoſ. 1. ad Tim. 13.* dicebat, *Hæreticum hominem poſt primam, & ſecundã monitionem deuita.* Prælatus verò, & officialis vitari non poteſt, nec debet; repugnat ergo iuri diuino, vt hæreticus ſit Prælatus, vnde eius electio eſt caſſanda. Secundò, nam eſt communis ſenſus Eccleſiæ, hæreticum Epiſcopum, eſſe deponendum, & ità vt ſit conſtans doctrina, vt dato per impoſſibile (id enim poſſibile eſſe non credo) quòd Papa eſſet hæreticus, ſtatim ſtatim ac ab Eccleſia declararetur hæreticus, ceſſaret ex Chriſti inſtitutione eſſe Papa, vt docent *Caiet. tom. 1. opuſ. 1. cap. 18. & 19. Soto 4. d. 22. q. 2. a. 2. Cano l. 4. de locis c. vlt. ad 12. Suarez diſp. 10. de fide ſect. 6. num. 10. fin.* Nam & Clemens Papa Epiſt. p. ait D. Petrum docuiſſe, hæreticum Papam eſſe deponendum. Multò magis igitur hæretici electio non eſt confirmanda. Item tertiò id ratio ſuadet; nam non habens fidem, eſt ineptus ad operandum in ordine ad Dei cultum iuxta ritum Eccleſiæ Chriſti, & ad dirigendos alios in talem finem, & eſt membrum ab Eccleſia ſeparatũ, & præciſum, cum non coniungatur reliquo corpori per compagem fidei, indignus igitur omninò eſt, vt fidelibus perficiatur, & vt eccleſiaſtica officia exerceat.

67 Nihilominus tamen dicendũ eſt, quòd electio hæretici non eſt ex diuino iure nulla, ita vt ſi confirmetur, confirmatio non ſit valida, & electus non acquirat poteſtatem ſpiritualem ad quam eligitur. Ratio huius eſt, quia hæc lex diuina irritans ipſo facto electionem hæretici, vel eſt diuina poſitiua, vel eſt diuina naturalis. Primum dici non poteſt, de hac enim lege non conſtat. Sed neque dici poteſt ſecundum; quia ex quo hæreticus habet characterem baptiſmi, vt benè probat *Caiet. tom. 1. opuſ. 1. cap. 32.* eſt membrum Chriſti, & Eccleſiæ, quantum ſufficit, vt hæreticus ſit capax ſpiritualis poteſtatis; vndè eſt, quòd Epiſcopus hæreticus ſi in ordinando ſeruat ritum Eccleſiæ, confert veros ordines, & ſacerdos hæreticus verũ Chriſti corpus cõſecrat, immò & in caſu extremæ neceſſitatis abſoluit, vt docet etiam *Suar. diſp. 21. de fide ſect. 5. n. 9. & 14.* Ideò hæreticus Clericus ſi ordinetur ſecundùm Eccleſiæ ritum verum ordinem recipit, vnde ſi ad fidem redeat non ordinatur iterum ab Eccleſia, vt poſſit ad vſum ordinis reſtitui; vnde eſt, quod talis ordinatus ſacerdos in caſu neceſſitatis extremæ validè abſoluit, vt ibid. *Suarez* tradit; habens igitur characterem baptiſmi, licet non habeat fidem, non eſt incapax ſpiritualis poteſtatis, tàm ordinis, quàm iuriſdictionis, licet ſit ea indignus, nec poſſit ea dignè, & honeſtè vti; igitur ex lege diuina naturali non eſt irrita ipſo facto electio, & confirmatio hæretici, quoniam ex natura rei non repugnant defectus fidei, & poteſtas ſpiritualis, cum poſſint ſimul eſſe, vnde ſi ei cui deficit fides, detur poteſtas ſpiritualis, cum non ſit eius incapax illam validè recipit, & ſic ſi electus hæreticus confirmatur, quantum ſit ex iure diuino, confirmatio eſt quidem illi-

cita,

cita, ſed non eſt nulla, & inualida, licet ſic electus, & confirmatus ſit ſuſpenſus, & non poſſit licite vti tali poteſtate.

68 Et ita ex conſequenti huius ſententiæ ſunt omnes, qui tenent hæreticum per hæreſim, poteſtate ordinis ſecundum ſuam ſubſtantiam non priuari, quod docuit *D.Th.2.2.q.39.n.3.* & cum eo quamplures, quos refert, & ſequitur *Suarez tom.3.in 3.p. diſp.3.ſect.4.& diſp.21. de fid.ſect.5.n.9.* Immò, quod per hæreſim, nec ſecundum ſubſtantiam ex iure diuino ipſo facto priuatur hæreticus iuriſdictionis poteſtate; vnde in caſu neceſſitatis extremæ, Sacerdos hæreticus validè abſoluit: & ex antiqua conſuetudine, Eccleſia Epiſcopos retractantes hæreſes aliquando in ſuis muneribus, & dignitatibus recipiebat, vt colligitur ex *Conc. Nicen.* & *Calcedon.& ex cap.conuenientibus, & alijs. 1.q.7.* quod docuerunt *Caiet.tom.1.opuſ.1.cap.18.19.22. & alijs. Sotus in 4. d.22.q.2.num.2. Sylueſ.v.Confeſſor q.19.& 20. Panor. & Innocen.in cap. veritatis, de dolo, & contumacia. Nauar. conſil.tit. de hæret. Sanch.l.2.cap.9.num.10. Suarez diſp.21.de fide ſect.5.num.14.* Hi enim omnes, & alij plures cum teneant hæreticum non eſſe ex diuino iure incapacem poteſtatis ſpiritualis, ſimul ex conſequenti tenent, non eſſe ex iure diuino nullam collationem talis poteſtatis, ſi detur, vel electionem ad talem poteſtatem habendam, ſi ad eam eligatur; quod enim eſt capax recipiendi, validè recipit ſi detur id, cuius eſt capax; nec actio dantis irrita eſt, ſi materia ſit capax patiendi. Ideò electio hæretici eſt quidem iure canonico nulla, vnde nec validè confirmatur ab eo, qui non poteſt in iure canonico diſpenſare. Poſſet tamen à Papa validè confirmari, licet per ſe loquendo eſſet illicita confirmatio.

69 Hinc eſt, quòd cum electio hæretici purè mentalis, & per ſe occultæ non ſit irrita de facto iure diuino; cum ſit extra Eccleſiæ iudicium, neque eſt irrita iure canonico, ideò ſi illa electio cõfirmetur, eſt valida confirmatio. Quòd ſi hæreſis extra mentem prodeat, tunc electus, & confirmatus omni iuriſdictione, iure canonico erit priuatus per tradita à *D.Thom.2.2.q.39. a.3. Soto 4.d.20.q.1. a.3. Caſtro l.2.cap.23. Azor.p.1.l.8.cap.11.q.7.& cap. 13.q.7. Simancs tit.46.num.62. Suarez d. diſp.21.de fide num.12.& 15.* quod tamen nunc poſt *canon. ad euitanda*, ita eſt verum, vt tamen in hæretico occulto, & tolerato, licet per accidens, ſimul toleretur quoad alios poteſtas iuriſdictionis, vt docet idem *Suarez ibid. ex Sylu. v. hæreſis num. 16.* vnde abſolutio data ab hæretico ſic occulto per ſe valida eſt, ſicut data ab alio excommunicatò, non denunciato.

S V M M A R I V M.

1 *Ad quatuor genera perſonarum ſe extendit inhabilitas ad beneficia, & officia.n.70.*
2 *Credentes, &c. ſunt excommunicati.n.70.*
3 *Credentes hæreticis dicuntur, qui in communi illorum errorem credunt.n.70.*
4 *Qui familiaritatem habent cum hæreticis. ſunt excommunicati, ſi ſit tanta, vt dici poſſint fautores. num.70.*
5 *Receptatores, & fautores ſunt excommunicati, qui fauent hæretico, vt hæretico, ſeu qui fauent hæreſi. n.71.*
6 *In foro externo præſumuntur fautores, qui ſine rationabili cauſa beneficium impendunt hæreticis. num.71.*
7 *Ad incurrẽdum pœnas fautoris, non eſt neceſſe, quod fauens ſit hæreticus.n.72.*
8 *Hæretico quia excommunicato non prohibetur fidelis communicare, niſi ille ſit denunciatus. num.73.*
9 *Hæretico etiam occulto, nullus poteſt fauere.nu.73.*
10 *Filij hæreticorum licet non ſint excommunicati, sũt inhabiles ad beneficia, & officia.n.74.*
11 *Etiam filij credentium, & fautorum ſunt inhabiles ad officia, &c.n.74.*
12 *Filij virorum hæreticorum vſque ad ſecundam, ſed filij mulierum hæreticarum vſque ad primam generationem tantum ſunt inhabiles.n.74.*
13 *Si parentes Eccleſiæ reconcilientur, ceſſat inhabilitas filiorum.n.75.*
14 *Et hoc verum, etiam ſi parentes obierint ante peractam pœnitentiam.n.75.*
15 *Non tamen ſi parentes ſint relapſi.n.76.*
16 *Etiam filij illegitimi hæreticorum, & fautorum ſunt inhabiles.n.77.*
17 *Non tamen ſpurij, cuius pater eſt incertus.n.77.*
18 *Etiam filij nati ante parentum hæreſim.n.78.*
19 *Ad hoc vt filij hæreticorum ſint inhabiles, ſufficit, quod parentes decedant in hæreſi.n.78.*
20 *In odium hæreſis parentum, puniuntur filij.nu.78.*
21 *Parentes acrius puniuntur in perſona filiorum. num.78.*
22 *Filij hæretici occulti, non ſunt inhabiles. n.79.*
23 *Sufficit Patrem hæreticum eſſe notorium. n.80.*
24 *Si Pater hæreticus pœniteat, ceſſabit filiorum inhabilitas.n.80.*
25 *Filij eorum, qui ſuſpecti ſunt de hæreſi, non ſunt inhabiles.n.81.*
26 *Niſi ſint filij fautorum, &c.n.81.*
27 *Etiam ſi pater hæreticus decedat inter hæreticos, eius filius eſt inhabilis.n.82.*
28 *Filij denunciantes patrem hæreticum, euadunt pœnas.num.83.*
29 *Filij hæretici damnati in contumaciam, non ſubduntur pœnæ inhabilitatis.n.84.*
30 *Contumax in ſancto officio eſt hæreticus præſumptus.n.84.*
31 *Præſumpta confeſſio contumacis non nocet hæredibus. n.84.*
32 *Sententia lata in contumaciam non tranſit in iudicatum, niſi quantum ad pœnam pecuniariam. num.84.*
33 *Poſt ſententiam latam in contumaciam reus debet audiri.n.84.*
34 *Sententia lata in contumaciam, neminem infamat. num.84.*
35 *Si delictum ſit probatum, ſententia lata in contumaciam afficit filios.n.84.*
36 *Sententia lata pro ſola contumatia contra Patrem hæreticum, non redundat in filios. n.84.*
37 *Filij hæreticorum non ſunt priuati beneficijs obtentis ante hæreſim patris.n.85.*
38 *Filij priuantur beneficijs obtentis precibus patris hæretici.n.86.*
39 *Filius hæretici non eſt priuatus beneficijs obtentis ante notorietatem hæreſis patris.n.87.*
40 *Filij nati ante hæreſim patris, ſunt inhabiles. num.86.*

41 *Filij*

41 *Filij fautorum hæreticorum ſubduntur pœnis etiam ſi fautores non ſint credentes hæreticis. unmer. 89.*

70 QVæritur nonò, ad quos ſe extendat hæc ineligibilitas proueniẽs ex hæreſi? Reſpondetur, quòd primò extenditur ad quatuor genera perſonarum, nimirum ad credentes, receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum. *cap. quicuuque, 2. & cap. ſtatutum 15. de haret, iu 6.* Duplici verò titulo iſta genera perſonarum compreheuduntur, nimirum per ſancita in capitibus citatis, & ſecundò, quia ſnnt etiam tales perſonæ excommunicatæ in bulla cœnæ, *& in cap. excommunicamus 13. de hæreticis, & cap. nouerit de ſent. excomm.* Dubium verò eſt, qui dicantur credentes hæreticorum, quia qui credunt hæreſes hæreticorum, ſunt hæretici, at verò credentes hæreticorum ponuntur in dictis iuribus, vt diſtincti ab hæreticis. Ideò *Panormit. in cap. excommunicamus 13. n. 12. de hæret.* per credentes intelligit eos, qui æſtimant perſonas hæreticorum, & cum eis familiaritatem habent, illoſque honorant, licet eorum errores, non credant, vel ſecundum *Geminianum in cap. 2. de haret. in 6. nn. 6. credentes* dicuntur, qui adorauerunt, & ſuo more reuerentiam exhibuerunt, conſolationem, vel communionem ab hæreticis receperunt, vel ſimilia perpetrant, quæ pertinent ad ritum ipſorum. Nam ex factis præſumitur effectus. *cap. qui viderit 32. q. 5.* & plus eſt facto, quã aliquid verbo dicere, *c. dilecti de appel. & c. quem progenitores. 20. q. 1.* Verũ vt Geminianus ipſe fatetur, huiuſmodi actiones ad fautoriam hæreticorum reducuntur. Verè enim aliud eſt eſſe ſuſpectum de credulitate mala, & aliud eſt malè credere. Ideò credentes hæreticorum ſunt illi, qui verè malè credunt, & ſunt hæretici; vnde in Bulla cœnæ Pij Quinti hoc verbum credentes fuit ablatum. Diſtinguuntur verò credentes ab hæreticis, quia dicuntur credentes hæreticorum, qui in confuſo illorum errores credunt. Quia nimirum credunt hæreticos eſſe viros bonos, & habere bonã fidem, vt tradunt *Nauar. cap. 27. num. 55. Palud. 4. d. 13. q. 3. coucl. 7. Suarez de cenſ. diſp. 21. ſect. 2. n. 6. Alter. de cenſ. tom. 1. l. 5. diſp. 2. cap. 3. Toletus l. 1. cap. 19. n. 5. Farin. q. 182. n. 104. & ex D. Auton. Syl. & Tabien. Sayrus theſauro caſuum. tom. 1. l. 3. cap. 5. Emanuel Sà v. hæreticus. nu. 11. Vgolinus de cenſ. 2. p. cap. 1. Sanchez l. 2. in Decal. cap. 10. num. 2. Sanctorell. de hæreſi cap. 11. dub. 4. num. 29 Carena p. 2. tit. 4. num. 77.* ſub nomine verò hæreticorum veniunt, qui diſtinctè doctrinam hæreticorum amplectuntur. Verum qui magnifaciunt hæreticos, & cum eis familiaritatem habent, ſunt etiam excommunicati, ſed tamen ſi tanta ſit familiaritas, vt tales dici poſſint, vel defenſores, vel fautores hæreticorum. Ita *Suarez vbi ſupra num. 6. & 7. Sanchez n. 3.*

71 De receptatoribus verò, defenſoribus, & fautoribus notandum ex *Caiet v. excom. cap. 1. Soto 4. d. 22. q. 2. ar. 3. Armill. v. excomm. caſu 9.* Sayr. *Aragon. & alijs,* quos refert *Sanchez d. cap. 10. num. 4. & Nauar. cap. 27. num. 55. & Suarez vbi ſupra num. 8.* ſermonem eſſe de illis, qui fauent hæreticis, vt hæreticis; quia ſcilicet fauent illis, quia talem doctrinam profitentur, vel ad eam docendam, propagandam, & defendendam auxilium aliquod præſtant, vel aliquid huiuſmodi faciunt. Nam cum lex iſta ſit pœnalis, ſtrictè intelligi debet, & in ſenſu formali. Ideo dare aliquid hæretico ad ſuſtendandam vitam, vel titulo amicitiæ, vel ex quacumque rationabili cauſa, non eſt fauere hæreticis, nec comprehenditur ſub dictis pœnis. Quamuis in foro externo de facili præſumetur fauor hæreticorum, ſi nõ conſtet Catholicum ex rationabili cauſa auxilium aliquod, vel fauorem præbere hæreticis.

72 Sed præterea aliud conſiderandum eſt circa fautores, receptatores, & defenſores. Quia nimirum vel ſimul ſunt credentes hæreticorum, ſaltem in communi ideoque & verè hæretici, vel ſolùm illis fauent ſine tamen aliquo errore, & credulitate falſa. Nam hoc ſecundo modo ſunt ſolùm ſuſpecti de hæreſi, non verò hæretici. At verò ſuſpecti de hæreſi non incurrunt pœnas latas contra hæreticos, *Garz. de benef. par. 11 cap 10. § 1. num 87. Rota in Gadicen. Canonicatus coram Comitulo 20. Iulij* 1587. apud *Farin decif. 51.* Ideo fautores hæreticorum, qui non ſunt credentes illis non ſubijciuntur huiuſmodi hæreticorum pœnis, nec per hoc ſunt ineligibiles, vel ad beneficia inhabiles, *Salelles lib 6. c 5 reg. 472. nu. 29. ex Farinac. q. 191. num. 13. et reg. 473. num. 53 ex Sonſa lib. 3. cap. 23. num. 1.* Sed hoc non placet, nam receptatores, defenſores, & fautores contra diſtinguuntur credentibus hæreticorum. Nam qui faueat hæreſi, & illi non credat, dari poteſt. Vnde ſi quis ex aliquo intereſſe ſuo tanquam ex fine extrinſeco faueret hæretico, illumque ad prædicandam ſuam doctrinam adiuuaret, ſeu defenderet, ſubderetur hæreticorum præfatis pœnis, vt *DD. u. ſupreriori citat.* docent, & licet ratione ſimplicis ſuſpicionis de fide nullus damnetur, vt hæreticus, damnatur tamen præfatis pœnis ratione fautoriæ.

73 Sed ſecundò, ex *Suarez ibidem numro 9.* conſiderandum eſt, hæreticum conſiderari vt hæreticum, & vt excommunicatum, & ſub vtriuſque ratione prohibita eſt communicatio cum illo. Nam ex vi excommunicationis prohibita eſt etiam communicatio ciuilis, licet non ſit fauor hæreſis formaliter; quoniam excommunicatio priuat communicatione cum excommunicato abſolutè. Sed tamen hæc priuatio locum non habet, niſi hæreticus per ſententiam ſaltem declaratoriam criminis ſit declaratus hæreticus; nam aliàs cum excommunicato tolerato poſſunt fideles communicare per *extrau. ad euitanda.* Sed etiam ſi hæreticus non ſit declaratus, illicita eſt communicatio cum illo, vt cum hæretico fauendo aliquo modo eius hæreſi, vnde ad incurrendam inhabilitatem ad officia Eccleſiaſtica, & excommunicationem ſufficit, quod aliquis habens notitiam hæreſis alicuius faueat illi, vt hæretico, quocumque modo.

74 Secundò autem pœna hæc inhabilitatis ad officia Eccleſiaſtica extenditur ad filios hæreticorum. Ad quos tamen non extenditur excommunicatio, niſi & ipſi ſint hæretici, vel hæreticorum fautores. Et hoc intelligitur nedum de filijs hæreticorum, ſed etiam de filijs credentium, recipientium, defendentium, & fauentium hæreticis, vt patet ex *cap. ſtatutum 15. de hæret. in 6.* ibi *Hoc ſanè de filijs, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiuſmodi intelligendum eſſe videtur &c.* In eodem enim *cap. Boniſac.* diſtinguit inter mulieres, & viros hæreticos, quoniam hanc inhabilitatem in

Digitized by Google

vir's extendit vſque ad ſecundam generationem, & in mulieribus reſtringit ad primam. Vnde ſi mulier ſit hæretica, ſolùm eius filij ſunt infames, & ineligibiles. Sed ſi vir ſit hæreticus nedum eius filij, ſed eius filij filiorum ſunt inhabiles ad publica officia Eccleſiaſtica immò & Ciuilia, ſed non tamẽ filij filiarum, niſi filiæ ſint hæreticæ. *cap. quicumq; 2. §. hæretici, cap. vt commiſſi 12. ver. priuandos, & d. cap. ſtatutum 15. de hæret. in 6. Penna par. 3. q. 115. com. 164. Molin. tract. 3. par. 1. diſp. 68. num. 19. Suar. tom. 5. diſp. 43. ſect. 3. num. 1. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 13. quæſt. 8. Leſſ. lib. 2. cap 34. num. 121. Sanchez ſum. lib. 2. cap. 27. num. 2. Farin. de hær. q. 191. num. 5. Duard. in Bull. lib. 2. in can. 1. q. 27. num. 27. Lauor. cap. 16. n. 71. Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 3. pun. 7. num. 9. Salelleſ. lib. 6. reg. 472. num. 28. & 48. vbi numer. 49.* benè infert, quod huiuſmodi filij, nec poſſunt permutare beneficia.

75 Explicatur amplius hoc in d. *cap. ſtatutum*, vt locum non habeat ſi parentes reſipiſcant, & Eccleſiæ reconcilientur, vt patet ex illis verbis. *Non autem illorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, & reincorporatos Eccleſiæ vnitati. Leſſ. lib. 2. cap. 34. nu. 123. & 124. Azor. 2. par. lib. 6. cap. 4. quæſt. 1. 2. & 3. Auila* quem refert, & ſequitur *Garz. par. 11. cap. 10. §. 1. nu. 83. Peyr. in præl. q. 2. cap. 5. §. 6. num. 77.* Et idem iuris eſt, ſi parentes ante peractam pœnitentiam obierint, dummodò eam exequi parati eſſent. *Penna com. 162. ver. iam tandem. Tolet. lib. 2. cap. 69. ver. 6. Farin. d. q. 191. n. 64.*

76 Secus tamen dicendum eſt ſi parentes ſint relapſi, quia quàmuis iterum pœniteant, filij remanent ineligibiles ad officia publica. *Penna conſ. 164. verſ. oppoſitam ſententiam. Rojas par. 2. aſſer. 42. num. 358. Azor. par. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8. Suarez vbi ſupra, num. 3. Auila de cenſ. par. 7. diſp. 4. dub. 3. Farinac. d. q. 191. num. 65. Duard. vbi ſupra. Sigiſ. à Bonon. de elec. dub. 79. n. 7. Peyr. n. 77.*

77 Extenditur autem primò principalis aſſertio, vt intelligatur etiam de filijs illegitimis, aliàs maiori priuilegio gauderet luxuria, quàm caſtitas. Ita DD. citati. *Peyr. num. 76.* Non tamen ſi ſpurius ſit, cuius pater eſt incertus. *Couar. lib. 2. variar. cap. 8. n. 3. & ex Cino, & Alberico Salelleſ. p. 6. reg. 472. n. 27. Sanchez lib. 2. cap. 27. num. 1. Lauor. c. 16. nu. 72.*

78 Extenditur ſecundò ad filios ante parentum hæreſim natos. Nam adhoc vt filij hæreticorum hanc pœnam incurrant ſufficit, quòd parentes in hæreſi decedant, vt patet ex *d. cap. ſtatutum*, ibi. *Hoc ſanè de filijs. & nepotibus hæreticorum credentiũ, & aliorum huiuſmodi, qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, intelligendum eſſe videtur.* Vt igitur filij remaneant infames, ſufficit, quod Pater eorum in hæreſi deceſſerit, non igitur eſt etiam neceſſe, quod filij ſint nati poſt incurſam hæreſim, aliter ſi pater in articulo mortis conſtitutus, cum nec generare poteſt, ſeu ſi pater, mortua iam vxore, & in articulo mortis cõſtitutus eſſet hæreticus, & quidem notorius, & declaratus, & ſententiatus, filij nõ eſſent inhabiles, quod eſt contra textum, qui non aliud requirit, niſi quod pater decedat in hæreſi ad hoc; quod eius filij ſint ad publica officia inhabiles. Et præterea idem probatur, quia lex iſta lata fuit in odium hæreſis parentum, & directè & primò in parentum ſupplicium, *Gloſſ. in extrau. Io. 22. de pœnis, § filij eius, ver. quomodolibet.* Cum in filiorũ perſona patris acriùs puniantur, quàm in propria, *l. iſti quidem, ff. de eo quod met. cauſa.* Ideo lex iſta puniens patres in filijs, & de filijs non diſtinguens ad omnes filios ſe extendit: quod ſi etiam ſpectetur periculum imitationis, hoc maximum eſt in omnibus filijs. Et ita contra *Simaneam tit. 29. numer. 14. Leſſ. & Bonac. num. 10. vbi ſupra, & Sebaſtianum Salelles lib. 6. cap. 5. num. 43. Ledeſma tract. 1. cap. 6. concluſ. 18. dub. 1.* & alios tenent *Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 8. §. 5. Rojas par. 2. aſſer. 4. numer. 354. & ſing. 68. Penna com. 163. v. illud præterea. Suarez nu. 2. Duar. & Farin. num. 52. vbi ſupra. Rota coram Penna in Conchenſ. penſ. 24. Octob. 1594. & in eadem cauſa coram Peregrin. 6. Martij* 1568. quam refert, & ſequitur *Garz. de beneſ. par. 11. cap. 10. num. 79.* vbi pro eadem ſententia refert. *Otaloram, Hoiedam, Palador. Anton. Gomez, Velaſq. Guttier. & alios. Mareſ. lib. 2. var. reſol. cap. 16. num. 10. Sigiſm. à Bonon. de elect. diſ. 79. num. 3. Lauor. cap. 16. num. 72.* Barboſ. *in cap. 15. de hæret. in 6. Riciull. de iure perſonarum &c. lib. 5. c. 30. num. 17. Azor. et Tolet.* quos refert, & ſequitur, *Diana par. 4. tract. 8. reſol. 74. Peyr. vbi ſupra n. 79.*

79 Limitatur autem primò, vt non valeat aſſertio de filijs hæretici occulti, & non notorij. Aliqui quidem voluerunt vt ſit neceſſe, quòd parentes per ſententiam ſint declarati hæretici. Immò quòd hæretici ſint relaxati brachio ſeculari; vt ex *Farin. & Souſa* tradit *Sabelles lib. 6. reg. 472. num. 30. & 75.* vt filij remaneant inhabiles, ad dignitates, & publica officia, ſed licet hoc communiter reprobetur, ad minus tamen requiritur, quòd hæreſis patris ſit notoria, vel notorietate facti, vel notorietate iuris per propriam confeſſionem in iudicio factam, vel per ſententiam iudicis. Nam in dicto *cap. ſtatutum*, requiritur vt hæretici tales eſſe probentur, quod eſt verbum iuris, & in iure illud dicitur eſſe probatum, quod aliquo ex modis dictis eſt notorium, ideo ſi hæreſis, vel fautoria parentum non ſit notoria, filij non ſunt inhabiles ad dignitates & officia publica. *Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 43. ſect. 3. n. 2. Sayro de cenſ. lib. 6. cap. 10. num. 40. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 3. Sanchez lib. 2. in Decal. diſp. 27. num. 28. Farin. nu 69. vbi ſupra. Sigiſm. de elect. dub. 79. num. 4. Lauor. cap. 16. num. 73. Peyr. in præl. q. 2. cap. 5. §. 6. num. 80. Sayr. lib. 6 cap. 10. num. 40. Leſſ. lib. 2. cap. 34. num 121. Duard. in Bulla Cœnæ lib. 2. can. 1. n. 28.*

80 Addit verò Sanchez ſufficere, vt viuentibus parentibus ſit notorium eos hæreticos eſſe, nec ſit neceſſarium expectare mortem parentum, quia textus loquitur diſiunctiuè & ait, *qui tales eſſe, vel tales deceſsiſſe probantur.* quòd ſi parentes poſtea pœniteant, tunc ceſſabit filiorum pœna, quia ceſſabit cauſa eius, & textus vult, quod ſi parentes Eccleſiæ reconcilientur, ceſſet filiorum Inhabilitas.

81 Addit verò *Azor. par. 2. lib. 6. cap. 4. quæſt. 3.* idem iuris eſſe de filijs eorum, qui ſunt de hæreſi ſuſpecti: ſed hoc reijciunt Sanchez *numer. 29. Farin. num. 67. Sigiſm. nu 4.* Verùm diſtingui debet. Nam ſi loquamur de ſuſpectis de hæreſi, de quibus loquitur textus, qui ſcilicet ſunt receptatores, defenſores, vel fautores hæreticorum manifeſtũ eſt, quod idem iuris eſt de iſtis, & de hæreticis; quia ſic decernitur, in dicto *cap. ſtatutum*, vt ſupra probatum eſt, & aduertit Suarez *d. num. 2.* & dictum eſt ſupra *numer. 72.* ſed loquendo de alijs ſuſpectis de hæreſi, non eſt idem iuris, neque enim extendi debet lex iſta pœ-

nalis

nalis damnans in filijs peccatum patrum vltra expreſſa in legiſlatore.

82 Addit autem *Sanchez num.28. ex Henriquez lib.14 de irregular.cap.5. num 4. & Emanuel Sà verb. hæreſis nu.4* Pœnam hanc non habere locum etiam ſi hæreſis patris ſit notoria, quia obijt in partibus hæreticorum. Nam dum parentes non ſunt damnati, vt hæretici, filij incurrunt has pœnas ratione infamiæ facti, quæ ceſſat ſi pater moriatur inter hæreticos ſine infamiæ nota. Sed hoc non dicitur cũ fundamento. Quia nihil intereſt, quòd hæreſis peccatum non generet infamiam apud hæreticos, quia generat ſemper eam per ſe reſpectu cuiuſcumque bene ſentientis, & requiritur notorium facti, non vt generans infamiam, ſed vt manifeſtans rem, adeo vt non poſſit tergiuerſatione celeri, & ita vt patres ſint probati eſſe hæretici. Tum quia, vt aduertit, *Suarez num 2.* Textus abſolutè & ſine diſtinctione loquitur, & non requirit niſi quod patres probati ſint eſſe hæretici, vel deceſſiſſe in hæreſi.

83 Bene verum eſt, quòd filij, ſi parentes hæreticos denuncient Inquiſitoribus, euadent huiuſmodi pœnas, vt ex quadam Conſtitut. Federici confirmata à Pontificibus tradunt, *Penna part.2. cap 14. com.24. & 3. par com.164 ver. in filijs verò. Caſtro lib.2.c.26. Simanc tit.29.n.47. Rojas ſing 12.n.5.* & idẽ *Sanchez ibid n.30. Salelles lib.6. reg.472 n.5. & 46.*

84 Limitatur ſecundò, vt filij non ſubdantur pœnis præfatis ob hæreſim patris, ſi pater ſit damnatus, vt hæreticus in contumaciam, & hoc etiam ſi ſtatua eius combuſta ſit. Hanc tamen limitationem negant, *Penna 3.par.com 164. Molina diſp 658. num.19. Sanchez lib.2.in Decal.cap.27.num 29 Sigiſ. de elect.dub.79.num 5. Peyr. in prælat. q.2 cap 5 § 6. num 80 Salelles lib 6.reg 472.num.34 & 35.* addunt verò *Sanchez, & Sigiſm.* hoc verum eſſe ſi pater fuerit verè & propriè contumax, qualem ius requirit, *cap.cum contumacia 7. de hæret. in 6.* non verò ſi de eius contumacia non verè conſtat, vt ſi elapſus eſt illi annus, quia non potuit comparere, aut inſtetit pro abſolutione, aut ſatisfactionem obtulit, aut ea præſtitit, quæ illam Catholicam oſtendunt. Sed limitationem admittit, & probat pluribus, *Farinac. d q 191.n.56. & 68.* & apud eum *Io.Monach. in cap. ſtatutum el 1. num.4 & ibi Arch num 1. de hæret. in 6. & Rota in Conchen. penſionis coram Penna 24 Octob. 1594.* Et verior mihi hæc ſententia videtur, quia fulta melioribus rationibus. Quod enim dicitur, quia iudicio Eccleſiæ contumax in tribunali S.Officij habetur pro hæretico & pertinaci, vt docent, *Gloſſ final. in addit. cap Cum contumacia de hæret. in ſexto. et ibi Io.Andr. Francus num 2. Domin.num 11. Rota apud Cæſarem de Graſſis deciſ vnica de hæret.* & alij plures, eſt veriſſimum; ſed hoc conceſſo nihil aliud habetur, niſi quod ſuſpectus de hæreſi contumax eſt hæreticus præſumptus, vel fictus; At vero hæreticus præſumptus, vel fictus non eſt vniuocè, & ſimpliciter, & propriè hæreticus, ſed analogicè, & ſecundùm quid, & impropriè, ſeu metaphoricè; Ideo in conſtitutione pœnali in qua innocentes puniuntur ob delictum alterius, nomen hæretici non debet extendi ad ſignificationem impropriam, & analogicam, & ſecundùm quid, nec dicendum eſt, quòd ex contumacia pater ita ſit probatus hæreticus, vt nedum ipſe puniri poſſit, ſed ex eius delicto puniri debeant eius filij aliàs innocentes, & Catholici. Præterea cum ſint regulæ, & concluſiones certę in iure, quod licet contumax reputetur tanquam confeſſus, tamen hæc confeſſio nõ nocet hæredibus, *l eius qui delatorem 29. ff. de iure fiſci. Bartol in leg Cum filius familias 49.num 4. ff. de verbor.obligat. Bald lib.2.num 23. verſ ſecundo quęritur, C de edendo.* Secundò quòd ſententia lata in contumaciam non tranſit in rem iudicatam niſi quantùm ad pœnam pecuniariam, *l. annus 4. ff de requirend.* Quam eſſe verum etiam in terminis hęreſis tradunt, *Gloſſ. communiter recepta in cap excommunicamus el 1. § qui autem, v. condemnetur, de hæreticis. Simanc de Cathol inſtit tit.2 num 20. et 21. et tit.14 in fin. Penna 3 par comm.49 ver. adueniente autem. Cartar. tract de execut ſententia contumacialis cap.1.num.278.* Vnde poſt ſententiam latam in contumaciam reus ſi compareat in S.Officio debet audiri, etiam ſi eius ſtatua fuiſſet combuſta. *Simanca, et Penna ibid Cartar. num.280.* Item tertio ſententia lata in contumaciam neminem infamat, vt multis citatis probat, *Surdus concil 173. num 100. vol.2.* & in terminis læſæ Maieſtatis pœnas patris damnati non nocere filijs, expreſsè docent, *Roland. conſ. 29. num.21. et 22. et conſ 13 num.4. vol 4 Centulinus addit. ad Farinac deciſ.62 lit.B. limit.3 par.1.* Stantibus inquam his concluſionibus communibus, quod dicatur eas non valere in crimine læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ, quod tradunt *Bartol. lib.2. §. ſi is, ff de bonis eorum*, qui ante ſententiam. *Maſcard de de probat. concluſ.348.nu.35. Rojas ſingul 69. Cartar. vbi ſupra num 343.* vt hoc admittatur debet intelligi ſecundùm diſtinctionem quam dedit, *Gygas tr. de crim læſæ maieſtat lib 3. tit 1. de pœnis quas incurrunt filij etc. q.13.num.3.* vt ſcilicet quando delictum eſt in proceſſu probatum, tunc ſententia lata contra cõtumacem efficiet filios incurrere pœnas latas contra ipſos ex crimine patris. Hoc modo enim & in propoſito noſtro ſi pater contumax probatus eſt hæreticus, ſufficit ad hoc vt filij ſint inhabiles ad dignitates, & officia. Sed vbi hæreſis patris non eſt probata in iudicio, & pater damnatur ob ſolam contumaciam, nec in crimine hæreſis ſententia afficit filios, quia eorum pater non eſt probatus eſſe hæreticus niſi præſumptiuè, & fictione iuris, quod licet ſufficiat ad puniendum patrem non ſufficit ad puniendum filios aliàs innocentes. Neque hic debet fieri extenſio ſignificationis nominis hæretici & probationis, niſi lex id exprimat.

85 Limitatur tertiò, vt hæreticorum filij ſint quidem inhabiles poſt hæreſim patris ad acquirẽda beneficia, dignitates, & officia, & ideo ea nulliter acquirant, ſi acquirant, non tamen ſint priuati acquiſitis ante patris hæreſim. Controuertitur valde hæc limitatio, cum contrarium teneant in *cap. vt commiſſi de hæret. in 6. Io. Andr. n.4. Domin. in v. priuandi nu.4. Franc. num.3. Garz. p 11. cap.10. §.1. nu. 77. & apud eum Rota in Conchen. beneficij coram Peregrino die 6. Martij 1598. Lanor. cap.16. nu.74.* & plures alij, quos referunt *Sanchez l.2. Decal. cap.28 nu.27. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub.79. & Diana par.4 trac.8. Reſol.76.* & fundãtur præcipuè *in Conſtitut.8. & 10. Innoc.4. & 10. Alex.4. & 2.* Nicolai quinti, & 101 Pauli III. in quibus filij Hæreticorum videntur priuati omnibus beneficijs. Verùm limitatio probatur quoniam *in cap. Quicumque §. Hæretici de hæret. in 6.* ſolum præcipitur, quod filij hæreticorum

Digitized by Google

non admittantur ad aliquod beneficium, vel officium publicum, & decernitur irritum ſi oppoſitum fiat; ſupponit igitur textus hos eſſe hæreticorum filios, & eos priuat ſolum beneficijs obtinendis, quia inquit quòd ad beneficia non admittantur. *Et in c. ſtatutũ 15. eod. tit.* in quo declaratur huiuſmodi lex contenta in *d. cap. Quicumque* dicitur eam intelligẽdam de filijs illorum, quos eſſe hæreticos, vel in hæreſi deceſſiſſe fuerit probatum, illi igitur non ſunt admittendi ad beneficia, quorum Patres probati ſunt hæretici, vel in hæreſi deceſſiſſe; ſed qui iam ante Parentum hæreſim erant beneficiati, cum non fuerint admittendi, ſed admiſſi, tunc cum non erant hæreticorum filij, non ſunt beneficijs tunc adeptis priuati, neque priuandi. Bullæ autem Pontificum, citatæ, intelliguntur iuxta ius commune in dictis capitibus contentũ, à quo non diſcordant, & ſic loquuntur ſemper de beneficijs obtentis poſt patrum hæreſim. Cum enim non exprimant adepta beneficia ante crimen paternum, ſed generaliter de adeptis loquantur, iure optimo illa generalitas intelligi debet de ijs beneficijs, quæ contrarius adepta fuerunt, hæc verò ſunt quæ poſt hæreſim patrum fuerunt acquiſita. Et ita hanc limitationem tenent *Panor. in cap. Vergentis de hæret. n. 4.* & ibi *Felin. n. 3. Couar. l. 2. var. reſol. c. 8. num. 4. Penna 3. p. com. 163. v. ego verò Menoch. conſ. 185. n. 33. Petrus de ledeſma 2. par. trac. 1. cap. 6. poſt. 17. concluſ. dub. 2. Suarez de cenſ. diſp. 43. ſec. 3. nu. 2. & diſp. 14. de fide ſect. 3. nu. 5. Antonius, Mattæus de Afflictis, Villadiego, Carrerius, Auferius, Montaluus, Perez, Iulius Clarus, Otalora, Decianus, Oieda, Salzedo, Lancellotus,* quos refert, & ſequitur *Sanchez l. 2. in Decal. cap. 28. n. 28. Simanca tit. 29. nu. 2. Et in Enchir. iudicum tit. 63. num. 9. Paramus de orig. inquis l. 3. q. 9. n. 203. Azor. p. 1. l. 8. c. 3. queſt. 8. Tolet. & Duar. in bullam cœnæ,* quos refert, & ſequitur *Sigiſ. à Bonon. de elec. dub. 79. n. 8. Surdus conſ. 186. nu. 5. Antonius Ricinllus de iure perſonarum l. 5. cap. 29. fin. referens Clem. 8. conſulta S. Congregatione S. Officij ita determinaſſe Salelleſ. l. 6. reg. 472. n. 60. & 67. Diana p. 4. trac. 8. Reſol. 76. referens Montaluum & Petrum Gregorium.*

86 Sed tamen hanc limitationem ſublimitat *Sanchez n. 29.* vt non procedat in beneficijs obtentis ſcienter à filijs ad preces Patris hæretici; Nam & vniuerſaliter de omni beneficiato decernitur, vt ſit priuatus beneficio ad preces hæreticorum ſcienter obtento, *cap. quicumque 2. §. Ad hæc de elect. in 6.* Quamuis verò videri poſſit, quòd hoc non poſſit habere locum, quia ſi beneficium ſcienter datur filio ad preces patris hęretici, igitur beneficium illud datur poſt crimẽ patris, & ita limitatio iſta non eſt neceſſaria nec limitat; quia aliàs omne beneficium adeptum precibus patris hæretici eſt adeptum poſt hæreſim Patris, & ſolùm doctrina iſta valet, vt explicetur, quòd tunc ex duplici cauſa beneficium nulliter accipitur, & quia à filio hæretici, & quia ad preces hæretici obtinetur.

87 Nihilominùs ſublimitatio præſata locum habet; quia limitationem extendunt aliqui, vt nedum filius hæretici non ſit priuatus beneficijs obtentis ante hæreſim patris, ſed etiam obtentis antequam pater ſit damnatus, vt hæreticus, vel ſaltẽ antequam crimen Patris fuiſſet notorium notarietate facti *Sanchez n. 31. Suarez d. nu. 2.* Et ratio eſt, quia in *cap. ſtatutum 15. de hæret. in 6.* declaratur tũc filios eſſe priuatos dignitatibus, & publicis officijs cum probatum fuerit eorum patres eſſe hæreticos, vel in hæreſi deceſſiſſe. Quàmuis autem Ledeſma loco citato putet poſt condemnationem patris eſſe retrotrahendam pœnam filiorum, vt ſint priuati beneficijs adeptis poſt diem commiſſi criminis patris, tamen verior eſt præfatorum ſententia; quia filij hęreticorum, tunc ſolùm ſunt ſubiecti pœnæ inhabilitatis ad beneficia, cum ſunt filij hæretici probati talis, vel in iudicio, vel ſaltem per notorietatem facti. Et propterea locum habere poteſt ſublimitatio ſupra poſita, vt filius priuandus ſit, beneficio obtento ante notorietatem delicti patris, ſi beneficium obtinuerit ad preces patris, quem eſſe hæreticum ſciebant filius, & collator beneficij, licet id nondum eſſet notorium.

88 Sed ampliùs extendit *Sanchez d. n. 31.* limitationem præſatam, vt nec filij concepti ante patris delictum ſint inhabiles ad beneficia, nec debeant priuari beneficijs obtentis etiam poſt condemnationem patris; quia filij concepti ante delictum, nullas pœnas incurrunt ob delictum patris poſtea commiſſum. Sed cum ius commune abſolute loquatur, & non diſtinguit, ſed filios hæreticorum inhabiles reddat, tranſeundum eſt cum cõmuni ſententia, vt ſupra probatum eſt.

89 Limitatur etiam quartò quoad filios fauentium, receptatorum & defenſorum, vt non ſubdantur pœnis latis contra huiuſmodi filios, ideoque non ſint inhabiles ad dignitates, & beneficia, niſi ſint aliquo modo credentes hęreticis quibus fauent, & quos receptant, vel defendunt, & ideo ſint verè hæretici. Nam ex fautoria oritur ſolum præſumptio erroris, ſeu hæreſis; vnde cum ex præſumptione hæreſis non publicentur bona ſuſpecti, multò minùs eius filij paterna hereditate priuabũtur. *Salelles l. 6. leg. 472. n. 25. ex Farin. q. 191. n. 13. & 53. ex Souſa. l. 3. c. 23. n. 1.* Sed hoc ſatis ſupra eſt improbatum, Dari enim poteſt caſus in quo aliqui faueant hæreſi adiuuando hæreticos ad diſſeminandam hæreſim, vel ad eam conſeruandam, & tamen nullo modo ſint hæretici. Hi verò licet ſint ſuſpecti de hæreſi, tamen per decretal. *Quicumque 2. & ſtatutum 15. de hæreticis in 6.* non puniuntur quia ſuſpecti, ſed quia fautores hæreſis, cum nedum contra credentes, ſed etiam contra fautores decretales illæ ſint inſtitutæ.

S V M M A R I V M.

1 *Filij hæreticorum ſunt inhabiles ad penſiones. num. 90.*

2 *Penſio eſt fructus, & pars beneficij. n. 90.*

3 *Penſio eiſdem modis amittitur, quo beneficium. num. 90.*

4 *Penſio latè eſt beneficium. n. 90.*

5 *Quãdo verba ſunt generalia, extenduntur etiam ad pœnalia. n. 90.*

6 *Filius hæretici non poteſt permutare beneficium. num. 91.*

7 *Cui prohibita eſt acquiſitio, eſt prohibita permutatio. n. 91.*

8 *Si filius hæretici permutaret beneficium, perderet vtrumque. n. 91.*

9 *Ad*

9 *Ad officia publica ciuilia ſunt inhabiles filij hæreticorum.num.92.*
10 *Eccleſia inobedientes punit etiam in temporalibus. num.92.*
11 *Ad Iudices fidei ſpectat declarare, an officium ſit publicum.n.92.*
12 *Officia publica quæ ſint.n.92.*
13 *Comitatus, Ducatus,&c. ſub nomine officij publici veniunt.n.92.*
14 *Filius non poteſt ſuccedere patri hæretico in maioratu, ſi habet coniunctam dignitatem.n.92.*
15 *Officium conſiliarij eſt publicum. n.92.*
16 *Eligere ex iure a publica authoritate, & ſtatuto, eſt officium publicum, & ad illud filij hæreticorum ſunt inhabiles.n.93.*

90 QVæritur decimò, quid veniat nomine beneficiorum, & officiorum publicorum? Eſt autem dubium primò, an ſub nomine beneficiorũ veniant penſiones? Nam in materia pœnali, & odioſa, & maximè ob alienum delictum, penſio non videtur comprehendi ſub nomine beneficij, cum penſio, & beneficium valdè differant, & textus ille ſit ſtrictiſſimè interpretandus. Nihilominus hæreticum eiuſque filios eſſe penſionum incapaces, docent *Gigas de penſion. q.94. num.7. & conſ.142.n.3. Sanchez l.2. in Decal.cap.28. num.36. Garzia de benef. t.2. p.11. ca.10.§.1.n.74.& 77. ex Rota in Conchen. penſ.coram Peregrino 20. Martij 1598. Riccill. de iure perſonar. &c. l.5.cap.29. Souſa l.3. Aphor.cap.23.nu.3. Salleleſ. de maieſtate Tribunalis Sanct. Inquiſit. l.6. reg. 472. num.64.* & ratio eſt; tùm primò, quia cum penſio ſit fructus beneficij, & pars illius, eſt illi acceſſoria, & ideo iudicari debet inſtar principalis,& eò magis, quòd hæretici puniuntur priuatione beneficiorum ſpeciali ratione, etiam ratione fructuum beneficij. Tum ſecundò, quia eiſdem modis amittitur penſio, quibus beneficium, vt probat *Hieron. Gabriel. conſil.187. num.11. vol.2.* & cum *in cap.2.§. hæretici, de hæret. in 6. textus* dicat filios hæreticorum ad nullum beneficium eſſe admittendos, *Gloſſ. v. beneficium*, cui conſentit *Gemin. nu.2.* & ait, accipi beneficium latè, at verò ſub lata ſignificatione beneficij venit penſio, vt probat *Gygas de penſion. tota q.28.* Tùm tertiò, quoniam *textus cap.2. §. hæretici*, vtitur illa vniuerſali negatiua, *nullum beneficiũ, & cap. vt commiſſi, eod.tit. de hæret. in 6.* vtitur illo vniuerſali ſigno, *quibuſcunque beneficijs*, quo caſu ſemper contineri penſiones, tradunt *Gloſ. in Clem. 1. verbo quodcunque de vita, & honeſ. Cleric. Felin. cap.poſtulaſti num. 8. de reſcript. Rebuff. de pacificis poſſeſſor. num.114. Cacialup. de penſionib. q.30.nu.3. Gygas d.q.26.num.11. Mandoſ. Reg. Cancell. 33.q.6. num.2.* Et ad regulam allatam in oppoſitum dicitur, quòd fallit, quando verba ſunt vniuerſalia, & de mente legiſlatoris latè intelligenda.

91 Dubium ſecundò eſſe poteſt, an liceat filio hæretici beneficium ante inhabilitatem obtentum permutare cum alio, tunc cum iam factus eſt inhabilis? Poſſe fieri hanc permutationem in caſu in quo ſuperior poteſt cogere, dixerunt *Anchar. Clem. 1. n.10. de pœnis*, & ibi *Imola nu. 18.* Sed cum filius hæretici ſit inhabilis ad acquirendum, ſi vult relinquere ſuum beneficium, illudque amittere,& aliud non acquirere, poteſt permutare: cui enim eſt interdicta valida acquiſitio, eſt interdicta valida permutatio; vnde excommunicatus, quia eſt incapax acquirendi beneficium, eſt incapax validè permutandi ex parte ſui, *Couar. cap. Alma mater p.1.§.7.n.7. Flamin. de reſig. benef.l.4. q.3. num. 45.* Eadem igitur ratione nec filius hæretici poteſt validè permutare beneficium à ſe ante crimen patris obtentum. *Gloſſ. Clem. 1. de pœnis v. obtinenda*, & ibi *Cardin. num. 4.* & apud eum *Paulus*, *& Zanzelinus, & Boniſ. ibid.num.54. Salleleſ. l.6. c.5. reg. 472. num. 49.* Ideò ſi talis beneficium permutaret, valeret permutatio ex parte illius, cum quo permutaret, ſed ipſe ſine beneficio remaneret, ſcilicet ſine proprio beneficio, quia illud tradidiſſet alteri, & ſine alieno, quia ipſe beneficium nequit acquirere, *Sanchez l.2. in Decal.cap.28.n.33.& 34.*

92 Tertiò interrogari poteſt, quæ ſint officia publica? Reſpondetur autem, & dicitur primò, ſub hoc nomine venire etiam officia ciuilia ſpectantia ad ſæculares, vt ſunt officia Iudicis, Aduocati, Conſulis, & ſimilium: vnde ex hoc benè adnotat *Gemin. in d. cap. ſecundum, §. hæretici*, quòd Eccleſia, vbi ſæculares eius præceptis non obtemperant,& in ſpiritualibus peccant, poteſt illos punire,& reddere inhabiles etiam ad officia ſæcularia, & ciuilia. *Et Caren.p.2.tit.de hæret.num. 145.* refert per Congregationem Conſultorum Sancti Officij Cremonæ fuiſſe declaratam nullam electionem factam in Decurionem dictæ Ciuitatis de quodam, qui abiurauerat vti hæreticus, ipſumque illius publici officij fuiſſe incapacem. Dicitur verò ſecundò, ad Inquiſitores, vel ad eos, vna cum Epiſcopis pertinere, vbi dubium fuerit, an aliquod officium ſit publicū, id declarare, vt docent *Penna p.3.com.8. Narbona in recopit.l.4.tit.1.l.10. Gloſſ.20.nu.108, Diana p.4.tr.S. reſol.73.* Dico tertiò, inter publica officia numerari Iudices, Rectores Ciuitatum, atq; locorum, quocunque nomine vocentur, Magiſtratus, Aduocati, Procuratores, Notarij, Cancellarij, Theſaurarij,& alij ſimiles, qui nomine publico exercent officium. de quo videri poteſt *Diana loco ſupra citato.* Benè autem aduertit *Carena vbi ſupra, nu. 169.* filios hæreticorum eſſe inhabiles etiam ad ſeculares dignitates, quales ſunt, Comitatus, Marchionatus, Ducatus, & ad ſimplicem iuriſdictionem, quia habere vaſſallos, eſt aliquid dignitatis. Vnde & huiuſmodi dignitates veniunt ſub nomine officij publici. Et propterea idem *Carena cum Parladoro* docet, quòd filius non poteſt ſuccedere patri hæretico in maioratu, ſi maioratus habet annexam dignitatem Ducatus, vel Marchionatus, &c. Dicitur quartò, quod etiam officium Conſiliarij eſt officium publicum, & ad illud ſunt inhabiles filij hæreticorum: quia vt aduertit *Suar. diſp.24. de fide ſect.vlt.n.6. Clem.4. Alex.4.& Innoc. 4* In quadam bulla, quæ eſt in fine Directorij, & incipit *ad extirpanda*, vtuntur his verbis, *ad nullum officium, vel conſilium*, quod quidem de publico concilio intelligitur, ſeu cõgregationibus, in quibus publica negotia tractantur,& ita filius hæretici non poteſt adeſſe publicis conſilijs, & habere ſuffragium in illis.

93 An verò ſub nomine officij publici veniat facultas eligendi actiuè, & filij hæreticorum, & fautorum poſſint actiuè eligere, affirmat *Suarez d. diſp.24. de fide ſect.vlt. num.6. ex Abbat. & Cardin. in cap.excommunicamus el.2.§. credentes de hæreticis, & Do-*

& Dominico, & Friderico de ſenis in cap. quicunque 2. §. hæretici eod. tit. in 6. Sed mirum eſt, quod filij hæreticorum, & fautorum eorum non poſſint eſſe conſiliarij, & poſſint eſſe electores; quia eligere ad publica officia, maius eſt quàm conſulere, cum ſit dare votum deciſiuum. Præterquàmquòd eligere ad Prælaturas eccleſiaſticas eſt munus publici officij; non enim coouenit electoribus ex priuato, & proprio inre, ſed ex iure publico, & ad publicum finem, vt ſupra etiam probatum eſt. Vnde dato, quod eligere, quod conuenir aliquando aliquibus iure priuato non ſit actus officij publici, eligere tamen quod conuenit ex iore publico, & munere cõmiſſo, vel à Papa, vel à communitate, & publico vniuerſitatis, eſt actus officij publici, & ad illud filij hæreticorum ſunt inhabiles.

S V M M A R I V M.

1 *Filij hæreticorum an ſint infames. n. 94. 95.*
2 *Inhabilitas ad officia eſt quædam irregularitas, nõ verò infamia. 95.*
3 *Ab irregularitate ad infamiam non valet conſequentia. n. 95.*
4 *In pœnalibus non fit extenſio, niſi ad expreſſa in iure. n. 96.*
5 *Argumentum à crimine læſæ maieſtatis humanæ, ad diuina non valet, niſi in caſibus in iure expreſſis. n. 96.*
6 *Non valet argumentum à crimine grauiori ad minus graue n. 96.*
7 *Ius canonicum minùs punit hæreticos, quàm ius ciuile reos læſæ maieſtatis. n. 96.*

94 QVæritur tamen vndecimò, an ex vi *dicti §. hæretici*, filij hæreticorum, & fautorum eorum cenſendi ſint infames, ideoque & inhabiles ad omnes actus legitimos. Affirmant enim *Couar. l. 2. variar. cap. 8. num. 1. Caſtro l. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 9. Antonius Gomez l. 40. Tauri, nu. 91. Simancas tit. 9. num. 268. & tit. 19. num. 14. Paramus de orig. S. Inquiſ. l. 5. q. 9. num. 202. & 206. Penna p. p. conſil. 4. Molina diſp. 658. num 25. Henriq. l. 14. de irregularit. cap. 5. n. 4. Camera, Azebedo*, quos refert, & non ſequitur *Sanchez in ſum. l. 2. cap. 28. num. 4.* Et ratio eorum eſt, quoniam eſſe inhabilem ad beneficia, & officia eſt infamia, tales verò filij ex vi *dicti §. hæretici*, ſunt inhabiles ad officia, & beneficia. Tum ſecundò, quia filij delinquentes in crimine læſæ maieſtatis humanæ ſunt infames; igitur & id conuenit filijs hæretici, qui eſt reus læſæ maieſtatis diuinæ: Hanc enim conſequentiam valere probatur, tùm quia ea vſus fuit *Innocent. 3. cap. vergentis de hæret.* Tum quia dictum argumentũ valere ſentiit *Igneus l. neceſſarias, §. non alias num. 14. ff. ad Syllanianum Decian. in ſua practica l. 5. cap. 26. num. 7. Surdus de alim. tit. 7. q. 14. num. 21.*

95 Nihilominus oppoſitum dicendum eſt, ſcilicet filios hæreticorum, & fautorum eorum non eſſe infames, niſi quadam imperfecta infamia facti pro quanto ſunt in minori æſtimatione apud homines. Nam in iure eccleſiaſtico nullibi lata eſt pœna infamiæ contra huiuſmodi filios, nec valent argumenta prioris opinionis ad hoc, vt fiat hæc extenſio. Non quidem primum, quia inhabilitas ad beneficia, & officia publica eſt quædam veluti irregularitas; non verò eſt infamia, nec ab irregularitate ad infamiam valet conſequentia, & quamplures effectus parit infamia, quos non parit irregularitas. Nam irregularis non impeditur eſſe teſtis, neque eligere, à quibus tamen actibus, & ab alijs impeditur infamis. *cap. non poteſt, & ſeq. 2. q. 7. & cap. teſtim. & cap. licet de teſtibus, & cap. licet de probation.*

96 Nec valet ſecundum, quoniam vt bene ex *Io. And. & Baldo* tradidit *Socin. conſ. 275. num. 11. vol. 2.* in pœnalibus non fit extenſio, maximè ad eos, qui non deliquerunt. Et argumentũ à crimine læſæ maieſtatis humanæ, ad crimen læſæ maieſtatis diuioæ, noo valet, niſi in caſibus in iure expreſſis. *Gygas de crim. læſæ maieſtatis l. 5. tit. 1. de priuil. &c. quæſt. 17. in fin.* & delictum Patris non præiudicat filio, niſi in caſibus à lege expreſſis, *Greg. Lopez l. 9. v. fueras, eod. tit. 31. p. 7.* Nec pœna eſt imponenda cõtra delinquentem, niſi in iure ſit expreſſa, *cap. is qui de ſent. excom. in 6.* Nec valet argumentum à crimine grauiori, quia ſæpiſſimè contingit minora crimina, quia communiora, grauius puniri, *Couar. l. 2. variar. cap. 8. num. 5.* Et de facto ius canonicum minùs punit hæreticos, quàm ius ciuile reos *læſæ* maieſtatis humanæ; quia ius canonicum non damnat ad mortem hæreticos ſi pœniteant, & eorum filij in hoc caſu, nec ſunt inhabiles ad beneficia, & officia publica. Nec eſt verum, quod *Innoc. 3. in d. cap. vergentis*, vſus fuerit illa conſequentia, ſed benè ex eo, quòd crimen læſæ maieſtatis diuinæ ſit grauius, oſtendit ſe rationabiliter imponere hæreticis pœnã confiſcationis bonorum, quàm ius ciuile ſtatuit cõtra reum læſæ maieſtatis humaoæ. Immò ex eo cap. ſumitur fortè argumentum contra primam opinionem. Nam etiam ante Innocentium tertium crimen hæreſis erat maius crimine læſæ maieſtatis humanæ, quod puniebatur confiſcatione bonorum, & nihilominus hæreticorum bona non confiſcabantur, ſed hæc pœna contra hæreticos ſtatuta fuit in eo cap. Igitur manifeſtum eſt, quod in pœnalibus noo fit extenſio, nec etiam ex maiori grauitate delicti, niſi in caſibus in iure expreſſis, ſeu niſi ius ipſum extendat, & pœnam pro vno crimioe latam, contra aliud ſtatuat. Et ita hanc ſententiam, quòd filij hæreticorum non ſint infames, tenent *Menoch. conſ. 808. num. 44. & 45. volum. 9. Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 48. ſect. 3. num. 2. Sanchez l. 2. in Decal. cap. 28. num. 5. Sayr. de cenſ. l. 6. cap. 10. num. 40. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 80. num. 1. Salelleſ. de mater. Tribunalium Sanctiſſ. Inquiſitionis l. 6. cap. 5. num. 91. & ſeq.*

S V M M A R I V M.

1 *Filij hæreticorum per ſe non ſunt irregulares, ſed ſolum conſecutiuè. nu. 97.*
2 *Filij hæreticorum ſunt inhabiles ad ordines ſuſcipiendos. n. 97.*
3 *Hæc inhabilitas non eſt propriè irregularitas. numer. 97.*
4 *Non priuantur vſu ordinum ante hæreſim Patris ſuſceptorum. num. 97.*

97 Quæ-

Digitized by Google

97 QVæritur duodecimò, an filij hæreticorum ſint irregulares. Aliqui enim hoc negant, etiam ſuppoſito, quòd iſti ſint Infames, quia infamia ex crimine alieno non infert irregularitatem, vt tenent *Toletus l.1.cap.25.num.8. Sayro de cenſ. l. 6. cap.10. num.40.* Sed alij affirmant, nimirum *Simanc. tit.9. num.14. Maiol. l.5. de irregul. cap.46. num.5. Valen. 4. tom. diſ.7.q.19.p.3. Suar. de cenſ.diſp.43. ſect.3.n.1. Auila de cenſur.p.7.diſp.4. dub. 3. Sanch. l.2.ſum. cap.28. num.7. Salelleſ.l.6.cap.5. num.101.* Sed vtraque opinio concordari poteſt, quia vera eſt prior opinio per ſe, quia in iure non eſt impoſita irregularitas directè contra filios hæreticorum. Sed ſecũda opinio eſt vera conſecutiuè, quoniam & ordines ſacri ſunt officia publica, vnde ad illos acquirendos filij hæreticorum ſunt inhabiles. Propriè tamen hæc non eſt irregularitas, quia non eſt inhabilitas ad ordines, vt ordines ſunt, & ratione ſanctitatis illorũ, ſed reſpicit illos, vt ſunt officia publica, & ſub hac ratione inhabilitat ad eorum ſuſceptionem. Vnde eſt inhabilitas ad officia, non verò eſt propriè irregularitas, Iſti etiam filij non priuantur vſu ordinũ, quos ante hæreſim patris legitimè ſuſceperunt, ſed priuantur ſuſceptione aliorum ordinum, *Sanchez d. cap.28.num.10. Maiolus l.5.c.47. num.6. Suarez de cenſ.diſp.43. ſect.3. num.8. Salelleſ. l.6.cap.5.reg.474. num.104.*

S V M M A R I V M.

1 *Regulares pænitentiati in Sancto Officio ſunt inhabiles ad dignitates, & officia. n.98.*
2 *Etiam poſt pænitentiam.n.98.*
3 *In hac inhabilitate ſolus Papa, vel Sacra Congregatio diſpenſat.n.98.*
4 *Pænitentia ſalutares, quæ? n.99.*
5 *Abiuratio de leui non eſt pænitentia ſalutaris, ſed grauis.n.100.*
6 *Abiuratio ſecundum ſubſtantiam non eſt pæna, ſed actus virtutis, & fidei confeſſio.n.100.*
7 *Abiuratio ratione ſolemnitatis eſt pæna grauis. num.100.*
8 *Regularis, qui abiurauit de leui tanquam pænitentiatus in Sancto Officio, eſt inhabilis, &c. numer.101.*
9 *Abiuratio de leui, vel de vehementi ſponte comparenti non eſt pæna.n.102.*
10 *Sponte comparentes cum ſolis pænitentijs ſalutaribus dimittuntur. n. 102.*
11 *Sponte comparentibus non poteſt imponi pæna pecuniaria n.102.*
12 *Regularis abiurans de leui, vel vehementi, ſed ſponte comparens, non remanet inhabilis, &c. num.102.*

98 QVæritur tertiodecimo, an Regulares pœnitentiati in Sancto Officio ſint ineligibiles ad Prælaturas Eccleſiaſticas? Reſpondetur negatiuè, ex decreto Vrbani Octaui edito in Congregatione Sancti Officij die 1. Octobris 1626. ſub his verbis. *Sanctiſſ. D. N. iuſtis de cauſis, &c. decreuit, & ſtatuit, vt in poſterum, Regulares omnes cuiuſuis Ordinis, Religionis, Societatis, & Inſtituti, quibus pro delictis ad S. Inquiſitionis Officium ſpectantibus pænitentia genus aliquod impoſitum fuerit (ſalutaribus pænitentijs exceptis) eo ipſo ad omnes Religionis ſuæ gradus, & officia cenſeantur, & deinceps (etiam ſi pænitentiæ tempus expleuerint, vel gratiam receperint) ad illa tamen promoueri nullatenus poſſint, niſi prius obtenta a Sanctiſſimo D.N. vel ab hac Sacra Congregatione coram Sanctiſſimo habenda ſpeciali, & expreſſa rehabilitationis gratia, aliàs promotio quælibet nulla ſit, & promouentes ipſi priuationem ſuorum officiorum, ac præterea vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrant, ad quam reſtitui, niſi ab eodem Sanctiſſimo D. N. vel ab eadem Sacra Cõgregatione coram Sanctiſſimo habenda, non poſſint, &c.* Et de his videri poſſunt *Peyr. tom.2. priuileg. ad finem conſt. 9. Pauli V. Tambur. de iure Abb.diſp.5. quæſt.21. Donatus part.3. tract.5. quæſt. 22.*

99 Dicuntur verò pœnitentiæ ſalutares, quæ ſolũ extraiudicialiter imponuntur, & priuatim cõplentur, vt ſunt ieiunia, diſciplinæ, orationes, admonitiones, correctiones, reprehenſiones. *Tambur. vbi ſupra num.30. Donatus num.1.* Salutares etiam pœnitentiæ cenſendæ ſunt, quæ extraiudicialiter iuſſu S. Inquiſitionis à Prælatis regularibus imponuntur, & aliàs in Religione pro pœnitentijs ſalutaribus habentur, vt eſſet in Ordine Prædicatorum ſedere in terra tempore menſæ.

100 Difficultas verò eſt, an abiuratio de leui ſit numeranda inter pœnitentias ſalutares. Abiurationem non eſſe pœnam viri docti ſenſerunt, quos refert *Carena p.3. tit.12.n.9.* Et ratio eſt, quia abiurare hæreſim virtus eſt, & pertinet ad confeſſionem fidei, & in hæretico pœnitente eſt pars pœnitentiæ neceſſaria, etiam ex præcepto fidei, & charitatis ad hoc, vt homo ſit viſibiliter fidelis, & tollat ſcandalum ex præcedenti hæreſi ortum. Vnde idem à poſteriori probatur, quia in pœnis poteſt Eccleſia diſpenſare, illaſque condonare, ſed non poteſt diſpenſare, quin hæreticus hæreſim deteſtetur, & abiuret, ſi vult Eccleſiæ reconciliari. Sed hæc nõ probant, niſi quod abiuratio ſecundum ſubſtantiam non eſt pœna, quòd ego ſemper tenui, & dum erã Conſultor Sancti Officij Cremonæ pluries aſſerui, & de hoc puncto diſſerui cũ Dom. meo bonæ mem. Carena, tunc Fiſcali S.Officij, & Conſultore, & quod modo video tenuiſſe *Salelleſ. l.5. cap.2. nu.22.* Sed tamen abiuratio ratione ſolemnitatis, quam habet ex iure poſitiuo, ex quo habetur, vt fiat coram Iudice, Notario, & teſtibus, & cum iuramento, & cum obligatione ad pœnas relapſorum ex reincidentia in hæreſim poſt eam abiuratam, hæc inquam abiuratio pœna eſt, & quidem grauis. *Penna 3.p. com. 41. ver. verumtamen Romæ. Cantera de hæret, cap.1.num.56. Souſa in aphoriſ.l.2.cap.4. num.7. Carena p.3.tit. 12.§.4.n.411. Donat.p.3.tr.5.q.23. Salelleſ. l.5. cap.2.num.22.*

101 Et ideò quidquid dixerit *Rodriq. tom. 2.qu. 82.a.2.* & alij apud eum, qui ante decretum præfatum Vrbani Octaui ſcripſerunt, & *Freitas ad Roder. quæſt.24. de confeſſ. ſolicit. num. 70. & Peyr. tom. 2. de Præl. Regul. quæſt.2. cap.5. §.7.num.92.* dicentes Regularem ex hoc ſolum, quod in Sancto Officio abiurauit de leui, vel de vehementi non eſſe ineligibilem, abſtrahendo à pœnitentijs impoſitis propter quas, ſi non ſunt ſalutares, inhabilitatur, dicendum eſt eum, qui de leui abiurauit in Sancto Officio eſſe

ineli-

Digitized by Google

ineligibilem, quia abiuratio ipſa nedum de vehementi, ſed de leni eſt pœnitentia grauis, & non tantùm ſalutaris, ſed iudicialis, quæ in iudicio per ſententiam imponitur; & ideo, qui ad abiurandum damnatus eſt etiã de leui, eſt pœnitentiatus iudicialiter in ſancto Officio, & propterea eſt ineligibilis. *Diana p.4.tract.8.reſol.64. Carena vbi ſupra num.14. Donat.vbi ſupra, & Salelles n.18.*

102 Limitatur tamen hoc in ſponte comparentibus non hæreticis, ſed de hæreſi ſuſpectis, qui ſic abiurãtes etiam de vehementi, non cenſentur pœnitentiati; quia vt bene exprimitur in practica manuſcripta, & ſermone Italico deſcripta, quæ communiter apud Miniſtros Sancti Officij circumfertur; ſponte comparentibus abiuratio non iudicitur tanquam pœna; vnde nec fit cum ea ſolemnitate, qua fit poſt condemnationem reorum, qui denunciati fuerunt, vnde nec fit coram teſtibus, ſed indicitur illis, & fit tanquam proteſtatio rectæ eorum intentionis, vt patet ex illis verbis, *mà non già mai l'abiura, la quale non eſſendo atto penale, mà proteſtatino di non hauer mai hauuta intentione meno che Catholica, & di voler viuer e morire Catholico hà buoco anco con eſſi*. Spontanei enim comparentes in ſancto Officio cum ſolis pœnitentijs ſalutaribus dimittuntur, nec vel ab eo Inquiſitore, apud quem comparuerunt puniuntur, vel ab alio puniri poſſunt, *Simanc.tit.44.num.3.& tit.47.à num.27. Penna p.3.com.12.cum Eymerico à n.58. Farin.de hær.q.193. à n.27. Praxis Italica, Carena par.2.tit.18.num.8. Salelles lib.2.cap.5.regula 99.à nu.5.* & cum *Penna & Carena* admiſerint poſſe in caſu ſpeciali imponi pœnam pecuniariam his ſponte comparentibus, iure & meritò hoc negat *Salelles nu.20.fin.* quia ſponte comparentes ex praxi antiquiſſima Sanctiſſimi Tribunalis, cum ſolis pœnitentijs ſalutaribus dimittuntur, vbi conſtet eos eſſe plenè confeſſos ſine ſimulatione, & fictione, vel non ſit de contrario ſuſpicio. Ideo talibus non indicitur abiuratio vt pœna, ſed vt proteſtatio Catholicæ intentionis adhibetur. Itaque iſti non ſunt pœnitentiati in foro Sanctæ Inquiſitionis, & ideo non ſunt ineligibiles.

S V M M A R I V M.

1 *Schiſma quid ſit. num.103.*
2 *Schiſmaticus ſimul hæreticus pœnis hæreticorum punitur. n.103.*
3 *Schiſmaticus etiam ſi pœniteat, eſt inhabilis ad officia &c. n.103.*
4 *Super hac inhabilitate ſolus Papa diſpenſat. numer.104.*
5 *Niſi ſit occulta ſecundum aliquos. nu.104.*
6 *Schiſmaticus non eſt irregularis. n.105.*
7 *Collatio facta à ſchiſmatico nulla. n.106.*
8 *Vnio facta à ſchiſmatico nulla. nu.106.*
9 *Geſta per ſchiſmaticum nulla. n.106.*

103 QVæritur decimoquartò: Quid dicendum de ſchismaticis? Diffinitur ſchiſma ex doctrina *S.Tho.2.2.q.39.art.1.* vt ſit volũtaria & pertinax ſubtractio & ſeparatio ab obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, vel Summi Pontificis, qui principem in Eccleſia locum tenet. Et quidem ſi ſchiſmaticus ſit ſimul hæreticus, ſubditur omnibus pœnis hæreticorum; vnde non eſt dubium, quòd eſt inhabilis vt eligatur. Sed hoc idem verum eſt de ſchiſmatico puro, etiam non hæretico, is enim eſt ad Eccleſiaſtica beneficia inhabilis, etiam ſi pœniteat, & Eccleſiæ reconcilietur, prout habetur expreſsè *cap. quia diligentia 5. de electione, & tradiderunt* ibi. *Hoſtienſis, Anton. & Imola, & Barboſa num.2. ſpecul.titul.de diſpenſat. §. iuxta, num.14. Azor.tom.1.lib.8.cap.20. Penna 2.par. q.48.comm.46. Suarez de cenſ.diſput.43.ſect.2.num.7. Sanchez lib.2.Decal.cap.36. nu.18. Roderic. à Cunna ad cap. Catinenſ.17.num.2. diſt.61. Garzias de benef.par.11.cap.10.§.1.numer.161. Carena par.2.tit.2. num.48. Sanctarell. de hær.cap.43.num.12.& 13. Bonac. de cenſuris in ſpecie diſp.1.quæſt.2.par.5. num.12. Maiolus de irregularitate lib.5.cap.46. Decian.in trac. crim.lib.5.cap.66.num.7. Salelles de materijs tribunal. S.Inquiſ.lib.6.cap.8. num.81.*

104 Hanc verò inhabilitatem eſſe talem, vt ſuper ea, ſi ſchiſma nõ ſit occultum, ſolus Põtifex poſſit diſpenſare, habetur ex *dicto cap.quia diligentia*, & aduotauit ibi. *Panormit. num.7. Sanctarel. Sanchez, Barboſa, Garzias, Salelles num.82.* Quod ſi ſchiſma ſit occultum, poſſe Epiſcopum virtute indulti Concil. Trident. ſuper hac inhabilitate diſpenſare, tradunt præfati, *Sanchez, Barboſa, Garzias, & Salelles citati*, ſed de hoc dicetur infra ſuo loco.

105 An verò Schiſmaticus aliunde etiam ſit inhabilis ad beneficia, nedum quia excommunicatus, ſed quia irregularis, certum eſt illum eſſe excommunicatum ipſo facto per Bullam Cœnæ, ſed an ſit irregularis, licet plures id affirment, quos refert, *Sanchez d.cap.36.num.20.* tamen quia hæc pœna nõ habetur expreſſa in iure contra illos, ideo alij plures negant, ſchiſmaticum eſſe ex vi ſchiſmatis irregularem. *Suarez de cenſ.diſ.43.ſect.2.num.7. Sayro in theſaur.caſuum tom.1.lib.7.cap.12.nu.16. Sanchez d.c.36.n.20. Salelles d.lib.6.c.8.n.83.*

106 Bene verum eſt, quòd Epiſcopus ſchiſmaticus eſt inhabilis ad conferenda beneficia, & quælibet collatio beneficij facta à ſchiſmatico eſt ipſo iure nulla, *cap.1.de ſchiſmaticis. Ceraſ.de benef.p.3. cap.vlt.num.19. Garz.de benef.p.11.cap.10. num.159. Riciull.lib.9.cap.4.num.4. Sanctarel.tract.de hær.c.43. num.15: Barboſa ad d.cap.1.de ſchiſmaticiſ.num.7. Salelles vbi ſupra n.86.* Et eadem ratione vniones factæ ab Epiſcopo Schiſmatico nullæ ſunt, vt declarauit, *Rota in Valentina vnionis coram Coccino 2.Iunij 1606.* Et vniuerſaliter geſta per ſchiſmaticum nulla ſunt, & habetur ex *d.cap.1. vbi Gloſſ. v. Firmitate, & cap.præcaria 11.q.2. Franc. Marcb.q.497. num.1. Aldobr.conſ.1.numer.50. Rota deciſ.612. coram Seraph. Gloſſ. in cap. cum alienationes*, & ibi *Prapoſ. num.1.12. quæſt.1. Barboſa vbi ſupra num.2. Salelles num.87.* Quod verò *Sanchez d. num.20.* ex *Suar. de cenſ.diſp.43.ſect.2.num.7.* dicit, quòd collatio facta à Schiſmatico non eſt irrita, ſed irritanda, eſt contra textum illum, *cap. de ſchiſmat.* Nec id aſſerit, *Suar.loco citato*, quia ibi *Suar.* loquitur de collatione de qua eſt ſermo in *cap. qui contra 24. q.11.* non verò de pœna lata in *cap.1.de Schiſmat.* ex quo *DD. citati*, colligunt collationem factam ab Epiſcopo Schiſmatico eſſe ipſo iure nullam.

Con-

Conditio Quarta.

Ex legitimo matrimonio natus.

S V M M A R I V M.

1 *Illegitimi ignobiles, & infames priuati inſignijs parentum. n.107.*

2 *Illegitimi inhabiles ad ordines, beneficia, & prælaturas. n.107.*

107 QVarta Conditio eligendi eſt, vt ſit natus ex legitimo matrimonio, cum enim natiuitas ex fornicatione inhoneſtatē, & ignobilitatem quamdam ſecum ferat, vnde vt latiùs probat, *Tiraquel. de nobil. cap. 15. nu. 10.* illegitimi non gaudent nobilitate parentum, nec ſunt de parentum familia, nec poſſunt ferre parentum inſignia, & ſunt infames: Meritò per ſacros Canones arcentur ab altari, & à dignitatibus, beneficijs, & officijs habentibus curam animarum, in quibus morum honeſtas, & vitæ ſplendor ſine macula, & dignitas honorabilis eſt neceſſaria. Illegitimi igitur nec ad ſacros Ordines, nec ad dignitates, beneficia curata, & Prælaturas promoueri poſſunt, vt ſtatuitur, *cap. cum in cunctis 7. & cap. innotuit 20. de elect. & cap. 1. 2. 3. & 6. & fin. de fil. Presb. & cap. conſuluit 5. de ſeru. non ordin. & cap. cum quidem 10. de renunc.*

S V M M A R I V M.

1 *Legitimi ſunt, qui nati ſunt ex vero matrimonio. num. 108.*

2 *Etiam ſi non ex parentibus baptizatis. n.108.*

3 *Etiam ſi ex matrimonio nullo, ſed ſecundum vſum gentis valido. n.108.*

4 *Et qui nati ſunt ex matrimonio occultè nullo, & bona fide contracto. n.109.*

5 *Etiam in caſu in quo ignoretur, an parentes bona fide, vel mala contraxerint. n.109.*

6 *Etiam ſi poſtquam parentes bona fide contraxerunt dubitent, an matrimonium ſit validum. numer. 109.*

7 *Etiam ſi nati ex viro, qui poſt matrimonium conſumatum de licentia vxoris ordinatus, poſtea ex eadem genuit filios. n.109.*

8 *Etiam ſi nati ex coniugibus poſt conſummatum matrimonium profeſſis, & poſt iſtam profeſſionem concepti. n.109.*

9 *Non tamen ſi ex coniugibus ante conſummatum matrimonium profeſſis. n.109.*

10 *Legitimi ſunt nati ex copula eius, qui poſt ratum, & non conſummatum matrimonium, inuita vxore ordinatus fuit. n.109.*

11 *Et etiam ſi de licentia vxoris fuit ordinatus. numer. 109.*

12 *Filij tamen Sacerdotis Religioſi profeſſi, aut Monialis profeſſa licet ex legitimo matrimonio ſunt irregulares, & quodammodo illegitimi de iure Canonico. n.109.*

13 *Et ſufficit bona fides vnius coniugis. n.110.*

14 *Parens tamen, qui eſt in mala fide non eſt legitimus parens, nec ſuccedit legitimo filio. n.111.*

15 *Et ſufficit bona fides circa validitatem matrimonij, licet ſit mala fides circa ea, quæ prohibita ſunt, ſed non irritant matrimonium. n.112.*

16 *Filij ex clandeſtino matrimonio etiam occultè nullo ſunt illegitimi. n.113.*

17 *Matrimonium clandeſtinum eſt, quod non fit in facie Eccleſiæ. n.114.*

18 *Matrimonium initum ſine denũciationibus, eſt præſumptiuè clandeſtinum, & filij ex eo nati non legitimi præſumi poſſunt, ſi alias illud matrimonium ſit nullum. n.114.*

19 *Etiam ignorantia iuris ſufficit, ad hoc vt filij nati ex matrimonio ignoranter nullo ſint legitimi. numer. 115.*

20 *Ignorantia inuincibilis iuris, difficilimè inueniri poteſt in contractu matrimonij. 115.*

21 *Legitimi ſunt filij per ſubſequens matrimonium legitimati. n.116.*

22 *Filij concepti ex copula ſoluti cum ſoluta, legitimãtur per ſubſequens matrimonium. n.116.*

23 *Etiam ſi conditio parentum ſit valde inæqualis. num. 117.*

24 *Etiam ſi coniugum alter ſit ſeruus. n.118.*

25 *Etiam ſi parentes tempore copulæ fuerint adſtricti pluribus impedimentis non dirimentibus. numer. 119.*

26 *Matrimonium, inter adſtrictos voto ſimplici caſtitatis, validum. n.119.*

27 *Exceptis votis biennij Societatis Ieſu. n.119.*

28 *Filij ſuſcepti à nouitio, & nouitia per ſubſequent matrimonium legitimantur. n.120.*

29 *Et ſuſcepti ex copula Clerici Ordinibus Minoribus inſigniti, & beneficiati. n.121.*

30 *Et ſuſcepti ex Commendatoribus Militiarum, qui non ſunt adſtricti voto ſolemni caſtitatis. numer. 122.*

31 *Et in hoc attendi non debent impedimenta ex ſolo iure ciuili inducta. 123.*

32 *Filius ſuſceptus ex concubinatu legitimatur per ſubſequens matrimonium. n.123.*

33 *Concubinatus maius malum, quam ſimplex fornicatio. n.123.*

34 *Filij legitimantur per ſubſequens matrimonium, etiamſi inter conceptionem filij, & matrimonium medient alia matrimonia. n.124.*

35 *Filij legitimantur per matrimonium clandeſtinum ſi ſit validum. n.125.*

36 *Filij illegitimi ex matrimonio clandeſtino alias valido legitimantur, Eccleſia matrimonium approbante, ſeu eo in facie Eccleſiæ celebrato. numer. 125.*

37 *Filij nati ex matrimonio clandeſtino, alias etiam occultè nullo legitimantur ex eo, quod matrimonium cum diſpenſatione Eccleſiæ iterum contrahatur in facie Eccleſiæ. n.125.*

38 *Matrimonium clandeſtinum ex approbatione Eccleſia habet, vt ſit legitimum, ac ſi legitimè ab initio fuerit initum. n.125.*

39 *Matrimonium etſi ſolum ratum, legitimat filiòs antea ſuſceptos. n.126.*

40 *Matrimonium quocumque tempore initum, legitimat filios. n.127.*

41 *Legitimatus per ſubſequent matrimonium, verè legitimus. n.128.*

42 *Legitimatus per ſubſequent matrimonium, eſt legitimus iuris fictione. n.129.*

43 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium eſt habilis ad ordines & beneficia. n.130.*

44 *Legitimati per ſubſequens matrimonium inhabilee ad Cardinalatum. n.131.*

45 *Promotus tempore illegitimitatis, ſi legitimetur per ſubſequens matrimonium debet iterum promoueri. num.132.*

46 *Quod eſt ab initio nullum non reualidatur. numer.132.*

47 *Filius conceptus ex non ſoluto coniuge cum ſoluto, etiam ſi ante natiuitatem eius vterque coniux fiat ſolutus, non legitimatur per ſubſequens matrimonium. n.133. 134.*

48 *Filius ex indecenti copula maculam trahit. numer.134.*

49 *Non eadem ratione ius ciuile excludit illegitimos à ſucceſſione, & ius Canonicum ab ordine & beneficio. n.135.*

50 *Impedimentum parentum ſuperueniens conceptioni illegitimi, non tollit quin illegitimus legitimetur per ſubſequens matrimonium. nu.136.*

51 *Si mulier per vim cognoſcatur filius non eſt illegitimus quoad matrem, nec irregularis. n.137.*

52 *Nepotes natos ex legitimo matrimonio illegitimorum legitimi fiunt, & matrimonio ſubſecuto inter patrem & matrem illegitimorum. n.138.*

53 *Etiam ſi nepotum pater ante matrimonium ſuorum parentum moriatur. n.139.*

54 *Natus ex Saracena & Chriſtiano per ſubſequens matrimonium non legitimatur. n.140.*

55 *Natus ex parentibus impeditis à valide contrahendo matrimonium impedimento etiam temporali, et voluntario, nòn legitimantur ex ſubſequente matrimonio. n.140.*

56 *Natus ex ignoranter impeditis & fornicariè coniunctis, per ſubſequens matrimonium non legitimatur. nu.141.*

57 *Si matrimonium contrahatur ex diſpenſatione Papæ diſpenſanti in radice matrimonij cum clauſula prolem &c. Filij antea habiti legitimantur. numer.142.*

58 *Si Papa ratificet matrimonium nullum cum clauſula ex tunc &c. filij antea geniti ſunt legitimi. num.143.*

59 *Quando Papa cenſeatur diſpenſare in radice matrimonij. n.143.*

60 *Si Papa ſolum diſpenſat ſuper matrimonio cõtrahendo, filij antea nati non legitimantur. n.144.*

108 QVæritur decimoquintò. Qui ſint filij legitimi? Dicitur autem primò illos eſſe filios proprijſſimè legitimos, qui nati ſunt ex vero matrimonio, ſiue illud fuerit Sacramentum, ſiue non, ſcilicet, ſiue nati ex parentibus baptizatis, ſiue non baptizatis dũmodò parentes verè fuerint matrimonio copulati. *Paulus Apoſt. in 1. ad Cor. 7. Innoc. 1. Epiſ. 1. 22. & 24.* Quod adeo eſt verum, vt ſufficiat matrimoniũ fuiſſe verum ex gentis, vnde ſi infideles ſecundùm vſum illorum contraxiſſent in gradu nedum lege Canonica, ſed diuina prohibito, & ex matrimonio genuiſſent filios, & poſtea ad fidem conuerſi fuiſſent, vt ſi vir admiſſa priori vxore ſecundam duxiſſet, & ex ea filios procreaſſet, & poſteà ad fidem filij iſti conuerſi fuiſſent, ipſi fauore fidei habendi fuiſſent, vt legitimi, vt contra *Conar.* de hoc dubitantem de *ſponſ. p. 2. c. 1. n. 1. ex Gloſſ. Io. Andr. Panorm. & alijs in cap. fin. Qui filij ſint legitimi, & Peregr. de fideicom. art. 24. num. 63. probat. Pax Iordan. lib. 10. tit. 18. num. 35.* Et quatenus in rei veritate matrimoniũ factum in facie Eccleſiæ eſſet nullum, ſed non notoriè, filij habendi eſſent, vt legitimi ante ſententiam Iudicis, quæ tranſiſſet in iudicatum, *Sayr. lib. 6. c. 10. n. 33. Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. n. 109.* & habetur *c. cum inter*, qui filij ſint legitimi.

109 Dicitur ſecundò, eos quoque eſſe legitimos Canonico iure, qui nati ſunt ex matrimonio nullo quidem ex occulto impedimento, bona tamen, & probabili fide pro vero, & legitimo reputato. Sic expreſsè decernitur, *cap. ex tenore 14. cap. cum igitur 2. & cap. peruenit 11. Qui filij ſunt legitimi, Panorm. ibid. nu. 3. & alij Canoniſtæ communiter D. Anton. 3. p. tit. 24. c. 4. Maiolus lib. 1. c. 5. Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 1. n. 6. Portel. v. illegit. in add. num. 2. Peyr. in Præl. q. 2. c. 5. n. 104. Puteus deciſ. 77. n. 4. lib. 2.* Et plures alios de hoc puncto tractantes refert, *Gar. p. 7. c. 2. n. 44.* Et hoc extenditur, vt verum ſit etiam in caſu, in quo ignoretur, an parentes bona, vel malà fide contraxerint. *Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. §. 9. num. 107. ex Suarez de cenſ. diſput. 50. num. 10. & Sanctarel. variarum q. 20. num. 3.* Immò extenditur, vt ſi poſtquam parentes bona fide contraxerunt, poſteà dubitarẽt an matrimoniũ ſit validum, filij hoc tempore nati cẽſendi ſint legitimi. Tum quia ad hoc vt poſſeſſor fiat poſſeſſor malè fidei requiritur, quod poſitiue ſciat rem eſſe alienam, & non ſufficit, quod dubitet, ex Regula poſita in textu, *c. ſi Virgo 34. q. 2.* ex quo argumento dubitantẽ eſſe bonæ fidei poſſeſſorem notauit, *Gloſſ. in cap. vlt. de præſcript. & Panor. ibid. num. 40.* Tum ſecundò, quia dubium talium coniugum eſt ſpeculatiuum, quo non obſtante poſſunt coniuges ſalua conſcientia commiſceri. *Nauar. ſi quis autem num. 61. de pœnit. n. 7.* & plures alij quos refert, *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 41. num. 4. & 8.* &ità filios ex huiuſmodi coniugibus dubitantibus conceptos non eſſe illegitimos tradiderunt, *Barboſa cap. cum inter. Qui filij ſint legitimi, nu. 18. Peyr. vbi ſupra n. 110.* Et ampliùs extenditur, vt legitimi cenſeantur filij nati ex viro, qui de licentia vxoris legitimæ ordinem ſacrum ſuſceperit, & poſt ex eadem legitima vxore filios procreauerit, quia iſti ſunt ex legitimo matrimonio nati, *Sylu. v. illegitimus n. 6. Suarez diſp. 50. ſect. 2. n. 4. Maiol. lib. 1. c. 4 n. 9. Sanctarel.* quem refert, & ſequitur, *Peyr. in Præl. q. 2. c. 5. n. 112.* Quod & verum etiam eſſe ſi coniuges profeſſi fuerint Religionem, vt filij poſt huiuſmodi profeſſionem nati ex aliàs legitimis coniugibus ſint legitimi, *Peyr. ibid. n. 113. ex Sanctarel. variar. q. 21. n. 9.* Semper enim hi filij nati ſunt ex legitimo matrimonio. Quando igitur, vel non obſtante dubio aliquo de validitate matrimonij, adhuc coniuges ſalua conſcientia commiſceri poſſunt, vel matrimonium eſt certè legitimum, filij ex talibus procreati, legitimi ſunt. Sed tamen ſi Coniuges poſt matrimonium ratum, ſed non conſumatum profeſſi fuerint Religionem, quia per profeſſionem prius matrimonium diſſoluitur, ſi dicti Coniuges commiſceantur, filius ex tali copula natus eſt illegitimus, quia non eſt ex matrimonio, cum prius matrimonium ſit diſſolutum, *cap. deſponſatam 27. q. 2. & cap. Decreta legalia 28. q. 2. cap. Ex publico de conuerſ. cõiug.* Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de matrimon.

Sayr.

Digitized by Google

*Sayr.l.6.de cenſ.cap.10.nu.40.Maiolus lib.1.c.4.nu.4. Sanctar.var.q.24.n.5.Peyr.vbi ſup. n.122.*Sed tamen nõ eſt eadem ratio de ordine ſacro;ideo ſi poſt matrimonium ratum,& nõ conſumatũ vir inuita vxore promotus ſit, & poſteà ex eadem vxore filios generet, iſti ſunt legitimi; quia per ordinis ſacri talem ſuſceptionem prius matrimonium non fuit diſſolutum, *extrau. antiquæ Io.22. de voto*, & ideò tales filij ex legitimo ſunt matrimonio, vt ex *D.Tho. in add. ad 3.p.q.53.u.3.* tradunt *Palud.4.d.37.q.1.art.1.Soto d.38.q.1.art.2.Panorm.in c.2.n.2.de conuerſ. Coniug. & alij plures.* quos ſequitur, *Sayr.loco cit.* Sed quid dicendum,ſi poſt matrimonium ratum, & non conſummatum vir de licentia vxoris promoueatur ad ordinem ſacrum, & nihilominùs poſteà conſumet matrimonium, & ex vxore generet filios? Hos eſſe illegitimos tradit. *Sayr.d.num.40.* citans ſummam Aſtenſem, & D. Antoninum. Verùm cum nec per hoc diſſoluatur matrimonium ratum, quod de licẽtia vxoris vir promouetur ad ſacros ordines, vnde nec talis vxor poteſt alium virum ducere, ſed tenetur vel ingredi Religionem, vel ſaltem vt caſtitatẽ in ſæculo voueat per allegat. à *Barboſ. in d. extrau. antiquæ nu.10. & 11.* Abſolutè enim *Io.2.* decernit per ſuſceptionem ordinis ſacri,matrimonium ratum non diſſolui, & ita abſolutè docent communiter DD.matrimonio autem conſtante, filij ex eo nati ſunt legitimi, ſequitur in dicto caſu filios eſſe legitimos. Verùm aduertendum, quòd illegitimorum, alij ſunt naturales,ſcilicet qui nõ ſunt nati ex matrimonio, alij de iure canonico, & tales ſecundũ multos ſunt, qui ſunt nati ex legitimo matrimonio, ſed ex viro Sacerdote, aut ex viro, vel vxore profeſſo, vel profeſſa Religionem, de quibus ſermo erit infra & qui certè ſiuè ſint, ſiuè non ſint illegitimi, ſunt tamen irregulares, & ineligibiles, *cap.literas 14.de filijs Presbyt.* Licet igitur filij nati ex legitimo matrimonio ſint legitimi naturales,ſi tamen ſint ex viro ordinato ad ſacros ordines, vel ex Religioſo profeſſo, aut moniali ſunt irregulares, vt infrà magis explicatur.

110 Adeo autem verum eſt,vt legitimi ſint filij nati ex matrimonio bona fide putato valido, vt ſufficiat iuſta ignorantia vnius Coniugis. Caſus enim illius, *c.ex tenore*, fuit cuiuſdam vxorati, qui ea id ignorante aliam duxerat vxorem; vnde ſola vxor impedimentum ignorabat, & tamen lex decernit prolem natam fuiſſe legitimam; vnde ſufficit vnius Coniugis ignorantia ad hoc vt matrimonium in facie Eccleſiæ initum, & legitimum reputatum valeat ad hunc effectum, vt proles tunc nata ex tali matrimonio ſit legitima, *Panorm.ibid.num.3.Caſſad. deciſ.vnica de ſponſal.Ducn.reg.150.Vinc.de Franc. deciſ.130.n.1.Maſcard.de probat.concl.798.n.5.Coſta in c.ſi Pater de teſtam.in 6. p.1.n.2.Peyr.in Præl. q.2. c.5.§.9.n.104. Sanchez de matrim.lib.8. diſp.34.n.46. Suarez de cenſ.diſp.50.ſect.1.n.6. Barbos.* plures referens *ad d.c.ex tenore num.4.Pax Iordan. lib.10.tit.18. n.35.Garz.par.7.c.2.u.30.Menoch.de præſumpt.lib.4. præſump.81.n.3.*

111 Debet tamen hoc intelligi reſpectu filij, & in eius fauorem,non verò reſpectu parentis exiſtentis in mala fide; gaudebit enim filius priuilegijs legitimi filij tanquam natus ex matrimonio in facie Eccleſiæ legitimo, & ex altero parente innocente; ſed parens exiſtens in mala fide non gaudebit priuilegijs legitimi parentis, quia ex delicto commodum reportare non debet. *Acoſta c.ſi pater p.1. ver. vxorem,n.21.Barbos. lege ſi cum dotem 23.§.fin. n.11. ff.ſolut.matrim.Sanchez loco citato.* Vnde in hoc caſu hic parens malæ fidei non ſuccedit filio, niſi eo modo, quo pater ſuccedit filio ſpurio.

112 Extenditur autem principalis aſſertio, vt vera ſit etiam ſi aliàs vterque Coniux ſit in mala fide circa aliquod impedimentum non dirimens, licet ſaltem alter illorum ignoret adeſſe impedimẽtum dirimens, & inualidans matrimonium: vt v. g. ſi duo,vel alter eorum habeat altero conſcio votũ caſtitatis ſimplex, quod impedit quidem, ſed non dirimit matrimonium, ſint verò ijdem conſanguinei in gradu prohibito, quod eſt impedimentum dirimens, vel alter eorum ſit coniunctus matrimonio, & habeat, vel vxorem, vel maritum. In hoc caſu etiam ſi coniuges iſti ſciant impedimentum voti ſimplicis ex vna, vel vtraque parte exiſtens, & ideò mala fide contrahant in hac parte, & contrahendo peccent mortaliter, ſi tamen vel ambo, vel eorum alter inuincibiliter & iuſtè ignoret impedimentum conſanguinitatis, vel matrimonij cum tertio coniuge, & ſimul contrahant vno coniugum bona fide contrahente in facie Eccleſiæ legitimè, filij qui naſcuntur ex tali matrimonio ſunt legitimi; quia matrimonium illud in facie Eccleſiæ legitimum, & validum, & ex parte vnius Coniugum innocenter initum facit, vt & copula ex parte vnius ſit innocenter, & legitimè habita, quod ſufficit ad hoc vt proles ſit legitima, *Suarez d.diſput.50.ſect.1. num.8.* Non enim proles deſinit eſſe legitima ex eo, quod alter, vel ambo parentes ſint adſtricti ſimplici voto caſtitatis, quod matrimonium irritum non reddit, *Alex.de Neuo,c.tua el 2. nu.9. de iureiurand. Cardin.c.dudum poſt q.3.de conuers.Coniug. Mayronis 4.diſt.3.q.vnic.fin.maior.4.d.32.quæſt.2. arg.2.concl.2. Sanchez lib.9.de matr.diſp.38.n.3.Peyr.vbi ſup.n.107.*

113 Debet verò excipi caſus in quo matrimonium ſit clandeſtinum, tunc enim cum Coniuges mala fide clandeſtinè contrahant, ſi aliàs etiam ignoranter contrahant, cum aliquo impedimento dirimente, filij qui naſcuntur non ſunt legitimi. Et hoc nedum modò ex Concil. Trident. ex quo matrimonia clandeſtina ſunt irrita, & nulla, ſed etiam iure antiquo, quia *c.cum inhibitio vlt. de clandeſt. deſpns.§.ſi quis verò*, decernitur vt ignorantia impedimenti dirimentis, & bona fides vtriuſque Coniugis, vel alterius eorum non proſit, nec tollat, quin filij, qui ex tali matrimonio in re nullo, naſcuntur, vbi matrimonium fuit clandeſtinè initum, ſint illegitimi. *Panorm.d.c ex tenore nu.9. Suarez vbi ſupra num.9,Garz.p.7.c.2.n.31.Peyr.in Præl.q.2.c.5.n.108.*

114 Sed duo ſunt hic explicanda. Primum eſt, quod nam matrimonium dicatur clandeſtinum ad hunc effectum. An ſcilicet clãdeſtinum dici debeat illud, quod eſt factum non præcedentibus denunciationibus, etiam ſi aliàs fiat coram Parocho, & teſtibus; An verò illud ſolum clandeſtinum dici debeat, quod ne dum ſine denunciationibus, ſed ſine aſſiſtentia Parochi, ſeu non in facie Eccleſiæ eſt initum? Nam aliqui cenſent ſufficere, vt matrimonium ſit factum ſine denunciationibus ad hoc vt ſit clandeſtinum, & reddatur proles illegitima, ſi in re illud ſit nullum. Tum quia in eo cap. primò ſtatuitur, vt matrimonium futurum à Parocho denũ-

cietur populo, deindè ſubditur, quod ſi quis huiuſmodi clandeſtina matrimonia contrahat, proles non deſinat eſſe illegitima, ſi matrimonium in re eſt nullum, etiam ex coniugum ignorantia. Tum ſecundò, quia ex omiſſis denunciationibus præſumitur affectata ignorantia. Et ita ſentire videtur *Barboſ. ad d. cap. de clandeſ. deſponſ.* Idem tenet *Peyr. in Præl. q.2. cap. 5. num.* 108. Sed alij dicunt, illud ſolum eſſe matrimonium clandeſtinum, quòd non eſt factum in facie Eccleſiæ iuxta leges, ſeu cõſuetudinem patriæ toleratam. Et quòd licet omiſſæ fuerint denunciationes, matrimonium non ſit clandeſtinum, ſi coram Parocho, & teſtibus, vel iuxta conſuetudinem patriæ (ſi alicubi lex de aſſiſtentia Parochi non obligat) matrimonium in facie Eccleſiæ contrahitur. Et ita tenent *Io. Andræas ex Od. conſ.*256. quos citat, & ſequitur *Panorm. in d. cap. fin. de cland. deſp. num.9. Suarez d. diſput.* 50. *num.* 10. Sed vtraque ſententia conciliatur; quia prima vera eſt ſecundum præſumptionem, quia meritò Eccleſia ignorantiam affectatam præſumit in eo, qui nulliter contrahit ignoranter omiſſis denunciationibus, quæ ad hoc inſtitutæ ſunt, vt occulta impedimenta detegantur. Sed in rei exiſtentia, & foro conſcientiæ, ſi coniuges, habita morali diligentia, quam putant neceſſariam cum occulto impedimento, & ignorato, contrahunt in facie Eccleſiæ omiſſis denunciationibus, tale matrimonium non eſt clandeſtinum, & filij prouenientes ex tali matrimonio, durante bona fide ſaltem vnius ex cõiugibus ſunt legitimi. Nec obſtant adducta in cõtrarium. Non quidem primum; quia textus primo prohibet matrimonia clandeſtina, & ad hæc vitanda præcipit denunciationem; vnde non eſt idem matrimonium clandeſtinum, & matrimonium factum ſine denunciationibus, ſed matrimonium definit eſſe clandeſtinum, ſi fiat in facie Eccleſiæ, licet ſine præuia denunciatione. Secundum non probat, niſi quod ignorantia ſit præſumptiuè affectata, ſi contempta lege denunciationum, matrimonium illis omiſſis celebretur. Cum quo tamen ſtat, vt etiam in foro fori præſumptio illa vinci poſſit, & inuincibilis ignorantia probari.

115 Secundum explicandum eſt, an nedum ignorantia facti excuſet, ſed etiam ignorantia iuris, vt ſi alter coniugum ignoret, v.g. conſanguinitatem in tali gradu eſſe impedimentum dirimens. Sed quia iuris poſitiui dari poteſt ignorantia inuincibilis, ideò licet non ſit tam facile, vt ignorantia iuris ſit inuincibilis, ſi tamen ita ſit, ſicut ſufficit, vt excuſet copulam à peccato, ità ſufficit, vt proles ſit legitima. Sed hoc eſt valdè difficilè; quia ad legitimitatem filiorum eſt neceſſe, quòd matrimonium in facie Eccleſiæ appareret ſit legitimũ, quod quidem poteſt de facile euenire ob ignorantiam facti; ſed ſi conſtet Eccleſiæ adeſſe impedimentum dirimens, niſi & Eccleſia ſaltem in ea parte mundi, ignoret legem, & neſciat tale impedimentum irritare matrimonium, quod eſt valdè difficile, matrimonium illud in facie Eccleſiæ non erit matrimonium, ſed concubinatus, & filij ex eo nati erunt in facie Eccleſiæ illegitimi. Nihilominus caſus non eſt impoſſibilis, & metaphyſicè loquendo, & in foro conſcientiæ, ſi etiam populo ſciente, & legem, & factum, alter coniugum verò ex ignorantia inuincibili, vel facti, vel legis contrahat, ſicut verè tũc copula ex parte illius non eſt illicita; neque eſt illicita, & illegitima filij conceptio, & natiuitas.

116 Dicitur tertiò principaliter, quod filij ſũt legitimi, licet ex illicita copula geniti, ſi per ſubſequens matrimonium ſint legitimati. *cap. tanta 7. qui filij ſint legitimi*. Multiplex tamen caſus hic diſtingui debet. Primus eſt, in quo tempore copulæ fornicariæ, ex qua filius conceptus fuit, potuiſſet eſſe verum matrimonium inter virum illum, & mulierem, ſi adfuiſſet vtriuſque conſenſus, quoniam ſcilicet inter eos tunc nullum erat impedimentum dirimens matrimonium. Et in hoc caſu res eſt certa, quod filij nati ex ea copula fornicaria per ſubſequens matrimonium legitimãtur. *d. cap. tanta*, & ibi *Anton. nu.2. & 4. Zabar. num.2. Anchar. n.10. Panorm. num.4. & 10. Barboſa num.* 2. & apud eum quamplurimi alij. *Cuch. lib.2. inſtit. tit.21. nu.129 & 140. Sanctar. var. reſol. q.22. & 42. Suarez d. diſp. 50. ſect.2. à num. 3. Sigiſm. de elect. dub.70. numer.1. Garz.* multos referens *p.7. c.2. num.27. Pax Iordan. l.10. tit.18. num.34. Bellet. p.1. de diſcipl. Cleric. §.3. num.18. Peyr. in Præl. §.2. cap.5. num.114. Pottell. v. illeg. in add num.2. Lanor. cap. 19. num. 61.* & eſt communiſſima aſſertio munita etiam determinatione Sixti Quinti in Bulla *Poſtquam*, edita 3. Decembris 1585. & adeò vera, vt hæc limitatio non dependeat ex voluntate filiorum, aut parentum, ſed ipſis etiam inuitis ex natura ſua matrimonium ſubſequens legitimet filios antea ſuſceptos. *Sayr. l.6. cap.10. num.23. Couar. & Mol.* quos ſequitur *Peyr. ſup. n.14.*

117 Quod ampliatur primò, vt ſit verũ etiam ſi conditio parentum ſit valdè inæqualis, vt quia mulier eſt nobiliſſima, & vir eſt ignobilis, vel ecõtra, nullo enim iure, aut canonico, aut ciuili annullatur matrimonium nobilis, cum ignobili. *Menoch. conſil.18. per totum. Put. p.3. deciſ.8. Ricc. Collect. p.1. deciſ. collec.107. Sanctar. var. reſolut. q.22. Peregrin. de fide commiſ. n.24. & ex Burg. Greg. Octauio Cacheran. Mieref. Paſchal.* & alijs pluribus, *Barboſa ad d. cap. tanta. n.3.*

118 Ampliatur ſecundò, vt idẽ verum ſit, etiam ſi coniuges ſe habeant, vt dominus, & ſeruus, quia de iure canonico valet matrimonium inter dominum, & ancillam, & econtra nota ſeruitutis conditione *cap.1. & 2. de coniug. ſeruor. Menoc. conſ.225. num.71. Campan. rub.11. cap.13. num.233. Sanch. de matrimon. l. 7. diſp. 20. num.12. Barboſa vbi ſupra num.6.*

119 Amplia tertiò, vt idem verum ſit, ſi tempore copulæ nullo exiſtente inter coniuges impedimento dirimente adfuerint inter eos vnum, vel plura impedimenta non dirimentia, & ita vt ſufficiat, quod tunc inter eos potuiſſet eſſe validum matrimonium, licet illicitum, vt v.g. etiam ſi illi tempore copulæ fuerint adſtricti vinculo voti ſimplicis caſtitatis. *Leſſius de iuſt. l.2. cap.19. dub.5. numer.57. Baſilius Pont. de matrim. l.11. cap.2. num.6. ex Alex. & Maior. Sanctar. var. q.21. num.1. Barboſa vbi ſupra num.31. Palaus tom.2. tract.13. diſp.4. p.1. §.3. num.2.* Excipienda tamen ſunt vota ſimplicia, quæ dicuntur voto biennij in Societate Ieſu, per quæ Nouitij incorporantur Religioni, & fiunt Religioſi, quia hæc vota ex Gregorij XIII. ſtatuto, in hoc æquiparantur voto ſolemni, & reddunt vouentes inhabiles ad matrimonium. *Henriq. in ſum l.12. cap.5. num.* 5. San-

Digitized by Google

Sanchez l.7. de matrim. diſp.25.num.15. Riccinll. de iure perſonar. &c. l.8.cap.8.num.1. Barboſa vbi ſupra num.36.

120 Et eadem ratione filij ſuſcepti à Religioſo, & moniali infra annum probationis, & ante profeſſionem, per ſubſequens matrimonium legitimantur, quia tunc tales poterant validè contrahere nullo alio impedimento obſtante. *Menoch. conſ.174. num.8. & conſ.125.nu.18. Maiol. de irregular. l.1. cap. 4. num.11. Sayr. de cenſ. l.6. c.10. num.18. Sanctorell. variar. q.22. num.5. Barboſ. vbi ſup. nu.34. Peyr. dict. num.114.*

121 Et eadem ratione filij ſuſcepti à Clerico ad minores ordinato, etiam ſi ſit beneficiatus, per ſubſequens matrimonium fiunt legitimi, licet enim Clericus per matrimonium amittat beneficium, matrimonium tamen valet, vbi Clericus ſolum minoribus ordinibus ſit initiatus, *cap. 1. de Cler. coniug.* & ita hoc docent *ad d. cap. tanta, Card. q.14. & Prapoſ. num.12. Barboſa num. 33.* quamplures alios referens, *Menoch. conſ.174. numer.4. & conſ.225. num. 27. Azor. d. cap.13. q.9. Gutier. pract. l.2. q.104. nn.2. Sanctarell. variar. q.21. num.4. Ponc. de matrim. l.11. cap.2. num.5. Peyr. d. num.114. Palans p.2. tr.13. diſp. 4. p.1. §.3. num.2.*

122 Et eadem ratione filij illegitimi Commendatorum militarium ordinum, qui aliàs poſſunt validè cõtrahere matrimonium per ſubſequens matrimonium legitimi fiunt. De quo tamen videndi ſunt *Conar. de ſponſal. p.2. cap.8. §.2. nn.30. Sarmient. l.1. ſelect. cap.6. Rodriq. tom.1. q.13. n.2. Molin. de primogen. l.1. cap.2. num.6. Villalobos in ſum. p.2. tract. 35. diff. 10. num.7. Hieron. Rodriq. reſol.76. num.2.* quia tales filij non ſunt ſpurij. *Gutier. pract. l.2. qu.111. num.1. Molin. de iuſt. diſput.141. Azened. l.7. num.14. tit.9. lib.9. nona recapit. Barboſa ad d. cap. tanta. n.33.*

123 Amplia quartò, vt attendi noo debeant impedimenta de ſolo iure ciuili interpoſita, ne filij illegitimi legitimentur, vt quod ſubſequens matrimonium fieri debeat adhibitis dotalibus inſtrumentis, *Panorm.* & apud eum *Gaſp. de Cal. & Anton. ad dict. cap. tanta. num.2. Sanchez de matrim. l.1. diſp.44. num.2. Ponc. de matrim. l.11. cap.1. §.8. num. 18.* & plures alij apud *Barboſa ad d. cap. tanta. num. 4.* Vel quod ſint filij ſumpti ex contubinatu, ſcilicet ex muliere concubina domi retenta. Ius canooicum enim magis deteſtatur concubinatum, quàm ſimplicem fornicationem, vt notat *ad d. cap. tanta n.14.* & maius peccatũ eſt concubinatus diuturnus, quàm ſimplex fornicatio; ideò ſi filij ex concubinatu recepti legitimantur ex ſubſequẽti matrimonio, multò magis legitimari debent nati ex ſimplici fornicatione: Nam & hæc legitimatio ſequitur ex vi matrimonij ſubſequentis, quòd potuit eſſe validum tempore copulæ habitæ, & hoc ſufficit ad hoc, vt per ſubſequens matrimonium filij legitimeotur, *Panorm. vbi ſupra num.14. ex Io. Andr. Gofred. & Compoſtell. & ex Pereg. & Granc, Barboſa n.5.*

124 Amplia quintò, vt noo interſit, quòd inter copulam cum ſoluta habitam, ex qua naſcitur filius illegitimus, & ſubſequens matrimonium mediauerit aliud matrimonium, vel alia matrimonia cum alia, vel alijs mulieribus inita, ſed ſufficiat ſi tandem aliquando inter fornicariam, & fornicatorem ſubſequatur validum matrimonium. *Textus enim in d. cap. tanta,* hanc limitationem non ponit. *Panorm. in cap. ad extirpandas nu.11. de filijs presbyt. & cap. tanta num.3. & Præſ. n.7. Hoſt. in ſum. tit. de filijs presb. num.11. Palud. 4. diſp.41. q.37. Sylu. v. illegit. q.3. & v. legit. q.1. Sayr. de cenſ. lib.6. c. 10. nu.14. & 15. Suarez de cenſ. diſp.50. ſect.5. num.10. Azor. p. 2. l.6. c.3. num.21. Garzias de benef. p.7. cap.2. nn.28. & ſeq. Sigiſm. de elect. dub.70. num.1. Sanctarel. variar. q.22. num.7. Ponc. de matrim. l. 11. cap. 1. §.8. num. 15. Peyr d. num.114. Lauor. cap.16. num.61. Petrus Greg. Tiraque. l Cened. Pereira, Campanil. Bellet. & alij apud Barboſam ad d. c. tanta n.5.*

125 Amplia ſextò, vt vbi clandeſtinum matrimonium ſit validum, vt quia Concilium Tridentinum alicubi non eſt ſufficienter promulgatum per hoc filij illegitimi legitimantur, *Sanchez l.3. de matrim. diſp 44. Barboſ. vbi ſupra num. 10.* Vbi *nn.11.* quod omiſſio denunciationum non irritat matrimonium. *Rota deciſ.71. p.1. Recent Peyr. vbi ſupra num.108.* Immò hanc eandem legitimationem præſtare poteſt matrimonium claodeſtitum, poſtea ab Eccleſia approbatum. Cum enim, vt ſupra dictum eſt ex *cap. cum inhibitio §.2. de cland. deſponſ.* filij nati ex clandeſtino matrimonio aliàs nullo ex impedimento etiam ab vtroque, vel altero coniugũ ignoraro ſint illegitimi, ſi tamen hoc matrimonium clandeſtinum poſtea approbetur ab Eccleſia, & tollatur impedimentum per illud filij illegitimi legitimantor. *cap. Quia nobis 9. qui filij ſint legitimi*, & ibi *Io. And. & Anton.* Et probatur *ex cap. 2. de cland. diſp.* vbi habetur, quod approbatio clandeſtini matrimooij operatur, ac ſi à principio clandeſtinũ matrimonium fuiſſet io facie Eccleſiæ celebratum. Ex hoc enim nedum ſequitur, quòd vbi contrahentes clandeſtinè noo erant impediti ad contrahendũ tunc approbato matrimonio ab Eccleſia, ſeu ſecuodum ius nouum Concilij Trideotini, eo matrimonio in facie Eccleſiæ celebrato, omnes filij tàm ante, quàm poſt approbationem ſunt legitimi, vt teſte *Panorm ad dict. cap. quod nobis. num. 5.* communiter tenetur. Sed etiam ſi matrimonium clandeſtinum fuerit nullum ex impedimento occulto tamen, & ignorato ſaltem ab altero coniugum, ſi poſtea diſpenſetur ſuper tali impedimento, & approbante Eccleſia coniuges in facie Eccleſiæ, contrahant, filij antea nati ſint legitimi. Nec obſtat quod in *d. cap. cum inhibitio. final. de cland. deſp.* decernatur, quod natis ex clandeſtino matrimonio, aliàs oullo, ignorantia parentum non ſuffragetur, quin ſint illegitimi, quia hoc intelligitur durante ſtatu clandeſtinitatis matrimonij, & quatenus clandeſtinum matrimonium non approbetur ab Eccleſia. Nam approbatione data locum habet. *d. cap. quod vobis. 9. qui filij ſint legitimi*, vbi expreſsè decernitur, quod, *ſi qui ex clandeſtino matrimonio poſtmodum ab Eccleſia comprobato generati fuerint, eos legitimos, iudices, filios, & hæredes.* Hoc enim intelligi etiam de clandeſtino matrimonio nullo quidem, ſed bona fide celebrato, multi tenent, vt aduertit, nec impugnat *Suarez dict. diſput 50. ſect.1. num.9.* Et ideò licet in hoc caſu etiam de iure antiquo nõ ſufficeret ſimplex approbatio Eccleſiæ, ſed neceſſaria eſſet diſpenſatio ſuper occulto prius, & poſtea detecto impedimento, ſi impedimentum maneret occultum etiam Eccleſiæ, ſed dengeretur, nihilominus ſubſequens matrimonium approbante Eccleſia, & cum eius diſpenſatione factum retrotraheretur, iuxta

decre.

decretum, *cap. 2. de cland. deſponſ* ad tempus, in quo priùs fuit clandeſtinè, ſed alias bona fide initum, & filij legitimi cenſendi eſſent. Hoc tamen licet ſit probabile, non eſt tamen certum. & *Panorm. loco citato ex Io. Cal* mutauit ſententiam, & inclinauit in oppoſitum, & explicat textus citatos, vt locum habeant in clandeſtino matrimonio, aliàs ſine impedimento dirimente inito.

126 Amplia ſeptimò, vt ſubſequens matrimonium legitimet filios illegitimos, etiam ſi ſit ſolum ratum, & non conſumatum. Nam tale eſt verum matrimonium. *Maiolus de irreg. l.c.c.5. num.9 Sayr. de cenſ l 6.c.10 num 28 Baſil.Ponc.l 11 de matrim c.1. num.16. Bellet.p.1.de diſciplin.Cleric.§.3.n.10. Barb. vbi ſupra n.12.Peyr.d. n 114.*

127 Amplia octauò, vt ſubſequens matrimonium legitimet filios prius genitos, vt ſupra, quocunque tempore fuerit celebratum, etiam ſi in infirmitate, & decrepitate, & in articulo mortis. *Zabar. ad d cap.tanta. num.6. But. nu. 14. Anchar.n.4. Henr num 5.* Nauo *num.24. Præpoſ. num.8. Menoch. conſ.108. num.21. Rodriq tom.1.q.13.num.1.& tom.2. quæſt.22.num 5. Molina diſp.72 num 13. Sanchez l.7. de matrim.diſp 105.a.n 4. Sanctarell variar. quæſt.25. num.3. Peyr. vbi ſupra num.106. Ponc.l.11.cap 1.§.1. Hieron.Roderic reſol.76. num 4.* & quamplures alij, quos refert, & ſequitur *Barboſ ad d.cap. tanta num.8.* vbi *num 9* quod filij ſic legitimati excludant ſubſtitutos à ſucceſſione in hæreditate.

128 Amplia nonò, vt filij ſic legitimati haberi debeant, & ſint verè legitimi, & propriè legitimi, tanquam facti tales à iure, & ita vt illegitimus etiã innitus per ſubſequens matrimonium fiat verè legitimus, & non perdat legitimationem, etiam ſi Patri ſit ingratus, & ita vt tanquam legitimus ſuccedat Patri etiam in feudis, & in Emphiteuſi Eccleſiaſtica, & ita vt gaudeat nobilitate paterna, & alijs priuilegijs legitimorum, vt pluribus DD. citatis tradit *Barboſ vbi ſupra n.13 & ſeq.*

129 Nihilominus tamen non poteſt negari, quin hæc legitimatio ſit fictio iuris, valens tamen ad hoc, vt in iure legitimatus, ad legum effectus, habendus ſit vt legitimus: ſed hoc quod eſt, talẽ nõ eſſe natum verè ex legitimo matrimonio phyſicè loquendo, eſt quid inſeparabile à tali filio.

130 In propoſito autem noſtro filij ſic legitimati per ſubſequens matrimonium, minimè ſunt irregulares, & ad ordines, dignitates, prælationes, & officia poſſunt promoueri, tanquam filij verè legitimi. Sixtus enim quintus in Bulla, quæ incipit *ad Romanum* 21. Octobris 1588. edita, & eſt declaratiua *conſtit.71. cum de omnibus*, latæ contra illegitimos hoc decreuit, ſed & de iure antiquo hoc fuit certum, & indubitatum, *Gloſſ in cap tanta. v. legitimi, & cap.ex tenore, v. legitimum, qui filij ſiut legitimi. Menoch. conſ 16. num 5. & conſ 799 nu 11. vol.8. Surd.de aliment priu 97.num.6. Ludou.de Sardis de natural.liberis cap de legit.affect. num. 5. Henriqu. lib.11.cap.20 num.2. Bellet.diſq.Cleric.p 1 tit.de diſcip. regul Reginal. Tiraquell. Caſſan Siluan Ruiſ. Viual. Boer. Campanil Paſchal. Trentacinq. Faiard. & alij*, quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad dict c tanta.n 24. Baſil.Ponc.l.11 de matrim c.11.num.5. Sanctorel. var. q.42.num 18 Suarez de cenſ.diſp.50. ſect. 1. Sig.ſm. de Bonon de elect.dub.70.n.2. Donatus d. tr.5.q.32.Peyr. in præl.c.5.num.119.*

131 Excipitur tamen dignitas Cardinalitia, ad quam nequeunt aſſumi ij, qui per ſubſequens matrimonium ſunt legitimati: tales enim ad eam dignitatem reddidit inhabiles Sixtus quintus in conſtitut.50. §. *Poſtquam*, die 3. Decembris 1586. edita, & ita vt etiam ſi diſpẽſati fuerint authoritate Apoſtolica ad hunc effectum, nihilominùs ſemper, & perpetuò maneant inhabiles ad cardinalitiam dignitatem obtinendam. De quo videri poſſunt *Sayrus l.6 de cenſ.cap.10.num.14, & 24. Henriq.de irregul. lib 11.cap 20.num.2. Bellet.d. § 3. num. 32. Campan. Rubr.11.cap.13 num.128. Sanctarell d quæſt.42.n.19. Barboſa vbi ſupra num 45. & de offic. Epiſcop.alleg. 1.num.35.*

132 An verò per ſubſequens matrimonium illegitimus ita fiat habilis ad dignitates, & prælaturas, vt ſi tempore inhabilitatis, & ante legitimationem eas receperit, ſuperueniente parentum matrimonio eas iuſtè, & validè retinere poſſit, affirmant *Sayr.d.l.6 cap.10.num.30. Bonac.de cenſ.diſp.7.qu.2. p.3.num.8. Filliuc.tract.41.cap.4.& 5. Peyrin.tom.2. de Præl. q.2.cap.5.§.9. num.120. Sanctarel. var. q.42. num.21.* Sed negant *Campanil.rub.11.cap.13.nu.156. Azor.tom.2.l 9.cap.4.q.21. Rodriq.tom.1.q.13. num.8. Sigiſ.* autem *a Bonon.de elect dub.70. num.3.* vtramque ſententiam probabilem putat, ſed ita eas conciliat, quod primam penitus deſtruit: dicit enim, quod poteſt talis Prælaturam retinere, ſi ei iterum conferatur. Ideò abſolutè ſecunda ſententia negans eſt amplectenda. Quoniam manente inhabilitate filij illegitimi, omnis electio, collatio, & prouiſio per quam ille ad dignitatem, vel Prælaturam eſt aſſumptus eſt nulla, & irrita, & ipſe ad illam dignitatẽ, vel prælaturam nullum habet ius, ſed prælatura ſemper vacat, & ius prouidendi integrum ſpectat vel ad electores, vel ad eum ad quem ſpectat prælaturam conferre; quod verò ab initio fuit nullum, nunquam conualeſcit. *cap. non confirmatur, de reg. iur.in 6.* Ideò prælatura ab illegitimo nullo iure, & inualidè poſſeſſa, nunquam fit valida. Nec legitimatio dat filio eſſe actu Prælatum, ſed eſſe habilem ad prælaturam. Sic enim & matrimonium nullum, nunquam fit validum, niſi nouo conſenſu ſuperueniente iterum contrahatur. Vnde & eadem ratione ſuperueniente matrimonio parentum illegitimus fit habilis, vt recipiat prælaturam, ſi illi detur, & conferatur. *Panorm.c.innotuit.de elect.num.11. Suar. to.1. de Relig.tract 3.l.4,cap.61. num. 9. Sanchez de matr. l.8.diſp.7.num.12. Donat. trac. 5. quæſt.32. num.7.* & alij ſupra citati. Et hæc quidem ſatis de primo caſu, in quo certum eſt illegitimos per ſubſequens matrimonium legitimari, nimirum quando tempore copulæ, ex qua nati ſunt filij, vir, & mulier nullo detinebantur impedimento dirimente, ſed tunc potuiſſent in facie Eccleſiæ contrahere, ſi voluiſſent.

133 Secundus igitur caſus principalis eſt, quando tempore copulæ ex qua filius eſt conceptus, vel ambo, vel alter eorum qui commixti ſunt, erat ligatus impedimento dirimente, vnde tunc non potuiſſet validè cum alio contrahere, ſed tamen impedimentum ceſſauit ante filij natiuitatem, vt ſi vir erat vxoratus tempore copulæ, ſed tempore natiuitatis liber ob propriæ vxoris mortẽ, vt aliam poſſet ducere in vxorem. Nam & in hoc caſu ſubſequens matrimonium legitimare prolem illegitimã affirmarunt,

marunt, *Io. Andr. in d. c. tanta* & ibi *Card.* & *quod nobis, eod. tit.* & *c. ſine culpa de reg. iur. in 6.* vbi *Franc. Molina diſp. 172. Henriq. in com. lib. 11. c. 20. n. 3. Sanchez lib. 8. de matrim diſp. 7. n. 19. Sayr. lib 6. c. 10. n. 29. Bonac.* quem refert, & ſequitur, *Sigiſm. à Bonon. dub. 71. n. 3. Baſil. Ponc. lib. 11. de matrim. c. 3. Couar. Cened. Peregr. Fachin. Faiard.* & alij quos ſequitur, *Barboſ. ad d. c. tanta n. 31. Peyr. d. q. 2. c. 5. n. 128. Palaus vbi ſupra n. 5.* Vbi *n. 7.* putat filium & conceptum, & natum tempore quo parentes erant inhabiles poſſe legitimari per ſubſequens matrimonium, ſi parentes tempore intermedio fuerunt habiles: fundatur autem hoc ſentẽtia præcipuè in *l. nuper, Cod. de nat. lib.* & *authent. quibus modis nat eff. ſui §. iribus ſeu.* & *§. ſi quis igitur,* quæ idem dicit, quod *d. l. nuper,* nimirum quòd in legitimatione filiorum ex ſubſeq. matrimonium debet attendi tempus, vel concetionis, vel natiuitatis ſecundùm quod filio nato magis expedit. Cum verò dictæ leges non ſint contrariæ legi Canonicæ, & aliàs Eccleſiaſtici teneantur ad leges ciuiles, quibus non reſiſtit ius Canonicum, ſequitur quòd etiam in ordine ad dignitates, & Prælationes, vbi id ſpetat fauor prolis ſit attendendum tempus natiuitatis, vt ſi tunc concubinarij, vel fornicatores ſint liberi & poſſint contrahere; filius natus ex ſequenti matrimonio legitimetur.

134 Sed oppoſita ſententia eſt vera, & tenenda, quæ probatur primò ex Conſtit. Sixti V, declaratoria Conſtitut. 71. contra illegitimos, & quæ incipit *ad Romanum,* & fuit edita 21. Octob. 1588. Nam ibi §. 3. ſic loquitur. *Cum itaque inter alia dubitetur, num primò dicta noſtra Conſtitutio, vbi de illegitimè genitis loquitur, cõprehendat etiam eos, qui poſtea per ſubſequens matrimonium fuerunt legitimati. Nos inhærentes ſacrorũ Canonum diſpoſitioni, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, illegitimè natos ex ijs parentibus, inter quos tempore quo ipſi geniti ſunt, matrimonium ritè conſiſtere poterat, ſecuto poſtea matrimonio legitimos effectos ſub dicta Conſtitutione minimè comprehendi &c.* Ex hoc textu ſic arguitur ad concluſionem poſitam. In terminis Conſtitutionis Sixti V. ſoli illegitimi legitimantur per ſubſequens matrimonium, qui ſunt nati ex parentibus inter quos tempore quo ipſi filij concepti ſunt, matrimonium ritè conſiſtere poterat; ſic enim conſtitutio illa loquitur, & hos ſolos exprimit; igitur & abſolutè ſecundũ antiquos Canones, ij ſoli ex ſubſequente matrimonio intelliguntur legitimati. Tum quia Pontifex declarationem ſuam profert inhærẽdo ſacris Canonibus. Tum quia ex oppoſito ſequeretur, quod darentur filij verè legitimi ſecundum ſacros Canones, qui tamen non eſſent legitimi ſecundum Sixtum V. ſed tanquam illegitimi nedum à dignitatibus, & Prælaturis fuiſſent arcendi, ſed etiã à Religionibus tanquam comprehenſi in Conſt. 71. *Cum pro omnibus,* ſcilicet filij concepti tempore in quo parentes erant impediti ne poſſent matrimonium contrahere; ſed nati ceſſato iam impedimento. Sed & hoc ſatis clarè expreſſum fuit in *d. c. tanta ibi. Si autem vir viuente vxore ſua aliam cognouerit, & ex ea prolem ſuſceperit, licet poſt mortem vxoris eã duxerit, nihilominùs ſpurius eſt filius.* Hic enim textus ſolum initium conceptionis reſpicit, ſcilicet copulam ex qua filius ſit genitus, nec obſtat, quòd dicitur ex aduerſo. quod ſic licet textus copulatiuè requirit vtrumque ſcilicet conceptionem, & natiuitatem ſuam: primò quia nec per illa verba *prolem ſuſceperit,* intelligitur natiuitas neceſſariò, ſed poteſt etiam intelligi conceptio, filius enim conceptus cum iam ſit genitus, iam eſt acceptus, & ſuſceptus Tum quia natiuitas & vita filij requiritur vt poſſit legitimari per ſubſequens matrimonium. Tum quia textus ſuſceptionem illam prolis illegitimam & non legitimandum cenſet, quæ ortum habet ex ea, ſcilicet copula habita à viro viuente ſua vxore. Et ratio idem ſuadet; quia indignitas, quæ eſt in filio illegitimo tota eſt copula illicita, & ab ea in filium redundat.

135 Nec valet dicere ex aduerſo, quòd hæc ratio militat etiam in iure Ciuili, in qua nihilominùs legitimatur proles, ſi impedimentum inter parentes ceſſauerit tempore natiuitatis, cum tamen aliàs ius Ciuile maiori odio proſequatur ſpurios, quos priuat etiam alimentis. Nam longè diuerſa eſt ratio admittendi filios ad ſucceſſionem bonorum temporalium; quod pertinet ad ius Ciuile, & admittendi eos ad ſacra miniſteria, & ſpirituales dignitates; quod eſt proprium iuris Canonici. Quod propterea non attendit id, quod ex accidenti euenit non ex libertate & virtute parentum, ſed ex caſus diſpoſitione, ſcilicet quod in parentibus tempore natiuitatis filij defuerit impedimentum, ſed quod per ſe durat etiam parentibus inuitis, & ſummam indecentiam importat, ſcilicet prolem eſſe ſuſceptã ex coniunctione eorum parentum tunc, cum inter eos nedum non erat, ſed nec eſſe poterat matrimonium. Et ideò hanc ſententiã dicentem ſolos illos filios illegitimos legitimati per ſubſequens matrimonium, qui fuerunt ſuſcepti ex copula tunc habita, cum inter parentes potuiſſet eſſe validum matrimonium, tenent ad *d. c. tanta, Anton. à Butr. nu. 17. Zabarel, ad c. quod nobis eod. tit.* & ibi *Panorm. Boich, in c. ex tenore, num. 4. eod. tit. Archid. in c. Oſius, num. 2. diſt. 56. Sarmien. in Select. lib. 1. c. 5. n. 10. Salicet ad l. filium, C. de ſuis, & legit. Nicol. de Vbal. de ſucceſ. ab inteſ. p. 1. n. 44. & 45. Dec. conſ. 155. n. 1. Menoch. cons. 60. n. 12. Filiuc. tract. 19. n. 131. Garzias* plures referẽs *de benef. p. 7. c. 2. nu. 36. Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 1. num. 3.*

136 Sicut verò non ſufficit ad filij legitimationem habendam, quòd parentes tempore natiuitatis filij fuerint liberi ab omni impedimento irritante matrimoniũ, ita nihil obeſt, quòd tunc ſint in impedimento, ſi eo erant liberi tempore coniunctionis habitæ. Vt ſi ex talibus parentibus vir poſt copulam cum ſoluta habitam ducat vxorem, quæ poſtea longo etiam tempore poſt illegitimi filij natiuitatem viuat, ſed ea mortua vir iterum nubas cũ ea, quam fornicariè cognouerat, ex hoc ſubſequente matrimonio proles ſit legitima. Quia ius non requirit, niſi quod proles ſit ſuſcepta ex copula tunc à parentibus habita, cum inter eos potuiſſet eſſe validum matrimonium. *Suarez d. ſect. 1. n. 4.*

137 Valde etiam commendandum memoriæ putat *Barboſ. ad d. c. tanta n. 32.* quòd ſcilicet ſi mulier per vim cognoſcatur à tyranno, filius inde natus non erit ſpurius quo ad matrem, vt ex *Bald.* refert *Hyppol. conſ. 25. num. 30. & conſ. 99. num. 11.* Sed in ordine ad ſpirituales functiones, & vt filius nõ ſit irregularis, vel vt legitimari poſſit per ſubſequẽs matrimonium, etiam quoad Patrem, dubium eſſe poteſt. Et nihilominùs ſatis probabile eſt, vt talis filius

lius

Digitized by Google

lius nullàm incurrat irregulaꝛitatem; quia non minùs in matre inuoluntaria eſt copula per vim extorta à viro, quàm ſit illa quæ ex ignorantia impedimenti in mattimonio nullo bona fide teddita eſt; hæc verò iuxta ſacros Canones excnſat ab irregularitate, vt ſupra probatum eſt. Non enim eſt in poteſtate matris, vt non ſequatut filius ex coniunctione cum viro, & aliàs durum eſt, quòd mulier innocens & paſſa per vim debeat puniri in filio ſuo, vt ſcilicet filius ſuus tanquam illegitimus ab altari, & dignitatibus excludatur.

138 Aliud quoque notatu dignum ſubdit *ibid. Barboſ.* nimirum quòd ad hoc vt filij alicuius illegitimi legitimandi, ſint legitimi, & de legitima ſtirpe nati, ideoque & in aſcendentium hæreditatem poſſint ſuccedere, non eſt neceſſe qnòd pater illegitimus contraxerit nuptias poſtquã ex ſubſequente matrimonio fuerat legitimatus, ſed vis matrimonij ſubſequentis eſt, vt legitimos reddat nedum cõiugum filios antea ex copula fornicaria ab ipſis ſuſceptos, ſed & eorumdem nepotes, ſcilicet illegitimorum filiorum filios ab ipſis illegitimis ex legitimis nuptijs ſuſceptos. Ita *Couar. de ſponſ. p. 2. c. 8. §. 2. n. 19. Anton. Gomez lib. 9. Tauri num. 62. Molin. de primog. l. 3. c. 1. n. 9. Baſil. de matrim. l. 11. c. 1. §. 3. nu. 23. & Faebin. Paſchal. Robles, Bammacar. Montealeg. Aemil.* Gall. *ibid. à Barboſa citati.*

139 Hoc tamen nonnullis citatis limitat *Pax Iordan.* vt non valeat, ſi ante matrimonium aui, & auiæ filius, pater nepotum ſit defunctus. Ex eo quia cum hic ſit defunctus eo mediante non poteſt legitimatio prouenire ad ſuos filios auorum nepotes. Sed limitatio non tenet, quia filius ſatis manet viuns in filijs ſuis: qui quidem non poſſunt dici nati ex patre illegitimo, ex quo nati ſunt ex patre, cuius pater & mater ſunt veri coniuges. Et ita poſt *Socin. Giulial. Bened. & Alciatum*, docuit *Couarun. loco citato.*

140 Sed nunquid nullus dari poteſt caſus, in quo filius natus ex ſornicaria copula habita ab impeditis à matrimonio contrahendo, poſſit per ſubſequens matrimonium legitimari? Reſpondetur ſecundùm aliquos dari poſſe, quando impedimentũ non ſit perpetuum, ſed illud tollere ſit in voluntate copulam habentium, vt ſi aliquis ſit Saracenus, & cognoſcat Chriſtianam, proles ex hac copula ſuſcepta poteſt per ſubſequens matrimonium legitimari, quia impedimentum hoc eſſet in poteſtate Saraceni. Ita ſentit *Gaſp. de Cald.* quem refert, *Panorm. ad d. c. tanta n. 14. fin. ſed Panorm. id negat*, & benè; quia ex quo impedimentũ eſt voluntarium, tollatur priùs, quàm copula habeatur; ſed ſi impedimento non ablato, vir & mulier ſornicariè coniunguntur, proles inde ſuſcepta ſemper eſt ſuſcepta ex copula parentum habita tunc, cum inter eos non poterat eſſe validum matrimonium, & ideo non eſt capax legitimari per ſubſequens matrimonium.

141 Alius poſſet imaginari caſum in quo proles illegitima, ſuſcepta ab impeditis contrahere ex copula fornicaria legitimentur per ſubſequens matrimonium, nimirum ſi huiuſmodi parentes ignorent impedimentum tempore copulæ, & poſtea eadem ignorantia durante contrahant matrimonium. In hoc enim caſu filios antea genitos legitimari per ſubſequens matrimonium tenuit, *Anton. ad c. tanta num. 9.* quem refert, *Suarez d. ſect. 1. nu. 11. & Palaus tom. 2. tract. 13. diſp. 4. par. 2. §. 3. nu. 9. Peyrin. in Præl. q. 2. c. 5. n. 117.* putat hoc probabile. Sed contrariũ eſt verum, quia copula habita in hoc caſu ſemper eſt inceſtuoſa; vnde nedum per putatum matrimonium, ſed nec per verum poſſunt filij ſic nati legitimari; quia cum parentes tunc dederint operam rei illicitæ, cum ſimul ſe coniunxerunt, non eos iuuat ignorantia impedimẽti quantum ad vitandam pœnam, & ad ſugiendum quod filij ex ea coniunctione nati ſint incapaces, vt legitimentur. Non enim tales parentes rei illicitæ operam dantes, debent ex eorum ignorantia conſequi præmium. *Gloſſa 2. in cap. tanta, qui filij ſint legitimi. Io. Andreas*, quem refert, & ſequitur, *Panorm. ibid. num. 8. Socin. conſ. 31.* quem refert & ſequitur, *Suarez d. ſect. 1. num. 11.* Garz. *p. 7. c. 2. nu. 33. Molina de iuſt. tom. 2. diſput. 172. Sanctarel. Henriq. Petr. Greg. Conar.* quos ſequitur *Peyr. in Præl. q. 2. c. 5. n. 117.*

142 Quamuis autem ſpurius, ſeu conceptus ex copula tunc habita, quando inter parentes non potuiſſet eſſe matrimonium, per ſubſequens matrimonium non legitimetur; hoc tamen fallit ſi matrimonium contrahatur ex diſpenſatione Apoſtolica diſpenſante ſuper impedimento parentum, & ſimul prolem legitimãte. Duplex verò caſus hic diſtingui poteſt. Primus eſt, quando Papa diſpenſat cum clauſula, *prolem ſuſceptam, ſi qua eſt, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo.* Et in hoc caſu filij priùs habiti per ſubſequens matrimonium legitimantur. Papa enim, ius Canonicum legitimans illegitimos per ſubſequens matrimonium, extendere poteſt ad caſus particulares, & diſpenſando in radice matrimonij prolem inceſtuoſam legitimare. *Panorm. d. c. in tanta nu. 14. Henriq. lib. 7. cap. 13. §. 5. Rota in Pampilonen. illegitim. coram Iuſto 5. Decembr. 1608. & 10. Iunij 1609.* quas refert, & ſequitur, *Garz. par. 7. cap. 2. num. 40.* iterum *Rota in Hiſpalen. illegitimitatis coram Vbaldo*, apud *Marcheſ. 3. parte*, quam refert, & ſequitur. *Pax Iordan. lib. 10. tit. 18. num. 36.* & apud eum, *Peregr. de fideicom. art. 24. num. 8. & Anchar. conſil. 409. Barboſ. in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, num. 18. Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. num. 115.* Et hoc idem verum eſt, quotieſcumque per dictam clauſulam, vel per alia verba conſtat Papam voluiſſe diſpenſare in radice matrimonij retrolegitimando prolem ſuſceptam. Et addunt, *Barboſ. & Peyr. citati*, hoc verum eſſe etiam ſi ob mortem vnius coniugis non potuit matrimonium perfici.

143 Et hoc idem dicitur de prole ſuſcepta ex matrimonio irrito, & nullo ob impedimentum iuris Canonici, ſi enim Papa ratificet ipſum matrimonium, ſeu diſpenſet in radice matrimonij, talis diſpenſatio valet ad omnes effectus, ad quos valet legitimatio facta ex ſubſequente matrimonio. *Gloſſ. in Clem. vnic. de immun. Eccles. ver. pro infectis*, & ibi *Io. Andr. num. 30. Card. num. 9. Abb. 22. Anchar. 21. Neno 18. & in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi, Præpos. num. 74. Nauar. conſ. 2. qui filij ſint legitimi, Ludouic.* Lopez *in inſtruct. par. 2. cap. vltim. concl. 3. Puteus deciſ. 483. lib. 2. Rota deciſ. 207. num. 1. par. 1. diuerſ. Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 7. num. 4. Garzias de benef.* plures alios referens, *par. 7. cap. 2. num. 41. Pax Iordan. lib. 10. tit. 18. num. 37.* Tunc autem cenſetur Papa diſpenſare in radice matrimonij, & legitimare prolem, quando ratum habet

ma-

matrimonium antea contractum cum clauſula. *vt ex tunc, ſeu ab initio &c.* etiam ſi non faciat mentionem prolis. Et quando Papa diſpenſat, quòd coniuges in matrimonio remanere valeant, quia licētia perſeuerandi ſuper contracto, contractum implicitè confirmat, ideo retro reſpicit, & in conſequentiam prolem natam legitimat. *Garz. vbi ſupra num.42.* quod maximè verum eſt, ſi vltra illam diſpenſationem Papa prolem expreſsè legitimat, vt facere ſolet.

144 Alter caſus eſt, ſi Papa diſpenſando ſuper matrimonio de nouo contrahendo, diſpenſet ſolùm ex nunc. Quia in hoc caſu proles antea nata non eſſet legitimata. *Pax Iordan. d. lib.10. tit.18. nu.39. & alij DD. communiter.* Tunc enim Papa non diſpenſat in radice matrimonij, ſed ſolùm diſpenſat vt matrimonium de futuro contrahi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi illegitimi non ſunt inhabiles ad ordines; ſed ad dignitates & prælaturas. n.145.*
2 *Conſtitutio Sixti Quinti contra illegitimos reducta ad terminos iuris. n.146.*
3 *Inhabilitas ad ordines tollitur in Religioſis per profeſſionem. n.147.*
4 *Vel per vota biennij in Societate Ieſu. n.148.*
5 *Etiam expulſus à Religione remanet non inhabilis ad ordines. num.148.*
6 *Niſi declaretur nulliter profeſſus. n.148.*
7 *Illegitimè promotus poſt profeſſionem poteſt in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. n.149.*
8 *Diſpenſatio fauore Religionis latè interpretanda. num.149.*
9 *Per profeſſionem Religioſus non fit habilis ad prælaturas. n.150.*

145 QVæritur autem decimoſextò, An Religioſi illegitimi ſint irregulares? Reſpondetur verò, Religioſos non eſſe à ſuſceptione, & miniſterio ordinum impeditos ex eo, quòd ſint illegitimi; Eſſe verò inhabiles ad prælaturas, & dignitates. Ita enim expreſsè decernitur, *cap. vt filij. p. de fil. presb. D. Ant. 3. p. t. 1. cap. 27. §. 3. Nauar. cap. 27. num. 201. Sotus in 4. diſt. 25. queſt. 1. a. 3. Sayr. de cenſ. l. 6. cap. 11. num. 3. Cened. ad decret. collect. 62. nu. 2. Azor. p. 2. l. 6. c. 3. q. 1. Ricc. p. decif. 62. Miranda. 1. q. 21. nu. 10. Bellet. diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de diſcip. cler. §. 3. num. 46. Campanil. rub. 11. cap. 13. num. 115. Vecchius in praxi. diſp. 13. dub. 6. num. 1. Sigiſm. de elect. dub. 69. num. 2. Pereg. ad conſtit. regul. p. 2. cap. 1. l. c. 5. 21. Sanch. lib. 5. ſum. cap. 5. num. 9. & ſeq.* & plures alij, quos refert & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 1. de fil. presb. nu. 2. Peyr. in prał. q. 2. cap. 5. n. 133.* plures alios referens *Donat. p. 3. tr. 5. q. 24. Diana p. 4. tr. 2. reſ. 65.*

146 Nec obſtat motus proprius Sixti Quinti contra illegitimos, in quo cum eos reddiderit inhabiles ad ingreſſum Religionis, reddidit nullum hoc priuilegium Religioſorum; quoniam per Gregorium XIV. in conſtitutione *circumſpecta*, de anno 1591. fuit dictus motus proprius Sixti Quinti reductus ad terminos iuris, & ita ſicut antea, ſic nunc viget decretum Concilij Pictauienſis *in d. cap. 1. de fil. presb. &c.* in quo ſtatuitur, Religioſos illegitimos poſſe ad ordines ſacros promoueri. *Cened. d. collect. 62. num. 3. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 3. q. 8. Rodriq. tom. 1. qu 13. num. 3. Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. nu. 12. Portel. v. Nouitius, num. 12. Hieronym. Roder. reſolut. 76. num 10. Sanchez d. cap. 5. num. 9. Barboſa, & Donatus, vbi ſupra.*

147 Et tamen hoc intelligendum eſt, vt hæc irregularitas, & inhabilitas ad ordines ſuſcipiendos non tollatur per ſolam habitus Religioſi ſuſceptionem, & multò minùs per educationem, quæ fit in Religione, vt voluit *Rodriquez loco citato*, quem tueri conatur *Hieron. Rodriq reſol. 76 num. 7.* ſed per ſolam profeſſionem, per quam profeſſus fit Religioſus: *Felin in cap cum deputati n.2 de iudic Franc. in cap. 1. num. 11. de fil. presb.* & ibi *Barboſa num. 2. D. Antonin. p. 3. tit. 1. cap. 27. §. 3. Sylu. v. Religio. 5. n. 10. Sotus 4. d. 25. q. 1. a. 3.* & ibi *Riccard. a. 4. q. 3. Valent t. 4. diſp. 7. q. 19 p. 3. §. 2. Nauar. com. 2. de Regular. num. 60. & in Manual. c. 27. num. 201. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 5. q. 12. Sanchez l. 5. ſumm. cap. 5. num. 12. Suarez dict. diſp. 50. ſect. 5. num. 12. Rebuff. Philiar. Graff. Sayr. Vecchius, Sanctarell.* quos refert *Barboſa vbi ſupra. Donatus d q. 24. num. 5.*

148 In Religione verò Societatis, id præſtant vota biennij, per quæ vouens fit verè Religioſus; vnde ſi à Religione poſtea vel retrocedat, vel dimittatur manet diſpenſatus, & vt poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, & ad non ſuſceptos promoueri, quod & verum eſt de profeſſo in quacunque Religione, & ab ea expulſo etiam in perpetuum. *Sanchez d. cap. 5. num. 13. Suarez d. diſp. 50. ſec. 5. Barboſa vbi ſupra num. 2. & 9. Sanctarell. variar. reſolut. q. 39. a. n. 4.* Quod tamen non eſt dicendum, ſi profeſſio nulla declaretur. *Ricciull. in praxi reſol. 311. Barboſa n 9.*

149 Et per hanc profeſſionem, nedum remanet diſpenſatus, vt poſſit promoueri ad ordines, ſed vt in ſuſceptis poſſit miniſtrare, etiam ſi antea ſine diſpenſatione illegitimè fuiſſet ordinatus. *Sanctarell. variar. reſol. q. 39. num. 8. Barboſa vbi ſupra n. 2.* licet enim diſpenſatio ſit ſtricti iuris, quando vnus, vel alter in ſingulari diſpenſatur, quando tamen ſit in fauorem Religionis eſt amplè interpretanda. *Heurſq. d. 7. cap. 22. §. 3. & cap. 24. num. 4. Oldrad. conſ. 300. num. 4 Sanchez l. 8. de matr. diſp. 1. num. 13. Barboſa vbi ſupra. Sanctar. vbi ſupra num. 8. Vecch. diſp. 13. d. 6. num. 3. Peyr. in præl. reg. q. 2. cap. 5. num 134.*

150 Per profeſſionem tamen illegitimus non fit habilis ad prælaturas, & dignitates. Nam hoc decernitur *in d. cap. Vt filij*, ibi. *Prælationes tamen nullatenus habeant. Et cap. fin. eod. titul.* præcipitur, vt ab illegitimis promotis ad perſonatus, dignitates, & beneficia curam animarum habentia, auferantur dicta beneficia. Ideò nec profeſſi Religioſi eligi poſſunt ad dignitates, & prælaturas ſine diſpenſatione. *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 39. num. 5. Butr. ad cap. 1. de fil. presb.* & ibi *Panormit. fin. Zabar. q. 7. Sotus 4. diſp. 25. quæ. 1. a. 3. Azor. p. 2. l. 6. c. 3. q. 1. Peyr. l. 1. conſil 6. de fil. presbyter. Mirand. t. 2. q. 23. num. 10. Sanchez l. 5. in decal. cap. 5. num. 16. Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 15. Barboſa ad dict. cap. 1. n. 3.* & alij plures relati ab iſtis, *Garz. de benefic. p. 7. c. 2. num. 1. Henriqu. l. 14. cap. 8. num. 10. Ceſſon. Duard. Lamb. Pariſ. Menoch.* quos ſequitur *Peyr. in præl. q. 2. cap. 5. num. 126. Petr. Greg. de elect. cap. 11. n. 1. Portel. v. Illegitimus, num. 8. Sigiſm. de elect. dub. 69. num. 1. Caſtell. c. 11. n. 3. Lez. p. 1. c. 18. n. 60. & v. allegit. n. 17.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus inhabilis ad ordines, & beneficia. num.151.*

2 *Clerici ſeculares illegitimi ſunt inhabiles ad omnes ordines, & omnia beneficia.n.152.*

3 *Legitimati per ſubſequens matrimonium etiam ad Epiſcopatus ſunt habiles.n.153.*

4 *Non tamen ad Cardinalatum.153.*

5 *Officia ad quæ Regulares illegitimi promoueri non poſſunt, ſunt illa quæ cum honore, & dignitate habent ſuperioritatem ordinariam.n.154.*

6 *Regulares illegitimi nec poſſunt eligi in Vicarios, ſeu Superiores ordinarios, quocunque nomine vocentur.n.155.*

7 *Illegitimus Regularis non poteſt eſſe Parochus. num.156.*

8 *Illegitimus, Regularis nō poteſt eſſe Diffinitor in ea Religione, in qua diffinitorium leges condit, præcipit, &c.n.157.*

9 *In Ordine Prædicatorum illegitimus non poteſt eſſe Supprior, Vicarius, Elector Generalis, Diffinitor, & Prædicator Generalis. n.157.*

10 *Officia ad quæ Regulares illegitimi ſunt inhabiles, ſunt illa, quæ habent ſuperioritatem, & iuriſdictionem ordinariam in ſubditos, non vero ſolam delegatam.n.158.*

11 *Illegitimus Regularis de iure communi poteſt eſſe Vicarius Prioris, aut Correctoris. n.159.*

12 *Non tamen Vicarius Prouincialis, Viſitator, vel Commiſſarius.n.159.*

13 *Poteſt eſſe Elector Prouincialis, vel Generalis. num.159.*

14 *Et etiam Supprior.n.159.*

15 *Non tamen mortuo, vel amoto Superiore locali ſecundum aliquos. n.160.*

16 *Alij hoc affirmant.n.160.*

17 *Illegitimus inhabilis ad officia perpetua. n.160.*

18 *Prioratus de ſe perpetuus.n.160.*

19 *Illegitimus non poteſt eſſe Superior ordinarius pro interim, vnde non poteſt eſſe Supprior, vel Vicarius in capite. n.160.*

20 *Illegitimus non poteſt eſſe Vicarius Capitularis. num.160.*

21 *Superior ordinarius, non eſt ad nutum amouibilis, ſed durat donec ſpiret tempus à lege ſtatutum. num. 160.*

22 *Quæ officia non poſſit habere illegitimus in Ordine Minorum.n.160.*

23 *Qualiter illegitimus poſſit, vel non poſſit eſſe Confeſſor monialium.n.160.*

24 *In Ordine Prædicatorum illegitimus non poteſt eſſe Magiſter & Prædicator generalis. n.161.*

25 *Magiſter non eſt Superior.n.161.*

26 *Doctoratus non eſt dignitas, niſi ſit beneficium datum in titulum. n 161.*

27 *Doctoratus non eſt perſonatus.n.161.*

28 *Dignitas, & perſonatus ſunt beneficia eccleſiaſtica.num.161.*

29 *De iure communi illegitimus poteſt eſſe Magiſter in Theologia. n.161.*

30 *Illegitimus non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi. num.162.*

31 *Illegitima non poteſt eſſe Abbatiſſa.n.163.*

32 *Illegitimus occultus eſt inhabilis ad prælaturas.num. 164.*

33 *Illegitimus regularis ad quæ officia ſit, vel non ſit inhabilis. n.165.*

151 QVæritur decimoſeptimò, quæ ſint officia ad quæ illegitimus non poteſt promoueri ſine diſpenſatione? Reſpondetur autem, quod in *d. cap. Vt filij p. de filijs presb.* illegitimi prohibentur fieri Prælati, ibi, *Prælationes tamen nullatenus habeant.* Sed in *cap. nimis, 18. eod.tit.* iſti illegitimi decernūtur inhabiles ad dignitates, perſonatus, & beneficia curam animarum habentia. Sed *ex cap. 1. de fil. presb. in 6.* habetur, quòd illegitimus ad nulla beneficia eſt habilis, niſi diſpenſetur cum illo, vel à Pōtifice, vel reſpectiuè ab Epiſcopo.

152 Quamobrem ſeculares illegitimi irregulares ſunt, nec ad ordines poſſunt promoueri, nec ad dignitates, aut perſonatus, aut Parochias, aut quæcumque beneficia curam animarum habentia, vel non habentia, & multominùs ad Epiſcopatus. *cap. cum in cunctis 7. & cap. innotuit 20. de electione.*

153 Si qui tamen ſunt per ſubſequens matrimonium legitimati, cum fictione iuris à natiuitate, habentur vt legitimati, poſſunt ſine diſpenſatione promoueri ad Epiſcopatus. *Couar. de ſponſal. p. 2. cap. 8. §. 2. num. 30. Peregr. de fideicommiſſ. a. 24. nu. 12. Menoch. conſ. 16. num. 5. & 17. & conſ. 299. num. 12. Suarez de cenſ diſp 50. ſect. 5. a. num. 10. Azor. p. 3. l. 2. cap. 14. quæſt. 14. Campan. Rubr. 11. cap. 13. num. 127. Lauor. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 61. Bellet. diſq. cler. p. 1. tit. de diſciplina clericali §. 2. n. 18. Barboſa ad d. cap. cum in cunctis n. 18.* Et nihilominus ſine diſpenſatione huiuſmodi legitimati ad dignitatem Cardinalatus non poſſunt promoueri ex conſtitutione 50. Sixti Quinti, vt ſupra num. 131. eſt probatum.

154 Officia autem, ad quæ non poſſunt regulares illegitimi eligi ſine diſpenſatione, ſunt omnia illa, quæ cum honore, & dignitate habent iuriſdictionem ſpiritualem ordinariam, cuiuſmodi ſunt officia Abbatis, Generalis, Prouincialis, Ordinarij Superioris localis, ſiue dicatur Prior, ſiue Guardianus, ſiue Præpoſitus, ſiue quocunque alio nomine appelletur. Ad huiuſmodi igitur officia nō poteſt in Religionibus vel eligi, vel inſtitui, vel quomodocumque promoueri illegitimus ſine diſpēſatione. *cap. 1. & fin. de fil. presb Clem. Exiui de paradiſo. de verbor. ſignif. Syl. v. Prælatus num. 1. & 2. & ver. elect. 1. q. 14. num. 15. Angelus eod. verb. num. 23. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. c. 6. nu. 12. Mirand. tom. 2. q. 23. a. 8. v. illegitim. n. 8. Donatus d. q. 24. nu. 7. Goffred. in ſum. tit. de filijs presb. Paſſarell. in priuil. not. 24. in princ. Lambert. de iure patron. p. 1. l. 2. q. 7. a. 11. num. 14. Maiol. Say1. Rebuff.* quos citat, & ſequitur *Peyr. in præl. reg. q. 2. cap. 5. num. 153. Lezana p. 1. c. 18. num. 6.*

155 Extenditur hæc aſſertio etiam ad Vicarios paruorum Conuentuum, ſeu ad eorum Superiores ordinarios quocunque nomine vocentur, quia iſti & ſunt Prælati ordinarij, & habent curam animarum cum ordinaria poteſtate iuriſdictionis. *Syluest. v. Prælatus num. 2. Peyr. vbi ſupra num. 135. in fin. Donat. num. 9.*

156 Extenditur ſecundò, vt illegitimus Regularis ſine diſpenſatione non poſſit eſſe Parochus Eccleſiæ regularis. *cap. 1. & c. propoſuit de fil. presb.*

Re-

Digitized by Google

Rebuff. in praxi benef. tit. de diſpenſat. ſuper def. nat. num.68. Campanil. Rub.11. cap.13. num.115. Nauar. vbi ſup. num.6. Peyr. vbi ſupra. Parochus enim eſt ordinarius paſtor, & eius officium habet aliquam dignitatem cum ordinaria cura animarum.

157 Extenditur tertiò, vt illegitimus Regularis non poſſit eligi in Diffinitorem, vel Diſcretum, aut Procuratorem ad Capitulum generale habentem actiuam vocem. Et ratio eſt, quia huiuſmodi officium quandam dignitatem, & perſonatum importat. *Mirand. & Portell. vbi ſupra Donat. nu. 10. Peyr. d. num.135.* Verum eſto concedatur, quòd huiuſmodi officium ſit perſonatus, & aliqualis dignitas iuxta *Syluest. v. perſonatus, & v. dignitas*, nihilominus illegitimum poſſe eligi in Diffinitorem, vel diſcretum, & ad omne officium quod non importat ſuperioritatem cum honore, docent alij. Quia Sixtus Quintus in ſua Conſtitutione *ad Romanum*, in qua explicauit aliam contra illegitimos latam, ita decernit. *Declaramus hac in re, de qua nunc agitur appellatione dignitatum, honorum, gradaum debere intelligi Præpoſituras, Abbatiatas, Prioratus, Guardianatus, Cuſtodiatus, Prouincialatum, & Generalatum, Superiorum officia, & alia his ſimilia cum honore, & ſuperioritate coniuncta.* Et ità in in hoc ſenſu motum proprium Clem. VIII. de largit. munerum intellexit num. 101. & motum proprium Pij V. & Gregorij XIII. prohibentium ingreſſum fœminarum in Monaſteria Monialium, interpretatus eſt *Rodriq. num.21* & cum eo *Sorbas v. ingreſſus monaſt. num.* 8. Ideò poſſe Regulares eligi in Diffinitores ſine diſpenſatione, licet ſint illegitimi, docent *Sanchez in ſum. lib.6. cap.15. num.66. & Sigiſm. de Bonon. dub.69. num.3. fin.* Verùm admiſſo, quod illegitimus poſſit eligi in Diſcretum, vel Electorem Generalis, aut Prouincialis, quantum ad diffinitorem, id non conceditur, vbi Diffinitores Capituli, vel Generalis, vel Prouincialis leges condunt, ſubditis præcipiunt, Prælatos inferiores inſtituunt, Fratres de vno Conuentu ad alium tranſmittunt, errantes puniunt, vel abſoluunt; quia conſtat, quod officium horum importat ſuperioritatem cum maximo honore, *Rodriquez*, quem citat, & ſequitur *Peyr. in Prxl. q.2. cap.5. num.135. fin.* Nec valet dicere, quod Diffinitores vt ſinguli extra Diffinitorium non habent iuriſdictionem; quia ſatis eſt, quòd illam habeant, dũ ſunt in diffinitorio. Ideò in Ordine Prædicatorum nullum illegitimum poſſe eligi in Diffinitorem ſine diſpenſatione, habetur *ex Conſtit. diſt.1. cap.13. §.4. & Gloſ. ibi l. C. Vercanus p.2. c.7.*

158 In eodem autem Ordine Prædicatorum hoc valdè extenditur; nam ibidem in textu extenditur hæc inhabilitas etiam ad electionem Electoris Generalis, & ad inſtitutionem Prædicatoris Generalis, & *ibid. in Gloſſa lit. N.* ad inſtitutionem Supprioris, Vicarij, Prioris, Viſitatoris, & Vicarij Prouincialis, quæ quidem tenent de iure ſpeciali: nam de iure communi illegitimi Religioſi nõ ſunt ad huiuſmodi officia inhabiles. Et hoc eſt verum, nedum in terminis conſtitur. Sixti Quinti ſupra citata, ſed etiam ſpectato iure antiquo. Nam primò regula eſt, vt dum dicitur, quod illegitimus ſit inhabilis ad Prælaturas, ſeu ad officia habentia ſuperioritatem cum honore, id intelligatur de ſuperioritate habente poteſtatem ordinariam, non verò de ſuperioritate, & poteſtate delegata, & ad arbitrium ordinarij ſuperioris amouibili. Ità *Sylu. ver. Prælatus num.1.* vbi id probat ex *Gloſſ. in cap.2. de iudic.* dicente, quod omnis Prælatus eſt Iudex ordinarius, *& ex Innoc. cap. firmiter de ſum. Trinit.* & hoc idem tenet *Sanchez l.5. in Decal. cap.5 n.56. Suarez tom.4. de Relig. tract.8. l.2. cap.5. nu.12. Peyr. loc. cit. num.135. ex Sayr. & P. Gregor.*

159 Ideò illegitimum poſſe eſſe Vicarium, Correctoris, ſeu Prioris, aut Guardiani etiam è Conuentu exeuntis, quia non habet iuriſdictionem ordinariam, docent *Syluest. verbo Prælatus num. 2. & Peyr. loco citato.* Eadem ratione videri poterit, quod illegitimus poſſit eſſe Vicarius Prouincialis, etiam Prouinciali abſente à Prouincia, & Viſitator, & Commiſſarius miſſus à Generali, vel Prouincialis, quia nullum horum habet iuriſdictionem ordinariam, ſed delegatam, & re integra poſſunt ad nutum Superioris delegantis amoueri; ſed hoc negat *Syluest. v. Prælatus. num.* 3. quem ſequitur *Leander p.5. tr.2. diſp.3. qu.92.* & apud eum *Mirand. Rodriquez, & Hinoyoſa*, quia licet authoritas horum ſit delegata, eſt tamen ſuperior poteſtate ordinaria ſuperiorum localium: vnde videtur, quod inhabilis vt ſit ordinarius ſuperior localis, multò magis ſit inhabilis, vt ſit Vicarius Generalis, aut Prouincialis, vel Viſitator, & Commiſſarius ſuper Conuentibus, & Prioribus, ſeu Superioribus localibus. Supprior autem, quia nec habet curam animarum, niſi delegatam, poteſt eſſe illegitimus. Elector etiam Prouincialis, & Generalis non habet curam animarum, nec iuriſdictionem, vnde non obſtat, ſi non ſit legitimus.

160 Solum excipiendi videntur Supprior mortuo, vel amoto Priore, ſeu Vicarius ille, qui in Conuentu, aut Prouincia mortuo, vel amoto Superiore eſt Superior ordinarius, & ita videtur, quòd Supprior ſi ſit illegitimus, non poſſit continuare officium ſuũ in Conuentu non habente Priorem præſentem, vel abſentem; vel quod non poſſit aliquis inſtitui Superior ordinarius in Conuentu, vel Prouincia viduata Priore, aut Prouinciali, qui eſt illegitimus. Et ità *Syluest. loco citato*, quẽ ſequitur *Leand. alios citans p.5. tr.2. diſp.3. q.61.* tenet, quòd illegitimus nõ poſſit eſſe Supprior, vel Vicarius in Conuentu poſitus à Prouinciali, vel Generali, quia vterque poteſt mortuo, vel amoto Priore, ſeu Superiore ordinario eſſe ordinarius Superior Conuẽtus. Verùm hoc ad ſummum non probat, niſi quòd illegitimus mortuo, vel amoto Superiore ordinario non poſſit continuare in officio, vt Superior ordinarius, ſed debeat inſtitui alius; non verò probat, quod ſub Priore non poſſit eſſe Supprior, & tunc temporis inſeruire in eo officio. Et imò alia ex parte videtur, quòd illegitimus etiam in tempore vacantiæ, dum Conuentus, aut Prouincia caret Superiore ordinario, poſſit eſſe vel Supprior, vel Vicarius, vel quocunque nomine vocetur Superior ordinarius pro tempore vacantiæ inſtitutus. Nam cum hæc ſuperioritas ſit tranſiens, *Rodriq. par.1. quæſt.13. num.* 20. *Hinoyoſa ver. illegitimus*, non videtur prærequirere legitimitatẽ; quia & hæc alia conditio requiritur in prælatura, vt ad eam non poſſit eligi illegitimus, vt ſit perpetua, quod ex *Laur. & Card.* notat *Syluest. loco citato num.1.* Et videtur habere fundamentum expreſſum *in cap. conſtitutus*

Ccc 2

ſtitutus 8. de fil. presbyt. vbi præcipitur reſtitui capellaniam filio presbyteri. vbi conſtiterit Patrem in eadem Capella non fuiſſe Vicarium perpetuum, licet in eadem capella, idem Pater aliquando miniſtrauerit. Cum ergo filius illegitimus Patris non poſſit eligi, vel inſtitui Rector in ea Eccleſia, in qua Pater miniſtrauit, hoc limitatur, & aſſeritur intelligendum, ſi Pater in ea Eccleſia fuit Vicarius perpetuus, vel vt explicat *Panorm.* fuit in Eccleſia intitulatus. Eadem igitur ratione non repugnat illegitimum habere curam animarum, vel delegatam, vel ordinariam ſine titulo, & per modũ tranſeuntis; quia hoc eſt habere curam ex natura rei nedum amouibilem, ſed amouendam citò, & breui tranſeuntem. Nec obſtat ſi dicatur, quod Prioratus, vel Prouincialatus in Religionibus non ſunt perpetui, & tamen illegitimus non poteſt ad eos promoueri. Miſſo enim, quod dici poſſet eos non breui, & pro interim ſed multum, & ad plures annos durare. Reſpondetur, & dicitur, quòd per accidens eſt, & ex iure ſpeciali, quod præfata officia non ſint perpetua, maximè quæ ex electione prouidentur: officia enim illa habentia titulum de ſe sũt perpetua, & ſolo iure communi ſpectato perpetua eſſe deberent, ſed per accidens eſt, quòd non ſint perpetua. Sed Superiores, qui deputantur ſolùm pro vacantia, & ſtatu viduitatis Eccleſiarum, ſunt per ſe temporales, & dantur pro interim, & non ſunt intitulati Eccleſiarum. Nihilominus dicendum eſt, quod illegitimi ſine diſpenſatione non poſſunt inſtitui Superiores ordinarij, etiam pro interim in viduitate Eccleſiarum. Vnde illegitimus nec poterit eſſe Vicarius Capitularis in vacãtia Epiſcopatus. Quoniam poteſtas ordinaria eſt de genere perpetuorum; nec Superior ordinarius eſt amouibilis ad nutum, ſed per ſe durat, vſque ad terminum à lege ſtatutum. Iuxta verò citatam doctrinam *Syluestri* putat *Portel. v. illegitimus*, quod illegitimus in Ordine Minorum non poſſit eſſe nedum Generalis, Prouincialis, aut Guardianus, ſed nec Cuſtos, aut Vicarius Conuentus, quia hic in abſentia Guardiani eſt ordinarius, allegans pro ſe *Mirand.* & ſimiliter ſentit eum non poſſe eſſe Diffinitorem, nec Procuratorem ad Capitulum Generale, vel Prouinciale, neque diſcretum; poſſe verò eſſe Magiſtrum Nouitiorum, & Confeſſarium Monialium; quod tamen limitat, vt illegitimus, nec Confeſſor Monialium eſſe poſſit, ſi habeat annexam iuriſdictionem externam, ſicut habent aliqui in eo ordine. Pariter cenſet eum non poſſe eſſe Commiſſarium, aut Viſitatorem, quia hæc ſit dignitas cum iuriſdictione. Sed quod attinet ad Confeſſariũ Monialium, quia verè ſic eſt, quòd aliqui ſunt verè ordinarij, & Superiores locales Monaſteriorum illegitimus non poteſt eſſe talis Confeſſor, quia non poteſt eſſe Superior ordinarius Monaſteriorum.

161 Sed aliud conſiderandum circa ſtatutum illud Ordinis Prædicatorum, quod ſcilicet, illegitimus decernitur inhabilis etiam ad Prædicaturam Generalẽ, ex quo videtur, quod etiam ſit inhabilis multò magis ad magiſterium, nedum quia maior gradus eſt magiſterium, quàm prædicatura generalis, ſed quia conſtitutio ſub nomine Prædicatoris Generalis comprehendit Magiſtros, vt patet *diſt. 2. cap. 7. §. 1.* At verò de iure communi non habetur hæc inhabilitas. Et quidem ſpectata Conſtitutione Sixti Quinti citata inhabilitas iſta reſpicit ſolùm gradus, & officia habentia duas conditiones, ſcilicet honorem, & ſuperioritatem. Magiſtri autem in Theologia, & Prædicatores Generales non ſunt Superiores, nec vel minimam iuriſdictionem habent: ſed & de iure antiquo illegitimus eſt inhabilis ad dignitates, perſonatus, & curam animarum, & beneficia. Magiſter verò in Theologia, vel Prædicator Generalis, nec habet curam animarum, nec habet dignitatem, quia dignitas eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum cum iuriſdictione, vt habet *Syluef. v. dignitas*, at verò Magiſter in Theologia, vel Prædicator Generalis nec habet adminiſtrationem, nec iuriſdictionem. Nec obſtat, quod *Syluest. v. Doctor num. 2.* dicat Doctorem eſſe dignitatem, quia ſe explicat vt ſit verum de Doctore docente, qui habet iuriſdictionem ordinariam in diſcipulos; & nihilominus etiam munus docendi, vbi non eſt beneficium, & non habetur in titulum, ſed ad libitum alicuius conducentis, nec eſt propriè beneficium, nec dignitas. Vnde Doctorem nõ eſſe dignitatem, tradidit *Bald. in l. ex eo ff. de milit. teſt.* Videri autem poſſet, quod Doctor ſit perſonatus, quia Magiſter in Theologia alios præcedit ſedendo & loquendo. Et habet vocem in Capitulo Prouinciali, quam etiam habet Prædicator Generalis, Perſonatus autem, vt ex *Archid.* habet *Syl. v. Dignitas num. 3.* Eſt prærogatiua in Eccleſia ſine iuriſdictione, vt habere ſtallum honorificũ in choro, in capitulo, in optionibus, in prouiſionibus, & vocibus dandis. Verùm ſi nihil aliud addatur, nimis latè ſumitur perſonatus, & ſi ad perſonatũ ſufficit, quod quis inter alios ſui Ordinis habeat prærogatiuam, quilibet officialis in Religione erit perſonatus; ſed non ita eſt, quia dignitas, & perſonatus debent eſſe beneficia eccleſiaſtica, & beneficium eccleſiaſticum illud eſt, quod diſtinguitur in dignitatem, & perſonatum. Et in omni caſu *in cap. fin. de fil. presb.* vbi illegitimi decernuntur inhabiles ad dignitates, & perſonatus, accipitur perſonatus, vt eſt beneficium eccleſiaſticum, vt patet ibi. *Et alij non legitimè nati ad dignitates, & perſonatus, & alia beneficia curam animarum habentia ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ promouentur*, dictio enim *alia*, refertur ad dignitates, & perſonatus, vt ad ea, quæ ſunt beneficia, dum dicitur, *& alia beneficia*. Magiſterium verò in Theologia, ſeu Prædicatura Generalis non eſt beneficium. Et ideò ad tollendas huiuſmodi ambiguitates Sixtus Quintus in dicta conſtitutione expreſsè declarauit, quod illegitimi non ſint inhabiles ad magiſterium in Theologia, & ad munus docendi, *Ab officijs autem oneris, veluti Lectoris, Confeſſarij, ſtudiorum, & Sacræ Theologiæ Magiſtri, Regentis, Prædicatoris, verbi Dei, & cæteris huiuſmodi, immo etiam à voce actiua, à ſacris ordinibus ſuſcipiendis, ipſorumque miniſterio ipſos illegitimos nequaquam arcemus*. Vnde patet, quod de iure communi illegitimi non ſunt inhabiles ad magiſterium Theologiæ, vel ad munus docendi, aut prædicandi; vnde ex ſolo ſpeciali iure in Ordine Prædicatorum, vel in alio, vbi ſit ſimilis conſtitutio, illegitimi ſine diſpenſatione non poſſunt eſſe Magiſtri, & Prædicatores Generales.

162 Extenditur quartò, principalis aſſertio, vt Religioſi illegitimi nõ poſſint eſſe Vicarij Generales,

rales alicuius Epiſcopi ſine diſpenſatione. Quia Vicarius Epiſcopi eſt Iudex ordinarius, & habet ſuperioritatem cum honore, & quidem talem, quæ eſt ſupra Superiores ordinarios, nimirum ſupra Parochos. Ita *Rodriq.tom.1.q.13.art.13. Sanchez lib.5. in Decal.cap.5.num.16. Maiolus de irregul.lib.1.c.10. num.3. Sayrus de cenſ.lib.6.cap.1.num.3. Hieron. Rodriq.reſol.52.num.48. Peyr.in Pral.Relig. q.2.cap.5. num.135. Barboſ.ad cap.1.de Fil.presb. num.8. & de off. Epiſc.alleg.54.nu.14.* Immò addunt *Rodriq. & Sanchez*, quòd nec per Superiores Regulares poteſt Religioſus diſpenſari, vt ſi ſit illegitimus fiat Vicarius Epiſcopi; quia hæc eſt dignitas extra ordinem.

163 Extenditur quintò, etiam ad Moniales, vt ſcilicet Monialis illegitima non poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam, quoniam Abbatiſſa ſuo modo eſt Prælata, ſeu ſaltem habet ſuperioritatem cum honore; at verò illegitimi ſunt inhabiles ad prælationes, & dignitates, & ſuperioritates, *cap.1. & vlt. de filijs presbyt.* Et Sixtus V. dicta Conſt.71. Et ideo contra *Rodriq.tom.1.q.13. au.11.* aſſerentem nullam illegitimam indigere diſpenſatione, vt ſit Abbatiſſa, partem hanc tenuerũt, *Gloſs. in cap.Indemnitatibus, §. ſane, v.Canonica de elect.in ſexto.* & ibi *Monachus a num.6. Archid.n.3. Io.And. num.6. Dominicus n.7. Anchar.num.5. Franc. num.4.* Et in *cap.cum in cunctis 7. de elect. Panorm. Dec. Bellam num 36. Felin.cap meminimus num.4. de accuſat. Nauar com.2.de Regular.num.60. & in ſum cap.27. num.201 Ledeſm.2.par.4.q.26.num.2. Sayro de cenſ. lib.6.cap.11 num,3. Suarez de cenſ. diſput. 50. ſect.5. nu.15. & tom.4. de Relig. tract.8.lib.2.cap.6. ſumma confeſ. Mondos. Flaminius, Viuald* Probus, quos refert & ſequitur *Sanchez lib.5 in Decal.cap.5.nu.19. Sanctarel. & Bellet.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d.cap.1.n.7 de filijs presb.*

164 Extenditur ſextò, vt nedum publicus, ſed occultus illegitimus ad dignitates, & Prælaturas ſit inhabilis, *Donatus d.tract.5.q.24.num.7. Syln. v. irregul.q.20. Soto in 4.diſt.25.q.1.art.3. Nauar. c.27. nu.201. & cap.25.num.60. Sayr.de cenſ.lib.6. cap.10. nu.36. Henriq.lib.4 c.8.§.10. Azor.p.2.lib.6.c.3.q.23. Sigiſm.dub.69.n.1. Suarez.de cenſ.diſt.50.ſect.5. n.12. Portel.v.illegitimus, num.8. Sanctarel. Auila, Salzed. Bonac.* quos ſequitur *Peyr.d.q.2.c.5. n.128.*

165 Concluditur igitur Regulares illegitimos ad ſolas Prælaturas de iure communi eſſe inhabiles, & de reliquo eos ſine diſpenſatione poſſe eſſe Syndicos, Procuratores, Sacriſtas, Æconomos, lectores, Prædicatores, Magiſtros in Theologia Magiſtros Nouitiorum, Vicarios localium Superiorum Ordinariorum, & curam animarum habere ex delegatione amouibili ad nutum Superioris Ordinarii, & eſſe electores Prouincialium, aut Generaliũ. Solùm verò ſunt inhabiles ad Prælaturas, nimirum ad officia habentia ordinariam iuriſdictionem, & curam animarum ſimul cum honore, & dignitate, vel etiam vt ſint Vicarij ſupra Prælatos locales Ordinarios, *Syln. v.Pralatus q.3. Nauar. l.1.conſ.6.de fil.Presb. Peyrin.ad Conſt.2. Iulij 2.§.29.nu.91. & loco ſupracitato Lezana 1.p.cap.18.nu 62. Tambur.diſp.5. q.15.manuſcrip. Sanchez lib.5.in Decal.cap.5.n.16.* In ordine verò Prædicatorum hos illegitimos eſſe inhabiles etiam vt ſint Suppriores & Vicarij Priorum, & electores Generalis, & Magiſtri, ſeu Prædicatores Generales &c. vt dictum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Triplici ex cauſa illegitimus eſt dubius. n.166.*

2 *Expoſitos cenſendos eſſe illegitimos, qui teneantur num.167.*

3 *In obſcuris inſpicitur, quod eſt veroſimilius, & frequentius n.167.*

4 *Peregrini ob incertitudinem repelluntur ab ordine num.167*

5 *Pater exponens filium infamis, ſecundum aliquos. num.167.*

6 *Illegitimi dubij, vt ſunt expoſiti, non ſunt irregulares. n.168.*

7 Nullus *eſt irregularis niſi in iure expreſſus. numer.168.*

8 *In dubio ſumenda coniectura, quæ delictum excludat. n.168.*

9 *Onus probandi illegitimitatem reijcitur in aduerſarium. n. 168.*

10 *Satius eſt nocentem non punire, quam condemnare innocentem. n.168.*

11 *In præiudicium innocentis non ſumitur coniectura ab eo quod veriſimilius, & frequentius accidit. num.169.*

12 *Clerici peregrini quomodo admittendi. n.69.*

13 *Expoſitus non eſt infamis. 169.*

14 *In dubio facti extra caſum homicidij, ſecundum multos, nullus cenſendus eſt irregularis. numer 169.*

15 *Tunc eſt præſumptio illegitimitatis, cum eſt certa mater, & incertus pater. n.169.*

16 *Filius adulteræ non tenetur credere matri dicenti ſe illum non ex marito, ſed ex alio ſuſcepiſſe. num.170.*

17 *Etiam ſi conſtet de adulterio, & maritus tamen cohabitabat vxori n.170.*

18 *Etiam ſi adultera peperit extra domum mariti, & in loco ſuſpecto. n.170.*

19 *Poteſt, licet difficiliter, dari caſus, in quo filius teneatur matri credere dicenti ſe eſſe illegitimum. numer.171.*

20 *Nec matri, nec marito creditur natum ex vxore non eſſe mariti filium, ſi contra eorum dictũ ſunt graues præſumptiones, nimirum ſi natus de vxore habitus fuit vt filius ab vtroque, & de hoc fama habetur &c. n.172.*

21 *Vxore, & marito dicentibus natum ex vxore non eſſe legitimum, ſi dictum ſit grauibus indicijs munitum, vt ſufficiat extraiudicialiter etiam ad certitudinem moralem præſtandam, filius tenetur credere. n.173.*

22 *Teſtimonio ſolo mariti, & vxoris dicentium filiũ eſſe illegitimum non eſt credendum. n.174.*

23 *Tempus conceptionis incertum, niſi latum & longum ſumatur. n.175.*

24 *Mulier per 7. 8. 9.10.11.12.14.15. menſes poteſt portare prolem in vtero. n.175.*

25 *Vt natus ex muliere habente virum excludatur a legitimitate, probandum eſt illum tunc fuiſſe conceptum, cum non potuit eſſe conceptum ex marito. n.175.*

26 *Pa-*

Digitized by Google

26 *Patri, aut matri in præiudicium filij non eſt credendum, niſi probent. n.175.*
27 *Cap. tranſmiſſæ. Qui filij ſunt legitimi explicatur. n.176.*
28 *Vbi non conſtat aliquem eſſe natum ex vxore, creditur marito, & vxori, niſi in contrariũ vrgeant indicia grauia, & præſumptiones. n.176.*
29 *Soli matri dicenti ſe aliquem non genuiſſe, ſed ſuppoſuiſſe, non eſt credendum. n.176.*
30 *Filius ſuppoſitus non tenetur ſe habere vt illegitimum. n.176.*
31 *Filius vbi tenetur credere ſe eſſe illegitimum, tenetur ſe habere, vt irregularem. n.177.*
32 *Filius ex leuitate indicij practici credẽs ſe eſſe illegitimũ, tenetur ſe habere, vt irregularem. n.177.*
33 *Filius natus ex matrimonio in facie Eccleſiæ celebrato, licet nullo poſtea inuento, ſi parentes dicunt, ſe bona fide cõtraxiſſe, habendus eſt, vt legitimus. num.178.*
34 *Filius natus ex matrimonio in facie Eccleſiæ contracto, & nullo poſtea inuento parentibus, dicentibus, ſe ab initio mala fide contraxiſſe non tenetur credere, niſi id probent, vel dictum ſuum corroborent. n.179.*
35 *Delinquentium confeſſio non nocet tertio, niſi probetur. n.179.*
36 *Multo minus credendum eſt vni ex parentibus de mala fide vtriuſque coniugis deponenti. numer.180.*
37 *Filij parentum in vero matrimonio coniunctorum, ſed peregrinorum, habendi ſunt vt legitimi. num.184.*
38 *Quamuis non ſint ad ordines admittendi, niſi iuxta ſancitu in tit. de Clericis peregrinis. n.181.*
39 *Filij peregrinorum, qui certi ſunt ſe eſſe illegitimi, debent ſe habere vt irregulares. n.181.*
40 *Filij peregrinorum, qui ab eorum notitia habiti ſunt, vt legitimi, non tenentur credere parentibus poſtea dicentibus, ſe non eſſe coniugatos, ſed fornicarios. n.182.*
41 *Filij peregrinorum, non viuentium in figura matrimonij, non ſunt habendi vt legitimi. numer.182.*
42 *Si ex viro & muliere peregrinis vnus dicat inter ſe eſſe matrimonium, & alius neget, neutri credendum, & proles manet dubia. n.182.*
43 *Filius tamen eſſet manutenendus in quaſi poſſeſſione legitimitatis, ſi aliquam haberet. n.182.*
44 *In dubio filius habendus vt legitimus. n.182.*
45 *In dubio filius habendus vt naturalis non vt ſpurius. n.182.*

166 QVæritur decimoctauò. Quid dicendum de illegitimis dubijs, an ſcilicet cenſendi ſint irregulares, vel non? Quoniam verò nequit eſſe dubium de illegitimitate, ſi conſtet aliquem eſſe natum de muliere non habente virum; ideo ex ſola triplici cauſa poteſt eſſe dubiũ, an aliquis ſit illegitimus. Vel primo quia neſcitur ex qua matre & patre ſit natus: qualis eſt ſecretè expoſitus educandus in aliquo hoſpitali; vel quia conſtito de matre, non conſtet de patre, vel econtra quia conſtito de patre, & de matre, non conſtet de matrimonio, an ſcilicet pater & mater ſint legitimè coniugati; aut cum conſtet eos nulliter fuiſſe coniunctos, & matrimonium initum eſſe nullum, non conſtat an coniuges bona, vel mala fide contraxerint.

167 Loquendo autem de illis quorum pater & mater ignorantur, ſicuti vt plurimum ſunt expoſiti apud hoſpitalia, quorum parentes penitus ignorantur, & ideo dubium eſt, an ſint illegitimi, plures affirmant eos eſſe irregulares, & ſine diſpenſatione inhabiles ad hoc, vt promoueantur ad ordines, & dignitates. Et ratio eſt, quia in obſcuris inſpici ſolet, quod eſt veroſimilius, aut quod plerumque fieri ſolet, vt dicitur *lib.115. ff. de regul. iuris.* At verò certum eſt, quòd frequentiùs, & vt plurimum expoſiti ſunt ex fornicatione, adulterio, vel inceſtu nati, aut ſacrilegio; ſunt igitur habendi vt illegitimi, & irregulares. Secundo quia peregrini, & incogniti propter incertitudinem repelluntur, vt patet *cap. 2. de Cleric.* peregrinis; eadem igitur ratione repelli debent expoſiti, vel ex incerta matre nati. Tertio quia huiuſmodi cenſentur eſſe ex parentibus infamibus, nam & ex hoc infames ſunt parentes, quod filios proprios exponunt. Quarto quia in dubio filij cenſendi ſunt ſpurij, illi enim filij ſpurij ſunt, qui patrem certum demonſtrare non poſſunt, *l. vulgo concepti, ff. de ſtatu hom. &c.* & ideò hos expoſitos illis æquiparari docent, *Puteus deciſ. 455. par. 1. & Barboſa vetus in rub. ff. de ſolut. matr. par. 1.* Propterea *Anchar. in cap. vnic. de infantib. expoſ.* dubitat an huiuſmodi ſint irregulares, & abſolutè tales eſſe tenet *Maiolus de irreg. lib. 1. cap. 11. num. 1.* Et in hoc inclinat *Couar. l. ſi furioſus, par. 1. num. 4.* dicens, quòd conſuleret, vt non admitterentur expoſiti. Quod placet *Salzedo, ad Bernard. in pract. c. 14. lit. C.* & ſecurius eſſe concludunt, *Suarez de cenſur. diſp. 50. ſect. 4. num. 4. Rebell. de oblig. iuſt. par. 2. lib. 1. ſect. 2. n. 15. Reginald. in praxi lib. 30. numer. 77. Hurtado de cenſ. diſp. 2. diff. 14. num. 57. Caſtel. quotid. lib. 1. cap. 19. num. 51. Vgolin. de off. Epiſc. cap. 44. §. 7. Garz. de benef. par. 1. cap. 2. nu. 9. Seraphin. deciſ. 1081. num 3. Pax Iordan. lib. 10. tit. 18. nu. 30. & 31. Portel. v. illegit. in addit. num. 3.* Putat verò *Suarez* Epiſcopum poſſe in hoc caſu dubio diſpenſare. Quod tamen negat *Pax Iordan. num. 30.* aſſerens Epiſcopũ non poſſe cum his diſpenſare, niſi cum alijs illegitimis ad minores.

168 Sed contraria ſententia communior eſt tenenda, ſcilicet expoſitos, & vniuerſaliter eos, quorum parentes ignorantur, non habendos vt illegitimos, ideoque neque vt irregulares. Ratio prior eſt, quia nemo dicendus eſt irregularis niſi ſit expreſſum in iure, at verò expreſſum non eſt, quòd expoſiti ſint irregulares, neque ex iure Canonico deducitur. Nam immo regula iuris eſt, quod in dubio ſumenda ſit coniectura, quæ delictum excludat; at verò ij quorum parentes ſunt dubij, non poſſunt haberi vt illegitimi, niſi præſuppoſito delicto in eorum parentibus. Et quòd in dubio nullus habendus ſit vt illegitimus, habetur ex *cap. lator*, & ex *c. per venit. Qui filij ſint legitimi*; quia ibi onus probandi aliquem eſſe illegitimum reijcitur in aduerſarium; & tunc ſolùm ad filium ſpectat probare ſe eſſe legitimum, cum in contrarium extat publica fama. In dubio igitur, an aliquis ſit illegitimus,

mus;

Digitized by Google

mus, non eſt habendus, vt talis niſi probetur. Accedit alia iuris regula, quia, ſcilicet, ſatius eſt relinquere nocentem impunitum, quam innocentem condemnare, *l. abſentem, §. ſed neque, ff. de pœn.* vnde parcitur nocenti matri, donec filius innocens ſit natus. At verò ex expoſitis quàm plures ſunt ex legitimo matrimonio procreati, vnde ne iſti damnẽtur alijs eſt parcendum. Ampliùs vt ex *Henriq. l. 14. de irreg. cap. 8 §. 10. in com. lit.* K. refert *Peyr. in Præl. Reg. q. 2. cap. 5. num. 136. Gregor. XIV. anno* 1591. expoſitos non eſſe vt irregulares habendos declarauit.

169 Nec rationes oppoſitæ ſententiæ cogunt. Non quidem prima; quia in præiudicium innocẽtis non licet in dubio coniecturam ſumere ab eo, quod eſt veroſimilius, & plerumque ineſt; nõ enim aliquis priuãdus eſt bono ſuo, & poſſeſſione ex cõiecturis fallacibus. Non ſecunda: Tum quia non eſt eadem ratio de Clericis peregrinis, ſeu vagantibus, qui rationem ſui reddere poſſunt, & de expoſitis, qui vnde nati ſint non poſſunt oſtendere. Tum ſecundo, quia immò ex eo, quod de Clericis peregrinis eſt ſtatutum, vt non recipiantur tanquam ordinati, vel ad Superiores ordines non promoueãtur, niſi de eorum ordinatione conſter per legitima documenta; probatur hoc non eſſe dicendum de expoſitis; quia de illis nõ eſt in iure expreſſum, & irregularitas non incurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis, *cap. ſi quis, de ſent. excommunicationis.* Et eo magis, quòd Clericus peregrinus non habens literas teſtimoniales ſuæ ordinationis non eſt ſuſpẽſus, nec prohibitus ſimpliciter etiam promoueri ad Superiores ordines, ſed in fine *d. cap. 2.* additur, *præſertim antequam cõuerſatio eorũ fuerit approbata.* Ex quo habetur, quod vbi Epiſcopus conuerſationem Clerici peregrini approbauerit, quantum ſit ex vi dicti canonis poterit illos, vt ordinatos recipere. Nam & *cap. 3. eod. tit.* Sacerdos cuius ordinatio penitùs eſt ignota permittitur ſecretò celebrare. Tum tertiò, quia longè diuerſa eſt ratio de peregrinis, & de expoſitis; quia peregrini, & ſunt alterius diœceſis, & ſunt ignoti nedum quantùm ad parentes, ſed quantùm ad baptiſmum, & fidem, & morum honeſtatem; vnde ſi tales ordinari poſſent, de facili euenire poſſet, vt minùs idonei, & rudes. & ignari, & à ſuo Epiſcopo reiecti, & inhabiles, & indigni ordinarentur. Ideò iure merito prohibitum eſt, ne peregrini ordinentur, & nedum per Canones antiquos, ſed nouiſſimè per Concilium Tridentinum, ſtatutum eſt, vt nullus ſine literis dimiſſorijs in quibus eius probitas, & mores ab eius Ordinario commendentur, poſſit ab alio Epiſcopo Ordinari, vt patet *ſeſſ. 14. cap. 2. & 3. & ſeſſ. 23. cap.* 8. Sed expoſiti non ſunt alienæ diœceſis, vel incogniti, & non manifeſti, ſed de eorum baptiſmo, vita, & moribus, & ſcientia, proprio eorum Ordinario conſtare poteſt, & alias nullibi eſt determinatum, quod quia ſint expoſiti habendi ſint, vt illegitimi. Non tertia; quia quidquid ſit de parentum infamia, hæc non redundat in filios, neque propterea expoſitus innocens eſt infamis, quòd eius parentes illum expoſuerunt. Non quarta; quia illa lex loquitur vbi eſt certa mater, & incertus pater. In quo caſu ſi mater non habet, nec habuit virum, filius ſine dubio eſt illegitimus, ſed ſi habet virum, & nihilominus ignoratur, ſeu dubitatur de patre, is habendus eſt, vel non eſt, vt legitimus iuxta ea, quæ inſra dicuntur. At verò vbi etiam mater ignoratur, non poteſt dici illegitimus, vel vulgò conceptus cuius pater ignoratur, aliter omnes peregrini, & exteri, quorum parentes ignorantur habẽdi eſſent tanquam ſpurij. Et ita hanc ſententiam tenuerũt, *Felin. in cap. Cum deputati, num. 10. de iudic. Ananias in cap. 1. num 11. de infantib. expoſit. Rota deciſ.* 1300. *num. 7. coram Seraph. Palleoth. de nothis & ſpurijs, cap. 73. num. 3. & 7. Menoch. de præſumpt. lib. 6. c. 54. num. 10. & de arbitr. caſ. 396. Maſcard. de probat. concl. 799. Rodriq. to. 1. q. 13. art. 1. & q. 14. art. 3. Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap. 135. num. 31. & cap. 267. numer. 22. Homobon. de exam. Eccleſiaſ. tract. 12 c. 3. q. 11 ſupp. 3. Salas par. 2. tract. 8. diſp. vnic. ſect. 24. num. 246. Peſant. in add. ad 3. par. q. 20. diſput. 5. Malder. in par. 2. q. 19. ar. 5. diſp. 87. fin. Diana par. 2. tract. 1. Miſcell. reſol. 22. & par. 4. tract. 2. reſol. 58. Cherub. ad Conſt. 44.* Greg. *XIV. Baſil. Ponc. de matrim. lib. 11. cap. 9. Sanctarel. var q. 44. Peyr. in Præl. reg. q. 2. c. 5. n. 136. Bellet. de diſcipl. Cler. §. 3. nu. 24. Turrian. opuſ. 10. diſp. 5 dub. 3. Villal. tom. 1. diſp. 20. num.* 10. *Bermond. Girond. Orozco, Taſson. Mercer. Squillan. Marchin. Vulpe,* quos refert, & ſequitur *Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 1. num. 152. Campanil. rub. 11. cap. 13. num. 157. Sayr. de cenſur lib. 6. c 10. num. 39. Palaus tom. 2. tr. 13. diſp. 4. §. 1. num. 9. Henriquez ſupra citatus.* Et eandem vt probabilem tenent, *Suarez & alij ſupra citati.* qui tenent ſolum tutius eſſe huiuſmodi expoſitos petere diſpenſationem. Sed & in eadem ſententia ſunt illi, qui in vniuerſum tenent in dubio facti extra caſum homicidij, nullum eſſe cenſendum irregularem, nec etiam in foro externo quos plures referũt, *Sanchez lib. 1. in Decal. cap. 10. num. 48. Diana par. 3. tract. 5 reſol. 72. Ildephonſus Baptiſta p. 2. tom. 3. diſput. 209. dub. 12. num. 1317.* In praxi tamen tutius eſſe petere diſpenſationem, verum eſt, & indubitatum.

170 Eſt verò ſecũdus caſus, in quo eſt certa mater & matrimonium, quia certum eſt Titium eſſe filiũ Bertæ nuptæ in facie Eccleſiæ Sempronio, ſed incertum eſt, an Titius fuerit ſuſceptus ex adulterio. In hoc vero caſu hoc eſt certum, quòd Titius non tenetur credere ſoli Bertæ matri etiam iuranti, etiã in articulo mortis conſtitutæ, dicenti ſe concepiſſe Titium ex adulterio, etiam ſi aliũde poſſit de adulterio conſtare. Ratio eſt; quia vbi de adulterio matris non cõſtet, ipſa Berta mater eſt teſtis vnicus & quidem patiens exceptionem conditionis muliebris, & infamiæ, cum ſe adulteram fateatur. Quod fortius erit verum, ſi adſint aliæ præſumptiones Bertam mendacij arguentes, & eius dictum falſum comprobantes, maximè ex eo, quòd ipſa Titium odio habeat, vel alios filios præferre deſideret. Sed etiam ſi conſtet de adulterio, ſi Berta tempore cõceptionis cohabitabat marito, nec ipſa Berta poteſt ſcire ex cuius cõmixtione conceperit, vnde neque in hoc poteſt eſſe teſtis informata de facto, vt ei Titius teneatur credere. Et ideò niſi aliunde Titio conſtet ſufficienter nedum matris adulterium, ſed quòd mater illum non potuit concipere ex marito, vt quia maritus tunc abſens erat per multum tempus, vel longa erat infirmitate reddente eum incapacem ad generationem detentus, vel alio ſimili modo id appareat, nõ tenetur filius matri credere, ſe eſſe illegitimum, *l. filium 6. l. 1. tit. 6. ff. de*

his

Digitized by Google

bis qui ſunt ſui, vel alieni iuris. & ibi *Iuriſtæ communiter.* & *arg ex cap officij noſtri 9. de Pœnit. & remiſſion.* & ibi *Panorm. num.3.* Vbi quod quàmdiu filius potuit generari ex marito, nunquam præſumitur ab alio generatus, etiam ſi probaretur adulterium eo tempore per mulierem cõmiſſum, vel quòd mulier pepetit extra domum mariti etiam in loco ſuſpecto, vt in *l. miles §. defuncto, ff. de adulter. Nauar. cap.27. num.201. Soto l.4. de iuſt. q.7. art.2. ad ſecundũ, Conar. reg. peccatum 1. par. num.3. & 6. Maiol. l.1. c.7. num.3. Caſtro l.2. de lege pœnal. cap. vlt. concl.3. Gutier. canon. l.1. c.38. num.30. Menoch. de arbit. caſ.89. num.28. Mant. de coniect. vlt. volunt. l.2. tit.14. nu.87. Leſſ. de iuſt. l.2. c.10. dub.7. num.51. Pax Iordan. lib.10. tit.18. num.23. Peyr. in Præl. q.2. cap.5. n.129. Layman. l.3. trac.3. p.3. cap.14. num.1.* & eadem ratione filius non tenetur credere, rumori, aut infamiæ publicæ niſi ſibi conſtet de ſua illegitimitate, *Peyr. nu.129.* Neminem enim ex ſola fama, immò nec ex fama cum vno teſte poſſe illegitimũ iudicari ex *Bald. & Dec.* tenuit *Rota coram Puteo dec.77. nu.8. lib.2.*

171 Nihilominùs dari poteſt caſus talibus circumſtantijs fultus, quod poſſit obligare filium ad credendum matri dicenti ſe eſſe illegitimum, quod tamen difficile valde eſt, vt eueniat. Sed quid dicendum ſi marito notum etiam ſit adulterium mulieris, & maritus aſſerat tempore conceptionis ſe abſtinuiſſe ab vxore? Tunc profectò duorum teſtimonium videri ſufficere affirmat, *Suarez de cenſ. diſp.50. ſect.4. num.7.* & poteſt probari ex illis verbis, *cap. transmiſſæ 3. qui filij ſint legitimi. In tali caſu ſtandum eſt verbo viri, & mulieris.* Sed *Panor. in cap. per tuas 10. de probat. num.3.* ſentit, quòd ex quo quis natus eſt in domo mariti ex vxore ſua, adeo præſumitur filius mariti, vt non admittatur volens illum dicere ſuum non eſſe filium, niſi probet tempore conceptionis filij non concubuiſſe, cum vxore, vel propter abſentiam, vel infirmitatẽ, vel aliquid aliud, *d. lege filium, ff. de his, qui ſunt ſui &c. & l. ſi vicinis. C. de nupt.* Filius enim præſumitur, qui de alicuius vxore eſt genitus, *Nauar. conſ.1. n.5. de fil pres.* De qua præſumptione, & eius efficacia, & quomodo valeat nedum quoad quaſi poſſeſſionem, ſed quoad proprietatem, videri poteſt, *Menoch. de arbitr. cent.1. caſu 89.* Sed dicitur, quod triplex caſus poteſt hic diſtingui.

172 Primus eſt in quo contra dictum vtriuſque ſunt indicia grauia, & præſumptiones efficaces, vt v.g. iuxta *Gloſs. in d. cap. transmiſſæ, v. indicijs,* ſi parentes eum habuerunt tanquam filium, & ipſe eos tanquam parentes, & maximè ſi accedat fama publica, vel ſimiles aliæ coniecturæ æquiualentes contra parentum teſtimonium, maximè cum teſtimonium matris adulteræ exceptionem magnam patiatur. Et in hoc caſu non creditur nominationibus parentum, nec per eorum teſtimonium probatur eum eſſe illegitimum, quem conſtat eſſe natum de vxore mariti, & præcipuè in mariti domo, *Conar. 2. par.4. cap.8. §.3. nu.2. Suarez vbi ſupra.* Nam & multùm valere ad probandum filiationem famã viciniæ tradunt, *Conar. vbi ſupra num.10. Paleotb. de noth. & ſpur. cap.12. num.2. Menoch. de arbitr. caſu 79. num.86. Maſchard. de probat. concl.79. nu.86. Rota deciſ.273. n.11. p.4. diuerſ. Barboſa ad d. cap. transmiſſæ, num.2.*

173 Secundus caſus eſt in quo dicta patris & matris fulta ſunt alijs indicijs, & probationibus, vt quia probari poteſt ex circumſtantijs filio bene notis, quod ipſe vxoris filius non potuit eſſe conceptus à marito. Et in hoc caſu licet illæ circumſtantiæ non poſſent coram iudice probari, ſi conſtarent filio, tunc teſtimonia matris, & patris talibus fulta adminiculis & coniecturis ſufficerent, vt cogerent filium in conſcientia ad credendum ſe eſſe illegitimum. Quia vbi omnibus penſatis & ſuppoſito dicto matris vlterius teſtimonium patris eſſet talibus veſtitum circumſtantijs, vt iudicio prudentis facerent rem moraliter certam, teneretur filius credere & ſe habere vt illegitimum. Et in hoc bene ſentiunt, *Conar. & Suarez,* & non diſſentit, *Panorm.*

174 Tertius caſus ſit in quo teſtimonia, patris, & matris nec indicio aliquo graui adiuuentur, nec etiam graui præſumptione in contrarium infirmẽtur, licet pro vna & altera parte ſint coniecturæ aliquæ. Et in hoc caſu, nec in ſoro fori, nec in ſoro conſcientiæ teſtimonia patris, & matris ſufficiunt ad probandum filium natum de vxore patris eſſe ſpurium. Probatur hoc primò, quia in hoc caſu pater, & mater non ſunt teſtes omni exceptione maiores, cum mater ſit nedum fœmina, ſed adultera, & infamis.

175 Sed probatur ſecundò. Nam primo tempus conceptionis filij eſt valde incertum, cum nec certo & determinato tempore proles geſtetur in vtero matris, ſed aliquando per ſeptem, aliquando per octo, aliquando per nouem, & immò aliquando per decem, per vndecim, per duodecim per 14. menſes, de qua varietate videri poſſunt, *Ariſ. lib.7. de his t. anim. c.4. & lib.4. de generat. anim. et ſect.10. probl.40. Hippocr. de ſept. & de octan par. Gal. claſ.1. in lib. iſag. Gel. l.3. cap.16. Ouid. 2. Faſt. Plin. l.7. c.5. Bonac. in Aenead. muliebri. cap.8. Petr. Gregor. lib.10. Synt. cap.4. & l.9. cap.26. Homer. Odiſs.11. D. Ambr. l.5. Hexam. cap.10. Maiolus l.1. de irreg. cap.7.* Vnde *P. Greg. loco citato,* cenſet filios natos 7.8.9.10.11.12.13. menſe poſt mortem patris, legitimos cenſeri poſſe, ſi de pudicitia matris non dubitetur, quod & approbat, *Peyr. in Præl. regul. q.2. cap.5. num.130.* Nam & fuiſſe mulierẽ, quæ partum retinebat iam quindecim menſibus & diebus 20. & ad orationem Sancti Malachiæ peperiſſe, refert S. Bernardus in vita eiuſdem Sancti. Quamobrem incertum eſt tempus conceptionis, & partus, & per quot menſes proles geſtetur in vtero matris, & adhuc horum menſium dies non ſunt determinati: nam & licet communiter mulieres pariant nono menſe, non eſt certum & determinatum, an menſe inchoato, vel medio, vel completo emittant prolem. Et alias ſigna etiam prægnantiæ valde ab initio incerta ſunt, & multùm dependentia à dicto matris, vnde in illius fidem reducuntur. Et propterea tempus conceptionis filij eſt incertum valde, niſi latum, & longum accipiatur. Vel ergo pater in hoc tempore incerto vſus eſt vxore, vel non eſt vſus. Si eſt vſus, non poteſt eſſe certus de illegitimitate prolis, quia poteſt eſſe ſuſcepta ex eius ſemine: quod ſi mater de hoc fidem facere velit & dicere ſe concepiſſe ex adultero, ei non eſt credendum, tum quia nec ipſa de hoc certa eſſe poteſt. Tum quia fœmina, & adultera, cuius dictum exceptiones patitur. Tum quia iam non eſſent duo teſtes, ſed vnus, ſcilicet mater,

nam

nam pater ex dicto matris loqueretur; pater ergo ſolùm poteſt teſtificari de re iſta tanquam de negotio informatus, ſi toto tempore conceptionis ſumpto, eoque dilatato taliter ac tantùm, vt certum ſit mulierem in eo ſolo tempore concepiſſe, ipſe verè non eſt tunc vſus vxore, & in eo tempore ipſa non potuit ex ſe concipere. Et ſic duo neceſſaria ſunt ad hoc vt pater teſtificetur tanquam informatus de negotio. Primùm quòd per aliquod tempus non ſit vſus vxore, ſecundum quòd mater extra illud tempus non potuit concepiſſe, ſed prolem quã geſtat, vel peperit neceſſariò ex copula habita infra illud tempus concepit. Sed hoc dato, ſi hoc eſt euidens & publicum; iam non ſumus in hoc tertio caſu, ſed in ſecundo, & dictum patris iam ex publica atteſtatione firmari poterit, ſed immò & prolem illam eſſe illegitimam publicum erit. Sed ſi id non eſt publicum, vel pater ſtatim, ac habuit certam notitiam, vel prægnãtiæ vxoris, vel natiuitatis prolis illam recuſauit vt ſuam, vel non. Si enim eam recuſauit, iam proles nunquam fuit in poſſeſſione filiationis quantũ ſit ex parte talis patris. Et tunc ſi etiam mater confeſſo adulterio diceret, ſe non ex marito, ſed aliunde prolem ſuſcepiſſe, adhuc in præiudicium filij, eis in hoc caſu non eſſet credendum, niſi probarent illa duo, ſcilicet quòd proles fuit concepta tali tempore, & quód tali tempore maritus non eſt vſus vxore. Iam enim proles eſt abſolutè in poſſeſſione legitimitatis, quia eſt in poſſeſſione prolis conceptæ & natæ ex muliere habente virum; nec matri, aut patri credendum eſt in prolis præiudicium niſi dictum probent, vt bene aſſeruit, *Panorm. ex lege Filium*, & cõmuni ſententia Iuriſtarum. Et ita etiam in foro conſcientiæ, niſi teſtimonium parentum comprobaretur ex adiunctis circumſtantijs, ex quibus illa duo manifeſta eſſent, non teneretur filius credere illis in ſui præiudicium, & poſſet ſe contra illum defendere, & ſuam poſſeſſionem propugnare. Quod ſi pater ſtatim, ac habet notitiam conceptionis, vel natiuitatis prolis illam non reijcit, vt ſpuriam, ſed admittit vt legitimam, & vt talem habet, & tractat per aliquod tempus. Multò magis non eſt ei credendum, niſi probet; qui iam pro prole facit, quod ſit poſſibile eam fuiſſe conceptam ex ſemine mariti, & ex conſequenti eſt incertum marito an eius, vel alterius ſemine concepta ſit, nec maritus teſtificatur de re ſibi nota. Non enim eſt veriſimile, quòd ſi fuiſſet impoſſibile eam fuiſſe conceptam ex ſemine mariti, maritus illam ſuſcepiſſet vt ſuam, & vt legitimam; in hoc ergo caſu multo magis incũbit marito excludente prolem vxoris, vt probet illam non fuiſſe ex ſuo ſemine ſuſceptam, quia tunc ſuſceptam cum ille non fuit vſus vxore. Vera igitur eſt ſententia Panormit. quòd ad excludendum filium natum ea vxore non ſufficiunt dicta mariti & vxoris, ſed ad illos pertinet probare, filium illum non potuiſſe fuiſſe conceptum, ex ſemine mariti.

176 Nec in oppoſitum facit *text. ad cap. tranſmiſſæ, qui filij ſint legitimi*, quia caſus illius, *cap.* eſt longè, ac longè diuerſus. Filius enim de quo controuerſia erat ibi, natus fuerat tempore concubinatus mariti, & vxoris, nec erat quæſtio de legitimitate filij, ſed de ſubſtantia natiuitatis. Nam ſi ex muliere illa fuiſſet natus, iam conſtitiſſet illum filium ex ſubſequenti matrimonio inito inter illos concubinarios fuiſſe legitimum. Sed tunc etiam mater negabat ſe illum peperiſſe filium, & de hoc non conſtabat. Et in hoc, & ſimili caſu dicit textus, ſtandum eſſe dictis patris, & matris, niſi aliunde contrarium conſtet. Tunc enim duo illi coniuges dicebant ſe ex charitate illum iuuenem, de quo erat quæſtio, intra domum, ſuam aliunde natum recepiſſe, & illum aluiſſe. Vbi ergo lis eſt de ſubſtantia natiuitatis, & an filius ſit conceptus & natus ex vxore, vel non, creditur marito & vxori, niſi aliud conſtet. Et nihilominùs ſi natus ſit in poſſeſſione filiationis ex vxore, quia eſt habitus vt filius, & ipſe habuit vxorem & maritum vt parentes, & de hoc eſt fama publica, & publica euidentia, non eſt credendum parentibus negantibus illum eſſe filium, vt tradit *Gloſs. in d. cap. tranſmiſſæ*. Multò autem minùs in tali caſu credendum eſt ſoli matri dicenti ſe non illum genuiſſe, ſed illum ſuppoſuiſſe. Nec valet, quod habet, *Suarez num.*8. quia ſcilicet licet dictum matris ſit vnius teſtimonij, tamen cum talibus circumſtantijs eſt vehemens; quia mater non negat verum filium, niſi aliunde conſtet de odio erga illum, vel amore nimio erga aliũ. Quia ſufficit, quod hoc odiũ, & hic amor poſſint adeſſe; nec ad exturbandum vnũ à poſſeſſione filiationis habitæ per annos, & tempora ſufficit vnius mulieris dictum. In hoc tamen caſu etiam ſi filius crederet matri, dicenti ſe eſſe filium ſuppoſitum, non per hoc teneretur ſe habere, vt illegitimum, & irregularem; ſed de eo dicendum eſſet cum maiori ratione, quod dictum eſt de expoſitis; quia frequentiùs accidit, vt filij ſuppoſiti ſint legitimi. Sed ſi mater diceret etiam illum eſſe illegitimum, per ſe non tenetur illi credere, niſi dictum eius roboretur indicijs vehementibus & cogentibus ad credendum. Sed in noſtro caſu euidens eſt, & non controuerſum prolem eſſe editam ex vxore, & cõtrouertitur, an proles ſit concepta ex ſemine mariti, vel alterius; vnde proles eſt in poſſeſſione filiationis vxoris; ideoque & præſumptiuè eſt in poſſeſſione legitimitatis, niſi aliud conſtet, & pateat; ideo ſi aliud publicè non conſtet, incumbit onus probandi illis, qui talem filium à legitimitate excludere volunt. Si quis enim eſt in poſſeſſione filiationis, non debet excludi ab hæreditate, vel a iure filiationis ex ſola negatione parentum, vt docet *Panorm. in d. cap. tranſmiſſæ, num.*4.

177 Verùm quid dicendũ in ſimilibus caſibus, ſi filius credat matri dicenti ſibi, ſe non eſſe filium mariti ſui, ſed alterius? Talem ſe habere debere, vt illegitimum, ideoque, & vt irregularem tradunt, *Panorm. in d. cap. Officij 9. de pœnit. num.*5. *Soto & Suarez Pax Iordan. Peyr. num.*129. *locis citatis.* Sed non diſcedendo ab hac ſententia diſtinguendum puto declarationis gratia. Vbi enim filius teneatur credere, certum eſt, quod tenetur in conſcientia ſe habere, vt illegitimum, & irregularem ſiue credat, ſiue non credat, quia de facto eſt talis qui ſe illegitimum credere debet. Sed vbi filius ex leuitate credit, quia non tenetur credere, diſtingui debet de fide, vel ſpeculatiua, vel practica. Poterit enim eſſe, quod talis omnibus penſatis magis inclinet, vt teneat ſe eſſe illegitimum, & in corde ſuo ſpeculatiuè ſic ſentiat, ſed quia liberè ſic credit, & non tenetur ſic credere, poteſt practicè ſe

non credere talem, quia practicè non vult vti notitia& iudicio, quod liberè habet, ſed oppoſito, quod non prohibetur habere, *Peyrin. vbi ſupra*, *ex SanΩarel. Suarez, & Nauar. conſ. 1. num. 5. de filijs presbyt.* Sed ſi præciſè credat ſe eſſe illegitimum, licet hoc ſit ex leuitate, peccat ſine dubio, ſi non ſe gerat vt irregularem, & abſtineat ab ijs, ad quæ eſt impeditus ex irregularitate.

178 Tertius caſus principalis erat, quando filij certi ſunt parentes, ſed eſt incertum matrimonium inter illos. Quod poteſt contingere dupliciter, vel quia matrimonium inuentum eſt nullum, & eſt incertum an ab initio fuerit bona fide contractum. Secundum eſt quando eſt incertum, an vir & mulier ſint matrimonio coniuncti, vt quia ſunt peregrini, & incogniti, ſed tamen verè ſunt legitimè coniugati. Si dubium ſolum eſt de bona fide parentum tempore cõceptionis filij, dicitur primò, quòd regulariter loquendo ſtante aſſertione parentum dicentium ſe tunc fuiſſe in bona fide, & crediſſe eſſe validè coniunctos, filius habendus eſt vt legitimus: & probatur ex *cap. peruenit 11. qui filij ſint legitimi*, nam vt docent, *Panorm. ibi nu. 1. & Couar. 2. p. 4. cap. 8. §. 3. num. 1.* ad probandum aliquem illegitimum non ſufficit probare matrimonium inter parentes fuiſſe nullum, ſed fuiſſe mala fide contractum; mala autem fides parentum non præſumitur, niſi probetur. Ideò vbi parentes in facie Eccleſiæ publicè contraxerũt, ſufficit ad hoc, vt filij habendi ſint legitimi, niſi poſt detectum impedimentum, parentes iam in mala fide conſtituti filium procreauerint.

179 Sed ſi parentes fateantur ſe mala fide contraxiſſe, *Suarez dicta ſect. 4. numero.* ait, quòd hæc eſt violenta probatio, & ſufficiens ad hoc, vt filius in conſcientia teneatur ſe habere, vt illegitimum. Sed hoc non credo, niſi aliunde probetur; quia delinquentium confeſſio valet contra illos, ſed non valet contra tertium innocentem, niſi ſit adminiculata. Si ergo mala fides contrahentium ſit purè mentalis, nec eius ſit externum indicium in quo reluceat, & ex quo probari poſſit, confeſſio ſola parentum, qui iam ex eorum confeſſione ſunt delinquentes fornicarij, & ſacrilegi, non ſufficit ad hoc vt præiudicet externæ poſſeſſioni filij, qui in facie Eccleſiæ eſt natus ex matrimonio bona fide contracto, & cum ſolemnitatibus neceſſarijs.

180 At ſi ex parentibus vnus ſolus aſſerat malam fidem, multò minùs præiudicat filio, nec ex vi talis aſſertionis habendus eſt vt illegitimus, niſi aliunde dictum illius parentis corroboretur.

181 Verùm in alio caſu, in quo non eſt dubium de ſola mala fide, ſed de ſubſtantia matrimonij, vt quia filius eſt natus ex parentibus peregrinis; & ignoratur, an ipſi in facie Eccleſiæ legitimum matrimonium contraxerint. Dicitur, quòd ſi in rei veritate parentes legitimè alicubi in facie Eccleſiæ contraxerunt, filij eorum nullibi ſunt illegitimi, nec vt tales habendi ſunt, eorum parentibus in figura matrimonij viuentibus; quia non debet præſumi, vel delictum, vel dolus, & fraus in aliquo ſine cauſa. Quamuis iſti filij ſi non habeant teſtimonia baptiſmi ſuſcepti, & quòd ſint de legitimo matrimonio nati, quantùm ad ordines ſuſcipiendos tractandi ſint iuxta ea, quæ decernuntur, *tit. de Clericis peregrinis*, & præcipuè *cap. 2. & 3. & iuxta determinata in Concil. Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. & 3. de reformat. & ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.* Si verò parentes verè non ſint legitimè coniuncti, & nihilominùs viuunt in figura matrimonij, filij adhuc non ſunt habendi, vt illegitimi; quia cum eorum parentes habeantur, vt legitimi coniuges, filij etiam habendi ſunt vt legitimi. Et tamen ſi filij veritatis eſſent conſcij, eſſent & verè illegitimi, & verè irregulares, & in conſcientia deberent ſe habere, vt irregulares. Sed ſi coniuges eſſent veri coniuges, & tamẽ publicè non dicerent ſe tales, vel cum filijs mentirentur, & negarent ſe coniuges eſſe. Si hoc eueniret poſtquàm antea ſe habuerunt vt coniuges, & poſtquam filij ex hoc fuerunt in poſſeſſione legitimitatis, non tenerentur filij credere illis, niſi meliùs dicta confirmarent, & talibus circumſtantijs eorum dictum probaretur, vt moralem certitudinem haberet.

182 Et hoc verum, eſt etiam ſi illi non eſſent veri coniuges, ſed tamen per multum temporis tales ſe dixiſſent, & in figura veri matrimonij vixiſſent. Vnde filij eorum coram gentibus eſſent in poſſeſſione famæ filiorum legitimorum. Si enim poſtea parentes mutata lingua faterentur ſe non eſſe coniuges, cum ſimul faterentur ſe fornicarios, & mendaces, & falſarios, eorum confeſſio valeret contra eos, ſed non in præiudicium filiorum exiſtentium in poſſeſſione legitimitatis. Sed ſi filij naſcerentur ex parentibus non ſe habentibus vt coniugatis, ſed vt ſolutis, & de fornicatione non erubeſcentibus, etiam ſi parentes eſſent verè coniugati, filij ſubderẽtur infamiæ illegitimorũ, & vt illegitimos ſe habere deberent, donec illis conſtaret eſſe ex legitimo matrimonio natos. Sed ſi ex parentibus alter tantùm negaret ad fuiſſe matrimonium, alio id affirmante, neutri illorum credendum eſſet, & proles eſſet dubia, & potiùs ſe habere deberet, vt legitima; quia in dubijs fauendum eſt innocenti. Sed tunc conſiderandæ eſsent circumſtantiæ. Et vlteriùs ſi filius apud aliquos eſset in quaſi poſseſſione legitimitatis, in ea eſset manutenendus. Vnde tandem concluditur, quòd in dubio filius habendus eſt pro legitimo, quod adeo verum eſt, vt ſi ſit dubium etiam, an filius illegitimus ſit naturalis, aut ſpurius, pro naturali, & non ſpurio habendus ſit. Tum quia debet ſumi præſumptio, quæ excludat delictum, *l. merito, ff. pro ſocio*. Tum quia magis præſumendum eſt honeſtum, quàm inhoneſtum. *cap. eſtote de reg. iuris. Bald. tom. 1. conſ. 448. num. 4. SanΩarel. var. q. 24. num. 20. Peyr. in Præl. q. 2. cap. 5. n. 123.*

S V M M A R I V M.

1 *Pontifex poteſt diſpenſare ſuper irregularitate ex defectu natalium. n. 183.*

2 *Epiſcopus ſuper hac irregularitate diſpenſat ad ordines minores, & beneficia non curata. n. 184.*

3 *Diſtinctionem illegitimi in naturalem, & canonicum non omnes admittunt. n. 185.*

4 *Filius natus ex coniugibus poſt matrimonium, altero eorũ in Sacerdotem ordinato, vel altero, aut ambobus Religionem profeſſis, eſt vere legitimus. n. 185. 186.*

5 *Huiuſmodi filius eſt irregularis. n. 186.*

6 *Filius*

Filius natus ex coniugibus quorum vnus matrimonio nondumconſummato profeſſus eſt Religionem eſt illegitimus.n.187.

7 *Epiſcopus non poteſt ad ordines maiores, & beneficia curata diſpenſare cum eo, qui natus eſt ex marito ſacerdote.& eius vxore.n.188.*

In cap.literas de fil.presbyt. non conceditur facultas Epiſcopo diſpenſandi ſuper irregularitate nati ex coniuge ſacerdote. n.188.

9 *Papa diſpenſans ad ordines, intelligitur diſpenſare ad ſacros, ſi petcus eſt initiatus minoribus. numer.189.*

10 *Epiſcopus cum illegitimo bona fide ordinato ad ſacros ordines non poteſt diſpenſare, vt ordinibus vtatur.n.190.*

11 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt ordinatus à non ſuo Epiſcopo miniſtret in ordine ſuſcepto. numer. 190.*

12 *Epiſcopus cum illegitimo occulto non poteſt diſpẽſare, vel vt promoueatur ad ſacros ordines, vel vt in eis miniſtret.n.191.*

13 *Diſpenſatus ad ordines non eſt diſpenſatus ad beneficia.n.192.*

14 *Diſpenſatio ſtricti iuris, non ſe extendit ad non expreſſa,& ſeparata. n.192.*

15 *Epiſcopus ad ſola beneficia ſimplicia diſpenſat, illegit.n.193.*

16 *Diſpenſatus ad beneficia, intelligitur diſpenſatus ad ſimplicia.n.193.*

17 *Diſpenſatus ad beneficium, non poteſt obtinere plura beneficia. n.193.*

18 *Epiſcopus non diſpenſat ad plura beneficia. numer.194.*

19 *Epiſcopus non diſpenſat ad dignitates,& perſonatus. num.195.*

20 *Facultas diſpenſandi quomodo latè interpretanda. num.196.*

21 *Epiſcopus nunc nec diſpenſat illegitimos ad Canonicatus in Cathedralibus. n. 196.*

22 *Per ſe etiam nunc diſpenſat ad Canonicatus. numer.197.*

23 *Epiſcopus ad Canonicatum in Cathedrali poteſt diſpenſare illum, qui eſt diſpenſatus ad ordines ſacros.n.197.*

24 *Epiſcopus diſpenſat illegitimũ; ad beneficium ſimplex, habens annexum beneficium curatum, ſi tamen beneficiatus in beneficio annexo non exercet, nec exercere poteſt curam animarum, niſi per Vicarium à ſe nominatum. n.198.199.*

25 *An contra conſuetudinem, vel ſtatutum Epiſcopus diſpenſet.n.200.*

26 *An promotio facta à Papa non facta mentione, ſtatuti in contrarium valeat. n.200.*

27 *Epiſcopus non poteſt per ſtatutum legitimare illegitimos ad ordines minores.n.200.*

28 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt filius immediatè ſuccedat patri in eodem beneficio. numer.201.*

29 *Epiſcopus confirmatus, licet non conſecratus diſpẽſat irregularem ad beneficia ſimplicia, & ordines minores.n.202.*

30 *Prælati habentes iuriſdictionem veluti Epiſcopalem. n.202.*

31 *Vicarius Capitularis.n.202.*

32 *Epiſcopus cum quolibet illegitimo diſpenſat ad beneficia non curata,& ſacrum ordinem non requirentia.n.203.*

33 *Epiſcopus difficilius debet diſpenſare cum illegitimo ex ſacrilegio,&c.n.203.*

34 *Poteſt, ſed non decet Epiſcopũ diſpenſare cum proprio filio illegitimo.n.204.*

35 *Epiſcopus ſe ſolo ſine Capitulo poteſt diſpenſare cũ illegitimo.n.205.*

36 *An Epiſcopus in caſu neceſſitatis poſſit diſpenſare ad ordines ſacros. n.206.*

QVæritur decimononò, qualiter Epiſcopus poſſit, vel non poſſit diſpenſare ſuper irregularitate hac ex defectu natalium?

183 Poſſe Pontificem diſpenſare cum illegitimis, vt promoueantur ad ordines, & ad dignitates, & prælaturas indubitatum eſt; ideò hoc tanquam certo ſuppoſito, quæritur qualiter Epiſcopus ſuper hac irregularitate poſſit diſpenſare.

184 Eſt autem, & in hoc certa aſſertio, quòd ſcilicet Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper hac irregularitate in ordine ad ordines minores, & ad beneficia curam animarum non habentia, non verò ad ordines ſacros, vel ad beneficia curata: ſic enim expreſsè decernitur *in cap. Is qui, p. de fil. presbyt. in 6.*

185 Primò verò quidam limitant hanc aſſertionem, vt non valeat de illegitimo canonico, ſed ſolùm de illegitimo naturali. Vocatur illegitimus naturalis ille, qui non eſt ex legitimo matrimonio conceptus; dicitur verò illegitimus de iure canonico, qui eſt ſuſceptus de legitimo matrimonio, ſed tamen de viro ſacerdote, vt v.g. ſi coniuges voneãt caſtitatem, vnde vir poſtea ordinetur ſacerdos, & nihilominus iterum cognita vxore ex ea concipiat filium, tunc hic filius erit ex legitimo matrimonio, & tamen erit illegitimus iuxta ius canonicum; quia genitus ex marito,& vxore, qui ex vi voti ſolemnis caſtitatis prohibiti erant ab vſu nuptiarum. Poſſe igitur Epiſcopum diſpenſare cum huiuſmodi filio ad ſacros ordines ſuſcipiendos, tenent aliqui ex *cap. literas 14. de filijs presbyterorum*, in quo Papa de ſimili filio illegitimo loquens, ait, *permittimus eum ordinari in clericum, &c.* Hoc verò negat *Suar. de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 2.* Sed conſiderandum primò, quòd non omnes admittunt hanc diſtinctionem illegitimi naturalis,& canonici: licet enim multi exiſtiment, quòd filius viri poſt matrimoniũ ordinati ad ſacerdotium, & ab eo iam ſacerdote de propria vxore ſuſceptus, & eadem ratione filius de vxore iam profeſſa in Religione à proprio viro habitus, vel econtra à viro eodem modo poſt conſumatum matrimonium profeſſo in aliqua Religione ex ſua vxore generato, ſit illegitimus: ſic enim *ad d. cap. literas*, tenent *Archid. notab. 1. Henric. Neuo in cap. tua el. 2. num. 9. de iure iurando. Hoſtien. in ſum. tit. de fil. presb. §. qui filij num. 5. Syluеſ. v. illegitimus. q. 4. Paleoth. de nothis, & ſpurijs cap. 10. num. 4. Henriq. l. 11. cap. 20. num. 1. Portell. v. illegit. in addit. nu. 1. Palans tom. 2. tract. 13. diſp. 4. p. 1. §. 1. num. 4.*

186 Abſolutè tamen dicendum eſt, huiuſmodi filium non eſſe illegitimum ſimpliciter, ſed ſolùm ad inſtar, & ſecundum quid; quia eſt irregularis ad inſtar illegitimorum, ex defectu incontinentiæ in parentibus. Non enim in *d. cap. literas*, vel alibi in iure filius huiuſmodi dicitur illegitimus, ſed bo-

nè ex eo capite colligitur, quod eſt irregularis, & non poteſt ſine diſpenſatione promoueri ad ordines, & beneficia. Nullibi tamen de tali filio dicitur, quod ſit inhabilis ad ſucceſſionem hæreditatis parentum, vel ad alios honores, quod tamen dicendum eſſet, ſi eſſet illegitimus: huiuſmodi igitur filius eſt aliqualiter modaliter illegitimus, quia irregularis ex ſimili ratione, ob quam irregularis eſt illegitimus, ſcilicet ex defectu paternæ incontinentiæ, verùm ſimpliciter, & verè; eſt filius legitimus, vt volunt *Gloſſ. in dict. cap. literas ver. legitima. Hoſtien. ad fin. ver. permittimus. Ioan. Andr. numer. 6. Panormitan. numer. 4. fin. Anton. num. 2. Cardin. q. 1. fin. Rayner. ſum. tit. de fil. presb. §. ſed pone. Aſten. ſum. 2. p. l. 6. t. 22. n. 3. q. 5. Maiolus de irregul. l. l. 1, cap. 4. num. 9. Sanchez de matrim. l. 9. diſp. 38. n. 7.* Ideò dato etiam, quòd ex vi dicti capitis Epiſcopus poſſet cum tali filio diſpenſare ad ſacros ordines, non ſequitur, quod poſſit diſpenſare cum illegitimo, quia ille non eſt illegitimus.

187 Sed eſt hic vlterius conſiderandum, in præcedenti caſu ſemper fuiſſe ſermonem de profeſſione facta poſt conſummatum matrimonium cum vxore. Nam ſi ante conſummatum matrimonium, licet poſt matrimonium ratum, alter côiugum profiteatur Religionem, & poſt profeſſionem ex priori coniuge generet filium, ille eſt illegitimus naturalis, & ſpurius, & ſi velit obtinere diſpenſationẽ, debet hanc qualitatem explicare, vt tradunt *Sanche ibid. Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defect. natal. num. 40. Barboſa ad dict. cap. literas, num. 2. fin.*

188 Et nihilominus dicitur, quòd eſto filius ſacerdotis a propria vxore ſuſceptus eſſet illegitimus, ex eo textu non colligitur, quòd Epiſcopus poſſet cum eo diſpenſare, vt ſuſciperet ſacros ordines. Quia ex *dicto cap. literas*, non habetur, quod concedatur Epiſcopo aliqua facultas diſpenſandi cum tali filio, ſed quòd Papa ipſe diſpenſet. Verbum enim illud *permittimus ordinari, & promoueri*, non importat facultatem datam Epiſcopo, vt ipſe diſpenſet, ſed importat diſpenſationem à Pontifice factam; quia eſt ablatio impedimenti, & habilitatio dicti filij, vt poſſit ordinari. Et hæc expoſitio eſt longè melior, quia in integro textu, qui refertur ab. *Anton. Aug. in collect. 2. decretalium cap. 5. eod. tit.* interponuntur hæc verba. *Verum quia in filijs paterna incontinentia propellenda dignoſcitur, & propter cautelã presbyterorum filij à ſacris ordinibus iuxta ſanctionem canonicam remoueutur, non expedit, vt, ſuper huiuſmodi ita ſupplicãtium precibus annuamus quod videatur alijs impetrandi ſimilia ſpem aliquam faciliùs impertiri, ſed vt ſua poſtulationis effectum cum ad Sedem Apoſtolicam ſimiliter acceſſerit ex toto corde defraudari ſe non doleat, præſenti ſcripto vobis ſignificamus, quod ſi aliter, &c.* Ex quibus verbis apertè conſtat præfatum filium fuiſſe irregularem tali irregularitate, in qua ſolus Papa, & non niſi cum difficultate diſpenſabat. Cæterum ibi non dedit facultatem diſpenſandi Epiſcopo, ſed ipſe in dicta irregularitate diſpenſauit. Non igitur Epiſcopus cum ſimilibus poteſt diſpenſare ad ſacros ordines. *Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 2. num. 3. & ſect. 5. num. 2.*

189 Hic verò aliter etiam aduertendum ex *Panorm. d. cap. literas de fil. presb. num. 6.* quod ſi Papa diſpenſet ſuper irregularitate cũ eo, qui exponit ſe minoribus ordinibus inſignitũ, licèt loquatur indefinitè, ſeu ſimpliciter diſpenſet, vt poſſit ordinari, intelligitur diſpenſatus, vt promoueri poſſit ad ordines ſacros, quia id Papa intelligitur concedere, quo poſtulans indiget, & quod non habet, qui petit diſpenſari.

190 Limitationem verò aliam ponunt aliqui, vt principalis aſſertio locum non habeat in eo, qui cum ſit illegitimus, bona fide ordinatus fuit, quia cum iſto Epiſcopo poteſt diſpenſare, vt vtatur ordine ſacro ſuſcepto. Et hæc ſententia tribuitur *Nauar. l. 1. conſil. 4. num. 2. de filijs presbyt.* & probatur ex Gratian. *9. q. 2. §. his authoritatibus ſub cap. non imitari, & cap. Lugdunenſi.* Sed neque hæc limitatio admitti debet. Quoniam licet aliquis bona fide ordinetur cum ſit irregularis, tamen remanet impeditus aq vſu ordinum, non ratione ſuſpenſionis de nouo incurſæ, quia bona fides tollit hanc nouam cenſuram, ſed ratione præcedentis irregularitatis, quæ non eſt ablata ex eo, quod irregularis bona fide promotus fuit ad ordinem ſacrum. Ex eo verò, quod irregularis ordinatur bona fide, nullam facultatem acquirit Epiſcopus diſpenſandi ſuper ea irregularitate, quæ eſt reſeruata Papæ. Et ideò Epiſcopus non poteſt cum illegitimo ad ſacrũ ordinem promoto bona fide diſpenſare; vt ordine ſuſcepto vtatur. In dictis verò cap. à Gratiano cõſideratis alius caſus continetur; ibi enim eſt ſermo non de irregularitate, ſed de ſuſpenſione, quam incurrit ordinatus ab Epiſcopo non ſuo; in quo caſu Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt indebitè ordinatus in ordine ſuſcepto adminiſtret. *Suarez vbi ſupra ſect. 5. num. 3.*

191 Limitanda tertiò poſſet videri aſſertio principalis, vt non valeat in illegitimo occulto. Aliqui enim, quos ſine nomine refert *Suarez*, ita limitarunt *ex cap. liceat Epiſcopis, ſeſſ. 24. Concil. Trid.* ſed *Lezana v. illegitimi regulares n. 18.* tribuit *Auilæ de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. 7.* & ait etiam idem iudicari probabile *à Cornexo.* Sed hoc non debet admitti, quia ibi Concilium loquitur de irregularitate ex delicto contracta, at verò hæc non eſt irregularitas contracta ex delicto, ſed ex indigna natiuate. Nec obſtat quod contrahatur ex delicto parentum, quia ea ſola dicitur irregularitas contracta ex delicto, quæ eſt ex delicto eius, qui eſt irregularis. *Suarez vbi ſupra num. 5. & ex* Rodriq. *& Bonac. Lezana d. nu. 18.* Nullo modo igitur Epiſcopus cum illegitimo poteſt diſpenſare, vt promoueatur ad ordinem ſacrum, vel vt promotus in ordine ſacro miniſtret, ſed hoc ad ſolum Papam ſpectat.

192 Quantum verò ad ſecundam partem principalis aſſertionis, in qua eſt ſermo de diſpenſatione in ordine ad beneficia, hoc primo conſideratur, quòd fuit neceſſe, vt Pontifex expreſsè tribuerit Epiſcopo facultatem diſpenſandi ſuper beneficijs, quorum eſt capax, qui eſt minoribus ordinibus initiatus; quia diſpenſatus ad ordines, non ideò eſt diſpenſatus ad beneficia, quia cum diſpenſatio ſit ſtricti iuris. *d. cap. 1. §. 2. de fil. presbyter. in 6.* & ibi *Gemin. num 2. Franc. in cap. vn. n. 2. de ætat. & qual. Surd. deciſ. 268. num. 21. Cardoſ. in praxi. v. diſpenſat. num. 9. & 19. Brunor. in loc. commun. eod. v. n. 7. Moneta de diſtribut. p. 2. q. 14. num. 5. Sanchez l. 8. de matrim.*

trim.diſp.2.num.3.& alijs, quos refert *Barboſ. de off. Epiſ.alleg.33.num.7.* ideò diſpenſatio non ſe extendit ad non expreſſa, & ſeparata. *Panorm. d. cap.literas 14. de fil.presbyt. num.6.* & propterea diſpenſatus ad ordines non eſt diſpenſatus ad beneficia. *Panorm.ibid. Sylu.v.illegit. num. 14.* vnde *in textu illo cap.1.de fil. pres. in 6.* expreſsè cõceditur Epiſcopis facultas diſpenſandi illegitimos ad beneficia non curata, poſtquam conceſſa fuit facultas diſpenſandi ad ordines minores.

193 Circa quam facultatem plura conſideranda occurrunt, & quidem primò, quòd hæc diſpenſatio non intelligitur, niſi ad beneficia ſimplicia, & non habentia curam animarum. Tum quia hoc expreſsè decernitur in textu. Tum quia abſolutè diſpenſatio ad beneficia, ſi aliud non exprimitur, non ſe extendit, niſi ad beneficia ſimplicia non curata. *Campanil.rub.11.cap.13.nu.7. Sanctarel. var. quæſt.38.num.17. Sayr. de cenſ. lib.6.cap.11.num.25. Barboſ.ad dict.cap. literas de fil. presb. nu 4. & de off. Epiſ.p.2.alleg.45.num.5.* Sicut etiam diſpenſatus ad conſequendum beneficium, vnum ſolum poteſt cõſequi ex vi talis diſpenſationis. Quamuis enim huius oppoſitum tenuerint aliqui, qui volunt quod diſpenſatus abſolutè ad beneficium nõ arctetur ad primum, quod obtinet, ſed eo dimiſſo poſſit obtinere aliud, & aliud ſucceſſiuè. *Io. Andr.cap.1.de fil. presb.in 6. & cap.non poteſt.nu.5.de præben.in 6. Angelus v.beneficium.num.24. Armilla num.29. Sylu.v. beneficium 3.q.21.num.14. Tabien. v.beneficium 2. q. 17.* quia diſpenſatio illa reddens illegitimum capacem non reſpicit ad beneficium, ſed perſonam. Tamẽ in contrariũ eſt textus expreſſus *in cap. 1. de fil.presb. §. Ille verò eum qui per ſedem diſpenſatur eandem, vt (præmiſſio non obſtante defectu) valeat ad beneficium, etiam ſi curam animarum habeat, promoueri, neque prætextu diſpenſationis huiuſmodi (quam exorbitantem à iure oportet velutì odioſam reſtringi) niſi vnicum beneficium obtinere.* Neque enim valet dicere, in hoc textu ſermonem eſſe de beneficio curato, & ſenſum eius eſſe, quod non poſſint ſimul duo talia beneficia vi illius diſpenſationis obtineri. Tum quia textus ille eſſet ſuperfluus, nec aliquid ambiguum decerneret; cum nedum illegitimi, ſed nec legitimis liceat habere ſimul plura beneficia curata, de quibus textus ille expreſsè loquitur, *cap. de multa de præben.* Tum quia ratio, quam textus affert, non eſſet ad propoſitum; nam quod non poſſet illegitimus habere ſimul plura beneficia curata, eſſet ex eo, quod pluralitas beneficiorum curatorũ eſt prohibita, non verò quia diſpenſatio tanquam odioſa ſit reſtringenda. Tum quia ſenſus planus dicti textus eſt, quod diſpenſatus ad beneficium ex vi talis diſpenſationis, nec ſucceſſiuè poteſt plura beneficia conſequi. In hoc enim ſenſu textum intellexerunt, ibi *Anchar. qu. penult. Domin.n.penult. Franc.num.12. & cap.non poteſt, num.7, de præb.in 6.* dicens hunc intellectum, eſſe ſtylo curiæ approbatum. Et ita hanc ſententiam ſequuntur *Nauar. l.3. conſ.9.de præbend. Rebuff.in praxi tit. de diſpen. ſuper defect. Natal.num.83. Tiraq.in l. boues §. hoc ſermone à num.29. ff.de verb. ſignif. Sanctarell.d.quæſt.38. num.19.* quos ſequitur *Barboſa ad d. cap.literas n.4.* Et licet huius oppoſitum teneat aliqui, quos *Barboſa citat*, nihilominus præfatæ ſententiæ eſt ſtandum, quia id expreſsè traditur *in d.cap.1.§.2.de fil. presb.in 6.* vnde idem tenet *Sanchez l.8.de matrim. diſp.31. num.6.& 8.*

194 Epiſcopus autem non poteſt diſpenſare ad plura beneficia ſimplicia, quia *textus in d.cap 1. de fil. presb* loquitur in ſingulari, & ſic in materia prohibitiua non extenditur ad plura. *Domin.in cap. fin.num.8. de fil. presb.nu.9.* & ibi *Franc.num.4. Syl. v.beneficium 3. num. 17. Armilla num. 32. Valentia tom.4. diſp.7.quæſt.19.p.3. Azor 2 p.l.6. cap.3. q.12. Toletus l.1. cap.52. Sà v. beneficium num. 19. Auila p.7. diſp. 3.dub.6. Garzias p.7.cap.2. num.50.* Hoc autem explicat *Azor. loc.cit.* vt verum ſit, etiam ſi vnum beneficium ſit tenue, & non ſufficiat ad ſubſtentationem beneficiati, & vbi *Concil.Trid.ſeſſ.24. cap.7.de refor.* concedit Epiſcopis, vt duo beneficia ſimplicia poſſint dari Clerico eidem, vbi vtrũque ſit tenue, & non ſufficiens per ſe ad ſubſtentationem Clerici, id explicat de Clerico aliàs non illegitimo, & indigente alia diſpenſatione, quam Epiſcopus ad duo beneficia non poteſt conferre.

195 Conſiderandum ſecundò, quid veniat ſub nomine beneficij non curati. Nam primò dicendũ videtur ex vi dicti *textus cap. final. de fil. presbyt. & cap.primi eod.tit in 6.* non poſſe Epiſcopos diſpenſare illegitimos ad dignitates, & perſonatus, quia huiuſmodi beneficia licet ſint ſine cura, ratione tamen dignitatis, & præeminentiæ ſpecialem diſpenſationem exigunt. ex *cap.fin.de fil. presb.* ex quo explicandus eſt *cap.1.eod.tit.in 6.iuxta regulam cap. cũ expediat, de elect. in 6. Gloſſ.ibid. v.beneficium*, quam ſequuntur ibi *Archid. Anchar. Domin.num.8. Fran. num 6. Syluеſ. v.beneficium 3. num.12.* vbi ait, hoc verum eſſe etiam ſi illegitimus efficeretur Religioſus. *Armill. ibi num.25. Azor. p.2. l.6.cap.3.quæſt.3. Albert.tr.de vero, & perfecto cler. l.2. cap.2. num.1. Maiol.lib.1.de irregul. cap. 8. num. 10. Petr. de Ledeſma de matrim. cap.34. Say. de cenſ.lib.6. cap.11. num.8. Suarez de cenſ.diſp.50.ſect.5. num.6. Bellet. de diſcipl.Cler.§.3.num.28. Leſſ.lib.2. cap.34. num. 86. Barboſ.de offic. Epiſ.alleg.45.num.29. & ad dict.cap. primum num. 9. Garzias* plures referens *p.7. cap.2. num.53.*

196 Sed hodie hoc videtur certius, quia cum ex iure Concil. Tridentini requirentis, vt in Cathedralibus canonicatus, & portiones habere debeãt annexos ſacros ordines Presbyteratus, aut Diaconatus, aut Subdiaconatus reſpectiue *ſeſſ. 24. de refor.cap.12.* nedum ad dignitates, & perſonatus, ſed ad ſimplicem canonicatum in Cathedralibus non poteſt illegitimus diſpenſari ab Epiſcopo, cum Epiſcopus ad ſacros ordines diſpenſare nõ valeat. *Rebuff.*vbi ſupra *num.10. Vgolin.de irregul. cap.44.§.2. num.3. Maiol.de irregul.l.1. cap.8. num. 10. Auila de cenſ.p.7.diſp.3. d.6.num.3. Sayr.ibid.cap.11.num.13. Henriq.l.14.cap.8.§.10. Leſſ.l.2.cap.34.num.86. Gar. de benef.p.7.cap.2.num.65. Barboſ.d.alleg. 45.nu.33. & ad d. cap.1. num. 8.* Et iden licet de iure antiquo Epiſcopus poſſet in hac irregularitate diſpenſare cum illegitimis ad canonicatus, tamen iure nouo id non licet, quia non poteſt Epiſcopus diſpenſare ad ordines ſacros in Canonicis requiſitos.

197 Hoc tamen etiam nunc eſt verum per accidens, & de per ſe vera eſt communis antiquorum ſententia, tenentium Epiſcopum poſſe cum illegitimis diſpenſare in Canonicatu etiam Cathedralis Eccleſiæ, prout tenuerunt *Gloſſ.in d.cap. 1.de fil.*

presb.

presb.in 6. v. beneficium, & ibi *Archid. Lapus, Anchar. Domin.num.7. Franch.6. Tabien. v.beneficium 2.num.14.15. Sylu.num.12. Armilla num 25. Oldrad. Selua, Villadiego, Iaſon. Calderin. Petr.Greg. Gigas, Gambarus*, quos refert *Garzias p.7.cap.2.num.58.& poſt Concil.Trid.Nauar.l.1.conſ.4.de fil.presb. Azor. l.6.cap.3.q.11.Suarez de cenſur.diſp.50.ſect.5.num.6.* Nam *in d.cap. 1.de fil.presb* abſolutè conceditur Epiſcopis facultas diſpenſandi cum illegitimis ad beneficia non curata, Canonicatus autem Eccleſiæ etiam Cathedralis non eſt beneficium curatum. Ideò etiam nunc ſi illegitimus ab habente facultatem ſit diſpenſatus ad ordines maiores, licet ex hoc non ſit diſpenſatus ad beneficium, poterit ab Epiſcopo diſpenſari ad Canonicatum Eccleſiæ Cathedralis. *Garzias* vbi ſupra. *num.68 Leſſius l.2.cap. 34. num.86.* An verò etiam ante diſpenſationem ad ordines ſacros poſſit Epiſcopus diſpenſare illegitimum ad beneficium ſimplex habens annexum ſacrum ordinem, & illum promouere, dum tamen intra tempus à iure ſtatutum obtineat diſpenſationem ad ordinem ſacrum. Negat *Poſt. Imolam.Gemin.ad d. cap. 1. numer. 8.* Sed oppoſitum ſenſerunt *Lap. & Archid.ad d. caput.* quos refert, nec reprobat *Franc. num.* 8. & ſequitur *Azor.l.6. cap.3. quæſt.15.* Nec vrget ratio prioris opinionis, quia nimirum promouendus debet eſſe habilis tempore promotionis, quia cum non requiratur actu ordo ſacer, dum quis promouetur ad beneficium, ſed ſufficiat, quod intra tempus ſtatutum obtineatur, ſatis eſt ad beneficium habilis, qui poteſt ſaltem ex diſpenſatione recipere ordinem intra tempus legitimum. Præterquamquod, quidquid ſit an in hoc caſu valeret actualiter prouiſio de beneficio, valeret tamen ſemper diſpenſatio; vnde talis illegitimus diſpenſatus ad Canonicatum ab Epiſcopo, non habet impedimẽtum illegitimitatis; vnde aliàs quando dabitur ſibi occaſio, ſufficiet, ſi obtineat diſpenſationem ad ſacros ordines, ſuper quibus nõ eſt diſpenſatus, & qua diſpenſatione obtenta, ſine alia diſpenſatione poterit obtinere canonicatum.

198 Poſſe nihilominus Epiſcopum diſpenſare, illegitimũ, vt obtineat beneficium ſimplex cui acceſſoriè eſt vnita parochialis, vel beneficium curæ animarum coniunctum tradiderunt, *Gemin. d.cap. Is qui 1. de fil.presb.in 6.& Arch.* ibi *Azor. p.2.lib.6. cap.3.q.14.Gonzal.ad reg.8.Cancel.Gloſſ.5.§.7.n.18. Gratian.diſcep.forenſ.cap.273. numer.47. Campanil. rub.11.cap.13.num.83.Leſſ.lib.2.cap.34.d.18.num.87 Roderic.à Cunna in Commen. ad cap.12.diſt.56. Bellet.de diſcipl.Cler. §.3. num.34. Barboſ.de off. Epiſc. alleg.45.num.24. & ad d.cap.is qui, num.5.* Et ratio eſt, quia licet diſpenſatio ſit ſtricti iuris, quando in particulari ius commune ſoluitur, facultas tamen diſpenſandi ſuperiori conceſſa ad diſpenſandum in lege eſt fauorabilis, & latè excipienda. *Io. Andr. cap.vlt.de verb ſignif.* Gemin. *in d.cap. is qui, Sylu. v. beneficium 3. q. 7.* Secundò, quia acceſſorium ſequitur naturam, & conditionem principalis.

199 Multum tamen dependet huius quæſtionis reſolutio ex eo, an beneficiatus beneficio ſimplici cui eſt annexa parochialis Eccleſia, vel alia habens curam animarum habeat iuriſdictionem, & poſſit per ſe ipſum curam animarum habere, vel potiùs ipſe beneficiatus per ſe ipſum nihil poſſit, ſed ſolum habeat ius præſentandi Vicarium, per quem cura animarum exerceatur; quam quæſtionem latè tractat *Barboſ. de off. Epiſc.p.2. tit. 2.Gloſſ. 57.num.41. & ad d. cap.vlt. de offic. Vicarij*. Nam vbi beneficium ſimplex habeat curam animarum acceſſorie taliter annexam, quod beneficiatus non poſſit per ſe ipſum curam animarum, & aliquem actum iuriſdictionis ſpiritualis exercere circa animas dictæ annexæ Eccleſiæ ſubditas, vera eſt opinio præcitata; quia tunc qui tale obtinet ſimplex beneficium, non deputatur animarum curatus, ſed ſolùm habet ius prouidendi de curato præſentando illum Epiſcopo. Et in hoc caſu beneficium ſimplex non mutat naturam, ſed remanet ſimplex ſicut prius: nec tale beneficium eſt curatum, licet habeat annexum curatum beneficium, ità tamen quod cura ſit exercẽda per aliũ. Et poteſt hoc confirmari ex doctrina, & declarationibus Sacræ Cõgregationis, quarum meminit Barboſa vbi ſupra, ex quibus habetur, quòd ad hoc, vt quis obtineat beneficium ſimplex, cui annexa eſt cura animarum, non eſt neceſſe, quod beneficiatus habeat qualitates Parochorum, vel habentium curam animarum, nimirum ætatem, ſcientiam, & ſimiles qualitates ad curatos animarum neceſſarias. Sed ſi beneficiatus ipſe per ſe ipſum poteſt exercere curam animarum, iam beneficium illud mutatum fuit, & tranſijt ex ſimplici in curatum; nec illegitimus ex ſola diſpenſatione Epiſcopi poteſt ad illud promoueri; quia nõ poteſt ex ſola Episcopi dispensatione promoueri ad curam animarum, vt decernitur in *d. cap.is qui, 1. de fil. presb.in 6.* Et ita quæſt. cum hac diſtinctione ſoluit *Io. de Fan.* approbans pro hac parte dictum *Archid.* quod poſſit quis illegitimus ex dispensatione Episcopi obtinere beneficiũ ſimplex, habens annexam Eccleſiam parochialẽ; quia ſcilicet hoc eſt verum, ſi beneficiato curam animarum non conuenit, ſed solum ius curandi animas per Vicarium. In hoc enim ſenſu ſententia *Archid.* eſt vera, quam ſequuntur *Gemin. & Franch.* Sed vbi cura animarum exercenda eſt per beneficiatum beneficio aliàs ſimplici, & modo ex annexa cura animarum curato, Epiſcopus non poteſt illegitimũ ad tale beneficium diſpenſare. Et hoc etiam eſt de mente *Gloſſa ibi in verbo tale, verſic. vel intelligas.*

200 An verò vbi in aliqua Eccleſia ſit, aut conſuetudo legitimè præscripta, aut ſtatutum, vel iuratum, vel confirmatum à Papa, vt non admittatur illegitimus ad aliquod beneficium, poſſit Epiſcopus dispensare cum illegitimo, vt ibi beneficium obtineat. Et an ſi quis illegitimus à Papa obtinuit beneficium in tali Eccleſia non facta mentione cõſuetudinis præfatæ, aut ſtatuti collatio valeat, vide *Gemin.dict.cap. prim. de filijs presbyterorum in 6.num. 8. & 9. & Francum ibidem num. pariter 8. & 9.* vbi etiam de vi, & efficacia derogatoriæ. Et *Franc. num. 11.* benè aduertit, quod licet Episcopus poſſit diſpensare cum illegitimis ad ordines minores, non poteſt tamen condere ſtatutum, per quod decernatur illegitimos eſſe ad minores ordines habiles, vel illos legitimet, cum à iure communi tales ſint irregulares, & ad ordines inhabiles.

201 Limitanda tamen eſt communis aſſertio per *cap. ad audientiam, 2. præſentium, 3. conquerente, 4. ex tua. 9. Michael, 13. ad abolendam, 16. & dilectus, 17.* de filijs presbyterorum, vt etiam de iure anti-

Digitized by Google

antiquo Epiſcopus nec etiã ad beneficium ſimplex obtinendum poſſit diſpenſare, vt filius in eodem beneficio ſuccedat patri immediatè. Et hoc eſt verum tàm de legitimis, quàm de illegitimis filijs, & nedum de Parochiali, ſed de Vicaria perpetua, & in hoc caſu diſpenſare ita eſt proprium Pontificis, vt nec legatus Papæ id poſſit, niſi ei à Papa expreſsè fuerit conceſſum, vt expreſsè cauetur *in dict. cap. dilectus*, & tradunt Canoniſtæ communiter, & alij Doctores. Et ita vt nec legatus à latere habeat hanc facultatem. *Barboſa ad d. cap. Dilectus*. Quid verò addiderit ius nouum Concilij Tridentini dicitur infra.

202 Cæterum in hac parte nomine Epiſcopi veniunt Prælati omnes inferiores Epiſcopo habentes iuriſdictionem illi ſimilem in ſuos ſubditos; quia participant ordinariam iuriſdictionem Epiſcoporum. *Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 0.* Et ita vt hæc facultas competat Epiſcopo, vel alijs Prælatis habentibus iuriſdictionem veluti Epiſcopalem etiam antequam ſint conſecrati, dum tamen ſint electi, & confirmati; quia Epiſcopus confirmatus poteſt exercere iuriſdictionem Epiſcopalem. *cap. tranſmiſſum de electione, Suarez vbi ſupra*. Et ita vt hæc eadem facultas conueniat Capitulo Sede vacante, quamuis de hoc dubitet *Ioan. Andreas apud Gemin. in cap. is qui p. de fil. presb. in 6. n. 47.* quia habet ordinariam poteſtatem, & iuriſdictionem Epiſcopalem. *Nauar. l. 1. conſil. 7. de fil. presb. Suarez vbi ſupra. Quaranta v. Capitulum Sede vacante. Campanil. rub. 11. cap. 13. num. 81. Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 45. a. num. 25. & ad cap. is. qui p. de fil. presb. in 6. nu. 3.* Hi igitur omnes facultatem habent, vt cum ſuis ſubditis illegitimis diſpenſent ad ordines minores, & beneficia ſimplicia acquirenda.

203 Nullus quoque illegitimus excluditur, ſed cum vnoquoq; illegitimo ſiue naturali. ſiue ſpurio, ſiue nato ex fornicatione, ſiue ex adulterio; ſiue ex inceſtu, ſiue ex ſacrilegio poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt promoueri poſſit, vel ad ordines minores, vel ad beneficia curam animarum non habentia, vel non exigentia in beneficiato ordinem ſacrum. *Gloſſ. in d. cap. is qui p. de fil. pres. in 6. v. defectum*, notans, & probans hoc verum eſſe, etiam ſi in ordine ad ſucceſſionem in hereditate valdè diſtinguantur naturales à ſpurijs, & ex *Gloſ. Geminian. ibid. num. 5. Io. Monach. num. 1. & 2. Anchar. ante nu. 1. Franc. num. 5. Suarez vbi ſupra, Campanil. d. cap. 13. num. 84. Barboſ. in d. cap. is qui num. 6.* Et ratio eſt, quia textus abſolutè loquitur, & ſimpliciter, & aliàs facultas diſpenſandi conceſſa Epiſcopo fauor eſt, & latè eſt accipiendus. Et venia dignus eſt, in ordine præcipuè ad ſpiritualia, qui prò alieno vitio punitur. Et nihilominus Epiſcopum debere difficiliorem ſe reddere ad diſpenſandum cum natis ex ſacrilegio, inceſtu, & adulterio, ex *Ioan. de Imola*, docet *Gemin. num. 5. & Franc. n. 5.*

204 Sed *Maiolo l. 1. cap. 12. nu. 13.* videtur hoc eſſe limitandum, vt ſaltem Epiſcopus non poſſit cum proprio filio ſpurio diſpenſare. Sed vt aduertit *Suarez vbi ſupra*: cum hoc nullo iure probetur, ſed ſolum quibuſdam coniecturis perſuadeatur, hæc probant quidem non decere, vt Epiſcopus ipſe per ſe ipſum cum proprio filio diſpenſet ad ordines, & ad beneficia, ſed impotentiam non probant. Et aliàs textus abſolutè, & ſine exceptione loquitur.

205 Duo verò ſuperſunt dubia. Primum eſt, an Epiſcopus poſſit cum huiuſmodi illegitimis diſpẽſare ſine capitulo. Et ratio dubij eſt, quia *Archid.* quem ſequitur *Gemin. d. cap. 1. num. 4. de fil. presbyt. in 6.* tenet quod non. Sed cum textus nullam mentionem faciat de capitulo, ſed abſolutè Epiſcopo facultatem diſpenſandi concedat, non eſt vnde dicatur Epiſcopum ſe ſolo non poſſe in huiuſmodi irregularitate diſpenſare, vt probat *Gloſſ. in cap. Cum ex eo 34. de elect. in 6. v. Epiſcopi, ex d. cap. ex eo, & ex cap. Si Clerici, de iudic.* & ex multis alijs iuribus, in quibus nulla mentione facta de capitulo facultas diſpenſandi ſuper aliquibus irregularitatibus Epiſcopo conceditur. Et hæc facultas, ſi nõ conueniret ſoli Epiſcopo de iure, vtique per ipſũ ex conſuetudine præſcribi potuit: ſicut & de facto præſcripta dicenda eſſet.

206 Alterum dubium eſt; an Epiſcopus in caſu neceſſitatis poſſit in ſacris ordinibus cum aliquo diſpenſare. Nam vt aduertit *Gloſſa in d. cap. is qui, Gul. in ſpec. tit. 2. §. nunc*, affirmat Epiſcopum ex cauſa poſſe in ſacris diſpenſare. Pro qua opinione à *Garz. p. 7. cap. 2. nu. 52.* citantur *Domin. in cap. cap. 1. de fil. presbyt. in 6. num. 5. & Franc. num. 2.* ſed immeritò, tenent enim contrarium cum *Ioan. de Fano*, quia *in dict. cap. p.* abſolutè prohibentur Epiſcopi diſpenſare cum illegitimis ad ordines maiores. Et quia à ſimili non poſſunt Epiſcopi ratione neceſſitatis diſpenſare ſuper ætate ad ordines neceſſaria. *cap. vn. de ætat. in 6.* Et ita tenet etiam *Garz. ibid.* Et apud eum *Gambar. & Paleotus.*

S V M M A R I V M.

1 *Religioſi illegitimi inhabiles ad prælaturas. numer. 207.*
2 *Irregularitas ex defectu natalium non tollitur, niſi diſpoſitiuè ex probitate vitæ. n. 207.*
3 *De iure communi ſolus Papa diſpenſat illegitimos ad prælaturas. n. 208.*
4 *Nec Epiſcopus diſpenſat occultos illegitimos ad prælaturas. n. 208.*
5 *Prælati Regulares non diſpenſant ad beneficia ſecularia, nec etiam ſimplicia. n. 208.*
6 *Nec ad penſiones. n. 208.*
7 *Religioſorum Superiores ex priuilegio diſpenſant illegitimos ad prælaturas. n. 209.*
8 *Prælati Regulares non diſpenſant ad parochiam extra ordinem. n. 209.*
9 *Priuilegium Pauli tertij pro ordine S. Hieronymi incertum. n. 209.*
10 *An Prælati poſſint diſpenſare cum familiaribus. num. 209.*
11 *In terminis Conſtitut. Gregorij XIV. Superiores cum ſolo voto Diffinitorum diſpenſant cum illegitimis. n. 210.*
12 *Priuilegia fuerunt moderata per Gregor. XIV. num. 210.*
13 *In terminis eiuſdem Conſtitutionis, hæc diſpenſatio fieri poteſt in dieta. n. 211.*
14 *Regulares ſicut prius, ſic nunc poſſunt diſpenſare cum illegitimis ſine voto Capituli. n. 212.*
15 *Priuilegia Regularium confirmata. n. 212.*
16 *Immo & innouata. n. 212.*
17 *Quando priuilegia reuocata reuiuiſcunt. num. 212.*

18 *Pi-*

18 *Priuilegia quando confirmata, ex eo quod ſint confirmata priuilegia alterius religionis. n.113.*

19 *Regulares diſpenſare cum illegitimis nõ eſt contra Conc. Trid. n.214.*

20 *Priuilegium diſpenſandi ſine voto Capituli nouiter conceſſum Regularibus. nu 215.*

21 *Generales Ordinum poſsũt cum illegitimis diſpenſare. n.216.*

22 *Etiam alij ſuperiores, qui ante Gregor. XIV. id poterant. n.216.*

23 *Diuerſa priuilegia Ordinum Mendicantium pro diſpenſando cum illegitimis. n.217.*

24 *Spectata communicatione priuilegiorum, etiam ſuperiores locales poſſunt cum illegitimis diſpenſare. n.217.*

25 *In hoc ſeruandæ ſunt leges, et conſuetudines ordinum. n.218.*

26 *In Ordine Prædicatorum ſolus Generalis diſpenſat cum illegitimis, præter quam ad officium Prioratus, ad quod diſpenſat etiam Prouincialis. num.218.*

27 *Vſus Religionum eſt, vt ſuperiores locales non diſpenſent cum illegitimis. 219.*

28 *Vicarius Prouincialis adhuc effectum diſpenſandi eſt, qui eſt Vicarius, vel in carentia, vel in abſentia Prouincialis. n.220.*

29 *Solus Papa diſpenſat cum illegitimis ad Generalatum Religionum. n.221.*

207 QVæritur vigeſimò. Qualiter Prælati in Religionibus diſpenſare poſſint in defectu natalium? Iam ſupponitur ex dictis ex vi profeſſionis Religioſæ tolli irregularitatem per reſpectum ad Ordines ſacros, & religioſos illegitimè natos ſolùm eſſe inhabiles ad dignitates, beneficia, & prælationes, vt etiam eſt ſupra explicatum. Supponitur etiam hanc irregularitatem, ſeu inhabilitatem non tolli ſine diſpenſatione ex ſola vitæ probitate. Licet huius contrarium tenuerit, *Gratianus in §. ſed hoc, ſub cap. 1. diſt. 56.* quem ſequuti ſunt alij, quos refert *Alb. Trot. de perfecto Clerico lib. 2. c. 2.* fundari in pluribus canonibus & præcipuè *can. 3. vſq; ad 9. diſt. 66. & ibid. can. 12. & 13.* Tamen oppoſitũ certum eſt, nimirum probitatem vitæ eſſe quidem diſpoſitionem faciliùs diſpenſandi, ſed non tollere hanc irregularitatem ſine diſpenſatione. *cap. innotuit. de elect. cap 1. & cap. literas, et cap. final. de filijs presbit. Gloſs. cap. de his, de acenſut. Tiraq. de moderand. pœnis cap. 28. Couar. lib. 2. variar. cap. 10. num. 3. et in cap. Alma mater cap. 1. §. 11. in fine.* quos refert, & ſequitur *Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. num. 18.* Et ratio eſt, quia hæc non eſt irregularitas ex delicto impoſita propter incontinentiam illegitimorum (quàmuis & hæc timeatur) ſed quia vilis quædam conditio, & legalis infamia eſt, eſſe natum ex incõtinentia parentum. Quæ ratio manet etiam durante vitæ probitate in filijs. At qui verò Canones, vt aduertit etiam *Gloſs. in cap. Dominus, v. à Sacerdotio 56. diſtinct.* & habetur *cap. Apoſtolica ead. diſt.* loquuti ſunt, & intelligi debent, vt probitas vitæ tollat hanc irregularitatem diſpoſitiuè, & interpoſita diſpenſatione. Nam & quòd vitæ probitas ſit talis, ac tanta, vt illegitimus reputetur dignus ſacris altaribus & officijs, non niſi ad iudicium ſuperiorum pertinere poteſt. Itaque & Religioſi quantacumque vitæ probitate fulgeant, ſi ſint illegitimi ſunt inhabiles ad dignitates, & Prælationes, niſi diſpenſentur.

208 Ex iure autem communi in huiuſmodi irregularitate ad dignitates, & prælaturas ſolus Papa diſpenſat, *cap. final. de filijs presbyt. & cap. 1. eod. tit. in 6.* & vt quæſt. ſuper. probatum eſt, nec Epiſcopus diſpenſare poteſt, niſi ad beneficia ſimplicia, & etiam ſi irregularitas hæc ſit occulta, nihilominùs nec ipſe, nec Prælati Regulares iure communi in ea diſpenſant virtute facultatis conceſſæ à Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat: quia ibi eſt ſermo de irregularitate, orta ex delicto perſonali ipſius irregularis, ſed hæc irregularitas fundatur in vili conditione & quadam indecentia, & infamia orta ex eo, quòd illegitimus eſt natus ex parentum incontinenti turpitudine, vt tradunt *Suarez de cenſ. diſp. 50. ſect. 5. numer. 5. Couar. de ſponſal. par. 2. cap. 8. num. 4. Rodriq. tom. 1. q. 13. num. 6. Hieron. Rodriquez reſol. 52. Donatus par. 3 tract. 3. q. 26. num. 2.* Quo excluditur, quod ait *Peyr. in Præl. regul q. 2. cap 5. nu. 143. ex Auila de cenſ. par. 7. dub. 7. diſput. 3.* ſentiens, quòd quia facultas diſpenſandi in irregularitate eſt fauor extendendus, vt ſupra dictum fuit, & tradunt etiam *Syl. v. diſpenſatio q. 5. & Nauar. com. 4. de regul. num. 15.* ideo Epiſcopus, & ex conſequenti Prælati Regulares poſſint diſpenſare in hac irregularitate, ſi ſit occulta; quia eſt irregularitas ex delicto parentum proueniens. Nam verba non ſunt extendenda ad ſenſus impropios, & abuſiuos; at verò ex communi intelligentia, illa eſt irregularitas ex delicto, quæ eſt ex delicto perſonali. Cæterum maior irregularitas eſt quæ oritur ex infamia natalium, quàm quæ eſt ex homicidio, vel delicto perſonali, vnde non mirum, ſi poſſit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate aliqua ex delicto, & non poſſit diſpenſare in illegitimitate. Minus verò poteſt, quantùm ad aliqua diſpenſare cum ſuis Prælatus Regularis, quàm Epiſcopus cum Clericis, quia Regulares non ſunt capaces beneficiorum ſecularium ſimplicium ſine cura, immò nec penſionum, & ſuper hac inhabilitate nõ poſſunt à ſuis Superioribus diſpenſari, nec ab Epiſcopo, ſed ſolũ à Summo Pontifice, *cap. in nona actione 16. q. 7. & cap. Monachus 16. q. 1 & cap Cum de beneficio. de præben. in 6. & Clem. vnica, de ſupplend. neglig. Gloſſ. in cap. quorũdam v. Syracuſana d. 74. Archid cap fin. n. vnic. d. 58. & ibi Domin. n. 2. 10. Andreas in cap. ſi religioſus de elect. in 6. & ibi Franc. num. 1. Domin. n. 6. Sylu. v. Religio 7. q. 5. Tabien. v. Monachus numer. 3. & 4. Armill. num. 4. & 5. Nauar. comm. 4. de regular. nu. 23. Rodriq. tom. 1. q. 34. art. 4. & tom. 3. q. 53. art. 2. Sanch. lib. 7. in Decal cap. 25. num. 75.* & apud eum plures alij. *Lezana par. 1. cap. 2. num. 17. Panorm. in cap. ſuper eo de regular. numer. 3.* Quod verò non ſint capaces penſionum tradunt, *Soto lib. 9. de iuſt. q. 7. art. 2. Lezana par. 1. cap 2. numer. 17.* Quàmuis verò Regularis aliquo modo ſit capax beneficij curati: Nam & poteſt eligi in Epiſcopum, *cap. quorundam de elect. in ſexto,* ſi tamen ſit illegitimus non poſſunt eius Superiores illum diſpenſare, cum neque id poſſint Epiſcopi, & vt ſuperiores non poſſint cum ſuis diſpenſare ad beneficia ſecularia, *Suarez tom 4. de Relig. tract. 8. lib. 3 cap 19. num. 26. & 27.* quod & declaratum fuiſſe a Sac. Congreg Regular. 26 Ianuar. 1635. tradit *Lezana par. 2. cap. 18. num. 1. & par. 3.*

ver.

Digitized by Google

ver. illegitimi, *num.*17. ſi dentur verò beneficia ſimplicia regularia ad illam poſſet Prælatus Regularis cum ſuis diſpenſare, cum in illa habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, iuxta dicta ſupra *num.*102. *Lezana v.illegitimi*, *num.*17. Sed ad beneficia curata & dignitates, & prælatias auctoritate ordinaria diſpenſare non poteſt, quia hoc nec poteſt Epiſcopus, ſed eſt Pontifici reſeruatum, vt probatum eſt, *quæſt.*19.

209 Verùm ex ſpeciali iure priuilegiorum poſſunt Superiores Regularium diſpēſare cum ſuis ſubditis illegitimis ad adminiſtrationes, & officia, & dignitates & Prælaturas obtinendas, vt patet ex quam pluribus priuilegijs, quæ referuntur à *D. Anton.*3.*par.tit.*29.*cap.*4.*de irregular. Compend.priuil.v. diſpenſatio*, *Rodriq.tom.*1.*q.*13.*art.*11. *Sigiſm. de Bonon.de elect.dub.*73.*Peyr.in Prel.regul.q.*2.*cap.*5.§.9. *Lauor.cap.*16.*num.*29.*Donat.in praxi par.*3. *tract.*5. *q.*23. Inter huiuſmodi autem adminiſtrationes, & officia etiam numerari debent beneficia regularia, quæ per Regulares adminiſtrantur ſub obedientia, & gubernio Religioſorum Prælatorum, vt v.g. ad officium Parochi; nam ſi poſſunt diſpenſare ad prælaturas, quibus vniuerſalior cura animarum eſt annexa, poterunt etiam diſpenſare ad officium parochiale. Nam & tale munus eſt officium aliquod Religionis, & quædam adminiſtratio, at vero Prælati poſſunt diſpenſare, cum ſuis ad omnia officia, & adminiſtrationes, vt patet ex Mari magno Ordinis Prædicatorum, §. 42. apud *Lezanam*, *& Minorum* §. 49. *ibid. Eremitarum*, §. 44 *Carmelit.* §.63. *& Conſtitit.* Pauli III. pro PP. Societatis, quæ incipit, *licet debitum*, in Bullario Societatis pag.mihi 40. ad omne igitur illud officium, aut adminiſtrationem, quod & quæ dici poteſt officium, aut adminiſtratio Ordinis, poſſunt Superiores Regulares ex vi priuilegiorum cum illegitimis ſui Ordinis diſpenſare. Ex *Rodriq*, etiam *tom.*1. *q.*13.*art.*6. refert *Lezana v.illegitimi*, *num.*17. priuilegium Pauli III. & Eugenij IV. diſpenſandi cum illegitimis ad beneficia Regularia non perpetua. Sed videndum eſſet, an hoc priuilegium ſit oraculum viuæ vocis. Sed hanc facultatem diſpenſandi ex priuilegio, ampliant quidam vt ſe extendat etiam ad familiares, conuerſos, & donatos, vt poſſint obtinere beneficia regularia cum cura, & ſine cura animarum in ſuis Monaſterijs, dummodo beneficia non ſint perpetua, qualicumque defectu natalium laborent, ſi à Generali ſuerint diſpenſati. Et hoc ex priuilegio eiuſdem Pauli Tertij eidem Generali Ord.S.Hieronymi, *Rodriq.tom*1.*q.*13.*art.*24. *Portel.v.illegitimus*, *num.*13. ſed bene aduertit, *Lezana par.*2.*cap.*16. *num.*26. conſiderandum eſſe an priuilegium hoc ſit viuæ vocis oraculum, de quo ait, ſibi non potuiſſe conſtare.

210 Sed primò dubium eſt, an ſuperiores poſſint ſe ſolis ſine Capitulo generali, vel Prouinciali diſpenſare ſuper defectu natalium, & ratio eſt, quia cum Sixtus Quintus in ſua Conſtit.71. Ad Romanum Pontificem reuocauerit omnia antiqua priuilegia, & reddiderit illegitimos indiſpenſabiles à quocumque inferiori ad dignitates, honores, & prælaturas, licet Greg.XIV. in ſua Conſtit. 3. *Circumſpecta*, edita anno 1590. reduxerit præfatam Conſtit. Sixti Quinti ad terminos iuris, nihilominùs antiqua priuilegia limitauit, & expreſſit Generales & Prouinciales ſolum cum Generali, vel Prouinciali, aut intermedio Capitulo poſſe diſpenſare cum illegitimis, & non aliter. Videtur igitur Superiores Regularium nō poſſe ſine Capitulo habilitare illegitimos ad dignitates, & Prælaturas. Et quidem ſi verum eſſet, quod aſſerit, *Portel. v. illegitimus*, *num.*16. nimirum quòd priuilegia antiqua in hac parte nec ſint reuocata, nec modificata per Greg.XIV. ſed immò confirmata, omnis eſſet ablata difficultas. Sed hoc non poteſt admitti, quia eſt expreſsè contra Conſtit. Greg.XIV. §.4. vbi ſic confirmat antiqua priuilegia, quòd ea limitat, ibi. *Quæ &c. in hac parte reualidamus cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Prouincialis cum Generali, Prouinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non aliàs, etc. diſpenſare, etc.* Et ita confirmata ſunt priuilegia antiqua, ſed ex vi Conſtit. Greg.XIV. eis ſuperiores, vti non poſſunt niſi in Capitulo Generali, Prouinciali, aut intermedio, vt communiter DD. omnes ſentiunt. In cuius Conſtitutionis vim non eſſe tamen neceſſarium accipere vota ſingulorum de Capitulo, ſed ſufficere vota Diffinitorum tradunt. *Rodriq.tom.*1.*q.*13.*art.*9.*Mirand.tom.*2.*q.*2..*art.*3.*Sigiſ. à Bonon. dub.*73. *de elect.num.*3. Et quàmuis *Theſa cap.*2.*fol.*119. aſſerat tutius eſſe, vt diſpenſatio fiat ſumptis votis omnium vocalium, qui ſunt de Capitulo, hoc in Ordine Prædicatorum, non poteſt habere difficultatem, nec in quocumque Ordine in quo ſoli Diffinitores expediunt omnia Religionis negotia. Alij enim licet habuerint, vel habeant ſuffragium ad electionem Generalis, vel Prouincialis, vel etiam Diffinitorum, ad alia tamen negotia expedienda nullum ſuffragium habent, ſed tota poteſtas in Diffinitorio reſidet, & in ſolo Diffinitorio Capitulum conſiſtit, vnde ad Superiorem cum ſolo voto maioris partis diffinitorum ſpectat facultas diſpenſandi cum illegitimis in terminis dictæ Conſtitut.

211 In quo nomine Capituli intermedij etiam intelligitur diæta, quæ fit à Prouinciali loco Capituli intermedij, iuxta cuiuſque Ordinis ſtatuta, ſeu congregatio Prouincialis cum Diffinitoribus, vbi authoritas Diffinitorum, durat poſt Capitulum, & Diffinitores vniuntur ad faciendum v. g Guardianum. Nam in tali Congregatione reſidet Capituli authoritas, vt benè contra *Rodriq. & Mirand.* docet *Sigiſm.de elect.d.dub.*73.*num.*5. quem ſequitur *Lauor.cap.*16.*num.*30. Vbi verò ſicut fit in Ordine Prædicatorum in multis Prouincijs in quibus loco Capituli intermedij celebratur diæta ex grauioribus PP. & Prioribus Prouinciæ, etiam ſine Diffinitoribus, quia in hoc ordine authoritas Diffinitorū non durat niſi tempore Capituli; nihilominùs ſufficeret, vt Prouincialis cum voto huius diætæ diſpenſaret; quia hæc diæta in ſubſtantia eſt Capitulum, licet ad illam non conueniant omnes Priores ob minus Prouinciarum diſpendium, & habetur ex priuilegio loco Capituli intermedij.

212 Nihilominùs tamen dicitur, nunc Superiores Regularium ſolos ſine Capitulo, ſicuti priùs ante Conſtitutiones Sixti V. contra illegitimos facere poterant, ſic poſſe nunc diſpenſare cum illegitimis ad dignitates, & Prælaturas obtinendas. Probatur hæc aſſertio ex noua confirmatione Priuilegiorum. Pluries ſi quidem à ſuperuenientibus Pōtificibus confirmata fuerunt eorum priuilegia, ſed

quia in talibus confirmationibus vt plurimũ ponitur clauſula, dummodo reuocata non fuerint, vel ſub aliqua reuocatione non comprehendantur, relictis iſtis confirmationibus duæ conſiderantur in quibus dicta clauſula, ſeu reſtrictio non adeſt. Prima eſt Conſtit.51. Clem. VIII. quæ incipit *Ratio paſtoralis*, & fuit edita die 20. Decembris 1597. in qua confirmantur priuilegia PP. Minorum de Obſeruantia. Secunda eſt Conſtitutio Pauli V. quæ incipit. *Quantum Religio*, edita pridie nonas Septembris 1606.& habetur per extenſum in Bullario Societatis fol. mihi 311. in qua eiuſdem Societatis priuilegia confirmantur. Et quia in horum Confirmationum nulla præfata clauſula, & exceptio, *quatenus reuocata non fuerint &c.* cõtinetur, & aliàs vtraque conſtitutio edita fuit ex certa ſcientia Põtificis; & inſuper confirmatio priuilegiorum Societatis non eſt ad inſtantiam, ſed motu proprio,& de plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ; vtraque autem habet clauſulam, *quorum tenores &c.* & derogatorias ampliſſimas & vehementiſſimas; & vtraque nedum priuilegia confirmat, ſed innouat, cum clauſula in Bulla Pauli V. pro PP.Societatis, videlicet. *Eaque omnia, & ſingula innouamus, & de nouo concedimus &c.* & nedum priuilegia eidem Societati principaliter, ſed etiam per communicationem conceſſa, fuerunt confirmata, & innouata. Quibus clauſulis ſtantibus priuilegia etiam reuocata reuiuiſcunt, vt probant, *Baptiſta de Salis in ſum.tit.abſolutio. Panorm.& Lignan. in cap. cum ſuper.de cauſ poſſeſs.Gloſ.in cap cum acceſſiſſent, de Cõſtitut.Oldrad.conſ 233.Gem.conſ.32. Rodriq. t.1. q.8. art.3.& tom.2.q.34.art.4.Tuſcus lit.C. concluſ.710. Marcheſ par.1.de S.D.N. Papa referend. cap.2.n.15. & ſeq.Suarez de legibus lib.8.cap.19.Portel. v.Priuilegium num.34.Sigiſm.d. dub.73. num.7. Mandeſ. de priuil.ad inſtar.q.7.Donat.in praxi. par.1.trac.11.q.7. num.1.Card.de Lugo lib.3.Reſponſ.dub.18.num.8.Samuel.de elect.tract.3.diſp.3.contr.18. concl.4. Lezana tom.3.v.clauſula, num.29.& tom.4.v priuilegia Regularium num.23.Peyr.in formul.lit.C. cap.18. nu 4. Palaus tom.1.tract.3.diſp.4.par.2.§.10.nu.5. Baſſæus v.priuilegium 4. num.4.Bordon.tom.2,reſol.52.n.137 Hurtado, Sanctorius, Hieron. Rodriquez, Villalobos, Garzias in Pol. Regul. Naldus, & Megala.* quos refert *Diana par.12. de colloc. & ſcript. tempore Conclauis reſol.26.* Et quamuis idem, *Diana ibidem & par.11.tract.2. reſol.7.* probet per confirmationem priuilegiorum ex ſcientia, & motu proprio non reuiuiſcere priuilegia antea reuocata, tamen quidquid ſit de hac quæſtione ſic præcisè tractata, vbi confirmatio priuilegiorum ſine aliqua reſtrictione eſt data nedum ex certa ſcientia, & motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ſed cum clauſula, *quorum tenores &c.* illa confirmatio eſt in forma ſpecifica, & determinata, & ſingula priuilegia, ac ſi ſpecificè, & ſingulariter eſſent inſerta confirmat, & innouat, & eò magis. ſi adeſt etiam clauſula, *eaque omnia & ſingula innouamus, & de nouo concedimus*. prout habetur in d.confirmat. priuileg. Societatis. Clauſula enim, *quorum tenores.* habet vim expreſſionis ſpecificæ, & indiuiduæ omnium eorum, ad quæ relata eſt, *Felin.cap.nonnulli 28.de reſcrip. n.6. & ex Butr.conſ.2.num.5.Gemin. conſil.65.numer.22. Caſſad.ſuper regul.deciſ.10.nu.3. & dec.38. numer.3. Tuſc.lit.C.concl.350.num.1.Rota dec.466. num.5. & dec.506.num.5.par.1.recent. Barboſa clauſ.127.* Ideo antiqua priuilegia, & propterea priuilegium diſpẽſandi cũ illegitimis fuerunt renouata, & fuit renouatum. Cum ergo Mendicantes & ferè omnes Religioſi ex eorum priuilegijs Ordinis Minorum, & Societatis Ieſu, ſequitur quod omnes poſſint vti priuilegijs diſpenſandi cum illegitimis, ſicut ante poterant, & modò poſſunt PP. Minores de obſeruantia, & PP. Societatis: quod tandem eſt dicere ſicut ante poterant, *Mendicantes ex Mari magno* Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S.Auguſtini, & Camaldulenſium, vt notat *Lezana ad Mare magnum Prædicatorum, §.42.Minorum, §.49.Eremitarum S. Auguſtini, §.41. Carmelitarum, §. 63.Minimorum §.29.& Seruitarum, §.26.*

213 Et conſiderandum, quòd licet multi teneãt, quòd ex vi confirmationis priuilegiorum vnius Religionis, non intelligantur alterius Religionis cõfirmata priuilegia, licet aliæ Religiones ex vi priuilegij communicationis priuilegiorum conceſſorum, & concedendorum, quo potiuntur, poſſint vti priuilegijs alterius religionis confirmatis; quia hæc priuilegiorum confirmatio eſt, veluti nouum priuilegium conceſſum illi religioni, cuius priuilegia confirmantur, & quo aliæ religiones gaudent, *Suarez d.lib.8.de legibus cap.19.Portel. v.priuilegia, num.34. & 35. Donatus par.1.tract.11.q.9. & 10.*& apud eum *Merolla*. Tamen primum notum DD. dictum (quidquid ſit modò de ſecundo dicto nimirum de ea reſtrictiua, vt religio non poſſit vti priuilegijs de nouo innouatis, & poſt reuocationẽ pro vna religione conceſſis, niſi illa habuerit priuilegium communicationis nedum pro conceſſis, ſed etiam pro concedendis, cum hoc parum interſit, quoniam Religiones ferè omnes & præcipuè Mendicantes habent priuilegium communicationis, etiam pro concedendis) debet intelligi, vt poſſit eſſe verum, quando Papa confirmat ſola priuilegia vni religioni principaliter conceſſa, ſed quando Papa ex certa ſcientia, motu proprio, & plenitudine poteſtatis [cum clauſula *quorum tenores*, confirmat nedum priuilegia principaliter conceſſa vni Religioni, ſed etiam conceſſa illi per communionem, hæc confirmatio neceſſariò ſe extendit ad aliarum religionum priuilegia, quæ ſunt illa, quæ ipſa religio habet ſibi per communicationem conceſſa. Cum igitur per Cõſtitutiones prælatas Clem.VIII. & Pauli V. confirmentur, & innouentur cum clauſula *quorum tenores*, nedum priuilegia principaliter conceſſa, ſed etiam conceſſa per communicationẽ, ſequitur, quod maneant confirmata, & innouata, etiam priuilegia alijs Ordinibus conceſſa, quibus dicti ordines communicarunt. Et licet directè hæc confirmatio reſpiciat illa priuilegia, prout ſunt priuilegia dictorum ordinum, & pro illis ordinibus, nihilominùs ex vi poſtea priuilegij communicationis, iam illa ſunt reliquis ordinibus communia. Vnde modò reliqui ordines ſuis priuilegijs tanquã de nouo confirmatis,& conceſſis vti poſſunt in diſpenſando cum illegitimis.

214 Nec obſtat clauſula, *quatenus decretis Concil. Trident. non aduerſentur*. Tum quia in præfato priuilegio confirmationis priuilegiorum Societatis dato per Paulum V. non adeſt illa clauſula. Tum quia hæc facultas diſpenſandi non eſt contra aliquod decretum Concil. Trident. Vnde Sac. Congr.

Con-

Concilij ſeſſ.24. cap.8. de reform. vt refert, *Sigiſm. de Bonon.d.dub.73.nu.8.* declarauit, quod per Concil. Trident. *non tolluntur priuilegia conceſſa Regularibus de habilitandis illegitimis ad dignitates, & gradus illarum*. Quid verò ſit dicendum de priuilegio, quod refert *Portell.v.illegitimus num.9.& in reſponſ.moral.par.3.caſu 24. num.2.* tanquam conceſſum Ord. S.Io. Euangeliſtæ in Portugallia, quod fuit etiam conceſſum Monaſt. S.Georgij in Alega, & in quo habetur, vt profeſſus in eo Ordine, ipſo facto ſit diſpenſatus nedum ad ordines, ſed ad munia ſolita gubernari per fratrem dicti Ordinis, nimirum ad Prioratus, Rectorias &c. bene aduertit, *Lezana v.illegitimus, n.17.* quod cũ non conſtet, an illud priuilegium ſit viuæ vocis oraculum, ideoq; reuocatum, non eſt tutum eo vti. Adeſt tamen priuilegium Eugenij IV. pro Congregat. Caſſinen. inſertum in alio Iulij II. pro Congregat. Monachorum Vallis Vmbroſæ, quod refert *Tambur. de iure Abb.tom.1. in fine*, quod ſonat in hæc verba, quæ habentur *num.* 37. *Quin etiam cum Religionis fauore non nulla concedantur, quæ aliàs interdici ſolent, quod, ſi qui ex Monachis Congregationis præfatæ defectum natalium patiantur, in Monaſterio tamen aliàs laudabiliter conuerſati, huiuſmodi defectu non obſtante ad ſacros ordines, & officia, prælationes, dignitates, & honores in ea monaſteria, iuxta Conſtitutiones eorum liberè & licitè, valeant promoueri, Congregationi præfatæ tenore præſentium indulgemus*. Idem verò priuilegium contineri in compendio priuilegiorum *Ciſtercienſ.& in priuil.Cong.Montis Oliueti, priuil.50.fol.121.& priuil.52.fol.201.* refert idem *Tambur. diſp.5.q.14. num.7.* Sed circa huiuſmodi priuilegia alijs ordinibus per communicationem communia aduertere neceſſe eſt, non valere, vbi nõ ſunt in vſu, ſed in quolibet ordine obſeruandas eſſe proprias leges, & conſuetudines. Poſſunt enim ordines nolle communicare cum alio ordine in aliquo priuilegio, quia nimirum eius vſus nõ cenſeatur tali ordini proportionatus. Nam & hæc conditio in priuilegio cõmunicationis cõtineturi nec Pontifices intendunt nocere ordinum perfectioni, ſed fauere. Et ideò quàmuis in vi illius priuilegij conceſſi Congreg. S. Io. Baptiſtæ in Portugal. *Villalobos, Machado, Giballinus, & Leander de murcia*, quos refert *Leander de Sanctiſſ.Sacram.par.5 trac.2. diſp.3.q.73.* teneant nunc Regulares ex vi profeſſionis habilitari ad dignitates, id non puto admittendum, nedum ob incertitudinem priuilegij, ſed etiã ob non vſum illius; ſed ſtandum eſt conſuetudini cuiuſcumque Ordinis, & eius legibus. Vide etiam *Dianam par.4.tr.2.reſol.65.& par.10.tract.13.reſol.39.* probatam opinionem referentem, ſed nec approbantem, nec reprobantem.

215 Aliud principium ad probandum ſuperiores Regulares ſolos extra Capitulum Generale, aut Prouinciale poſſe habilitare illegitimos ſubditos eſt, quia Summi Pontifices poſt illam Conſtit. *Circumſpecta*, editam anno 1590. conceſſerunt hanc facultatem ſine illa limitatione. Vt patet ex priuilegio PP. Societatis eiuſdem Greg. XIV. dato 30. Auguſti 1591. Et incipit *Exponi nobis &c.* & habetur in Bullario Societatis pag. mihi 298. In quo Pontifex expreſsè derogat ſuæ Conſtitut. præfatæ *Circumſpecta*. Et ex priuilegio eiuſdem Gregor. XIV. 17. in Bullario Cherubini pro Clericis miniſtrantibus infirmis, quæ incipit, *Illius qui*, & fuit edita 21. Septemb. 1591. Et ex Bulla 22. Clem. VIII. pro Clericis Somaſchis, quæ incipit *Decet*, & data fuit 16. Aprilis 1593. quæ priuilegia cum ex priuilegio communicationis ſint alijs Religionibus tali priuilegio fruentibus communia, iam & ex hac parte poſſunt ſuperiores Regulares iuxta tenorem dictorum priuilegiorum ſuos ſubditos illegitimos habilitare ad prælaturas, *Sigiſm d.dub.73.numer.9. Donatus par.5.tract.5.q.26. Lezana p.1.cap.18. n.60. Peyr.ad Conſtit.2. Iulij II. d. num.95. Diana par.3. tract.2.de dub.regul.reſol.102. Tambur. diſp.5. q.15. num.10.*

216 Dubium verò ſecundò eſt, qui ſuperiores Regulares poſſint cum huiuſmodi irregularibus diſpenſare. Non eſt autem dubium, hanc facultatem conuenire Generalibus, quia illis præcipuè à Summis Pontificibus eſt conceſſa. Eſt verò conſiderandum, quod ſi loquamur in vi priuilegiorum poſt Conſtit. *Ex circumſpecta* Greg. XIV. conceſſorum, huiuſmodi facultas limitationem habet. Nam ex vi dictæ Bullæ. *Decet* 22. Clem. VIII. ſolus Generalis, & ſolùm de voto Conſiliariorum electorum à Capitulo Generali diſpenſat cum illegitimis. Sed ex vi Bullæ, *Illius qui* 17. Greg. XIV. etiam Prouinciales, & eorum Vicarij, aut locum tenentes, immo & ſuperiores locales, ſed tamen de licentia Generalis diſpenſant cum illegitimis. Sed in Bulla illa *Exponi &c.* data pro PP. Societatis relinquitur diſpenſatio iſta libera in poteſtate Generalis, & Religionis iuxta antiqua iura, & priuilegia, & conſtitutiones. Et ita ex huius nedum priuilegij communicatione, ſed ex communicatione priuilegiorum, quæ prout ſupra viſum eſt, confirmata fuere à Clemente Octauo pro PP. Minoribus de Obſeruantia, & pro PP. Societatis à Paulo V. poſſunt modò ſuperiores Regularium iuxta antiqua priuilegia diſpenſare cum ſuis ſubditis illegitimis ad dignitates, & prælaturas.

217 Eſt autem conſiderandum, quòd in ordinibus PP. Carmelitarum, & Seruitarum hæc facultas diſpenſandi cum illegitimis eſt conceſſa ſolis Generalibus: vt patet ex mari magno Carmelitarum §.63. & ſeruitarum §.36. apud *Lezanam* In ordine autem PP. Minorum Generalibus, & Prouincialibus, & PP. Eremitarum Generali, Prouincialibus, & eorum Vicarijs; vt ex mari magno minorum §.49. & Eremitarum §.43. apud eundem *Lezanam* in ordine verò Prædicatorum Magiſtro ordinis, Prouincialibus, Prioribus Conuentualibus, & eorum Vicarijs. In eorum mari magno §.42. apud eundem *Lezanam*, & in ordine PP. minimorum omnibus ſuperioribus, & eorum Vicarijs; in eorum mari magno §.49. apud eundem. Vnde ſpectata communicatione priuilegiorum nedũ Generalis, & Prouinciales, ſed ſuperiores locales poſſunt cum illegitimis diſpenſare.

218 Verum vt dictũ eſt ſupra, puto in hoc ſeruanda eſſe ſpecialia ſtatuta, & conſuetudines cuiuſcumque religionis. Nam in Ordine Predicatorum, priuilegio præfato non obſtante, ſolus Magiſter ordinis diſpenſat cum illegitimis ad dignitates, & Prælatias de mente *Caſtell.cap.20.n.20. Camillus* nihilominùs *in direct. prima.p. cap.9.n.7.* tenet quòd hæc diſpenſandi facultas reſpectu Prioratus conueniat etiam Prouinciali, & hoc probat ex formulario

ordinis & hoc eſt conforme conſtitutioni *diſt. p. c. 13 §. 4* ibi *Nec quicũq; illegitimè natus, niſi de Prioris Prouincialis licentia ſpeciali, ſi antè talis illegitimè natus ad ordinem receptus fuerit, & diſpenſatum fuerit cum eodem, quòd poſſit fieri Prior, non propter hoc Diffinitor fiat Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec Prædicator Generalis, nec Elector Magiſtri Ordinis abſque Magiſtri Ordinis licentia ſpeciali*. Ex hoc autem textu, certum eſt, quòd in Ordine Prædicatorum illegitimus non poteſt habilitari ad Prouincialatum, vel Electorem Magiſtri Ordinis, vel ad Diffinitoriatum Capitoli Generalis, vel ad Prædicaturam Generalem, niſi à Magiſtro Ordinis: ſed in Ordine ad Prioratum, cum conſtitutio expreſsè non requirat licentiam Magiſtri Ordinis, videtur quod ſupponat, illegitimum poſſe à Prouinciali habilitari ad tale officium, quamuis talis diſpenſatio prout eſt à Prouinciali non ſit profutura in ordine ad alia præfata officia, ad quæ requiritur licentia ſpecialis Magiſtri Ordinis. Prioribus verò nulla permittitur facultas diſpenſandi cum illegitimis. Sed meliùs dicitur, quòd ex quo conſtitutio non exprimit, à quo illegitimus ſit diſpenſandus ad Prioratum: quia tamen diſpenſationem ad alia ibi numerata reſeruat Generali, cenſeatur etiam reſeruare diſpenſationem ad Prioratum, & vniuerſaliter ad quodcũq; officium in Religione, ad quod requiritur diſpenſatio, vt vult *Caſtell. loc. cit.*

219 Et vniuerſalis vſus religionum eſt, vt ſuperiores locales non ſe immiſceant in hoc negotio, Et ideo Collector priuilegiorum *v. diſpenſatio n. 13.* aduertit, quòd Prælati inferiores Generalibus, & Prouincialibus nunquam fuerunt in vſu diſpenſandi ſuper hoc defectu natalium, & huic dicto fauent *Rodriq. t. 1. q. 13. a. 7. Mirand, t. 2. q. 5. ar. 3. Donatus d. trac. 5. q. 26. n. 10.* Et hoc ideo factum fuit, quia vſus priuilegiorum maximè pendet ex beneplacito totius Religionis; at verò Religiones cenſuerunt hanc diſpenſationem eſſe rem grauem, & ideo ſolis ſuperioribus Prælatis reſeruandam, ſolus igitur Generalis, & Prouinciales, & eorum Vicarij diſpenſant ſuper hoc defectu natalium,

220 Sed quis veniet nomine Vicarij Prouincialis? Reſpondetur quòd non ille, qui eſt vicarius in Prouincia, præſente Prouinciali, quia iſti non ſunt propriè locum tenentes Prouincialium, nec gerunt propriè vices Prouincialium, ſed habent partialem quandam adminiſtrationem; in dictis verò indultis nomine Vicarij intelligitur ille, qui vices gerit in Prælatione, & iuriſdictione. Ideo nomine Vicarij intelliguntur primò, qui mortuo vel amoto Prouinciali in tempore vacantiæ regunt Prouinciam; Iſti enim ſunt Prælati ordinarij Prouinciæ ſecundò intelliguntur Vicarij in abſentia Prouincialis, quia tunc locum tenent Prouincialis, & iſti magis propriè loquendo ſunt Vicarij Prouincialium, *Suarez tom. 4. de Relig. trac. 6. lib. 2. c. 22. n. 5. Sigiſ. à Bonon. de elec. dub. 74. num. 6.* In caſu autem iſto non dicitur Prouincialis abſens, quando eſt in aliquo Conuentu ad Prouinciam pertinente: *Sylu. v. Prælatus q. 3. Sigiſ.* vbi ſupra.

221 Sed ad Generalatum quis poteſt diſpenſare? Puto quòd ſolus Papa poſſit diſpenſare eum illegitimo, vt ſit Generalis Religionis: & huius ratio eſt, quia tanta eſt Generalatus dignitas in quocumque Ordine, vt valde dedeceat ad tale officium aſſumi vilem perſonam, & quadam iuris infamia notatam qualis eſt illegitimus. Ideo debuiſſet exprimi in conceſſione facta à Pontificibus, & expreſſa fuiſſet conditio officij Generalatus, ſi Pontifices voluiſſent, quòd ſuperiores Regulares poſſent diſpenſarè illegitimos ad tantum officium, Certè *Martinus* Quintus in priuilegio tertio conceſſo Ordini Præd. cuius verba refert *Vrceanus* in ſummario *p. 2. c. 7.* concedens facultatem Magiſtro Ord. diſpenſandi cũ illegitimis ad dignitates, excipit Generalatum. *ibi Generali prædicti ordinis magiſtratu excepto*; vnde noluit concedere, quòd magiſter Ordinis poſſet illegitimos habilitare ad ordinis magiſterium. Quod eſt valde rationabile, & puto non fuiſſe in alijs indultis expreſſum, quia ſufficiens fuit, non conceſſiſſe expreſsè facultatem habilitandi ad tale officium. *Refert etiam Portel. v. illegitimus, n. 10.* quòd in compendio *priuil. Ord. S. Hier. in Hiſpan. v. diſpenſatio natalium*, §. 2. continetur, vt ſolus Generalis poſſit diſpenſare illegitimum, vt ſit Generalis. Verùm Cõpendijs priuilegiorum non multùm fidendam eſt, niſi literas Apoſtolicas indicent, ex quibus priuilegia accepta ſunt, & cum de eo priuilegio non conſtet, an ſit oraculum viuę vocis, ideoque reuocatum, non eſſet tutum eo vti. Et in Compendijs ſepe ex opinione priuata cõpillatoris priuilegia afferũtur.

S V M M A R I V M.

1 *De iure communi filij legitimi non poterant immediate ſuccedere patri in beneficio. n. 222.*
2 *Poterant mediate. nu. 222.*
3 *Succedit immediate is, inter quem & patrem nullus eſt medius, qui beneficium poſſederit. nu. 223.*
4 *Immo qui in beneficio non miniſtrauerint. n. 223.*
5 *Succedit immediate, ſi nullus mediet, qui beneficium valide obtinuerit. num. 224.*
6 *Frater 2. ſuccedit immediate patri, ſi frater primus ſine diſpenſatione patris beneficium obtinuerit. numer, 224.*
7 *Si beneficium mutetur, vt ſi de portione fiat Canonicatus, filius poteſt immediate ſuccedere patri. numer. 226.*
8 *Nomine beneficij venit vicaria perpetua. nu. 225.*
9 *Idem ſi beneficia patris, & filij vnitantur. n. 227.*
10 *Filius legitimus ſimul cum patre poteſt eſſe beneficiatus in eadem Eccleſia. num. 228.*
11 *Filius illegitimus de iure communi poterat mediate ſuccedere patri in eodem beneficio. num. 229.*
12 *Hoc ablatum per Clem. 7. n. 229.*
13 *Filius illegitimus non poteſt ſimul cum patre eſſe in eadem Eccleſia beneficiatus. nu. 230.*
14 *Poterat tamen eſſe poſt mortem patris. num. 230.*

222 QVæritur vigeſimo primò Qualiter ſecundùm ius commune antiquum filij presbyterorũ eſſent inhabiles ad beneficia? Reſpondetur, quòd diuerſimode à beneficijs reijciebantur filij legitimi, & illegitimi. Nam legitimi non poterant immediatè ſuccedere Patri in eodem beneficio *cap. ad extirpandas cap. Conſtitutus, de filijs presbyterorum*. Et tamen mediatè illi ſuccedere poterant, *cap. ex transmiſſa, & cap. ad extirpandas, eod. titulo Gloſs. d. cap. ad extirpand. v. amouere* & ibi *Innoc. & Panorm. nu. 5. Gloſs. cap. Apoſtolica 8. q. 1. Turrecrem. ibi nu. 2. & 4. & Archid. Dominicus, & Præpoſitus, Hoſt. in ſum. tit.*

de

de fil.presb.num.5. Sylu.v.beneficium 3.q.6. Tabien. v.beneficium ſecundo q.31. Armilla aam.21. Ang.a.16. Nauar.cap.ſi quando de reſcript.in auctario.n.3. & 4. Anton.& Hoſ.cap. Ad hae.de fil.presbyt.Diaz Decius, & Mandosius, quos refert, et ſequitur Sanchez lib.2. Opuſ.cap.1.dub.14.n.2.Garzias de Beneficijs p.7.c.3. n.3.Pax Iordan.l.10.tit.19.n.2. Barboſa plures citans cap.ex tranſmiſſa, n.2.& cap.ad extirpandas num.2.de fil.presbyt.

223 Succedit verò filius patri immediatè in beneficio, ſi nullus mediat clericus, qui patris beneficium obtinuerit, & poſſederit, addit ex Rebuff.Sanchez ſup.n.4. Et miniſtrauerit, quia nimirum, ſi media perſona ſtatim accepta beneficij poſſeſſione illud filio præcedentis beneficiati reſignaret, fieret fraus. Verùm conſiderandum eſt, quòd hoc etiam fieri poſſet ſine fraude, ideo talis reſignatio ſuſtineri poſſet, quia per ſe non eſt inualida, cum verè inter patrem, & filium mediat alius beneficiatus.

224 Succedet etiam immediatè patri ipſe filius, ſi nullus mediet qui legitimè, & validè beneficium patris poſſideat. Vnde ſi v. g. filius immediate obtineat beneficiũ patris ſine diſpenſatione, hoc mortuo non poteſt alius frater idem beneficium obtinere; quia cum primus frater nulliter illud beneficium obtinuerit, beneficium à morte patris ſemper vacauit, & ita & ſecundus filius immediatè ſuccederet patri in beneficio. Sed ſi primus filius obtinuit beneficium patris immediatè ex Papæ diſpenſatione, tunc ſecundum filius priori mortuo ſine diſpenſatione poteſt idem beneficium conſequi, quia inter Patrem, & ipſum alter eius frater medius fuit. Panorm. d. cap. ad extirpandas, num.10. D.Anton. 3.p. tit.28.c.4.§.3.Hoſtien.d.cap.ad extirpandas n.5. Sanchez d.l.2.c.1.dub.14.n.3.

225 Nomine autem beneficij intelligitur etiam Vicaria perpetua, vt patet ex cap. ad extirpandas. vbi deciditur, quòd filius non poteſt ſuccedere patri in præbenda, in qua pater fuit Vicarius, quod non de Vicario temporali; ſed de Vicario perpetuo eſt intelligendum, vt conſtat ex cap.conſtitutas, eod.tit. Gloſſ. in d.cap. ad extirpandas. v. Vicarij.& ibi Innoc. & in d.cap.conſtitutas. v.perpetuus, & ibi, Panorm. num. 5. Sanchez d. dub. 14. num.6.Garzias p.1. cap.2..num.93. Barboſ. de off. Epiſc. allegat.19. n.25.& ad d. cap.Conſtitutas.n.2. Rebuff. in praxi. de diſp.ſuper defectu nat.n.21.

226 Beneficium etiam debet eſſe idem, & non mutatum. Nam ſi beneficium, quod Pater poſſidebat erat portio, & eo mortuo, factum eſt Canonicatus, iam aliud eſt beneficium, & filius illud poteſt immediatè obtinere. Mandoſ. de ſignat. gratia tit.de diſpenſ. ad benef.in Eccleſ. in qua Pater, Sanchez d.dub.14.n.2.

227 Item ſi patris, & filij beneficia ſint tennia, & mortuo patre illa vniantur in vnum, poteſt filius vtrumque beneficium poſſidere, quia per vnionem factum eſt aliud beneficium. Ita ex Hoſtien. & Vincent. Panorm. in cap. ex tranſmiſſa n.7. de fil. presbyt. Sanchez ſup.n.8.

228 Beneficium verò aliud à paterno beneficio filius legitimus etiam viuente patre, & ſimul cum patre poteſt in eadem Eccleſia poſſidere. cap. Ad hæc de fil.presbyt.& ibi Gloſſ.v.obtinere. Gloſſ.cap.ad abolendam. v. in ſecularibus. & ibi Innoc. & Panorm. n. 2. Domin. cap. ad Apoſtolica 8. quæſt.1. & ibi Turrecrem. & Præpoſitus Felin.cap.in noſtra de renun.n.13. Corol. 3. Rip.cap.inter cæteras, de reſcrip. n.19.& ibi Dec.num.2. Sylu. v. beneficium 3. quæſt 6 Diaz Salzedo, & Rebuff. quos ſequitur Sanchez ſupra num.9. Azor p.2 lib.6.cap.14.quæſt.16. & alij quos ſequitur Barboſa ad dictum cap. Ad hæc. num.2.& 3.Nec obſtat cap. ad abolendam, quia ibi de illegitimis filijs eſt ſermo, & verbum illud, maximè ſpurijs, comparat ſpurios ad alios illegitimos, non verò ad legitimos, vt habent ibi Innoc. & Panorm. num.2.Sanchez vbi ſupra num. 11. vbi benè ex Felin. Salzedo, Rebuff. & Calder. non admittit limitationem Panorm.cap.cum decorem, n.1. eod. tit. vt filius nõ poſſit eſſe ſimul in eadem Eccleſia beneficiatus cum patre, beneficio penitus ſimili, & ſic non poſſint ſimul eſſe Canonici; quia hoc nullo iure probatur, & ceſſat ratio prohibitionis, quia illegitimus ſcandalum præbet, ſi cum patre miniſtrat, non verò ſi filius legitimus. Barboſa ad d. cap. cum decorem. n.2.

229 Loquendo autem de filijs illegitimis, de iure communi antiquo filij illegitimi poterant mediatè ſuccedere patri in beneficio eodem, vt dictum eſt de filijs legitimis, & patet ex cap. ex tranſmiſſa, de fil. presb. & ibi Panor.n.5.Innocen.Hoſtien. & alij Canon. Nauar.in auctario ad cap. ſi quando, de reſcript.num.4. Ripa cap. inter cæteras de reſcrip.n.18. Mandoſius, & Spino, quos ſequitur Sanchez d. l. 2. opuſ.cap.1.dub.15. num.2. Rodriquez, & Miranda, quos ſequitur Barboſa ad d. cap.ex tranſmiſſa. nu.2. & fatetur Clemens VII. in ſua Conſtit.30.Vbi tamẽ idem Pontifex §. 1. hoc illis abſtulit, & decreuit, illegitimum filium nunquam poſſe ſuccedere patri in eodem beneficio, nec immediatè, nec mediatè. Nauar.d.n.4. Sanchez num.4. Barboſa ſupra num. 2. & alij.

230 At loquendo de alijs beneficijs à paternis, filij illegitimi ex iure communi non poterant in eadem Eccleſia ſimul cum patre viuente habere beneficium, eo tamen mortuo poterant eſſe in ea Eccleſia beneficiati, dum non ſuccederent patri in eodem beneficio. cap.ad abolendam, de filijs presbyt. & ibi Gloſſ. ver. in ſecularibus, Innoc. & Panor.n.2. Nauar.d.num.4. Ripa d. cap. inter cæteras, num. 20. Sylu.v.beneficium. 3. quæſt.15. Hoſt. in ſum.tit.de fil. presb.num.5. Diaz, pract.cap. 49. num. 4. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſ. ſuper def. nat. num.37. Sanchez dict.dub.15.num.3. Et circa hoc Clemens VII.in ſua conſtitutione 30. nihil immutauit, vnde illegitimus poterat mortuo patre obtinere beneficium in ea Eccleſia, in qua pater erat beneficiatus, dum non obtineret beneficium patris.

S V M M A R I V M.

1 Decretum Concilij Tridentini circa illegitimos filios Clericorum.n.231.

2 Quid noui ſtatuerit Concilũ ſupra ius commune. num.232.

3 Concilium nihil innouat contra legitimos. n.233.

4 Ratio decreti Concilij non eſt ſola indecentia ſucceſſionis, ſed vt memoria paternæ incontinentiæ arceatur longiſſime ab Eccleſijs.n.234.

5 Illegitimus nec poſt 30. annos poteſt patri ſuccedere in eodem beneficio.n.234.

6 Concilium loquitur etiam de illegitimis natis ante Clericatum.n.235.

7 An

7 *An ſub nomine filij illegitimi veniant nepotes aui, ſcilicet filij legitimi ipſius filij illegitimi. num. 236.237.*
8 *Sententia quæ negat eſt vera.n.238.*
9 *Immo nec nepotes illegitimi filij filij illegitimi. numer.238.*
10 *Sub Decreto Concilij non comprehenditur Pater. num.239.*
11 *Non tamen pater poterit obtinere beneficium vbi beneficium obtinet filius.n.240.*
12 *Fratres in eadem Eccleſia poſſunt eſſe beneficiati, & vnus alteri ſuccedere.n.241*
13 *Sub decreto Concilij non comprehenduntur filij legitimi.n.241.*
14 *De filijs illegitimis duo prohibet Concilium. numer.242.*
15 *Eadem Eccleſia quæ ſit.n.243.*
16 *Eccleſiæ ſorores quando vna Eccleſia ſunt. numer.243.*
17 *Eccleſiæ filiales sũt vna Eccleſia cum matrice, niſi ſolum acceſſoriè ad illam ſe habeant.n.244.*
18 *Illegitimus poteſt eſſe beneficiatus in filiali Eccleſia, quæ ſolum acceſſoriè ſe habet ad matricem. num.244.*
19 *Eccleſiæ vnitæ æquè principaliter ſunt vna Eccleſia n.245.*
20 *Eccleſia nouiter erecta, & diſmembrata non eſt eadem Eccleſia cũ ea,à qua fuit ſumpta. n.246.*
21 *Pro beneficio reputatur habere ſedem in choro. num.247.*
22 *Illegitimus non poteſt habere beneficium in ea Eccleſia, in qua pater habet ſtallum in choro ratione alterius Eccleſiæ,in qua eſt intitulatus.n.247.*
23 *Pro beneficio reputatur Eccleſia receptitia,in qua Clerici viuunt de maſſa communi.n.248.*
24 *Capellania amouibilis non eſt beneficium. nu.249.*
25 *Illegitimus poteſt miniſtrare,& habere beneficium in ea Eccleſia, in qua eius Pater fuit Capellanus amouibilis.n.249.*
26 *Illegitimus poteſt ſuccedere Patri in Capellania abſque Epiſcopi authoritate fundata, vt in ea ſuccedant de parentela. n.250.*
27 *Illegitimus non prohibetur obtinere canonicatum, qui erat portio tunc eum eius pater illum habebat.n.251.*
28 *Habere beneficium eſt illud poſſidere.n.252.*
29 *Illegitimus nõ prohibetur habere beneficium, quod pater obtinuit, ſed non fuerunt pro eo expeditæ literæ. n.252.*
30 *Vel eius non accepit poſſeſſionem.n.252.*
31 *Illegitimus non poteſt habere beneficium, quod Pater obtinuit, & eius poſſeſſionem accepit, licet illud non viderit, nec aliquem fructum perceperit. num.253.*
32 *Etiam ſi pater ſolum per procuratorem poſſeſſionem beneficij ſumpſerit. n.254.*
33 *Si tamen poſſeſſio patris non fuit legitima, & pacifica, ſed exturbatus fuit à poſſeſſione, filius illegitimus illud, vel aliud beneficium in ea Eccleſia poteſt obtinere.n.255.*
34 *Filius non poteſt miniſtrare in ea Eccleſia, in qua pater eſt beneficiatus.n.256.*
35 *In ea Eccleſia, in qua Pater non habet,nec habuit beneficium,poſſunt pater, & filius illegitimus celebrare, etiam ratione legati.n.256.*
36 *Poſſunt ſimul proceſſionaliter ire.n.256.*
37 *In Eccleſia in qua Pater non eſt beneficiatus, licet ibi celebret, poteſt filius habere beneficium. num. 256.*
38 *Pater poteſt habere beneficium, vbi habuit filius. num.256.*
39 *Pater poteſt ſuccedere filio in eodem beneficio. numer.256.*
40 *In Eccleſia vbi Pater habet beneficium non poteſt illegitimus Miſſam, vel Euangelium cantare. num.257.*
41 *Nec eſſe Cantorem.n.257.*
42 *Nec Sacriſtam.n.257.*
43 *Nec priuatim celebrare. n. 257.*
44 *Nec beneficium habere in alia Eccleſia, ſi beneficiatus in ea teneatur aliquando proceſſionaliter ire ad eam Eccleſiam, in qua Pater eſt beneficiatus, & ibi aliquam orationem dicere.n.257.*
45 *Poteſt in Eccleſia vbi pater eſt beneficiatus miſſã ex deuotione celebrare.n.258.*
46 *Nec per ſubſtitutum poteſt illegitimus in Eccleſia patris miniſtrare.n.259.*
47 *Nec ſi ſit laicus in ea Eccleſia tanquam muſicus cantare.n.260.*
47 *Pater, & filius poſſunt ſimul cohabitare. nu.261.*
48 *Nec penſionem habere ſuper fructibus beneficij paterni.n.261.*
49 *Et cenſetur fraus ſi pater conſentiat penſioni ſuper ſuo beneficio ad fauorem tertij cedentis aliud beneficium filio illegitimo.n.263.*
50 *Pater poteſt transferre penſionem in filium illegitimum.n.264.*
51 *Reciprocæ reſignationes inter patrem,& filium illegitimum irritæ.n.265.*
52 *Pontifex regulariter, & ſine graui cauſa in hoc non diſpenſat, vt filius illegitimus ſit beneficiatus, vel miniſtret in Eccleſia, vbi Pater eſt beneficiatus.n.266.*
53 *Diſpenſatus ad beneficia etiam curata, non eſt diſpenſatus ad beneficia in ea Eccleſia,in qua Pater eſt beneficiatus.n.266.*
54 *Requiritur ſpecialis diſpenſatio, vt filius habeat beneficium in Eccleſia patris.n.267.*
55 *Quot ſunt defectus, tot requiruntur diſpenſationes.n.267.*
56 *Concil. Trid. in eo cap.15.ſeſſ.25. de reform. non loquitur de Religioſis.n.268.269.*
57 *Religioſi in odioſis non veniunt ſub nomine Clerici. n.269.*
58 *Non eſt in hoc eadem ratio de Clericis, & Religioſis.n.269.*
59 *Lex pœnalis non extenditur neque ex ſimilitudine. neque ex maioritate rationis.n.269.*
60 *Non eſt eadem ratio eius, quod accidit frequenter. & eius, quod accidit rarò.n.269.*
61 *In Clericis ſecularibus maius periculum incontinentiæ. n.269.*
62 *Si Religioſi ſubderentur decreto præfato Concilij Tridentini ex vi illius decreti illegitimus, nec poſſet eſſe Religioſus in Religione patris, nec habere officium in ea Religione, vel Conuentu, immò nec manere ſimul in eodem Conuentu. num. 270.*
63 *In terminis Conſtit. Clem.ſeptimi. Religioſus illegitimus non poteſt eſſe Prælatus in eo Conuentu, in quo præfuit Pater.n.271.*
64 *Conſtitutio Clementis eſt reſtricta ad idem beneficium.n.271.*

65 Fi-

65 *Filius illegitimus nec mediatè ſuccedit Patri in eodem beneficio. n.272.*

66 *Religioſus illegitimus nil mediatè ſuccedit Patri in prælatura eadem. n.272.*

67 *Religioſus illegitimus non excluditur à prælatura diuerſa ab ea, quam habuit Pater, ſi alias ſit diſpenſatus ad prælaturas. n. 272.*

68 *Diſpenſatus in ea Religione, in qua eſt Pater poteſt à Superioribus diſpenſari ad prælaturas diuerſas ab ea, quam Pater habuit. n.272.*

69 *Soluuntur ſententiæ oppoſitæ obiectiones. n.273.*

231 QVæritur vigeſimoſecundò. Qualiter ſecundum ius nouum Concilij Tridentini filij illegitimi tàm ſeculares, quàm regulares ſint inhabiles ad beneficia in eadem Eccleſia recipienda; in qua Patres eorum beneficium obtinuerunt? Nam *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.15. de reformat.* hoc decretum condidit. *Vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſque decet longiſſimè arceatur, non liceat filijs Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in Eccleſijs; vbi eorum Patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcunque etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſijs quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere, &c. Ad hæc reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſt hac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, vt alter alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius decreti, & canonicarum ſanctionum factæ omninò cenſeantur: nec collationes ſecutæ vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis Clericorum filijs ſuffragentur.*

232 Eſt autem primò conſiderandum, quund S. Congregatio Concilij interrogara, In quo differat decretum hoc Concilij à iure communi? Reſpondit differre in quinque, vt videre eſt ex declaratione, quam referunt *Garzias de benef. p.7.cap.3.n.14. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 72. num. 9. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 65. in prin. Riccius deciſ. 327. p. 4.* & cuius tranſumptum manuſcriptum habeo in monumentis mei officij in hac forma. *Fuit quæſitum in quo differat hoc decretum à iure communi? Reſponſum eſt, quod in quinque. Primò quod non ſolum ratione ſucceſſionis, prout de iure communi: ſed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio. Secundò, quòd talis memoria longiſſimè arceatur, ideſt, non ſolùm immediatè, prout de iure cõmuni, ſed etiam mediatè contra Panorm. in cap. Dilectus, num.2. de fil. presbyt. Tertiò quia non ſolum prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocunque etiam diſſimili, dummodo ſint in eadem Eccleſia, contra ius commune, de quo per Abbat. in cap. Ad abolendam, poſt principium. Quartò quod non ſolum prohibetur filius obtinere beneficium in eadem Eccleſia, in qua pater obtinet, ſed etiam miniſtrare, contra ius commune, quo tantum patri miniſtrare prohibetur. Panorm. in cap. cum decorem. Quintò quod nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorũ obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij.*

233 Hoc autem primò ſupponendum eſt, quòd Concilium de filijs legitimis nihil decernit, & ideò in his ſtandum eſt iuri communi. *Nau. cap. ſi quando de reſcript. in auctario. n.3. & ex Diaz, & Salz. Sanch. l.2. opoſ. cap.1. dub.14. num.3. Garz. p.7. c.3. num.19. Barboſ. de off. Epiſ. alleg.65. num. 16. Rota dec.1442. apud Seraph. Pax Iordan. l.12. tit.19. n.46.*

234 Primò igitur finis Cõcilij cõſiderandus eſt, qui fuit nedum, vt beneficia non ſint hæreditaria, & tollatur ſucceſſio filiorum ad patres, quod reſpicit filios etiam legitimos, & cui rationi innitũtur *cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. & cap. ex tranſmiſſa, & cap. ad extirpandas. & cap. ad hæc. & cap. Michael de fil. presb.* vt adnotauit *Rota apud Car. Seraph. deciſ. 1442. num.5.* Sed vt memoria paternæ incontinentiæ pereat ab Eccleſijs, & quidem longiſſimè. Ideò ex *Gonzalez ad reg.8. Cancellar. gloſ.5. num.33.* habet *Barboſa ad d. cap. Concil. Trid.* filium poſſe ſuccedere in beneficio paterno mediatè poſt 30. annos, quia tempus triginta annorum eſt longiſſimũ, *Lexicon. iuris. v. longiſſimum.* Verùm hoc non ſubſiſtit, quia Concilium non permittit, vt poſt longiſſimum tempus filius illegitimus poſſit habere beneficium patris, vel in ea Eccleſia, in qua pater fuit beneficiatus, ſed hoc abſolutè, ideoque perpetuò prohibet. Et licet ratio prohibendi fuerit, vt memoria incontinentiæ paternæ ab Eccleſijs longiſſimè arceatur; non licet inferre, ergo poſt 30. annos illegitimus filius mediatè poterit obtinere patris beneficium; quia Concilij finis eſt abſolutus, & intendit quod memoria incontinentiæ paternæ longiſſimè, & longiſſimè, ideoque, & ſemper abſit; & propterea abſolutè prohibet filium illegitimum patris beneficium obtinere. Et Gonzalez citatus loquitur de filio legitimo, vnde doctrina eius non rectè applicatur. Ideoque decretum Concilij vniuerſaliter eſſe intelligendum, vt nunquam illegitimus poſſit eſſe beneficiatus in ea Eccleſia, in qua pater habet, vel habuit beneficium, docuit *Pax Iordan. l. 10. tit. 19. num.45.*

235 Per illegitimos autem Concilium intelligit nedum natos à parentibus poſt clericatum, vt voluit *Rodriquez tom.1. q.13. nu 7.* quem ſequutus eſt *Mir. 2.3. quæſt.1. a.16.* Sed etiam natos antequam pater clericus eſſet. Concilium enim abſolutè loquitur de filijs clericorum non natis ex legitimo matrimonio. *Armend. lib.1. tit.19. l.1. de fil. presb. num.7. Garzias de benef. p.7. cap. 3. num. 15. Sigiſ. à Bonon. d. dub.72. Iordan. l.10. tit.11. num. 25. Auguſtinus Barboſ. de poteſt. Epiſcop. alleg. 65.*, qui dicunt etiam hoc fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione. Sed quid dicendum ſi Clericus beneficiatus, dimiſſo beneficio, & clericatu, filium illegitimũ poſtea habeat; poterit ne iſte obtinere paternum beneficium. *Pax Iordan. d. l. 10. tit.19. numer. 16.* putat hunc cõprehendi ſub decreto Concilij, quamuis ſemel in ſua Eccleſia ſeruatum fuerit contrariũ, ſed ipſe vehementer dubitat, quod perperam. Et certè negari non poteſt, quin talis ſit filius Clerici, & quin in Eccleſia illa, in qua pater habuit beneficium, ſit repræſentaturus incontinentiam patris; ideò meritò dubitatur, an talis filius poſſit in ea Eccleſia patris beneficium obtinere, & potiùs negatiua pars eſt amplectenda.

236 Dubium verò hic eſt, an in hac parte textus ſtrictè intelligendus ſit de ſolis filijs illegitimis patris clerici, vel potiùs ampliandus, & extendendus etiam ad nepotes, nimirum ad filios legitimos filij illegitimi, vt neque iſti per patrem illegitimum ab auo deſcendentes poſſint habere beneficium

in

Digitized by Google

in ea Eccleſia in qua vnus eſt beneficiatus. Nam per illegitimos filios intelligendos eſſe etiam nepotes quoſcumque filios filij illegitimi antiquitus tenuerunt, *Gloſſ. cap. ad extirpandas, v. filij, de fil. preſbyt.* & ibi *Innocent. Imola cap. ex parte el 1. de off. legati. Guill. cap. Raynutius, de teſtam. ver. vxorem num. 693.* quos ſequuti ſunt, *Rebuff in praxi tit. de de diſpenſ ſuper denat. num. 25. & ſeqq. & de pacif. poſſeſs. num. 266. Miers de maioratu par. 2. q. 2. nu. 25. Salzedo ad Diaz c. 50. lit. A. Rojas de ſucceſs. ab inteſtato cap. 20. num. 112.* Nam appellatione filiorum veniunt nepotes in linea recta deſcendentes, *l. liberorum, ff. de verb. ſignif. & §. ſui. Inſtit de hæred. qualitat.* Et quia fieri poſſet fraus canonicis decretis. Qui enim nequit dare beneficium filio, illud daret nepoti.

237 Secunda ſententia diſtinguit, & ſi filius illegitimus pater nepotis ipſius aui eſt viuus, dicit, quòd nepos poteſt immediatè ſuccedere ipſi auo: quia tunc ceſſat ratio legis nimirũ ratio ſucceſſionis, ſi enim hæc ratio adeſſet ipſe filius ſuccedere deberet, non verò nepos; qui ſi ſuccedit conſtat, quòd nõ ſuccedit ratione hæreditariæ ſucceſſionis, Sed ſi pater ſit mortuus, etiam nepos ſit proximior ipſi auo, non poteſt illi immediatè ſuccedere, quia tunc videretur ſuccedere ratione hæreditariæ ſucceſſionis. Et ita ſenſerunt. *Hoſtienſ. in ſum. tit. de fil. preſb. num. 5. Turrecrem cap. Apoſtolica 8. q. 1. n. 8. Syluest. v. beneficium 3. q. 6. Tabien. ver. beneficium 2. quæſt. 13. Angelus ver. beneficium, num. 16. Armilla, num. 22.*

238 Sed tertia ſententia tenet abſolutè, quòd in hac materia odioſa nec auus nomine patris, nec nepotes veniant nomine filij. Tum quia ſolum in materia fauorabili nepotes comprehenduntur ſub nomine filiorum, non autem in odioſis. *lege Iulia §. hoc ff. de rit. nupt. l. patri, ff. de adult. Bartol l. liberorum num. 6. ff. de verb. ſignif.* communiter receptus. Tum quia licet filij Clericorum excludantur ab hæreditate paterna omnino, non tamen Nepotes. Et ideo ſententiam hanc ex antiquis tenuerunt. *Gloſſ. in cap 2. & cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. verſ. præbendas* & ibi poſt *Goffred. & Rayner. Giminianus & Præpoſitus & Bellamera n. 5. Panorm. in cap. accedens de accuſat. num. 2. & cap. ex tranſmiſſa u. 7. & cap. ad extirpandas n. 8. de filijs presbit.* & ibi *Io. And.* & apud eum *Brixienſis, frater Io. & Martinus Pamphilonenſis, & amplius Card. ibid. & Anchar.* Et cum Eminentiſſimi Cardinales S. Conc. Trid. interpretes de anno 1574. etiã de ordine ſummi Pontif. Greg. XIII. intelligere vellent, quid in hac quæſt. ſentiret Rota, propoſita quæſt. ſub die 12. Februar. coram Rubeo, Rota cenſuit. quòd nec in *Conſt. Clem. 7.* nec in decreto Concil. Trid. ſub nomine filiorum comprehenduntur nepotes legitimi filij, ex filio illegitimo Et hæc deciſio habetur apud *Nauar. l. 1. Conſil. poſt conſ. 9. de fil. presbit. ſub titulo conſil. decimi* Vnde hanc ſententiam ſequuti ſunt *Nauar. d. conſil. 9. Sanchez l. 2. opuſ cap. p. dub. 18. c. 5. Vgolin. de poteſ. Epiſ. cap. 50. §. 7. n. 2. & §. 8. nu. 2. Sayro de cenſ. l. 6. cap. 10. num. 46. Azor. p. 2. l. 6. cap. 4. q. 17. Rota apud Card. Seraph. deciſ. 1442. Grat. diſcep. for. cap. 397. n. 6. Campanill. rub. 11. cap. 13. nu. 76. Ballet. diſq cler. p. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 3. num. 57. Ricc. p. 4. dec. 283. & in praxi p. 4. reſol. 374. Sigiſ. à Bonon. de clec. dub. 72. n. 4. & ex Sellio cap. 92. nu. 5.* vbi refert hoc fuiſſe deciſum à S. Congregatione die 13. Aug. 1622. *Barboſa ad d. cap. 15. ſeſſ. 25. de reform. num. 6.* & apud eum *Spin. Ceuall. Girond. Galet. Armendar. Nauar. Cunha, Caſtro Palaus, & Honor. Garzias de Benef. p. 7. cap. 3. in addit. n. 22.* vbi refert hoc declaratum fuiſſe à S. Congat. *in Bracar.* 17. Octob 1592. Et hoc extendi debere etiam ad nepotem illegitimum filium. filij illegitimi voluerunt locis citatis *Azor. & Spin. Armendar. & Quintanad. & Cunha apud Barboſam ibid num. 6. & Garz. d. p. 7. cap. 3. n. 27.* idem tenet tanquam deciſum a S. Congregat. die 1. Martij 1589.

239 Dubium ſecundo eſt, an viceuerſa pater poſſit obtinere beneficium filij, vel potiùs id ſibi ſit prohibitum. Tractat hanc quæſ. ex profeſſo *Rota apud Card. Seraphinum dicta deciſ.* 1443. & reſoluit patrem non comprehendi ſub hoc decreto, ideoque illum poſſe habere beneficium in ea Eccleſia in qua filius etiam illegitimus beneficium obtinuit & idem tenent *Garz. p. 7. c. 3. nu. 18. & Lanor. c. 16. n. 57* Nam pater non continetur nec ſub terminis huius textus, quia à Pater non eſt filius, nec ſub ratione motiua, quia maior ratio eſt in excluſione filij, quã patris; cum ſpurij, & illegitimi ſint beneficiorum incapaces, *cap. literas, de fil. presbit.* pater verò non eſt incapax beneficij; cum non præſupponatur illegitimus, & memoria patris magis conſeruetur per filium, quàm econtra, nam filius denominatur à patre, non pater à filio apud omnes nationes; & qui videt filium poteſt recordari patris, ſed qui videt patrem, non ſtatim occurrit illi ipſum filium illegitimum procreaſſe. *Abb. cap. cum ad decorem. in fin. eod tit.* Et hanc rationem, quòd pater magis repræſentatur per filium amplexa eſt Sacra Congreg. ad dictũ *cap.* 15. dum voluit admittere patrem ad dimiſſionem beneficij, quòd obtinebat ad effectũ, vt non excluderetur filius, quòd expreſsè eſt cautum in decreto Concilij: Nam filius presbyteri dicitur argumentum ambulans ſuper terram incontinentiæ paternæ, *Gloſſ. in cap. propoſuiſti v. filij 82. diſtinct.* Et pro eadem opinione facit id, quod aliàs S. Congregatio cenſuit, ſub die 22. Decemb. 1594. patrem non comprehendi in prohibitione, qua cauetur ne filius ſuccedat immediatè in beneficio patris. Facit etiam, quòd deciſum fuit in Rota in cauſa, nullius, legitimitatis coram Rubeo 12. Febr. 1574. Nepotem legitimum ex filio illegitimo non comprehẽdi ſub hoc decreto Concilij, ex quo adeſt nõ in eo tanta ratio, quanta in filio illegitimo, Hæc Rota *ibid.* & fuit ſententia *Gloſſ. in cap. Apoſtolica 8. q. 1. & in cap. Quoniam, de fil. presb. Io. Andr. Card. Butr. Anchar. & Panorm. nu. 7. in cap. ex traſmiſſa, eod. tit.* quam ſequuntur *Rebuff. in praxi tit. de diſpenſat.* ſuper defectu *natal. n. 29. Rodriq. l. 1. ſum. cap. 29. num. 4. Vega p. prima cap. 36. num. 18. Sayr. de cenſ. l. 6. cap. 10 n. 44. Sanchez t. 2. opoſ. cap. p. dub. 19. Leſſ. l. 1. cap. 34. n. 91. Campanil. rub 11. cap. 13. nu. 7. Sigiſmund. à Bonon. dub. 72. nu. 3. Sanchez Conſil. lib. 2. cap p. dub. 19. Barboſa* plures referens, ad hunc *cap. 15. Conc. Trid. n. 7. Garz. p. 7. c. 3. nu. 28. Pax* Iordan. *l. 10 tit. 19. num. 50. Gratian. c. 397. n. 6.*

240 Non poterit tamen Pater viuente filio obtinere beneficium, in ea Eccleſia in qua filius, vel beneficium habet, vel miniſtrat; quia hoc non poſſet fieri niſi filius haberet beneficium, vel miniſtraret in ea Eccleſia in qua Pater eſſet beneficiatus, quod directè repugnat Concilio. Sed bene Pater poterit obti-

btinere beneficium in ea Eccleſia in qua filius an-c a erat beneficiatus *Garzias num. 31. Pax Iordan. num.19.*

241 Ex quo ſequitur multò minùs in hoc decreto comprehendi fratres, ſed eos nedum in eadẽ Eccleſia poſſe eſſe beneficiatos, ſed eorum vnum poſſe alteri ſuccedere; loquitur enim textus iſte de filijs reſpectu patris, & ideo etiam de iure antiquo hoc tradidit *Panorm. in cap. ex transmiſſa n.3. ex Io. Andrea* & poſt Concil. Trid. hoc idem docuerunt *Sayr. de cenſ. lib.6. cap.10. nu.44. Azor p.2. l.5. cap.44. quaſt.6. & ex Rodcric. à Cunha, Barboſa* vbi ſupra *num.8.*

242 De filijs igitur illegitimis quibuſcumque loquens hoc Conc. decretum, duo ſingularia illis prohibet, quæ non erant prohibita iure communi. Primum quòd in eadem Eccleſia non poſſunt ſuccedere patri in beneficio, nec etiam mediatè. Secundò quòd nullum aliud beneficium etiam diſſimile in eadem Eccleſia obtinere poſſunt.

243 Eadem verò Eccleſia eſt, cuius vnus & idem eſt intitulatus, licet materialiter ſint Eccleſiæ plures; ſiue eadem Eccleſia eſt in qua cum intitulatus reſidet, cenſetur in alia reſidere, & tanquam intitulatus ad vtramq; vtramq; adminiſtrat. Vnde colligitur primò, quòd Eccleſiæ ſorores, quarũ aliquæ reperiuntur in Hiſpania, ita vt reſidens in vna cenſeatur reſidere in alia, habẽtur pro vna Eccleſia, & nullũ in eis beneficium habere poteſt illegitimus, ſi pater eius in aliqua illarum aliquod vel habet, vel habuit. Et ſic non poteſt pater eſſe beneficiatus in vna, & filius in altera *Barboſa vbi ſupra, nu.16.* Et huic ſententiæ fauet declaratio S. Congreg. quam refert, *Garzias p.7. cap.3. n.75. fin.* & alia, quam ex *Vgol. de irregul. cap.50. §.7. nu.1.* refert idem *Garzias add. ad d. n.75.* qui tamen ibi oppoſitum ſentit.

244 Colligitur ſecundò, quòd & Eccleſiæ filiales cenſentur vna Eccleſia cum matrice, ſi ſunt illi vnitæ principaliter, ita vt intitulatus in matrice cenſeatur intitulatus in filiabus, & omnium habeat adminiſtrationem, ſiue filiales Eccleſias obtinentes tenentur miniſtrare in matrice. Non verò ſi Eccleſiæ filiales ſunt vnitæ matrici acceſſoriè & eas obtinentes non tenentur in matrici miniſtrare, licet etiam matrix habeat quædam iura parochialia in filiabus. Ideo ſi pater fuit rector, ſeu intitulatus in matrice poteſt filius eius obtinere Eccleſiã filialem ſi illa vnita eſt matrici acceſſoriè & obtinens non tenetur miniſtrare in matrice, & pater in ea non miniſtrauit, non autem ſi filialis eſt vnita matrici non acceſſoriè, ſed æquè principaliter, & ita vt intitulatus in vna, ſit intitulatus in alia, ſiue ſi obtinens filialem tenetur miniſtrare in matrice, ſi pater in ea filiali miniſtrauit, *Garzia de benefic. par.7. cap.3. numer.62.* referens hoc deciſum à Sacr. Congregat. *Campanil. rubr.11. cap.13. num.67. & ex Armendar. Barboſa vbi ſupra num.23. Pax Iordan. d. lib.10. tit.19. n.55.*

245 Colligitur tertiò, quòd Eccleſiæ plures, & beneficia vnita ſunt vna Eccleſia, & vnum beneficium, ſi ſunt vnitæ, vel vnita æquè principaliter. Et ideò illegitimus non poteſt obtinere beneficium æquè principaliter vnitum Eccleſiæ, quam pater obtinet, vel obtinuit, poteſt verò obtinere ſi beneficium Eccleſiæ, quam pater obtinet eſt vnitum ſolùm acceſſoriè, & in eo pater non miniſtrauit, nec ipſe in Eccleſia obtenta à patre tenetur miniſtrare, hoc enim Sac. Congregationem declaraſſe, refert, & & tenet *Garzias loco citato, n 62. & 64.* Vbi addit, quòd beneficium, quod tanquam vnitum alteri acceſſoriè pater habuit, diſſoluta vnione non poteſt obtineri à filio, ex Conſt. Clem. VII.

246 Colligitur quartò, quòd Eccleſia nouiter erecta ex parte alterius Eccleſiæ, & ab ea diſmembrata, non eſt ampliùs eadem Eccleſia; ideo illegitimus poteſt obtinere Epiſcopatum nouiter erectum ex parte Archiepiſcopus, quem pater eius obtinet, vel obtinuit, quia Epiſcopatus iſte iam eſt noua Eccleſia ab Archiepiſcopali diſtincta. *Aldan. in compend. Canonic. reſol. lib.5. tit.18.* vbi refert ſic fuiſſe à Sac Congreg. deciſum ſub die 12. Februar. 1598. *Caſtro Palaus tom.2. tract.13. diſp.4. par.2. n.15.* quos ſequitur *Barboſa vbi ſupra n.18.*

247 Nomine verò beneficij nedum veniunt Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Canonicatus, dignitates, præbendæ, Parochiales, Rectoratus, & ſimiles tituli per quos aliquis clericus intitulatur Eccleſiæ titulo perpetuo, ſed in præſenti pro beneficio reputatur habere ſedem in choro, ideo ſi pater ratione dignitatis, quam in alia Eccleſia habet, ſimul habent in altera ſedem in choro, eius filius illegitimus in nulla harum Eccleſiarum poteſt obtinere beneficium, *Garſias de benef. par.7. cap.13. nn.66. Armendar. in addit. ad recopil. leg. Nauarra lib.1. tit.19. lib.1. fil. presby. Barboſa vbi ſupra nn.14. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.397. num.29. Lanor. cap.16. num.55.*

248 Item beneficium eſt accipi in Clericum Eccleſiæ receptitiæ in qua recepti abſque alia prouiſione diuinis inſeruire, & maſſæ communis participes eſſe conſueuerunt. Ideò ſi pater, vel fuit in aliqua Eccleſia receptitius Clericus, eius filius illegitimus non poteſt ibi admitti in receptitium, quia receptitius dicitur beneficiatus, ex *Aldan. in compend. Canonic. reſolut. lib.5. tit.18. num.6.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe determinatum die 2. Decembr. 1605. *Barboſ. vbi ſupra n.19.*

249 Sed Capellania amouibilis non eſt beneficium; ideo poſſe illegitimum obtinere beneficium in Eccleſia in qua pater eius nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licet ei inſeruierit tanquam Capellanus amouibilis, tanquam deciſum à Sac. Congreg. tenent, *Garzias d. cap.3. num.72. Gratian. diſcept. forenſ. cap.397. a n.23. Campanil. rub.11. cap.13. numer.67. Ricc. deciſ.204. par.4. & in praxi reſol.373. par.4. Sigiſm. à Bonon. dub.72. num.6. & ex Armendar. Barboſa de off. Epiſ. alleg.65 num.5. & ad d. cap.15. ſeſs.25 de refor. n.22. Pax Iordan. d. lib.10. tom.19. nn.56.*

250 Item illegitimum non prohiberi ſuccedere in Capellania, quæ fundari ſolet abſque Epiſcopi, vel ſuperioris authoritate, vt in illis ſuccedant clerici de parentela, tradit *Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloſs.5. num.33. Caſtro Palao d. diſp.4. par.2. num.15.* quos refert, & ſequitur *Barboſa de off. Epiſc. alleg.65. num.13. & ad d. cap.15. Conc. Trid. n.24.*

251 Item nec prohiberi illegitimum obtinere Canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum poſſidebat probant, *Achil. de Graſſis deciſ.1. de fil. presbyt. Gonzal ad regul.8. Cancel. gloſ.5. nu.33. Lotter. de re benef. lib.3. q.48. nu.210. Barboſ. d. alleg. 65. num.12. & vbi ſupra, numer.25.* quia dum illud

beneficium ex portione factum eſt, Canonicatus mutatum fuit, & factum fuit aliud beneficium, vt dictum eſt etiam ſupra *nu.*126.

252 At verò per habere beneficium intelligitur beneficium quocumque modo poſſidere. Ideo ſi pater per ſolam ſupplicationem obtinuit beneficiũ, ſed literæ non fuerunt expeditæ, vel ipſe poſſeſſionem non cœpit, poteſt filius in eadem Eccleſia beneficium obtinere, quia ante confeſſionem literarum, gratia non eſt perfecta, ſed informis & non dicitur pater habere, vel habuiſſe beneficium cuius poſſeſſionem non habuit. Sic Sac. Congregationem declaraſſe, refert *Garzias d. cap.*3. *nu.*36. & tenent *Barboſ. vbi ſupra numer.*21. *Pax Iordan. d.lit* 19. *num.*53.

253 Econtra verò, ſi pater poſſeſſionem beneficij accepit in aliqua Eccleſia, licet in ea nec miniſtrauerit, nec fuerit, nec aliquem fructum ex beneficio retulerit, non poteſt eius filius illegitimus in ea Eccleſia beneficium obtinere. Et hoc enim declaratum à Sac. Congregatione refert, *Garzias d.num.*36. & tenent *Barboſa d.num.*31. *Pax Iordan. d.num.*53. *Lauor.cap.*16.*num.*51. quia per poſſeſſionem acquiritur ius in re, & cauſatur vitium in perſona filij per patris intitulationem, *Panorm.in cap. tranſmiſsa de fil. presbyt.num.*6.

254 Quod adeo verum eſt, vt ſufficiat patrem accepiſſe poſſeſſionem beneficij per procuratorem, vt non poſſit amplius filius illegitimus in ea Eccleſia beneficium obtinere. Et hoc enim Sac. Congregationem pluries declaraſſe, ex *Campanil. rubr.* 11.*cap.*13.*num.*67. refert *Pax Iordan. num.*54. *Lauorius cap.*16.*n.*51.

255 Etſi pater poſſeſſionem beneficij obtinuit in aliqua Eccleſia abſque legitimo titulo, licet poſſeſſionem illius aliquando habuerit minùs pacificè, impedire, vt ſi ius in ea Eccleſia poſſit beneficium obtinere aſſerunt reſolutum fuiſſe, *Garzias de benef. par.*7.*cap.*3.*num.*59. *Armendar.d.lib.*1. *de fil.presbyt. Caſtro Palao d.par.*2.*n.*7. *Barboſa d.c.*15.*num.*13. *Pax Iordan.d.lib.*10.*tit.*19.*n.*25. & 53.

256 Addit poſtea Concilium, vt in Eccleſia in qua Pater habet beneficium filius illegitimus non poſſit aliquo modo miniſtrare. Et verò conſiderandum, quod neceſſe eſt, vt pater in ea Eccleſia beneficium obtineat, vt filius prohibeatur in ea miniſtrare. Ideo non valet econtra, ſed ſi filius habet vel habuit beneficium in aliqua Eccleſia poterit pater in ea miniſtrare, licet viuente filio non poſſit in ea beneficium habere, quoniam vt ſupra probatum fuit, in prohibitione iſta non cõprehenditur pater. Vnde etiam dictum eſt, non prohibere filium habere beneficium in ea Eccleſia in qua pater fuit Capellanus amouibilis, & ſine titulo, *Lauor.cap.*16. *num.*52. Hinc eſt quòd pater & filius illegitimus non ſunt prohibiti celebrare Miſſam in eadem Eccleſia dummodo non obtineant beneficiũ, ſed vnus v.g. celebret deuotionis cauſa, & alius cauſa legati relicti. Sic enim fuiſſe reſolutum per Sac. Congregat. teſtantur, *Garzias d.cap.*3.*numer* 73. *Campanil. d cap.*13.*nu* 67. *Sigiſm.de Bonon.dub.*72.*nu.*7. *Lauor. variarum lucubrat.tit.*4.*cap.*16.*num.*54. *Barboſa vbi ſupra num.*28. Et pariter non eſſe inferendam moleſtiam illegitimo celebrari Miſſam ob quodam legatum in ea Eccleſia in qua pater celebrabat ex deuotione deciſum referunt, *Garz.num.*73. *Campanil. num.vbi ſupra, Caſtro Palao d par.*2.*num.*17. idem quoque, *Garzias n.*68. quem ſequitur *Lauor. nu.*55. refert deciſum, quod pater & filius illegitimus poſſunt proceſſionaliter ſimul ire vnum ſcilicet tanquã beneficiatum, & alium tanquam Capellanum diuerſarum Eccleſiarum. Aduertit verò *Barboſa de off. Epiſc.alleg.*65.*num.*22. & *ad d. cap.*15.*nu.*30. *ex Garz. & Armend.* quod ſi proceſſio accederet ad Eccleſiam in qua pater habet beneficium, non poſſet filius in ea miniſtrare. In ea igitur Eccleſia in qua pater nec habet, nec habuit beneficium, poteſt filius illegimus miniſtrare, immò & habere beneficium. Pater verò non prohibetur miniſtrare in ea Eccleſia in qua filius illegitimus eſt beneficiatus, immò mortuo filio poteſt pater in eadem Eccleſia beneficium habere, immò nec prohibetur habere immediatè beneficium, quod fuit filij ſui illegitimi, *Rota coram Seraph.in d.deciſ.*1442. *n.*6. *ex Tancred. Præpoſ.Io.Andr.& alij.*

257 Econtra verò vbi pater beneficium habet vel habuit, non poteſt filius quomodocumque miniſtrare, & idem tenent *Grat.cap.*397.*nu.*26. & *Pax Iordan.num.*29. Ideo in ea Eccleſia filius illegitimus nedum non poteſt ſolemniter Miſſam, Euangelium, aut Epiſtolam cantare, aut officium cantoris, vel Sacriſtæ agere. Immò nec poteſt beneficiũ in alia Eccleſia obtinere, ſi ex hoc obligatur ad aliquando miniſtrandum in ea Eccleſia in qua pater eſt beneficiatus. Vt ſi vnius Eccleſiæ beneficiati teneantur aliquando proceſſionaliter accedere ad aliam Eccleſiam, & ibi orationem aliquam dicere, ſi in hac Eccleſia pater eſt beneficiatus, non poteſt eius filius illegitimus eſſe beneficiatus in aliqua dictarum Eccleſiarum. Nam & hoc declaraſſe Sacram Congregationem iterato etiam de mandato Pontificis, cauſa propoſita in vna *Leodien.*31. *Aug. & 3. Septemb.* 1587. refere *Garz. n.*69. *Pax Iordan. numer.*30. ſed nec poſſit cantare Antiphonam, ratione oneris, beneficijs alterius Eccleſiæ annexi.

258 Extendunt hoc aliqui, vt illegitimus filius in ea Eccleſia in qua pater habet beneficium, non poſſit neque ex deuotione celebrare, *Nauar.conſ.*1. *q.*17. *de conſuetud.Gratian.diſcept. cap.*397. *num.*27. *Bellet.par.*1.*tit.de diſcipl.cleric.*§.3.*nu.*32. & *ex Sayr. & Ricc. Barboſ.ad d.cap.*15. *Concil.Trid. numer.*26. Verùm benigniùs eſſe intelligendum decretum Cõcilij ita vt prohibeat filio illegitimo miniſtrari in Eccleſia paterni beneficij ſolum ex officio, aut ex ſalario, nõ verò ex deuotione & libertate dixerunt, *Rodriquez tom.*1.*ſumm. cap.*47.*num.*1. *Garz d.cap.*3. *num.*70. *Pax Iordan.d.tit.*19. *num.*31. Et hoc praxi eſſe confirmatum dicunt, & eſſet rationabile, niſi obſtaret, quod & ex *Aldan.in compend. Canon.reſol. Barboſa ad d.cap.*15 *num.*26. refert deciſum, quòd illegitimus non poſſit in Eccleſia, vbi pater habet beneficium, Miſſam priuatam celebrare.

259 Decretum etiam præfatum S. Congreg. in *Leodien.* limitant *Garz.num.*71. & *Pax Iordan nu.* 32. vt non ſe extendat caſum, in quo filius illegitimus Eccleſiæ in qua pater habet beneficium poſſet inſeruire per ſubſtitutum, ſed hæc limitatio difficilis eſt vt admittatur, & alij DD. abſolutè docent, quod non licet filio illegitimo miniſtrare in Eccleſia paterni beneficij. Et certum eſt, quod etiam ſi beneficium non requirat reſidentiam erit contra decretum Concilij ſi filius illegitimus tale benefi-

cium

ciũm obtineat in Eccleſia, in qua pater beneficiũ habet. Nam & ſubſtitutus repræſentans filium illegitimum, repræſentat ſimul incontinentiam patris eiuſdem filij illegitimi.

260 Immò oſtenditur, vt nec laicus illegitimus poſſit tanquam muſicus canere in ea Eccleſia, in qua eius pater habet, vel habuit beneficium; nam & hoc eſt aliquod miniſterium præbere in Eccleſia, & hoc tanquam deciſum à Sacra Congregatione tradunt *Garzias d. cap.3. num. 68. Campanil. num.13.* Riccius *p.4. deciſ. 283. num.1. Barboſa vbi ſupra num.27. & de off. Epiſc. alleg.65. num.21. Pax Iordan.d.l.10.tit.19.n.26.*

261 Certum verò eſt patrem, & filium ex vi huius decreti Concilij Trident. nõ impediri, quin ſimul poſſint cohabitare, quia hoc non eſt Eccleſiæ miniſtrare. Et ita hoc quoq; tanquam deciſum à Sacra Congregatione, tenent *Garzias num. 74. Sigiſm. à Bonon.dub.72.num.8. & ex Armend. & Lanor. Barboſa vbi ſupra num.31. & de off.Epiſc.alleg. 65.num.14.*

262 Amplius verò iſti filij illegitimi prohibentur habere penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ patres poſſident, vt *expreſsè* continetur in hoc decreto Concilij, & tradunt *Nauar. l.1.conſ.9.n.7. de fil. presbyt.* Rota *apud Seraph. deciſ.1442.num.15. & deciſ.12.num.2. & deciſ.549.num.2.par.4.* Recent. *& coram Buratto deciſ.53.num.3. Lauor. cap.16.nu. 48. Gratian. d. cap. 397.* & plures alij quos refert *Barboſ. vbi ſupra n.32.*

263 Qui *n.34. ex Garzia, & Armendar.* refert deciſum diſpoſitionem huius decreti Concil. intrare, ſi Antonius filius legitimus obtentum à ſe Canonicatum reſignet ad fauorem Nicolai, ſed illegitimi filij ipſius Matthæi reſeruata ſibi penſione ſuper fructibus Parochialis, quam Matthæus pater obtinebat, quia cenſetur ipſe pater in fraudem conſenſiſſe penſioni.

264 Nihilominus tamen Clericum habentem facultatem transferendi penſiones, poſſe illas, ſi tamẽ non ſint fundatæ ſuper beneficio paterno, transferre in filium illegitimum, aliàs diſpenſatum ſimpliciter ad beneficia, & penſiones, tradunt *Gratian. diſcept. forenſ. cap.397. num.1. & 7. ex Gyg. de penſ. quæſt.86. num.5. Pariſ. de reſig. l.6. quæſt.4. num.21. & 22. Gonzal. ad reg. 8 Cancell. gloſſ.5.§.5.num.22. & 23. Item Azor. p.2. lib.8. cap.8. quæſt. 7.* Garzias *de benef. par.7. cap.3. num.34. & ex Ricc. & Aldan. Barboſa vbi ſupra num. 35. & d. alleg. 65. num. 27.* qui etiam hoc fuiſſe deciſum à Sacra Congregatione referunt, quamuis hoc neget *Mandoſius de ſignatura tit. de translat. penſion. ad fin. in nouiſ. & ex eo Garzias num.36. & 37.* cenſeat videri, quod dicta ſententia non ſit tuta, nec vera, eò quòd ſub nomine beneficij veniat penſio, quæ loco beneficij ſuccedit. Sed his non obſtantibus ſententia illa eſt tenenda, quia penſio impropriè eſt beneficium, & in materia odioſa non eſt facienda extenſio. Vnde etiã eſt, quod filium illegitimum poſſe habere penſionem ſuper eodem beneficio, aut præbenda ſuper qua illam habet pater, docet Gratianus *diſcep. cap. 397. num.4. & 9. ex Gigant. de penſ.q.12. in fin. ver. an autem penſio num.2. & Gonz. de alternat. gloſſ.5. §.5. num.13.* Illegitimum etiam diſpenſatum ad pẽſiones poſſe habere penſionem ſuper beneficio domus paternæ, tenent *Garz. num.39. ex Quintadeñas, & Pax Iordan. num.23.* ſicut, ſi poſtquam penſio eſt illegitimo filio legitimè conſtituta ſuper beneficio, tunc non paterno, non amittit filius penſionem, ſi beneficium poſtea perueniat ad patrem: vt tradit idem *Pax Iordan. num.24.* filius autem legitimus nõ prohibetur ſuper paterno beneficio habere penſionem. *Garz. num.35. Pax Iordan. n.22.*

265 Tandem reciprocæ reſignationes beneficiorum in fauorem filiorum illegitimorum faciendæ declarantur irritæ, & nullæ. *Nauar. l.1. conſ. 10. de renunciat.* & Doctores ſuperius ſæpius citati.

266 Ex his igitur habemus, quod filius illegitimus Clerici eſt incapax beneficij in ea Eccleſia, in qua Pater eius beneficium obtinet, vel obtinuit, & taliter, quod nedum non poteſt ab Epiſcopo diſpenſari ad beneficium ſimplex obtinendum, *Gloſſ. in cap. penul. de fil. presb.* & ibi *Panorm. nu.4. Card. in cap. tua eod. tit. Grat. dict. cap. 397. num. 33. & 34. Barboſ. d. alleg. 65. num. 30. Pax Iordan. d. tit. 19. num.42.* ſed longè difficilior reddita eſt diſpẽſatio obtinenda à Pontifice, qui quidem ſuper hac lege regulariter non diſpenſat, & ſine graui cauſa, & ita vt diſpenſatus à Pontifice ſimpliciter ad obtinenda beneficia etiam curata, non per hoc intelligatur diſpenſatus ad habendum, vel minimum miniſterium in ea Eccleſia, in qua pater eius obtinet, vel obtinuit beneficium.

267 Sed requiritur ſpecialis diſpenſatio ad habenda beneficia in Eccleſia, in qua pater habet beneficium. *cap. 3. vbi Gloſſ. in ver. patiaris, cap. conquerente,* & ibi *Gloſſ. in verb. in fin. de fil. presbyt. Rebuff. in praxi de diſpenſ. ſuper defectu natal. nu.55. Grat. d. cap. 397. num.35. Pax Iordan. d. tit. 19. nu. 43.* Vna enim diſpenſatio non tollit omnes defectus; ſed tot requiruntur, quot obſtacula. *Gemin. conſil. 33. num.8. Caſſan. dec.9. num.1. de præben. Rota dec. 233. n. 22. p.1. diuerſ. Gratian. ſup. n.38. Pax.* Iord. *ibidem*. Quod verò addunt *Rebuff. num. 24. Grat. num.36. Pax. d. num.43.* neceſſariam eſſe derogationem in ſpecie conſtitut. Clementis ſeptimi, & hodie etiam Concilij Tridentini in genere, non ſubſiſtit, quoniam vt habetur ex conſtitutione Pij quinti, quam refert *Garzias l.4. cap.5. n. 33. q.6.* ad derogandum Concilio Tridentino, nulla derogatio eſt neceſſaria, ſed ſufficit quod Papa per propriam ſignaturam diſpenſet ſuper lege dicti Concilij, etiã ſi nulla eius fiat mentio.

268 Cum autem hæc vera ſint de clericis ſecularibus, intrat quæſtio, an decretum hoc Concilij Tridentini ſe extendat ad Religioſos, & ita vt filius illegitimus non poſſit eſſe Prælatus in ea Religione, Prouincia, vel monaſterio, in qua eius pater fuit prælatus. Sunt autem circa hoc plures ſententiæ. Prima tenet decretum hoc Concilij Tridentini extendi ad Religioſos, ita vt filius illegitimus ſine ſpeciali diſpenſatione diſtincta ab ea, quæ eſt illi neceſſaria, quia eſt illegitimus, non poſſit eſſe Prælatus in ea Religione, in qua eius pater prælatus fuit. Ducuntur, tum quia id habetur expreſsè in conſtitutione 30. Clementis ſeptimi. Tum quia in conſtitutione 3. Gregorij Decimiquarti habetur, quod huiuſmodi filij nec poſſint ad habitum recipi in ea Religione, in qua pater eius profeſſus fuit, multò minùs igitur poterunt in eadem Religione fieri Prælati. Tùm tertiò, quia hoc eſt prohibitum in *cap. præſentiam, cap. cum decorem, cap. ad abolen-*

dum de fil. presbit. Tum quia militant eædem rationes vtrobique, malum ſcilicet exemplum paternæ incontinentiæ, indecorum domus Dei, deteſtatio paterni criminis, vt colligitur ex dictis capitibus. Immò fortiùs militant in Religioſis, quã in Clericis, quoniam cum Clerici communiter minùs ſtrictè viuant, non cedit in tam grande ſcandalum, quàm cederet in filijs Religioſorum; vnde nomine Clericorum in fauorem Religionis etiam Monacos intelligimus. Hæc verò ſententia diuerſimodè intelligitur; nam *Miranda tom. 2. quæſt. 2. a. 10.* quem ſequitur *Lauor. cap. 16. num. 47.* eam intelligit vniuerſaliſſimè, ita vt filius illegitimus non poſſit eſſe Prælatus in tota ea Religione, in qua eius pater prælatus fuit. Sed *Peyr. in prælat. regul. quæſt. 2. cap. 5. num. 140.* hoc limitat ad eandem Prouinciam. Sed *Rodriquez tom. 1. quæſt. 13. a. 7.* quem ſequuntur *Sigiſ. à Bonon. dub. 72. num. 5. Hieron. Rodriq. reſol. 52. num. 42. Donatus p. 3. tract. 5. quæſt. 31. num. 13.* & apud eum *Samuel.* hoc limitat ad idem monaſterium. Sed ſecunda ſententia verior diſtinguit decretum Concilij Tridentini à decretis Clementis ſeptimi; & ait Religioſos non comprehendi ſub decreto Concilij Tridentini, licet comprehendantur ſub conſtitutione Clementis ſeptimi.

269 Dicitur igitur, Religioſos non comprehẽdi ſub præfato decreto Concilij Tridentini, ideò ex vi dicti decreti non prohiberi filios illegitimos, ſi aliàs ſuper illegitimitate ſint diſpẽſati, quin ſint Prælati etiam in eodem monaſterio, in quo patres eorum præfuerunt. Ratio eſt, quia in pœnalibus ſub nemine Clericorum non veniunt Religioſi: Concilium autem de filijs Clericorum loquitur, nec aliquam mentionem facit Religioſorum: vnde ſub decreto Concilij non comprehenduntur Regulares. *Rodriquez tom. 1. q. 13. a. 7. Lezana p. 1. cap. 18. nu. 60.* Quod magis certò colligitur, quia in ea *ſeſſ. 25. Concil.* ſeparatim decernit ea, quæ ad Religioſos ſpectant ſub titulo *de Regularibus*, & quæ ſpectant ad Clericos ſeculares in *tit. de Reformatione*, ſub quo titulo comprehenditur hoc decretum. Et quando Concilium voluit aliquod decretum factum pro Clericis extendi ad Regulares id expreſſit. Nec obſtat quod aſſeritur, quia ſcilicet militat ratio Concilij etiam pro Religioſis. Tum quia lex pœnalis nõ extẽditur ex generica ſimilitudine rationis, vt ſupra c. 5. probatum eſt. Et benè docet *Gloſſ. c. in pœnis, de regul. iuris in 6.* immo neque ex maioritate rationis, cum videamus ſæpiſſimè minora peccata ſeueriùs puniri. Tum quia non eſt verum, quòd hic militet eadem ratio, quoniam cum vt *Peyr.* ipſe fatetur *num. 137. fin.* quæ rariſſimè accidunt, & ferè nunquam, non ſint in conſideratione, non eſt eadem ratio eius quod frequentius accidit, & eius quod accidit rariſſimè, nec vim eamdem habet ad mouendum legiſlatorem ad prohibendum aliquid ſub grauiſſimis pœnis vnum, & aliud: & vt habet *Rota apud Card. Seraphin. deciſ. 1442.* non eſt eadem ratio, vbi ratio non eſt tanta in vno, quanta in alio. Modò ſic eſt, quòd in Clericis ſecularibus habentibus pinguea redditus, & intra mulierũ conſortium viuentibus fragilitas humanæ conditionis facilius longè periclitatur, & ad incontinentiam ducitur, quàm in Religionibus, in quibus rariſſimè accidere poteſt, vt illegitimus reperiatur, qui ſit filius Religioſi eiuſdem Religionis, & cuius pater ſit Prælatus; & ideò decor Eccleſiarum voluit, vt incontinentiæ Clericorum fortius remedium adhiberetur: cuius remedij neceſſitas non inuenitur in Religionibus, in quibus fortiora impedimenta cõtra incontinentiam ex præſcripto propriarum regularum ſtatuta ſunt.

270 Confirmatur hoc, nam ſi ſemel verum eſt, quòd Religioſi comprehendantur ſub hoc decreto Concilij Tridentini, ſequitur, quòd filius illegitimus non poſſit mediatè ſuccedere patri in prælatura eiuſdem Conuentus, nec permanere in eodem Conuentu cum Patre, cuius oppoſitum idem *Peyr.* docet *num. 141. & 142.* Et certè cum ſit euidentiſſimum, quod ex vi Concilij Tridentini filius illegitimus, nec mediatè poſſit ſuccedere patri in eodem beneficio (quod etiam eſt verum in terminis bullæ Clementis ſeptimi) inconſequenter loquitur *Peyrin.* hoc admittens de Religioſo, quem vult ſubdi eidem decreto. Sed cum ſupra etiam probatum ſit, filium illegitimum non poſſe ſimul cum patre viuere in eadem Eccleſia receptitia, in qua Clerici non habent redditus proprios, ſed viuunt, & ſunt participes menſæ communis, igitur ſi Religioſi ſubduntur huic decreto Concilij, non poſſunt ſimul eſſe in eodem Conuentu filius illegitimus, & pater; quia Conuentus ſunt Eccleſiæ, & beneficia receptitia, cum in eis Religioſi viuant de maſſa cõmuni. Nec obſtat quod pater, & filius illegitimus non ſint prohibiti viuere in eadem domo; quia hoc eſt verum de eadem domo ſeculari, non autem eſſet verum de regulari, in qua tàm pater, quàm filius habent ius viuendi ex communi maſſa; in hac enim domo admitti non poſſunt pater Clericus, & eius filius illegitimus. Vnde ſequeretur etiam, quòd ex vi huius decreti Concilij Tridentini non poſſet filius illegitimus recipi in eadem Religione eadem ratione, quia Religio eſt beneficium receptitium, in qua Religioſi acquirunt ius viuendi ex maſſa communi; Immò nedum non poſſent fieri iſta viuente patre, ſed nec fieri poſſent eo mortuo; quia ex vi decreti Concilij Tridentini filius illegitimus non poteſt obtinere beneficium in ea Eccleſia, in qua pater obtinuit. Immò cum nec poſſit in ea Eccleſia miniſtrare, Religioſus illegitimus, nec etiam poſſet eſſe vel ſacriſta, vel procurator in eo Conuentu, in quo pater eius aliquando præfuit etiam ſi pater obijerit: & ſic filius nec poſſet eſſe ſacriſta, vel procurator in eo Conuentu, in quo pater eius fuit Corrector. Quod *Peyr.* negat, & benè negat. Nec ad rem facit declaratio Sacræ Congregationis, quam refert *Garz. d. cap. 3. num. 72.* quia immò illa eſt in contrarium. Ex illa enim habetur, quod non prohibetur filius eſſe beneficiatus in ea Eccleſia, in qua pater fuit capellanus amouibilis, ſed tamen in ea, in qua pater habuit titulum beneficij. Igitur ſi decretum Concilij valeret in Regularibus, filius illegitimus in eo Conuentu, in quo pater fuit intitulatus Corrector, aut Prior, nullum miniſterium habere poſſet, & ſic non poſſet eſſe ſacriſta, vel procurator, vbi pater eſſet, vel fuiſſet ſuperior ordinarius, & cum titulo.

271 Dicitur tamen ſecundò, quod in terminis Conſtitut. Clementis ſeptimi, filius illegitimus Religioſus non poteſt ſine ſpeciali diſpẽnſatione eſſe Prælatus, ſeu ſuperior ordinarius in eo Conuentu, in quo præfuit eius pater. In ea enim conſtitutio-

ne

ne filij illegitimi prohibentur obtinere quęcumque monaſteria, & beneficia cum cura, & ſine cura tàm ſecularia, quàm regularia, *qua presbyteri, & Clerici, ac Religioſi eorum patres in titulum, vel commendam, aut adminiſtrationem, ad tempus ſeu in perpetuum aliquaudo obtinuerunt*. Hæc verò conſtitutio limitatè loquitur, & reſtringitur ad idem numero beneficium, vnde illegitimus non prohibetur habere aliud beneficium in eadem Eccleſia, ſed ſolùm interdicitur ne obtineat beneficium patris.

272 Ideò hoc extenditur, vt illegitimus nec mediatè poſſit beneficium poſſeſſum à Patre obtinere, & ſic quod Religioſus illegitimus in eodem Conuentu, in quo pater eius ſemel fuit Prior, vel Superior ordinarius, etiam ad tempus, non poſſit vnquam eſſe Prior, vel ordinarius Superior, quoniam in dicta conſtitutione continetur, quod filij illegitimi, patris beneficia, *nullo vnquam tempore quoquomodo obtinere poſſint*. Sed tamen ſi illegitimus non poſſit eſſe Prouincialis, quia pater eius Prouincialis fuit, poterit eſſe Prior, vbi ille Prior non fuit, ſed ſi pater fuit Prior, & non Prouincialis filius eius illegitimus poterit diſpẽſatus ſuper illegitimitate à ſuis Superioribus, eſſe Prouincialis, non verò vt ſit Prior in eo Conuentu, in quo pater eius præfuit.

273 Ad ea igitur, quæ pro prima ſententia adducta ſunt, reſpondemr: Primum enim non probat, niſi quòd Religioſi illegitimi non poſſunt ad patrum prælaturas aſſumi in terminis conſtitutionum Clementis ſeptimi, quod admittitur. Secundum nihil probat, niſi quod diſpoſitio Concilij Tridentini non eſt neceſſaria in Religionibus, ſi in eis non poſſunt recipi filij illegitimi Religioſorum eiuſdem ordinis: quia hoc poſito non eſt poſſibile, quod filius beneficium patris obtineat, vel aliud beneficium in ea Religione conſequatur. Sed non probat, quòd ſi quis filius ſit diſpenſatus, vt fiat Religioſus eiuſdem Ordinis cum patre, quod non poſſit diſpenſari, vt obtineat prælaturam patris, cum hoc ſit valdè diuerſum, & ad diuerſa non valeat illatio maximè in pœnalibus. Ad tertium dicitur, quòd iura illa loquuntur de Clericis ſecularibus. Ad quartum iam patet ex dictis, quod in pœnalibus non fit extenſio, nec etiam ex maioritate rationis, eo quod hic non eſt maior, nec ſimilis ratio, ſed valdè diuerſa. Sed hæc magis clara fient in ſequenti quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Quis poſſit diſpenſare cum filijs Presbyterorum. num.273.*
2 *Epiſcopus cum filijs Presbyterorum, ſeu Clericorum diſpenſare non poteſt ad beneficium paternum, vel ad miniſtrandum in ea Eccleſia, in qua pater eſt, vel fuit beneficiatus. n.274.*
3 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum filijs legitimis ad beneficium paternum. n.274.*
4 *Epiſcopus multipliciter poteſt etiam cum filijs Clericorum diſpenſare ad habenda beneficia, vbi pater non fuit beneficiatus. n.274.*
5 *Prælatos Regulares non poſſe diſpenſare cum filijs Religioſorum in eodem Ordine, aliqui tenent. numer.275.276.*
6 *Prælatus regularis non poteſt cum filio Religioſi diſpenſare, vt ſuccedat patri in prælatura. numer.277.*
7 *Conſtitutio Clementis ſeptimi non prohibet, niſi quod filius illegitimus ſuccedat patri in beneficio, &c. num.277.*
8 *Filij Religioſi illegitimi prohibentur ſolum ſuccedere patri in eadem prælatura. n.278.*
9 *Decretum Concilij Tridentini ſeſſione 25. cap.15. de reformatione non comprehendit Regulares. numer.278.*
10 *Sub nomine Clerici in odioſis non veniunt regulares. n.278.*
11 *Prælati regulares nullum habent priuilegium, vt diſpenſent cum filio Religioſi ad prælaturam paternam. n.279.*
12 *Inhabilitas orta ex ratione filiationis eſt alterius generis ab ea, quæ eſt ex ratione defectus natalium. n.279.*
13 *Si decretum præfatum Concilij Tridentini obligaret regulares, filius illegitimus in Religione patris, nec poſſet miniſtrare, nec recipi. n.280.*
14 *Religio eſt beneficium receptitium. n.280.*
15 *In odioſis non datur extenſio ex generica ſimilitudine rationis. n.281.*
16 *Non eſt eadem ratio de raro, & de ſæpe accidentibus. n. 281.*
17 *Non eſt eadem ratio eorum, qui habent commoditatem peccandi cum illis, qui alijs legibus eam habent reſtrictam. n 281.*
18 *Non eſt eadem ratio Clericorum, & Regularium. num.281.*
19 *Superiores Regulares poſſunt cum filijs* Religioſi *eiuſdem Ordinis diſpẽſare ſuper defectu natalium, & virtute priuilegij Gregorij XIV. & virtute aliorum priuilegiorum. n.282.*
20 *Non tamen ſuper inhabilitate, quæ eſt intuitu filiationis, vt poſſit filius in eadem prælatura patri ſuccedere. n.282.*
21 *Inhabilitas iſta filiorum religioſorum ad prælaturam paternam non ſe extendit ad auos, & nepotes. num.283.*
22 *Pater poteſt filio ſuccedere in prælatura. n.283.*

274 QVæritur vigeſimotertiò, quis poſſit diſpenſare cum filijs Clericorum ad beneficia, & dignitates, & miniſteria habenda in Eccleſijs; vbi eorum patres obtinent beneficium. Certum eſt Pontificem huiuſmodi cũ illegitimis diſpẽſare poſſe; vnde duplex dubium remanet reſoluendum. Primum an Epiſcopi, ſecundum, an Prælati Regulares in huiuſmodi aliquam diſpenſationem concedere valeant.

275 Quantum verò ad Epiſcopos dicitur, quòd nullus Epiſcopus cum filijs Presbyterorum illegitimis poteſt diſpenſare, vt contra decretum Concilij Tridentini, aut contra ius commune obtineant beneficium paternum, vel ſint beneficiati, aut miniſtrent in Eccleſia, in qua pater eſt, vel fuit beneficiatus, aut cum legitimis, vt paternum beneficium immediatè poſſint obtinere, quia inferior in lege Superioris non diſpenſat. *Gloſſ. in cap. 1. diſtinct. 56. & cap. Apoſtolica 8. quæſt. 1. v. Prebendas. Io. Andr. & Panorm. num. 4. cap. penul. de fil. presb. Io. Monac. & Dom. in cap. 1. de fil. presb. in 6. vbi Franc. nu. 7. ſpecul. tit. de diſpenſ. §. nunc de Epiſcoporum, fin. Ripa*

cap.

*cap inter cæteras de reſcript. num.*17. *Mandoſ.& Rebuff.* quos ſequitur *Sanch. lib.*2.*opuſcul.c.*1.*dub.*17.*num.*4.*Card.in cap.tua de fil.presb.*Grantian. *diſcept. cap* 397.*num.*33.*&* 34. *Barboſ.de off Epiſc. alleg.*65.*num.*30.*Pax Iord.* *in. lib.*10.*tit.*19. *num* 42. tamen vt ſupra viſum eſt *quæſt.* 19. Epiſcopus ad Ordines Minores, & ad alia beneficia non curata, ſed ſimplicia multipliciter poteſt diſpenſare, cum ijs, qui non ſunt filij Clericorum, vel etiam cum filijs Clericorum ad beneficia habenda in Eccleſijs in quibus pater nec habet, nec habuit beneficium.

276 De Prælatis etiam Regularium loquendo, negant aliqui, quòd poſſint diſpenſare ad dignitates cum filijs Religioſorũ eiuſdem Religionis. Tum quia id habetur expreſsè ex Conſt.30.Clem.VII.& ex Conſt.3. Greg.XIV. in qua dum præcipit, quòd huiuſmodi filij nõ recipiantur ad eandem Religionem, in qua pater eſt profeſſus, multò magis mandat, vt non præficiantur alijs, nec præſint Conuẽtibus. Tum quia hoc prohibetur, *cap. cum decorem, & cap.ad abolendam, & cap.præſentium de fil. presb.* & in Conc.Trid.ſeſſ.25.cap.15.de reform.Tum quia licet dd.cap. loquantur de filijs Clericorum, vtrobique militat eadem ratio, malum ſcilicet exemplum paternæ incontinentiæ indecorum domus Dei, deteſtatio paterni criminis, & immò hoc fortius militat in Regularibus, cum non ſit tam graue ſcandalum, quod generat incontinentia Clerici, quàm incontinentia Regularis. Tum ampliùs, quia Prælatus Regularis cum huiuſmodi illegitimis nõ poteſt diſpenſare ex vi priuilegij Greg.XIV. in dicta ſua Conſtit.3. quia Pontifex conceſſit priuilegium pro illis, quos conceſſit admitti ad Religionem, non verò pro illegitimis filijs Religioſorum, quos noluit viuente patre recipi in ea Religione, in qua pater eſt profeſſus, non enim præſumendum eſt, quod Pontifex, per conceſſionem priuilegii voluerit approbare factum à ſe prohibitum. Et eò magis, quòd ratio, quæ mouit Pontificem ad diſponendum in odium illegitimorum horum, vt non recipiantur ad Religionem, non potuit mouere animum Pontificis ad concedendum in fauorem ipſorum, vt poſſint diſpenſari ad prælaturas in Religione: quod turpius eſt, quam eos admitti ad Religionem, ſed bene eadem ratio, quæ mouit animum Pontificis, ad excludendum eos à Religione multo magis mouit ad excludendũ eos à diſpenſatione, quia vbi eſt eadem ratio, eſt eadem legis diſpoſito *l. illud, ff.ad leg. Aquil.* Denique facultas diſpenſandi ſupponens profeſſionem non intelligitur, nec eſt conceſſa pro ijs, quibus interdicta eſt profeſſio, quia cui prohibetur principale, prohibetur acceſſorium, *cap.* 2. *de precario & clement.* 7. *cap.de præben.* ſed neque Prælati Regulares diſpenſare poſſunt cũ huiuſmodi illegitimis virtute aliorum priuilegiorum; quia per illa non derogatur Conſtit. Gregor.XIV. prohibentis admitti iſtos ad Religionem, vnde cum ſint excluſi à beneficio Religionis ſunt excluſi à beneficio diſpenſationis, quia nunquam Princeps præſumitur approbare factum reprobatum a lege, ſed mens Principis ſemper præſumitur conformis legi, *Iaſon.in l.cauſã C.de tranſ.*

277 Propter huiuſmodi rationes multi multa ſentiunt in hac quæſtione. Aliqui enim in eo rigore loquuntur, vt dicant filium illegitimum Religioſi non poſſe à Prælatis regularibus diſpenſari ad Prælaturam habendam in ea Religione, in qua eius pater fuit Prælatus. Hoc tamen ex parte illegitimi, ita aliqui extendunt, vt intelligatur tam de eo, qui natus eſt poſt patris profeſſionẽ in ea Religione, quam de eo, qui natus eſt ante profeſſionem illius, ità vt cenſeant abſolutè non competere Prælatis Regularibus facultatem diſpenſandi cum illegitimo filio Religioſi eiuſdem Ordinis, ſolumque hoc limitant ex parte patris, ſcilicet ſi pater viuat. Et hæc eſt ſententia *Paſqualigi quæſt.* 188.*num.*4. *& ſeqq.* Alij verò limitant hoc ex parte illegitimi, vt ſit vetũ ſolum de illegitimo genito poſt profeſſionem Patris in Religione. Et hoc tenuit *Mirand. tom.*2.*q.*2.*art.*10. quem ſequutus fuit *Tamburin. de iure Abb.diſp.*5.*q.*15. vbi hoc tenere videtur in amplioribus terminis, quia non expreſsè ponit limitationem illam de conceptione illegitimi poſt profeſſionem patris,& immò videtur extendere, vt nec mortuo patre poſſit filius hic illegitimus diſpenſari ad prælaturas, quia dicit & præcipuè in eorum vita, ac ſi etiam mortuis patribus maneat hæc illegitimitas indiſpenſabilis. Alij magis limitatè loquuntur, vt ſcilicet hæc prohibitio non ſe extendat ad totum Ordinem, ſed ſolum ad eandem prouinciam eiuſdem Ordinis, & ſolùm de illegitimis conceptis à patre religioſo poſt profeſſionem. Ita vt tales illegitimi non poſſint diſpenſari, vt ſint Prælati in ea Prouincia, in qua pater fuit Prælatus, ſed benè poſſint eſſe Prælati in alia Prouincia, & hæc eſt ſententia *Peyr.in Prælat.q.*2.*cap.*5.*numer.*137. *& ſeqq.* Alij limitant hoc ad eundem Conuentum, vt ſcilicet huiuſmodi filij non poſſint per diſpenſationem Prælatorum eſſe Prælati in eo Conuentu, in quo eius pater Prælatus fuit benè tamen poſſint eſſe Prælati in alio Conuentu. Et hoc ſentit *Rodriquez tom.*1.*q.*13.*art.*7. cui conſentiunt *Hieron. Rodriquez reſol.*52.*num.*42.*Donatus in prax.par.*3.*tr.*5.*q.*31.*num.*13. Et probabilem putat, *Lezan.p.*1.*c.*18.*num.*60.*& v.illegitimi Regulares num.*17.*fin.* Hanc tamen explicat, *Donat.n.*17. vt intelligi debeat de quibuſcumque filijs etiam natis ante Patris Religionem. Immò ampliùs extendunt ipſe *num.*18.*& Peyrin.num.*139. vt vera ſint etiam de nepotibus illegitimis reſpectu aui, licet legitimis reſpectu ſui patris, vt ſcilicet non poſſint eſſe Prælati, vbi auus incontinens fuit Prælatus. Et vbi in contrarium adducitur declaratio Sac. Congregationis dicunt eam debere intelligi auo mortuo. Et nihilominùs *Peyrin.num.*140. ait, quòd huiuſmodi illegitimus poteſt eſſe Sacriſta, vel Procurator in eo Conuentu, in quo Pater fuit Corrector, nõ tamen eo fungente officio Correctoris, & allegat ad hoc *Garz. par.*7.*cap.*3.*num.*72. & declarationem Sac.Congregationis ibi relatam, quæ tamen ad rem non facit, ſed in contrarium ſonat. Nam ibi dicitur, quod non prohibetur filius illegitimus habere beneficiũ vbi pater fuit Capellanus amouibilis, & ſine titulo, & aliquo modo ſic à ſimili diceretur non prohiberi filium eſſe Correctorum, vbi pater fuit Sacriſta, ſed non valet econtra, quia immò talis filius, nec vnam Antiphonam poteſt canere in ea Eccleſia, in qua pater eſt beneficiatus nullumque miniſterium in ea habere vt ſupra eſt probatum, & eſt manifeſtum expræſsè ex Conc. Trident. ſeſſ.25.cap.15.de reformat.

278 Sit

278 Sit pro huius difficultatis reſolutione prima Concluſio. Prælati Regulares authoritate ordinaria non poſſunt cum filijs Religioſorum eiuſdem Ordinis diſpenſare ad eas prælaturas, ſeu beneficia, quæ habuerunt eorum patres ſiue in Religione ſiuè extra, Hæc concluſio indubitata eſt ex Conſtit. 30. Clem. VII. quam euidens eſt comprehendere etiam Regulares, & per quam filij huiuſmodi Clericorum, aut Religioſorum decernuntur incapaces ſuccedẽdi in perpetuum ſuis patribus in beneficijs, ſeu prælaturis, ſeu dignitatibus. Non poteſt autem inferior in lege Superioris diſpenſare. Hæc tamen Clementis prohibitio, non reſpicit niſi beneficia paterna, & ex vi illius non prohibetur filius niſi promoueri ad beneficium patris, vnde ex vi dictæ Conſtitutionis non prohibetur talis filius habere aliud beneficium etiam in eadem Eccleſia, etiam ſimul viuente patre, ſed ſolùm prohibetur habere paternum beneficium. *Nauar. cap. ſi quando de reſcript. in auctario num. 4.* Vnde quantum ſit ex vi illius Cõſtitutionis licet filius illegitimus Religioſi non poſſit eſſe Prælatus in eo Conuentu, in quo fuit pater, poterit eſſe in alio etiam ſine diſpenſatione aliqua, niſi quia indigeat diſpenſari, quia illegitimus, non tamen, quia indigeat ex eo, quòd filius illegitimus Religioſi, & ſic poterit etiam ſine diſpenſatione eſſe Prior alterius Conuentus, immò Prouincialis, quia ex vi d. Conſtitutionis ſolum prohibetur ſuccedere patri in eadem prælatura, vel beneficio.

279 Et quia vt ſupra *q.* *num.* 168. probatum eſt, regulares non comprehenduntur ſub decreto Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de reform. ſicut nec ſub legibus cõtentis in *cap ſupra citatis ex tit. de fil. presbyt.* quia ſub nomine Clericorum in odioſis non veniunt Monachi, & Regulares, *Panorm. in capit. 1. num. 7. ne Cleric. vel Monachi, & in cap. 1. num. 3. de inſtit. & cap. 1. num. 9. & ibi addit. de iuram. Felin. cap. non dubium num. 3. de ſent. excom. Roman. conſ. 259. & conſ. 418. Bellet. par. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 2. n. 26 Sylueſt. v. Cleric. 1. num. 1. Tabien. num 2. Barboſ. appel. 31. ver. Clerici num. 7* vnde interdicto Clero non cenſent r interdicti Regulares religioſi, quia in odioſis ſub nomine Clericorum, aut Cleri religioſi non veniunt, *Sylu. v. interdictum 2. nu. 17. Aug. v. 9. Sayr. de cens. lib. 5. cap. 4. num. 29. Suarez de cenſ. diſp. 32. ſect. 2. num. 13. Rodriq. tom. 2. q. 108. art. 3. Henriq. lib. 13. cap. 42. §. 3. iuncta lit. E. Bellet. loco citato n. 27 Barboſ. loco cit. num. 8.* & apud eum *Auila, Maiolus, Vgolinus, Bonacina, Calder. Couar. Nauar. cap. 27. num. 167.* ſequitur, quòd filius illegitimus religioſi ex eo, quod filius religioſi ſolum prohibetur ſuccedere patri in eadem prælatura, ſeu beneficio, & de cætero ſi pater fuit v. g. Prior in vno Conuentu filius ſine diſpenſatione ſibi neceſſaria, ex eo, quod ſit filius religioſi eiuſdem Ordinis poteſt eſſe Prior in quocumque alio Conuentu, immo poteſt eſſe Prouincialis etiam ſi pater eius ſit ſimul in aliquo Conuentu Prior, vel poteſt eſſe Prior etiam ſi pater eius ſit Prouincialis, vnde multo magis poteſt eſſe Syndicus, vel Sacriſta etiam in Conuentu, in quo pater actu fungitur officio Prioris, quia ſimilia officia ſunt manualia, & non ſunt beneficia Eccleſiaſtica. Et vlteriùs ex vi Conſtit. Clem. VII. quæ ſola comprehendit Religioſos in hac materia filij illegitimi, quia filij religioſi prohibentur ſolum ſuccedere patri in eodem beneficio.

280 Sit ſecunda Concluſio. Regulares non habent, nec vnquam habuerunt priuilegium diſpẽſandi cum filijs religioſorum ad prælaturas paternas, & paterna beneficia Eccleſiaſtica. Hæc enim inhabilitas, ſeu impedimentum, quod conſurgit in illegitimis non præcisè, quia illegitimi ſunt, ſed quia filij, eſt longè diuerſi generis ab ea, quæ conſurgit ex eo, quod illegitimi ſunt, nam hæc comprehendit etiam filios legitimos, qui ſaltem immediatè ex eo, quod filij ſunt non poſſunt ſuccedere patri in eodem beneficio, illegitimi vero nec mediatè. Quamuis igitur Religioſi habeant priuilegia diſpenſandi cum ſuis ſuper defectu natalium, quicumque ille fuerit, ſeu ex quacumque nefanda copula proceſſerit, hoc tamen priuilegium non ſe extendit ad aliam ſpeciem inhabilitatis, & impedimenti conſurgentis ex ratione filiationis, quia priuilegia etiam ſi latiſſimè interpretentur, non ſe extendunt de genere ad genus, ſeu de ſpecie ad ſpeciem, ideò conceſſio facultatis diſpenſandi ſuper defectu natalium non eſt conceſſio facultatis diſpenſandi ſuper filiatione patris beneficiati, ex qua oritur inhabilitas diuerſi generis afficiens etiam filios legitimos. Quod ſi Regulares ex vi facultatis diſpenſandi cum illegitimis nõ poſſunt diſpenſare cum filio legitimo, vt immediate ſuccedat patri in beneficio, ſeu prælatura, quia hoc non eſt diſpenſare ſuper defectu natalium, ſed illa inhabilitas alia eſt, multò minùs poſſunt diſpenſare cum filio illegitimo, vt ſuccedat patri, cum hoc ſit grauius, & ratione materiæ turpius.

281 Ex quibus colligitur primò, quod vt dictum eſt in ſuper quæſt.) ſi decretum prælatum Concil. Trident. comprehenderet Religioſos, tantum abeſt, quod efficeret ſolum, quod Prælati regulares non poſſent diſpenſare cum filio Religioſi, vt eſſet Prælatus eius Conuentus, in quo præfuit pater, vt deducunt vterque Rodriquez, & Donatus immo vt non poſſet eſſe Prælatus in ea Prouincia, in qua pater præfuit, vt vult Peyrin. immo vt non poſſet eſſe Prælatus in toto illo Ordine, in quo præfuit pater eiuſdem Ordinis religioſus, vt voluerunt Miranda, & Tambur. ſed nec poſſet habere in toto illo ordine aliquod miniſterium vel officium, immo nec adeſſe choro, & nec vel vnam antiphonam in choro cantare. Concilium enim filij Clericorũ prohibet vt in Eccleſijs, in quibus patres ſunt beneficiati, vel fuerunt non poſſint miniſtrare, vnde vt *quæſt. ſupr.* abundè eſt dictum, filij illegitimi Clericorum in dd. Eccleſijs nec vnum verſum poſſunt canere ex officio, vel ſalario. Et quia vt ſupra dictum eſt inter beneficia comprehenduntur etiam beneficia receptitia, in quibus Clerici viuunt in communi conſecrati diuino cultui ſine alia præbenda, niſi quod habent ius viuendi de menſa communi, in quo ſenſu Religiones omnes ſunt beneficia receptitia, ſi illud decretum Concilij afficit Religioſos, ſequitur, quod filius illegitimus in religione patris nullùm prorſus miniſterium habere poſſit, ideoque, & quod in eo non poſſit recipi. Et ideò, vel præfati Doctores debuerunt negare quod decretum Concilij afficiat regulares, vel nõ potuerunt admittere, quod filius illegitimus poſ-

ſit

ſit eſſe nedum Prælatus in ea Prouincia, vel in Ordine, in quo præfuit pater, ſed quod talis filius poſſit in Religione patris habere aliquod miniſterium vel ad eam recipi.

282 Colligitur ſecundò, quòd ea (vt etiam dictum eſt in ſuper. quæſt.) quæ adducuntur ex identitate rationis, vt probetur Canones citatos ex *tit. de fil. Presbyterorum*, & decretum Concilij Trid. afficere religioſos nõ habeãt vim. Tum quia in materia odioſa nõ ſit extenſio etiam ex generica identitare, immo nec ex maiorirate rationis. Odia enim ſunt reſtringenda, *l. cum quidam, ff. de libe. & poſthum. cap. reuocantes 22. diſt. cap. odia de reg. iuris in 6.* Tum quia iu propoſito non eſt eadem ratio; quia vt fatentur dicti DD. rariſſimè contingere poteſt in Regularibus, vt in illis detur pater Prælatus habens filium eiuſdẽ ordinis; ideo eum legislatores rariſſimos caſus non reſpiciant, ſed eos legibus communibus dirigendos relinquant, nunquam eſt eadem, & tanta ratio eius, quod apud aliquos frequenter accidit, & eius, quod apud alios accidit raiò, vt diſpoſitum odioſum de illis debeat extendi ad iſtos, & vt eadem ſit neceſſitas reſtringendi per pœnas eos, qui vel minimam commoditatem habeut delinquendi, & delinquendi anſam habent alijs valẽtioribus longè legibus, & medijs reſtrictam, quæ eſt reſpectu eorum, qui habent delinquendi opportunitatem, & libertatem; qualem habent Clerici ſeculares diuitibus ditati præbendis, & in ſæculo cum mulieribus degentibus, dum Regulares ob votum paupertatis nudi intra elauſtra vinculis obedientiæ, & diſciplinæ regularis ligati manent.

283 Colligitur tertiò, quòd rationes allatæ ad probandum, quòd Prælati Regulares nou poſſunt cum filijs illegitimis religioſi diſpenſare, quia id non poſſunt, neque ex vi priuilegij Gregorij XIV. neque ex vi aliorum priuilegiorum, cum nimis probent, nihil probant: ſequitur enim ex illis, quòd Prælati cum filijs huiuſmodi non poſſint aliquo modo diſpenſare nedum vt præſint in Religioue, ſi pater aliquando præfuit, ſed etiam ſi pater numquam præfuit, & etiam mortuo patre. Nam ſi Põtifices priuilegium diſpenſandi concedentes ſuppoſuerunt filios huiuſmodi non poſſe eſſe religioſos, & pro illis priuilegium propterea non conceſſerunt, in nihilo diſpenſari poteſt cum illis, & tamen apud DD. non eſt hoc controuerſum, ſed habetur pro certo, Prælatus Regulares poſſe cum iſtis filijs diſpenſare, vbi pater nullo modo præfuit & maximè non viuente patre Et ideo dicitur, quod licet Greg. XIV. prohibuerit hos filios in religione patris admitti, non propterea excluſit hos à priuilegio diſpenſationis quãdo contingat eos admitti, cum admitti poſſint ex diſpenſatione, & priuilegium diſpẽſationis reſpiciat ſtatũ religioſũ, & fauore religioſi ſtatus ſit datum, & propterea ad omnes Religioſos extendatur. Nec per hoc approbatur, quod iſti filij ſint Religioſi in Religione patris. Sed ſi fiat, etiam ſi malè fiat, & tamenità fiat vt factum de iure teneat, communicatur illis, quod conuenit Religioſo ſtatui, & approbatur, quod iure tenet, quatenus de iure tenet, & hoc eſt Principem iuri ſe conformare. Ideò dicitur, quod Prælati regulares, & virtute priuilegij Gregor. XIV. & virtute aliorum priuilegiorum poſſunt diſpenſare cum huiuſmodi filijs illegitimis, quia illegitimi ſunt, ſicut ſonant illa priuilegia, ſed nunquam vt filij ſunt patris religioſi, quia ad hoc dicta priuilegia non ſe extendunt.

284 Colligitur quartò, conſtare iam ex ſupra probatis num. non debere prohibitionem hanc extendi ad auos, & nepotes filios filij etiam illegitimi, cum communis ſententia pluries à Sac. Cougregatione confirmata, & per Rotam approbata doceat in hac materia odioſa, nec auos ſub nomine patrũ, nec nepotes ſub nomine filiorum comprehendi. Ex quo etiam magis eſt certum auum poſſe obtinere beneficium nepotis, cum nec ſit prohibitum, quòd pater ſuccedat filio in beneficio, vt etiam eſt ſupra probatum.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpenſatio ſine iuſta cauſa eſt inualida. numer. 285.*

2 *Solus Papa habet plenitudinem poteſtatis ſuper iure communi. 285.*

3 *Inferior Papa non debet diſpenſare ſiue cauſæ cognitioue. 285.*

4 *Diſpenſatus ab inferiore ſine iuſta cauſa non eſt tutus in conſcientia. 286.*

5 *Nec Legatus à latere valide diſpenſat ſine cauſa. num. 286.*

6 *Papa facultatem diſpendandi non concedit in diſſipationem, & vt fiat, quod nec ipſe poteſt facere ſine culpa. n. 286.*

7 *Etiam Papa diſpenſans ſine cauſa aliquo modo peccat. n. 286.*

8 *Quæ ſine cauſæ iuſta diſpenſandi ſuper defectu natalium. n. 287.*

9 *Eadem cauſa non ſufficit reſpectu cuiuſcumq; defectus. n. 288.*

10 *Vbi inferior eſt executor Papæ diſpenſatio valet etiam data ſiue iuſta cauſa. n. 288.*

11 *Diſpenſatio debet fieri negotio maturæ diſcuſſo. num. 289.*

12 *An ſit neceſſe exprimere qualitatem negotij. numer. 289.*

13 *Si eſt de ſtylo, vt in ſupplicatione exprimatur qualitas facti, eſt explicanda. n. 289.*

14 *Gratia non eſt ſubreptitia, ſi explicatur totum id, quod ex iure & ſtylo eſt explicandum. numer. 289.*

15 *Etiam ſi tacitum ſit id, quo manifeſtato ſuperior non conceſſiſſet. n. 289.*

16 *Neceſſitas eſt, vt adſit cauſa iuſta diſpenſandi. num. 289.*

17 *Taciturnitas etiam cauſata ex ignorantia reddit gratiam ſubreptitiam ſi tacetur, quod de iure, & ſtylo eſt exponendum. n. 290.*

18 *Neceſſe eſt vt factum diſtinctè proponatur. numer. 191.*

19 *Diſpenſatio ad genus non valet niſi pro minimo illius generis. n. 291.*

20 *Diſpenſatio nou valet pro caſu ſpeciali, niſi illum exprimat. n. 291.*

21 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris. n. 291.*

22 *Diſpenſatus ad maius, non eſt diſpenſatus ad minus. n. 292.*

23 *Niſi*

23 *Niſi minus ſit inſeparabile à maiori. n 293.*

24 *Diſpenſatus ad Pronincialatum non eſt diſpenſatus ad Prioratum, nec econtra. n.294.*

25 *Diſpenſatur ad vnum prioratum non eſt diſpenſatus ad alium. n.294.*

26 *Diſpenſatus ad omnia officia non eſt diſpenſatus ad officium ſpeciali nota dignum, vt ad Generatum, ſi diſpenſatio detur expreſſis prius aliquibus inferioribus officijs. n.295.*

27 *Clauſula generalis expreſſa poſt ſpecifica includit ſimilia non maiora. n.295.*

28 *Ex hac cauſa neceſſe eſt, vt in diſpenſatione exprimatur qualitas illegitimitatis; quia maior gratia eſt diſpenſare natum ex patre & filia, quam natum ex ſoluto, & ſoluta. n.296.*

29 *Non eſt neceſſe exprimere ſi Sacerdos pater mulieri miniſtrauit alia Sacramenta à Baptiſmo. num.296.*

30 *Religioſus diſpenſatus ad prælaturas regulares non eſt diſpenſatus ad beneficia ſecularia ſi eijciatur. num.297.*

31 *Immo translatus de vna Religione ad aliam, non eſt diſpenſatus ad officia illius Religionis. numer.297.*

32 *Diſpenſatus in ſeculo ad beneficia, non eſt diſpenſatus ad prælaturas regulares. n.298.*

33 *Niſi à Papa vel eius Nuncio eſſet diſpenſatus ad officia generaliter. n.298.*

34 *Facultas diſpenſandi eſt fauorabilis, & latè explicanda, licet diſpenſatio ſit ſtricti iuris. numer.299.*

35 *Niſi ſit data pro certis perſonis. n.299.*

36 *Diſpenſatio debet exprimera voluntatem Superioris. n.300.*

37 *Etiam factis voluntas diſpensantis exprimitur. num.300.*

38 *Promouens ſcienter & ex rationabili causa illegimum, cum quo poteſt dispensare, censetur cum illes dispensare. n.301.*

39 *Et hoc eſt verum etiam in foro externo. numer.302.*

40 *Debet tamen conſtare de ſcientia defectus, & de rationabili causa dispensandi. n.302.*

41 *Si Pontifex promouet debet etiam cōſtare de ſcientia defectus, & de voluntate etiam dispensandi ſine causa iuſta, ſi ea deeſt. n 303*

42 *Non eſt certa forma dispensandi ſuper defectu natalium. n.303.*

43 *Sufficiunt literæ dispensantis ſubſcriptæ & ſigillo munitæ. n 304.*

44 *Literis Superioris creditur in ijs, quæ ſpectant ad officium ſuum. n.304.*

45 *Niſi quantum ad ea, quæ ſunt de præiudicio tertij. num.305.*

285 Q Væritur vigeſimoquartò. Quas conditiones habere debeat diſpenſatio ſuper defectu natalium, vt ſit valida? Reſpondetur, quòd prima conditio eſt, vt ſit data ex rationabili cauſa, ſi data eſt ab eo, qui ſit inferior Papa. Ratio eſt, quia ſolus Papa habet plenitudinem poteſtatis ſupra ius commune *cap. cuncta 9. q.3. cap. nos ſi competenter 2. q.7. cap. propoſuit. de conceſſ. præbend. Gloſſ. in cap. 1. v. ab omnibus, de conſtit. D. Thom. quodl. 4. art. 13. Panorm. in cap. quem Eccleſiarū prope fin. de Conſtit.* & ibi *Felin. num. 25.* Alij verò non poſſunt diſpenſare in iure Canonico, niſi ex conceſſione Papæ, & tantum quantum Papa illis concedit; ille verò non concedit, vt inferiores diſſipent ſine cauſa, ſed quòd vbi adeſt rationabilis cauſa diſpenſent iuxta facultatem ſibi traditam. Nam & diſpenſatio non eſt niſi iuris relaxatio facta cum cauſæ cognitione ab eo, qui diſpenſandi habet facultatem. Quamobrē Prælatus Summo Pontifice inferior ſine cauſæ cognitione non debet diſpenſare. & ſine cauſa iuſta ritè, & validè non diſpenſat ſuper defectu natalium, qui de iure communi inhabilitat ad prælaturas, & beneficia. *Innoc. Hoſt. num. 32. Io. Andr. ad fin. Card. q. vlt. numer. 5. Henn. num. 17. & Panorm. in c. Cum ad Monaſterium, num. 17. de ſtatu Monachorū,* item *Panorm. in c. cum in cunctis, §. inferiora, num. 18.* & ibi *Dec. num. 8. de elect. specul. de dispens. §. qualiter n. 23. Turrecr. in c. 1. art. 4. nu. 14. diſt. 89. Syluеſt. ver. diſpenſatio, q. 3. nu. 5. Armil. num. 14. Sotus lib. 7. de iuſt. q. 4. art. 3. col. 6. ver. Poſtremum dubium, Leander p. 5. tract. 2. disp. 3. q. 76. Lambert. de iure patron. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 11. num. 12. Rodriq. to. 1. q. 13. art. 14. & 15. Palaus tom. 1. tract. 3 disp. 6. par. 8. num. 2. Garz. de benef. p. 7. c. 2. num. 49. Rot. in Romana penſionis coram Card Seraph. 3. Iunij 1583. Tamb. disp. 5. q. 16. Lauor. c. 16. n. 32.*

286 Vnde eſt, quod diſpenſatus ab inferiore Papa ſine iuſta cauſa, non eſt tutus in conſcientia & quoad id, quod ad Eccleſia ſpectat. *Nauar. c. fin. n. 4. de ſimon. Couar. 4. decret. 24. c. 6. §. 7. nu. 11. Azor. p. 1. lib. 5. c 15. fin. Sanchez. de matrim. lib. 8. disp. 17. n. 4. & disp. 4. num. 17. Suarez de Relig. tom. 1. tr. 3. lib. 4. c. 61. num. 13. & de legib. lib. 6. c. 19. num. 6. Palaus vbi ſupra num. 1. Tamburin. loco citat.* Nec excipi debet Legatus à Latere tanquam habens plenitudinem poteſtatis à Pontifice, & in hoc non eſt audiendus, *Rodriq. in ſumm. cap. 24. concl. 3. num. 5.* vt bene tradunt *Innocent. cap. dudum el 2. num. 16. de elect. Felin. in cap. poſtulaſti, num. 13. de reſcript. Nauar. in ſumma prælud. 9. num. 15. & cap. final. num. 4. de ſimon. Gambar. de auther. Legati lib. 10. nu. 293. & 207. Azor. lib. 5. cap. 15. ad finem, Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 87. num. 5. Palaus vbi ſupra.* Quia plenitudo poteſtatis data Legato accipienda eſt non vt data in diſſipationem, ſed vt ſecundum iura diſpenſet; & vniuerſaliter, quia non præſumitur Pontificem velle concedere alijs, quod ipſe ſine culpa non poteſt facere. Nam licet Pontifex validè diſpenſet, ſi ſuper iure poſitiuo diſpenſat, peccat tamen, ſi id faciat ſine cauſa. *D. Thom. par. 2. q. 97. art. 4. Caiet. in ſumma, ver. dispensatio, & p. 2. quæſt. 96. art. 5. ad fin. Sotus de iuſtit. & iure lib. 1. quæſt. 7. art. 3. ad fin. corporis, Innocent. in cap. per immemorabilem, num. 4. qui filij ſint legitimi & cap. Cum ad Monaſterium de ſtat. Monachorum, Io. Andr. in cap. dudum de elect. Panorm in cap. non eſt voti, num. 9. de vot. Victor. de poteſtat. Papæ prop. 15. num. 15. Canus relat. de pœnit. vbi de præcep. confeſſ. ad finem, Sanchez* plures referens *lib 8. de matrim. disp. 18. num. 3. Suarez de legibus lib. 6 cap. 18. num. 4. Sigism. de elect. dub. 75. num. 3. Ledeſm. 2 p. 4. quæſt. 56. art. 4. Medina prima 2. quæſt. 94 art. 4. Ledeſm. de matrim. quæſt. 64. art. 3. & communit. Theologi, & Iuriſtæ.*

287 Non poteſt autem per certam regulam definiri, quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpenſandi, vt tradit *Syluеſ. v. diſpenſatio num. 3.* multæ tamen ſunt, quæ

ex iure deducuntur, & præcipuè *ex cap. requiritis. 1. quæſt. 7. & cap. ſciendum diſt. 29.* quæ enumerantur à *Syluest. Armilla num. 14. & à Rebuff. in praxi tit. diſpenſatio ſuper defect. natal. num. 46. Palaus vbi ſup. num. 7. Gambr. d. qu. 16. Leander vbi ſupra q. 77. & Donat. p. 3. tract. 5. q. 27.* vt puta vtilitas, ſcandalũ, ſcientia, honeſtas motum, fama perſonæ, neceſſitas, & huiuſmodi.

288 Eſt quoque conſiderandum, quod eadem cauſa non ſufficit reſpectu cuiuſcunque defectus natalium, ſed tantò difficilius eſt cum illegitimis diſpenſandum, quantò turpiùs fuerint procreati. *D. Thom. in add. 3. p. q. 39. a. 5. Ricard. 4. d. 25. a. 4. q. 3. Sotus 4. d. 25. a. 3. Sayr. de cenſ. l. 6. & 11. numer. 8. Auil. de cenſ. p. diſp. 3. dub. 6. concl. 2. n. 1. Donat. d. tr. 5. q. 28. n. 4. Lauor. cap. 16. n. 34.*

289 Et nihilominus prædicta limitantur primò, vbi inferior diſpenſans eſt executor Papæ, qui cõmiſit inferiori nominatim, vt diſpenſaret v.g. cum Petro. Quia tũc inferior præſumere poteſt Papam ex cauſa legitima motum fuiſſe ad diſpenſandum. *Specul. tit. de diſp. num. 19. Felin. in d. cap. postulaſti. Gambr. vbi ſupra num. 109. & 196. Sanchez num. 6.* Limitatur 2. vt quidquid in contrariũ dixerit *Palaus vbi ſupra n. 5.* ad valorem diſpenſationis ſufficiat, ſi diſpenſans prudẽter ex bona fide credit eſſe iuſtam cauſam diſpenſandi. Id enim recta Eccleſiæ poſtulat gubernatio, vt ſcrupuli excludantur; nec paſſim ſit neceſſe infringere acta. *Sanch. vbi ſupra n. 8.* vel vbi eſt iuſta cauſa, licet diſpẽſans ſine cauſæ cognitione peccet, diſpenſatio tamen valet, *Armilla v. diſpenſatio num. 14. Sanchez plures citans n. 11.*

290 Secunda conditio eſt; vt diſpenſatio non fiat, niſi negotio maturè diſcuſſo, & repræſentato facto ipſi diſpenſanti, prout in ſe eſt; ſed circa hanc conditionem lis infinita eſt inter Doctores: neque eſt hic locus eam dirimendi. Pro certo ſolũ nunc aſſero ad valorem diſpenſationis, neceſſe eſſe exprimi id quod de iure, vel de ſtylo curiæ eſt exprimendum. Nam aliàs tacere extraneas circumſtantias, quæ etiam retraherent diſpenſantem à diſpenſando ſi illas ſciret, non vitiat gratiam, aliter ſupplicans teneretur totam ſuam vitam propalare; nam ſi ſit valdè malus, & diſpenſator ſciret eius vitia, eum reijceret, & teneretur pauper nequiſſimus reſtituere eleemoſynam, quæ illi negata fuiſſet, ſi eius vitia fuiſſent manifeſta. Sed & loquendo de circumſtantijs, quæ per ſe ſpectant ad negotium, & quæ factum turpius, vel minus turpè reddunt, ſeu quæ conſtituunt defectum faciliùs, vel difficiliùs diſpenſabilem, vt in præſenti ſi illegitimitas ſit ex adulterio, vel ex inceſtu, vel ex ſacrilegio, & ſi ex iſtis ſpeciebus ſit, an ſit talis ex vtroque parente, vt puta ex viro, & muliere coniugatis, aut conſanguineis, vel affinibus, & vel in primo, vel in ſecũdo, vel alio gradu remotiori, aut religioſis profeſſis, aio inquam ad valorem diſpenſationis iſtæ circumſtantiæ ſint exprimendæ, quoniam de ſtylo eſt, vt exprimantur, exprimi debent, & vna earum tacita gratia eſt nulla. Sed ſi non eſſet de iure, vel de ſtylo vt exprimerentur, vel ſi loquamur de qualitatibus negotij, vel facti, quas nec ex lege, nec ex ſtylo opus eſt exprimere: licet aliqui dicant ex earũ taciturnitate vitiari gratiã, etiã ſi tacita circũſtãtia nota ſi fuiſſet diſpenſator diſpẽſaſſet, ſed difficilius; alij magis reſtricte loquãtur, & ſolũ gratiã vitiari dicunt, ſi ea cognita diſpenſator nõ conceſſiſſet gratiam; alij nihilominus abſolutè dicunt gratiam valere, quia ſentiunt non vitiari gratiam, niſi tacitis ijs, quæ de iure, & ſtylo exponi debent; de qua re videndi ſunt. *Gloſſ. in Clem. 1. ver. vel alteri, de præben. Fel. cap. postulaſti n. 1. v. declara etiam, & cap. ſuper literis. num. 2. v. & regula eſt, de reſcriptis. Nauar. extr. de datis, & receptis. not. 32. n. 48 corol. 4. & in ſumm. c. 22. n. 86. & l. 3. conſ. 1. de feudis n. 1. & l. 1. conſ. 1. de conſt. q. 11. Henr. l. 12. c. 2. n. 6. Rodriq. t. 1. ſum. cap. 238. num. 1. & cap. 179. num. 10. & tom. 2. quæſt. 46. art. 6. Ledeſma de matrim. quæſt. 56 art. vlt. dub. 2. diffic. 2. concluſ. 2. Lopez 2. par. inſtruct. c. 112. & vbi de matrim. cap. 96. & p. 1. cap. 296.* & alij quamplures, quos refert *Sanchez l. 8. de matrimon. diſp. 21. num. 12.* Ego pro nunc dicerem, quod vbi adeſt cauſa iuſta diſpenſandi etiam in facto qualificato, & non eſt de ſtylo, vt modus, vel facti illa qualitas neceſſariò ſit explicanda in ſupplicatione, & diſpenſator nihil aliud petit, ſed abſolutè diſpenſat, gratia conceſſa ſit valida; quia etiam qualitate negotij expreſſa potuiſſet diſpenſator prudenter diſpenſare, & ſi voluiſſet ſcite qualitatem illam, potuiſſet interrogare, & diſcutere, & ex quo non diſcuſſit, nec eſt de ſtylo, vt exprimatur, cenſetur voluiſſe abſolutè diſpenſare, ſibi conſtito de cauſa iuſta diſpenſandi etiam ſuper qualificato negotio. Vnde in hoc puncto credo maximè attendi debere, an adſit cauſa iuſta diſpenſandi ſuper qualificato facto; quæ ſi deeſt, ſine dubio diſpenſatio eſt nulla, ſi eſt data ab inferiore ipſo Papa; ſed ſi adeſt, & aliàs exprimitur totum id, quod eſt de ſtylo exprimendum, & diſpenſator aliud non poſtulat, diſpenſationem validam eamque non poſſe de vitio ſubreptionis validè impugnari putarem.

291 Cæterum quod inquit *Sigiſm. de elect. dub. 75. num. 4. Poſt. Rodriq. p. 1. quæſt. 13. a. 12.* valere diſpenſationem, ſi quis bona fide ex ignorantia tacuit ſe natum ex adulterio, quia putabat ſe natum ex fornicatione, non admittitur; quia ſi de iure, vel ſtylo eſt, vt exprimatur qualitas iſta adulterij, tacere illam ex ignorantia nihil iuuat; quia tunc expreſſio eſt de forma, qua deficiente deficit gratia, vt probat *Sanchez l. 8. de matrim. diſp. 21. nu. 14. & 15.* ſi verò non ſit de iure, aut ſtylo, vt dicta qualitas exprimatur, non vitiatur gratia, ſi adeſt iuſta cauſa, etiam ſi qualitas ex profeſſo non ſit expreſſa. Etenim ſi res hæc certis terminis non reſtringitur, mundus replebitur ſcrupulis, & perplexitatibus, & diuinandum erit, an ſuperior eſſet conceſſurus, vel de facili conceſſurus, aut difficulter conceſſurus, aut nullo modo conceſſurus. Recta autem Eccleſiæ gubernatio petit, vt quantum fieri poteſt conſcientiæ fidelium certis regulis dirigantur; ideò ex iure, & certo ſtylo curiæ habetur regula ad cognoſcendũ certò, quæ in ſupplicationibus exponi debeant. Cæterum vbi nec lex, nec conſuetudo, nec ſtylus hoc determinant, ſi ſupplicans exponit cauſam iuſtam ſuæ petitionis, & obtinet quod petit, gratia non videtur ſubreptitia. Sed de his aliàs.

292 Tertia conditio eſt, quod vt diſpenſatio valeat pro ſpeciali caſu, neceſſe eſt illum exprimat diſtinctè. Nam diſpenſatio ad aliquid ſolum in genere expreſſum valet tantummodò ad minimam ſpeciem illius generis, vt diſpenſatio illegitimi ad ordines ſic abſolutè, valet ſolùm pro ordinibus mi-

nori.

ſtoribus, & diſpenſatio ad beneficia valet ſolum pro beneficijs ſimplicibus, & diſpenſatio ad officia, valet ſolùm pro officio prioratus, & ſimili, & diſpenſatio ad beneficium, non valet ad pluralitatem beneficiorum, & diſpenſatio ad ordines, non eſt diſpenſatio ad beneficia, & diſpenſatio ad beneficia non eſt diſpenſatio ad beneficia habita à patre filij illegitimi, & diſpenſatio ad ſacerdotium, non eſt diſpenſatio ad curam animarum. Ratio eſt, quia cum diſpenſatio ſit relaxatio iuris communis eſt odioſa, & ſtricti iuris, ideòque eſt limitatè, & ſtrictè intelligenda, vt ſupra etiam probatum eſt.

293 Et hoc eſt adeò verum, vt nec valeat argumentum, ve diſpenſatus ad maius, cenſeatur diſpenſatus ad minus. *Panorm. in cap. ad aures num. 7.* vbi quòd in diſpenſationibus non arguitur à paritate, aut maioritate rationis, & ibi *Ripa num. 37. de reſcrips. Felin. in cap. poſtulaſti num. 8. fin.* & ibi *Hoſt. eod. tit. Couar. 4. p. 2. cap. 8. §. 8. num. 13. Sayr. de cenſ. l. 6. cap. 11. num. 16. Sanchez l. 8. de matrim. diſp. 1. nu. 32. Garz. de benef. p. 1. cap. 6. num. 58. Caputaquen. dec. 8. in fin. p. 1. Surd. dec. 268. num. 20. Rota coram Greg. 15. deciſ. 353. n. 15. Sigiſ. de elect. dub. 77. num. 3. Lauor. cap. 16. n. 42.*

294 Niſi munus ſit tale, vt ſit à maiori inſeparabile, vel ad illud neceſſariò præſuppoſitum, vel in maiori contentum, vt pars in toto, vt ordines minores omnes, & ſacri præſupponuntur ſacerdotio, & in eo eminenter continentur. Et ſic diſpenſatus ad ſacerdotium, eſt diſpenſatus etiam ad Diaconatum, & alios ordines; quia diſpenſatus ad terminū, eſt diſpenſatus ad viam, ſine qua terminus non habetur, & diſpenſatus ad totum, eſt diſpenſatus ad partes. *Ioan. Andreas,* quem refert, & ſequitur *Rota deciſ. 2. de fil. Presb. in nouiſ. Hoſtien. in cap. poſtulas. num. 12. Felin. in cap. fin. nu. 5. de ſimon. & Suarez de cenſ. diſp. 41. ſect. 3. num. 3. Sayr. de cenſ. l. 3. c. 14. num. 17. Sanchez, & Sigiſ. vbi ſupra n. 4.*

295 Hinc ſequitur, quod nedum diſpenſatus ad prioratum non eſt diſpenſatus ad prouincialatū. *Peyr. ad conſtit. 2. Iulij 2. num. 99. Panorm. cap. innotuit. num. 4. de elect.* ſed nec econtra diſpenſatus ad prouincialatum eſt diſpenſatus ad prioratum, quia prioratus nec eſt pars nec eſt quid inſeparabile, ſeu per ſe præſuppoſitū ad prouincialatum, vt conceſſa diſpenſatione ad prouincialatum intelligatur conceſſa diſpenſatio ad prioratum. Oppoſitum tamen huius ſentit *Panormit. vbi ſupra, & Peyr. ad conſtit. 2. Iul. 2. §. 29. num. 99. Lezan. par. 1. cap. 18. num. 61.* Sed non eſt recedendum à ſupradicta ſententia: quia non valet in diſpenſationibus argumentum à maiori ad minus. *Portell. v. illegit. num. 3.* ex quo ſequitur, multò minùs poſſe illegitimum diſpenſatum ad vnam prælaturam regularem vi talis diſpenſationis eligi ad alias prælaturas; licet enim hoc ſentiat *Bordonus reſolut. 10. num. 21.* quem aliqui ſequūtur ex eo principio, quod diſpēſatio cadit ſuper perſonam, quæ ſemper durat, & ideò ſemper durat diſpenſatio. Nam huius rationis inefficacia probata eſt ſupra *num. 193. ex cap. 1. de fil. presb. §. ille.* Diſpenſatio enim reſpicit perſonam, ſed limitatè in ordine ad illam prælaturam, ad quam datur, ſi illegitimus expreſsè ad illam, & non ad aliam diſpenſatur, vt citati Doctores docent.

296 Immò adeò diſpenſatio eſt ſtricti iuris, vt licet diſpenſatio ſi ſit generalis, & concepta per ſignum vniuerſale, vt v.g. ſi quis diſpenſetur ad omnia officia, regulariter intelligi debeat quis diſpenſatus ad quæcunque officia, quia verba generalia integram diſpenſationem important. *Felin in dict. cap. poſtulaſti num. 8. fin. de reſcriptis, & citati Suarez, & Sanchez num. 8. Garz. num. 65. Sigiſm. nu. 4. Sayr. nu. 28.* Nihilominus aduertit *Peyr. ad conſt. 2. Iul. 2. n. 99.* quod vbi clauſula generalis ponitur poſt aliqua officia nominata, non extenditur ad maiora nominatis. Vt ſi dicatur diſpenſo cum tali, vt ſit Prior, & Prouincialis, & ad alias dignitates, non per hoc poteſt eſſe Generalis. Quia clauſula generalis poſita poſt ſpecialia expreſſa includit ſimilia non maiora, *Stroz. de off. Vicarij lib. 2. quæſt. 115. num. 10.*

297 Ideò ex hac parte dicitur, quod ſit neceſſe in petenda diſpenſatione explicare ſpeciem, & qualitatem illegitimitatis: quia cæteris paribus longè maior gratia eſt, & ſpeciale expreſſione digna; quod illegitimus ex inceſtu in primo gradu, ſcilicet natus ex patre, & filia, vel ex filio, & matre diſpenſetur ad prouincialatum, quàm natus ex ſimplici fornicatione; ideò ſicut diſpenſatus ſimpliciter ad officia non intelligitur diſpenſatus ad prouincialatum, ita diſpenſatus ſimpliciter nulla expreſſione poſita ſuper illegitimitate non intelligitur diſpenſatus, niſi ſuper minima illegitimitate, quæ eſt illius, qui eſt natus ex ſoluto, & ſoluta; quia diſpenſatio eſt ſtrictiſſimi iuris, *cap. 1. de fil. Presb.* Et ideò ſtrictiſſimè eſt interpretanda, vt non extendatur, niſi ad expreſſa, & non ad ea, quæ ſunt digna ſpeciali expreſſione. Et propterea eſt neceſſarium, vt in diſpenſatione ſaltem æquiualenter exprimatur ſpecies illegitimitatis, ſuper qua datur diſpenſatio. Et idcircò etiam de ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ neceſſe eſt, vt in ſupplicatione exprimatur ſpecies illegitimitatis, vt poſſit expreſsè diſpenſari, & in ſpecie ſuper eo defectu. Et ita qualitatem defectus natalium eſſe exprimendam, benè tradiderunt *Panorm. in cap. per venerabilem num. 27. Qui filij ſunt legitimi. ex Io. Andr. Syl. v. legitimus nu 8. Molina diſp. 178. Miraud. tom. 2. q. 2. a. 13. Sigiſ. de elect. dub. 76. num. 2. Tambur. de iure Abb. diſp. 5. q. 16. num. 11. & queſt. 18. num. 4. per totum. Lauor. cap. 16. num. 38. Donatus in praxi p. 3. tr. 5. qu 28. num. 6. Portell. v. illegitimus num. 11. Rota dec. 4. num. 4. de fil. presb. in antiquis.* Vbi addit non eſſe neceſſarium, vt ſi pater fuit ſacerdos, explicetur quod miniſtrauerit ſacramenta mulieri, ex qua illegitimum concepit; quia hæc circumſtantia licet valeat ad augmentum peccati, non mutat ſpeciem illegitimatis. Et talem eſſe ſtylum S. Pœnitentiariæ, refert ſibi traditum à *Card. de Floren.* Aduertit tamen *Sigiſm. dub. 76. num. 2.* circumſtantiam exprimendam fore, ſi ille ſacerdos præfatæ mulieri miniſtraſſet Sacramentum baptiſmi, vel eam ſuſcepiſſet de facto fonte. Quia tunc filius natus ex illo ſacerdote, & muliere, natus fuiſſet etiam ex inceſtu. Limitant aliqui præfatum corollarium, vt locum non habeat in Regularibus, quia cum in eis facilius diſpenſetur ſuper defectu natalium veriſimile eſt, quod Superiores diſpenſantes intendant diſpenſare cum ſubdito in omni ſpecie illegitimitatis quæcumque illa fuerit. *Rodriq. p. p. quæſt. 13. a. 17. Leander pari prima tract. 2. diſp. 4. quæſt. 84.* referens *Dianam par. 10. tr. 13. reſol. 39.* qui tamen ibi ſolum refert opiniones,

& ſecundo loco refere contratiam affirmatiuã, quod ſcilicet etiam apud Regulares exprimenda ſit ſpecies illegitimitatis. Quæ opinio vera eſt. Cũ enim difficilius meritò Prælatus Regularis moueri debeat, vt diſpenſet cum illegitimo ex sacrilegio, quam cum illegitimo ex ſimplici fornicatione, nulla ratio eſt, vnde colligatur, quod Superior Regularis, à quo eſt petita diſpenſatio ſuper illegitimitate in genere intendat diſpenſare ſuper quacumque illius ſpecie, etiam ſuper ſacrilega, etiam cum filio Sacerdotis Regularis, & Monialis. Nam neque eſt rationabile, & conſonum, vt eadem ratio diſpẽſandi valeat pro diſpenſatione cuiuſcunque ſpeciei illegitimitatis, & praxis eſt, vt ſpecies illius exprimatur. Quod & eſſe neceſſarium in Regularibus, benè docuerunt *Mirand. par. 2. quæſt. 2. a. 13. Portell. v. illegitimus n. 11. Peyr. in Præl. quæſt 2. c. 5 nu. 145. Lezana p. 5. v. illegitimus Regul. num. 17. Auila part. 7. diſput. 5. dub. 6. concl. 2. notab. 1.*

298 Ex eodem principio ſequitur, vt diſpenſatus ſuper defectu natalium in Religione ad officia, ſi à Religione abijciatur, non per hoc cenſetur diſpenſatus ad beneficia; quia diſpenſatio virtute priuilegiorum data in Religione non ſe extendit ad officia extra ordinem. *Rodriq. tom. 1. qu. 15. num. 10. Miranda tom. 2. quæſt. 2. a. 4. Sigiſm. de elect. dub. 77. num. 6. Sanchez l. 5. in decal. cap. 5. num. 16. Lezana p. 1. cap. 18. num. 61. Portell. v. illeg. num. 2. 3. Peyr. ad conſt. 2. Iul. 2. num. 98.* Immò hoc extenditur ab his Doctoribus, etiam ad illum, qui ex vna Religione eſt translatus ad aliam; quia virtute priuilegiorum Superiores vnius ordinis non diſpenſant, niſi pro eodem ordine. Vnde eſt, quod diſpenſatus ad officia intra ordinem, non poteſt eſſe Vicarius Epiſcopi etiam de licentia Superioris. *Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 54. num. 14. & ad cap. 5. de fil. presb. num. 8. Lauorius cap. 16. num. 41.*

299 Eadem ratione, qui in ſeculo eſt diſpenſatus ſuper defectu natalium ad beneficia, vbi poſtea Religionem fuerit profeſſus, non cenſetur diſpenſatus ad prælaturas in Religione. Ita citati DD. ſed hoc indiget explicatione, vt ijdem Doctores aduertunt. Quia enim diſpenſatus ab Epiſcopo non eſt diſpenſatus ab beneficia curata, prælaturæ verò sunt beneficia curata, nil mirum ſi diſpenſatus ab Epiſcopo ad beneficia, non ſit diſpenſatus ad Prælaturas Religioſas. Sed ſi quis in ſæculo ſit diſpenſatus vel à Papa, vel à Legato à latere ad omnia officia, & beneficia, profeſſus poſtea Religionem, non eget diſpenſatione ad ordinarias prælaturas. In diſpenſationibus enim non attenditur tempus conceſſionis gratiæ, sed vacationis officij pro quo quis diſpenſatur. *cap. Et eni, de præb. in 6. & cap. eo tempore, de reſcrip. eod. lib.* Semper tamen eſſet excipienda Prælatura inſignis, & ſpeciali nota digna, vt v. g. Generalatus, qui in interpretatione ſtricta non venit ſub generali nomine officij.

300 Quod tamen dictum eſt, diſpenſationem eſſe ſtricti iuris, intelligitur de diſpenſatione ipſa, non de facultate diſpenſandi, quæ eſt Principis priuilegium latè explicandum, vt tenent *Panorm. n. 3. & 5.* & *Felin. num. 7. Anan. num. 5. & 8. in cap. final. de ſimonia Syln. v. diſpenſatio q. 5. Franc. in cap. 1. de fil. presbyt.* Nauar. *conſ. 4. de Regular. nu. 15. Auila de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. 7. Sanchez de matrim. l. 6. diſp. 2. per totam.* Couar. *4. p. 2. cap. 8. §. 8. nu. 9. Sayr. de cenſur. l. 6. cap. 11. num. 8. Garz. de benef. p. 1. cap. 6. num. 73. Suarez de legibus l. 6. cap. 14. n. 8. & cap. 17. num. 11. Sigiſm. de elect. dub. 77. numer. 3.* Quod tamen intelligitur vbi facultas diſpenſandi non ſit data pro certis perſonis, quia tunc ſtrictè eſt interpretanda.

301 Quarta conditio eſt, vt diſpenſatio ſit taliter expreſſa, vt appareat voluntas diſpenſantis: & ſi enim diſpenſator nedum verbis, ſed factis voluntatem ſuam in diſpenſando poſſit demonſtrare, & validè diſpenſare, neceſſe tamen eſt, vt hæc volũtas ſufficienter exprimatur, & deducatur. *D. Anton. 3. p. tit. 29. cap. 6. Syln. v. irregularitas q. 28. n. 3. Sayr. de cenſur. l. 7. cap. 14. num. 18. Suarez de cenſ. diſp. 41. ſect. 3. & tom. 1. de Relig. trat. 3. l. 4. cap. 61. num. 13. & de legib. l. 6. cap. 13. nu. 2. Auil. de cenſ. p. 7. diſp. 10. in princ. Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 5. p. vlt. n. 7. Sigiſmund. de elect. dub. 78. num. 1.*

302 Hinc ſequitur reſolutio illius quæſtionis, an ſcilicet Superior promouens illegitimum ad beneficium, vel prælaturam, cenſeatur diſpenſare. Circa quam relictis multis opinionibus, & rationibus, quæ hinc, & inde adduci poſſunt. Dico breuiter, quòd vbi in promouente concurrant poteſtas diſpenſandi, notitia illegitimitatis in promoto, & cauſa rationabilis diſpenſandi, non eſt vnde non præſumatur voluntas diſpenſandi, & vera diſpenſatio; quia fatuitas eſſet in diſpenſante, nolle diſpẽſare cum promouendo, & promouere illum, quem ſcit inutiliter promoueri, ſi nõ diſpenſatur, & quem ſine graui peccato ipſe non poteſt promouere, niſi ille fuerit diſpenſatus. *Syluef. v. diſpenſat. quæſt. 15. Bellarm. in cap. veniens nu. 11. & 19. de fil. pres. Roſell. v. diſp. n. 6. Sanchez de matrim. l 8. diſp. 4. nu. 23. Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 41. ſect. 3. num. 4. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 79 num. 2. Lauor. cap. 16. nu. 37. Lezana p. 1. cap. 18. num 63. Portell. v. illegitimus. num. 7.* vbi hoc extendit etiam ad electores ſcienter eligentes illegitimum, ſi ibi ſit præſes, qui poſſit cum illo diſpenſare.

303 Et licet hoc limitent ad ſolum forum internum, *Nauar. cap. 23. num. 74. col. 4. conſ. 1. qui filij ſunt legitimi, Sayr. de cenſ l. 7. cap. 14. num. 12. Auil. de cenſ p. 7. diſp. 10. dub. 6.* Nihilominus id veriſſimum eſt in vtroque foro, *Suarez, Sanchez, & Lauor. citati.* Et in hoc differentia eſt, quia in foro conſcientiæ ſufficit, quod qualitercunque conſtet de notitia illegitimitatis habita à promouente, & de cauſa rationabili diſpenſandi, ſed in foro externo neceſſe eſt, vt de his conſtet per probationes in eo foro legitimas, & ſufficientes. Nam & in foro conſcientiæ non ſufficeret, ſi dubium eſſet, an promouens fuerit conſcius defectus natalium promoti, ſed deberet conſtare de hac notitia, quantum ſufficit ad prudenter iudicandum, quòd talem defectum cognouerit, ſicut debet conſtare etiam de rationabili cauſa diſpenſandi.

304 Si autem Pontifex ſit, qui promouet illegitimum, ſi non conſtet eum habuiſſe notitiam illegitimitatis, idem dicendum eſt; non enim præſumitur voluntas eorum, quæ ignorantur à volente; vnde non poteſt præſumi, quòd Papa voluerit diſpenſare cum eo, quem neſciebat eſſe illegitimũ. Si tamen Pontifex ſcienter promouet illegitimum cenſetur diſpenſare, etiam ſi non adſit iuſta cauſa diſpenſandi, quia ipſe validè diſpenſat ſine iuſta

cauſa

causa. *Panorm. cap. cum in cunctis de elect.* quem ſequitur *Sylu. v. diſpenſatio q. 15.* Et nihilominus quia nec Pontifex poteſt diſpenſare ſine iuſta cauſa, niſi cum aliqua culpa, nec præſumi debet Pontificem velle peccare: ideò vbi non exſtet iuſta cauſa diſpenſandi non eſt cenſendus diſpenſatus ſuper illegitimitate, quem Pontifex promouet, niſi ſatis conſtet de ſcientia, & voluntate Pontificis.

305 Cæterùm nõ eſt determinata forma diſpẽſãdi ſuper defectu natalium, *Eman. Sà v. diſpenſatio n. 12. Suar. de cenſ. diſp. 41. ſect. 6. & l. 3. de legib. n. 2. Lauor. cap. 16. num. 37.* neque requiritur ſpecialis ſolemnitas in ſcriptura huiuſmodi diſpenſationem continẽte, ſed ſufficient literæ Superioris ab eo propria manu ſubſcriptæ, & ſigillo ſui officij munitæ. Superioribus enim, & eorum literis ſigillo, & ſubſcriptione munitis in ijs, quæ ſpectant ad ſuum officium plena fides adhibetur. *cap. poſt ceſſionem de reprobat. cap. 2. de fide inſtrum. cap. nobiliſſimus. diſp. 97. Gloſſ. cap. cum in Eccleſijs v. authenticas de maior. & obed. Rota coram Card. Seraphin. 1349. nu. 1. & 136. num. 6. & coram Caputaquen. dec. 245. in 2. Creſcent. deciſ. 5. de fide inſtrum. Gratian. diſcept. foren. cap. 642. num. 13. Sigiſm. de elect. dub. 79. num. 4.* Vbi tamen ageretur de præiudicio tertij, literæ huiuſmodi non faciunt fidem. *Maſcard. concl. 590. & 1238. num. 7. Creſcent. deciſ. 13. de probat. Rota deciſ. 11. de iure patron. & deciſ. 348. de probat. in nouiſ.* Cum enim Superior viua voce loquens in præiudicium tertij non faciat fidem. *cap. licet de teſtibus.* multò minùs credendum voci mortuæ. *Bellam. deciſ. 89. num. 1. & 2. Innoc. in c. poſt ceſſionem, & ibid. Boic. rub. 1. Gratian. ſup. n. 11.*

S V M M A R I V M.

1 *Legitimatio eſt totalis diſpenſatio. n. 306.*
2 *Legitimatio eſt late interpretanda. n. 306.*
3 *Legitimatio non legitimat, ſeu habilitat ad prælaturas, niſi ſit canonica. n. 307.*

306 QVæritur vigeſimoquinto, in quo diſtinguuntur legitimatio, & diſpenſatio illegitimi? Breuiter dicitur diſtingui primò, quia legitimatio habilitat illegitimum ad omnia iura vniuerſaliter à quibus de iure ſcripto ciuili, vel canonico repellebatur, ſed diſpenſatio ad quædam ſolùm iura, reddit habilem illegitimum. *Couarru. 2. p. 2. cap. 8. n. 1. & 2. Tuſcus lit. L. concl. 220. Rodriquez tom. 1. q. 15. a. 10. Azor. 2. p. lib. 2. cap. 14. quæſt. 1. Auil. de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. 6. §. 2. Suarez tom. 5. diſp. 50. ſect. 3. Rota coram Greg. 15. deciſ. 353. n. 13. & 14.* Secundò differunt, quod legitimatio eſt latè interpretanda, non verò diſpenſatio, vt ſæpius dictum eſt.

307 Quoniam verò legitimatio non eſt niſi totalis quædam diſpenſatio ſuper defectu natalium, hoc ſolum remanet aduertendum, quod in ordine ad ordines, & beneficia, nihil valet legitimatio ciuilis facta à Principe laico, ſed ſolùm legitimatio canonica facta à Pontifice, vel per poteſtatẽ eccleſiaſticam à Pontifice cõceſſam. Quia Princeps ciuilis non poteſt ad functiones ſpirituales, & eccleſiaſticas habilitare *Couar. & Suarez loc. cit. Portell. v. illegitimus. n. 5.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio illegitimi eſt à iure reprobata. n. 308.*
2 *Electionem illegitimi eſſe ipſo iure nullam, tenent aliqui. n. 309.*
3 *Occultus illegitimus tenetur vel renunciare, vel obtinere diſpenſationem. n. 310. 314.*
4 *Electio illegitimi non eſt ipſo iure nulla. num. 311. 313.*
5 *Nullitas ipſo iure pœna grauiſſima. n. 311.*
6 *Dictio nullatenus non ſemper importat nullitatem ipſo iure. n. 312.*
7 *Paucioribus DD. ex iure loquentibus eſt credendum. n. 312.*
8 *Electio illegitimi ipſo iure nulla, quia anulanda. num. 313.*
9 *Electores peccant eligendo illegitimum, & ſubduntur pœnis eligentium indignum. num. 314.*
10 *Occultus illegitimus peccat liberè acceptando prælaturam. n. 314.*
11 *Occultus illegitimus non peccat acceptando, & retinendo prælaturam, ſi ſine graui damno illam non poteſt reijcere. n. 314.*

308 TAndem vigeſimoſextò quæritur. An electio illegitimi ad beneficia, dignitates, & prælaturas, ſeu eorum collatio ſit ipſo iure nulla. Et quidem non eſt dubium, huiuſmodi electiones, aut collationes eſſe à iure reprobatas. *cap. cum in cunctis 7. cap. innotuit 20. de elect. cap. cum pridem 10. §. perſona de renunc. cap. 1. & final. de fil. presbyt. & cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. cap. conſuluit de ſeru. non ordinand. cap. per venerabilem 13. qui filij ſunt legitimi. Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 5. & 7. de reformat.* De illegitimis autem Clericorum filijs præcipuè idem ſtatuitur *cap. 1. diſ. 56 cap. 1. 2. & ſeq. de fil. presbyt. & eod. tit. in 6. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de reform.* Vnde ſine dubio omnes huiuſmodi electiones ſunt irritandæ ipſo iure, nec poſſunt confirmari validè, & ſubſiſtenter niſi ab eo, qui ſuper huiuſmodi defectu natalium poteſt diſpenſare.

309 Sed huiuſmodi electiones, aut collationes nedum irritandas, ſed eſſe ipſo iure nullas, tenent multi: nam pro hac ſententia referuntur *Paſſaral. in priuil. notab. 24. ver. vnde ſi Nauar. conſ. 4. de fil. presb. & in ſumm. cap. 25. num. 117. Campan. rub. 11. cap. 13. num. 63. Put. dec. 247. lib. 1. Pariſ. lib. 4. de reſignat. quæſt. 4. num. 13.* quos ſequitur *Peyr. in præl. quæſt. 3. cap. 5. num. 132.* Probatur autem vnica ratione; quia nimirum *cap. final. & cap. 1. de fil. presbyt.* dicitur, quod *illegitimi beneficium nullatenus habeant*, at verò dictio *nullatenus*, reddit actum ipſo iure nullum, & inualidum. *l. vlt. ff. de lib. & poſt. l. ſi fideiuſſor. §. de negot. Bart. in l. penult. §. ad crimen in fine ff. de publ. iudic. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 159. num. 18. Sanch. lib. 6. de matrim. diſp. 32. num. 7. & lib. 5. in decal. cap. 15. num. 17.*

310 Sequitur verò ex hoc, quòd illegitimus, etſi occultiſſimus nedum peccet, ſi libere prælaturam acceptet, ſed teneatur prælaturam vel reſignare, vel petere, & obtinere diſpenſationem, cum ſit nulliter promotus, & inualidè, prout tenent *Auila de cenſ. p. 7. diſp. 3. dub. 6. Sayr. de cenſ. l. 6. cap. 10. num. 37. Panorm. in cap. niſi cum pridem. §. perſonæ de renunc.*

renunc.num.16. Maiol. de irregul.lib.1.cap.7. num.1. D. Anton.p.3.tit.28. cap.4. quaſt.25. Azor.p.2.lib.6. cap.4.quaſt.25. Peyr. vbi ſupra num. 131. Sorbus. v. diſpenſare, ver. ideo. Iulius, Rodriq. tom.1.quaſt.13. art. 5. qni addit, quod ſi illegitimus occultus cogatur prælaturam acceptare, & niſi cum iactura famæ ſuæ, aut ſuorum non poſſit diſpenſationem petere, quod tunc poteſt prælaturam acceptare, & retinere. Et ideò dicunt de eo illegitimo, qui bona fide acceptauit prælaturam, vt ſi ceſſet bona fides, tunc teneatur vel renunciare, vel diſpenſationem obtinere.

311 Sed oppoſita ſententia rationibus non caret, & videtur eſſe de illis, quæ non indigent probatione, ſed ſufficit in contrarium obiecta repellere; quoniam alias ipſæ pro ſe habent certam aſſiſtentiam iuris. Certum enim eſt, quod nullitas acquiſitionis alicuius officij ipſo iure, & facto eſt malum, quod quidem eſt grauiſſimum cum inficiat titulum, & poſſeſſionem rei acquiſitæ, & tamen eſt malum quod per ſe, & ex natura rei non conſequitur ad prohibitionem ſuperioris, aut legis, vt ſupra cap. 9. probatum eſt, quia multa facta tenent, quæ fieri prohibentur, *cap. ad apoſtolicam 16. de Regularibus*; ideò ſequitur, quod nullitas ipſo facto non habet locum, niſi exprimatur in iure; pœna enim non irrogatur, niſi expreſsè iure caueatur. *Tuſcus litt.P.concl.816.num.4. Barboſa axiom.* 181. *num.7.* Et odia ſunt reſtringenda, non verò amplianda, *reg. odia de reg. iuris in 6.* & in pœnis benignior fieri debet interpretatio, *reg. in pœnis eod. lib.* Quod maximè verum eſt, vbi innocens punitur ob culpā alterius, ſicut eſt in præſenti, quia in odium incontinentiæ paternæ punitur filius illegitimus, qui innocens eſt. Cùm igitur Sacri Canones arceant quidem illegitimum à ſacris ordinibus, & à prælaturis, & dignitatibus, ſed non exprimant, quod ſi promoueatur, promotio ſit ipſo iure nulla, videtur, quod talis promotio habenda quidem ſit, vt à iure reprobata, & ideò vbi de ea conſtet reprobanda, ſed non vt ipſo iure nulla.

312 Neque obſtat regula allata, quia ſcilicet, capit. 1. de filijs Presbyterorum dicitur, quod illegitimi prælationes *nullatenus* habeant, & tamen dictio, *nullatenus*, importat nullitatem actus ipſo iure; quia hæc regula non habet pro ſe textum, aut legem expreſſam, ſed ex priuata opinione DD. eſt conſtituta; & licet eam approbent multi, quos referunt *Sanchez d. l.6. de matrim. diſp.32. num.7. & Barboſa dict.226. num.* 4.5. & 6. tamen præterquam quòd videndum eſſet in quo ſēſu Doctores citati loquantur; nam regula illa ſine dubio vera eſt, quãdo inferiori prohibetur id, quod illi non competit, niſi ex Superioris conceſſione, tunc enim ſi Superior prohibet, & præcipit v.g. aliquem legatum cenſura bullæ cœnæ Papæ reſeruatæ, vt non abſoluatur niſi ſub hac, vel illa conditione, vel abſolutè Pontifex ſibi reſeruat abſolutionem ab excommunicatione, tunc abſolutio data ab inferiori vel abſolutè, vel reſpectiuè aliter, quam ſibi conceſſum ſit eſt nulla, in quo ſenſu intelligi poſſunt Doctores illi. Dicitur vlterius, quod cum regula illa vniuerſaliſſimè accepta ſit contra iura volentia, vt pœna non irrogetur, niſi exprimatur, & quod in pœnis non fiat extenſio, ſed benignior interpretatio, & nulla aſſignetur lex, aut canon, in quo declaretur talem eſſe vim ſignificationis huius dictionis *nullatenus*, vel alterius ſimilis importantis negatiuam vniuerſalem, vt portet in ventre decretum irritans, ſed ſolùm ex Doctorum interpretatione hæc deducatur, magis æſtimanda eſt in hoc puncto pauciras Doctotum illam regulam negantium, quàm multitudo illam affirmantium. Illam enim regulam negant *Gloſſ. in Clemen. vnica v. nullatenus de ſequeſtr.poſſeſſ.* quàm immeritò *Barboſa* refert pro contraria opinione. Item *Gloſſ. in Clementina vnica de iure patronatus. Geminian. cap.quoniam num.7. de immunit. Eccleſ. Sylu. v. excommunicatio vlt. nu. 6.* citans pro eadem ſententia *Cardinal. in Clem. vn. de ſequeſtr. Angel. v. excommunicatio 7. num.fin Armilla v excommunicat. caſu* 35. & alij plures quos refert *Tiraquel. l. ſi vnquam, v. reuertatur num.* 96. hi enim aſſerunt huiuſmodi dictionem, & alias ſimiles non importare actum nullum, vel non continere vim decreti irritantis quando prohibetur actus, qui alias eſt in poteſtate eius cui actus prohibetur, niſi prohibens decretum irritans apponat, & ſic nedum prohibeat actum, ſed poteſtatem validè agendi tollat.

313 Quãuis igitur in *d.cap.1.de fil.preſ.* dicatur, quòd illegitimus prælationes in Religione *nullatenus* habeat, non per hoc dicitur, quod ſi promoueantur prmorio ſit ipſo iure & facto nulla, ſicut nō eſt ipſo iure & facto nulla ordinatio, ſi illegitimus ordinetur; & ideo DD. communiter docent quidē, illegitimum non poſſe ad beneficia promoueri, & dignitates, & prælationem eſſe nullam pro vt dixit, *Nauar. locis ſupra citatis*, ſed non dixit promotionem huiuſmodi eſſe ipſo iure nullam. Et in his debet ſemper attendi diſtinctio, *Gloſſa cap. auditis de electione v.ex poſt.* Quia nimirum ſæpè à DD. dicitur electio ipſo iure nulla, quia ipſo iure eſt annullanda omninò, non quia ſit ante ſententiam nulla; Et in hoc ſenſu etiam intelligi, & explicari poſſunt alij DD.

314 Dicendum tamen eſt, quod ſine dubio, & electores grauiter peccant, ſi eligant ſcienter illegitimum, & ſubduntur pœnis eligentium ſcienter indignum. Et illegitimus grauiter, & mortaliter peccat ſi liberè acceptat Prælaturam, etiam ſi ſit occultiſſimus, quia in re graui contra ſanctorum Canonum præceptum agit. Sed tamen ſi promouetur, promotio eſt interim valida, & ipſe eſt dominus Prælaturæ, & tenetur etiam vel renunciare, vel obtinere diſpenſationem, quia ſemper peccat, dum contra Canones prælaturam habet. Canones enim volunt, vt illegitimus nullatenus, quod eſt dicere nullo modo, & nullo tempore habeat prælaturam, vnde nedum eſt prohibita occupatio, ſed habitio, ſeu retentio prælaturæ. Ideo benè DD. citati dixerunt, illegitimum conſcium ſui defectus teneri vel renunciare, vel diſpenſationem obtinere. Cum tamen hoc ſit præceptum humanum bene dixit *Rodriq. citatus*, quòd ſi non poteſt ſine infamia ſui, aut ſuorum renunciare, vel diſpenſationem petere poteſt prælaturam retinere.

Digitized by Google

Conditio quinta.

Sanus & corpore habilis.

S V M M A R I V M.

1 *Corpore vitiatus non debet admitti ad diuina. num.315.*

315 QVinta conditio generalis eligendi eſt, vt corpore ſit ſanus, & habilis ad officiũ illud exercendum ad quod eſt eligendus. Corpore enim vitiatos, & conditionarios non debere admitti ad diuina miniſteria decernitur, *cap.non confidat 59. diſt.50. vbi Prępos. Gemin. Turrecr. Garz. de beneſ.par.7.cap.12. num.3. Rota deciſ.625. num.1. coram Card.Seraph.Sigiſmund.dub.85.num.1, & alij DD.communiter.*

S V M M A R I V M.

1 *Omnis infirmitas reddit aliquem ineligibilem, quæ reddit eum impotentem ad decenter exequendum officium. n.316.*
2 *Super quo fundetur hæc inhabilitas. n.317.*
3 *Ad officia, & beneficia inhabilis eſt cæcus. numer.317.*
4 *Surdus. n.317.*
5 *Mutus. nu.317.*
6 *Non tamen luſcus, ſurdaſter, balbutiens, debilis. num.317.*
7 *Infirmitas habitualis & radicata impediens à præcipuis actibus officij reddit inhabilem ad officium num.318.*
8 *Etiam ſi non ſit perpetua, ſed ſit pro notabili tempore duratura. n.118.*
9 *Ethici, ſeu Tabidi ſunt ineligibiles. n.318.*
10 *Et Paralytici. n.319.*
11 *Et laborantes continua podagra. n.320.*
12 *Et Valetudinarij. n.321.*
13 *Infirmus nec poteſt eſſe Collega Prouincialis. numer.322.*
14 *Debilitas non inhabilitat, niſi notabiliter impediat exercitium officij. n.323.*
15 *Pinguedo non reddit inhabilem ad electionem. numer.324.*
16 *In Ord. Præd. non poteſt eligi Prior, qui non valeat ſuſtinere onera vitæ communis. n.325.*
17 *Carentia pedum, & manum reddit ineligibilem. num.326.*
18 *Corpore deformes ratione irregularitatis ineligibiles. n.327.*
19 *Qui defectus corporis inducant irregularitatem. num.327.*
20 *Infirmi electioni non eſt nulla ipſo facto. n.328.*
21 *In Religionibus vbi prælaturæ ſunt temporales, infirmitas non ſanabilis niſi pro notabili parte temporis prælaturæ reddit inhabilem. n.329.*
22 *Vbi Priores ſunt bienales, infirmus non ſanabilis niſi ad ſex, vel quatuor menſes eſt inhabilis, vt eligatur. n.329.*
23 *Infirmus moraliter certus de inſufficientibus ſuis viribus non poteſt electioni conſentire. n. 330.*
24 *Immo & poteſt eſſe caſus, vt teneatur reſiſtere? n.330.*
25 *Si infirmitas ſuperueniat prælaturæ, non debet Prælatus abſolui, ſed debet dari illi coadiutor. num.331.*
26 *Etiam ſi culpa ſua inciderit in infirmitatem. numer.331.*
27 *In Ord. Præd. Generalis titulo infirmitatis nequit abſolui à Capit. Generali. n.332.*
28 *Semel infirmus quando ſemper præſumitur infirmus. n.333.*

316 QVæritur autem vigeſimoſeptimò: Quæ ſanitas, & habilitas ſit neceſſaria ad eum, qui eligi debet ad Canonicas prælaturas? Eſt autem in hoc certa regula obſeruanda, quoniam ſcilicet omnis illa infirmitas, aut corporis defectus reddit hominem ineligibilem, per quam vel quem idem eſt inhabilis ad exercẽdum decenter officium illud ad quod eſt eligendus. Hæc regula deſumitur ex *diſt.55.* & ex toto titulo de corpore vitiatis, & de Clericis ægrotant. & ex *cap.niſi cum pridem, §. alia verò, de renunciat.* & ex Conc. Trident. ſeſſ.22. c.4. de reformat. & ex decretis Clem. VIII. pro reformatione Regularium, & ex *D.Thom. 3.par. qu.82. art.10.ad tertium, Panorm.in d.cap. niſi cum pridem, §.alia verò, num.1. & alijs DD.communiter.* Eſt autem aduertendum, hanc inhabilitatem fundari nedum ſuper impoſſibilitate exercendi officium, ſed etiam ſuper indecentia.

317 Et pariter conſiderandum, quòd inhabilitas alia eſt ad officia directa, & immediata, quæ ſcilicet eſt ex impoſſibilitate implendi ea, quæ ad officium ſpectant, & alia eſt indirecta, & mediata, quæ ſcilicet directè, & primò eſt inhabilitas ad ordines, & eorum exercitium, & ex conſequenti eſt inhabilitas ad officium, quod exercitium ordinum ſupponit. Et hanc inhabilitatem fert quæcumque irregularitas, de qua infra eſt ſuo loco dicendum. Nunc igitur loquendo de inhabilitate ad officia, & officia, quæ oritur ex defectu corporis.

318 Colligitur primò, quod inhabilis ad prælaturas, beneficia, & officia Eccleſiaſtica eſt cæcus. *Leuit.21.cap.hinc etenim 1.diſt.49. D.Thom. 3.part. q.82.art.10.* & Surdus *c.conſtitutionem.vbi Franc.de verb.ſignific.in 6.* & Mutus. *D.Th. loco cit. & communiter omnes.* Nequit enim ſubditorum neceſſitatibus prouidere, eoſque dirigere in bonum, & à malo auertere, qui non poteſt videre eorum bonos, vel malos mores, eorum ſupplicationes audire, & quæ recta ſunt præcipere & mala prohiberi. Quãuis vbi ſit ſola debilitas in videndo, vel aliquis ſit vel luſcus, vel lippus, aut vno tantum oculo careat, & non ſit perfectè ſurdus, ſed ſurdaſter, & non mutus ſed balbutiens, formans tamen verba, licet cum aliqua difficultate, talis non eſt inhabilis vt eligatur, *Sayr.de cenſ.lib.6.cap.8.nu.3.Campanil. Rub.11. cap.17.num.90.Reginald.in praxi lib.3.tract.2. n.51. Peyr.in Præl.Reg.quæſt.2.cap.4.numer.18.20. & 21. Sigism.de elect.dub.86.numer.12. Nauar.lib.1.conſ.7. num.3.de corpor.vitiat. Donat.in prax.par.3.tract.5. q.46.nu.19.* Solum igitur qui patiuntur notabilem defectum viſus, & auditus, & linguæ ſunt ad prælaturas inhabiles.

319 Colligitur ſecundò, quòd infirmi infirmitate habituali, & radicata, quæ impedit infirmum à præcipuis actibus ſpectantibus ad prælaturam, & officium reddit illum ad prælaturas, vel officia inhabilem. Deſumitur hæc aſſertio, ex *cap. niſi iam pridem 10. de renunciat. & cap. ex parte ſua 5. de Cler. ægrotan. & D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. Panor. cap. cum inter 21. num. 2. de elect.* & vera eſt nedùm de infirmitate incurabili, & perpetua ſimpliciter, ſed etiam de ea, quæ eſt duratura pro toto, vel valde notabili tempore officij, vel prælaturæ. Inde eſt quòd phthiſi laborãtes, ſeu tabidi ſunt ineligibiles. Hic enim morbus eſt inſanabilis, & contagioſus, vnde tali morbo laborans maximè eſt ineptus ad prælaturas, & officia Canonica, *Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 20. num. 10. Sayr. lib. 6. de cenſ. cap. 9. nu. 13. Henriquez lib. 14. cap. 8. num. 8. Peyrin. dicta quæſt. 2. cap. 4. num. 9.*

320 Paralytici pariter ſunt ad prælaturas inhabiles, ita vt nec poſſint promoueri, & promotis debeat dari coadiutor, *cap. vlt. de cleric. ægrot. Henriq. lib. 14. de irreg. cap. 18. nu. 8. lit. T. Reginald. in praxi lib. 30. num. 38. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 24. nu. 1. Campanil. rub. 11. cap. 17. num. 164. Flamin. de reſig. lib. 5. q. 6. num. 20. Barboſa ad d. cap. vlt. num. 2. Peyr. d. q. 2. cap 4. num. 13. Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 9. num. 10. Pariſ. lib. 5. de reſig. cap. 6. num. 22. & 23.* Quamuis vbi infirmus haberet ſolùm aliquantiſper manus tremulas, aut caput, aut linguam, & tremor non eſſet ita magnus, vt decentem motum dictorum membrorum non impediret, non eſſet hic infirmus inhabilis ad prælaturam.

321 Podagrici etiam continui, vel quaſi continui, ineligibiles ſunt, quoniam ſunt inepti ad hoc, vt expeditè inuigilent, proſpiciant, & prouideant neceſſitatibus ſubditorum, *Maiolus lib. 2. de irregul. cap. 24. num. 1. Sayr. loco citato num. 10. Pariſ. lib. 5. de reſign. cap. 6. num. 3.* Reginald *lib. 30. num. 57. Campanil. rub. 11. cap. 17. num. 137. Peyr. in Præl. Reg. qu. 2. cap. 4. num. 10. Donat. d. tract. 5. q. 38. num. 15.* Et nihilominus ſi podagra non eſt continua, vel quaſi cõtinua non impedit, quin infirmus ſit eligibilis, quia hoc modo nec impedit exercitium officij & prælaturæ, *Campanil. & Peyrin. loco citato. Pariſ. nu. 4. Donat. n. 16.*

322 Valetudinarij, qui malo corporis habitu, & affectu ſæpius malè valent, & frequenter ægrotant, & in lecto decumbunt ſunt ineligibiles, quia impotentes ſunt, vt muneri prælatorum ſatisfaciãt vigilantes ſuper commiſſo grege, cum languentes vix ſibi inuigilent, *Menoch. lib. 2. de arbitr. caſ. 6. n. 3. Pariſ. de reſig. lib. 5. q. 3. a nu. 29.*

323 Limitat verò *Peyr.* hoc in ea dignitate & officio, quæ cum infirmitate ſit compatibilis, qualem putat eſſe in ſuo ordine Collegam Prouincialis, quia Collegæ munus eſt adiuuare conſilijs; ſed limitatio non admittitur, quia nec decet, quòd Prouincialis toties quoties indiget Conſilio teneatur adire cellam infirmi, & Collega debet cum Prouinciali viſitare Prouinciam, nec poteſt paciſci cum infirmitate, vt tunc ceſſet cum eſt exeundum ad viſitationem, nec iuſtum eſt, vt Prouincialis contra Regulæ ſtatuta viſitet ſine aliquo ex Collegis, qui ex conſtitutione ſunt neceſſarij.

324 Idem verò *Peyr.* extendit hanc ineligibilitatem ad debiles, ſi debilitas proueniat ex mala corporis diſpoſitione, & temperiè ex *Menoch. de arb. caſ. 6. num. 14. & Pariſ. vbi ſupra numer. 26.* Sed vndecumque proueniat debilitas, ſi notabiliter impedit debilem ne poſſit ſatisfare muneri ad quod eligitur, tunc impedit ne poſſit eligi. Non tamen ſi ſit talis, quæ non impedit notabiliter,

325 Quòd verò addit de præpinguibus, qui pigri, & deſides communiter eſſe ſolent ſomnoque & gulæ multùm dediti, & ideo dicit eos eſſe inhabiles ad regimen, niſi pinguedo ſit naturalis, & adſit æqualiter in toto corpore, nec etiam admittitur; quia pinguis poteſt (niſi alia infirmitate detineatur) ſi vult onus officij ſuſtinere, neque ex mala aliqua inclinatione quis ſit ineligibilis, ſed ex eo quòd illam vincere non velit, ſit non dignus officio, & prælatura. Et ſic impotentia reddit ineligibilē, vel malitia; non verò conditio & qualitas, cum qua homo poteſt bene præeſſe ſi velit.

326 In Ordine Prædicatorum eſt ſpeciale ſtatutum, vt non poſſit eligi in Priorem, qui non poteſt ſequi Chorum, Dormitorium, & Refectorium, & alia communia, vt decet, ex Capit. Toloſan. 1372. & Cenoman. 1491. & habetur in *Gloſſ. Conſtit. diſt. 2. cap. 2. §. 5. lit. P.* Sed hoc eſt ſtatutum omnibus Regularibus commune ex decreto Clem. VIII. de reformat. ibi *Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint & conſueuerint regulas ordinis, & conſtitutiones ſeruare.* Ideò in ſuperioribus Regularium tanta requiritur ſanitas, quanta eſt neceſſaria, vt Prælati poſſint obſeruantias & rigores vitæ communis ſeruare, & alijs in legum cuſtodia præire,

327 Colligitur tertiò, quòd carentes aliqua parte corporis taliter, vt ſint per hoc impediti ne poſſint ſuo muneri ſatisfacere, ſunt ad illud munus ineligibiles. Sic enim *Peyr. d. q. 2. cap. 4. num. 15.* deducit ineligibilem eſſe, qui caret manibus, aut digitis. Tum propter impotentiam exequendi officium, quia Prælatus debet ſcribere & ſignare literas. Tum propter indecentiam. Verùm defectus ſcribendi poteſt ſuppleri per alium. Ideò per ſe loquendo ex vi officij exequendi, nec carentia manuum, nec carentia pedum reddit aliquem ineligibilem ratione impotentiæ, quia carens pedibus deferri poteſt, & carens manibus bene lingua, & voce præcipere poteſt, & ordinare, & medio ſcriba ad hoc electo ſcribere, & literas ſignare. Ratione tamen indecentiæ talis eſt ineligibilis ad prælaturas, & vlteriùs carentia pedum, & manuum, quia reddit mutilatum inhabilem ad ordines, reddit ex conſequenti ineligibilem, ſed ad illa munera, quæ ſine ordinum ſuſceptione, & exercitio non poſſunt perfici.

328 Et vniuerſaliter loquendo, qui corpore ita deformati ſunt, vt ſine notabili horrore, & ſcãdalo non poſſint Eccleſiaſtica munera obire, irregulares ſunt & inhabiles, vt promoueantur ad ordines, & ex conſequenti ad beneficia Eccleſiaſtica, & ad illa omnia officia, quæ exercitium ordinum exigunt. *cap. non confidat 59. diſt. 50.* & ibi *Præpoſ. Gemin. & Turrecrem. & toto tit. de corpora vitiatis. Summiſtæ & DD. de irregularit. tractantes.* Sic enim ex hoc irregulares dicentur mutilatus in membro aliquo principali, ex quo vel eſt impeditus ab ordinis exercitio, vel notoria culpa in eius mutilatione acceſſit, ſpontè vel culpa caſtratus, manum habẽs

auri-

articulatam, mutilatam, vel perpetuò aridam, & aliquando ſolo digito carens, & morbo gallico decaluatus, notabiliter facie deformis, vel deformiter maculata, aut vulnerata, Monoculus, lippitudo longa, continua, & horrorem inferens, qui in ſiniſtro oculo priuatus viſu ſine deformi capitis verſione non poteſt legere Canonem Miſſæ, habens naſum groſſum, grandem, vel tortum, ſi hoc deformitatem pariat, os habens deformem, & imperfectum, deformiter gibboſus, aut curuus, qui laborat deformi ſcabie, vel morbo gallico, vel lepra, vel morbo comitiali, Gigantes, aut Pigmæi, ſi tales ſint vt ſcandalum, & deriſium pariant, abſtemius, & alij qui vel impotentes ſunt ad exercitium ordinum, vel decenter eos exercere non poſſunt, ſicuti ſunt irregulares, ſic ſunt beneficiorum incapaces, & ad officia requirentia exercitium ordinum inhabiles.

329 An verò infirmorum horum electio ſit ipſo iure nulla? Reſpondetur non eſſe. Tum quia ſæpiſſe de vitijs corporis non conſtat, & in arbitrio iudicantis, aut ordinantis eſt videre, an vitium ſit tale quòd impediat vſum ordinum, & exercitium prælaturæ, *Biax.lib.2.cap.19. numer.2. Peyrin. vbi ſupra numer. 24.* Tum quia etiam ſi conſtet, non adeſt textus, qui irritet huiuſmodi vitiati corpore priuationem ipſo iure, & facto, licet de iure ſit reprobanda conſtito de defectu, & irregularitate. Infra etiam probabo electionem irregularis non eſſe ipſo iure nullam.

330 Conſiderandum eſt etiam quando infirmitas non eſt ſimpliciter incurabilis, & perpetua, quòd poteſt non eſſe impedimentum ad ordinem ſuſcipiendum, vel ad prælaturam perpetuam, vt ad Epiſcopatum. Sic enim febrim quartanam non impedire aliquem à ſuſceptione ordinum tradunt, *Sayrus lib.6.de cenſ.cap.9.num.4. Vgolin.de irregul. cap.53.§.2.num.1.Campanil.rubr.11.cap.17.num 169 Barboſ.de off.Epiſc.alleg.42.n.47.* Vnde multò minus alia febris de facili curabilis poteſt impedire ab ordinis receptione, niſi dum actu tali febri laboret, vt ſit extra ſenſus, vel adeo acuta ſit, vt non permittat ordinãdum adeſſe functionibus ordinis. Sed tamen, vt in officijs Regularium contingit, quæ ſunt temporalia, & ad paucos annos durantia, & propter ordinum auſteritates maius robur ſanitatis requirunt poteſt contingere, vt infirmus ægritudine non perpetua, ſed ſanabili, ſit hic & nunc ineligibilis, quia ex vna parte infirmitas reddit impotentem ad auſterum onus regiminis in regulari obſeruantia, & ex alia infirmus, vel pro toto tempore Regiminis non eſt recuperaturus ſanitatem, vel ſaltem pro notabili parte. Vt in Ordine Prædicatorum vbi Priores ſunt biennales, non deberet confirmari electio eius, qui v.g. per ſex menſes eſſet futurus inhabilis ad gubernium propter infirmitatem. Quarta enim pars biennij immo & quinta eſt tempus notabile, nec decet Conuentum per tantum temporis regi à ſuperiore vires ad gubernium non habente.

331 Sed & conſiderandum, quod vbi ſit moraliter certum, & adeo certum, vt infirmus ipſe teneatur credere, & tenere, quod ratione infirmitatis eſt inhabilis ad prælaturam, vel officium, tenetur non conſentire electioni, & quantum poteſt reſiſtere confirmationi, vel officium non recipere, & poſſet eſſe talis ac tanta inhabilitas, & impotentia, vt teneretur prorſus officium refutare. Sed hac certitudine deficiente, ſi eligatur, & confirmetur licitè, & validè præeſt tanquam non intruſus, ſed à Deo & ſuperioribus vocatus.

332 An autem ſi poſt confirmationem ſuperueniat Prælato regulari infirmitas reddens eum inhabilem ad gubernium, ipſe teneatur renunciare, vel ſuperiores illum poſſint ab officio abſoluere, *Sigiſm. de Bonon. dub.98.* loquens de Generali cenſet eum poſſe à Capitulo Generali abſolui, immò eum amouendum eſſe. Sed oppoſitum ex Sac. Canonibus colligitur, vt patet ex *cap. Scripſit, cap. eum percuſſio, cap. præſentium, C. Pontifices, cap. qualiter, cap. quantas 7. q.1. & cap. ex parte, de cleric. ægrot. & cap. 1. de Paroch.* ex quibus habetur, quod Epiſcopis ægrotis dantur coadiutores, & eadem ratione agendum eſt cum Prælatis Regularibus, & præcipuè cum Generalibus. Et eò magis, quod Generales poſſunt inſtituere Vicarios in Prouincijs, qui regant eas, ſi Prouincialis ad gubernium ſit inhabilis, & idem poteſt fieri per Pontificem ſuper toto ordine ſi Generalis inhabilis euaſerit. Etenim nullus innocens priuandus eſt iure ſuo ſine culpa ſua; ideo Prælatus ex ſola infirmitate, quæ non eſt culpa non eſt priuandus officio, *Panorm cap.cum inter 21. num.2. de elect.* Ne verò Reſpublica patiatur, dandus erit infirmo coadiutor ſub hoc vel illo titulo iuxta Regulas ordinum, qui communitatem regat. Et hoc verum eſt etiam ſi ex culpa inciderit in infirmitatem, niſi culpa ſit talis, ob quam mereatur priuari prælatura omnibus penſatis.

333 Certò in Ord. Prædicatorum Generalis non poteſt abſolui à Capitulo Generali ex titulo infirmitatis; quia non poteſt abſolui niſi ob cauſas in conſtitutione expreſſas inter quas non eſt infirmitas. *Conſtitut. diſtinct.2. cap.8. §.6. & Gloſſa ibid. litera E.* An verò ſemel morboſus præſumatur laborare eodem morbo, niſi probet ſe eſſe ſanatum, & qui eſt ſemel repulſus ratione morbi, non poſſit ampliùs eligi niſi probet ſe eſſe à morbo liberatū, & ſic repulſio facta ab vna Eccleſia faciat fidem quoad aliam Eccleſiam, *Panorm. cap. cum inter 21. num.7. de elect.ex Gloſ.ibid. & Io. Andr. affirmat*, & ideo putat ſpectare ad eum, qui fuit infirmus probare ſanitatem recuperatam. Tum quia præſumptio transfert onus probandi in aduerſarium, vt in *cap.vn.vt Eccleſ.benef.* & ſic præſumptio infirmitatis transfert onus probandi in infirmum, ſi ab aliquo contra eum excipiatur, quod fuerit infirmus. Tum quia ea, quæ non mutantur ſolo decurſu temporis, non cenſentur, nec præſumuntur mutata, vnde in illis ſufficit probare, quòd aliquando extiterint, vt dicitur de eo, qui ſemel fuit poſſeſſor, nam ſemper præſumitur poſſeſſor, niſi probetur cõtrarium, *l. ſiue poſſidetis, C. de probat.* Morbus autem non tollitur ſolo tractatu temporis, ideo præſumitur quis in eo perdurare ſicut dicitur, de furioſo, licet enim iſte morbus ſit curabilis, tamen furioſus ſemper præſumitur talis, niſi probetur cõtrarium, vt in textu, iuncta, *Gloſſ. in cap fin. de ſucceſſ.ab inteſtato, & in cap.indicas 3.q.9.* Ita *Panorm.* ſed hoc non eſt contrarium ei, quod ipſe ibid. refert ex *Innoc. & Hoſt.* qui diſtinguunt vitium in durabile,

bilc, & non durabile, & addunt, quòd qui ſemel laborauit morbo durabili, præſumitur infirmus niſi probet ſanitatem. Sed hoc non eſt neceſſarium reſpectu morbi non durabilis; ſunt enim morbi, qui curſu temporis ſanantur etiam ſine medicina, ſicuti ſunt febres multæ, quæ vel in breui tempore infirmum vita priuant, vel deſinunt. Sed in morbis habitualibus, qui ex eorum qualitate diù ſolo curſu temporis non ſanantur, etiam ſi per medicinam curari poſſint; quia etiam contingit, quod medicina nihil proſit, præſumuntur durare, quia eorum morborum talis eſt qualitas vt durent, nec ſolo temporis decurſu ceſſent.

Conditio Sexta.

Religioſus, Clericus, ſacris initiatus, & reſpectiuè Sacerdos.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiandus debet eſſe eccleſiaſticus. n. 335.*

334 SExta conditio eſt, vt eligendus ad ſtatum eccleſiaſticum ſpectet. Ea enim ad quæ in Eccleſia aliquis eligi poteſt, vel ſunt beneficia, vel ſunt prælationes, aut ſuperioritates, per quas electus habet poteſtatem aliquam vel iuriſdictionis, vel dominatiuam, vel aliquam adminiſtrationem rerũ eccleſiaſticarum.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiatus debet eſſe inſignitus prima tonſura. num. 335.*
2 *Non ſufficit quod beneficiatus ſit in proximo clericandus. n. 335.*
3 *Impetratio beneficij nulla, ſi Papa non diſpenſet cum laico clericando. n. 336.*
4 Non *ſufficit, quod quis reputetur clericus. nu. 337.*
5 *Reputatio ſufficit; vt alicui detur beneficium. numer. 337.*
6 *Per procuratorem laicum poteſt acceptari, & reſignari beneficium. n. 337.*
7 *Collatio facta ei, qui non eſt actu clericus eſt ipſo iure nulla. n. 339.*
8 *Præſentatio laici ad beneficium eſt nulla. 339.*
9 *Præſentatio per literas ſufficit, ſi ſit clericus dum præſentantur literæ. n. 339.*
10 *Tunc fit præſentatio, cum literæ præſentantur. numer. 339.*
11 *Præſentatio non eſt nulla, ſi præſentetur in proximo clericandus. n. 340.*
12 *Electio laici etiam in proximo clericandi eſt ipſo iure nulla n. 341.*
13 *Ad beneficium habens annexum ſacrum ordinem, eſt neceſſarius ordo velut habitus, vel vt habendus in tempore ſtatuto à lege. n. 342.*

335 QVæritur autem vigeſimooctauo, an beneficiatus debeat eſſe inſignitus ordine aliquo? Reſpondetur verò, quòd beneficij eccleſiaſtici, etiam non curati, ſed ſimplicis non eſt capax laicus, ſed ad minus debet beneficiatus eſſe prima tonſura inſignitus, *cap. cum adeo, de reſcriptis, cap. ex literis de tranſact. & cap. 2. de inſtitut.* & ibi *Panorm. & alij Canoniſtæ.* Cum verò *Gloſſ. d. cap. 2. de inſtit.* quam ſequutus fuit *Compoſt.* ſenſerit etiam laicum eſſe capacem beneficiorum, ſi ſit alicuius Eccleſiæ conuerſus, qui incedat tonſuratus, & animi deſtinatione ſit iam clericus, communiter hæc opinio reprobatur, & deſtinationem ad clericatum non ſufficere dicitur, quia neceſſariò clericatus requiritur. *Panorm. in cap. cum adeo num. 3. de reſcript. & cap. ex literis num. 3. de tranſact. & cap. 2. de inſtit. Felin. in d. cap. cum adeo num. 4. Couar. 3. p. cap. 1. nu. 1. Sanchez l. 7. diſp. 4. num. 14. & l. 2. opuſ. c. 2. dub. 9. nu. 3. Garz. p. 7. c. 1. n. 10.* & apud eum *Selua. Duarius. Villar, Perez de Lara, & alij. Mandoſius Reg. 24. Palaus p. 2. tr. 13. diſp. 4. p. 7. num. 1. Ludouicus Gomez de expectatiuis num. 89. & 90.*

336 Immo impetratio beneficij à Papa pro tali deſtinato ad clericatum, & nondum clerico eſſet nulla, ſi in reſcripto expreſsè non fieret ſpecialis mentio de hac cõceſſione, & diceretur v.g. *Mandamus prouideri tali cupienti adſcribi militiæ clericali. Panorm. d. cap. ex literis. Felin. Mandoſ. Gomez, Sanchez citati.*

337 Item nec ſufficit reputatio, qua quis communiter habetur, vt Clericus, ſi verè non eſt clericus; quamuis enim dicatur ſufficere reputationem clericatus ad probandum clericatum, & ad hoc vt alicui detur penſio, & beneficium per ea, quæ affert *Garzias d. p. 7. cap 1. num. 12.* & latius *à num. 140.* & de ſacerdotio docuit *Rota dec. 58. num. 20. coram Eminentiſſimo Octobono*, tamen ſi clericus reputatus verè non eſt clericus, collatio beneficij in re nulla eſt. *Rota deciſ. 130. p. 3. lib. 3. diuerſ. Pariſ. l. 4. qu. 2. conſil. 10. Gar. vbi ſup. nu. 11.* & apud eum *Zechius, & Villar.* Poſſe tamen per procuratorem ſecularem acceptari beneficium, quia hic actus habet facti miniſterium, & non iuris, docuerunt *Io. And. & Imol, in cap. Accedens, de præb. Franc. in cap. 1. de procur. in 6. Sanchez vbi ſup. num. 5. & apud eum Alaba*, qui etiam n. 6. idem extendit, vt procurator ſecularis poſſit aſſumi ad beneficium reſignandum.

438 An verò collatio beneficij facta ei, qui actu tempore collationis non erat actu clericus ſit ipſo iure nulla, affirmatiuè reſpondendum eſt, *ex conſtit. cum ſacroſanctam* 97. Sixti Quinti munita decreto irritanti. Sed *Garz.* vbi ſupra dubitat, an hæc conſtitutio ſit vſu recepta quantùm ad hoc, quod non deferentes habitum clericalem, & maximè tõſuram ſint ipſo facto priuati beneficijs, & quod collatio ipſis facta ſit ipſo iure nulla. Sed non eſt tam facilè, vt conſtitutio Pontif. per non vſum abrogetur. Videri poteſt *Scortia in ſelectas Pontif. Conſtit. Epit.* 1[illegible]8. Idem verò Pontifex per conſtitutionem *Paſtoralis*, limitauit dictam conſtitutionem *cum ſacroſancta*, ſed non quantùm ad hoc, vt non clericus poſſit obtinere beneficium.

339 Ex his quoque colligitur, quod præſentatio eſt nulla, ſi ad beneficium præſentetur laicus, quia laicus eſt incapax beneficij. *Lamber. de iure patron. p. 1. lib. 2. quaſt. 7. a. 2. fin. & ar. 7. & 29. fin. Garz. vbi ſup. nu. 15.* Quod tamen limitatur primò, vt ſufficiat ſi præſentatus per literas ſit clericus tũc cum literæ præſentantur ordinario, licet eſſet laicus quando confectum fuit inſtrumentum, & in eo fuit no-

nominatus, quia per talem nominationem nullum ius ad beneficium acquiſiuit, & tunc fit præſentatio, cum literæ præſentationis tradunrur ordinario. *Franc.in cap.1.5.vernm. num.1. de inre patron. Lambert.p.p.lib 2.q.4.a.16. & 2.p.lib.2.q 4. a.1.2. & 3. Rota deciſ.3. de iure patron.in nouiſ. Achiles deciſ.12. de iure patron.* Et ideò quòd valeat præſentatio facta de laico per litteras, ſi tamen præſentatus ſit actu clericus tunc, cum literæ præſentantur, tenuit *Rota in Imolen. iuriſpatron. 29. Nou. 1584. coram Orano, & in Burgen. Abbatiæ 19. Decem. 1588. & & 10. mar. & 89. coram Penna, & in Maceraten. Capellaniæ coram A dobrand. 15. Maij 1564.* quas refert *Garz. vbi ſup.n.35.*

340 Limitatur etiam ſecundò, vt præſentatio de laico valeat concurrentibus ſaltem his duabus conditionibus, vt præſentatus ſit habilis, vt ſit clericus intra tēpus conceſſum patrono ad præſētandum, & quod non præſentetur abſolutè, ſed præſētans dicat præſento talem de proximo clericādum, vel præſento talem, & peto illum ordinari prima tonſura, vel alio modo ſimili; vnde colligatur, quod ſaltem virtualiter præſentatur in tempus, & pro tempore, in quo præſentatus ſit clericus. *Gar. vbi ſup. n.28. & 29.* Sed etſi in proximo intra tempus legitimum ad præſentandum clericandus abſolutè præſentaretur, non expreſſo quod præſentatur expreſsè, vt factus clericus promoueatur ad beneficiū, deberet hoc ſubintelligi, & præſumi, quia vnuſquiſque præſumitur agere validè, & non inutiliter, ideò *Pariſ. l.4. de reſig. benef. q. 2. num. 6.* ait præſentationem non eſſe nullam, ſi præſentetur in proximo clericandus. Talis enim ſaltē virtualiter præſentatur vt fiat clericus, & factus clericus promoueatur.

341 Quæ verò dicta ſunt de huiuſmodi præſentatione, an vera ſint etiam de electione, vt ſcilicet eligi poſſit laicus ad beneficium eccleſiaſticum, ſi ſit in proximo clericandus, & sub conditione, quod in proximo clericetur. Videri poſſet, quod talis electio non ſit ipſo iure nulla, quia non eligitur, vt præſit, niſi fiat clericus, & laicus electioni conſentiens, non acquirit ius, niſi conſeuriat per prius in clericatum. Et ideò quod laicus ſi ſit ſanctitate præcellens poſſit eligi in Epiſcopum, tradit *Barboſa in cap. Maſſana 56. num.3. de electiou. & Felin. cap. ſuper his num. 16. de accuſ. & Caſſan, in Catal. Glor. Mundi par. 3, conſider. 50.* Et comprobatur exemplo Beati Nicolai, Beati Seueri, & Beati Ambroſij, qui ex laicis electi fuerunt in Epiſcopos, *capit. ſtatutum 5. econtra 61. diſt.* Et licet huiuſmodi electiones ex ſpeciali iſtinctu Spiritus Sancti factæ fuerint, nec ſint trahendæ in vſum, & conſequentiam, tamen ex his habetur non eſſe contra naturam electionis, vt laicus clericandus aſſumatur ad eccleſiaſtica miniſteria. Sed nihilominus dicitur, quod laicus poſtulari poteſt, ſed nunc non poteſt validè eligi, quia per electionem datur de præſenti ius electo, nec electio poteſt eſſe conditionata, vt ſupra probatum eſt *cap. decimooctano.* Ideò cum laicus ſit incapax iuris eccleſiaſtici, eſt etiam incapax eligi ad prælaturas, & beneficia eccleſiaſtica, & ſi eligatur electio eſt ipſo iure nulla, cum non poſſit eſſe niſi conditionata ſub conditione, quod electus fiat clericus, quod electioni repugnat.

342 Cum igitur beneficiū omne ſupponat clericatum, aduertendum quod beneficiorum alia ſūt ſacerdotalia, alia diaconalia, alia ſubdiaconalia, & alia requirentes minores ordines in beneficiato, vt notant DD *in cap. ei, cui de præben. in 6.* De his autē loquendo, dicitur quod quamuis pro illis obtinendis non ſit neceſſarius ordo vel ſacer, vel ſacerdotij, vt actu habitus, dum quis eligitur ad beneficiū habens annexum ſactum ordinem, debet tamen electus intra tempus ſibi à iure ſtatutum ſacro ordine initiari. Sic enim de Canonicis, & dignitatibus diſponit *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12 Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo ordine ſacro, aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut ſit in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum initiari valeat. In omnibus verò Eccleſijs Cathedralibus omnes canonicatus, aut portiones habeant annexum ordinem Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus.* Ibi etiam in eo, qui aſſumendus eſt ad beneficium curam animatum habens requirit annum ætatis 25 inchoatum, vt ſi non eſt ſacerdos infra tempus a iure ſtatutum poſſit ordinari. Et ſic ad Canonicatus, præbendas, portiones, & dignitates Eccleſiarum Cathedralium, requiritur ordo ſacer intra tempus à iure ſtatutum ſuſcipiendus, & ita, vt vel ad ſacerdotium, vel ad diaconatum, vel ad ſubdiaconatum intra idem tempus debeant promoueri. Ad beneficium vero ſimplex per ſe ex iure communi ſufficit prima tonſura, niſi beneficium ſit tale, quod requirat ordinem, vt actu habitum, ſicuti ſunt quæ requirunt actu ſacerdotiū. Nam huiuſmodi beneficiorum collatio facta non ſacerdotibus non ſubſiſtit, vt ex *Lambert. & Garz.* probat *Rota in Piſtorien. beneficij 28. Iunij 1647. coram D. Meltio.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas dominij, & iuriſdictionis. n.343.*
2 *Ad Superiorem Regularem non eſt per ſe neceſſaria poteſtas iuriſdictionis. n.344.*
3 *Ad Superiorem Regularem non eſt per ſe neceſſarius clericatus. n.344.*
4 *Monialiū Abbatiſſæ ſine iuriſdictione, & Clericatu Superioris ſunt. n.344.*
5 *Abbates antiqui ſine iuriſdictione, & Clericatu Abbates. n.344.*

343 QVæritur vigeſimonono. An abſolutè ad ſuperioritatem Religioſorum requiratur aliquis ordo, vel ſaltem prima tonſura? Reſpondetur quòd in Superiore duplex poteſtas poteſt conſiderari, ſcilicet poteſtas dominij, etiam ſpiritualis, & poteſtas iuriſdictionis. Poteſtas dominatiua ſpiritualis eſt per quā aliquis tāquā Superior poteſt dirigere alios in finem vitæ æternæ; & hæc eſt quædam ſpiritualis Economia, & paternum dominium, quod ex voto obedientiæ conuenit Superioribus Religionum ſupra ſuos ſubditos, vt ſecundum regulam eos dirigant in vitam æternam. Sed poteſtas iuriſdictionis eſt facultas dicendi ius, ideoque præcipiendi ſecūdum iura, & ſub pœnis ſeu in Eccleſia ſub cenſuris eccleſiaſticis, ſeu eſt poteſtas ſoluendi, & ligandi, abſoluendi, & puniendi etiam in foro contentioſo. Nam iuriſdictio ſecundum *Azonem* apud *Sylu. ver.*

iuriſdictio, eſt poteſtas de publico introducta cum neceſſitate iuriſdicendi, vel æquitatis ſtatuendæ, & dicitur iuriſdictio à iure dicendo, & ſecundũ Herueum eſt qua præſidens alicui Reipublicæ poteſt dicere ius ſtatuendo, ſententiando, vel cum obligatione ſubditorũm ad habendum id, quod dicitur pro iuſto.

344 Dicendum igitur eſt, quod cum ex natura rei, & per ſe ſimpliciter ad Regimen Religioſum & Regulare non ſit neceſſaria in Rectore poteſtas iuriſdictionis, ſed ſufficiat poteſtas dominatiua Economica, & paterna; ideò per ſe loquendo ſimpliciter nedum ordo ſacer, ſed nec Clericatus, ſeu prima tonſura eſt neceſſaria in eo, qui eligi debeat in Superiorem Regularem. Vtraque pars probatur. Nam primò in monialibus non eſt poteſtas iuriſdictionis, vt colligitur ex *cap. de Monialibus. de ſent. excomm. ex cap. Noua. de pœnit. & remiſſ.* vbi Pontifex aſſerit claues non eſſe datas fœminis: & ideò eas nec docere, nec dominari in viros permittitur. 1. *ad Tim.* 2. Expertes igitur iuriſdictionis ſunt Monialium Abbatiſſæ, quamuis aliquam poteſtatem gubernandi, veluti maternam habeant. *D.T. 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1. ad pr. ibi Argent. a. 3. ad ſecundum D. Anton. 2. p. tit. 16. cap. 7. §. 2. Syluef. v. Abbatiſſa. nu. 1. & alij ſummiſtæ: Nauar. cap. 27. num. 6. Victoria relect. 2. de poteſt. Eccleſiæ. Suar. tom. 5. in 3. par. diſp. 2. ſect. 3. num. 5. & tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 1. num.* 3. Et tamen in Abbatiſſa eſt ſufficiens poteſtas gubernatiua ſecundum Religioſum ſtatum, cum tamen aliàs ſit incapax Clericatus. Sed & in viris hoc probatur. Nam Abbates antiquorum Monachorum erant Superiores Regulares, & dominatiuam ſeu gubernatiuam poteſtatem habebant ſufficientem ad regularem ſtatum, & tamen non erant clerici, vt ſumitur ex *Dion. l. 6 de Eccleſ. Hierarch. & Hieron. Epiſ. 1. ad Eliod. & 4. ad Ruſticum, & lib. contra Vigilantium. & ex alijs*, quæ referuntur 16. *q.* 1. & probatur ex antiquis Patribus *Antonio, Hilarione, & Pachomio*, qui laici fuerunt, vel certè non conſtat fuiſſe Clericos, & tamen Abbates, & Superiores fuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Non poteſt eligi non profeſſus. n. 345.*
2 *Electio non profeſſi in eadem Religione in qua eligitur in Superiorem, eſt ipſo iure nulla. numer. 345.*
3 *Nec ſi in Religione non inueniretur habilis poteſt ex alia eligi Superior ſine Papæ licentia. numer. 346.*

345 QVæritur trigeſimò, an in Superiori Regulari ſit neceſſaria regularis profeſſio? Reſpondetur hanc conditionem eſſe neceſſariam in eo, qui in Superiorem Regularem eligitur, vt ſit profeſſus, & quidem expreſsè, & in eadem Religione. Quod debeat eſſe profeſſus habetur ex *cap. cum cauſam, 27. & cum ad noſtram. 37. & cum in Magiſtrum 49. de elect. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap 21. de Regular.* Quod verò debeat eſſe profeſſus expreſsè, decernitur *cap. nullus de elect. in 6.* & quod debeat eſſe profeſſus eiuſdem Religionis, habetur in *Clem. 1. de election.* Quod verò in his capitibus decernitur de viris, ſtatuitur de Monialibus *in cap. indemnitatibus, de elect. in 6.* Et ita profeſſionem expreſſam nunc eſſe de ſubſtantia electionis ad prælaturas, & ſoperioritates regulares, quoniam decet, vt Religioſi non niſi à Religioſis ſui Ordinis regantur, & ita ve electio non profeſſi ſit ipſo iure nulla, habetur ex *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 10. de Reform. & ſeſſ. 25. cap. 21. de Reg. cler.* & tenent *Panor. cap. Cum Monaſterium 43. num 2. de elect.* & ibi *Innoc. & Bald. num. 1. Rota coram Seraph. deciſ. 647. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſſ. 8. nu. 78.* vbi ſubdit Sacrã Congregationẽ 21. Decembris 1585. declaraſſe à nemine præter Summum Pontificem poſſe conferri Abbatias, & beneficia adminiſtrationem habentia, niſi profeſſis iuxta canones, *Rodriq. tom. 2. quæſt. 52. a. 8. Suarez de Relig. tom. 3. l. 6. cap. 21. num. 15. & tom. 4. tract. 8. l. 2. cap. 3. tr. 11. Sigiſ. de elect. dub. 87. num. 4. Nauar. com. 3. de Regular. in princ. num. 2. Azor. p. 1. l. 12. cap. 13. quæſt. 11. Mirand. tom. 2. quæſt. 23. ar. 11. concluſ. 4. Hieron. Rodriq. reſol. 123. nu. 81. Tambur. tom. 1. diſp. 5. quæſtion. 11. Layman.* Rebuff. *Vechius*, quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d. cap.* nullus *de elect. in 6. num. 2. & ad ſeſſ. 25. cap. 21. Concil. Trid. num. 1. Lauor. de elect. cap. 16. num. 127. Donatus* in *praxi. p. 3. tract. 5. quæſt.* 1. Ex hoc quidem etiam de iure antiquo dicendum fuit, & colligi poteſt *ex c. Abbatem, 2. & cap. Quam ſit, 18. quæſt. 2. & cap. Nec è meritis, & cap. Nullus inuitus, & cap. Obitum. diſt.* 61. Nam vt dixit *Clemens Pontifex in d. Clemen.* 1. & confirmat *Concil. Hiſpal. 2. cap. 9. ex Moyſe, In vno eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio.* Et infra optimam ſubdit rationem, *Nam cohærere, & coniungi non poſſunt, quibus & vota, & ſtudia diuerſa ſunt.*

346 Eſt verò hoc tàm certum modò, vt nec ſit admittenda exceptio, quæ in pluribus ex dictis capitibus continetur, vt habetur etiam in *cap. Nullus de elect. in 6.* nimirum, vt in caſu, in quo in aliqua Religione, aut Conuentu non ſit aliquis Profeſſus, vel Profeſſa, quæ eligi poſſit, tunc ex alio Conuentu, aut Religione perſona digna eligi poſſit. Hoc enim à nullo inferiore Pontifice incõſulto fieri poteſt; quoniam in dicta Clem. 1. abſolutè decernitur cum decreto irritante, vt Regularibus non præficiatur, niſi Regularis profeſſus eiuſdem Ordinis. *Rodriq. Sigiſm. Suarez loco citato.* Qui benè ſubdit non eſſe moraliter timendum vt eueniat, quod in tota vna Religione non ſit perſona habilis ad prælaturas eiuſdem Religionis. Hoc tamen in Monaſterio Monialium facilius poteſt accidere. Aliam tamen limitationem ponit *Lauor. d. c. 16. num. 228. ex Panorm. & Io. Andr. in cap. Quia egredientibus, nu. 4. de teſtam.* nimirum vt ad hoc, quod per poſtulationem, aut prouiſionem quis promoueatur ad prælaturam regularem ſufficiat profeſſio tacita. Quia *d. cap. nullus*, cum contineat ius pœnale, non debet extendi ad collationem, & poſtulationem.

S V M M A R I V M.

1 *Monialis non niſi poſt octo, aut in caſu neceſſitatis poſt quinque annos à profeſſione, poteſt eligi in Abbatiſſam. n. 347.*
2 *In Religione virorum quilibet profeſſus (niſi alia conditio deſit) poteſt ſtatim à profeſſione eligi in Prælatum. n. 348.*

Digitized by Google

3 *Sub fœminino in iure non comprehenditur maſculinum.n.348.*
4 *Electio repentina poſt profeſſionem caſſanda,ſi adſit præſumptio ambitionis.n.349.*
5 *Item ſi Electus non ſit ſufficienter inſtructus. numer.349.*
6 *In Ord. Præd. nullus eligi poteſt, niſi poſt 12.annos à profeſſione.n.350.*

347 QVæritur trigeſimoprimò, An ſtatim ſtatim à profeſſione poſſit profeſſus eligi ad prælaturas Religionis? Reſpondetur aliud dicendum de iure communi, & aliud de iure proprio Religionum. Nam ex ſtatuto *Concilij Tridentini ſeſſion. 25. cap. 7. de Regular.* in Monialibus requiritur tempus octo, vel ſaltem quinque annorum à profeſſione, vt monialis poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam. *Abbatiſſa,*inquit, *& Prioriſſa, & quocunque alio nomine Præfecta,vel Præpoſita appellatur, eligatur non minor annis 40. & quæ 8. annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori,qui electioni præeſt,videatur,ex ijs, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, eligatur.*

348 Sed de viris loquendo, & de iure communi non prohibetur profeſſus alijs præditus qualitatibus eligi ad quamlibet prælaturam regularem ſtatim à Profeſſione. Nam in ſacris Canonibus nec de Abbatibus, nec de Prioribus,aut Præſulibus Regularibus in communi inuenitur aliqua prohibitio, per quam quilibet profeſſus præditus alijs qualitatibus non eligatur ſtatim à profeſſione ad prælaturas. Et quod Concilium Tridentinum ſtatuit de Abbatiſſis confirmat, quod in viris non adeſt illa neceſſitas expectādi octo, vel quinque annos à profeſſione, & quod Concilium viros relinquit iuri antiquo, vt in ſimili arguit *Panor. cap.cum in cunctis de elect. n. 6.* Et ſumitur ex *Gloſſ. in cap. indemnitatibus de elect. in 6. v. trigeſimum, & ver.non obſtante in fin.* Nam licet ſub maſculino genere veniat fœmininum in ſermone iuris aliquando, nunquam tamen ſub fœminino comprehenditur maſculinum, vt probat *Panor. cap. ſuper inordinata de præben.n.8. cum Gloſſ. in Clem, Attendentes, de ſtatu Monach.v. cecidiſſe.* Et verè non eſt eadem ratio in hoc de viro, & muliere; quia viri conditio prudentior, perfectior, & ſecurior eſt; vnde non fuit neceſſe quantum ad viros ſtatuere determinatum tempus à profeſſione, in quo Religioſus aliàs idoneus eligi non poſſit.

349 Limitatur tamen aſſertio poſita,vt non valeat in caſu contento, *in cap. officij 38. de elect.* nimirum quando vacante Prælatura,quis fit Religioſus, & repente profitetur, & in Abbatem, ſeu Prælatum eligitur. Sic enim factum fuit, vt dicitur in *d.cap.* Quod filius nobilis inductus fuit,vt fieret monachus, & factus de repente, fuit electus Abbas, huius verò electionem licet antea à legato ſuo confirmatam, Pontifex eſſe irritam decreuit. Duo autem fuere præcipua ob quæ illa actio caſſata fuit. Primò, quia ex illa repentina receptione habitus, profeſſione, & electione in Abbatē,orta fuit vehemens præſumptio ambitionis, immò & for an ſimoniæ in electo. Secundò, quia ille antequam eſſet diſcipulus, voluit eſſe Magiſter, eodem enim die recepit habitum monachalem, & fuit electus Abbas. An verò illa electio fuerit irrita ipſo iure. *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. l.2. cap.3. numer.17.* eam non fuiſſe irritam ipſo iure tenet; & nihilominus propter dictas rationes Pontifex illam caſſauit. Et hoc habet fundamentum in *textu*, ibi,*irritam eſſe decreuimus, & inanem.* Non enim Pontifex eam irritam fuiſſe declarauit, ſed decreuit,ideſt nullam effecit. Vbi igitur præſumi poſſit in electo ambitio, vel eligatur in Prælatum aliquis à profeſſione adeò repente, vt electus non ſit inſtructus ſufficienter in obſeruantijs ordinis, electio illa licet non ſit nulla, eſt tamen caſſanda, vt tradunt ad *dict.cap. Panorm. & alij Canoniſtæ.* Nunc tamen, cum ex præſcripto Concilij Tridentini Religioſus non admittitur ad profeſſionem, niſi exacto anno probationis, non poteſt contingere caſus illius *cap. officij*, neque de profeſſo ſimpliciter dici poteſt, quod non ſit ſufficienter inſtructus.

349 In Ordine tamen Prædicatorum ad nullas electiones Canonicas Religioſus eſt habilis,niſi poſt expletos 12. annos à profeſſione. Quod in Capit. Valent. 1596. authoritate Apoſt. ſancitum fuit, & confirmatum fuit in Capit. Neapol. 1600. & Rom. 1601. & Romæ 1608. cum eadem authorit. Apoſt. dicta ordinatio quantum ad vocem actiuam reducta fuerit ad terminum ſex annorum,nihil quantū ad vocem paſſiuam innouatum fuit, vt declarauit etiam Cap.Pariſ. 1611. In hoc ordine igitur Religioſi non poſſunt Canonicè eligi ad quodcumque officium, vel prælaturam niſi poſt 12. annos à profeſſione.

S V M M A R I V M.

1 *Ad prælaturas Eccleſiaſticas requiritur Sacerdotium, ſed non vt habitum tempore electionis. num.352.*
2 *Ex Subdiacono poteſt quis eligi in Epiſcopum. num.352.*
3 *Electio Epiſcopi ex non ordinato in ſacris non eſt ipſo iure nulla. n.353.*
4 *In caſu neceſſitatis de iure antiquo potuiſſet laicus in Epiſcopum eligi. n.353.*
5 *Ambroſius electus ex Cathecumeno. n.353.*
6 *Electus & confirmatus in Epiſc. intra tempus ſtatutum à lege debet ordinari Sacerdos. n 354.*
7 *Inualidè conſecratur Epiſcopus, qui non eſt Sacerdos. n.354.*
8 *Epiſcopus intra tres menſes debet conſecrari. numer.355.*
9 *A quo die incipiant iſti tres menſes. n.355.*
10 *Si intra tres alios menſes non ſit conſecratus, perdit Epiſcopatum. n.355.*
11 *Niſi ſit legitimè impeditus. n.355.*
12 *Quæ ſint legitima impedimenta.n.355.*
13 *Ad ipſum ſpectat probare impedimentum, numer.355.*
14 *Tempus horum menſium incipit à Confirmatione in Epiſcopum.355.*
15 *Etiam in electione aliorum Prælatorum non requiritur Sacerdotium,vt habitum.n.356.*
16 *Electus in Prælatum ex vi electionis tenetur initiari in tempore ſtatuto.n.356.*

17 *Præ-*

Digitized by Google

17 *Prælatus Regularis poteſt eligi ex Subdiacono: num.356.*

18 *Immo ſecundum aliquos ex ordinato iu Minoribus immo ex Clerico. n.357.*

19 *Beneficium ſacerdotale requirit in eligendo ordines Minores ſecundum aliquos. u.357.*

20 *Abbas poteſt eligi ex Subdiacono, immo ex Clerico. u.357.*

21 *Beneficium Curatum non requirit in promouendo ordines Minores. n.357.*

22 *Electus ad beneficium Curatum ex vi electionis debet promoueri ad Sacerdotium. nu.358.*

23 Non Sacerdos eſt incapax poteſtatis conficiendi Sacramenta, celebrandi, & iuriſdictionis in foro interno. u.358.

24 *Abbates antiqui S. Antonius &c. & S. Franciſcus Generalis, & non Sacerdos. n.359.*

25 *Electus ad beneficium Curatum infra annum debet ordinari Sacerdos. 360.*

26 *Nunc Epiſcopi non poſſunt cum electo in Parochũ diſpenſare, vt infra annum non ordinetur Sacerdos. n.361.*

27 *Habens beneficium Curatum ſi intra annum non ordinetur Sacerdos ammittit beneficium. numer.362.*

28 *Et tenetur in conſcientia illud reſignare. num. 363.*

29 *Idem dicitur de Vicario perpetuo &c. n.364.*

30 *Etiamſi non recipiat fructus 1. anni. n.365.*

31 *Hoc locum non habet in Parochialibus Collegiatis. 366.*

32 *Nec in Abbatib. n.367.*

33 *Nec in multis alys Parochialib. n.367.*

34 *Annus intra quem Parochus debet ordinari incipit à die pacificæ poſſeſſionis. 368.*

35 *Niſi ſit negligens in accipienda poſſeſſione. num. 368.*

36 *Impedito ne poſſit ordinari non currit tempus. numer.369.*

37 *Ordinatus in minoribus ætatis 24. annorum poteſt concurrere ad Parochialem. n.370.*

38 *Non ordinatus infra annum permutat beneficium. num.371.*

39 *An ad beneficium Sacerdotale ſit neceſſarius ordo, vt habitus. 372.*

40 *Priuatus beneficio quia non ordinatus infra annum, nec cum diſpenſatione obtinet idem beneficium. num.373.*

41 *Qui recipit Parochialem cum animo non ſuſcipiẽdi ordinem intra annum tenetur ad fructuum reſtitutionem. n.374.*

42 *Dignitates &c. intra annum ordinari debent. num.375*

43 *Ex negligentes promoueri priuantur voce in cap. & dimidia parte diſtributionum. n.376.*

44 *Etiamſi inter ſint horis. n.377.*

45 *Etiam ſi alia dimidia non ſufficiat ſuſtentationi illorum. n.377.*

46 *Et poſſunt etiam priuari beneficio. u.378.*

47 *An hoc verum ſit de beneficijs extra Cathedrales, & Collegiatas. n.379.*

48 *Priuatio vocis de vtraque intelligitur. n.380.*

49 *Nec poteſt in ea Epiſcopus diſpenſare. n.380.*

50 *An cap. commiſſa ſe extendat ad illum, qui intendit beneficium reſignare. n.381.*

51 *Aliquorum opinio. n.382.*

52 *Qui recipit beneficium cum animo reſignandi ad fauorem alicuius eſt excommunicatus. n.383.*

53 *Expoſitiones variæ circa intelligentiam Bullæ Pauli IV. reijciuntur. num. 384. 385. 386. 387. 388.*

54 *Sub dicta Bulla non comprehenditur permutatio beneficiorum. n.389.*

55 *Iuramentum de non recipiendo beneficium cum animo non dimittendi violant, qui habent animũ permutandi. n.389.*

56 *Sub d. Conſtit. non comprehenditur, qui habet animum dubium reſignandi. 390.*

57 *An comprehendatur, qui habet animum conditionatum. n.390.*

58 *Non comprehenditur, qui procurauit beneficium cum animo reſignandi, ſed non obtinuit. num. 391.*

59 *Nec qui obtendo beneficio legitimè mutato animo expedit bullas cum animo reſignandi &c. num.392.*

60 *Quas pœnas incurrat qui accipit beneficium cum animo illud reſignandi ad fauorem alicuius. num.393.*

61 *Peccat grauiter qui recipit beneficium cum animo illud reſignandi ſimpliciter. n.394.*

62 *Receptio beneficij exigit in recipiente animum perpetuo retinendi beneficium. 394.*

63 *Contra recipientes beneficia cum animo reſignandi multum militant Conſt.83. Pij IV. & 85. Pij V. num.395.*

63 *Peccat, qui recipit beneficium dubius an velit illud reſignare. n.396.*

64 *Quando non peccet, qui cum voluntate conditionato reſignandi beneficium recipit. n.396.*

65 *An peccet, qui cum voluntate dubia, aut conditionata ſuſcipiendi ordinem debitum recipit beneficium. n.397.*

66 *Negant aliqui. num.397.*

67 *Affirmatiua pars vera. nn.398. 399.*

68 *Ad hoc, vt qui fraudolenter recepit beneficium excuſetur à reſtitutione fructuum neceſſe eſt, vt mutet abſolutè voluntatem. 399.*

69 *Non peccat qui habet animum non ſuſcipiendi ordinem, ſi diſpenſetur. n.400.*

70 *Qui fraudolenter recepit beneficium Parochiale; ſed mutato voluntate infra annum ſuſcipit Sacerdotium non tenetur reſtituere fructus. num. 401.*

71 *Ad fugiendam obligationem reſtituendi, non ſufficit mutare voluntatem tunc cum non poteſt ſuſcipi Sacerdotium infra annum. nu.402.*

72 *Excuſatur, qui legitimè impeditus, non ordinatur. num.402.*

73 *Qui legitimè ſuſcepit beneficium, ſi poſtea infra annum non ordinetur, ex vi cap. commiſſa non tenetur ad reſtitutionem fructuum. nn.403.*

74 *Qui fraudolenter recepit beneficium, tenetur in conſcientia reſtituere fructus. n.404.*

75 *Tenetur reſtituere ex quocumque motiuo, quis intendat non recipere Sacerdotium, dum accipit Parochialem. n.405.*

76 *Peccat qui beneficia ſimplicia requirentia certum ordinem recipit non intendens ſuſcipere debitum ordinem. 406.*

77 *Idem dicendum de eo, qui dubitat vel conditionate non recta conditione beneficium recipit. n.406.*

78 *Qui*

78 *Qui recipit fraudolenter beneficium ſimplex non ſubditur pœnæ cap. commiſſa. n.406.*
79 *Lex cap. commiſſa eſt poſitiua non vero declaratiua iuris naturalis. n.407.*
82 *Quid ſentiant aliqui de eo, qui ſuſcipit beneficium ſimplex non habens annexum ordinem cum animo tranſeundi aliquando ad nuptias. n.408.*
81 *Talis peccat mortaliter. n.409.*
82 *Non tamen tenetur ad reſtitutionem fructuum ſi officio ſuo ſatisfacit. n.410.*
83 *Abbates, & Prælati Regulares ſi tempore electionis non ſint Sacerdotes infra annum, ordinari debent. 411.*
84 *In Ordine Prædicatorum poteſt eligi non Sacerdos. num.412.*
85 *Quæ rariſſimè eueniunt non ſunt in conſideratione legislatoris. n.413.*
86 *Ferè impoſſibile eſt vt in Ord. Præd. non Sacerdos alias ſit eligibilis. n.414.*

352 QVæritur trigeſimo ſecundò. An in eligendo ad Prælaturas Eccleſiaſticas requiratur Sacerdotium? Reſpondetur autem requiri non tamen ſemper vt habitum tempore electionis, ſed ſaltem vt habendum infra tempus à iure ſtatutum, *cap. 1. de ætat. & qualit.* Sed vt diſtinctè loquamur, priùs quid iuris ſit de electione ad Epiſcopatum dicendũ eſt. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. in aſſumendo ad Epiſcopatum ſacrum Ordinem per ſex menſes ante aſſumptionem requirit. Et ex iure antiquo neceſſe erat, vt eligendus in Epiſcopum eſſet ſaltem Subdiaconus. Cum enim Vrbanus Papa Primus ordinaſſet, vt nullus in Epiſcopum eligeretur, niſi in ſacris Ordinibus religioſè viuens inuentus fuiſſet, Innoc. 3. declarans Subdiaconatum inter Ordines ſacros eſſe numerandum, ſimul cenſuit vt Subdiaconus in Epiſcopum valeat liberè eligi, ſicut Diaconus, & Sacerdos, *cap. A multis, 9. de ætat. & qualitat.* Hoc verò explicans Concil. Trid. voluit eligendum in Epiſcopum per ſex menſes antea eſſe in ſacro Ordine conſtitutum, *Vgol. de off. Epiſc. cap. 1. §. 2. nu. 1. Franciſ. Leo in Theſaur. p. 1. cap. 3. num. 9. Alzedo de Excell. Epiſc. par. 1. cap. 3. num 18. & cap. 4. numer. 3. Didac. de Aroyo de Sacram. cap. de Epiſc. num. 6. Palaus par. 2. tr. 13. diſp. 4 par. 7. num. 2.* Sed quia Greg. XIV. in ſua Conſtit. *Onus Apoſtolicæ, 6.* vtitur verbo plurali *in ſacris Ordinibus*, ideo *Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. cap. 7. num. 8. Barboſa in d. ſeſſ. 22. cap. 2. Conc. Trid. nu. 2. & de off. Epiſ. alleg. 1. num. 37.* putant non poſſe Epiſcopum eligi, niſi ſit Sacerdos. quos ſequitur *Lauor. variar. Elucubr tit. 4 cap. 16. num. 11.* Sed conſequentia non valet. Cum enim dicitur eligendus in Epiſcopum debere eſſe initiatum ſacris ordinibus non intelligitur collectiuè, vt debeat eſſe initiatus omnibus ordinibus, ſed diſiunctiuè, vt aliquo eorum ſit initiatus. Quod inde euidenter apparet, quòd cum, vt habetur dicto *cap. à multis*, Vrbanus Papa Primus in plurali eodem modo loquens ſtatuiſſet, vt nullus eligeretur in Epiſcopum, niſi inuentus fuiſſet religioſè viuens in ſacris Ordinibus, nihilominus Innocent. 3. ibidem decernit, quod Subdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum, Greg. autem XIV. recitatiuè loquitur in §. 9. dicta Conſtit. & quod Conc. ſtatuit in ſingulari refert in plurali, ſed eundem ſenſum facit ſcilicet vt Epiſcopus per ſex menſes, antequam eligatur. debeat eſſe aliquo ex ſacris Ordinibus initiatus.

353 An autem electio ad Epiſcopatum eius, qui non eſt ſacro Ordine initiatus ſit ipſo iure nulla, ſeu potiùs irritanda; dicendum eſt eam non eſſe ipſo iure irritam, quia nec *d. cap. A multis*, nec decretum Concilij habet adiunctũ decretum irritans. Tum quia de iure antiquo in caſu neceſſitatis etiã ex ſtatu laico poterat Epiſcopus aſſumi. Nam Ambroſium electum fuiſſe nedum ex laico, ſed ex Catechumeno conſtat, & vt ſupra dictum eſt, non deſunt, qui etiam nunc dicant laicum laudabilis valdè vitæ poſſe eligi in Epiſc. quod verò hoc nũc non liceat, ſed talis laicus poſſit ſolùm poſtulari, tamen ex hoc colligitur, quòd vbi ſequentes Canones nõ declarauerunt irritam ipſo iure electionem, quæ fiat de non Subdiacono, illa non eſt cenſenda ipſo iure irrita, cum Epiſcopatus per ſe ex natura rei nec clericatum ſupponat in eligendo.

354 Nihilominùs tamen ad Epiſcopum neceſſarium eſt Sacerdotium, vnde neceſſe eſt, vt infra tempus à iure ſtatutum electus & confirmatus in Epiſcopum ſacro Presbyteratus ordine initietur, priuſquam in Epiſcopum conſecretur. Quàmuis enim aliqui nimirum ex *Io. Andr. & Ancharan. Rendina prompt. recep. ſentent. rubr. 38. num. 6. Campanil. rubr. 10. cap. vn. num. 3. Fornar. & Alzed.* apud *Barboſ. de off. Epiſc. nu. 38. & ad cap. 2. ſeſſ. 22. Conc. Trid. num. 3.* tenuerint conſecrationem Epiſcopi non Sacerdotis validam eſſe, quia præpoſteratio in collatione ordinum non vitiat, nec irritat, licet executionem impediat; tamen oppoſitum eſt tenendũ, Sacerdos enim ſolus eſt capax Epiſcopalis conſecrationis, & ideo non Sacerdos eſt incapax Epiſcopalis vnctionis & conſecrationis, & Epiſcopalis poteſtatis, vt tradunt *Gloſſ. fin. in cap. vnic. de cleric. per ſaltem promot. D. Th. 4. diſt. 24. q. 3. a. 2. q. 2. Sylu. ver. Ordo 2. num. 1. Sd num. 25. Maiol. de irregul. lib. 4. c. 12. num. 3. Henriq. in ſum. lib. 10. cap. 7. §. 1. Azor. par. 2. l. 3 cap. 30. q. 9. Salzed. ad Bernard. cap. 24. ad 1 Suarez de cenſ. diſp. 31. ſec. 1. n. 53. Bonac de cenſ. extra Bullam diſp. 3. q. 1. p. 2. n. 7. A Cunha ad c. Solicitudo. diſt. 52. num. 16. Borgaſ. de irregul. p. 5. rubr. de clerico per ſaltum, prom. num. 5.*

355 Cum igitur non poſſit electus conſecrari in Epiſcopum niſi ſit Sacerdos, ideo poſt electionẽ, & confirmationem in breui tempore debet initiari Sacerdotio, cum teneatur conſecrationem ſuſcipere infra tres menſes. ex decret. Concil. Chalcedon. c. 25. & habetur *cap. Quoniam diſt. 70. & cap. Quoniam diſt. 100.* & quidem ad hoc tenetur ſub pœna priuationis fructuum perceptorum, & ita vt ſi negligens fuerit eam ſuſcipere per alios tres menſes remanent Epiſcopatu priuatus, Conc. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. *Nauar. cap. 25. nu. 118. Tuſcus lit. C. concl. 743. Gonzalez ad regul. 8. Cancel. gloſ. 24. nu. 141. Vaſquez in opuſ. de benef. cap. 3. §. 3. nu. 27. Sanchez lib. 7. opuſc. cap. 1. dub. 15. num. 13.* & alij plures apud *Barboſ. ad d. cap. 2. ſeſſ. 23. & d. Alleg. 1. num. 39.* Hoc verò trimeſtre incipere non à die electionis, ſed à die confirmationis iuxta *Gloſſ. cap. cum in cunctis, §. cum verò, ver. tempore de elect. Turrecrem. cap. quoniam, diſt. 100. num. 2. & 16. Hugo, Syluest. v. conſecratio 1. q. 3. Tabien. v. conſecratio q. 9. Aug. priu. Roſell. nu 1.*

D. An.

D. Anton. 3. par. tit. 14. cap. 16. §. 16. Sanchez loco citat. Quia cum ante confirmatinnem non poſſit conſecrari, ſolum à tempoce confirmationis, quod eſt rempus in qun eſt eapax, vt cnnſecretur incipir trimeſtre intra quod neceſſe eſt, vt conſecretur. Niſi à ſui electione Epiſcnpus fuerit negligens ad procurandam confirmationem, qnia tune ab electione tres menſes eſſent numerandi, *Sylu.* ex Raynerio, *& Sanchez vbi ſupra*. Quod intelligendum puto, *arg. ex cap. commiſſa, de elect. in 6.* ab eo tempnre, quandn per eum ſtetit, vt non confirmaretur. Et niſi vt ait *Turrecr. in cap. quoniam diſt. 100.* neceſſitas cogat ampliùs differre, velnti propter morbnm Epiſcnpi conſecrandi, vel ſi impediatur ab hoſte. *Sylu. & Sanchez, Tabien. Angel. Raſel. D. Anton. citati. Barbaſ. d. alleg. t. num. 40.* Nec obſtat *cap. Ordinationes el 1. §. tempus diſt. 75.* quia ibi eſt ſermn de electione complera, & cnnfirmata, vr tradunt *Anchar. & Gemin.* Si verò Epiſcopus ſit impeditus, ad ipsũ ſpectare, vt ptobet impedimentum, & diligentiam adhibitam fuiſſe, vt impedimentum ceſſaret, tradũt *Afflict. deciſ. 50. num. 4. Dec. conſ. 8. num. 92. lib. 1. Rot. in Maioricen. fruct. 29. April. 1616. coram Card. Sacrato, & in Aurien. Paroch. caram Nauarro 14. Ianuar. 1622. & in Caſaraugnſt. electionis coram Buratto 11. Decembr. 1623. Barboſ. ad d. cap. 2. ſeſſ. 23. numer. 3.* Et nihilnminùs poſſe cnntingere caſum, vt Epiſcopus nunquam conſecretur, ex *Turrecrem. & Gloſſ.* aduertit *Sanchez*, vt ſi poſt confitmatinnem inculpabilitrr, ita vitietur corpore, vr non poſſit ordinari. Hic enim nnn conſecrabitur, ſed ea quæ ſunt iuriſdictinnis per ſe ipſum, & quæ ſunt ordinis, pet alium adminiſtrabit, *cap. Pontifices 7. q. 1.*

356 Ex his verò, quæ dicta ſunt de Epiſcnpo loquendo de alijs Prælatis, aut beneficiatis curam animarum habentibus dicitur, non eſſe in eligendo tempore electinnis neceſſarium Sacerdotium tunc habitum, ſed brnè ex vi electionis nbligari adhoc, vt infra rempus à iure ſtatntum ordinetur. *Panorm. in cap. 1. de atat. & qualit. Suarez. to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. cap. 3. num. 21. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 22. num. 1. & alij DD. infra citandi. & collig. ex eod. c. 1. & ex cap. Preterea, eod. tit. & ex cap. ſi pro clericis de præbend.* Er hoc verum habet etiam in Regularibus, vnde qnantum ſit ex iute communi electio non Sacerdotis non eſt irrita, nec irritanda. Caput enim illud ptimum loquens de Abbatibus comprehendit ſub nomine Abbatum etiam Prælatos Regulares, de quibus omnibns ſtatuir, vt ſi eliguntur nõ Sacerdotes ordinari debeant, & fieri Sacerdotes, aliter beneficium ammittant.

357 Immo licet videri poſſit, quod regnlariter & extra caſum neceſſitatis non poſſit aliquis nõ ordinatus in ſacris eligi in Abbatem, vel Prælatũ Regnlarem, nam in *cap. Tuam 10. de atat. & qual.* dum dicitur. *Cum inſtante neceſſitatis articulo poſſit in Abbatem aſſumi, etiam in Minoribus ordinibus cõſtitutus.* Infertur per lncum à contrario, quod extra caſum neceſſitatis non poteſt eligi in Abbatem qui non eſt in ſacris ordinatus, vt aduertit ibi *Panorm. notab. 5.* Nihilominùs neque hoc eſſe neceſſarium prnbabiliter tener *Suarez loco cit. num. 22. & 23.* ſed ſufficere vt eligendus ſit clericus ordinatus in Minnribus, immò prima tonſura initiatus. Et dictum caput rxplicat, aduertendn electum in Abbatem, de qun fuit ſermo ibi, fuiſſe etiam irregularem, & Pontificem ibi dncere, quod non poſſit extra caſum neceſſitatis eligi in Abbatem ordinatum in Minnribus, qui non poteſt ſacris Otdinibus initiari; vnde nnn negatur abſolutè, quod ordinatus in minnribus nnn poſſir eligi in Abbatrm, ſed quod irregularis extra caſũ neceſſitatis in Abbatem eligi non pnteſt, prout inuit ibi *Gloſſa*. Vbi tamen beneficinm eſt ſacerdotale requiri ad minus vr eligendus ſit initiatus Minoribus ordinibus, nrc ſufficere primam tonſuram, ne beneficium ſacerdotale vileſcat, dncet *Sanchez in opuſc lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 4. ex Franco Spino, & Lambertino.* At verò, nrc eſſe neceſſarium Sacerdntium, vt actu habitum, etiam ad hoc vt Abbas eligatur, & confirmetnr; ſed ſufficere, vt cnnfirmatus Abbas intra tempus à Iure ſtatutum initietur, habetur ex *c. 1. & cap. tuam 14. de atat. & qualit.* Nam *cap. illo primo* ſtatuitur, vt qui Presbyteri non ſunt fiant. Et *cap. Tuam*, ſnlum ſecnndum cnmmunem ſenſum colligitur, qnnd ordlnatus in minnribus extra caſum neceſſitatis non poteſt eligi, cum qun ſtat, quòd eligi poſſit Subdiacnnns, vt dncet etiam *Ant. ibid. num. 4. & Panorm num. 2.* exprefsè, & malè propterea citatus pro cnntraria ſrntentia, *Biax. par. 2. c. 9. num. 2. Rota coram Seraph. deciſ. 647. numer. 3. Lauor. cap. 16. num. 12.* quidquid in conrrarium dicant, *Tambur. de iur. Abb. diſp. 5. q. 12. num. 1. & Barboſa de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 17. num. 34.* Nam *& Angel. & Sylu. v. Abbas nu. 1. & Azor. par. 1. lib. 12. cap.* [illegible] *num. 1.* dum requirunt Sacerdntinm ad electinnem Abbatis loquuntur in terminis, *cap. 1. de atat. & qualit.* Quia Abbas tenetur infra tempus à iure ſtatutum fieri Sacerdos, ſi non eſt. Sed vlteriùs non eſſe necrſſarium ad beneficium curatum obtinendum, vt prnmouendus ſit nrdinarus Minoribus ordinibus, ſed ſufficere primam tonſuram, vr actu habitam, & ætatem talem vnde infra annnm poſſit nrdinari Sacerdos iuxta Conc. Trid. decretum tenrt, *Garz. par. 7. cap. 4. num. 44. ex Rebuff. in praxi. d tit. requiſita ad collationem banam n. 33. & 34. & de congrua, n. 19. Pariſ. de reſig. lib. 4. q. 9. à n. 34. Quintaduenas lib. 4. Eccleſiaſticon n. 66. Enriq. lib. 13. c. 57. §. 4.* Nam non vileſcir Sacerdotium, ex termino à quo beneficiandus aſſumitur, ſi aliàs ſit actu idonens ad curam, & talis, qualem iura requirunt, & infra annum poſſir eſſe Sacerdns. Vnde abſolutè, & per ſe, nec in Abbate, aur Prælato regulari, ex iure communi eſt neceſſarium niſi quòd eligendus ſit initiatus prima tonſura, quia iura non requieunt aliquid amplius vt actu habitum.

358 Sed tamen ex vi electionis cngitur quicũque electus ad beneficium, vel officium habens curam animarum infra tempus à iure ſtaturum ordinari in Sacerdotem, quia non Sacerdos eſt incapax poteſtatis conficiendi Sacramenta, & iuriſdictionis abſoluendi, & ligandi in forn interinri & Sacramẽtali, & poteſtatis celebrandi Miſſam & ſacrificandi pro nuibus ſibi cnmmiſſis. quæ ſunr præcipua munera habentis curam animarum, In Religionibus autem alia militat ratin, quia cum quàmplures ex ſubditis ſint Sacerdotes, nnn decet Prælatum non eſſe Sacerdotem.

359 Antiquitus verò Monachnrum Abbares nnn fuerunt Sacerdotes, vr patrt de Equitio, Pachomin, & Antonio, & S. Franciſcns, Inſtitutnr, & Generalis Ordinis Minnrum non fuit Sacerdos, vt

rcſert

refert *S. Bonau. in expoſ. Regulæ cap. 7.* licet tunc aliquos paucos Sacerdores ſub ſe habuerit, vt idem Sanctus refert ibid. Et idem S. Franciſcus ſtatuit, vt in ſuo Ordine Conuerſi ſine ordinibus ſacris poſſint eſſe Prælati.

360 Tempus autem infra quod electus ad beneficium curatum, debet promoueri ne beneficium ammittat, eſt vnus annus. Sic enim de Parochis expreſſè decernitur in *cap. licet 14. & cap. cum ex eo 34. de elect. in 6. Nauar. cap. 25. num. 117. Rebuff. in praxi, tit. de non promotis intra annum, in princip. Azor. par. 2 lib. 6. cap. 8. q. 2. Ricc par. 5. collect. 2988. Salzed. ad bern. in pract. cap. 55. & ex Hoied. Spin. Azeued. Morl. Cened. Barboſa ad dict. caput licet num. 7.*

361 Et quamuis in *d. cap. cum ex eo*, data fuerit facultas Epiſcopis, vt cum promoto ad Parochiam diſpenſare poſſint, vt ipſo infra annum ordinato in Subdiaconum, poſſit per ſeptennium ſtudere, quo expleto infra annum debeat ordinari Sacerdos; tamen ex quo hodie per Concil. Trident. non admittuntur ad Parochiales, niſi per concurſum fuerint iudicati magis idonei, talis facultas eſt extincta, & electi ad Parochiam infra annum à collatione Parochiæ tenentur ordinari in Sacerdotes, vt tanquam deciſum a S. Congregatione tenent, *Henriq. conſ 23. num. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. Gloſſ. 6. num. 251. Ricc. in praxi, deciſ. 502.* vel aliàs *reſol. 393. Sanctarel. var. q. 3. num. 25. & ex Armendar. Barboſa ad d. cap. cum ex eo, nu. 2. & de poteſt. Epiſc. alleg. 53. num. 77. & alleg. 56. n. 30.*

362 Eſt verò adeo neceſſarium; quòd habens beneficium curatum infra annum ordinetur Sacerdos, vt ſi non ordinetur ammittat ipſo iure beneficium, nec requiritur aliqua ſententia iudicis, vt vacet; quia cum hæc lex non ſit pœnalis, ſed conuentionalis, datur enim beneficium ab Eccleſia hac lege, & ſub hac conditione, vt recipiens promoueatur intra annum ad Sacerdotium, ideò ſi conditionem non ſeruat, ammittit ſtatim beneficium, *Archid. & Io. Andr. cap. cum ex eo in 6. Panorm. cap. cum in cunctis. §. inferiora, n. 2. & 9 de elect. Syluest. v. beneficium 3. q 2. Armill. nu 85. Sotus lib. 10. de iuſt. q. 5. art. 6. verſ ſecundum caput. Medina par. 2. q. 96. à num. 4. ver. ad aliud de Clerico. Nauar. in ſumm. c. 25. num. 118 D. Anton. 3. par. tit. 15. cap. 1. §. 3. Cuch lib. 2 inſtit tit. 7. Angelus v. Clericus 7. num. 1. Diaz, Gabriel, Rebuff.* quos refert, & ſequitur *Sanchez lib 2. opuſc. cap. 2. dub. 22. n. 1.*

363 Quod ampliatur, vt idem dicendum ſit de Vicario perpetuo Eccleſiæ Parochialis, cum verè curam habeat animarum, *Clem. vn. de off. Vicarij.* Et de Religioſo cui datur Parochialis Eccleſia, *Rebuff. in praxi tit. de non promotis intra annum, num. 4. & 7. Sanch. ſup. nu. 3.*

364 Et idem procedit, etiam ſi habens beneficium non recipiat fructus primi anni, quia grex eſt eidem commiſſus, & propter periculum eius tenetur promoueri, & debet ſe præparare vt eo tempore, quo fructus eſt perceptutus ſit habilis ad ſeruiendum. *Franc. Domin. Gloſſ. Peruſ. in cap. commiſſa de elect. in 6. Rebuff. num. 11. & 12 Sanchez, nu. 4.* quod verò *Rebuff n. 13 vbi ſup. & Sanch. cit.* dicant hoc procedere, quando ſolùm ad aliquod tempus fructus non recipit. Nam ſi renuncians Parochiali Eccleſiæ retineret ſibi omnes fructus, renunciatarius non teneretur ordinari, quia forſan nunquam eſt recepturus aliquem fructum, & qui altari ſeruit de altari viuere debet, probat quidem non licere, quòd renuncians retinear ſibi omnes fructus, & nō det renunciatario competens ſtipendium, vt curā habeat gregis; ſed non probat, quòd renunciatarius, qui conſtitutus eſt cuſtos gregis. & ad cuſtodiam ſe obligauit, non debeat in tempore Canonico fieri habilis, vt gregem cuſtodiat, & paſcat, cū non ſit ex defectu plebis ſuæ, quod non percipiat fructus.

365 Limitatur autem multipliciter principalis aſſertio, & primò vt locum non habeat in Eccleſijs Parochialibus Collegiatis, vnde Decani Collegiatarum, Priores, & Abbates Conuentuum, & alij huiuſmodi ſi intra annum non promoueantur ad Sacerdotium, non ſunt ipſo iure priuati beneficio. Quia in huiuſmodi Eccleſijs plures ſunt Sacerdotes per quos cura animarum exerceri poteſt ex conceſſione Parochi non Sacerdotis, *cap. ſtatutū, de elect. in 6. Panorm. Armill. Angel. Sylu. Sanchez, num. 5 locis citatis*, & bene ex *Sylu.* addit *Sanchez* Collegium latè eſſe ſumendum, vt ſub eo veniat etiam Plebania habens ſub ſe Capellas in qua ſunt Sacerdotes, qui curati vices ſuppleant. Verum Decanis, Priores, & Abbates ſubijciuntur legi, *cap. cum in cunctis, de elect* & Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. vbi vniuerſaliter ſtatuitur, vt aſſumpti ad curam animarum, ſi infra annum à ſuſceptione beneficij non ſint promoti ad Sacerdotium priuentur officijs; vnde licet nō ſint eis ipſo iure priuati, ſunt tamen priuandi, ſi admoniti non ſe fecerint, promoueri, *Palaus tract. 13. d. 4. p. 7. n. 12.*

366 Limitatur ſecundò, vt locum non habeat in Abbatibus, quia decretales citatæ loquuntur de paræcijs, ſub quo nomine in materia odioſa non veniunt Abbatiæ, & neceſſarium fuiſſet, vt de eis fieret expreſſa mentio, *Gloſſ. cap. 2. de præbend. in 6. Rebuff. num. 21. Sanchez num. 6.* Quamuis Abbatem dicant peccare grauiter, ſi iuſto ceſſante impedimento non promoueatur.

367 Limitatur tertiò, vt non habeat locum ſi Parochialis erigatur in Cathedralem, *Cad. & Peruſ. apud Rebuff. nu. 24. Sanchez num. 7.* Item 2. nec in Decanatibus, Præpoſituris, Archidiaconatibus Eccleſiæ citatæ, quia ſub nomine Parochialis ſimpliciter non venit Parochialis, quæ eſt dignitas, *Rebuff. num. 29. Sanchez num. 7. ex Io. Andr. Feder. & alijs.* Item 3. ſi Parochialis ſit vnita principaliter beneficio ſimplici. Quia cum acceſſorium ſequatur naturam principalis, beneficiū vnitum aſſumit naturam cui vnitur: *ijdem Rebuff. num 31. Sanchez num. 8. ex Anton.* Sed hoc non eſt ſine limitatione admittendum. Etſi enim ſit verum, vbi habens beneficium ſimplex poteſt adminiſtrare curam animarum per Vicarium, iuxta *cap. extirpandæ, §. qui verò, de præben. & cap. ſuper eo, eod. tit. in 6.* Si tamen beneficiatus per ſe ipſum debeat habere curā animarum, iam potiùs beneficium ſimplex tranſijt in Parochiam, & promotus eſt promotus ad curam animarum, cui conſulendum eſt, vt curatus ſit idoneus ad animas paſcendas, & ideo talis beneficiatus tenetur intra annum promoueri ad Sacerdotium. Quintò, ſi Parochus non habet curam fori pœnitentialis, ſed ſolum contentioſi. Sextò, ſi Eccleſia eſt Parochialis habitu non actu, quia non habet

bet Parochianos. *Gloſſ.cap. licet canon, de elec.in 6. Selua, Staphilæus, Gut.* apud *Sanchez d. num.7. Rebuff.num.*34. addens, quod ſi contingat Eccleſiam habere Parochianos tenebitur Parochus promoueri ab eo die, in quo Eccleſia incipit habere.

368 Quo autem die vniuerſaliter incipiat hic annus, reſpondetur communem ſententiam eſſe, vt incipiat à die pacificæ poſſeſſionis beneficij. *cap. commiſſa* 35. *de electiou. in ſexto. Diu. Anton. Sylu. Ang. Nauar. Diaz, Rebuff. vbi ſupra num.*41. *Sanchez num.*9. quod ſi negligens fuerit in poſſeſſione acquirenda, numeratur annus ab ea die, in qua per ipſum ſtetit, ne poſſeſſionem acciperet, vt in *eod. cap.commiſſa*, ſtatuitur. Ideo ſi alicui impetretur beneficium à Patre, vel alio eo neſciente, non incipit hic annus niſi à tempore notitiæ habiti beneficij, & acceptæ pacificæ poſſeſſionis. Nam qui neſcit ſe promotum nõ poteſt accipere poſſeſſionem beneficij. *Domin.d.cap.commiſſa, Selua* 3.*p.q.*3.*Sanchez vbi ſupra num.*9. quidquid contrarium dixerit, *Rebuff.ſup.num.*54.

369 Hinc verò ſequitur, quòd ſi quis ſit impeditus legitimè ne poſſit, vel accipere poſſeſſionem, vel promoueri ad Sacerdotium, non currit illi tempus, ſed excuſatur: Nam de impedimento accipiendæ poſſeſſionis hoc conſtat ex *d, cap. commiſſa*, vbi decernitur hunc annum incipere à die in quo per beneficiatum ſtetit ne poſſeſſionem acciperet; at verò non ſtat per impeditum, quin accipiat beneficij poſſeſſionem ad cum ſit iuſtè impeditus, & de impedito non promoueatur ſacerdotiũ idem aſſeritur, ex regula *Impedito non currit tempus*, quia per impeditum non ſtat, quod non ordinetur. *Regula* 41.*de reg.iur.in 6.* & tenent *Gloſſ. in cap.licet canon, de elect.in 6. Angelus v. Clericus 7. num,5.Nauar.cap.25.num.116.Rebuff. ſup. num.47. Sanchez* 12. Ceſſante verò impedimento non dabitur integer annus, ſed tantùm temporis quantum durauit impedimentum, vt habetur per notata *cap. cum ex eo, & cap.ſi electio, de elect.in 6.Nauar.conſ.* 1. *de temp.ordinand.* & legitima impedimẽta ſunt ſi promouendus fuit infirmus, vel Epiſcopus non potuit, vel non voluit eum ordinare, non tamen ſi negauit dimiſſorias, vt ab alio Epiſcopo ordinaretur. Pariter erit iuſtum impedimentum ſi abſque ſua culpa incidat in aliquam irregularitatem, *Diaz d.cap.48. Rebuff. vbi ſupra numer.*48. *Sanchez dicto num.*12. Non tamen ſi irregularitatem ex culpa incurrat.

370 Ex quo colligitur, quod ordinatus in minoribus, & habens ætatis 24. annos poteſt concurrere ad beneficium curatum, quia poteſt infra annum eſſe Sacerdos, Epiſcopo diſpenſante ſuper interſtitijs, eſt enim hæc cauſa iuſta diſpenſandi, & ſi Epiſcopus nollet diſpenſare, promotus eſſet legitimè impeditus. *Nauar. cap.*25. *num.*116. *Sanchez vbi ſup.num.*14.

371 Sequitur etiam, quod non promotus ad Sacerdotiũ dum adhuc currit annus ab accepta poſſeſſione poteſt cũ alio beneficium permutare, quia non eſt illo priuatus, & tunc is, cum quo beneficiũ permutat habebit alium annum ad hoc vt ordinetur Sacerdos, vt ex *Rota antiqua, Bellamera, & alijs* habent *Rebuff vbi ſup. num.*37. 38. 39. *& Sanchez num.*11. Et ſi quis fuit negligens, vt promoueretur, & moriatur die vltimo anni, vacabit beneficium ob mortem illius, quia nondum erat priuatus beneficio, vt ex *Pariſ.* tradunt *Rebuff.num.*44.*Sanchez d.num.*11.

372 Quando etiam beneficium eſt ſacerdotale non quia curatum, ſed ex fundatione & ſtatuto teſtatoris, conſiderandum eſt, an requiratur ſacerdotium in aptitudine, & ſufficiat obtinentem infra annum, vel requiratur ſacerdotium, vt actu habitum, de qua materia latè dixerunt, *Garz.de benef. p.*7.*c.*1. Nam ſi requiritur Sacerdotiũ, vt actu habitũ, nec de cõſenſu patroni poteſt Epiſcopus diſpenſare ſuper dicta qualitate, vt deducitur ex Concil. Trid. ſeſſ.25.cap.1. de reformat. & declarauit ſæpiùs Sac. Congregatio apud *Garziam vbi ſupra num.*112. & ex decreto Sac.Congregat. tenuit *Rota in Valent. Iuriſpatronat. coram Orano* 20. *Martij* 1589. apud eundem *Garz.*

373 Eſt etiam conſiderandum, quod qui fuit negligens promoueri infra annum, & ideo remanet priuatus beneficio, non poteſt nec cum diſpenſatione Epiſcopi iterum obtinere illud beneficium, quia aliàs priuatio redderetur eluſoria, *cap.commiſſa* 35. *de elect.in 6. & Clem. Ne in agro,* §. *cæterum de ſtat.Monachorum.*

374 Et ex *eod. cap. commiſſa*, habetur, quòd ſi quis accipit Parochiam cum animo non ſuſcipiendi Sacerdotium intra annum, ſed eo anno percipiendi fructus tenetur ad fructuũ perceptorũ reſtitutionem, niſi voluntate mutata promotus fuerit. *Gloſſ.ibid.Sanchez lib.*7.*de matrimon.diſp.*45 *num.*2. *Vaſquez op. de benef.cap.*3.§.3.*n.*31.*Palans p.*2.*tr.*13. *diſp.*4.*p.*7.*n.*3.

375 Pariter verò in *Concil. Trid. ſeſſ.*22.*cap.*4. decernitur, vt qui in Eccleſia Cathedrali, aut Collegiata, ſeculari, vel regulari, dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia obtinent, habentia annexum ordinem, teneantur infra annum iuſto impedimento ceſſante ſuſcipere ordinem requiſitum. Quod ſtaturum etiã fuerat in *Clem Vt ij, qui* 2. *de ætat. & qualit. Nauar. l.*1. *conſ.*45. *de ætat.& qualit.Sanchez opuſ.l.*7.*cap.*1. *dub.*48.*num.*7.

376 Hi tamen, ſi non promoueantur ad ordinem requiſitum intra annum non ſunt priuati beneficio, ſed duplici alia pœna puniuntur, ſcilicet priuatione vocis in Capitulo, & dimidiæ partis diſtributionum, quæ dantur ijs, qui certis horis interſũt, & huic pœnæ ſubduntur, donec ad requiſitum ordinem fuerint promoti, vt ex *d. Clem.* habetur, & confirmat *Concil. Trid. loco citato.* Hæc verò pœna intelligitur de diſtributionibus propriè ſumptis, quæ quotidianæ dicuntur, & dantur ijs, qui certis horis interſunt, non verò de diſtributionibus extraordinarijs, quæ dantur pro funeribus, ſeu aniuerſarijs defunctorum, quæ communiter dicuntur diſtributiones. *Moneta de diſtrib. quot. p.*1. *quæſt.* 3. *nu.*1. *Barboſa ad d. cap.*4.*ſeſſ.* 22.*Concil. Trident.num.*22. Quod tamen limitatur, niſi huiuſmodi diſtributiones latè ſumptæ, ſint vnitæ cum horis, quia tunc tales non ordinati etiam iſtis priuabuntur. *Garz. in add. ad p.*3.*cap.*4.*ſub num.*15. *Barboſa vbi ſupra & de Canon.cap.*16.*n.*13.

377 Ita autem priuantur dictis diſtributionibus, vt hoc ſit verum etiam ſi interſint horis. *Gloſſ. in dict. Clem. v. interſint. Nauar. conſil.* 45. *de temp. ordinand. Sanchez l.*7.*opuſ. cap.*1.*dub.*48.*n.*7. *Bo-*

Digitized by Google

nac. vbi ſupra. Et immò etiam ſi reliqua dimidia pars non ſufficiat ſubſtentationi ipſius beneficiati; nam negligentiæ ſuæ imputare debet, ſi ſufficientia ad ſubſtentationem non habet. *Gloſs. in d. Clem. v. pars*, & ibi *Imol. contra Guillelmum, Suneb. & Barboſ. vbi ſupra*.

378 Præterea verò nos negligentes poſſe alijs etiam pœnis puniri, colligitur ex *d. Clement. & ex Concil. Trid.* Et quod poſt admonitionem poſſint etiam beneficio priuari tanquam deciſum à S. Congregatione, pluries refert *Garz. de benef. p. 3. cap. 4. num. 16.* niſi quis ex diſpenſatione Apoſtolica ſuper ætate obtinuerit beneficium; is enim non poteſt cogi ad ordinem ſuſcipiendum, niſi cum ad ætatem requiſitam peruenerit, quod & fuiſſe deciſum, refert idem *Garz. num. 18.* & tenuit *Rebuff. vbi ſupra num. 55.* Addit verò *Barboſa ad d. cap. Concil. n. 23. & de Canon. num. 20.* pœnam hanc priuationis diſtributionum non incurri ipſo iure, nec ad eam poſſe Epiſcopum procedere abſque ſolemnitate à Concilio requiſita.

379 An autem decretum Concilij habeat locũ ſolum in Cathedralibus, & Collegiatis, vel potiùs vniuerſaliter in omni beneficio certum ordinẽ requirente, negarunt *Gloſ. in d. Clem. v. prabendas, & v. in eiſdem, & v. diſtributiones. Card. ibi numer. 5.* Sed *Garzius in add. ad 5. p. cap. 4. num. 5* diſtinguit, nam pœnis *Clem. vt u*, non ſubdnntur niſi beneficiati in Cathedralibus, aut Collegiatis; tum quia pœnæ non ſunt extendendæ. *Reg. Odia, de reg. iuris in 6.* Tum quia diſtributiones propriè non ſunt extra dictas Eccleſias. Sed tamen decretum Concilij Tridentini ſe extendit ad omne beneficium habens [illegible] ordinem, prout fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione, refert idem *Garz.* & tenent *Barboſ. ad d. cap. 4. num. 15. & Ricc. reſol. 486. num. 1.* [illegible] quidem eſt tenendum, ſi conſtet authenticè de hac Sacræ Congregationis declarat. Nam aliàs cum Conciliũ Tridentinũ expreſsè loquatur de beneficijs Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & loquatur in terminis *Clem. vt ij, de ætat. & qualit.* non eſt iſta lex pœnalis extendenda.

380 Quantum verò ad pœnam priuationis vocis, eam intelligi debere de vtraque voce, voluit [illegible] *l. 2. cap. 24. nu. 105.* Sed *Garz. dict. addit.* cenſet intelligendam de voce actiua, quæ ſimpliciter vox dicitur; ſed prior opinio verior eſt, quia & vox paſſiua eſt vox ſimpliciter. Ex quo tamen in *dictu* [illegible] eſt, vt talis negligens nullo modo vocem habeat, colligunt *Gloſſ. ibi. v. nullo, & Sanch. l. 7. opuſ. p. 1. d. 28. num. 7.* quod Epiſcopus non poteſt in hac pœna diſpenſare.

381 Nonnullæ autem difficultates diſcutiendæ [illegible] anent circa intelligentiam dicti capitis *commiſ-* [illegible] idem primo dubitatur. An decretum dicti [illegible] tis verificetur etiam in eo, qui licet habeat animum ſe promouendi ad ordinem requiſitum infra [illegible] tamen intendit beneficium reſignare?

[illegible] Reſpondent aliqui non eſſe eamdem ratio[illegible] am eſt quidem verum peccare mortaliter [illegible] ſuſcepit beneficium non habens animum [illegible] endi, & ſatisfaciendi muneri ſuo, vel non [illegible] animum reſidendi; quia talis vult officium, [illegible] non vult officio ſatisfacere. Et pariter verum eſt, [illegible] d talis ſi non ſatisfaciat muneri accepto, vel nõ [illegible] at tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum ea ratione, qua non ſatisfacientes obligationi ſui officij, tenentur ad reſtituendum. Nihilominùs, qui habens animum ſe promouendi ad ſacerdotium infrà annum, & ſatisfaciendi officio ſuo, & reſidendi prout oportet in Eccleſia ſua, ſi alias habeat animum reſignandi beneficium ſi Superiori placuerit, vel illud permutandi non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur; nam principium illud, quo vtuntur *Hoſtien. in cap. relatum 4. de Cler.* non reſident *num. 2. Anton. num. 8. Panorm. num. 7.* ſcilicet, quod ſuſcipiens beneficium debeat animum habere perpetuo illi inſeruiendi, & manendi cum eo tanquam ſponſus cum ſponſa, ex nulla lege probatur; & ſimilitudo matrimonij carnalis cum ſpirituali coniugio Parochorum non tenet, niſi in caſibus à lege expreſſis. Immò additur, quod ſi matrimoniũ carnale eſſet diſſolubile ex licentia Superioris, non ageret contra iura matrimonij, qui illud contraheret cum intentione relinquendi coniugem de licentia Superioris; quia tunc diſſolutio matrimonij ex cauſa iuſta facta de licentia Superioris, eſſet iuſta. Cum igitur matrimonium ſpirituale, quod contrahitur inter habeus curam animarum, & Eccleſiam, ſit de licentia Superiorum diſſolubile: ideò qui ſumpſit beneficium cum animo illud dimittendi de Superioris licentia, ex hoc contra nullam legem facit; vnde ſi interim in beneficio reſideat, & illi prout tenetur inſeruiat, ad reſtitutionem fructuum non tenetur. *Nauar. l. 3. conſ. 24. num. 2. de præb.* in antiquis quem ſequuntur *Sanchez l. 7. de matrim. diſp. 45. num. 12. Vaſq. de benef. cap. 3. §. 3. dub. 1. Leſſ.* dicens non eſſe peccatum mortale. *l. 2. cap. 34. dub. 26. num. 136. Palaus p. 2. tract. 13. diſp. 4. pun. 2. num. 11.*

382 Verum huic determinationi reſiſtit conſt. 12. Pauli Quarti, in qua inter alia ſub pœna excõmunicationis latæ ſententiæ prohibitum eſt recipere beneficium pro ſe ipſo principaliter cum animo, & intentione illud reſignandi alicui alteri. Et meritò hoc fuit ſtatutum; quia cum beneficia ex Eccleſiæ inſtitutione ſint perpetua taliter, vt verè non liceat illa, vel reſignare, vel permutare, niſi iuſta cauſa data, & de licentia Superioris; iam contra rationẽ eſt, vt aliquis ea velit recipere cum animo illa reſignandi, & dimittendi; quia ſi ad hoc iuſtam cauſam habet, iam hæc mouere debet, vt beneficium non recipiat, quod ex iuſta cauſa eſt dimiſſurus.

383 Non conueniunt tamen Doctores in dictæ conſtitutionis Pauli Quarti intelligentia. *Machado apud Dianum par. 8. tr. 7. reſol. 14.* de illius exiſtentia dubitauit. Sed de ea dubitandi nulla vmbra remanet, quoniam eſt inſerta in Bullario Romano Cherubini, & incipit inter cætera, & ædita fuit de anno 1557. Et in vi dictæ Bullæ Romæ à recipientibus beneficia exigitur iuramentum, quod non accipitur beneficium cum animo illud reſignandi.

384 Alij dicunt hanc conſtitutionem non eſſe vſu receptam, niſi quantum ad primam actionem in ea prohibitã, quæ eſt ſimulatio perſonæ, & fictitia ſuppoſitio exanimis. Et de hoc nõ vſu cõiectura aliquam ſumi poſſe, aſſerit *Bonac. de cenſur. in part. diſp. 2. q. 3. & punct. 28. in fine.* Quod non eſſe improbabile ſentit *Palaus tom. 6. diſp. 3. puncto 30 n. 8* Sed & hoc improbabiliter aſſeritur, cum Romæ pro huius conſtitutionis obſeruantia exigatur iuramẽtum,

tum, quod beneficium non recipitur cum animo illud reſignandi, vt teſtantur *Diana loco citato, Nauar. conſ.16. de Cleric. non reſiden. & Card. de Lugo loco citando.*

385 Alij aſſerunt nõ habere locum niſi in Romana Curia, quoniam motiuum Pontificis fuit ad vitandas fraudes, quæ interueniebant in obtinendis beneficijs à Datario, vt ex procœmio dictæ conſtitutionis patet. *Palaus vbi ſupra Garz. de beneſ. p.11. cap.3. num.291.* quem ſequitur *Diana vb. ſupra. Cardin. de Lugo lib.5. reſponſ. moral. dub.4. n.2. Bonac. vbi ſupra num. 9.* & non improbat *Filliuc. tr.15. num.101.* Sed neque hæc limitatio eſt certa, quoniam diſpoſitio illius Bullæ vniuerſalis eſt. Neque ex eo limitari poteſt, quod in procœmio fiat mentio fraudum, quæ à conſequentibus beneficia apud Datariam committebantur: quia hoc fuit occaſio diſponendi; ſed ratio finalis fuit tollendi omninò fraudes illas, & dolos, quæ vbique terrarum interuenire poſſunt. Vnde *Martinez de Prado in quæſt. moral. cap. 19. quæſt.16. num.30.* ait quod quamuis occaſio bullæ ortum habuerit ex Curia Romana, nullũ tamen eſt in ea verbum, quod eam reſtringat pro illa. Et *Scortia in Theor.176.* hanc limitationem non ponit, & quod extra Curiam non præſtetur iuramentum, quod non accipitur beneficium animo reſignandi, facit quod taliter beneficiũ accipiens non ſit periurus: cum quo ſtat, quod peccet, & reſpectiuè ſit excõmunicatus, ſi aliunde non excuſetur.

386 Alij igitur limitant, vt non habeat locum conſtitutio in eo, qui accipit beneficium cum animo reſignandi illud de licentia Superioris. Quia talis non eſt fraudolentus. Ita *Garzias, Diana, Palaus locis citatis, & Gibalin. in ſynopſi v. beneficium.* Sed neque interpretatio iſta admittenda eſt. Tum quia aliter determinatio illius conſtitutionis eſſet inutilis, & nunquam haberet locum; quia cum reſignatio non valeat, niſi facta cum licentia Superioris, nullus eſt, qui habeat animum reſignandi ad fauorem alicuius ſine licentia Superioris, & propterea nulliter. Tum quia ex quo beneficia ex inſtitutione ſunt perpetua, intentio Eccleſiæ eſt dandi illa, vt perpetua, & nõ niſi ex iuſta cauſa ſuperueniente collationi, reſignationes illorum accipiendi. Vnde fraudolenter beneficium accipit, qui tunc accipit beneficium, vt temporaliter habẽdum, & reſignandum ad fauorem alicuius, & ideò, quod ex ui conſtitutionis Pauli Quarti prohibitum ſit accipere beneficiũ cum animo reſignandi illud ad fauorem alicuius de licentia Superioris, tenent *Bonac. d. diſp. 2. quæſt.3. puncto 28. num. 6. & Martinez de Prado dict. num.30.*

387 Aliter alij limitant, vt ſub dicta conſtitutione non comprehendatur, qui intendit tenere beneficium per multum tempus, & ſolum poſt tempus lõgum intendit illud reſignare ad fauorem alicuius. Ita *Garz. & Diana citati*. Sed hoc ſine vllo fundamento aſſeritur; quia conſtitutio vniuerſaliter comprehendit omnes, qui animo reſignandi ad fauorem alicuius beneficia recipiunt. Vnde alij Doctores hanc limitationem non ponunt.

388 His igitur omiſſis limitationibus dicendũ eſt dictam conſtitutionem Pauli Quarti non comprehendere habentes animum permutandi beneficium, quia expreſsè loquitur de habente animum reſignandi, permutare verò non eſt reſignare. *Garzias d. num 191. Bonac. num. 4.* niſi qui habet animum permutandi, habeat animũ inuento pinguiori beneficio, ſuum reſignandi prius ad fauorem alicuius, & poſtea illud prius obtinendi. *Bonac. ibidem*, & addit *Garzias* eum, qui recipit beneficium cum animo permutandi, comprehendi ſub iuramento, quod exigitur Romæ: ſaltem ſi habeat animum permutandi cùm beneficio non habente ſimilem reſidentiam. Sed abſolutè ſic eſt dicendum, quia permutare beneficium eſt illud dimittere, & iuramentum quod exigitur eſt, quod qui accipit beneficium, non habet animum illud dimittendi. Dicitur ſecundò, ſub dicta conditione non comprehendi [illegible] lum, qui habet animum reſignandi beneficium abſolutè, quoniam loquitur expreſsè de habente animum reſignandi ad fauorem alicuius *Garz. Bonacina, Diana*. Addit verò *Garzias*, & benè hunc talem comprehendi ſub iuramento, quod Romæ exigitur; quia ipſe habet animum dimittendi beneficium.

389 Dicitur tertiò, ſub dicta conſtitutione nõ comprehendi eum, qui habet animum dubium vel conditionatum reſignandi beneficium. *Garz. Bonacina. Diana*, voluntas enim dubia non eſt voluntas, & voluntas conditionata non eſt voluntas ſimpliciter. Verum conſiderandum eſt, an voluntas [illegible] conditionata. Nam ſi qui accipit beneficium [illegible] bet animum illud reſignandi ſi inuenerit [illegible] ſionem ſoluat, vel tantam, aut tantam ſo[illegible] habet animum abſolutum reſignandi cum p[illegible] ne, quamuis ſit conditionatum reſpectu [illegible] illius perſonæ, cui illud reſignet. Sim[illegible] accipit beneficium, habet animum reſigna[illegible] Titio, ſi Titius hoc, vel illud fecerit conc[illegible] ab eo, hæc voluntas cenſenda eſt abſolut[illegible] talis eſt ex parte volentis, ſed obiectum ipſum eſt conditionatum, quia non vult reſignar[illegible] ſub conditione hac, vel illa. Ideò de voluntate conditionata loquendo dicitur cum *Martinez de Prado d. cap.19. quæſt. 6. num. 30.* quod ſimiles [illegible] admitti non debent; quia huiuſmodi v[illegible] quæ conditionatæ apparent, ſunt voluntates conditionatæ quidem ex parte obiecti, ſed abſ[illegible] parte volentis. Et quod conſtitutio com[illegible] etiam huiuſmodi voluntates, ind[illegible] prob[illegible] expreſsè comprehendit animum reſignandi cum penſione, & commodo, hic verò animus [illegible] ditionatus, quia eſt animus reſignandi ſu[illegible] tione penſionis, aut commodi.

390 Dicitur quartò, ſub dicta conſtitutione non comprehendi eum, qui licet procurauerit [illegible] neficium cum animo illud reſignandi, tamen [illegible] ficium non obtinuit. Ex attentato enim non [illegible] ritur excommunicatio lata contra aliquid [illegible] tes, & perficientes, in præſenti verò excommuni[illegible] tur qui beneficium acquirit cum animo [illegible] gnandi, *Garz. & Bonac. num.* [illegible]. Qui [illegible] addit h[illegible] eſſe excommunicatum, etiamſi non reſignet beneficium, quia excommunicatio lata eſt in ſuſcipientes beneficium cum animo illud reſignandi.

391 Dicitur quintò, ſub dicta conſtitutione non comprehendi eum, qui ſine animo reſ[illegible] illud obtinuit, ſed poſtea mutato animo bullas expedit cum voluntate reſignandi. Ratio eſt, quia [illegible] aduertit *Cardin. de Lugo lib.5. reſp. dub. 4.* [illegible]

iam per ſignaturam Papę regiſtratam talis obtinuit beneficium, & ius in re ad illud, quamuis pro foro externo ſit neceſſaria literarum expeditio, vt probat *Sanchez lib. 6. de matrim. diſp. 29. & Filliuc. tr. 21. cap. 3. quæſt. 5. num. 91.* & ego probo infra *cap. 33. quæſt. 1.* Igitur, qui iam ſine animo illud reſignandi obtinuit beneficium ex eo, quod Papa ſignauit ſupplicationem, & eius ſignatura fuit regiſtrata, cum iam legitimè obtinuerit beneficiũ illud, habet illud tanquam ſuum, nec facit contra dictam conſtitutionem ex eo, quod poſtea cum animo illud reſignandi bullas expedit. Ideò idem *Card. de Lugo ibid.* cenſet, quod iſte nec violet iuramentum prius emiſſum de non recipiendo beneficio cum animo illud dimittendi; quia verè ſine tali animo beneficium obtinuit, licèt poſteà cum animo reſignandi bullas expediat.

392 Pœnæ verò latæ contra illum, qui recipit beneficium cum animo illud reſignandi, ſunt excõmunicatio Papæ reſeruata. Secũda eſt priuatio omnium beneficiorum abſque alia facienda declaratione, ità vt conſtito ſolum ſummariè, & extraiudicialiter aliquem veniſſe contra dictam conſtitutionem poſſit pro tali ab Auditore Cameræ publicari. Tertia eſt inhabilitas ad quæcunque beneficia. Quarta quod collationes beneficiorum ſic factæ [illegible] ipſo iure nullæ, ita vt nullum ius tribuant acq[illegible]ti, & ille non faciat fructus ſuos, ſed ad re[illegible]onem teneatur, & beneficia ſic impetrata p[illegible] tanquam vacantia impetrari, eaque con[illegible] ſit Summo Pontifice reſeruatum.

39[illegible] Quamuis verò dictum ſit non comprehẽ[illegible] conſtitutione eum, qui beneficium reci[illegible], cum animo illud reſignandi ſimpliciter, nihilo[illegible]s dicitur cum *Hoſtien. Anton. Panorm. ſupra* [illegible].relatis *Syluef. v. beneficium 3. in fin. Gabriel.* [illegible] 15. *quæſt. & a. 3. dub. 1.* talem peccare graui[illegible]. [illegible]tio eſt, quia contra legem connaturalem i[illegible]oni beneficiorum eſt, quod recipiantur, nõ [illegible] perpetua, ſed vt dimittenda, nulla alia ma[illegible] cauſa dimittendi ſuperueniente, cum Eccleſia [illegible]erit illa, vt perpetua, & propterea dedit illa in [illegible]m perpetuum, & ita vt niſi ex culpa non poſ[illegible] ab inuitis auferri vllo vnquam tempore. Nec [illegible] in oppoſitum, quod Eccleſia permittat bene[illegible]ſignari de licentia Superioris; quia immò [illegible]o ſine licentia non poſſunt reſignari, conſtat, [illegible] Eccleſiæ eſſe, vt beneficia de ſe ſint perpe[illegible]t talia accipienda, licet ex aliqua iuſta [illegible]a ſuperueniente ſuſceptioni beneficij, Eccleſia [illegible] at illa reſignari. Sed quod ab initio aliquis [illegible]a recipere vt temporalia cum animo non [illegible]andi, ſed illa reſignandi, hoc eſt contra [illegible]nem beneficiorum, & Eccleſiæ mentem; [illegible] fraude, & dolo malo, quod ità fit. Et hoc [illegible]tur, nã Paulus Quartus, qui prohibuit ſu[illegible] beneficium cum animo reſignandi illud ad [illegible]s, etiam benemeriti, & idonei, ſup[illegible]c non fieri ſine fraude, & dolo malo; & [illegible] prohibuit. Item qui intendit ab initio [illegible]eneficium, non poteſt illud recipere ex [illegible]one, & vt Deo, & Eccleſiæ obſequium [illegible] quia Eccleſia deteſtatur obſequium hoc, vt [illegible] acceptum; quia qui ex parte ſua dare [illegible] perpetuum ex voluntate perpetua, abo[illegible] intentio[illegible]cius, qui ſolum pro tempore, & ad exigentiam ſuæ vtilitatis, vt interim fructibus beneficij gaudeat, ſuſcipit beneficium. Et certè valdè periculoſum eſt, ne iſti beneficia recipientes, ſint etiam ſimoniaci, & ſaltem ne præſumptiuè ſint tales. Quoniam qui recipiunt beneficium, vt interim gaudeant fructibus beneficij, principaliter videntur reſpicere lucrum temporale. Qui verò ex fine operis pro lucro temporali principaliter dat, vel recipit ſpirituale, ſimoniacus eſt, vt probatum eſt ſupra cap. 7. q. 3. Et aliàs quænam bona intentio ſufficiens ad vitandum peccatum, poteſt in illis inueniri, quibus regula ſuſcipiendi, & dimittendi beneficia, eſt lucrum aliquod temporale pecunia æſtimabile?

394 Contra huiuſmodi etiam beneficia acquirentes eum propoſito dimittendi multum militant conſtitut. 83. Pij Quarti, & 85. Pij Quinti latæ contra ſimoniacam confidentiam beneficiorum.

395 Eiſdem autem rationibus dicendum eſt peccare, qui ſuſcipit beneficium dubius an velit reſignare, vel non reſignare illud; quia Eccleſia petit animum, qui velit perpetuitatem obſequij, & officij, ob quod ſibi datur beneficium in titulum. Qui verò habet animum conditionatum non peccat ſtante duplici cõditione, ſcilicet, ſi ratio, & conditio iuſta ſit ventura, & de licentia Superioris. Cũ enim Eccleſia ex cauſa iuſta admittat reſignationes factas de licentia Superioris legitimi, non peccat, qui recipit beneficium cum animo quantum ſit ex ſe ipſo perpetuandi in officio, niſi ſuperueniat cauſa iuſta, ob quam de licentia Superioris reſignet officium. Cæterum ſi de præſenti eſt impeditus, ne officio fungi poſſit pro dignitate, non debet officium recipere. Alias verò ſi illud recipit, debet ſaltem habere animũ perpetuandi in officio quantum conueniens fuerit, & Superiori viſum fuerit. Nam nec obſtat ſi ſit certus, quod ſuperueniet conditio ob quam etiam reſignare compelletur, ſi interim ipſe ſine fraude recipiens beneficium intendit quantum ſit ex ſe ipſo in eo perpetuare, donec Superiori aliter viſum fuerit.

395 Dubitatur ſecundò, An ſub lege, *§. cæterum, dict. cap. commiſſo*, comprehendatur promotus ad Parochialem ſi dubius ſit, an infra annum velit promoueri ad ſacerdotium, vel voluntate cõditionata illud recipiat, ſi ſcilicet non fiat hæres alicuius, vel aliqua alia conditio ſibi gratior non adueniat. Hunc nec peccare mortaliter, nec teneri reſtituere fructus, docuerunt *Nauar. cap. 25. n. 110. & conſ. 17. de Clerico non reſiden. Garz. de benef. par. 3. cap. 4. num. 49.* quia de præfatis non poteſt dici, quod non habeant intentionem ſuſcipiendi Sacerdotium. Tum ſecundò, quia ſic recipiens beneficium non eſt fraudolentus; cum intendat interim muneri ſuo ſatisfacere. Tum tertiò, quia ex quo is, qui fraudulenter ſuſcipit beneficium, ſi poſtea mutet animum, non tenetur reſtituere fructus; ſignum eſt, priorem voluntatem non ſuſcipiendi ordinem debuiſſe eſſe abſolutam, & non tantum dubiam, aut conditionatam. Alij verò diſſentientes ab hac opinione quantum ad primam partem, ſcilicet, de eo, qui eſt dubius, an velit ſuſcipere ordinem, quantum ad aliam partem volunt nec peccare, nec teneri reſtituere eum, qui ſuſcipit beneficium eum voluntate conditionata; quia voluntas conditionata vera voluntas eſt. Ita ex *Ludouico Lopez, Vega, & Ro-*

Rodriquez, tenent *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 45. num. 10. Palaus p. 2. tract. 13. diſp. 4. p. 5. num. 5.*

397 Sed dicendũ cũ *Soto lib. 10. de iuſt. q. 5. a. 6. col. 2. v. & nota. Azor. p. 2. l. 6. cap. 9. quæſt. 3. Gutierez par 2. canon. 99. cap. 3. a. num. 22.* in vtroque caſu, ſcilicet, tàm ſub dubio, quàm conditionatè ſolum intendẽtem promoueri ad ſacerdotium, cum recipit Parochialem, peccare mortaliter, & teneri reſtituere fructus; quia verè talis non intendit ſimpliciter recipere ſacerdotium. Neque enim textus in dicto cap. *commiſſa*, ſolum obligat ad fructuum reſtitutionem illum, qui intendit non ſuſcipere ſacerdotium, ſed etiam illum, qui non intendit illud recipere; vnde ad incurrendam illam pœnam, ſufficit negatio intentionis ſuſcipiendi Sacramentum; hac autem intentione caret, nedum qui eſt indeterminatus, an ſacerdotium velit ſuſcipere, ſed etiam ille, qui id vult ſub contingenti cõditione, quia voluntas conditionata eſt voluntas ſecundum quid, & pendens à futuro euentu. Et fraus manifeſta eſt contra Eccleſiæ mentem velle frui fructibus beneficij interim, & nolle ſacerdotium ſuſcipere, niſi ſub incerto euentu non melioris intereſſe, & commodi. Et per hæc maneut ſoluta duo priora motiua prioris ſententiæ.

398 Quantum verò ad tertium dicitur, quod immò colligitur oppoſitum. Voluntas enim, quam textus requirit, vt qui fraudulenter recipit Parochialem eximatur ab onere reſtituendi fructus, eſt voluntas abſoluta, & efficax, & cum effectu coniuncta, ſeu per actualem ſuſceptionem ſacerdotij perfecta, vt conſtat ex illis verbis, *niſi voluntate mutata promotus fuerit*, ergo ex hoc colligitur, quod non ſatisfit menti Pontificis per voluntatem dubiam, aut conditionatam, ſed ſolum per voluntatem abſolutam, & de ſe efficacem. Quod eò ampliùs confirmatur, quod cum mens Eccleſiæ ſit, vt officium Parochi ſit perpetuum, vnde confertur in titulum perpetuum; ideò Eccleſia illud non intendit conferre, niſi habenti voluntatem manendi perpetuò in tali officio, niſi de licentia Superiorum illud relinquat. Hanc autem voluntatem non habet ille, qui non habet voluntatem ſuſcipiendi ordinem; cum ordinem non ſuſcipiens ſit ipſo facto priuatus beneficio. Vnde per hæc manent ſoluta motiua.

399 Limitanda tamen eſt aſſertio, vt ad fugiendam culpam & pœnam *d. §. cæterum*, ſufficiat volũtas conditionata conditione licentiæ Superioris; & ſic nec peccaret, nec teneretur ad reſtitutionem ille, qui intenderet non ſuſcipere ſacerdotium infra annum, ſi ſuperior diſpenſaret; quia hic nihil faceret contra legem, quæ non præcipit eum infra annum ordinari, qui à legitimo ſuperiore eſt diſpenſatus, ne ordinetur. Valdè autem difficilè eſt, quod circa hoc punctum habet, *Garz. par. 3. cap. 4. nu. 41.* aſſerens illos non teneri reſtituere fructus, qui accipiunt beneficia cum animo non aſſumendi ordines debitos, ſi eis permiſſum fuerit, nec cogantur illos aſſumere, & tamen dicens hũc peccare mortaliter. Hæc enim contraria ſunt inter ſe. Nam vel per permiſſionem intelligitur licentia Superioris diſpenſantis ſuper obligatione ſuſcipiendi ordines; & in hoc ſenſu falſum eſt peccare mortaliter eum, qui intendit non aſſumere ordinem debitum, ſi in hoc diſpenſetur à Superiore; quia nulla lex eſt, quæ diſpenſatum à legitimo ſuperiore, ne ſuſcipiat ordinem, obliget ad ordinem ſuſcipiendum, & non eſt peccatum, vbi lex non violatur. Vel per permiſſionem intelligitur inuoluntaria tolerantia per quã Superiores quodãmodo inuiti ex iuſta cauſa permittunt ſubditorum inobedientiam, nec in lege diſpenſantes, nec factum ſubditorum approbantes. Et in hoc ſenſu falſum eſt, non teneri ad reſtitutionem fructuum illum, qui recipit Parochialem cum animo, & propoſito non obediendi, & non ſe promouendi, ſi eius inobedientia permittatur. Quia iſte vult legem contemnere ſi poteſt, & verè intendit non ſuſcipere ordinem; & valde irrationabile eſſet ſic intelligere textum, vt ad fugiendam obligationem reſtituendi ſufficeret velle ordinari, ſi quis vi compellatur, vt ordinetur non verò teneri illum, qui vult non ordinari, ſi eius inobedientia permittatur.

400 Dubitatur tertiò. An qui fraudulenter ſuſcepit Parochialem, & poſtea mutata voluntate ſuſcipit Sacerdotium, per hoc eximatur ab obligatione reſtituendi fructus ante mutationem voluntatis perceptos. Et non eximi ſentit, *Sotus loco citato*. Sed hoc meritò communiter reijcitur, quia Põtifex abſolutè eximit ab onere reſtituendi fructus illum, qui mutata voluntate promotus fuerit, & ideo iſte nullos fructus tenetur reſtituere. *Gloſſ. in d. cap. commiſſa, v. mutata, & v. promouendum*, & ibi *Archid. Nauar. cap. 21. de orat. num. 46. & 50. Sanchez lib. 7. de matr. diſp. 45. nu. 7. & 9. Azor. par. 1. lib. 6. c. 9. q. 3. Vaſquez par. 2. diſp. 160. num. 35. Leſſ. lib. 2. cap. 34. num. 133. Suarez lib. 4. de legibus cap. 13. n. 30. Garz. par. 3. de benef. cap. 4. nu. 51. Palaus par. 2. tract. 13. diſp. 4. par. 7. n. 7.*

401 Colligitur tamen ex textu, vt ſi mutata voluntate Parochus non ſuſcipiat ſacerdotium minimè excuſatur ab onere reſtituendi fructus, *Sanch. d. num. 9. Azor. d. q. 10. Garz d. num. 51. Palaus num. 8.* Vnde ſi talis mutet tunc voluntatem, cum iam elapſo anno iure non poteſt ſacerdotio inſigniri, non excuſatur à reſtitutione, quia voluntatis mutatio vana eſt, & moram purgare non poteſt. *Azor. & Palau. citati*. Sed ſi mutatio fiat tunc, cum ille poteſt de iure promoueri, licet de facto non promoueatur ex aliquo impedimento, vt quia eſt infirmus, vel abeſt Epiſcopus, vel non vult illum ordinare, vel cum illo legitimus Superior diſpenſat ex aliqua legitima cauſa, excuſatur à reſtitutione, ſi ceſſante impedimento promoueatur. *Sanch. vbi ſupra n. 8. Palaus n. 9.*

402 Dubitatur quartò. An ſi quis recepit Parochialem ex recta intentione ſuſcipiendi ſacerdotium, teneatur ad reſtitutionem fructuum, ſi poſtea mutet voluntatem, & nõ promoueatur. Hunc teneri ad reſtitutionem fructuum dicunt, *Gloſſ. in d. cap. commiſſa v. non intendent. Domin. ibi §. cæterum, Soto lib. 10. de iuſt. q. 5. a. 6. concl. 1. Azor. par. 1. l. 6. cap. 9. q. 9. Guttier. Graff. Gabriel.* quos refert *Garz. par. 3. cap. 4. num. 55.* quia ſit eadem ratio de fraudulenta receptione, & retentione Parochialis. Tum quia talis nec præſtitit, nec præſtabit ſeruitium Eccleſiæ, & ideò non habet titulum, vnde fructus recipiat. Sed quia ſumus in lege pœnali non extendenda de caſu ad caſum, & quia longè diuerſa eſt ratio de ſuſceptione, & de retentione; quia retinens iam verum ius acquiſiuit, & titulum le-

gitima

gitima receptione; vnde haber vt faciat fructus ſuos; & talis ſic retinens ſeruit Eccleſiæ per ſubſtitutum, & lex dicti *cap. commiſſa*, expreſsè ſolum damnat ad fructuum reſtitutionem fraudulenter recipientem Parochialem, vnde dicendũ eſt eum, qui bona fide recepit Parochialem non teneri reſtituere fructus illius temporis, ſeu anni licet mutata voluntate non receperit ſacerdotium. *Nauar. dicto cap. 21. de orat. num. 50. & in manual. cap. 25. nu. 118. & ex Lopez, Vega, & Rodriq. Sanch. l. de matrim. diſp. 45. num. 11. & ex Leſſio Palaus vbi ſupra num. 9.* Vbi ex *Guttierez* addit contra *Garziam*, quod etiã in priori ſententia deducendum eſſet ſtipendium, quod Vicario conceditur, quia cum talis Parochus validè beneficium retineat per illum annum, neque illo priuetur, niſi infra illum annum nõ promoueatur, licitè deſignat adminiſtratorem, & Vicarium, & conſequenter ſtipendium.

403 Dubitatur quintò. An talis ſit, ac tanta obligatio reſtituendi fructus illius, qui Parochialem Eccleſiam recepit ſine voluntate ſumendi ſacerdotium infrà annum, vt teneatur in conſcientia hos fructus reſtituere nulla expectata Iudicis ſententia? Reſpondetur talem obligationem adeſſe, licet enim collatio beneficij ſic valida eſt, quod ſi iſte fraudolenter promotus pœniteat, & infra annum promoueatur, nedum retinet beneficium, ſed fructus perceptos. Nihilominus collatio, & perceptio fructuum facta ex vi illius eſt conditionalis, & valida ſolum, ſi promotus infra annum ordinetur, qua conditione ceſſante inualida eſt collatio in conſcientiæ foro, vt ſupra dictum eſt. Et ideò fructuum perceptio nulla eſt, & reſtitutioni obnoxia. Ita ſentiunt ex *Nauar. & Guttier. Sanchez lib. 7. de matrim d. 45. num. 3. & ex Leſſ. & Veſquez, Palaus d. par. 7. n. 6.*

404 Dubitatur ſextò. An deciſio *d. §. cæterum* procedat in eo, qui accipit beneficium non cum animo ſe promouendi, nec tamen ad finem lucrandi fructus eius, ſed ob alios fine? Reſpondetur legem *cap. commiſſa*, non reſpicere iotentionem, ex qua quis non promoueatur infra annum, ſed attendere factum. Ideo & peccat, & tenetur ad fructuum reſtitutionem, qui ex quocumque motiuo recipit Parochialem non intendens ſuſcipere debitum ordinem. *Garzias vbi ſupra num. 58.*

405 Dubitatur ſeptimò. An ad dignitates, & beneficia ſimplicia requirentia aliquem ordinem promoti, ſi non intendant infra annum ſuſcipere debitum ordinem peccent mortaliter, & teneantur ad reſtitutionem fructuum. Et quidem quantum ad primam partem dubij certa eſt reſolutio talem ſcilicet peccare mortaliter, quia fraudolenter contra mentem Eccleſiæ, & legis obligantis beneficiatum ad recipiendum ordinem infra annum recipit beneficium. *Nauar. de orat. cap. 21. num. 51. Soto lib. 10. de iuſt. quæſt. 5. a. 6. Lopez tom. 1. cap. 258. Rodriqu. in ſumm. tom. 1. capit. 30. num. 4. & 6. Vega in ſumm. 1. p. cap. 36. caſu 20. Guttier. & Toledo*, quos ſequitur *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 45. num. 14. Leſſius l. 2. cap. 34. nu. 132. Garz. de beneſ. p. 3. c. 36. Palaus p. 2. tract. 13. diſp. 4. puncto 7. num. 14.* Et addit *Sanchez* idem dicendum de eo, qui habeat animum dubium, debitum ordinem recipiendi, ſed ego addo contra ipſum idem quoque aſſerendum eſſe de eo; qui habet animum conditionatum recipiendi debitum ordinem, niſi maior commoditas aliqua, & intereſſe ſibi magis gratum ſuperuenerit, vt ſupra de recipienti Parochialem cum voluntate conditionata ſuſcipiendi Sacerdotium, probatum eſt.

406 Sed quantum ad obligationem reſtituendi *Garz vbi ſupra num. 37.* cenſet talem obligari, ſi nõ promoueatur infra annũ ad reſtitutionem fructuũ perceptorum illo anno. Tum quia talis fraudulenter recipit beneficium, vnde tunc militat ratio expreſſa in *cap. commiſſa, §. cæterum de illo in 6.* Nam vbi ratio expreſſa à lege militat, lex pœnalis extenditur ad alium caſum. Tum quia lex illius capitis non eſt noua, ſed explicatiua iuris naturalis, & obligationis iuſtitiæ, quam inducit fraudulenta receptio beneficij. Sed oppoſitum eſt dicendum. Nam qui non ſubduntur pœnæ principali illius *capitis commiſſa*, quæ eſt, vt non promoti infra annum ſtatim anno expleto ſint ipſo iure, etiam in foro coſcientiæ priuati beneficij, nec alteri pœnæ, quæ eſt reſtitutio fructuum ſubiecti ſunt; de eiſdem enim loquitur illud cap. & tamen ſupra probatum eſt, ſolos promotos ad Parochiales eſſe ipſo iure priuatos beneficijs, ſi infra annum non promoueãtur ad Sacerdotium. Secundò quia promoti ad dignitates etiam curam animarum habentes, perſonatus, & præbendas, & beneficia in Cathedralibus, & Collegiatis, ſi infra annum non ſe faciant promoueri ad ordines, vt probatum eſt, alia pœna puniuntur, ſcilicet dimidiæ partis diſtributionũ. & vocis in Capitulo. Suppouitur igitur, quod iſti validè retineant beneficium, & fructus eius, & ſolum priuantur voce, & parte diſtributionum, non ergo tenentur reſtituere fructus antea perceptos. Tum tertiò, quia vt etiam probatum eſt, longè diuerſa eſt ratio; in Parochijs enim, in quibus non abundant miniſtri Sacramentorum, ſed ſæpiſſimè ſolus Parochus eſt habilis ad huiuſmodi miniſterium, longè maior neceſſitas eſt, vt Parochus ſit Sacerdos; vnde non eſt vnde lex pœnalis loquens de Parochis ad alios beneficiatos ſe extendat.

407 Tum quia falſum eſt, quod lex d. *cap. commiſſa*, ſit ſolum declaratiua iuris naturæ, vt bene probat *Suarez lib. 4. de leg. cap. 13. num. 26.* Nam nec Parochus ex ſola vi legis naturæ teneretur reſtituere fructus primi anni, ſi non promouetur ad Sacerdotium. Tum quia beneficium non datur Parocho ſolum propter celebrationem Miſſarum, & miniſterium Sacramentorum; ſed datur etiam propter recitationem officij, & adminiſtrationem Eccleſiæ. Item quatenus datur etiam propter celebrationem Miſſarum, & miniſtrationem Sacramentorum, non obligat ad huiuſmodi exercendum per ſe ipſum; nam maximè ad tempus, poſſunt exerceri per aliũ, & præcipuè ſi aliàs Parochus reſideat, & curam Eccleſiæ regat. Item ſi quis reciperet Parochiam cũ intentione nõ miniſtrandi per annum Sacramẽta per ſe ipſum, ſed per Vicarium, non per hoc teneretur reſtituere fructus. Item ſi quis non Sacerdos acciperet Parochiam cũ intentione ſuſcipiendi quidem Sacerdotium infra annum, ſed tamen non ſtatim poſt annum adminiſtrandi Sacramenta per ſe ipſum, non propterea teneretur reſtituere fructus omnes. Et in ſimilibus caſibus verum quidem eſt Parochum, ſi non reſideat, vel ſi etiam

reſi-

Digitized by Google

reſidendo ſufficienter per ſe, vel per alium Eccleſiæ ſuæ non ſatisfaciat teneri, ad reſtitutionem, quantum renetur, vel non reſidens, vel muneri ſuo deficiens. Sed ſi reſideat, & ſufficientet ſaltem per Vicarium Eccleſiam ſuam regat, non obligatur de iure naturæ ad reſtitutionem fructuum. Nec ex capite fraudulentiæ precisè otiri poteſt hæc obligatio; quoniam hæc fraudulentia non impedit quin recipiens etiam Parochiam fiat verè Dominus beneficij; nam ſi fraudulentiæ inſra annum pœniteat, nec eſt neceſſe, vt iterum ei conſeratur beneficium, nec tenetur reſtituere fructus tempore fraudulentiæ perceptos, vt habetur ex *d. cap. commiſſa*. Lex igitur *dicti cap.* obligans ad reſtituendum fructus primi anni eum, qui infrà illum non promouetur ad ſacerdotium, non eſt pura declaratio naturalis legis, ſed eſt lex poſitiua extra proprium caſum ad beneficiatos non Parochos non extendenda, vt benè tradiderunt ex *cap. pœnas de pœnit. diſt.1. & regul. in pœnis, de regul. iuris in 6. Duennas reg.287. Nauar. in manual. cap.25. numer.118. & de orat. cap.21. num.51. Sotus lib.10. de iuſt. quæſt.5. art.6. Ludouicus Lopez, Rodriquez, Vega, Ludouicus Carbo, Toletus, Guttier* quos refert *Garzias vbi ſupra n 35. Sanchez lib.7. de matrim. diſp.45. numer.13 Leſs. lib.2. cap.34. num.132 Azor. par.2. lib.6. cap.9. q.5. & 7. Salas de legibus diſput.9. ſect.1. num. 15. Palaus par.2. tract.13. diſput.4. par.7. num.13. Vaſquez de benefic. cap.3. §.3. dub.1.*

408 An verò peccet, & teneatur ad reſtitutionem fructuum is, qui ſuſcipit beneficium ſimplex non habens annexum ſacrum ordinem cum propoſito abſoluto tranſeundi poſt aliquod tempus ad nuptias? Diſtinguunt aliqui receptionem Clericatus à receptione beneficij: nam qui recipit primam tonſuram cũ propoſito retrocedendi, & tranſeundi ad ſtatum coniugalem; quia contra Chriſti doctrinam mittens manum ad aratrum intendit retrocedere, & contra ſenſum Apoſtoli vult non manere in vocatione ſua, peccat mortaliter *Concil. Trid ſeſſ.23. de reform. cap.4. Biannes 23. q. 12. a. 5. Rodriq. ſum. tom.2. cap.17. ſub* §.2. quos refert, ſequitur *Garzias p.3. c.4. n.43.* Sed ex eo quod quis recipit beoeficium ſimplex non habens annexum ordinem, nec obligatur habere intentionem ſumendi ordines, nec habere intentionem perſeuerandi in beneficio, quia immo iura permittunt huiuſmodi beneficiatis tranſire ad nuptias beneficijs dimiſſis *cap.* Ioannes, & *cap. diuerſis fallacijs de clar. coniugato,* nec per hoc Eccleſia decipitur, vt voluerunt *Soto l.10. de iuſt. q.5. ar.6. Tolet. l.3. cap.8 nu.4. & l.5. num 5.* Quia qui ſuſcipit beneficium cum intentione tranſeundi ad nuptias poſt aliquod tempus, nihil intendit, quod ſit contra iura. Ideo ralis præſcindendo à peccato, quod contingere poteſt ex eo quod intendat relinquere Clericatum, ex eo quod intendit dimittere beoeficium non peccat, nec mortaliter, vt voluerunt *Soto, & Rodriquez*, nec venialiter, vt voluerunt *Sanchez lib.7. de matrim. diſp.45. n.19. Leſſ. l.2. cap 34. dub. 16. num.32.* Vnde nec etiam tenetur ad reſtituendos fructus. Ita *Garzias p.3. c.4. nu.42. Palaus p.2. tr.13. diſp.4. p.7. n.15.* Niſi qui ſuſcipit beneficium intendat non ſatisfacere muneri ſuo, is enim mortaliter peccat, & renetur ad reſtitutionem, ſi ſuæ obligationi non ſatisfaciat.

409 Sed hæc opinio cootratiatur probatis ſuprà à nu.382. Vnde dicendum eſt eum, qui recipit beneficium ſimplex cum animo fruendi fructibus per aliquod tempus, & poſteà tranſeundi ad nuptias peccare mortaliter, nedum quia intendit relinquere Clericatum, ſed quia intendit relinquere beneficium. Et iſte in re graui decipit Eccleſiam, quia beneficia ex inſtitotione Eccleſiæ ſunt pro Clericis, & ſunt perpetua; vnde Eccleſia non intendit, vt conferantur volentibus relinquere Clericatum, & accipientibus illa pro temporali vtilitate conſequẽda ad tempus: & licet admittat tranſitum Clericorum ad nuptias, & reſignationes beneficiorum, nõ tamen admittit intentionẽ ſuſcipiendi ordines, & beneficia cum animo ea dimittendi; ſicut admittit, quod nouitius recedat à Religione, non tamen admittit intentionem ſuſcipientis habitum Religioſũ cum animo dimittendi; quia ſacra, quæ de ſe perpetuitatem petunt, licet ex diſpenſatione, aut cauſa fiant temporalia, non poſſunt ex recta intentione ſuſcipi, niſi recipiantur, vt perpetua, & cum animo aſſumendi ea, talia qualia ſunt, & ex conſequenti, vt de ſe perpetua, & quendam perpetuitatis ſtatum habentia. Et ideo nedum peccat mortaliter, qui recipit tonſuram cum animo ducendi vxorem, vt contrà *Sanchez l.7. de matrim. diſp.31. n.17.* tenent præter *Bann.* & alios citatos *Petrus de Ledeſma de ſacram. Ord cap.7. conc.3. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſ. all.11. nu.16. & ſuper ſeſſ.23. cap.4. Concil. Trid. de reform. num. 6.* & apud eum *Victoria, Molpheſio, & Marchin*. Sed etiam peccat mortaliter, qui recipit beneficium cum animo dimittendi, & beneficium, & Clericatum, & hoc duplici ratione, & quia recipit quod eſt portio Clericorum cũ nolit eſſe Clericus, & quia recipit beneficium intendens frui fructibus illius ad tempus, & illud poſtea deſerere *Soto lib.10. de iuſt. quæſt.5. art.6. Nauar. Miſcelan.44. de orat. num.2. Guttier. lib.2. can. cap.5. num.25. Toletus lib.3. cap.8. & lib.5. cap.5. num.5.* Verum tamen eſt, hunc non teneri ad reſtitutionem, ſi interim dum fruitur beneficio ſatisfacit officio ſuo; quia cum ſit beneficij Dominus, & pro debito inſeruiat Eccleſiæ, facit fructus ſuos, cum alias non ſit lex poſitiua aliter diſponens.

410 Cum vero hucuſque loquuti ſimus de Clericis ſecularibus, nunc de Regularibus loquendo addendum eſt, quod eodem igitur modo Abbas, & Prælatus Regularis, ſi eligatur ex non ſacerdote tenebitur ceſſante iuſto impedimento infra annum ordinari, & ſuſcipere ſacerdotium, *cap. cum in cunctis 7. de elect. cap.1. de ætat. & qualit.* Et ita tenebitur, vt ſi iuſto impedimento ceſſante non ordinatus fuerit intra annum, promotio eius ad Abbatiã, vel Prælaturam habentem curam animarum ſit ipſo iure irrita abſque alia ſententia *cap. licet de elect. in 6. & Clemen. Ne in agro, de ſtatu Monach.* §. *Cæterum* de prioribus conuentualibus ſtatuitur, vt infra annum à pacifica poſſeſſione prioratus ordinẽtur in ſacerdotes, & de prioribus non conuentualibus per presbyteros ſeculares exercẽtes curã animarum, & quos voluit habere annos 20. expletos decernitur, vt infra annum ætatis 25. promoueantur ad ſacerdotium de quo videndus eſt *Nauar. Com.3. de Regul. num.23.*

411 Nihilominùs tamen in quacumque Religione ſeruari debent in hoc propria ſtatuta. In Ordine Prædicatorum nihil de hoc puncto decernitur.

nitur; Vnde ſtandum eſt iuri communi, ex quo electio ad ſacerdotis, ſed tamen ſaltem ſubdiaconi etiam in Epiſcopum nec eſt irrita, nec irritanda Nec obſtat, quòd *Gloſſa Conſtitution. diſ. 2. cap. 2. §. 6. l. O.* in electore deſideret ſacerdotium, & ſex annos à profeſſione. Quia præterquam quòd in his parum valet argumentum à ſimilitudine rationis, dicitur, quòd non eſt eadem ratio; quia frequentiùs contingere poteſt, vt quis poſt ſex annos à profeſſione nondum ſit ſacerdos, quem ordinem Capitulum Generale deſiderat in electore, quia præſumitur maior diſcretio, & notitia in eo, qui ad ordinem Præsbyteratus fuit approbatus, & in promoto ad talem ordinem maior puritas vitæ. Sed cum aliàs ex vi legis eiuſdem Ordinis ad vocem paſſiuam in electionibus requirantur 12. anni à profeſſione, vnde minor 28. annis non eſt eligibilis, nõ eſt fere poſſibile, quòd aliquis hanc ætatem habeat, & alias habeat qualitates requiſitas à lege, vt eligatur, & non ſit ſacerdos. Ideo caſus iſte à legiſlatore non fuit habitus in conſideratione tanquam rariſſimus, & ferè impoſſibilis. Crederem tamen, quòd præcipuè vbi Prælati ſunt biennales, ſi vnquam contingeret eligi non actu, ſed habitudine ſacerdotem, ſuperiores tenerentur compellere electum, vt quàm citiùs reciperet Præsbyteratum.

Conditio Septima.

Aetas.

S V M M A R I V M.

1 *Aetas quomodo probetur remiſſiuè. num. 412.*

412 Septima conditio eligendi eſt, vt ſit in debita ætate conſtitutus. Hæc verò ex parte vtriuſque extremi conſideranda eſt, vt nec minor ſit, nec maior, quàm poſtulat officium, ad quod aliquis eligitur. Cum verò ætas non præſumatur, ſed probanda ſit ad effectum obtinendi dignitates, & beneficia, vbi de ea ſit dubium; quomodo probetur per fidem Parochi, per ſcripturas priuatas patrum, per teſtes etiam ſingulares, & etiam per côiecturas, tradit latè *Rota par. 8. deciſ. 244. à nu. 14. & ſeqq.*

S V M M A R I V M.

1 *Aetas ſeptem annorum quando ſufficiat ad beneficium ſimplex. n. 413.*
2 *Aetas 14. annorum non requiſita ad Capellanias aliquas. nu. 413. 414.*
3 *Generaliter ad benefitium ſimplex requiritur ætas 14. annorum. num. 415.*
4 *Hi anni ſufficit quod ſint incepti. n. 416.*
5 *Hac ætas 14. annorum neceſſaria, vt qualitercumque beneficium obtineatur. num. 417.*
6 *Ad beneficium habens annexum Ordinem ſacrum nullus poteſt admitti niſi ſit talis ætatis, vt infra tempus ſtatutum poſſit ordinari. n. 418.*
7 *Ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali neceſſaria eſt tanta ætas, vt promotus poſſit infra tempus ſtatutum initiari ordine ſacro illi Canonicatui annexo. num. 419.*
8 *Non eſt neceſſaria ætas perfecta ad ordines neceſſaria, ſed talis ac tanta, vt infra tempus à iure ſtatutum Canonicus ordinetur. n. 419.*
9 *Canonicatus Collegiatarum iure antiquo regulatur quantum ad ætatem. n. 420.*
10 *Ad obtinendum Canonicatum in Collegiata ſufficit ætas 14. annorum. nu. 420.*
11 *Niſi ex ſtatuto ſpeciali Canonicatui ſit annexus ordo ſacer. num. 420.*
12 *Aetas 14. annorum ſufficit ad obtinendam dimidiam portionem in Cathedrali. n. 421.*
13 *Anni 14. ſufficiunt ad Canonicatum non præbendatum, & ſupernumeralem in Cathedrali. n. 422.*
14 *Ad Dignitates, & Perſonatus quibus non ineſt cura animarum obtinendos in Cathedrali ætas 22. annorum requiritur. 423.*
15 *Et hi debent eſſe expleti. n. 423.*
16 *In pœnitentiario requiritur ætas quadraginta annorum. num. 424.*
17 *Etiam in Eccleſijs Collegiatis ad dignitates, & præbendas, eſt neceſſaria ætas vigintiduo annorum. num. 425.*
18 *Declarationes Sac. Congregationis allatæ à Doctoribus incertæ. nu. 425.*
19 *Nullus qui non ſit ætatis vigintiquinque annorum, poteſt promoueri ad beneficium curatum. numer. 426.*
20 *Hi anni ſufficit quod ſint incepti. n. 427.*
21 *Hoc verum eſt de dignitatibus Collegiatarum. numer. 428.*
22 *Quando beneficium ſit curatum. n. 428.*
23 *Et de omni beneficio curato. n. 428.*
24 *Et licet beneficium habeat ſolam poteſtatem iuriſdictionis ſpiritualis annexam. n. 429.*
25 *Beneficium habet curam animarum ſi beneficiatus habet poteſtatem iuriſdictionis. n. 429.*
26 *Prima dignitas in quacunque Collegiata habet curam animarum. n. 430.*
27 *Ideò nequit obtineri à minori vigintiquinque annis. num. 430.*
28 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare minorem vigintiquinque annis ad beneficium curatum. 431.*
29 *Qui non habet expletum 24. annum, etiam ſi ſit expleturus de proximo, non poteſt promoueri ad beneficium curatum. n. 432.*
30 *Ordinatus Sacerdos ſine diſpenſatione ante 24. annum expletum non poteſt tunc promoueri ad beneficium curatum. n. 432.*
31 *Diſpenſatus ſuper ætate ad ſacerdotium non per hoc eſt diſpenſatus ad beneficium curatum. nu. 432.*
32 *Vbi tamen beneficium eſt curatum merè acceſſoriè, & non principaliter ad illud obtinendum ſufficit ætas neceſſaria ad illud beneficium, nec requiritur neceſſaria ad beneficium curatum. numer. 433.*
33 *Ad Epiſcopos eſt neceſſaria ætas 30. annorum expletorum. 434.*
34 *Quantum ad ætatem Cardinalium ſtandum Bullæ Sixti V. n. 435.*
35 *Quæ etiam continet decentiam non obligationem. num. 435.*
36 *Pontifex non poteſt ſuorum ſucceſſorum poteſtatem limitare. n. 435.*

413 ETiam minori ætate inchoando, Quæritur trigeſimotertio, à qua ætate poterit aliquis eligi ad beneficia, & prælaturas? Et quidem ætas ſeptem annorum ſufficit ad beneficium ſimplex, ſeu cappellaniam collatiuam, ſi fundator expreſsè voluit ſufficere, quod præſentatus eſſet clericus primæ tonſuræ, etiam ſi minor 14. annorum, *Gonz. Ricc. Campan. Maſſorb. Non.* quos citat, & ſequitur *Barboſa in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. num. 7. & de off. Epiſ. alleg. 60. num. 77. Rota dec 194. p. 2. recent. Pax Iordan. l. 10. tit. 20. num. 17. Palaus p. 2. tract. 13. diſp. 4. p 3. num. 19.* Rota in *Monopolitana beneficij ſeu capellæ coram Merlino 6. Iunij 1622. & coram Coccino in Corduben. Cappellaniæ. 5. Decembris 1629.* vbi dicitur hoc procedere ſi adſit clara, & ſpecialis, diſpoſitio fundatoris, quod conſanguineus minor 14. annis præſentari poſſit, & de fundatione ante Concilium Tridentinum, non autem quando fundatio fuit poſt Concilium Tridentinum, vel ſi ante in ea expreſsè non vocatur puer, aut minor annis 14.

414 Idem dicitur quoque de Capellanijs, quæ fundari ſolent, maxime in Hiſpania, abſque Epiſcopi, & Superioris authoritate, in quibus ſuccedunt Clerici de parentela, vel confirmatur à patronis laicis, vt ſcilicet non requiratur ætas annorum 14. Ita deciſum referunt *Gonz. ad reg. 8. Cancell. Gloſſ. 5. num. 27. Lezana. v. ætas num. 9. Barboſa v. ætas, num. 8. & in cap. 6. ſeſſ. 23. Concil. Trid. de reformat. num. 3.*

415 Idem dicitur de capellania nō collatiua, ad quam obtinendam non eſt neceſſaria ætas 14. annorum; prout tanquam deciſum à Sacra Congregatione. tenent *Ioann. Maria Nouar. in ſingul. concl. 14. num. 13. Alphonſus de Leon. de offic. Capellani p. 2. quæſt. 4. praxi 6. num. 38. Barboſa ver. ætas, num. 8.*

416 Cæterum regula generalis eſt ſtatuta in Concilio Tridentino ſeſſ. 23. cap. 6. de refor. quòd nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum beneficium poſſit obtinere. Hunc verò 14. annum ſufficere inceptum, licet non completum, vt deciſum tenent *Henriq. in ſumm l. 10. c. 19. §. 1. Tuſcus l. E. concl. 338. num. 12. Azor. p. 2. l. 6. cap. 5. quæſt. 7. Ricc. in collect. deciſ. p. 4. collect. 860. Garz. de benef. p. 7. cap. 4. n. 11. Campanil. rubr. 7. cap. 6. num. 2.* Et ex *Galet. Ceuall. Velaſ. Sel. Stephan Vienſ. & Nouar. Barboſa ad d. cap. 6. Concil. Trid. num. 2. & de off. Epiſc. alleg. 60. num. 73. & v. ætas. num. 6. Gonzal. ad Reg. 8. Cancellar. Gloſſ. 5. num. 90. Pax Iordan. l. 10. tit. 20. num. 5. Palaus vbi ſupra.*

417 Hanc verò ætatem quatuordecim annorū ſubſiſtere, nedum ſi beneficium detur per viam collationis, ſed etiam per viam electionis, vel præſentationis, aut alterius cuiuſcunque prouiſionis, docent *Mandoſ. in tract. de min. ætate. cap. 4. num. 17. Campan. rubr. 7. cap. 6. num 6. Barboſa ad dict. cap. 6. ſeſſ. 23. Concil. Trid. de reform. num. 6. & de off. Epiſ. alleg. 60. num. 78. Pax Iordan. l. 10. tit. 20. num. 6.* Concilium enim abſolutè loquitur, & per generalem negatiuam, *Nullus poſſit obtinere.* Vnde eſt, quod ſit neceſſe habere hanc ætatem tempore electionis, vel præſentationis. *Nauarr. conſ. 2. nu. 11 de ætat. & qualit. Barboſ. d. alleg. 60. num. 78. Palaus vbi ſupra.* Vbi quod immò ſit neceſſe habere eandem ætatem tempore oppoſitionis, aliàs non erit legitima oppoſitio. *Gutierez. & Zenallos*, quos refert. & ſequitur *Garzias p. 7. cap. 7. num. 86. Petrus de Lara de anniuer. l. 2. cap. 9. n. 55. & 58.*

418 Secunda autem regula generalis ſtatuta à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 12. eſt, vt nemo ad Dignitatem, Canonicatum, aut Portionem recipiatur, niſi qui eo ordine ſacro ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure ſtatutum initiari valeat. Ex qua regula habetur, quod vbi beneficium habet annexum ſacrum ordinem, ad illud obtinendum eſt neceſſaria illa ætas, quæ ad ſuſcipiendum talem ordinem ſaltem infra tempus à iure ſtatutum eſt neceſſaria.

419 Vnde etiam habetur, quod cum ex eiuſdē Concilij Tridentini decreto ibid. omnes Canonicatus in Cathedrali Eccleſia habeant annexum ſacrum ordinem vel Presbyterij, vel Diaconatus, vel Subdiaconatus, ideò ad huiuſmodi Canonicatus obtinendos requiritur tanta ætas, quanta eſt neceſſaria, vt obtenturus Canonicatum vel Presbyteralem, vel Diaconalem, vel Subdiaconalem poſſit reſpectiuè ſaltem infra annum ordinari in Presbyterum, vel Diaconum, vel Subdiaconum iuxta qualitatem Canonicatus, ad quem aſſumitur. Et ſic non iam ampliùs ad huiuſmodi Canonicatus habendos ſufficiunt vel ſeptem, vel quatuordecim anni, vt antiqui Doctores ſcripſerunt, ſed ad Canonicatum ſubdiaconalem neceſſaria eſt ætas 21. annorum, & ad Diaconalem ætas 22. & ad Presbyteralem ætas 24. annorum. Hanc verò ætatem non intelligi neceſſariò de annis expletis multi tenent. Nam licet ad ſubdiaconatus ordinem ſuſcipiendum requiratur ætas 21. annorum expletorum; tamen quia non eſt neceſſe, quòd promouendus ad Canonicatum habeat actu ordinem ſacrum, ſed in habitudine proxima, ideò nec eſt neceſſaria illa ætas actu expleta, ſed ita in proximo explenda, vt intra annū poſſit Canonicus initiari illo ordine ſacro, qui eſt annexus canonicatui. *Flamin. Pariſ. de reſig. benef. l. 4. quæſt. 9. num. 11. Vgol p. 1. cap. 19. nu. 1. Campan. in diuerſ. iuris. rubr. 7. cap. 6. num. 26. Sanchez in opuſ l. 7. cap. 1. dub. 48. num. 7.* Ricc. *reſolut. 239. Layman. in ſum. moral. p. 2. cap. 14. nu. 1. Squillant. de priuil. Cleric. cap. 4. num. 65. Gratian. diſcept. for. cap. 591. num. 5. & ſeqq* Et ex *Monet. Iſidor. Moſcon. Zech. & Vueyms. Barboſ. de offic. Epiſc. allegor. 60. numer. 70. & de Canon. cap. 13. numer. 9. & ſeq. Rota coram Seraph. deciſ. 1338. num. 1. & deciſ. 500. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 5. num. 95.* Nec vrgent, quæ contra hanc ſententiam adducunt *Garz. d. cap 4. num. 24. & ſeq. & Pax Iordan. ſup. nu. 14. Palaus p. 2. tract. 13. diſput. 4. p. 3. num. 16* quia ſcilicet *Concil. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4.* ait. Nec *alijs in poſterum fiat prouiſio niſi ijs, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcatur, aliàs irrita ſit prouiſio.* Ex his enim verbis apparet, quod Concilium requirit ætatem integram. Nam hoc veriſſimum eſt, ſed intelligendum eſt ſecundum quòd explicatur ab eodem *Concil. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* ibi. *Neminem etiam deinceps ad dignitatem, canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo ordine ſa-*

cro

Digitized by Google

ero aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum, initiari valeat. Integra igitur ætas quæ ad hoc, vt quis promoueatur ad huiuſmodi dignitates, &c. eſt neceſſaria, nõ eſt ætas integra requiſita ad ordines, vt habita tempore collationis, aut electionis, ſed vt habita taliter, quòd promouendus poſſit infra tempus initiari ordine requiſito. Declarationes autem Sacræ Congregationis, quas afferunt, non vrgent. Tũ quia non ſunt authenticæ. Tum quia verum eſt, quòd ad Canonicatum requiritur ætas 22. annorum inchoatorum, ſed iuxta Concilij mentem, ſcilicet inchoatorum taliter, vt infra annũ Canonicus poſſit promoueri ad Subdiaconatum. Nec eſt eadem ratio, (vt infra etiam probo) de beneficio curatò, & de Canonicatu non curato. Quia ad illud Tam decretales, *cap. cum in cunctis 7. de elect., & cap. licet canon. eod tit. in 6.* quàm *Concil. Tridens. dict ſeſſ. 24. cap. 12.* requirunt expreſsè annum 25. inchoatum, ſed ad Canonicatus non curatos Concil. aliam ætatem non requirit, niſi talem, vt infra annum poſſint promoueri ad ordinem canonicatui annexum.

420 Quoniam verò Concilium Tridentinum circa Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum, & non Cathedralium nihil in hac parte innouauit, vnde tales Canonicatus nõ habent annexum ſacrum ordinem; ideò prouiſiones ad tales Canonicatus remanent ſub diſpoſitione antiqui iuris, ſicut tanquam deciſum à Sacra Cõgregatione, docent *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 5. nu. 92. Piaxec in prax. p. 2. cap. 5. num. 21. Gratian. diſcep for. cap. 591. nu. 10. & cap. 482. numer. 10.* Et ex *Ricc. Armendar. à Cunha, Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 60. num. 71. & de Canon. cap 13. num. 14.* Et propterea cum ad huiuſmodi Canonicatus de iure antiquo non eſſet neceſſarius ſacer ordo, & ſufficeret ætas 14. annorũ, eadem nunc etiam ſufficit. *Rebuff. in praxi, tit. de diſpenſ. ætatis. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell, Gloſ. 5. num. 6. Grat. dict. cap. 591. num. 12.* Et ex *Galet. Monet. Squillant. Franc. de Leon, & Riccio, Barboſa loco citato, Lezana v. ætas, num. 9. Didacus de Narbona tract. de ætat. anno 14. qu. 55. num. 3. Pax Iord. l. 10. tit. 20. num. 9. Palaus vbi ſupra num.* 18. Quod tamen intelligitur, vbi ex ſtatuto particulari in aliqua Collegiata Canonicatui non ſit annexus ordo ſacer; quia hoc extante intrat regula Concilij Tridentini, vt promotus ad huiuſmodi Canonicatum ſit in ea ætate, vt infra annum poſſit eum ſactum ordinem ſuſcipere. *Stephan. Grat. d. cap. 482. n. 13. & cap. 591. num. 13. & Barboſa d. lib. de Canon. cap. 13. num. 14. Pax Iordan. ſup. n. 3.*

421 Aetatem etiam quatuordecim annorum ſufficere ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia Cathedrali, quia hæc non habet annexum ſacrum ordinem tanquam deciſum à Sacra Congregatione, docent *Gonzal. d. Gloſ. 5. num. 93. Lezana v. ætas. num. 9.* N*arbona, de ætate, &c. anno 14. quæſt. 57. num. 5. Barboſa v. ætas. num. 9 Palaus vbi ſupra.*

422 Reſolutum etiam fuiſſe in Sacra Congregatione in vna Venafren. die 13. Martij 1603. quòd etiam in Cathedralibus poſſunt admitti in anno 14. Canonici ſupranumerarij, qui ex priuilegio Apoſtolico ſolùm participant de diſtributionibus quotidianis, & nullam obtinent præbendam, dum tamen adueniente tempore obtinendæ præbendæ ſint in ætate integra, vt ſupra eſt explicatum, tradit *Barboſ. de Canonic. cap. 13. n. 13.*

423 Tertia regula ſtatuta à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 12. de reformation. eſt, vt in Eccleſijs Cathedralibus ad cæteras dignitates vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt Clerici alioquin idonei, & non minores 22. annis adſciſcantur. Hos autem 21. annos debere eſſe expletos, quia hoc ſatis ſignificat illa formula loquendi, non minores 22. annis, docent *Nauarr. l. t. conſ. 4. de ætat. & qual. Sayr. in florib. deciſ. ſub deciſ. 4. Mandoſ. de ætat. min. cap. 5. n. 10. Leſſ. de iuſt. lib. 1. cap. 34. num. 108. Grat. diſcep. for. cap. 591. num. 9.* Garzias plures referens *p. 7. cap. 4. num. 70. & ex Squil. Maſſorb.* N*ouar. Barboſa de off. Epiſcop. alleg. 69. num. 66. & de Canon. c. 13. num. 22. & ad d. c. 12. Conc. Trid. num. 12.* Qui *dicto lib. de Canon.* refert hoc etiam fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione, *Palaus vbi ſupr. num. 20.* Et ità eſt tenendum, quamuis cõtrarium ſenſerint *Sà v. beneficium, num. 31. Henriq. in ſumm. l. 14. c. 10. §. 10. Azor. p. 2. l. 6. c. 5. quæſt. 3.* Nam aliàs nihil peculiare Concilium decerneret de dignitatibus, cum ad quemlibet Canonicatum, cui ad minus eſt annexus ordo ſubdiaconatus requiratur, quòd Canonicus attigerit annum 22. vt ſaltem taliter, vt infra annum poſſit ordinari in ſubdiaconum.

424 In Canonico autem Pœnitentiario requiritur ætas quadraginta annorum, vel aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperiatur, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. vnde defectũ ætatis quadraginta annorum non obſtare, vbi aliàs pro loci qualitate aptior non reperiatur, deciſum refert *Garz. p. 7. c. 4. num. 33. Pax Iordan. l. 10. tit. 20. num. 37.* Vbi aduertit, quod ſi non reperiatur in Ciuitate, aut Diœceſi, qui habeat eam qualitatem, & aliàs à Concilio requiſitas in Pœnitentiario, non tenetur Epiſcopus quærere extra Diœceſim virum prædictis qualitatibus præditum, ſed tunc Epiſcopus poterit ex ijs, qui in Diœceſi ſunt aptiorem quem inuenerit eligere, *cap. nullus. 61. diſtinct. & cap. Sacrorum. 63. diſt.* Quod verò ait, quod iſti anni debeant eſſe completi ex eo quod Concilium loquitur in plurali, quadraginta annorum non approbatur ab *Azor. p. 2. lib. 6. c. 5. quæſt. 6 fin.* vbi ait requiri annum 40. inchoatum, quem ſequitur *Palaus vbi ſupra.* Bene quoque addit Garz. *d. p. 7. cap. 4. num. 72.* quem ſequitur *Palaus vbi ſupra num.* 8. quod ad dignitates habentes annexum ſacerdotiũ. quales ſunt Decanatus, Præpoſitura, & Archipreſbyteratus neceſſaria eſt ætas 25. annorum inceptorum. Quæ ætas requiritur etiam *cap. 1. de ætat. & qualit.*

425 Hanc tamen regulam locum non habere extra Eccleſias Cathedrales, vnde in Eccleſijs Collegiatis dignitates, & perſonatus remanent in diſpoſitione iuris antiqui, tanquam deciſum referunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. Gloſ. 9. num. 92. Piaſec. in praxi p. 2. cap. 5. num. 25. Pax. Iordan. d. l. 10. t. 20. n. 15. Barboſa* autem *od d. cap. 12. ſeſs. 23. num. 13. & de off. Epiſcop. alleg. 60. num. 67. & de Canon. cap. 13. nu. 23.* vtramque refert opinionẽ, *ſed in ſum. v. ætas num.* 12. approbat ſecundam, quam tenuit etiam *Palaus nu. 13. diſp. 4. p. 3. num. 7.* quam partem ſequutus eſt etiam *Rodriq. in addit. od Bullam compoſ. n. 4.* Et nihilominùs quod etiam dignitates Collegiata-

Digitized by Google

rum Eccleſiacum non poſſint obtineri, niſi ab habentibus 22. annos tanquam à Sacra Congregatione deciſum, referunt, & tenent *Garz p. 7. cap. 4. nu. 50. & Armendar. l. 7. de Epiſc. num. 2.* Vtriuſque autem opinionis DD. cum referant partem ſuam fuiſſe deciſam 1. Martij 1659. à Sacra Congregatione, benè hinc deduci poteſt, minimè conſtare de huiuſmodi deciſionibus, quæ paſſim à DD. in comprobationem ſuarum opinionũ adducuntur. Secunda ex his antè opinionibus eſt tenenda, quia Conciliũ nõ ſpecificat, ſed vniuerſaliter loquitur. Et licet, vt ex principio capitis patet, loquatur *præſertim* de Cathedralibus Eccleſijs, ex hoc magis colligitur, quòd vbi non ſpecificat, & non limitat ſuam diſpoſitionem ad Cathedrales, intelligi debet vniuerſaliter. cum dictio *præſertim* ſit implicatiua, & implicat etiam Collegiales Eccleſias. Sic enim & primum decretum Concilij ibi poſitum. ſcilicet, quod dignitates curam animarum habentes, debeant attingere 25. annum commune eſt etiam ad Collegiatas. Ad illud verò decretum ſine alia limitatione, ſubſequitur decretum præſens, in quo ſtatuitur, vt cæteræ dignitates non ſint minores 22. annis.

426 Quarta regula Concilij Tridentini eſt poſita in eodem cap. 12. ſeſſ. 24. de reform. per quam ſtatuit, vt nemo ad quaſcunque dignitates, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem 25. annum ſuæ ætatis attigerit. Hoc idem verò ſtatutum fuerat ab Alexandro Tertio in Concilio Lateranenſi, vt habetur *cap. Cum in cunctis. §. inferiora. de electione*, vbi Pontifex expreſſit etiam Parochialis Eccleſiæ regimen. Et in *cap. licet 14. de elect. in 6.* iterum de Parochis idem decretum fuit repetitum. Quamobrem vniuerſaliter verum eſt, quod ad beneficium quodcunque curatum inferius Epiſcopatu nullus eligi, vel promoueri poteſt, qui non ſit ætatis annorum 25.

427 Sufficere autem quod iſti anni à die natiuitatis computandi ſint incœpti, clarè conſtat ex illa formula vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerit, qua vſa fuere dicta Concilia, attingit enim annum 25. qui illum incæpit. *Nauarr. in manuali cap. 25. num. 116. poſt Panorm. in dict. cap. Cum in cunctis § inferiora. numer. 1.* & alij Doctores communiter.

428 Extenditur verò hæc regula etiã ad quaſcunque dignitates, ſeu beneficia curata Eccleſiarũ Collegiatarum, quæ habent annexam curam animarum, Vtrumque enim Concilium citatum vniuerſaliter loquitur de quacunq; dignitate, cui ſubeſt animarum cura, & Concilium Lateran. hoc expreſsè explicat etiam de beneficio Parochiali, quod etiam fit in *c. 14. licet de elect. in 6.* quod eſt decretũ Concil. Lugdunen. quod etiam fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione in Cotonien. 4. Decembris 1627. refert *Barboſa de Canon. cap. 13. num. 19.* Vnde hoc idem docent de omni beneficio curato, *Menoch Remed. 15. num. 442. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. nu. 182. Garzias de benef. p. 7. cap. 7. num. 41. Palans tr. 13. diſp. 4. p. 3. num. 120.* & quamplures quos refert *Barboſa loco citato, & ad dict. cap. cum in cunctis. num. 34. & ad dict. cap. 12. Concil. Trid. n. 1.* Quando autem beneficium ſit curatum, colligitur ex *cap. dudum, el 1. de election. & ex cap. execrabilis, de præbend.* & ibi *Gloſſ. Nauar. conſ. 4. & 15. de præb. Garz. p. prima cap. vlt. a. nu. 4.* Decretum verò hoc Concilij extendi ad Vicarios perpetuos Eccleſiarũ Parochialium, probatur *ex Clem. 1. de off. Vicarij, & ex Gloſſ. & Azor.* docet *Palans vbi ſupra nu. 13.* Vbi *ex Azor. Gonzales, &* Garzia, addit extendi etiã ad coadiutores, in quibus ea ætas eſt neceſſaria, quæ requiritur in principali.

429 Et hoc verum eſſe de omni habente poteſtatem ſpiritualem in ſubditos, etiam ſi ſit ſola poteſtas iuriſdictionis externi fori, voluerunt *Nauar. l. 1 conſ. 4. de ætat. & qualit. Sayr. in florib. deciſ. 4. Barboſa tract. de Canon. cap. 13. num. 20. & ad. dict. cap. 12. Concil. Trid. num. 2.* Etenim beneficium dicitur curatum etiam ex hoc ſolo, quod habens beneficium poteſt vti medicina cenſurarum, & pœnarum ſpiritualium ad ſalutem ſubditorum, eoſque præceptis dirigere in ea, quæ ad religionem pertinent, vt habetur. *cap. dudum. 54. de elect.* & probat ibidem *Panorm. nu. 7. & 8. & in cap. de multa, n. 14. de præbend.*

430 Et quia in quacunque Collegiata principalis dignitas habet curam animarum, quia habet poteſtatem vel ordinis, vel ſaltem iuriſdictionis, ideò principalis dignitas in Collegiatis non poteſt obtineri ab eo, qui ſit minor viginti annis. *Garz. de benef. p. 7. cap. 4. nu. 65. & ex Campanil. & Gallet. Barboſ. ad d. cap. 12. nu 3. & de Canon. cap. 13. n. 21. Pax Iord. ſup. n. 16.*

431 Tam neceſſaria verò eſt huiuſmodi ætas ad beneficia curata, vt Epiſcopus ſuper ea diſpenſare non poſſit, cum non poſſit diſpenſare in lege Pontificia, & Conciliorum Generalium. Diſpoſitio autem iſta vndequaque eſt Conciliaris, nimirum *cap. cum in cunctis*, continet legem Concil. Lateran. ſub Alexandro Tertio, *& cap. licet 14 de elect. in 6.* legem Gregorij Decimi in Concilio Lugdunen. & dictum cap. 12. eſt ſeſſ. 24. Concil. Trident. vnde lex iſta ab Epiſcopo eſt indiſpenſabilis. *Selu. de benef. p. 2. quæſt. 3. num. 32. ex Specul. Imol. in Clem. 1. num. 34. de ſtat. Monach. Corraſ. de Sacerd. p. 3. c. 3. Trot. de vero, & perfect. Cler. l. 2. cap. 18. num. 2. Barboſ ad d. c. cum in cunctis. n. 34.*

432 Neque limitari poteſt regula præfata, vt ad beneficium curatum ſufficiat illa ætas, quæ ſufficit, vt promotus poſſit infra annum ordinari Sacerdos, ſicut ex Concilio Tridentino in dicto capite dictum eſt de beneficio habente annexum ſacrum ordinem, quod ſufficit eum tempore promotionis habere talem ætatem, vt infra annum poſſit eum ordinem ſacrum recipere. Quoniam id dictum fuit, quia Concilium non requirit amplius in eo caſu; ſed in caſu præſenti expreſsè Concilia volunt, quod promotus ad beneficium curatum attigerit annum 25. vnde ante expletum annum 24. ſi promoueatur, electio nulla eſt. Immò eſto quis ſit iam Sacerdos; ſi eſt ante expletum 24. annum ordinatus, non per hoc poteſt promoueri ad beneficium curatum, donec illum annum expleuerit, & 25. attigerit. *Gloſſ. in cap. is cui de præben. v. ætate*, & ibi communiter *DD. Nauarr. l. 1. conſ. 7. de ætat. & qualit. Barboſa ad dict. cap. cum in cunctis num. 34. fin.* Immò ſi quis diſpenſatus, ante 24. expletum annum fiat Sacerdos, non per hoc eſt diſpenſatus ad beneficium curatum, quia vt ſupra probatum fuit, diſpenſatio eſt ſtricti iuris, neque diſpenſatio ad ordinem extenditur, vt ſit diſpenſatus ſuper ætate 25. annorum, neceſſaria ad beneficium curatum. Et ita diſtingui

debet

Digitized by Google

debet ætas, quàm beneficiatus habere debet ratione ordinis annexi, & quam habere debet ratione beneficij per ſe. Nam primam ſufficit, quod beneficiatus habeat intra annum à poſſeſſione beneficij, vt ſupra nu.419. eſt probatum. Sed ſecundam debet habere tempore collationis. Et ſic ad dignitatem habendam requiritur annus 22. expletus, & ad beneficium curatum, annus 24. completus.

433 Benè dicta regula limitatur, vt non valeat vbi beneficium habeat annexam curam animarum merè acceſſoriè, non verò æquè principaliter. Et ità vt beneficiatus non poſſit per ſe ipſum exercere curam animarum, ſed per Vicarium; quia tunc ad obtinendum illud beneficium ſufficit illa ætas, quã illud beneficium per ſe, & ex ſe requirit. Vt ſi illud beneficium ſit Canonicatus, ſufficit ætas neceſſaria ad Canonicatum obtinendum. *Galet. in Margar. caſuum conſcientia v. Parochus. §. 6. Campanil. rubr. 7. cap. 6. num. 22. Barboſ. de Canon. cap. 13. num. 21. Pax Iordan. l. 10. tract. 20. n. 10.*

434 Quinta regula habetur *cap. cum in cunctis, de elect.* Et ex eodem capite Concilij Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. de reformat. & in Conſtitutione 6. Gregorij XIV. & eſt, quod ad Epiſcopatum eſt neceſſaria ætas 30. annorum. Et non eſt dubium hos annos eſſe debere expletos, quidquid in contrarium tenuerit *Gloſſ. in cap. vnic. de ætat. & qualit. in 6. ver. compleuerint*, requirit enim Concilium Lateranenſ. quod Epiſcopus 30. annos ætatis exegerit, & hoc magis expreſſit Gregorius XIV. in ſua Conſtitutione, *Onus Apoſtolica. 6.* ibi *annum trigeſimum expleuiſſe. Menoch. de arbitr. caſu 427. num. 22. Rebuff. de pacif. poſſeſſ. cap. 184. Henriq. l. 10. cap. 19. §. 3. & l. 14. cap. 9. princ. Azor. inſtit. moral. p. 2. l. 6. capit. 5. Mirand. de ord. iudic. quæſt. 4. num. 2. concluſ. 3. Leſſius lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 203. Lauor. l. 1. tit. 4. cap. 12. num. 6. Campanil. rubr. 7. cap. 3. num. 3. & capit. 6. num. 44.* Et ex *Franciſ. de Leon. Gutier. Reginal. Viuian. Fillıuc. & Maſorb. Barboſ. ad d. cap. cum in cunctis num. 16. Lauor. variar. elucubrat. tit. 4. capit. 16. num. 2. Palaus tr. 13. d. 4. p. 3. n. 2.*

435 Eandem verò ætatem requiri in aſſumendo ad Cardinalatum, tradiderunt *Henriqu. loco cit. Azor. d. l. 6. cap. 6. quæſt. 14. Campanil. d. rub. 7. cap. 6. num. 47. Selu. de benefic. quæſt. 3. num. 18. Houed. de incompatibil. benefic. p. 1. cap. 24. num. 17. Barboſ. ad d. cap. cum in cunctis num. 17. ex Cardin. Paleot. de conſultat. Sacri Palat. p. 4. q. 1.* Aduertens ex nona Bulla Sixti Quinti in Diaconis Cardinal. non deſiderari, niſi annum 22. ita ſcilicet, vt intra annum poſſit ordinari Diaconus. Fundantur, quia dictum decretum fuit in Concilio Baſileen. ſeſſ. 22. quod licet non fuerit à Pontifice approbatum, in hac parte tamen receptum eſt à Tridentino ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat. dum decernit, quòd ea omnia, quæ de Epiſcoporum doctrina, ætate, & cæteris qualitatibus ſtatuit, intelligi debeant de S. Rom. Eccleſiæ Cardinalibus. Verùm hæc ratio non ſubſiſtit, & ſi ſubſiſteret, probaret etiam quòd quicunque beneficiatus debeat eſſe 30. annorum; quia Conciliũ Tridentinum dicta de Epiſcopis expreſsè extendit ſimul ad Cardinales, & quoſcunque beneficiatos. Primò igitur Concilium Baſil. à Pontifice non approbatum non debet adduci. Secundò Concilium Tridentinum in eo cap. 1. ſeſſ. 25. nihil prorſus ſtatuit de ætate Epiſcoporum. Tertiò ad Cardinales nedum, ſed ad beneficiatos quoſcunque extendit dicta in eo capite, in quo nihil prorſus de ætate Epiſcoporum decernit. Ideò quantum ad ætatem Cardinalium ſtandum eſt bullæ præfatæ Sixti Quinti. Quæ etiam decentiam continet, non obligationẽ, *Selu. de benef. p. 3. qu. 5. num. 14. Henriqu. d. §. 3. ex Lauor. Barboſ. vbi ſupra, Palaus vbi ſupra. num. 3.* Cum enim à Summo Pontifice ſolum creentur Cardinales, cuius poteſtas à præcedentibus limitari nõ poteſt, in eius arbitrio eſt ex quacunque ætate Cardinales creare, vbi cum ætate ſint qualitates, quas dignitas tanta requirit, & ita de facto ſæpiſſime creantur Cardinales in ætate minori, quod fieri rationabiliter aduertit *Card. Paleot. vbi ſupra p. 3. quæſt. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Ad Generalatum & alias Prælaturas Regularium ſufficit ætas 25. annorum inchoatorum. numer. 436.*
2 *Ad Prælaturas Regulares illa ætas neceſſaria quæ decernitur. Clem. ne in agro. n. 436.*
3 *Diffinitores curam animarum habent. n. 437.*
4 *Ad Diffinitores neceſſaria eſt ætas 25. annorum. num. 437.*
5 *Ad hoc vt aliquis eligatur in Socium, ſeu Diſcretũ, & Electorem ſufficit ætas profeſſionis. n. 437.*
6 *Socij & Electores non ſunt dignitates, nec perſonatus. n. 438.*
7 *In Ord. Prædic. nullus eligi poteſt niſi ſit 28. annorum. n. 438.*
8 *In Prouincijs Lombardiæ, & Romana quod ſeruari debeat. n. 438.*

436 QVæritur trigeſimoquartò, quid dicendum de Prælatis Regularibus habentibus iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalem, ſicut habent vniuerſaliter Generales, & Prouinciales, & in multis Religionibus, vt in Ordine Prædicatorum, etiam Priores locales? Ex hac enim conuenientia cum Epiſcopis neceſſariam eſſe in Regularibus ætatem triginta annorum, vt eligi poſſint in Generales, Prouinciales, & Abbates, cæteroſque ſimiles habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem tanquam deciſum à S. Congregatione, docent *Nauar. in Lucern. Regul. v. ætas num. 5. Lezana eod. ver. num. 1. Barboſ. in ſum. eod. verb. num. 19.* Verùm alia ex parte, ad huiuſmodi prælaturas non requiri, niſi annum 25. iuxta ea, quæ ex Concil. Lateran. Lugdunen. & Trident. de beneficijs curatis dicta ſunt, docent *Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 3. num. 7. Sigiſ. à Bonon. de elect. dub. 59. num. 1. Tambur. de iure Abb. diſp. 6. q. 9. nu. 3. & 5. Caſtell. cap. 11. num. 8. Barbaſ. ad d. cap. cum in cunctis num. 19. fin. Garz. d. cap. 4. nu. 42. & ex Mandoſ. Hoied. Leſſ. & Azor. Pax Iordan. dict. titul. 20. num. 30. Lauor. cap. 16. num. 6.* Et niſi conſtet de declaratione Sacræ Congregationis in contrarium, hæc ſententia eſt tenenda; quia nullo iure cauetur, vt Regulares aſſumendi ad huiuſmodi Prælaturas ſit ætatis triginta annorum, & argumentum à ſimilitudine claudicat eò magis, quòd valdè diſſimilis eſt dignitas Epiſcopalis, & Epiſcoporum ſtatus viuentium in ſæculo, inter mundi delitias, & impedimenta, à Prælatura Regularium intra clauſtra com-

Digitized by Google

commorantium. Quamobrem in his ſtaodum eſt *Clem. Ne in agro, §. Caterum*. De ſtatu Monachorũ quæ in Prioribus Conuentualibus requirit 24. annum expletum, & in alijs Priotatibus in quibus cura animarum per Presbyteros ſeculares exercetur annum vigeſimum, *Garz. vbi ſupra num.* 81. In Monialibus verò, Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ non debent eſſe minores annis 40. Cooeil. Trident. ſeſsion. 25. cap. 7.

437 De Diffinitoribus autem loquendo, *Sigiſ. de Bonon. d. dub. 59. numer. 3.* quem ſequitur *Lauorius cap. 16. nu. 7.* arbitratur Diffinitotiatum eſſe dignitatem, & perſonatum, ideoque ad illud requiri ætatem 22. annorum qualis ad dignitates requiritur ex Coucil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. de reform. Sed cum Diffinitores integrent Capitula Generalia, vel Prouincialia, quæ iuriſdictionis poteſtatem habent in Religionibus, ideo iuxta dicta ſupra, ex *Panorm. & alijs*. Diffinitores curam animarum habent propterea in eis de iure communi requiritur ætas vigintiquinque annorum. At verò ad Electores Prouincialium, vel Generalium non requiritur alia ætas, quàm profeſſionis, ſed ad ſimilia quilibet profeſſus eligi poteſt. Non enim talia officia ſunt dignitates, aut perſonatus, vt ſupra etiam probatum eſt.

438 In Ordine Prædicatorum, cum io qualibet electione debeat electus habere 12. annos à profeſſione, quæ profeſſio ex decreto Conc. Trid. non habetur niſi 16. anno expleto, ſequitur, quod nullus eligi poteſt, niſi annum 28. ætatis expleuerit. Cæterum de iute antiquo non erat determinatum aliud tempus, niſi quod non poterat quis eligi in ſocium, & electorem, & Priorem Conuentualem infra quatuor annos à profeſſione, & aliàs ius commune ſeruandum erat, vt non eligeretur Prior niſi is, qui 25. annum ætatis attigiſſet. Hodie verò nõ quidem pro toto Ordine, ſed pro Prouincijs Lombardiæ, & Romana ex Conſt. Card. Alexand. non poteſt eligi, vel poſtulari Prior in Conuentibus quibus cura Monialium commiſſa fuit, niſi ſit ætatis 40 anootum expletorum, & ſuſceptionis habitus 20. Et in Conent. vbi ordinariè eſt lectio Theologiæ, niſi ſit ætatis 35. annorum & in ordine 16. & in alijs paruis Conuẽtibus niſi qui ſit ætatis annorum triginta, & in Religione quindecim. *Caſtellin. cap. 11 num.* 86. Quæ ordinatio in viridi obſeruantia eſt. Hæc verò ordinatio in parte extenſa fuit ad Prouinciam Poloniæ Generali Rodulphio anno 1633. Statuit enim vt in Conuentibus, qui vel ſunt capita contractarum, vel habeat curam Monialiũ, nullus poſſit eligi, qui non ſit ætatis annorum quadraginta. *Camil. ver. eligendorũ qualitates lit. C.* Nedum autem in alijs Prouincijs & Conuentibus, ſed & in huiuſmodi Prouincijs electores, ſocijs, Diffinitores, Prouinciales, & Generales eligi poſſunt, qui 28. annum ætatis exceſſerunt, ſi aliàs 12. annos à profeſſione impleuerint.

S V M M A R I V M.

1 *Aetas eligendorum numeranda à die natiuitatis. num. 439.*

439 Quæritur trigeſimoquintò. A quo termino numerari debeat ætas eligendi ad prælaturas, & Beneficia. Triplex enim terminus concipi poteſt, vel ſcilicet conceptio, vel natiuitas, vel baptiſmus? Reſpondetur autem breuiter non à conceptione, nec à baptiſmo hos annos numerandos eſſe, ſed à natiuitate prout deciſum à Sac. Congr. 4. Decembr. 1627. refert *Lucerna Regul. ver. ætas numer. 1.* & tenent *Couar. 4. decret. par. 2. cap. 8. §. 2. num. 3. Molin. diſp. 573. num. 2. Garz. de benef. p. 7. cap. 4. num. 89. Sigiſm. de elect. dub. 59. n. 7. Barboſa in ſum. v. ætas, n. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio eius, qui non habet ætatem quomodo ſit nulla. num. 440.*

440 Quæritur trigeſimoſextò. An electio eius, qui non habet ætatem, de iure vt ſupra, præſcriptam, ſit ipſo iure nulla? Reſpondetur, quod cum in hac ætate requiſita à ſac. Canonibus, nullus inferior Papa poſſit diſpenſare, & non habens eandem ætatem requiſitam ſit ineligibilis illius electio eſt inconfirmabilis à quocumq; qui ſit Papa inferior. Prouiſio etiam de Parochiali Eccleſia facta ad fauorem non habentis ætatis 25. annos ipſo iure nullius valoris eſt, *cap. licet de elect. in 6.* Cæterum vbi lex non declarat per decretum irritans promotionem eius, qui non habet legitimam ætatem eſſe ipſo iure irritam, illa eſt quidem irritanda, quia eſt à lege reprobata, ſed non eſt irrita niſi per ſententiam caſſetur, & annulletur.

S V M M A R I V M.

1 *Senes ineligibiles ſi ſint impotentes ad officia. num. 441.*
2 *An ſenectus ſit impedimentum eſt iudicandum ſuperioris arbitrio. num. 441. 443.*
3 *In iure nullus eſt præfixus terminus in maius. num. 444.*

441 Quæritur trigeſimoſeptimò. An ſenes ſint ineligibiles, ſeu vſque ad quam ætatem homo ſit eligibilis ad prælatutas, & officia Eccleſiaſtica? Reſpondetur, eam ſenectutem reddere aliquem ineligibilem, quæ reddit illum impotentem ad implendum munus ad quod aliquis eligitur. Ita colligitur ex *cap. 1. d. 85, & cap. cum pridem 10. de renunc. & ex D. Thom. 2. 2. quæſt* 185. *art.* 4. Quando enim ſenectus talis eſt, quæ prudenter obligaret Prælatum ad reſignandum officium, vel ad petendum coadiutorem, quia verè per ſe ſolus non poſſet Prælatus gregem paſcere, & tueri, multò magis talis ſenectus obligaret eum ad non recipiendam prælaturam,

442 Nihilominùs dicitur, quòd in iure nullus eſt terminus præfixus, nec determinata ætas in maius, vltra quam aliquis eligi non poſſit. Sed hoc pendet ex arbitrio ſuperioris. Vnde ſic in Religionibus ad ſuperiores Prælatos pertinet iudicare,

an aliquis ex ſuis ſubditis ſenectute impediatur ne præſit, ſi ad Pontificem ſpectat iudicare, an aliquis ſit ita ſenex, vt non ſit habilis ad Epiſcopatū. *Menoch. de arbitr. caſ. 53. num. 3. Maſchard. de probat. concluſ. 1295. num. 8. Flamin. de reſig. q. 3. num. 56. & q. 6. num. 5. Gennenſ. pract. cap. 53. num. 1. Tamburin. tom. 1. diſp. 13. q. 1. num. 11. & ex Rendina, Barboſ. ad d. cap. niſi cum pridem, n. 9. Peyr. in Prælat. Regul. q. 2. cap. 4. n. 5.*

443 Putat *Peyrin.* quod in Ordine Minimorū ob vitæ auſteritatem ſenes ſeptuagenarij ſint ineligibiles; ſed cum vt ipſe fatetur dentur, & multos ipſe cognouerit robuſtos ſeptuagenarios & fortes, etiam in ea religione, dicendum eſt, quòd vbi ſtatuta ordinis non determinant ætatem & ſenectutē, totum hoc in arbitrio ſuperiorum ſit poſitum, vt ſupradicti DD. docent.

Conditio Octaua.

Nulla excommunicatione ligatus.

S V M M A R I V M.

1 *Quod electus non ſit excommunicatus. num. 444.*

444 Octaua conditio eligendi eſt, vt eligendus nulla excommunicatione reddatur inhabilis ad electionem.

S V M M A R I V M.

1 *Quicumque excommunicatus excommunicatione maiori eſt inhabilis, & ineligibilis ad quæcumq; beneficia, & penſiones. num. 445.*
2 *Etiam iniuſtè, ſed ritè excōmunicatus eſt ineligibilis. n. 446.*
3 *Non tamen ſi excommunicatio ſit iniuſta ex cauſa, quia hæc eſt nulla. n. 447.*
4 *Vbi cauſa ſit falſa, ſed in iudicio appareat vera, quomodo electio ſit nulla. n. 447.*
5 *Abſolutio poſt collationem non iuuat, vt collatio ſit valida. n. 448.*
6 *Tempus collationis attendi debet, vt videatur ſi eſt valida. n. 448.*
7 *Abſolutio poſt electionem, vel præſentationem non facit, quod electio poſſit confirmari, vel præſentato beneficium conferri. 449.*
8 *Electio excommunicati ipſo iure nulla. num. 449.*
9 *Etiam ipſo & electoribus ignorantibus. n. 450.*
10 *Permutatio facta ab excommunicato inualida ex parte ſui. n. 451.*
11 *Etiam ſi tempore permutationis non erat excommunicatus, ſed tempore collationis erat. numer. 451.*
12 *Sicut & econtra ſi tempore collationis non erat excommunicatus erat tamen tempore permutationis, & acceptationis illius. n. 451.*
13 *Vbi confirmator poſſit inſtituere ſine electione, & ſciat vitium electionis factæ de excommunicato ſi confirmat electionem poſt obtentam abſolutionem cenſetur inſtituere electum. n. 452.*
14 *Vbi confirmator poteſt ſanare nullitatem electionis, & conſcius vitij eiuſdem electionis, ex quo eam cōfirmat ſcienter cenſetur ſanare illius nullitatem. num. 452.*
15 *Pontifex potens abſoluere excommunicatum, ſi illi confert ſcienter beneficium, cenſetur illum abſoluere, & collatio tenet. n. 452.*
16 *Si confirmator non poteſt ſe ſolo conferre beneficiū, vel non poteſt ſanare nullitatem electionis, ex eo quod ſcienter confirmat electionem non eam facit validam. n. 453.*
17 *Idem dicendum, ſi confirmator ignorat vitium electionis. 453.*
18 *Excommunicatus manifeſtus tenetur non conſentire electioni, nec recipere beneficium, & ſi recepit illud reſignare. n. 454.*
19 *Si ſit occultus ad idem tenetur, ſi poteſt fieri ſine ſcandalo graui, vel eius graui infamia. num. 454.*
20 *Aliter poteſt recipere beneficium, ſed tenetur quā primum petere diſpenſationem. n. 454.*
21 *Vt beneficiatus excommunicatus diſpenſetur, debet recurrere ad eum, qui poſſit vel beneficium conferre, vel nullitates ſanare. nu. 455.*
22 *Epiſcopus tunc ſolum poteſt diſpenſare vt excommunicatus abſolutus retineat beneficium, cum poteſt ſe ſolo illud beneficium conferre. n. 456.*
23 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt excommunicatus abſolutus retineat beneficium, cuius collatio ſpectat ad inferiorem, niſi eo conſentiente. numer. 456.*
24 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt excommunicatus abſolutus retineat beneficium collatum à Papa. n. 456.*
25 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt excommunicatus abſolutus retineat beneficium electiuum, vel ad quod tertius habet ius præſentandi. n. 456.*
26 *Electores & præſentator ſcienter præſentantes, vel eligentes excommunicatum ſunt priuati iure eligendi, & præſentandi. n. 457.*
27 *Non tamen poteſt Epiſcopus, vel alius excommunicatum electum, vel præſentatum, & poſtea abſolutum diſpenſare, vt retineat beneficium, vel illud acquirat, niſi electores, & præſentator ſint priuati voce, & ius prouidendi ad illum ſit deuolutum. n. 457.*
28 *Epiſcopus ſcienter cōferens beneficium excommunicato antequam priuetur poteſtate conferendi, poteſt cum excommunicato abſoluto diſpenſare, vt beneficium retineat. n. 457.*
29 *Prælati Regulares in caſibus in quibus poſſunt, vel ſanare nullitates, vel per ſe ipſos Prælatos inſtituere, poſſunt quoque cum excommunicato abſoluto diſpenſare, vel vt confirmetur eius electio, vel vt ipſe retineat prælaturam. n. 458.*
30 *Collatio facta nulliter excommunicato valida eſt. num. 459.*
31 *Collatio facta excommunicato ſolum putato, & æſtimato valida eſt. n. 460.*
32 *Excommunicatio ſubſequens non irritat iura antecedentia. n. 461.*
33 *Electio non irritatur ex ſubſequente excommunicatione. n. 461.*
34 *Acceptatio beneficij facta ab excommunicato ſi nō eſt acquiſitio iuris eſt valida. n. 461.*

35 *Poſ-*

35 *Poſſeſſio accepta ab excommunicato eſt valida. num.462.*

36 *Acceptatio beneficij facta ab excommunicato,ſi ſit acquiſitio iuris,eſt inualida.n.463.*

37 *Is cui præfixus eſt terminus ad acceptandum, ſi excommunicatus acceptat innalidè acceptat. num.463.*

38 *Habens literas de vacaturo, ſi tempore vacantiæ eſt excommunicatus non acceptat validè. n.464.*

39 *Si tamen tempore collationis eſt abſolutus, collatio tenet. 465.*

40 *Immo collatio facta à Papa cum clauſula ex nunc pro tunc valet. n.465.*

41 *Vbi optatio non inſert nouum titulum, optatio facta ab excommunicato valet. n.466.*

42 *Acceptans beneficium qualiter peccet, ſi ſit excommunicatus, ſed venialiter. n. 467.*

43 *Qualiter peccet accipiendo poſſeſſionem.nu.467.*

44 *Sed dicitur, quod vterque ratione excommunicationis peccat, ſed neuter quia ſe ingerat beneficio, num.467.*

45 *Excommunicatio lata poſt legitimam appellationem non vitiat electionem. n.468.*

46 *Papa conferens beneficium cum clauſula Teque à quibuſuis &c. facit vt beneficium validè recipiatur. n.469.*

47 *Illa clauſula non valet pro inſordeſcentibus,& irregularibus. n.469.*

48 *Ex vi dictæ abſolutionis non poteſt excommunicatus ſe immiſcere alijs. n.469.*

49 *Vbi prouiſio ſit facta per formam dignum, prouiſus debet prius abſolui. n.470.*

50 *Per dictam clauſulam impetrans non eſt abſolutus ab excomm. ob hæreſim. n.470.*

51 *Per dictam clauſulam non manet impetrans abſolutus, niſi ab ijs à quibus reſcribens poteſt abſoluere. n. 471.*

52 *Etiam Epiſcopi poſſent vti ea clauſula. n.472.*

445 QVæritur autem trigeſimooctauò. Quæ excommunicatio ad electionē inhabilitet? Eſt autem certa cōcluſio excommunicatum excommunicatione maiori, eſſe ineligibilem, *cap. poſtulaſtis 7. de Cler. excommunicato, & cap. 1. de reſcript. in 6.* quod verum eſt, ſiue quis ſit excommunicatus à iure, ſiue ab homine, & ſiue per ſententiam generalem, ſiue particularem, & ſiue quis ſit excommunicatus denunciatus, ſiue toleratus, & quantumcumque occultiſſimus, & quantumcumque putatus non tamen verè abſolutus ab excommunicatione. Et ita vt ſic excommunicatus nedum ad Prælaturas, vel dignitates, aut officia habentia annexam iuriſdictionem, ſed ad quæcumque beneficia ſiue maiora, ſiue minora, ſiue ſecularia, ſiue Regularia non poſſit aut eligi, aut poſtulari, aut præſentari, & ita vt eius electio, poſtulatio, præſentatio, & collatio omnis etiam facta à Pontifice motu proprio ſit ipſo iure nulla, & inanis, ſicuti & quælibet permutatio, ſeu reſignatio ad fauorem eius facta; & adeo vt excommunicatus in conſcientia non poſſit retinere officium, beneficium, vel Prælaturam ſibi collatam; & ita vt excommunicatus ſit etiam incapax penſionum. Hæc verò certa ſunt, & apud *DD. in 4. d. 18.* manifeſta. Vbi *Ricchard. a. 7. q. 4. Palud. q. 4. D. Ant. p. 3. tit. 24. c. 76. Soto 4. d. 22. q. 1. art. 4.* & conueniunt *Canoniſtæ in d. c. poſtulaſtis, & in c. paſtoralis, §. Verum de appell.* quorū plures referunt, *Garz. de benef. par. 7. cap. 13. Barboſa ad dictum cap. poſtulaſtis 7. de Cleric. excommunicato, Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 63. Peyr. in PrAl. Reg. q. 2. c. 5. d n 1.*

456 Ampliatur verò aſſertio, vt ſit vera etiam de excommunicatione iniuſta, ſed ritè lata, *Rebuff. ad cap. poſtulaſti nu. 67. Couar. in cap. Alma mater, par. 1. §. 7. num. 1. Lancellott. de attentat. par. 3. cap. 24. quæſt. 3. numre. 8. Cald. deciſ. 1. de præb. end. Henriq. lib. 13. cap. 14. §. 1. lit. A. & cap. 15. §. 2. Ricciull. de iure perſonarum &c. lib. 4. cap. 6. num. 34.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad dictum cap. poſtulaſtis, nu. 4. Garz. p. 7. cap. 13. nu. 1. Sayr. de cenſ. lib. 1. cap. 5. num. 10.*

457 Dictum verò eſt, ſed ritè lata, quia ſi ſit lata delicto non ſufficienter probato, talis excommunicatio nedum eſt iniuſta, ſed inualida, & nulla, quia & contra iuſtitiam commutatiuam, vnde eſt ſpecies cuiuſdam latrocinij, Similiter ſi ſententia alio modo ſit iniuſta ex parte cauſæ, quia verè delictum nec eſt verum, nec ſufficienter probatum, quoniam hoc modo magis eſt contra iuſtitiam commutatiuam. Vnde in his caſibus electio excommunicati non eſt nulla, quia nulla eſt excommunicatio. Sed etiam quando delictum verū non eſt, licet ſit ſufficienter probatum talis excommunicatio in foro externo habenda eſt pro valida nō tam ex vi cenſuræ, quàm ex vi vitandi ſcandali. Vnde ſi aliquis talis excommunicatus ſcienter eligeretur electio caſſanda eſſet, quia cum talis excommunicatus ritè & iuſtus allegat, ſit in foro extrinſeco vitandus eligentes contempſerunt Eccleſiam talem nominantes. Talis tamen electio non eſt in re ipſo iure nulla. vnde ſi eligentes ignoranter & bona fide talem excommunicatum elegiſſent, & poſtea detecta excommunicatione, ſimul detegeretur veritas, & appareret excommunicati innocentia, non eſſet illa electio caſſanda quia electus ſolùm apparenter excommunicatus, ſed in re innocens, innocenter etiā & ſine cōtemptu Eccleſiæ fuit electus. De his vide *Suarez de cenſ. diſp. 4. ſect. 7.*

458 Ampliatur ſecundò, vt abſolutio obtenta poſt collationem non iuuet, quia abſolutio non tollit incapacitatem antecedentem. At verò excommunicatus eſt incapax recipiendi, & retinendi beneficium Eccleſiaſticum quodcumque, vt patet ex *d. cap. poſtulaſtis.* Ideo nec validè ei confertur ſi eſt excommunicatus, nec validè ipſe recipit. In his enim initium ſpectandum eſt, nimirum tempus collationis, vt habetur *cap. Dudum 22. de elect. & tradunt ibi Canoniſtæ, Rebuff. ad d. cap. poſtulaſtis num. 50. Couar. d. §. 7. num. 2. Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 13. ſect. 1. num. 13. Garz. de benef. par. 7. c. 13. n. 8. Alter. de cenſ. tit. 1. lib. 2. c. 2. lit. B. & cap. 7. in prin. Ricciul. de iure perſonarum &c. lib. 4. cap. 6. num. 32. Barboſa ad dictum cap. poſtulaſtis numero 10. Peyr. in Præl. Regul. q. 2. cap. 5 n. 6.*

459 Sed quid dicendum, ſi quis tempore electionis ſit excommunicatus, & poſtea ante confirmationem abſoluatur, & ſic abſolutus confirmetur eius electio? Electionem enim illam nullam eſſe, certò conſequitur ex dictis, ideo nec poſſe confirmari dicendum eſt; quia quod nullum eſt ab initio non poteſt validari, & confirmationis eſt incapax

pax electio de ſe nulla, Ideo dicendum eſt abſolutionem ab excommunicatione obtentam poſt ſui electionem, vel poſtulationem, vel præſentationem, licet ante confirmationem, aut inſtitutionem non iuuare excommunicatum, ſed confirmationem ipſam, & inſtitutionem nullam eſſe. Electionem enim excommunicati eſſe ipſo iure nullam ſumitur ex *cap. cum dilectus, de conſuetud. & cap. conſtitutis el* 1. *de appellat. & cap. ſi celebrat de cleric. excommunicato*. Et ratio, eſt quia priuatus communicatione fidelium eo ipſo eſt incapax officij, quod ſine fidelium communione exerceri non poteſt, *Panorm. ad d. cap. poſtulaſtis. Archid. cap. nullas num.3. diſt.63. Lambert. de iure patron. lib.2. par.1. q.9. art.10. n.1. Rebuff. ad d. cap. poſtulaſtis num.85. Couar. d. §.7 num.1. Azor. par.2. lib.6. cap.7. q.8. Suarez d. diſp.13. ſect.1. num.10, Sayl. lib.6. de cenſ. cap.5. n 16. Garz. de benef. par.7. cap.13. nu.14. Alter. to.1. lib.2. diſp 6. cap.4. Ricciul. d. lib.4. cap.6. num.23. ex Franc. Marc. Flamin. Lauor. Barboſa ad d cap. poſtulaſtis, nu.13. Vaſquez de excomm. dub 6. Nauar. cap.27. nu.21. Auila par.2. cap.6. diſp.5. dub.2. Sigiſm. de elect. dub. 63, num.2.*

450 Quod quidem verum eſt etiam ſi excommunicatus eligatur ipſo & electoribus excommunicationem ignorantibus, *Leſſ. de iuſt. lib.2. c.34. dub. 22. num.117. Auila ſup. Sigiſm. ſupra num.3. Bonac. de elect. dub.66. nu.3. Lauor. cap.16. num.86. Barboſa vbi ſupra*. Ignorantia enim excuſat à culpa, ſed non validat actum, quem irritauit Eccleſia, *Panor. cap. penult. de Cler. excommun. Caſſad. deciſ.1. de præben. Puteus deciſ.67. lib.1. Nauar. cap.27. num.21. & 271. d.8. & conſ.13. n.4. de cler. excommun. Suarez de de cenſ. diſp.13. ſect.1. num.2. 25. & 30. Azor. par.2. lib.6. cap.7. quæſt.8. Couar. Diaz, Enriq. Emanuel, Rodriq. Vega, Toletus, & alij* quos refert, & ſequitur *Garz. par.7. cap.13. num.9. Cæſar de Graſſis deciſ.191. num.12.* Exiſtente igitur electione nulla, & inhabili, vt confirmetur, ipſa quoque confirmatio inualida eſt, & nulla.

451 Et hinc eſt etiam, quòd permutatio facta ab excommunicato licet valeat ex parte eius cum quo permutatur, ſi excommunicatus non eſt denunciatus, ſed toleratus, *Sanchez lib.2. opuſ. cap.2. dub.13. num.2.* non valet tamen ex parte permutātis excommunicati, qui eſt incapax de nouo acquirendi illud ius, quod acquiritur ſuper beneficio pro quo ipſe reſignat ſuum beneficium, *Suarez ſup. n.12. Couar ſup. num.2. Azor. vbi ſupra, Rebuff. Pariſ. Vgolin. Freib.* quos ſequitur *Garz. vbi ſup. num.15. Ludou. Lopez par.2. cap.17. Sayr. lib.2. cap.5. numer.14.* Et *Gloſſ. in Clem.1. de pœnis v. obtinenda, & ibi. Card. §. ipſius q.3. num.4. Anchar. num.10. Bonifacius n.54. & 108.* Et hoc adeo eſt verum, vt licet tempore reſignationis, & acceptationis reſignationis factæ per Epiſcopum permutans non eſſet excommunicatus, nulla tamen ſit collatio, ſi ipſe ſit excommunicatus tempore collationis, *Garz. ſup. numer.18.* Econtra tamen, ſi permutans fuerit excommunicatus tempore reſignationis, & acceptationis, ſed non tempore collationis beneficij putat, *Garzias num.19.* collationem eſſe validam, quia ius quod ex reſignatione illa facta ex cauſa acquiritur non impeditur per excommunicationem, cum oriatur ex facto ipſius reſignantis, & admiſſione ordinarij, & quaſi ex conuentione permutantium. Sed oppoſitum colligitur ex *Suarez vbi ſup. num.11.* nam non eſt inſpiciendum, vnde veniat ius, ſed ſubiectum incapax recipiendi ius ſpirituale ad beneficia, quale eſt excommunicatus, vndecumque illud ius veniat. Ideo in hoc caſu valida erit collatio, ſi fiat ab Epiſcopo gratis independenter à priori permutatione, non verò ſi fiat in vi permutationis. Et hoc eſt verum nedum ſi reſignatio fiat coram Papa, aut legato, quorū reſcripta impetrata ab excōmunicato non valeat, *c.1 de reſcript. in 6.* Sed etiā ſi fiat coram Epiſcopo, licet in eo locum non habeat virtus illius, *cap.1. Nauar. conſ.48. de ſent. excomm. Enriq. lib.13. cap.13. §.1. lit. M. Suarez tom.5. diſp.17. ſect.1. num.2. Garz. ibid. num.20.* Quia ſemper obſtat incapacitas ſubiecti excommunicati, qui non poteſt acquirere nouum ius ad beneficia.

452 Sed quid dicendum ſi confirmator ſciat electionem factam de excommunicato & poſtea abſoluto, & hoc ſciens electionem confirmet? Seu quid dicendum ſi Papa conferat beneficium excōmunicato? Reſpondetur ad primam interrogationem, quod vbi confirmator non poteſt ſine electione conferre beneficium, vel prælaturam, ſemper nulla eſt confirmatio eius, qui in excommunicatione fuit electus, nec valet confirmatio titulo confirmationis, quia id quod eſt nullum & inane nequit confirmari, neque titulo inſtitutionis, quia confirmator non poteſt inſtituere. Sed ſi confirmator poſſit ſine electione inſtituere Prælatum, vel conferre beneficium, & ſciat defectum electionis, & abſolutionem obtentam ab electo poſt excommunicationem, tunc ſi electionem confirmet, dici poteſt quòd confirmatio valeat titulo inſtitutionis, non verò titulo confirmationis, quia electio nulla eſt inconfirmabilis. Quia enim confirmator non eſt cenſendus velle inaniter operari, & nulliter, ſi ſcienter confirmat electionem eius, qui tempore electionis fuerat excommunicatus, & poſtea fuit abſolutus, cenſetur velle vt confirmatus obtineat prælaturam, & beneficium, ideoque cenſetur illum inſtituere, quia id poteſt facere. Similiter ſi cōfirmator poteſt ſanare nullitates electionis, ſi huiuſmodi electionē confirmet ſcienter cenſetur ſanare nullitatem electionis factæ de excommunicato, quæ ſanabilis eſt, cum iam electus ſit abſolutus. Similiter ſi collator poteſt ab excommunicatione abſoluere, ſi ſciat aliquem eſſe excommunicatum, & ille conferat prælaturam, vel beneficium cenſetur illum abſoluere, ſic enim ſi Pontifex ſcienter conferat prælaturam excommunicato validè confert, & ille validè recipit, quia cenſetur per priùs abſolutus, quàm promotus, *Sayr. lib.6. de cenſ cap.5. num.11. Henr. lib.13. cap.13. §.8. Couaruu. in cap. Alma mater par.1. §.7. n.2. Auila par.2. cap.6. diſp.5. dub.2. Peyr. vbi ſup. n.9.*

453 Sed ſi confirmator nec poteſt inſtituere, nec conferre prælaturam & beneficium nec electionis nullitates ſanare, vel excommunicationem ignorat, confirmatio electionis factæ de excommunicato, ſed poſt electionem abſoluto, inanis eſt & vacua robore. Non enim valet titulo confirmationis, quia electio nulla ipſo iure non eſt capax confirmationis, niſi ſanatis nullitatibus, quas in hoc caſu confirmator non cenſetur velle ſanare cum vel non poſſit, vel ignoret nullitatem. Vnde eadem ratione confirmatio non valet titulo inſti-

tutionis, quia confirmator aut non poteſt inſtituere, aut cum ignoret nullitatem electionis, non cenſetur velle inſtituere electum, cum ſolùm eius electionem confirmet, non verò eum inſtituit.

454 Excommunicatus igitur ſi eligatur, quid debet facere? Si eſt manifeſtus tenetur omnino, nec conſentire electioni, nec recipere prælaturam & officium, cum & electio, & confirmatio, ſeu collatio ipſo iure ſit irrita, & quatenus receperit, tenetur ſemper eam reſignare. Sed ſi eſt excommunicatus occultus, ſi poteſt ſine ſui infamia reſiſtere, id tenetur facere, vel cauſas alias rationabiles reddendo ſuæ reſiſtentiæ, vel etiam manifeſtando excommunicationem, ſi id facere poteſt ſine ſcandalo graui aliorum & ſine ſui infamia. Non tamen tenetur vel cum ſcandalo graui, vel cum ſui graui infamia ſuam excommunicationem pandere; ſed tenetur tunc quàm primum poterit abſolutionem& diſpenſationẽ petere,& interim ſi non poteſt reſiſtere rationabiliter,& ſine ſcandalo, & infamia, poterit prælaturam, ſeu beneficium recipere. *Suarez tom.5. ſup. 3.par.diſp.13.ſect.1. numer.31. Auila 2.par.cap. 6.dub.7. Sà v. excomm. num.30. Reginald. lib.32.num.49. Garz.par.7 cap.13.num.71. Peyrin. in Præl.Regul.q.2.cap.5.num.6.*

455 Sed ſi excommunicatus eligatur in Prælatum, vt poſſit Prælaturam, vel recipere, vel retinere à quo petenda eſt diſpenſatio? Etenim in *d. cap. poſtulaſtis* dicitur, quòd excommunicatus poteſt ex diſpenſatione beneficium retinere? Reſpondetur verò, quod vel loquimur de electo in ordine ad obtinendam confirmationem, vel de confirmato, & exiſtente in poſſeſſione in ordine ad retinendam Prælaturam. Cum verò vt ex ſupradictis patet nõ ſufficiat abſolutio ab excommunicatione, quia hæc non tollit nullitates præcedentes, in vtroque caſu omnino recurrendum eſt, ad eum qui poſſit vel nullitates antecedentes ſanare, vel Prælaturam immediatè conferre.

456 Quamuis verò non defuerint aliqui, qui dixerint obtenta abſolutione Epiſcopum poſſe diſpenſare, vt ille qui in excommunicatione recepit Prælaturam illam retineat, ex ea regula, quòd vbi ex iure caſus eſt diſpenſabilis, ſi diſpenſatio non reſeruatur Papæ competit Epiſcopo, *Pax Iordan. lib.9.tit.1.num.458.ex Innocent.Io.Andr.& ſpeculat. Peyr.ſup.num.7.* hoc verum eſt vbi Epiſcopus poteſt conferre beneficium independenter ab electione, vel præſentatione; ſed vbi Epiſcopus non poteſt beneficium conferre, nec poteſt diſpenſare, vt qui ligatus excommunicatione beneficium recepit, illud retineat; nam cum electio, & collatio illa nulla fuerit, & inanis, & retentio ſupponat beneficium validè acquiſitum, non poteſt hic abſolutus ab excommunicatione retinere beneficium malè, & nulliter priùs acquiſitum, niſi illud de nouo validè acquirat, & ideo niſi inquantum diſpenſatio eſt noua inſtitutio, ſeu beneficij collatio; igitur qui non poteſt inſtituere, ſeu conferre beneficium non poteſt diſpenſare cum excommunicato abſoluto, vt beneficium retineat. Et ita expreſsè docent, *Nauar.cap.27.num.271.v.8. Sanchez lib.2.opuſ. c.2. d.10.num.16.Couar.d.§.7.n.8.Suarez tom.5.diſp.13. ſect.1.num.34. Rebuff.in d.cap.poſtulaſtis num.335.& Vgolin.* quem refert, & ſequitur *Sayr. de cenſ. lib.2. cap.5.num.22.Garzias vbi ſup.num.74.* Ideo cum *Panorm.d.cap.poſtulaſtis num.8.* dicat Epiſcopum poſſe diſpenſare in hoc caſu, ſi collatio beneficij pertineat ad inferiora, hoc bene explicant, & temperant. *Couar. & Suarez num.36.Garz.num.77. Sayr. num.23.* vt valeat, ſi adſit conſenſus inferioris; & non aliàs. Et DD. aſſerentes Epiſcopum poſſe in hoc caſu diſpenſare, iterum hoc limitant, niſi beneficium fuerit collatum à Papa, quia tunc inferior nec etiam diſpenſando poſſet ſe cum tali beneficiato ingerere. *Panormit. ad d. cap. Poſtulaſtis num.10. Rebuff. num.66.Couar.& Sayr.vbi ſup. Gonzalez ad reg.8. Cancell.gloſ.54. num.22.* Suarez *num.34. Sanchez num.17. Garz.vbi ſup.num.78.* & apud eum *Lopez, Simonett. & Auila*. Idem igitur eſt dicendũ de omni beneficio, quod ſolus Papa conferre poſſit. Et vniuerſaliter idem dicendum, vbi collatio beneficij pendeat à tertio, nimirum vel ab eligente, vel à præſentante, quibus Epiſcopus non poteſt præiudicare; neque ex eo quòd aliquis excommunicatus electus fuit, & præſentatus, ſequitur, quòd electores, & præſentatores ammiſerint ius ſuum.

457 Immò licet electores, & præſentatores ſi ſcienter præſentent, vel eligant excommunicatum ſint priuati iure eligendi, vel præſentandi; nihilominùs vſquequò de hoc conſtet, & ſint declarati priuati voce, non poteſt illis fieri præiudicium, vt conferatur beneficium nulliter electo, vel præſentato; ſed nulliter electus debet de nouo eligi, vel præſentari, vel ab eo ſolo inſtitui, qui poſſit ſua electione, vel præſentatione inſtituere. Sic enim cum *Panorm.Sayr. & Ricciull.* teneant, quòd Epiſcopus nunquam poſſit diſpenſare cum excommunicato abſoluto, vt retineat beneficium, ſi ipſe ſcienter contulit illi beneficium. Hoc temperant *Suarez, Garz. & Barboſ.num.31.* vt non teneat, niſi poſtquam Epiſcopus per ſententiam fuerit priuatus iure conferendi beneficium. Itaque hæc ſit certa regula ſeruanda, vt is ſolus poſſit cum excommunicato abſoluto diſpenſare, vel vt eius electio nulla confirmetur, vel vt ipſe retineat beneficium nulliter adeptum, qui poteſt beneficium conferre independenter à tertij eligentis, vel præſentantis, vel conferentis conſenſu, vel nullitates electionum, ſeu præſentationum, & collationum ſanare.

458 Et quia vt ſuo loco dicetur, Regularium Prælati poſſũt in aliquibus caſibus inferiores Prælaturas cõferre, ideo in illis caſibus in quibus electiones ad eos deuolutę fuerint, vel in caſibus in quibus poſſunt Prælaturas, ſeu officia conferre, poterunt etiam cum excõmunicato abſoluto diſpẽſare, vel vt eius electio aliàs nulla confirmetur, ſi poſſunt nullitatem ſanare, vel vt electus obtineat, aut retineat Prælaturam, aut officium.

459 Regula nihilominùs data ſuperiùs limitatur, vt non valeat vbi excommunicatio ſit nulla. *Couar.d.§.7.nu.5. Nauar. cap.cum contingat, remed. 6.num.9.& 11. de reſcript Henriq. lib.13.cap.14.§.1. & cap.15.§.2. lit.A. Sayr.lib.2.cap.5.num.10. Suarez d.ſect.1.num.33.Vgol. Reginald. Ricciul.* quos refert, & ſequitur *Barb. nu.19.Garz. p.7. cap.13.n.13. Peyr. d.q.2.cap.5.num.10.Sanchez lib.2.opuſc. cap.2. d.10.num.9.* Ideo ſi probatum fuerit, quòd excommunicatio lata contra aliquem fuerit nulla, ſuſtinebitur collatio beneficij eidem facta, vt habetur ex *Innoc.Io.Andr. Hoſtien. Boich. in cap. dilectis, de appell.*

appell. & Panorm. cap. ita quorundam fin. de Iudæis. Gemin. conſ. 99. Card. conſ. 119. & alijs pluribus apud *Sayrum.* Cum enim nulliter excommunicatus non ſit excommunicatus, illi non obeſt excommunicatio.

460 Idem dicendum de eo, qui non verè, ſed ſolum in hominum æſtimatione ſit excommunicatus. Vnde quando aliquis putatur commiſiſſe delictum contra quod lata eſt excommunicatio, vnde putatur excommunicatus, ſed verè non eſt, eius electio, vel collatio beneficij illi facta non eſt nulla niſi apparenter, & veritate probata ſuſtinetur collatio. *Suarez num. 35.*

461 Tertiò limitatur, vt excommunicatio ſuperueniens non irritet antecedentia iura, vnde eſt quòd ſi ſuperuenit electioni non irritat electionem, & ſi ſuperueniat collationi, non irritat collationē. Vnde eſt quòd excommunicatio non vitiat, vel acceptationem bullarum, vel poſſeſſionem beneficij, ſed is cui dum non erat excommunicatus collatum fuit beneficium, etiam ſi poſtea incidat in excommunicationem, & acceptet beneficium, & immò eius poſſeſſionem capiat, valet acceptatio, & poſſeſſio quatenus tamen non præbeat nouum ius: per acceptationem enim regulariter non acquiritur nouum ius, ſed acceptatio eſt declaratio conſenſus præſtiti collationi beneficij. Poſſeſſio verò eſt potiùs quid facti, quàm quid iuris. Ideò acceptationem beneficij factam ab excommunicato non eſſe irritam dixerunt, *Couar. cap. Alma mater par. prima, §. 7. num. 4. & lib. 4. variar. cap. 16. num. 4. Nauar. cap. ſi quando excep. 10. num. 9. de reſcript. Rebuff. ad cap. poſtulaſtis num. 124. Suarez d. ſect. 1. nu. 15. & 16. Henriq. lib. 14. cap. 13. §. 3. Sayr. lib. 2. de cenſ. cap. 5. num. 11. Azor. p. 2. lib. 6. c. 7. q. 9. & lib. 7. c. 23. quæſt. 5. Lauor. cap. 16. num. 88. Gonzal ad regul. 8. Cancellar. gloſ. 58. num. 26. Barboſ.* alios referens ad illud *cap. poſtulaſtis n. 21.* Ludouic. Lopez *p. 2. c. 17. Ledeſma tit. de excomm. c. 6. dub penult.* Gomez, *Anton. Gabr Pariſ. Vgol. Trecbilla, Tolet.* quos ſequitur *Garzias, num. 35. Peyr. vbi ſup. n. 8. Donatus p. 3. tr. 5. q. 9. nu. 8. Sanch. l. 2. opuſ. c. 2. d. 10. n. 13.*

462 De poſſeſſione verò idem dicitur, quia vt habet *Panorm. in cap. veritatis, num. 42.* de dolo, & contumacia, poſſeſſio eſt potiùs quid facti, quàm quid iuris, ideò is, cui ante excommunicationem collatum eſt beneficium, ſi poſtea excommunicetur validè accipit beneficij poſſeſſionem, vt tradunt *Henriq. Sayr. Azor. Peyr. & Barboſ. num. 26. locis citatis, Garzias num. 89. Donatus par. 3. tract. 5. quæſt. 9. num. 11.*

463 Dictum verò eſt niſi per acceptationem, vel poſſeſſionem nouum ius acquiratur; quia cum excommunicatus ſit incapax acquirendi ius, ſpirituale, acceptatio tribuens nouum aliquòd ius ſi fiat ab excommunicato, eſt irrita, *Nauar. cap. ſi quando, excep. 10. num. 9. de reſcript. Rota deciſ. 5. de ſentent. excomm. in nouis, & deciſ. 8. Couar. & Sayr. Sanch. & Suar. vbi ſup.* Ideo ſi alicui præfixus eſt terminus ad acceptandum, & intra terminum ille incidit in excommunicationem, & excōmunicatus acceptat, quia tunc illa acceptatio haberet vim acquiſitionis, & excommunicatus nequit validè acquirere; ideo acceptatio illa nulla eſt, & collator poteſt alteri cōferre beneficium iuxta terminos, *cap. ſi quis abſenti, de præbend.* vt notat *Suar. n. 18.*

464 Ita vbi collatio non ſit efficax de præſenti, quia non eſt de beneficio vacante, ſed vacaturo, ſi tempore vacantiæ is cui erat collatum beneficium ſit excommunicatus, non poteſt validè acceptare beneficium; quia literæ ad beneficium vacaturum nō conferunt illud ſine noua collatione, cuius non eſt capax excommunicatus, ideo ſi beneficium acceptet in excommunicatione, & poſtea abſoluatur, non obtinet beneficium, niſi ei abſoluto conferratur. *Suarez n. 19.*

465 Quod tamen explicatione indiget, nam ſi literæ coadiutoriæ cum futura ſucceſſione datæ fuerunt in forma cōmiſſaria, prout ſit quando dantur in forma *dignum*, non intereſt, quod tempore vacationis beneficij coadiutor ſit excommunicatus, ſi tempore collationis ſit abſolutus, quia tunc cum ei confertur beneficium & acquirit ius in re non eſt excommunicatus, *Garz. vbi ſup. n. 55.* Sed vbi etiam prouiſio de futuro beneficio ſit per formam gratioſam, cum clauſula *ex nunc pro tunc*, ſi tempore vacationis beneficij impetrans ſit excommunicatus, collationem valere ex eo probatur, quòd ex vi dictæ clauſulæ *ex nunc prout ex tunc*, collatio cenſeatur facta tempore datæ literarum non verò tempore vacationis. *Caſſad. deciſ. 3. de præben. n. 15. & ex Mandoſ. conſ. 10. num. 6. Io. Paul. deciſ. 71. Garz. n. 57.*

466 Ex eo etiam, quod acceptare beneficium poteſt excommunicatus, vbi acceptatio non tribuit nouum ius, colligitur quod vbi optio ſit ſiue noui tituli acquiſitione, ſeu ſine noui beneficij collatione, ſed optio ſit tantum, quantum ad præbendam temporalem, & ſolam temporalitatem, excommunicatus validè optat. *Rota deciſ. 5. de conceſ. præb. in nouis, & 8. de ſentent. excommunicationis in antiquis Domin. in cap. fin. Franc. n. 6. de cenſ. in 6. Lauor. de elect. cap. 16. nu. 88.* & alij quos ſequitur *Garz n. 48.* qui *num* 49. hoc extendit etiam ad excommunicatum denunciatum. Vbi tamen optando mutatur titulus, vt quando portionarius optat Canonicatū, & dimidius portionarius integram portionem, vel optatur alia dignitas &c. optio facta ab excommunicato eſt nulla, quia tunc aliud beneficium obtinetur, *Rota d. deciſ. 5. Sayr. lib. 2. cap. 6. num. 13. Suar. d. ſect. 1. n. 19. Garz. & alij* apud ipſum *n. 51.* In quo caſu nihilominùs poterit excommunicatus declarare ſuam voluntatem, & acceptare optionem, ſed tenebitur expectare, vt ſit abſolutus ab excommunicatione, & tunc poterit ad optatum titulum promoueri.

467 Solùm igitur quando acceptatio non eſt iuris acquiſitio valet acceptatio beneficij facta ab excommunicato. Tunc verò acceptans nedum non facit actum nullum, ſed nec peccat, vt docent *Caiet. v. excommunicatio ad finem, Henriq. Sayrus, Suar. locis citatis.* Peccat tamen accipiendo poſſeſſionem niſi neceſſitetur ad id vel per ipſum non ſtet, quin abſoluatur, quia non poteſt accipere poſſeſſionem niſi communicando cum alijs, quod eſt ei prohibitum. Sed valida eſt poſſeſſio. *Azor. & Filinc.* apud *Peyr. d. q. 5. c. 5. n. 8. Donat. nu. 10.* Sed quia nec acceptare poteſt beneficium niſi aliquo modo communicando & exprimendo ſuum conſenſum ijs, quibus intereſt illum ſcire, dicendum eſt, quod ratione communicationis vterque peccat, ſed non ſpeciali peccato ex eo quod ſe ingerat

beneficio contra Eccleſiæ præceptum, ſed quia cõmunicat cum fidelibus, quod peccatum non eſt mortale, vt voluit Ledeſma, ſed veniale *Coiet. v. excommunicato, §. excommunicato plura ſunt illicita, Sotus 4. d. 22. q. 1. art. 4. Nau. cap. 27. num. 28. Medina in ſum. lib. 1. cap. 11. §. Suarez de cenſ. diſp. 15. ſect. 2. & alij* plures quos citat, & ſequitur *Garzias par. 7. c. 13. num. 47.*

468 Quartò quoque limitatur, vt excommunicatio lata poſt legitimam appellationem non vitiet collationem factam tempore pendentiæ appellationis, quia tunc iudex non poteſt excommunicare, cum eius iuriſdictio ſit ſuſpecta. *Couar. d. §. 7. num. 5. Rebuff. ad d. c. Poſtulaſtis num. 71. Alter. tom. 1. diſp 6. cap. 6. Riccıul. d. cap. 13. nu. 4. Barboſa vbi ſup. num. 23. Peyr. num. 10. Lauorius autem varior. elucubrat. tract. 4. c. 16. num. 87.* addit, quod ſi quis fuerit excommunicatus, et poſtea appellauerit, & poſt appellationem electus fuerit, electio valet. Et hoc probat ex *c. licet, de ſentent. excommun. & c. preterea de appellationibus.* Sed hoc non debet admitti. Quia appellatio interpoſita poſt ſententiam excommunicationis non ſuſpendit cenſuram, ſed excommunicatio valet, *cap. paſtoralis, §. verum, de appell. & cap. is cui, de ſentent. excomm. in 6. vbi DD. communiſſime idem docent.* Nec ex citatis textibus probatur Lauorij aſſertio, quia in *c. licet de ſentent. excomm. in 6.* (*in lib. 5. decretal. ſub tit. de ſent. excom. non habetur cap. licet*) eſt expreſsè ſermo de appellatione interpoſita ante ſententiam excommunicationis. Et in *cap præterea 40. de appellat.* eſt ſermo *de excommun.* lata ſub conditione infra certum tempus incurrenda, & de appellatione interpoſita ante lapſum dicti temporis. Hanc enim appellationem ſuſpendere & tollere ne incurratur excommunicatio habetur expreſsè ex dicto textu, & docent communiter DD. Sed quod excommunicatus abſolutè ſi appellet à ſententia excommunicationis lata, per hanc appellationem efugiat excommunicationem eſt contra citatos textus, & communem DD. ſenſum. Ideo ſi talis appellans eligatur, electio eſt prorſus nulla.

469 Et quintò limitatur, vbi Papa confert beneficium cum clauſula ſolita apponi in literis Apoſtolicis. *Teque à quibuſuis &c.* Papa enim vel ſuperior ad id facultatem habens, & abſoluens promotum ad effectum recipiendi, quod ſibi confertur, efficit vt collatio facta non ſit inualida. De hac autem clauſula, & quomodo nõ faueat inſordeſcentibus, & irregularibus videndi ſunt, *Rebuff. ad d. cap. Poſtulaſtis, n. 67. &c. Nauar. in cap. ita quondam not. 11. à n. 14. de Iudæis, & in manual. 27. nu. 22. Rodriq. tom. 1. ſum. cap. 29 num. Sayr. d. lib. 2. de cenſ. cap. 4. num. 6. & 12. Sanch. lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 10. num. 14. Gigas de Penſionib. q. 14. Henriq. lib. 13. c. 13. §. 3.* Rota *in Fulden. Benef. 3. April. 1604. coram Penna, Barboſ. ad d. c. Poſtulaſtis, n. 25. Garz. vbi ſup. nu. 50. Riccius. d. lib. 3. cap. 9. & alij plures ab iſtis citati.* Ex vi tamen dictæ abſolutionis non poterit excommunicatus vel miniſtrare in ſuſceptis ordinibus, vel ad alios promoueri, vel aliud beneficium obtinere, nec faciet fructus ſuos beneficij collati. *Garz. n. 65. & 66* & apud eum *Rebuff. Philiar. & Vgol.*

470 Circa verò huiuſmodi clauſulam, nonnulla alia aduertenda ſunt. Nam primò conſiderandum, quod ſi prouiſio facta ſit per formam commiſſariam, & formam *dignum*, clauſula illa operatur validitatem impetrationis literarum. Sed tamen impetrans, vt validè obtineat beneficium debet prius abſolui à commiſſario antequam fiat ei collatio, aliter collatio eſſet nulla, quia clauſula datur ad effectum, vt impetratio literarum ſit valida, *Henriq. lib. 13. c. 13. §. 3. Garz. n. 62.* Pariter 2. conſiderandum, quod licet ex *d. clauſ.* impetrans abſoluatur etiam ab excõmunicatione Bullæ Cœnæ, *Nauar. c. ita quorundam not. 11. n. 21. & ex reg. Cancel. inſordeſcentibus, Garz. n. 67.* non tamen abſoluitur ab excommunicatione incurſa ob hæreſim, vt ex *Felino, & Couar. c. Alma mater. 1. p. §. 11. n. 15.* tradit *Garz. ibid.*

471 Tertiò, quòd per illam clauſulam poſitam in literis Legati impetrans non manet abſolutus, niſi ab illis excõmunicationibus à quibus ipſe poteſt abſoluere. *Nauar. ſup. n. 18. Auila apud* Garz. *ibid. n. 68.* Niſi Legatus habeat facultatem ſpecialẽ ad hoc vt in huiuſmodi caſu, & per ſimilem clauſulam poſſit abſoluere etiam à reſeruatis Papæ, vt habere Nuncium Apoſtolicum in Hiſpania refert idem *Garz. n. 69.*

472 Quarto, quod etiam Epiſcopi poſſent vti eadem clauſula in ſuis prouiſionibus, ſed non valeret niſi pro excõmunicationibus à quibus ipſi poſſent abſoluere. *Nau. num. 18. & 22. Cuch. lib. 4. tit. 1. num. 189. Garz. n. 71.* Quintò, quod ſi aliquis excõmunicatus pro alio, impetret à Sede Apoſtolica beneficium, talis collatio non valet.

S V M M A R I V M.

1 *Excommunicatus minori non poteſt eligi. nu. 473.*
2 *Nec eligi, nec promoueri poteſt. n. 473.*
3 *Collatio eſt propriè electio. n. 473.*
4 *Excommunicatus minori validè eligitur ad beneficia ſimplicia. n. 474.*
5 *Electio ad beneficia ſimplicia non eſt ad id, quod per ſe petat recipi ſacramenta. n. 474.*
6 *Odia reſtringenda. n. 474.*
7 *Electio excommunicati minori non eſt ipſo iure irrita, ſed irritanda. n. 475.*
8 *Electus ad beneficium curatum per ſe primo eligitur ad conferenda ſacramenta, & ex conſequenti ad ſuſcipienda. n. 475.*
9 *Electio excommunicati minori facta ignoranter ex vtraque parte non eſt caſſanda. n. 476.*
10 *Eſt tamen caſſanda, ſi vel electores, vel electus habuerunt notitiam excommunicationis. n. 476.*
11 *Lex pœnalis puniens ſcientes, nõ extenditur ad ignorantes. n. 476.*

473 QVæritur trigeſimonono. An excommunicatus minori excommunicatione poſſit eligi? Reſpondetur verò eum eligi non poſſe, vt decernitur *cap. ſi celebrat vlt. de Cler. excomm.* Quod adeò verum eſt, vt eligentes ſcienter excommunicatum excommunicatione minori ſubdantur pœnis eligentium indignum, & ſint priuati pro prima vice facultate eligendi. Quia non eſt moribus, & vita cõmendabilis, qui tanquam excommunicatus eſt priuatus participatione Sacramentorum. *Gloſſa ibid.*

in

in v. ſcienter. Quamuis contrarium tenent *Panormit. ibidem num.*8. *& ex Alter. Lauor. de elect. cap.*16. *nu.* 92. Eſt autem dubium, an in eo textu prohibeatur ſola electio, vel etiam præſentatio, & collatio. Vtrãque enim partem probabilem putat *Richard. in* 4. *d.* 18. *a.* 7. *q.* 4. Sed etiam collationem comprehendi tenet *Suarez tom.*5. *in* 3. *part. diſp.*24. *ſect.*2. *num.*21. Nedum quia eſt eadem ratio de electione, & collatione, quia & per collationem deputatur beneficiatus ad ea, quæ excommunicato minori excommunicatione ſunt prohibita; ſed quia collatio eſt electio, licet enim vnus ſolus conferat beneficium, conferendo tamẽ eligit ex pluribus vnum, cui præ alijs confert beneficium. Et ità etiam in proprietate ſermonis collatio eſt electio.

474 Dubitatur autem ſecundo. An reſolutio dicti textus afficiat electionem ad beneficia ſimplicia, quibus nulla animarum cura eſt annexa. Affirmat enim *Suarez d. diſp.* 24. *ſect.*2. *num.* 25. ex eo quod quilibet dum eligitur ad beneficium, eligitur etiam vt aliquando celebret, & Sacramẽta recipiat. Sed oppoſita ſententia eſt verior. Cum enim excõmunicatio minor priuet ſolùm paſſiua receptione Sacramentorum. arg. *in cap. vlt. de prabend. Rebuff. in praxi p. c. tit. ſeculare benefic. num n.*12. *Petr. Greg. Syntag. iuris, l.*17. *cap.*13. *num.*6 aliàs verò electus ad beneficium ſimplex eligatur per ſe ad orationes, & laudes Deo perſoluendas, non verò ad aliquod, quod per ſe poſtulet receptionem alicuius Sacramẽti, vnde per ſe ex vi beneficij ſimplicis non tenetur beneficiatus recipere Sacramenta, textus verò citatus eo dicat, electionem excommunicati minori excommunicatione irritandam, quia excommunicatus eligitur ad ea, quæ illi ſunt interdicta. Ex hac ratione reſtringi debet textus deciſio iuxta legem, *Cum pater, §. dulciſſimis ff. de legat.* 2. cum ſimilibus, de quibus *Mant. de coniect. vltim. volunt. l.*6. *tit.*14. *num.*10. *Aluar. de coniectura mente defuncti. lib.*4. *cap.*4. *Molin. de primog. l.*1. *c.*5. *num.*9. Quod præcipuè in propoſito habet locum, vbi eſt ſermo de lege pœnali, & odioſa, iuxta *reg. odia, & regulam in pœnis in* 6 Et propterea dicitur excommunicatum minori excommunicatione validè eligi poſſe ad beneficia ſimplicia. *Barboſa in d. cap. ſi celebrat. n.*3. Hinc ex *Sigiſ. dub.*65. *num.* 1. deducit *Lauorius dict. cap.* 16. *num.* 91. excommunicatum minori excommunicatione poſſe eligi in Diffinitorem. Nam licet officium Diffinitoratus eſt officium curatum, vbi Diffinitores ſunt Legislatores, & habent iuriſdictionem ſpritualẽ, & integrant Capitulum Prouinciale, quod habet facultatem ligandi, & ſoluendi, & habet curam animarum excellenti modo. Tamen nõ ordinantur ad cõferenda Sacramenta, & poteſtatem ordinis exercendam.

475 Dubium tertiò eſt, an electio excommunicati minori excommunicatione ſit ipſo iure nulla, vel potiùs ſit irritanda. Nam *Couarr. in cap. alma mater §.* 8. *n.*3. *Gloſſ. in cap. fin. de Cler. excommun. Vgol. t.*3. *cap.*6. *nu.*3. *Garz. de benef. p.*7. *cap.*13. *nu.* 27. plures alios referens, affirmant irritam eſſe, quia excommunicatus eligitur ad id, quod ei interdicitur. Sed cum expreſsè textus de huiuſmodi electione dicat, quod eſt irritanda, & in materia pœnali leges non ſint extendendæ. *cap. in pœnis de reg. iur. in* 6. dicitur electionem hanc non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam. Et ad rationem in oppoſitum dicitur, quod electus ad beneficium curatum directè, & primò eligitur ad Sacramenta cõferenda, quod non eſt prohibitum excommunicato præfato; ſolùm verò minùs principaliter eligitur ad Sacramenta recipienda; quia neceſſe eſt, vt beneficiatus aliquando Sacramenta ſuſcipiat, vt poſſit ea alijs miniſtrare. Ex hoc verò minus principaliter ſpectante ad beneficiatum Pontifex ſatis indicauit, ſi electionem excommunicati huius decerneret irritandam. *Richard. in* 4. *d.* 18. *a.* 7. *quæſt.*4. *Sayr. l.*2. *cap.*22. *num.*23. *D. Anton.* 3 *p. tit.*25. *cap.*2. *§.*1. *Soto* 4. *diſp.*22. *q.*2. *a.*3. *Tolet. l.*1. *cap.*17. *Peyr dict. qu.*2. *cap.*5. *num.*22. *Sanchez l.*2. *opuſ. cap.*2. *d.*13. vbi ait, quod hæc opinio eſt probabiliſſima, vel ſaltem æquè probabilis, ac oppoſita. *Suarez d. ſect.*2. *n.*21. *Barboſ. vbi ſupra, Lauor. cap.* 16. *num.* 92. Peccant verò mortaliter tàm eligentes eligendo, quam electus conſentiẽdo, ſi ſit excommunicatus excommunicatione minori, quia facit contra canones.

476 Dubitatur quartò. An electio ignorantis ſe eſſe excommunicatum minori excommunicatione ſit irritanda; cum textus ſolùm dicat, quod ſi quis talis ſit ſcienter electus, electio ſit irritanda. Prætermiſſis opinionibus diſtinguo tres caſus. Nam vel ignorancia probabilis eſt ex vtraque parte, & in hoc caſu euidens eſt electionem hanc non eſſe caſſandam; quoniam textus cum aſſerat eſſe caſſandam electionem ſcienter factam ex hoc ſatis oſtendit, quod ſi electio fiat ignoranter non eſt caſſanda. Nam & regula generalis eſt, quod lex pœnalis puniens ſcienter agentes non extenditur ad ignorantes. *Tiraq. de pœnis temper. caſu* 14. *num.* 7. Et in hoc ſenſu hanc ſententiam tenent *Sylu. v. excomm.* 4. *nu.* 4. et alij plures citati pro hac ſententia. Nec valet reſponſio *Garz. num.* 20. quia ſcilicet ratio textus eſt vniuerſalis, & ideò comprehendit etiam caſum, vbi electio facta eſt ignoranter. Quoniam ſi hoc eſſet Pontifex non vſus fuiſſe.. *v. ſcienter.* vt benè *Syluest.* aduertit. Secundus caſus eſt, ſi ignorantia ſit ex parte electorum, non ex parte electi. Et in hoc caſu *Hoſtienſ. par.*5. *tit. de cler. excom. §. Qualiter puniantur, in fin. ver. Quid ſi alter ſcit, &c.* tenet probabiliter electionem non eſſe caſſandam. Tertius caſus eſt, vt ignorantia ſit ſolùm ex parte electi, non verò ex parte eligentium. Et in his tribus caſibus vniuerſaliter electionem nõ eſſe caſſandam, docet *Peyrin. dict. quæſt.*2 *cap.*5. *num.*23. plures citans, qui hoc non dicunt, ſed oppoſitũ. Ideò dicitur cum communi ſententia, quòd tàm in ſecundo, quàm in tertio caſu electio eſt irritanda; quia exiſtẽte ſcientia ex parte eligentium, vel electi, & multò magis ex parte vtrorumque, electus ſcienter eſt electus, & ideò talis electio eſt caſſanda. *Gloſſ. in cap. Apoſt. v. probabili de Cler. excom. Felin. in c.*2. *col.*2. *de ſimon Lopez p.*2. *cap.*17. *&* 18. *Sà v. excomm num.*33. *Auila p.*2. *cap.*6. *diſput.* 12. *dub.*4. *concl.*4. *Alter. l.*1. *diſp.*4. *cap.*2. *Vaſquez de excomm. dub.*6. *num.*12. *Tolet. l.*1. *cap.*18. *num.*2. *Reginal. l.* 32. *tr.*1. *num.*143. *Sigiſm. de Bonon. dub.*62. *nu.*3. *Garzias* plures referens *d. c.*13. *n.*27.

Con-

Conditio Nona.

Non ſuſpenſus.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſio multiplex. n.477.*
2 *Suſpenſus eſt ineligibilis.n.478.*
3 *Dubia aliqua proponuntur.nu.479.*
4 *De ſimpliciter ſuſpenſo loquuntur iura in cap. Cũ dilectus de conſuet. & cap.Cum bona.de ætat.& qualit.n.480.*
5 *Suſpenſus ab officio ex eo eſt ineligibilis, quia prohibitus exercere miniſterium non eſt ad illud eligibilis.nu.481.*
6 *Suſpenſus ab officio ineligibilis eſt ad quamcunque Prælaturam, ſeu beneficium curatum.n.482.*
7 *Suſpenſio non operatur extra fines ſuos. n.483.*
8 *Suſpenſus ab vno officio particulari eſt eligibilis ad aliud officium, à quo non eſt ſuſpenſus. numer.484.*
9 *Suſpenſus ab officio non eſt prohibitus recitare horas, vel orationes, immò eas tenetur recitare, ſi ſit beneficiatus, aut ordinatus in ſacris, numer. 484.*
10 *Suſpenſus ab officio, poteſt officijs diuinis intereſſe, & actus ordinum minorum exercere, quos laici poſſunt. n.484.*
11 *Suſpenſus ab officio videtur non prohibitus eligi ad beneficium ſimplex. n.484.*
12 *Sententia oppoſita eligitur. n.485.*
13 *Munus recitandi horas remanet in ſuſpenſo ab officio tanquam onus, non tanquam honor miniſterij.n.485.*
14 *In ſuſpenſione ab ordine determinato non habet locum, vt ſuſpenſus ab vno ordine poſſit ad alium promoueri, n.486.*
15 *Suſpenſus à minori ordine eſt ſuſpenſus à maiori. num.486.*
16 *Suſpenſus ab ordine, non eſt ſuſpenſus à iuriſdictione.num.487.*
17 *Suſpenſus ab ordine eſt ineligibilis ad beneficia requirentia vſum ordinis. n.487.*
18 *Suſpenſus ab ordine non eſt ineligibilis ad beneficia ſimplicia.nu.488.*
19 *Prima tonſura non eſt ordo.nu.488.*
20 *Suſpenſus ab ordine particulari non eſt ineligibilis ad beneficium, quod requirit ſolum vſum alterius ordinis. nu. 489.*
21 *Suſpenſus à beneficio non prohibetur eligi ad officium, quod non ſit beneficium.nu.490.*
22 *Suſpenſus à beneficio in vna Eccleſia poteſt obtinere beneficium in alia.nu.491.*
23 *Suſpenſus ab officio, non eſt ſuſpenſus à beneficio, nec econtra. n.492.*
24 *Suſpenſus à beneficio ſimpliciter eſt ineligibilis ad officium, & econtra. nu.492.*
25 *Si daretur officium, quod non eſſet beneficium, ſuſpenſus à beneficio non eſſet ſuſpenſus ab eo officio. n. 492.*
26 *Suſpenſus ſiue ſimpliciter, ſiue ab officio, ſiue à beneficio eſt ineligibilis ad beneficia, n.492.*
27 *Electio ſuſpenſi ſimpliciter eſt ipſo iure nulla. numer. 493.*
28 *Electio ſuſpenſi ab officio ad beneficium nouum non eſt ipſo iure irrita, ſed irritanda.n.493.*

477 NOna conditio eſt, vt eligendus non ſit ſuſpenſus. Quæritur autem quadrageſimo, an omnis ſuſpenſio reddat inhabilem ad hoc, vt aliquis eligatur? Eſt enim multiplex ſuſpenſio, ſi reſpiciamus miniſteria, à quibus homo ſuſpenditur. Nam alia eſt ſuſpenſio ſimpliciter, quæ hominem priuat omni Eccleſiaſtica adminiſtratione ſiue ſpirituali, ſiue temporali, alia verò eſt ex parte. Et hæc diuiditur in duas ſpecies; nam alia eſt ſuſpenſio à beneficio, & alia ab officio, illa eſt ſuſpenſio, & priuatio adminiſtrationis temporalis conuenientis alicui ratione beneficij eccleſiaſtici; vnde Clericus ſuſpenſus nedum non poteſt percipere temporales fructus beneficij, ſed nec illos adminiſtrare, nec beneficij bona locare, vel quocunque modo de decimis, vel prouentibus Eccleſiæ diſponere. Sed ſuſpenſio ab officio multiplex eſt. Nam in officio Clerici adeſt poteſtas ordinis, & poteſtas iuriſdictionis. Vnde ſuſpenſio ab officio alia eſt ſimpliciter, quæ priuat exercitio vtriuſque poteſtatis, & alia eſt ex parte, quæ priuat exercitio ordinis tantùm, vel iuriſdictionis tantùm, & vtraque ſubdiuiditur, quia alia priuat exercitio omnium ordinum, vel totius iuriſdictionis, alia priuat exercitio vnius ordinis tantùm, vel partis iuriſdictionis. Ideò valdè ampla eſt materia ſuſpenſionis, de qua agit ſatis latè *Panorm. in cap. Cum dilectus, de conſuet. n.20.*

478 His tamen diſtinctionibus prætermiſſis dicendum nunc eſt ſuſpenſum ſiue ſit ſuſpenſus ab officio tantum, ſiuè à beneficio tantum, ſiuè ab vtroque, & ſimpliciter; & ſiue ſit denunciatus ſuſpenſus, ſiue non, & ſiue ſit notorius, ſiuè occultus, & ſiue ſit ſuſpenſus à iure, ſiue ab homine, eſſe ineligibilem, ſeu prohibitum eligi ad Prælaturas Eccleſiaſticas, & beneficia. Probatur ex *cap. cum dilectus 8. conſuetud. & cap. cum bona 8. de ætat. & qualit.* & eſt communis ſententia DD.

479 Aliqua explicanda ſunt tamen dubia. Et quidem primò, quomodo ſuſpenſio ab officio impediat ab electione ad beneficium, cum ſuſpenſio ab officio non ſit ſuſpenſio à beneficio, vt docent *D. Th.4. diſp.18. quæſt.2. art.2. quæſt.3. Panormit.* & alij *in Clem. Cupientes de pœnis, & in cap. Apoſt. De except. Nauarr. cap.27. num.160. Suar. tom.5. diſp. 24. ſect.3. num.4.* & deducitur ſatis clarè ex *cap. Inter, de purgat. Canonica.* Itaque cum ſuſpenſio ab officio non ſit ſuſpenſio à beneficio, ſequi videtur vt ſuſpenſus ab officio poſſit eligi ad beneficium. Secundò, neque enim dici poteſt, quod electio ad beneficium ſit ſimul electio ad officium; quia beneficium datur propter officium, quia ad minus ſequitur, vt ſuſpenſus ab officio poſſit eligi ad beneficiũ ſimplex, cui non eſt annexũ officium aliquod exercendæ poteſtatis ordinis, aut iuriſdictionis, ſed ſolum munus dicendi officium, & orandi Deum, à quo ſuſpenſi non ſunt prohibiti. Præterea tertiò ſuſpenſus ab vno ordine tantùm, vel tantùm ab vno officio, cur non poterit eligi ad beneficium exigẽs aliũ ordinẽ, vel ad aliud officiũ ab eo, à quo ille eſt ſuſpenſus? Præterea quartò, nullus eſt textus in

quo

quo dicatur, quòd ſuſpenſus ab officio ſit inhabilis ad hoc, vt eligatur. Nam in textibus citatis eſt ſermo de ſuſpenſis ſimpliciter, nec eſt vnde dicatur ibidem eſſe ſermonem de ſuſpẽſione ab officio, quia textus vtitur verbo ſuſpenſis abſolutè, & ſine limitatione.

480 Hæc verè aliquid probant. Et incipiendo ab hoc vltimo, ſi conſideremus iura citata, ex nullo illorum colligitur, quod ſuſpenſio ex officio tantùm, vel tantùm à beneficio reddat ſuſpenſum ſimpliciter inhabilem ad electionem. In dicto enim *cap. Cum dilectus* 8. *de conſuetud.* ſic dicitur. *Quia nobis conſtitit, electionem ipſam à ſuſpenſis, & de ſuſpenſo etiam celebratam, eam iuſtitia caſſauimus exigente. Et in dicto cap. Cum bona* 8. *de ætat. & qual.* dicitur. *Et in eos fecit ſententiam ſuſpenſionis promulgari, in qua triennio permanentes quidam ex ipſis ſuſpenſi aliud beneficium eccleſiaſticum ſunt adepti, &c.* Vtrobique autem vt apparet textus loquitur de ſuſpenſo ſimpliciter, & abſolutè, at verò ſuſpenſus ſimpliciter eſt ſuſpenſus, & ab officio, & à beneficio ſimul. *Io. Andr. & Imol. in d. cap. Cum dilectus. Felin. in c. Apoſtolicæ, de except. Gloſ. v. à ſuſpenſis, Innoc. nu. 4. Panorm. n. 18. Bald. n. 13. Palud. in 4. diſp. 18. quæſt. 7. a. 3. concl. 8.* Nauar. *cap 27. num. 170. Sylueſt. ex Compoſt. v. ſuſpenſio. num. 5. Seraph. dec. 860. num. 6. Barboſ. l. 1. de iure Eccleſ. c. 19. num. 60. Sayr. de cenſ. l. 4. cap. 4. n. 2. Henriq. l. 13. de excomm. cap. 32. §. cit. Rota coram Seraph. dec. 870. Sigiſm. de Bonon. dub. 64. num. 6.* Non eſt enim ratio, vt vbi textus abſolutè aliquem ſuſpenſum decernit, hoc intelligatur determinatè, vel de ſuſpenſione ab officio tantùm, vel à beneficio tantùm, niſi aliundè ex verbis iudicis, vel iuris colligatur. Ex illis igitur textibus nequit deduci, quòd ſuſpenſus ab officio tantùm, vel tantùm à beneficio ſit ineligibilis, quia in eis eſt ſermo de ſuſpenſo ab vtroque. In cap. autem *Cum inter* 16. *de elect.* eſt ſermo de priuatione iuris ad eligendum, non verò de electione paſſiua, quamuis & ibi de ſuſpenſo ſimpliciter ſermo habeatur.

481 Ideò aliqui colligunt, ſuſpenſum ab officio eſſe ineligibilem ad aliud beneficium, ſumentes argum. ex *cap. vlt. de Cler. excomm.* vbi eo excommunicatus minori excommunicatione dicitur ineligibilis, quia nequit aliquis eligi ad id, quod prohibetur exercere. Vbi argumentum non ſumitur ex paritate rationis, quia hoc argumentum non valet in pœnalibus, ſed ex regula generali ibi explicata, & ſtatuta, quia prohibitus exercere non eſt eligibilis ad illud, quod exercere non poteſt. Modò ſuſpenſus ab officio, cum ſit prohibitus ab adminiſtratione officij non poteſt eligi ad nouum beneficium, quod ſine nouo officio non confertur. *Suarez tom. 5. diſp. 24. ſect. 3. num. 7. Sayr. l. 4. de cenſ. capit. 4. num. 6.*

482 Ex quo quidem deducitur, ſuſpenſum ab officio ſimpliciter eſſe ineligibilem ad nouum beneficium curatum, quia hoc beneficium per prius fert officium curæ animarum propter quod datur beneficium, ſuſpenſus verò ab officio ſimpliciter eſt prohibitus exercere officium curæ animarum, vnde eſt ad hoc officium ineligibilis. Et in hoc ſenſu communis ſententia euidenter vera eſt, vt ſuſpenſus ab officio ad nouum beneficium curatum, ideoque ad prælaturam annexam, ſeu beneficiũ, ſit ineligibilis.

483 Verùm vbi aliquis ſit ſuſpenſus ab aliquo officio particulari, poterit eligi ad beneficium ſuper alio officio fundatum, quòd ſuſpenſus non eſt prohibitus exercere, vt v.g. ſuſpenſus ab officio Cantoris in Collegiata, poterit eligi ad officium curæ Parochialis, quod ſuſpenſus ab officio cantoris nõ eſt prohibitus exercere. Suſpenſio enim non operatur vltra limites ſuos, & eſt pœna limitatè, & ſtrictè ſumenda. *Innoc. in d. cap. Cum dilectus de conſuet. n. 4. Panorm. in d. cap. Apoſtolicæ, de except. n. 6. Caiet. v. ſuſpenſio Armill. v. ſuſpenſ. n. 4. Nauar. c. 27. n. 60. Sayr. l. 4. c. 5. n. 27. Tabien. v. interdictum p. n. 14. §. 13. Henriq. l. 13. cap. 32. Sigiſm. de elect. dub. 64. n. 3. Suarez de cenſ. diſp. 26. ſec. 3. Sanchez l. 3. de matrim. diſp. 51. Sayr. l. 4. cap. 5. n. 16. Garz. de benef. p. 7. cap. 14. n. 58.* Et alij Quando igitur beneficium nouum habet quidem annexum officium, ſed tale à quo ſuſpenſus ab officio particulari nõ eſt ſuſpenſus tunc ab illo officio particulari ſuſpenſus non eſt inhabilis vt eligatur ad illud beneficium, cuius officium valet exercere.

484 Ideo videri poterit quod ſuſpenſus ab officio poſſit eligi ad beneficium ſimplex, cui non eſt annexum aliud officium, quàm horas aliquas ſeu orationes priuatas recitare. Quoniam ſuſpenſus ab officio non eſt prohibitus recitare, horas immò illas tenetur priuatim recitare ſi ſit ordinatus in ſacris, vel ad eas teneatur ratione beneficij *Gloſ. in cap. penul. v. priuatus, diſ. 28. Archid. ibid. num. 4. Felin. in cap. Apoſtolicæ de excep. num. 15. Fuſc. & Vgol. apud* Sayr. *lib. 4. cap. 5. num. 9.* Quia ſuſpenſio pœna eſt, quæ non fert immunitatem punito. Ideo ſuſpenſus ab officio poteſt miſſæ inſeruire, diuinis officijs intereſſe, litanias cantare, Horas cum alijs in choro pſallere, immò Epiſtolam ſine veſtibus ſacris recitare, & actum minoris ordinis exercere, & ea facere. quæ laicis permittuntur, vt ex *Panorm. cap 2. numer. 7. de Cler. excom. & cap. fin. n. 5. de exceſſib. Prælat. & Sot. 4. d. 25. q. 1. a. 3. Henr. l. 13. c. 32. §. 1. Vgol. tab. 4. c. 5. §. 3. n. 2. & 6. tradit Sayr. l. 4. cap. 5. n 24.* Cum igitur ſuſpenſus ab officio non prohibeatur hæc facere, & præcipuè non prohibeatur recitare horas Canonicas, ad quas tenetur ratione beneficij. *Nauar. de orat. cap. 7. Sayr.* vbi ſupra *num.* 10. Quando beneficium ſimplex eſt tale, vt ſecum non ferat aliud onus, & officium, quàm priuatim recitare horas, vel alias orationes, poterit ſuſpenſus ab officio eligi, præſentari, & promoueri ad beneficium ſimplex.

485 Sed nihilominùs dicitur, quòd ſicut ſuſpenſus ab officio non poteſt exercere actus ordinum minorum, vt miniſter ab Eccleſia ad illos exercendos ordinatus, Ita non poteſt vt miniſter deputatus, & beneficiatus ad hoc, recitare horas ſeu orationes. Et quidem licet ex ſuſpenſione non liberetur ab obligatione recitandi horas, quatenus hoc eſt onus illi impoſitum, tamen eſt priuatus honore publici, & Eccleſiaſtici miniſtri, vt non poſſit eas recitare, vt miniſter deputatus ad laudandum Deum, Et ideo dicitur, quod ſuſpenſus ab officio non eſt eligibilis ad beneficium ſimplex per quod deputatur ad laudandum Deum, vt Eccleſiæ officialis, & miniſter. Quia ſuſpenſus ab officio ſimpliciter eſt priuatus omni ſpirituali adminiſtratione & miniſterio. Et ideo communiter DD. docent, quòd ſuſpenſus ab officio, licet non ſit ſuſpenſus à beneficio quod habet, eſt tamen inhabi-

habilis ad nouum beneficium acquirendum *cap. per inquiſitionem, de elect.* & ibi *Gloſſ. fin. Panor. n.8. cap. cum bonæ, de ætat. & qual.* & ibi *Gloſſ v. ſuſpenſi, & Panor. num.6. Nouar. cap. 25. num. 133. Azor. par.2.lib.6.cap.7.quæſt.2. Suarez de cenſ.diſp.26. ſec.3. Sanchez lib.2.opuſ.cap.2.dub.15. Lamber. maiol. Vgol, Pariſ.* quos ſequitur *Garz. par.7. cap.14. n.1.* & alij.

486 In ſuſpenſione verò ab ordine locum omnino habere non poteſt hæc regula, vt ſuſpenſus ab vno tantùm ordine poſſit ad alium promoueri. Quia ſuſpenſus ab ordine maiori tantùm, licet non ſit ſuſpenſus à minori, tamen ad minorem non poteſt promoueri, quia minorem iam habet, non dantur enim ſuperiores ordines niſi habentibus inferiores. Suſpenſus verò à minori ordine multò magis cenſetur ſuſpenſus à maiori. *Nauar. cap. 27. n.163.* & pluribus relatis *Sayr.l.4. c.3. n.2.* Vnde ſuſpenſus ab ordine ſubdiaconatus ad nullum ordinem promoueri poteſt, Non ad minores, quos iam habet, non ad ſuperiores, quia & eſt ſuſpenſus ab illis. Sed in officio non ita res ſe habet, vel in beneficio. Et ideo ſuſpenſus ab vno officio determinatè, poteſt ad aliud eligi, & ſuſpenſus ab officio determinato poteſt eligi ad beneficium non habens annexum officium, à quo eſt ſuſpenſus ex vi ſuſpenſionis ab officio.

487 Hinc ſequitur, quòd licet ſuſpenſus ab ordine non ſit ex hoc ſuſpenſus à iuriſdictionis vſu, ſiue ſit iuriſdictio temporalis, qualis eſt iuriſdictio beneficiati ad adminiſtranda temporalia, ſiue ſit ſpiritualis, qualis eſt iuriſdictio Prælatorum ad gubernium ſpirituale ſuorum ſubditorũ ſed ſuſpenſus ab ordine habeat liberum vſum iuriſdictionis. *D.T. 4.d.18.q.2.a.2.q.3. Caiet. v. ſuſpenſio*, *Nauar. c.27. n.163. Felin. Vgol. Philiarcus, Corona Confeſ. Toletus* quos ſequitur *Sayrus l.4. c. 5. n.6.* Nihilominùs ſuſpenſus ab ordine eſt ad nouam beneficium curatum, & præcipuè ad nouas Prælaturas ineligibilis. Hoc enim eſt certum ex antedictis, ſi loquamur de beneficio habente coniunctum vſum ordinũ, & beneficia curata ſicut habent Prælaturæ quia ex regula habita ex *cap. final. de cler. excom.* Quilibet eſt inhabilis, & ineligibilis ad id, quòd eſt ſibi prohibitum exercere. Cum igitur ſuſpenſus ab ordine, ſit prohibitus vti poteſtate ordinis, ideo ſuſpenſus ab ordine abſolutè, eſt ineligibilis ad beneficium habens annexum vſum ordinis. *Peyr. in Præl. Regul. quæſt.2. cap.5 num.29.*

488 Non videtur tamen quòd suspensus ab ordine ſit ineligibilis ad beneficium non habens annexum vſum ordinis. Neque enim poteſt dici, quòd ſuspensus ab ordine, ſit ſuspensus etiam à prima tonsura; quia prima tonsura ſecundùm communẽ ſententiam Theologorum non eſt ordo, & ideo ſuſpenſio, quæ eſt pœna ad illam non extenditur. *Sayr.l.4.de cenſ.c.5.n.9. Donatus p.3.tract.5.q.15.n.8* Tum ſub quia ſub ſuſpenſione ab ordine nec venit ſuſpenſio à Cardinalatu, vel Epiſcopatu, licet multi teneant, quòd Epiſcopatus ſit propriè ordo, quia nomine ordinis in ſuſpenſione ab ordine intelligũtur 7. ordines, qui in omnium ſententia ſunt propriè ordines. Cum igitur ad beneficium ſimplex licet præſupponatur prima tonſura, nullus ordo requiratur, ſequitur quòd ſuſpenſus ab ordine tantùm non ſit incapax eligi ad beneficium ſimplex.

489 Ita ſi quis clericus eſſet ſuſpenſus ab vno ordine tantùm, licet ex hoc cenſeatur ſuſpenſus à ſusceptione aliorum ordinum, vt dictum eſt, quia tamen non eſt ſuspensus ab exercitio aliorũ ordinũ niſi exercitiũ illius ordinis ſit illi connexũ, vt ſuſpẽſus à diaconatu non poteſt celebrare, quia celebrãdo legit euangelium quod eſt munus Diaconi *Donatus vb.ſup.n.20. Layman.lib.1.trac.5. par.3.cap.1.* Sed tamen ſuspensus à Diaconatu poterit ſungi officio ſubdiaconi, ſicut Epiſcopus ſuspensus à Pontificalibus poteſt priuatim miſſam dicere ſine Epiſcopali apparatu. *Sayr l. 4. cap. 16. n. 29.* Igitur ſuspensus ab ordine particulari, non erit inhabilis ad beneficium, quod non requirit vsum illius ordinis, ſed vsum alterius ordinis requiſiti ad beneficium liberum relinquit.

490 Ita hæc regula locum habet etiam in ſuſpenſione a beneficio. Nam primò ſi detur officiũ, quod non ſit beneficium, ex vi ſuspenſionis à beneficio non prohibetur ſuspensus deputari ad officiũ quod non ſit beneficium, ex ratione iam dicta, quia ſuspenſio extra ſuos limites non extenditur.

491 Et ſimiliter vbi aliquis non ſit ſimpliciter ſuspensus à beneficio, ſed à tali, vel tali, vt habemus exemplum in *cap. Cum in cunctis 7. de elect.* in quo eligens indignum ſuſpenditur à beneficijs habitis in ea Eccleſia in cuius Prælatum indignum eligit, talis ſuspensus poteſt in alia Eccleſia beneficiam habere, & obtinere. *Panorm. d. cap. Cum in cunctis §. clerici num. 1.* & ibi *Henriq. Boic. num.13. Alter. de cenſ. tom.2. diſp.5. cap.5. Cuch. lib.4. tit. de elec num.134. Sigiſ. dub.64. num.4. Sayr. lib.4. cap.6. nu.25.* Sic igitur videnda eſt qualitas ſuſpenſionis, nec debet extendi suspenſio vltra suos limites, & suspensus poterit eligi ad officium, vel beneficiũ ad quod non se extendit suspenſio.

492 Et nihilominùs licet suspensus ab officio non censeatur suspensus à beneficio, quia cum in iure hæc ſint duæ suspenſionis species *c. quia in omnibus, de vſur. & c. fin. § fin. de cland. matr.* vbi suspenſionis ab officio ſit mentio, & de suspenſione à beneficio, *cap. cum in cunctis §. fin. de elect.* & de vtraque *cap. tunc literis, de teſtib. & atteſt. & cap.1. de ſecund. nupt.* vbi vna ex iſtis imponitur non eſt intelligenda alia, quia in pœnis, & censuris non ſit extenſio. *Reg. in pœnis, de reg. iuris in 6.* Ideo nec suspenſio ab officio eſt suspenſio à beneficio *Nauar. cap.27. num. 160. & conſ.42. num.2. de homic. Sanchez lib.3. de matrim. diſp.51. nu.12. Suarez de cenſ. diſp.26. ſect.3. Ludouic. Lopez. p.p. cap.247. Garz. de benef. p.7. cap.24. p. num. 58.* plures referens. Sicut & econtra suspensus à beneficio non eſt eo ipso suspensus ab officio *Sylu. v. ſuſpenſio q.5. n.5. Suarez de cenſ. diſp. 26. ſec.3. n.11. & diſp.27. ſec.1. n.1. Donatus d.q.15. n.11.* Nihilominùs suspensus à beneficio ſimpliciter eſt ad officium ineligibilis, ſicuti suspenſus ab officio eſt ineligibilis ad quodlibet beneficium, quia non datur officium Eccleſiaſticum ſine temporalitate, quia qui seruit altari, de altari viuere debet à cuius temporalitatis adminiſtratione suspendit suspenſio à beneficio, nec datur temporalis præbenda ſine officio, à quo manet suspensus is, qui eſt suspensus ab officio. Si tamen daretur officium ſine beneficio, vel beneficium ſine officio, suspenſio ab officio non impediret electionem ad beneficium nec econtra. Itaque ex hoc patet, quòd suspensus ſiue ſimpliciter, ſiue ab officio, ſiue à beneficio eſt

ad

ad beneficia ineligibilis,vt tenent DD. citati ſupra *num 478.& alij communiter*, licet ſuſpenſus ab vno officio tantum, vel ab vno tantum beneficio poſſit eligi ad aliud.

493 Dubium ſecundò eſt,an electio ſuſpenſi ſit ipſo iure irrita? Et quidem ſi ſuſpenſus ſit ſuſpenſus ſimpliciter tam ab officio, quàm a beneficio, electionem eius ad quodcumque officium, vel beneficium eſſe ipſo iure irritam tenent communiter DD. quia talē non poſſe eligi habetur expreſsè in iure determinatum, ſed ſuſpenſi ab officio electionem ad beneficium non eſſe ipſo iure irritam tenet *Suarez d.diſp.24.ſect.3.num.8. ex Panormit. cap. vel non eſt compoſ.de tempor. ordin.* Et ratio eſt, quia cū huiuſmodi electio eo cenſeatur inanis, quo cenſetur vitiata electio excommunicati excommunicatione minori *cap.vlt.de Cler. excomm.* quia ſcilicet electio ad illud miniſterium, quod electus eſt prohibitus exercere, non eſt ſuſtinenda, ſicut ex hac ratione electio excommunicati minori excommunicatione ibi decernitur irritanda, vnde nō eſt ipſo iure irrita; ſic multò magis ſolum irritanda erit electio ſuſpenſi, tunc cum non aliunde probatur vitioſa, quam ex ratione illius capitis. Itaque vbi ſuſpēnſi electio expreſsè non decernitur nulla in iure, ſed ſolum argumento ſumpto ex eo *cap.vlt.de Cler.excomm.* deducitur nulla, intelligenda eſt nulla non quia talis ipſo iure, ſed quia ſit irritanda, & caſſanda.

Conditio Decima.

Nec Interdictus.

S V M M A R I V M.

1 *Vt eligendus non ſit interdictus. num.494.*

494 DEcima Conditio eſt, vt eligendus non ſit interdictus.

S V M M A R I V M.

1 *Interdictus perſonaliter eſt ineligibilis. num.494.*
2 *Quia probibitus exercere diuina officia. numer. 495.*
3 *Quid veniat nomine diuini officij. n.495.*
4 *Interdictus ineligibilis ad beneficia habentia annexum ordinem ſacrum. n.496.*
5 *Item ad habentia annexum Ordinem Minorem. num.496.*
6 *Item ad beneficia ſimplicia. n.496.*
7 *Violans interdictum eſt irregularis, & ineligibilis. num.497.*
8 *Exercens in loco interdicto actum ordinis propriū eſt irregularis, & ineligibilis. n.498.*
9 *Interdictus etiam occultus eſt ineligibilis. n.498.*
10 *Ad hoc tamen vt non interdictus teneatur, vel non celebrare in aliquo loco, vel alium arcere à diuinis officijs, neceſſe eſt, quod vel locus, vel perſona ſi denunciata interdicta. n.498.*
11 *Violans interdictum ignoranter & bona fide non eſt irregularis. n.499.*
12 *Violans interdictum ſed non grauiter, non eſt irregullaris. n.499.*
13 *Irregularitas non ſe extendit ad eos, qui faciunt, vel permittunt celebrare in loco interdicto, ſed ad celebrantes. n.500.*
14 *Electio violatoris interdicti eſt ipſo iure nulla. num.501.*
15 *Ineligibilitas eſt pœna afficiens violatores interdicti idependenter ab irregularitate, & ideo afficiens etiam Moniales in loco interdicto diuina celebrantes. n.502.*

494 QVæritur autem quadrageſimoprimò. Qualiter interdictum priuet iure paſſiuæ electionis. Eſt verò interdictum duplex ſcilicet perſonale generale, aut ſpeciale, & locale. Dicitur igitur, quod omnis interdictus perſonaliter ſiue interdicto generali, ſiue ſpeciali, & ſiue à iure, ſiue ab homine, & ſiue manifeſtus, ſiue occultus eſt ineligibilis. Pro hac concluſione non inuenio textū expreſſum. *Peyr.* quidem *in Præl.Reg.q.2.c.5.n.38.& Donat.in praxi par.3.tract 5.q.18.num.1.* adducunt *text cap.1. de poſtul.prælat.& cap.cum inter n.16.de elect.& cap. tanta,vlt.de exceſſibus Prel.ſed in d. cap.1. & vltimo* eſt ſermo de violantibus interdictum, & in *d.capit. Cum inter de elect.* reprobatur electio facta ab interdictis, nō verò eſt ſermo de electione eius, qui fuerit interdictus, & ſic ex eo textu probatur, quod interdictus non poteſt eligere, non verò quod non poſſit eligi. Et ex alijs teſtibus probatur, quod non ſeruans interdictum eſt ineligibilis, ſed non probatur, quod inelig bilis ſit interdictus, qui interdictum obſeruat.

495 Nihilominus ſententia communis eſt, interdictum non poſſe eligi, prout docuerunt *Sylu. v.electio, q.14.Tabien.num.17, Angel.num.23. Azor. par.2.lib.6.cap.14.qu.9. Mirand.tom.2.qu.23. art.11. concl.5.Toloſ.de elect.cap.9.num.19.Sigiſm.de Bonon. dub.65.num.1. P.Greg.de elect.cap 9.num 19.Peyr.& Donatus vbi ſupra.* Et probari poteſt ex regula ſupra poſita, quia prohibitus exercere ea, quæ pertinent ad officium, eſt ad officium ineligibilis, *arg. cap.vlt.de Cler. excommunic.* At verò interdictus eſt prohibitus exercere officia diuina. Nomine verò officiorum diuinorum veniunt omnia miniſteria, quæ cuicumq; ordini ſacro deputata ſunt, vt Subdiacono prohibetur ne ſolemniter cantet Epiſtolā cum manipulo, Diacono ne cantet Euangelium, Sacerdoti ne celebret miſſam, aut officiet horas in choro, Epiſcopo ne conferat ordines etiam Minores, conſecret Abbates, Virgines, aras, calices, quia hæc omnia inter officia diuina numerantur, *Anchar.cap.fin.de ſcntent.excomm. in 6. Palud. 4. d. 18. q.8.art.4.§.Quantum ad 17.D.Anton.3.p.tit.27. c.4. Sylu.v.interd.4.Tabien.ibid.Sotus in 4.d.22.q.3.ar.1. concl.4.Mart.de Ledeſm.2.4.q.26.n.2. Nauar.cap.27. num.171.* & quam plures alij, quos refert *Sayrus lib.5.cap.5.num.4.*

596 Et hæc ratio primò nedum probat, quòd interdictus ſit ineligibilis ad Prælaturam,& ad beneficium, vel officium habens annexum ordinem ſacrum; ſed valet etiam quantum ad ordinatos minoribus ordinibus, quia Clerici interdicti, vel in loco interdicto, nec etiam poſſunt ex officio exercere actus talium ordinum ſine peccato, vt ex *Sylu.*

probat *Suarez tom.5.in 3.par.diſp.34.ſect.4. num. 9.* & ideo interdictus cum non poſſit exercere actus ordinum minorum, vt ſunt proprij illorum, non poteſt promoueri ad ordines minores, nec ad beneficia habentia illos annexa. Verùm quomodo probetur, quod interdictus non poſſit eligi ad beneficia ſimplicia non tam facile apparet; cum huiuſmodi beneficia ſolum primam tonſuram requirant, nec habeant actum ordinis ſibi proprium, nec inconueniens ſit, quòd interdictus recitet priuatim horas ratione beneficij, quod poſſidet, immò ad illas recitandum tenetur, & ſi non recitat, non facit fructus ſuos, *Syluest.ver.interdictum 5. q. 5. Nauar. cap.27.num.175. Sayrus lib.5.cap.5.n.10.* Nihilominùs dicitur, quòd interdictus eſt inhabilis ad beneficia ſimplicia; quia licet interdicto non ſit prohibitum recitare priuatim horas diuinas, immò teneatur illas recitare, ſi alias ad id tenetur ratione beneficij, vel ordinis; hoc illi conuenit, vel quatenus eſt priuatus actus, vel quatenus eſt onus ſibi impoſitum, non tamen quatenus eſt munus Clericale, & Eccleſiaſticum officium, & miniſterium quoddam publicum, & actus miniſtri ad hoc deputati; ideo interdictus cum ſit prohibitus à diuinis officijs, vt ſunt munera publica, & actus miniſtri Eccleſiaſtici ad ea deputati, eſt ineligibilis ad quodlibet beneficium Eccleſiaſticum, cum per quodlibet beneficium etiam ſimplex deputetur miniſter ad diuina perſoluenda.

497 Dicitur verò ſecundò, & illum omnem eſſe ineligibilem ad beneficia & Prælaturas, qui interdictum, vel perſonale, vel locale violauerit, ſiue is ſit vir, ſiue mulier, ſiue ſit clericus ſecularis, ſiue Regularis, ſiue Religioſa Monialis. De eo, qui ſcienter celebrauit in loco interdicto habetur hoc expreſſum in *cap. is qui* 8.§.2. *de ſentent. excomm. in 6.* & vniuerſaliter deducitur ex *d.cap.1. de poſtulat. & cap. vlt. de exceſſibus Prælatorum, & ex cap. Epiſcoporum de priuilegys in 6.* Vnde eſt compertum clericum ſiue ſecularem, ſiue Regularem, tempore interdicti violantem interdictum per exercitium actus proprij ſui ordinis, & eo modo quo non poteſt à laicis exerceri eſſe irregularem, & inelligibilem ad beneficia & Prælaturas Eccleſiaſticas, *Panorm.in cap. Poſtulaſtis de cler.excommun.num.5. Conar. in cap. Alma matre, par.2.§.2.num.2. Nauar.cap.27. num.187. Soto in 4.d.22 q.3.art.1.concl.6. Syln. v. electio 1.num.15. Richard.in 4.d.11.art.4.q.1. Suarez. tom. 5. in 3. par. diſp.34.ſect.4.nu.14. Henriq.lib.13.cap.46 §. 3. Sayr. de cenſur.lib.5.cap.13. num. 9. Sigiſg.de elect dub.65. num.2. Peyr.in Præl.Regul.q.2.t.5.nu. 40. Donatus d. tract. 5. q. 18.*

498 Bene tamen monet *Suarez*, quod nunc ob extrauagantem *ad euitanda*, locum nominatim debere eſſe denunciatum interdictũ, ad hoc vt teneantur ij, qui nõ sũt interdicti ſeruare interdictũ, & à diuinis officijs in loco illo abſtinere. Et in hoc diſcrimẽ eſt, quia in interdicto perſonali, quilibet qui ſit interdictus etiã occultus, tenetur in conſcientia interdictum ſeruare iuxta ea, quæ ſupra de excommunicato occulto dicta ſunt. Sed in interdicto locali, vel etiam quantùm ad non communicandum in diuinis officijs cum interdictis, nõ eſt in clericis obligatio, vel ad abſtinendum à ſacris officijs in aliquo loco, vel ad excludẽdum aliquos ab eiſdem officijs diuinis niſi locus, vel perſonæ ſint nominatim denunciatæ interdictæ.

499 Et in *d.cap.is qui*, expreſsè eſt ſermo de eo, qui ſcienter violat interdictum celebrando in loco interdicto. vnde certũ eſt, quòd nedum ignorantia probabilis, ſed bona fides, etiam adiuncta aliqua negligentia culpabili, dummodo non ſit ignorantia affectata excuſat ab hac irregularitate, & inhabilitate, *Suarez num.15.* Qui etiam *num.16.* aduertit non incurri hanc irregularitatem, niſi ob violationem talem, quæ ſit culpa mortalis, cum ſit pœna grauiſſima.

500 Cum verò *Maiolus l. 3. de irreg.* extendat hanc irregularitatem ad facientem celebrare in loco interdicto, & ad ſuperiorem hoc permittentem. Non admittitur, quia nec in *d.cap.is qui*, nec in alijs citatis ſit mentio de facientibus celebrare in loco interdicto. Solũ in *d.c.Epiſcoporũ*, de his ſit mentio; ſed ibi nõ imponitur pœna irregularitatis, ſed pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſię, & hæc pœna non eſt propria clericorum, ſeu Religioſorum, ſed etiã laicos comprehendit; irregularitas verò, de qua eſt ſermo in *cap.is qui*, eſt propria eorum, qui celebrant, in loco interdicto, non verò eorum, qui faciunt celebrare, *Suarez num. 17.*

501 Ex eo etiam quod in *d. cap. is qui*, de hoc celebrante in loco interdicto dicitur, quòd ſit ineligibilis, & in *cap.1.de poſtul. prælat.* violator interdicti excluditur à poſtulatione tanquam perſona indigna, ſequitur quod electio violatoris interdicti tanquam electio perſonæ ineligibilis & indignæ, ſit ipſo iure reprobata, *Suarez n. 16.*

502 Eſt verò conſiderandum, violatorem interdicti eſſe quidem irregularem, ſed priuationem actiuæ, & paſſiuæ electionis latam contra illum eſſe independentem ab irregularitate, eſt enim ſpecialiter lata contra tale delictum, & ideo illam incurrunt nedum clerici capaces irregularitatis, ſed etiam Moniales, *Nauar.ex Cald. cap. 27. num. 187. Suarez d.num 16.* quæ & ipſe ſi violent interdictum officia diuina celebrantes, quæ non poſſunt celebrare ſunt ineligibiles.

Conditio Vndecima.

Non Irregularis.

S V M M A R I V M.

1 *Quod eligendus non ſit irregularis. num. 503.*

503 VNdecima conditio eſt, vt eligendus non ſit irregularis.

S V M M A R I V M.

1 *Nullus textus datur in quo expreſsè decernatur quod omnis irregularis ad nullum beneficium eligi poſſit. num. 504.*
2 *Irregularis prohibetur eligi ad beneficium, quia eſt impeditus ab vſu ordinum. n. 505.*
3 *Prohibitus ab vno eſt prohibitus ab annexo. numer. 505.*
4 *Prohibitus ab exercitio officij eſt prohibitus elig ad officium. num. 505.*

5 *Be-*

5 *Beneficia vel ordinem ſupponunt, vel ad illum ordinantur. n.506.*
6 *Beneficia non admittunt in ſubiecto impedimentum canonicum ad ordines. n.506.*
7 *Irregularitas primario impedit ab ordinum miniſterio, & ſecundo à receptione beneficiorum. numer.506.*
8 *Aliqui cenſent irregularitatem impedire etiam receptionem penſionum. n.507.*
9 *Irregularitas partialis incurſa ſine culpa poſt ſuſceptum ordinem non impedit à ſuſceptione beneficiorum non requirentium exercitium ordinis, à quo quis eſt impeditus. n.508.*
10 *Aliqua irregularitas incurſa ſine culpa impedit ab electione ad beneficia. n.508.*
11 *Impeditus & irregularis à ſola Epiſcopatu poteſt eligi ad inferiorem prælaturam. n.509.*

505 QVæritur autem quadrageſimoſecundò. Quo iure irregularis ſit ineligibilis? Reſpondetur plures textus ad hoc probandum adduci, in quibus tamen expreſsè non habetur, quòd irregularis non ſit eligibiiis. Adducitur ſiquidem *cap. cum bonæ 8. de ætat. & qualit.* vbi textus non de irregularibus, ſed de declaratis ſuſpenſis loquitur, ibi, *In eos fecit ſententiam ſuſpenſionis promulgari*. Adducitur 2. *cap. ex literis 2. de Cleric. non ordin.* Sed præterquã quod ibi eſt ſermo de caſu particulari eius, qui cum eſſet ſolùm ordinatus in Diaconum, auſus fuit celebrare, non conſtat an ibi ſit ſermo de beneficio obtinendo, vel potiùs de obtento, & an illa fuerit propriè diſpenſatio. Tertiò adducitur, *cap. cum inter n.16. de electione*, ſed ibi non de irregularibus, ſed de ſuſpenſis eſt ſermo, ibi, *quod electio facta fuerit à ſuſpenſis*. Quartò adducitur *cap. Poſtulaſtis 7. de Clerico excommunicato*, ſed ibi textus expreſsè loquitur non de irregulari, ſed de excommunicato, ibi, *& Clericis excommunicationis vinculo innodatis, Eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt*. Quintò adducitur, *cap. ſi celebrat. vltim. de cleric. excommunicato*, ſed & ibi textus expreſsè loquitur de excommunicato minori excommunicatione, ibi, *Si celebrat minori excommunicatione ligatus*. Magis ad rem videtur eſſe *cap. Ludum 22. de elect.* vbi decernitur, *quod ſi conſtaret, quod Præpoſitus Sancti Georgij electionis tempore pateretur, vel in ordinibus, vel in ſcientia, vel in ætate defectum, qui eum iuxta canonum ſanctiones impediret ad huiuſmodi officium promoueri*, eius electio caſſaretur. Ex hoc enim habetur, quod qui patitur defectum in ordinibus, impeditur, ne ad beneficium promoueatur. Verùm, neque ex hoc textu habetur, quod omnis defectus in ordinibus impediat, neque quod defectus in ordinibus impediat promotionem ad quodcumque beneficium, cum ibi in ſpecie ſermo ſit de beneficio tali, ſcilicet de Præpoſitura, & textus ad hoc vt caſſetur illa electio, requirat defectum non qualemcumque, ſed in ordinibus, vel in ſcientia, vel in ætate, quæ ſunt requiſita, *c. cum in cunctis 7. de elec.* & inſuper defectum irregularitatis talem, qui impediat promotionem ad beneficium huiuſmodi ſcilicet ad præpoſituram, vnde potiùs indicat nõ omnem defectum in ordine impedire promotionem ad officium Præpoſituræ. Adduci etiam ſolet, *cap. Henricus 2. de cler. pugnant. in duello*. Quoniam ibi dicitur poſſe diſpenſari cum illo Henrico, vt obtineat beneficium. Verum & ibi eſt ſermo in caſu particulari eius, qui per ſicarium occiderat inimicum. Non valet verò conſequentia ab irregularitate contracta per homicidium voluntarium ad alias inferrendas irregularitates. Nam & Concil. Trident. ſeſſ.14. cap.7. de reform. decernit vt homicidæ voluntario nullum Eccleſiaſticum beneficium conferri liceat, ſed omni beneficio etiam ſimplici perpetuò careat; cum tamen cum eo, qui homicidium caſuale committit non ita loquatur, ſed illum poſſe ad beneficia diſpenſari permittat. Sic & ſeſſ.24. cap.6. de reform. concedens Epiſcopo facultatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus occultis excipit illam, quæ eſt ex homicidio voluntario. Canones enim meritò ſummè abominati ſunt homicidium voluntarium; vnde non valet ex eo quod voluerunt homicidam eſſe inhabilem ad beneficia, deducere quod etiam ad beneficia ſit inhabilis omnis irregularis. Et certè textus hanc vniuerſalitatem non exprimit. Vnde non eſt in iure textus expreſſus, in quo decernatur, quòd omnis irregularis ſit inhabilis ad quæcumque beneficia.

506 Sed videamus, an per conſequentiã hoc deducatur. Nã primò deduci videtur ex eo quòd qui eſt prohibitus ab vno, eſt prohibitus ab eo, quod ei eſt annexum, *cap. translato, de Conſtit.* & facit *Gloſſ. in cap. ſtudeat, ver. vt tale beneficium. diſt.50.* & item non valet electio eius, quod eligitur ad munus tale, à quo exercendo à ſacris Canonibus prohibetur, *cap. final. de cler. excommun.* At verò irregularis eſt priuatus ſuſceptione, & exercitio ordinum, cui exercitio annexum eſt beneficium, quia beneficium datur propter officium Clericale, *cap. vltim. de reſcript. in 6.* Non eſt igitur eligendus ad beneficium, qui eſt irregularis. Itaque hæc eſt vis argumenti. Irregularis eſt impeditus ab exercitio ordinum, & ab illorum ſuſceptione; igitur eſt impeditus eligi ad beneficium. Hæc verò ratio bene primò probat irregularitatem impedire, ne quis eligatur ad beneficia curata, quæ quidem ſupponunt in beneficiato facultatem conficiendi, & miniſtrandi Sacramenta, quæ eſt poteſtas ordinis. Similiter probat quod irregularis non debet eligi ad ea beneficia, quæ ſupponunt aliquem ordinem, vel liberum exercitium ordinis. Ideo irregularis non debet eligi ad Prælaturas Regulares, quia Prælatura importat officium paſtorale proprij Sacerdotis, & miniſtri Sacramentorum. Sed ex hoc non videtur probari inhabilitas ad beneficia purè ſimplicia, quibus nullus ordo eſt annexus; ſed ſola obligatio recitandi aliquas priuatas orationes, quod facere poſſunt etiam ſeculares. Sed dicitur beneficia omnia dari intuitu ordinum, & in ordine ad illos nimirum, vt præuiæ quædam præparationes ad illos, vt beneficiati ex hoc diſponantur ad ordines ſuſcipiendos; vnde eſt, quòd beneficia non dantur, niſi habenti primam tonſuram tanquam diſpoſitionem ad ordines ſuſcipiendos; ideò dicitur irregularem, qui eſt impeditus ne ordines poſſit ſuſcipere, eſſe etiam impeditum ne poſſit beneficia obtinere. Quamuis igitur beneficia omnia non ſupponant ordinem, tamen neque admittunt impedimentum canonicum ad ordines ſuſcipiẽdos, & adminiſtrandum in illis;

ideò meritò Doctores communiter docent, irregularem eſſe impeditum, ne eligatur ad aliquod beneficium etiam ſimplex.

506 Dicitur igitur, quòd irregularitas directè, & primò priuat, & impedit à ſuſcipiendis ordinibus, & eorum vſu, & exercitio. ex conſequenti verò, & ſecundariò impedit à receptione, & collatione cuiuſcumque beneficij etiam ſimplicis. Quoniam beneficium ſupponit, vel liberam facultatem miniſtrandi in aliquo ordine, vel ſaltem non incapacitatem, aut non impedimentum canonicum ad ordines ſuſcipiendos, & ad miniſtrandum in illis. *Dinus in reg. 1. de reg. iuris in 6. Innoc. in cap. Cum noſtris, de conceſſ. prabend. Felin. in capit. 2. de reſcript. Lamber. de iure patronat. l. 2. p. 1. quaſt. 9. nu. 4. Pariſ. conſ. 136. num. 40. l. 4. Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſ. num. 226. Nau. cap. 27. numer. 151. v. 7. & conſil. 35. num. 2. de ſimon. Couarr. in reg. peccatum, de reg. iur. p. 2. §. 8. num. 6. & in cap. Alma mater, p. 1. §. 7. num. 1. de ſent. excomm. in 6. Corduba de caſib. conſcientia qu. 41. Lopez p. 2. cap. 93. §. vtrumque. Zerula in praxi p. 2. v. irregularitas dub. 4. & 8. Greg. de Valent. tom. 4. diſp. 7. quaſt. 15. par. 2. §. 5. Henriqu. lib. 14. cap. 2. §. 5. Sayr. l. 6. de cenſ. cap. 2. num. 21. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 67. num. 2. Suarez tom. 5. in 3. part. diſp. 40. ſect. 2. num. 36. & tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 4. num. 24. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 7. quaſt. 2. Leſſ. lib. 2. c. 64. num. 120. Coniach. diſp. 18. dub. 1. num. 6. Filliucc. tr. 19. cap. 3. quaſt. 8. num 86. Garz. de beneſic. p. 7. cap. 12. n. 2. Gutter. lib. cap. 5. n. 92. Barboſa ad d. cap. Dudum 23. de elect. n. 6.*

507 Extendunt verò hoc aliqui, etiam vt irregularis non poſſit habere penſiones. Ita ex *Nauar. conſ. 35. de ſimon. & Thoma Zerula in praxi v. irregular. dub. 8. Sayr. loco citato num. 22. fin.* addens ex eodem *Zerula* ſic ſeruari de ſtylo curiæ, & Rotam ſic decidiſſe.

508 Limitant autem econtra, vt irregularitas partialis, quæ non impedit ab vſu omnium ordinum, ſed alicuius, aut aliquorum ordinum tantùm, ſi ſit incurſa poſt ſuſceptum ordinem ſine culpa, impediat quidem à beneficio requirente exercitium ordinis à quo ille eſt impeditus, non verò à beneficio talem ordinem non exigente, vt puta à beneficio ſimplici. *arg. cap. 2. de elect. agrot. Nauarr. cap. 27. num. 252. Vgold. & Philiar. apud Sayr. vbi ſup. n. 23. Valentia vbi ſupra. Suarez de cenſ. diſp. 40. ſect. 2. numer. 38. & tom. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. cap. 4. n. 24. Leſſius vbi ſupra. Auil. de cenſ. p. 5. diſp. 2. dub. 9. concl. 3. Garzia de benef. p. 7. cap. 12. nu. 19. Sigiſm. de elect. dub. 67. num. 1.* Neque tamen aſſeritur, quod omnis irregularitas, quæ incurritur ſine culpa non impediat ab adeptione beneficij, vt benè *Nauar.* aduertit. Sed hoc proprium eſt irregularitatis partialis incurſæ ſine culpa poſt ſuſceptum ordinem, quæ naſcitur ex defectu ad vſum vnius ordinis, vt non impediat dare beneficium non requirens maiorem ordinem.

509 Sed quid ſi aliquis ſolum ſit irregularis partialiter, & impeditus à ſolo Epiſcopatu, ſcilicet ab Epiſcopali conſecratione obtinenda: talis erit nè impeditus à Prælatura regulari, quæ habet annexam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem? Reſpondetur eam irregularitatem nec eſſe propriè irregularitatem, ſed inhabilitatem ad munus Epiſcopale, quæ reddit directè inhabilem ad Epiſcopalem conſecrationem, non impedire verò electionem ad Prælaturam regularem, quæ non eſt Epiſcopatus, quia pœna vltra rigorem verborum non eſt extendenda. *Suarez d. tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 4. nu. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Irregularis electionem eſſe ipſo iure nullam aliqui affirmant. num. 510.*
2 *Nullus datur textus, in quo id expreſſè determinetur. num. 511.*
3 *Electio irregularis non eſt ipſo iure nulla. numero 511.*
4 *Irregularis per ſe non eſt incapax beneficij. n. 511.*
5 *Irregularis non priuatur beneficijs antea acquiſitis. num. 511.*
6 *Prohibitio electionis alicuius nō irritat electionem, niſi contineat decretum irritans. nu. 511.*
7 *Cum irregularitas incurratur ſine culpa, non incurritur, niſi in caſibus in iure expreſſis. num. 512.*
8 *Irregularitas non habet alios effectus, quàm in iure expreſſos. num. 512.*
9 *Ex regula, prohibitus exercere actus officij eſt prohibitus eligi ad officium, non deducitur, quod eius electio ſit irrita, ſed quod ſit irritanda. nu. 513.*
10 *Non eſt neceſſe, quod electus ad beneficium ſtatim poſſit exercere ordines. nu. 514.*
11 *Electio irregularis eſt caſſanda. nu. 515.*
12 *Opinio non ex numero opinantium, ſed ex pondere rationum menſuranda. nu. 516.*
13 *Vbi lex clamat prohibitum non eſſe irritum, niſi expreſſè irritum decernatur, non eſt habendum pro irrito, ſi deeſt decretum irritans. num. 516.*
14 *Vſus ex priuata opinione manans non facit legem. num. 516.*
15 *Ille vſus præſumendus, qui eſt iuri conformior. num. 516.*
16 *Lex pœnalis licet ſit fauor communitatis eſt ſtrictè interpretanda. n. 516.*
17 *Non omnis defectus occultus ſemper vitiat gratiam. num. 516.*
18 *Pontifex in collatione beneficiorum non diſpenſat ab irregularitate, ſicut abſoluit à cenſuris, quia collatio beneficij facta irregulari non eſt ipſo iure irrita. num. 517.*
19 *Promotio ad beneficia in Cathedralibus, & Collegiatis ſi fiat de irregulari eſt irrita. nu. 518.*
20 *Irregularis non tenetur in conſcientia dimittere beneficium obtentum. num. 519.*
21 *Ad hoc vt illud licitè retineat ſufficit, quod diſpenſetur ſuper irregularitate. nu. 519.*
22 *Tenetur quàm primum petere diſpenſationem. numero 519.*
23 *In foro externo ſi ad illud deducatur irregularitas, priuabitur beneficio in irregularitate recepto. numero 519.*

510 QVæritur quadrageſimo tertiò. An irregularis electio ſit ipſo iure nulla? Affirmant enim Doctores ſupra citati. Verum licet non detur textus in quo expreſſè ſtatuatur, vt omnis irregularis ſit inhabilis ad quodcunque beneficium, immo benè inſpicienti citatos textus, neque ex illis expreſsè habeatur, niſi quod aliqui irregulares prohibiti ſūt habere beneficium, non verò, quod beneficij collatio ſit ipſo iure nulla; nihilominus eadem pars, &

aller-

aſſertio affirmans probatur. Tum quia hæc eſt communis ſententia. Tum quia licet iura hoc expreſſè non declarent, tamen hunc ſenſum habere poſſunt, qui licet ſit rigoroſus, tamen vſus interpretari potuit hunc eſſe ſenſum canonum, & veriſimile eſt vſū cōmunem eſſe iuxta communem ſententiam. Tum tertiò, quia alias irregularitas eſt odioſiſſima ſacris Canonibus, ergo veriſimile eſt, quod iura voluerint irregularitatem impedire ne acquirerentur beneficia, quæ Clericorum ſunt propria. Et eò magis quod hic eſt fauor Eccleſiæ, licet ſit pœna particularis perſonæ. Quartò ex defectu voluntatis in eligentibus, vel conferentibus beneficia, qui ad ea non eligerent, ſi irregularitatem eligendi notam haberent.

511 Sed hæc nimia debilia ſunt ſpectatis certis principijs iuris, vt præualeant rationibus ſententiæ oppoſitæ, licet minùs communis. Nam ex natura rei, & ſpectata inſtitutione irregularitatis, per ſe irregularis nō eſt incapax beneficij. Tum quia habere beneficiū non eſt exercere actum ordinis; tum quia de facto irregularis non priuatur beneficijs priùs acquiſitis, vnde beneficij retentio ſtat ſimul cum irregularitate. Alias verò nullū eſt reperire ius quod expreſſè irritet irregularis electionē, ſeu collationē beneficij. Nō eſt verò ſufficiens, quod iura prohibeant conferri beneficium irregulari, ad hoc vt collatio ſit ipſo iure nulla. Nam requiritur, vt prohibitio habeat annexum decretum irritans, prout ex profeſſo prbatum eſt ſupra cap. 9. quæſt. 1. & expreſsè decernitur *in cap. ſi ſoli. 6. de conceſ. prabend. in 6.* ibi. *Si ſoli Ordinario pro ſe beneficiando executori nō dato, vel Ordinario, & executori (vt eum faciendum quod mandatur compellat) aut ſoli executori (vt tibi faciat de canonicatu, & præbenda, vel alio beneficio in certa Eccleſia, Diœceſi, ſeu Prouincia prouideri) mandatum Apoſtolicum ſit directum, per talem præſentationem mandati Ordinario ipſi factam, licet ſi contrafaciat, puniendus exiſtat; ei tamen poteſtas ſic non adimitur conferendi, quia valeat alteri facta collatio ab eodem. Niſi nos in gratia tibi facta decreuiſſemus irritum, & inane, quod fieret contra ipſum, &c.* Clarè enim hic textus decernit, quod prohibitio faciendi, & præcipuè conferendi beneficium non irritat factū, niſi ſit munita decreto irritanti. Ideò hæc eſt praxis Cancellariæ, & Secretariæ Apoſtolicæ, vt cum Pontifex vult irritare actus, nedum illos prohibeat. ſed factos contra prohibitionem irritos decernat, & nullos. Eſto igitur iura prohibeant expreſſè (quod tamen neque eſt verum de omni irregularitate, quoniam in iuribus citatis, ſolum irregulares ob homicidium expreſſè nominantur) ne irregularibus conferantur beneficia, nō inde deduci poteſt, quod collatio ipſa ſit ipſo iure nulla: cum immò conſtet irregularem ipſo iure non manere priuatum obtento beneficio ante irregularitatem, nec habeatur textus expreſſè decernens collationem beneficij eſſe ipſo iure nullam.

512 Nam ex vna parte irregularitas eſt grauiſſima pœna, & ex alia incurritur ſæpiſſimè ſine culpa, ex naturali defectu, vt benè ponderat Syluest. loco infra citando; propterea hoc eſt iuris axioma, vt nunquam incurratur irregularitas, niſi in caſibus in iure expreſſis. Eadem igitur ratione non debet irregularitati tribui effectus, qui in iure non exprimitur, in iure verò nullus eſt textus exprimens, quod irregularitas irritet ipſo facto collationem beneficij.

513 Tertiò, quia præcipuū principium ex quo deducitur, quod irregularis non poſſit promoueri ad beneficia eſt regula illa, quæ habetur *cap. final. de Cler. excomm.* Quia ſcilicet prohibitus exercere actum alicuius officij eſt ſimul prohibitus eligi ad illud officium, ex quo principio textus ille colligit, excommunicatum minori excommunicatione non debere eligi. Sed hæc ratio, vt expreſſè habetur in eodem textu, & probatum eſt ſupra, non probat, niſi quod electio excommunicati minori excōmunicatione ſit caſſanda, igitur ex eodem principio, & ratione non colligitur, niſi quod electio irregularis eſt caſſanda, non vero quod ipſo facto ſit irrita, vel nulla.

514 Quartò, quia non eſt neceſſe, vt electus ad officium, & beneficium etiam curatum ſtatim ipſo facto poſſit exercere actū ordinis; quia immò electus ad beneficiū curatum habet tempus vnius anni ad hoc, vt ordinetur in Sacerdotem, & Epiſcopus habet tempus trium menſium, vt conſecretur. Aliaque beneficia ſacrum Ordinem requirentia conferuntur non ordinatis cum obligatione, vt intra tempus à iure ſtatutum ordinentur. Conſtat igitur, quod in his caſibus irregularitas ista partialis non reddit collationem beneficij nullā; & eadem ratione cum irregularitas ſit diſpenſabilis, & ad differētiam cenſurarum incurratur etiam ſine culpa, rationabiliter iura non irritarunt electionem irregularis, qui ſolum per accidens, & etiam ſine culpa ſæpè impeditur à beneficio, vt maneat ei facultas impetrandi diſpenſationem ab irregularitate, vnde licitè poſſit, & in ordinibus miniſtrare, & beneficij functiones peragere.

515 Ideò quod irregularis electio ſit quidem caſſanda, non ſit verò ipſo iure irrita, docuerunt *Innoc. in cap. 6. de conceſſ. preb. & ex Gloſſ. Raymund. Syln. v. excommunicatio 4. nu. 4. Nicolaus Plouius regula 44. num. 39 & 40. Felin. cap. Inquiſitionis, de accuſat. num. 6. & 8.* vbi interpretatur in hoc ſenſu doctrinam Innocentij pro contraria parte citati, & citat etiam Calderinū. Idem tenent *Anchar. & Franc.* quos referunt *Garz. de benef. p. 7. cap. 11. num. 2. & Barboſa cap. dudum 22. de electione. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 5. cap. 5. num. 3. Bauny. de irregular. q. 2. & 5. Diana par. 4. tr. 2. reſol. 79. Pulaus par. 6. diſp. 6. de cenſur. quæſt. 5. num. 7. Hurtado diſp. 1. de irregular. diff. 5. num 21.* quem refert *Leander de S. Sacram. de irreg. diſp. 3. quæſt. 12.* vbi etiam ait, quod in rigore iuris, & in foro conſcientiæ hæc ſententia eſt probabilior. Et eandem probabilem putant *Corneio de irregularit. tract. 1. diſput. 5. dub. 2. Coninch. & Filliuc. ſupra citati.* Idem tanquam probabile amplectitur *Suarez tom. 5. de cenſ. diſp. 30. ſect. 2. nu. 35.* Quod etiam huiuſmodi electio veniat annullanda, dixit *Lauor. cap. 16. num. 96.*

516 Nec adducta pro communi ſententia probant. Non quidem primum, quia in eligendis opinionibus, & veritate indaganda non numerus opinantium, ſed pondus rationum conſiderari debet; ideò & in conſciētia ſæpè tenemur relinquere opiniones communiores minùs communibus approbatis, ſi potiori iure fulciuntur. Quamuis & ex Doctoribus pro oppoſita ſententia relatis multi promotionem irregularis nullam dicant, quia

eſt

eſt de iure caſſanda. Ad ſecundum dicitur, quod vbi lex clare docet, attendi debere, quod expreſſum eſt, & prohibitionem non irritare, niſi expreſsè muniatur decreto irritanti, non eſt inſpiciendum ad poſſibilitatem ſenſus, ſed quod non eſt expreſſum debet intelligi, vt non intentum; & præcipuè in materia irregularitatis, quæ locum non habet, niſi in caſibus in iure expreſſis. Nec de vſu, & praxi contraria cõſtat: & prætereà vſus plurium prouenieus ex priuata opinione illorum legẽ non facit. Et immò vſus in contrarium, ſcilicet quod electio irregularis non ſit ipſo iure irrita præſumendus eſt, tanquam ille, qui eſt iuri conformior, & principijs iuris certis fulcitur. Ad tertium dicitur, quod licet iura abominentur irregulares, tamen quia irregularitas etiam ſine culpa aduenit, iura voluerunt, vt nõ incurratur, niſi in caſibus expreſſis; vnde non debet habere effectus, niſi in iure expreſſos. Et quod dicitur de fauore, non probat Quia omnis lex pœnalis eſt fauor Eccleſiæ, & communitatis, & ita omnis lex pœnalis eſſet latè interpretanda, quod eſt cõtra iuris principia. Et ideò irregularitas ſtrictiſſimæ interpretationis eſt, nec incurritur niſi in caſibus expreſſis, nec valet in ea argumentum vel à paritate, vel à maioritate rationis Ad quartum dicitur, quòd væ beneficiatis, ſi collationes eſſent nullæ ex defectu voluntatis prouenientes ex eo, quod promouendorum defectus occulti ſunt, quos ſi promotores ſcirent non promouerent, infinitæ enim collationes nullæ eſſent.

517 Poſſet etiam pro hac ſententia haberi cõiectura, quod cum Pontifex in collationibus beneficiorum abſoluat à cenſuris, ne collatio ſit inanis, non diſpenſat tamen ſuper irregularitate, quod eadem benignitate, qua abſoluit à cenſuris faceret etiam reſpectu irregularitatis, ſi irregularitas nullam redderet collationem beneficij, vt gratia eius non eſſet inefficax, & nulla.

518 Limitanda tamen eſt aſſertio, vt nõ habeat locum, vbi expreſsè vel ex lege ſpeciali electio irregularis alicuius decernatur nulla ipſo iure, quia tunc ex vi talis legis huiuſmodi electio nulla ipſo facto eſt dicenda.

519 Hinc ſequitur, quod irregularis promotus non tenetur in conſcientia dimittere beneficium, & ad hoc vt validè illud retineat, ſufficit, quòd diſpenſetur ſuper irregularitate. Ita Doctores citati. Quamuis in foro externo electio irregularis non ſubſiſtat, ſed parte inſtante caſſanda ſit. Et qui irregularis eſt, & promouetur, tenetur in conſcientia quam primum poteſt petere diſpenſationem ſuper irregularitate, vt plenè, & dignè fungi poſſit officio ſuo. Et peccat ſuſcipiendo liberè beneficium, quia in re graui eſt inobediens ſacris Canonibus, vt tenent communiter Doctores ſupra citati. quidquid in contrarium dixerit *Bauny apud Leandrum citatum dub.* 11.

S V M M A R I V M.

1 *Irregularis poteſt eligi in Diſcretum, Socium, & Diffinitorem. num.* 520.
2 *Irregularitas non priuat vſu iuriſdictionis. n.* 520.
3 *Officium Diffinitoris nec per ſe ſupponit ordinem, nec eſt diſpoſitio ad illum. n.* 250.

520 QVæritur quadrageſimoquartò: An irregularis poſſit eligi in Diſcretũ, aut Electorem Generalis, vel Prouincialis, ſeu Socium ad Capitulũ Prouinciale, vel Generale, aut etiam in Diffinitorem Capituli Generalis, vel Prouincialis? Affirmat *Sigiſmund. de elect. dub. 67. num.* 3. Quia Diffinitores ſolum gaudent iuriſdictione in foro externo, quæ à poteſtate ordinis non manat, nec ordinatur ad illam, nec competit illis ratione beneficij. Etſi enim Diffinitoriatus dici poſſit aliquo modo beneficiũ ex doctrina *Azor. p. 2. lib. 3. c. 1. & Gonzal. ſup. reg. 8. Cancell. Gloſ. 8. nu. 110. vſque ad 115. & Garz. de benef. p. 1. cap.* 6. Attamen non habet ſimilitudinem, & proportionem cum beneficio quantum ad rem præſentem. Et huius ratio eſt, quia irregularitas nõ priuat poteſtate iuriſdictionis, nec impedit ab vſu illius, officia autem illa etiam Diffinitoriatus non ſunt, niſi ad actus iuriſdictionis, licet ſpiritualis, quæ quidem nec per ſe ſupponit ordinem, nec eſt per ſe diſpoſitio ad illum in ſubiecto, in quo eſt; ideò dato quod dicta officia poſſent dici beneficia, talia ſunt, quæ per ſe, & ex ſe, & ex natura eorum, nec ſupponunt, nec ſunt diſpoſitiones ad ordinem, ſicuti ſunt beneficia ſimplicia, quæ ad ordines, vt præuiæ diſpoſitiones ordinantur.

Conditio Duodecima.

Non infamis.

S V M M A R I V M.

1 *Infames ab ordinibus, & dignitatibus repelluntur num.* 521.
2 *Infamia multiplex. num.* 522.
3 *Infames ex iure ciuili ſunt etiam infames ex iure cononico. num.* 522.

521 DVodecima Conditio eſt, vt eligendus nõ ſit infamis. Vita enim, & morum honeſtas in promouendo ad prælaturas, & beneficia neceſſaria eſt, *cap. cum in cunctis de elect. cap. graue nimis, de prabend. & Clem. 1. de ætat. & qual. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 12. & 18.* ideo oportet promouendum, cuius opinio in nullo vacillare debet, *cap. laici. 33. diſt.* nulla nota, & nulla infamia reſperſum eſſe. Inter alia enim ex quibus homines a ſacris ordinibus ſuſcipiendis, & à ſuſceptis arceri ſolent, vnum eſt infamia, vt aduertũt DD. in *cap. Accidens, de accuſat. & cap. Accuſatum, de ſimonia, & cap. final. de furtis, & cap. Qui in aliquio, diſt.* 51. Nam vt dicitur *de regul. iuris in 6. Infamibus porta dignitatum patere non debent.* Vnde infames etiam iure ciuili à dignitatibus temporalibus repelluntur. *C. de dignit. l. 2. lib. 12. & cap. inter dilectos, de exceſſib. Prælator.*

522 Eſt autem multiplex infamia, nam alia eſt iuris, alia facti, & infamia iuris alia eſt ex delicto proprio, & alia ex delicto alieno, qualis eſt infamia filij hæretici, & rurſus alia eſt latæ ſententiæ, & alia ſententiæ ferendæ, & alia eſt iuris ciuilis, alia iuris cano-

canonici. Eſt autem iuris concluſio, quòd regulariter infames infamia iuris ciuilis ſunt etiam infames infamia iuris canonici, niſi ius canonicum expreſsè illam infamiam tollat. facit *cap. Omnes 6.q. 1. Innocent. in cap. Qualiter, & quando 2. de accuſat. Bernard. Dinz. in pract. cap. 93. n. 2. Carolus de Graſſis de effect. Clericat. eff. 2. num. 255. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 83. nu. 2. Azor. p. 2. l. 6. cap. 7. quæſt. 3. Garz. de benef. p. 7. cap. 8 num. 11. Henriqu. l. 14. cap. 5. §. 4. lit. T. Farin. p. 2. quæſt. 56. Tambur. de iur. Abbatiſſ. diſp. 26. quæſt. 15. num. 1. Barboſa de off. Epiſcop. alleg. 43. num. 1. Suarez tom. 5. diſp. 48. ſect. 1. nu. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Infamia facti eſt notitia obſcura cum vituperatione. n. 523.*
2 *Infamia facti eſt opinio maioris partis. n. 524.*
3 *Hæc maior pars non eſt determinata ad locum. numer. 525.*
4 *Requiritur notitia maioris partis eorum, qui poſſunt, & debent ſcire. n. 525.*
5 *Sufficit maior pars Collegij. n. 525.*
6 *Vel maior pars viciniæ. n. 525.*
7 *In grauibus delictis, & perſonis magnis requiritur maior numerus. n. 525.*
8 *Vbi non ſunt decem, non eſt populus, nec poteſt eſſe infamia facti n. 525.*
9 *Infamia eſt opinio voce diuulgata. n. 526.*
10 *Infamia eſt opinio obſcura apud homines graues. num 527.*
11 *Homines graues ſunt homines bonæ famæ, & opinionis antiquæ. n. 527.*
12 *Non eſt neceſſe quod infamia ſit inchoata à teſtibus de viſu, vel à pluribus teſtibus. n. 528.*
13 *Eſt neceſſe quod ortum habeat à coniecturis probabilibus. n. 528.*
14 *Ad famam neceſſaria eſt diuulgatio apud graues perſonas, & maiorem partem illorum. Et ſic numerus grauium perſonarum attendi debet. numer. 529.*
15 *In maioribus criminibus ad infamiam neceſſarius, eſt maior numerus perſonarum. n. 530.*
16 *Item contra perſonas publicas. nu. 530.*
17 *Contra Prælatum ex infamia inquiri non debet, ſi poſſit ſine ſcandalo tolerari. n. 530.*
18 *Rumor eſt aſſertio paucorum, vel multorum ex leuibus coniecturis. n. 531.*
19 *Fama poteſt eſſe orta ex incerto Auctore. num. 531.*
20 *Quid ſit infamia facti. nu. 532.*
21 *Infamia ex duobus teſtibus probatur. nu. 532.*
22 *Niſi de aliquo conſtet eum eſſe bonæ famæ apud omnes. n. 532.*
23 *Contra probationem infamiæ admittitur probatio. numer. 532.*

523 QVæritur autem quadrageſimoquinto. Quid ſit eſſentialiter infamia facti? Ab infamia enim facti, tanquam à notiori, & faciliori inchoandum eſt. Certè infamia diffinitur, vt ſit læſæ dignitatis qualitas vita, & moribus reprobata. *Sylu. v. infamia nu. 1.* Et cum *S. Aug. l. 83. quæſt. in 31.* bonam famam diffiniat, vt ſit *clara notitia cum laude*, de mala fama ex oppoſito dicendum erit, quòd ſit notitia obſcura cum vituperatione. Itaque infamia facti dici poteſt opinio obſcura, per quam prudentes, & cordati viri iudicant aliquem tanquam delinquentem in facto ſuo, & propterea propter idem factum indignum laude, dignum verò reprehenſione, & vituperatione.

524 Sed ad huius definitionis euidentiam plures conditiones ad infamiam facti neceſſariæ explicandæ ſunt. Prima conditio eſt, vt ſit opinio communis, ſcilicet non paucorum, ſed plurium, immò maioris partis, Aurea enim ſunt verba illa *tex. cap. inquiſitionis. §. quæſiuiſti 21. de accuſ. qui propter dicta paucorum eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues, læſa opinio non exiſtit.* Ideò infamiam eſſe obſcuram opinionem plurium, & maioris partis tradiderunt ad dictum *capit. Inquiſitionis Innoc num. 5. Felin. v. tertiò nota. Gloſ. verſic. vltim. Panorm. num. 6. & cap. veſtra de tollat. num. 12. Nauar. cap. inter verba, corol. 48. num. 584. Sotus libr. de ſecret. membr. 2. quæ. 6. dub. 6. Syluest. verbo fama n. 2. Armill. num. 1. Tabien. in princ. Angelus nu. 4. Sanchez opuſ l 6. cap. 3. dub. 4. num. 2. Maſcard. de probat. concl. 895. num. 12. Barboſa ad dict. cap. inquiſitionis, num. 12.*

525 Sed qui, & quot ſunt iſti plures, quorum obſcura opinio conſtituit infamiam? Hos debere eſſe ad minus decem, voluit *Anchar. cap. vnico 1. q. 3.* Alij autem ad famam, & infamiam requirunt determinatum locum, vt ſcilicet infamia ſit vox ſparſa apud maiorem partem viciniæ, aut Collegij, aut vniuerſitatis, *Gloſ. in c. inquiſitionis, §. quæſiuiſti. ver. vltimo de accuſat.* Sed vtrumque impugnat *Panorm. in d. §. quæſiuiſti num. 6.* Quia ad famam, vel infamiam non requiritur certus locus, quia poteſt eſſe quis infamatus apud multos non habito reſpectu ad locum, vt apud collegium, & vniuerſitatem ſcholarium habitantium in diuerſis vicinijs Ciuitatis. *l. vulgatis ff. de iur.* Ideò poteſt eſſe fama, vel infamia apud prouidos, & ſapientes, nullo habito reſpectu ad determinatum locum. Quamobrem ad famam, vel infamiam ſufficit, & neceſſe eſt, vt factum bonum, vel malum ſit cognitum à maiori parte eorum, quorum intereſt ſcire, vel qui veriſimiliter illud ſcire poſſunt, & debent. Et vt appareat, qui ſint illi, qui debent ſcire, vel ad quos pertinet ſcire, debet conſiderari qualitas facti, & perſonarum. Nam, ſi factum eſt graue, & perſona eſt magni pretij, requiritur fama Ciuitatis, vel maioris partis, ſed ſi factum eſt reſtrictum ad genus perſonarum, qui debent ſcire, ſufficit maior pars illorum. Vt ſi Epiſcopus viuens cum Canonicis ſit de fornicatione diffamatus, ad infamiam ſufficit maior pars Canonicorum, quia iſti ſunt illi, qui veriſimiliter debent ſcire. Si verò factum eſt paruum, & perſona vilis, & abiecta, tunc ſufficit maior pars viciniæ. Ita *Panorm.* ibi *ex Bartol. l. de minore, §. tormenta. ff. de quæſt. num.* 10. quos ſequuntur *Nauar. cap. inter verba corol.* 48. *num.* 584. Nec aliud vt benè notat *Suarez diſp. 48. ſect. 1. num. 20. de cenſur.* ſentiunt in ſubſtantia *Sotus vbi ſupra, Syluef. v. fama numer. 1. verſ. 3. Angelus v. fama num. 4 Vocabularium iuris, v. fama, Palacios. v. iudex. Petrus Nauar. lib. prim. de reſtitut. cap. 4. nu. 151.* dicentes illud eſſe famoſum, quod eſt notum maiori parti viciniæ, per viciniam enim intelligunt vel Collegium, vel vniuerſitatem, vel multitudinem eorum, qui veriſimiliter poſſunt

eſſe

eſſe conſcij de facto, taliter quòd ſi eſſet verum ab illis veriſimiliter ſciretur, ſiue iſti quantum ad locum in vno loco determinato habitent, ſiue non. Et ideo dixerunt illud eſſe famoſum, quod à maiori parte viciniæ ſcitur, quia regulariter ſi aliquid ſit, & diuulgatur, veriſimiliter ſcitur in vicinia, & ſi poteſt ſciri in vicinia veriſimiliter, & non ſcitur, ſignũ eſt, quod non eſt verum. Per ſe igitur attendi debet multitudo eorum, qui veriſimiliter debent ſcire, & apud quos veriſimiliter debet eſſe diuulgatum factum, ſi factum ſit verum, & ad hoc, vt de facto ſit non rumor, ſed fama, vel infamia neceſſe eſt, quod factum ſit diuulgatum ad maiorem partem illorũ. Sed nihilominus ſi hæc multitudo ſit valdè parua, & non ſit tanta, quę conſtituat populum, non ſufficiet maior pars ad hoc, vt factum ſit famoſum. Et ita abſolutè ſi factum non ſit diuulgatum niſi ad paucos, vt ad quatuor, vel quinque viros, qui ſoli ſunt de collegio, vel vniuerſitate, illud non erit famoſum; & ſic eſt neceſſe, quod illa multitudo, quæ veriſimiliter debet ſcire ſit tanta, vt dici poſſit populus, nimirum vt ad minus ſint decem, quia populus ex decem hominibus conſtat. *cap. curio. 19. quæſt. 3. Syln. v. populus*. Vnde minor numerus non ſufficit ad famoſum, quia id eſt famoſum, quod eſt apud maiorem partem populi diuulgatum. *Panorm. in cap veſtra de cohabit. Nauar. in cap. inter cætera corol. 48. num. 255. Syln. & alij Summiſtæ ver. infamia Suar. de cenſ. diſp 48 ſect. 1. num. 20. fin.*

526 Secunda conditio famæ, vel infamiæ eſt, quod ſit opinio extra voce diuulgata, & manifeſtata; dicitur enim fama à fando, & per hoc differt ab opinione, quæ in mente conſiſtit, ſed fama, vel infamia eſt opinio cum laude, vel vituperio extra manifeſtata, & diuulgata. *Panormitan. Sotus Syluester, Tabien. Angelus, Vocabularium iuris vbi ſupra.*

527 Tertia conditio eſt, vt infamia ſit apud probos, honeſtos, & graues viros; vnde non eſt infamatus quis, ſi apud prudentes, honeſtos, & graues viros eius fama non eſt læſa, quicquid ſit an ſic læſa apud maleuolos, vel mulieres, vel leues perſonas. Sic enim expreſsè habetur *cap. qualiter, & quando; de accuſat.* quod, *infamia non debet procedere à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis, & honeſtis, non ſemel tantum, ſed ſæpè. Gloſ. ibid. v. ad inquirendum. Panorm. d. cap inquiſitionis, §. quæſiuiſti, num. 6. eod. tit.* Idem habetur *cap. in cunctis, 11. quæſt. 3.* & ibi *Gloſ. v. maledicarum. Turrecrem. §. puro 3. quæſt. 7. num. 4. Caiet. 22. quæſt. 69. a 1. princ. D. Anton. 3. par. tit. 9. cap. 7. §. 4. Syln. v. infamia q. 2. Armill. num. 9. Tabien. num. 1. Angelus num. 2. Sotus vbi ſupra Garzias p. 7. cap. 8. nu. 12. Sanchez opus. l. 6. cap. 3. dub. 9. n. 2. Suarez de cenſ. diſp. 48. ſect. 1. num. 19.* explicant graues homines eſſe homines bonæ famæ, & opinionis antiquæ.

529 Quarta conditio eſt, quod licet non ſit neceſſe, quod illi apud quos factum malum eſt diffamatum, & diuulgatum, ſint teſtes de viſu, quia tunc factum eſſet notorium, vel quod opinio illa mala ortum habuerit à pluribus teſtibus de viſu fide dignis, quia hoc eſſet manifeſtum, & non tantum diffamatum, requiritur tamen vt vox, opinio, & diffamatio ortum habuerit non à leuibus coniecturis, & non ſufficientibus ad generandam opinionẽ apud prouidos, & honeſtos viros, ſed ex ſuſpicione probabili, nimirum ex iudicijs, & coniecturis probabilibus, & ſufficientibus ad hoc, vt graues viri opinentur ita eſſe, aliter rumor ſparſus non dicitur fama, vel infamia, ſed vana vox populi. *Panor. cap. veſtra, de cohabit. num. 12. & cap. Qualiter, & quando, de accuſ. num. 19. Syln. & cæteri Summiſtæ, v. fama, num. citat. Sotus vbi ſupra, & Sanchez, Vocabularium iuris, ver. infamia. Suarez vbi ſupra, numer. 21.*

529 Colligitur ex his primo, quod vbi dictum fuit, ad famam, vel infamiam requiri notitiam diuulgatam apud maiorem partem, nec ſufficit, nec eſt neceſſaria hæc diuulgatio apud perſonas leues, vt pueros, mulieres, & ſimiles; iſtæ enim non ſunt numerandæ, & cõſiderandæ; ſed debet accipi maior pars perſonarũ grauium, prouidorum, & honeſtarum. Ideo erit infamia, ſi factum ſit leuibus perſonis occultum, & maiori parti perſonarum grauiũ in vicinia notum, & non erit infamia, ſi factum ſit apud maiorem partem perſonarum leuium in vicinia diuulgatum, ſed à grauibus, & prouidis non creditum, nec approbatum tanquam verum. *Panor. in d. §. quæſiuiſti n. 6. Sanch vbi ſupra n. 6.*

530 Colligitur ſecundò ex eodem Panorm. in maioribus criminibus maiorem numerum perſonarum requiri ad infamiam, quam in minoribus, & multò maiorem ad infamãdum perſonas publicas, quam priuatas. Ideò contra Prælatum ex infamia inquiri non debere, niſi ſit tanta, vt non poſſit tolerari ſine ſcandalo, habetur *c. Qualiter, & quando, de accuſationibus*, & docent *Sotus vbi ſupra. Hoſtienſ. tit. de inquiſ. num. 4. Syln. v. inquiſitio 1. num. 10. Armill. num. 1. Tabien in princ. Angel. nu. 2. D. Anton. vbi ſupra. Nauar. vbi ſupra, corol. 62. num. 658. & 659. Sanchez num. 7.* Ideò *Panorm. d. §. quæſiuiſti n. 6. & Bartol. d. § tormenta num. 12.* dicunt in valdè magnis negotijs requiri famam Ciuitatis, in paruis viciniæ.

531 Colligitur tertiò diſcrimen inter rumorem, & famam, vel infamiam, quod rumor eſt aſſertio paucorum, vel multorum ex leuibus indicijs, & cõiecturis, ſed fama, vel infamia eſt aſſertio multorũ ex probabilibus coniecturis orta. *Sylueſt. in ſpecul. v. fama, num. 4. Armill. num. 1. Tabien. in princ. Ang. num. 4. Panorm. in cap. bonæ memoriæ de elect. Sanch. vbi ſupra num. 9.* Quamuis verò vocabularium iuris, *v. infamia*, velit, quod rumor ſit aſſertio ex incerto auctore. Nihilominus, & famam poſſe ex incerto auctore eſſe ortam, tradunt *Panormit. in cap. veſtra de cohabit. nu. 12. Gloſſ. ibi in v. notorium. Syln. v. fama n. 3. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 4. Sanchez vbi ſupra num. 9.*

532 Colligitur tandem, quod infamia facti eſt notitia, opinio, ſeu aſſertio delicti habita à maiori parte perſonarum grauium, quorum intereſt ſcire, ex rationabilibus, & probabilibus coniecturis orta. Sed tamen ad hoc, vt hæc infamia probetur duos teſtes ſufficere: patet, ex *l. de minore, §. tormenta, ff. de quæſt. & Bart. ibid. num. 12. & ex leg. 3. ff. de teſt. & Gloſſ ibid. & ex Felin cap. inquiſitionis, §. quæſiuiſti, de accuſat. & Panorm. ibi num. 6. Innoc. num. 5. Sylueſt. v. fama, num 2. Armill. num. 2. Angel. num. 4. Sanchez vbi ſupra num. 8.* Et nihilominus vbi conſtaret de aliquo, quod apud omnes eſt bonæ famæ, non ſufficerent duo teſtes ad probandam contra eum infamiam. *Panorm. Innoc. & Felin. vbi ſupra.* Et contra infamiæ probationem admitti debent

pro-

probationes, quæ ſi clariores ſint, offuſcatur effe-ctus primæ, vt tradunt *Sylu. Armil. & Angel.*

SVMMARIVM.

1. *Infamia facti duplex ſcilicet facti puri, & facti legalis. n.533.*
2. *Infamia facti eſt obſcura notitia ex facto malo de ſui natura orta. n.533.*
3. *Infamia facti ex iure diuino, & naturali maculat. num.534.*
4. *Infamia facti non reddit irregularem. n.535.*
5. *Infamia facti impedit promoueri ex lege naturali, vel diuina. n.535.*
6. *Infamis infamia facti electio non eſt ex lege naturali ipſo iure nulla. n.536.*
7. *Peccat infamis infamia facti impœnitens, ſi recipit dignitatem. n.536.*
8. *Peccat conferens dignitatem infami infamia facti. num.539.*
9. *Quos DD. plures vorant infames infamia facti, ſunt infames infamia iuris, & non niſi ex iure poſitiuo priuantur, & inhabilitantur ad actus quoſdam legitimos. num.537.*

533 QVæritur quadrageſimoſextò. Ex quo iure, & quos effectus habeat infamia facti? Eſt autem conſiderandū hoc nomen *infamia facti*, iam eſſe æquiuocum, & niſi diſtinguatur eius ſignificatio, plurimam poſſe gignere confuſionem. Nam propterea aliqui, vt *Suarez d. diſp. 48.* diſtinguunt infamiam facti in infamiam facti puri, & infamiam facti legalis. Sed cōmunis diſtinctio apud antiquos alterius ſignificationis eſt, & ex certo fundamento deducta. Nam cum infamia ſit macula quædam moralis, per quam in hominum opinione perſona tanquam maculata cēſetur indigna ad actus quoſdam legitimos, & præcipuè ad ordines, & dignitates; vel conſideratur hæc macula, vt eſt ex facto ipſo independenter à quacumque lege humana Ciuili, vel Canonica, & hæc eſt infamia facti, quam factum ipſum ex ſui natura generat, quia ex ſui natura maculat, & parit de operante notitiam obſcuram, cum vituperatione, & reprehenſione. Vel macula conſurgit ad factum ex legis inſtitutione, ſiue hæc ſit lex Ciuilis, ſiue Canonica, ſiue ſcripta, ſiue non ſcripta, qualis eſt conſuetudo; Et hæc eſt infamia iuris, quæ etiam dici poteſt infamia legalis, quæ non eſſet, niſi eſſet lex, & quæ ex vi legis maculat tali macula, quæ ad effectus intentos à lege ſufficiat. Sic ergo intellecta diſtinctione infamiæ in infamiam iuris & facti.

534 Dicitur primò, quòd infamia facti in iure naturali, vel etiam in iure diuino fundatur, & ex vi talis iuris & maculat, & prohibet operantem ab actibus tali maculæ repugnantibus, *Suarez de cenſ. diſp. 48. ſect. 1. num. 3.* Et ratio eſt, quia vbi infamia parit effectus ex legis humanæ inſtitutione, iam eſt infamia legalis, & iuris.

535 Dicitur ſecundò, quod infamia facti propriè non reddit hominem irregularem. Oppoſitum huius videntur tenere, *Sanch. opuſ. lib. 6. cap. 3. dub. 10. num. 14. Bonac. de cenſur. diſp. 7. q. 3. par. 1. num. 2. Sylu. v. irregularitas q. 6.* Et plures alij, qui in hoc non diſtinguunt factum ex natura rei, & factum, vt ſtat ſub lege, & per infamiam facti intelligunt eam quatenus ex vi legis poſitiuæ cauſat hos, vel illos effectus, vt irregularitatem, & inhabilitatem ad dignitates. Sed infamia facti propriè ſumpta, ſecluſa inſtitutione humani iuris grauat quidem perſonam, & obſcurat, & reddit indignam dignitatum & honorum quantùm natura rei poſtulat, & lex naturæ, vel gratiæ exigit; non tamen per modum pœnæ, vel legalis impedimenti, ſed ex naturali ratione; igitur talis infamia non parit irregularitatem propriè, quia hæc irregularitas eſt legale impedimētum, & pœna ob culpā à lege illata, *Suar. d. diſp. 4. ſect. 1. num. 11. Garz. de benef. par. 7. cap. 8. num. 64. & par. 11. c. 3. num. 118. Fillinc. tract. 19. cap. 8. n. 204. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 83. num. 4. Lanor. cap. 16. num. 102.*

536 Dicitur tertiò, quòd infamia facti reddit infamem inhabilem ad dignè obtinendas Prælaturas & dignitates, & officia, ſed non reddit nullam electionem, vel collationem. Non enim de iure naturali iniqui, & ſceleſti incapaces ſunt iuriſdictionis, & poteſtatis, & dominationis; cum immo de ſceleſtis, Pharyſæis dixerit Chriſtus, *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcūque ergo dixerint vobis ſeruate, & facite, ſecundum verò opera eorum nolite facere.* Et ſic etiam ſecundùm conſilium Apoſt. 1. *Petr. c. 2.* obediendū eſt ſuperioribus *etiam diſcolis*. Cum igitur ex naturali lege electio peccatoris quantumcumque notorij nō ſit irrita, & nulla, infamia facti non irritat electionem, vel collationem Prælaturæ, & Dignitatis; quia hæc infamia non niſi ex vi legis naturalis ſimpliciter, vel ſtatui gratiæ operatur, *Suarez vbi ſup.* Peccat quidem infamis infamia facti ingerens ſe officijs puritatem vitæ & nitorem morum requirentibus, & peccat nedum ratione ſcandali, quod dat ex mala actione, ob quam eſt infamatus, ſed quia cum ratione, officij teneatur moribus fulgere, & ſanctitate ſubditos præcedere id, non facit, ſi in malo opere perſeuerat, & facti mali non pœnitet, & infamiam pœnitentia non compenſat. Sicut & Electores ſi talem eligunt, & Superiores peccant contra iuſtitiam proprij officij, ſi electionem talis infamis confirmant, vel Prælaturam ei conferunt. Sed tamen nec electio, nec confirmatio, nec collatio eſt ipſo iure irrita ſpectata ſola vi infamiæ facti.

537 Colligitur ex dictis æquiuocationem vitandam eorum, qui dicunt infamiam facti cum quis propter crimen repulſus eſt à teſtimonio, & cum per ſententiam condemnatur quis ad reſtituēdum ablata furto; vel in alijs ſimilibus caſibus in iure relatis, in quibus incurritur non ſola infamia facti, quæ ſemper, & non per aliud incurritur, niſi per factum, quod ex naturali ratione maculet & ad legitimos actus, aut Prælaturas, & Dignitates indignā reddat. Sed in illis & alijs ſimilibus caſibus incurritur infamia iuris, & in hoc ſenſu eā infamiā facti vocant, quoniam lex tales infamat, & inhabilitat ad actus legitimos cum tamen ſit infamia legalis, & iuris ex ſolo iure poſitiuo vim habens. Nam ſecluſo iure poſitiuo repulſus à teſtimonio, inſtitutus per turpiſſima verba hæres à Patre, vi-

tuperio affectus à principe, damnatus ad reſtituendum furta, & alij ſimiles, ſi aliàs etiam pœnituerint malè factorum, non ſunt inhabiles ad actus legitimos, ſed hanc inhabilitatem à iure poſitiuo habent quatenus illam habent.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopum poſſe diſpenſare in infamia facti, aliqui tradunt. nu.538.*
2 *Nullus poteſt diſpenſare in infamia facti. n.538.*
3 *Infamia facti tollitur per pœnitentiam. n.539.*
4 *Infamia facti eſt indiſpenſabilis. num 540.*
5 *Reſpectu effectuum quos parit ex vi legis poſitiua eſt diſpenſabilis, ſed hoc modo eſt infamia iuris, num.540.*
6 *Epiſcopi iudicant de exiſtentia & qualitate infamia facti, ſed non diſpenſant in ea. n.541.*

538 QVæritur quadrageſimoſeptimò. Quis poſſit tollere, vel diſpenſare in infamia facti? Nam *Nauar. cap.27. num. 204. Auila de cenſ. par.7. diſp.4.num.0.. olet.lib.1.cap.57.u.dico 4. Barboſ. de off. Epiſc.alleg.43 num.30.* dicunt Epiſcopum poſſe diſpenſare in infamia facti. Et propterea eadem ratione poſſe Prælatum regularem in hac infamia diſpenſare cum ſuis tradunt, *Rodriq.tom.1.q.24.n.6. Mirand.tom.2.q.8. art.5. Io. de Cruce de ſtatu Relig. lib.1.cap.6.dub.17.concl.2. Sigiſm.da Bonon. dub.83. num.6.* Sed veritas eſt, quòd nullus poteſt in hac infamia diſpenſare propriè loquendo.

539 Dicitur enim primò, quòd huiuſmodi facti infamia tollitur per pœnitentiam. Non enim minorem vim habet Dei gratia, quàm infirmitas vel malitia humana, & actus virtutis, quàm vitij; nam pœnitentia ex natura ſua vim habet ad maculas peccatorum abſtergendas. Ideo pœnitentia & virtuoſa vita omnem infamiam facti præcedentem abſtergit, & detergit maculam; vt bene tradunt *Panorm.in cap.cum te num.9.de re iudic. Nauar.c.27. num.204.ver.17.Sylu.v.infamia num.7. ex Panorm. in cap.ex diligenti, de ſimonia, & Io. Andr.in cap.omnes 6. q.1. Barboſ.d.alleg.3.num.31. Sigiſm.vbi ſupra num. 7. Lauorius cap.16. numer.102. & alij communiter.*

540 Dicitur ſecundò, quòd hæc infamia eſt indiſpenſabilis. Nam vel infamis dignè pœnitet, & ſic infamia per pœnitentiam tollitur, vnde non eſt capax diſpenſationis, quia non eſt, nec ligat, nec obligat, cùm euanuerit. Vel infamia durat, quoniam infamis actus mali non vult pœnitere; & hæc infamia eſt indiſpenſabilis, quia ex iure connaturali, & dictamine rectæ rationis prohibet à Prælaturis, & dignitatibus; Ius verò dictaminis rationis naturalis, vel diuinæ legis ſupernaturalis non eſt diſpenſabile. Et DD. qui tenent contrarium conſiderant ex vna parte infamiam facti, & ex alia effectus, qui ex legis poſitiuæ ſtatuto ſequuntur ex mala actione diuulgata, & quia in his effectibus aliquando poſſunt Epiſcopi diſpenſare, dicunt illos poſſe diſpenſare in infamia facti; ſed conſequentia non valet, quia infamia reſpectu effectuum quos parit ex lege poſitiua eſt infamia legalis, non verò infamia facti.

541 Dicitur tamen tertiò, quòd Epiſcopi, & Prælati Regulares poſſunt in aliquibus caſibus decernere, an infamia facti ſit, vel non ſit talis, vt impediat, nimirum an ſit infamia vel rumor, & an ſit leuis, vel grauis, & iterum an per pœnitentiam ablata, vel non ablata. ſed vbi adſit grauis infamia, non per ſufficientem pœnitentiam deleta, non poteſt cum infami diſpenſari, vt contra rectam rationem eligatur.

SVMMARIVM.

1 *Infamia iuris eſt quam facit ius in pœnam. num. 542.*
2 *Infamia iuris regulariter ſupponit delictum, & infamiam facti. n.542.*
3 *Infamia iuris, & facti plusquam genere diſtinguuntur. n.543.*
4 *Infamia iuris non eſt opinio. n.543.*
5 *Infamia iuris infertur etiam pro crimine occulto, num.543.*
6 *Infamia iuris ſæpe ipſo facto incurritur. n.543.*
7 *Infamia iuris per ſe non ſupponit culpam, num. 544.*
8 *Locantes operas vt pugnent cum feris, hyſtriones, ioculatores, vidua nubens infra primum annum, Carnifices &c. ſunt infames. 544.*
9 *Infamia ex genere factorum non habet omnes effectus, quos habet infamia ex delicto. n 544.*
10 *Infamia iuris eſſentialiter non eſt famæ priuatio, num.545.*
11 *Infamis ipſo iure ex peccato occulto habet ius vt non infametur extra iudicium. n.546.*
12 *Infamia iuris per ſe priuat dominio famæ legalis, num.547.*
13 *Occultus infamis poteſt diffamari in iudicio. numer.547.*
14 *Quod extra iudicium non poſſit diffamari eſt quia eſt poſſeſſor famæ. 547.*
15 *Infamia facti priuat poſſeſſione famæ naturaliter. num 547.*
16 *Infamia iuris & facti priuat dominio & poſſeſſione famæ etiam ciuiliter. n.547.*

542 QVæritur quadrageſimooctauò. Quid ſit infamia iuris, & per quid propriè diſtinguatur ab infamia facti? De hoc puncto agens, *Sanchez l.6. opuſ.c.3.dub.6.n.1.* inquit quod infamia iuris differt ab infamia facti, quòd infamiam facti facit ipſum factum, quod de ſe ſiniſtram opinionem generat, ſed infamia iuris fit ab ipſo iure, & ex decreto iuris damnatur homo ad hoc vt ſit infamis; vnde non tantùm effectus, qui eſt impedire actus legitimos eſt à iure, ſed ipſamet infamia, quamuis requiratur delictum, ob quod infligitur. Quæ deſcriptio eſt vera, ſi vltimum quod aſſeritur intelligatur regulariter, & vt plurimum, quia non omnis infamia iuris ſupponit delictum, licet vt plurimùm illud ſupponat. Sed difficile eſt videre, quid ſit hæc infamia, quam facit ius, & quid importet diſtinctum ab eo, quod eſt impedire actus legitimos.

543 Primò autem dicitur has infamias pluſquam genere diſtingui, nec vniuocè eſſe infamias, quia infamia facti eſt opinio obſcura voce apud maiorem partem populi, vel Collegij, ſeu eorum,

qui

quę debent & poſſunt eſſe informati promulgata, & diuulgata. Sed infamia iuris nec eſt opinio, nec eſt neceſſario quid diuulgatum, quoniam ex iure quàm plures delinquentes etiam occultiſſimi, dummodò non ſint delinquentes merè mentales, ſunt ipſo facto infames infamia iuris, vt Hæretici, Apoſtatæ à fide, criminę leſæ maieſtatis irnodati, Sodomitæ, &c. Infamia enim iuris, quæ eſt latæ ſententiæ ſtatim ipſo iure incurritur. Infamia enim notantur, quos lex infamat, eo ipſo, quod aliquid commiſerunt, *Iaſ. in l.cunctos populos, lect.2.nu.44. C.de ſumma Trinit. Aretin. in §. ex quibus poſt nu.9. Inſtit. de pœnis temerè litigant, Sylu.v.infamia nu.9. Ang.num.5. Caſtrus lib.2. de iuſta hæret.punit. cap 9. Sanchez vbi ſupra num.2. Suarez de cenſ. diſp.48. ſect.1.num 14. Garz.par.7.cap.8.numer.17. ex Felin. Baldo, & Paulo de Caſtro.* Cum igitur hæreticus occultiſſimus, non tamen purè mentalis ſit ipſo facto infamis, ſicut & alij delinquentes contra quos lex tulit pœnam infamiæ ipſo iure; hæc infamia non eſt opinio mala, cum hæretici occulti nullus habeat notitiam aliquam; & multò minùs eſt opinio voce prolata, cum de occulta hæreſi & incognita nullus malè loquatur. Et nihilominùs non parit effectus ſuos, niſi prout ſupponit infamiam facti, pro vt infra probatur.

545 Etiam dicitur, quod infamia iuris per ſe, & eſſentialiter nullum ſupponit delictum, vnde nec neceſſariò eſt macula conſequens culpam, aut quid morale culpam ſupponens. Nam infamis eſt, qui locauit operas ſuas, vt pugnaret cum fera, *leg.1. §. beſtias, ff. de poſtul.* Et tamen hoc de ſe & ex genere ſuo non eſt peccatum, ſi actus debitis circumſtantijs ſit veſtitus, & qui pugnat non ſe exponat periculo mortis. Vnde eſt, quod pugnare cum feris ad virtutis & fortitudinis oſtenſionem non inducit infamiam, *Sylu. v. infamia num.9.* Vnde ex hoc eſt iudicata infamia, quòd pugna ſit ex mercede, quod tamen de ſe non eſt peccatum. Item hyſtriones, ioculatores, & ludos mercedis intuitu publicè exercentes ſunt infames. *d. leg.1. & Gloſſ. in l.2. ff. de his*, qui notantur infamia, *Sylu. vbi ſupra*, & ratio infamiæ eſt, vt notat *Sylu.* quia mercedis gratia ludibrium ſui faciunt. At verò ſi aliàs exercere ludos non ſit malum, nec eſt peccatum illos exercere ex mercede. Et vidua ſi intra primum viduitatis annum nubat eſt infamis ipſa, & Pater illam tradens, & vir ipſam ſcienter ducens, & tamen hoc de ſe non eſt peccatum. Similiter Carnifices ſunt infames, & multi alij, qui ex mercede vilia huiuſmodi officia exercent, & tamen exercere officium carnificis etiam ex mercede non eſt peccatum. Infamia igitur iuris per ſe non ſupponit culpam, cum tamen infamia facti per ſe culpam conſequatur, eamque neceſſariò ſupponat. Verū tamen eſt, quod huiuſmodi infamia, quæ merè & purè eſt ex genere factorum & non ex genere delicti, & pœnæ, non habet omnes illos effectus, quos habet infamia ex delicto.

545 Hinc tertiò ſequitur, quod iuris Infamia per ſe eſſentialiter & primò non eſt priuatio famæ. Quia cum fama ſit clara notitia cum laude, ex *S.Aug.ſupra citato*, Infamia iuris verò afficiat eum, qui eſt peccator occultus, & extrinſecus eſt in opinione bonitatis, & honoris, infamia hæc non eſt famæ priuatio.

546 Sed vlterius videtur, quòd neque eſt priuatio dominij, quod vnuſquiſque habet ad propriam famam. Quoniam qui eſt infamis occultus ex hæreſi occulta, vel alio crimine occulto habet ius ad famam; vnde ſi aliquis ſciat eius peccatum non poteſt illud manifeſtare, & ipſe infamis licet non habeat ius, vt in iudicio non denuncietur ſeruatis ſeruandis, habet tamen ius vt extra iudicium non infametur. *Suarez d.ſect.1.num.15.*

547 Nihilominùs tamen dicitur, quod infamia iuris per ſe eſſentialiter eſt priuatio dominij ad famam legalem nimirum ad eam famam, & laudabilem opinionem, & honorabilem, & claram, quam in hominibus præſupponunt actus legitimi, vt dignè, & condecenter & validè exerceantur. Nec obſtat ratio allata, quia ſcilicet occultus infamis non poteſt diffamari extra iudicium. Quoniam primò ex quo poteſt diffamari in iudicio, immò in crimine hæreſis eſt neceſſe, vt quicumque habet notitiam hæreſis illam deuunciet Inquiſitoribus, iam patet, quòd non habet ampliùs integrum dominiū ſuæ famæ. Secundò quia, quod non liceat illum diffamare extra iudicium, hoc non eſt, quia ſit dominus ſuæ famæ, ſed quia illam de facto poſſidet, & nec latro à ſua poſſeſſione eſt exturbandus priuata authoritate; quamuis latro nullum dominium habeat rei furto à proprio dominio ablatæ. Ita infamis occultus eſt verè priuatus dominio famæ, ſed quia cum eius delictum ſit occultum, non eſt priuatus poſſeſſione illius, ideò priuata authoritate non poteſt fama priuati, & propterea non poteſt extra iudicium infamari. Quoniam igitur actus legitimi, & præcipuè actus Ordinum ſacrorum, & Prælaturæ, & Dignitatis ex eorum ſanctitate, excellentia, & honore requirunt miniſtrum, qui in hominum opinione ſit claræ famæ, & æſtimationis laudabilis, & commendabilis; infamia iuris ex vi legis attingens etiam occulta facinora, priuat infamem dominio, quod habet ad hanc claram famam, & exiſtimationem. Infamia autem facti directè, & primò priuat infamem poſſeſſione naturali ſuæ famæ. Sed infamia iuris & facti ſimul priuat infamem, dominio, & poſſeſſione nedum naturali, ſed ciuili propriæ famæ. Et hic eſt effectus primarius, ex quo ſequitur poſtea ſecundarius effectus, qui eſt eſſe inhabilem, ſeu impeditum ad actus legitimos.

SVMMARIVM.

1 *Infamiam iuris non incurri niſi præcedente infamia facti notorij, vel publici, quidam ſentiunt. num.548.*
2 *Infamia iuris quæ eſt latæ ſententiæ incurritur pro crimine occulto. n.548.*
3 *Infamia iuris latæ ſententia delinquentem occultè non priuat poſſeſſione famæ. n.549.*
4 *Senſus quæſtionis. n.549.*
5 *Infamiam iuris latæ ſententiæ obligare in conſcientia ante latam declaratoriam, ſentiunt aliqui. num.550.*
6 *Alij hoc negant. n.551.*
7 *Alij id affirmant, ſi delictum ſit notorium. numer.552.*
8 *Infamia iuris ipſo facto priuat dominio famæ,*

non vero poſſeſſione, ſi delictum ſit occultum, num. 553.

9 *Sententia declaratoria delicti, cui eſt annexa infamia ipſo iure, retrotrahitur ad diem commiſſi criminis. n. 553.*

10 *Actus legitimi facti ab infami ipſo iure, ſed occulto, ſunt ipſo iure nulli. nu. 553.*

11 *Actus legitimi facti ante declaratoriam ab infami ipſo iure ſunt validi, ſi ſiunt ex publici officij authoritate. n. 554.*

12 *Infamis occultus ipſo iure ante declaratoriam non tenetur in conſcientia abſtinere ab actibus legitimis, ad quos infamia impedit. n. 555.*

13 *Infamis occultus habet ius poſſidendi famam ſuã. num. 555.*

14 *Infamia iuris ad hoc vt pariat effectus ſuos, ad minus ſupponit infamiam facti. n. 555.*

15 *Infamia iuris multiplex. n. 556.*

16 *Cap. fin. de temp. ord. n. 556.*

17 *Duplex concluſio ex eo deducta, n. 556.*

18 *Ex delicto famoſo, ſed non notorio, non incurritur irregularitas. n. 556.*

19 *Ex delicto notorio incurritur irregularitas, numer. 556.*

20 *Delictum enorme, mediocre, leue. n. 557.*

21 *Tres regulæ antiquorum non approbatæ, num. 557.*

22 *Ex nullo delicto non notorio contrahitur irregularitas, niſi pro eo in ſpecie ſit lata. n. 558.*

23 *Per peccatum mortale gignitur infamia facti, num. 559.*

24 *Non tamen infamia ſimpliciter, vel irregularitas, vel aliud impedimentum perpetuum. numer. 559*

25 *Peccatores famoſi, ſed non notorij, ſi pœniteant, nõ arcentur ab ordinibus. n. 559.*

25 *Occultum dicitur, quod non eſt notorium, num. 559.*

26 *Ex nullo delicto non notorio peccator eſt infamis infamia iuris, vel irregularis. n. 559.*

27 *Ex delicto enormi, & notorio oritur infamia iuris, & irregularitas. n. 560.*

28 *Quale delictum enorme. n. 560.*

29 *Ad hoc vt ex delicto enormi ſequatur infamia iuris, non ſufficere notorium facti, aliqui affirmãt, num. 560.*

30 *Alij id negant. n. 561.*

31 *Prior ſententia eligitur, & non ſufficere notorium facti aſſeritur. n. 562.*

32 *Infamia ex facto notorio extra iudicium eſt temporalis, & per pœnitentiam aufertur. n. 562.*

33 *Pœnitentia triennalis debet eſſe ſecundum aliquos, vt infamiam facti notorij abſtergat. n. 563.*

34 *Hoc eſt poſitum in arbitrio ſuperioris. nu. 563.*

35 *Infamia, ſeu irregularitas temporalis non eſt infamia iuris ſimpliciter, vel irregularitas. numer. 564.*

36 *Sacerdos concubinarius notorius poſt pœnitentiam poteſt ſine diſpenſatione celebrare nu. 565.*

37 *Si tamen ſit ob id priuatus beneficio, adhuc poſt pœnitentiam poteſt eum illo diſpenſari. numer. 565.*

38 *Superius dicta non intelliguntur de delictis, pro quibus ſpecialiter eſt lata infamia, vel irregularitas ipſo iure. n. 566.*

39 *Iuxta qualitatem eorum infamia, & irregularitas præfatæ temporales facilius, vel difficilius tolluntur. n. 567.*

40 *Collatio beneficij facta infami notorio extra iudicium, non eſt ipſo iure nulla. n. 568.*

41 *Infamia facti ex delicto notorio in iudicio inducit infamiam iuris, & irregularitatem. num. 569.*

42 *Notorium iuris eſt de quo quis canonicè condemnatur. n. 569. 575.*

43 *Delictum publicum quale apud ius ciuile. num. 569.*

44 *In iure Canonico omne delictum eſt publicum. num. 569. 585.*

45 *Infamia facti notorij in iudicio non inducit infamiam iuris, niſi delictum ſit ex dolo. nu. 569.*

46 *Dolus eſt machinatio, & fraudulentia. n. 569.*

47 *An effectum inducendi infamiam iuris ignorantia craſſa non æquiparatur dolo. n. 569.*

48 *Ad hoc vt ex infamia facti notorij incurratur infamia iuris, neceſſaria eſt ſententia diffinitiua iudicis ordinarij. n. 570.*

49 *Et quod ſententia tranſierit in iudicatum. num. 571.*

50 *Et quod delinquens non damnetur ex cauſa intrinſeca in pœnam minorem, vel quod non damnetur maiori pœna. n. 572. 573.*

51 *Et non ſufficit quod reus damnetur in cauſa, in qua agit per procuratorem. n. 574.*

52 *Ad probandam infamiam iuris non ſufficiunt teſtes, ſed requiritur ſententia. 574.*

53 *Ad notorium iuris non ſufficit confeſſio delinquentis ſine ſententia. n. 575.*

54 *Propria delinquentis confeſſio in iudicio, non ſufficit ad incurrendam infamiam iuris. numer. 575.*

55 *Confeſſus non habetur pro condemnato. numer. 575.*

56 *Cap. fin. de cohabit. explicatur. n. 575.*

56 *Etiam infamia iuris ex genere pœnæ ſequitur ſententiam. n. 576.*

57 *Hæc eſt duplex. n. 576.*

58 Non ex pœna pecuniaria, ſed ex perſonali ſequitur iuris infamia. 577.

59 *Pœnæ ex quibus ſequitur infamia iuris numerantur. n. 577.*

60 *Damnatio ad triremes infert infamiam, & irregularitatem. 578.*

61 *Pœna triremium, eſt pœna ad opus publicum, vel quædam deportatio. n. 578.*

62 *Pœna abſolutionis ab officio Prioris in Ord. Præd. non infert infamiam. n. 579.*

63 *Depoſitio ab officio Epiſcopatus, vel ab ordine, vel à beneficio infert infamiam. n. 579.*

64 *Damnatio ad pœnam, vt inferat infamiam, debet dari ex cauſa famoſa cognita, ideſt pro dolo. num. 580.*

65 *Damnatio ad pœnam infert infamiam, ſi ſit data in iudicio iuſto. n. 581.*

66 *Sufficit ſententia interlocutoria. nu. 581.*

67 *Non probatur infamia per teſtes deponentes de pœna. n. 581.*

68 *Damnatus ex ſuſpicione delicti non eſt infamis, num. 582.*

69 *Infamia oriens ex damnatione propter ſuſpicionem etiam hæreſis tollitur per triennalem pœnitentiam. n. 582.*

70 *Sem-*

70 *Semper cauſa damnationis iudicialis eſt publica. num. 582.*
71 *Infamia conſequens ad damnatum tanquam ſuſpectum eſt ſecundum quid. nu. 582.*
73 *Eſt infamia, quæ ad arbitrium ſuperioris declaratur eſſe per pœnitentiam ſublata. n. 582.*
74 *Eſt infamia, quæ non cadit ſub diſpenſatione niſi quantum ad effectus legales, ſed alias eſt indiſpenſabilis, licet ſuperiorum ſit videre an ſit ablata per pœnitentiam. n. 582.*
75 *Pœnitentia ſolemnis ſemper infamat, & irregularitatem inducit. n. 583.*
76 *Pœnitentia publica non ſemper infamat. n. 583.*
77 *Epilogus & concluſio præcedentium. n. 584.*
78 *Infamia iuris generaliter impoſita pro infamia facti, eſt ſententiæ ferenda, nec ſequitur, niſi quis damnetur pro crimine ex cauſa famoſa. numer. 584.*
79 *In iure Canonico infamiam iuris ex quocumque delicto notorio in iudicio, & ſententia damnante pro tali delicto ſequitur infamia iuris ſeruatis conditionibus ſupradictis. n. 585.*
80 *Vbi pro aliquo delicto ſpecialiter eſt impoſita infamia ſententiæ ferendæ, illa non incurritur ante ſententiam. n. 586.*
81 *Lex indicens ſpecialiter pro aliquo delicto infamiã ipſo iure nõ obligat in conſcientia ante ſententiam declaratoriã, etiam ſi delictum ſit notorium. n. 586*
82 *Infamia pœna grauiſſima deiicit de ſtatu. n. 586.*
83 *Lex indicens infamiam ipſo iure obligat ſicut lex indicens confiſcationem. nu. 586.*
84 *Delictum notorium infamat ſed temporaliter, & naturaliter, ſed iuris infamia eſt perpetua. numer 586.*
85 *Cap fin. de tempor. ordin. explicatur. n 587.*
86 *Notorium iuris conſurgens vel ex probatione, vel ex confeſſione. n. 587.*
87 *Complementum notorij iuris eſt ex ſententia. numer 587.*
88 *Quod conſtat ex actis, non eſt notorium ante cõcluſionem in cauſa. n. 587.*
89 *Notorium iuris vnius ſpeciei eſt, ſiue ex probationibus ſiue ex confeſſione in iudicio conſurgat. num 588.*
90 *Cap. fin. de cohab. explicatur. nu. 587. 588.*
91 *Dictio ſeu, ſumitur copulatiuè, ampliatiuè, & declaratiuè. n. 588.*
92 *Dictio aut diſtinguit, & alternat. n. 588.*
93 *Ad notorium iuris nec ſufficit ſententia, niſi publicetur. num. 588.*
94 *Ex cap. fin. de tempor. ord. habetur cenſura ferenda. n. 589.*
95 *Notorij peccatores impediendi ab exercitio ordinum. n. 589.*
96 *Sed nunc prius monendi, quam ſuſpendantur. numer. 589.*
97 *Notorij peccatores ſecũdum quid infames infamia iuris, & irregulares. 589.*
98 *Notorij peccatores compelli poſſunt, vt abſtineant ab vſu ordinum, donec pæniteant. n. 589.*
98 *Peccatores non notorij admoneri poſſunt, non cogi. & impediri ab vſu ordinum. n. 589.*
100 *Accuſatum eſſe infamem, quidam aſſerunt. numer. 590.*
101 *Infamia facti in accuſato debet eſſe apud graues. num. 591.*
101 *Electio accuſati non eſt ipſo iure nulla. n. 592.*
103 *Promotio accuſati non eſt ipſo iure nulla. num. 592.*
104 *Nullus infamis infamia facti debet promoueri. num. 593.*
105 *Electio infamis infamia facti non poteſt caſſari, niſi conſtito de veritate delicti. n. 593.*
106 *Vbi lex aliqua irritet electionem infamis ipſo facto, illa erit irrita. n. 594.*
107 *Prouiſio facta infami infamia facti in Cathedralibus Eccleſijs eſt nulla. n. 594.*
108 *Electio infamis tam infamia facti, quam iuris, qualiter ſit nulla, vel caſſanda. n. 595.*
109 *In Ord. Præd. ex infamia, vel notorio nullus ſubijcitur pœnis (excepta excommunicatione) niſi præcedat ſententia declaratoria. n. 596.*
110 *In eodem Ordine nullus poteſt ab electione excludi prætextu delicti, niſi ſententiatus. n. 596.*

548 QVæritur quadrageſimononò. An infamia iuris, quæ eſt latæ ſententiæ, & ipſo facto incurritur, obliget infamem in conſcientia, ad hoc vt abſtineat ab actibus legitimis, ad quos infamia iuris illum inhabilitat, ſeu impedit, etiam ante ſẽtentiam declaratoriam criminis? Non quæritur an incurratur pœna infamiæ ante ſententiam declaratoriam delicti, ſi infamia iuris eſt latæ ſententiæ. Nam licet multi dicant non incurri hanc pœnam, niſi vel præcedat ſententia, vel delictum ſit notoriũ, vel ſaltem publicum, *Caſtro Palao tract. 4. diſput. 4. par. 4. num 4. Salelles lib. 6. de mat S. officij cap. 3. num.* 204. Quæſtio iſta ſupponit incurri, vti fert communis opinio, quam tenent *Barboſ. in l. cunctos populos num. 11. & 12. in 9. oppoſ.* & ibi *Paulus de Caſtro nu. 18. C. de ſumma Trin. Penna in direct. par. 1. com. 4. Gregor. Lopez lib. 4. tit. 6 par. 7. ver. vſurarios, Suarez tom. 5. de conſ. diſp. 48. num. 16. Garz. de beneſ. par. 7. c. 8. nu. 17. Filliuc. tract. 19. c. 8. nu. 209. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 43. n. 13.*

549 Sed hoc ſtante, ſicut hæc iuris infamia non priuat infamem actuali poſſeſſione ſuæ famæ, nec obligat infamem ad ſe diffamandum, & priuandum poſſeſſione ſuæ famæ; imnið non dat ius ei, qui in occulto ſcit delictum, & infamiam, vt illud delictum manifeſtet extra iudicium, ſed peccaret mortaliter contra iuſtitiam ille, qui in occulto ſciret hæreſim, vel aliud ſimile delictum alicuius, & illud extra iudicium diuulgaret, ita quæritur an etiam non priuet poſſeſſione externæ idoneitatis, & externi exercitij actuum legitimorum, ſed ad hoc requiratur ſententia declaratoria criminis, & ante illam electus v. g. ad Prioratum poſſit in conſcientia illum recipere, & exercere, ac ſi non eſſet infamis.

550 Prima ſententia affirmat, infamem ipſo iure obligari in conſcientia ad abſtinendum ab actibus legitimis quantum poteſt ſalua poſſeſſione ſuæ famæ, & vt delictum ſuum non manifeſtet, ideo opinio diſtinguit inter effectus infamiæ, quia alij ſunt priuatiui, vt ſunt abſtinere ab ordinatione, à beneficio, a Prælatura accipienda, à teſtificando &c. Et reſpectu horum effectuum lex inducens infamiam ipſo iure obligat in conſcientia ad abſtinendum ab his actibus. Sed reſpectu actuum, eo eſ-

ſe.

Digitized by Google

fectuum, qui requirunt ad ſui executionem actum hominis poſitiuum, vt ad priuationem dignitatis acquiſitæ, dicunt non obligare in conſcientia. *Ita tenent Imola in cap. felicis, de pœnis in 6.* Et cum eo videntur tantire *Geminiab. ibid. n. 8. fin Suarez tom. 5. de cenſur. diſp. 48. ſec. 1. n. 17. Felin. in cap. Cum non ab homine. De iudicijs n. 10. v. limita 3.* Ratio eſt, quia Princeps poteſt inferre infamiam, vt incurratur ſtatim à crimine commiſſo, & hoc vult, quia infert infamiam ipſo facto, igitur ea incurritur, & parit ſuos effectus. Secundò quia pœnæ priuatiuæ ferunt ſecum ſuam executionem, nec indigent factis alterius, igitur infamia quantùm ad effectus priuatiuos fert ſecum executionem, & ſtatim obligat in conſcientia infamem, vt quantùm ad illos actus ſe habeat, vt infamis.

551 Alia ſententia per extremum ait requiri declaratoriã criminis ad hoc, vt infamia ipſo iure lata pariat effectus ſuos, & obliget in conſcientia vt infamis abſtineat ab actibus legitimis. Hanc enim opinionem eſſe communem, & ſecundùm omnia iura mundi teſtatur, *Iaſ. in l. ſi quis maior, nu. 25. C. de tranſact.* & tenent *Burſat. conſ. 14. num. 18. & ſeq. Archid. in cap. felicis, verb. infamis, de pœnis in ſexto, & ibi Io. Andr. num. 2. & 4.* nec in contrarium eſt *Geminian. ibid. numer. S. Sayr. de cenſuris lib. 7. cap. 11. numer. 3. Sanchez lib. 7. de matrimon. diſp. 13. numer. 1. & lib. 2. in Decal. cap. 26. num. 1. Molin. diſp. 96. 5. Duo tom. 1. Filiuc. tract. 34. num. 79. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 13. poſt q. 9. in 7. haretic. pœna, Simancas Cathol. inſtit. tit. 9. n. 205. Tabien. v. infamia, n. 3.*

552 Tertia ſententia media eſt, & ait, quod ad hoc vt infamia pariat effectus ſuos, & alliget in conſcientia neceſſe eſt, quòd præcedat ſententia declaratoria, vel quod delictum ſit notorium. *Aula de cenſ. p. 7. diſp. 4. dub. 5. Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 3. p. 1. n. 2.* Immò alij addunt ſufficere, quod delictum ſit publicum, *Sanchez opuſ. lib. 6 c. 3. dub. 6. num. 12. Couar. lib. 3. variar. c. 3. n. 2.*

553 In hac controuerſia hoc mihi certum videtur, quòd infamis ipſo iure ab hora commiſſi criminis manet priuatus dominio, non verò poſſeſſione ſuæ famæ, atque propterea, quòd ſententia declaratoria criminis retrotrahenda eſt ad diem commiſſi criminis, vt deliquens ab eo tempore cenſendus ſit infamis, & ita vt nullæ ſint ipſo iure electiones, ſeu collationes, aut adeptiones beneficiorum ſi, quæ acquiſiuit, & ab eo tempore cenſendus ſit priuatus beneficijs, quæ habebat, & ab eo tempore priuandus ſit fructibus beneficiorum, qui cedere debeant fiſco, vel alteri prout de iure ſancitum ſit, & tandem ab eo tempore cenſendus ſit priuatus fama, & nulli omnes eius actus legitimi, ac ſi tunc fuiſſet infamis declaratus. Ita *Caſtro de lege pœnal. lib. 2. cap. vlt. Angelus Peruſ. in autbent. de inceſt. nup. num. 5. Suarez tom. 5. de cenſ. diſp. 48 ſec. 2. num. 16. & 17. Azor. p. 1. lib. 6. c. 13. poſt q. 8. ad 7. pœnam hæreticorum Sanchez l. 2. ſum. cap. 26. nu. 1.* Et probatur, quia pœna ipſo iure lata, aliquem effectum habere debet, aliter non diſtingueretur à pœna non lata ipſo iure, ſed ferenda, hunc effectum verò habet ad minus, vt licet non priuet poſſeſſione boni, quo priuat, tamen priuet illius dominio, & ita vt crimine poſtea in iudicium delato, & per ſententiam declarato retrotrahatur ſententia, ac ſi ab hora commiſſi criminis fuiſſet lata. Quod explicatur exemplo pœnæ confiſcationis bonorum ipſo iure latæ, quæ pœna licet non priuet poſſeſſione bonorum, priuat tamen illorum dominio, & ita vt eum poſtea aliquis v. g. declaratur hæreticus, retrotrahatur ſententia ad diem commiſſi criminis. & ab eo tempore cenſeatur hæreticus priuatus bonis ſuis, & ita vt fiſco adiudicentur etiam fructus medij temporis.

554 Limitatur tamen dictum ſuperius, vt acta per infamem ipſo iure ratione publici officij ſeu iuriſdictionis non ſint nulla à die commiſſi criminis; quia hæc ſuſtinentur ex titulo publici officij æſtimato vero in gratiam communis boni, ex *l. Barbatius. ff. de off. Prætor. Suarez loco citato, Theſaurus in praxi p. p. cap. 33.*

555 Dicitur ſecundò infamem ipſo iure, ſed occultum, non obligari in conſcientia ad hoc, vt abſtineat ab actibus legitimis, ſed manere in poſſeſſione ſuæ famæ, & habere ius poſſidendi illam, & illa vtendi, ac ſi non eſſet infamis ipſo iure; ideo obtineat beneficium non teneri illud reſignare, ſeu non teneri renunciare electioni, aut Prælaturam non acceptare. Hoc primò tenent illi, qui etiam tenent, quòd deliquens occultus non ſit infamis, ſi enim non eſt infamis, nec ſubijcitur effectibus infamiæ. Idem quoque tenent citat. DD. ſupra pro ſecunda & tertia ſententia. Ratio eſt, quia delinquens occultus eſt in poſſeſſione bonæ famæ, vnde nec eſt infamis in fama facti, habet igitur extrinſecus, & poſſidet illam æſtimationem laudabilem, quam ratio & iura requirunt ad actus legitimos; igitur non prohibetur extrinſecus ſe habere, vt non infamis, cũ ſit in poſſeſſione bonæ famæ, nec ab ista poſſeſſione poſſit deturbari niſi ex facto publico, vel publica ſententia. Conſequentia tenet, quia impedimentum ad actus legitimos non eſt primarius effectus infamiæ, ſed ſecundarius & fundatus in amiſſione famæ; vnde ſi pœna infamiæ non infert primarium effectum, qui eſt priuatio poſſeſſionis famæ, multò minùs infert ſecundarium effectum, qui eſt impedire actus legitimos. Dicendum igitur eſt, pœnam infamiæ ad hoc, vt producat effectum, qui eſt impedire actus legitimos ad minus præſupponere, vel delictum publicum, & notorium & infamiam facti, vel publicum defectum, à iure iudicatum dignum infamia.

556 Iſtis ſic præmiſſis, vt propoſitæ quæſtionis reſolutio magis tuta, & fundata habeatur, conſiderandum eſt, quòd infamia iuris eſt duplex, alia ſcilicet, quæ ex iure poſitiuo cõſequitur generaliter ad infamiam facti; alia quæ ſpecialiter impoſita eſt pro hoc, vel illo delicto; vel per ſententiam ipſo iure latam, vel per ferendam à iudice. Prima verò, vt colligitur ex *capit. Infames 3. quæſt. 7* ad tres ſpecies reduci poteſt. Nam alia eſt ex genere delicti, alia ex genere pœnæ, & alia ex genere facti, vt eſt illa, quæ eſt impoſita viduæ in primo anno viduitatis alium virum ducente. Incipiendo igitur ab ea, quæ dicitur ex genere delicti, & à iure generaliter eſt impoſita pro infamia facti ex delicto prouenient, conſiderandus eſt textus *cap. fin. de tempor ordin. ibi. Reſpõdemus, quòd ſi propoſita crimina ordine iudiciario comprobata, vel aliàs notoria non fuerint, non debent hi (præter reos homicidij) poſt pœnitentiam in iam ſuſceptis, vel ſuſcipiendis ordinibus impediri.*

Et

Et idem habetur ex *cap. 1. de except. & cap. final. de cohab.* Ex duplex ex eo textu habetur concluſ. Prima eſt, quòd vbi delictum non ſit notorium, eſto aliàs ſit famoſum, ex eo non incurritur irregularitas, excepto homicidio & alijs criminibus pro quibus in ſpecie lata eſt irregularitas; homicidium enim ponitur gratia exempli, vt ſimile intelligatur de alijs, vt notat ibi *Panorm. num.* Vnde hic eſt huius concluſionis ſenſus, quòd ex infamia facti, niſi delictum ſit notorium non incurritur irregularitas, ſecunda concluſio eſt, quòd vbi delictum ſit notorium, ex infamia facti, iam ex vi legis canonicæ incurritur irregularitas.

557 Circa has concluſiones diſcrepantia eſt inter antiquos Doctores, & modernos. Nam antiqui diſtinguentes delictum in enorme, mediocre, & leue; tres regulas ſtatuerunt. Prima eſt, quod ex delicto enormi, etiam ſi ſit occultum, oritur irregularitas. Secunda eſt, quod ex delicto mediocri non oritur irregularitas, niſi ſit notorium iuris, vel facti. Tertia eſt, quod ex crimine leui etiam notorio nõ oritur irregularitas. Ita diſtinxerunt *Panor. in dicto cap. fin. de de tempor. ordinan. D. Anton. 3. p. tit. 29. cap. 6. Sylu. v. irregularitas. q. 14. Vinald. de irregular. n. 103. 104. & 105.* Ab hac vero ſententia meritò receſſerunt poſteriores Doctores ex eo, quia regulæ illæ fundamentum in iure non habeant.

558 Ideò ex *dict. cap. fin. de tempor. ordinand.* deducitur regula oppoſita, quia nimirum ex nullo delicto non notorio notorietate vel iuris, vel facti, niſi pro eo delicto lata ſit expreſsè à iure, oritur irregularitas, etiam ſi aliàs illud delictum ſit publicũ, & propterea ex eo oriatur infamia facti, per quam delinquens publicè eſt infamis. Habetur expreſsè hæc regula ex eo textu, in quo decernitur, quòd pro nullo delicto (excepto homicidio, quod ex ſe parit irregularitatem ex iuris ſtatuto) arceri poteſt aliquis ab ordinibus aut ſuſceptis, aut ſuſcipiendis, niſi illud delictum ſit in iudicio probatum, vel aliàs notorium. Eſt autem regula certa ex *cap. is qui de ſent. excomm. in 6.* quod irregularitas ex nullo delicto contrahitur, niſi id exprimatur in iure. Modò nedum in iure non exprimitur, quòd ex delicto occulto etiam enormi contrahatur irregularitas, ſed habetur quod ex nullo (excepto homicidio, vel eadem ratione alio, pro quo lata ſit irregularitas) poſſit quis impediri ab ordinibus vel ſuſceptis, vel ſuſcipiendis.

559 Nec obſtat, quòd per quodlibet peccatũ mortale gignitur infamia, & ex qualibet infamia irregularitas; quia qui exiſtit diffamatus de peccato mortali ante pœnitentiam non eſt dignus promoueri ad ordines, & ideò eſt irregularis ſaltem donec manet in peccato. Nam hoc eſt verum de infamia facti, quæ non parit irregularitatem propriè dictam, ſed impedit naturaliter, quia ex lege diuina peccator non eſt dignus, vel vt promoueatur ad ordines, vel vt in ordinibus miniſtret. Sed ex lege poſitiua non irrogatur alia ſpecies, vel ratio infamiæ, ex qua ſequantur irregularitas, vel aliquod perpetuum impedimentum ad actus legitimos, licet aliqui etiam effectus, & impedimenta, vel modi impedimentorum temporalium ex poſitiuo iure conſequantur; quia etiam poſitiuum ius deteſtatur, quod peccatores, & indigni promoueantur. Sed tamen ex poſitiuo iure ſtatuitur, quod pœnitentes huiuſmodi ſi pœniteant admittantur, vt patet ex *d. cap. fin.* vbi additur, quod ſi non pœniteant monendi ſunt, vt in ſuſceptis ordinibus non miniſtrent. Cum igitur huiuſmodi peccatores non ſint infames infamia iuris ſimpliciter, neque ſunt ſimpliciter irregulares, vel impediti ab actibus legitimis. Hoc idem habetur *cap. ex tenore eod. tit.* vbi caſus erat de Clerico de icto enormi, & tali, quod ſi peccatum eius eſſet publicum degradaretur ab ordine, quem ſuſcepit. Et nihilominus Alexander Tertius decernit, quod ſi illud delictum ſit occultum, peracta pœnitentiæ parte ordine accepto vtatur; habet autem Pontifex, vt ſuadeat illi, vt ad ordinem ſuperiorem non aſcendat, ſed tamen concludit, & ait: *Verumtamen, quia peccatum occultum eſt, ſi promoueri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.* Igitur ex peccato occulto, etiam enormi, non oritur irregularitas. Dicitur verò occultũ, quod non eſt notorium, vt patet ex *d. cap. final. eod. tit.* Sed hoc totum habemus expreſſius definitum per Gregorium Nonum cap. final. de cohabit. *Quæſitum eſt de Clericis in fornicationem prolapſis, ſi eorũ ſit officium, priùs quàm pœnituerint, audiendum. Verum etſi quemlibet pro mortali peccato, quoad ſe ipsũ conſtet eſſe ſuſpenſum, non debet tamen in officijs euitari; quia quantùm ad alios tam in caſu propoſito ſuſpenſus non eſt, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit.* Delinquens igitur ex delicto non notorio licet aliàs publico, vel famoſo, nec quoad alios eſt ſuſpenſus, nec eſt quoad alios infamia iuris, aut irregularitate ligatus, vt non poſſit vti ordinibus, licet peccet, & quoad ſe ſit ſuſpenſus, vel etiam quoad Deum infamis, & irregularis, quia non eſt dignus tanto miniſterio. Ex nullo igitur delicto non notorio (excepto homicidio, vel eadem ratione quocunque alio, ſi eſt tale, vt expreſsè in iure notetur irregularitate) delinquens eſt infamis infamia iuris, aut irregularis, etiam ſi delinquens ob tale delictum ſit diffamatus, & infamis infamia facti, vt benè tradiderunt *Gloſ. in cap. fin. v. primum, diſt. 25. & cap. erubeſcant. v. ſecretorum, diſt. 32. & in d. cap. ex tenore, & cap. final. de tempor. ordinand. Nauarr. cap. 25. num. 76. fin. & cap. 27. num. 248. & Concil. 42. de tempor. ordinand. Et ex Innoc. Hoſtien. Turrecrem. Archid. & alijs. Corduba l. p. quæſt. 33. caſu 41. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 26. a. 2. Henriq. l. 14. cap. 5. §. 1. & 2. Greg de Valent. tom. 4. diſput. 7. quæſt. 19. p. 3. §. quinto. Philiar. l. 4. cap. 15. Sayrus l. 7. de cenſ. cap. 12. num. 14. & deciſ. 93. de tempor. ordinan. Barboſa ad dict. cap. ex tenore, eod. tit. num. 3. Garz. p. 7. cap. 8. num. 64.*

560 Ideò eſt alia regula valdè tamen controuerſa, quia ſcilicet ex delicto enormi, & depoſitione digno, ſi ſit notorium, oritur infamia legalis, & ex infamia irregularitas. Delictum autem enorme, & depoſitione dignum eſt adulterium, & reliqua carnis delicta eo maiora, & homicidium, blaſphemia, periurium, ſacrilegium, maleficium, ſimonia, idololatria, hæreſis, concubinatus, & his ſimilia, de quibus videri poſſunt Doctores, *cap. Et ſi Clerici, de iudicijs, & cap. Nullus, & cap. præter hoc, diſt. 32. & cap. 1. diſt. 81. Nauar. in man. cap. 27. nu. 248. Martin. de Ledeſm. in 2. 4. quæſt. 16. a. 2. Sayr. l. 7. de cenſ. cap. 12. num. 10.* Vnde iuxta hanc regulam ad

hoc,

Digitized by Google

hoc, vt ex infamia facti oriatur irregularitas, duo ſunt neceſſaria. Primum quod crimen ſit enorme, & diſpoſitione dignum, ideſt de quo in iure ſtatutum ſit, vt puniatur pœna depoſitionis. Secundum quod crimen ſit notorium. Et circa hoc eſt adhuc diſcrepantia, quia aliqui ſunt, qui dicunt non ſufficere notorium facti, ſed requiri notorium iuris, ita vt vel delinquens ſit ſententiatus, ſeu in iudicio cõfeſſus delictum. Nam vbi delictum ſit notorium ſolum extra iudicium per euidentiam rei, dicunt non incurri infamiam iuris ſimpliciter, & irregularitatem. Ita *Gerſon.* quem refert, & ſequitur *Petr. de Vliano in quadam ſynodali homilia ſuper illud Euangel. Deſignauit Dominus, & alios ſeptuaginta duos*, quam opinionem *Gabriel. in 4. d. 13. quæ. 1. a. 3.* iudicat cautiorem. Et eandem ſententiam tenent dicentes ob crimen notorium notorietate facti incurri ſolum infamiam facti, quæ publica, & conſtante pœnitentia tollitur, *Auila p. 7. diſp. 4. dub. 7. Garz. p. 7. cap. 8. num. 66. Layman. l. 1. de irregular. cap. 4. num. 10.* & fuit ſententia *Archid. in cap. vltim. num. 3. 25. diſt. Turrec. in cap. Illi 6. quæſt. 1. artic. 1. Gloſſ. & Innoc. in cap. teſtimonium, de teſtibus, Abb. in cap. inquiſitionis num. 2. de accuſationibus. & in cap. ex diligenti num. 6. de ſimonia. Sylu. v. infamia. nu. 11. & 2. num. 1. Imol. tom. 4. diſput. 7. in fin. & diſp. 10. in princ. Suarez de cenſ. diſp. 48. ſect. 2. num. 6. & 8. Coninch. diſp. 58. a. 7. concl. 3. Iulius Clarus, l. 5. ſentent. §. vlt. quæſt. 21. num. 1.* & apud eum *Salicetus*. Et ratio eſt, quia infamiam conſequentem factum notorium extra iudicium, delet pœnitentia. Vnde talis infamia eſt temporalis, & infert temporale impedimentum.

561 Sed oppoſitum alij ſentiunt volentes, ex crimine enormi notorio per euidẽtiam facti, quæ non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, incurri infamiam iuris, & ex conſequenti irregularitatem, quæ non tollitur per pœnitentiam, ſed indiget diſpenſatione. *Nauarr. cap. 27. num. 248. ver. Tertio. Martin. de Ledeſm. 2. 4. q. 26. a. 2. Philiar. l. 4. c. 15. Valentia tom. 4. diſp. 7. quæſt. 19. p. 3. §. 5. fin. Toletus l. 1. cap. 18. Henriq. lib. 14. cap. 1. §. 2. & cap. 5. §. 1. & 2. Sayr. de cenſ. l. 7. cap. 12. num. 12. & 13. Sanchez opuſ. t. 2. cap. 2. dub. 18. Theſaurus in praxi. p. p. cap. 33.* Addit verò *Sanchez*, quod huiuſmodi delinquens delicto graui notorio, etiam ſit infamatus de diuturna perſeuerantia in illo. Ex quo aſſertio limitatur, vt non ſufficiat delictum notorium, niſi adiungatur infamia de perſeuerantia in illo.

562 Ex his vero ſententia prima in iure optimè fundatur. Sumitur enim ex *cap. teſtimonium 54. de teſtibus*, ibi. *Si in ipſo crimine perſeueret.* & ex *cap. Ferrum diſt. 50.* ibi. *Non debet deſpici in eo, quod fuit, qui iam incipit eſſe, quod non fuit.* Quæ ſunt verba *S. Greg. l. 18. mor. cap. 16. Et ex c. Nunquam. diſt. 56.* vbi *S. Io. Chriſ. ait. Ad meliora conuerſum nequaquam prior vita commaculat. & cap. ſi duo 35. quæ. 1.* ibi. *infames effecti donec ab inceſtus crimine deſinant.* Ex quibus iuribus habetur, quod pœnitentia maculam, quæ ex huiuſmodi infamia facti notorij cõſurgit, abſtergit, & ideò irregularitas contracta ex ea ceſſat. *Quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. cap. cum ceſſante, de appellat.* & quia, per quas cauſas aliquid naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. *cap. 1. de regul. iuris.*

563 Quanta verò debeat eſſe pœnitentia ad hoc, vt abſtergat infamiam, quæ oritur ex graui delicto notorio, Iulius Clarus ſupra citatus ex Saliceto ait, infamiam hanc purgari emendatione vitæ per triennium. Sed in arbitrio Superiorum hoc eſſe repoſitum dicendum eſt. Nam & minoris temporis pœnitentia ſufficiens eſſe poterit conditione, tum perſonæ, tum delicti, tum qualitate pœnitentiæ conſiderata.

564 Et quia irregularitas propriè dicta eſt impedimentum perpetuum; vnde eſt, quod impedimentum, quod ſine diſpenſatione tolli, ſeu ipſo facto ceſſare poteſt, non eſt propriè irregularitas, vt eſt ætatis defectus; ita defectus honeſtatis morum, etiam ex delicto graui, & notorio, ſi ei aliundè nõ ſit annexa ex iure ſpeciali irregularitas, non inducit irregularitatem propriè dictam, ſed impedimentum amouibile, quod quidem inſurgit naturaliter ex diuino iure, ſed eius determinatio, & duratio, etiã ex lege poſitiua ſpectat ad Superiores Eccleſiaſticos, vt indicent tunc, & quando morum defectus tranſierit, & facti infamia ceſſauerit.

565 Sequitur quoque ex his, quòd Clericus cõcubinarius, vel adulter poſt peractam ſufficientem pœnitentiam, & vitæ emendationem, & interpoſito conuenienti temporis ſpatio poſſit ſine diſpenſatione celebrare. Et licet iam antiquitus Clerici concubinarij notorij eſſent ipſo facto ſuſpenſi, vt tradiderunt *D. Anton. p. 4. tit. 7. cap. 3. Sylu. v. concubinarius q. 5. Conar. in cap. ſi Furioſus p. 2. §. 1. n. 5.* Tamen hanc ſuſpẽſionem fuiſſe ablatam conſuetudine teſtantur. *Ioann. Gerſon. tract. de cognit. peccat. venial. conſ. 23. Medin. l. 1. inſtruct. cap. 11. §. 8. Sotus. in 4. d. 1. q. 5. a. 6. circa ſecundum argumentum. Sairus l. 4. cap. 15. num. 24. Henriq. l. 13. cap. 36, Suarez de cenſ. diſp. 31. ſect. 4. Finellius caſu 11. num. 13. & 15. Layman. lib. 1 tract. 5. par. 5. cap. 4. num. 11.* Et colligitur ex *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 14. de reform.* vbi de his dicitur, quod poſt vnam, & alteram admonitionẽ ſuſpendi à beneficijs, & ſi non ſe emendent, illis priuari debent, quamuis poſt manifeſtã vitæ emendationem cum illis diſpenſari poſſit, prout etiam habetur ex *cap. At ſi Clerici. §. de adulterijs. de iudicijs.*

566 Semper tamẽ excipiuntur delicta pro quibus eſt lata infamia, vel irregularitas ipſo iure. Nam v. g. homicida nequit promoueri ad ordines ſine diſpenſatione, quia eſt irregularis. Sed & hæretici, vt ſupra dictum eſt, ſunt ipſo iure irregulares, & præterea hæretici eorumque credentes, &c. vt ſupra etiam probatum eſt, ipſo facto ſunt infames. *cap. 2. § hæretici, de hæreticis in 6.* ideò de iſtis dicendum eſt, quod non ſint promouendi, iuxta ea, quæ infra de his infamibus à iure cõſiderandũ eſt.

567 Exceptis igitur homicidio, & ſimilibus delictis pro quibus ipſo iure incurritur irregularitas, vel alia cenſura, pro nullo alio delicto etiam enormi, etiam notorio per euidentiam facti incurritur ipſo facto, vel infamia legalis ſimpliciter, vel irregularitas propriè dicta; ſed ſequitur infamia facti per factum contrarium extinguibilis, & alias indiſpenſabilis, cum hoc diſcrimine, quod ex leui delicto infamia facilliùs etiam ſine Epiſcopi, vel alterius Superioris declaratione per pœnitentiam extinguitur, ſed vbi delictum ſit graue, & notorium, & præcipuè ſi diuturnum, difficiliùs per pœnitentiã

in-

Digitized by Google

infamia publica aboleatur, & maius tempus ad hoc requiritur, & ad Epiſcopi., vel alterius Superioris arbitrium ſpectat cum ſecuritate, & plena tranquillitate decernere, an publica infamia ſit ſatis, & ſufficienter extincta.

568 Sequitur tamen ex hoc, quod collatio beneficij facta huic ſic infami infamia facti ex delicto etiam graui, etiam notorio notorietate facti non eſt ipſo iure nulla *Cald. conſ. 20. de prabend. & 4. de accuſ. Compoſtell. in cap. 4. capitulum de reſcrip. & in cap. conſideranimus, de elect. Card. in cap. querelam, de iure iurand. & ibi num. 4. & in cap. 2. de reſcript. num. 4.* (vbi retractat dicta *cap. fin. de preb. 3. concl.*) *& in cap. paſtulaſti de reſcript. num. 1. Rota deciſ. 32. de reſcript. in nouiſ. Bell. dec. 697. & 698. nu. 5. Lopez p. p. cap. 243. Leſs. lib. 2. cap. 34. num. 12. & ex Nauar. cap. 27. num. 249. v. 6. & in Extranag. de datis, & promiſſis num. 48. & conſ. 1. de conſtitut. num. 51. & conſ. 48. num. 1. de Regular. Gomez. Roch. Garz. p. 7. cap. 8. num. 47.* quamuis contrarium ex *Nauar. cap. ſi quando, excep 11. ad 8. de reſcript. & cap. quando cap. 22. num. 98. & Miſcellan. 39. num. 64.* doceat *Sanchez opuſ. l. 2. cap. 2. dub.* 18. & alij quos non refero, quia eorum ſententia procedit ex ſuppoſitione quod dicta facti infamia inducat infamiam iuris, & irregularitatem ſimpliciter, & vlterius quod irregularitas ſimpliciter irritet collationem ipſo facto; iā verò probatum eſt hanc infamiam non inducere irregularitatem propriè dictam ſed impedire ad tempus impedimento, quod per ipſum impeditum tolli poteſt. Nec in iure adeſt textus, ex quo habeatur, quod huiuſmodi infamia irritet ipſo facto electionem. Sed & ſupra probatum eſt, quod irregularitas non reddit collationem beneficij ipſo iure nullam, ſed benè facit, vt ſit caſſanda & irritanda. Regula enim *Infamibus, de reg. iur. in 6. vt ex Felin. in capit. 2. de reſcript. capit. querelam de iure iur.* habet *Garz. p. 7. cap. 8. num. 59.* probat quod infames non ſint promouendi, non quod prouiſio ſit ipſo iure nulla. Et vt habet idem *Garz. num. 62. in cap. cum in cunctis 7. de elect.* prohibentur eligi, qui non ſplendent moribus, ſed non decernitur nulla electio ſi fiat.

569 Remanet igitur, vt videatur qualiter infamia ex delicto notorio notorietate iuris inducat infamiam iuris ſimpliciter, & irregularitatem. Dicitur verò in propoſito notorium iuris illud de quo quis in iudicio condemnatur, *cap. veſtra 7. de cohabit.* ibi. *Notarium diſiatur, de quo Presbyter canonicè condemnatur.* Et de hoc notorio dicitur, quod parit infamiam iuris ipſo facto, & impedit ab actibus legitimis concurrentibus huiuſmodi cōditionibus. Primò ſcilicet, vt delictum ſit publicum; In iure verò ciuili illud delictum dicitur publicum, cuius accuſatio competere poteſt nedum parti paſſæ iniuriam, ſed cuicumque de populo, vt ſunt parricidiū, homicidium, adulterium, & crimen læſæ maieſtatis, &c. Vnde in iudicio damnatus de huiuſmodi crimine eo ipſo eſt infamis. Sed in iure canonico omne delictum eſt publicum, quia ad bonum publicum ſpectat, vt nullum crimen ſit impunitum, *cap. 1. de colluſ. deteg.* vnde eſt, quod de iure canonico omnis damnatus in iudicio de quocunque delicto, eo ipſo eſt infamis, alijs conditionibus accedentibus, quarum vna præcipua eſt dolus. Cū enim delictum committi poſſit ex ignorātia, etiam craſſa, & ex dolo; delictum ex eo quod fit in iure notorium non parit infamiam iuris ſimpliciter, niſi ſit commiſſum dolo. Vt autem habet *Sylu. ver. culpa, num. 1.* Dolus eſt machinatio, calliditas, fallacia ad decipiendum alium adhibita, vel fallendum, vel circumueniendum. In propoſito igitur ignorantia etiam craſſa non æquiparatur dolo, ſed requiritur dolus proprie, & ſtrictè ſumptus. Et ſic infamia adiuncto notorio iuris, quia ſcilicet quis damnatur pro delicto dolo malo commiſſo, parit irregularitatem, quia ſic damnatus eſt ipſo facto infamis infamia iuris, & promoueri non poteſt. *cap. infames, §. porro. 3. q. 7. & leg. 4. §. qui in iudic. ff. de his, qui notantur infam. Bernard. Diaz. in prax. cap. 88. n. 4. Aret. inſtit. de ſuſp. tut. §. ſuſpectus, Sylu. v. crimen. quaſt. 3. num. 4. Angel. quæſt. 6. Sanch. opuſ. l. 6. cap. 3. dub. 6. num. 14.*

570 Sed ſecunda conditio eſt, vt ad hanc infamiam incurrendam ſit neceſſaria ſententia diffinitiua, & quidem iudicis ordinarij, non verò arbitri. *l. quid ergo, §. ex compromiſſo. ff. de his, qui notātur infam. Panorm. cap. teſtimonium de teſtib. Dynus,* quem refert, & ſequitur *Sylu. ver. infamia. quæ. 5. numer. 8. Lopez ad l. 5 tit. 6. p. 7. Sanchez opuſ. l. 6. cap. 3. dub. 6. num. 14. Theſaur. de pœnis p. p. cap. 33. Rota apud Caputaquen. p. 2. deciſ. 9.* Ideò ſententia data in contumaciam non infamat. *Iulius Clarus § final. quaſt. 44. & quaſt. 72. Molina tract. 4. diſp. 9. numer. 5. Theſaur. d. cap. 33.* Infamat tamen ſententia diffinitiua data ex indicijs indubitatis, ſeu præſumptionibus, quia hæc interim tranſit ad effectum executionis pœnarum. *Menoch. lib 1. præſumpt. 96. Theſaur. vbi ſupra.*

571 Tertia conditio eſt, vt ſententia diffinitiua tranſierit in iudicatum, quia ſi eſt interpoſita appellatio, ſententia non infamat pendente appellatione, ſed infamat ſi tranſiuit in iudicatum; quia vel non fuit interpoſita appellatio, vel appellatio fuit deſerta, vel ſententia à iudice ad quem fuit cōfirmata. In quo caſu fit retrotractio ad diem ſententiæ, *Vgolin. de irregul. cap. 60. §. 3. v. tertia excipitur. Molin. vbi ſupra num. 4.*

572 Quarta conditio eſt, vt reus non damnetur in pœnam extraordinariam, vel in minus, vel in maius. Nam ſi iudex damnet in pœnam mitiorem extraordinaria ex cauſa intrinſeca, quia ſcilicet culpa fuit diminuta, nec ei debebatur integra pœna ordinaria, ex vi talis ſententiæ, damnatus non remanet infamis. Remanet tamen ſi pœna fuit diminuta ex cauſa extrinſeca, vt quia multi fuerunt complices, vel reus erat inſignis artifex. *Gloſſ. magna in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infam. & ibi Bart. num. 11. Bald. nu. 13. Caſtr. n. 2. Gloſ. in l. etſi ſeuerior. C. quibus modis, infā. irrog.* ibi *Bart. & Bald. num. 25. & Salicet. num. 8. Theſaur. dict. cap. 33.*

573 Sed ſi pœna ſit ſeuerior cenſetur iudex ſuper infamia tranſegiſſe. *l. quid ergo, §. pœna grauior. ff. de his, qui notan. infam.* & ibi *Bart. Caſt. in l. ſi Paſſidonium. Cad. & Malin. vbi ſupra num. 19. & 20. Nell. de Bann. p. p. tertij temp. quaſt 15. fin. Theſaur. vbi ſupra.*

574 Itaque ex infamia facti tunc ſequitur & infamia iuris, & irregularitas quando quis de delicto dolo malo commiſſo per iudicem ordinarium damnatur pœna ordinaria per ſententiam diffinitiuam,

ginam, quæ tranſeat in iudicatum. Quod in *l. furti §. ſi quis.* vt notat *Sylu. v. Infamia quæſt. 7.* limitatur, quia in cauſa, in qua reus agit per Procuratorem, ſi reus damnetur, nec procurator, nec reus remanet infamis. Et aduertit bene *Rota* apud *Caputaq. d. deciſ. 90.* quod non ſufficit vt probetur, quòd quia ad furcas fuerit ductus, vt probetur infamia, & quod hæc infamia nó poteſt probari per teſtes, quia poteſt eſſe quod ad huiuſmodi pœnas quis fuerit damnatus ſine ſentẽtia diffinitiua. Et ideò ad hanc infamiam probandam neceſſaria eſt ſcriptura ſententiæ. *Lanfranc. in cap. quoniam contra. num. 72. de probat. & Rota die 1. Iunij 1551. in vna Bonon. teſtamentaria coram D. Auguſtino.*

575. Sed cum detur alia quaſi ſpecies notorij, quod aliqui reducunt ad notorium iuris, & aliqui ad notorium facti, nimirum notorium per confeſſionem rei in iudicio coram iudice legitimo. Hoc notorium ſufficere ad inducendam infamiam iuris, ideoque & ad effectus conſequentes infamiam, tenent *Gomez ad l. 5. tit. 6. p. 7. Montalnus ad dictam legem 5.* quæ quidem lex quinta hoc tradit, ſed non eſt lex vniuerſalis obligans extra Regnum. Sed hoc idem tenuerunt *Nauarr. cap. 25. num. 73. Suarez de cenſ. diſp. 48. ſect. 1. num. 23.* qui fundantur in *cap. veſtra, & cap. final. de cohab. cap. 1. de exceptionibus, & cap. final. de tempor. ordinand.* Sed *Suarez*, vt patet *ibid. num. 24.* Loquitur in caſu, in quo lex pro aliquo delicto imponit infamiam ipſo iure, de quo caſu infra erit ſermo. Nunc enim loquimur in caſu, in quo pro delicto in ſpecie non eſt impoſita infamia, ſed hæc eſt impoſita illi, quia eſt delictum in iure notorium. Et in hoc caſu propriam rei confeſſionem non ſufficere ad infamiam iuris incurrendam, tradiderunt ex *Bartol. in l. furti. ff. de his, qui notant. infamia, & Panormit. in cap. At ſi Clerici, de iudicijs. Sylu. v. infamia quæſt. 7. num. 12.* & ibi *Tabien. & Armill. num. 5. Angel. num. 6. Aret. & Caſt. l. ictus fuſtiũ, ff. de his, qui notan. infamia.* Et ſic eſt dicendum, quia textus clarus eſt, in *cap. veſtra 7. de cohab.* ibi. *Notorium definitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur.* Nec obſtat, quod in *cap. quæſitum final. eod. tit.* inter modos notorij ponatur etiam notorium per confeſſionem in iudicio, quia ibi eſt ſermo non de infamia incurrenda, ſed de neceſſitate vitandi, & non audiendi diuina à ſacerdote concubinario, qui de iure antiquo erat ſuſpenſus. & ad quod de iure antiquo ſufficiebat etiam notorium facti, cum tamen nunc, ob *Extrauag. ad euitanda*, requiratur sẽtentia declaratoria cenſuræ, ad hoc vt fideles teneantur vitare Sacerdotem cenſura ligatum. Sed ad incurrendam infamiam iuris ex notorietate delicti iura petunt ſententiam iudicis. *cap. infames 3. q. 7. §. porro, & l. 1. §. qui in iudicio. ff. de his, qui notant. infam.* Et ideò non ſufficit notorium per confeſſionem delinquentis in iudicio legitimo, niſi ſequatur ſententia diffinitiua damnans illum pro delicto. At verò confeſſus non habetur, pro condemnato. *l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. & exhib. reo.* Solum igitur delinquens euadit infamis ex infamia facti notorij, ſi ſit damnatus per ſententiam diffinitiuam de delicto, modo ſupra expoſito. Et infra iterum probo, quòd nec teſtes, nec confeſſio in iudicio faciunt notorium, ſi non adſit ſententia. *& dict. cap. fin. de cohabit.* explico.

576 Ad hanc rationem infamiæ pertinet illa alia, quæ pariter conſequitur ſententiam iudicis damnantem ad pœnam, & quæ fundantur nedum in qualitate pœnæ ad quam aliquis damnatur, & ob quam damnatus multum diminutionis ſuę æſtimationis patitur in hominum opinione, ſed etiam in qualitate culpæ, quam pœna præſupponit; & iſti duplicis generis ſunt, nam alij dicuntur infames ex genere pœnæ, vt qui damnantur ad opus publicum, & alij dicuntur infames ex genere pœnæ, & delicti, cum nedum pro delicto puniuntur, ſed cauſa, & delictum publicè manifeſtatur, vt dum quis fuſtibus ceditur, & ſimul per aliquem præconem iuſtitiæ calumniatur. *cap. infames, §. porro, 3. qu. 7. l. aut damnum. ff. de pœnis. Gloſ. in l. nullum. v. quæſtione. C. quibus ex cauſis infam. irreg. Felin. in cap. teſtimonium numer. 15. de teſtibus. Bart. & alij Doctores in l. ictus fuſtium, ff. de his, qui not. infam. Molina tract. 4. diſp. 9. num. 19.* Et hic igitur adeſt de materiali quædam infamia facti conſiſtens in culpa, & pœna, ex quibus diminuitur, ſeu tollitur bona hominum opinio, ſed ex vi legis hanc facti infamiam facti notorij in iure concomitatur infamia iuris. Sed ad hoc vt hæc iuris infamia, & conſequenter irregularitas conſequatur multæ conditiones requiruntur.

577 Et prima eſt qualitas pœnæ, non enim ſufficit pœna pecuniaria, ſed requiritur pœna corporalis, ſiue hæc ſit pœna mortis. *l. capitalium. ff. de pœnis*, ſiue damnatio ad opus publicum, vt in metallum, ſiue in opus metalli, *l. in ſeruorum, & l. capitalium. ff. de pœnis*, ſiue relegatio, *d. l. capitalium*, ſiue fuſtigatio, *l. ictus fuſtium. ff. de his, qui notantur infam.* ſiue exilium etiam temporale. *l. Imperator. ff. de poſtul. & ibi Gloſ.* Siue damnatio ad triremes, quæ modò ſucceſſit in locum deportationis, ſiue damnationis in opus publicum. *Clar. §. fin. quæ. 67. Farin. quæſt. 142. num. 165.* ſiue damnatio ad perpetuum carcerem, quia æquiparatur deportationi. *Bart. & Gomez*, quos refert, & ſequitur. *Molina d. diſput. 9. §. quod vt meliùs, Abb. in rubr. de teſtamen. nu. 4.* Quamuis contrarium teneat *Claus. §. teſtam. quæſt. 23.* ſiue bannum nedum capitale, ſed ſimplex. *Sylu. v. bannitus num. 4. Bar. in l. amiſſum. ff. de cap. dimin.* Bannum tamen imperiale, de quo in *Authen. Hinc quicumque C. de Epiſc. & Cler.* non infamat, quia non datur per ſententiam diffinitiuam, ſed per modum medicinalis ſententiæ ad tollendam contumaciam, & ideò reſipiſcens reſtituendus eſt. *Bart. ibid.* ſiue depoſitio ab officio, *l. aut damnum. ff. eo & leg. ſi ſeuerior. C. eo.* ſiue exhautoratio, ſiue priuatio militiæ. *l. 2. §. ſi ſeuerior. ff. eo*, ſiue de iure canonico depoſitio, vel degradatio. *Abbas cap. cum te. num. 20. de ſent. & re iud. Sayr. de cenſ. lib. 5. cap. 22. num 10. Bargus. de irreg. p. 6. tit. de ſent. depoſ.* ſiue depoſitio à beneficio. *Gloſ. in cap. licet Heli, ver. infamis, de ſimon. Hoſtien.* ibi, *& Anan. num. 24.*

578 De pœna tamen triremium non omnes concedunt eam ferre infamiam, & irregularitatẽ. Hoc enim negant *Ricc. deciſ. Cur. Neapol. deciſ. 119. p. 1. & Hamobon. vol. 1. p. 4. reſponſ. 158.* & hanc partem probabilem putat *Diana p. 4. tract. 2. reſolut. 83.* Quoniam infamia, & irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus in iure expreſſis. *Gloſ. cap. infamibus, de reg. iur. in 6.* At verò in iure non eſt expreſſum, quod damnati ad triremes ſint infames, aut irregulares. Sed immò ex iſta ratione probatur

Digitized by Google

tur oppoſitum, quia damnatio ad triremes eſt quædam ſpecies damnationis ad opus publicum, damnantur enim hi ad inſeruiendum publico in opus remigandi: & pariter eſt quædam ſpecies deportationis, vnde damnatio ad triremes ſucceſſit in locũ damnationis ad metalla, vel deportationis; Eſt verò expreſsũ in iure vt damnati ad metalla, & deportati ſint infames. *l. ad tempus, C. ex quibus cauſis infam. & irreg. l. Capital.* & ibi *Gloſſ. ff. de pœnis, & l. quidam*, & ibi *Gloſſ. ff. eo.* Et ideo damnatos ad triremes eſſe infames, & ex conſequenti irregulares tenent. *Foller. par. 2. praxis cap. 9. num. 9. Diaz in praxi cap. 146. num. 3. Salzedo ad Diaz cap. 140. praxis, §. ſic equidem, Clarus, & Farin. ſupra citati. Lezana par. 1. cap. 16. nu. 32. Campan. rubr. 11. v. c. 18. num. 16. Theſaur. in praxi par. 1. cap. 3. & par. 2. verbo Miſſa cap. 5. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 43. num. 15. Donatus par. 2. tract. 9. q. 9. & ante hos, Nauar. conſ. 43. de tempor. ordinan. num. 1. & 2. Tuſcus v. infamia, concl. 111. n. 5. Molfes. tract. 6. c. 8. nu. 14.*

579 De pœna etiam abſolutionis, ſeu depoſitionis ab officio, dubium eſſe poteſt. Certè in Ordine Prædicatorum, nec eſt in vſu, quòd abſolutio ab officio Prioratus ferat infamiam per ſe loquendo, & præciſa qualitate delicti, ob quod Prior abſoluitur. Et Priores abſoluti non per hoc cenſentur ineligibiles ad Prioratus aliorum Conuentuũ, immò ſeruato debito interſtitio, ad Prioratum eiuſdem Conuentus. Sed dicitur, abſolutionem ab officio temporali, quale eſt officium Prioratus durans ad biennium, vel triennium, non eſſe tantam pœnã, quæ ferat infamiam, & irregularitatem. Depoſitio verò ab Epiſcopatu, vel ab Ordine, vel etiam a beneficio non fit niſi ex grauiſſimis delictis, & ideò infamat. Et de hac depoſitione loquuntur, *Panorm. Sayr. & Burgat.*

580 Secunda conditio requiſita ad hoc vt pœna lata per iudicem inferat infamiam eſt, vt ſententia iudicis ſit data cauſa cognita, ex cauſa tamen famoſa; ſed cauſa famoſa, vt dictum fuit eſt crimen ex dolo procedens, non verò ex ignorantia etiam craſſa. Vnde eſt neceſſarium vt quis in pœnas dictas ſit damnatus ex dolo *cap. infames 3. q. 7. §. pnro. Thaſaur. in praxi p. 2. cap. 33. §. quinto modo.* At verò ad abſolutionem Priorum ab officio in Ord. Prædicar. ſufficit defectus ſatis leuis, etiam ſi non prouenìat ex dolo.

581 Tertia conditio eſt, vt damnatio ad pœnam fiat in iudicio iuſto, & legitimo, quia iniuſta pœna non infamat. Sufficit tamen, quòd in iudicio legitimo quis per ſententiam, vel diffinitiuam, vel interlocutoriam damnatus fuerit ad aliquam ex dictis pœnis corporalibus; ſemper enim pœna huiuſmodi ſic inflicta eſt notoria in iure, & hæc infamia ex qualitate pœnæ notoriè illatæ reſultat. Et tamen verum eſt, quòd vbi contra aliquem prætendatur, quòd ſit infamis ob aliquam ex his pœnis debet conſtare de iuſta ſententia, nec ſufficit ſi per teſtes probetur, quòd fuerit lata. Vnde vt ſupra dictum eſt ex *Lanfranc. & Rota* ad probandam infamiam non ſufficit probaſſe quòd aliquis fuerit ductus ad furcas, ſi ſententia non producatur. *Barboſa de off. Epiſc. alleg. 43. n. 16.*

582 Quarta conditio eſt, vt ſit notorium pœnam eſſe latam ex famoſo delicto notorio, non verò ex ſuſpicione delicti, & præſumptione, ita quod quis ſit damnatus tanquam ſuſpectus de crimine, non tanquam criminoſus. *Gennen. in praxi cap. 45. num. 5. Rota par. 2. recent. deciſ. 21. num. 2.* Verum eſt, quod ſi aliquis eſt publicè pœnitentiatus ob ſuſpicionẽ criminis famoſi, puta hæreſis, & cauſa huius ſuſpicionis fuit publica, damnatus erit infamis infamia facti. *Gennen. ibid.* ſed hæc tollitur per triennalẽ pœnitantiam poſt condemnationem. *Gennen. ibid. Salicet. in l. ſi minorem num. 2. C. de in integ. reſtit. min. Clarus §. fin. q. 21. num. 1* vel per purgationem Canonicam, aut diſpenſationem. *Sanchez opuſc. lib. 6. cap. 3. dub. 5. in fin. Panorm. cap. cum te, de ſentent. & re iudicata. Sylu. v. infamia q. 4. Angelus num. 4.* Sed conſiderandum eſt, quod vbi cognita cauſa quis damnatur vt ſuſpectus de crimine, ſemper cauſa ſuſpicionis eſt publica, quia eſt in iudicium deducta. Secundò quod hæc infamia non eſt infamia iuris, niſi ſecundùm quid, ſed eſt infamia facti. Nam infamia iuris lata eſt contra notoriè delinquentes, ſeu contra damnatos & punitos ex crimine commiſſo non verò ex ſuſpicione delicti commiſſi. Tertiò quòd dicitur de triennali pœnitentia, in arbitrio ſuperiorum eſt poſitum; Nam & minoris temporis emendatio ſufficiens eſſe poteſt, ſi Epiſcopo viſum fuerit. Quartò quod etiam dictum eſt de diſpenſatione non eſt verum, niſi reſpectu effectuum legalium, qui ex tali damnatione ſequuntur. Nam aliàs reſpectu infamiæ facti, non datur diſpenſatio, vt ſupra dictum fuit, cum infamia facti impediat ex iure naturali, vel diuino. Sed bene ſuperior iudicare poteſt an facti infamia per vitæ emendationem ſit ſufficienter ablata.

583 Tandem quantùm ad pœnas huiuſmodi infamantes conſideratur, quod pœnitentia ſolemnis ſemper infamat, & irregularitatem inducit. *Bernard. Diaz. in praxi cap. 19. num. 1.* aliàs *cap. 23. in nonis. Henriq. lib. 13. cap. 38. §. 3. Alter. de cenſ. tom. 2. diſp. 16. de ſuſpenſ. cap. 1. Campan. rubr. 11. cap. 21. num. 1. Gennenſ. in praxi cap. 45. numer. 5. Theſaur. in praxi par. 1. cap. 33. §. Tertio. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 43. num. 6. Lanor. de elect. cap. 16. num. 114.* Et ita vt peracta pœnitentia irregularitas maneat. *Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 2. nu. 4.* Et ita vt etiam ſi cauſa non ſit notoria; quia non ſolet imponi niſi pro grauiſſimis delictis à iure Canonico. *Theſau. & Bernar. Diaz loco cit. Tolet. lib. 1. c. 64. vbi ſup.* Sed quod dicitur cauſam eſſe, vel non eſſe notoriam non intelligo, quia cum huiuſmodi pœnitentia nõ imponatur niſi cauſa cognita, ſemper cauſa eſt notoria cum non competat niſi delinquente vel confeſſo, vel conuicto in iudicio. Pœnitentia tamen publica non ſemper infamat, niſi modo ſupradicto quis ad aliquam ex recitatis pœnis damnetur, vel ad ſimilem.

584 Ex his igitur ſatis apparet, quod infamia facti etiam euidentia rei notorij naturaliter quidẽ infamat, ſed ſimpliciter non infamat ciuiliter, vel canonicè ſeu legaliter, & per reſpectum ad effectus legales ratione notorietatis, niſi delictum & cauſa infamię, ſit notorium in iure, & quidem media ſententia per quam delinquens damnetur pro crimine famoſo, vel etiam ex crimine famoſo ad pœnas infamantes, vel ad ſolemnes pœnitentias. Et habetur etiam, quòd præſcindendo ab illis delictis pro quibus determinatè in iure eſt lata infamia, vt ipſo iure incurrenda. Pro alijs infamia non eſt la-

tæ ſententiæ, ſed ferendæ, quia non ſequitur delictũ niſi præcedente ſententia ex cauſa famoſa damnãte, ſiue tunc infamia ſequi dicatur ratione delicti, ſiue ratione delicti & qualitatis pœnæ. Nec ſufficit quæcumque notorietas facti, niſi ad aliquos effectus temporales, qui per emendationem fugi poſſunt, & vitari.

585 Et cum ab *Azor.par.2 lib.6. cap.7. q.3.& Barboſa d.Alleg.43. num.25. & ſeqq.* enumerentur delicta, ex quibus oritur infamia, breuiùs etiam dieitur, quòd cum de iure Canonico omne delictũ, ſeu peccatum mortale ſit delictum publicum. *Folleran praxi par.2.cap.6. num.44. Bernard. Diax in praxi cap.6. Clarus §. fin. qu.1.* Et ex *cap.crimina. de Collu.iuncta Gloſſ.Sylu. ver crimen q.3. Angelus q.6. Caſt.de iuſta hæret. punit. cap.9. Sanchez opuſc. lib.6. cap.3.dub.6.num.14.Theſau. in praxi par.1. cap.33. §.Tertio modo &c.* Ideò in iure Canonico ex omni delicto oritur infamia, ſi quis propter illud damnetur in cauſa famoſa per ſententiam diffinitiuam à iudice Ordinario, & in pœnam ordinariam, & præcipuè ſi damnetur ad aliquam ex pœnis quibus in iure annexa eſt infamia. Cæterum pro nullo alio crimine incurritur infamia iuris, niſi cõtra eum ſit hæc pœna ſpecialiter lata.

587 Remanet igitur difficultas de iſtis criminibus pro quibus in ſpecie lata eſt infamia: Et quidem ſi infamia ſit ſententiæ ferendæ, conſtat, quod non haber effectum, niſi ſententia ſequatur. Sed ſi infamia ſit ſententiæ latæ, nihilominùs dicitur, quòd vt obliget in conſcientia, adhoc vt quis delinquens abſtineat ab actibus legitimis, ſeu vt ratione infamiæ ſit irregularis, & vt irregularis ſe habere debeat, non ſufficit delictum commiſſum etiam ſi publicum, & per euidentiam facti notorium, ſed requiritur ſententia declaratoria criminis. Ratio eſt, quia infamia eſt pœna grauiſſima, per quam homo cadit à ſtatu reputationis, opinionis, bonæ famæ & honoris; vnde ſi confiſcatio bonorum temporalium etiam lata ipſo iure, licet delinquentem priuet bonorum dominio, non tamen in effectu eum ſpoliat niſi ſententia præcedat; ita licet infamia ipſo iure lata, priuet delinquentem dominio famæ, non tamen cum publicè, & ciuiliter, ſeu legaliter ſpoliat, ideoque neque eum ſubdit illis effectibus, qui ex infamia, & priuatione famæ oriuntur. Nec obſtat, quod vbi delictum ſit notorium taliter, quòd non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, iam delinquens amiſit famam, & per euidentiam proprij facti, ſe fama ſpoliauit, quia hoc eſt verum de amiſſione famæ naturaliter, ſed ad libitum ſuum per pœnitentiam recuperabiliter; vnde non per hoc, nec ex vi huius eſt perpetuò excluſus vel ab ordinibus, vel à dignitatibus; quia pœnitentia notoria maculam & infamiam facti ex delicto notorio tollit. Sed infamia legalis priuat fama inamiſſibiliter, ſine diſpenſatione, & deijcit delinquentem de ſtatu ſuo in perpetuum; ideo non incurritur niſi præcedente ſententia ſaltem declaratoria.

587 Et neque obſtat *cap. Quæſitum, fin.de tempor. ordin.* vbi decernens Sacerdotes peccantes non debere impediri ab exercitio ordinis, niſi vel ob homicidium, vel ob crimina ordine iudiciario cõprobata, aut aliàs notoria, *& Gloſſ.aduertit ex cap. fin. de cohabit.* triplicem eſſe ſpeciem notorij, vel quia in iudicio ſententiatum, vel per confeſſionem delinquentis, vel per rei euidentiã, & ideo per argumentum à contrario ſequitur, quod vbi delicta Sacerdotis ſint vel in iudicio probata, aut ab eo cõfeſſa, aut extra iudicium per rei euidentiam notoria, ille debeat remoueri ab exercitio ordinũ, etiam ſi pœniteat. Vnde colligitur, quòd talis Sacerdos iam ratione notorietatis delicti, ſit infamis, & irregularis. Reſpondetur enim & dicitur primò, quod non ſequitur quod illud *vel alias notoria*, importet notorium facti, ſed notorium iuris, quod non conſurgit ex ſola probatione delicti ordine iudiciario, ſed etiam ex rei confeſſione, vt notat *Panorm. ibi num.7.* concludens, quod omne conſtans ex actis poteſt eſſe notorium. Et ſic dum dicitur in textu, *vel alias notoria non fuerint*, innuitur omnis modus notorij iuris, conſurgens vel ex teſtium depoſitione, vel ex indicijs indubitatis, vel etiam ex rei confeſſione. Et tamen ſemper etiam eſt aduertendum quod complementum notorij iuris habetur ex ſententia, & non ſufficit tantum, quod delictum ſit probatum per teſtes & probationes luce meridiana clariores, vel per rei confeſſionem, ſed ſentẽtia publicata requiritur. Licet enim apud multos delictum notorium dicatur, quod eſt confeſſum in iudicio, vt ex *Maſcard.* & alijs probat *Barboſa de off. Epiſc. alleg.39.nu.23.* Vel illud quod ex actis conſtat. *Panorm. loco citato*, & plures alij apud *Barboſam loco citato, & v. notorium*. Tamen multi hoc explicant, vt ſit verum poſt concluſum in cauſa. Quia cum ante concluſionem acta, & probata poſſint impugnari, vacillat tunc fides & certitudo notorij, quod propterea locum habere non poteſt niſi fuerit in cauſa concluſum. *Gratian. diſcept.cap.142.num.11.* Sed in propoſito noſtro diſtinguendum eſt, quia aliud eſt notorium, quod ſufficiat ad hoc vt iudex ſententiet in cauſa, & ſic reſpectu iudicis notorium eſt, quidquid ex actis conſtat, aliud eſt notorinm ſimpliciter & reſpectu populi, & ad effectũ, inferendi infamiam apud populũ. ideoq; in effectu ad ſpoliandum aliquem perpetuò ſua fama, & ad hoc non ſufficiunt acta, niſi ſequatur ſententia, quæ tranſierit in iudicatum; quia cum acta poſſint impugnari etiam poſt ſententiam per legitimam appellationem, ideo antequam ferratur ſententia, & hæc tranſeat in iudicatum numquam delictum eſt ita euidens, quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, & occultari. Vnde nõ valet ad hoc vt perpetuò infamet, & ſpoliet legaliter delinquentem.

588 In ea igitur parte textus ſermo eſt de ſolo notorio iuris ſiue conſurgat ex probationibus, ſiue ex rei confeſſione, ſemper tamen aduertendo, quòd notorium iuris non perficitur niſi per ſententiam canonicè latam, & quod eſt verum id, quod definiendo decreuit Lucius Papa Tertius in Concil. Magunt. & habetur *cap. veſtra 7. de cohab.* ibi *Notorium definitur de quo presbyter canonicè condemnatur.* Quæ definitio non eſſet bona, ſi non comprehenderet ſub ſe omne notorium iuris. Ideo ibidem definitur *occultum quod ab Eccleſia toleratur*, vbi *Gloſſa v. occultum*, ait: *Et tamdiu reputatur occultum, licet plures ſciant, quamdiu ab Eccleſia toleratur, vt hic dicitur, & 15. quæſt.vlt. cap.vltim.* Sic enim & in *d.cap.vlt.quæſt.vlt.* 15. cauſa decernitur à Sacerdotibus malis accipienda Sacramenta, do-

nec

nec indicio Epiſcoporum reprobentur. Nec notoriũ iuris propriè diuiditur in duas ſpecies, vt aliud ſit per ſententiam, & aliud per delinquentis confeſſionem. Neque hoc habetur in *cap. fin. de cohabit.* ibi enim ſic dicitur. *Niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam, ſeu per confeſſionem factam in iure, aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit*. Notandæ ſunt duæ illæ dictiones, *ſeu*, & *aut*. Nam dictio *ſeu*, ex natura ſua habet, vt ſumatur copulatiuè, ampliatiuè, declaratiuè, vt pluribus explicat *Barboſa dictione 363*. Et ita in propoſito ſumitur, & explicat vnum membrũ contentũ in parte priori; nam notoriũ per ſententiã vel conſurgit ex probationibus, vel ex delinquentis confeſſione. Et ne quis imaginaretur, quod notorium illud ſolum eſſet, quod conſurgit ex ſententia innixa probationibus, ſubditur, quod etiam notorium ſit, quod conſurgit ex confeſſione in iudicio. Sed dictio *aut*, diſiungit, & alternat, & inter diuerſa diſtinguit, vt ex eadem *Barboſa & DD. per eum allegatis dictione 46. conſtat*. Ideo diſtinctio data in illo textu eſt bimembris, & diſtinguit notorium in notorium iuris, & facti, & notorium iurius explicat, vt contingat etiam tunc, cum reus ex propria confeſſione damnatur. Et nihilominùs ad effectum infamiæ inducendum nec ſufficit ſententia ex nuda, & ſpontanea confeſſione proueniens. Quia in ſancto Officio ſpontanei comparentes non efficiũtur infames infamia iuris, ſed cum ſolis pœnitentijs ſalutaribus dimittuntur. Vnde ad notorium iuris quod valeat ad infamiam eſt neceſſaria ſententia publicata Eccleſiæ, & promulgata, & quæ in iudicatum tranſierit.

589 Et nihilominùs additur ſecundò, quòd etiam ſi particula illa, *vel aliàs notoria*, extenderetur ad notorium facti, non obſtaret. Quia non habetur ibi cenſura, ſeu pœna ipſo iure lata, ſed ferenda, quoniam habetur ſolùm, quòd ſint impediendi. Et proculdubio verũ eſt, quod Sacerdotes notoriè peccantes impediẽdi ſunt. Nam Concubinarij, vel Fornicarij notorij ſunt ſuſpenſi, ſi ius antiquum ſpectemus, *c. ſi qui ſunt: diſt.81*. Nam hanc ſuſpenſionem non eſſe amplius in vſu tradunt, *Medina lib.1.inſtruct.cap.11.§.8. Sotus 4.diſt.1.q.5.art.6. ad ſecundum, & d.13.q.1.art.9 Philiar. lib.3. cap.9. Sayr.lib.4.de cenſ. cap.16.num.24*. Et certè modò ſeruandum eſt, quod decernit Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.14. de reform. quia nimirum non niſi poſt ſecundam monitionem ſuſpenduntur, & tali ſuſpenſione ſuper qua Epiſcopus poſt pœnitentiam poteſt diſpenſare. Et licet prout ſupra dictum eſt, Clerici notoriè peccantes, & ita notorij notorietate facti & ſic infames, ſint etiam aliquo modo irregulares, hæc tamen eſt irregularitas temporalis, quæ per pœnitentiam tolli poteſt. Ex eo igitur *cap. final. de tempor. ordin.* habetur ſolum, quod notoriè peccãtes ab exercitio ordinũ arcendi ſunt, & impediẽdi. Sed cum diſcrimine, quia vbi adſit notoriũ iuris, impedimentũ erit perpetuũ durans etiam poſt pœnitentiam, niſi diſpenſentur, ſed vbi aderit ſolũ notorium facti impedimentum non erit perpetuum, ſed donec pœnitentia deleuerint infamiam, & ſuperioribus viſum fuerit, quòd per pœnitentiam deleta ſit infamia, & ſcandalum ablatum. Quia per ſuperiores compelli poſſunt, vt abſtineant donec pœniteant. Nam aliàs vbi peccata non ſunt notoria moneri quidem poſſunt, ſi non pœniteant, vt ab exercitio ordinum abſtineant, ſed ad id non poſſunt cogi iuris ordine non ſeruato. Solum igitur ex eo textu habetur, quod vbi delicta Clericorũ ſint notoria impediendi ſunt, ne miniſtrent in ordinibus, non verò habetur quòd ipſo facto, & iure ſint irregulares perpetuò; vnde neque ex eo textu habetur, quòd etiam ſi aliqui ſint ipſo iure infames propter delictum commiſſum ipſi ex vi ſolius notorietatis facti, ſeu ex vi infamiæ facti ſint illico infames perpetuò infamia iuris quantum ad effectus huius infamiæ illico ante ſententiam inferendos.

590 Hinc tandem deduci poteſt, quid ſit dicendum de eo delinquente, qui eſt in iudicio accuſatus, ſed non ſententiatus, an ſcilicet ſit infamis, & ideo ineligibilis. Nam plures hoc affirmant, ex *leg. reus, ff. de muneribus, & honoribus, & cap. laici diſt.33. & cap. fin. de teſtibus, & cap. omnipotens, de accuſat. & cap. tantis, diſt.81.*

591 Primò autem etiam hoc dato, non procederet niſi perſona eſſet difamata apud viros graues & bonos, ex probabilibus motiuis. *Hoſtien. & Io. Andr. in cap. meminimus, de accuſat. Felin. in d. cap. Omnipotens, Bиax p.2. c.23. Nauar. conſ 6. de accuſ. Cuch. lib.4. tit. de elect. n.154. Azor. p.2. lib.6. c.7. q.4. Garz. par.7. cap.7. art.6. Sigiſm. de elect. cap.83. nu.6. Raggini dub 60. num 7. Barboſa de off. Epiſ. alleg.43. num 14. Lauor. de elect. cap.16. num.10. & ex Naldo, & Molfeſio Peyr. in Subd. quaſt. . cap.31. §.8. ver. dico 4. & tom. 3. priuileg. cap.9. numer.25.* Vbi ex *Baixio* etiam aduertit, quod inquiſitus non præcedente infamia eſt eligibilis. Quod eſt verum, ſi ex inquiſitione inquiſitus non remanet difamatus, apud viros graues.

592 Dicitur nihilominùs primò, quòd electio accuſati, ideoque infamis infamia facti nõ eſt ipſo iure nulla. Nam in dictis iuribus aſſeritur quidem, quòd promoueri nõ debeant accuſati, ſed nõ decernitur, quòd promotio ſit ipſo iure nulla, ſi promoueantur. Immò *c. Tantis diſt.81.* cũ quidam Epiſcopus, diffamatũ de criminibus promouiſſet, promotio examini ſubijcitur, & aſſeritur quòd *Faciliùs eſt, vt hanc dignitatẽ tali dando, ipſe amiſerit ordinator, quã eam obtineat ordinatus*. Erat igitur poſſibile, vt nec ordinator ammitteret ſuam dignitatem, & eam obtineret ordinatus, ſi ſe in iudicio purgaſſet, & diſfamatio falſa apparuiſſet. Et immò ſubdit textus. *Cui conuictio ſociabitur, qui ſibi eum credidit, largiendo Pontificium Sacerdotium*. Et ſic niſi ordinatus fuiſſet conuictus de crimine, de quo erat diffamatus, nec ipſe, nec ordinator amiſiſſent dignitatem; non erat igitur irrita ordinatio. Et in *cap. Omnipotens 4. de accuſat.* dicitur, quod *valde graue eſt, vt vir de quo tanta, & talia nunciantur, cum ante requiri, & diſcuti debeant) honoretur*. Vbi igitur aliquis ſit diffamatus non debet promoueri, ſed ſi promoueatur, promotio non eſt ipſo iure irrita, ſed irritanda. Quam ſententiam procedere etiam in collatione facta à Papa non facta mentione de crimine, ex *Felin. cap. poſtulaſti de reſcript. & ex Rota, Bell. & Nauar. tradit, Garz. par.7. cap.8. nu.53.*

593 Ideo hoc eſt verum nedum de inquiſito, & accuſato, ſed de omni infami infamia facti, quòd non eſt eligendus, aut promouendus durante infamia, ſi infamia ſit apud viros graues, & prudentes,

l. reus,

l.reus. ff.de muneribus,& l.vn.C.de reis poſtu.cap.fin. de teſtib.c.Omnipotens de accuſ. & ibi *Panorm. Ananias. Felin.* & alij *Biax.par.2.cap.23. Nauar.conſ.6. & 7. de accuſ.Gorz.de beneſ.p.7.c.8. n.6.* Sed tamen vbi electus acquiſiuit ius ex electione non poteſt ex facti infamia caſſari electio, ſed iuxta dicenda infra *cap.33.* debet ſumi informatio de qualitate infamiæ, & veritate delicti de quo electus eſt diffamatus, & niſi vel fuerit confeſſus, vel cõuictus ex teſtibus, aut notorietate facti, vel alijs probationibus, quæ ſufficiant ad condemnandum, vel ſaltem ad caſſandam electionem iuxta dicenda *d.cap.33.* non poteſt electio caſſari ratione talis diffamationis & delicti, vt habetur ex *d.c.Tantis diſt.81.*

594 Semper tamen excipi debet, & limitari hæc doctrina, vt nõ habeat locum vbi expreſsè pro infamia facti eſſet impoſita pœna nullitatis electionis, vel collationis ipſo iure, ex aliqua lege.

595 Sic ergo concluditur, quòd infames infamia facti etiam ex delicto notorio non debent quidem eligi, ſed electio ſi fiat, non eſt ipſo iure irrita, licet ſit caſſanda conſtito ſufficienter de delicto. Sed infames infamia iuris, ſi non ſunt declarati per ſententiã, & ſunt infames ſolũ infamia ferenda, licet non debeant eligi, electio tamen non eſt ipſo iure *irrita*, & ſi confirmetur antequam electus per ſententiam decernatur infamis electio eſt bene confirmata, licet delinquens iuxta conditionem delicti poſtea puniri poſſit etiam priuatione dignitatis. Sed ſi infamia eſt latæ ſententiæ, electio infamis eſt ipſo iure nulla, ſed ante declarationem eſt tolerata ab Eccleſia; & ideo acta per talem electum, & cõfirmatum valent ex titulo publici officij, ſed per ſubſequentem declarationem criminis infamantis ipſo iure euet electio, & confirmatio, & irrita erunt omnia electi acta priuata, & non prouenientia ex publico officio. Sed ſi quis infamis eligatur, poſt ſententiam declaratoriam criminis, cui eſt annexa infamia ipſo iure, electio nulla penitus eſt, & non tolerata, & omni effectu vacua.

596 In Ordine Prædicatorum euidentiùs eſt, quòd infamia facti etiam ex delicto notorio non parit effectus infamiæ iuris, quoniam in Prologo Conſtit. §.4. ſic ſtatuitur. *Pœnis tamen abſolutionis ab officio, priuationis vocis actiua, vel paſſiua, grauioris culpa. & alijs maioribus (quantumcumq; tam in conſtitutionibus, quàm extra ipſa facta ſint incurrenda) niſi ſit pœna excommunicationis lata ſententiæ, nullus ſit ſubiectus, niſi ſuperueniat declaratio Prælati in particulari reſpectu huius, quantumcumq; etiam notarium facti, vel iuris, aut vtriuſque interueniat.* Ideo nullus prætextu delicti poteſt ab electione excludi niſi ſit ſententiatus. *Gloſſa Conſtit.*

Conditio Tertiadecima.

Non priuatus voce paſsiua, nec inhabilis.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio Tertiadecima eſt vt eligendus non ſit priuatus voce paſsiua, nec inhabilis.n.597.*
2 *Qui eſt priuatus electione eſt priuatus vtraque voce.nu.597.*

597 TErtiadecima conditio eſt, vt eligendus nõ ſit priuatus voce paſſiua ſeu inhabilis ad officia, dignitates, & beneficia. Eſt verò conſiderandum, quod nedum cenſendus eſt priuatus voce paſſiua ille, qui vel à iure, vel ab homine priuatus eſt electione ſub expreſſione vocis paſſiuæ, ſed ille qui abſolutè priuatus eſt electione, cum electio ſit nomen verbale habens ſignificationem actiuam & paſſiuam, priuatus eſt tam eligere, quam eligi. Quod idem eſt, ac priuatus voce actiua, & paſſiua. Qui verò eſt inhabilis nec eligi, nec præſentari de beneficia, & Prælaturas, nec quomodocumque promoueri poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratus per ſententiam & priuatus voce paſſiua, aut inhabilis non poteſt eligi. n.598.*
2 *Et ſi eligitur, electio eſt euidenter inualida. numer.598.*
3 *Senſus quæſt. n.598.*
4 *In Ord. Præd. nullus ratione delicti excludi debet ab electione, niſi ſit ſententialiter voce priuatus. num.599.*
5 *Excommunicatus poteſt excludi. Remiſſiuè. numer.599.*
6 *Electores poſſunt ex beneplacito non eligere quenquam, non tamen poſſunt prætextu, quod aliquis ſit priuatus voce, vel inhabilis illum publicè excludere ab electione. n.600.*
7 *Superiores ſcientes aliquem priuatum voce, aut inhabilem non poſſunt prohibere ne eligatur, ni ſi cauſa cognita, & præmiſſa ſententia. n.600.*
8 *Superiores Regulares ad ſubſtantialia iudicij tenentur. num.600.*
9 *Duo ſunt de ratione iudicij. Facti probatio, & citatio rei. n.601.*
10 *Superior ex propria ſcientia & arbitrio nullum poteſt excludere ab electione, niſi iuridicè, & præmiſſa ſententia. n.601.*
11 *Quid ſi delictum ſit notorium. n.601.*
11 *Et eſt neceſſe, quod ſententia tranſierit in iudicatum. n.602.*
12 *Pendente legitima appellatione damnatus poteſt eligere, & eligi. n.602.*
13 *Appellatio à cenſuris non ſuſpendit. n.602.*
14 *Inhabilitas, aut priuatio vocis non eſt ſuſpenſio. num.602.*
15 *Appellatio à ſententia ſuſpenſionis à beneficio ſuſpendit. n.602.*
16 *Electio infamis infamia facti nõ eſt ipſa iure nulla. n.603.*
17 *Eligere infamem infamia facti eſt prohibitum. num.603.*
18 *Eligere infamem infamia facti multis modis eſt malum. n.603.*
18 *Nullus electorum tenetur non eligere eum, quem ſcit inhabilem, vel priuatum voce paſſiua, dum ille adhuc eſt toleratus, nec per ſententiam eſt declaratus. n.604.*
19 *Per accidens multis de cauſis electores non poſſunt eligere inhabilem, vel priuatum voce, ſed toleratum. n.604.*

Quæ-

598 QVæritur autem quinquageſimo. An ipſo iure priuatus voce paſſiua, aut inhabilis ante ſententiam, poſſit excludi ab electione? Nam hoc etiam aliud eſt conſiderandum, quòd ſi quis per ſententiam ſit voce paſſiua priuatus, aut inhabilis ſententiatus, vel declaratus incurriſſe crimen, pro quo lata eſt priuatio vocis paſſiuæ, aut inhabilitas, talis ab electione eſt excludendus, & ſi eligatur, eius electio eſt ipſo iure notoriè, & euidenter nulla. Et etiam ipſo iure nulla eſt electio, ſi electus ipſo iure eſt inhabilis, aut priuatus voce paſſiua, quia talis eſt inhabilis, vt validè eligatur. Tamen quæritur, an hæc nullitas ſit per ſententiam declaranda. Et pariter an ante ſententiam poſſit iſte ſic priuatus, aut inhabilis excludi ne eligatur. An ſcilicet poſſint Superiores prohibere ne talis eligatur, vel econtra, an eligentes ſcientes talem priuationem, aut inhabilitatem, poſſint illum eligere.

599 Reſpondetur autem, quod in Ordine Prædicatorum habetur expreſſa ordinatio in *Gloſſ. diſt. 2. cap. 2. §. 5. l. p.* per quam decernitur, quod *Nullus debet excludi à quacunque electione, prætextu alicuius criminis, vel delicti, niſi ſententialiter ſit condemnatus, & per ſententiam voce priuatus*. Excipitur tamen excommunicatus, de quo ſatis ſupra dictum fuit. Sed illa ordinatio eſt de iure communi.

600 Prætextu enim cuiuſcunque delicti, vel priuationis iuris incurſæ, non poteſt quis excludi ab electione. Dicitur igitur primò, quòd electores extraiudicialiter ex propria voluntate excludere poſſunt eum quem ſciunt quomodocunque eſſe priuatum voce paſſiua, aut inhabilem, quia & quemcunque non priuatum poſſunt nolle eligere. Poſſunt quidem electores etiam iuridicè opponere alicui eligendo, & delictum, & priuationem vocis, aut inhabilitatem incurſam, ſi delictum taliter ſit notum, vt ſalua charitate, & iuſtitia poſſit deduci in iudicium. Et hoc ſtante poſſunt etiam ex tali prætextu negare illi ſuum ſuffragium, cum ipſi liberi ſint in hoc, & aliàs defectum eligendi, ſalua charitate, & iuſtitia opponere poſſint, ſed non per hoc poſſunt illum vi eijcere, vel impedire ne eligatur. Quia talis eſt in poſſeſſione ſui iuris, & eligibilatis, qua nequit priuari per vim, vt patet ex probatis ſupra cap. quartodecimo. Dicitur ſecundò, quod auctoritate publica, nec Superiores ſub hoc prætextu poſſunt præcipere electoribus ne eum eligant, quem priuata notitia ſciunt eſſe voce paſſiua priuatum, aut inhabilem, niſi ordine iudiciario præmiſſo eum per ſententiam, vel voce priuent, vel declarent commiſiſſe crimen cui ſit annexa inhabilitas, aut priuatio vocis paſſiuæ, ipſo facto. Eſto enim Prælati regularium in iudicando non ſint adſtricti apicibus iuris, ſubſtantialia tamen ſeruare debent. *cap. qualiter, & quando, n. 2.* & ibi *Panor. de accuſat. & Clem. ſæpè, de verb. ſignif. Panorm. in cap. dilectus, de iud. Sylu. v. Iudex. 1. quæſt. 5. Penna com. 104. in direct. Inquiſ. Nauarr. l. 2. conſ. 1. de ſentent. & re iudic. in antiquis. D. Anton. 3. p. tit. 9. cap. 15. Sorb. v. appellari §. 2. Rodriq. tom 2. quæ. 51. a. 11. Sigiſ. dub. 91. nu. 10.*

601 At verò duo ſunt de ſubſtantia iudicij, vt quis ſententialiter priuetur voce paſſiua. Primum eſt, vt adſint probationes de delicto, *Rota deciſ. 234. p. 1. & deciſ. 481. p. 2. Recent.* & licet aliquando indicia ſufficiant ad damnandum aliquem. *Maſcard. de probat. tom. 3. num. 1313. & Farinac. de delict. carnis. quæſt. 147. num. 66.* nihilominùs hæc debent eſſe talia, vt reum conuincant. *Rota in Firmana Capel. 7. Maij 1582. coram Clem. 8. & deciſ. 1029. numer. 2. coram Seraph. Et in Hiſpal. præt. ſimon. 7. Februar. 1596. corã Card. Blanch. & dec. 517. n. 1. coram Greg. XV. & deciſ. 166. n. 8. p. 2. Recent. Sigiſ. vbi ſup. n. 9.* Secundum neceſſarium eſt citatio rei, & illius interrogatio, vt nullus inauditus condemnetur. *Clarus l. 5. §. fin. quæſt. 8. Farin. q. 39. num. 32.* Ideò non poteſt Superior ex propria ſcientia, vel arbitrio aliquẽ excludere ab electione, ſed debet delinquentes via iuridica punire priuatione paſſiuæ vocis, aut pœna inhabilitatis. Et licet vbi delictum ſit notorium, non teneatur Iudex ad tam ſtrictas iuris formas, nihilominùs neque tunc poteſt excludi aliquis ab electione, niſi ſeruata forma iudicij in notorijs neceſſaria præcedat ſententia. Et ſic nunquam excludi poteſt aliquis prætextu, quod ſit voce priuatus, aut inhabilis, niſi ſit ſententialiter excluſus forma iudicij ſeruata.

602 Immò hoc ampliatur, vt nec ſufficiat ſententia, niſi tranſierit in iudicatum. Nam regulariter appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ, *cap. cum venientes, de iure iurand.* & ideò pendente legitima appellatione, poteſt inhabilis, aut priuatus voce paſſiua eligere, & eligi. Nec obſtant *cap. ſi cui §. fin. de ſent. excomm. & cap. ad hæc quoniam. de appellat.* ex quibus habetur, quod appellatio à ſententia excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti nõ ſuſpendit. Quia nec inhabilitas, aut priuatio vocis paſſiuæ eſt ſuſpenſio, vel cenſura, vnde nec tollitur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem. *Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. l. 4. cap. 61. & tom. 4. tract. 8. l. 2. cap. 21. num. 13. & 14. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 90. num. 7. & dub. 93. num. 9.* Aduertit verò *Sigiſm. dub. 90. num. 9.* quòd ſi aliquis per ſententiam latam contra ipſum adhuc remanet diffamatus de delicto apud graues, & honeſtos viros, quod adhuc pendente appellatione non poteſt eligi ratione infamiæ, quia infames eligi non poſſunt. Et ita licet ex vi appellationis ſuſpendatur virtus ſententiæ, vt non impediat, quin damnatus eligi valeat, ex alio capite impeditur electio, ſi damnatus remaneat notatus infamia, ex eo quòd in iudicio accuſatus, & condemnatus.

603 Sed quærendum hic remanet, an priuatus ipſo iure voce paſſiua, vel inhabilis addita infamia, & ſaltem ratione infamiæ poſſit excludi ab electione per ſuperiorem, & priuari electione. Et non eſt ampliùs dubium, an Superior hoc poſſit, ſi iudicialiter procedat, & per legitimas probationes faciat conſtare de infamia. Nam licet fama non ſufficiat ad priuandum aliquem ſimpliciter voce paſſiua, ſufficit tamen ad excludendum eum hic, & nunc ab hac electione. Quia infames eligi non poſſunt. *cap. tantis diſt. 81. & cap. final. de teſtibus, & cap. Omnipotens de accuſat.* Quamobrem Superior ſi ſibi iudicialiter conſtet de infamia alicuius, poteſt illum priuare electione durante infamia. Sed dubium eſt, an hoc poſſit facere Superior extraiudicialiter, non examinatis teſtibus cum iuramento, & prætenſo reo non citato. Et quidem ſi adſit oppoſitor, qui inſtet procedi iudicialiter, non poteſt

hæc

Digitized by Google

hæc via omitti. Sed vbi non eſt oppoſitor poteſt ne Superior ex officio via extraiudiciali ſe informando de infamia excludere aliquem ab electione? Ratio dubij aſt, quia vt probatur infra cap. 33. Superior vt electum excludat à confirmatione, poteſt extraiudicialiter ſe informare, & maior informatio non eſt neceſſaria. Et tamen alectus habet ex electione ius, vt confirmetur. Multò magis igitur ſufficiet extraiudicialis informatio, vt Superior infamem excludat ab electione, cum nullus habeat ius vt eligatur. Sed dicitur non eſſe eandem rationem. Nam electio non aſt commiſſa arbitrio Superioris, ſicut eſt commiſſa confirmatio, ſed electio commiſſa eſt arbitrio electorum. Ideò electoribus ſufficit extraiudicialis informatio de eligendo, vt illum excludant ab electione, ſeu vt illum non aligant. Et pariter confirmatori ſufficit extraiudicialis informatio, vt electum non confirmet, quia eius arbitrio commiſſa eſt confirmatio, Superiori enim commiſſa eſt confirmatio ſi electum repererit dignum, verbum autem, *ſi repererit, aut ſi conſtiterit*, poſſunt referri ad extraiudicialem informationem, ſeu inſtructionem, vt ex *Panorm. & Felin. in cap. final. de præſumpt.* probat *Garz. p. 6. de benef. capit. 2. num. 24.* Eſto igitur, quod ex notitia extraiudiciali poſſet confirmator vel confirmare, vel caſſare electionem, ſicut electores poſſunt eligere, & non eligere. (Quod an ſit verum de caſſatione ex defectu electi diſputandum eſt infra cap. 33.) Superior non poteſt aliquem priuare electione paſſiua ex notitia extraiudiciali, quia electionis executio non eſt commiſſa eius arbitrio, & aliàs eligendus qui eſt in poſſeſſione ſuæ eligibilitatis, non poteſt aa priuari de facto, & non ſeruata via iuris. Solum igitur via iuris ſeruata poteſt quis priuari ne eligi poſſit. Quod verò qui poteſt eligi exercitè eligatur, vel non eligatur eligentium arbitrio commiſſum eſt, non verò Superioris; & ideò Superior non poteſt ex notitia extraiudiciali præcipere, vt quis non aligatur, ſed benè poteſt electum non confirmare, ſi idoneus non reperiatur.

604 Ideo ad ſecundam partem quæſtionis directè reſpondendo dicitur, quod Electores ex vi inhabilitatis, aut priuationis vocis nondum declaratæ per ſententiam non tenentur in conſcientia excludere ab electione illum, qui nondum eſt declaratus priuatus voce paſſiua. Quoniam de hac priuatione illis non conſtat, iuridicè, & talis priuatio eſt illis occulta, & quia ſtat priuatum voce aliàs eſſe probum virum, & electione dignum. Per accidens tamen electores tenentur illum non aligere, ſi ille ſit impœnitens, & verè non idoneus ad prælaturam, vel ratione ſcandali, ſi ille ſit de delicto diffamatus, & vel vt vitent lites, & malum communicatis, & vt non ſe exponant periculo electionis inualidæ, vel ex alia ſimili cauſa. Et præcipuè ex vi infamiæ facti, ſi delinquens eſt diffamatus. Quia vt ſupra dictum fuit, Electores prohibiti ſunt eligere infames infamia facti. Et ſi eligant exponunt ſe periculo, vt puniantur ac ſi alegerent indignum, ſi electus conuincatur, vel confiteatur delictum, de quo erat infamatus. Verùm nedum non tenentur per ſe ex vi talis priuationis aliquem excludere, ſed ſi delinquens & voce priuatus non ſit diffamatus, ſeu occultus, ſeruanda eſt lex charitatis, & iuſtitiæ, vt non publicetur delictum occultum contra iuſtitiam, vel charitatem; ideò tunc licet poſſint electores excludere talem ab electione, non tamen ex prætextu illius delicti occulti, illud contra legẽ iuſtitiæ, aut charitatis manifeſtando. Conſiderandum eſt etiam, quod ſi inhabilitas ſit temporalis, etiam ſi quia fuerit declaratus inhabilis, ſi cauſa non eſt perpetua, ceſſante cauſa, poteſt qui fuit inhabilis eligi. *Peyr. tom. 3. cap. 13. n. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio grauiſſima quærere an inhabilis, aut priuatus voce ipſo iure teneatur in conſcientia non conſentire electioni. n. 605.*

2 *Dicere quod inhabilis ipſo iure, aut priuatur voce non teneatur in conſcientia diſſentire electioni de ſe factæ, eſt tutum, & magis probabile. numer. 606.*

3 *Per accidens poterit eſſe, quod ex charitate electus inhabilis teneatur non conſentire electioni. numer. 606.*

4 *Legiſlator poteſt obligare delinquentem ad exequendam pœnam, etiam ante ſententiam. nu. 606.*

5 *Dictiones ipſo facto, ipſo iure, &c. importare obligationem in conſcientia ad exequendam pœnam ante ſententiam, maximè ſi pœna ſit priuatiua multi tenent. n. 607.*

6 *Dictiones ipſo facto, ipſo iure, &c. habent ſuam ſignificationem legalem ex eo, quod delinquens ipſo facto priuatur dominio proprij boni relicta ſibi poſſeſſione conditionata. n. 608.*

7 *Cap. Cum ſecundum, de hæreticis in 6. expanitur num. 609.*

8 *Vel vniuerſaliter eſt verum, quod lex imponens pœnam ipſo facto fert ſecum executionem, vel nunquam eſt verum, quod per ſe, & formaliter pœna ex eo, quod eſt ipſo facto, ferat ſecum executionem. n. 610.*

9 *Lex pœnalis duplex ſcilicet imponens pœnam merè priuatiuam, & non purè priuatiuam, ſed conſiſtentẽ in actione. Ita aliqui diſtinguunt n. 611.*

10 *Diſtinctio hæc non ſubſiſtit, quia voluntariè non agere æquiualet actioni. n. 612.*

11 *Non minus actio, quam non actio vexat, & torquet hominem, ſi inuitus non agit. n. 612.*

12 *Stat quod pœna cuius executio eſt agere, ſit honeſta, & humana, & iuſta. n. 613.*

13 *Multæ leges obligant ad executionem pœnæ conſiſtentis in actione. nu. 613.*

14 *Si dictio ipſo facto importat executionem pœnæ benè importat etiam vbi pœna iuſta conſiſtat in actione. n. 613.*

15 *Si nimis durum eſt, quod in pœnis grauibus delinquens ſit ſui carnifex, ineptè legiſlatores condunt leges imponentes pœnam ipſo facto, ſi hæc dictio ſignificat, quod delinquens ſit pœnæ executor. num. 613.*

16 *Non omnis lex imponens pœnam priuatiuam ipſo facto obligat ad ſui executionem ante ſententiam. num. 614.*

17 *Lex imponens inhabilitatem, vel priuationem vocis, non imponit pœnam purè priuatiuam. num. 615. & 617.*

18 *Intolerabilius eſt apud multos non poſſe eligi, quam pecuniam erogare. n. 615.*

19 *Lex pœnalis quatenus purè priuat incurritur ipſo facto.*

facto, non verò inquantum præcipit agere, vel non agere. n.616.

20 *Legem obligare ad executionem cum imponit pœnas non acerbas aliqui dixerunt. n.618.*

21 *Eadem clauſula ex ſe, & formaliter non aliquando ſignificat obligationem in conſcientia, & aliquando non. n. 618.*

22 *Inhabilitas, ſeu priuatio vocis eſt pœna grauiſſima. num.619.*

23 *Duriſſimum impediri à conſecutione boni oblati. num.619.*

24 *Inhabilitatis, aut priuationis vocis pœna regulariter nequit exequi ſine infamia. n.620.*

25 *Non tenetur inhabilis cum ſua infamia recuſare prælaturam. n.620.*

26 *Delinquens contra legem imponentem inhabilitatem ipſo facto, vel priuationem vocis incurrit hanc pœnam, & eſt ipſo facto ineligibilis. numer.621.*

27 *Non tamen eſt ipſo facto priuatus poſſeſſione, & vſu ſui iuris. nu.621.*

28 *Hæreticus ipſo facto incurrit pœnam confiſcationis, non tamen ipſo facto priuatur poſſeſſione bonorum. n.621.*

29 *In cenſuris rationabiliter praxis induxit, vt ferant ſecum executionem; quia ſunt pœnæ medicinales, quæ pœnitentia, & abſolutione tolluntur. num.622.*

30 *Irregularitas non eſt per ſe pœna, ſed impedit per modum priuationis, & conditionis requiſitæ, ideò praxis induxit, vt ferat executionem. numer.622.*

31 *Ratio quare cenſura, & irregularitas ferant ſecum executionem eſt, quia ſic praxi eſt introductam. num.622.*

32 *Praxi ſeruatur, vt inhabilitatis, & priuationis vocis pœna ſecum non ferat executionem. numer.622.*

33 *Inhabilitas ad matrimonium fert ſecum executionem, quia importat priuationem conditionis neceſſariæ ad contractum. n.623.*

34 *Pœna conuentionalis fert ſecum executionem. numer.623.*

35 *Ab exemplis aliquarum pœnarum non ſumitur validum argumentum. n.623.*

36 *Pœna inhabilitatis; & priuationis vocis ipſo facto non fert ſecum executionem. numer. 624. 625. & 626.*

37 *Si ſecum ferret executionem, eſſet occaſio multorum peccatorum, ſine fructu. n.626.*

38 *Pœna dicta impoſita etiam cum clauſula ſine declaratione non fert ſecum executionem. n.627.*

39 *Particula ſine declaratione ſignificat, quod ipſo facto incurritur pœna. n.628.*

40 *Dictio ipſo facto, non adeò expreſſè importat, quod pœna ſine declaratione incurratur, etiam quantū ad priuationem dominij. n.628.*

41 *Si particula ſine declaratione excludit ſententiam declaratoriam, clariùs eſt, quod illam non excludit dictio ipſo facto. n.628.*

42 *Vbi lex clarè non excludit neceſſitatem ſententiæ, lex pœnalis non fert ſecum executionem. nu.629.*

43 *In aſſerenda obligatione legis pœnalis, & verba legis, & praxis attendi debent. n.629.*

605 QVæritur quinquageſimoprimo. An inhabilis ipſo iure, aut priuatus ipſo iure voce paſſiua ante ſententiam declaratoriam, teneatur in conſciētia non conſentire electioni, ſeu confirmationi, vel ſi conſenſit, & recipit prælaturam, illi renunciare, vel potiùs poſſit illam tuta conſcientia recipere, & retinere, donec per ſententiam declaretur incurriſſe crimen cui eſt impoſita ipſo iure, & facto priuatio vocis paſſiuæ? Quæſtio hæc grauiſſima eſt, & potiùs exigens declarationem legislatoris, quàm DD. determinatione. De illa tractant Theologi ad p.2. *Diui Thom. quæſt 96. num.4 vbi Medina, Martinez, & alij. Caiet. 22.q.62. num.3. Soto l.1. de iuſt. quæſt.6.a.6. Syluef. v. Aſſaſinus. Canoniſ. in cap.1. de conſtit. Suarez de legibus l. 5. cap. 9. Sanchez in ſum. l.2. cap.39. num.32. & l.9. de matrim. diſp.30. nu.1.* & alij Doctores infra citandi, qui abundè rem tractant, & explicant. Cum autem de hac re plures ſint opiniones, ſi quæſtionem in vniuerſali de lege pœnali inſpiciamus, in terminis quæſtionis poſitæ tamen duæ opiniones ſunt vna, quæ affirmat, & altera, quæ negat.

606 Dicitur autem pro nunc, quòd ſententia affirmans non eſt auctoritate, & ratione tam firma vallata, vt ſententia negans non ſit ſecura in praxi. Nam ratio primaria illius primæ ſententiæ ad hoc argumentum reducitur, nimirum, legislator imponens pro delicto pœnam priuationis vtriuſque vocis tàm actiuæ, quàm paſſiuæ poteſt obligare in conſcientia delinquentem, vt vel abſtineat ab electione actiua, vel non conſentiat electioni paſſiuæ de ſe factæ, & vult ita obligare, cū imponit pœnā inhabilitatis, aut priuationis vtriuſq; vocis, vt ipſo iure, aut facto incurrendam; igitur de facto ita obligat. Conſequentia eſt euidens, quia legislator tantùm obligat, quantùm poteſt, & vult obligare. Antecedens etiam quantùm ad primam partem, probatur, quia conſtans doctrina eſt, legislatores poſſe per legem pœnalem obligare in conſcientia ad ſuſtinendam, & exercendam pœnam ante iudicis ſententiam; ſic enim de facto lex prohibens aliquid ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vel alterius cenſuræ ſtatim à puncto commiſſi criminis obligat delinquentem excommunicatum ad hoc, vt non communicet cum alijs fidelibus, vel vt à prohibitis per illam cenſuram abſtineat, vt eſt certum, & Doctores omnes docent. Poteſt igitur legislator per legem pœnalem obligare in cōſcientia delinquentem, etiam ad exequendam pœnam nulla explicata ſententia. Et hoc eſt verum, & admittitur. Et ex eo colligitur, quod ſententia negans inaniter ſe fundat, ſi in hoc ſe fundat, quod non poſſit Pontifex obligare in conſcientia delinquentem, vt abſtineat quantùm ſit ex ſe ipſo ab electione; & nec eligat, nec electioni de ſe factæ conſentiat, quoniam non eſt in hoc ponenda in dubium Pontificia poteſtas, quæ eſt euidens. Sed nec aliquis Doctor hoc aſſeruit; quamuis aliqui loquentes de potentia quadam ordinaria aſſerant non poſſe obligari reum ad executionem grauium quarumdam pœnarum ante ſententiam.

607 Secunda verò pars antecedentis ex eo probatur, quòd dictiones iſtæ, *ipſo facto, ipſo iure, ex nunc, prout ex tunc,* & ſimiles apertè ſignificant volunta-

luntatem legiſlatoris eſſe, vt ſtatim à commiſſo delicto incurratur pœna, & delinquens maneat obligatus in conſcientia ad pœnam ſubeundam, vt patet in excommunicationibus, & cenſuris latæ ſententiæ, & ipſo iure latis. *Panorm. in cap. Canonũ. ſtatuta. num.* 11 *de conſtit. & cap. dilecti, de arbitr. Domin, à S. Gemin. in cap. pro humani. §. ſacri, de homic. in 6. Felin. in cap. Radulphus, de reſcrip. Barbatia in repet. cap. Rainaldus, de teſtamentis, Decius in cap. Canonum ſtatuta num,* 20. *de conſtit. Paulus de Caſtro in l.* 1. *§. ad beſtias, ff. de poſtuland. Tiraquel. in Com. ſuper l. ſi vnquam. v. reuertor. C. de reuocan. donat. Alphonſus de Caſtro l.* 2. *de iuſta hæretic. punit. cap.* 6. *& lib.* 2. *de poteſt leg. pœnal. cap.* 8. Et ſaltem partem illam antecedentis eſſe veram. vbi legiſlator imponit pœnam purè priuatiuam, qualis pœna eſt cenſura, & priuatio vocis, & inhabilitas, & irregularitas, vt cum ſcilicet imponit pœnam priuatiuam ipſo facto intendat, & velit, vt talis lex ferat ſecum executionem, & obliget delinquentem ad executionem pœnæ ante ſententiam, & ſtatim à puncto commiſſi criminis, docuerunt *Petrus de Aragon.* 2. 2. *quæſt.* 62. *a.* 3. *Medina p.* 2. *quæſt.* 96. *a.* 4. *& ibi Martinez dub.* 10. *Bannes* 2. 2. *quæſt.* 12. *a.* 2. *ad ſecundum. Greg. de Valentia tom.* 2. *diſp.* 7. *qu.* 5. *p.* 6. *quæſt.* 3. *propè finem. Sayrus in Claui Regia l.* 3. *cap.* 9. *à num.* 30. & alij multi, quos refert *Martinez de Prado in quæſt. moral. cap.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 3, *Conrad. de contract. quæſt.* 7, *Corduba l.* 1. *quæſt.* 36. *Salas de legibus diſp.* 15. *ſect.* 2. *num.* 29. *Becanus p.* 2. *tract.* 3. *c.* 7. *quæſt.* 3. *concl.* 1. *num.* 5. & plures alij, qui tenent illã primam ſententiam affirmantem.

609 Sed contra iſtam rationem vrget argamẽtum non leue, quod eſt tale. Dictio *ipſo facto*, vel *ipſo iure*, habet ſuam legalem ſignificationem propriam, formalem, & perfectam ex hoc, quod lex inferens pœnam ipſo facto priuat delinquentem dominio proprij boni, ei relicta eiuſdem poſſeſſione conditionata, & iure illud poſſidendi iuſtè, donec eodem proprio bono per ſententiam priuetur in executione; igitur per ſe, & formaliter ex eo, quod lex pœnalis inferat pœnam ipſo facto, non obligat delinquentem in conſcientia ad pœnæ illatæ executionem, ſeu ad executionem priuationis proprij boni, ante ſententiã; igitur ex eo, quod legiſlator imponat pro delicto pœnam vt incurrendam ipſo facto, non colligitur formaliter, & per ſe, quòd velit obligare in conſcientia delinquentem, ad hoc vt pœnam impoſitam exequatur ante ſententiam, & ſic ratio, & fundamentum ſententiæ affirmantis ruit. Conſequentiæ argumenti ſunt euidentes. Probatur antecedens ex ſacris canonibus; nam lex canonica ipſo iure, & facto confiſcat bona hæreticorum, & tamen non priuat hæreticos poſſe hone bonorum: & licet controuerſum ſit apud Doctores, an eadem lex priuet eos bonorum dominio alijs hoc negantibus, alijs id affirmantibus, omnes tamen concedunt, quod ſententia declarans aliquẽ hæreticum retrotrahitur ad diem commiſſi criminis, & quod ab eo die bona addicta fuerunt Fiſco, qui poteſt ea recuperare etiam ſi peruenerint ad manus alienas poſt commiſſum tamen delictum. Sed de his clarus eſt textus; *cap. cum ſecundum* 19. *de hæret. in* 6. ibi. *Bona hæreticorum, &c. ipſo iure de fratrum noſtrorũ conſilio decernimus confiſcata. Cõfiſcationis tamen huius modi executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet per principes, aut alios dominos temporales, &c. antequam per Epiſcopum loci, vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat poteſtatem ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata.* Ex hoc textu habetur manifeſtè antecedens illius rationis poſitæ, & euidens eſt, quod lex pœnalis ex eo, quòd imponit pœnam, vt ipſo facto, & iure incurrendam, non fert ſecum ſuam executionem, ſed executio nõ habet locum, niſi poſt ſententiam ſaltem declaratoriam criminis.

610 Sed prima ſententia, quæ vim huius argumenti vidit, multipliciter illum ſoluere conatur; quælibet tamen ſolutio, quæ adhiberi poſſit, ex hac præueniente inſtantia impugnatur; quia quidquid dicatur diſtinguendo, vel explicando, nunquam ſaluat quod formaliter, abſolutè, & per ſe ex eo, quod lex pœnalis eſt latæ ſententiæ, ſequitur, quod ferat ſecum executionem, & ruit fundamentum illius primæ ſententiæ, quæ vult, quod colligatur mentem legiſlatoris eſſe obligare in conſcientia ad executionem pœnæ ante ſententiam, ex eo quod ſtatuit legem imponentem pœnam ipſo facto, & quia lex huiuſmodi pœnalis fert ſecum ſuam executionem. Si enim hoc eſt verum per ſe, & abſolutè, & erit verum vniuerſaliter, & ſi non eſt verum vniuerſaliter, nec eſt verum per ſe, & abſolutè, ſed materialiter, & per accidens, & non gratia formæ; igitur non probatur, quod lex pœnalis priuans proprijs ipſo facto ex hoc de mente legiſlatoris ſecum ferat executionem ante ſententiam.

611 Reſpõdent igitur primò multi diſtinguentes pœnas, quia aliæ ſunt, quæ ad ſui executionem requirunt actionem, ſiue ſit actio iudicis, ſiue ſit actio delinquentis, vt ſunt pœnæ corporales, quæ per miniſtrum iuſtitiæ inferuntur, vel pœnæ pecuniariæ, quæ requirunt actionem ſoluentis pœnam à lege impoſitam; ſed aliæ ſunt pœnæ purè priuatiuæ, per quas ſine actione delinquens remanet priuatus bono, quod habet, & huiuſmodi dicunt eſſe pœnam priuationis vtriuſque vocis, & inhabilitatem ad dignitates. Dicunt igitur, quòd vbi lex pœnalis latæ ſententiæ imponit pœnam, quæ non poteſt exequi ſine actione hominis, tunc lex illa non fert ſecum executionem, quàm tamen fert, lex pœnalis purè priuatiua, qualis eſt lex priuans voce, vel inhabilitans ad electionem, & ideò huiuſmodi lex obligat in conſcientia ad ſui executionem, etiã ante ſententiam. Itá tenuerunt Doctores ſupra citati num. 607.

612 Sed hanc reſponſionem nedum ſecunda ſententia, ſed plures ex DD. primæ ſententiæ non admittunt, patitur enim inſtantiam tàm in diſtinctione data, quàm in applicatione eius ad pœnam priuationis vocis, & inhabilitatis. Primò enim inſtatur, quoniam ſolum per actionem obeditur legi, nec datur lex, quæ præcipiat puram priuationem actionis, quia pura actionis priuatio non eſt humana, neque digna aut laude, aut vituperio, aut præmio, aut pœna, niſi ſit volita. Ideo humana commiſſio non ſit ſine actione poſitiua voluntatis, & moraliter æquiualet etiam actioni; quia non habetur ſine poſitiua voluntate; & quia cogi ad abſtinendum ab actione, vel vniuerſaliter ad non habendum proprium bonum, & eo non vtendũ cauſat interius afflictionem, & triſtitiam non minorem,

quàm

Digitized by Google

quàm agere. Illa igitur diſtinctio per quam diſtinguitur executio conſiſtens in actione, vel in priuatione propriæ actionis, aut proprij boni moraliter non ſubſiſtit, & maximè in propoſito. Tum quia voluntariè abſtinere ab agendo, vel ab vſu proprij boni eſt moraliter agere. Tum quia ratio ob quam lex pœnalis cuius executio ſit agere, licet ſit latæ ſententiæ non obligat ad executionem ante ſententiã, non eſt quia lex non poteſt abſolutè id præcipere, ſed quia durum & acerbum videtur, & minùs proportionatũ humanæ imbecilitati, vt quis ſit ſui iudex, tortor, & carnifex, at verò & ſe affligit, & torquet, qui humano modo veluti inuitus, & coactus à lege abſtinet ab actione, vel ab vſu proprij boni.

613 Secundò, nam ſtat pœnam conſiſtentem in actione eſſe honeſtam, non crudelem, nec inhumanam, ſed iuſtam, ideoque poſſe per legem præcipi, vt hæc pœna ſtatim ante ſententiam executioni detur; igitur ſi ex quo lex pœnalis eſt latæ ſententiæ ſequitur, quod ferat ſecum executionem, vbi lex ſit honeſta, non crudelis, non inhumana, ſed iuſta, vniuerſaliter hunc effectum habebit ſiue legis executio cõſiſtat in agendo, ſiue in non agẽdo; quia vbi lex eſt iuſta, & humana non eſt vnde negetur: quod obliget; & ſi dictio *ipſo facto*, vel alia ſimilis exprimit, quod lex ferat ſecũ executionẽ & obliget in conſcientia, nõ eſt vnde hanc vim, & effectum non habeat lex quæcumque, etiam imponens pœnam cõſiſtentem in actione, aut paſſione delinquentis. Et hoc inde confirmatur. Tum quia in Religionibus dantur multæ huiuſmodi leges, quæ imponunt pœnam conſiſtentem in actione & iuxta conditionem cuiuſcumque Religionis obligant ad hoc, vt ſine ſententia pœnæ huiuſmodi executioni mandentur, vt aduertunt *Suarez de legib. lib. 5. cap. 6. & Donatus par. 1. tr. 1. q. 33. nu. 15.* Sed in poſitiuis legibus Eccleſiaſticis, & Ciuilibus habentur de hac re clariora exempla, Nam Greg. XIII. in Conſt. de datis, & acceptis, quam refert, cõfirmat, & extendit, *Alex. VII.* nunc feliciter regnãs in ſua Conſt. *Inter grauiſſimas*, data 2. Maij 1656. conſtituit, vt qui dederunt aut receperunt aliquid pro gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam impetranda iuxta tenorem dict. Conſtitut. non poſſint abſolui ab excommunicatione, niſi tantum datum fuerit pauperibus, quantum dederunt vel receperunt pro gratia, vel iuſtitia obtinenda. Et apud leges Ciuiles etiam inueniuntur exempla huiuſmodi legum, quia in legibus Hiſpaniæ inueniũtur leges prohibentes aliquid recipere, & obligãtes tranſgreſſores ad erogãdum quadruplũ, vt *Cordub. Couar. & Suarez ibid. nu. 7. referunt ex l. 2. ordin. regal. tit. 9. l. 2. tit. 14. l. 4. tit. 15. l. 30. tit. 21.* Vbi habetur *In quibus pœnis ex nunc pro tunc eos condemnamus, ita vt in foro conſcientiæ ad eas pœnas ſoluendas etiã ante iudicis ſententiam teneantur.* Et certè pœnæ pecuniariæ plures minùs auſteræ ſunt, & à quamplurimis faciliùs executioni darentur, quàm aliæ pœnæ priuatiuæ, & plures ſunt, qui libentiùs darẽt eleemoſynam quinquaginta, vel centum aureorum, quàm priuari electione & voce præſertim paſſiua. Cum igitur poſſit legiſlator imponere pœnam cõſiſtentem in actione, vel paſſione delinquentis, & hæc pœna erit honeſta, & humana; igitur ſi dictio *ipſo facto*, habeat vim inducendi obligationem in conſcientia ante ſententiam, quotieſcumque legiſlator condit legem pœnalem iuſtam appoſita dictione *ipſo facto*, talis lex obligabit in conſcientia ante ſentẽtiam; vel ſi non obligabit, hoc erit, quia illa dictio vim talis obligationis non inducit: vel ſi eſt durum, & auſterum, & minùs practicabile, quòd in agendo delinquens ipſe ſit ſui iudex, & carnifex, non debent legiſlatores imponere leges pœnales cum dictione *ipſo facto*, vel ſimili. Si hæc dictio importat, quod delinquens ſit executor pœnæ.

614 Econtra etiam nõ omnis lex pœnalis imponens pœnam priuatiuam, ſeu imponens pœnam conſiſtentem in non agere, vel in non vti, vel in non habere fert ſecum ſuam executionem; ſententia enim de fame ſuſtinenda, vel de carentia ſibi vſque ad mortem, etiam ſi ipſo facto imponeretur, non obligaret; immo *Suarez d. lib. 5. cap. 7. num. 13.* putat, quod nec poſt ſententiam obligaretur homo ad non comedendum, ſi comedere poſſet. Similiter lex ſeu præceptum obligans ad permanendum in carceribus, dubium eſt, an obliget in conſcientia eum, qui poſſet fugere.

615 Sed diſtinctio illa non bene applicatur ad quæſtionem, dum ſupponitur quod priuatio paſſiuæ vocis, vel actiuæ ſiue inhabilitas ad Prælaturas ſit pœna cuius executio conſiſtat in priuatione, ſeu in negatione actionis. Debet enim in homine conſiderari & dominium illud, quod quis habet iuris ad electionem actiuè vel paſſiuè, & priuatio huius dominij, & executio huius priuationis. Nam non habere ius, vel non habere illud tam plenum, & perfectum, quale habent, qui non deliquerunt contra legem eſt quid priuatiuum, non indigens executione aliqua. Quia cum hoc ius habeatur ex lege, ſufficit quod lex illud auferat. Sed executio iſtius pœnæ nec eſt, nec eſſe poteſt pura priuatio; ſed in actione conſiſtit. Nam qui deliquit, vt non habeat in executione vocem paſſiuam, vel vt non vtatur iure eo habilitate ad electionem, vel debet procurare, vt non eligatur, vel poſitiuè diſſentire electioni, vel confirmationi, ſi eligitur vel eius electio confirmatur, vel reſignare & renunciare Prælaturæ ſi illam ſuſcepit; quæ ſunt actiones poſitiuæ humanæ imbecillitati longè magis difficiles, quàm pecuniam ſoluere, & huiuſmodi alias operationes exercere.

616 Itaque vſua vocis & habilitatis ad Prælaturas poſitiuum quid eſt, nec niſi per actiones poſitiuas ab eo ceſſatur. Non eſt igitur vnde dicatur, quòd lex pœnalis imponens priuationem vocis, vel habilitatis ad Prælaturas ſit lex imponẽs pœnam priuatiuam, quia immò imponit pœnam poſitiuam. Et quatenus eſſe priuatum voce præciſè dicatur eſſe quid priuatiuum, admittitur quod lex pœnalis imponens pœnam ipſo facto verè priuat dominio proprij boni, vel vt alij dicunt, illud debilitat, vel vt alij aſſerunt, priuat dominio directo; vnde deducto delicto ad forũ contentioſum ſententia declaratoria criminis retrotrahenda eſt ad punctum commiſſi criminis, & idcirco interim bona ſunt cõfiſcata adeo quod non poteſt ea alienare in præiudicium Fiſci, & qui eſt ipſo facto priuatus voce paſſiua, ſi eligitur nulla eſt electio, ſeu electio non eſt valida in præiudicium ſententiæ, ſi poſtea feratur ſuper delicto. Sed interim tamen ſicut ab eo cuius bona ſunt confiſcata remanet ve-

Digitized by Google

luti dominium vtile, & habet ius poſſidendi bona ſua, & illis vtendi, ita qui priuatus eſt voce paſſiua habet ius poſſidendi vocem, nec in conſcientia tenetur, vel diſſentire electioni ſi eligatur, vel recuſare Prælaturam, ſi ad illam promoueatur.

617 Reſponſio igitur data vndequaque deficit. Tum quia priuatio paſſiuæ vocis, aut inhabilitas ad Prælaturas non eſt pœna purè priuatiua, ſed talis cuius executio in actione conſiſtit, & quidem multùm afflictiua humanæ infirmitatis, ſcilicet in actuali & poſitiua reſiſtentia facta electioni, vel cõfirmationi, aut collationi Prælaturæ, vel in poſitiua eiuſdem Prælaturæ reſignatione. Tum quia diſtinctio illa de pœna priuatiua, vel poſitiua non ſatisfacit. Quoniam quæcumque lex ſit, quæ pœnam imponit, ſi eſt humana, infirmitati humanæ conſona, honeſta, & iuſta obligat; vnde ſi dictio *ipſo facto* habet vim obligandi in conſcientia ante ſententiam ad executionem pœnæ, in omni lege tam pœnæ priuatiuæ, quam poſitiuæ hanc vim habebit, & ſi non habet hanc vim in lege pœnæ poſitiuæ aliàs honeſta, & iuſta, nec eam habebit in lege pœnæ priuatiuæ. Aliàs verò etiam lex pœnæ priuatiuæ ſi non eſt honeſta, & iuſta, non obligat. In alio autem ſenſu, quem indicat *Caiet. 2. 2. qu. 65. art. 3. in fine.* poſſet doctrina reſponſionis intelligi, vt non ſit diſtinctio pœnarum, ſed diſtinctio effectuum eiuſdem pœnæ. Ita quòd pœna coſiderari debeat præcisè in quantum priuat, vel inquantum aliquid poſitiuum præcipit, & quòd vbi imponitur pœna ipſo facto, tunc lex ſtatim habet effectum ſuũ vbi purè priuat, non verò in quantum aliquid agẽdum præcipit: & ſi dicatur quòd neque hoc verum eſt, quia lex talis non priuat poſſeſſione, & vſu proprij boni ante ſententiam, Reſpond. quod priuatio poſſeſſionis, & vſus non eſt pura priuatio, ſed ſimul eſt præceptum agendi, vel non agendi, quod non agere moraliter eſt agere. Et ſic lex non imponit pœnam purè priuatiuam, niſi quatenus priuat dominio, non verò quatenus priuat poſſeſſione & vſu rei. Et in hoc ſenſu, iam doctrina hæc conuenit cum ſecunda ſententia, & comprobat rationem eius, & explicat quare lex pœnalis priuat dominio, quia in hoc eſt purè priuatiua, & tollit ex vi voluntatis legiſlatoris; ſed non priuat poſſeſſione, & vſu omnino, quia æquum non putat, quod delinquens ſit ſuæ pœnæ executor ante ſententiam iudicis.

618 Idcò alij relicta hac diſtinctione admittũt legem tam imponentem pœnam priuatiuam, quàm poſitiuam poſſe obligare delinquentem ad ſui executionem ante ſententiam, & obligare de facto, ſi legiſlator id intendat, & ſufficienter explicet. Addunt verò in facto tunc leges pœnales non obligare ad ſui executionem, cum grauiores pœnas imponunt, duras, & acerbas, vnde æquitas non patitur vt delinquens ante ſententiam ſit dictæ pœnæ executor. Ita *Vaſquez p. 2. diſp. 168. cap. 2. Monteſino diſp. 24. Lorca diſput. 54. memb. 1. & 2. Suarez d. l. 5. de legibus c. 7. & to. 5. de cenſ. diſp. 3. ſect. 1. & alij,* quos refert idem *Martinez de Prado vbi ſupra nu. 2.* Sed & hæc reſponſio validas patitur inſtantias. Nam vel ſenſus eius eſt, quòd legiſlator intendẽs nõ obligare in conſcientia ad executionem pœnæ, vbi pœna grauis eſt, & æquitas requirit, vt delinquens non ſit ſuæ pœnæ executor, ideo in ſtatuenda lege non opponit dictionem *ipſo facto*, vel aliam importantem latam ſententiã. Vel ſenſus eſt quod lex imponens pœnã latæ ſententiæ, & incurrendam ipſo facto aliquando obliget ante ſententiam & aliquando non. Primus ſenſus non eſt ad rem, nec eſt de eo controuerſia, Vbi enim lex pœnalis non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ non obligat ante ſentẽtiam, vt omnes fatentur. Nec lex pœnalis eſt latæ ſententiæ niſi id ſufficienter exprimat. Sed ſi admittitur ſecundus ſenſus, remanet huic ſententiæ probandum, vnde colligat hoc diſcrimen, & vnde habeat quod eadem verba, vel eadem clauſula aliquando importet obligationem ad exequendam pœnam ante ſententiam, & aliquando non; Quia ſi ſemel verum eſt, quòd dictio *ipſo facto*, vel aliæ ſimiles ex earum vi & efficacia, & ſignificatione propria non ſe extendunt per ſe & neceſſariò ad hãc obligationẽ inferendam, nunquã ad id ſe extendũt præcisè ex vi eorum, & hoc ex regula generali iuris, quòd lex pœnalis non eſt amplianda, nec extendenda, ſed ſuſcipit interpretationem ſtrictam. Ideo niſi legiſlator per alias dictiones eam obligationem importet, & ſignificet, hanc non ſignificat per dictionem *ipſo facto*, & ſimiles, ſi ſemel verum eſt, quòd aliquando dictiones illæ illam obligationem non important, & non eſt natura talium dictionum, vt illam importent.

619 Sed ſecundo reſponſio non adaptatur quæſtioni noſtræ; quoniam priuatio vocis & inhabilitas eſt pœna grauiſſima, & magis grauis quàm priuatio pecuniarum: ſi enim Prælatura diuitijs cõparetur, illa eſt bonum ſublimioris ordinis. Nec obſtat dicere quod non acquirere, quod non habetur, non ſit graue malum, quia hoc eſt euidenter falſum. Nec aliquis putaret paruam pœnam eſſe inhabilitari ad hoc, vt poſſet acquirere pecunias, & diuitem fieri etiam data opportunitate, & cum illi diuitiæ offerrentur, & exhiberentur, & ſufficeret, ſi ille eas accipere vellet. Multò magis pœna grauis eſt, etiam oblatas dignitates non poſſe recipere, quæ vt plurimùm etiam bona temporalia vberiora, & maiores temporales commoditates, immò & ſæpe magnas diuitias adiunctas habent. Ideo priuatio paſſiuæ vocis, ſeu inhabilitas pœna eſt grauiſſima, & duriſſima.

620 Augetur grauitas pœnæ ex eo quòd regulariter, vt *Suarez* ipſe fatetur, non poteſt quis exequi hanc pœnã ſine propria infamia. Pauci enim inueniuntur, qui Prælaturas ſolius virtutis intuitu recuſent, vnde hoc poſito, & alijs circumſtantijs adiunctis ferè ſemper res in eo ſtatu erit, vt electus ad Prælaturam nõ poſſit eam recuſare niſi aliquod ſignum ſui criminis exhibendo in ſuæ famæ præiudicium? Et nihilominus priuatum voce paſſiua non obligari ad executionem pœnæ ante ſententiã cum præiudicio graui ſuæ famæ docent. *Suarez citatus, Bonacin. de legibus diſputat. 1. quæſt. 1. par. 7. numer. 10. & alij.* Et cum hoc periculum, vt in pluribus adſit, bene concluſit *Martinez d. dub. 10. q. 96. art. 4. p. 2.* ex hoc ſequi vt dicendum ſit, legem hanc pœnalem non obligare ad ſui executionem ante ſententiam, quia leges reſpiciunt id, quod euenit vt in pluribus.

621 Nec obſtat ſi dicatur, quòd dictio *ipſo facto* adiuncta legi pœnali ſignificat, quòd pœna ipſo facto incurritur, & prout habetur *cap. cum ſingula*,

de

Digitized by Google

de prabend. in ſexto. Ex tunc eo ipſo efficiantur ineligibiles, ſeu reddantur ineligibiles ipſo iure. Nam hoc totum admittitur, & conceditur, quod priuatus ipſo iure paſſiua electione incurrit pœnã ipſo facto, & ex tunc eſt verè ineligibilis, & qui eſt inhabilis, ipſo iure, ex vi cõmiſſi delicti ſtatim eo ipſo eſt inhabilis, vt eligatur, & eo ipſo eſt ineligibilis; & ideo ſi eligatur electio eſt ipſo iure nulla, id eſt non valida in præiudiciũ Fiſci, & nullius valoris intrinſecè. Nã & hæreticus ſtatim eo ipſo & in pũcto in quo fit hæreticus extra mẽtem incurrit pœnam confiſcationis bonorum, & eo ipſo bona non ſunt ſua, nec facit fructus ſuos, & illius bona ſunt Fiſci, & quidquid ſit an dicatur perdidiſſe dominium, (quod aliqui negant) certum eſt, quòd eo ipſo non eſt dominus ſicut priùs, ſed eius delicto deducto ad forum contentioſum, priuabitur bonis & fructibus à die commiſſi criminis perceptis. Et hæreticus eo ipſo eſt inhabilis ad alienandum bona ſua in præiudicium Fiſci. Et nihilominùs iuſtè poſſidet, & iuſtè vtitur bonis ſuis, dum eſt hæreticus toleratus ab Eccleſia, & adhuc occultus, & non denunciatus per ſententiam declaratoriam ſui criminis. Ita priuatus voce paſſiua ipſo iure, ſed tamen toleratus, ſeu toleratus inhabilis, licet verè ſit voce priuatus, & valida electione ineligibilis, electione nunquam valida in præiudicium Fiſci. Nihilominùs adhuc dum eſt toleratus iuſtè poſſidet id, quo eſt priuatus, iuſta enim poſſeſſio, ſeu iuſtum ius vtendi non ſupponit dominium, vt in Religioſis patet, & in eis, quibus res aliena ad vſum eſt commodata. Sic enim & ille qui eſt priuatus dominio vocis ipſo facto, & iure, dum adhuc eſt toleratus, iuſtè poſſidet vocem, & ea vtitur poſſeſſione tamen & vſu infirmo, & debili, & quo poteſt priuari ad libitum, ſi eius delictum non toleretur, ſed in iudicium deueniat. Hæc conſequentia ergo non valet, qui delinquit tali delicto ipſo facto incurrit pœnam priuationis vocis, & verè eſt priuatus voce, & ineligibilis, ergo etiam ſi ſit toleratus & occultus tenetur diſſentire electioni, & reniti, & Prælaturam recuſare, vel illi renunciare; quia ſtat aliquem eſſe priuatum voce, & ineligibilem electione valida in foro externo in præiudicium Fiſci, & tamen non eſſe priuatum omni poſſeſſione & vſu vocis, ſed poſſe vti voce vſu infirmo, nõ fundato in dominio ſed in tolerantia Eccleſiæ, nolente vt delinquens ſit contra ſe ipſum executor tam grandis pœnæ.

622 Et neque obſtat, quod in cenſuris, & irregularitatibus oppoſitum ſit in vſu & praxi, & quòd leges pœnales imponentes cenſuras ipſo iure obligent in conſcientia etiam ante iudicis ſententiam ad ſui executionem. Nam immò ex hoc confirtionem intenti ab ea ſumit, ſecunda ſentẽtia. Nam quantum ad cenſuras, quæ & ſunt pœnæ medicinales ordinatæ ad tollendam contumaciam, & quæ per pœnitentiam tolluntur, vnde abſolutione abolentur & etiam per forum pœnitentiale poſſunt ſimul cum peccato auferri, conuenienter inſtitutum fuit, & Eccleſiæ praxis induxit, vt nedum ipſo facto incurrantur, ſed ſui executionem ferant; quia durat contumacia, dum delinquens non pœnitet, & ſi pœnitet (quod in eius poteſtate eſt) cenſura per abſolutionem tollitur. Sed hæc ratio non currit de pœnis inductis in vindictam, & pœnam, quæ abſolutione non delentur, ſed etiam poſtquam delinquens eſt reconciliatus Deo & Eccleſiæ durant. In his enim nimis durum videtur, quod in obligando ſequantur modum fori conſcientiæ, dum aliàs ad modum fori externi non poſſunt tolli per pœnitentiam delicti & abſolutionem. Sed quia hæc ratio non valet de irregularitate; dicitur quod in ea ratio peculiaris eſt, quia per ſe nec eſt pœna, nec ſupponit delictum, & impedit per modum negationis conditionis requiſitæ in miniſtro ſacrorum ordinum. Vnde non habentes eam conditionem, quam vult Eccleſia non poſſunt ordines recipere, vel in eis miniſtrare. Vnde non eſt ſimile de priuatione, vel inhabilitate, quæ eſt pœna, & pœna grauiſſima. Verùm vlteriùs de cenſuris & irregularitate loquendo, *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 30. n. 1. & Sigiſm. de Bonon. de elect. diſp. 89. num. 5.* fatentur ſe neſcire cauſam quare huiuſmodi pœnæ priuatiuæ ligant in conſcientia ante ſententiam, niſi quia hæc eſt Eccleſiæ praxis, Et ſic verè eſt, quod eſto non redderetur alia cauſa (quæ tamen reddita eſt, & ſufficit) quare cenſuræ ſecum ferant executionem, & tollant poſſeſſionem & vſum, hæc vna ſufficeret, quia Eccleſia ab initio mentem legiſlatorum in hoc ſenſu intellexit, & hæc praxis vſque ad noſtra tempora durat. Sed in puncto noſtræ quæſtionis praxis eſt contraria, & cum hæc pœna priuationis & inhabilitatis tam ſit modò communis maximè contra Regulares, & tranſgreſſiones legum imponentium hanc pœnam ſint quoque continuæ, vt praxis ipſa demonſtrat, tamen eadẽ praxis oſtẽdit nullum ferè reperiri, qui ſit electus ad Prælaturas & reſiſtat electioni. Longè ergo diuerſa eſt ratio de cenſuris, & de priuatione vtriuſque vocis.

623 Nec obſtant exempla, quæ adducuntur de multis pœnis priuatiuis ferentibus ſecum executionem, quia vel non ſunt ſimilia, vel non eſt certũ quòd aſſeritur. Nam quod adducitur ex *cap. 1. & cap. ſuper eo. & cap. ſignificaſti*, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit, in quibus *cap.* imponitur inhabilitas ad matrimonium in pœnam vxoricidij. Non eſt ſimile. Quod ex ipſis textibus habetur, in quibus non eſt dictio *ipſo facto*, vel alia ſimilis, quæ importet pœnam incurri ipſo iure, & nihilominùs illa pœna ipſo iure incurritur tãquam ferens ſecum executionem. Quia vt benè notat Soto, illa lex per modum conditionis neceſſariæ ad contrahendum inducitur, & ita intelligitur, & accipitur; vnde non mirum ſi occultus vxoricida non contrahit validè cum ante polluta, alia verò exẽpla, quæ adducuntur. Vt eſt illud quod habetur, *cap. is, qui de ætat. & qualit.* vbi præbendari in Eccleſia ſi infra annum non ordinantur ad ordines præbendis annexos priuantur voce actiua in capitulo. Item illa quæ habetur, *cap. licet de elect. in 6.* vbi ſtatuitur, vt qui intra annum à receptione beneficij Parochialis ſua culpa non ordinatur ſit priuatus beneficio. Item in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 1. de reform. eadem pœna imponitur Epiſcopis ſi intrà ſex menſes non conſecrantur, & alia etiam ſimilia exempla non probant. Tum quia dicitur, quod reſpiciunt ius non quæſitum, ſed acquirendum, & huiuſmodi leges ſunt conuentionales, & inducunt pœnam per modum conditionis de legibus, verò conditionalibus ſpecialis eſt ratio; Quamuis nec ſit ab omnibus conceſſum, quod dictæ

ctæ pœnæ ſecum ferant executionem, & in legibus pœnalibus non valet argumentũ à ſimili, vel etiam à maioritate rationis, & in *capitulo licet, de electo in ſexto*, habentur verba expreſſiora ad inducendam executionem pœnæ, nimirum, nulla præcedenti monitione ſit præſentis conſtitutionis authoritate priuatus, de quorum verborum vi infra dicitur. Ideo ab iſtis vel alijs ſimilibus exemplis non poteſt ſumi argumentum ad probandum, quod pęna priuationis vocis ſecum ferat executionem.

624 Ideo hanc partem, ſi licet, quòd pœna hęc priuationis vtriuſque vocis, ſiue inhabilitatis ad Prælaturas non obliget in conſcientia ante ſententiam declaratoriam, ſiue non ſecum ferat executionem in pęnis, tenent illi, qui vniuerſaliter docent legem pęnalem etiam ſi ſit latæ ſententiæ non ferre ſecum executionem, neque obligare ante ſententiã, ſcilicet. *Archid. in cap. cum ſecundum, de haret. in ſexto*, & ibi *Anchoran. Gemin. & Francus, Io. Andr. in cap. pro humani, de homicidio in 6. Bartal. in leg. eius, qui latronem ff. de iure fiſci. Alex. in leg. ſi quis maior, C. de tranſact.* dicens omnia iura mundi clamare adhuc requiri declaratoriam, *Gulielm. Benedic. in cap. Raynutius, de teſtamen. par. 2. num. 32. Hippol. de Marſil. in practica in §. Aggreditor, num. 105. & in rubrica, ff. ad l. Cornel. de falſis, num. 24. Alciatus in l. Cum poſtea, C. de pactis, & in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Achil. de Graſſis deciſ. 366. ſeu vnica de pœnis. Dec. in prima lectura in noua edit. num. 71. Simancas t. c. 3. à num. 161. Penna in direct. 3. part. cap. 358. Couar. lib. 4. decret par. 2. cap. 3. §. 8. num. 10. Et ex Theologis Durand. in 4. diſtin. 13.* quem refert *Martinez p. 2. quæſt. 96. artic. 4. dub. 10. in ſecunda ſententia, Sotus in 4. diſt. 1. q. 6. art. 6. Victoria relect. 1. de Indis à num. 11. Adrian. quodlib. 6. num. 1. lit. I. v. Tertiò infra. Syln. ver. aſſaſſinus, num. 4. & 5. & v. hareſis 1. num. 8. v. Tertia pœna, & ver. Pœna, n. 25. Tabien. v. aſſaſſinus nu. 2. Conrad. tract. 1. de contract. q. 7. Caietan. ver. pœna, nec eſt contrarius 22. quæſt. 62. artic. 3.* quoniam ibi excipit ſolas cenſuras, quas quidem ſecum ferre executionem omnes concedũt, *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 30. num. 1. & lib. 2. ſum. cap 39. num. 32. Martin. de Ledeſm. par. 2. 4. quæſt. 18. num. 2. Molina tom. 1. tract. 2. quæſt. 96. Layman. lib. 1. tract. 4. cap 15 nu. 6. Paſqual. Qq. moral. cent. 2. quæſt. 137. num. 4. & quæſt. 153. num 4. Emanuel Sà, ver. Fiſcus. Scortia in ſolicitas Pantif. conſtit. Theor. 382. Thomas Hurt. tom. 2. tract. vlt. reſal. 12. numer. 669. Martinez de Prada in Quæſt. moral. cap. 3. quæſt. 11. num. 10.*

625 Et in terminis proprijs de pęna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto, *Granado p. 2. contron. 7. tract. 3. par. 1. diſp. 13 ſect. 2. num. 15. Ledeſma vbi ſupra quæſt. 19. art. 2. Souſa in explicat. Bullæ Clem. VIII. de largit. munerum, §. 9. Molina vbi ſupra num. 8. Armilla ver. lex nu. 2. Caſtellinus de elect. Prælud. 1. num. 20. Diana part. 1. tract. 10. reſolut. 24. Baſſans ver. pœna num. 7. & apud eum Carpenſ. tract. de legibus, diſp. 5. num. 13. Peyrin. ad Conſtit. 7. Iulij Secundi, num. 19. & de Subd. q. 2. cap. 2. §. 11. concl. 3. fin. Lezana par. 1. cap. 10 num. 30. Palaus par. 1. tr. 4. diſp. 4. par. 4. num. 4. Bordonus contron. 50. numer. 15.* Et hi tres vltimi teſtantur, etiam de praxi iſtius opinionis. *Nicolius in ſuis Floſculis v. pœna. nu. 14.* Vbi quod pęna priuationis ipſo facto incurſa non obligat ante ſententiam declaratoriam, niſi aliter habeatur in Canone, vel lege vſu receptis. Et quod Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium hanc opinionem probauit anno 1646. 5. Octobris, & anno 1649. 26. Nouembris.

626 Et de pęna inhabilitatis idem in terminis tenent. *Nauar. de datis pro iuſtitia vel gratia, nu. 44. Molina d. diſp. 96. Ledeſm. 2. par. 4. quæſt. 18. art. 2 dub. vlt. Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 39. num. 32. Villalob. in ſum. tom. 1. tract. 2. diffic. 25. num. 3. Portel. ver. inhabilitas, num. 3. Baſſans, Peyrin. Lezana, & Bordon. vbi ſupra.* Eſt enim hæc pęna valde acerba, & in iure valde multiplicata & ſæpius repetita. Et ſi tam pęna iſta, quàm priuationis vtriuſque vocis obligarent in conſcientia ante ſententiam, non poſſet negari, quin ſtante humana imbecillitate, (vt in ſimilibus pęnis adnotauit, *Nauar. cap. 23. nu. 67.*) præberetur hominibus magna peccandi occaſio, & hoc deſeruiret ad multiplicandas Dei offenſas, & ad hoc vt priuarentur homines gratia Dei, cum paruo fructu æterno, quia qui contemnunt obedientiam, & pęnam primò committendo delictum, ob quod incurrunt pęnam priuationis, vel inhabilitatis, ea ſola turpitudine culpæ parum detinebuntur ne etiam qualibet lege non obſtante beneficia, & Prælaturas obtineant ſi poſſunt.

627 Extenditur autem à multis, vt hoc ſit verum etiam ſi lex imponens pęnam non dum vtatur dictione *ipſo facto*, ſed alijs expreſſionibus, nimirũ, *ipſo facto, abſque declaratione*, vel *ante omnem declarationem*, vel *abſque vllo ſuperioris decreto*, aut *miniſterio*, aut *ſcientia*, vel ſimilibus alijs clauſulis. Verum eſt quòd huiuſmodi extenſionem non admittunt, *Syluest. ver. aſſaſſinus in fine. Tabien. ibid. num. 2. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quæſt. 6.* Et in ſimili loquentes de Motu proprio Pij Quinti ſtatuentis priuationem officiorum ipſo facto ſine declaratione. *Rodriquez in eo motu proprio num. 31. & 32. Sorbus ver. Ingreſſus Monaſteriorum, numer. 10. Suarez lib. 5. de legibus capit. 8.* Nihilominùs extenſionem admittunt plures, qui docent ſemper deſiderari ſentẽtiam declaratoriam criminis, illudque verbum *ſine declaratione*, vel ſimile intelligi de declaratione pęnæ. *Couar. 4. decret. 2 par. cap. 6. §. 8. num. 10. Mexia in taxa panis concluſ. 6. num. 136. Ludouic. Lopez par. 1. cap. 296. Graff. deciſ. lib. 2. cap. 11. num. 41. Henriq. lib. 13. cap. 56. numer. 3. Rodriquez lib. 1. ſumm. in 2. edit. cap. 195. num. 3. Sanchez lib. 2. ſumm. capit. 22. numer. 20. Nicolaus Milis, ver. intruſus, Quaranta, ver. Sodomia, limitat. quinta. Leſſius lib. 2 capit. 29. numer. 63. Simancas titul. 9. numer. 227. Io. Valerus, ver. pœna diffic. 20. Vaſquez p. 2. q. 96. art. 5. diſput. 170. cap. 4. numer. 24. Scortia d. Theoremate 382. Peyrin. & Bordon. locis citatis.* Et in hanc partem, inclinant *Sotus lib. 1. de iuſt. quæſt. 6. art. 6. in fin. & Lezana vbi ſupra num. 31.* Nam ad minus punctum hoc eſt dubium, in dubio autem non eſt interpretandum, legiſlatorem voluiſſe obligare ad pęnæ executionem ante ſententiam, vt docent *Nauar. in ſum. Hiſp. cap. 28.* addit ad *num. 66. capit. 23. & Simancas de inſtit. Cathol. titul. 9. numer. 227.* quod maximè eſt verum vbi dubium eſt dubium iuris, ſicut eſt iſtud. Et vt tradit *Molina dicta diſput. 96.* leges imponentes pęnam ipſo facto requirunt ad executionem pęnæ ſententiam, niſi per verba luce meridiana clariora oppoſitum importent.

Quod

Digitized by Google

628 Quod tamen *Sanchez*, & nonnulli ex citatis Doctoribus dicunt, particulam *abſque declaratione* reſpicere pœnam, vt ſic ſenſus abſque declaratione pœnæ, non ſatis conuenit textui. Cum enim leges iſtæ pœnales expreſsè, & clariſſimis verbis pœnam determinent, & declarent, euidens eſt, non eſſe neceſſeriam aliam declarationem iudicis, cum lex ipſa ſine ambiguitate pœnam declaret, vnde ſuperfluè adderetur, & incongruè, abſque declaratione, ſi intelligitur abſque declaratione pœnæ, quia vel mulierculis euidens eſſet non eſſe opus ſententiā iudicis ad declarandam pœnam, quam lex ipſa declarat. Ideò melius dicitur ſenſum eſſe, quod nō ſit neceſſaria ſententia declaratoria criminis ad incurrendam pœnam, & hoc eſt ſenſus germanus, & planus. Sed ſemper diſtingui debet incurſus pœnæ, & pœnæ executio. Neque hæc duo ſunt ſynonima, ſed valdè diſtinguuntur, vt apertè colligitur ex *cap. cum ſecundum de hæret. in 6.* Hæreticus enim ſtatim ex vi hæreſis incurrit pœnam confiſcationis. *Bona hæreticorum, &c.* inquit, *ipſo iure, &c. decernimus confiſcata.* Iam confiſcationis pœnam ipſo facto incurrit hæreticus, quia ipſo facto eius bona ſunt confiſcata, & iam ſunt ſub dominio quodam Fiſci. Sed nihilominùs hæc pœna non habet executionem externam per amiſſionem poſſeſſionis bonorum, niſi poſt ſententiam. Ad hoc igitur vt delinquens incurrat pœnam ipſo iure latam non eſt neceſſaria ſententia declaratoria, quæ tamen eſt neceſſaria, vt pœna executioni mandetur; maximè quantùm ad priuationem bonorum externorum, & quantum ad effectus, qui non ſunt merè, & purè priuatiui. Sic enim priuatio dominij illius, quod delinquens habet ſuper proprijs bonis eſt mera priuatio, ad cuius executionem nihil extrinſecum requiritur, ſed ſola voluntate legiſlatoris aufertur, Sed priuatio poſſeſſionis non eſt pura priuatio, & plures actiones externas habet adiunctas, quia v.g. non poteſt quis eſſe priuatus poſſeſſione iuris vocis paſſiuæ, niſi in caſu in quo eligatur diſſentiat electioni, & recuſet. Incurritur igitur pœna ipſo facto, quia ipſo facto delinquens remanet priuatus dominio boni priuati, & remanet poſſeſſor conditionatus, & nihilominùs remanet poſſeſſor, & ad tollendam poſſeſſionem requiritur ſententia declaratoria. Et licet hoc totum contineat lex ex eo, quod imponit pœnam ipſo facto, nō tam clarè, & explicitè hoc continet, vt non fuerit vtile ad maiorem explicationem addere, *ſine declaratione, &c.* Nunquam tamen per illas particulas exprimitur, quod homo ipſo facto ſit priuatus poſſeſſione ſuorum bonorum, & quòd extrinſecus præcipuè, & in foro externo pœna executioni danda ſit ante declaratoriam criminis.

629 Quatenus autem clauſula illa *ſine declaratione* intelligenda eſſet, vt excluderet ſententiam declaratoriam, hinc deduceretur, vt aduertit *Sanchez* euidentiùs eſſe, quòd vbi illa non ponitur, ſed ſimpliciter imponitur pœna ipſo facto incurrenda, talis pœna non priuat poſſeſſione, & non obligat ad ſui executionem ante ſententiam; quia diceretur, quod vbi legiſlator vult, quòd lex pœnalis ferat ſecum executionem, ponit clauſulam *ipſo facto, & ſine vlla declaratione, &c.* Sed aliàs rationabiliter dicitur, quod vbi lex clarè, & ſine obſcuritate non ſpecificat, quòd pœna imponitur, vt ferens ſecum executionem, vel praxis, & communis vſus hoc non probat, vt facit in cenſuris, & irregularitate, lex pœnalis non obliget ad executionem pœnæ ante ſententiam declaratoriam. Ideò vbi in ſingulari de obligatione huius, vel illius legis pœnalis quæritur, & verba legis, & praxis in ea obſeruanda attendi debent.

Conditio Quartadecima.

Non reiectus ab electione.

SVMMARIVM.

1 *Quartadecima conditio, quod electus non ſit reiectus ab electione. n.630.*

2 *Si caſſetur electio ex vitio electi, non poteſt electus alicubi eligi. n.630.*

630 QVartadecima conditio eſt, vt electus non fuerit aliàs reiectus ab electione paſſiua, quia ſcilicet aliàs electus fuerit, & eius electio caſſata vitio perſonæ. Quando enim caſſatur electio, ſi caſſatur ex defectu electionis, vt quia non fuit ſeruata forma. *cap. quia propter*, vel quia electores erant excommunicati, vel ex ſimili cauſa, ſi caſſetur electio, non manet electus infamatus, & poteſt reeligi, & in eadem Eccleſia, & in alia. Sed ſi electio caſſetur ex defectu electi, electus manet ineligibilis vbique. *cap. ſuper eo, 12. de elect.*

SVMMARIVM.

5 *Ratio difficultatis. n.631.*

2 *Reiectus ab electione non eſt infamis infamia iuris. num.632.*

3 *Sententia lata per viam exceptionis non infamat. num.632.*

4 *Eſt ſententia interlocutoria. n.632.*

5 *Sic damnatus non perdit beneficia. n.632.*

6 *Si caſſetur electio ex vitio perſonæ, electus eſt infamis infamia facti. n.633.*

7 *Teſtis reiectus non admittitur. n.633.*

8 *Infamis infamia facti ſuſpenditur. n.633.*

9 *Reiectus ab electione tanquam infamis eſt vbique ineligibilis. n.634.*

10 *Neque poteſt præſentari. n.635.*

11 *Neque poteſt promoueri. n.635.*

12 *Electio ſeu promotio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla, ſed valet. n.635.*

13 *Ad repellendum electum non ſufficit probare eum reiectum ab electione niſi probetur, quod ex delicto, & vitio eius. n.636. & 638.*

631 SEd quæritur quinquageſimoſecundo, an reiectus ab electione ex defectu perſonæ, ex hoc ſit infamis. Videtur enim ita dicendum, quia negari non poteſt, quin vitietur fama illius, qui ob vitium proprium repellitur ab electione, & eligi non permittitur. Sicut enim incurritur infamia ex eo, quòd aliquis ex proprio vitio repellitur à teſtificando, *cap. teſtimonium.*

nium, de teſtibus, multò magis læditur fama eius, qui reijcitur, ne eligatur.

632 Dicitur primò, reiectum ab electione vitio perſonæ non eſſe ex hoc infamem infamia iuris, *cap. 2. de ood. cognit. Et cap. 1. de except. & l. lucius ff. de his, qui notant. infamia. Gloſſ. in d. cap. ſuper eo, de elect. vbi Panormit. num. 2. Baldus.* Et ratio eſt, quia ſententia lata contra aliquem per viam exceptionis non infamat, vt ex citatis iuribus conſtat. Non enim poteſt reus per proceſſum factum via exceptionis, quando ſcilicet alicui obijcitur crimen excipiendo, vt repellatur à teſtificando, vel ab alio actu legitimo, puniri pœna ordinaria; ideò ex illa ſententia ſatis punitur is, contra quem probatum eſt crimen, ex hoc, quòd ab actu legitimo reijcitur, non verò incurrit pænam infamiæ iuris. Et vt habet *Baldus de elect. cap. conſideramus*, ſententia lata per viam exceptionis eſt interlocutoria, ideò non infamat. Quod confirmatur, quia is contra quem probatum eſt delictum via exceptionis non perdit beneficia, quæ habet, *cap. ſuper his, de accuſat.* Quæ tamen perderet, ſi eſſet infamis infamia iuris, quia infamia iuris tollit honorem iam quæſitum. *l. infamia C. de decur. Panorm. vbi ſupra, & cap. inter dilectos de except.*

633 Dicitur ſecundò, quòd reiectus ab electione ex vitio perſonæ remanet infamis infamia facti. Ex hac enim repulſione læditur in facto infamia repulſi, quia vitium concernens perſonam illam notat eam perſonam, & eam ſequitur, ſicut lepra leproſum. 1. *q. 1. cap. ergò turpem*. Et ideò ſic reiectus debet reijci etiam ab alia electione. Si enim teſtis ſemel reiectus non debet ampliùs admitti. *De teſtibus, cap. teſtimonium*, multo fortiùs non debet ampliùs promoueri. *arg. ex tit. de teſtib. cap. final.* Et ſi infamatus infamia facti debet ſuſpendi à beneficijs habitis, donec ſe purgauerit iuxta ea, quæ habentur. 2. *quæſt. 5. cap. Presbyter, & de Purgat. Canon. cap. 2. & cap. inter.* Multò magis debet impediri, ne acquirat beneficium non habitum. *Gloſſ. in d. cap. ſuper eo, ver. non vitio. Panorm. & Bald. vbi ſupra.*

634 Ideò dicitur tertiò, quòd reiectus ab electione ex vitio perſonæ eſt ineligibilis vbique tanquam infamis infamia facti. *diſt. cap. tantis, & de reg. iuris in 6. cap. Infamibus.* Gloſſ. *Panormitan. & Baldus citati. Felin. in capit. ſuper his de accuſat. Syln. v. electio. quæſt.* 14. *Tabien. num. 16. Angelus n. 13. Toloſ. tit. de elect. cap. 9. &* 11. *num.* 10. *Biax. in direct. elect. p. 2. cap. 5. Cuch inſtit. l. 4. tit. de elect. num. 141. Mirand. t. 2. quæſt. 23. a. 11. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 96. num 3. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 8. ver. dico 7.* Sicut igitur teſtis poteſt repelli à teſtificando ſi probetur id, propter quod aliàs fuit reiectus, multò magis reijcitur ab electione ſemel reiectus vitio perſonæ, ſi probetur id, propter quod aliàs fuit reiectus, debet enim probari non ſolum, quòd eius electio caſſata fuerit, ſed quod ex tali vitio fuerit caſſata.

635 Extenditur aſſertio, vt valeat etiam in præſentatione, quia & præſentatio eſt quædam electio. *de elect. cap. querelam.* Immò etiam in collatione. Quia vt probat *Panormit. num. 4.* textus *d. cap. ſuper eo*, in reſponſione loquitur generaliter de promotione. Sed pro hac parte contrarium ſentit. *Io. Cald. ab eodem Panorm. citatus*, dicens reiectum ab electione non poſſe reijci à collatione. Nam differt electio à collatione, quòd per illam acquiritur ius ad rem, ſed per iſtam ius in re. *de præbend. in 6. cap. penult.* faciliùs autem tollitur ius ad rem, quàm ius in re. Item contra prouiſum non poteſt opponi, niſi crimen cum infamia, vt habetur *de accuſat. cap. accidens.* Sed contra electum poteſt opponi infamia. Admittit tamen, quod prouiſio vacillaret, ſi prouiſo opponeretur crimen cum infamia. Verùm neutra opinio admittitur. Non quidem *Panormit.* quia electio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla, ſed ſolùm eſt caſſanda, vnde ſi confirmetur ſcienter à confirmatore, non valet ampliùs exceptio infamiæ facti contra electum, & confirmatum, qui iam verum ius in re acquiſiuit infamia non obſtante. Eadem igitur ratione valet prouiſio facta licet illicitè de infami infamia facti, qui illa infamia non obſtante ius in re acquiſiuit, quia prouiſio facta de infami infamia facti non eſt nulla ipſo facto, vt ſupra fuit probatum.

636 Sed nec admittitur diſtinctio Cald. vt ad repellendum electum à noua electione ſufficiat probare infamiam, & non ſit neceſſe probare crimen, quia nequit probari infamia facti, non probato crimine, ſcillcet non probato, quod reiectus fuerit ex tali delicto reiectus. Vt enim habet *Panormit.* debet probari id propter quod aliàs fuit reiectus. Quia non eſt infamia facti, niſi ex delicto, vel facto infamante, nec reiectio infamat, niſi quis ex facto infamante probato fuerit reiectus. Verum tamen eſt, quod ſi contra promotum probaretur tale crimen, ob quod prouiſio eſſet nulla ipſo facto, tunc caderet à beneficio, non quia reiectus ab electione formaliter, ſed quia crimnoſus tali crimine, quòd reddit prouiſionem ipſo facto nullam. Addit etiam *Peyr. in ſubd. quæſt. 1. cap. 31. §. 8. var. dico 7.* quod ſi vitiũ ob quod fuit cauſata prima electio ſit præſumptum, ſi reiectus poſtea ſe purgauerit, non eſt à ſecunda electione reijciendus. Quia contra crimen præſumptum admittitur purgatio. *c. officij de elect.* Sic qui fuit reiectus tanquam infirmus, admitti debet, ſi probet ſe ſanatum. *Panorm. in cap. cum inter Canonicos. n. 7 de elect.*

S V M M A R I V M.

1 *Reiectum in vna electione debere vniuerſaliter reijci, non eſt verum. n. 637.*
2 *Ex triplici cauſa caſſatur electio. n. 637.*
3 *Contra crimen præſumptum admittitur purgatio. num. 637.*
4 *Infamia facti per pænitentiam deletur. numer. 637.*
5 *Reiectus ex vitio, ſi pænituit, non reijcitur ab electione. num. 637.*
6 *Non omnis conditio perſonæ ex qua caſſatur electio eſt vitium. n. 638.*
7 *Caſſatio electionis ex conditione perſonæ per ſe non infamat. n. 638.*
8 *Aliquando caſſari poteſt electio, quia electus non eſt hic, & nunc oportunus. n. 638.*
9 *In Ordine Prædicatorum caſſatio electionis non infamat. n. 639.*
10 *In eo Ordine electio non dat ius n. 639.*
11 *Confirmator confirmat ex arbitrio. n. 639.*

Digitized by Google

12 *Ex decreto caſſationis colligitur, quod ſit facta ex vitio electi. n.639.*
13 *Confirmator in confirmando directè reſpicit bonũ commune, & ſæpè ex cauſis extrinſecis caſſat electionem. n.639.*

637 QVæritur quinqnageſimotertiò. An reſolutio, *tex. de elect. cap ſuper eo*, ſit vera indiſtinctè, & vniuerſaliter, & de omni, qui fuerit ab electione reiectus ex detectu perſonæ? Reſpondetur vero, non debere intelligi vniuerſaliter. Ratio eſt, quia ex triplici cauſa poteſt caſſari electio, nimirùm ex crimine plenè probato contra electum, ſecundò ex crimine præſumpto, tertiò ex defectu, qui non eſt crimen, vt ex defectu ætatis, vel infirmitatis, vel alio ſimili defectu temporali. In primo caſu vera eſt reſolutio illius textus vniuerſaliter. Non verò in ſecundo caſu, quia contra crimen præſumptum admittitur purgatio, *de elect. cap. officij propè finem*, vnde ſi reiectus à priori electione ſe purget, non debet reijci à ſequentibus. In tertiò etiam caſu ſi conſtet de ceſſatione impedimenti non debet reijci. Ita *Panorm. num. 3.* Sed aduertendum eſt, qnòd infamia facti per pœnitentiam deletur, vt ſuo loco probatum eſt. Ideò infamia, quæ ex reiectione ab electione conſurgit, cum ſit infamia facti per ſe, non in æternum; ſed temporaliter impedit, ideò etiam in primo caſu, ſi couſtet quod ille, qui ex plenè probato crimine fuit reiectus, poſtea pænituit, & infamiam benè factis abſterſit, non debet à noua electione reijci; quia iam infamia ceſſauit. Immò nec prima vice potuiſſet reijci ſi conſtitiſſet, quòd infamiam ex crimine ortam, pænitentia deleuiſſet.

638 Conſiderandum verò eſt, quòd contingit caſſari electionem ex defectu, qui nec eſt crimen, nec impedit, niſi pro illa electione, vt quia pro tũc electus non eſt oportunus, & ex aliqua extrinſeca circumſtantia non eſt vtile communitati, quòd electus promoueatur, vt quia ſine minima culpa ſua non eſt gratus Principi, vel quia eſt amicus, aut conſanguineus potentium, ſed iniquorum, vnde poteſt timeri malum. Igitur habetur, quod caſſatio electionis, etiam ex conditione perſonæ electæ per ſe nec infamat, nec ab alia electione impedit, quia qui non eſt oportunns in vno loco, poteſt eſſe alibi, omnibus penſatis, melior, quod ſæpè contingit in Religionibus, in quibus ex quo electus non acquirit ius contra obedientiam, Prælati poſſunt caſſare electionem, ſi bonum commune id exigat, vel non coufirmare electum, & vnum de poſtulatis cõcedere. Et ſimiliter qui ex extrinſecis circumſtantijs, & non ex vitio perſonæ non eſt aptus promoueri in vno loco, non per hoc eſt infamis, aut impeditus, ne alibi promoueatur. Ideò ad hoc, vt aliquis excludatur ab electione, quia eius electio aliàs caſſata fuerit, non ſufficit vt probetur caſſatio prioris electionis, ſed neceſſe eſt, vt probetur eam fuiſſe caſſatam ex vitio perſonæ, vt ille textus loquitur, nimirum ex aliquo delicto probato. Et vlteriùs neceſſe eſt, vt non conſtet de pænitentia delinquentis, per quam infamia deletur.

630 Hinc eſt, quod benè ſupra dictum eſt, quòd in Ordine Prædicatorum caſſatio electionis etiam ex conditione perſonæ, nõ ſemper infert infamiam. Tum quia cũ ex lege dicti Ord. electus ex electione nullum ius acquirat, & aliàs in arbitrio Superioris ſit confirmare electionem, non proceditur iudicialiter in huiuſmodi confirmationibus, nec delicta per proceſſus probantur, ſed extraiudicialiter proceditur, nec ex decreto caſſationis electionis conſtare poteſt de delicto, quoniam cum Superior ex arbitrio boni viri confirmet, vel caſſet electiones, non reddit cauſam ſui facti, ſed ſufficit quod dicat ſe de conſilio grauiorum Patrum caſſaſſe electionẽ. Et malè faceret Superior, ſi diceret ſe caſſare electionem ex delicto electi, ſi de delicto per legitimas probatinnes ſumendas, vt explicatur infra cap. trigeſimotertiò non ſibi conſtaret. Cum igitur regulariter in dicto ordine ex decreto caſſationis electionis non cõſtet electiouem caſſatam eſſe ex vitio electi probato, ideò talis caſſatio per ſe non infamat. Quamuis aliunde infamia facti conſequi poſſit, ex eo quod delictum electi aliàs ſit diffamatum, vel quia licet non in decreto, alio tamen modo cauſa caſſationis manifeſtatur, vnde reiectus apud graues viros manet infamis. Tum ſecundo, quia in hoc ordine arbitrium confirmatoris prudentiale, & reſpiciens directè; & primò non vtilitatem electi, ſed commodum Religionis, mouet ad caſſandas electiones ex cauſis extrinſecis nullam electi infamiam concernentibus, ideò non poteſt ex electionis caſſatione colligi electi infamia. Niſi confirmator explicet ſe caſſare electionem propter vitium, & delictum electi, & aliundè ex circumſtantijs facti id colligatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad reiectum ex crimine pertinet probare pænitentiam ſui, vel ſe crimine purgare n.640.*
2 *Semel malus, ſemper præſumitur malus. n.640.*
3 *Cum electio caſſatur ex cauſa, vel defectu durabili, ad reiectum ſpectat probare, quòd defectus ceſſauerit, vt eligi valeat, vel confirmari. numer.640.*
4 *Cum electia caſſatur ex cauſa non durabili, ad excipientem contra electionem ſpectat probare, quod duret impedimentum, num.640.*

640 QVæritur quinquageſimoqnartò, ad quem pertineat onus probandi reiectionem à priori electione non eſſe talem, vt impediat à ſecunda? Reſpondetur, quod vbi excipiens contra ſecundam electionem probauit, ſicut tenetur, electum fuiſſe à priori electione reiectum ex crimine probato, & per ſententiam, quæ tranſierit in iudicatum. Si electus vult ſe defendere, v. g. ex capite pænitentiæ, per quam deleuerit infamiam; quia ſemel malus ſemper præſumitur malus. *de reg. iuris in 6. c. ſemel Innocent. & Hoſt.* quos refert, & ſequitur *Panorm. de elect. cap. inter canonicos. 27. n. 7.* Crimen enim, & infamia ſunt ex genere durabilium; ideò qui pænitentiam allegat, debet illam probare. Sed dubium eſt, quando electio caſſatur ex conditione, quæ neque eſt vitium, neque eſt res durabilis, qualis eſt v. g. morbus. Si ergo caſſata ſit electio ex cauſa infirmitatis, & ſecundæ electioni obijciatur electum fuiſſe reiectum ex infirmitate, ad quem ſpe-

ſpectat probare, quod infirmitas duret, vel non durct? *Panorm.de elect cap.Cum inter Canonicos nu.7. poſt.Io.Andr.tenet*, quod onus probandi ſaniratem ſpectet ad electum. Quia præſumptio tranſfert onus probandi in aduerſariũ, *vt Eccleſ.beneſ.c.vnic.* Præſumptio verò eſt cõtra morboſum, quia morbus non eſt ex ijs, quæ tranſeunt cum tempore. Sed *Innoc. Hoſt. & Butr. in d. cap. Cum inter Canonicos* dicunt onus probandi ſpectare ad excipientem, quia morbus non eſt res durabilis. Puto quod vtraque ſententia poteſt cõciliari. Nam ſunt morbi durabiles, vt furor ſeu fatuitas, & ſunt morbi non durabiles, vt febres acutæ, & ſimilea quæ vel occidunt, vel citò ſanantur. Certè vbi morbi ſint durabiles, vt ſi quis ſit excluſus ab electione, quia amens, ad excluſum pertinet probare, quod ſit ſanatus; quia contra illum eſt præſumptio: ſed vbi morbus non eſt ad multum tempus durabilis ad excipientem pertinet probare infirmitatem durare, *Peyr.vbi ſupra*. Et ſic de omnibus alijs impedimẽtis dicitur, quòd ſi ſunt durabilia, vt ſunt irregularitates, & cenſuræ, pertinet ad electum probare, quod ceſſauerint, vel quod ſuper eis fuerit diſpenſatus; ſed ſi non ſunt durabilia, ſed curſu temporis ceſſant, ad excipientem ſpectat probare, quod durent.

S V M M A R I V M.

1 *Si electio caſsetur ſimpliciter præſumitur caſſata ex vitio perſonæ, ſi ſolum contra perſonam, vel ex vitio electionis, ſi ſolum contra eam fuit oppoſitum. n.641.*

4 *Si electio caſſetur ſimpliciter, & fuit oppoſitum contra perſonam, & electionem cenſetur caſsata ob vitium electionis. n.641. 642.*

3 *In Ord. Præd. electio caſsata ſimpliciter præſumi debet caſsata vitio electionis. n.643.*

4 *In hoc Ord. Prouinciales poſsunt caſsare ſecundã electionem ex eo quod fuit electus ille, cuius prior electio fuit ſimpliciter caſsata. n.643.*

641 QVæritur quinquageſimoquintò. An ſi electio ſit caſſata ſimpliciter, & non conſtet an vitio formæ, vel electi ſit caſſata, an tunc electus remaneat infamis? Reſpondet *Panormit.* Quod aut opponebatur contra perſonam ſolum, & tunc præſumitur electio caſſata ex vitio perſonæ; quia ſententia ſimpliciter debet intelligi ſecundum acta, *ff.de pœnis, l.ſi præſes*. Vel opponebatur contra electionem ſolum, & caſſatio præſumitur facta ex vitio electionis; vel opponebatur contra perſonam & electionem, & tunc caſſatio ſimpliciter facta præſumitur facta ex defectu electionis, quia in odioſis facienda eſt benignior interpretatio, vt ex *d. l.ſi preces. & C.de pœnis, l.interpretatione*. Et ita etiam ſentit, *Bald. d.cap. ſuper eo*.

642 Hæc verò doctrina eſt vera, vbi Confirmator agit ex iuſtitia, & medio proceſſu, non verò cum agit ex boni viri arbitrio & principaliter intuitu boni communis electo ius non acquirente ex electione, vt fit in Ordine Prædicatorum. Nam talis cum poſſit non moueri ex oppoſitionibus, ſed ex officio, & alijs ſpectatis, vt quia licet nullo opponente contra electionem opponentibus verò contra perſonam, ipſe ex defectu electionis cognitò ex officio caſſat electionem, vel contemptis oppoſitionibus, eiſque non verificatis ex alio motiuo prudentiali moueter ad caſſandam electionem: ſicut nullis opponentibus contra perſonam, immò nec contra electionem, poteſt ipſe ex officio & cauſa rationabili electionem caſſare, etiam ex defectu electi; ſi ex decreto caſſationis non conſtat de cauſa caſſationis, hæc neque ex proceſſu conſtare poteſt; quia non formatur proceſſus, vbi confirmatio eſt arbitraria; neque ex oppoſitionibus, quia non cõſtat Confirmatorem ex eis moueri ad caſſandam electionem. Ideo tunc cum caſſatur electio ſimpliciter nulla reddita cauſa, cenſenda eſt caſſata electio ex defectu electionis, vel ex motiuo delictum non concernente, niſi oppoſitum aliunde probetur.

643 Colligitur ex hoc, quòd in Ordine Prædicatorum vbi Prouinciales ſimpliciter caſſant electionem, non expreſſa cauſa, ex qua illam caſſant videri poſſet, quod electus poſſet reeligi, & quod Prouinciales iniuſtè caſſarent ſecundam electionẽ, ſi eo titulo eam caſſarent, quia fuit electus reiectus in priori electione; quia electio prior præſumi debet, vt caſſata vitio electionis, non verò vitio electi. At verò electio caſſata vitio electionis non nocet electo, vt expreſsè decernitur *de electione dicto cap. ſuper eo*. Verum aliter dicendum eſt. Cum enim Prouinciales ex quo extraiudicialiter procedunt & ex arbitrio boni viri caſſant electiones, ideo ſæpiùs non conueniat, vt explicent ſe caſſare electionem vitio perſonæ, cum vitium non ſit iudicialiter probatum; ideò niſi Prouincialis expreſsè dicat, ſe caſſare electionem vitio electionis, vel rehabilitet electum, vt iterum eligatur, nõ debent electores eundem eligere. Nec per hoc reiectus manet infamatus, quia poteſt eſſe, quod ſit caſſata electio, ex defectu, vel conditione perſonæ eam non infamante, vt fuit explicatum. Vnde niſi electores ſciant electionem non fuiſſe caſſatam ex cõditione perſonæ, ſed ex defectu electionis non debent reiectum reeligere.

S V M M A R I V M.

1 *Electi in diſcordia non poſſunt reeligi, etiam ſi electio vitio electionis ſit caſſata. n.644.*

2 *Si alter, eligatur vnanimiter valet electio. num. 645.*

3 *Si alter eligatur ſe etiam non vnanimiter, non eſt nulla actio ipſo iure, neque prouiſio. n.645.*

4 *Superior non poteſt alterum ex electis in diſcordia ſua authoritate inſtituere. n.646.*

644 QVæritur quinquageſimoſextò. An aliquando electio caſſata vitio electionis noceat electo? Reſpondetur in vno caſu hoc contingere poſſe, ſcilicet, ſi electio ſit celebrata in diſcordia. Dicitur electio celebrata in diſcordia non ex eo, quòd non ſit vnanimis, ſed quia electores diuiſi plures electiones habuerunt, quibuſdam vnum, alijs verò alium eligentibus. In hoc ergo caſu ſi contingat vtramque electionem non ex vitio electorum, ſed ex vitio electionis caſſari, vterque electorum eſt pro illa

yice

vice in ea tamen Eccleſia tantùm ineligibilis, & hoc ad ſcandalum & diſcordiam vitandam. De elect. cap. Conſideranimus 10. & ibi. *Panorm. num. 1. Butr. num. 9. & 18. & eod. tit. cap. ſuper eo, in fin. Biax. in direct. elect. par. 2. cap. 3. Cuch. lib. 4. de elect. n. 141. Sigiſm. de Bonon. dub. 96. num. 4.*

645 Et nihilominùs vbi vnanimis eſſet electio, poſſet alter eorum eligi; quia tunc ceſſaret cauſa prohibitionis, *C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. generaliter, & de appellat. cap. cum ceſſante.* Ex quo etiam deducitur, ſi etiam alter eorum eligeretur, & non vnanimiter, quod electio non eſſet nulla ipſo facto, quia textus ille non loquitur in hoc rigore; ſequitur etiam, quod ſi electio ſit deuoluta ad Confirmatorem, quod non licet ei inſtituere alterum ex electis propter eandem cauſam, ne foueat diſcordiam, ſed ſi tamen inſtituat, erit valida inſtitutio.

646 Et tamen addendum eſt, quod ſuperior ex cauſa rationabili poteſt cum reiecto in hac infamia facti diſpenſare, vt intra ſuo loco probatur.

Conditio Quintadecima.

De gremio Eccleſiæ, ſeu non extraneus.

S V M M A R I V M.

1 *Quintadecima Condiſio, quod eligendus non ſit extraneus. num. 647.*
2 *Si inueniatur idoneus eligendus de collegio, vel gremio Eccleſia. n. 647.*

647 Q Vintadecima Conditio eſt, vt eligendus ſit de gremio Eccleſiæ, vel de patria, & non extraneus. Eſt enim communis aſſertio, eligendum eſſe de gremio Eccleſiæ, vel de diœceſi, aut patria ſi in ea ſit idoneus, extraneis relictis, *l. in Eccleſijs, C. de Epiſc. & Cler. & cap. nec emeritis, capit. Nullus inuitis, cap. obitum 61. diſt. & cap. Metropolitano 63. diſt. D. Thom. 2. 2. quæſt. 63 art. 4. & Gloſſ. in dicto cap. Nullus & Præpoſ. num. 4. & Turrecrem. num. 2. Gloſſ. in cap. Cum inter 21. v. aliam de elect.* & ibi *Innoc num. 2. Barboſ. num. 2. & 6. Gloſſ. in cap. ne pro defectu 41. v. de gremio*, & ibi *Panorm. num. 7. Barboſ. num. 2.* iterum *Panorm. cap. bona 4. de poſtul. Prælat. num. 16. Barboſ. num. 7. Henric. Boich. in cap. Cum dilectus num. 6. de conceſſ. Præbend. & communiter DD.* quorum plures referunt, & ſequuntur *Barboſa locis citatis. Sigiſm. dub. 33. num. 1. Garz. de benef. par. 7. cap. 9. num. 5.* Sed ad huius conditionis intelligentiam.

S V M M A R I V M.

1 *Diuerſa ſententia num. 648.*
2 *Non de neceſſitate, ſed de boneſtate eſt eligere de gremio Eccleſia. n. 649.*
3 *De boneſtate eſt, quia qui ſunt de gremio magis diligunt Eccleſiam. n. 650.*
4 *Et quia conuenit, vt ſtipendia dentur laborantibus. num. 650.*
5 *Et quia qui ſunt de gremio ſunt magis noti eligentibus. n. 650.*
6 *Et quia magis noti, & dilecti à populo. numer. 650.*
7 *Non eſt eligendus dignus de gremio relicto digniori extraneo. nu. 651.*
8 *Semper eligendus eſt dignior. n. 651.*
9 *Dignus certus extraneo probabiliter digniori cur præferendus. n. 651.*
10 *Non eſt peccatum per ſe conferre beneficia extraneis. n. 652.*
11 *Eſſe de gremio eſt conditio quæ ſæpe iuuat ad hoc vt quis ſit melior. n. 652.*
12 *Malum eſt conferre beneficia his, qui non reſidebunt. n. 652.*
13 *In Religionibus nullus extraneus à Religione eligi poteſt. n. 653.*
14 *Cum proportione intra eandem religionem de honeſtate præfertur qui eſt de Cõuentu vel Prouincia. n. 653.*
15 *Religioſi eiuſdem Religionis ſunt aliquo modo eiuſdem diœceſis. n. 653.*
16 *In Religionibus ſeruanda leges propria, & laudabiles conſuetudines. n. 653.*
17 *Electio extranei eſt valida. n. 654.*
18 *Niſi lex ſpecialis aut conſuetudo irritet electionem extranei. n. 654.*
19 *Erit tamen valida, ſi electores renuncient iuri ſuo, & beneficio legis, & conſuetudinis, quando id facere poſſunt. n. 654.*
20 *Nullum inferiorem Papa poſſe diſpenſare ſuper conſuetudine non eligendi extraneum, ſi adſit, tenent aliqui. n. 655.*
21 *Hoc reprobatur. n. 656.*
22 *Non valet electio contra conſuetudinem. numer. 656.*
23 *Generale Capitulum poteſt diſpenſare ſuper conſuetudine ſui ordinis. n. 656.*
24 *In Ord. Prædicatorum id facere poteſt Generalis. num. 656.*
25 *In Ord. Præd. in vna Prouincia poteſt eligi ex alia. num. 657.*

648 Q Væritur quinquageſimoſeptimò, An eligere de gremio, vel de Conuentu, aut reſpectiuè de Ciuitate, vel diœceſi, vel prouincia ſit de neceſſitate, vel potiùs de honeſtate, & ita vt eligere extraneum nec ſit peccatum, nec inualidum? Nam vt habent. *Gloſſ. & Innocentius loco ſupra citato*, fuit opinio, *Vincent. & Io.* quod ſemper electio facta de gremio etiam ſi à minori parte præferri debeat electioni extranei, etiam ſi à quacumque parte maiori. Laurent. autem exiſtimauit electionem de gremio poſtponendam eſſe electioni extranei factæ à duobus partibus, non verò ſi ſolùm fiat à maiori parte.

649 Dicendum nihilominus eſt, quod per ſe & de iure communi Canonico non eſt neceſſe eligere de gremio, vel de patria, ſed eſt ſolum de honeſtate, & ideo electio extranei facta à maiori parte, ſi aliud nõ obſtat eſt confirmanda. Ita habetur ex *cap. cum inter 21. cap. cum nobis 9. c. in cauſis 30. de elect. D. Thom. 2. 2. qu. 63. art. 2. ad quartum, Gloſſ. Innoc. Panorm. Turrecrem. Boich. locis ſupra citatis.*

Digitized by Google

Io. Andr. & Compoſtell. in capit. ne pro defectu 41. de elect. Bartolomæus Brixienſ. in cap. in nomine Domini diſt. 23. & in cap. nullus diſt. 61. Felin. in c. ſicut tuis de ſimonia. Nauar. conſ. 6. num. 1. de elect. Sotus de iuſt. & iure l. 3. q. 6. art. 2. Barboſ. Sigiſm. Garzias locis cit. plures referentes.

650 Eſt autem de honeſtate eligere confratrẽ, vel conciuem, vel compatriotam ,ſ multiplici ex cauſa. Prima eſt, quia iſti regulariter magis diligũt Eccleſiam, ex qua ſunt, quàm extranei; ideoque diligentiùs incumbunt Eccleſiæ bono procurando. *D. Thomas loco citato.* Secundo quia dignum eſt, vt qui pro Eccleſia laborant, magis de Eccleſiæ bonis & præeminentijs, & honoribus gaudeant; vnde eſt, quòd beneficia Eccleſiæ alicuius quodammodo sũt debita ipſi, qui Eccleſiæ ſeruiunt, ſeu de gremio Eccleſiæ ſunt, præ alijs, qui ſunt externi. *d. cap. nullus inuitis diſt. 61. ibi. Habeat vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia, in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem: in aliena ſtipendia minimè alter obrepat, nec alij debitam, alter ſibi vendicare audeat mercedem. Panorm. in cap. bonæ 4. de poſtulat. nu. 16.* Tertio, quia qui ſunt de loco, cum vnuſquiſque patriam ſuam diligat, & Eccleſiam, faciliùs inducuntur ad reſidentiã quàm externi. *Abulenſ. in c. 22. Matt. q. 119. Panorm. in cap. ad decorem numer. 3. de inſtit. Felin. in cap. ſicut tuis, de ſimonia. Sigiſmundus dub. 33. numer. 2.* Quarto quia, qui ſunt de loco magis ſunt noti eligentibus; vnde eſt quòd ſecuriùs poſſunt cognoſcere an apti ſint ad gubernium Eccleſiæ, & digni vt eligantur. *Abul. vbi ſup. Panormitan cap. ſcriptum de elect. Armill. ver. electio nu. 23.* Vnde Sac. Congreg. vt refert *Rota deciſ. 537. num. 14. par. 2. recent.* declarauit *eſſe præmittendum eum, cuius mores noti probatique ſunt, ei, cuius vita ignoratur.* Et idem fuit dictum in *Fauent. Præbendis 28. Iunij 1613. & 13. Ianuary 1614. teſte Beltram. in annot. ad deciſ. 11. Greg. XV.* Quinto, nam qui nõ ſunt extranei, ſunt populo nedum magis noti, ſed etiam longè magis dilecti; vnde libentiùs populi ſibi notis, & à ſe dilectis ſubijciuntur. *capit. Nec emeritis, in ſuis Eccleſijs clerici peregrini & extranei, & qui ante ignoti, ad excluſionem eorum, qui bene de ſuorum ciuium merentur teſtimonio, præponantur, diſt. 61.*

651 Non tamen propter hoc aſſerendum eſt, quòd eligendus ſit dignus de Eccleſiæ, aut patriæ gremio, relicto exteriori digniori, vt abſolutè reſpondet, *Sigiſmundus d. dub. 33.* Nam & minùs dignus comparatione dignioris non eſt dignus, & in Eccleſiarum gubernio non perſonarum priuatarum, ſed communis boni habenda eſt ratio, ideò ſemper melior eſt eligendus, *cap. Qualis 8. quaſt. 3. Concil. Colon. 2. par. 1. capit. 9. Petrus de Ledeſma p. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 7. dub. 16.* Et licet verum ſit, quòd idem *Sigiſm. num. 3. ex Salon. 22. q. 63. art. 2. controu. 3.* aduertit, ſcilicet tutius eſſe eligere dignum, quem electores certiſſimè ſciunt eſſe talem, quàm eum, quem ſolùm probabiliter credunt digniorem, hoc verum eſt quia in eo caſu, ille non dignior, cum eius dignitas ſit incerta, & alterius idoneitas ſit experimento comprobata; vnde ſecuritas recti gubernij ex parte eius, qui eſt de Collegio præponderat merito extranei, de cuius probitate & excellentia in gubernando, ſi adeſſet certitudo, ille præferri deberet ei, qui eſt de gremio Eccleſiæ, ſi ſolum probabiliter haberetur vt dignior.

652 An verò ſi cætera ſint paria præponendus ſit qui eſt de diœceſi, vel Collegio, relicto extraneo, ita vt peccatum ſit & acceptatio perſonarum aliter agere. Non carere hoc ſcrupulo affirmat *Petrus de Ledeſma loco citato*, quem ſequitur *Garzias p. 7. cap. 9. num. 19.* Sed ſi attentè res penſetur, hoc erit verũ, quia in hoc caſu, qui eſt de gremio, aut diœceſi erit melior ex rationibus ſupra ponderatis, & præcipuè faciliùs reſidebit, & ex maiori notitia melius gubernabit, & ex maiori dilectione mentiùs prouidebit bono communitatis. Vnde & bene idem *Ledeſma aduertit*, malum eſſe conferre beneficia etiam valde doctis, ſi illi non ſunt habituri reſidentiam in beneficijs, ſed illa adminiſtraturi ſunt per vicarios: quod in beneficijs curatis valde malũ eſt. Sed loquendo per ſe, non eſt iniuſtitia eligere, vel conferre beneficia diœceſum extraneis, ſi in extraneo ſint qualitates neceſſariæ & non conſideretur in eo, vel ſola excellentia doctrinæ ſpeculatiuæ, ſed experientia regendi, & prudentia, & bonitas morum, & dominium paſſionum, & feruor charitatis, & alia quæ ad officia Eccleſiaſtica neceſſaria ſunt.

653 An etiam hoc locum habeat in Regularibus, affirmat *Sigiſm. d. dub. 33.* Verùm in his conſiderandum eſt primo, quod iura citata de electione Epiſcoporum loquuntur. Et ſecundo ſi loquimur de extraneo à Religione tota, extraneus eſt ineligibilis, vt ſupra probatum eſt, vnde non poteſt eligi ad officia & Prælaturas in aliqua Religione, niſi qui illam eſt profeſſus. Sed ſi loquimur de extraneo à Prouincia, vel Conuentu, procedit ſupradicta honeſtas cum aliqua proportione, nam alias omnes, qui eandem Religionem profitentur ſunt veluti de vna diœceſi, cũ ſub eodem capite, & quaſi Epiſcopo viuant; & longè maior vnio ſit inter illos, licet ſint ex diſtantiſſimis Conuentibus, quàm ſit inter Clericos diuerſarum & vicinarum diœceſum, qui ſub diuerſis Epiſcopis viuunt, & ſolum Summum Pontificem habent pro capite, & in communiſſimis legibus Eccleſiaſticis conueniunt; cum Regulares ſub particularibus legibus ex eodem obedientiæ voto, eidem Generali ſubdantur; vnde omnes ſunt veluti conciues, & eiuſdem diœceſis, quàmuis ad diuerſas Prouincias, vel Conuentus pertineant. Et tandem conſiderandum quòd idẽtitas vel Collegij, vel diœceſis, vel Ciuitatis vel Prouinciæ per ſe ſola ſpectata non facit, quin extraneus non poſſit æquè benè eligi, quia eſt conditio valde extrinſeca, & ſolùm attendenda quatenus ex ea redundat maior vtilitas reſpectu Eccleſiæ, cui eſt prouidendum, vel etiam maius quoddam meritum in eo, qui maiores perpeſſus eſt labores pro Eccleſia, ideo quoddam maius ius habet fruendi ſtipendij Eccleſiæ, vt bene conſiderauit *Cæleſtinus Papa epiſt. 1. cap. 1.* & relatum eſt ſupra, ex *cap. Nullus inuitis 61. diſt.* Per ſe tamen loquendo eſſe de gremio fundat honeſtatem, non importat neceſſitatem. Et in Regularibus ſpeciales leges cuiuſcunque Religionis, & laudabiles conſuetudines ſeruari debent.

654 Nihilominus dictum fuit, quòd ſi eligatur extraneus, electio eſt valida. Quod tamen intelligitur procedere vbi non ſit ſtatutum ſpeciale, vel conſuetudo, vt electio fiat de Collegio, vel

Dig-

Digitized by Google

Diœceſi, vel Regno. In quo caſu adhuc diſtingui debet. Nam ſi lex vel conſuetudo eſt, vt electio ſit ipſo iure nulla, vel ad inſtantiam alicuius caſſanda, ſi eligatur extraneus, tunc ſine dubio electio extranei non ſubſiſtit, niſi quatenus ex quo leges aut conſuetudo ordinetur ad vtilitatem eorum, qui ſunt de Collegio, vel de Prouincia, iſti poſſint renunciare iuri ſuo. Tunc enim ex eo quod eligunt extraneum iuri, quod ex illa lege, vel conſuetudine competit renunciare cenſentur, & ideo in eo caſu electio facta à maiori parte erit valida, nec erit caſſanda. *Panorm. cap. Ne pro defectu nu. 7. de elect.* Sed ſi lex, vel conſuetudo prohibeat, vt electores iuri ſuo renunciare poſſint, & omnino irritam velit electionem extranei; tunc iuxta leges, aut conſuetudines electio irrita erit.

655 Neminem etiam inferiorem Papa poſſe ſuper huiuſmodi conſuetudine diſpenſare in Regularibus, cum talis conſuetudo ſit rationabilis, tradidit ea *Rebuff. in praxi tit. de diſpnt. cum Regularibus, num. 1. Sigiſmund. de elect. d. 33. numer. 4. ex cap. Cum ſingula, § prohibeamus, de praebend. in 6. & tradunt D D. ibid.* & ideo contra huiuſmodi conſuetudinem eligere extraneum non licet, nec validè fit. *cap. Cum dilectus, de conſuet.* & ibi *Gloſſ. ver. conſtitutum. Brax. par. 1. cap. 4. num. 1. Paulus Caſtrenſ. conſ. 305. num. 1. lib. 1. Rota in Taraconen. Sacriſtia 19. Martij 1601. coram Iuſto, & deciſ. 218. coram Gregor. XV. & in Seguat. Praemin. 22. Martij 1604. coram Serapb.* quas refert, & ſequitur *Sigiſm. d. dub. 33. nu. vlt.*

656 Verùm quòd non liceat electoribus contra legitimam conſuetudinem eligere hoc quidem verum eſt, iuxta *cap. Cum dilectas* de conſuetudine, ſed quòd in conſimili conſuetudine nullus inferior Papa poſſit diſpenſare, non probatur, & maximè quantùm ad Regulares, & præcipuè reſpectu Capitulorum Generalium, quæ poſſunt nouas leges facere, & nedum conſuetudines, ſed leges antiquas abrogare; hæc enim poterunt ſine dubio, etiam in ea conſuetudine diſpenſare, ſi talis ſit quam poſſint abrogare, ex communi regula, ſcilicet, quòd poteſt in lege diſpenſare, qui poteſt tollere. Quæ habetur ex *D. Thom. p. 2. q. 97. art. 4. & D D. ibid. & Suarez lib. cit. de legibus cap. 14.* Capitulum autem Generale conſuetudines ſui ordinis non confirmatas authoritate Apoſtolica in totum tollere poteſt. Eſto igitur eſſet introducta conſuetudo in aliqua Prouincia, vt non eligerentur Prælati, niſi ex ea, Capitulum Generale, quod vt habetur ex doctrina *D. Thom. p. 2. q. 90. art. 3.* cum repræſentet totam Religionem poteſt leges condere, & abrogare leges, & conſuetudines, poteſt etiam in huiuſmodi conſuetudine diſpenſare. Et in Ordine Prædicatorum poterit etiam hoc facere Generalis, qui habet poteſtatem ampliſſimam diſpenſandi ſuper legibus ordinis, vt habet in *Gloſſ. diſtinct. 2. cap. 9. § 6. lit. F.* ibi. *Similiter quamuis generale ſtatutum ordinis, vel conſuetudinem diu retentam, & communiter in Ordine approbatam non poſſit Mag. Ordinis auferre, poteſt tamen, ex rationabili, vtili, vel neceſſaria cauſa in prædictis omnibus diſpenſari.* Nec obſtat, *cap. cum ſingula*, quia cum contineat decretum Pontificium, non cadit ſub diſpenſatione Generalium, cum non ſit conſuetudo à ſuis introducta, ſed lex à Summo Pontifice conſtituta.

657 In eodem Ordine Prædicatorum de Fratribus aliarum Prouinciarum hæc Auenione 1442. ſtatutum fuit, vt eligi poſſint tam in Priores Conuentuum, quam in Prouinciales, & abrogatur conſuetudo ab aliquibus introducta, vt non eligerentur in Priores niſi filij Conuentuum. Limitata poſtea fuit hæc facultas Romæ 1508. ibi. *Volumus quòd fratres aliarum Prouinciarum, niſi per triennium fuerint in Prouincia, aut alias notoriè idonei habeantur non præficiantur Conuentibus, aut locis, aut fiant Magiſtri Nouitiorum, aut Sacriſtæ, aut ſimiles adminiſtrationes habentes. Camill. par. 2. cap. 9. num. 13. Fontana ver. electio Prouincialis, num. 11. & ver. electio Prioris num. 15.* Vnde intantum prohibiti ſunt eligi filij aliarum Prouinciarum inquantum non ſint cogniti: quod eſt de iure communi, vt infra magis explico. Statuitur verò tempus trium annorum pro hac cognitione habenda, quod tempus nihilominus remanet arbitrarium, & ſine dubio etiam Prouinciales, immò & electores poſſunt decernere an extraneæ Prouinciæ filius notoriè ſit idoneus, etiam ante illud triennium, & ita illum eligere etiam ſtatim, ac venit ad Prouinciam, ſi ſit perſona cognita, & notoriè idonea.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt extraneis conferre beneficia. num. 658.*
2 *Eſt diſpenſator omnium beneficiorum. num. 658.*
3 *Alij ſuperiores, vbi ſit lex, vel conſuetudo, vt extraneis non conferantur beneficia, non poſſunt illa conferre. n. 659.*
4 *Niſi poſſint diſpenſare ſuper lege, vel conſuetudine. n. 659.*
5 *Vel niſi Eccleſia cedat iuri ſuo, & conſentiat. nu. 659.*
6 *Vbi Collegium habet ius vt eligatur de Collegio eſt contra iuſtitiam commutatiuam inſtituere extraneum. n. 659.*
7 *Vbi de gremio nullus ſit idoneus debet ſuperior aſſumere extraneum. n. 660.*
8 *Ad Prioratus, qui ſunt membra Conuentuum non poſſunt eligi Religioſi de alieno Conuentu. num. 661.*
9 *Abbates poſſunt aſſumi de quocumque Monaſterio. num. 661.*
10 *Non poteſt tuta conſcientia eligi vel inſtitui extraneus ignotus. n. 662.*
11 *Sufficit ſi ſit notus per aliorum relationem. num. 662.*
12 *Extraneus notus poteſt eligi. num. 662.*

658 Quæritur quinquageſimooctauò. An ſuperior ad quem vel ex iure ordinario, vel ex deuolutione pertinet conferre beneficium, vel Prælaturā, poſſit illam conferre extraneo. Non eſt quæſtio de Summo Pontifice, quia ipſe poteſt vndecumque voluerit Eccleſijs prouidere. *cap. bona 23. de elect. in fin.* Et ratio eſt, quia ad Papam pertinet plena diſpoſitio beneficiorum. *cap. 2. de preb. in 6.* & quia nulla Conſtitutio aut Pontificia aut Conciliaris ligat

Iuri dominium vtile, & habet ius poſſidendi bona ſua, & illis vtendi, ita qui priuatus eſt voce paſſiua habet ius poſſidendi vocem, nec in conſcientia tenetur, vel diſſentire electioni ſi eligatur, vel recuſare Prælaturam, ſi ad illam promoueatur.

617 Reſponſio igitur data vndequaque deficit, Tum quia priuatio paſſiuæ vocis, aut inhabilitas ad Prælaturas non eſt pœna purè priuatiua, ſed talis cuius executio in actione conſiſtit, & quidem multùm afflictiua humanæ infirmitatis, ſcilicet in actuali & poſitiua reſiſtentia facta electioni, vel cōfirmationi, aut collationi Prælaturæ, vel in poſitiua eiuſdem Prælaturæ reſignatione. Tum quia diſtinctio illa de pœna priuatiua, vel poſitiua non ſatisfacit. Quoniam quæcumque lex ſit, quæ pœnam imponit, ſi eſt humana, infirmitati humanæ conſona, honeſta, & iuſta obligat; vnde ſi dictio *ipſo facto* habet vim obligandi in conſcientia ante ſententiam ad executionem pœnæ, in omni lege tam pœnæ priuatiuæ, quam poſitiuæ hanc vim habebit, & ſi non habet hanc vim in lege pœnæ poſitiuæ aliàs honeſta, & iuſta, nec eam habebit in lege pœnæ priuatiuæ, Aliàs verò etiam lex pœnæ priuatiuæ ſi non eſt honeſta, & iuſta, non obligat. In alio autem ſenſu, quem indicat *Caiet.2.2.qu.62. art.3. in fine*. poſſet doctrina reſponſionis intelligi, vt non ſit diſtinctio pœnarum, ſed diſtinctio effectuum eiuſdem pœnæ. Ita quòd pœna coſiderari debeat præcisè in quantum priuat, vel inquantum aliquid poſitiuum præcipit, & quòd vbi imponitur pœna ipſo facto, tunc lex ſtatim habet effectum ſuū vbi purè priuat, non verò in quantum aliquid agēdum præcipit: & ſi dicatur quòd neque hoc verum eſt, quia lex talis non priuat poſſeſſione, & vſu proprij boni ante ſententiam, Reſpond. quod priuatio poſſeſſionis, & vſus non eſt pura priuatio, ſed ſimul eſt præceptum agendi, vel non agendi, quod non agere moraliter eſt agere. Et ſic lex non imponit pœnam purè priuatiuam, niſi quatenus priuat dominio, non verò quatenus priuat poſſeſſione, & vſu rei. Et in hoc ſenſu, iam doctrina hæc conuenit cum ſecunda ſententia, & comprobat rationem eius, & explicat quare lex pœnalis priuat dominio, quia in hoc eſt purè priuatiua, & tollit ex vi voluntatis legiſlatoris; ſed non priuat poſſeſſione, & vſu omnino, quia æquum non putat, quod delinquens ſit ſuæ pœnæ executor ante ſententiam iudicis,

618 Ideò alij relicta hac diſtinctione admittūt legem tam imponentem pœnam priuatiuam, quàm poſitiuam poſſe obligare delinquentem ad ſui executionem ante ſententiam, & obligare de facto, ſi legiſlator id intendat, & ſufficienter explicet. Addunt verò in facto tunc leges pœnales non obligare ad ſui executionem, cum grauiores pœnas imponunt, duras, & acerbas, vnde æquitas non patitur vt delinquens ante ſententiam ſit dictæ pœnæ executor. Ita *Vaſquez p.2. diſp.168. cap.2. Monteſino diſp.24. Lorca diſput.24. memb.1. & 2. Suarez d. l.5. de legibus c.7. & to.5. de cenſ. diſp.3. ſect.1. & alij*, quos refert idem *Martinez de Prado vbi ſupra nu.2.* Sed & hæc reſponſio validas patitur inſtantias. Nam vel ſenſus eius eſt, quòd legiſlator intendēs nō obligare in conſcientia ad executionem pœnæ, vbi pœna grauis eſt, & æquitas requirit, vt delinquens non ſit ſuæ pœnæ executor, ideo in ſtatuenda lege non opponit dictionem *ipſo facto*, vel aliam importantem latam ſententiā. Vel ſenſus eſt quod lex imponens pœnā latæ ſententiæ, & incurrendam ipſo facto aliquando obliget ante ſententiam & aliquando non. Primus ſenſus non eſt ad rem, nec eſt de eo controuerſia. Vbi enim lex pœnalis non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ non obligat ante ſentētiam, vt omnes fatentur. Nec lex pœnalis eſt latæ ſententiæ niſi id ſufficienter exprimat. Sed ſi admittitur ſecundus ſenſus, remanet huic ſententiæ probandum, vnde colligat hoc diſcrimen, & vnde habeat quod eadem verba, vel eadem clauſula aliquando importet obligationem ad exequendam pœnam ante ſententiam, & aliquando non; Quia ſi ſemel verum eſt, quòd dictio *ipſo facto*, vel aliæ ſimiles ex earum vi & efficacia, & ſignificatione propria non ſe extendunt per ſe & neceſſariò ad hāc obligationē inferendam, nunquā ad id ſe extendūt præcisè ex vi earum, & hoc ex regula generali iuris, quòd lex pœnalis non eſt amplianda, nec extendenda, ſed ſuſcipit interpretationem ſtrictam. Ideo niſi legiſlator per alias dictiones eam obligationem importet, & ſignificet, hanc non ſignificat per dictionem *ipſo facto*, & ſimiles, ſi ſemel verum eſt, quòd aliquando dictiones illæ illam obligationem non important, & non eſt natura talium dictionum, vt illam importent.

619 Sed ſecundo reſponſio non adaptatur quæſtioni noſtræ; quoniam priuatio vocis & inhabilitas eſt pœna grauiſſima, & magis grauis quàm priuatio pecuniarum: ſi enim Prælatura diuitijs cōparetur, illa eſt bonum ſublimioris ordinis. Nec obſtat dicere quod non acquirere, quod non habetur, non ſit graue malum, quia hoc eſt euidenter falſum. Nec aliquis putaret paruam pœnam eſſe inhabilitari ad hoc, vt poſſet acquirere pecunias, & diuitem fieri etiam data opportunitate, & cum illi diuitiæ offerrentur, & exhiberentur, & ſufficeret, ſi ille eas accipere vellet. Multò magis pœna grauis eſt, etiam oblatas dignitates non poſſe recipere, quæ vt plurimùm etiam bona temporalia vberiora, & maiores temporales commoditates, immò & ſæpe magnas diuitias adiunctas habent. Ideo priuatio paſſiuæ vocis, ſeu inhabilitas pœna eſt grauiſſima, & duriſſima.

620 Augetur grauitas pœnæ ex eo quòd regulariter, vt *Suarez* ipſe fatetur, non poteſt quis exequi hanc pœnā ſine propria infamia. Pauci enim inueniuntur, qui Prælaturas ſolius virtutis intuitu recuſent, vnde hoc poſito, & alijs circumſtantijs adiunctis ferè ſemper res in eo ſtatu erit, vt electus ad Prælaturam nō poſſit eam recuſare niſi aliquod ſignum ſui criminis exhibendo in ſuæ famæ præiudicium. Et nihilominus priuatum voce paſſiua non obligari ad executionem pœnæ ante ſententiā cum præiudicio graui ſuæ famæ docent. *Suarez citatus, Bonacin. de legibus diſputat.1. quæſt.1. par.7. numer.10. & alij.* Et cum hoc periculum, vt in pluribus adſit, bene concluſit *Martinez d. dub.10. q.96. art.4. p.2.* ex hoc ſequi vt dicendum ſit, legem hanc pœnalem non obligare ad ſui executionem ante ſententiam, quia leges reſpiciunt id, quod euenit vt in pluribus.

621 Nec obſtat ſi dicatur, quòd dictio *ipſo facto* adiuncta legi pœnali ſignificat, quòd pœna ipſo facto incurritur, & prout habetur *cap. cum ſingula*,

Digitized by Google

de præbend. in ſexto. Ex tunc eo ipſo efficiantur ineligibiles, ſeu reddantur ineligibiles ipſo iure. Nam hoc totum admittitur, & conceditur, quod priuatus ipſo iure paſſiua electione incurrit pœnã ipſo facto, & ex tunc eſt verè ineligibilis, & qui eſt inhabilis, ipſo iure, ex vi cõmiſſi delicti ſtatim eo ipſo eſt inhabilis,vt eligatur,& eo ipſo eſt ineligibilis; & ideo ſi eligatur electio eſt ipſo iure nulla,ideſt non valida in præiudiciũ Fiſci,& nullius valoris intrinſecè. Nã & hæreticus ſtatim eo ipſo & in pũcto in quo fit hæreticus extra mẽtem incurrit pœnam confiſcationis bonorum, & eo ipſo bona non ſunt ſua,nec facit fructus ſuos.& illius bona ſunt Fiſci, & quidquid ſit an dicatur perdidiſſe dominium, (quod aliqui negant) certum eſt,quòd eo ipſo non eſt dominus ſicut priùs,ſed eius delicto deducto ad forum contentioſum, priuabitur bonis & fructibus à die commiſſi criminis perceptis. Et hæreticus eo ipſo eſt inhabilis ad alienandum bona ſua in præiudicium Fiſci. Et nihilominùs iuſtè poſſidet, & iuſtè vtitur bonis ſuis, dum eſt hæreticus toleratus ab Eccleſia, & adhuc occultus, & non denunciatus per ſententiam declaratoriam ſui criminis. Ita priuatus voce paſſiua ipſo iure, ſed tamen toleratus, ſeu toleratus inhabilis, licet verè ſit voce priuatus, & valida electione ineligibilis, electione inquam valida in præiudicium Fiſci. Nihilominùs adhuc dum eſt toleratus iuſtè poſſidet id, quo eſt priuatus, iuſta enim poſſeſſio, ſeu iuſtum ius vtendi non ſupponit dominium, vt in Religioſis patet, & in eis, quibus res aliena ad vſum eſt commodata. Sic enim & ille qui eſt priuatus dominio vocis ipſo facto, & iure, dum adhuc eſt toleratus, iuſtè poſſidet vocem,& ea vtitur poſſeſſione tamen & vſu infirmo,& debili, & quo poteſt priuari ad libitum, ſi eius delictum non toleretur, ſed in iudicium deueniat. Hæc conſequentia ergo non valet, qui delinquit tali delicto ipſo facto incurrit pœnam priuationis vocis, & verè eſt priuatus voce, & ineligibilis, ergo etiam ſi ſit toleratus & occultus tenetur diſſentire electioni, & reniti, & Prælaturam recuſare, vel illi renunciare; quia ſtat aliquem eſſe priuatum voce, & ineligibilem electione valida in foro externo in præiudicium Fiſci, & tamen non eſſe priuatum omni poſſeſſione & vſu vocis, ſed poſſe vti voce vſu infirmo, nũ fundato in dominio ſed in tolerantia Eccleſiæ, nolente vt delinquens ſit contra ſe ipſum executor tam grandis pœnæ.

622 Et neque obſtat, quod in cenſuris, & irregularitatibus oppoſitum ſit in vſu & praxi,& quòd leges pœnales imponentes cenſuras ipſo iure obligent in conſcientia etiam ante iudicis ſententiam ad ſui executionem. Nam immò ex hoc confirtionem intenti ab ea ſumit, ſecunda ſentẽtia. Nam quantum ad cenſuras, quæ & ſunt pœnæ medicinales ordinatæ ad tollendam contumaciam, & quæ per pœnitentiam tolluntur, vnde abſolutione abolentur & etiam per forum pœnitentiale poſſunt ſimul cum peccato auferri, conuenienter inſtitutum fuit,& Eccleſiæ praxis induxit,vt nedum ipſo facto incurrantur, ſed ſui executionem ferant; quia durat contumacia, dum delinquens non pœnitet, & ſi pœnitet (quod in eius poteſtate eſt) cenſura per abſolutionem tollitur. Sed hæc ratio non currit de pœnis inductis in vindictam, & pœnam, quæ abſolutione non delentur, ſed etiam poſtquam delinquens eſt reconciliatus Deo & Eccleſiæ durant. In his enim nimis durum videtur, quod in obligando ſequantur modum fori conſcientiæ, dum aliàs ad modum fori externi non poſſunt tolli per pœnitentiam delicti & abſolutionem. Sed quia hæc ratio non valet de irregularitate; dicitur quod in ea ratio peculiaris eſt, quia per ſe nec eſt pœna, nec ſupponit delictum, & impedit per modum negationis conditionis requiſitæ in miniſtro ſacrorum ordinum. Vnde non habentes eam conditionem, quam vult Eccleſia non poſſunt ordines recipere, vel in eis miniſtrare. Vnde non eſt ſimile de priuatione, vel inhabilitate, quæ eſt pœna, & pœna grauiſſima. Verùm vlteriùs de cenſuris & irregularitate loquendo, *Sanchez de matrim. lib. 9. diſp. 30. n. 1. & Sigiſm. de Bonon. de elect. diſp. 89. num. 5.* fatentur ſe neſcire cauſam quare huiuſmodi pœnæ priuatiuæ ligant in conſcientia ante ſententiam, niſi quia hæc eſt Eccleſiæ praxis, Et ſic verè eſt, quod eſto non redderetur alia cauſa (quæ tamen reddita eſt, & ſufficit) quare cenſuræ ſecum ferant executionem, & tollant poſſeſſionem & vſum,hæc vna ſufficeret, quia Eccleſia ab initio mentem legiſlatorum in hoc ſenſu intellexit, & hæc praxis vſque ad noſtra tempora durat. Sed in puncto noſtræ quæſtionis praxis eſt contraria, & cum hæc pœna priuationis & inhabilitatis tam ſit modò communis maximè contra Regulares, & tranſgreſſiones legum imponentium hanc pœnam ſint quoque continuæ, vt praxis ipſa demonſtrat, tamen eadẽ praxis oſtẽdit nullum ferè reperiri, qui ſit electus ad Prælaturas & reſiſtat electioni. Longè ergo diuerſa eſt ratio de cenſuris, & de priuatione vtriuſque vocis.

623 Nec obſtant exempla,quæ adducuntur de multis pœnis priuatiuis ferentibus ſecum executionem, quia vel non ſunt ſimilia, vel non eſt certũ quòd aſſeritur. Nam quod adducitur ex *cap. 1. & cap. ſuper eo. & cap. ſignificaſti*, de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit,in quibus *cap.* imponitur inhabilitas ad matrimonium in pœnam vxoricidij. Non eſt ſimile. Quod ex ipſis textibus habetue, in quibus non eſt dictio *ipſo facto*, vel alia ſimilis, quæ importet pœnam incurri ipſo iure, & nihilominùs illa pœna ipſo iure incurritur tãquam ferens ſecum executionem. Quia vt benè notat Soto,illa lex per modum conditionis neceſſariæ ad contrahendum inducitur, & ita intelligitur, & accipitur; vnde non mirum ſi occultus vxoricida non contrahit validè cum ante polluta, alia verò exẽpla, quæ adducuntur. Vt eſt illud quod habetur, *cap. is, qui de ætat. & qualit.* vbi præbendati in Eccleſia ſi infra annum non ordinantur ad ordines præbendis annexos priuantur voce actiua in capitulo. Item illa quæ habetur, *cap. licet de elect. in 6.* vbi ſtatuitur, vt qui intra annum à receptione beneficij Parochialis ſua culpa non ordinatur ſit priuatus beneficio. Item in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 2. de reform. eadem pœna imponitur Epiſcopis ſi intra ſex menſes non conſecrantur, & alia etiam ſimilia exempla noo probent. Tum quia dicitur, quod reſpiciunt ius non quæſitum, ſed acquirendum, & huiuſmodi leges ſunt conuentionales, & inducunt pœnam per modum conditionis de legibus, verò conditionalibus ſpecialis eſt ratio; Quamuis nec ſit ab omnibus conceſſum, quod di-

ctæ

628 Quod tamen *Sanchez*, & nonnulli ex citatis Doctoribus dicunt, particulam *abſque declaratione* reſpicere pœnam, vt ſit ſenſus abſque declaratione pœnæ, non ſatis conuenit textui. Cum enim leges iſtæ pœnales expreſſè, & clariſſimis verbis pœnam determinent, & declarent, euidens eſt, non eſſe neceſſariam aliam declarationem iudicis, cum lex ipſa ſine ambiguitate pœnam declaret, vnde ſuperfluè adderetur, & incongruè, abſque declaratione, ſi intelligitur abſque declaratione pœnæ, quia vel mulierculis euidens eſſet non eſſe opus ſententiâ iudicis ad declarandam pœnam, quam lex ipſa declarat. Ideò meliùs dicitur ſenſum eſſe, quod nõ ſit neceſſaria ſententia declaratoria criminis ad incurrendam pœnam, & hoc eſt ſenſus germanus, & planus. Sed ſemper diſtingui debet incurſus pœnæ, & pœnæ executio. Neque hæc duo ſunt ſynonima, ſed valdè diſtinguuntur, vt apertè colligitur ex *cap. cum ſecundum de hæret. in 6.* Hæreticus enim ſtatim ex vi hæréſis incurrit pœnam confiſcationis. *Bona hæreticorum, &c.* inquit, *ipſo iure, &c. decernimus confiſcata*. Iam confiſcationis pœnam ipſo facto incurrit hæreticus, quia ipſo facto eius bona ſunt confiſcata, & iam ſunt ſub dominio quodam Fiſci. Sed nihilominùs hæc pœna non habet executionem externam per amiſſionem poſſeſſionis bonorum, niſi poſt ſententiam. Ad hoc igitur vt delinquens incurrat pœnam ipſo iure latam non eſt neceſſaria ſententia declaratoria, quæ tamen eſt neceſſaria, vt pœna executioni mandetur; maximè quantùm ad priuationem bonorum externorum, & quantum ad effectus, qui non ſunt merè, & purè priuatiui. Sic enim priuatio dominij illius, quod delinquens habet ſuper proprijs bonis eſt mera priuatio, ad cuius executionem nihil extrinſecum requiritur, ſed ſola voluntate legiſlatoris aufertur. Sed priuatio poſſeſſionis non eſt pura priuatio, & plures actiones externas habet adiunctas, quia v. g. non poteſt quis eſſe priuatus poſſeſſione iuris vocis paſſiuæ, niſi in caſu in quo eligatur diſſentiat electioni, & recuſet. Incurritur igitur pœna ipſo facto, quia ipſo facto delinquens remanet priuatus dominio boni priuati, & remanet poſſeſſor conditionatus, & nihilominùs remanet poſſeſſor, & ad tollendam poſſeſſionem requiritur ſententia declaratoria. Et licet hoc totum contineat lex ex eo, quod imponit pœnam ipſo facto, nõ tam clarè, & explicitè hoc continet, vt non fuerit vtile ad maiorem explicationem addere, *ſine declaratione, &c.* Nunquam tamen per illas particulas exprimitur, quod homo ipſo facto ſit priuatus poſſeſſione ſuorum bonorum, & quòd extrinſecus præcipuè, & in foro externo pœna executioni danda ſit ante declaratoriam criminis.

629 Quatenus autem clauſula illa *ſine declaratione* intelligenda eſſet, vt excluderet ſententiam declaratoriam, hinc deduceretur, vt aduertit *Sanchez* euidentiùs eſſe, quòd vbi illa non ponitur, ſed ſimpliciter imponitur pœna ipſo facto incurrenda, talis pœna non priuat poſſeſſione, & non obligat ad ſui executionem ante ſententiam; quia diceretur, quod vbi legiſlator vult, quòd lex pœnalis ferat ſecum executionem, ponit clauſulam *ipſo facto, & ſine vlla declaratione, &c.* Sed aliàs irrationabiliter dicitur, quod vbi lex clarè, & ſine obſcuritate non ſpecificat, quòd pœna imponitur, vt ferens ſecum executionem, vel praxis, & communis vſus hoc non probat, vt facit in cenſuris, & irregularitate, lex pœnalis non obliget ad executionem pœnæ ante ſententiam declaratoriam. Ideò vbi in ſingulari de obligatione huius, vel illius legis pœnalis quæritur, & verba legis, & praxis in ea obſeruanda attendi debent.

Conditio Quartadecima.

Non reiectus ab electione.

SVMMARIVM.

1 *Quartadecima conditio, quod electus non ſit reiectus ab electione. n.630.*
2 *Si caſſetur electio ex vitio electi, non poteſt electus alicubi eligi. n.630.*

630 QVartadecima conditio eſt, vt electus non fuerit aliàs reiectus ab electione paſſiua, quia ſcilicet aliàs electus fuerit, & eius electio caſſata vitio perſonæ. Quando enim caſſatur electio, ſi caſſatur ex defectu electionis, vt quia non fuit ſeruata forma. *cap. quia propter*, vel quia electores erant excommunicati, vel ex ſimili cauſa, ſi caſſetur electio, non manet electus infamatus, & poteſt reeligi, & in eadem Eccleſia, & in alia. Sed ſi electio caſſetur ex defectu electi, electus manet ineligibilis vbique. *cap. ſuper eo, 12. de elect.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio difficultatis. n.631.*
2 *Reiectus ab electione non eſt infamis infamia iuris. num.632.*
3 *Sententia lata per viam exceptionis non infamat. num.632.*
4 *Eſt ſententia interlocutoria. n.632.*
5 *Sic damnatus non perdit beneficia. n.632.*
6 *Si caſſetur electio ex vitio perſonæ, electus eſt infamis infamia facti. n.633.*
7 *Teſtis reiectus non admittitur. n.633.*
8 *Infamis infamia facti ſuſpenditur. n.633.*
9 *Reiectus ab electione tanquam infamis eſt vbique ineligibilis. n.634.*
10 *Neque poteſt præſentari. n.635.*
11 *Neque poteſt promoueri. n.635.*
12 *Electio, ſeu promotio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla, ſed valet. n.635.*
13 *Ad repellendum electum non ſufficit probare eum reiectum ab electione niſi probetur, quod ex delicto, & vitio eius. n.636. & 638.*

631 SEd quæritur quinquageſimoſecundo, an reiectus ab electione ex defectu perſonæ, ex hoc ſit infamis. Videtur enim ita dicendum, quia negari non poteſt, quin vitietur fama illius, qui ob vitium proprium repellitur ab electione, & eligi non permittitur. Sicut enim incurritur infamia ex eo, quòd aliquis ex proprio vitio repellitur à teſtificando, *cap. teſtimonium.*

Digitized by Google

nium, de teſtibus, multò magis læditur fama eius, qui reijcitur, ne eligatur.

632 Dicitur primò, reiectum ab electione vitio perſonæ non eſſe ex hoc infamem infamia iuris, *cap. 2. de cod. cognis. Et cap. 1. de except. & l. lucius ff. de his, qui notant. infamia. Gloſſ. in d. cap. ſuper eo, de elect. vbi Panormit. num. 2. Baldus.* Et ratio eſt, quia ſententia lata contra aliquem per viam exceptionis non infamat, vt ex citatis iuribus conſtat. Non enim poteſt reus per proceſſum factum via exceptionis, quando ſcilicet alicui obijcitur crimen excipiendo, vt repellatur à teſtificando, vel ab alio actu legitimo, puniri pœna ordinaria; ideò ex illa ſententia ſatis punitur is, contra quem probatum eſt crimen, ex hoc, quòd ab actu legitimo reijcitur, non verò incurrit pœnam infamiæ iuris. Et vt habet *Baldus de elect. cap. conſideramus*, ſententia lata per viam exceptionis eſt interlocutoria, ideò non infamat. Quod confirmatur, quia is contra quem probatum eſt delictum via exceptionis non perdit beneficia, quæ habet, *cap. ſuper his, de accuſat.* Quæ tamen perderet, ſi eſſet infamis infamia iuris, quia infamia iuris tollit honorem iam quæſitum. *l. infamia C. de decur. Panorm. vbi ſupra, & cap. inter dilectos de except.*

633 Dicitur ſecundò, quòd reiectus ab electione ex vitio perſonæ remanet infamis infamia facti. Ex hac enim repulſione læditur in facto infamia repulſi, quia vitium concernens perſonam illam notat eam perſonam, & eam ſequitur, ſicut lepra leproſum. 1. *q. 1. cap. citò turpem*. Et ideò ſic reiectus debet reijci etiam ab alia electione. Si enim teſtis ſemel reiectus non debet ampliùs admitti. *De teſtibus, cap. teſtimonium*, multo fortiùs non debet ampliùs promoueri. *arg. ex tit. de teſtib. cap. final.* Et ſi infamatus infamia facti debet ſuſpendi à beneficijs habitis, donec ſe purgauerit iuxta ea, quæ habentur. 2. *quæſt. 5. cap. Presbyter, & de Purgat. Canon. cap. 2. & cap. inter.* Multò magis debet impediri, ne acquirat beneficium non habitum. *Gloſſ. in d. cap. ſuper eo, ver. non vitio. Panorm. & Bald. vbi ſupra.*

634 Ideò dicitur tertiò, quòd reiectus ab electione ex vitio perſonæ eſt ineligibilis vbique tanquam infamis infamia facti. *diſt.* *cap. tantis, & de reg. iuris in 6. cap. Infamibus. Gloſſ. Panormitan. & Baldus citati. Felin. in capit. ſuper his de accuſat. Sylu. v. electio. quæſt. 14. Tabien. num. 16. Angelus n. 13. Toloſ. tit. de elect. cap. 9. & 11. num. 10. Biax. in direct. elect. p. 2. cap. 5. Cuch inſtit. l. 4. tit. de elect. num. 141. Mirand. t. 2. quæſt. 23. a. 11. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 96. num 3. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 8. ver. dico 7.* Sicut igitur teſtis poteſt repelli à teſtificando ſi probetur id, propter quod aliàs fuit reiectus, multò magis reijcitur ab electione ſemel reiectus vitio perſonæ, ſi probetur id, propter quod aliàs fuit reiectus, debet enim probari non ſolum, quòd eius electio caſſata fuerit, ſed quod ex tali vitio fuerit caſſata.

635 Extenditur aſſertio, vt valeat etiam in præſentatione, quia & præſentatio eſt quædam electio. *de elect. cap. quærelam*. Immò etiam in collatione. Quia vt probat *Panormit. num. 4.* textus *d. cap. ſuper eo*, in reſponſione loquitur generaliter de promotione. Sed pro hac parte contrarium ſentit. *Io. Cald. ab eodem Panorm. citatus*, dicens reiectum ab electione non poſſe reijci à collatione. Nam differt electio à collatione, quòd per illam acquiritur ius ad rem, ſed per iſtam ius in re, *de præbend. in 6. cap. penult.* faciliùs autem tollitur ius ad rem, quàm ius in re. Item contra prouiſum non poteſt opponi, niſi crimen cum infamia, vt habetur *de accuſat. cap. accidens.* Sed contra electum poteſt opponi infamia. Admittit tamen, quod prouiſio vacillaret, ſi prouiſo opponeretur crimen cum infamia. Verùm neutra opinio admittitur. Non quidem *Panormit.* quia electio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla, ſed ſolum eſt caſſanda, vnde ſi confirmetur ſcienter à confirmatore, non valet ampliùs exceptio infamiæ facti contra electum, & confirmatum, qui iam verum ius in re acquiſiuit infamia non obſtante. Eadem igitur ratione valet prouiſio facta, licet illicitè de infami infamia facti, qui illa infamia non obſtante ius in re acquiſiuit, quia prouiſio facta de infami infamia facti non eſt nulla ipſo facto, vt ſupra fuit probatum.

636 Sed nec admittitur diſtinctio Cald. vt ad repellendum electum à noua electione ſufficiat probare infamiam, & non ſit neceſſe probare crimen, quia nequit probari infamia facti, non probato crimine, ſcilicet non probato, quod reiectus fuerit ex tali delicto reiectus. Vt enim habet *Panormit.* debet probari id propter quod aliàs fuit reiectus. Quia non eſt infamia facti, niſi ex delicto, vel facto infamante, nec reiectio infamat, niſi quis ex facto infamante probato fuerit reiectus. Verum tamen eſt, quod ſi contra promotum probaretur tale crimen, ob quod prouiſio eſſet nulla ipſo facto, tunc caderet à beneficio, non quia reiectus ab electione formaliter, ſed quia crimínoſus tali crimine, quòd reddit prouiſionem ipſo facto nullam. Addit etiam *Peyr. in ſubd. quæſt. 1. cap. 31. §. 8. ver. dico 7.* quod ſi vitiũ ob quod fuit cauſata prima electio ſit præſumptum, ſi reiectus poſtea ſe purgauerit, non eſt à ſecunda electione reijciendus. Quia contra crimen præſumptum admittitur purgatio. *c. officij de elect.* Sic qui fuit reiectus tanquam infirmus, admitti debet, ſi probet ſe ſanatum. *Panorm. in cap. cum inter Canonicos. n. 7 de elect.*

S V M M A R I V M.

1 *Reiectum in vna electione debere vniuerſaliter reijci, non eſt verum. n. 637.*
2 *Ex triplici cauſa caſſatur electio. n. 637.*
3 *Contra crimen præſumptum admittitur purgatio. num. 637.*
4 *Infamia facti per pœnitentiam deletur. numer. 637.*
5 *Reiectus ex vitio, ſi pœnituit, non reijcitur ab electione. num. 637.*
6 *Non omnis conditio perſonæ ex qua caſſatur electio eſt vitium. n. 638.*
7 *Caſſatio electionis ex conditione perſonæ per ſe non infamat. n. 638.*
8 *Aliquando caſſari poteſt electio, quia electus non eſt hic, & nunc opportunus. n. 638.*
9 *In Ordine Prædicatorum caſſatio electionis non infamat. n. 639.*
10 *In eo Ordine electio non dat ius n. 639.*
11 *Confirmator confirmat ex arbitrio. n. 639.*

12 *Ex*

12 *Ex decreto caſſationis colligitur, quod ſit facta ex vitio electi. n.639.*

13 *Confirmator in confirmando directè reſpicit bonũ commune, & ſæpè ex cauſis extrinſecis caſſat electionem. n.639.*

637 QVæritur quinquageſimotertiò. An reſolutio, *tex. de elect. cap. ſuper eo*, ſit vera indiſtinctè, & vniuerſaliter, & de omni, qui fuerit ab electione reiectus ex defectu perſonæ? Reſpondetur vero, non debere intelligi vniuerſaliter. Ratio eſt, quia ex triplici cauſa poteſt caſſari electio, nimirùm ex crimine plenè probato contra electum, ſecundò ex crimine præſumpto, tertiò ex defectu, qui non eſt crimen, vt ex defectu ætatis, vel infirmitatis, vel alio ſimili defectu temporali. In primo caſu vera eſt reſolutio illius textus vniuerſaliter. Non verò in ſecundo caſu, quia contra crimen præſumptum admittitur purgatio, *de elect. cap. officij propè finem*, vnde ſi reiectus à priori electione ſe purget, non debet reijci à ſequentibus. In tertiò etiam caſu ſi conſtet de ceſſatione impedimenti non debet reijci. Ita *Panorm. num. 3.* Sed aduertendum eſt, quòd infamia facti per pœnitentiam deletur, vt ſuo loco probatum eſt. Ideò infamia, quæ ex reiectione ab electione conſurgit, cum ſit infamia facti per ſe, non in æternum; ſed temporaliter impedit, ideò etiam in primo caſu, ſi conſtet quod ille, qui ex plenè probato crimine fuit reiectus, poſtea pænituit, & infamiam benè factis abſterſit, non debet à noua electione reijci; quia iam infamia ceſſauit. Immò nec prima vice potuiſſet reijci ſi conſtitiſſet, quòd infamiam ex crimine ortam, pænitentia deleuiſſet.

638 Conſiderandum verò eſt, quòd contingit caſſari electionem ex defectu, qui nec eſt crimen, nec impedit, niſi pro illa electione, vt quia pro tũc electus non eſt oportunus, & ex aliqua extrinſeca circumſtantia non eſt vtile communitati, quòd electus promoueatur, vt quia ſine minima culpa ſua non eſt gratus Principi, vel quia eſt amicus, aut conſanguineus potentium, ſed iniquorum, vnde poteſt timeri malum. Igitur habetur, quod caſſatio electionis, etiam ex conditione perſonæ electæ per ſe nec infamat, nec ab alia electione impedit, quia qui non eſt oportunus in vno loco, poteſt eſſe alibi, omnibus penſatis, melior, quod ſæpè contingit in Religionibus, in quibus ex quo electus non acquirit ius contra obedientiam, Prælati poſſunt caſſare electionem, ſi bonum commune id exigat, vel non confirmare electum, & vnum de poſtulatis cõcedere. Et ſimiliter qui ex extrinſecis circumſtantijs, & non ex vitio perſonæ non eſt aptus promoueri in vno loco, non per hoc eſt infamis, aut impeditus, ne alibi promoueatur. Ideò ad hoc, vt aliquis excludatur ab electione, quia eius electio aliàs caſſata fuerit, non ſufficit vt probetur caſſatio prioris electionis, ſed neceſſe eſt, vt probetur eam fuiſſe caſſatam ex vitio perſonæ, vt ille textus loquitur, nimirum ex aliquo delicto probato. Et vlterius neceſſe eſt, vt non conſtet de pænitentia delinquentis, per quam infamia deletur.

639 Hinc eſt, quòd benè ſupra dictum eſt, quòd in Ordine Prædicatorum caſſatio electionis etiam ex conditione perſonæ, nõ ſemper infert infamiam. Tum quia cũ ex lege dicti Ord. electus ex electione nullum ius acquirat, & aliàs in arbitrio Superioris ſit confirmare electionem, non proceditur iudicialiter in huiuſmodi confirmationibus, nec delicta per proceſſus probantur, ſed extraiudicialiter proceditur, nec ex decreto caſſationis electionis conſtare poteſt de delicto, quoniam cum Superior ex arbitrio boni viri confirmet, vel caſſet electiones, non reddit cauſam ſui facti, ſed ſufficit quod dicat ſe de conſilio grauiorum Patrum caſſaſſe electionẽ. Et malè faceret Superior, ſi diceret ſe caſſare electionem ex delicto electi, ſi de delicto per legitimas probationes ſumendas, vt explicatur infra cap. trigeſimotertiò non ſibi conſtaret. Cum igitur regulariter in dicto ordine ex decreto caſſationis electionis non cõſtet electionem caſſatam eſſe ex vitio electi probato, ideò talis caſſatio per ſe non infamat. Quamuis aliunde infamia facti conſequi poſſit, ex eo quod delictum electi aliàs ſit diffamatum, vel quia licet non in decreto, alio tamen modo cauſa caſſationis manifeſtatur, vnde reiectus apud graues viros manet infamis. Tum ſecundo, quia in hoc ordine arbitrium confirmatoris prudentiale, & reſpiciens directè; & primò non vtilitatem electi, ſed commodum Religionis, mouet ad caſſandas electiones ex cauſis extrinſecis nullam electi infamiam concernentibus, ideò non poteſt ex electionis caſſatione colligi electi infamia. Niſi confirmator explicet ſe caſſare electionem propter vitium, & delictum electi, & aliundè ex circumſtantijs facti id colligatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad reiectum ex crimine pertinet probare pœnitentiam ſui, vel ſe crimine purgare n.640.*

2 *Semel malus, ſemper præſumitur malus. n.640.*

3 *Cum electio caſſatur ex cauſa, vel defectu durabili, ad reiectum ſpectat probare, quòd defectus ceſſauerit, vt eligi valeat, vel confirmari. numer.640.*

4 *Cum electio caſſatur ex cauſa non durabili, ad excipientem contra electionem ſpectat probare, quod duret impedimentum. num 640.*

640 QVæritur quinquageſimoquartò, ad quem pertineat onus probandi reiectionem à priori electione non eſſe talem, vt impediat à ſecunda? Reſpondetur, quod vbi excipiens contra ſecundam electionem probauit, ſicut tenetur, electum fuiſſe à priori electione reiectum ex crimine probato, & per ſententiam, quæ tranſierit in iudicatum. Si electus vult ſe defendere, v. g. ex capite pænitentiæ, per quam deleuerit infamiam; quia ſemel malus ſemper præſumitur malus. *de reg. iuris in 6. c. ſemel Innocent. & Hoſt.* quos refert, & ſequitur *Panorm. de elect. cap. inter canonicos. 27. n. 7.* Crimen enim, & infamia ſunt ex genere durabilium; ideò qui pænitentiam allegat, debet illam probare. Sed dubium eſt, quando electio caſſatur ex conditione, quæ neque eſt vitium, neque eſt res durabilis, qualis eſt v. g. morbus. Si ergo caſſata ſit electio ex cauſa infirmitatis, & ſecundæ electioni obijciatur electum fuiſſe reiectum ex infirmitate, ad quem

ſpectat probare, quod infirmitas duret, vel non duret? *Panorm. de elect. cap. Cum inter Canonicos nu. 7. poſt. Ia. Andr. tenet*, quod onus probandi ſanitatem ſpectet ad electum. Quia præſumptio transfert onus probandi in aduerſariũ, *vt Eccleſ. benef. c. vnic.* Præſumptio verò eſt cõtra morboſum, quia morbus non eſt ex ijs, quæ tranſeunt cum tempore. Sed *Innoc. Hoſt. & Butr. in d. cap. Cum inter Canonicos* dicunt onus probandi ſpectare ad excipientem, quia morbus non eſt res durabilis. Puto quod vtraque ſententia poteſt cõciliari. Nam ſunt morbi durabiles, vt furor ſeu fatuitas, & ſunt morbi non durabiles, vt febres acutæ, & ſimiles quæ vel occidunt, vel citò ſanantur. Certè vbi morbi ſint durabiles, vt ſi quis ſit excluſus ab electione, quia amens, ad excluſum pertinet probare, quod ſit ſanatus; quia contra illum eſt præſumptio: ſed vbi morbus non eſt ad multum tempus durabilis ad excipientem pertinet probare infirmitatem durare, *Peyr. vbi ſupra*. Et ſic de omnibus alijs impedimẽtis dicitur, quòd ſi ſunt durabilia, vt ſunt irregularitates, & cenſuræ, pertinet ad electum probare, quod ceſſauerint, vel quod ſuper eis fuerit diſpenſatus; ſed ſi non ſunt durabilia, ſed curſu temporis ceſſant, ad excipientem ſpectat probare, quod durent.

S V M M A R I V M.

1 *Si electio caſsetur ſimpliciter præſumitur caſſata ex vitio perſonæ, ſi ſolum contra perſonam, vel ex vitio electionis, ſi ſolum contra eam fuit oppoſitum. n. 641.*

4 *Si electio caſſetur ſimpliciter, & fuit oppoſitum contra perſonam, & electionem cenſetur caſſata ob vitium electionis. n. 641. 642.*

3 *In Ord. Præd. electio caſsata ſimpliciter præſumi debet caſsata vitio electionis. n. 643.*

4 *In hoc Ord. Prouinciales poſſunt caſſare ſecundã electionem ex eo quod fuit electus ille, cuius prior electio fuit ſimpliciter caſſata. n. 643.*

641 Quæritur quinquageſimoquintò. An ſi electio ſit caſſata ſimpliciter, & non conſtet an vitio formæ, vel electi ſit caſſata, an tunc electus remaneat infamia? Reſpondet *Panormit.* Quod aut opponebatur contra perſonam ſolum, & tunc præſumitur electio caſſata ex vitio perſonæ; quia ſententia ſimpliciter debet intelligi ſecundum acta, *ff. de pœnis, l. ſi præſes*. Vel opponebatur contra electionem ſolum, & caſſatio præſumitur facta ex vitio electionis; vel opponebatur contra perſonam & electionem, & tunc caſſatio ſimpliciter facta præſumitur facta ex defectu electionis, quia in odioſis facienda eſt benignior interpretatio, vt ex *d. l. ſi preces, & C. de pœnis, l. interpretatione*. Et ita etiam ſentit, *Bald. d. cap. ſuper eo*.

642 Hæc verò doctrina eſt vera, vbi Confirmator agit ex iuſtitia, & medio proceſſu, non verò cum agit ex boni viri arbitrio & principaliter intuitu boni communis electo ius non acquirente ex electione, vt fit in Ordine Prædicatorum. Nam talis cum poſſit non moueri ex oppoſitionibus, ſed ex officio, & alijs ſpectatis, vt quia licet nullo opponente contra electionem opponentibus verò cõtra perſonam, ipſe ex defectu electionis cognito ex officio caſſat electionem, vel contemptis oppoſitionibus, eiſque non verificatis ex alio motiuo prudentiali mouetur ad caſſandam electionem: ſicut nullis opponentibus contra perſonam, immò nec contra electionem, poteſt ipſe ex officio & cauſa rationabili electionem caſſare, etiam ex defectu electi: ſi ex decreto caſſationis non conſtat de cauſa caſſationis, hæc neque ex proceſſu conſtare poteſt; quia non formatur proceſſus, vbi confirmatio eſt arbitraria; neque ex oppoſitionibus, quia non cõſtat Confirmatorem ex eis moueri ad caſſandam electionem. Ideo tunc cum caſſatur electio ſimpliciter nulla reddita cauſa, cenſenda eſt caſſata electio ex defectu electionis, vel ex motiuo delictum non concernente, niſi oppoſitum aliunde probetur.

643 Colligitur ex hoc, quòd in Ordine Prædicatorum vbi Prouinciales ſimpliciter caſſant electionem, non expreſſa cauſa, ex qua illam caſſant videri poſſet, quod electus poſſet reeligi, & quod Prouinciales iniuſtè caſſarent ſecundam electionẽ, ſi eo titulo eam caſſarent, quia fuit electus reiectus in priori electione; quia electio prior præſumi debet, vt caſſata vitio electionis, non verò vitio electi. At verò electio caſſata vitio electionis non nocet electo, vt expreſsè decernitur *de electione dicto cap. ſuper eo*. Verum aliter dicendum eſt. Cum enim Prouinciales ex quo extraiudicialiter procedunt & ex arbitrio boni viri caſſant electiones, ideo ſæpiùs non conueniat, vt explicent ſe caſſare electionem vitio perſonæ, cum vitium non ſit iudicialiter probatum; ideò niſi Prouincialis expreſsè dicat, ſe caſſare electionem vitio electionis, vel rehabilitet electum, vt iterum eligatur, nõ debent electores eundem eligere. Nec per hoc reiectus manet infamatus, quia poteſt eſſe, quod ſit caſſata electio, ex defectu, vel conditione perſonæ eam non infamante, vt fuit explicatum. Vnde niſi electores ſciant electionem non fuiſſe caſſatam ex cõditione perſonæ, ſed ex defectu electionis non debent reiectum reeligere.

S V M M A R I V M.

1 *Electi in diſcordia non poſſunt reeligi, etiam ſi electio vitio electionis ſit caſſata. n. 644.*

2 *Si alter, eligatur vnanimiter valet electio. num. 645.*

3 *Si alter eligatur ſe etiam non vnanimiter, non eſt nulla actio ipſo iure, neque prouiſio. n. 645.*

4 *Superior non poteſt alterum ex electis in diſcordia ſua authoritate inſtituere. n. 646.*

644 Quæritur quinquageſimoſextò. An aliquando electio caſſata vitio electionis noceat electo? Reſpondetur in vno caſu hoc contingere poſſe, ſcilicet, ſi electio ſit celebrata in diſcordia. Dicitur electio celebrata in diſcordia non ex eo, quòd non ſit vnanimis, ſed quia electores diuiſi plures electiones habuerunt, quibuſdam vnum, alijs verò alium eligentibus. In hoc ergo caſu ſi contingat vtramque electionem non ex vitio electorum, ſed ex vitio electionis caſſari, vterque electorum eſt pro illa

yice

vice in ea tamen Eccleſia tantùm ineligibilis, & hoc ad ſcandalum & diſcordiam vitandam. De *elect.cap.Conſideronimus* 10. & ibi. *Panorm.num.*1. *Butr.num.*9.*&* 18.*&* *eod.tit.cap.ſuper eo,in fin.Biax. in direct.elect.por.*2 *cop.*3.*Cucb.lib.*4.*de elect.n.*141, *Sigiſm.de Bonon.dub.*96.*num.*4.

645 Et nihilominùs vbi vnanimis eſſet electio, poſſet alter eorum eligi; quia tunc ceſſaret cauſa prohibitionis, *C.de Sacroſanct.Eccleſ.l.generaliter*, *& de appellat.cap cum ceſſante*. Ex quo etiam deducitur, ſi etiam alter eorum eligeretur, & non vnanimiter, quod electio non eſſet nulla ipſo facto, quia textus ille non loquitur in hoc rigore; ſequitur etiam, quod ſi electio ſit deuoluta ad Confirmatorem, quod non licet ei inſtituere alterum ex electis propter eandem cauſam, ne foueat diſcordiam, ſed ſi tamen inſtituat, erit valida inſtitutio.

646 Et tamen addendum eſt, quod ſuperior ex cauſa rationabili poteſt cum reiecto in hac infamia facti diſpenſare, vt intra ſuo loco probatur.

Conditio Quintadecima.

De gremio Eccleſiæ, ſeu non extraneus.

S V M M A R I V M.

1 *Quintodecima Conditio, quod eligendus non ſit extraneus. num.*647.
2 *Si inueniatur idoneus eligendus de collegio, vel gremio Eccleſiæ. n.*647.

647 QVintadecima Conditio eſt, vt eligendus ſit de gremio Eccleſiæ, vel de patria, & non extraneus. Eſt enim communis aſſertio, eligendum eſſe de gremio Eccleſiæ, vel de diœceſi, aut patria ſi in ea ſit idoneus, extraneis relictis, *l.in Eccleſijs, C.de Epiſc.& Cler.& cap. nec emeritis, capit. Nullus inuitis, cap.obitum* 61.*diſt. & cap. Metropolitano* 63. *diſt. D. Thom.*2.2.*quæſt.*63 *art.*4.*&* *Gloſſ. in dicto cap.Nullus & Prapoſ.num.*4.*&* *Turrecrem. num.*2.*Gloſſ.in cap.Cum inter* 21.*v. aliam de elect.* & ibi *Innoc num.*2.*Barboſ.num.*2.*&* 6. *Gloſſ.in cap. ne pro defectu* 41. *v.de gremio*, & ibi *Panorm. num.*7. *Barboſ.num.*2. iterum *Panorm.cap.bona* 4.*de poſtul. Prælat.num.*16 *Barboſ.num.*7. *Henric. Boich. in cap. Cum dilectus num.*6.*de conceſſ. Præbend. & communiter DD.* quorum plures referunt, & ſequuntur *Barboſa locis citatis*. *Sigiſm.dub.*33.*num.*1.*Garz. de benef.par.*7.*cap.*9.*num.*5. Sed ad huius conditionis intelligentiam.

S V M M A R I V M.

1 *Diuerſa ſententia num.*648.
2 *Non de neceſſitate, ſed de honeſtate eſt eligere de gremio Eccleſiæ. n.*649.
3 *De honeſtate eſt, quia qui ſunt de gremio magis diligunt Eccleſiam. n.*650.
4 *Et quia conuenit, vt ſtipendia dentur laborantibus. num.*650.
5 *Et quia qui ſunt de gremio ſunt magis noti eligentibus. n.*650.
6 *Et quia magis noti, & dilecti à populo. numer.* 650.
7 *Non eſt eligendus dignus de gremio relicto digniori extraneo. nu.*651.
8 *Semper eligendus eſt dignior. n.*651.
9 *Dignus certus extraneo probabiliter digniori cur præferendus. n.*651.
10 *Non eſt peccatum per ſe conferre beneficia extraneis. n.*652.
11 *Eſſe de gremio eſt conditio quæ ſæpe iuuat ad hoc vt quis ſit melior. n.*652.
12 *Malum eſt conferre beneficia his, qui non reſidebunt. n.*652.
13 *In Religionibus nullus extraneus à Religione eligi poteſt. n.*653.
14 *Cum proportione intra eandem religionem de honeſtate præfertur qui eſt de Cõuentu vel Prouincia. n.*653.
15 *Religioſi eiuſdem Religionis ſunt aliquo modo eiuſdem diœceſis. n.*653.
16 *In Religionibus ſeruanda leges propria, & laudabiles conſuetudines. n.*653.
17 *Electio extranei eſt valida. n.*654.
18 *Niſi lex ſpecialis aut conſuetudo irritet electionem extranei. n.*654.
19 *Erit tamen valida, ſi electores renuncient iuri ſuo, & beneficio legis, & conſuetudinis, quando id facere poſſunt. n.*654.
20 *Nullum inferiorem Papa poſſe diſpenſare ſuper conſuetudine non eligendi extraneum, ſi adſit, tenent aliqui. n.*655.
21 *Hoc reprobatur. n.*656.
22 *Non valet electio contra conſuetudinem. numer.* 656.
23 *Generale Capitulum poteſt diſpenſare ſuper conſuetudine ſui ordinis. n.*656.
24 *In Ord. Prædicatorum id facere poteſt Generalis. num.*656.
25 *In Ord.Præd.in vna Prouincia poteſt eligi ex alia. num.*657.

648 QVæritur quinquageſimoſeptimò, An eligere de gremio, vel de Conuentu, aut reſpectiuè de Ciuitate, vel diœceſi, vel prouincia ſit de neceſſitate, vel potiùs de honeſtate, & ita vt eligere extraneum nec ſit peccatum, nec inualidum? Nam vt habent. *Gloſſ. & Innocentius loco ſupra citato*, fuit opinio, *Vincent. & Io.* quod ſemper electio facta de gremio etiam ſi à minori parte præferri debeat electioni extranei, etiam ſi à quacumque parte maiori. Laurent. autem exiſtimauit electionem de gremio poſtponendam eſſe electioni extranei factæ à duobus partibus, non verò ſi ſolùm fiat à maiori parte.

649 Dicendum nihilominus eſt, quod per ſe & de iure communi Canonico non eſt neceſſe eligere de gremio, vel de patria, ſed eſt ſolum de honeſtate, & ideo electio extranei facta à maiori parte, ſi aliud nõ obſtat eſt confirmanda. Ita habetur ex *cap.cum inter* 21.*cap. cum nobis* 9. *c. in cauſis* 30. *de elect.D.Thom.*2.2.*qu.*63.*art.*2.*ad quartum*, Gloſſ. *Innoc. Panorm. Turrecrem.Boich.locis ſupra citatis*.

Digitized by Google

Diœceſi, vel Regno. In quo caſu adhuc diſtingui debet. Nam ſi lex vel conſuetudo aſt, vt electio ſit ipſo iure nulla, vel ad inſtantiam alicuius caſſanda, ſi eligatur extraneus, tunc ſine dubio electio extranei non ſubſiſtit, niſi quatenus ex quo leges aut conſuetudo ordinetur ad vtilitatem eorum, qui ſunt de Collegio, vel de Prouincia, iſti poſſint renunciare iuri ſuo. Tunc enim ex eo quod eligunt extraneum iuri, quod ex illa lege, vel conſuetudine competit renunciare cenſentur, & ideo in eo caſu electio facta à maiori parte erit valida, nec erit caſſanda. *Panorm. cap. Ne pro defectu nu. 7. de elect.* Sed ſi lex, vel conſuetudo prohibeat, vt electores iuri ſuo renunciare poſſint, & omnino irritam velit electionem extranei; tunc iuxta leges, aut conſuetudines electio irrita erit.

655 Neminem etiam inferiorem Papa poſſe ſuper huiuſmodi conſuetudine diſpenſare in Regularibus, cum talis conſuetudo ſit rationabilis, tradidit ex *Rebuff. in praxi tit. de diſpnt. cum Regularibus, num. 1. Sigiſmund. de elect. d. 33. numer. 4. ex cap. Cum ſingula, ſ. prohibeamus, de prabend. in 6. & tradunt D D. ibid.* & ideo contra huiuſmodi conſuetudinem eligere extraneum non licet, nec validè fit. *cap. Cum dilectus, de conſuet.* & ibi *Gloſſ. ver. conſtitutam. Biax. par. 1. cap. 4. num. 1. Paulus Caſtrenſ. conſ. 305. num. 1. lib. 1. Rota in Tararonen. Sacriſtia 19. Martij 1601. coram Iuſto, & deciſ. 218. coram Gregor. XV. & in Segunt. Praemin. 22. Martij 1604. coram Seraph.* quas refert, & ſequitur *Sigiſm. d. dub. 33. nu. vlt.*

656 Verùm quòd non liceat electoribus contra legitimam conſuetudinem eligere hoc quidem verum eſt, iuxta *cap. Cum dilectas* de conſuetudine, ſed quòd in conſimili conſuetudine nullus inferior Papa poſſit diſpenſare, non probatur, & maximè quantùm ad Regulares, & præcipuè reſpectu Capitulorum Generalium, quæ poſſunt nouas leges facere, & nedum conſuetudines, ſed leges antiquas abrogare; hæc enim poterunt ſine dubio, etiam in ea conſuetudine diſpenſare, ſi talis ſit quam poſſint abrogare, ex communi regula, ſcilicet, quòd poteſt in lege diſpenſare, qui poteſt tollere. Quæ habetur ex *D. Thom. p. 2. q. 97. art. 4. & D D. ibid. & Suarez lib. rit. de legibus cap. 14.* Capitulum autem Generale conſuetudines ſui ordinis non confirmatas authoritate Apoſtolica in totum tollere poteſt. Eſto igitur eſſet introducta conſuetudo in aliqua Prouincia, vt non eligerentur Prælati, niſi ex ea, Capitulum Generale, quod vt habetur ex doctrina *D. Thom. p. 2. q. 90. art. 3.* cum repræſentet totam Religionem poteſt leges condere, & abrogare leges, & conſuetudines, poteſt etiam in huiuſmodi conſuetudine diſpenſare. Et in Ordine Prædicatorum poterit etiam hoc facere Generalis, qui habet poteſtatem ampliſſimam diſpenſandi ſuper legibus ordinis, vt habet in *Gloſſ. diſtinct. 2. cap. 9. §. 6. lit. F.* ibi. *Similiter quamuis generale ſtatutum ordinis, vel conſuetudinem diu retentam, & communiter in Ordine approbatam non poſſit Mag. Ordinis auferre, poteſt tamen, ex rationabili, vtili, vel neceſſaria cauſa in prædictis omnibus diſpenſari.* Nec obſtat, *cap. cum ſingula*, quia cum contineat decretum Pontificium, non cadit ſub diſpenſatione Generalium, cum non ſit conſuetudo a ſuis introducta, ſed lex à Summo Pontifice conſtituta.

657 In eodem Ordine Prædicatorum de Fratribus aliarum Prouinciarum hæc Auenione 1442. ſtatutum fuit, vt eligi poſſint tam in Priores Conuentuum, quam in Prouinciales, & abrogatur conſuetudo ab aliquibus introducta, vt non eligerentur in Priores niſi filij Conuentuum. Limitata poſtea fuit hæc facultas Romæ 1508. ibi. *Volumus quòd fratres aliarum Prouinciarum, niſi per triennium fuerint in Prouincia, aut alias notoriè idonei habeantur non præficiantur Conuentibus, aut locis, aut fiant Magiſtri Nouitiorum, aut Sacriſtæ, aut ſimiles adminiſtrationes habeates. Camill. par. 1. cap. 9. num. 13. Fontana ver. electio Prouincialis, num. 11. & ver. electio Prioris num. 15.* Vnde intantum prohibiti ſunt eligi filij aliarum Prouinciarum inquantum non ſunt cogniti: quod eſt de iure communi, vt infra magis explico. Statuitur verò tempus trium annorum pro hac cognitione habenda, quod tempus nihilominus remanet arbitrariû, & ſine dubio etiam Prouinciales, immò & electores poſſunt decernere an extraneæ Prouinciæ filius notoriè ſit idoneus, etiam ante illud triennium, & ita illum eligere etiam ſtatim, ac venit ad Prouinciam, ſi ſit perſona cognita, & notoriè idonea.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt extraneis conferre beneficia. num. 658.*

2 *Eſt diſpenſator omnium beneficiorum. num. 658.*

3 *Alij ſuperiores, vbi ſit lex, vel conſuetudo, vt extraneis non conferantur beneficia, non poſſunt illa conferre. n. 659.*

4 *Niſi poſſint diſpenſare ſuper lege, vel conſuetudine. n. 659.*

5 *Vel niſi Eccleſia cedat iuri ſuo, & conſentiat. nu. 659.*

6 *Vbi Collegium habet ius vt eligatur de Collegio eſt contra iuſtitiam commutatiuam inſtituere extraneum. n. 659.*

7 *Vbi de gremio nullus ſit idoneus debet ſuperior aſſumere extraneum. n. 660.*

8 *Ad Prioratus, qui ſunt membra Conuentuum non poſſunt eligi Religioſi de alieno Conuentu. num. 661.*

9 *Abbates poſſunt aſſumi de quocumque Monaſterio. num. 661.*

10 *Non poteſt tuta conſcientia eligi vel inſtitui extraneus ignotus. n. 662.*

11 *Sufficit ſi ſit notus per aliorum relationem. num. 662.*

12 *Extraneus notus poteſt eligi. num. 662.*

658 Quæritur quinquageſimooctauò. An ſuperior ad quem vel ex iure ordinario, vel ex deuolutione pertinet conferre beneficium, vel Prælaturã, poſſit illam conferre extraneo. Non eſt quæſtio de Summo Pontifice, quia ipſe poteſt vndecumque voluerit Eccleſijs prouidere. *cap. bona 23. de elect. in fin.* Et ratio eſt, quia ad Papam pertinet plena diſpoſitio beneficiorum, *cap. 2. de prab. in 6.* & quia nulla Conſtitutio aut Pontificia aut Conciliaris ligat

Immò poterit patronus Epiſcopum rogare, vt ſibi beneficium conferat, quia tunc non præſentat, neque ex debito petit. *Sarmient. 8. ſelect. ſuper leg. cum quidam. ff. de legat. 2. nu. 25.* Quamuis alij diſtinguāt inter beneficium curatum, & beneficium ſimplex; quia licet ad beneficium curatum nullus poſſit præſentare ſe ipſum, quia præſumeretur ambitioſus. *cap. per noſtras*, de iure patronatus, tamen ad beneficium ſimplex, quod nedum non ſit curatum, ſed nec ſit perſonatus aut dignitas habens magnā & honoratam Eccleſiam, & msgnos redditus poteſt pstronus ſe præſentare. *Lambert. de iure patron. par. 1. lib. 2. q. 8. art. 2. à num. 2.* quem ſequitur *Sanch. lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 28. num. 3.* ſed melior eſt prior opinio, vt nullus otiatur à ſe ipſo iuxta iura citata. Poterit tamen patronus ſe præſentare ad locū Collegij pro diſciplina acquirenda. *Lambert. vbi ſupra num. 10. Sanchez num 5.* Nemo autem poteſt vnquam ſe ipſum inſtituere etiam in beneficio ſimplici. *capit. final. de inſtit. Sanchez vbi ſupra num. 4.*

666 Non poteſt autem aliquis ſe ipſum eligere etiam ſi de facto eſſet melior, & ctiam ſi iuraſſet ſe electurum meliorem, quia ambitioſum ſe oſtenderet, & eſſet repellendus; & in eo iuramento non comprehenditur iurans, ſed intelligitur de meliori inter alios à iurante. *Syln. ver. electio 2. num. 19.*

667 Vnus tamen eſt modus, quo quis poteſt ſine ambitione eligere ſe ipſum, ſcilicet conſentiendo electioni de ſe factæ ab alijs, & ex hoc augendo numerum, vt ſit maior pars vocalium, quæ priùs non erat. *cap. cum in iure 33. de elect.* Sed hoc locum habere non poteſt vbi ſeruanda eſt forma, *cap. Quia propter*, vel ſcrutinium ſecretum; quia tunc electus ab alijs non poteſt ſcire ſe eſſe electū ante publicationem ſcrutinij. Poſt publicationem verò ſcrutinij nihil agit, cum ex *cap. quia propter*, votum extra ſcrutinium datum non ſit validum. Quod idem eſt dicendum, ſi votum debeat dari ſecretè, & ſcrutinium ſecretum non iteretur. Vnde hoc habet locum ſolum, vel vbi electio ſit per vota publica, vel vbi admittitur acceſſus poſt publicationem ſcrutinij. In his enim caſibus, cum iam quis videt ſe vocatum à fratribus, non cenſetur ambitioſus ſi conſentiat electioni de ſe factæ, & ſic conſentiendo augeat numerum, & eius conſenſus tranſeat in ſuffragium. *Panorm. d. cap. cum in iure, num. 5. Innoc. num. 4.* vbi addit *Panorm.* quod ſi electus in ſcrutinio nominaſſet alium, poſſet poſt publicationem ſcrutinij ab eius nominatione recedere, & electioni de ſe factæ conſentire. Conſiderare tamen debet, qui ſic conſentit, quas vires habeat, & ne ſe decipiat, & vt ex vera charitate ſe moueat, iuxta dicta in *cap. Qui Epiſcopatum 8. quæſt. 1.*

CAPVT XXVI.

De facultate Prælatorum abſoluendi ſuos à cenſuris.

SVMMARIVM.

1 *Introductio & ordo doctrinæ. num. 1.*

1 Hvcuſque igitur explicatis eligendorum qualitatibus, cum inuentum ſit, eos ab electionibus impediri cenſuris, irregularitatibus, priuationibus vocis paſſiuæ, & inhabilitatibus, neceſſe eſt videre qualiter, & quomodo iſti ſic impediti poſſint habilitari, vt eligi validè poſſint; Incipiendo verò à cenſuris.

SVMMARIVM.

1 *Ab excommunicatione aut cenſura iuris non reſeruata abſoluit quilibet Prælatus &c. nu. 2.*
2 *Ab excommunicatione non reſeruata poteſt abſoluere Parochus in foro conſcientiæ. n. 3.*
3 *Immo etiam ſimplices confeſſarij. nu. 4.*
4 *Prælati locales abſoluunt à cenſuris non reſeruatis, cum habeant iuriſdictionem fori contentioſi. num. 5.*
5 *Simplices confeſſarij Regulares abſoluunt à non reſeruatis. n. 5.*
6 *Prælati in foro externo abſoluunt. nu. 5.*

2 QVæritur primò. Quis abſoluat à cenſura iuris non reſeruata? Reſpondetur, quòd de iure communi, & præſcindendo etiam à priuilegijs, eſt primò certum, quòd ab excommunicatione iuris non reſeruata poteſt abſoluere quilibet Prælatus Regularis habens iuriſdictionem fori exterioris. Hoc enim habetur ex *cap. nuper 29. de ſentent. excommun.* & ibi *Gloſſ. v. non retinuit Panorm. num 5. Felin. n. 3. & D. Thom. in 4. diſt. 18. q. 2. art 5. q. 1. Durand. q. 4. n. 7. Palud. q. 5. art. 1. Sotus de iuſt. q. 22. art. 3. & in d. diſ. 18. Theologi communiter Sylu. v. abſolutio 1. n. 4. Tabien. v. abſol. 2. n. 4. Nauar. Manual. cap. 27. nu. 39 Suarez tom. 4. de Relig tr. 8. l. 2. cap. 19. num. 1.* & plurimos referens *Sayr. l. 2. de cenſ. cap. 19. nu. 2.* Ex quo enim legiſlator ſibi non reſeruat excommunicationem, cenſetur eius abſolutionem remittere proprijs Epiſcopis, ſeu Prælatis, vt in *d. cap. docet Innoc. 3.* Vnde aſſertio poſita vera eſt vniuerſaliter de omni excommunicatione lata à iure, ſiue feratur a Papa, ſiue à Legato, ſiue à Nuncio, Patriarcha, Archiepiſcopo, Epiſcopo in ſua Diœceſi, ſiue à Concilio Generali, Prouinciali, aut Synodo Diœceſana, ſiue à Generalibus, Prouincialibus Capitulis Generalibus, ant Prouincialibus.

2 Quamuis autem apud DD. fuerit valdè cōtrouerſum, an Parochi poſſint ſuos ſubditos abſoluere

uere ab excommunicatione Iuris non reſeruata. Non poſſe enim ſenſerunt *Pauor. in cap. 2. n. 3. & in c. nuper n. 6. de ſent. excommunicationis Conar. in Cap. Alma mater p. 1. §. 12. n. 5.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Sayr. l. 2. de cenſ. cap. 19. n. 13. & 14.* nihilominùs vbi conſuetudo legitimè preſcripta non obſtet, dicendum eſt, Parochum etiam ab excommunicatione non reſeruata poſſe in foro conſcientiæ abſoluere ſuos Parochianos, prout tradiderunt *D. T. in 4. d. 18. quæſt. 1. art. 5. D. Bonau. par. 2. quæſt. 6. Soto diſ. 22. quæſt. 3. art. 2. Syluеſ. v. abſolutio 1. num. 4. Armil. num. 36. Innoc. d. cap. nuper. Nauar. cap. 27. nu. 39. Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 7. ſec. 3. a. n. 26. Serio diſp. p. diff. 7. quæſt. 2.* Et quàm plures alij, quos ſequitur *Leander part. 4. dic. trac. 11 diſp. 17. quæſt. 23.* hoc enim illis conceditur in *d. cap. nuper*, nec in Iure habetur, vnde facultas iſta fuerit eis ablata. Secundò, nam in *d. cap. nuper* quoad hoc, eadem facultas datur Epiſcopo, & Parocho ibi, *à ſuo Epiſcopo, vel à proprio ſacerdote;* concedit enim tam Epiſcopum, quàm proprium ſacerdotem poſſe abſoluere ab huiuſmodi excommunicatione non reſeruata, vnde quantum ſit ex vi *d. cap.* ſi non poſſet abſoluere Parochus, qui eſt proprius ſacerdos, nec poſſet abſoluere Epiſcopus. Nec obſtat, quòd Parochus non habeat iuriſdictionem contentioſam, quia cum vna facultas poſſit delegari, alia non delegata, poteſt Parochus abſoluere ex conceſſione ſibi facta, licet non poſſit ligare.

3 Sed hæc abſoluendi facultas in foro conſciẽtiæ extenditur ad omnes ſacerdotes approbatos habentes facultatem abſoluendi à mortalibus. Nam & hi veniunt ſub nomine proprij ſacerdotis, quia eius vices gerunt. Et delegata facultate abſoluendi à peccatis, cenſetur delegata ſeu à iure conceſſa facultas abſoluendi ab excommunicatione aliàs nõ reſeruata, cum non poſſit abſolui à peccatis, qui non abſoluitur ab excommunicatione, quam à iure habet is, qui in abſoluendo à peccatis gerit munus proprij ſacerdotis, & ita hanc partem tenent *Sotus in 4. d. 22. q. 3. a. 2. Nauar c. 27. n. 39. Suarez tom. 5. in 3. p. diſp. 7. ſec. 4. n. 9. Filiuc. trac. 11. cap. 9. n. 284. Lezana v. Cenſura n. 13. Serius loco ſup cit. n. 5. Poſſen. de off. curati c. 7. n. 50. Alter. diſp. 3. c. 3. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 10. n. 283.*

4 Multò magis ab his cenſuris non reſeruatis poſſunt ſuos ſubditos abſoluere de iure communi Prælati locales, cũ habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & in foro contentioſo poſſunt excommunicare & cenſuras ferre. Et quidquid ſit, an Parochi ex conſuetudine prohibeantur alicubi abſoluere ab excommunicatione, hæc conſuetudo in Religionibus non adeſt. Vnde in Religionibus quilibet localis ſuperior abſoluit ſubditos ſuos ab Excommunicationibus non reſeruatis. Quia immò praxis eſt, vt etiam ſimplices Sacerdotes approbati tamen ad confeſſiones audiendas, eos abſoluant in foro ſacramentali ab excommunicatione non reſeruata Superioribus Prælatis, quos poſſunt à mortalibus peccatis abſoluere. Et certè diſcrimen ponendum eſt inter excommunicationem reſeruatam, & non reſeruatam Prælato, quod nullum eſſet, ſi ab excommunicatione non reſeruata non abſoluere, niſi Prælatus. *Suarez tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 16. num. 1.* Prælatus tamen habens iuriſdictionem etiam pro foro contentioſo, etiam in hoc foro à cenſura non reſeruata ſuos abſoluit.

SVMMARIVM.

1 *Ab excommunicatione hominis lata à ſe, vel ab inferiori ſuo, abſoluit Prælatus. n. 6.*

2 *Ab excommunicatione hominis generaliter lata, & non reſeruata abſoluit Prælatus, & quilibet Sacerdos. n. 7.*

3 *Ab excommunicatione hominis lata per ſententiam ſpecialem, non abſoluit inferior. n. 8.*

4 *Prælatus localis non abſoluit à cenſuris latis per Prouincialem, vel Generalem, vel eorum Commiſſarios. nu. 8.*

5 *Prælati Regulares de iure communi non poſſunt abſoluere à cenſuris per Epiſcopos, vt per Papa Delegatos latas contra Regulares. n. 9.*

6 QVæritur autem ſecundò. An hoc idem dicendum ſit de excommunicatione lata ab homine? Reſpondetur verò Prælatum Regularem de iure communi, & præſcindendo à priuilegijs, poſſe abſoluere ſuos ſubditos ab omni cenſura lata a ſuo inferiore, non verò à ſuperiore. Diuerſimodè autem loquendum eſt quantùm ad primam partem huius aſſertionis, & quantum ad ſecundam. Nam loquẽdo de excommunicatione lata vel ab ipſo Prælato, vel à ſuo inferiore abſoluere poteſt Prælatus ſua ordinaria poteſtate. A lata quidem per ipſum, quia qui poteſt ligare, poteſt & abſoluere. Regula enim eſt, vt quiſque poſſit abſoluere ab ea excommunicatione, quam ipſe tulit. *D. Thom. in 4. diſp. 18. D. Bonauent. ibid. part. vltim. quæſt. 6. Richard. a. 9. quæſt. 1. Durand. q. 4. num. 8. Palud. q. 5. numer. 2. Martin. Ledeſm 2. 4 q. 26. a. 1. Sot. diſt. 22. quæſt. 2. a. 3. concl. 2. D. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 77. Spin. Tabien. ver. abſol. 2. Suarez vbi ſupra. num. 20. Nauar. capit. 27. num. 40.* plurimos referens *Sayr. l. 2. cap. 20. numer. 1.* & eſt communis ſententia. Si verò excommunicatio lata ſit à ſibi inferiori, multò magis ab ea abſoluere poteſt Prælatus: nam Prælatum Superiorẽ poſſe abſoluere ab excommunicatione lata ab inferiore dictat ratio, cum inferior Prælatus ſit ſuperiori ſubiectus, & in ſuperiore Prælato ſit iuriſdictio inferioris longè perfectiori, & eminentiori modo. *D. Thom. D. Bonauent. Durand. Palud. D. Anton. Syluеſt. Nauar. Suarez ſupra citati, Sayrus vbi ſupra num. 14.*

7 Sed loquendo de excommunicatione lata à Superiore, & non reſeruata, diſtinguendum eſt, de excommunicatione per ſententiam generalem, vel per ſententiam particularem. Nam excommunicatio lata per ſententiam generalem, ſi eam non ſibi reſeruet Prælatus ſuperior ex conſuetudine, & pia iuris interpretatione eiuſdem rationis in hoc eſt, cum excommunicatione iuris non reſeruata, & manet in poteſtate Prælati inferioris, vt ab illa abſoluat, ſicut, & ab excommunicatione iuris non reſeruata, iuxta regulam *cap. nuper.* Vnde ab ea abſoluere poteſt nedum Epiſcopus, ſed Parochus, immò & Confeſſor ordinarius approbatus, & in Religionibus Prælatus localis, & alij Confeſſores approbati. *Suarez vbi ſupra.* Et quamplures alij apud *Leandrum à S. Sacramento par. 4. tract. 11. diſput. 17. quæſt. 22. & 28.*

8 Ab

Digitized by Google

8 Ab excommunicatione autem lata per ſententiam ſpecialem à ſuperiore non abſoluit inferior, ſed ſolum vel ille, qui eam tulit, vel eios ſuperior. Quia inferior noo poteſt ſoluere, qoem ſuperior ligauit. *Suarez vbi ſupra num.3.* Et ſic à ſententijs ſpecialibus de iure communi abſoluit Regulares, vel Papa, qui eſt Prælatus ſupremus, vel Generalis, vel Prouincialis à ſententijs latis à ſe, vel a Prælatis localibus, vel Prælati locales ſolum à ſententijs à ſe latis. Et quia delegatus à ſuperiore nno eſt inferior Prælato Ordinario. Ideò Prælatus localis non abſoluit excommunicatum à delegato ſuperioris, nimirum à Vicario, vel Commiſſario miſſo à ſuperiore, quem tameo abſoluere poteſt delegaos.

9 Et quia Epiſcopi in caſibus, in quibus poſſunt excommunicare Regulares exemptos ſunt delegati Sedis Apoſtolicæ, vt videre eſt in Conc. Trident. ſeſſ.5.cap.1.de reform. & ſeſſ.25.cap.13.de Regul. & alijs in locis, & ſic vtuntur iuriſdictione ſuprema; ideò ſunt ſuperiores Prælatis Regularibus, & ſe habent tanquam ſupremi, nec iure communi ſpectato puſſunt Prælati Regulares ſic per ſententiam ſpecialem ab Epiſcopis excommunicatos abſoluere. *Suarez vbi ſup.n.4.*

S V M M A R I V M.

1 *A cenſuris iu Religione reſeruatis abſoluit is, ad quem eſt reſeruata, & quilibet ei Superior. numer.10.*

2 *A cenſura reſeruata Prælato Regulari abſoluit Prælatus localis. n.10.*

3 *Item quilibet legitimè delegatus ab eo, cui excommunicatio eſt reſeruata. n.11.*

4 *Facultas conceſſa abſoluendi à cenſuris non comprehendit reſeruatam n.11.*

5 *Niſi omnes eſſent reſeruatæ. n.11.*

10 QVæritur tertiò, quid dicendum de cenſuris iure Religionum reſeruatis? Et de his loquendo etiam certum eſt neminem intra Religionem poſſe abſoluere ab huiuſmodi excommunicatiooibus, oiſi illum cui ſunt reſeruatæ, vel eius ſuperiorem. Semper enim ſuperior poteſt abſoluere ab excommunicatione à qua poteſt inferior, ſed inferior non poteſt abſoluere ab excommunicatione, quam ſibi reſeruauit ſuperior. Verum ſi reſeruatio facta iure Religionis, reſpiciat ſolum Prælatum abſolutè, & dicatur abſolutionem eſſe reſeruatam Prælato; in eo caſu poteſt Prælatus localis abſoluere; quia ipſe verè, & propriè eſt Prælatus, & in his materijs iodefioita propoſitio vniuerſali æquiualet. *Suarez d.cap.16.n.6.*

11 Poteſt quoque abſoluere is, cui à ſuperiore, cui excommunicatio eſt reſeruata, delegatur facultas abſoluendi. Sed vbi io Religione ſint excōmunicationes non reſeruatæ, & reſeruatæ, ex eo quòd alicui delegetur facultas abſoluendi à ceoſuris, non debet intelligi data facultas abſoluendi à reſeruatis; obſtat enim *Reg. Bonif.VIII.in cap.2.de pœnit. & remiſ. in 6.* vt per facultatem abſoluendi delegatam in genere, non intelligatur facultas abſoluendi à reſeruatis, ideò niſi aliunde mens concedentis ſit manifeſta, facultas abſoluendi à cenſuris in genere non eſt accipienda, vt facultas abſoluendi à reſeruatis. Nec obſtat, quod facultatem abſoluendi à oon reſeruatis habeat Confeſſarius; quia non eſt vndequaque certum, quòd Confeſſarius, qui poteſt abſoluere à peccatis, poſſit etiam abſoluere ab excommunicatione non reſeruata, licet hoc probabiliter affirmetur. Vnde nec eſſet inconueniens, ſi ſuperior ſentiret oppoſitum: vel exprimere potuit cooceſſionem facultatis abſoluendi à cenſuris, ad tollendum ſcrupulum, & dubietatem. Vbi tamen excommunicatio omnis eſſet reſeruata, concedendo facultatem abſoluendi à cenſuris, concederet facultatem abſoluendi à reſeruatis. Quod nihilominus ſub generali facultate abſoluendi a cenſuris comprehendantur cenſuræ reſeruatæ in iure, tenet pluribus citatis. *Leander de S.Sacram.par.4.trac.11.diſp.17.quæſt.37.* Sed non eſt recedendum à priori opinione, & regula Bonifacij VIII. citata.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio dubitandi. num.12.*

2 *Regulares exempti à iuriſdictione Epiſcoporum. num 12.*

3 *Facultas abſoluendi dupliciter commiſſa Epiſcopis. n.13.*

4 *Prælati Regulares ex iure communi abſoluūt ſuos ab omni cenſura, à qua proprios abſoluunt Epiſcopi. n.14.*

5 *Prælati Regulares habent in ſuos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. n.14.*

6 *Ex vi exemptionis iuriſdictio Epiſcopalis reſpectu Regularium tranſlata in Prælatos Regulares. num.14.*

7 *Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem abſoluunt à ſententia Canonis, ſicut Epiſcopi. num.14.*

8 *Regulares Prælati de iure communi poſſunt vti facultate Conc.Trident. abſoluendi à caſibus occultis Papæ reſeruatis. n.15.*

9 *Idem poſſunt ex ſpeciali conceſſione, & declaratione Pij Quinti facta Ordin. Prædicatorum. num.16.*

10 *Prælati Regulares per ſe ipſas vtuntur facultate Concilij. n.17.*

11 *Et nihilominus poſſunt etiam illam delegare. numer.17.*

12 *Vicarius Epiſcopi, & alij Vicarij non abſoluunt ab his cenſuris, niſi ſpecialiter delegati. n.17.*

13 *Occultum non eſt illud ſolum, quod non poteſt probari. n.18.*

14 *Occultum eſt, quod non eſt notorium, aut famoſum. num.18.*

15 *Notorium, manifeſtum, famoſum. n.18.*

16 *Delictum vt ſit publicum, neceſſe eſt, quod ſit publicum in ratione delicti. n.19.*

17 *Delictum vt delictum eſt publicum, ſi conſtet eſſe patratum ab vno ex tribus, vel quatuor. n.20.*

18 *Omnes aggreſſores ſunt irregulares. n.20.*

19 *Irregularis eſt, qui exit cum alia ad occidendum. num.20.*

20 *Occultum eſt, quod hic neſcitur, licet alibi ſit famoſum, ſecundum aliquos. n.21.*

21 *In loco vbi delictum nec eſt publicum, nec eſt ſpes, vt publicetur, poteſt Epiſcopus delinquentem ab-*

ſoluere a cenſura Papæ reſeruata. n.21.

32 *Alij hoc negant, & meliùs. n.21*

34 *Quando delictum dicatur deductum ad forum cõtentioſum. n.22.*

35 *Delictum non deducitur ad forum per ſolam accuſationem. n.22.*

36 *Neque tunc ſolum deducitur cum lis conteſtatur. num.22.*

27 *Litis conteſtatio in quo conſiſtat. n.23.*

28 *Iudicium incipit à citatione. n.23.*

29 *Delictum deducitur ad forum contentioſum, dum reus citatur. n.23.*

30 *Abſolutus in iudicio poteſt abſolui ab Epiſcopo a caſu, & delicto contra eum non probato, & Papæ reſeruato. n.24.*

31 *Quod eſt verum, etiam ſi abſolutio illa obtenta fuit per media deprauata. n.25.*

32 *Et etiam ſi reus exeat abſolutus per interlocutoriam a præſenti inſtantia. n.25.*

33 *Maneate tamen publica facti infamia, delinquens non eſt occultus, nec poteſt abſolui ab Epiſcopo a delicto cuius abſolutio eſt Papæ reſeruata. n.25.*

34 *Actore negligente ſaltem per annum ad probandũ delictum contra reum aliàs occultum, poteſt Epiſcopus delinquentem abſoluere. nu.26.*

35 *Non poteſt Epiſcopus abſoluere a delicto punito in iudicio. n.27.*

36 *Nec ſi delinquens eſt dimiſſus cum præcepto de ſe præſentando, &c. n.27.*

37 *Epiſcopus à caſibus occultis Papæ reſeruatis non abſoluit niſi ſubditos. n.28.*

38 *Subditi ſunt pro hac parte Epiſcopi omnes in eius Diœceſi exiſtentes. n.28.*

39 *Ex conſuetudine ſunt omnes ſubditi, qui ſunt in Diœceſi, quantum ad forum pœnitentiæ. n.28.*

40 *Epiſcopus aduenas abſoluit à delictis extra diœceſim commiſſis. n.28.*

41 *Epiſcopus exiſtens extra Diœceſim poteſt ſuos abſoluere a caſibus Papalibus occultis. n.29.*

42 *Et poteſt abſoluere ſuum ſubditum extra diœceſim exiſtentem. n.29.*

43 *Epiſcopus à caſibus Papalibus occultis abſoluit per ſe, vel per Vicariũ ſpecialiter deputatum. n.30.*

44 *Vicarius deputatus generaliter ad abſoluendum ab his caſibus Papalibus eſt ſpecialiter deputatus. num.30.*

45 *Sufficit quod Epiſcopus deputet generaliter Vicarium ad abſoluendum a caſibus Papalibus occultis. n.30.*

46 *Non ſufficit, quod Epiſcopus deputet ad abſoluendum à reſeruatis. n.30.*

47 *Vicarius Epiſcopi non poteſt ab his caſibus abſoluere, niſi ſit ſpecialiter deputatus. n.30.*

48 *Ab iſtis caſibus abſolui poteſt Epiſcopus à ſuo Cõfeſſario. n.31.*

49 *Ab his caſibus Epiſcopus non abſoluit niſi in foro conſcientiæ. n.32.*

50 *Forum pœnitentiæ, & conſcientiæ, & contentioſũ. num.33.*

51 *Forum conſcientiæ medium inter forum pœnitentiæ, & contentioſum. n.33.*

52 *Epiſcopus poteſt extra Sacramentum Pœnitentiæ abſoluere à dictis caſibus occultis. n.33.*

53 *Praxis pœnitentiariæ eſt, vt pœnitentes abſoluantur in Sacramento pœnitentiæ, ſed hoc expreſſe maior Pœnitentiarius decernit. n.34.*

54 *Epiſcopus à caſibus occultis reſeruatis poſt Concilium an poſſit abſoluere. n.35.*

55 *A multis caſibus occultis non poteſt Epiſcopus abſoluere. n.35.*

56 *Ad derogandum Conc. Trident. non eſt neceſſaria ſpecialis derogatio, ſed ſufficit ſignatura Papæ. num.36. 37. 38.*

47 *Concluſio, & epilogus. n.39.*

12 Quæritur quartò. An Prælati Regulares ſuos ſubditos poſſint auctoritate ordinaria, ſeu ex vi officij abſoluere ab omni ea excommunicatione, vel cenſura aliàs Papæ reſeruata, à qua abſoluere poſsũt Epiſcopi ſuos Diœceſanos? Non eſt quæſtio de excommunicationibus, quas Epiſcopi ſibi reſeruant; quia cum Regulares ſint exempti ab Epiſcoporum iuriſdictione, ab eis excommunicari nõ poſſunt; nec poſſunt ſibi reſeruare abſolutionem ab aliqua excommunicatione reſpectu Regulariũ. Quatenus verò vt delegati Apoſtolici poſſint aliquem excommunicare, iam dictum eſt ſupra non poſſe Regulares à tali excommunicatione abſolui à ſuis Prælatis.

13 Relictis igitur huiuſmodi excommunicationibus, & de reſeruatis Papæ loquendo, conſiderandum eſt, quod harum multarum abſolutio cõmiſſa eſt Epiſcopis, ſed duplici ex titulo, vel ſcilicet ex iure communi, vel ex ſpeciali conceſſione. Primo modo, v.g. commiſſa eſt in ſpeciali caſu abſolutio excommunicationis latæ, *in canon. 29. ſi quis ſuadente 17. q. 4. & cap. peruenit 17. de ſent. excom.* Sed ſecundo modo plurium excommunicationum abſolutio commiſſa fuit Epiſc. in Concil. Trident. & præcipuè ſeſſ. 24. cap. 6. commiſſa eſt abſolutio ab omnibus excommunicationibus occultis.

14 Hac verò ſtante diſtinctione, dicitur primò Prælatos Regulares ex iure communi poſſe ſuos ſubditos abſoluere ab omni cenſura in ijs caſibus in quibus abſolutio ex iure communi, & ratione Epiſcopalis iuriſdictionis commiſſa eſt Epiſcopis. Nam Prælati Regulares etiam locales habent in ſuos ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. *Nauar l.1. conſ. 36. de tempor. ordin. & in ſumm. cap. 12. n. 75.* vnde id poſſunt circa illos, quod poſſunt Epiſcopi circa ſuos Diœceſanos. Aliter Regulares non habentes Prælatum immediatum, qui in eos habeat iuriſdictionem Epiſcopalem, eſſent deterioris conditionis, quam ſeculares. Sed non ita eſt, quia ex quo per Sedem Apoſt. exempti fuerunt à iuriſdictione Epiſcoporum, horũ iuriſdictio tranſlata fuit in Prælatos Regulares. *Nauar. vbi ſupra Sanchez l. 8. de matrim. diſp. 3. n. 9. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 16. num. 8. Peyrin. ad conſtit. Pyrri. num. 46.* Ideo abſolutio in iure commiſſa Epiſcopo competit etiam Prælatis Regularibus iuriſdictionem quaſi Epiſcop. habentibus. Vnde quamuis verùm ſit, quod aduertit *Panormit. in d. cap. peruenit, num. 3.* ponderans verbum illud textus *fraternitati tuæ*, & conſiderans Papam inferiores Prælatos non fratres, ſed filios vocare, *cap. quam graui, de crim. falſi*, ideoque deducens facultatem abſoluendi ab excommunicatione. *Cap. ſi quis ſuadente*, conceſſã Epiſcopis, regulariter non competere Prælatis inferioribus. Nihilominus eam facultatem competere ijs Prælatis inferioribus, qui habent in ſuos iuriſ-

riſdictionem Epiſcopalem, ſeu authoritatem à Papa conceſſam, benè tradiderunt *Sylu. ver. abſolutio 4. num. 5. Sayr. l. 3. cap. 28. num. 2. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 16. nu. 8.* Specialiter quoque in iure conceditur hæc facultas abſoluendi ab excommunicatione. *can. ſi quis ſuadente*, ipſis Regularium Prælatis, vt patet *cap. Monachi, & cap. cum illorum, de ſent. excomm. & cap. Religioſo eodem tit. in 6.*

15 Sed loquendo de priuilegio, & conceſſione ſpeciali facta Epiſcopis à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 6. abſoluendi ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, ſi ſint occulti, hoc priuilegium non competere iure communi Abbatibus, & Prælatis Regularibus, tenuerunt plures, nimirum. *Aragon. 22. q. 88. a. 12. concl. 7. Rodriq. in ſumm. t. 2. capit. 10. nu. 6. Suarez tom. 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. num. 6. & t. 5. diſp. 41. ſect. 2. numer. 7. Petrus de Ledeſ. in ſum. tom. 2. tract. 2. capit. 6. poſt concl. 2. diffic. 1. Riccius deciſ. 532. n. 2. vel reſolut. 555. Tolet. lib. 1. cap. 83. nu. 5. Centd. Alter. & Bonac. apud Barboſ. ad d. capit. 6. ſect. 24. Concil. Trid. n. 7.* Et tanquam deciſum à Sacra Congregatione, *Garz. de benef. p. 7. cap. 11. num. 13. & 17. Armendar. l. 7. de irregul. num. 9. & 10. Nonar. in ſingul. Cleric. concl. 2. nu. 2. Campanil. rubr. 7. cap. 5. n. 5. Gratian. diſcep. cap. 441. nu. 11. Barb. de off. Epiſ. alleg. 30. num. 17. Palaus p. 1 tract 4. diſp. 4. p. 3. §. 1. num. 5.* Et ſi dicatur contra rationem eſſe, vt Regulares ſint peioris conditionis ſecularibus, vt non poſſint abſolui à ſuis Prælatis in ijs caſibus, in quibus poſſunt abſolui ſeculares. Reſpondet Suarez, id non ſequi; quia poſſunt abſolui ab Epiſcopis, à quorum iuriſdictione in hoc caſu non ſunt ita exēpti, vt non poſſint fauorabile beneficium abſolutionis obtinere. Verùm his non obſtantibus Prælatos Regulares poſſe de iure communi vti facultate à Concilio Tridentino cōceſſa Epiſcopis in hac parte, tenuerunt *Rodriq. tom. 2. quæſt. 24. art. 13. & 17. & q. 61. n 9. Portel. v. Prælati num. 30. Diana p. 4. tr. 4. reſp. 211. Caſaing. de priuil. Regul. tract. 3. c. 3. Leand. à S. Sacramento p. 4. tr. 11. diſp. 17. q. 44. Tambur. tom. 2. diſp. 17. quæſt. 3.* Neque enim Concilium Tridentinum abſtulit à Regularibus priuilegium exemptionis, & intendit eos ſubijcere Epiſcopis, vel eis minus fauere, quàm ſecularibus, ſed ratio ipſa exigit, vt ſicut Eccleſiæ regimen vniuerſale exigit dari aliquos exemptos à iuriſdictione Epiſcoporū; no tamen ſine proximis Prælatis habentibus in eos quaſi Epiſcopalem iuriſdictionē, poſſint iſti Prælati in ſuos, quod poſſunt Epiſcopi in Diœceſanos, vnde non eſt, vnde Suarez, vel alij velint, quod Concilium ſubiecerit Regulares Epiſcopis in his caſibus, & exemptione priuauerit; ſed quod Concilium concedit Epiſcopis, concedit ſimul habentibus iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem. Cū verò declaratio Sacræ Congregationis non adducatur in authentica forma, & ex eiuſdem Sacræ Congregationis decreto, fides non ſit adhibenda, nec in iudicio, nec extra declarationibus eiuſdem Sacræ Congregationis, niſi in authentica forma exhibeantur, iam patet de illa declaratione non ſatis conſtare.

16 Nihilominùs quidquid ſit modo de hac quæſtione, certum eſt Prælatis Regularibus erga ſuos ſubditos competere priuilegium illud Epiſcopis conceſſum à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. c. 6. de reform. vt in quibuſcunque occultis caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquētes quoſcunque ſibi ſubditos in ſuis Conuentibus per ſe ipſos in foro conſcientiæ abſoluere poſſint, in quibus Epiſcopi poſſunt abſoluere ſuos. Quoniam hoc fuit expreſsè cōceſſum à Pio Quinto Ordini Prædicatorum in bulla quæ incipit. *Romanus Pontifex*, data 21. Iulij, 1571. & eſt eius conſtit. 132. vnde alij communicantes in priuilegijs eadem facultate vti poſſunt. Et ità propterea ſentiunt. *Henriq. lib. 6. c. 6. §. 8. & l. 7. c. 25. §. 2. & l. 14. cap. vlt. §. 5. Rodriq. t. 1. q. 61. a 9. Piaſec. in praxi p. 2 cap. 3. n. 52. Io. de Cruce de ſtat. Relig. lib. 1. capit 6. dub. 16. Sayr. de cenſur. l. 7. capit. Malin. diſp. 61. nu. 4. & 5. & diſp. 70. in fin. Graff. l. 2. conſil 2. num. 23. de homicid. Sanchez l. 8. de matrim. diſput. 2. n. 13. & l. 1. in Decal. cap. 11. num. 7. Coriol. de caſib. reſern. p. 1. ſect. p. art. 22. nu. 6. & art. 23. num. 6. Valer. de differ. vtr. fori. v. Regularis diff. 6. Vechius diſput. 9. dub. 18. numer. 4. Hieron Rodriq. reſol. 52. num 23. d S. Fauſt. l. 3. q. 125. Portel. ver. Prælati nu. 36. Diana p. 4. tr. 4. reſol. 411. Nonar. & Trullench. vbi ſupra. Barboſa d. alleg. 39. num. 18. & in d. cap. 6. num. 8. Caſaing. priuil. Regul. tract. 3. cap. 3. propoſ. 2. Cyprian. Caſer. in cap. 7. Reg. minor. Flores de Mena variar. l. 3. qu. 24. n. 18. Palaus p. 1. tract. 4. diſp. 4. p. 3. §. 5. nu. 18. Suarez t. 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. n. 7. & tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 16. n. 9. Lezana p. 1. cap. 18. nu. 31. & 46.* Vnde male à *Barboſa dicti Suarez, & Lezana*, pro oppoſita ſententia citantur. Inſuper idem multis citatis tenet *Paſqualig. ad Laur. de Franc. par. 2. quæſt. 92. nu. 8.* vbi optimè ponderat verbum illud dictæ conſtitutionis, ſcilicet *declaramus*, & aduertit, quòd priuilegium illud non eſt noua conceſſio, ſed declaratio mentis Concilij Tridentini, ex eo quia non conueniat, quod in hoc Prælati Regulares minorē habeant iuriſdictionem; quia non conuenit, quòd Regulares ſint Clericis, vel ſecularibus deteriores, & à proprio Prælato non poſſint abſolui, ſicut Clerici, & ſeculares poſſunt.

17 Nonnulla verò explicanda manent circa hanc facultatem. Nam primò differentia eſt inter Epiſcopum, & Prælatum Regularem, ſi loquamur in vi priuilegij Pij Quinti. Quia Epiſcopus in vi Concilij Tridentini per Vicarium à ſe ſpecialiter deputatum poteſt abſoluere à caſibus occultis Papæ reſeruatis, ſed Prælati Regulares in vi conſtitutionis Pij Quinti ſolùm per ſe ipſos abſoluere poſſunt, quoniam id ſolummodò Pontifex concedit, vt ex *Rodriq. & Sorbo* aduertit *Sanchez l. 6. in Decal. cap. 15. num. 78.* quem ſequitur *Lezana. d. cap. 18. num. 31. & 46.* Quatenus tamen iuxta ſupradicta Prælati Regulares poſſint abſoluere ab his caſibus authoritate Concilij Tridentini eis conceſſa tanquam habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, poſſunt hanc facultatem delegare Vicario tamen ad id ſpecialiter deputatò. Vnde eſt, quòd Vicarius Generalis Epiſcopi, vel Vicarius Prouincialis, aut Prioris, niſi ſpecialiter deputentur ad hunc effectum ex eadem ordinaria authoritate non poſſunt ab his caſibus aliquem abſoluere. Vt de Vicario Generali Epiſcopi dixerunt. *Rebuff. in praxi. tit. de forma Vicariatus. n. 179. Sbroz. de offic. Vicarij l. 2. q. 19. n. 2. & q. 179. num. 1. & quæſt. 180. n. 2. & qu. 184. nu. 1. Suarez tom 5. diſp. 41. ſect. 2. nu. 5. Vgolin. & Narbona.* quos ſequitur *Barboſa ad dictum capit. Concil. Trid. numer 46. & de off. Epiſcop. alleg. 39. nu. 10.*

18 Cum verò facultas iſta ad ſolos caſus occultos extendatur, conſiderandũ, quòd licet pauci quidam, nimirum. *Graff.l.2.conſil.2. num.10. de homicid. Garz.p.7.cap.11. num.46. Armendar. d. l.7.de irregul.num 25.* exiſtiment id dici occultum, quod non poteſt probari. Econtra verò alij delictum occultum dicant, quod non eſt deductum ad forum contentioſum, *Ludouicus Bail.de Triplici examine, in Apendice de cenſuris, §.23. Brunus Caſaing.de priuil.Regul.tract.4.cap.5.propoſ 7.Io.à S.Thoma 2.2.q. 64.diſp.23.art.2.§.Dico igitur, & Petrus de Abella*, quem refert *Diana p.12. tr.de Colloc.temp.Conclau. reſol.21.* Tamen ſententia communis eſt, vel occultum dicatur, quòd non eſt notorium, vel famoſum, ſeu publicè diffamatum. *Nauar.latè cap.27. n.255. Sorbus in compend. in reſolut. materiæ abſolutionis pag.48. Suarez tom.4.in 3. par.diſp.3.ſect.2. num.1.& tom.5.diſp.41.ſect.2.num.6. Azor. par.1.lib.8. cap.10. quæſt.9. Sayr.lib.4.cap.17.nu.21.& l.7.cap.13. nu.12. Sanchez lib.2.in decal.cap.11. num 19.* & multis allegaris *lib.2.de matrim.diſp.37.nu.11.& lib.8.diſp.34. num.55. Emanuel Sà v. Epiſcopus num.33. Sigiſmun. de Bonon.de elect.dub.68.a num.7. Rodriq.tom.1.q.24. art.11. Alter.tom.2.d.8.c.3. Auila p.2.c.7. diſp.1. dub. 12. Molina diſp.19.num.8. Vecchius diſp.9. dub.16.n.3. Tambur. tom.2. diſp.17.q 6.num.30. Palaus p.1.tr.4. diſp.4.p.3.nu.14. Hieron.Rodriq.reſol.72. nu.23.& ex Anton.Roch.Viual.Vega, Zerb Piaſec. Comitol.Vgolin. Ricc. Reginald. Bonac. Fagundez, Florou, Gauant, Campan. Duard. Daluin. Boſſi, Vulpe, Felician. de Vega, & alijs. Barboſa ad d.cap.6.Concil.Trident. num.26. & alleg.39. a num.20. Leander p.4.trac.11. diſp.17. q.47. Caſuing. de Priuil. tract.3 cap.3. prop.1.* Delictum igitur eſt publicum, non præciſè quia poſſit probari, ſed quia eſt notum maiori parti viciniæ, vel Collegij Monaſterij, vel Parochiæ, dommodò ſaltem decem perſonæ inueniantur in ea Vicinia, Collegio, Monaſterio, vel Parochia, vel vt ſupra ex *Panorm.* dictum fuit, quia eſt notum maior. parti eorum, quorum intereſt id ſcire, vel qui factum ſcirent, ſi illud fuiſſet. Et quia vt habet *Nauar. citatus* diſtinguuntur notorium, manifeſtum, & famoſum, quod notorium eſt, quod ſcitur à maiori parte; manifeſtum, quod nititur fama maioris partis ex ſciẽtibus orta; famoſum quod nititur fama maioris partis orta ex vno ſciente, vel indicijs, & præſumptionibus illi æquiualentibus, publicum eſt, & dicitur, quod ſaltem eſt famoſum, & diffamatum. Vnde occultum eſt, quod licet poſſit in iudicio probari, tamen non eſt illius orta aliqua fama, neque eſt in iudicium deductum.

19 Immò non ſufficit quod delictum, ob quod aliquis eſt irregularis, ſuſpenſus, vel excommunicatus, ſit materialiter publicum, quia factum, v.g. homicidium eſt publicum; ſed neceſſe eſt, quod factum ſit manifeſtũ in ratione delicti patrati à perſona vna vel pluribus, ita quòd ſit publicum delictum commiſſum fuiſſe ab aliquo, vel aliquibus. Vnde etiam ſi certiſſimum & publicum ſit Petrum celebraſſe; ſi tamen non eſt publicum, illum tunc fuiſſe excommunicatum, irregularitas illius non eſt publica. Similiter, ſi publicum ſit homicidium, ſed ignoratur à quo fuerit commiſſum; vnde Petrus occiſor non eſt publicus, irregularitas Petri nõ eſt publica, ſed occulta. Neceſſe enim eſt nedum factum ſed delictum, & peccatum eſſe publicum, ſeu publicum eſſe quòd aliquis deliquerit. *Nauar. loco citato. Sayr.lib.7.cap.13. num.13. Sà v. Epiſcopus num.35. Rodriq.lib.1.cap.176.num.3. Henriq.l.14. cap.10.§.4. Sanchez lib.8.de matrim diſp.34. num.56. & lib.2.diſp.37.num.11. Sigiſm.de Bonon.diſp.68.n.8. Vecchius diſp.9. dub.15.num.4. Trullench.d.c.2. dub.7. num.3. Bonac. Piaſec. Ricc.Galet.Campanil*, quos refert, & ſequitur *Barboſ.d.c.6.n.27. Palaus, & Tambur.loco ſupra cit.*

20 Si tamen factum ſit notorium, ſeu publicum, & ſit item publicum, quòd delictum fuit patratum ab vno ex tribus, vel quatuor ad aliquod facinus perpetrandum vnitis, aut alio numero perſonarum certarum determinato; licet ignoretur determinatè à quo ex illis fuerit patratum; delictum ſatis eſt publicum, vt ſuper irregularitate, aut ſuſpenſione inde conſequente non poſſit Epiſcopus diſpenſare, vel ab excommunicatione abſoluere. Nam in eo caſu delinquens eſt manifeſtus. Et quidem in materia irregularitatis ex homicidio, hoc eſt compertum ex eo, quia vbi occiſores ſeu aggredientes ſunt plures, quàmuis ignoretur ex cuius percuſſione vir occiſus ſit, omnes ſunt irregulares. *cap.fin. 23.qu.8. Couar.in Clem.ſi furioſus, p.2.§.2.n.5.* Immò ſi etiam conſtaret cuius illorum vulnere fuit occiſus, nedum alij, qui vulnerauerunt eſſent irregulares. *cap. ſignificaſti 2.de homicid. Tab.in v. irregul.3.num.6. Maiol. lib.5.de irregul.cap.48.§.4.num.6. Faſtol. dub.34.* Sed qui armati exierunt cum alio ad occidendum, licet ipſi nihil commiſerint. *cap. ſicut dignum, §.final.de homicid. ſpecul. lib 1. tit.de diſpenſ.§.4.numer.5.& 6. Rota deciſ.260. num.3. par.1. & deciſ.44. p.2. recent. Bonac. apud Sigiſm. dub.68. num.8.* Vbi tamen cenſura vel pœna non afficeret ſocios criminis, ſed ſolum committentem crimen; ſi conſtaret de crimine & de ſocietate ad delinquendum, vnde conſtaret delictum eſſe patratũ ab aliquo ex illis, licet ignoraretur determinatè à quo illorum fuerit commiſſum; nihilominùs delictum eſſet in ratione delicti publicum, & manifeſtum eſſet vnum ex illis eſſe pœna, vel cenſura irretitum, ideo Epiſcopus non poſſet cum delinquente diſpenſare ſuper irregularitate, vel abſoluere ab excommunicatione ob delictum incurſa.

21 An verò delictum dici debeat occultum, ſi in loco vbi fuit patratum ſit famoſum, licet extra illum ignoretur; & ideò in loco vbi eſt ignoratum poſſit delinquens ab Epiſcopo abſolui, vel diſpenſationem irregularitatis obtinere, affirmant *Sanchez lib.2.in decal. cap.11.num.20. & Auila p.2. c.7. diſp.1. dub.11, concl.3. Duard.in Bullam Cœnæ lib.3. §.2.q.11.nu.10. Leander p.4.tr.11.diſput.17. quæſt.57. Tambu. tom.2.diſp.17.q.7. Fagundez præc.2. l.8.c.8. num.28.* ſi tamen delictum in loco adeo diſtanti publicum ſit, vt non ſit ſpes, quòd in eo loco publicetur. Sed contrarium ſentiunt. *Nauar. conſ.43.de tempor. ordin. Sayrus in florib. deciſ.64. ſub eodem tit. Suarez tom.4.in 3.p.diſp.30.ſect.2.num.2. Palaus p.1. tract.4. diſp.4. punct.3. §.1.num.14. Sanctarel. de hæreſi cap.5.dub.6. nu.26.* Et hæc ſecunda ſententia eſt amplectenda, vt enim ſupra agentes de infamia dictum eſt ex *Panorm.* publicum non dicitur ex loco, ſed ex eo, quod ſcitur à maiori parte eorum, quorum intereſt aliquid ſcire, licet alijs ſit occultum; vnde quod fit coram magno Capitulo eſt notoriũ, licet extra Capitulum ſit occultum.

22 Se-

Digitized by Google

22 Secundum quod requirit Concilium, vt delinquens poſſit ſuper irregularitate, & ſuſpenſione diſpenſari eſt, quod delictum non ſit deductum ad forũ contentioſum. Sed quando dicendũ ſit delictũ deductũ ad forũ contentioſũ non conueniunt *DD.* Nam *Mar. Alter. to. 2. diſp. 8. de ſuſpenſ. c. 3.* putat ſufficere denunciationem ſeu accuſationem coram legitimo iudice factam. Sed hoc non admittitur. Tum quia ſola denunciatio, vel accuſatio non publicat factum, vel delictum, nec dat iudici ius ad condemnandum, nec obligat denunciatum, vel accuſatum ad reſpondendum, nec priuat eum ſua libertate, quam habet, vt vtatur iure ſuo, & omni meliori via remedium ſibi quærat. Vnde nec ſola commiſſio cauſæ litem inducit ante citationem ad dicendum contra. *Rota deciſ. 233. num. 9. coram Eminentiſſ. Ottobona.* Ideo *Barboſa ad d. cap. 6. Concil. Trid.* putat delictum cenſeri deductum ad forũ contentioſum per litis conteſtationem. Et huic ſententiæ (ait) fauere videtur. *Sigiſm. dub. 68. n. 10.* dicens delictum poſtquam fuit deductum ad iudicem debere intimari parti. Citat etiam pro hac ſẽtentia. *Ricc. Gauant. Trullencb. Caſtrum Palaum 1. p. tr. 4. diſp. 4. p. 3. §. 1. n. 15. & Dianam p. 4. tr. 2. reſolut. 97. fin.* Sed cum in criminalibus litis conteſtatio ſæpiſſimè ſequatur nedum carcerationem rei, ſed examen teſtium, & rei ipſius, quando reo inducitur reatus, & poſt reatum datum exhibetur teſtiũ repetitio, ſequeretur, quod reus iam conſtitutus in carceribus poſſet abſolui ab Epiſcopo.

23 Vt enim habetur ex *cap. vnico de litis conteſtat.* non conſiſtit litis conteſtatio in propoſitionibus factis reo, & reſponſionibus ab eo datis, ſed in petitione, quæ fit nomine actoris, vel Fiſci, & in reſponſione rei nõ abſentis, ſed præſentis, & coram iudice reſpondentis, vt docet *Maranta par. 6. §. & in conteſt. litis num. 8. & 9.* Inde eſt quòd antequam reo conteſtetur lis audiuntur teſtes, citatur reus, & ſi opus eſt carceribus mancipatur, deinde etiam conſtituitur, & examinatur pluraque ei proponuntur, & reſponſiones eius accipiuntur, & poſtea ſequitur Actoris, vel Fiſci petitio, cui reus compellitur reſpondere. Hic enim modò eſt vſitatior modus faciendi proceſſus. Quamuis aliquando etiam immediatè dentur reo articuli ad reſpondendũ, & lis hoc modò ei conteſtetur. Itaque ſi nõ diceretur delictum deductũ in iudicium, niſi quando cõteſtatur lis, poſſet reus exiſtens iam in manu iudicis abſolui ab Epiſcopo. Dicitur igitur delictum eſſe deductum in iudicium, quando per denunciationẽ, vel accuſationem delatum eſt ad iudicem, qui propterea citauit reum ad comparendum. Eſt enim delictum deductum in iudicium, quando iudex incœpit iudicium de illo, quod iudicium incipit à citatione, vt habet idem *Maranta par. 6. tit. Rectè concipitur citatio, num. 1.* Tunc enim iudex incipit iudicium, quando vocat aliquem in ius, & ideo citatio dicitur fundamentum ordinis iudiciarij *Specul. titul. de cit. in princ.* Ideò tunc delictum eſt deductum in iudicium, quando delinquens præſumptus, vel verus eſt vocatus in ius, ſeu eſt citatus. *Floren. de Cenſibus capit. 4. §. 21. numer. 2. Vulpes in praxi cap. 44. numer. 10.* Nec forum contentioſum dicitur ſolùm dum actu fit cõtentio, ſed etiam dum aliquis eſt vocatus, vt in iudicio contendat. Nec ſolum eſt iudicium cum actor, & reus coram iudice contendunt, ſed cum actore inſtante vocatur reus ad hoc, vt in iudicio contendat. Et lis mota eſt poſt litis conteſtationem, *capit. ex parte 30. de verborum ſignificatioa. Marant. part. 5. titul. Et omnia fiunt durante inſtantia numer. 64.* Sed lis mouetur dum actore inſtante reus citatur. Et hoc eſt quod voluit *Sigiſmun.* quem ſequitur *Tamburinus ſupra citatus* dicens neceſſe eſſe, quòd delictum ſit intimatum delinquenti. Quod & affirmat *Sanchez lib. 8. de matrim. diſput. 34. num. 58.* & explicat ex eo quòd à citatione incipit iudicium. Idem tenuerunt *Sayr. lib. 4. de cenſ. cap. 17. nu. 23. Caſaing. par. 3. cap. 3. prop. 1.* Et nihilominus additur, quod prima ſententia etiam vera eſt reſpectu illius iudicis, apud quem aliquis accuſatur, & denunciatur, vt excommunicatus; parte enim inſtante, & opponẽte alicui excommunicationem non poteſt iudex ille abſoluere denunciatum, ſed ad inſtantiam partis debet illum citare in iudicium.

24 Deducto verò delicto ad forum contentioſum, ſi contra reum delictum non probetur, & ipſe abſolutus recedat à iudicio, tunc, etiam ſi ſit reus, poteſt Epiſcopus cum illo diſpenſare, vel illum abſoluere. Delictum enim manet occultum, & ex quo in iudicio non fuit probatum, non poteſt dici deductum in iudicium cum effectu, vel deductio expirauit, & euanuit, & ſolum ad occultandum delictum militauit. *Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 37. num. 12. & lib. 8. diſput. 34. num. 57. Molin. diſput. 79. num. 8. Suarez de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. num. 6. Sayr. de cenſ. lib. 4. cap. 7. num. 14. Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 2. Sigiſm. de elect. dub. 68. num. 11. Graff. lib. 1. deciſ. c. 13. num. 44. Auila par. 7. diſp. 1. dub. 11. Sà v. Epiſc. n. 34. Rodriq. in ſumm. par. 1. cap. 167. numer. 4. & ex Vega. Campan. Alter. Bonac. Vecb. Nouar. Boſſi. Trullencb. Barboſa de off. Epiſc. alleg. 39. num. 32. & ad d. cap. 6. Concil. Trid. num. 38. Leander p. 4. tract. 11. diſput. 17. q. 55. Palaus vbi ſup. n. 16. Tambur. d. q. 6.*

25 Quod verum eſt etiam ſi reus medijs illicitis, & deprauatis obtinuerit abſolutionem ab iniecto crimine; quia dum redit ad ſua abſolutus in iudicio, eius delictum non eſt iam publicum, ſed manet ſententia iudicis occultatum, vel obtenta libertate abſconditum. Ita DD. citati. *Henriquez §. 4. Suarez num. 6. Sayr. num. 12. Sanchez d. nu. 12. & 57. Sigiſm. num. 12. Campan. & Vecb. apud Barboſ. in alleg. 39. num. 33. & ad d. cap. 6. num. 39. Leander vbi ſupra Palaus, & Tamburin.* Nec obſtat, quòd delictum licet non probatum perfectè, fuerit tamen ſemiplenè probatum, in quo caſu *Suarez* putat delictum manere publicum. Quia vt arguit *Sanchez* Vel reus diffinitiuè abſoluitur, & tunc delictum manet ſine dubio occultum. Vel interlocutoriè abſoluitur ſimpliciter à præſenti inſtantia, ſeu obſeruatione iudicij; & nihilominus per eam ſentẽtiam iudicium eſt terminatum, & ablata ea infamia, quæ ex deductione in iudicium erat orta; quoniam nunquam ampliùs poteſt illud crimen deduci in iudicium ſtante illa ſententia interlocutoria, niſi ex nouis indicijs. Limitandum tamen hoc videtur, ſi remaneat infamia extraiudicialis, quam non tollit ſententia iudicis, vt quia maior pars populi apud quos delinquens erat ante iudicium infamatus, ſcit illũ euaſiſſe iudiciũ, quia teſtes non fuere examinati, qui potuiſſent deponere veritatẽ, vel quia publicum eſt, quod per teſtes falſos ſe defendit. Ad hoc

enim

Digitized by Google

enim, vt delictum non ſubiaceat Epiſcopi iuriſdictioni, non eſt neceſſe, quòd delinquens ſit diffamatus infamia iuris, ſeu quod delictum ſit publicum, vel quia reus confeſſus fuit, vel quia in iudicio conuictus, ſed ſufficit, quòd ſit publicum extra iudiciũ publicitate facti; diſtincta enim hæc ſunt, & Concilium vtrumque requirit, ſcilicet, & quod delictum non ſit publicum, & quod non ſit in iudicium deductum; ſi ergo poſt ſententiam abſolutoriam ob tentam manet illa infamia facti, quæ prius erat, vel etiam, quæ orta eſt, ex eo quod delictum fuit deductum in iudiciũ, quia ſatis populo conſtat, quòd delinquens per falſos teſtes, vel vias iniquas euaſit iudiciũ; ſemper delictum eſt publicũ, quod ſufficit, vt ſupet pœna irregularitatis impoſita, & Papæ reſeruata non poſſit Epiſcopus diſpẽſare, vel a ſuſpẽſione, aut excommunicatione abſoluere. Si tamen ex pluribus complicibus eiuſdem delicti vnus ſolus ex eis deductus fuerit ad forum contentioſum, aliorum delictum, niſi alias ſit notorium, aut famoſum, cenſetur occultum, & poſſunt abſolui ab Epiſcopo. Ita ex *Sanchez lib. 2. in decal. cap. 11. num. 21. & Nauar. conſ. 2. nu. 2. de ſententia & re iudicata, Palaus par. 1. tract. 4. diſp. 4. puncto 3. §. 1. n. 16. Tambur. tom. 2. diſp. 17. q. 6.*

26 Extenditur autem hæc Epiſcopi facultas ad delictum aliàs occultum, ſed deductum ad forum contentioſum in vno caſu, ſcilicet, ſi actor negligẽs ſit per annũ ad proſequendã cauſam, iuxta *Gloſſ. in c. tãtis, v. obrepſit, diſt. 81. et in c. omnip. Deus, de accuſ. Maiol. de irreg. lib. 3 cap. 17. n. 9. Campan. rubr. 7. c. 5. num. 7. & rubr. 11. cap. 23. num. 144.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. d. alleg. 36. num. 34. & Verb. Marchin. & Boſſ.* quos refert, & ſequitur *idem Barboſ. ad d. cap. 6. Conc. Triden num. 39. Sigiſmund. de Bonon. dub. 68. num. 10. Sayr. lib. 4. cap. 17. num. 22. & lib. 7. cap. 7. num. 11. Graff. tom. 2. lib 5. conſ. 2. num. 10. de homicid. Palaus vbi ſupra, & Tambur.* ex his tamen DD. alij determinant tempus vnius anni, alij indefinitè loquuntur, vt ſi Epiſcopus viderit actorem per aliquod cõſiderabile tempus negligere, nec procurare, vt delictũ probetur in iudicio, poſſit delinquentem præteuſum abſoluere ab eo delicto aliàs occulto, ſeu cum eo in pœnis irregularitatis, & ſuſpenſionis diſpenſare. Hoc tamen vt verum ſit, neceſſe eſt vt in actore ſit negligentia. Quia ſi ex cauſa rationabili Fiſcus differt examinare teſtes contra reum, non eſt vnde Epiſcopus manum ponere velit ſuper delicto alias Papæ reſeruato.

27 Sed & ſi delictum ſit deductum ad forum contentioſum, & fuit in eo probatam & pro eo delinquens fuit punitus, adhuc poſſe Epiſcopum abſoluere ab excommunicatione incurſa, vel ſuper irregularitate diſpenſare, tenent multi ea ratione moti, quia cum Concilium excluſerit delictum notorium ad vitandum ſcandalum, & delictum deductum ad forum cõtentioſum, ne fiat illi præiuditiũ vtrumque horum ceſſat finito iudicio, per quod foro contentioſo ſatisfactum fuit, & per punitionem delinquentis ablatum ſcandalum. Ita *Auila par. 7. diſp. 10. dub. 7. Sanchez lib. 2. in præc. decal. cap. 11. nu. 21. Henriq. lib. 14. cap. 7. num. 5. Reginald. lib. 30. tr. 2. num. 19. Sigiſmund. de elect. dub. 68. num. 13. Sanctarel. de hæreſi cap. 5. dub. 6. nu. 19. Hurtado de irreg. diſp. 2. diffic. 20. num. 68. Diana p. 4. tract. 2. reſol. 97. Leander par. 4. tract. 11. diſp. 17. q. 56.* Sed contraria ſententia vera eſt. Non enim fundamentum in textu Concilij habet, quòd excluſerit delictum publicum ratione ſcandali, ſed quia eum delictum eſſet Papæ reſeruatum, voluit hanc reſeruationem tollere vbi delictum non ſit publicum, ea manente, vbi delictũ ſit publicum; at verò publicum delictum eſt, quod eſt in iudicio probatum, & punitum, & ideo hanc partem ſuſtinent. *Rodriq. in ſum. par. 1. cap. 168. Suar. de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. nu. 5. Verb. diſp. 9. dub. 16. Garz. de benef. par. 7. cap. 11. num. 50. Sayr. de cenſ. lib. 4. cap. 18. num. 23. Tambur tom. 2 diſp. 17. q. 3. Stephan. Dalmin. de poteſt. Epiſ. cap. 21. fin.* vbi refert Sac. Congr. declaraſſe, quod vbi *rei fuerint inquiſiti, ſed quia non potuerunt delicta probari, rei ipſi non fuerunt quidem abſoluti diffinitiuè, nec alio modo, ſed ſimpliciter dimiſſi recepta promiſſione de ſe repreſentanda, non poſſe huiuſmodi vti dicti c. liceat, beneficio; quia in ea ſcriptũ ſit, exceptis alijs deductis ad forũ contentioſum, ſicque ſufficit ſola deductio, quidquid inde ſequatur.* Quam declarationem refert etiam *Barb.* hanc partem ſequens *d. alleg. 30. n. 35.* Vbi igitur deliquens nõ euadat abſolutus, vel diffinitiuè, vel alio modo, ſed vel recedat cum promiſſione de ſe præſentando, vel condemnetur, & puniatur, locum habet exceptio Concilij, vt Papæ pœna ſeu cenſura pro tali delicto impoſita, & Papæ aliàs reſeruata, non ſit ſub poteſtate Epiſcopi.

28 Cum verò hucuſque ſatis explicatum ſit, qui caſus dicendi ſint occulti, explicari etiam debet, qui poſſint abſolui ab eis, & vbi, & quomodo: hæc enim omnia determinat Concilium in *d. cap. 6.* Nam primò ſoli ſubditi poſſunt ab Epiſcopo abſolui; concedit enim Concilium vt Epiſcopus in caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos poſſit abſoluere. Sed in hac parte ſubditi Epiſcopi nedum ſunt, qui in Diœceſi Epiſcopi habent domicilium, ſed quicumque in ea inueniuntur, etiam ſi aduenæ & peregrini, etiam ſi vagabundi, ſcholares, & mercatores, & quicumque in foro pœnitentiæ ſubduntur Epiſcopo. Iam enim ex generali Eccleſiæ conſuetudine, ſeu interpretatiua propriorum Sacerdotũ voluntate quicumq; aduenæ cenſentur incolæ illius loci, in quo ſunt, quantum ad recipienda Sacramenta confeſſionis, & Euchariſtiæ; ideoque & quantum ad hoc, quod eſt poſſe abſolui ab excommunicatione, ſine qua non eſt abſolutio peccatorum. Quamobrem etiam ſi delictum ſit commiſſum extra Diœceſim, nihilominus quoſcumque aduenientes, ſicut poteſt Epiſcopus admittere ad confeſſionem, & abſoluere à peccatis alibi commiſſis, ſic poteſt eos abſoluere à caſibus occultis alias Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. *Suarez to. 4. in 3. par. diſp. 30. ſect. 2. nu. 3. & tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. n. 10. & 12. Henriq. lib. 14. cap. 20. num. 5. Sanchez lib. 2. in decal. c. 11. num. 9. & 17. & lib. 3 de matrim. diſp. 23. n. 12.* Garz. *par. 11. cap. 10. num. 139. Nald. v. abſolutio num. 9. Palaus vbi ſupra num. 8. Duard. in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. nu. 1. Floron. de caſib. reſeru. par. 1. cap. 4. §. 7. n. 10. Bonac. Nouar. Boſſ. Marchin. Trullench. Homobon.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. d. alleg. 39. numer. 5. & in d. cap. 6. Concil. Trident. num. 43.* Et Medicum Prætorem, & ſimiles exteros habitantes in Ciuitate comprehendi ſub hoc decreto Concilij, & poſſe in Sacramento Pœnitentiæ abſolui, etiam à criminibus alibi commiſſis, tanquam deciſum à Sac.

Con-

Congregatione referunt *Garz.d.cap.10. numer.139. Armend.d.l.7.de irregular.nu.18.Stephan. Daluin. de poteſtat.Epiſcop. capit.26. fine*, penes *Barboſam*, *vbi ſupra.*

29 Addit verò Concilium verba illa, *in diœceſi ſua*, quæ ſenſum ſatis ambiguum reddunt. Poſſunt enim referri vel ad ſubditos, vel ad Epiſcopum. Quidam enim referunt illa ad Epiſcopum, ita vt ſit ſenſus, quod Epiſcopus debeat eſſe in diœceſi ſua ad hoc vt, poſſit abſoluere ab his caſibus. Non enim videtur, quem ſenſum aliū poſſint habere, niſi quòd Epiſcopus non poſſit abſoluere, niſi ſubditos, & hoc niſi ipſe exiſtat in diœceſi. Et ita locum hunc interpretantur *Henriq.l.14. de irreg.cap.50.num.5. Rodriq.tom.1.ſum.cap.69.num.1.in fin. Vgol.de aff.Epiſc. cap.51.§.2. Auila de cenſ.p.7. diſp.10 dub.6. Palaus part.1.diſp.4.p.3.§.1.num.15.& Garzias in Polit.Regul.tom.2.tract.10.diff.7.dub.6.p.2.num.19. Martinus à S.Ioſeph.in man.confeſſ.tom.1.lib.1.tract.1.de pœnit.n.10.* quos refert, & ſequitur *Diana.part.12 tract.de colloc.temp.conclau.reſol.25. Bonacina de cenſ. diſp.1. q.3.punct.2.num.1.* Sed alij econtra referunt verba illa ad ſubditos, vt ſit ſenſus, quod Epiſcopus non poſſit abſoluere ab his caſibus, niſi ſubditos in diœceſi exiſtentes, quia licet ab excommunicatione poſſit abſolui abſens, tamen Concilium voluit, vt ab his caſibus nullus poſſit abſolui, niſi præſens. Et ita tenet *Suarez tom.4.in 3.p.diſp.30.ſect.5.n.10. &* 12. & licet non tam clarè *tom.5.diſp.41.ſect.2. nu.3. in fin.* Sed alij melius referunt verba illa ad Epiſcopum, & in hoc conueniunt cum prima ſententia. Epiſcoporum enim eſt habere diœceſim, & magis propriè dictio illa *ſua* refertur ad Epiſcopum, cuius eſt Diœceſis, quam regit. Et nihilominùs addunt verba illa non eſſe appoſita ad limitandam facultatem datam Epiſcopis, quaſi illis non liceat vti hac facultate, niſi ſint in diœceſi, ſed immò potiùs ad illam ampliandam, & ad demonſtrandum, quòd ſufficit, quòd abſoluendus ſit in Epiſcopi diœceſi, & ſit ſubditus illi, quātum ſufficit ad hoc, vt ſit ſubditus in foro pœnitentiæ, ad quod ſufficit exiſtentia intra diœceſim, & ſic ſit ſenſus, quòd Epiſcopus poſſit abſoluere quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua. Vnde poſſe Epiſcopum, ſi exiſtat extra diœceſim deputare Vicarium, qui abſoluat ab his caſibus, vel etiam poſſe abſoluere ſuum ſubditum extra diœceſim exiſtentem, & per hoc Concilij decretum non eſſe correcta iura permittentia Epiſcopis exercitium liberæ iuriſdictionis extra ſuam diœceſim; & quæ ad exercendam iuriſdictionem voluntariam in ſubditos non attendunt locum, in quo ſit Epiſcopus, vel ſubditus, ſed iuriſdictionem in perſonas; ſed poſſe Epiſcopum vbicumque ſit, ſubditum ſuum vbicunque exiſtentem abſoluere ab his caſibus, tenent *Sanchez l.2. in Decal cap.11. num.16. & 17. Petr. de Ledeſ.2. p.tract.1. cap.6.poſt 20.concluſ. Franciſcus Quede de fide controu.11. p.3. nu.57.apud Dianam vbi ſupra. Leand.par.4.trac.11. diſp.17.q.52.*

30 Vlterius requirit Concilium, vt Epiſcopi nō niſi per ſe ipſos, vel per Vicarium ad hoc ſpecialiter deputatum hac abſoluendi facultate vtantur. Quoniam verò dici poteſt Vicarius ſpecialiter deputatus ad abſoluendum ab his caſibus occultis Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, nedum Confeſſarius toties quoties aliquis ex his caſibus occurrerit ſingulariter delegatus ad abſoluendum, ſed etiam Vicarius delegatus generaliter ad abſoluendum ab iſtis caſibus, ideò quamuis *Henriq.l.14.cap.19.in fin. & l.6.de pœnit.cap.14.§.7.& in com.l.O.* voluerit Epiſcopum non poſſe delegare hanc facultatem, niſi primo modo, ſingulis vicibus delegando Confeſſarium ad huiuſmodi munus; dicendum nihilominus eſt cum communi ſententia, quod Epiſcopus etiam ſecūdo modo poteſt vel ſuum Vicarium generalem, vel alium delegare ad abſoluendum ab his caſibus quotieſcunque aliquis eorum aduenerit. *Nauar.l.6. conſ.11.num.4. de priuil. Sanchez l.2.de matrim. diſp. 40.num.17.& l.2.in Decal.cap.11.num.33. Azor.p.1. l.8.cap.10.q.11. Fagundez præc.5.l.8.num.36. Duard. in Bull. Cœnæ. l.3. §.1. q.11.num.34. Layman.l.1.t.5. p.2.cap.5.nu.5. Suarez tom.4.in 3.p.d.30. ſect.2.nu.9. & tom.5.diſp.41.ſect.2.num.8.fin. Barboſa in d. capit. 6.Concil. Trid. nu.45.* Qui immò addit ſufficere ſi Epiſcopus committat alicui in generali facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis. Quod tamen non admitto, quia iſti caſus non ſunt reſeruati Epiſcopo, ſed Papæ; vnde non conceditur facultas abſoluendi ab illis per conceſſionem caſuum reſeruatorum Epiſcopo, & nec per conceſſionem caſuum reſeruatorum in genere; quia caſus Papæ reſeruati, vt concedantur indigent ſpeciali expreſſione, ſicut & illi ſunt ſpeciali reſeruatione reſeruati. Idem verò *Barboſa num.46.* deducit Vicarium Generali Epiſcopi non poſſe abſoluere ab his caſibus, niſi ſit ad hoc munus ſpecialiter deputatus, prout aduerterūt *Suarez vbi ſupra*, & alij ab ipſo *Barboſa* relati.

31 Hinc verò deducitur, quòd ſi Epiſcopus in aliquem ex prædictis caſibus inciderit, poterit ſuū Confeſſarium delegare, vt ab eo abſoluatur. Hoc quidem negauit *Alter. tom.2. diſp.8.cap.3.concluſ.4.* ſed immeritò, cum non ſit peioris conditionis, quā ſint ſui ſubditi, & ipſe vt perſona priuata, & peccatrix eſt ſubditus dignitati Epiſcopali, & ſuo Confeſſario, qui per facultatem ſibi delegatam poteſt Epiſcopum à prædictis caſibus abſoluere. *Maiol. de irregular.l.5.cap.2.num.12.& l.5.cap.51.n.5. Suarez tom.5.de cenſ.diſput.41.ſect.2.num.9. Sanchez l.8.de matrim.diſp.3.num.3.& in Decal l.2.c.11.n.11. Henriquez l.14.cap.18.§.3. Garz.de beneſ.par.11 capit.10. num.139. Bellet.diſquiſ.Cler.p.1.tit.de diſcipl. Clericorum, §.1.num.54. Duar.in bullam cœnæ l.3.§.2.qu.11. num.59. Ludouicus à Cruce in bull.cruc.diſp.1. cap.6. dub 18.num.1.& ex Armendar. Ricc. Valer. Floren. Gauant. Filliuc. Alzed. Barboſa ad d.cap.6.n.9.& dict. alleg.39. num.15. Diana vbi ſupra.*

32 Tandem Concilium ponit hanc aliam limitationem, vt ſcilicet in præfatis caſibus Epiſcopus non poſſit abſoluere, niſi in foro conſcientiæ. Quidam verò pro eodem habentes forum pœnitentiale, ſeu ſacramentale, & forum conſcientiæ, crediderunt Epiſcopum nō poſſe in præfatis caſibus abſoluere, niſi per ſe ipſum, vel per Vicarium ſpecialiter delegatum audiendo ſacramentaliter delinquentiū confeſſionem, & illos per priùs ſacramentaliter abſoluendo à peccatis, & poſtea à cenſuris. Hoc enim tanquam deciſum a Sacra Congregatione, tenuerunt *Garz.de beneſ.p.11. capit.10. numer.139. Ricc.in praxi. reſol.445. num.8. Barboſa ad d.cap.6.num.46. qui d.alleg.39.num.8.* aſſerit, ſe à viro docto accepiſſe, ita tenere praxim *S. pœnitentiaria*, *& Trullench. l.1.cap.3.dub.4.n.7.* aſſerente eādem ſententiam eſſe

ſequen-

ſequendam propter dictam S. Pœnitentiariæ praxim.

33 Verùm aliter dicendum eſt. Nam forum triplex eſt, vt habet *Prapoſ. in c. preterea nu. 12. num. 5. de ſponſalibus*, nimirum forum pœnitentiale, forum conſcientiæ, & forum fori, ſeu contentioſum, & forum conſcientiæ eſt quid medium inter forum ſacramentale, & forum fori, *Abb. in cap. de his. 6. n. 3. de accuſat. Prapoſ. vbi ſupra, & alij Canoniſtæ in tit. de pœnit. & remiſſ.* Eſt enim forum conſcientiæ id, in quo conſcientia delinquentis tanquam proximus iudex iudicat, & in quo delinquens, quem propria conſcientia condemnat recurrit ad Dei miſericordiam medijs Eccleſiæ miniſtris obtinendam, & reſpicit pacem inter Deum, & delinquentem, nec ordinatur ad pacem externam cum hominibus, ſed ad internam reconciliationem cum Deo, & in his cõuenit cum foro ſacramentali, & diſtinguitur à foro fori, in quo externa Eccleſiæ quies, & pax intenditur, & per conſcientiam formatam à legibus per ſuperiores, delinquens vel punitur, vel abſoluitur. Sed nihilominus diſtinguuntur, quòd in foro pœnitentiali iudex eſt ſacerdos ſolus, qui etiam principaliter à peccatis abſoluit, & Deo reconciliat per gratiam remiſſionis peccatorum. Sed in foro conſcientiæ, iudex eſſe poteſt etiam non ſacerdos, & iudicium reſpicit pœnarum remiſſionem, per quas delinquens priuabatur illis bonis, quibus maximè iuuatur ad hoc, vt Deo plenè reconcilietur, & intus in judicio conſcientiæ abſolutus decernatur. Non igitur idem ſunt forum ſacramentale, & forum conſcientiæ, & mens Concilij eſt, quòd abſolutio data ab Epiſcopo in præfatis caſibus non valeat, ſeu iuuet in foro fori & contentioſo, & in externa Eccleſiæ facie, ſed in interno conſcientiæ foro. Et ideò non eſt neceſſe, quod Epiſcopus ſacramentaliter audiat delinquentes, vt eos ab excommunicationibus his occultis Papæ reſeruatis abſoluat, ſed eos abſoluere poteſt extra Sacramentum pœnitentiæ; ſed hæc abſolutio non valet in foro externo, nec per hanc abſolutionem remittitur delinquẽs ad externam pacem, nec tollitur, quin poſſit puniri per externum forum.

34 Neque vrgent, quæ in oppoſitum adducta ſunt. De declarationibus enim Sacræ Congregationis non conſtat ſufficienter. Et quod de Praxi pęnitentiariæ refertur, potiùs oppoſitum probat. Verum enim eſt, quòd, vt refert, *Marcus Paulus Leo in praxi Pœnitentiariæ*, praxis illius fori eſt, vt deputati à maiori Pœnitentiario non diſpenſent, vel abſoluant delinquentes, niſi in foro ſacramentali. Sed quia hoc eſt intentum in tali foro, eſt etiam expreſsè explicatum per huiuſmodi clauſulam. *In foro conſcientiæ, & in ipſo actu ſacramentalis confeſſionis tantum, & non aliter, neque vllo alio modo, &c.* Ex qua expreſſione benè colligitur, quod ad hoc vt facultas diſpenſandi, vel abſoluendi non valeat, niſi in foro ſacramentali, non ſufficit dicere, in foro conſcientiæ tantùm, niſi vlteriùs, & expreſſiùs dicatur, *& in ipſo actu ſacramentalis confeſſionis, & non aliter, &c.* Cum igitur Concilium Tridentinum dicat ſolùm, quòd Epiſcopis liceat abſoluere in foro conſcientiæ, & aliud non exprimat, accipit forum conſcientiæ, vt diſtinctum à foro ſacramentali. Et ita hanc partem tenuerunt. *Nauarr. lib. 5. conſ. 1. num. 2. de priuileg. Graff. part. 1. l. 1. deciſ. 13. numer. 32. Henriquez. libr. 7. capit. 13. §. 2. Rodriquez. tom. 1 q. 20. a. 7. & q. 61. a. 10. Suarez tom. 2. de Relig. tract. 6. cap. 16. num. 4. & de cenſ. diſp. 41. ſect. 4. num. 6. Sanchez de matrim. l. 8. diſp. 34. num. 19. Daardan bulcana. § 2. quæſt. 11. num. 30. Hieron. Phar. in promp. tract. 1. ſect. 18. caſu 41. Floron. de caſibus reſeru. par. 1. cap. 4. §. 7. num. 17. Diana p. p. tract. 5. reſ. 2. Caſtro Palaus de pœnis hæret tr. 4. diſp. 4. num. 11. Boſſ. de triplici iubilæi priuilegio ſeſſ. 1. caſ. 10. num. 166. Steph. Paulin. de poteſt. Epiſc. & Abb. cap. 28. num. 178. Claud. Soler. de confeſ. cap. 30. §. 1. num. 6. Lazar. de monit. ſec. 4. q. 15. numer. 9. Leander. de S. Sacram. in part. 4. tractat. 1. diſput. 17. quæſt. 49.*

35 Limitatur nihilominus aliter hæc facultas à Concilio Tridentino conceſſa Epiſcopis, vt non ſe extendat ad caſus, qui poſt Concilium reſeruati sũt Sedi Apoſtolicæ; nam Epiſcopos non poſſe ab huiuſmodi cenſuris etiam occultis abſoluere, docent *Suarez de Relig. tract. 3. l. 4. c. 61. nu. 11. Zechius de caſibus reſeruatis caſu 1. & caſu 10. Vega in ſpeculo curat. cap. 12. num. 60. Genuenſ in praxi. cap 66. nu. 11.* quos refert, & ſequitur *Garzias p vndecima cap. 10. à num. 122.* affirmans ità declaraſſe Greg. XIII. audita relatione Sacræ Congregationis. Nihilominùs alij oppoſitum docent, ſcilicet *Nauar. conſ. 10. de priuileg. Rodriq. in ſum. cap. 81. num. 4. Vega in ſum. 2. p. cap 13. caſu 2. Lauret. lib. 1 diſp. 1. q. 6.* Alij media via incedunt, & aſſerunt primam ſententiam eſſe veram, ſi in noua conſtitutione ponatur aliqua clauſula derogans Concilio, *Toletus l. 1. c. 41. Suar. tom. 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. num. 14. fin.* Sed quantum ad derogationem, ſemper Papa derogat Concilio Tridentino, ſi aliquid in contrarium diſponit; quoniam ad derogandum Concilio Tridentino non ſunt neceſſariæ ſpeciales derogationes, vt infra ex conſtitutione Pij Quinti dicitur. Sed punctum eſt, quia ſecunda opinio prætendit, quod noua reſeruatio non ſit contraria Concilio Tridentino, per quod ſtatutum eſt, vt reſeruatio ſic debeat intelligi, vt non ſe extendat ad Epiſcopum, ſi delictum ſit occultum, ideò quælibet noua reſeruatio ſic debet intelligi, vt ordinariæ clauſulæ non obſtantium etiam ampliſſimæ, etiam vrgentiſſimæ non obſtent, quia ſemper caſus eſt Papæ reſeruatus, neque huius contrarium diſponit Concilium, quod non tollit reſeruationem, ſed eam ſupponit, dans tamen Epiſcopo facultatem in occultis abſoluendi, & determinat legem reſeruationis eſſe ſic intelligendam. Et ideò quamuis Papa ſibi de nouo reſeruet caſũ, cũ clauſula non obſtantibus, &c. hæc clauſula facit, vt nihil obſtet, quin caſus ſit reſeruatus, cum quo ſtat, quod ab eo ſi ſit occultus poſſit abſoluere Epiſcopus, niſi Papa expreſsè, vel æquiualenter decernat ſe nolle, quod Epiſcopus abſoluat. Nihilominus quia *Garzias, & Suarez*, & alij referũt Greg. XIII. audito voto Congregationis declaraſſe, quod decretum Concilij non ſe extendit ad caſus de nouo poſt Concilium reſeruatos, prima ſententia, quæ hoc idem docet, eſt amplectenda.

36 Addendũ vero eſt, quòd adhuc ſtãte 2. ſentẽtia non poteſt Epiſc. abſoluere ab omni excommunicatione occulta, quia non poteſt abſoluere ab excommunicatione occulta contracta ex fractione conſtitutionis Pij Quarti *In eligendis*, & Gregorij XV. *Aeterni Patris*, editis pro electione Summi Põtificis. Verùm quidem eſt, quòd hanc exceptionem

non

Digitized by Google

non admittant. *Caſtro Palaus tom 6. diſp.3. pun.28. num.3.* & alij. Ratio horum eſt, quia in præfatis conſtitutionibus nnn derogatur expreſsè Concilio Tridentino concedente Epiſcopis facultatem abſoluendi ab excommunicationibus occultis, at verò ad derogandum Concilij Tridentini decretis, neceſſaria eſt ſpecifica, & expreſſa mentio, qualis eſt neceſſaria ad derogandum Concilijs generalibus, vt tradiderunt *Thomas, Hurtado, Moneta, Couarr. Gutierez, Henriq. Vinal.* quos refert *Diana par.12. tract.de collocut.temp.conclaus, reſol.21. Sanchez l.3. de matrim.diſp.26 num.7. Candidus tom.1. diſq.3.nu. 28. Ludouicus Beltrandus in reſolut. theologicis, Belgicis tract.1.quæſt.1.a.1. Leander de cenſur. tom 4.tradit.11. diſp.12. quæ.45. Antonius Franciſ. in paſtoral. tract.4.q.20.numer.12.*& alij. Sed & hoc fundamentum non ſubſiſtit, vnde & aſſertio non eſt ſuſtinenda. In conſtitutione enim Pij IV. & Gregorij XV. reſeruatur excommunicatio, ita vt nec ſummo Pœnitentiario relinquatur abſoluēdi facultas, ſic enim in conſtitutione Gregorij XV. §. *Quod ſi electio,* dicitur. *A qua, ſicut ab alia quacunque in hac conſtitutione impoſita, & irrogata, ſeu infra imponenda, & irroganda pœna excommunicationis, tam ipſi, quam quilibet alius, ſiue S. R. E. Cardinalis, ſiue alia perſona cuiuſcunq; gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, à nullo, neque etiam à maiori Pœnitentiario cuiuſcunque facultatis vigore, præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui poſſit.* In fine verò conſtitutionis. §. *Non obſtante, &c.* derogat ampliſſimè cōſtitutionibus, etiam in Concilijs Generalibus promulgatis, quatenus decretis in ea conſtitutione contradicunt. Quamobrem dicēdum eſt illam excommunicationem ſpeciali modo reſeruatam fuiſſe, & taliter, vt nullus Papa inferior poſſit extra caſum mortis ab ea abſoluere. Nam & non eſt veriſimile, quòd Pontifex voluerit negare maiori Pœnitentiario, quod conceſſum eſſet Epiſcopis. *Bonac.de elect.Pont.diſp.2.quæſt.7.n.3. Diana vbi ſupra reſol.23.*

36 Et magis hæc ſententia confirmatur ex eo, quod oppoſitæ ſententiæ fundamentum manifeſtè eſt falſum. Tùm primò, quia Greg. XV. in præfata conſtitutione expreſsè derogat etiam decretis Conciliorum generalium cum clauſula, *quorum tenores, &c.* quæ operatur ſpecificam, & expreſſam mentionem. *Gonz.ad reg.8. Canc. gloſſ.36. num.29. Put. deciſ. 104. l.1. & 303. l.3. Rota deciſ. 213. numer.1. & deciſ.161.p.2.diuer. & deciſ. 460. numer.4. par.1. Recent. & dic.109.num.10. coram Gregor.XV.* Tum ſecundò, nam quando per propriam ſignaturam Papa reſcribit, aut decernit, ad derogandum Concilij Tridentini decretis, nedum non eſt neceſſaria ſpecialis mentio dicti Concilij, ſed nec generalis derogatio eſt neceſſaria, prout declarauit Pius Quintus in quodam motu proprio dato anno 1570. & publicato in actis Cancellariæ die 23. Decembris eiuſdem anni, quem refert *Garzias de benef. par.4. cap.5.nu.23.* & eſt tenoris ſequentis, videlicet, *motu proprio, &c. Cum plerumque contingat dubitari in cauſis Rotæ Auditorio noſtro, & alibi pendentibus ſuper prouiſionibus, & commendis, vnionibus, & alijs diſpoſitionibus, ac alijs gratijs Apoſtolicis, quæ contraueniunt decretis Concilij Tridentini, ſit opus ſpeciale derogatione eiuſdem Concilij. Nos quæcunque dubia deſuper mota, & mouenda ſubmouere volentes, ac quorumcumque decretorum Concilij huiuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili, &c. ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitutione declaramus, neque ſpeciali, neque generali derogatione eiuſdem Concilij opus fuiſſe, & eſſe in quibuſuis collationibus, prouiſionibus, commendis, vnionibus, &c. & alijs diſpoſitionibus, de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorumuis ordinum Regularibus etiam Monaſterijs Conuentualibus, & Conſiſtorialibus, ac curam animarum habentibus, quæ quomodolibet vacarunt, & vacabunt, ac etiam gratiam, & iuſtitiam concernentibus, & alijs gratijs, ac conceſſionibus Apoſtolicis per nos, & fælic. recordat. Pium Papam Quartum prædeceſſorem, nec non quoſcunque Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, noſtra tamen, & prædeceſſoris, ac ſucceſſorum prædictorum propria manu ſignatis ac Sedem Apoſtolicam quibuſuis perſonis collegijs, ac alijs pijs locis, & alias quomodolibet factis, & faciendis, ac conceſſis, & concedendis, & ita per quoſcunque iudices, &c. & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſuis cauſis etiam per appellationem pendentibus iudicari, & definiri debere ſublata, &c. irritum quoque decernimus volentes præſentis noſtri motus proprij ſchedulam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius libro quinterno nuncupato deſcribi, non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis ſtylo Palatij, &c. cæteriſque contrarijs quibuſcunque, placet motu proprio.*

37 Quo ſtante motu proprio ad derogandum decretis Concilij Tridentini non eſſe neceſſariam ſpecialem expreſſionem, & derogationem, quando Papa diſponit per propriam ſignaturam, docuerūt *Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſſ.6. numer.120. Mart.de clauſ.p.4.clau.14.nu.3. Bonac.de cenſur.diſp.2.quæſt.5. p.2.num.8. Mareſc.var.reſol.l.2.cap.78.n.41. Gratian. diſcept.for.tom.5.cap.940.n.15.& 16.& cap.990.nu. 13. Honor.ad decret. tit.de conſt.1.nu.11. Sigiſm.de Bononia de elect.dub.5* Garz. *vbi ſupra, & part.5.cap.8. num.87. Rota in vna S. Angeli penſionis 16. Decembris 1594. coram Pamphil. Seniore, & in Bononien. Prioratus 9. Iunij 1606. coram Manzanedo. & deciſ. 179.n.6.& dec.687.num.24.par.2. Recent.& dec.601. coram Caualerio, & in Ferent. penſionis 23. Ianuar. 1642. coram Ortembergo, Ricciul. Monet. Maſſorb. Ferentil.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad ſeſſ.25 cap.21.de reform.Concil.Trident & clauſ.82.num.14 & de off.Epiſc. alleg.33. n.24. Verbius in praxi diſp. 13.fin. Paſqualig.quæſt.106.nu.9. Bordon. controu.49. num.13. Martinez de Prado in quæſt.moral.cap.5.q.4. num.26. Samuel.de elect tr.1.diſp.1. controu.11. nu.11. Diana vbi ſupra reſol.23.*

38 Et aduertendum, quòd motus præfatus Pij Quinti eſt declaratio, & ideò ſequitur, quòd ex natura ipſa rei non ſit neceſſaria maior, & expreſſior derogatio ad derogandum Concilio Tridentino; quia declaratio non variat rem, nec illi [illegible] ſed quod intus in re eſt, explicat, & d[illegible] *Clement.exiui.§.harum declarationum, de verbor.ſignif. Gloſſ.in verb.de nouo, capit. per tuas, de donationibus* Cum verò ſatis communiter Doctores teneāt, quod ad derogandum decretis Concilij generalis ſit neceſſaria expreſſa eius mentio, ſeu ſpecialis deroga-

tio, quod hoc non ſit verum de Concilio Tridentino communiter aſſeritur, ex eo quòd ſit diſcrimen inter huiuſmodi Concilia, quia in Concilio Tridentino ſeſſ.25. de reformat. capit.21. decernitur, vt in decretis dicti Concilij, ſalua ſemper ſit auctoritas Sedis Apoſtolicæ. Verùm quòd hoc diſcrimen non ſubſiſtat, apparet ex *cap. ſignificaſti* 4. *de elect.* ibi *Aiunt in Concilijs ſtatutum non conueniri, quaſi Romanæ Eccleſiæ legem concilia vlla præfixerint, cum omnia Concilia per Romani Pontificis auctoritatem, & facta ſint, & robur acceperint, & in eorum ſtatutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.*

39 Ex his igitur ſatis pro nunc conſtat, qualiter Epiſcopi per facultatem ſibi tributam à Concilio Tridentino poſſint abſoluere ab occultis cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Et quia eadem facultas conuenit Prælatis Regularibus, vt probatum eſt, quæ de Epiſcopis dicta ſunt, intelligenda ſunt, vt cum proportione dicta de huiuſmodi Prælatis.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegium Gregorij Vndecimi pro Ord. Prædic. num.40.*
2 *Priuilegium maris magni pro Mendicantibus. numer.40.*
3 *Limitatio, & exceptio quatuor caſuum. numer.40.*
4 *Priuilegium pro Ordine Prædicatorum, & Minorum prius limitatum à Sixto Quarto, & poſtea extenſum. n.41.*
5 *Facultas abſoluendi ex dictis priuilegijs. n.42.*
6 *Priuilegium Pauli Tertij pro Societate. nu.43.*
7 *Aliud priuilegium pro confeſſarijs reuocatum. numer.44.*
8 *Priuilegium Gregorij XIV. pro Eremitis Camaldulen. n.45.*
9 *Priuilegium Pij Quinti pro Caſſinenſibus. numer.46.*
10 *Priuilegium Greg. XIV. pro Clericis miniſtrantibus infirmis. n.47.*
11 *Priuilegium Iulij II. pro Ord. Prædic. abſoluendi a caſibus bullæ cœnæ. n.48.*
12 *Priuilegium Iulij III. & Greg. XIII. pro Societate abſoluendi hæreticos etiam relapſos. n.49.*
13 *Priuilegia alia minoris efficaciæ indicantur. numer.50.*

40 QVæritur quintò, quæ priuilegia habeant Prælati Regulares abſoluendi ſuos a caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis? Eſt verò conſiderandum primò, quod plura priuilegia fuerunt Regularibus conceſſa, circa hanc partem. Nam Greg. XI. in bulla, *Virtute conſpicuos 7. in bullario*, conceſſit Ordini Prædicatorum priuilegium ſequens, à pluribus Pontificibus confirmatum, & à Sixto Quarto in bulla dicta, *Mare magnum roboratum*, & quod eſt ſequentis tenoris, videlicet *Magiſter quoque, & ſinguli Priores Prouinciales, Conuentuales, ac vices eorum gerentes in prouincijs, ac locis ſibi commiſſis prædictis fratribus conſtitutis ibidem, nec non & fratribus alijs eiuſdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecumque abſolutione, & diſpenſatione indigentibus, ſiue antequam intrauerint ordinem, ſiue poſt in caſibus, in quibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias à iure, vel à Iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico interdicto celebrantes, vel recipientes ordines, ſic ligati, notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri: niſi adeo grauis fuerit, & enormis exceſſus, quòd ſint ad eandem ſedem meritò deſtinandi.* Qui verò ſint illi, qui ad Sedem Apoſtolicam eſſent deſtinandi, explicauit idem Sixtus Quartus, per hæc verba. *Declaramus hæreticos relapſos, ſchiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles prohibita detuliſſent, dumtaxat eſſe ad Sedem Apoſtolicam merito deſtinandos, reliquis vero omnibus etiam ſimoniæ prauitate qualitercunq; irretitis poſſe per illos, quibus mihi conceditur abſolutionis beneficium, & diſpenſationis iuxta caſuum indigentiam impartiri.* Idē priuilegium pro Ordine Minorum habetur in eorū mari magno apud *Lezanam.* §.12. & 40. & in mari magno Eremitarum S. Auguſtini, §.43 & in mari magno Carmelitarum §.54. & 62. & in mari magno Seruitarum §.35. & in mari magno Minimorū §.29. & pro Patribus Societatis in Conſtitutione 48. *licet debitum*, quæ eſt Pauli Tertij, in bullario Societatis pag.28. Diſcrimen verò eſt quoad perſonas, quibus hæc abſoluendi facultas conceditur; quia in aliquibus nō eſt conceſſio tam ampla, qualis eſt in Ordine Prædicatorum, in quo hæc facultas conceſſa eſt etiam Prioribus Cōuentualibus, & eorum vices gerentibus. In omnibus verò præfatis conceſſionibus adeſt limitatio, vt in illis quatuor caſibus, ſcilicet relapſorum in hæreſim, ſchiſmaticorum, falſificantium literas Apoſtolicas, & portantium prohibita ad infideles, delinquentes ſint ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi.

41 Eſt verò conſiderandum, quòd Sixtus IV. in Conſtitutione 19. *Sacri Prædicatorum, & Minorū Ordines*, quæ dicitur, bulla aurea reſtrinxit facultatem abſoluendi datam Ordinibus Prædicatorū, & Minorum, ad Magiſtros Generales, vel eorum Vicarios, & eos, quibus Magiſter, aut eius Vicarius duxerit committendam eſſe: vnde in vi dictæ reſtrictionis ſolus Generalis, & eius Vicarius, vel alij ex eorum commiſſione poterant vti facultate illa abſoluēdi, poſita in mari magno. Sed nihilominùs idem Sixtus IV. iterum indulſit Vicario, & Prioribus, eorumque vices gerentibus obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, vt poſſent vti facultate abſoluendi conceſſa in mari magno, vt referunt *Vrecanus in ſummar. conſtit. par.2. cap.65. & Caſarubias in compend. priuil. v. abſolutio ordinaria, quoad fratres*, §.33. *Vobis*, inquit, *& cuilibet veſtrum facultatem, & poteſtatem concedimus abſoluendi, & diſpenſandi cum fratribus, ſicuti alias ex priuilegio, quod dicitur mare magnum poteratis, antequam bullæ aurea emanaſſet.* Et vt refert *dict. Caſarubias ibid.* §.34. idem Sixtus IV. conceſſit toti Ordini Prædicatorum, quod Generales, & Prouinciales, & eorum Vicarij pro tempore exiſtentes, & ij quibus ipſi duxerint committendum, habeant eandem abſoluendi facultatem, & diſpenſandi, quam habebant ex mari magno, ſeu alijs literis Apoſtolicis ante reſtrictionem bullæ aureæ. Priores verò Conuentuales illam ſolummodò auctoritatem habere cenſerentur, quàm priùs habebant ex priuilegijs,

& lit-

Digitized by Google

& literis prædeceſſorum eiuſdem Sixti. Et quia per conceſſionem Gregorij Vndecimi Priores Cóuentuales poterant abſoluere, & diſpenſare ſuos fratres in omnibus caſibus ijs ſolis exceptis, qui eſſent adeo enormes, vt meritò delinquentes eſſent deſtinandi ad Sedem Apoſtolicam, iam nedũ ex vi communicationis priuilegij dati pro Prioribus obſeruantiæ Hiſpaniarum & Lombardiæ, ſed etiam ex vi vniuerſalis reuocationis Bullæ aureæ pro hac parte, Priores in hoc ordine habent facultatem abſoluendi ſuos fratres ab omnibus caſibus, & cenſuris quantum poterant ex vi priuilegij Maris magni; quia quatenus aderat aliqua differentia inter priuilegium Gregorij Vndecimi & Maris magni quòd in hoc declarabatur illa clauſula, quatenus exceſſus non eſſent adeo enormes, vt eſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinandi delinquentes, & ad ſolos præfatos quatuor caſus limitabatur, in hoc quoque priuilegio communicant Priores totius ordinis, immo eorum Viceſgerentes ex communicatione cum priuilegio conceſſo Prioribus, & eorum Viceſgerentibus in obſeruantia Hiſpaniæ, & Lombardiæ. Et propterea in Conſtit. d. Ordinis *diſt. 1. cap. 14. §. 2. in Gloſſa lit. C.* dicitur. *Quilibet tamen Prior in ſuo Conuentu. cum habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt quemcumque Fratrem Ordinis noſtri, etiam hoſpitem ad ſuum Conuentum venientem à quocumque peccato & ab omni ſententia iuris & iudicis generaliter, et non in particulari prolata abſoluere niſi fortè talis eſſet exceſſus, vt meritò Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.*

42 Quantum igitur ſit ex his priuilegijs nedum Prælati Ord. Præd. ſed aliorum ordinũ communicãtium adinuicem in priuilegijs, nimirum Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, ſeu Superiores locales, vel eorum Viceſgerentes poſſunt fratres in ſuis Conuentibus exiſtentes abſoluere ab omni cẽſura, & caſu Sedi Apoſtolicæ reſeruato, niſi à quatuor illis caſibus, & à cenſuris latis ab homine per ſententiam particularem.

43 Verum ex aliorum ordinum priuilegijs cum quibus mendicantes communicant, & iſtæ exceptiones ablatæ fuerunt, longè vniuerſalior facultas abſoluendi Prælatis Regularibus conceſſa fuit. In priuilegio enim pro Societate dato à Paulo III. in ſuo Motu proprio 48. quod incipit *Licet debitum*, in §. 8. quamuis adſit clauſula niſi exceſſus &c. iuxta aliorum mendicantium priuilegia, & declarationem Sixti IV. explicantis, qui ſint exceſſus, pro quibus delinquentes remittendi ſint ad Sedem Apoſtolicam, quam declarationem confirmat, nihilominùs conceſſio illius priuilegij vniuerſalior videtur per illam clauſulam, *Nec non à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis & ſecularibus ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quomodolibet latis, & promulgatis.* Vnde videtur, quod per hoc priuilegium detur facultas abſoluendi à cenſuris, & pœnis latis etiam per ſententiã ſpecialem, quomodolibet ab homine, de quo tamen infra eſt diſputandum. Hæc nihilominùs facultas ibi non conceditur niſi Præpoſito Generali, vt exequenda per ipſum, vel per illum aut illos, cui, vel quibus eam delegauerit. Ibi. *Ac eiſdem Ignatio, & alijs Generalibus Præpoſitis pro tempore exiſtentibus, vt per ſe, vel alios ad id per eos pro tempore deputatos &c.*

44 Refertur etiam à Confectio alia Bulla Pauli Tertij pag. mihi 151. & inter Bullas Pauli Tertij ibi relatas tertia, quæ etiam habetur in Bullario Societatis pag. 19. in qua Confeſſarijs dictæ Societatis cóceditur ampliſſima facultas abſoluendi per hæc verba. *Nec non illis ex vobis, qui presbyteri fuerint, quorumcumque vtriuſque ſexus Chriſtifidelium ad vos vndecumque accedentium confeſſiones audiendi, & cõfeſſionibus diligenter auditis ipſos, & eorum ſingulos ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque grauibus & enormibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & à quibuſuis, ex ipſis caſibus reſultantibus ſententijs, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis (exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini ſolita eſt legi) abſoluendi, ac eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungendi &c.* Quamuis verò hoc priuilegium ſit reſtrictius ex ea parte, qua excipit omnes caſus contentos in Bulla Cœnæ (de qua tamen exceptione infra eſt dicendum) tamen eſt ampliſſimum reſpectu perſonarum, cum competat omnibus Sacerdotibus, deputatis tamen à ſuperioribus ad confeſſiones audiendas. Sed hoc priuilegium reſpicit confeſſiones ſecularium, & eſt reuocatum. Intra Religionem enim nullus ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere à caſibus Papalibus, niſi à Prælato hoc ei committatur.

45 Tanquam amplum refertur etiam priuilegium conceſſum Eremitis Camalduleuſ. à Gregor. XIV. in ſuo Motu proprio, 18. quod incipit. *Ex iniuncto &c.* Vbi §. 6. *Ac præterea eidem Generali pro tempore exiſtenti, vt Monachos ac Moniales Congregationis à quibuſuis etiam maioris excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, & quibus pro tempore irretiti forent, etiamſi illorum abſolutio dictæ Sedi ſpecialiter, vel generaliter reſeruata foret, ſatisfacto tamen ijs, ad quorum inſtãtiam cenſuræ ipſæ forſitan emanauerant, ac à quibuſuis irregularitatibus, tam de iure, quam ex ipſius Eremi conſtitutionibus & regularibus inſtitutis quomodolibet prouenientibus, & quibuſcumque alijs peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam talibus, quod de illis eſſet Sedes prædicta meritò conſulenda, & dictæ Sedi qualitercumque reſeruatis, exceptis contentis in Bulla in die Cœnæ Domini legi conſueta, quoties opportunum foret, eorum confeſſionibus diligenter auditis abſoluere, ac eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac ſe ipſum etiam à quocumq; alio Prælato, vel Eremita Sacerdote vices ſuas illi committendo abſolui facere, liberè, & licitè poſſet, facultatem conceſſerunt.* Hoc tamen priuilegium ex parte perſonarum abſoluentium eſt ſtrictiſſimũ, cum ſoli Generali ſit conceſſum, & reſpectu caſuum etiam, cum in eo excipiantur caſus Bullæ Cœnæ.

46 Longè amplior propterea eſt conceſſio facta à Pio V. Monachis S. Benedicti Caſſinen. in ſuam Conſtit. 129. & Motu proprio, qui incipit. *Dum ad Congregationem*, vbi in §. 1. hæc habet. *Motu itaque proprio &c. omnibus, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus Abbatibus, & Prælatis Congregationis huiuſmodi, quoſcumque illius pro tempore exiſtentes Monachos, Conuerſos, commiſſos, & oblatos, & tam Profeſſos, quam Nouitios in ea tamen perſeuerantes, à quibuſuis criminibus, reatibus, culpis,*

cenſuris, & pœnis, per eos & eorum quemlibet, tam ante, quam poſt illorum in congregationem huiuſmodi, ac Monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem regularem ibidem per eos emiſſam, ex quauis cauſa, & ob quemuis exceſſum, & delictum, publicum, vel occultum, caſu ſeu data opera quomodolibet ab eis & ſingulis, etiam ſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio, non tamen poſt ingreſſum huiuſmodi pro tempore ſubſecutum, ſeu ſubſecuta fuerit, incurſit, & in futurum incurrendis, etiã ſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehenſis in Bulla quæ die Cœnæ Domini ſingulis annis legi conſueuit, fuerint, plenariè toties quoties opus fuerit, iniuncta ſibi pro modo culpa pœnitentia ſalutari, quo ad reatum homicidij in foro conſcientiæ tantùm abſoluendi, & liberandi, ac in priſtinum & eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant & fuerunt ſtatũ reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam ſiue notam inde quomodolibet inſurgen. & ab eis, & ab eorum quolibet prorſus abolen. &c. licentiã & facultatem liberam. Apoſtolica authoritate tenore præſentium perpetuò concedimus, & elargimur. Hoc enim priuilegium ampliſſimum eſt, & cum expreſsè cõprehendat etiam caſus Bullæ Cœnæ Domini, nullus remanet, quem non comprehendat; cum in ea Bulla contineantur etiam illi caſus, quos Sixtus Quartus & alij Pontifex declarauerunt eſſe tales, vt pro eorum abſolutione petenda ſit Sedes Apoſtolica. Eſt verò idem priuilegium amplum etiam reſpectu perſonarum, quibus conceditur facultas abſoluendi, quia conceditur ſingulis Abbatibus, & Prælatis dicti Ordinis. Sed amplum eſt etiam reſpectu qualitatis delictorum & modi abſoluendi, quia ſe extendit expreſsè etiam ad delicta publica, & ad forum externum; quia cum excipiendo de ſolo homicidio dicat delinquentes eſſe abſoluendos in foro cõſcientiæ tantùm; igitur reſpectu aliorum delictorum dat facultatem abſoluendi etiam extra forum conſcientiæ, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

47 Amplum quoque eſt priuilegium Clericis miniſtrantibus infirmis conceſſum à Gregor. XIV. in ſua Conſtit. 17.§.27. ibi. *Ac pro tempore exiſtenti Præpoſito Generali huiuſmodi, per ſe, vel alium, ſeu alios, ad id per eum pro tempore deputatum, ſeu deputatos, omneſque & ſingulos eiuſdem Congregationis ſocios, & perſonas ſub eius obedientia, diſciplina, & correctione pro tempore degentes, ab omnibus & ſingulis eorum peccatis, ante vel poſt ingreſſum in dictam Congregationem per eos commiſſis, nec non à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis & ſecularibus ſententijs, cenſuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, non tamen nominatim, quomodolibet latis, & promulgatis, & huiuſmodi ſententijs innodatos, aut in locis Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, diuina officia celebrantes, & ſuſcipientes, & cenſuris huiuſmodi ſic ligatos, & proptèrea, aut alias ex quocumque capite, vel cauſa, præter quam homicidij voluntarij, bigamiæ, ac membrorum mutilationum irregularitatem incurrentes, Apoſtolica authoritate in foro conſcientiæ tantùm abſoluere, nec non cum eis, ſi opus fuerit, etiam cum rehabilitatione, & abſterſione inhabilitatis, & infamiæ maculæ diſpenſare: ita tamen quod ſic abſoluti, & diſpenſati pro tempore, ſi ab huiuſmodi Congregatione quandocumque egrediantur, eo ipſo in priſtinas ſententias, à quibus eos abſolui contigerit, relabantur, & reincidant.*

48 Quantùm autem ad caſus Bullæ Cœnæ Iulius Secundus in Bulla, quæ incipit *Exponi nobis*, data 27. Februarij 1510. cuius partem refert *Vrceanus in ſum. Conſtit. Ord. Præd. par. 2. cap. 65.* & habetur per extenſum in Appendice Bullarij Caſſinen. & eſt Conſtitut. ibi 347. hæc habentur. *Volentes, occaſiones tollere ambigendi, attendentes que, quod multa in prædicta declaratione conceſſa ſunt, quæ in Bulla prædicta continentur, eiuſdem ſanctæ Sedis authoritate decernimus, quod illi, quibus in prædicta declaratione conceſſa eſt poteſtas abſoluendi & diſpenſandi, licitè poſſint perpetuis temporibus abſoluere, & diſpenſare ab omnibus, & ſingulis, ac ſi prædicta Bulla in Cœnæ Domini, non eſſet facta, nec fieret, præter quam à conſpiratione in Romanũ Pontificem, & ab illis propter quæ prædictus prædeceſſor noſter declarãdo voluit, ad eandem ſanctam Sedem etiam recurrendum.* Hoc verò priuilegium reſtrictius eſt, quia non comprehendit omnes caſus Bullæ Cœnæ, ſed excipiuntur quatuor iam excepti à Sixto IV. & vlteriùs quintum conſpirationis in Summum Pontificem.

49 Quoniam verò inter omnes caſus Bullæ ſpecialiſſimus eſt caſus hæreſis; nihilominus Iulius Tertius in ſua Conſtit. *Sacræ Religionis*, quæ habetur in Bullario Societatis pag. 65. conceſſit Præpoſito Generali dictæ Societatis, vt per ſe vel per alios poſſet ab hæreſi ſuos abſoluere, ibi. *Ac quoſcumque à caſibus hæreſis, & alijs contra fidem, & conſequentibus cenſuris quibuſcumque etiam per te, & ſucceſſores tuos, vel alios ſimiliter profeſſos ad id idoneos per te, & pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem Societatis huiusmodi deputandos, abſoluendi, & quatenus opus ſit in foro conſcientiæ diſpenſandi, &c.* Addit verò *Suarez to. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. c. 21. n. 2. Greg. XIII.* conceſſiſſe Societati facultatem *abſoluendi ab hæreſi & à relapſis etiam in hæreſim, eos omnes, qui ſub Societatis obedientia viuunt*, vt dicitur in *Compend. Priuil. Soc. v. abſolutio, §. 6. & 9.* & idem *Suar. ibid. num. 4.* refert Greg. XIII. conceſſiſſe Societati, vt nullæ eius facultates per Bullam Cœnæ Domini reuocatæ cenſeantur, vt refertur in *Compen. Societ. v. Bulla Cœnæ §. 2.*

50 Plura alia priuilegia referunt *Monum. Ord. & Caſarub. in Compend. & alij DD.* quæ ſunt minoris conſiderationis. Et ſi hæc nõ ſubſiſtunt, de illis non eſt curandum, quia multò magis reuocata cẽſenda ſunt; cum iſta habeant ad futuras diſpoſitiones clauſulas derogatorias ampliſſimas & validè firmas. Si vero iſta ſubſiſtunt, poſſunt Regulares à ſuis Prælatis abſolui ab omnibus cenſuris etiam in Bulla Cœnæ contentis. Vt igitur appareat, an & qualiter prædicta priuilegia nunc vigeant, & quã facultatem habeant Prælati Regulares abſoluendi à cenſuris ſuos ſubditos, plura dubia proponenda ſunt, & ſoluenda.

S V M M A R I V M.

1 *Regulares poſſe abſoluere ſuos à caſibus Bullæ Cœnæ, aliquorum opinio. n. 51. 52. 53.*

2 *Facultas abſoluendi ab hæreſi, et alijs caſibus Bullæ Cœnæ conceſſa Epiſc. à Concil. Trid. eſt reuocata. n. 54.*

Non

3 *Non poſſunt Prælati Regulares abſoluere ſuos à caſibus Bullæ Cœnæ. n.55.*
4 *Priuilegium Pij V. pro Caſſinenſ. reuocatum. num.55.*
5 *Regulares ac ſi eſſent expreſsè nominati comprehenduntur ſub diſpoſitionibus generalibus Pontificum, ex Conſt. Vrb. VIII. n.56.*
6 *Decreta Sac. Congregationis authoritate Clement. VIII. & Pauli V. & Vrb. VIII. edita reuocantia priuilegia abſoluendi facta Regularibus. num.57.*
7 *Præfata decreta loquuntur de abſolutione ſecularium. n.58.*
8 *Priuilegia abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ reuocari per eandem Bullam, decernunt decreta Sac. Congreg. n.59.*
9 *Bulla Cœnæ prohibet abſolui etiam à caſibus occultis in ea contentis. n.60.*
10 *Priuilegia Regularia ex noua confirmatione reuiuiſcere poſſunt. n.61.*
11 *Priuilegia Regularium contra Bullam Cœnæ non reuiuiſcunt. n.61.*

51 QVæritur igitur ſextò. An Prælati Regulares abſoluere poſſint ſuos ſubditos à caſibus Bullæ Cœnæ etiã à crimine hæreſis. & ab excommunicatione propter dictum crimen? Et videtur affirmatiuè reſpondendum ex duplici capite. Primò ex conceſſione facta Epiſcopis à Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. de reform. quam conceſſionem eſſe communem Prælatis Regularium ex iure communi, & priuilegio Pij Quinti conceſſo Ord. Præd. ſupra probatum eſt. Concilium enim expreſsè hanc facultatem abſoluendi hæreticos occultos in foro conſcientiæ concedit Epiſcopis, ibi. *Idem & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum Vicarijs ſit permiſſum.* Hac enim facultate poſſe nunc quoq; vti Epiſcopos, ex eo videtur probari, quòd hęc facultas non conuenit Epiſcopis ex priuilegio, ſed eſt facultas ordinaria cõceſſa dignitati; ideo per Bullam Cœnæ non derogatur huic facultati conceſſæ à Concilio Epiſcopis; quia in Bulla Cœnę derogatur priuilegijs non verò coarctatur facultas ordinaria Epiſcoporum. Ideo ab hæreſi non deducta ad forum contentioſum, nec notoria, aut publica poſſe Epiſcopum abſoluere in foro cõſcientiæ tenuerunt. *Bannes 2.2.q.11. art.4.d.2. poſt 2. concl. arg.3. Aragon. ibi a.3. Sà v. Epiſc. nu.37. Rodr. tom.1. in ſum. c.131. n.3. & in explic. Bullæ Cruciatæ, § 9. n.70. & tom 1. q.20. art.10. Nugnez in add. ad 3. p. q.8. ar.5. dub.10. ad fin. Henriq. in ſum. lib.6. cap.14. §.7 lit. M. & cap.16. §.1. & lib 13. cap.27. §.5. lit. Q. Petr. de Ledeſma par.2. tract.1. cap. concl.20. diff.7. Granado in 2.2. contr.1. tract.15. diſp.15. ſect.2. n.8. Portel. in addit. ad dubia Regularia v. Epiſcopus nu.1. Souſa in Bullam Cœnæ cap.23. diſp.100. concl.3. n.7. Lorca 2.2. q.11. art.4. diſp.45. nu.10. Suarez tom.4. de Relig. tr.8. l.2. cap.21. a nu.1. Peyrin. ad Conſtit.4. Sixti IV. §.5. n.10. & ſeqq. Donat. p.1. tr.13. q.17 & p.3. tract.11. q.17 Leander p.4. tract.11. diſp.7. q.45.* & multi alij quos refert, ſed non ſequitur *Barboſ. de off. Epiſ. alleg.40. num.21.*

52 Secundo videtur, quod hæc facultas abſoluendi Regulares à cenſuris & caſibus Bullæ Cœnæ, etiam ab hæreſi competat Regularibus ex priuilegijs expreſsè hoc concedentibus, vt patet ex priuileg. Iulij Secundi pro Ord. Prædic. Pauli Tertij & Gregor. XIII. pro Societat. & Pij Quinti pro Caſſinenſibus. & ideo hanc partem tenent *Rodriq. tom.1. q.20. art.9. Alexinus de poteſt. Abb. cap.27. Io. Canart. in compend. priuil. Ord. Minim. pag.24. Suarez tom.4. de Relig. tr.8. lib.2. cap.21. n.3. Molfes. 1. p. tr.7. cap.18. Mirand. tom.2. q.7 ar.3. & q.9. art.10. Peyr. ad Conſt. 4. Sixti IV. n.10. Donatus ſupra citatus. Filliuc. to.1. tract.8. cap.10. n.265. Leand. par.4. tr.11. diſp.17 q.73. 74. & 76.*

53 Poteſt verò probari hæc ſententia. Primò ex ratione *Rodriquez Suarez & Peyr.* quia ſicut in conceſſione Generali caſuum ad Summum Pontificem ſpectantium non veniunt caſus Bullæ Cœnæ, vt communis fert opinio, ſed requiritur quod in ſpecie concedantur, ita in reuocatione generali priuilegiorum abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis non comprehenduntur ea, quæ expreſsè abſolutionem caſus dictæ Bullæ concedunt, ſed requiritur, quòd de eis fiat expreſſa mentio. Nã per eaſdẽ cauſas ſoluitur res, per quas naſcitur, *l. Prout quiſque, ff. ſolut. matrim.* Ergo ſicut ad concedendum abſolutionem à caſibus Bullæ Cœnę requiritur expreſſa mentio, ita ad dictam conceſſionem tollendam. Secundò quia priuilegia hanc abſolutionem concedentia clara ſunt, & expreſſa, & nulli inferentia præiudicium, & conducunt ad diſciplinam regularem; vnde ſunt vndequaque fauorabilia, & latè interpretanda; & aliàs nullo authentico teſtimonio conſtat eſſe reuocata. Tertiò quia militat nunc etiam ratio, quæ mouit Summos Pontifices ad cõcedenda huiuſmodi priuilegia, nimirum ad tollendas Regularium vagationes, & ad illorum quieti conſulendum, vt colligitur ex *cap. Cum ſingula de præbend. & cap. vt periculoſa. Ne Clerici, vel Monachi.*

54 Hanc ſententiam his temporibus tutam non puto. Dico igitur primò facultatem conceſſam Epiſcopis in Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. de reformatione, quantùm ad abſoluendum ab hæreſi in foro conſcientiæ, & ab alijs caſibus in Bulla Cœnæ contentis nunc eſſe reuocatam, nec poſſe Epiſcopos ea vti, & ſi vtantur eſſe abſolutionem prorſus inualidam. Probatur ex clauſula huiuſcę facultatis reuocatoria, quæ in Bulla Sanctiſs. D.N. Alexandri Septimi nunc feliciter regnantis eſt infraſcripta. *Ceterum à prædictis ſententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, et Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus per Nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, literis, aut alia quacumque ſcriptura in genere, vel in ſpecie conceſſorũ, et innouatorum, aut concedendorũ, et innouandorũ.* Per huiuſmodi particulam enim dictæ Bullæ reuocantur

cantur

Digitized by Google

cantur expreſsè quæcumque facultates, & indulta abſoluendi a caſibus in dicta Bulla contentis conceſſa cuilibet ordini Religioſo, aut Epiſcopo nedũ per Sedem Apoſtolicam, ſed per quodcumq; Concilium, & nedum conceſſa de facto, aut innouata, ſed in poſterum concedenda,& innouanda. Quamobrem res certa eſt & indubia, per prædictam particulam derogari,& reuocari eam facultatẽ & indultum,quod per Concilium Tridentinum conceditur Epiſcopis abſoluendi ab hæreſi & ab alijs caſibus occultis contentis in Bulla Cœnę,eoſque tali facultate nec licitè, nec validè vti poſſe. Et ita ſecundùm hanc ſententiam in ſupremo Generalis Inquiſitionis Prætorio Romano, pronunciatum eſſe teſtatur *Peuna in direct.p.3.q.61 conſ.141.* Et ſic declaraſſe Pium Quintum, & Gregorium Decimumtertium referunt. *Fuſe.de viſit.l.2.c.31.n.5. & cap.23. num.4.Genuen.in praxi cap.67.n.10.in 2.edit. Suarez de Fide diſp.21.ſect.4.a n.4.Trullench.in expoſ.Bullæ Cruciatæ lib.1.§.7.c.2.dub 6.n.4. & alij apud Barboſ. de off.Epiſc.alleg.40.n.24* Idemq; pluries declaraſſe Sac.Congreg.Cardinalium tradunt *Piaſec. in praxi cap.1.n.13.Garz.de benef.p.11. c.10.nu.122.Sanchez lib.2.in Decal.cap.11.n.26.Stephan.Daluin.de poteſt. Epiſc.cap.18.* Et ideò hanc ſententiam amplectendam eſſe tradiderunt præter præfatos *DD. Nauar. in man.c.27.n.270.& conſ.11.de priuil.Maiol.de irregul lib.5.c.46.num.6.Tolet.in explic.Bullæ Cœnæ, ex. com.14.Suarez.tom.4.diſp.30. ſect.2.nu.11. & tom.5. diſp.21.ſect.3.n 5.et de fide diſp.21.ſect.4.n.12. Vgol. de caſibus reſeruatis ſum.Pontif.p.2.c.2.§.4.Sayr. deciſ.16.de ſentent.excomm. Param.de orig.Inquiſ.lib.3. q.9.n.191.Molin.diſp.64.n.8. Duard.in Bullam Cœnæ lib.3.§.2.q.13.et 12. n.47. Grat.diſcept.forenſ.c.414. n.22.Farin.de hæreſi q.192.§.4.n.53. Alter.de cenſur. lib.5.diſp.22.cap.1.Diana par.1.trac.5.reſol.2.et p.4. tract.4 reſol.239* & quam plures alij quos refert, & ſequitur *Barboſ.d.alleg.40. nu.24.Azor.par.1.lib.8. cap.19. q.3. et c.20. q.10.Salolles de materijs S.officij lib.3.cap.3.n.91.Palaus p.1.tr.4.diſp.4.p.3. §.1. n.22.* Et ex dicendis circa ſequentem aſſertionem pleniùs hæc prior etiam probatur.

55 Dico ſecundò Prælatos Regulares nunc nõ habere facultatem abſoluẽdi ſuos ſubditos ab hæreſi, vel à quocumque caſu Bullæ Cœnæ,quantumnis occultiſſimo; omnemque eorum facultatem, quam circa hoc habebant vel ex Concilio Tridentino & priuilegio Pij Quinti conceſſo Ord. Præd. & concedente illis facultatem, quam Concil. Trid. concedit Epiſcopis, vel ex alijs Priuilegijs ſupra numeratis eſſe reuocatam & per Bullam Cœnæ, & per alias reuocationes authoritate Apoſtolica emanatas. Quod enim fuerit reuocata facultas conceſſa Epiſcopis & ex conſequenti ipſis Prælatis, vt habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, patet ex iam dictis. Sed nihilominus videri poterit, quòd non ſint reuocata alia priuilegia, & præcipuè illud Pij Quinti conceſſum Caſſinenſ. in ſua Conſtit.129. Per quod nedum in ſpecie conceditur Prælatis illius Relig. vt poſſint abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ, ſed in eo appoſitæ fuerunt clauſulæ fortiſſimæ contra derogatorias in futurum, ibi §.3. *Decernentes quoq; præſentes literas &c. in dicta Bulla Cœnæ Domini pro tempore contentis minimè comprehenſas eſſe, aut comprehendi debere, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri, & quoties contraria huiuſmodi emanabunt; toties eaſdem præſentes, & in iis contenta in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtituta, et perpetuò reintegrata eſſe. Sicque in præmiſſis &c.* hac enim clauſula ſtante manifeſtum videtur, quòd in Bulla Cœnæ non derogatur huic priuilegio, & quod illud validiſſimum permanet ea non obſtante, cum ſolùm per clauſulas generales, & vniuerſalem diſpoſitionem reuocentur indulta, & facultates conceſſæ, & hoc priuilegium ſit tale, vt per vniuerſales diſpoſitiones non debeat cenſeri reuocatum, & quatenus reuocaretur in priſtinum ſtatum validiſſimè reuiuiſcat.

56 Verùm hoc iam non obſtat, quia omnes huiuſmodi clauſulæ reuocatæ ſunt, & declaratum diſpoſitiones vniuerſales Summorum Pontificum in huiuſmodi puncto comprehẽdere omnes Regulares, & in ſpecie Caſſinenſes, huiuſmodi clauſulis nihil obſtantibus. Nam Vrbanus VIII. in ſua Conſtit. *Cum ſicut*, data 5. Nouembris 1631.(& eſt 117. ſeu 8. in Appendice ad 4. tomum Bullarij Romani) decreuit quod Conſtitutiones, & ordinationes Pontificum in concernentibus fidem, & eius propagationem, & præſertim in eis quæ in Congreg.S.Officij, vel de Propaganda Fide coram Pontifice pertractantur,comprehendant Monachos S.Benedicti, Ciſtercien. Præmonſtrat. S.Antonij de S.Antonio Viennen. & PP.Societatis, & Regulares omnes,ac ſi eſſent nominatim expreſſi, & hoc quidem loquendo de Conſtitutionibus ante datam illius Bullæ emanatis, ſed de datis poſt illam, ita ſubdit in §.2. *Edenda verò in poſterum per nos, et Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros,tam in fauorem præfatæ Fidei Catholicæ, illiuſque propagationis et S.Officij Inquiſitionis præfati, quàm ſuper quacumque alia re, negotio, ſeu materia, Conſtitutiones, diſpoſitiones, et ordinationes huiuſmodi ſimiliter omnino comprehendant præfatos eorundem ordinum, Congregationum, Societatum, et Inſtitutorum profeſſores niſi in edendis Conſtitutionibus huiuſmodi ſpecialiter, et expreſſè excipiantur, etiam ſi ipſi priuilegia forent magis ſpeciali nota et expreſſione digni: eiſque priuilegia, gratiæ, et indulta à Sede Apoſtolica præfata, etiam ſub quibuſcumque tenoribus et formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijſque efficacioribus, et inſolitis clauſulis, ac irritantibus, et alijs decretis, etiam motu, ſcientia ac de poteſtatis plenitudine ſimilibus, et conſiſtorialiter, etiam contemplatione, et ad inſtantiam Imperatoris, Regum, et aliorum Principum, tam per viam meræ conceſſionis, quam communicationis, & aliàs quomodolibet conceſſa reſpectiuè ſint, quorum ſeu quarum vigore, vel prætextu ſint excepti, ſeu ſe minimè comprehendi prætendant in Conſtitutionibus generalibus, vel alijs non facientibus plenam & expreſſam eorum mentionem.* Qua ſtante Pontificia Conſtitutione in omnibus literis Apoſtolicis generalibus, quæ à die 5. Nouembris 1631. datæ ſunt,& dabuntur in futurũ comprehenduntur etiam Regulares quantumuis priuilegiati, niſi ipſi nominatim & expreſsè excipiantur. Cum verò Bulla in Cœna Domini ſingulis annis edatur, & publicetur,& in ea generaliter reuocẽtur facultates & indulta nedum in genere, ſed in ſpecie conceſſa, ideoq; indulta quibus in ſpecie cõceditur facultas abſoluendi à caſibus eiuſdem Bullæ,& nullus Regularium ab hac vniuerſali reuocatione excipiatur, iam patet omnes ſub ea comprehendi, omneſque

& ſin-

& ſingulas facultates conceſſas cuicunque Regularium abſoluendi à caſibus dictæ Bullæ eiſe reuocatas, & ſingulo quoque anno reuocari.

57 Præterea Congregatio Epiſcoporum,& Regularium die 9. Ianuarij 1601. de mandato Clementis Octaui præcepit omnibus ſacerdotibus etiã Regularibus intra Italiam, & extra Vrbem, ne ſub prætextu facultatum, indultorum, aut quorumcũque priuilegiorum abſoluerent à caſibus clarè, vel dubiè contentis in Bulla Cœnæ, vel aliàs quomodocumque Sedi Apoſt. reſeruatis, aut in futurum reſeruandis,nec etiam à caſibus reſeruatis ordinarijs, declarando nullas abſolutiones contra huiuſmodi decretum datas. Eadem verò S. Congregat. die 76.Nouemb. 1602. decretum præfatum explicans de mandato eiuſdem Clementis Octaui, iterũ præcepit,ne aliquis ſecularis,vel regularis ſacerdos abſolueret aliquem à caſibus Bullæ Cœnæ, & reſeruatis Ordinarijs,& quantum ad alios Pontifici reſeruatos,quinq; tantum excepit, ſcilicet violationẽ immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis Gregorij Decimiquarti incipientis, *Ad tollendum, &c.* Violationis clauſuræ Monialium ad malum finem; prouocantium,& pugnantium in duello iuxta decretum Concilij Tridentini,& Conſtitutionem Gregorij Decimitertij; inijcientium violẽtas manus in Clericos iuxta *Canon. ſi quis ſuadente 17. q.4.* ac iuris diſpoſitionem; ſimoniæ realis realiter contractæ,& confidentiæ beneficialis, & caſus Ordinarijs reſeruatos;relinquẽs vt priuilegiati iuxta ſua priuilegia poſſent ab alijs Pontifici reſeruatis abſoluere; ſed quantum ad abſoluendum à caſibus Bullæ Cœnæ,& alijs exceptis reuocans omnia priuilegia per ampliſſimas clauſulas derogatorias, Superiora verò duo decreta iterum de mandato Pauli Quinti eadem Sacr.Congregat. confirmauit, die 7. Ianuarij 1617. Iterum verò eadem Sac. Cõgreg. die 17. Nouembr. 1628. ſub Vrbano Octauo eiuſdem Congregationis decretum approbante, & mandante obſeruari, declarauit, & decreuit per confirmationem priuilegiorum factam poſt Concilium Tridentinũ ea priuilegia non reuixiſſe, quæ vel per Concilium, vel per Congregationem fuerant reuocata, & in ſpecie non reuixiſſe indulta abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ reuocata per annuam eiuſdem Bullæ publicationem, ac proinde nullum ex Regularibus poſſe ſiue intra,ſiue extra Italiam abſoluere à caſibus Bullæ Cœnæ in virtute confirmationum priuilegiorum,quas obtinuerunt, vel obtinebunt. Ab alijs verò caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis regulares habẽtes priuilegia poſſe extra Italiam abſoluere, nec ea eſſe reuocata per decreta Clementis Octaui. Eadem verò Sac. Congreg. reſcribens Archiep. Neapolit. die 7. Decembris 1646. ſupradicta confirmans dixit. *Queſta ſacra Congregatione hà più volte dichiarato con ordini eſpreſſi di Clemente Ottauo di Gennaro, e Nouembre, 1602. di Paulo Quinto di Gennaro 1617. & di Vrbano Ottauo ſanta memoria di Nouembre 1628. Che tutte le facoltà d'aſſoluere da' caſi riſeruati, ò riſeruandi da gl'Ordinarÿ,ouero compreſi, ò da comprenderſi nella Bolla in Cæna Domini implicitè, vel explicitè, & altri riſeruati ſolamente alla Santa Sede nel medeſimo decreto di Nouembre 1602. conceſſa à ſecolari, ò regolari, Congregationi, ò Confraternità di qualunque prerogatiua, ò ſpecialità etiam neceſſario exprimenda, ſono ſtate annullate, & eſtinte, così dal Sacro Concilio di Trento, come dalle ſudette Conſtitutioni. Et che in vigore delle confirmationi, eſentioni, ò communicationi ottenute dopò, ò da ottenerſi per l'auenire ſotto qualſiuogliano ampliſſime clauſule, non s'intenda mai renouata la ſudetta facoltà, riſeruando ſolo gl'indulti conceſſi ſpecialmente fuori d'Italia, ò dentro à Roma, quanto alli caſi riſeruati alla Santa Sede, non compreſi nella ſudetta bolla, &c.*

58 Quamuis verò Doctores plures interpretentur huiuſmodi decreta, vt loquantur reſpectu perſonarum ſecularium, & ita verum ſit, & prohibiti ſint Regulares abſoluere ſeculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & alijs, vt ſupra Papæ reſeruatis, & reſeruatis ab Ordinarijs, non verò ſit illis interdictum abſoluere regulares, & vti priuilegijs, quæ habent à Sede Apoſtolica Prælati Regulares abſoluendi ſuos ſubditos. Sic enim huiuſmodi decreta interpretati ſunt. *Peyr.tom.3.in addit. ad Bullam Sixti Quarti anm.38.& ex Molf.p.1.tract.7.cap.21. nu.19. & 20. Vega p.1.cap.29.caſu 1.Portel. ver. Abbas, & Sonſo,& Naldo v.reſeruatio,Donatus par.1 trac.13. quæſt.19. num.25.* Quoniam in dubio ſemper iudicandum eſt, quod priuilegium non ſit reuocatum. *Grat.diſcept.forenſ.cap.893.num.57. Chokier. de conſer.Eccleſ.q.102.num.2.Peyr. vbi ſupra.* Et quia in odioſis non comprehenduntur Regulares, niſi exprimantur. *ibi. Donat.* Et addi poſſit, quod ex *Naldo v.reſeruatio,* refert idem *Peyr.vbi ſup. n.35.* nimirum Sacr. Congregationem declaraſſe decretum eiuſdem Congregationis de reſeruatione quinque caſuum prohibere abſolutionem quantùm ad ſeculares tantùm.

59 Nihilominus decreta illa conſideranda ſunt & vt ſunt lex noua priuilegia Regularium reuocans, & præcipuè in ordine ad caſus reſeruatos Ordinarijs, vel Papæ extra Bullam Cœnæ,quomodo dicta decreta conſideranda erunt in ſequenti dubio, vbi tractabitur de facultate ad abſoluẽdum in caſibus extra Bullam Cœnæ,& cõſideranda ſunt prout ſpectant ad punctum de quo agitur, & ſunt declarationes,per quas decernitur priuilegia Regularium reuocari per annuam promulgationem Bullæ Cœnæ. Quemadmodum eadem decreta conſiderauit, & expreſsè diſtinxit eadem Sacra Congregatio citata ſub Vrbano Octauo 17.Nouembris 1628. prohibitionem abſoluendi a caſibus Bullæ, decernens afficere Regulares etiam extra Italiam degentes, circa alios caſus verò Papæ reſeruatos ſolum Regulares exitentes intra Italiam, ſed extra Romam. Nam reſpectu caſuum Bullæ Cœnæ Sacra Congregatio expreſsè declarauit priuilegia regularia eſſe reuocata per annuam BullæCœnæ publicationem, ibi, *vtpotè ſublata per annuam ipſius Bulla publicationem.* Bulla igitur in die Cœnæ legi ſolita afficit regulares, & tollit priuilegia abſoluendi à caſibus in ea contentis. Tantùm igitur tollit, quantum vniuerſaliter ipſa loquitur, ipſa verò vniuerſaliſſimè loquitur, & prohibet vt nullus, ſiue ſecularis, ſiue regularis abſolui poſſi ſub prætextu cuiuſcũque facultatis cuicumque regulari conceſſæ à caſibus in ea contentis,nec ergo regulares abſolui poſſe à caſibus BullæCœnæ prædicta decreta declarãt, & decernunt. Quod confirmatur. Nam cum decreta ex mandato Clementis Octaui emanata loquantur expreſsè de ſolis Confeſſarijs intra Italiam,

& ex-

Digitized by Google

& extra Vrbem exiſtentibus, decretum eiuſdem Congregationis ſub Vrbano VIII declarauit prohibitionem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ, extendo ad regulares extra Italiam ex vniuerſalitate Bullæ Cœnæ, quæ omnes afficit, & comprehendit vbique exiſtentes.

60 Quòd verò *Peyrin. dicto num. 35. citans Sonſam, & Portel.* dicat reuocationem priuilegiorum, quæ fit in die Cœnæ intelligi de caſibus publicijs, non de occultis. Reijcitur primò, quia per dictam Bullam intelligitur ſublata facultas Epiſcoporum abſoluendi à caſibus dictæ Bullæ, & ab hæreſi, quæ erat facultas abſoluendi a ſolis caſibus occultis. Bulla igitur illa reſpicit vniuerſaliſſimè caſus nedum publicos, ſed occultos, & nullum ab illis poſſe abſolui, niſi per Summum Pontificem decernit. Secundò, quia Bulla Cœnæ non diſtinguens diſtinctionem illam de publicis, & priuatis non admittit, & minùs admitti debet ſpectata conſtitutione Vrbani Octaui ſuperiùs relata, decernente, vt Regulares ſub conſtitutionibus Pontificijs vniuerſalibus comprehendantur, niſi expreſsè excipiantur; ideò propoſitio illa, *nullus abſolui poſſit*, niſi per Sūmum Pontificem a caſibus in Bulla Cœnæ contentis vniuerſaliſſimè omnes comprehendit.

61 Eſt verò hic conſiderandum circa præfatam Conſtitutionem Vrbani Octaui, quòd eius virtus non eſt, quod conſtitutiones Apoſtolicæ non ſint reuocabiles, ſed quod conſtitutiones generales cōprehendant Regulares. Semper igitur quoad ſignificationem conſtitutio generalis comprehendit regulares, ſi ſit lata poſt Bullam Vrbani, ſed non comprehendit cum efficacia, ſi ſit illi derogatum, nec Vrbanus ſtatuit conſtitutiones eſſe irreuocabiles. Quamobrem ſi modò per nouum motum proprium Pontificis cōfirmentur priuilegia regulariū, cum ſufficientibus derogatorijs, ſimul derogatur cuilibet conſtitutioni vniuerſali comprehendente Regulares contra illorum priuilegia, & priuilegia reuocata per illam cōſtitutionem vniuerſalem iterum reuiuiſcunt. Et ſic ſi conſtitutio vniuerſaliter diſponens comprehendit Regulares, & eorum priuilegijs derogat, per nouam priuilegiorum confirmationem poſteriorem illi priori conſtitutioni derogatur, ſi habet ſufficientes clauſulas derogatorias, vel aliam vim derogandi, nec eſt neceſſaria derogatio conſtitutionis Vrbani, quia virtus eius non eſt, vt reliquæ conſtitutiones non ſint reuocabiles magis, quam ipſe ex ſe ipſis, & iure communi poſtulent. In nouis igitur cōfirmationibus etiam ex certa ſcientia, & motu proprio datis attendi debet, an contineant limitationem illam, dummodo priuilegia non fuerint reuocata, vel non; & an contineant clauſulas ſufficientes, vel aliundè ſufficientem vim ad derogandum conſtitutionibus illis vniuerſalibus. Hoc enim ſi detur priuilegia per illas conſtitutiones reuocata reuiuiſcunt nō obſtante illa Vrbani Octaui Conſtitutione. Ideò videri poſſet, quod per nouam confirmationem priuilegiorum facultas abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ reuiuixerit. Verùm conſiderandum eſt, quod hoc in ordine ad facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cœnæ, vix locum habere vnquam poteſt, cum Bulla Cœnæ quodlibet anno reuocet priuilegia antea data. Et dicta Bulla iuncta cum præfata conſtitutione Vrbani Octaui maiores vires, & efficaciam reuocandi habet reſpectu priuilegiorum Regularium, cum ex eius vi ſola vniuerſalis diſpoſitio afficiat regulares, & quibuslibet clauſulis fortiſſimis deroget, ac ſi illas exprimeret. Vnde quantùm ad hanc partem nulla Regularium priuilegia fuerunt ita confirmata, vt reuixerint contra Bullam Cœnę; eo magis, quod per præfata decreta Sacræ Congregationis decretum eſt, vt non reuiuiſcant. Et verè dicendum eſt mentem Pontificum promulgantium ſingulis annis Bullam Cœnæ eſſe, vt contra eam abſolutè nulla priuelegia reuiuiſcant. Vnde certum eſt, nullos Regulares poſſe per ſuos Prælatos quoſcumque abſolui à caſibus in Bulla Cœnæ contentis. *Caſarub. in compend. priuil. v. abſolutio ordinaria quoad fratres,* & ibi *Sorbus fol. 29. 45. & 55. Confect. in ſum. priuil. titul. de regul. canfeſ. cap. 3. Sayr. de cenſus. l. 3. cap. 26. n. 5. Graff. in appen. l. 1. c. 7. nu. 22. & 23. de caſ. reſeru. Ioan. de la Cruz, de ſtatu Relig. l. 7. c. 6. dub. 15. concl. 1. Alter. to. 2. l. 5. diſp. 22. c. 3. Duard. in expoſ. bulla cœnæ l. 3. §. 2. n. 16. Coriol. in expoſ. bull. cœnæ, ad d. §. cæterum. Sgiſ. de elect. dub. 66. n. 8. Sanch. l. 2. in decal. c. 14. nu. 26. & 27. Aldan. in comp. canon. reſol. l. 1. tit. 10. n. 15. Barb. ad c. 7. ſeſſ. 14. Conc. Trid. de Sacram. Pœnit. n. 23. & in ſum. v. abſoluere, n. 7. Lezana tom. 1. c. 19. n. 17. Diana p. 1. tract. de abſolut. ab hæreſi, reſol. 6. Lucerna Regul. v. abſolutio n. 1.*

S V M M A R I V M.

1 *Ratio dubitandi. num. 62.*
2 *Prælati Regulares ſuos abſoluunt ab omni cenſura extra bullam cœnæ, quæ non ſit ſpeciali modo reſeruata. n. 63.*
3 *Etiam ſi cenſura ſit publica. n. 64.*
4 *Decreta S. Congreg. ſub Clemente Octauo, Paulo Quinto, & Vrbano Octauo prohibentia abſolutionem à caſibus Papæ reſeruatis loquuntur de Confeſſarijs reſpectu ſecularium non de Prælatis Regularibus reſpectu ſubditorum. n. 65.*
5 *Prælati Regulares abſoluunt ſuos à caſu violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. numer. 66.*
6 *Prælati Regulares ſuos abſoluunt à quacumque excommunicatione Canonis, ſi quis ſuadente. num. 67.*
7 *Etiam ſi ſubditus percuſſerit Religioſum alterius ordin. n. 67.*
8 *Etiam ſi percuſſerit Clericum. n. 67.*
9 *Regula conceſſo maiori conceditur minor; non eſt vera in ſeparabilibus. n. 67.*
10 *Prælatus excommunicatus ſe facit abſoluere à Confeſſario. n. 68.*
11 *Quid ſi non adſint niſi Prælatus, & ſubditus ſacerdos ambo excomm. n. 68.*
12 *Per priuil. Bonif. IX. Ord. Præd. Prælati abſoluunt ab excommunicatione Canon. etiam ex ſanguinis effuſione, & percuſſione enormi conſurgente. n. 69.*
13 *Prælati Regulares abſoluunt ſuos à caſu violatæ immunitatis in terminis Bullæ Gregorij XIII. num. 70.*
14 *Item à caſu ſimoniæ. n. 71.*
15 *Non tamen à caſu ſimoniæ in promotione ad ordines. n. 71.*
16 *Conſiderandum quod excomm. non poteſt abſolui niſi ſatisfacta parte. nu. 73.*

No-

17 *Nomine partis non venit Superior, qui excommnicuauit, ſed perſona quæ ab excommnnicato læſa fuit. n 73.*

18 *Eccleſiæ ſatisfit per pænitentiam, & obedientiam. num. 73.*

19 *Nomine ſatisfactionis intelligitur reſtitutio honoris, & famæ, & bonorum, & expenſarum. n. 73.*

20 *Qui non poteſt ſatisfacere abſolnitur, ſi pæniteat & det cautionem, vel pignoratitiam, vel fideinſſoriam; vel ſi hoc non poteſt iuratoriam. n. 74.*

21 *Niſi pars læſa ex dilatione æquale damnum non patiatur. n. 74.*

22 *Non ſufficit iuramentum ſi poteſt dari pignus, vel fideinſſor. n 75.*

23 *Etiam ſi poſſit dari pignus; poteſt abſolui ſi det fideiuſſorem. n. 75.*

24 *In foro conſcientiæ & ſacramentali abſoluitur, qui verè, & corde pænitet. n. 75.*

25 *Sufficienter aliquando parti ſatisfit pro obtinenda abſolutione, ſi pecunia deponitur apud Confeſsarium, vel alium. n. 76.*

26 *Si pars honeſtam ſatisfactionem recuſet, abſoluitur excommunicatus. n. 76.*

27 *Vbi debitũ, & ſatisfactio ſit dubia, ſufficit ſi abſoluendus det aliquam cautionem. n. 77.*

28 *Vbi lædens eſt incognitus, quomodo debeat reſtituere honorem. n. 77.*

29 *Non ſufficit ſatisfactio partis, ſed neceſſaria eſt abſolutio. n. 78.*

30 *Peccat abſoluens eum, qui voluntariè non ſatisfacit parti. n. 79.*

31 *Iudex Ordinarius, & abſolute delegatus validè abſoluit non ſatisfacta parte. n. 80.*

32 *Non abſoluit validè delegatus ad abſoluendum cum clauſula ſatisfacta parte n 81.*

62 QVæritur ſeptimò. An Prælati Regulares poſſint abſoluere ſuos ſubditos ab omni excommunicatione, & cenſura extra Bullam Cœnæ Domini? Supponit dubiũ caſus illos quatuor, exceptos ab antiquis Põtificibus, dum vt ſupra conceſſerunt facultatem Prælatis Regularibus abſoluendi ſuos ſubditos à cenſuris, nimirum caſus relapſus in hæreſim, ſchiſmatis, falſificationis literarum Apoſtolicarum, & delationis prohibitorum ad infideles nunc contineri in Bulla Cœnæ Sicut & caſus quintus aliquando poſtea reſeruatus, ſcilicet, conſpirationis in Summum Pontificem. Quo ſtante, cùm in reliquis ſit conceſſa Regularibus Prælatis ampliſſima facultas abſoluendi ſuos, videtur quòd nulla ſit cenſura extra Bullam Cœnæ, à qua ſuos non poſſint abſoluere. Nihilominùs in contrariũ eſt, quia multæ excommunicationes, & cenſuræ ſpeciali modo Pontifici ſunt reſeruatæ. Tum ſecundò propter decreta ſac. Congregationis Epiſc. & Regul. ſupra relata, in quibus in multis caſibus Papæ reſeruatis prohibentur Regulares abſoluere.

63 Diſtingui verò debet excommunicatio in occultam, publicam, & ad forum contentioſum deductam. Nam de hac vltima dubium ſpeciale eſt proponendum. Loquendo igitur de excommunicatione non contenta in Bulla Cœnæ, & nec deducta ad forum contentioſum, & de abſolutione in foro conſcientiæ, dicitur Prælatos Regulares poſſe abſoluere ſuos ſubditos ab omni cenſura, ſiue occulta, ſiue publica, & quantumcumque notoria, niſi in conſtitutione reſeruante abſolutionem earum Domino Papæ ſint, ſaltem æquiualenter, clauſulæ derogantes Regularium priuilegijs. Aſſertio iſta cum ſua exceptione diſtinctè probatur. Et quidem loquendo de excommunicatione occulta, res eſt manifeſta ex ea regula, quod exceptio firmat regulam in contrarium. Cum igitur tot Pontifices tot, ac tantis motibus proprijs conceſſerint Prælatis Regularibus, vt poſſint abſoluere ab omnibus cenſuris, quatuor illis, aut quinque exceptis, quæ nunc continentur in Bulla Cœnæ: igitur nulla remanet extra Bullam Cœnæ, à qua abſoluere non poſſint. Nam priuilegia per verba vniuerſaliſſima, & ampliſſima data fuerunt, vt in Mari magno Prædicatorum ibi &c. *Vndecumque abſolutione, & diſpenſatione indigentibus &c. abſolutionis & diſpenſationis beneficium valeant impartiri &c.* Et in motu proprio 48. Paoli Tertij pro Societate Ieſu, ibi. *Nec non à quibuſuis excommunicationis &c. cenſuris & pænis, à iure, vel ab homine quomodolibet latis, & promulgatis.* Et in motu proprio 18. Greg. xiv. pro Eremitis Camald. ibi *à quibuſuis et à maioris excommunicationis &c. à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, & quibus pro tempore irretiti forent &c.* & infra ibi, *& dictæ Sedi qualitercumque reſeruatis exceptis contentis in Bulla in die Cænæ Domini legi conſueta, quoties opportunum foret &c.* Et in motu proprio 129. Pij Quinti pro Caſſinen, ibi *à quibuſuis criminibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pænis &c. ex quauis cauſa, & ob quemuis exceſſum, & delictum, publicum, vel occultum, caſu ſeu data opera ab eis, & ſingulis &c. incurſis, & in futurum incurrendis, etiam ſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ &c. fuerint plenariè, totiés, quoties opus fuerit &c. abſoluendi &c.* Exceptis igitur illis caſibus in dictis priuilegijs expreſſè reſeruatis, & qui modò continentur in Bulla Cœnæ, priuilegia præfata vniuerſaliſſimè, ad omnes caſus etiam graues, & enormes, & ad cenſuras, vel a iure, vel etiam ab homine in genere ex quauis cauſa latas, & incurrendas, toties quoties opus fuerit, ſe extendunt. Præter DD. autem ſupra num. 51. & 52. relatos à fortiori hoc tenentes, idem docent. *Caſarub. in compend. priuileg. ver. abſolutio, & ibid. Corduba, & Sorbus, Io. de la Cruz de ſtatut. Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 15. & dub. 6. concluſ. 2. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 66. num. 1. Bordon. reſolut. 78. num. 29. Piaſec. p. 2. c. 3. art. 6. nu. 77. v. abſoluere, Peliz de Monial. cap. 9. nu. 19.*

64 Extenditur verò hoc, vt ſit verum etiam de excommunicatione publica, vel notoria. Quod probatur, nedum quia priuilegia ſuprapoſita non diſtinguunt; ſed cum excipiant aliquas excommunicationes, præter exceptas omnes alias comprehenduntur in conceſſione eorum. Sed clarius hoc habetur ex priuilegio Pij V. pro Monachis Caſſinen. in quo expreſsè conceditur facultas abſoluendi ab excommunicationibus, & cenſuris etiam ex delicto publico conſequentibus. DD. ſup. cit.

65 Extenditur ſecundò, & dicitur, quod huic determinationi nullum præiudicium afferunt decreta S. Congreg. Epiſcop. & Regularium data Romæ 9. Ianuarij 1601. & 26. Nouemb. 1612. & 7. Ianuarij 1617. & 17. Decemb. 1628 & auctoritate Summorum Pontificum Clem. VIII. Pauli V. &

Ttt Vrba-

Vrbani VIII. edita & approbata. Decreta enim illa S.Congreg.non loquuntur de Prælatis in ordine ad ſubditos Regulares, ſed de Confeſſarijs in ordine ad ſeculares pœnitentes; loquuntur enim expreſsè de ſacerdotibus ad confeſſiones approbatis, at verò Prælati non veniunt ſub nomine ſacerdotum approbatorum ad confeſſiones audiendas; cum per ſe nec abſolutio à cenſuris petat ſacerdotium in abſoluente, & Prælati nulla indigeāt approbatione, ſi ſint ſacerdotes, vel ad ſuorū confeſſiones audiendas, vel ad abſoluendum à cenſuris. Tum quia extra Sacramentum Pœnitentiæ, & etiam in foro externo ſuos à cenſuris abſoluunt. Vnde in decr.ſub Paolo V. Congr.mota fuit ad cōfirmanda decreta ſub Clem. VIII. edita, quia audiuit Confeſſarios Regulares in diœceſibus abſque Ordinariorum licentia abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopis, & dicere ſub prioribus decretis non comprehendi excommunicationes, vel Papæ, vel Ordinarijs reſeruatas. Et licet ex illis decretis probetur, quod Prælati non poſſunt abſoluere ſuos à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, hoc eſt, quia illa declarant per Bullam Cœnæ tolli Regularium priuilegia; & ita per conſequentiam probatur, nec Prælatos poſſe abſoluere ſuos a caſibus Bullæ Cœnæ, ſtante quod illa tollat Regularium priuilegia. Itaque decreta illa loqui de Confeſſarij ſecularium, non verò de Regularium Prælatis, benè aduertunt DD. ſupra num.58. citati. Et præter illos *Peliz.de Monial.cap.9. num.19.* & apud eum *Nald.in v.reſeruatio. Vecchius de Nuntiatu d.7. Bordon.reſol.1.nu.17.* qui etiam teſtantur hoc idem declaraſſe S. Congr.

66 Ideò Poſſe Prælatos Regulares abſoluere ſuos à caſu violationis clauſuræ Monialium, ad malum finem tradidit *Peyr.to.2.ad conſt.Pij V.* quod quidem nō aſſeritur ex eo, quod ſecundùm multorum ſententiam, ſi delictū ſit occultum, etiam Epiſcopus in virtute Conc.Trid. ſeſſ. 24.cap.6.de refor. poſſit à tali caſu abſoluere, prout voluerunt. *Homobon. Peregr. Sanchez, & Suarez* quos refert, & ſequitur. *Diana reſol. moral. p.1. tract.16. reſol.33. Bonac. de clauſura q.5. p.5. num.1. Theſau. p.2 v. clauſura cap.7. nu.1.* Sed quia caſus iſte eſt quidem reſeruatus Papæ, ſed non ſpeciali reſeruatione excludēte, & tollente priuilegium, quod Regulares Prælati habent abſoluendi ſuos à caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis.

67 Item Prælatos Regulares poſſe abſoluere ſuos ab excommunicatione canonis, *ſi quis ſuadente*, docuerunt plures. Nam quamuis facultas, quam Prælati Regulares habent ex iure communi, regulari debeat intra terminos, *cap. cum illorum 32. de ſentent. excommun.* reſtringentis *cap. Monachi 2. eod. tit.* & limitantis facultatem Prælatorum Regularium ad percuſſionem nec difficilem, nec enormem, & iuxta terminos, *cap. Religioſo 21. eod. tit. in 6.* volentis, vt ſi regularis percutiat clericum, abſoluatur ab Epiſcopo in ijs caſibus, ad quos ſe extendit Epiſcopalis facultas; tamen ex priuilegijs Prælati Regulares, nedū renouatam habent facultatem, *cap. Monachi 2. de ſent. excomm.* vt Monachi, ſeu Regulares, ſe quocumq; modo in clauſtro percutientes, non ſint remittendi ad Sedem Apoſt. ſed abſolui poſſint à ſuis Prælatis; ſed ità vt poſſint abſoluere ſuos, etiam ſi Religioſus vnius ordinis percuſſerit Religioſum ordinis alterius, & ſi Religioſus percuſſerit Clericum Regularem. Quia veriſſimum cum ſit, quod abſolutio ab hac excommunicatione in caſibus mutilationis membrorum, & effuſionis ſanguinis ſit reſeruata Papæ, tamen cum Pontifices non excipiendo hunc caſum, ſicut exceperunt alios, conceſſerint Prælatis Regularibus facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus Papæ reſeruatis, nec apparet vnde huiuſmodi priuilegium ſit reuocatum, eo poſſunt vti Prælati Regulares cū ſuis ſubditis ſine limitatione. *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. l.2. cap.11. nu.2. Et ex Sorbo in comp. v. abſolutio ordinaria quoad fratres, Paſqualig. in contron. Laur. de Franch. p.2. q.21. n.3. & Rodriq. to.1. q.20. art. 12. Peyr. ad conſtit. 2. Iulij II. num.119.* Quod tamen non aſſeritur ex ratione, qua *Peyr.* ibi vtitur; quia nimirū, minora conceſſa intelliguntur, vbi ſunt cōceſſa maiora, *c. ex parte de decimis el 3.* Nam hoc principium non eſt verum in ſeparabilibus; ſed ratio eſt ſupra dicta, quia Prælati Regulares ex priuilegio abſoluunt ſuos à cenſuris Papæ reſeruatis.

68 Et hæc adeò vera ſunt, vt & Prælatus excōmunicatus poſſit Confeſſario dare facultatē ſe abſoluendi. Et ſi ſubditus, & Prælatus ſe inuicem percuſſerint, & non ſit alius, qui poſſit eos abſoluere, quod vnus abſoluet alium, dicit *Corrol. de caſ. reſer. p.2. c.10 de ind. Regul. §.10. nu.17.* licet enim de iure communi excommunicatus excommunicatum nō abſoluat. *c. audiuimus 24. q.1.* tamen in caſu neceſſitatis id poſſe fieri, tradit *Barboſ. de off. Epiſ. alleg.41. n.17.* Sed de hoc dicendum eſt infra.

69 Adeſt etiam priuilegium ſpeciale Bonifacij IX. conceſsū Ord.Præd. de quo meminit *Compend. priuil. tit. abſolutio, §.31. & Confect. conſtit.1. eiuſdem Pontif. & Paſqual. d. par.2. q.21. n.3.* & eſt quartum in Bullario Ord. Præd. inter priuilegia dicti Pontificis, in quo concedit Prælatis, vt poſſint abſoluere fratres, *qui manus violentas in Confratres, vel alios quoſcunque Clericos, etiam vſque ad ſanguinis effuſionem, & enormem læſionem iniecerint.* Et immò addit, quòd Confeſſor à Prælatis electus, ſi contingat eos eſſe excommunicatos, poſſit eos abſoluere, & in priſtinum ſtatum reſtituere.

70 Eadem ratione poſſunt Prælati Regulares abſoluere ſuos à caſu violationis immunitatis eccleſiaſticæ in terminis tamen Conſtit. Greg. XIV. *Cum alias.* miſſo enim, quod eam excommunicationem non eſſe reſeruatam tenent *Barboſ. de poteſt. Epiſ. p.3. alleg.51 n.72. Gratian. diſcept. for. c.414. num.12. Bonac. de leg. diſp.3. q.7. §.6. n.8. Diana p.1. tr.1. reſol. 41.* plures alios referens, *Palaus to.2. tract.11. diſp. vn. punct.2. n.7. Giball. in ſynopſi v. immunitas.* Etiam ſi dicatur reſeruata Papæ, (ſicut dicendum eſt omnino, ſi verum eſt, quod in Prætorio ſacræ Pœnitentiariæ fuerit ita concluſum annuente Paulo V. ſicut ex *Pereg. de immun. cap.15. nu.16. refert Diana loco citato.*) Non per hoc conſtat, quod ſit ita reſeruata, vt nō poſſint Prælati Regulares ab ea ſuos abſoluere.

71 Idem dicendum eſt de ſimonia, præterquam de ſimonia commiſſa in promotione ad ordines; propter Conſtit.91. Sixti V. & Conſt. 40. Clemens VIII. Quare cum Sixtus Quintus abſolutionem ab hoc caſu reſeruauerit Papæ derogando priuilegijs regularium, & facultati à Concilio Tridentino conceſſæ Epiſcopis, ex nulla parte Prælati Regulares poſſunt abſoluere ſimoniacè ordinatos, vel ordi-

Digitized by Google

ordinantes. *Suarez d.l.2.cap.21.num.9.Peyr.ad conſtit.2.Iulij II.§.29.nu.87.& in ſubd. Relig.q.1.cap.31 §.9.concl.25.* Limitata propterea fuit aſſertio, vt Prælati Regulares ſuos à cenſuris extra Bullam Cœnæ abſoluere non poſſint, ſi illæ ſpeciali modo ſint Pontifici reſeruatæ, cum reuocatione, & derogatione ſufficienti priuilegiorum Regularium.

72 Pro maiori tamen huius auctoritatis Prælatorum intelligentia, quoniam & aliquando illa ipſis data eſt cum clauſula *ſatisfacta parte*, vt videre eſt in ſupra relata Conſtitut. 18. Gregor. XIV. pro Eremitis Camaldulenſ. Immò quia abſolutè partis ſatisfactio eſt veluti forma à iure communi ſtatuta, quæ neceſſariò præmitti debet abſolutioni, ad hoc vt excommunicatus licitè abſolui poſſit, *cap. ex parte 23. de verbor. ſignificat. & ibi Panorm.nu.2.Caiet.v.abſolutio 4.Sylu.v. abſolutio 3. nu.3.& ibi Tabien.num.1.Barboſa ad d.cap. ne fortè, num.1.Lezana v.abſolutio num.9. Couar. in cap. alma mater par.1.§.11.num.11.Sanchez l.3.de mat.diſp.33. num.1.* propterea, aliqua circa hanc conditionem explicanda ſunt, & præcipuè duo iſta, ſcilicet quid importet hæc conditio *ſatisfacta parte*, & an abſolutio data ea conditione non præmiſſa ſit valida.

73 Quantum verò ad primum dicitur, quòd nomine partis non venit ſuperior Prælatus, qui excõmunicauit, ſed perſona quæ læſa fuit; in omni enim caſu excom. lædit Eccleſiã, in quam eſt contumax; & eccleſiæ Prælati veniunt nomine iudicis non verò nomine actoris, aut partis. *Sot.4. d.22. quæſt.5. a.1.3.Suarez de cenſ.diſp.7.ſec.5. num.47. & ex Henriq.l.13.cap.28.num.2.Auil.par.2.cap.7.diſp.3.dub.7. & Alter.l.4.diſp.4.cap.4.verſ.Deinde quando, Bonac. diſp.1.de cenſ.quæſt.3.par.9.in princ.Baſſaus v.abſolutio n.23.* Vbi & bene, quòd non eſt neceſſe vt abſoluendus priùs ſoluat iura Iudici, vel tabellioni, quia hoc nõ ad ſatisfactionem partis, ſed ad pœnam delinquentis ſpectat. *Diana p.1. trac.11.reſ.22.& p.5. tract.9.reſ.1.Candidus.tom.1.diſq.3.a.3.dub.1. Leand. a S.Sacram.tract.2.de excom. diſp.17. quæſt.3.* Bene verum eſt, quòd ratione inobedientiæ debet abſoluendus ſatisfacere Prælato Eccleſiæ, in quẽ fuit contumax *cap ex parte.23. de verbor.ſignif.Panorm. ibi Syl.v.abſolutio 3.num.3.* ſed Eccleſiæ ſatisfit per pœnitentiam delicti, vel ſi adhuc vrget præceptum obedientiæ, de præſenti eſt obediendum, aut ſi obedientia adhuc pendet in futurum, & non poteſt ſtatim executioni mandari, excommunicatus debet dare cautionem, vel ſaltem præſtare iuramentum de parendo mandatis Eccleſiæ, *Suarez d. ſec.5. numer.46.Serio in Bull.Cruc.diſp.1.diff.10.§.8.quæſt.27. num.5.* Nomine verò ſatisfactionis partis intelligitur reſtitutio, ſiue honoris, ſiue famæ, ſiue aliorum bonorum, in quibus aliquis fuit offenſus, & pro qua offenſa fuit offenſor excommunicatus. *Barboſa, Baſſaus, Diana Suarez d. num.47.Bonac. vbi ſupra.* Et ſimiliter vbi expenſarum, aut damni dati ratio eſt habenda, horum reſtitutio ad ſatisfactionem ſpectat. *Caiet.v.abſolutio 4. Sylu.v.abſolutio 3.num.2.Barboſa ad d.cap. ne fortè num.1.*

74 Conſiderandum eſt ſecundo, quòd is, qui moraliter de præſenti non poteſt ſatisfacere (quidquid aliqui oppoſitum voluerint) poteſt data cautione ſaltem iuratoria abſolui, ſi ſe verè pœnitere oſtendat. Nam quando Pontifex dat facultatẽ abſoluendi ſatisfacta parte, intelligi debet quantũ pœnitens ſatisfacere poteſt, cũ non ſit veriſimile, quòd Pontifex ſatisfactionem impoſſibilem petat. *Caiet.v.abſolutio 3.n.3.Tabien.ibid.n.1.& 2.Rodriq.ad Bullam conc.§.9.Baſſaus v. abſolutio num.27. Palau de cenſ.diſp.1.p.11.§.3.num.6.& apud eum Vaſquez, Conimb. & Gaſpar Hurtado, Diana par.1.tract.11. reſ.22.& p.5. Leander de SS. Sacram. trac. 2. de excommun.diſput.17.quæſt.91. & apud eum Machado, Egid. Villalobos, Medina, Polanco Vega, Io: de Cruce, Lezana v. abſolutio num.9. Suarez vbi ſupra num.41.ex Graff.deciſ.l.4.cap.16.numer.6. & Nauar cap.26 num.7.& cap.27.art.37. & ex Rodriq. par.1 cap.73.num.3.Henriq.l.13.cap.8.& alijs Bonac.d.p.9 num.4.Barboſ.ad d.cap.ex parte, nu.52.* Et tamen ſi excommunicatus poſſit pro parte ſatisfacere, debet actu id præſtare, promittendo vt ſupra ſatisfactionem pro altera parte. *Bonac. Barboſa citati.* Limitant tamen *Barboſa* quem ſequitur *Baſſaus.n.27. & dixerat Diana p.1.tr.11. reſ.20.* modo creditor ex dilatione non patiatur æquale damnum, quia tunc potiùs debet conſuli creditori, quàm debitori excommunicato.

75 Sed quid dicendum, ſi quis poſſit dare cautionem & abſoluatur accepto ſolo iuramento? Reſpondetur abſoluentem peccare. Nam iura ſolùm in caſu impoſſibilitatis cautionis pignoratitiæ, aut fideiuſſoriæ admittant iuramentum, & ita DD. omnes loquuntur? *Diana p.1. tr.11. reſol.24.* Qui tamen *p.5.trac.9 reſol.39.* ſuſtinet oppoſitum, volens ſufficere iuramentum, etiam ſi poſſit dari pignus, vel fideiuſſor. Quod tamen eſt contra communem ſententiam, nec eſt admittendum, quia non eſt æqualis ſecuritas creditoris, quæ habetur ex iuramento de ſatisfaciendo, cum illa quæ habetur ex pignore vel fideiuſſione. Vbi ergo eſt neceſſaria realis ſatisfactio, ſi hæc non poteſt dari, debet dari illa maior ſecuritas, quæ dari poſſit, & non illa, cum qua creditor eſt valde magis incertus de ſatisfactione. *Serio in Bull. cruc. diſput.1. diff.10.§ 8.quæſt.27.num.10.* At ſi abſoluendus poſſit dare cautionem pignoratitiam, poteſt ne abſolui, ſi ſolum det fideiuſſoriam? *Caiet.in v.excommun. cap.77.* non admittit cautionem fideiuſſoriam niſi in caſu, in quo non poſſit dari pignoratitia, & in eodem ſenſu loquitur *Lezana v.abſolutio.num.9.* Sed ceteri DD. communiter ſine hac diſtinctione ſub diſiunctione dicunt impotentem ſatiſfacere realiter poſſe abſolui, ſi det cautionem pignoratitiam, vel fideiuſſoriam. *Sylu.v.abſolutio 3.nu.3. Tabien.ibid. num.2. Serio vbi ſupra & reliqui DD. & ex Henriq. l.15.cap.28.num.1.& Auila de cenſ p.2. cap.7.diſp.3. dub.5.concl.2.* valde notandum cenſet *Diana loc.citato. Barboſ.ad d. cap. ex parte numer.4.* Sed nunquid huiuſmodi cautiones neceſſariò præſtandæ ſunt etiam in foro interiori & Sacramentali? Certè DD. communiter ſine diſtinctione abſolutè ad hoc, vt qui de præſenti non poteſt ſatisfacere, poſſit abſolui, requirunt cautionem aliquam. Nihilominus *Io: Valerus v.abſolutio diff.5. num.3.& diff.11.in fin. Henriq.l 7.cap.13.num.2.lit.I. & cap.28 numer.3. in Gloſſ.lit.A.& Nauar.cap.27.num.278.* quos refert, & ſequitur *Diana p.2.trac.16 ſect.2.Miſcelan.reſ.44.* tenent, quòd in foro conſcientiæ ſufficiat firmum propoſitum pœnitentis. Et ita hanc eandem ſententia poſt Antonium *in ſum. in v. Bulla cruciata, num.55.& 56. non improbat* Leander *a Sanc.Sacram,*

tract. 2. de excom. diſp. 17. quæſt. 92. Eandem vero ex Naldo & Rituali Romano habet *Lezana v. abſolutio nu. 9.* quia in foro pœnitentiæ creditur reo.

76 Conſiderandum verò tertio ſufficientem ſatisfactionem cenſeri ad effectum non differendi abſolutionem, ſi pœnitens actu tradidederit pecuniam ſufficientem ad ſatisfaciendum, vel Confeſſario, vel alteri viro fideli, vel depoſuerit eam apud aliquem Montem, vel camplorem: iſte enim cenſetur ſatisfeciſſe, ac ſi pecunia ad partem, læſam perueniſſet, quia eſt parti aſſecurata, *Sanchez in ſum. l. 2. c. 20. num. 18. Barboſa ad d. cap. ne forte num. 5. & ex Auila, Henriq. & Alterio Bonac. d. p. 9. num. 7.* Quod tamen debet intelligi, vbi ſine graui incommodo non poteſt ſtatim pecunia Domino reſtitui, ſeu parti læſæ ſatisfieri, quia vel eſt abſens, vel interponitur aliquod aliud rationabile impedimentum. *Diana par. 5. tract. 9. reſolut. 1.* Quòd ſi offenſus rationabilem ſatisfactionem nolit recipere, vnde non ſtet per excommunicatum, quin ſatisfaciat, tunc poteſt pœnitens, qui facit, quod in ſe eſt abſolui. *Caiet. v. abſolutio cap. 4 & apud Bonac. d. par. 9. num. 8. Henriq. l. 13. c. 38. num. 4. & Auila vbi ſup. dubit. 10. verſ. ex dictis Rodriq. ad Bullam Cruc. §. 9.*

77 Conſiderandum eſt quartò, quòd ſi debitum ſatisfaciendi ſit dubium, vt ſi ſint v.g. computus liquidandi, ad hoc vt excommunicatus abſoluatur non eſt neceſſe, vt præmittatur actualis ſatisfactio, ſed ſufficit quòd ipſe det cautionem, ſi poteſt, vel iuret de ſtando iuri, & ſatisfaciendo, ſi & in quantum tenebitur, vt habetur ex *d. cap. ex parte 23. de verb. ſignific. & tenent ibi Panorm. num. 2. Suarez vbi ſup num. 45. Bonac. num. 9. ex Auila, Alter. & Regin. Nauar. c. 26. num. 7. Diana par. 5. tract. 9. reſol. 1. Tabien. v. abſolutio 3. nu. 1. Rodr. ad Bull. cruc. §. 9. Baſſæus v. abſolutio num. 27.* Vbi amplius habet, quòd incognitus percuſſor Clerici, cum non ſit obligatus ſe prodere, & reſtitutio honoris pro offenſa illata non poſſit fieri ab offendente incognito, qui nec ſe humiliat, nec verecundatur, ideo talis tenetur quidem ſatisfacere in rebus, ſi damnũ intulit, ſed poteſt abſolui non reſtituto honore, quem non poteſt reſtituere. Quod tamen habet difficultatem; quia cum honor poſſit compenſari pecunia, ſi paſſus iniuriam velit pecuniam, iam offendens incognitus poteſt ſatisfacere, & ad id tenetur. Addit verò *Baſſæus*, quòd indigens conſilio Aduocati, vt conſulat ſuper modo, & quantitate ſatisfactionis dandæ, ſi non habet illius copiam, iudicatur impotens ad reſtituendum pro tunc, & ideo poteſt abſolui. Sed forſan melius dicitur, quòd excuſatur, quia debitum ſit dubium; ex hoc enim conſilio indiget, quia eſt dubia quantitas reſtituenda. Hoc autem eſt verum tam in externo, quàm in interno foro. Quamuis in interno foro non tam facile ſit futurum, vt hoc debitum habeatur vt dubium, quia in eo foro ſtandum eſt dicto pœnitentis, qui ſi neget debitum, vel econtra illud fateatur, non habet locum dubium. Et tamen poteſt eſſe, quòd & pœnitens dubitet, & tale ſit negotium, vt non ſit certum, an ipſe debeat, vel non debeat.

78 Conſiderandum eſt vltimo, quòd non ſufficit excommunicato ſi ſatisfaciat parti, ad hoc vt ceſſet excommunicatio, & ille ſit abſolutus, etiam ſi excommunicans diceret, ſit excommunicatus, donec ſatisfaciat. *Nam in cap. quod in dubijs, & cap. ſicut nobis & cap. cum deſideret de ſenten. excom.* dicitur huiuſmodi excom. abſouendos eſſe. *Baſſæus v. abſolutio n. 27. Suarez. de Cenſ. diſp. 19. ſec. 2. n. 3. Conar. capit. alma mater p. 1. §. 11. num. 5. Bonac. d. par. 9. num. 10.* & alij, quos iſti referunt.

79 Quantùm verò ad ſecundum, quod propoſitum fuit, vt explicandum, primò certum eſt, quòd vbi eſt neceſſaria ſatisfactio partis, peccat mortaliter abſoluens, ſi abſoluat excommunicatum non præcedente partis ſatisfactione. Nam deficit a ſui officij fidelitate, & obligatione, & eſt iniuſtus diſtributor, & perſonarum acceptor, ſi pœnitenti indiſpoſito, & nolenti ſatisfacere, ſeu voluntariè non ſatisfacienti impendit beneficium abſolutionis. An verò abſoluens teneatur ipſe reſtituere & parti ſatisfacere, pendet ex quæſtionis illius reſolutione, an habentes curam animarum & iuriſdictionem Eccleſiaſticam teneantur ex iuſtitia commutatiua ſuis muneribus ſatisfacere, & iuſtè iudicare. Quatenus verò talis abſoluens iniuſtè excommunicatum non ſatisfacta parte ita ſe habeat, quòd ſit cauſa damni partis, cui non ſatis fit, tũc ſine dubio tenetur ad reſtitutionem illius damni, quod cauſat.

80 Certum eſt ſecundò, quòd iudex ordinarius etiam ſi non ſatisfacta parte abſoluit, validè abſoluit: Non enim habet iuriſdictionem limitatam. *Caiet. v. abſolutio c. 4. Sylu. v. abſolutio 3. n. 3. Nauar. cap. 27. num. 37. Bonac. d. par. 9. num. 1.* & eſt communis DD. *Barboſ. ad d. cap. ne forte. num. 2. Baſſæus v. abſolutio num. 25.* Certum eſt tertiò, quòd etiam Delegatus validè ab excommunicatione abſoluit etiã non ſatisfacta parte, ſi non eſt ei limitata facultas abſoluendi. In hac enim aſſimilatur Iudici ordinario; *Sylu. v. abſolutio 3. n. 2. & 16. Tabien. ibid. n. 2. Armill. num. 55. Barboſa ad d. cap. ne forte num. 2. Baſſæus d. numer. 25. Lezana v. abſolutio num. 9. Nauar. loco citato. Suarez d. sect. 5. num. 42. Auila loco citato dub. 9. concl. 2. Filliuc. trac. cap. 9. numer. 295. Bonac. d. p. 9. num. 2.* quidquid apud eundem *Graff. l. 4. dec. 16. num. 6. Alter. l. 4 diſp. 4. cap. 4. num. 9.* in contrarium dixerint ſentientes, & non probantes, quod conceſſio & priuilegium abſoluendi licet abſolutè, & ſine limitatione datum contineat conditionem *ſatisfacta parte*, hanc enim continet prout de iure communi eſt neceſſaria ad licitam abſolutionem, non verò vt ſit conditio, qua non poſita abſolutio non valeat.

81 Dubitant verò DD. an, quando in iubilæo, vel bulla cruciatæ, vel in priuilegio concedente facultatem abſoluendi ponitur expreſsè clauſula *ſatisfacta parte*, an tunc abſolutio data non præmiſſa ſatisfactione valeat. Eam enim valere ſentiunt *Sanchez l. 2. de matrim. diſp. 9. & l. 3. diſp. 33. Auila par. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 9. concl. 2. Barboſ. ad d. cap. ne forte. num. 3. Palaus de cenſ. diſp. 1. p. 11. § 3. num. 6. Diana p. p. tract. 11. reſ. 22. & par. 5. tract. 9. reſ. 12. & apud eum Faber, & Tanerus. Lezana tom. 3. v. bulla cruciata. n. 32. & verb. abſolutio, nu. 9.* Leander a *Sanct. Sacram. tr. 2. de excommun. Bonacin. dict. diſp. 17. q. 91. par. 9. numer. 3.* Et mouentur, quia putant clauſulam illam non importare conditionem ſpecialem, ſed eſſe rememoratiuam eius, quod de iure communi eſt neceſſarium, ſecundùm quod ſatisfactio partis eſt conditio ad hoc vt abſolutio licitè detur,

non verò vt detur validè. Verùm, cum non ſit neceſſaria huiuſmodi rememoratio, aliter non darentur, ſicuti ſæpiſſimè dantur priuilegia, in quibus illa clauſula non ponitur, vt patet de multis priuilegijs Regularium ſupra relatis; & cum talis clauſula, vt ſolum eſt conditio ad hoc, vt abſolutio ſit licita contineatur in omni priuilegio abſoluendi; ideo dicendum eſt illam vbi exprimitur ex ſpeciali ratione exprimi, & poni tanquam conditionem ſine qua non; cum talis etiam ſit natura ſignificationis ablatiui abſoluti, & propterea, quòd vbi facultas datur adiuncta clauſula *ſatisfacta parte*, abſolutio non valeat, ſi non præcedit ſatisfactio partis, prout poteſt, & debet præcedere. *Caiet. v. abſolutio cap.4. Sylu. v. abſolutio 3 num.3. Tabien. ib. nu.2. Armill. ver. abſolutio num.55. Rodriq. in bullam cruc. §.9. num. 52. Candidus tom.1. diſq.3. a.3. dub.2. dicto 3. Item Vaſquez de excom. dub.20. Prapoſ.2. p. de cenſ. quæſt.1. dub.15. nu.114. Turrian. l.2. diſp.14. dub. vlt. Egid. de Sacram. diſp.14. dub.16. num.211. Trulench. in Bullam l.1. §.7. cap.2. dub.12. num.11. & alij apud Leand. de Sanctis. Sacram trac.2. de excom. q.91 diſp.17. Sayr. l.1. de cenſur. c.18. n.10. Suarez de cenſ. diſp.7. ſec.5. num.44. & lib.5 de legib. cap.31. Conincb. diſp.16. num.211.* Quod poſtea ſine dubio tanquam certum communiter aſſeritur, vbi detur expreſsè clauſula aliqua clarius hanc nullitatem importans, vt ſi dicatur, *aliter abſolutio non valeat, vel ſit nullius roboris, vel aliter non poſſit abſolui, vel non poſſit dari abſolutio, vel non poſſit abſoluere.* vel alia ponatur conſimilis clauſula irritationem abſolutionis, ſi aliter fiat, importans.

S V M M A R I V M.

1. *Prælatos poſſe abſoluere ab excommunicatione ab homine lata in particulari & nominatim quidam affirmant. nu.82.*
2. *Facultas abſoluendi nominatim excommunicatos perturbatiua fori contentioſi. nu.83.*
3. *Priuilegium Maris magni non ſe extendit ad cenſuras ab homine perſonaliter latas. n.84.*
4. *Excommunicatio lata ab homine non eſt ex illis ob quas conſulendus Papa. n.85.*
5. *Sola enormitas delicti non eſt cauſa reſeruationis. num.85.*
6. *Ex priuilegio Martini V. pro Benedictinis non conceditur facultas abſoluendi nominatim excommunicatum. n.85.*
7. *Neque ex priuilegio Eugen. IV. pro Ciſtercienſ. nu.86.87.*
8. *Priuilegium generale abſoluendi non ſe extendit ad eam facultatem qua non conſueuit concedi. numer.85. 88.*
9. *Priuilegium Clericorum miniſtrantium infirmis non tribuit facultatem abſoluendi nominatim excommunicatum. num.86.*
10. *Excommunicatio lata in genere, vel in ſpecie ſeu generaliter: & particulariter. num.87. 88.*
11. *Ex priuilegio Pauli III. pro PP. Societatis, non habetur facultas abſoluendi nominatim excommunicatum. num.88.*
12. *Prælati Regulares ſuos non poſſunt abſoluere ab excommunicatione lata ab homine nominatim, ſeu perſonaliter. num.89.*

82 QVæritur octauò. An Prælati Regulares poſſint ſuos abſoluere ab excommunicationibus, & cenſuris latis ab homine per ſententiam particularem? Affirmant enim plures, nimirum *Suar. tom.4. de Relig. tract.8. cap.25. Hier. Rodriq. reſolut.3. num.2. Mirand. tom.1. q.75. art.21. Portel. v. Prælatus ad diſpenſandum n.23.* quos refert, & ſequitur *Bruno Caſaing. de Priuil. Reg. tr.3. c.3. prop.4.* & probabile putat *Lezana par.1. cap.18. n.17. & Leander par.4. tr.11. diſp.17. q.30.*

83 Verùm quia hæc facultas perturbatiua eſt iudicij fori contentioſi, & excommunicatus nominatim à Iudice ex contumacia in Iudicem illum eundem offendit, vnde hæc abſoluendi facultas cedit in damnum iudicis excommunicantis, cui non ſatisfit, ex hoc ſolùm quòd ei denũciatur abſolutio; ſed ex hac denunciatione ſola potiùs magis contemni videtur à reo, qui prius contumax, & inobediens, ea contumacia, & inobedientia non obſtante, à pęna lata contra ipſum velit nolit iudex, ſe pronunciat abſolutum; ideo diligentiùs videndum eſt, an hoc priuilegium ſit conceſſum. Nam illud deducere per conſequentias & argumenta parum probabilia non puto ſecurum.

84 Extare igitur illud priuilegium probat. *Rodriq. tom.1. q.20. art.4.* Quia qui concedit maius, cõcedit etiam minus, iuxta regulam, *Cui licet, de regul. iuris in 6.* At verò Clem. IV. conceſſit Prælatis Regularibus facultatem talem, quæ extenditur ad maius ſcilicet ad excommunicationes contentas in Bulla Cęnæ, igitur conceſſit etiam facultatem ſe extendentem ad minus, ſcilicet ad excommunicationem latam ab homine. Et præterea cum Sixtus IV. declarans priuilegium Clem. IV. excipiat tantum quatuor caſus, inter quos iſte non inuenitur, & exceptio firmet regulam in contrarium; ex vi illius priuilegij poterit igitur Regularis etiam nominatim excommunicatus à ſuo Prælato abſolui. Sed vt etiam aduertit *Suarez*, ex priuilegio illo Clemen. IV. & Sixti IV. oppoſitum probatur. Quoniam in eo priuilegio non conceditur facultas abſoluendi, niſi à cenſuris à iure, vel ab homine generaliter latis, vt expreſsè ibi continetur; non ergo conceditur facultas abſoluendi à cenſuris latis ab homine in foro contentioſo per ſententiam particularem. Et ſic ex quo Sixtus IV. caſus excipit, à conceſſione quam fecit, ſequitur quidem, quod Prælati Regulares poſſint quantum ſit ex vi dicti priuilegij abſoluere ab alijs cenſuris à iure, vel ab homine generaliter latis, quod fuerat conceſſum, non verò à cenſuris latis ab homine per ſententiam particularem nominatim, quoniam hoc conceſſum non fuerat. Et argumentum *Rodriq.* non probat; quia Regula illa in voluntatijs non ſubordinatis, & non per ſe connexis locum non habet, & aliter ſequeretur; quod Princeps concedens gratiam aliquam liberè, ex vi talis conceſſionis concederet omnes gratias illa inferiores. Et non ſemper motiuum concedendi gratiam maiorem, valet pro minori. Præterquam quòd non eſt verum, quod Prælati Regulares poſſint abſoluere à caſibus Bullæ Cęnæ. Et vlteriùs nihilominùs videmus quotidie per Bullas Iubilæi, & alia indulta concedi facultatem abſoluendi à caſibus Bullæ Cęnæ, & negari facultatem abſol-

abſoluendi à cenſuris ab homine particulariter latis; quia hæc facultas cum maiori difficultate conceditur propter ius, quod iudex excommunicans habet.

85 Fundamentū ſecundò ſumunt ex Priuilegio Martini V. pro Benedictinis ibi *etiam ſi talia forent propter quæ Sedes Apoſtol. eſſent conſulenda, vel quæ Summus Pontifex reſeruare conſueuit.* Et ex Priuilegio Eugen. Quarti pro Ciſtercien. ibi *Ab omnibus etiam qualitercumque enormibus*. Sed primò dicitur quod excommunicatio nominatim lata ab homine non eſt ex illis, propter quæ ſit conſulenda Sedes Apoſtolica, cum ab illa poſſit abſoluere, qui illam tulit. Neque ideo excommunicatio ab homine nominatim non poteſt tolli à Prælatis Regularibus, quia ſit de delicto enormi, cum multæ excommunicationes à iure, à quibus abſoluūt Prælati, latæ ſint contra enorme delictum, & ideo Eugen. IV. voluit quòd enormitas delicti non impediret, quin Prælati Regulares ſuos delinquentes abſoluere poſſent. Sed non valet conſequentia ergo etiam conceſſit abſolutionem ab excommunicatione ab homine nominatim, quia hæc non excluditur ratione enormitatis delicti, pro quo infertur, ſed quia Pontifices iudicant conuenire, vt ordo iudicialis fori contentioſi non perturbetur, & ius iudicum in eo foro conſeruetur. Accedit, quòd conceſsio iſta Martini V. de qua loquitur. *Caſarub. in Compend. priuil. ver. abſolutio ordinaria quoad fratres, §. 39. & 40* Primò conceſſa Priori Monaſterij Valliſoletani, & poſtea extenſa ad Priores, & Abbates aliorum Monaſteriorum expreſsè loquitur de abſolutione danda in foro conſcientiæ. Quod verò ex Eugen. IV. adducitur pro Ciſtercienſibus eſt priuilegium Reformatori nonnullorum Monaſteriorum conceſſum pro ſemel tantum, & in foro pœnitentiali, prout refert *Rodriq.* in Bullario ſub Bulla 19. inter Bullas Eugenij Quarti. ibi, *Confiteri volentium confeſſionibus diligenter auditis, eis ſingulis pro commiſſis omnibus, etiam ſi talia fuerint per quæ Sedes Apoſtolica meritò conſulenda exiſtat*. Nec in eo priuilegio habentur illa verba, *ab omnibus etiam qualitercumque enormibus*. Si vero priuilegium relatum ſit aliud ab eo, quod ex *Rodriq.* retuli, non apparet an loquatur & illud in foro conſcientiæ. Et nihilominùs additur, huiuſmodi conceſſiones generales non ſe extendere ad abſolutionem cenſurarum latarum nominatim ab homine; quia regula iuris eſt, quòd in conceſsione generali non comprehenduntur ſpecialia, quæ in particulari concedi non conſueuerunt; maximè ſi ſint in præiudicium tertij Facultas verò abſoluendi à cenſuris latis ab homine particulariter, & eſt in præiudicium fori contentioſi, & iudicis illius, & non conſueuit concedi regulariter.

86 Tertiò vim faciunt in priuilegio Greg. XIV. conceſſo Miniſtris Infirmorum in Conſtit. ſua 17. *Illius qui &c. §. 27.* In quo conceditur Generali dicti Ord. vt per ſe, vel per alios poſsit ſubditos ſuos abſoluere à quibuſuis cenſuris à iure, vel ab homine, non tamen nominatim, quomodolibet latis. Sed in rei veritate hoc probat contrarium, & ex vi talis priuilegij non poteſt Generalis illius ordinis abſoluere eum, qui ab homine particulariter eſt excommunicatus; nam idem ſunt eſſe excommunicatus nominatim, & eſſe excommunicatus per ſententiam particulariter latam. Quando enim pro particulari delicto, cuius ignoratur author, Iudex procedit ad excommunicationem, hæc ſententia licet ſit pro delicto particulari, ex modo illam ferendi generalis eſt, quia nullum determinatè afficit, ſed delinquentem occultum ligat. Tunc igitur ſolùm homo per ſententiam particularem excommunicat, cum aliquem nominatim excommunicat, vel excommunicatum declarat; cum igitur ex vi talis priuilegij Generalis dicti ordinis non poſſit abſoluere nominatim excommunicatum, ſeu eum qui eſt innodatus cenſura per ſententiam nominatim lata, & promulgata, ſequitur quòd neque poſſit abſoluere à cenſura, qua quis eſt innodatus per ſententiam hominis particulariter latam. Sed inſuper conſiderari debet, quod per hoc priuilegium non eſt conceſſa facultas abſoluendi niſi in foro conſcientiæ tantum, ibi. *Apoſtolica authoritate in foro conſcientiæ tantùm abſoluere.*

87 Quartò argumentum ſumunt ex priuilegio Eugenij Quarti pro Ciſtercienſibus, cuius priuilegij ex quadam Bulla, incipiente *iniunctum*, hæc verba referuntur. *ab omnibus cenſuris à iure, vel ab homine in genere, vel in ſpecie promulgatis, vel promulgandis.* *Suarez* hæc verba refert, vt verba Eugenij IV. ſed non refert ex qua Bulla Eugenij ſint deſumpta, niſi quòd antea alia verba retulerat ex priuilegio ab Eugenio IV. Ciſtercienſibus conceſſo. Verum eſt, quod idem *Suarez cap. 24. n. 8.* meminit eiuſdem priuilegij, quod vocat Eugenij Quarti, & Cæleſtini Quinti, & ait, quod refertur in compendio Ciſtercienſium. *v. abſolutio §. 1.* *Caſaing.* verò, aliquid diſtinctiùs affert, dum refert ea verba, tanquam habita in priuilegio Ciſtercienſium conceſſo ab Eugenio IV. in Bulla *Iniunctum nobis*. Huius vero Bullæ Eugenij Quarti pro Ciſtercien. non inuenio memoriam in Bullario Romano, nec huius priuilegij mentionem facit Collec. priuilegiorum Mendicantium, & non Mendicantium edita ab *Alphonſo Caſarub.* nec in adnotat. *Corduba, & Capucin.* Bene tamen in Bullar. *Rodriq.* inuenio Bullam 16. Eugen. IV. quæ incipit *Iniunctum nobis*, & fuit data 7. Cal. Decembr. anno 1434. ad fauorem Martini de Vargas Prioris Ord. Ciſtercienſium, & reformatoris multorum Monaſteriorum, & ſucceſſorum eius, & in ea Bulla concedit illi, & ſucceſſoribus ſuis facultatem abſoluendi ſubditos à cenſuris omnibus à iure, vel ab homine, etiam à Legatis, aut Delegatis Sedis Apoſtolicæ, etiam à Concilijs Prouincialibus, ſeu à Synodis. Sed tamen non ſunt in eo priuilegio illa verba, in *genere, vel in ſpecie*, ſuper quibus præfata opinio ſe fundat, & vult per ſententiam in ſpecie latam intelligi ſententiam latam particulariter, & nominatim. Secundò illud priuilegium eſt limitatum quantùm ad numerum, quia eſt conceſſum pro ſemel dumtaxat. Tertiò non habet locum niſi in foro pœnitentiali & peccatorum Sacramentali confeſſione audita. Ibidem verò aliud priuilegium concedit, vt ſcilicet ille, & quilibet ſucceſſorum ſuorum ſemel in vita, & ſemel in morte eligere poſſet confeſſarium, qui illos abſolueret ab eiſdem cenſuris, ſatisfactis ijs, quibus ſatisfaciendum ſit; & dum ipſi non deliquiſſent in confidentiam remiſſionis huiuſmodi, & quòd qui voluerit conſequi hoc beneficium per annum à die notitiæ priuilegij ieiunet ſingulis ſextis ferijs. Vnde benè apparet, quòd ex ſuo

pri-

Digitized by Google

priuilegio nihil habetur; vnde probetur facultas abſoluendi à cenſuris latis ab homine per ſententiam particularem, cum hoc non exprimatur, & ad hoc obtinendum non ſufficiat conceſſio generalis. Sed dato etiam, quod datetur priuilegium Eugenij IV. per quod concederetur Prælatis Ord. Ciſtercien. facultas abſoluendi à cenſuris à iure, vel ab homine in genere, vel in ſpecie latis, ſenſus apertior, & planior eſt, vt genus & ſpecies reſpiciant cenſuram, quæ aliquando fertur in genere, vt cum quis vniuerſaliter ſuſpenditur, aliquando in ſpecie, vt cum quis ſuſpenditur ab officio, vel à beneficio; ſed ſententia particularis propriè non dicitur neque ſententia ſpecialis, neque ſententia cenſuræ in ſpecie, quia perſona determinata non eſt ſpecies. Nec obſtat quòd dicatur ſententia generalis, quæ datur & non in determinatam perſonam; quia generalis etiam dicitur quæ datur pro omni ſpecię cenſuræ. Et quatenus Generalis dicatur ſententia, quia datur pro indeterminata perſona; tunc generale ſumitur non vt opponitur ſpeciali, ſed vt eſt idem quod cōmune, & opponitur particulari. Et ita excommunicatio dicitur generaliter lata, quia communiter fertur pro indeterminatis perſonis. Nunquam tamen propriè ſententia dicitur lata in ſpecie, quia ſit lata pro indiuiduo determinatè. Sed verè hic modus ferendi reſpicit genus, & ſpeciem cenſuræ.

88 Quintò tandem fundantur in priuilegio conceſſo Societati per Paulum Tertium in Conſtit. *Licet debitum* 48. vbi Præpoſito Generali conceditur, vt ipſe per ſe, vel per deputatos poſſit ſuos ſubditos abſoluere *à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis, & ſecularibus ſententijs, cenſuris, pœnis à iure, vel ab homine quomodolibet latis, & promulgatis*. Habetur hic priuilegium tanquam clarum; quia ponderatur illa dictio *Quomodolibet*, quæ nequit eſſe poſita, niſi vt tollatur reſtrictio dictæ vniuerſalis conceſſionis, & intelligatur, concedi facultatem abſoluendi à ſententia lata ab homine etiam contra determinatas perſonas. Verùm neque hoc probat, quoniam cum priuilegij poſſit dari alius ſenſus magis etiam germanus, talis ſenſus eſt præferendus; quia eſt enim regula iuris, vt in conceſſione non intelligantur comprehenſa, quæ regulariter non conceduntur, immò excluduntur, & præcipuè ſi ſint in præiudicium alterius, niſi exprimantur. In priuilegio enim dicta facultas abſoluendi à ſententijs cenſuræ nominatim latis, & promulgatis non exprimitur, quoniam dictio *Quomodolibet*, poſita in illo non afficit ſolùm ſententias ab homine, ſed etiam à iure, & refert modos ſententiarum ſupra explicatos, ſcilicet in genere, vel in ſpecie, vel quoſcumque alios, qui poſſunt diuerſificare ſententias latas à iure, quoniam aduerbium *Quomodolibet* afficit ſententias cenſurarum quomodolibet à iure, vel ab homine latas, & promulgatas. Quamuis vero ferre ſententiam excommunicationis, vel alterius cenſuræ nominatim contra aliquem ſit quidam modus ſententiæ, tamen quia eſt modus ſpecialiſſimus, qui non conſueuit concedi, ſed excludi in facultatibus, & indultis datis ad abſoluendum, & eſt in præiudicium fori contentioſi & iudicis eius, ideo ſub illo generali termino *Quomodolibet* non eſt comprehenſus, cum non ſit expreſſus. Et certè non eſt veriſimile, quod Summus Pontifex voluerit formas iudicandi peruertere, & ſubuertere, ſeu forum conſcientiæ vel extraiudiciale, cum foro contentioſo, & iudiciali confundere, & velle, vt iudicium quod ex notitia publica & iudiciali incœptum eſt, & eidem innititur ex notitia priuata, immò ex eiuſdem rei ſola confeſſione terminetur, & iudicium priuatum, iudicio forenſi ſilentium ponat, & non iudex, iudici manus liget, ſeu non iudex ligatum à iudice ſoluat. Nec tollitur inconueniens dicendo, quod debet ſatisfieri parte, & poſtea denunciare iudici abſolutionem datam; quia cognoſcere an ſatisfiat parti pertinet ad iudicem, non ad priuatam perſonam, & tale quid contumaciæ inſolentiæ, mali exempli poteſt in proceſſu conſtare, quod moueat iudicem, vel ad differendam abſolutionem, vel ad ſpecialem pœnitentiam iniungendam, quod reus ipſe non fateatur, ſed occultet extra iudicium. Et tandem pertinet ne ad extraneum videre, an reus cōtumaciam in iudicem purgauerit, vel non purgauerit? Et priuata notitia vtens debet ne eſſe iudex contra iudicem ipſum, vt tanquam non contumacem velit abſoluere, quem eſſe contumacem habet iudex ex publica notitia? Et vt dicebam referre abſolutionem aliunde obtentam iudici, nō eſt honorare iudicem, ſed contemnere, quia cum iudex ſalua iuſtitia potuiſſet differre abſolutionem ex cauſis in proceſſu deductis, vel ſaltem, cum iudex iuſiè potuiſſet videre humilitatem petentis abſolutionem, iam videt reum abſolutum eo, vel volente, vel nolente, & in actis & proceſſu debet reponere reum aliunde ex priuata notitia à iudice cauſæ abſolutum.

89 Dicendum eſt propterea Prælatos Regulares nullam habere facultatem validè abſoluendi etiam pro foro conſcientiæ ſuos ſubditos nominatim, ſeu in particulari à iudice excommunicatos, niſi ipſi ſint iudice excommunicante ſuperiores, in quo caſu etiam regulariter ſaltem manum ponere non debent, niſi ex notitia publica & ex proceſſu reſultante, & æquum eſt, vt ligatum cenſura remittant ad ſuum iudicem, ſicut eſt praxis Eccleſiæ, ſi is eſt pro foro externo abſoluendus, niſi in caſu legitimæ appellationis, aut recurſus.

90 Et idem dicendum eſt, ſi excommunicatio ſit à iure, ſed deducta ad forum contentioſum, vt ſcilicet Prælati Regulares ab ea ſuos abſoluere nō poſſint. Sed quia hoc habet ſpecialem difficultatem, quæſtio particularis de ea eſt habenda. Et quoniam ad eius ſolutionem conducit ſcire quid ſit & ad quæ ſe extendat abſolutio data pro foro conſcientiæ, de hoc priùs tractandum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Non eadem eſt abſolutio data in Sacramento pœnitentiæ, & in ſolo foro conſcientiæ, ſicut nec data extra Sacramentum & in foro fori. n. 91.*

2 *Abſolutio pro foro conſcientiæ dari poteſt extra Sacramentum pœnitentiæ. n. 91.*

3 *In ligato cenſura duo conſiderantur delictum puniblie alia pœna, & pœna cenſuræ. n. 92.*

4 *Abſolutio in foro conſcientiæ non tollit, quin abſolutus poſſit accuſari, & in iudicio contentioſo alijs pœnis puniri. n. 93.*

5 *An abſolutio pro foro conſcientiæ valeat pro foro externo, opiniones diuerſæ. n. 94.*

Ab-

contra cenſuram egerit poſt eius abſolutionem, licet neceſſarium ſit hanc abſolutionem approbari in foro exteriori, vt publicè coram omnibus ſe gerere poſſit vt abſolutus. Ideo abſolutionem in foro conſcientiæ datam vigore Bullæ Cruciatæ, aut alterius ſimilis indulti valere etiam in foro contentioſo remota contumacia, & ſatisfacta parte, quia abſolutus in foro conſcientiæ eſt verè & ſimpliciter abſolutus à cenſura; & alias facultas ſic abſoluendi eſt fauorabilis, gratioſa & liberalis, & ideò non reſtringenda. Et idem tenent. *Io. Valer. v. abſolutio diff. 5. n. 6. Trullen. lib. 1. §. 7. cap. 2. d. 9. num. 4. Medina & Rodriq. apud Dian. p. 5. tract. 9. reſol. 13. Io. de Cruce in direct. conſcien. p. 2. de excom. concl. 3. Serio in Bullam Cruc. diſp. 1. diff. 10. §. 8. q. 25. n. 5. Diana loco citat. & p. 1. tr. 11. reſol. 26. fin.*

95 Ex his ſententijs prima abſolutè vera eſt, quia ſecunda confundit fora & iuriſdictiones, & facultatem abſoluendi in præiudicium iudicij externi fori, & modi iudicandi proprij Eccleſiæ, vt eſt corpus viſibile agens ad publicã externam vtilitatem, exẽplum & emendationem fidelium, extendit vltra, & contra ſignificationem conceſſionis factæ à Pontifice; quia abſolutio in foro externo, & pro foro externo, & pariens effectus proprios fori externi nõ comprehenditur ſub ſignificatione abſolutionis in foro, ſeu pro foro conſcientiæ, ſed ab ea contradiſtinguitur tanquã membrũ diuerſum, & oppoſitũ.

96 Nec obſtant rationes, quibus dicta ſecunda ſententia affirmans fulcitur, quoniam illis omnibus abundè ſatisfaciunt DD. primæ opinionis. Dum enim dicitur, quod abſolutus à cenſura in foro conſcientiæ eſt abſolutus verè & ſimpliciter, ſi per ſimpliciter intelligit totaliter, & reſpectu cuiuſcumque effectus, quem cenſura præſtat, ridicula facit indulta Pontificia limitantia abſolutionem in foro conſcirntiæ, & excludentia forũ externum; nã & puerilis, & inepta eſt hæc diſtinctio, ſi abſolutio pro foro interno conſcientiæ, ita tollit cenſuram, vt abſolutus ſit omnino liber à quocumque effectu, quem parit ligamen cenſuræ. Nec ſufficit dicere, quòd neceſſe eſt, vt cenſuræ abſolutio approbetur in foro externo. Quia vbi conſtiterit de abſolutione data ab habente facultatem abſoluendi in foro conſcientiæ, iudex fori externi nec poteſt habere abſolutum in foro conſcientiæ, vt ligatum cenſura, nec illum punire, quia poſt abſolutionem illam egit contra cenſuram, nec illum denunciare vt cenſura ligatum, nec illum abſoluere à cenſura dum ſufficit abſoluto, vt faciat quocumque modo de illa abſolutione conſtare, & de reliquo conſtito publicè de illa abſolutione, publicè rtiam inuito iudice habendus erit pro abſoluto à cenſura, & iniuſtè ager iudex, ſi illum vt talem habere noluerit, vel haberi non permiſerit. Et quod dicatur, quòd iudex poteſt cõtra abſolutum inquirere de delicto, & ad alias pœnas infligendas procedere, hoc nihil eſt dicere, niſi quod abſolutio à cenſura, nõ eſt abſolutio ab alijs pœnis, quòd per ſe euidens eſt, etiã de abſolutione data in foro externo. Et ſic in nullo alio erit diſcrimen inter huiuſmodi abſolutiones, niſi quod vna eſt data à iudice, alia à non iudice, & de reliquo abſolutio data à non iudice in foro cõſcientiæ tantum valebit, quantum data à iudice, dum de abſolutione quæcumq; via conſtet. Si autẽ ſimpliciter accipitur prout eſt idem, quod nullo addito, admittitur quod abſolutus in conſcientia eſt abſolutus ſimpliciter, quoniam abſolutus à cenſura in foro conſcientiæ eſt abſolutus à culpa, vel nõ eſt ligatus ita, quin poſſit abſolui, & eſt liber ab omni ligamine prout impedit reconciliationem ſuam cũ Deo. Secundò in conſcientia eſt liber ab obligatione obſeruandi ligamina cenſuræ tam priuatim, quã publicè, niſi à iudicio externi fori impediatur, vel ratione ſcandali detineatur. Tertiò eſt liber ab inhabilitatibus ad beneficia, & Prælaturas; ſi enim ipſe eius cenſura non deducta ad forũ contentioſũ, & nullo opponente ei inhabilitatẽ eligatur, valida, eſt electio, & collatio beneficij, aut Prælaturæ. Verũ cenſura eſt pœna, nec eſt indiuiſibiliter ſolum remiſſibilis ſicuti eſt culpa, cuius nihil remittitur, niſi tota remittatur; ſed cenſura remittitur quantũ ad vnum effectũ, non quantum ad alium, iuxta remittentis diſpoſitionem. Nam & in Sacramento Pœnitentiæ, licet remittatur tota culpa, regulariter non remittitur tota pœna, & ita per abſolutionẽ à cenſura in foro cõſcientiæ, non liberatur cenſura ligatus ab omni ligamine, & effectu, ſed remanet in foro cõtentioſo ligatus, & ſubditus iudicio Eccleſiæ in eo foro, & non ſoluendus niſi ex notitia habita in tali foro, & ex diſpoſitione iudicis talis fori.

97 Ideo DD. primæ ſententiæ benè aduertunt, & admittunt, iudicem fori externi non teneri procedere contra abſolutum in foro cõſcientiæ ad inſtantiam Procuratoris Fiſcalis, non inſtante parte offenſa, contra excommunicatũ abſolutum, ſed ſatisfacta parte, poſſe iudicem habere ratam, & pro foro externo approbare abſolutionem latam in foro conſcientiæ. Immò addit benè *Suarez nu. 36. fin.* quod non poteſt cum toto rigore punire abſolutum in conſcientiæ foro ex eo, quod poſt abſolutionem egit contra cenſuram, ſed ex æquitate legis naturalis tenebitur habere rationem eius, quod ſcilicet, talis abſolutus in illis actibus non peccauit in Deum; ſed ſolum illum punire poteſt quantum viderit expedire, vel ad vindictam prioris contumaciæ, vel ad publicam ſatisfactionem, & ad ſcandalum auſrrendum, ſi aliquod adfuit. Hoc enim lex naturalis iubet, vt veritas præferatur præſumptioni, quando de illa conſtat.

98 Sed tamen parte inſtante iudex fori externi tenetur procedere contra abſolutum in foro conſcientiæ, nec pars tenetur habere ratam ſeu approbare illam abſolutionem, & poſſunt fideles nolle extrinſecus cum tali excommunicato abſoluto cõmunicare, & illum ab electionibus expellere, ſeu contra electones in quibus fuerit admiſſus ad vocem vel actiuam, vel paſſiuam opponere, & eas in iudicium deferre, nec poterit Confirmator eas electiones confirmare, ſed manebunt vitiatæ eo modo, ac ſi ille excommunicatus non fuiſſet in conſcientia abſolutus. Cum tamen nullo obſtante, vel parte ſatisfacta, & ceſſante ab inſtantia electiones, illæ poſſint confirmari, quia non ſunt ipſo iure nullæ, ex quo excommunicatus erat abſolutus.

99 Neque etiam obſtat particula cuiuſdam Iubilæi conceſſi à Pio Quinto anno 1568. vbi conceſſionem limitans ad forum pœnitentiæ ſic habet. *Niſi ad earum effectum in foro conſcientiæ & pœnitentia conſequendum dumtaxat, non autem in foro fori, aut contentioſo, niſi ſatisfecerint, vllatenus ſuffragari.* In quibus verbis videtur declarare, quod conceſſio

in foro pœnitẽtiæ valeat in foro fori ſatisfacta parte, Nam primò clauſula illius bullæ limitatiſſima eſt, quia loquitur ſolum ad effectum obtinendi indulgentiam, non verò ad alios effectus, & ita vt valeat etiam ad tempus, & cum reincidentia. *Declarantes inſuper*, inquit, *tam præſentes, quam alias quaſcumq; ſuper cõceſſione ſimilium, vel diſſimiliũ indulgẽtiarũ à nobis & prædeceſſoribus noſtris hactenus emanatas, vel in futurum quomodolibet emanandas literas &c.* Per illa enim verba, *ſuper cõceſſione ſimiliũ indulgentiarum.* Limitatur diſpoſitio illa quantũ ad hoc, quod eſt lucrari indulgentias illas. Et adhuc vt ex *Gutierez* aduertit *Suarez* neque hæc conceſſio fuit facta permanenter, ſed cum reincidentia, ibi. *Declaramus inſuper tam præſentes &c. literas, Chriſtifidelibus ipſis, niſi ad eorum effectum &c. vllatenus ſuffragari, eoſdemq. Chriſtifideles, iuxta huius noſtræ declarationis formam, & tenorem tantùm, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis ſe iuuare quoquo modo potuiſſe, aut poſſe, quin immò eos in illas poſtmodum reincidiſſe, & in futurum reincidere.* Vnde dato, quod per huiuſmodi bullam Iubilæi conceſſum fuiſſet, vt poſſent Chriſti fideles abſolui in foro externo, hæc conceſſio facta fuiſſet pro vno caſu particulari, & limitatiſſimo, & cum reincidentia,

100 Et nihilominus ſecundò additur, quòd neque ex illis verbis concluditur, quòd Pius Quintus dederit facultatem abſoluendi in foro externo, & contentioſo. Nam illa verba, *niſi ſatisfecerint*, non ſunt conſtruenda cum ſolis proximis verbis, *non autem in foro fori contentioſo*, ſed cum tota clauſula præcedente, ita vt illa verba, *non autem in foro fori, aut contentioſo*, quaſi per parenthæſim interponantur, & ſenſus ſit, illam abſolutionem non valere in foro conſcientiæ, niſi ad effectum indulgẽtiæ, & ſatisfacta parte, nam in foro fori nec iſto modo valet. Quod enim hic debeat eſſe ſenſus, licèt duriuſculus appareat, conuincit ratio, quia aliter concedi deberet, quòd Pontifex Pius conceſſiſſet, quòd non ſatisfacta parte in foro conſcientiæ poſſent Chriſti fideles à cenſuris abſolui, quod eſt in Eccleſia inuſitatum, & contra communem vſum talium indultorum tam ante, quàm poſt Pium V. Et vlteriùs, ſi prout communiter interpretatur conditio, *ſatisfacta parte*, vt vel pars fuerit actu ſatisfacta, vel fuerit præſtita cautio de eius ſatisfactione, incredibile prorſus eſt, quod Sanctiſſimus Põtifex voluerit, eum poſſe in foro conſcientiæ abſolui, qui nec parti actu ſatisfecit, nec vult dare cautionem de ſatisfaciendo, cum talis nec ſit dignè diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem.

101 Sed data alia interpretatione, & ſi quis dixerit requiri ſatisfactionem partis, vt actu datã, & tunc voluiſſe Pontificem, vt abſolutio illa valeret in foro fori, duo dicuntur adhuc, Primũ, quod illa fuit commiſſio ſpecialis facta propter breuitatem eius, & neceſſitatem abſque præiudicio tertij. vnde non licet ab illa conceſſione ſumere argumẽtum ad alia indulta dantia facultatem abſoluendi ſimpliciter, & non ad effectum particularem, & cũ reincidentia. Secundùm eſt, quòd adhuc in eo caſu abſolutio data in foro conſcientię nõ valet in foro fori, niſi ex ſpeciali conceſſione, expreſſione, & declaratione Pontificis, quam extenſionem non licet facere ex priuata interpretatione cuiuſcumque, & quæ extenſio locum non habet in alijs indultis. Tum quia non eſt de iſtis eadem ratio, vt dictum eſt. Tum quia non poteſt fieri extenſio, vbi agitur de iure tertij, & de gratia, quæ non conſueuit concedi, niſi Princeps ipſe expreſsè gratiam extendat. abſolutio igitur data in foro conſcientiæ non valet in foro fori, & contentioſo.

102 Hinc ergo concluditur, quòd cum abſoluentium alij non poſſint abſoluere, niſi in foro conſcientiæ, alij verò in vtroque foro. Si abſolutio obtinetur ab eo, qui nõ poteſt abſoluere, niſi in foro cõſcientiæ, ſiue iſte abſoluat in Sacramento pœnitentiæ, ſiue extra, abſolutio non valet niſi pro foro conſcientiæ, & quãtum opus eſt, vt ligatus cenſura Deo reconcilietur, & quietem conſcientiæ obtineat, & cum hominibus tanquam abſolutus ſe habere poſſit extra periculum ſcandali, & fori contentioſi exigentiam. Sed ſi abſoluens poteſt in vtroque foro abſoluere, tunc ſi non abſoluat limitatè, & exprimat ſe abſoluere tantùm in foro conſcientiæ, etiam ſi in Sacramẽto pœnitẽtiæ abſoluat, validè abſoluit à cẽſura etiã in foro externo, vt infra magis explicatur.

S V M M A R I V M.

1 *An Prælati ſuos cenſura iuris delata ad forum contentioſum poſſint abſoluere. Diuerſæ opiniones. num. 103.*

2 *Epiſcopus Regulares denunciare non poteſt excommunicatos. num. 104.*

3 *Niſi vbi vt delegatus poteſt eos punire. nu. 104.*

4 *Rarus caſus erit, in quo Epiſcopus Regularem degentem intra clauſtra poſſit denunciare excommunicatum, ſeu quod cenſura à iure lata in Regularem deduci poſſit ad forum Epiſcopi. nu. 105.*

5 *Abſoluens habens iuriſdictionem abſoluendi in foro externo, ſi ſatisfacta parte, & cauſa ad forum contentioſum non deducta, abſoluat extraiudicialiter, vel etiam in Sacramento, abſoluit pro vtroque foro. num. 106.*

6 *Etiam ſi in abſolutio, tempore abſolutionis, fuerit tantum propoſitum abſoluendi. num. 107.*

7 *A cenſura deducta ad forum contentioſum, nullus virtute bullæ, aut iubilæi, aut priuilegiorum poteſt à non Superiore abſolui in foro externo, &c. num. 108.*

8 *Abſolutus cauſa non cognita à ſuperiore neſciente cenſuram delatam ad forum contentioſum inferioris, non eſt abſolutus in foro exteriori. nu. 109.*

9 *Probabile eſt Prælatos, ſeu etiam Confeſſarios virtute bullæ, aut iubilæi, aut priuilegiorum poſſe in foro conſcientiæ tantum, abſoluere à cenſura ad forum contentioſum delata. n. 109.*

10 *Mens Papæ eſt ſuſcipere pœnitentes, ſed iuxta præſcriptum canonum. nu. 110.*

11 *Iudicis eſt videre an pars ſit ſatisfacta, & an ceſſauerit contumacia. n. 111.*

12 *Probabiliùs, & tutiùs eſt virtute priuilegiorum, nec in foro conſcientiæ poſſe aliquem abſolui à cenſura deducta ad forum contentioſum. nu. 112.*

13 *Inferior Prælatus non abſoluit denunciatum à ſuperiore. n. 113.*

14 *Prælatus localis non abſoluit hoſpitem deductum ad forum alterius. nu. 114.*

15 *Prælatus pro foro externo nunquam abſoluit ab ea cenſura, à qua in foro externo non poteſt abſoluere. num. 115.*

19 Sa-

Digitized by Google

16 *Sæpiùs contingit, vt Prælati nec poſſint abſoluere quos ipſi denunciauerant excommunicatos. n. 116.*

103 QVæritur decimò, vt ſupra propoſitum fuit. An Prælati Regulares poſſint ſuos abſoluere ab excommunicatione iuris deducta ad forũ contentioſum, lite nondum finita, vel excommunicato denunciato, & publicato in foro iudicis extranei, ſeu Superioris? Tres enim inuenio ſententias de hoc puncto. Quidam tenent, quod ex vi Bullæ Cruciatæ, ideoque & ex conſequenti vi priuilegiorum Regularium poſſint abſolui ligati cenſura deducta ad forum contentioſum abſolutione fori conſcientiæ, ſed valitura pro foro externo ſatisfacta parte, & remota contumacia, adeò vt nec procurator Fiſcalis poſſit in iudicio agere, vt conſtito de abſolutione abſolutus non habeatur vt abſolutus. Et hanc ſententiam tenent *Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 5. nu. 21. Ioan. de Cruce in direct. conſcientiæ p. 2. de excomm. dub. 5. concl. 3.* quem refert *Dian. p. 5. trac. 9. reſol. 13. Serio in bullam cruciatæ diſp. 1. diff. 10. §. 26.* Alij verò hoc modificant, vt poſſit quidem virtute bullæ Cruciatæ, & priuilegiorum abſolui excommunicatus deductus ad forum contentioſũ, vel denunciatus, ſatisfacta parte, & ablata contumacia, ſed abſolutione tali, quæ ſolùm valeat in foro conſcientiæ, nec impediat iudicem, quin in foro contentioſo agat contra abſolutum virtute dictorum priuilegiorum in foro conſcientiæ. Et hanc ſententiam tenent *Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 43.* Vbi pro eadem ſententia refert *Ledeſm. 2. 4. q. 26. art. 1. f. 353. p. 1. Polancum in direct. c. 4. f. 52. Angl. florib. 2. p. 4. de excom. a. 4. diffic. 1. Henriq. l. 3. de Euchariſt. c. 60. n. 4. & l. 7. c. 13. nu. 2.* citatur etiam *Sotus in 4. d. 22. quaſ. 2. ar. 3. v. primus eius caſus*, qui tamen id non dicit. Alij abſolutè negant excommunicatum vi bullæ Cruciatæ, aut priuilegiorum ſimilium poſſe ab excommunicatione deducta ad forũ contentioſum abſolui etiam in foro conſcientiæ. Et ita tenent *Sorbus in compend. priuileg. tit. Reſolutiones materiæ abſolut. v. dummodo. Et v. aduertant pag. 52. fin. & alij infra citandi.*

104 Hic tamen primò obiter aduertendum, quòd licet Epiſcopi in aliquibus caſibus poſſint excommunicare Regulares tanquam Papæ delegati, de quo inter alios videndus eſt *Paſqualigus p. 2. ad Lauretum de Franchis q. 6.* Nihilominus non poteſt Epiſcopus denunciare Regulares excommunicatos excommunicatione, vel cenſura à iure lata, cum neque eos poſſit citare, vt benè tradiderunt *Nauar. conſil. 2. de ſent. excommunicat.* alios referens. *Peyrin. ad Conſtit. 11. Sixti IV. §. 10. num. 13. Diana par. 3. tract. 2. reſol. 35. Lezana p. 1. cap. 11. nu. 15. Donatus in praxi, p. 2. tract. 13. q. 26. num. 2. Paſqualig. vbi ſupra q. 7. num. 4.* quod verum eſt etiam ſi delictum ſit plus quam notorium, vt aduertunt *Lezana, Donatus, Paſqualig. citati, & Ceſpedes de exemp. Regul. cap. 18. dub. 295. num. 5.* Solumque hoc fallit in caſu, in quo Epiſcopus poſſit punire Regularem delinquentem, & illum damnare, nimirum verbi gratia, vbi Regul. degens extra clauſtra delinquat in terminis Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. de reform. Sed declarare Regulares excommunic. vel ligatos cenſura iuris pertinet ad eorum ſuperiores Regulares, exceptis caſibus ſpectantibus ad ſanctum officium, vel ad aliud aliquod ſupremum Tribunal Sedis Apoſtolicæ. Vnde valdè rarò accidere poteſt, vt Regulares excommunicati, vel ligati aliqua cenſura in iure lata deduci poſſint ad forum Epiſcoporũ, quia hoc contingere non poteſt, niſi in illis caſibus, in quibus Epiſcopus ſit delegatus Sedis Apoſtolicæ, & tanquam delegatus poſſit Regulares punire. In Regularibus autem intra clauſtra degentibus, ſi datur caſus cui ſit annexa cenſura ipſo iure lata, & in quo Regulares ſubdantur Epiſcopo, vt Delegato Apoſtolico, hic eſt valdè rarus.

105 Hoc autem ſuppoſito dicitur primò, quòd vbi abſoluens habet iuriſdictionem externi fori, & à cenſura poteſt etiam in foro externo abſoluere reum, valet abſolutio etiam pro foro externo ſi ſatisfacta parte ipſe, antequam cenſura ligatus ſit deductus ad forum contentioſum, eum abſoluat etiam in Sacramento Pœnitentiæ. Et in hoc ſenſu admitti poteſt prior opinio. Ratio huius eſt, quia in abſoluente non deeſt nec poteſtas, nec voluntas abſoluendi ſimpliciter pro omni foro, igitur ſi abſoluit de facto, validè abſoluit. Supponitur enim poteſtas abſoluendi. Nam ea deficiente, non valet abſolutio in foro externo; ſicut v. g. deficit in Parocho ſimplici, vel ſimplici Sacerdote, non verò deficit in Prælato Regulari, qui habet in ſuos iuriſdictionem externi fori, & poteſt excommunicare, & ligare, & etiam ſoluere. Niſi cenſura ſit talis, ad quam non ſe extendat poteſtas illius. Voluntas etiam cenſetur adeſſe, ſi abſoluens ſine exceptione, & limitatione abſoluit. Nam abſoluens poſſet velle abſoluere ſolum pro foro conſcientiæ, ſed ſi hoc non exprimit, aut aliunde ſatis inſinuat, cenſendus eſt velle abſolutè pro omni foro abſoluere.

106 Sed dicet quis, in contrarium eſſe, quia ad dandam abſolutionem in Sacramento Pœnitentiæ nõ eſt neceſſe, quòd pars actu ſit ſatisfacta, ſed ſufficit in abſoluendo propoſitum ſatisfaciendi, quod non videtur ſufficere ad abſolutionem valituram pro foro externo; quia poteſt de facili contingere, vt abſolutus negligat ſatisfacere. Sed dicitur, quod ſi abſolutus negligat ſatisfacere, licet non reincidat in excommunicationem, ſi nõ ſatisfaciat, tamen inſtante parte poterit iterum excommunicari, immò poterit eſſe, quòd ex noua culpa iterum ipſo iure principaliter incidat in excommunicationem, vel cenſuram. Cæterum abſolutus fuit verè ſimpliciter abſolutus, quia qui abſoluit potuit, & voluit abſoluere, & ipſe erat capax abſolutionis obtinendæ in Sacramento Pænitentiæ, vbi nõ requiritur in abſoluendo, niſi verum propoſitum ſatisfaciendi.

107 Dicitur verò ſecundò, quòd vbi delictum pro quo aliquis eſt ligatus cenſura eſt deductum ad forum contentioſum alicuius legitimi iudicis; nec virtute bullæ Cruciatæ, nec virtute Iubilæi, nec à Prælato ſuo Regulari poteſt ligatus cenſura abſolui abſolutione valitura pro foro externo. In hoc enim longè excedit illa prima opinio confundens iuriſdictiones, & præiudicium inferens iudici, qui iam citauit ligatum cenſura ad ſuum forum, vnde iam acquiſiuit ius priuatiuè quoad alios iudices cognoſcendi de cenſura, & reum declarandi cenſura ligatum, & illum in facie Eccleſiæ abſoluendi. Ideò delatum ad forum externum non poſſe ab alio iudice abſolui abſolutione valitura pro fo-

ro externo virtute alicuius priuilegij dantis facultatem abſoluendi, vel pro foro interiori, vel etiam generaliter, ſeu indefinitè tenuerunt *Nauar. cap. 27. num. 278. Couar. in cap. Alma mater p. 1. §. 11. num. 16. de ſent. excomm. Gomeſ. in regul. Cancell. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis. quæſt. 14. num. 3.* vbi ait etiam hunc eſſe vſum pœnitentiariæ. *Pariſ. l. 4. conſ. 67. num. 22. Cardub. tract. de indul. quæſt. 40. Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 26. art. 1. dub. 9. Philiar. de offic. Sacerd. p. 3. l. 4. in addit. ad cap. 16. Vgolin. de cenſur. tab. 1. cap. 10. §. 4. num. 5. Henriq. l. 13. de excom. c. 27. §. 5. Sayr. de cenſ. lib. 2. cap. 20. num. 31. Paſqualig. in praxi magni iubilæi q. 258. num. 5.* & alij Doctores ſuperiori quæſtione citati. Ad iudicem enim excommunicantem remitti debet excommunicatus vt abſoluatur, argum. *cap. prudentiam, §. ſexta, de offic. iud. deleg. & cap. paſtoralis, §. præterea de off. ordin.* Et vniuſcuiuſque iudicis iuriſdictio ſeruanda eſt. arg. *cap. peruenit 11. q. 1.*

108 Limitatur tamen aſſertio reſpectu Superioris habentis iuriſdictionem eminentiorem, & talem, vt poſſit cauſis inferioris iudicis ſilentium inferre, vel cauſas apud eum pendentes etiam indeciſas ad ſe aduocare, & de illis cognoſcere, vel ſi ſit iudex appellationis. Talis enim Superior, vel cauſæ ſilentium imponendo, vel cauſam ad ſe aduocando, poterit modo ſibi benè viſo, eum, qui delatus eſt ad inferioris iudicium à cenſura abſoluere; ſi tamen eo neſciente cauſam pendere in Tribunali inferioris, ab eo excommunicatus abſoluatur, cauſa iudicialiter non cognita, illa abſolutio non valebit pro foro externo; quia abſoluens non eſt cenſendus voluiſſe præiudicium facere inferiori, & eius iudicium impedire.

109 Dicitur tertiò ſatis probabile eſſe, vt Confeſſarij virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilæi, aut Prælati virtute priuilegiorum poſſint ſatisfacta parte abſoluere à cenſura iuris deducta ad forum contentioſum pro foro conſcientiæ tantùm, & ita vt in externo foro abſolutus habendus ſit vt excommunicatus, ſi ſit denunciatus, donec in eo foro abſoluatur, vel procedi poſſit ad eum denunciandum excommunicatum. Ita ſentiunt *Martin. Ledeſm. 2. 4. q. 26. art. 1. dub. 9. Sotus 4. d. 22. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 3. Nauar. cap. 27. num. 278. Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. 11. nu. 12. & 16. Henriq. lib. 13. cap. 27. §. 5. Vgolin. tab. 1. cap. 10. §. 4. nu. 4. Sayr. lib. 1. de cenſ. cap. 20. num. 29. Rodriq. in bullam Cruciat. §. 9. nu. 52. Gutierez lib. 1. canon. quæſt. diſp. 1. in bull. Cruc. cap. 4. d. 1. num. 5. Lezana v. bulla Cruciata num. 25.* & alij ſupra pro ſecunda opinione relati. Probant autem quidam hoc, quia virtute priuilegiorum præfatorum poſſunt rei abſolui à culpa; igitur & à cenſura. Sed hæc ratio principiũ petit, qui enim negant poſſe huiuſmodi reos abſolui à cenſura, multo magis dicunt nõ poſſe eos abſolui à culpa, propter quã eſt incurſa cenſura, cum excommun. non poſſit abſolui à culpa, niſi priùs abſoluatur à cenſura.

110 Secundò id probant, quia æquitas, & pietas ſuadent hanc eſſe mentem Summi Pontificis, pœnitentes ad ſe venientes ſuſcipere. Sed neque hoc probat; quia mens Papæ eſt pœnitentes ſuſcipere iuxta præſcriptum canonum, & legum, ſecundum quos delicta ad iudicium delata à iudicibus fori externi ſunt cognoſcenda, & punienda ad exemplum aliorum. Et ſi reus ſtatim in foro externo delictum fateatur, & Eccleſiæ ſatisfaciat, & à contumacia recedat abſolutionem recipiet in foro externo. Tertiò, id alij probant, quia Pontifex ſine reſtrictione concedit facultatem abſoluendi ab omni cenſura ſiue à iure, ſiue ab homine quauis cauſa lata, igitur concedit etiam facultatem abſoluendi à cenſura deducta ad forum contentioſum. Et eò magis, quòd cenſura eſt medicina ordinata ad tollendam contumaciam, & inducendam ſatisfactionem; cum igitur Reo ſatisfaciente parti excommunicatio ſit ſortita effectum poterit impendi abſolutio, aliàs cenſura non eſſet medicina, ſed grauamen, præſertim ſi abſoluendus ſit in peccato mortali, nec poſſit abſolui non abſolutus à cenſura.

111 Sed licet hæc ratio ſit probabilis, & æquitati cuidam, & pietati innitatur. Et eò magis, quod abſolutio pro foro interiori valdè iuuat, ad finem exterioris iudicis, & vt reus in foro externo magis ſe ſubijciat iudici, & mandata eius exequatur. Quia Deo reconciliatus ex corde ex Dei gratia magis eſt diſpoſitus ad noua fugienda delicta, ad & parendum Eccleſiæ etiam in foro externo. Nihilominus ſemper in contrarium vrget, quod ad iudicem externum iam ſpectat, & videre an pars ſit ſatisfacta, an reus dimiſerit contumaciam, an reus ſit diſpoſitus, vt poſſit etiam ad fori interioris iudicium dimitti; vnde abſoluere reum à cenſura deducta ad forum contentioſum eſt ponere falcem in meſſem alienam. Ob auctoritatem tamen DD. piè in hac parte interpretantium mentem Pontificum, & limitantium hanc abſolutionem, vt non valeat, niſi pro puro foro interiori probabiliter admitti poteſt, poſſe ex virtute priuilegiorum abſolui reum à cenſura ad forum externum delata.

112 Dicitur nihilominùs quartò probabiliùs, & tutiùs eſſe, vt nec in foro conſcientiæ abſolui poſſit reus à cenſura delata ad forum externum virtute bullarum Cruciatæ, aut iubilæi, aut priuilegiorum conceſſorum Prælatis Regularibus etiam ſi parti actu, & in effectu ſatisfecerint. Ita *Vaſquez opuſ. de excomm. dub. 10. num. 8. Auila de cenſ. par. 2. cap. 3. diſp. 3. dub. 10. concl. 1. Vega p. 1. ſum. cap. 6. caſu 52. Coninch. diſp. 14. de pœnit. dub. 16. n. 107. Caſarub. v. abſolutio, quoad ſeculares 2. not. 29. Sorbus ibi. & v. reſolut. materiæ abſol. verſ. omni modo, et v. aduertant. pag. 52. Hurtad. diſp. 14. de excomm. diff. 5. n. 23. Valer. in diff. vtriuſque fori, v. abſol. diff. 3. nu. 2.* Et ratio eſt, quia ad abſoluendum à cenſura, non ſufficit poteſtas iuriſdictionis in ligatum, & in cenſuram, qua ille eſt ligatus, ſed neceſſe eſt, quod poteſtas iuriſdictionis illius non ſit præuenta ab alio habente vel ſimilem, vel maiorem iuriſdictionem. Hoc enim exigit ordo iudicandi, vt iudicia non confundantur, & ſubuertantur, ſed debito ordine procedant; ideò vbi delictum eſt delatum ad vnum iudicem, ceſſat alterius iudicis iuriſdictio, niſi alius iudex ſit ſuperior, & vniuerſalior ſibique ſubordinans alium iudicem, tali ſuperioritate, & tanta, vt poſſit cauſas ab illo iudice cognitas ad ſe auocare, & de illis cognoſcere. Aliter enim contingere poſſet maxima confuſio, vt quem vnus iudex damnaret, alius abſolueret, & econtra. Et ex hoc principio, quod iure, & praxi totius Eccleſiæ conſtat, apparet inſufficientia rationis tam primæ, quàm etiam ſecundæ opinionis. Dato enim hoc antecedente, ſcilicet,

Pon-

Pontifex dedit poteſtatem abſoluendi ſuos ſine limitatione; ergò dedit facultatem abſoluendi ſuos à cenſura ad extranei iudicis contentioſum forum legitimè delata. Nam præterquàm quòd antecedens ex ſuperiùs adductis non omninò admittitur; eo conceſſo, conſequentia eſt euidentiſſimè nulla: quia poteſtas iudicandi cuicunque data ſub hac conditione eſt data, ſcilicet, niſi præueniatur in facto ab alio iudice habente ſimilem, vel maiorem poteſtatem; quia hoc petit per ſe ordo iudicandi, vt de vnius delicto vnus ſolus iudex cognoſcat, qui in iudicando præuenit. Et ita vt pro tunc alius iudex nec in totum, nec in partem ſe intromittat in eo iudicio. Modò iudicium fori externi ſe extendit ad impediendum delinquentes per cenſuras etiam in his, quæ ad forum animæ ſpectant, & excommunicatio v. g. priuat communione Sacramentorum, & diuinorum officiorum; ex quo igitur caſus aliquis alicuius Regularis habens annexam cenſuram à iure latam eſt deductus extra ordinem legitimè ad forum contentioſum alicuius delegati à Papa, ſeu Tribunalis Sedis Apoſtolicæ, etiam ſi Prælatus Religionis haberet poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper illo caſu, ceſſat omnis eius iuriſdictio in facto, & manet præuenta, & ligata, vt de eo caſu cognoſcere non valeat, nec in illo ſe intromittere, nec in totum, nec in partem, nec ſubditum abſolutè abſoluendo, & totaliter, nec partialiter, vt poſſit ſecretò particeps fieri Sacramentorum; quia ligata eſt eius iuriſdictio dato etiam, quòd illam haberet.

113 Colligitur ex dictis, quòd denunciatus excommunicatus à ſuperiori Prælato, nullo modo ab inferiori abſolui poteſt; quia non poteſt cognoſcere de cauſa, in qua ſuperior iudex præuenit in iudicando.

114 Colligitur ſecundò, quòd nullus Prælatus regularis localis poteſt abſoluere hoſpitem ad ſe aduenientem ligatum cenſura ad forum ſui ſuperioris deducta, vel ab eodem denunciata. Quia cum cenſura ſit ad iudicium alterius iudicis deducta, non habet vnde in eius cognitione ſe ingerat.

115 Colligitur tertiò, quòd ſi ipſe Prælatus non habeat auctoritatem abſoluendi in foro externo ab ea cenſura, vt quia eſt Papæ reſeruata; etiam antequam cenſura ſit deducta ad forum contentioſum, licet poſſit ab ea abſoluere in foro conſcientiæ ſuũ ſubditum, ſi illa cenſura non ſit ex ſpecialiter exceptis etiam pro illo foro, non poteſt tamen abſoluere ab ea in foro externo, cum in eo foro iuriſdictionem ſuper ea non habeat, ſed ſit ſicut Parochus, aut ſimplex confeſſarius potens abſoluere in ſolo foro conſcientiæ.

116 Colligitur quartò, quòd nedum quando Prælati Regulares præueniuntur ab extraneo, ad cuius forum Regularium delicta ſunt legitimè deducta, ſed ſepiùs etiam ſi Prælati Regulares cognoſcant de delictis ſuorum ſubditorum, poſſunt illos ligare, denunciando eos cenſura iuris ligatos, ſed poſteà non poſſunt abſoluere, ſi cenſura eſt ſpecialiter, & cum derogatione priuilegiorum Papæ reſeruata, vt v. g. poteſt Generalis denunciare ſubditum excommunicatum, quia promotus ſimoniacè ad ordines; ſed non poteſt illum abſoluere: ſicut poteſt denunciare ſubditum excommunicatum à Papa excommunicatione aliqua bullæ cœnæ; neque tamen illum poteſt abſoluere.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio extraiudicialis duplex. nu. 117.*

2 *Abſolutio data à Præſidente electionis ſimilis ei, quam dat Papa in literis beneficialibus. nu. 117.*

3 *Datur ad effectum ſpecialem, & eſt ad reincidentiam nu. 117.*

4 *Facit, quod electio non ſit nulla ipſo iure. numer. 117.*

5 *Non eſt diſpenſatio ab irregularitate. n. 118.*

6 *Non valet parte opponente. n. 118.*

7 *Valet tamen ſi aliquis tantum rumor eius præceſſit, immo ſi ſit publica, & nullus opponat. numer. 118.*

8 *Abſolutio data in aliquibus ſolemnitatibus eſt tantum in foro conſcientiæ. nu. 119.*

117 QVæritur vndecimò, qualis, & quantæ virtutis ſint abſolutiones generales, quæ aliquando dantur à Prælatis Regularibus? Reſpondetur has eſſe in multiplici differentia; quia alia eſt, quæ datur à Præſidentibus electionum ante electionem, & alia eſt, quæ datur à Prælatis in aliquibus anni feſtiuis ſolemnitatibus. De priori enim dicitur, quòd eſt abſolutio ad reincidentiam, quæ datur pro determinato effectu, & pro determinato tempore, nimirum datur, vt tollatur inhabilitas alicuius ad electionem, & pro tempore electionis, quo tranſacto excommunicatus reincidit ſicut priùs. Hæc enim abſolutio eſt ſimilis illi, quam in literis beneficialibus Papa ſolet apponere, cuius effectus eſt, quòd gratia conceſſa non eſt nulla, ſed efficax. *Decius in cap. Apoſtolica nu. 6. de excep. Felin. nu. 1. verſ. & idem de abſolut. Rebuff. in praxi par. 1. tit. de forma noua promiſſionis num. 1. Couar. in capit. Alma mater par. 1. §. 7. num. 3 Caſtellin. cap. 13. nu. 16. Barboſa clau. 179. n. 5.* Sed tamen ſic abſolutus impetrata gratia reincidit in excommunicationem, immò ex vi talis abſolutionis, nec poterat, vel poteſt diuinis intereſſe, aut alia facere excommunicatis interdicta. *Rebuff. vbi ſupra num. 15. & 19. Barboſa num. 6.* Talis verò eſt illa abſolutio ante electionem data.

118 Hæc tamen abſolutio non diſpenſat ab irregularitatibus. *Peyr. in Prel. Relig. q. 2. cap. 5. nu. 9.* nec ſe extendit ad excommunicationes ad quas non ſe extendit facultas abſoluentis. *Garz. de benef. p. 7. cap. 13. num. 68. & 71. Nauar. in cap. Ita quorundam, de iud. gloſſ. vlt. num. 18. Ricciul. de iure perſon. l. 4 cap. 9. num. 9. Peyr. loco cit. Caſtellin. d. cap. 13. nu. 18. Barboſa num. 11. & 12.* Neque hæc abſolutio ſe extendit ad abſentes. *Peyr. ibid. Caſtell. numer. 19.* Qui addit eam non valere ſi excommunicationi præceſſerit aliquis rumor, vel inſtantia, vel iuridica oppoſitio. Et de inſtantia quidem iuridica, ſeu oppoſitione id eſt certum. Nam & ſupra dictum fuerat parte inſtante & opponente non poſſe iudicem ſine iniuſtitia abſoluere reum contra quem opponitur cenſura, ſed via iuris debet contra illum procedere; ſed quod ſufficiat rumor aliquis non iuridicus, ad hoc vt cenſura ligatus non ſit capax illius abſolutionis, tunc cum nullus inſtat, vel opponit, non video vnde ſit fundatum; cum cenſura ex illo rumore non deſinat eſſe occulta. Et quamuis eſſet publica, Prælatus pro foro conſcientiæ poſſit abſoluere.

Digitized by Google

uere, & ad effectum tollendi inhabilitatem excommunicati, aliàs parte non opponente, nec inſtante.

119 Abſolutio autem, quæ dari ſolet in quibuſdam anni ſolemnitatibus toti Conuentui, ſicut & diſpenſatio ab irregularitatibus, cum ſit data cauſa non cognita, nec parte audita, nec ſeruiat ad exemplum externum, & emendationem aliorum, datur, vt valeat pro ſolo foro conſcientiæ, & ea non obſtante poteſt delictum abſoluti deduci ad forum contentioſum, & de eo cognoſci, & poteſt delinquens excommunicatus denunciari, & debet iterum abſolui, cum, vt ſupra probatum eſt, abſolutio pro foro conſcientiæ non valeat pro foro contentioſo.

SVMMARIVM.

1 *In abſoluendo à cenſuris attendi debet vis priuilegij in cuius terminis datur abſolutio. n.120.*

2 *Attendenda ſunt etiam ſtatuta Religionum à quorum ſtatutis pendet vſus priuilegiorum, & maximè quæ proueniunt excommunicationi. n.120.*

3 *Prælati locales, niſi propria ſtatuta auctoritate Apoſtolica munita obſtent, poſſunt abſoluere ab omni cenſura extra bullam cœnæ, & ſpecialem reſeruationem, & non deductam ad forum contentioſum. n.121.*

4 *Vicarij qui ſunt vices gerentes Priorum eandem habent facultatem. nu.122.*

5 *Hi ſunt Vicarij paruorum Conuentuum. nu.123.*

6 *Supprior, vel Vicarius Conuentus mortuo, vel amoto Priore. nu.123.*

7 *Supprior, vel Vicarius Conuentus in abſentia Prioris. num.123.*

8 *Et ſufficit abſentia vnius diei. nu.123.*

9 *In præſentia Prioris, aut Prouincialis nullus aut Supprior, vel Vicarius illorum habet hanc facultatem abſoluendi à cenſuris. num.123.*

10 *Facultas Prælatorum localium ablata, & reſtituta per Sixtum Quartum. nu.124.*

11 *Vicarij Conuentuum vnde poſſint abſoluere Religioſos in abſentia Prælatorum. n.124.*

12 *Bulla aurea Sixti Quarti explicatur. num.124.*

13 *Generalis ſemper ordini præſens non habet vicem gerentem in ſui abſentia. n.125.*

14 *In Ord. Præd. Priores locales ſuos à cenſuris abſoluunt. n.126.*

15 *Id præſtant etiam Vicarij in abſentia Priorum. num.126.*

16 *Prior in hoc ordine ex lege debet facultatem abſoluendi relinquere Suppriori, vel Vicario, dum recedit à Conuentu, &c. n.126.*

17 *Prior in hoc ordine ex vi priuilegij Gregorij Vndecimi abſoluit ab omni cenſura, &c. n.126.*

120 QVæritur duodecimò, qui Prælati in Religionibus poſſint abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis. Reſpondetur, neceſſe eſſe vt inſpiciatur priui-
1 legium in cuius virtute abſoluens vult abſoluere. Nam vt ex dictis ſupra apparet, facultatem hanc aliquando conceſſit Pontifex ſoli Generali, vt in priuilegio Camaldulenſium, aliquando Generali, & deputatis ab eo, vt in priuilegio Societatis, & Clericorum miniſtrantium infirmis aliquando Generali, & Prouincialibus, & eorum Vicarij, & inſuper Cuſtodibus, vt in priuilegio Minorum, aliquando Generali, Prouincialibus, Prioribus, & eorum Vicarijs, vt in priuilegio dato Ordini Prædicatorum. Pariter quantùm ad vſum priuilegij attendi debet ſtylus, & ſtatuta particularia Religionum, à quibus multùm pendet amplitudo, vel reſtrictio vſus priuilegiorum, & maximè eorum, quæ competunt excommunicationi, vt infra etiam probatur.

121 Cæterum cum priuilegium datum pro Ordine Prædicatorum pro hac parte ſit ampliſſimum, & cum pro ea parte, qua videtur aliquibus alijs reſtrictius, ſcilicet ex parte caſuum, quia non ſe extendit ad illos quatuor caſus in ipſo priuilegio exceptos, neque ad excommunicationes, ſeu cenſuras latas ab homine per ſententiam particularem; nihilominùs iam huiuſmodi reſtrictiones communes ſunt omnibus; cum nullus Prælatorum Regularium poſſit abſoluere ſuos nedum ab illis quatuor caſibus, ſed nec ab alijs, qui nunc ſimul cum illis continentur in bulla cœnæ, nec ab excommunicationibus latis ab homine particulariter, nec ab excommunicationibus, ſeu cenſuris ad forum contentioſum deductis: ideò nunc ex vi priuilegij illius quilibet Regularis Prælatus per communicationem ſaltem poteſt abſoluere ſuos ab omni eo caſu, quo ſunt à Prælato Regulari abſoluibiles; ideò in quacunque Religione niſi ſtatuta, & priuilegia particularia obſtent, nedum Generales, & Prouinciales, ſed Guardiani, Correctores, Præpoſiti, Rectores, Priores, ſeu quocunque nomine vocentur ordinarij Superiores locales poſſunt ſuos ſubditos abſoluere à quauis cenſura etiam Papæ reſeruata extra bullam cœnæ, & dum non ſit reſeruata ſpecialiter cum derogatione priuilegiorum, & vel non ſit lata per ſententiam particularem ab homine, vel ſi eſt iuris non ſit deducta ad forum contentioſum extranei Iudicis, aut ſui ſuperioris. Ab ijs igitur cenſuris, à quibus abſoluere poſſunt Prælati Regulares, poſſe etiam abſoluere Superiores locales, Priores, Guardianos, aut quocunque nomine vocentur, docent *Suarez tom.4. de Relig. tra.7.S. lib.2. capit.22. num.3. Peyr. ad Conſtitut.4. Sixti Quarti num.25.*

122 Et quia in dicto priuilegio eadem facultas conceditur etiam Vicarijs Generalis, Prouincialium, & Priorum, dubium eſſe poteſt, quid veniat ſub nomine Vicarij. Nam *Ceſarebias in compend. priuileg. v. abſolutio quoad fratre §. 7. & 34.* tenet, quod Vicarij, ſeu Suppriores, qui in Conuentibus inſtituuntur à Prioribus, vt ſub ipſis gubernent eoſdem Conuentus, etiam abſente Priore, non poſſint abſoluere fratres à cenſuris in vi priuilegij Maris magni. Sed immò quod Suppriores, & Vicarij in ſola tamen abſentia Priorum poſſint vti hac facultate abſoluendi ſubditos, docent *Suarez vbi ſupra num.6. Peyr. item vbi ſupra. num.26.* Hoc verò ampliat *Naldus v. abeſſe nu.11. & v. abſolutio num.45.* etiam ſi Prior abſit à Conuentu per vnum diem tantùm, quia nec pro die debet manere Conuentus ſine capite, qui poſſit ſubditos abſoluere, & à malo ſtatu ſubleuare. Eſt autem conſiderandum, quòd vbi Sixtus Quartus in Mari magno, quod eſt eius conſtitut.7. & in bulla aurea, quæ eſt eiuſdem conſt.19. hos Prioribus ſubſtitutos vocat Vicarios, Gregor. Vndecimus, qui primus dedit hoc priuilegium,

quòd

quod poſtea Sixtus IV. confirmauit & explicauit in Mari magno, vocat proprio nomine Vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuent. ideò quidquid ſit de nomine Vicarij, quòd competit etiam præſente Priore ei, quem Prior inſtituit Vicarium Conuentus, & qui non eſt propriè Vices gerens Prioris, ſed eſt Officialis officium priuatum habens, & particularem, & valdè reſtrictam facultatem, talem nimirum ac tantam, quantam ſibi tribuit Prior, quod verum eſt etiam de Suppriore; ſoli Vicarij qui ſunt, & quando ſunt Vices gerentes Prioris comprehenduntur in priuilegio iſto.

123 Ex quo colligitur, quod Vicarij locorum paruorum, qui non ſunt Prioratus, ſunt Vices gerentes officij Prioris, quia ſunt ordinarij Superiores locorum illorum, ac ſi eſſent illorum Priores. Et propterea in Bulla Greg. XI. pro Ord. Prædic. quæ eſt 7. conſultò dicitur ac Vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis. Huiuſmodi enim dicuntur Superiores ſeu Vicarij locorum, & in dicto Ordine vocantur loca illi parui Conuentus, qui non ſunt Prioratus. Pariter Vices officij Prioris gerunt Supprior, vel Vicarius in capite à quocumque fuerit inſtitutus mortuo, vel amoto Priore. Quia & iſte eſt ordinarius Superior localis pro tempore. *Suarez & Peyr. vbi ſupra.* Sed & ille quicumque ille ſit, quem Prior in ſui abſentia relinquit in ſuo loco, vices gerit Prioris. Nec iſte neceſſariò eſt Supprior, ſed Prior poteſt ſupra Suppriorem relinquere Vicarium, qui vices gerat ſui in abſentia. Et quia iſte propriè eſt Vices gerens Prioris in Conuentu, ideo ſibi durante tali abſentia competit facultas abſoluendi à cenſuris ex illo priuilegio Gregorij Vndecimi, vt præfati DD. tenent. Præſente verò Priore in Conuentu ſicut nec Supprior, nec Vicarius aliquis eſt propriè Vices gerens Prioris ſimpliciter, ſic nec poſſunt vti facultate dicti priuilegij, quæ illis non competit. Et quod dicitur de Vicario Prioris dicitur eodem modo de Vicario Prouincialis, quia eodem modo de vtroque loquitur Gregor. Licet enim in aliquibus Prouincijs, vt in Prouincia vtriuſque Lombardiæ, Prouincialis inſtituat Vicarium, licet non diſcedat à Prouincia; hic tamen ex vi huius officij nullam habet facultatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis. Quam tamen habet Vicarius Prouinciæ nedum mortuo, vel amoto Prouinciali, ſed etiam Vicarius Prouincialis eius Vices gerens in abſentia.

124 Et licet Sixtus IV. in bulla aurea priuilegium hoc reſtrinxerit ad Generalem & eos, quibus Generalis commiſerit, tamen vt ſupra probatum eſt, idem Sixtus idem priuilegium Maris magni reſtituit pro Fratribus Obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lõbardiæ, prout habetur in Bullario authentico dicti Ordinis in vltima bulla Sixti IV. & refert *Vtceonus in ſumm. Conſt. p. 2. c. 65.* & vlterius vt refert *Caſarub. in Compen. Priuil. Mendic. v. abſolutio quoad Fratres*, §. 34. Et habetur in libello priuilegiorum d. Ord. Prædicatorum impreſſo Venetijs anno 1516. Idem Sixtus Quartus in Breui. *Expoſuiſti nobis.* directo Generali Saluo Caſetæ, anno 1481. pro toto Ordine conceſſit Generali, Prouincialibus, eorumque Vicarijs, & ab eis deputatis, vt vti poſſent facultate Maris magni, ac ſi bulla aurea non emanaſſet. Priores verò Conuentuum illam facultatem habere, quam ex priuilegijs anteceſſorum ſuorum obtinebant, vnde & Priores vti poſſunt priuilegio ampliſſimo Gregorij Vndecimi. Licet verò mentionem non faciat de Vicarijs, nedum dici poſſet, quod tamen, vel per communicationem ipſis competit eadem facultas conceſſa pro Obſeruantibus Hiſpaniæ, & Lombardiæ, vel cenſetur eis delegata à Prælatis localibus, ex quo illi ſe abſentant à Conuentu, vel ſub nomine Priorum fuerunt comprehenſi.

125 Eſt etiam conſiderandum, quod Gregorius Vndecimus non facit mentionem de Vicario Magiſtri Ordinis, ſicuti facit Sixtus Quartus. Sed in Bulla Gregor. in §. 11. habetur. *Et ſinguli Priores Prouinciales, Conuentuales, ac vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis.* Ex quo deducitur, quod per Vices gerentes principaliter intendit Vicarios in abſentia Prouincialium, & Priorum. Et quia Generalis non poteſt abeſſe à toto Ordine, ideo nequit habere Vices gerentem in eius abſentia, vnde Greg. non meminit Vices gerentis Generalis. Nam aliàs Vicarius Ordinis mortuo, vel amoto Generali potiùs venit nomine Generalis, quia tunc habet totam ordinariam facultatem Generalis. Sicuti & habent Vicarij Prouinciarum, & Conuentuum mortuis, vel amotis Prioribus Prouincialibus, aut Conuentualibus.

126 In Conſtitutionibus autem dicti Ordin. Prædicatorum ita ſtatuitur. In *Gloſſa diſt. 1. cap. 14. lit. C. Quilibet tamen Prior in ſuo Conuentu, cum habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt quemcumque Fratrem Ordinis noſtri, etiam hoſpitem ad ſuum Conuentum venientem à quocumque peccato, & ab omni ſententia iuris, & iudicis generaliter, & non in particulari prolata abſoluere, niſi fortè talis eſſet exceſſus, vt meritò Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.* Et infra ſubdit. *Poteſt autem prædicta omnia Prior facere per priuilegium, quod dicitur Mare magnum.* De Magiſtro autem Ordinis ibid. ſubditur. *Cum verò Magiſter Ordinis curam animarum omnium Fratrum noſtri Ordinis plenè, & liberè habeat, ipſoſque Fratres auctoritate propria ligare, & abſoluere poſſit, vt patet per priuilegia, omnes Fratres Ordinis ab omnibus exceſſibus, & cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis poteſt abſoluere, niſi eſſent hæretici relapſi, vel Schiſmatici, aut literas Apoſtolicas falſificaſſent, vel ad infideles prohibita attuliſſent.* De Supprioribus autem ſeu Vicarijs in Prologo Conſtit. §. 3. lit. E. dicitur. *Cæterùm cum contingat Priorem à ſuo Conuentu abeſſe, declaramus Priorem teneri in primo Capitulo ſui Prioratus conferre auctoritatem neceſſariam Suppriori, & in abſentia illius ſuo Vicario pro omnibus caſibus neceſſarijs emergentibus, & præſertim pro pertinentibus ad forum conſcientiæ quotieſcumque & quomodocumque ipſe Prior ſit extra Conuentum præſertim per dietam abſens.* Sed ibidem lit. F. habetur. *Item declaramus, quod Priores in Conuentu ſuo, & in eorum abſentia Suppriores, & eorum Vicarij. omnes Fratres noſtri Ordinis ad eorum Conuentus declinantes ab omnibus peccatis, & cenſuris tam à iure, quàm ab homine generaliter prolatis, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter non reſeruatis (vt infra magis explicabitur in cap. de profeſſione) poſſunt abſoluere.* Ex quibus patet, quod in hoc Ordine etiam Priores abſoluere poſſunt ab omnibus cenſuris: excipiuntur tamen illæ, quæ eſſent adeo graues, vt

pro

pro eis meritò Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, & tamen cum de Magiſtro Ordinis eſt ſermo, excipiuntur tantùm quatuor. Quod forſan fuit factum propter limitationem Sixti Quarti ſupra poſitam, per quam Prioribus ablata fuerat poteſtas ab his abſoluendi, & reſtituta fuit poſtea in terminis priuilegij Gregorij Vndecimi, in quo non ſpecificantut & limitantur caſus in quibus Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, ſicuti fit in Mari magno. In Prologo autem Conſtit. tam de Prioribus, quam de Supprioribus in abſentia Priorum dicitur, quòd poſſunt abſoluere ab omnibus cenſuris Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis ſpecialiter. Hodie verò quia Sedes Apoſtolica, ea quæ grauiora ſunt reſeruauit ſibi in Bulla Cœnæ, vel per clauſulas derogatorias priuilegiorum, Priores non indigent via communicationis, vt vti poſſint priuilegio reſtitutionis ampliſſimæ facultatis factæ à Sixto IV. pro Fratribus Obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, ſed abſolutè ex vi priuilegij Greg. Vndecimi poſſunt abſoluere ab omni excommunicatione, aut cenſura iuris aut hominis generaliter lata, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, vel ijs, quæ Sedes Apoſtolica ſibi ſpecialiter reſeruauit cum derogatione priuilegiorum; aliæ enim cenſuræ non ſunt dicendæ tales, pro quibus Sedes Apoſtolica ſit conſulenda, cum Sedes Apoſtolica per Bullam Cœnæ, & ſpecialem reſeruationem declaret, quæ ſint illæ excommunicationes, aut cenſuræ pro quibus Sedes Apoſtolica non obſtantibus indultis eſt conſulenda. Suppriores verò, ſeu Vicarij eandem facultatem habent in abſentia Priorum, tum ex priuilegio, tum ex delegatione Priorum, qui quidem ex commiſſione legis tenentur in eorum abſentia relinquere Supprioribus, aut Vicarijs talem poteſtatem. Et cum *Suarez vbi ſupra num. 7. fin.* dicat optimum conſilium eſſe, vt Prælatus dum recedit, omnes poteſtates ſuas committat Vicario, & vt hoc pendeat ex memoria, aut voluntate ſingulorum debeat eſſe ſtabili lege, aut conſuetudine introductum; in hoc conſilium præuenerunt PP. huius Ordiois ſtabili lege decernentes, vt Supprioti, aut Vicario pro abſentia Priorum relinquatur eorumdem Priorum poteſtas ad abſoluendum, quam ex conſequenti de facto iam habent, etiam ſi expreſſè non fuerit illis conceſſa; quia quilibet Prior exiturus è Conuentu ſuo, cenſetur facere, quod ex lege debet facere, niſi oppoſitum exprimat. Sed verè Suppriores, aut Vicarij non indigent, vt ſibi delegetur hæc poteſtas à Prioribus, ſed illam habent ex priuilegio Gregor. XI. vt ſupra reſtituto.

S V M M A R I V M.

1 *Generales ordinum delegare poſſunt facultatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis, à quibus ipſi poſſunt abſoluere. nu. 127.*
2 *Prouinciales & Priores eandem poſſunt delegare facultatem. nu. 128.*
3 *Delegatus à Principe per conceſſionem perpetuam factam officio poteſt delegare. nu. 128.*
4 *Præpoſiti locales etiam in Societate facultatem abſoluendi à cenſuris poſſunt delegare. nu. 129.*
5 *Requiritur ſpecialis delegatio ad hoc, vt intelligatur delegata à Prælatis facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ. num. 130.*
6 *Non ſufficit, quod Prælatus committat in genere vices ſuas. num. 130.*
7 *Niſi conſuetudo aliud ſeruet. num 130.*
8 *In Ord. Prædic. Prælatus in ſolemnitatibus abſoluens à cenſuris in genere abſoluit virtute priuilegiorum a reſeruatis Papæ. num. 130.*

127 QVæritur tertiodecimo. An Generalis, Prouinciales, & Priores hanc abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis facultatem poſſint delegare? De Generalibus quidem nulla eſt difficultas propter priuilegium Leonis Decimi, directum omnibus Generalibus Mendicantium, cuius mentionem facit, & particulam refert *Vrceanus in ſummar.* Conſtit. Ord. Præd. p. 2. c. 65. In quo conceditur eiſdem Mendicantium Generalibus, vt per eos, quibus ipſi hanc facultatem conceſſerint, poſſint ſuos abſoluere ab omnibus caſibus & cenſuris iuxta conceſſionem Sixti IV. & Iulij II. In multis etiam priuilegijs, vt in eo, quod Paulus Tertius dedit Societati conceſſio ſit Generali, vt per ſe ipſum, vel per deputatos abſoluat, vnde non eſt dubium, quod Generales Ordinum poſſunt per deputatos a ſe ipſis ſuos ſubditos abſoluere.

128 Nihilominùs etiam vniuerſaliter dicitur, quòd tam Prouinciales, quàm Priores poſſunt per alios à ſe ipſis deputatos beneficium abſolutionis ab huiuſmodi caſibus, & cenſuris impendere. Ita tenent *Caſarub. in Compen. priuil. v. abſolutio quoad Fratres, in fin. dub. 2. Syl. v. abſolutio 4. num. 1. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 22. num. 12.* Ratio eſt, quia ex doctrina communi, quam docent citati DD. & inſuper *Corduba in ſum. q. 8. Panorm. & Felin. in cap. vltim. de offic. delegat.* Delegatus à Principe per priuilegium perpetuum, & per commiſſionem factam dignitati, ſeu officio, poteſt vices ſuas alteri committere. Hæc verò facultas abſoluendi eſt commiſſa officio Generalis, aut Prouincialis per priuilegium perpetuum conceſſum à Summo Pontifice, & ideo iſti Prælati poſſunt vices ſuas committere, & per ſpecialiter deputatos ſuos ſubditos abſoluere. Et hæc etiam eſt praxis Religionum.

129 Quod eſſe verum etiam in Societate tradit *Suarez*, quia licet in dicto Ordine cenſeatur hæc facultas conceſſa Generali, & per illum concedatur Prælatis inferioribus; nihilominùs Prouinciales, & Præpoſiti locales poſſunt in hoc ſuas vices committere, niſi in conceſſione ſibi facta fiat expreſſa reſtrictio.

130 Aduertendum tamen eſt, neceſſariam eſſe ſpecialem delegationem, & commiſſionem ad hoc, vt alij a Prælatis poſſint abſoluere ab iſtis caſibus, & cenſuris, nec ſufficere conceſſionem communem per quam Prælatus concedit facultatem abſoluendi ab omnibus, à quibus ipſe abſoluere poteſt, vel abſoluendi à caſibus reſeruatis. Nam caſus iſti ſemper ſunt Papæ reſeruati, nec deſinunt eſſe Papæ reſeruati, ex eo, quòd Papa aliquibus conceſſerit facultatem abſoluendi ab eis, ideò nullus Sacerdos vel Confeſſarius, qui non ſit Prælatus poteſt ab eis abſoluere. Ideò quia iſti caſus habent reſeruationem longè altioris ordinis, quàm ſit illa, qua caſus reſeruantur in Religionibus, ita vt nec Prælatus

poſſit

Digitized by Google

poſſit ab his abſoluere, niſi ex ſpeciali facultate ſibi conceſſa, ideò in generali conceſſione abſoluendi, vel à quibus Prælatus abſoluere poteſt, vel à caſibus reſeruatis non comprehenditur facultas abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis. Sic enim nec Pontifex committendo caſus ſuos cenſetur committere caſus Bullæ Cœnæ, & committendo caſus Bullæ Cœnæ non cenſetur committere abſolutionem ab hæreſi. Vnde nec Prælati committendo caſus ſuos, committunt caſus reſeruatos Papæ à quibus ipſi ex priuilegio tantùm poſſunt abſoluere. Niſi ſatis exprimant, & ſpecialiter delegent facultatem abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis Papæ à quibus ipſi abſoluere poſſunt. *Suarez d.l.2. cap.12.num.*18. Vel niſi conſuetudo & praxis aliud obſeruet. In Ord. Prædicatorum Prælatus ipſe in ſolemnitatibus abſoluens Fratres à cenſuris, & diſpenſans in genere ſuper irregularitatibus, cenſetur abſoluere etiam à cenſuris Papæ reſeruatis à quibus abſoluere poteſt. Sed non mirum quia expreſsè abſoluit auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa & Fratribus conceſſa per priuilegia Summorum Pontificum.

SVMMARIVM.

1 *Generales non poſſunt limitare facultatem abſoluendi quam Prouinciales, vel Priores habent ex priuilegio. n.* 131.

2 *Hoc eſt declaratum in Ordin. Prædicatorum, numer.*131.

3 *Non omnis facultas eſt in inferioribus Prælatis à Generali, n.*131.

4 *Nullus Prælatus aut Capitulum poteſt tollere quod à Pontifice expreſſe eſt conceſſum inferioribus. n.*131.

5 *Communicatio priuilegiorum pendet valdè a ſtatutis Religionum. n.*132.

6 *Priuilegia contraria legibus Ordinum non communicantur. n.*132.

7 *Extra Ord, Prædicat. ſi vel adſit ſtatutum legitima auctoritate factum, vel Priuilegium, vt Prælati inferiores non vtantur facultate abſoluendi a reſeruatis Papæ, qua pollent Priores in Ordin. Prædic. ex priuilegio proprio, huiuſmodi priuilegio vti non poſſunt. n.*132.

8 *Prælati ſuperiores per viam reſeruationis in terminis decreti Clem. VIII. poſſunt ſibi reſeruare caſus Papales, a quibus Prælati inferiores abſoluunt. n.*133.

9 *Prælati ſuperiores poſſunt ſtatutis dirigere vſum priuilegiorum, & obuiam ire abuſui facultatis abſoluendi a caſibus Papalibus, ſi quis irrepſit, num.*134.

131 QVæritur decimoquartò. An Prælati Regulares ſupremi poſſint impedire inferiores Prælatos ne abſoluant à caſibus Papæ reſeruatis, à quibus ex priuilegio abſoluere poſſunt. *Suarez d.lib.2.cap. 12. num.*14. probabilius arbitratur priuilegium hoc abſoluendi à caſibus reſeruatis Papæ poſſe reſtringi à Prælatis ſuperioribus. Quia Papa concedens priuilegium Religionibus, cenſetur illud conferre iuxta debitum ordinem, & magis conſentaneum ipſi Religioni, quandiu aliud expreſsè non declaret, debitus autem Ordo Religionis petit, vt Prælati inferiores pendeant à ſuperioribus, & illis ſubordinentur. Secundo quia vnaquæque Religio habere ſolet facultatem diſtribuendi huiuſmodi facultates, prout ſibi videbitur expedire, & ſic diſponere, vt ex his caſibus alij ſint reſeruati Generali, alij Prouincialibus. Verùm oppoſitum dicendum eſt propriè loquendo. Nam aliter ipſum priuilegium deſtrueretur. Aliud enim priuilegium eſt, quod ſolus Generalis poſſit per ſe ipſum, vel per deputatos à ſe abſoluere, & aliud priuilegium eſt, per quod immediatè à Sede Apoſtolica non ſolus Generalis, ſed Prouinciales, & Priores habent eandem facultatem, & hoc ſecundum tollitur, ſi ſolùm primum admittitur: & ſi Generalis poteſt reſtringere ne Prouinciales, vel Priores vtantur hac facultate, iam priuilegium ſoli Generali conceſſum erit, alijs verò non competet, niſi Generali volente; quod tandem erit idem ac dicere, niſi Generali deputante, ſi non poſitiuè, ſaltem negatiuè. Præterea verò nullus Prælatus, & nullum Capitulum poteſt tollere ab inferioribus Regularibus id, quod illis expreſsè & immediatè eſt conceſſum à Pontifice. Nec eſt verum, quòd debitus ordo petat, vt inferiores Prælati in omnibus, & ſingulis dependeant à Superioribus; ſed inferiores Prælati à iure vel communi, vel municipali plures facultates habent, quas tollere, vel reſtringere non poſſunt Superiores. Nec propterea hoc competit Religionibus, vt facultates abſoluendi per Superiores diſtribuantur inferioribus Prælatis, vbi Pontifex ipſe diſtributionem fecit. Propterea quòd non poſſint Generalis, vel Prouinciales limitare, arctare, & diminuere facultatem abſoluendi, quam Priores habent ex priuilegio, declarauit *Gloſſa Conſtit. Ord. Præd. diſt.*1. *capit.*14. *lit.C.* ibi. *Nec poteſt quoad hoc Priorum auctoritas a Priore Prouinciali diminui atque arctari, quia quod a Superiore conceditur renocari ab inferiori non poteſt.*

132 Nihilominus multipliciter limitatur, ſeu explicatur hæc aſſertio; primò vt intelligi debeat de priuilegio dato per viam conceſſionis, nam alias communicatio priuilegiorum vnius Religionis cũ alia, limitatè intelligitur, nimirum prout conuenit & non opponitur ſtatutis Religionis, clauſula enim. *Dummodo eorum inſtitutis, & Regulari Obſeruantia non ſiat contraria*, ſi non ponitur, ſemper ſubintelligitur in bullis concedentibus communicationem priuilegiorum. *Donatus in praxi par.*1.*tract.*7.*q.* 11. Priuilegia enim, non debent eſſe nociua, nec odioſa, nec turbantia pacem, & tollentia tranquillitatem Religioſorum, Ideo ſi in Religione aliqua ſit ſtatutum legitima auctoritate conditum, vt nullus, v. g. niſi Generalis per ſe ipſum, vel per deputatos abſoluat à caſibus Papæ reſeruatis, vt quia Religio renunciauit priuilegiorum communicationi pro hac parte, vel habet priuilegium ſpeciale, quale habet Societas, vt ſcilicet, omnia priuilegia illi conceſſa, vel concedenda intelligantur conceſſa Generali Præpoſito, qui pro ſuo libito ea poſſit alijs communicare; certè in hac vel ſimilibus Religionibus nullus Superior localis poteſt abſoluere ſuos à caſibus Papalibus, niſi Generalis hoc concedat. Vt de Societatis Præpoſitis localibus, aut

Prouincialibus tradit *Suarez dicto lib. 2. capit. 22. num. 13.*

133 Limitatur ſecundò, quoniam per viam reſeruationis ſeruata Conſt. Clem. VIII. in ſimili materia Superiores ſibi caſus reſeruare poſſunt. Pontifex enim concedens facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus diſpenſat pro illa parte ſuper reſeruationes ſuas, ſeu concedit vt poſſint Prælati abſoluere, non tamen tollit auctoritatem ordinariam quam habent Prælati reſeruandi ſibi caſus. nec eſt inconueniens, quod idem caſus ex multiplici parte ſit reſeruatus. Ideo ſi Prælati viderent non expedire Religioni, vt Prælati inferiores abſoluerent ab aliquo caſu Papali, poſſent illum ſibi reſeruare in Capitulo Generali, vel Prouinciali ſeruata forma decreti Clem. VIII. de caſuum reſeruatione. *Suarez vbi ſupra num. 15.* Hoc enim non eſſet reſtringere facultatem à Pontifice datam, ſed vti facultate ordinaria ſibi conceſſa ad caſus reſeruandos. Pontifices enim concedentes Prælatis Regularibus facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus, non intenderunt eorum auctoritatem minuere, & illis præiudicium ferre, ſed fauere.

134 Limitatur tertiò, vt in Prælatis Superioribus ſemper ſit poteſtas directiua inferiorum etiam in vſu huius priuilegij à Papa illis conceſſi. Ideo ſi in vſu facultatis abſoluendi à caſibus Papalibus eſſent abuſus in Religione, poſſent Prælati Superiores condere ſtatuta opportuna ad huiuſmodi abuſus tollendos, præſcribendo modum ſeruandum in vſu talis facultatis, non verò eam minuendo. Et propterea per hoc ſaluatur etiam, quod priuilegia conceſſa Religioſis intelliguntur conceſſa cum aliqua dependentia à Superioribus maioribus, quorum intereſt dirigere inferiores in vſu priuilegiorum, & tollere abuſus, ſi qui interueniant.

S V M M A R I V M.

1 *Plures caſus in quo quis imaginari poteſt vt exemptus abſolui poſſit ab Epiſcopo. num. 135. 136. 137. 138.*

2 *In præſenti tempore in Regularibus non eſt neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione ab aliquo caſu. n. 139.*

3 *Exemptum ſine neceſſitate & licentia ſui Superioris ad ſe venientem non poteſt Epiſcopus abſoluere. nu. 140.*

4 *In Regulares non habet Epiſcopus iuriſdictionem. num. 140.*

5 *Exemptio Regularium eſt fauor, ſed eſt principaliter fauor eximentis. n. 141.*

6 *Et Religionis eiuſque Prælatorum. n. 141.*

7 *Nullus priuatus poteſt renunciare exemptioni in præiudicium Pontificis, & Prælatorum. num. 141.*

8 *Nec Religioſus, nec totus ordo poteſt renuntiare priuilegio exemptionis ſine licentia Pontificis. num. 141.*

9 *Prælatus per nullam licentiam poteſt ſubijcere ſubditum ſuum Epiſcopo, & priuilegio exemptionis renunciare. n. 41.*

10 *In caſu renunciationis exemptionis deberet fieri Summo Pontifici. n. 141.*

11 *Epiſcopi non poſſunt recipere obedientiam à Regularibus. num. 141.*

12 *Epiſcopi validè abſoluere non poſſunt Regulares eorum Superioribus inuitis. num. 142.*

13 *Epiſcopus per facultatem ſibi delegatam à Papa, vel à Superioribus Regularibus poteſt Regulares abſoluere. n. 143.*

14 *Epiſcopus per nullam licentiam Prælatorum Regularium, quæ non ſit veluti quaſi delegatio facultatis Prælatorum eorundem poteſt abſoluere Regulares exemptos. n. 143.*

15 *Nulla neceſſitas dat Epiſcopo facultatem, vt poſſit abſoluere Regularem exemptum. n. 144.*

16 *Neceſſitas non extrema in materia iuriſdictionis, & vbi actus irritatur, non dat iuriſdictionem non habenti. n. 144.*

16 *A caſibus reſeruatis nullos extra caſum articuli mortis abſoluit. n. 144.*

17 *Nullus validè abſoluit, qui non habet ordinariam vel ſubdelegatam iuriſdictionem. n. 144*

18 *In exemptos iuriſdictionem ordinariam, vel ſubdelegatam non habet Epiſcopus. n. 144.*

19 *Non datus caſus neceſſitatis in quo Regularis non poſſit abſolui niſi ab Epiſcopo. n. 145.*

20 *A caſibus Papalibus a quibus abſoluere poſſunt Epiſcopi ſuos ſubditos, poſſunt & abſoluere ſuos Prælati Regulares. n. 145.*

21 *A caſibus Papalibus occultis ſicut Epiſcopi, ſic Prælati Regulares abſoluunt. n. 145.*

22 *Ex impotentia abſoluendi exiſtente in Prælato Regulari nulla poteſt in ſubdito Regulari oriri neceſſitas petendi abſolutionem ab Epiſcopo. num. 146.*

23 *Ex impedimento temporali adeundi Pontificem pro abſolutione non conſurgit in Epiſcopo facultas abſoluendi a caſibus Papalibus, niſi ad reincidentiam. n. 147.*

24 *Facultas abſoluendi ad reincidentiam impeditos temporaliter adire Papam conuenit cuicumque Confeſſario n. 147. 149.*

25 *Quemcumque excommunicatum cenſura Papæ reſeruata, ſed temporaliter impeditum adire Papã & Epiſcopus, & Prælati Regulares reſpectiuè poſſunt abſoluere ad reincidentiam. nu. 148.*

29 *Hæc facultas tribui debet etiam Confeſſario in caſu, quod excommunicatus neque poſſit adire Epiſcopum, aut reſpectiuè Prælatum Regularem. num. 149.*

27 *Ex eo quod Regularis ſit abſens, & non poſſit ſuũ Prælatum adire, non eſt neceſſitas in Regulari adeundi Epiſcopum pro abſolutione. n. 150*

28 *Epiſcopus in caſu quod Regularis non poſſit adire ſuum Prælatum pro abſolutione non poteſt abſoluere eum niſi ad reincidentiam. Quod poteſt facere etiam quia Sacerdos eſt. n. 150.*

29 *Cum Conuentus nunquam ſint ſine Prælato, aut eius Vices gerente, rariſſimi poſſunt eſſe caſus, in quo Regularis non poſſit adire Prælatum ſuum pro abſolutione. n. 151.*

30 *Neque ex eo, quod Prælatus Regularis ſit ligatus cenſura conſurgit neceſſitas in ſubdito vt abſoluatur ab Epiſcopo. n. 152.*

31 *Si Prælatus Regularis ſit excommunicatus poteſt à ſuo Confeſſar. abſolui ab omni eo caſu, à quo Prælatus poteſt ſuos abſoluere. n. 152.*

32 *In caſu, quod ſolus eſſet Epiſcopus cui Prælatus Regularis poſſet confiteri, tunc Prælatus delega-*

res

ret illi ſuam facultatem, & eius virtute ab eo abſolui poſſet. n. 152.

33 *Subditus in caſu neceſſitatis poterit abſolui a Prælato excomm. tolerato, vel prius abſoluto, vel a Prælato mediato ſi immediatus ſit excommunicatus, vel a Confeſſario ſuo ad reincidentiam ſi Prælatum potentem abſoluere non poſſit adire. num. 153.*

34 *Si duo, qui ſe inuicem abſoluere poſſunt ſint excommunicati non tolerati, quid agere debeant? num. 154.*

35 *In præfato caſu, ille qui eſt Prælatus debet aſſumere Confeſſarium extra ordinem a quo abſoluatur num. 154.*

36 *Eligere Confeſſarium non eſt actus iuriſdictionis prohibitus excommunicato. num. 154.*

37 *Prælatus excommunicatus non poteſt dare licentiam ſubdito eligendi Confeſſarium. n. 154.*

38 *Si Prælatus excommunicatus non habeat Confeſſarium, quem eligat, niſi excommunicatum, an tunc non obſtante excommunicatione poſſint ſeſe inuicem abſoluere? num. 154.*

39 *Subditus cui à Prælato Regulari negatur iniuſtè abſolutio, non poteſt, abſolui ab Epiſcopo. n. 155.*

40 *Subditus cui a ſuo Prælato immediato negatur iniuſtè abſolutio tenetur adire Prælatum mediatum. num. 155.*

41 *Ex quo temporaliter grauiter impeditus poteſt abſolui a caſibus Papalibus ad reincidentiam, non ſequitur quod poſſit abſolui a caſibus alijs Prælatis reſeruatis. num. 156.*

42 *Subditus cui negatur à Prælato facultas, vt abſoluatur a caſu Papali, non per hoc poteſt iuxta decretum Clem. VIII. abſolui ea vice a Confeſſario, quia Clemens non loquitur ibi de caſibus Papæ reſeruatis num. 156.*

43 *Epilogus determinationis. num. 157.*

135 QVæritur decimoquintò. An facultas abſoluendi Regulares exemptos in aliquo caſu conuenire poſſit Epiſcopo? Multi autem fingi poſſunt caſus in puncto huius difficultatis. Primus quidem eſt, ſi excluſa neceſſitate, ſine licentia Superioris poſſit Regularis adire Epiſcopum, vt ab eo abſoluatur ab aliquo ex caſibus Papalibus, à quo Epiſcopus ex conceſſione Papæ poteſt abſoluere. Vt v.g. cum Epiſcopus ab excommunicatione incurſa ob leuem percuſſionem poſſit abſoluere. *cap. Monachi, & cap, cum illorum de ſentent. excom.* an Regularis, qui Regularem leuiter percuſſit poſſit adire Epiſcopum, vt ab eo abſoluatur. Vel eodem modo, an Epiſcopus in ijs caſibus occultis in quibus virtute Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. poteſt ſuos ſubditos abſoluere, poſſit etiam Regularem exemptum ad ſe ſine licentia, & neceſſitate venientem abſoluere. Nam partem affirmantem videntur tenuiſſe. *Federic. de Senis conſ. 14. Io. de Lignano in Clement. Ne in agro, de ſtatu regular. Iernec. & Dir. & Piſanella, & Archid.* quos refert *Syluest. infra citandus.* Et ratio eſt, quia exemptio indulta eſt in fauorem exempti, ideoque illi renunciare poteſt nedum reſpectu abſolutionis, ſed etiam in foro contentioſo prorogando iuriſdictionem Epiſcopi.

136 Secundus caſus: ſi in Regulari exempto non adſit neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione, adeſt tamen ſui Superioris licentia, an poſſit Epiſcopus Regularem exemptum abſoluere. Et ita hanc ſententiam tenere videtur. *Lauretus de Franchis p. 2. q. 92.*

137 Tertius caſus eſt: ſi adſit in Regulari neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione, vt quia ſuus Prælatus non poteſt abſoluere eum, & ipſe nequit adire Papam pro abſolutione; & tamen non habet licẽtiam ſui Superioris: an tunc ſine licentia poſſit adire Epiſcopum, vt abſoluatur, poſſitque Epiſcopus illum validè abſoluere. Et in hoc caſu quidam cum diſtinctione reſpondent, vt ſi non ſit in Religione facultas abſoluẽdi ab illo caſu, & Superior iniuſtè neget delinquenti licentiam, vt abſoluatur ab Epiſcopo, tunc Epiſcopus poſſit abſoluere Regularem ad ſe ſine licentia venientem, ſed ſi vel licentia iuſtè negatur, quia penſatis penſandis iuſtum eſt, vt Regularis cogatur adire Papam, vel eſto Prælatus inferior non poſſit ſubditum ſuũ abſoluere ab illo caſu, id poteſt Prælatus Superior, ad quem delinquens debet recurrere; tunc Epiſcopus talem non poſſit abſoluere, niſi adſit (in poſteriori caſu) etiam licentia illius Superioris; cum tamen in aliquo caſu neceſſitatis ſufficiat præſumptus conſenſus Superioris mediati ad hoc, vt Superior immediatus poſſit ſubditum licentiare, vt ab Epiſcopo abſoluatur. Ita ex *Molina to. 4. de iuſtitia diſp. 61.* tradit *Lauretus de Franchis d. p. 2. quæſt. 92. nu. 4. & 6.* Quia per Epicheiam non eſt cenſendum quod Pontifex voluerit, vt Religioſus cogeretur vagari, vt accederet ad Sedem Apoſtolicam gratia abſolutionis obtinendæ. Si tamen iuſtè denegatur Religioſo licentia, vt abſoluatur ab Epiſcopo, non poteſt abſolui, quoniam tunc iudicium Superioris prænalet, & ita vt etiam ſi ſit dubium, an licentia iuſtè negetur, ſtandum ſit iudicio Superioris.

138 Quartus caſus eſt, cum adſunt ſimul & neceſſitas, quia Regularis intra propriam Religionẽ non poteſt abſolui, & adeſt licentia Religionis ſeu Prælati Regularis. In hoc enim caſu Epiſcopum poſſe abſoluere Regularem exemptum ad ſe cum licentia ſui Ordinis venientem pro abſolutione tenuerunt plures, ſcilicet, *Leander à SS. Sacramento par. 4 tract. 11. diſput. 17. q. 70.* quamplures referens *Sanchez lib. 4. ſum. cap. 39. nu. 32. Diana par. 1. trac. 5. reſol. 6.* & apud iſtos alij plures. *Sylu. v. abſolutio 5. n. 3. ex Io. Andr. & Panorm.* qui etiam in hoc ſenſu interpretatur opinionem *Federici de Senis, & aliorum,* qui ſupra relati fuerunt. *Suarez tom 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. num. 3. & tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. num. 12. Lauretus & Molina ſupra citati.* Et ratio illorum, eſt deſumpta ex æquitate, & Epicheia, quia non eſt credibile, quod Pontifices voluerint, vt Regulares exempti eſſent peioris cõditionis, quam ſeculares, ita vt abſque neceſſitate veniendi Romam pro abſolutione, nõ poſſent abſolui ab illis caſibus, à quibus abſolui poſſunt ſeculares. Secundò quia vt habetur *cap. luminoſo 18. q. 2.* Epiſcopus de conſenſu Abbatis poteſt exercere iuriſdictionẽ in monaſterio exempto. Tertio. Nam vt aduertit *Corduba in annot. ad Compend. priuileg. v. abſolutio quoad Fratres §. 1.* Pontifices plura priuilegia conceſſerunt, vt Regulares exempti abſolui poſſent ab Epiſcopis.

139 Verùm, vt idem *Corduba* aduertit, ſi loqueremur de Regularibus pro eo tempore, in quo eorum Prælati nõ gaudebant in ſuos ſubditos tan-

in foro pœnitẽtiæ valeat in foro fori ſatisfacta parte. Nam primò clauſula illius bullæ limitatiſſima eſt, quia loquitur ſolum ad effectum obtinendi indulgentiam, non verò ad alios effectus, & ita vt valeat etiam ad tempus, & cum reincidentia. *Declarantes inſuper*, inquit, *tam præſentes, quam alias quaſcumq; ſuper cõceſſione ſimilium, vel diſſimiliũ indulgentiarũ à nobis & prædeceſſoribus noſtris hactenus emanatas, vel in futurum quomodolibet emanandas literas &c.* Per illa enim verba, *ſuper cõceſſione ſimiliũ indulgentiarum*. Limitatur diſpoſitio illa quantũ ad hoc, quod eſt lucrari indulgentias illas. Et adhuc vt ex *Gutierez* aduertit *Suarez* neque hæc conceſſio fuit facta permanenter, ſed cum reincidentia, ibi. *Declaramus inſuper tam præſentes &c. literas, Chriſtifidelibus ipſis, niſi ad eorum effectum &c. vllatenus ſuffragari, eoſdemq. Chriſtifideles, iuxta huius noſtræ declarationis formam, & tenorem tantùm, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis ſe iuuare quoquo modo potuiſſe, aut poſſe, quin immò eos in illas poſtmodum reincidiſſe, & in futurum reincidere.* Vnde dato, quod per huiuſmodi bullam Iubilæi conceſſum fuiſſet, vt poſſent Chriſti fideles abſolui in foro externo, hæc conceſſio facta fuiſſet pro vno caſu particulari, & limitatiſſimo, & cum reincidentia,

100 Et nihilominus ſecundò additur, quòd neque ex illis verbis concluditur, quòd Pius Quintus dederit facultatem abſoluendi in foro externo, & contentioſo. Nam illa verba, *niſi ſatisfecerint*, non ſunt conſtruenda cum ſolis proximis verbis, *non autem in foro fori contentioſo*, ſed cum tota clauſula præcedente, ita vt illa verba, *non autem in foro fori, aut contentioſo*, quaſi per parenthæſim interponantur, & ſenſus ſit, illam abſolutionem non valere in foro conſcientiæ, niſi ad effectum indulgẽtiæ, & ſatisfacta parte, nam in foro fori nec illo modo valet. Quod enim hic debeat eſſe ſenſus, licèt duriuſculus appareat, conuincit ratio, quia aliter concedi deberet, quòd Pontifex Pius conceſſiſſet, quòd non ſatisfacta parte in foro conſcientiæ poſſent Chriſti fideles à cenſuris abſolui, quod eſt in Eccleſia inuſitatum, & contra communem vſum talium indultorum tam ante, quàm poſt Pium V. Et vlteriùs, ſi prout communiter interpretatur conditio, *ſatisfacta parte*, vt vel pars fuerit actu ſatisfacta, vel fuerit præſtita cautio de eius ſatisfactione, incredibile prorſus eſt, quod Sanctiſſimus Põtifex voluerit, eum poſſe in foro conſcientiæ abſolui, qui nec parti actu ſatisfecit, nec vult dare cautionem de ſatisfaciendo, cum talis nec ſit dignè diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem,

101 Sed data alia interpretatione, & ſi quis dixerit requiri ſatisfactionem partis, vt actu datã, & tunc voluiſſe Pontificem, vt abſolutio illa valeret in foro fori, duo dicuntur adhuc. Priuũ, quod illa fuit commiſſio ſpecialis facta propter breuitatem eius, & neceſſitatem abſque præiudicio tertij, vnde non licet ab illa conceſſione ſumere argumẽtum ad alia indulta dantia facultatem abſoluendi ſimpliciter, & non ad effectum particularem, & cũ reincidentia. Secundùm eſt, quòd adhuc in eo caſu abſolutio data in foro conſcientiæ nõ valet in foro fori, niſi ex ſpeciali conceſſione, expreſſione, & declaratione Pontificis, quam extenſionem non licet facere ex priuata interpretatione cuiuſcumque, & quæ extenſio locum non habet in alijs indultis. Tum quia non eſt de iſtis eadem ratio (vt dictum eſt. Tum quia non poteſt fieri extenſio, vbi agitur de iure tertij, & de gratia, quæ non conſueuit concedi, niſi Princeps ipſe expreſſe gratiam extendat. abſolutio igitur data in foro conſcientiæ non valet in foro fori, & contentioſo.

102 Hinc ergo concluditur, quòd cum abſoluentium alij non poſſint abſoluere, niſi in foro conſcientiæ, alij verò in vtroque foro. Si abſolutio obtinetur ab eo, qui nõ poteſt abſoluere, niſi in foro cõſcientiæ, ſiue iſte abſoluat in Sacramento pœnitentiæ, ſiue extra, abſolutio non valet niſi pro foro conſcientiæ, & quãtum opus eſt, vt ligatus cenſura Deo reconcilietur, & quietem conſcientiæ obtineat, & cum hominibus tanquam abſolutus ſe habere poſſit extra periculum ſcandali, & fori contentioſi exigentiam. Sed ſi abſoluens poteſt in vtroque foro abſoluere; tunc ſi non abſoluat limitatè, & exprimat ſe abſoluere tantùm in foro conſcientiæ, etiam ſi in Sacramẽto pœnitẽtiæ abſoluat, validè abſoluit à cẽſura etiã in foro externo, vt infra magis explicatur.

S V M M A R I V M.

1 *An Prælati ſuos cenſura iuris delata ad forum contentioſum poſſint abſoluere. Diuerſæ opiniones. num. 103.*

2 *Epiſcopus Regulares denunciare non poteſt excommunicatos. num. 104.*

3 *Niſi vbi vt delegatus poteſt eos punire. nu. 104.*

4 *Rarus caſus erit, in quo Epiſcopus Regularem degentem intra clauſtra poſſit denunciare excommunicatum, ſeu quod cenſura à iure lata in Regularem deduci poſſit ad forum Epiſcopi. nu. 105.*

5 *Abſoluens habens iuriſdictionem abſoluendi in foro externo, ſi ſatisfacta parte, & cauſa ad forum contentioſum non deducta, abſoluat extraiudicialiter, vel etiam in Sacramento, abſoluit pro vtroque foro. num. 106.*

6 *Etiam ſi in abſoluto, tempore abſolutionis, fuerit tantum propoſitum abſoluendi. num. 107.*

7 *A cenſura deducta ad forum contentioſum, nullus virtute bullæ, aut iubilæi, aut priuilegiorum poteſt à non Superiore abſolui in foro externo, &c. num. 108.*

8 *Abſolutus cauſa non cognita à ſuperiore neſciente cenſuram delatam ad forum contentioſum inferioris, non eſt abſolutus in foro exteriori. nu. 109.*

9 *Probabile eſt Prælatos, ſeu etiam Confeſſarios virtute bullæ, aut iubilæi, aut priuilegiorum poſſe in foro conſcientiæ tantum, abſoluere à cenſura ad forum contentioſum delata. n. 109.*

10 *Mens Papæ eſt ſuſcipere pœnitentes, ſed iuxta præſcriptum canonum. nu. 110.*

11 *Iudicis eſt videre an pars ſit ſatisfacta, & an ceſſauerit contumacia. n. 111.*

12 *Probabiliùs, & tutiùs eſt virtute priuilegiorum, nec in foro conſcientiæ poſſe aliquem abſolui à cenſura deducta ad forum contentioſum. nu. 111.*

13 *Inferior Prælatus non abſoluit denunciatum à ſuperiore. n. 113.*

14 *Prælatus localis non abſoluit hoſpitem deductum ad forum alterius. nu. 114.*

15 *Prælatus pro foro externo nunquam abſoluit ab ea cenſura, à qua in foro externo non poteſt abſoluere. num. 115.*

19 Sa:

Digitized by Google

16 *Sæpiùs contingit, vt Prælati nec poſſint abſoluere, quos ipſi denunciauerant excõmunicatos. n. 116.*

103 QVæritur decimò, vt ſupra propoſitum fuit. An Prælati Regulares poſſint ſuos abſoluere ab excommunicatione iuris deducta ad forũ contentioſum, lite nondum finita, vel excommunicato denunciato, & publicato in foro iudicia extranei, ſeu Superioris? Tres enim inuenio ſententias de hoc puncto. Quidam tenent, quod ex vi Bullæ Cruciatæ, ideoque & ex conſequenti vi priuilegiorum Regularium poſſint abſolui ligati cenſura deducta ad forum contentioſum abſolutione fori conſcientiæ, ſed valitura pro foro externo ſatisfacta parte, & remota contumacia, adeò vt nec procurator Fiſcalis poſſit in iudicio agere, vt conſtito de abſolutione abſolutus non habeatur vt abſolutus. Et hanc ſententiam tenent *Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 5. nu. 11. Ioan. de Cruce in direct. conſcientiæ p. 2. de excomm. dub. 5. concl. 3.* quem refert *Dian. p. 5. trac. 9. reſol. 13. Serio in bullam cruciatæ diſp. 1. diff. 10. §. 26.* Alij verò hoc modificant, vt poſſit quidem virtute bullæ Cruciatæ, & priuilegiorum abſolui excommunicatus deductus ad forum contentioſũ, vel denunciatus, ſatisfacta parte, & ablata contumacia, ſed abſolutione tali, quæ ſolum valeat in foro conſcientiæ, nec impediat iudicem, quin in foro contentioſo agat contra abſolutum virtute dictorum priuilegiorum in foro conſcientiæ. Et hanc ſententiam tenent *Sanchez in decal. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 43.* Vbi pro eadem ſententia refert *Ledeſm. 2. 4. q. 16. art. 1. f. 353. p. 1. Polancum in direct. c. 4. f. 52. Angl. florib. 2. p. 4. de excom. a. 4. diffic. 1. Henriq. l. 8 de Euchariſt. c. 60. n. 4. & l. 7. c. 13. nu. 2.* citatur etiam *Sotus in 4. d. 22. quæſ. 2. ar. 3. v. primus eius caſus*, qui tamen id non dicit. Alij abſolutè negant excommunicatum vi bullæ Cruciatæ, aut priuilegiorum ſimilium poſſe ab excommunicatione deducta ad forũ contentioſum abſolui etiam in foro conſcientiæ. Et ita tenent *Sorbus in compend. priuileg. tit. Reſolutiones materia abſolut. v. dummodo. Et v. aduertunt pag. 52. fin. & alij infra citandi.*

104 Hic tamen primo obiter aduertendum, quòd licet Epiſcopi in aliquibus caſibus poſſint excommunicare Regulares tanquam Papæ delegati, de quo inter alios videndus eſt *Paſqualigus p. 2. ad Lauretum de Franchis q. 6.* Nihilominus non poteſt Epiſcopus denunciare Regulares excommunicatos excommunicatione, vel cenſura a iure lata, cum neque eos poſſit citare, vt benè tradiderunt *Nauar. conſil. 2. de ſent. excommunicat.* alios referens, *Peyrin. ad Conſtit. 11. Sixti IV. §. 10. num. 13. Diana par. 3. tract. 2. reſol. 35. Lezana p. 1. cap. 11. nu. 15. Donatus in praxi, p. 2. tract. 13. q. 26. num. 2. Paſqualig. vbi ſupra q. 7. num. 4.* quod verum eſt etiam ſi delictum ſit plus quam notorium, vt aduertunt *Lezana, Donatus, Paſqualig. citati, & Ceſpedes de exemp. Regul. cap. 18. dub. 295. num. 5.* Solumque hoc fallit in caſu, in quo Epiſcopus poſſit punire Regularem delinquentem, & illum damnare, nimirum verbi gratia, vbi Regul. degens extra clauſtra delinquat in terminis Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 3. de reform. Sed declarare Regulares excommunic. vel ligatos cenſura iuris pertinet ad eorum ſuperiores Regulares, exceptis caſibus ſpectantibus ad ſanctum officium, vel ad aliud aliquod ſupremum Tribunal Sedis Apoſtolicæ. Vnde valdè raró accidere poteſt, vt Regulares excommunicati, vel ligati aliqua cenſura in iure lata deduci poſſint ad forum Epiſcoporũ, quia hoc contingere non poteſt, niſi in illis caſibus, in quibus Epiſcopus ſit delegatus Sedis Apoſtolicæ, & tanquam delegatus poſſit Regulares punire. In Regularibus autem intra clauſtra degentibus, ſi datur caſus cui ſit annexa cenſura ipſo iure lata, & in quo Regulares ſubdantur Epiſcopo, vt Delegato Apoſtolico, hic eſt valdè rarus.

105 Hoc autem ſuppoſito dicitur primò, quòd vbi abſoluens habet iuriſdictionem externi fori, & à cenſura poteſt etiam in foro externo abſoluere reum, valet abſolutio etiam pro foro externo ſi ſatisfacta parte ipſe, antequam cenſura ligatus ſit deductus ad forum contentioſum, eum abſoluat etiam in Sacramento Pœnitentiæ. Et in hoc ſenſu admitti poteſt prior opinio. Ratio huius eſt, quia in abſoluente non deeſt nec poteſtas, nec voluntas abſoluendi ſimpliciter pro omni foro, igitur ſi abſoluit de facto, validè abſoluit. Supponitur enim poteſtas abſoluendi. Nam ea deficiente, non valet abſolutio in foro externo; ſicut v. g. deficit in Parocho ſimplici, vel ſimplici Sacerdote, non verò deficit in Prælato Regulari, qui habet in ſuos iuriſdictionem externi fori, & poteſt excommunicare, & ligare, & etiam ſoluere. Niſi cenſura ſit talis, ad quam non ſe extendat poteſtas illius. Voluntas etiam cenſetur adeſſe, ſi abſoluens ſine exceptione, & limitatione abſoluit. Nam abſoluens poſſit velle abſoluere ſolum pro foro conſcientiæ, ſed ſi hoc non exprimit, aut aliunde ſatis inſinuat, cenſendus eſt velle abſolutè pro omni foro abſoluere.

106 Sed dicet quis, in contrarium eſſe, quia ad dandam abſolutionem in Sacramento Pœnitentiæ nõ eſt neceſſe, quòd pars actu ſit ſatisfacta, ſed ſufficit in abſoluendo propoſitum ſatisfaciendi, quod non videtur ſufficere ad abſolutionem valituram pro foro externo; quia poteſt de facili contingere, vt abſolutus negligat ſatisfacere. Sed dicitur, quod ſi abſolutus negligat ſatisfacere, licet non reincidat in excommunicationem, ſi nõ ſatisfaciat, tamen inſtante parte poterit iterum excommunicari, immò poterit eſſe, quòd ex noua culpa iterum ipſo iure principaliter incidat in excommunicationem, vel cenſuram. Cæterum abſolutus fuit verè ſimpliciter abſolutus, quia qui abſoluit potuit, & voluit abſoluere, & ipſe erat capax abſolutionis obtinendæ in Sacramento Pœnitentiæ, vbi nõ requiritur in abſoluendo, niſi verum propoſitum ſatisfaciendi.

107 Dicitur verò ſecundò, quòd vbi delictum pro quo aliquis eſt ligatus cenſura eſt deductum ad forum contentioſum alicuius legitimi iudicis; nec virtute bullæ Cruciatæ, nec virtute Iubilæi, nec à Prælato ſuo Regulari poteſt ligatus cenſura abſolui abſolutione valitura pro foro externo. In hoc enim longè excedit illa prima opinio confundens iuriſdictiones, & præiudicium inferens iudici, qui iam citauit ligatum cenſura ad ſuum forum, vnde iam acquiſiuit ius priuatiuè quoad alios iudices cognoſcendi de cenſura, & reum declarandi cenſura ligatum, & illum in facie Eccleſiæ abſoluendi. Ideò delatum ad forum externum non poſſe ab alio iudice abſolui abſolutione valitura pro fo-

ro externo virtute alicuius priuilegij dantis facultatem abſoluendi, vel pro foro interiori, vel etiam generaliter, ſeu indefinitè tenuerunt *Nauar.cap.27. num.278.Couar.in cap.Alma mater p.1.§.11.num.16. de ſent.excomm. Gomeſ. in regul.Cancell de non iudicando iuxta formam ſupplicationis . quaſt. 14. num.3.* vbi ait etiam huoc eſſe vſum pœnitentiariæ . *Pariſ. l. 4.conſ.67.num 22.Cordub. tract. de indul. quaſt.40. Martin.Ledeſm.2.4. q.26.art.1.dub.9. Philiar.de offic. Sacerd p.3.l.4.in addit.ad cap. 16. Vgolin. de cenſur. tab.1 cap.10.§.4.num.5.Henriq.l.13. de excom. c.27. §.5.Sayr.de cenſ.lib. 2.cap.20. num.31. Paſqualig. in praxi magni iubilæi q.258. num. 5.* & alij Doctores ſuperiori quæſtione citati . Ad iudicem enim excõmunicantem remitti debet excommunicatus vt abſoluatur, argum. *cap. prudentiam, §. ſexta. de offic. iud.deleg.& cap.paſtoralis, §.præterea de off.ordin.* Et vniuſcuiuſque iudicis iuriſdictio ſeruanda eſt. arg. *cap.pernicum 11.q.1,*

108 Limitatur tamen aſſertio reſpectu Superioris habentis iuriſdictionem eminentiorem , & talem , vt poſſit cauſis inferioris iudicis ſilentium imferre , vel cauſas apud eum pendentes etiam indeciſas ad ſe aduocare,& de illis cognoſcere,vel ſi ſit iudex appellationis . Talis enim Superior , vel cauſæ ſilentium imponendo , vel cauſam ad ſe aduocando , poterit modo ſibi benè viſo , eum, qui delatus eſt ad inferioris iudicium à cenſura abſoluere; ſi tamen eo neſciente cauſam pendere in Tribunali inferioris , ab eo excommunicatus abſoluatur, cauſa iudicialiter non cognita , illa abſolutio non valebit pro ſoro externo; quia abſoluens non eſt cenſendus voluiſſe præiudicium facere inferiori, & ejus judicium impedire.

109 Dicitur tertiò ſatis probabile eſſe,vt Confeſſarij virtute bullæ Cruciatæ,vel iubilæi, aut Prælati virtute priuilegiorum poſſint ſatisfacta parte abſoluere à cenſura iuris deducta ad forum contentioſum pro foro conſcientiæ tantùm, & ita vt in externo foro abſolutus habendus ſit vt excommunicatus, ſi ſit denunciatus, donec in eo foro abſoluatur, vel procedi poſſit ad eum denunciandum excommunicatum. Ita ſentiunt *Martin.Ledeſm. 2. 4. q.26.art.1.dub.9.Sotus 4. d.22. quæſt.2.art.3. concluſ.3.Nauar. cap.27. num.278. Couar. in cap. Alma mater par.1.§.11.nu.12.& 16.Henriq.lib.13.cap.27. §.5.Vgolin.tab.1.cap.10. §.4.nu.4.Sayr. lib.2. de cenſ. cap.20.num.29.Rodriq.in bullam Cruciat.§.9.nu.52. Gutierez lib.1.canon.quaſt.diſp.1.in bull.Cruc.cap.4. d.1.num.5. Lezana in bulla Cruciata num. 25.* & alij ſupra pro ſecunda opinione relati . Probant autem quidam hoc . quia virtute priuilegiorum præfatorum poſſunt rei abſolui à culpa; igitur & à cenſura. Sed hæc ratio principiũ petit, qui enim negant poſſe huiuſmodi reos abſolui à cenſura, multò magis dicunt nõ poſſe eos abſolui à culpa, propter quã eſt incurſa cenſura, cum excommun non poſſit abſolui à culpa, niſi prius abſoluatur à cenſura .

110 Secundò id probant, quia æquitas, & pietas ſuadent hanc eſſe mentem Summi Pontificis , pœnitentes ad ſe venientes ſuſcipere . Sed neque hoc probat ; quia mens Papæ eſt pœnitentes ſuſcipere iuxta præſcriptum canonum , & legum , ſecundum quos delicta ad iudicium delata à iudicibus fori externi ſunt cognoſcenda , & punienda ad exemplum aliorum. Et ſi reus ſtatim in foro externo delictum fateatur , & Eccleſiæ ſatisfaciat, & à contumacia recedat abſolutionem recipiet in foro externo . Tertiò , id alij probant , quia Pontifex ſine reſtrictione concedit facultatem abſoluendi ab omni cenſura ſiue à iure , ſiue ab homine quauis cauſa lata , igitur concedit etiam facultatem abſoluendi à cenſura deducta ad forum contentioſum . Et eò magis, quòd cenſura eſt medicina ordinata ad tollendam contumaciam , & inducendam ſatisfactionem; cum igitur Reo ſatisfaciente parti excommunicatio ſit ſortita effectum poterit impendi abſolutio , aliàs cenſura non eſſet medicina, ſed grauamen, præſertim ſi abſoluendus ſit in peccato mortali, nec poſſit abſolui non abſolutus à cenſura .

111 Sed licet hæc ratio ſit probabilis, & æquitati cuidam , & pietati innitatur. Et eò magis, quod abſolutio pro foro interiori valdè iuuat, ad finem exterioris iudicis, & vt reus in foro externo magis ſe ſubijciat iudici , & mandata eius exequatur. Quia Deo reconciliatus ex corde ex Dei gratia magis eſt diſpoſitus ad noua fugienda delicta,ad & parendum Eccleſiæ etiam in foro externo. Nihilominus ſemper in contrarium vrget,quod ad iudicem externum iam ſpectat, & videre an pars ſit ſatisfacta, an reus dimiſerit contumaciam, an reus ſit diſpoſitus,vt poſſit etiam ad fori interioris iudicium dimitti; vnde abſoluere reum à cenſura deducta ad forum contentioſum eſt ponere ſalcem in meſſem alienam. Ob auctoritatem tamen DD. piè in hac parte interpretantium mentem Pontificum , & limitantium hanc abſolutionem , vt non valeat,niſi pro puro foro interiori probabiliter admitti poteſt,poſſe ex virtute priuilegiorum abſolui reum à cenſura ad forum externum delata.

112 Dicitur nihilominùs quartò probabiliùs, & tutiùs eſſe, vt nec in foro conſcientiæ abſolui poſſit reus à cenſura delata ad forum externum virtute bullarum Cruciatæ , aut iubilæi , aut priuilegiorum conceſſorum Prælatis Regularibus etiam ſi parti actu, & in effectu ſatisfecerint. Ita *Vaſquez opuſ.de excomm.dub.10.num.8. Auila de cenſ. par.2. cap.3.diſp.3.dub.10.concl.1.Vega p.1.ſum.cap.6. caſu 52.Coninch.diſp.14.de pœnit.dub. 16.n.207. Caſarub. v.abſolutio,quoad ſeculares 2.not.29.Sorbus ibi.& v. reſolut.materia abſol vers.omni modo,et v.aduertant. pag.52.Hurtad.diſp.14.de excomm.diff.5.n.23.Valer. in diff.vtriuſque fori,v.abſol.diff.3.nu.2.* Et ratio eſt, quia ad abſoluendum à cenſura, non ſufficit poteſtas iuriſdictionis in ligatum, & in cenſuram , qua ille eſt ligatus, ſed neceſſe eſt, quod poteſtas iuriſdictionis illius non ſit præuenta ab alio habente vel ſimilem,vel maiorem iuriſdictionem. Hoc enim exigit ordo iudicandi , vt iudicia non confundantur, & ſubuertantur, ſed debito ordine procedant; ideò vbi delictum eſt delatum ad vnum iudicem , ceſſat alterius iudicis iuriſdictio,niſi alius iudex ſit ſuperior,& vniuerſalior ſibique ſubordinans alium iudicem, tali ſuperioritate, & tanta, vt poſſit cauſas ab illo iudice cognitas ad ſe auocare,& de illis cognoſcere. Aliter enim contingere poſſet maxima confuſio , vt quem vnus iudex damnaret, alius abſolueret, & econtra . Et ex hoc principio,quod iure,& praxi totius Eccleſiæ conſtat, apparet inſufficientia rationis tàm primæ , quàm etiam ſecundæ opinionis , Dato enim hoc antecedente, ſcilicet,

Pon-

Digitized by Google

Pontifex dedit poteſtatem abſoluendi ſuos ſine limitatione; ergò dedit facultatem abſoluendi ſuos à cenſura ad extranei iudicis contentioſum forum legitimè delata. Nam præterquàm quòd antecedens ex ſuperiùs adductis non omninò admittitur; eo conceſſo, conſequentia eſt euidentiſſimè nulla; quia poteſtas iudicandi cuicunque data ſub hac conditione eſt data, ſcilicet, niſi præueniatur in facto ab alio iudice habente ſimilem, vel maiorem poteſtatem; quia hoc petit per ſe ordo iudicandi, vt de vnius delicto vnus ſolus iudex cognoſcat, qui in iudicando præuenit. Et ita vt pro tunc alius iudex nec in totum, nec in partem ſe intromittat in eo iudicio. Modò iudicium fori externi ſe extendit ad impediendum delinquentes per cenſuras etiam in his, quæ ad forum animæ ſpectant, & excommunicatio v. g. priuat communione Sacramentorum, & diuinorum officiorum; ex quo igitur caſus aliquis alicuius Regularis habens annexam cenſuram à iure latam eſt deductus extra ordinem legitimè ad forum contentioſum alicuius delegati à Papa, ſeu Tribunalis Sedis Apoſtolicæ, etiam ſi Prælatus Religionis haberet poteſtatem, & iuriſdictionem ſuper illo caſu, ceſſat omnis eius iuriſdictio in facto, & manet præuenta, & ligata, vt de eo caſu cognoſcere non valeat, nec in illo ſe intromittere, nec in totum, nec in partem, nec ſubditum abſolutè abſoluendo, & totaliter, nec partialiter, vt poſſit ſecretò particeps fieri Sacramentorum; quia ligata eſt eius iuriſdictio dato etiam, quòd illam haberet.

113 Colligitur ex dictis, quòd denunciatus excommunicatus à ſuperiori Prælato, nullo modo ab inferiori abſolui poteſt; quia non poteſt cognoſcere de cauſa, in qua ſuperior iudex præuenit in iudicando.

114 Colligitur ſecundò, quòd nullus Prælatus regularis localis poteſt abſoluere hoſpitem ad ſe aduenientem ligatum cenſura ad forum ſui ſuperioris deducta, vel ab eodem denunciata. Quia cum cenſura ſit ad iudicium alterius iudicis deducta, non habet vnde in eius cognitione ſe ingerat.

115 Colligitur tertiò, quòd ſi ipſe Prælatus non habeat auctoritatem abſoluendi in foro externo ab ea cenſura, vt quia eſt Papæ reſeruata; etiam antequam cenſura ſit deducta ad forum contentioſum, licet poſſit ab ea abſoluere in foro conſcientiæ ſuũ ſubditum, ſi illa cenſura non ſit ex ſpecialiter exceptis etiam pro illo foro, non poteſt tamen abſoluere ab ea in foro externo, cum in eo foro iuriſdictionem ſuper ea non habeat, ſed ſit ſicut Parochus, aut ſimplex confeſſarius potens abſoluere in ſolo foro conſcientiæ.

116 Colligitur quartò, quòd nedum quando Prælati Regulares præueniuntur ab extraneo, ad cuius forum Regularium delicta ſunt legitimè deducta, ſed ſepiùs etiam ſi Prælati Regulares cognoſcant de delictis ſuorum ſubditorum, poſſunt illos ligare, denunciando eos cenſura iuris ligatos, ſed poſteà non poſſunt abſoluere, ſi cenſura eſt ſpecialiter, & cum derogatione priuilegiorum Papæ reſeruata, vt v. g. poteſt Generalis denunciare ſubditum excommunicatum, quia promotus ſimoniacè ad ordines; ſed non poteſt illum abſoluere: ſicut poteſt denunciare ſubditum excommunicatum à Papa excommunicatione aliqua bullæ cœnæ; neque tamen illum poteſt abſoluere.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio extraiudicialis duplex. nu. 117.*
2 *Abſolutio data à Præſidente electionis ſimilis ei, quam dat Papa in literis beneficialibus. nu. 117.*
3 *Datur ad effectum ſpecialem, & eſt ad reincidentiam nu. 117.*
4 *Facit, quod electio non ſit nulla ipſo iure. numer. 117.*
5 *Non eſt diſpenſatio ab irregularitate. n. 118.*
6 *Non valet parte opponente. n. 118.*
7 *Valet tamen ſi aliquis tantum rumor eius præceſſit, immo ſi ſit publica, & nullus opponat. numer. 118.*
8 *Abſolutio data in aliquibus ſolemnitatibus eſt tantum in foro conſcientiæ. nu. 119.*

117 QVæritur vndecimò, qualis, & quantæ virtutis ſint abſolutiones generales, quæ aliquando dantur à Prælatis Regularibus? Reſpondetur has eſſe in multiplici differentia; quia alia eſt, quæ datur à Præſidentibus electionum ante electionem, & alia eſt, quæ datur à Prælatis in aliquibus anni feſtiuis ſolemnitatibus. De priori enim dicitur, quòd eſt abſolutio ad reincidentiam, quæ datur pro determinato effectu, & pro determinato tempore, nimirum datur, vt tollatur inhabilitas alicuius ad electionem, & pro tempore electionis, quo tranſacto excommunicatus reincidit ſicut priùs. Hæc enim abſolutio eſt ſimilis illi, quam in literis beneficialibus Papa ſolet apponere, cuius effectus eſt, quòd gratia conceſſa non eſt nulla, ſed efficax. *Decius in cap. Apoſtolicæ nu. 6. de excep. Felin. nu. 1. verſ. & idem de abſolut. Rebuff. in praxi par. 1. tit. de forma nouæ promiſſionis num. 1. Couar. in capit. Alma mater par. 1. §. 7. num. 3 Caſtellin. cap. 13. nu. 16. Barboſa clau. 179. n. 5.* Sed tamen ſic abſolutus impetrata gratia reincidit in excommunicationem, immò ex vi talis abſolutionis, nec poterat, vel poteſt diuinis intereſſe, aut alia facere excommunicatis interdicta. *Rebuff. vbi ſupra num. 15. & 19. Barboſa num. 6.* Talis verò eſt illa abſolutio ante electionem data.

118 Hæc tamen abſolutio non diſpenſat ab irregularitatibus. *Peyr. in Pral. Relig. q. 2. cap. 5. nu. 9.* nec ſe extendit ad excommunicationes ad quas non ſe extendit facultas abſoluentis. *Garz. de benef. p. 7. cap. 13. num. 68. & 71. Nauar. in cap. Ita quorundam, de iud. gloſſ. vlt. num. 18. Ricciul. de iure perſon. l. 4 cap. 9. num. 9. Peyr. loco cit. Caſtellin. d. cap. 13. nu. 18. Barboſa num. 11. & 12.* Neque hæc abſolutio ſe extendit ad abſentes. *Peyr. ibid. Caſtell. numer. 19.* Qui addit eam non valere ſi excommunicationis præceſſerit aliquis rumor, vel inſtantia, vel iuridica oppoſitio. Et de inſtantia quidem iuridica, ſeu oppoſitione id eſt certum. Nam & ſupra dictum fuerat parte inſtante & opponente non poſſe iudicem ſine iniuſtitia abſoluere reum contra quem opponitur cenſura, ſed via iuris debet contra illum procedere; ſed quod ſufficiat rumor aliquis non iuridicus, ad hoc vt cenſura ligatus non ſit capax illius abſolutionis, tunc cum nullus inſtat, vel opponit, non video vnde ſit fundatum; cum cenſura ex illo rumore non deſinat eſſe occulta. Et quamuis eſſet publica, Prælatus pro foro conſcientiæ poſſit abſoluere.

uere, & ad effectum tollendi inhabilitatem excommunicati, aliàs parte non opponente, nec inſtante.

119 Abſolutio autem, quæ dari ſolet in quibuſdam anni ſolemnitatibus toti Conuentui, ſicut & diſpenſatio ab irregularitatibus, cum ſit data cauſa non cognita, nec parte audita, nec ſeruiat ad exemplum externum, & emendationem aliorum, datur, vt valeat pro ſolo foro conſcientiæ, & ea non obſtante poteſt delictum abſoluti deduci ad forum contentioſum, & de eo cognoſci, & poteſt delinquens excommunicatus denunciari, & debet iterum abſolui, cum, vt ſupra probatum eſt, abſolutio pro foro conſcientiæ non valeat pro foro contentioſo.

SVMMARIVM.

1 *In abſoluendo à cenſuris attendi debet vis priuilegij in cuius terminis datur abſolutio. n.120.*
2 *Attendenda ſunt etiam ſtatuta Religionum à quorum ſtatutis pendet vſus priuilegiorum, & maximè quæ proueniunt excommunicatione. n.120.*
3 *Prælati locales, niſi propria ſtatuta auctoritate Apoſtolica munita obſtent, poſſunt abſoluere ab omni cenſura extra bullam cœnæ, & ſpecialem reſeruationem, & non deductam ad forum contentioſum. n.121.*
4 *Vicarij qui ſunt vices gerentes Priorum eandem habent facultatem. nu.122.*
5 *Hi ſunt Vicarij paruorum Conuentuum. nu.123.*
6 *Supprior, vel Vicarius Conuentus mortuo, vel amoto Priore. nu.123.*
7 *Supprior, vel Vicarius Conuentus in abſentia Prioris. num.123.*
8 *Et ſufficit abſentia vnius diei. nu.123.*
9 *In præſentia Prioris, aut Prouincialis nullus aut Supprior, vel Vicarius illorum habet hanc facultatem abſoluendi à cenſuris. num.123.*
10 *Facultas Prælatorum localium ablata, & reſtituta per Sixtum Quartum. nu.124.*
11 *Vicarij Conuentuum vnde poſſint abſoluere Religioſos in abſentia Prælatorum. n.124.*
12 *Bulla aurea Sixti Quarti explicatur. num.124.*
13 *Generalis ſemper ordini præſens non habet vicem gerentem in ſui abſentia. n.125.*
14 *In Ord. Præd. Priores locales ſuos à cenſuris abſoluunt. n.126.*
15 *Id præſtant etiam Vicarij in abſentia Priorum. num.126.*
16 *Prior in hoc ordine ex lege debet facultatem abſoluendi relinquere Supprióri, vel Vicario, dum recedit à Conuentu, &c. n.126.*
17 *Prior in hoc ordine ex vi priuilegij Gregorij Vndecimi abſoluit ab omni cenſura, &c. n.126.*

120 QVæritur duodecimò, qui Prælati in Religionibus poſſint abſoluere à cenſuris Papæ reſeruatis. Reſpondetur, neceſſe eſſe vt inſpiciatur priuilegium in cuius virtute abſoluens vult abſoluere. Nam vt ex dictis ſupra apparet, facultatem hanc aliquando conceſſit Pontifex ſoli Generali, vt in priuilegio Camaldulenſium, aliquando Generali, & deputatis ab eo, vt in priuilegio Societatis, & Clericorum miniſtrantium infirmis aliquando Generali, & Prouincialibus, & eorum Vicarij, & inſuper Cuſtodibus, vt in priuilegio Minorum, aliquando Generali, Prouincialibus, Prioribus, & eorum Vicarijs, vt in priuilegio dato Ordini Prædicatorum. Pariter quantùm ad vſum priuilegij attendi debet ſtylus, & ſtatuta particularia Religionum, a quibus multùm pendet amplitudo, vel reſtrictio vſus priuilegiorum, & maximè eorum, quæ competunt excommunicatione; vt infra etiam probatur.

121 Cæterum cum priuilegium datum pro Ordine Prædicatorum pro hac parte ſit ampliſſimum, & cum pro ea parte, qua videtur aliquibus alijs reſtrictius, ſcilicet ex parte caſuum, quia non ſe extendit ad illos quatuor caſus in ipſo priuilegio exceptos, neque ad excommunicationes, ſeu cenſuras latas ab homine per ſententiam particularem; nihilominus iam huiuſmodi reſtrictiones communes ſunt omnibus; cum nullus Prælatorum Regularium poſſit abſoluere ſuos nedum ab illis quatuor caſibus, ſed nec ab alijs, qui nunc ſimul cum illis continentur in bulla cœnæ, nec ab excommunicationibus latis ab homine particulariter, nec ab excommunicationibus, ſeu cenſuris ad forum contentioſum deductis, ideo nunc ex vi priuilegij illius quilibet Regularis Prælatus per communicationem ſaltem poteſt abſoluere ſuos ab omni eo caſu, quo ſunt à Prælato Regulari abſoluibiles; ideò in quacunque Religione niſi ſtatuta, & priuilegia particularia obſtent, nedum Generales, & Prouinciales, ſed Guardiani, Correctores, Præpoſiti, Rectores, Priores, ſeu quocunque nomine vocentur ordinarij Superiores locales poſſunt ſuos ſubditos abſoluere à quauis cenſura etiam Papæ reſeruata extra bullam cœnæ, & dum non ſit reſeruata ſpecialiter cum derogatione priuilegiorum, & vel non ſit lata per ſententiam particularem ab homine, vel ſi eſt iuris non ſit deducta ad forum contentioſum extranei Iudicis, aut ſui ſuperioris. Ab ijs igitur cenſuris, à quibus abſoluere poſſunt Prælati Regulares, poſſe etiam abſoluere Superiores locales, Priores, Guardianos, aut quocunque nomine vocentur, docent *Suarez tom.4. de Relig. tra.7.8. lib.2. capit.12. num.3. Peyr. ad Conſtitut.4 Sixti Quarti num.25.*

122 Et quia in dicto priuilegio eadem facultas conceditur etiam Vicarijs Generalis, Prouincialium, & Priorum, dubium eſſe poteſt, quid veniat ſub nomine Vicarij. Nam *Caſarebias in compend. priuileg. v. abſolutio quoad fratre §. 7. & 34.* tenet, quod Vicarij, ſeu Suppriores, qui in Conuentibus inſtituuntur à Prioribus, vt ſub ipſis gubernent eoſdem Conuentus, etiam abſente Priore, non poſſint abſoluere fratres à cenſuris in vi priuilegij Maris magni. Sed immò quod Suppriores, & Vicarij in ſola tamen abſentia Priorum poſſint vti hac facultate abſoluendi ſubditos, docent *Suarez vbi ſupra num.6. Peyr. item vbi ſupra. num.26.* Hoc verò ampliat *Naldus v. abeſſe nu.11. & v. abſolutio, num.45.* etiam ſi Prior abſit à Conuentu per vnum diem tantùm, quia nec pro die debet manere Conuentus ſine capite, qui poſſit ſubditos abſoluere, & à malo ſtatu ſubleuare. Eſt autem conſiderandum, quòd vbi Sixtus Quartus in Mari magno, quod eſt eius conſtitut.7. & in bulla aurea, quæ eſt eiuſdem conſt. 19. hos Prioribus ſubſtitutos vocat Vicarios, Gregor. Vndecimus, qui primus dedit hoc priuilegium,

quòd

quod poſtea Sixtus IV. confirmauit & explicauit in Mari magno, vocat proprio nomine Vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuent. ideò quidquid ſit de nomine Vicarij, quòd competit etiam præſente Priore ei, quem Prior inſtituit Vicarium Conuentus, & qui non eſt propriè Vices gerens Prioris, ſed eſt Officialis officium priuatum habens, & particularem, & valdè reſtrictam facultatem, talem nimirum ac tantam, quantam ſibi tribuit Prior, quod verum eſt etiam de Suppriore; ſoli Vicarij qui ſunt, & quando ſunt Vices gerentes Prioris comprehenduntur in priuilegio iſto.

123 Ex quo colligitur, quod Vicarij locorum paruorum, qui non ſunt Prioratus, ſunt Vices gerentes officij Prioris, quia ſunt ordinarij Suppriores locorum illorum, ac ſi eſſent illorum Priores. Et propterea in Bulla Greg. XI. pro Ord. Prædic. quæ eſt 7. conſultò dicitur ac Vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis. Huiuſmodi enim dicuntur Superiores ſeu Vicarij locorum, & in dicto Ordine vocantur loca illi parui Conuentus, qui non ſunt Prioratus. Pariter Vices officij Prioris gerunt Supprior, vel Vicarius in capite à quocumque fuerit inſtitutus mortuo, vel amoto Priore. Quia & iſte eſt ordinarius Superior localis pro tempore. *Suarez & Peyr. vbi ſupra.* Sed & ille quicumque ille ſit, quem Prior in ſui abſentia relinquit in ſuo loco, vices gerit Prioris. Nec iſte neceſſariò eſt Supprior, ſed Prior poteſt ſupra Suppriorem relinquere Vicarium, qui vices gerat ſui in abſentia. Et quia iſte propriè eſt Vices gerens Prioris in Conuentu, ideo ſibi durante tali abſentia competit facultas abſoluendi à cenſuris ex illo priuilegio Gregorij Vndecimi, vt præfati DD. tenent. Præſente verò Priore in Conuentu ſicut nec Supprior, nec Vicarius aliquis eſt propriè Vices gerens Prioris ſimpliciter, ſic nec poſſunt vti facultate dicti priuilegij, quæ illis non competit. Et quod dicitur de Vicario Prioris dicetur eodem modo de Vicario Prouincialis, quia eodem modo de vtroque loquitur Gregor. Licet enim in aliquibus Prouincijs, vt in Prouincia vtriuſque Lombardiæ, Prouincialis inſtituat Vicarium, licet non diſcedat à Prouincia; hic tamen ex vi huius officij nullam habet facultatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis. Quam tamen habet Vicarius Prouinciæ nedum mortuo, vel amoto Prouinciali, ſed etiam Vicarius Prouincialis eius Vices gerens in abſentia.

124 Et licet Sixtus IV. in bulla aurea priuilegium hoc reſtrinxerit ad Generalem & eos, quibus Generalis commiſerit, tamen vt ſupra probatum eſt, idem Sixtus idem priuilegium Maris magni reſtituit pro Fratribus Obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lõbardiæ, prout habetur in Bullario authentico dicti Ordinis in vltima bulla Sixti IV. & refert *Verſanus in ſumm. Conſt. p. 2. c. 65.* & vlteriùs vt refert *Caſarub. in Compen. Priuil. Mendic. v. abſolutio quoad Fratres*, §. 34. Et habetur in libello priuilegiorum d. Ord. Prædicatorum impreſſo Venetijs anno 1516. Idem Sixtus Quartus in Breui. *Expoſuiſti nobis*. directo Generali Saluo Caſetæ, anno 1481. pro toto Ordine conceſſit Generali, Prouincialibus, eorum Vicarijs, & ab eis deputatis, vt vti poſſent facultate Maris magni, ac ſi bulla aurea non emanaſſet. Priores vero Conuentuum illam facultatem haberent, quam ex priuilegijs anteceſſorum ſuorum obtinebant, vnde & Priores vti poſſunt priuilegio ampliſſimo Gregorij Vndecimi. Licet verò mentionem non faciat de Vicarijs, nedum dici poſſet, quod tamen, vel per communicationem ipſis competit eadem facultas conceſſa pro Obſeruantibus Hiſpaniæ, & Lombardiæ, vel cenſetur eis delegata à Prælatis localibus, ex quo illi ſe abſentant à Conuentu, vel ſub nomine Priorum fuerunt comprehenſi.

125 Eſt etiam conſiderandum, quod Gregorius Vndecimus non facit mentionem de Vicario Magiſtri Ordinis, ſicuti facit Sixtus Quartus. Sed in Bulla Gregor. in §. 11. habetur. *Et ſinguli Priores Prouinciales, Conuentuales, ac vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis.* Ex quo deducitur, quod per Vices gerentes principaliter intendit Vicarios in abſentia Prouincialium, & Priorum. Et quia Generalis non poteſt abeſſe à toto Ordine, ideo nequit habere Vices gerentem in eius abſentia, vnde Greg. non meminit Vices gerentis Generalis. Nam aliàs Vicarius Ordinis mortuo, vel amoto Generali potiùs venit nomine Generalis, quia tunc habet totam ordinariam facultatem Generalis. Sicuti & habent Vicarij Prouinciarum, & Conuentuum mortuis, vel amotis Prioribus Prouincialibus, aut Conuentualibus.

126 In Conſtitutionibus autem dicti Ordin. Prædicatorum ita ſtatuitur. In *Gloſſa diſt. 1. cap. 1. lit. C. Quilibet tamen Prior in ſuo Conuentu, cum habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, poteſt quemcumque Fratrem Ordinis noſtri, etiam hoſpitem ad ſuum Conuentum venientem à quocumque peccato, & ab omni ſententia iuris, & iudicis generaliter, & non in particulari prolata abſoluere; niſi fortè talis eſſet exceſſus, vt meritò Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda.* Et infra ſubdit. *Poteſt autem prædicta omnia Prior facere per priuilegium, quod dicitur Mare magnum.* De Magiſtro autem Ordinis ibid. ſubditur. *Cum verò Magiſter Ordinis curam animarum omnium Fratrum noſtri Ordinis plenè, & liberè habeat, ipſoſque Fratres auctoritate propria ligare, & abſoluere poſſit, vt patet per priuilegio, omnes Fratres Ordinis ab omnibus exceſſibus, & cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruantis poteſt abſoluere, niſi eſſent heretici relapſi, vel Schiſmatici, aut literas Apoſtolicas falſificaſſent, vel ad infideles prohibita attuliſſent.* De Supprioribus autem ſeu Vicarijs in Prologo Conſtit. §. 3. lit. E. dicitur. *Cæterùm cum contingat Priorem à ſuo Conuentu abeſſe, declaramus Priorem teneri in primo Capitulo ſui Prioratus conferre auctoritatem neceſſariam Suppriori, & in abſentia illius ſuo Vicario pro omnibus caſibus neceſſarijs emergentibus, & præſertim pro pertinentibus ad forum conſcientiæ quotieſcumque & quomodocumque ipſe Prior ſit extra Conuentum præſertim per dietam abſens.* Sed ibidem lit. F. habetur. *Item declaramus, quod Priores in Conuentu ſuo, & in eorum abſentia Suppriores, & eorum Vicarij, omnes Fratres noſtri Ordinis ad eorum Conuentus declinantes ab omnibus peccatis, & cenſuris tam à iure, quàm ab homine generaliter prolatis, Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter non reſeruatis (vt infra magis explicabitur in cap. de profeſſione) poſſunt abſoluere.* Ex quibus patet, quod in hoc Ordine etiam Priores abſoluere poſſunt ab omnibus cenſuris: excipiuntur tamen illæ, quæ eſſent adeo graues, vt

pro

Digitized by Google

pro eis meritò Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, & tamen cum de Magiſtro Ordinis eſt ſermo, excipiuntur tantùm quatuor. Quod forſan fuit factum propter limitationem Sixti Quarti ſupra poſitam, per quam Prioribus ablata fuerat poteſtas ab his abſoluendi, & reſtituta fuit poſtea in terminis priuilegij Gregorij Vndecimi, in quo non ſpecificantur & limitantur caſus in quibus Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda, ſicuti fit in Mari magno. In Prologo autem Conſtit. tam de Prioribus, quam de Supprioribus in abſentia Priorum dicitur, quòd poſſunt abſoluere ab omnibus cenſuris Sedi Apoſtolicæ non reſeruatis ſpecialiter. Hodie verò quia Sedes Apoſtolica, ea quæ grauiora ſunt reſeruauit ſibi in Bulla Cœnæ, vel per clauſulas derogatorias priuilegiorum, Priores non indigent via communicationis, vt vti poſſint priuilegio reſtitutionis ampliſſimæ facultatis factæ à Sixto IV. pro Fratribus Obſeruantiæ Hiſpaniæ, & Lombardiæ, ſed abſolutè ex vi priuilegij Greg. Vndecimi poſſunt abſoluere ab omni excommunicatione, aut cenſura iuris aut hominis generaliter lata, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, vel ijs, quæ Sedes Apoſtolica ſibi ſpecialiter reſeruauit cum derogatione priuilegiorum; aliæ enim cenſuræ non ſunt dicendæ tales, pro quibus Sedes Apoſtolica ſit conſulenda, cum Sedes Apoſtolica per Bullam Cœnæ, & ſpecialem reſeruationem declaret, quæ ſint illæ excommunicationes, aut cenſuræ pro quibus Sedes Apoſtolica non obſtantibus indultis eſt conſulenda. Suppriores verò, ſeu Vicarij eandem facultatem habent in abſentia Priorum, tum ex priuilegio, tum ex delegatione Priorum, qui quidem ex commiſſione legis tenentur in eorum abſentia relinquere Supprioribus, aut Vicarijs talem poteſtatem. Et cum *Suarez vbi ſupra num. 7. fin.* dicat optimum conſilium eſſe, vt Prælatus dum recedit, omnes poteſtates ſuas committat Vicario, & vt hoc pendeat ex memoria, aut voluntate ſingulorum debeat eſſe ſtabili lege, aut conſuetudine introductum; in hoc conſilium præuenerunt PP. huius Ordinis ſtabili lege decernentes, vt Supprioti, aut Vicario pro abſentia Priorum relinquatur eorumdem Priorum poteſtas ad abſoluendum, quam ex conſequenti de facto iam habent, etiam ſi expreſsè non fuerit illis conceſſa; quia quilibet Prior exiturus è Conuentu ſuo, cenſetur facere, quod ex lege debet facere, niſi oppoſitum exprimat. Sed verè Suppriores, aut Vicarij non indigent, vt ſibi delegetur hæc poteſtas à Prioribus, ſed illam habent ex priuilegio Gregor. XI. vt ſupra reſtituto.

SVMMARIVM.

1 *Generales ordinum delegare poſſunt facultatem abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis, à quibus ipſi poſſunt abſoluere. nu. 127.*

2 *Prouinciales & Priores eandem poſſunt delegare facultatem. nu. 128.*

3 *Delegatus à Principe per conceſſionem perpetuam factam officio poteſt delegare. nu. 128.*

4 *Præpoſiti locales etiam in Societate facultatem abſoluendi à cenſuris poſſunt delegare. nu. 129.*

5 *Requiritur ſpecialis delegatio ad hoc, vt intelligatur delegata à Prælatis facultas abſoluendi à reſeruatis Papæ. num. 130.*

6 *Non ſufficit, quod Prælatus committat in genere vices ſuas. num. 130.*

7 *Niſi conſuetudo aliud ſeruet. num. 130.*

8 *In Ord. Prædic. Prælatus in ſolemnitatibus abſoluens à cenſuris in genere abſoluit virtute priuilegiorum à reſeruatis Papæ. num. 130.*

157 QVæritur tertiodecimo. An Generalis, Prouinciales, & Priores hanc abſoluendi à cenſuris Papæ reſeruatis facultatem poſſint delegare? De Generalibus quidem nulla eſt difficultas propter priuilegium Leonis Decimi, directum omnibus Generalibus Mendicantium, cuius mentionem facit, & particulam refert *Vrceanus in ſummar.* Conſtit. Ord. Præd. p. 2. c. 65. in quo conceditur eiſdem Mendicantium Generalibus, vt per eos, quibus ipſi hanc facultatem conceſſerint, poſſint ſuos abſoluere ab omnibus caſibus & cenſuris iuxta conceſſionem Sixti IV. & Iulij II. In multis etiam priuilegijs, vt in eo, quod Paulus Tertius dedit Societati conceſſio fit Generali, vt per ſe ipſum, vel per deputatos abſoluat, vnde non eſt dubium, quod Generales Ordinum poſſunt per deputatos a ſe ipſis ſuos ſubditos abſoluere.

128 Nihilominùs etiam vniuerſaliter dicitur, quòd tam Prouinciales, quàm Priores poſſunt per alios à ſe ipſis deputatos beneficium abſolutionis ab huiuſmodi caſibus, & cenſuris impendere. Ita tenent *Caſarub. in Compen. priuil. v. abſolutio quoad Fratres, in fin. dub. 2. Sylu. v. abſolutio 4. num. 1. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 22. num. 12.* Ratio eſt, quia ex doctrina communi, quam docent citati DD. & inſuper *Corduba in ſum. q. 8. Panorm. & Felin. in cap. vltim. de offic. delegat.* Delegatus à Principe per priuilegium perpetuum, & per commiſſionem factam dignitati, ſeu officio, poteſt vices ſuas alteri committere. Hæc verò facultas abſoluendi eſt commiſſa officio Generalis, aut Prouincialis per priuilegium perpetuum conceſſum à Summo Pontifice, & ideo iſti Prælati poſſunt vices ſuas committere, & per ſpecialiter deputatos ſuos ſubditos abſoluere. Et hæc etiam eſt praxis Religionum.

129 Quod eſſe verum etiam in Societate tradit *Suarez*, quia licet in dicto Ordine cenſeatur hæc facultas conceſſa Generali, & per illum concedatur Prælatis inferioribus; nihilominùs Prouinciales, & Præpoſiti locales poſſunt in hoc ſuas vices committere, niſi in conceſſione ſibi facta fiat expreſſa reſtrictio.

130 Aduertendum tamen eſt, neceſſariam eſſe ſpecialem delegationem, & commiſſionem ad hoc, vt alij à Prælatis poſſint abſoluere ab iſtis caſibus, & cenſuris, nec ſufficere conceſſionem communem per quam Prælatus concedit facultatem abſoluendi ab omnibus, à quibus ipſe abſoluere poteſt, vel abſoluendi à caſibus reſeruatis. Nam caſus iſti ſemper ſunt Papæ reſeruati, nec deſinunt eſſe Papæ reſeruati, ex eo, quòd Papa aliquibus conceſſerit facultatem abſoluendi ab eis, ideò nullus Sacerdos vel Confeſſarius, qui non ſit Prælatus poteſt ab eis abſoluere. Ideò quia iſti caſus habent reſeruationem longè altioris ordinis, quàm ſit illa, qua caſus reſeruantur in Religionibus, ita vt nec Prælatus

poſſit

poſſit ab his abſoluere, niſi ex ſpeciali facultate ſibi conceſſa, ideò in generali conceſſione abſoluendi, vel à quibus Prælatus abſoluere poteſt, vel à caſibus reſeruatis non comprehenditur facultas abſoluendi à caſibus Papæ reſeruatis. Sic enim nec Pontifex committendo caſus ſuos cenſetur committere caſus Bullæ Cœnæ, & committendo caſus Bullæ Cœnæ non cenſetur committere abſolutionem ab hæreſi. Vnde nec Prælati committendo caſus ſuos, committunt caſus reſeruatos Papæ à quibus ipſi ex priuilegio tantùm poſſunt abſoluere. Niſi ſatis exprimant, & ſpecialiter delegent facultatem abſoluendi etiam à caſibus reſeruatis Papæ à quibus ipſi abſoluere poſſunt. *Suarez d.l.2. cap.22.num.18.* Vel niſi conſuetudo & praxis aliud obſeruet. In Ord. Prædicatorum Prælatus ipſe in ſolemnitatibus abſoluens Fratres à cenſuris, & diſpenſans in genere ſuper irregularitatibus, cenſetur abſoluere etiam à cenſuris Papæ reſeruatis à quibus abſoluere poteſt. Sed non mirum quia expreſsè abſoluit auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa & Fratribus conceſſa per priuilegia Summorum Pontificum.

S V M M A R I V M.

1 *Generales non poſſunt limitare facultatem abſoluendi quam Prouinciales, vel Priores habent ex priuilegio. n.131.*

2 *Hoc eſt declaratum in Ordin. Prædicatorum, numer.131.*

3 *Non omnis facultas eſt in inferioribus Prælatis à Generali. n.131.*

4 *Nullus Prælatus aut Capitulum poteſt tollere quod à Pontifice expreſſe eſt conceſſum inferioribus. n.131.*

5 *Communicatio priuilegiorum pendet valdè a ſtatutis Religionum. n.132.*

6 *Priuilegia contraria legibus Ordinum non communicantur. n.132.*

7 *Extra Ord, Prædicat. ſi vel adſit ſtatutum legitima auctoritate factum, vel Priuilegium, vt Prælati inferiores non vtantur facultate abſoluendi a reſeruatis Papæ, quæ pollent Priores in Ordin. Prædic. ex priuilegio proprio, huiuſmodi priuilegio vti non poſſunt. n.132.*

8 *Prælati ſuperiores per viam reſeruationis in terminis decreti Clem. VIII. poſſunt ſibi reſeruare caſus Papales, a quibus Prælati inferiores abſoluunt. n.133.*

9 *Prælati ſuperiores poſſunt ſtatutis dirigere vſum priuilegiorum, & obuiam ire abuſui facultatis abſoluendi a caſibus Papalibus, ſi quis irrepſit, num.134.*

131 Quæritur decimoquartò. An Prælati Regulares ſupremi poſſint impedire inferiores Prælatos ne abſoluant à caſibus Papæ reſeruatis, à quibus ex priuilegio abſoluere poſſunt. *Suarez d.lib.2.cap. 22.num.14.* probabilius arbitratur priuilegium hoc abſoluendi à caſibus reſeruatis Papæ poſſe reſtringi à Prælatis ſuperioribus. Quia Papa concedens priuilegium Religionibus, cenſetur illud conferre iuxta debitum ordinem, & magis conſentaneum ipſi Religioni, quandiu aliud expreſsè non declaret, debitus autem Ordo Religionis petit, vt Prælati inferiores pendeant à ſuperioribus, & illis ſubordinentur. Secundo quia vnaquaque Religio habere ſolet facultatem diſtribuendi huiuſmodi facultates, prout ſibi videbitur expedire, & ſic diſponere, vt es his caſibus alij ſint reſeruati Generali, alij Prouincialibus. Verùm oppoſitum dicendum eſt propriè loquendo. Nam aliter ipſum priuilegium deſtrueretur. Aliud enim priuilegium eſt, quod ſolus Generalis poſſit per ſe ipſum, vel per deputatos à ſe abſoluere, & aliud priuilegium eſt, per quod immediatè à Sede Apoſtolica non ſolus Generalis, ſed Prouinciales, & Priores habent eandem facultatem, & hoc ſecundum tollitur, ſi ſolùm primum admittitur: & ſi Generalis poteſt reſtringere ne Prouinciales, vel Priores vtantur hac facultate, iam priuilegium ſoli Generali conceſſum erit, alijs verò non competet, niſi Generali volente; quod tandem erit idem ac dicere, niſi Generali deputante, ſi non poſitiuè, ſaltem negatiuè. Præterea verò nullus Prælatus, & nullum Capitulum poteſt tollere ab inferioribus Regularibus id, quod illis expreſsè & immediatè eſt conceſſum à Pontifice. Nec eſt verum, quòd debitus ordo petat, vt inferiores Prælati in omnibus, & ſingulis dependeant à Superioribus; ſed inferiores Prælati à iure vel communi, vel municipali plures facultates habent, quas tollere, vel reſtringere non poſſunt Superiores. Nec propterea hoc competit Religionibus, vt facultates abſoluendi per Superiores diſtribuantur inferioribus Prælatis, vbi Pontifex ipſe diſtributionem fecit. Propterea quòd non poſſint Generalis, vel Prouinciales limitare, arctare, & diminuere facultatem abſoluendi, quam Priores habent ex priuilegio, declarauit *Gloſſa Conſtit. Ord. Præd. diſt.1. capit.14. lit.C.* ibi. *Nec poteſt quoad hoc Priorum auctoritas a Priore Prouinciali diminui atque arctari, quia quod a Superiore conceditur reuocari ab inferiori non poteſt.*

131 Nihilominus multipliciter limitatur, ſeu explicatur hæc aſſertio; primò vt intelligi debeat de priuilegio dato per viam conceſſionis, nam alias communicatio priuilegiorum vnius Religionis cũ alia, limitatè intelligitur, nimirum prout conuenit & non opponitur ſtatutis Religionis, clauſula enim *Dummodo eorum inſtitutis, & Regulari Obſeruantiæ non ſint contraria*, ſi non ponitur, ſemper ſubintelligitur in bullis concedentibus communicationem priuilegiorum. *Donatus in praxi par.1.tract.7.q.11.* Priuilegia enim, non debent eſſe nociua, nec odioſa, nec turbantia pacem, & tollentia tranquillitatem Religioſorum, Ideo ſi in Religione aliqua ſit ſtatutum legitima auctoritate conditum, vt nullus, v. g. niſi Generalis per ſe ipſum, vel per deputatos abſoluat à caſibus Papæ reſeruatis, vt quia Religio renunciauit priuilegiorum communicationi pro hac parte, vel habet priuilegium ſpeciale, quale habet Societas, vt ſcilicet, omnia priuilegia illi conceſſa, vel concedenda intelligantur conceſſa Generali Præpoſito, qui pro ſuo libito ea poſſit alijs communicare; certè in hac vel ſimilibus Religionibus nullus Superior localis poteſt abſoluere ſuos à caſibus Papalibus, niſi Generalis hoc concedat. Vt de Societatis Præpoſitis localibus, aut

ret illi ſuam facultatem, & eius virtute ab eo abſolui poſſet. n. 152.

33 *Subditus in caſu neceſſitatis poterit abſolui a Prælato excomm. tolerato, vel prius abſoluto, vel a Prælato mediato ſi immediatus ſit excommunicatus, vel a Confeſſario ſuo ad reincidentiam ſi Prælatum potentem abſoluere non poſſit adire. num. 153.*

34 *Si duo, qui ſe inuicem abſoluere poſſunt ſint excommunicati non tolerati, quid agere debeant? num. 154.*

35 *In præfato caſu, ille qui eſt Prælatus debet aſſumere Confeſſarium extra ordinem a quo abſoluatur num. 154.*

36 *Eligere Confeſſarium non eſt actus iuriſdictionis prohibitus excommunicato. num. 154.*

37 *Prælatus excommunicatus non poteſt dare licentiam ſubdito eligendi Confeſſarium. n. 154.*

38 *Si Prælatus excommunicatus non habeat Confeſſarium, quem eligat, niſi excommunicatum, an tunc non obſtante excommunicatione poſſint ſeſe inuicem abſoluere? num. 154.*

39 *Subditus cui à Prælato Regulari negatur iniuſtè abſolutio, non poteſt, abſolui ab Epiſcopo. n. 155.*

40 *Subditus cui a ſuo Prælato immediato negatur iniuſtè abſolutio tenetur adire Prælatum mediatum. num. 155.*

41 *Ex quo temporaliter grauiter impeditus poteſt abſolui a caſibus Papalibus ad reincidentiam, non ſequitur quod poſſit abſolui a caſibus alijs Prælatis reſeruatis. num. 156.*

42 *Subditus cui negatur à Prælato facultas, ut abſoluatur a caſu Papali, non per hoc poteſt iuxta decretum Clem. VIII. abſolui ea vice a Confeſſario, quia Clemens non loquitur ibi de caſibus Papæ reſeruatis num. 156.*

43 *Epilogus determinationis. num. 157.*

135 Quæritur decimoquintò. An facultas abſoluendi Regulares exemptos in aliquo caſu conuenire poſſit Epiſcopo? Multi autem fingi poſſunt caſus in puncto huius difficultatis. Primus quidem eſt, ſi excluſa neceſſitate, ſine licentia Superioris poſſit Regularis adire Epiſcopum, vt ab eo abſoluatur ab aliquo ex caſibus Papalibus, à quo Epiſcopus ex conceſſione Papæ poteſt abſoluere. Vt v.g. cum Epiſcopus ab excommunicatione incurſa ob leuem percuſſionem poſſit abſoluere. *cap. Monachi, & cap. cum illorum de ſentent. excom.* an Regularis, qui Regularem leuiter percuſſit poſſit adire Epiſcopum, vt ab eo abſoluatur. Vel eodem modo, an Epiſcopus in ijs caſibus occultis in quibus virtute Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. de reform. poteſt ſuos ſubditos abſoluere, poſſit etiam Regularem exemptum ad ſe ſine licentia, & neceſſitate venientem abſoluere. Nam partem affirmantem videntur tenuiſſe. *Federic. de Senis conſ. 14. Io. de Lignano in Clement. Ne in agro, de ſtatu regular. Ioannes & Dir. & Piſanella, & Archid.* quos refert *Syluest. infra citandus.* Et ratio eſt, quia exemptio indulta eſt in fauorem exempti, ideoque illi renunciare poteſt nedum reſpectu abſolutionis, ſed etiam in foro contentioſo prorogando iuriſdictionem Epiſcopi.

136 Secundus caſus: ſi in Regulari exempto non adſit neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione, adeſt tamen ſui Superioris licentia, an poſſit Epiſcopus Regularem exemptum abſoluere. Et ita hanc ſententiam tenere videtur. *Lauretus de Franchis p. 2. q. 92.*

137 Tertius caſus eſt: ſi adſit in Regulari neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione, vt quia ſuus Prælatus non poteſt abſoluere eum, & ipſe nequit adire Papam pro abſolutione, & tamen non habet licẽtiam ſui Superioris: an tunc ſine licentia poſſit adire Epiſcopum, vt abſoluatur, poſſitque Epiſcopus illum validè abſoluere. Et in hoc caſu quidam cum diſtinctione reſpondent, vt ſi non ſit in Religione facultas abſoluẽdi ab illo caſu, & Superior iniuſtè neget delinquenti licentiam, vt abſoluatur ab Epiſcopo, tunc Epiſcopus poſſit abſoluere Regularem ad ſe ſine licentia venientem, ſed ſi vel licentia iuſtè negatur, quia penſatis penſandis iuſtum eſt, vt Regularis cogatur adire Papam, vel eſto Prælatus inferior non poſſit ſubditum ſuũ abſoluere ab illo caſu, id poteſt Prælatus Superior, ad quem delinquens debet recurrere; tunc Epiſcopus talem non poſſit abſoluere, niſi adſit (in poſteriori caſu) etiam licentia illius Superioris; cum tamen in aliquo caſu neceſſitatis ſufficiat præſumptus conſenſus Superioris mediati ad hoc, vt Superior immediatus poſſit ſubditum licentiare, vt ab Epiſcopo abſoluatur. Ita ex *Molina to. 4. de iuſtitia diſp. 61.* tradit *Lauretus de Franchis d. p. 2. quæſt. 92. nu. 4. & 6.* Quia per Epicheiam non eſt cenſendum quod Pontifex voluerit, vt Religioſus cogeretur vagari, vt accederet ad Sedem Apoſtolicam gratia abſolutionis obtinendæ. Si tamen iuſtè denegatur Religioſo licentia, vt abſoluatur ab Epiſcopo, non poteſt abſolui, quoniam tunc iudicium Superioris prænalet, & ita vt etiam ſi ſit dubium, an licentia iuſtè negetur, ſtandum ſit iudicio Superioris.

138 Quartus caſus eſt, cum adſunt ſimul & neceſſitas, quia Regularis intra propriam Religionẽ non poteſt abſolui, & adeſt licentia Religionis ſeu Prælati Regularis. In hoc enim caſu Epiſcopum poſſe abſoluere Regularem exemptum ad ſe cum licentia ſui Ordinis venientem pro abſolutione tenuerunt plures, ſcilicet, *Leander à SS. Sacramento par. 4 tract. 11. diſput. 17. q. 70.* quamplures referens *Sanchez lib. 4. ſum. cap. 39. nu. 32. Diana par. 1. trac. 5. reſol. 6.* & apud iſtos alij plures. *Sylu. v. abſolutio 5. n. 3. ex Io. Andr. & Panorm.* qui etiam in hoc ſenſu interpretatur opinionem *Federici de Senis, & aliorum*, qui ſupra relati fuerunt. *Suarez tom 4. in 3. p. diſp. 30. ſect. 2. num. 3. & tom. 5. diſp. 41. ſect. 2. num. 12. Lauretus & Molina ſupra citati.* Et ratio illorum eſt deſumpta ex æquitate, & Epicheia, quia non eſt credibile, quod Pontifices voluerint, vt Regulares exempti eſſent peioris cõditionis, quam ſeculares, ita vt abſque neceſſitate veniendi Romam pro abſolutione, nõ poſſent abſolui ab illis caſibus, à quibus abſolui poſſunt ſeculares. Secundò quia vt habetur *cap. luminoſo 18. q. 2.* Epiſcopus de conſenſu Abbatis poteſt exercere iuriſdictionẽ in monaſterio exempto. Tertio. Nam vt aduertit *Corduba in annot. ad Compend. priuileg. v. abſolutio quoad Fratres §. 1.* Pontifices plura priuilegia conceſſerunt, vt Regulares exempti abſolui poſſent ab Epiſcopis.

139 Verùm, vt idem *Corduba* aduertit, ſi loqueremur de Regularibus pro eo tempore, in quo eorum Prælati nõ gaudebant in ſuos ſubditos tan-

ta immò in hac parte maiori auctoritate, quàm gaudeant Epiſcopi erga ſuos, quæſtio haberet locum; ſed modò nec priuilegia illa multum proſunt, immò magna ex parte ſunt reuocata, vt *Corduba* aduertit. Nec queſtio locum habet, quia ſupponit caſus neceſſitatis non realis, ſed fictæ.

140 Dicendum igitur primò eſt, quòd in Religioſo exempto non extante neceſſitate abſolutionis Epiſcopalis, nec extante licentia Religionis ſubijcientis ſuum ſubditum Epiſcopo, ipſe Epiſcopus nec licitè, nec validè poteſt abſoluere Regularem exemptum à caſibus Papæ reſeruatis. Aſſertio iſta eſt certiſſima, nec credo quòd aliquis eam negauerit, ſed benè illam docent DD. infra citandi. Et ratio pro ea manifeſtiſſima eſt, per ea quæ tradunt *Panorm. in cap. Monachi de ſent. excomm.* & latius *in cap. Significaſti, de foro competenti.* Quoniam per exemptionem exemptus efficitur non ſubditus Epiſcopo, ideſt non ſubiectus eius poteſtati, ſed Papæ immediatè, vt in *cap. ſi Papa. de priuilegijs, in 6.* Vnde Epiſcopus in illum non habet poteſtatem, niſi in caſibus ſibi expreſsè conceſſis, vt in *c. Frater noſter 16. q. 1.* Et ideò exemptus abſolui non poteſt ab eo, nec Regularis prorogare poteſt Epiſcopi iuriſdictionem, vel in foro contentioſo, *cap. ſignificaſti de foro competent.* vel in foro pœnitentiali, *cap. omnis de pœnit. & remiſſ.* Quod quidem eſt euidens, maximè vbi nec Regulari exempto eſt neceſſitas petendæ abſolutionis ab Epiſcopo, & legitimi eius Prælati repugnant, nec permittunt eum ſe ſubijcere iuriſdictioni eiuſdem Epiſcopi.

141 Nec obſtat ſi dicatur, quòd exemptio eſt fauor, cui Regularis exemptus poteſt renunciare, & ideò ſe ſubijcere Epiſcopo; quoniam, vt ex *Io. Andr.* tradit *Sylu. v. abſolutio quinto num. 2.* exemptio fauor eſt, ſed ſimpliciter eſt fauor eximentis, nō exempti, vt in *cap. ad apoſtolicam, de regul. & l. ſi quis in conſcribend. C. de Epiſ. & Cler.* Et præterea exemptio fauor eſt, ſed non ſolius exempti particularis; ſed ſimpliciter, & principaliter eſt fauor Religionis, & Prælatorum eius, cui fauori non poteſt renunciare ſubditus in præiudicium Prælatorum, & Summi Pontificis; maximè non exiſtente neceſſitate, & Religione repugnante, vt obſeruant *Panorm. in cap. ſignificaſti, n. 11. de foro competent. & Felin. in cap. cum dilecta, de reſcrip. Mandel. conſ. 74. num. 3. Rota coram Seraph. dec. 324. nu. 5. Tuſcus l. N. concl. 759. n. 3. Syluest. v. priuilegium. quaſt. 10. Armil. n. 9. Cened. q. 12. n. 10. Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 25. n. 7. Sanchez l. 4. ſumm. cap. 39. n. 29. Rota deciſ. 32. n. 8. p. 1. diuerſ. & dec. 273. n. 3. p. 4. Recent.* Præſertim ſi lædatur ius Superioris non conſentientis, qui in præſenti eſt nedum Superior Regularis, ſed Papa. *Caſtr. conſ. 431. num. 3. Roman. conſ. 369. nu. 18. Card. conſ. 38. fin. Gratian. deciſ. 78. num. 50. Gail. obſeru. 40. n. 3. l. 1.* & alij plures. Cum igitur nec Regularis, immò nec Superiores Regularium poſſint renunciare fauori exemptionis, ſine licentia Summi Pontificis. *cap. cum tempore, de arbitris, vbi Gloſſa in poſit. caſus in fine. Archidiac. in cap. Conqueſtus, num. 49. quaſt. 3. de foro competent. Bald. in l. ſi quis ex conſenſu num. 8. C. de Epiſc. Surd. conſ. 47. num. 24. Rota in Gerunden. Monaſt. 29. April. 1641. coram Panzirolo. Tabiena v. exemptio q. 6. Armill. n. 9. Angelus v. excom. 5. n. 50. Roſell. v. abſol. 3. Rodriq. t. 2. q. 63. a. 10. Molin. t. 4 diſp. 61. n. 3. Genuenſ. in praxi. c. 66. nu. 19. Sanch. l. 4. in Decal. c. 39. n. 38. Megala p. 1. l. 1. c. 13. n. 10. Paſqual. ad d. Lauretum de Franc. q. 92. n. 11.* euidens prorſus eſt non poſſe Regularē ex voluntaria ſui ſubiectione renunciando fauori exemptionis dare, vel extendere iuriſdictionem Epiſcopi, vt illum poſſit abſoluere. Nam & in caſu, in quo Religioſi vellent renunciare priuilegio exemptionis, id fieri deberet, nō in manibus Epiſcopi, ſed Pontificis, qui ſolus eſt eorū Superior ſupremus. *Mandoſ. in ſign. grat. tit. reſignationes, v. exempti, & tit. exemptiones, v. exēpti. Sanch. p. 2. conſ. lib. 6. c. 9. dub. 1. n. 35. Fauet c. fin. de renunc. et cap. cum venerabilis, de conſuetud. Lezana vbi ſup. n. 280.*

142 Sed ad hæc additur, quod Regulares alijs capitibus prohibiti ſunt ſe ſubdere Epiſcop. & Epiſcopi eorū obedientiā recipere. Sic enim Alex. IV. prout habetur in mari magno Carmelit. *n. 38. apud Lezanam*, præcipit Epiſcopis, vt à Regularibus dicti ordinis, *obedientiam contra tenorem priuilegiorum, & indulgentiarum Apoſtolicæ Sedis exigere, vel accipere non præſumant.* Et inſuper Epiſcopi prohibiti ſunt abſoluere Regulares Prælatis eorum inuitis. Sic enim in mari magno Prædic. *apud Lezanam §. 29.* habetur, *Inhibemus inſuper vniuerſis fratribus ordinis veſtri, ne aliqui eorū, alijs, quam Prælatis ſuis peccata ſua cōfiteri præſumant, niſi neceſſitatis vrgente articulo, vel niſi fortè Magiſter, vel Prior proprius alicui fratri dederit fratri alteri eiuſdem Ordinis licentiā confitendi. Vniuerſis autem Eccleſiarum Prælatis, & alijs inhibemus confeſſiones veſtras vobis inuitis audire, etc.* Idem priuilegium habent Minores, vt in eorū mari magno §. 32. & 33. *apud eundem Lezan.* Et in mari magno Carmelit. §. 97. & 98. Et Minimorū §. 24 & 25. Ex quibus priuilegijs Epiſcopus nulliter abſoluere Regulares exemptos, ſi eorum ſuperioribus inuitis, eorundem Regularium confeſſiones audiant deducunt *Longus par. 1. de caſib. reſeru. ſect. 3. ar. 13. Peyr. in Conſt. 2. Iulij II. §. 25. num. 61. Candidus to. 2. diſq. 24. art. 57. n. 4. ex Armill. Io. de Cruce, & Laym. Lezana in mari magno Minorum §. 33. n. 88.* Epiſcopi igitur in foro pœnitentiali Regulares inuitis eorūdem Regularium Prælatis audire, & validè abſoluere non poſſunt; vndè multò minùs id facere valent in foro contentioſo.

143 Dicendum verò eſt ſecundò, quod etiam extra caſum neceſſitatis Epiſcopi Regulares à ſuis Superioribus licentiatos poſſunt abſoluere à peccatis, vel cenſuris de licentia Prælati Regularis. Nam in ſupradicto priuilegio ſolum prohibentur Epiſcopi audire fratrum confeſſiones inuitis Prælatis Regularibus. Et tunc igitur Epiſcopus poterit Religioſum abſoluere ab omnibus, à quibus poteſt abſoluere ſeculares ſubditos. Et hoc confirmatur, quia per priuilegia etiam ſpecialia, quæ refert *Corduba citatus*, poſſunt Regulares de licentia Prælatorum abſolui ab Epiſcopis. Et in hoc ſenſu vera eſt ſententia ſupra nu. 148. relata. Neque in hoc fit præiudicium exemptioni, cum Epiſcopus non vtatur ſua auctoritate in tales Religioſos, quos abſoluit, niſi de licentia, & veluti quaſi delegatus Prælati Regularis.

144 Dicendum eſt tertiò. Nullam neceſſitatem dare poſſe iuriſdictionem Epiſcopo ſuper Regulari, vt eum abſoluere valeat validè, niſi neceſſitas ſit talis, ac tanta, in quo Regularis à quolibet Sacerdote abſolui poſſit. Et tunc ſi nō aderit licentia Superioris Regularis expreſſa, aderit tamen implicita

Digitized by Google

cita, ſeu præſumpta. Ratio iſtius aſſertionis ex duplici principio deſumitur. Primum eſt, quia neceſſitas non extrema, non dat iuriſdictionem, aut facultatem abſoluendi non habenti. Secundum eſt, quia moraliter nec dari poteſt caſus grauis neceſſitatis, in qua Regularis indigeat abſolutione, & non poſſit abſolui, niſi ab Epiſcopo. Quantùm igitur ad primum principium. *Syluest. v. abſolutio, 5. n. 2. & 3.* arbitratus eſt neceſſitatem ex Epichrja dare iuriſdictionem Epiſcopo, vt poſſit abſoluere Regularem. Sed hoc non probatur, in materia enim iuriſdictionis, & præcipuè vbi actus irritantur neceſſitas non extrema non dat iuriſdictionem non habenti. Lex enim, quæ prohibet Epiſcopis, ne exerceant iuriſdictionem in exemptos, eſt lex irritans actus vt ſupra eſt probatum, & conſtat *ex cap. Frater 16. q. 1.* Præciſa igitur extrema neceſſitate nulla alia dat Epiſcopo iuriſdictionem in exemptos, quã aliàs nec poſſunt dari exempti ipſi, nec eorum Prælati. Quod confirmatur ex decreto Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7. Vbi ſtatuit, quòd extra caſum neceſſitatis extremæ nullus, qui ſit inferior reſeruante, vel non ſit legitimus iudex delinquentis poſſit abſoluere à caſibus reſeruatis. *Extra quem articulum* (ſcilicet mortis) *Sacerdotes, cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant.* Epiſcopus verò eſt inferior Papa reſeruante ſibi illos caſus, & pro abſoluendis Regularibus ab illis non habet à Papa commiſſam facultatem: igitur extra mortis articulum non poteſt à talibus caſibus Regulares abſoluere. Item ibidem Concilium ita definit. *Perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem.* At verò Epiſcopus nec ordinariam, nec ſubdelegatam habet in exemptos iuriſdictionem. Quod ſi ſola grauis neceſſitas alieni ſubditi hanc, vel ordinariam, vel ſubdelegatam iuriſdictionem daret, iam Epiſcopus vnius Diœceſis poſſet abſoluere à caſibus reſeruatis Papæ Clericum non ſubditum, ſolùm quia haberet difficilem recurſum ad ſuum Prælatum, quod certè falſum eſt, quia illa difficultas non præbet alteri iuriſdictionem. *Suarez d. l. 2. cap. 23. num. 4.*

145 Secundum probatur, ſcilicet, moraliter dari non poſſe caſum neceſſitatis, in quo Regularis non poſſit abſolui commodè niſi ab Epiſcopo, & quando hic caſus detur, poterit Regularis abſolui ab Epiſcopo, etiam quia ſit Sacerdos, non verò præciſè, quia ſit Epiſcopus, ideſt in caſu tali, in quo etiam ab Epiſcopo illo abſolui poſſet, etiam ſi non eſſet Epiſcopus, ſed ſimplex Sacerdos. Hoc oſtenditur ex duplici alio principio. Primum eſt, quòd Epiſcopus ſubditos ſuos à nullo caſu Papali poteſt abſoluere ſimpliciter, & ſine obligatione ſe præſentandi ad Papam & ſine pœna reincidentiæ, à quo Prælati Regulares etiam locales ſuos ſubditos abſoluere non valeant, quia immò Prælati Regulares à multis ſuos poſſunt abſoluere, vt à percuſſione Clerici enormi, & notoria; & alijs caſibus publicis, & notorijs ad forum contentioſum extra ordinem, vel coram iudice ſuperiore non deductis, à quibus Epiſcopi abſoluere non poſſunt. Aliàs verò omnem facultatem abſoluendi à caſibus occultis conceſſam Epiſcopis à Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat. competere etiam Prælatis Regularibus ex conceſſione, & declaratione Pij Quinti ſatis ſupra probatum fuit. Dico autem ex declaratione Pij V. quia cum nunc (quando inter multa folia huius operis, quæ in incendio domus impreſſionis perierunt, hoc quoque ſic iterum imprimendum) ab eo, cui eſt præſtanda fides, ſciam S. Congr. Concilij declaraſſe facultatem à Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. conceſſam Epiſcopis abſoluendi, & diſpenſandi à caſibus, & irregularitatibus occultis non competere Abbatibus, & Prælatis Regularibus ex vi dicti Concilij, cenſeo à prima ſententia ſupra nu. 15. relata, & hoc idem aſſerente non eſſe recedendum. Cum quo tamen ſtat, quod dicti Prælati id poſſint ex declaratione Pij V. Sicut & ſatis probatum eſt, Prælatos Regulares etiam immediatos, & locales poſſe cum ſuis ſubditis quoad abſolutiones, & diſpenſationes, quòd Epiſcopi poſſunt cum proprijs, vt tradiderunt *Henriq. l. 7. cap. 25. Sigiſm. de Bon. de elect. dub. 49. num. 6. Beia p. 4. caſu 37. Trullen. l. 1. in decal. cap. 3. dub 4. num. 5. Sorbus in compen. tit. reſolut. materiæ abſol. quoad fratres, ver. Pius Quintus. Molina diſp. 61. num. 4. & 5. Suarez tom. 4. de Relig. tr. 8. l. 2. cap. 23. num. 3. Sayr. l. 7. de cenſ. cap. 7. nu. 23. Io. à Cruce l. 1. de ſtat. Relig. cap. 6. dub. 16. Tambur. de iure Abbatum tom. 2. diſp. 17. quæſt. 8. n. 2. Rodriq. to. 1. q. 61. a. 9 num. 1. Fauſtus l. 3. quæſt. 125. Portell. v. Prælati, num. 39. Barboſa alios citans, de off. Epiſc. alleg. 39. num. 18. Lezana tom. 1. cap. 18. nu. 31. Paſqualigus ad Lauretum de Franch. par. 2. quæſt 91 num. 8.*

146 Ex hoc autem principio colligitur, nullum dari in Regulari exempto caſum neceſſitatis petendæ abſolutionis ab Epiſcopo à caſibus Papæ reſeruatis, qui caſus oriatur ex impotentia abſoluendi exiſtente in Prælatis Regularibus, cum nedum eandem, ſed maiorem poteſtatem abſoluendi ſubditos regulares habeant Regulares Prælati, quàm habeãt erga proprios ſubditos Epiſcopi. Immò ſequitur ſecundò, quòd vbi adſit Prælatus Regularis, qui poſſit ſubdito dare licentiam adeundi Epiſcopum pro abſolutione, nulla erit neceſſitas ſic faciendi, quia Prælatus Regularis ipſe poteſt ſuum ſubditum abſoluere; igitur nulla eſt tunc neceſſitas accipiendi abſolutionem ab Epiſcopo.

147 Secundum principium eſt, quòd ex impedimento temporali iuſto etiam, & graui adeundi Papam, vel eius Commiſſarium non conſurgit in Epiſcopo facultas abſoluẽdi ſimpliciter à reſeruatis Papæ in ijs caſibus, in quibus non eſt conceſſa Epiſcopo à iure, vel per ſubdelegationem, vt poſſit abſoluere ſimpliciter à talibus caſibus, ſed ſolum vt poſſit abſoluere cum reincidentia, ſcilicet obligando abſolutos, vt ceſſante impedimento ſe Papæ, aut eius Commiſſario præſentent, aliter in eandem excommunicationem reincidant. At verò hæc poteſtas abſoluendi à caſibus Papalibus cum reincidentia non eſt propria Epiſcoporum, ſed immò nedum conuenit Prælatis Regularibus, ſed omni Sacerdoti Confeſſario approbato ad abſoluendum à mortalibus culpis. Prima pars huius aſſerti eſt certa, *ex cap. mulieres 105. cap. de cætero 11. c. ea noſcitur 13. cap. quod de his 26. & cap. quamuis 58. de ſent. excomm & cap. eos qui 22. eod. tit. in 6.* Quando igitur Epiſcopus auctoritate ſua ordinaria, vel dele-

lega-

150 Colligitur autem ex hoc, quòd ex quo Prælatus Regularis potens à cenſura reſeruata Papæ abſoluere ſimpliciter Regularem ſubditum ſit abſens, nec poſſit adiri ſine graui difficultate & mora, non intrat neceſſitas adeundi Epiſcopum pro abſolutione, quia poteſt Regularis ille à quolibet Confeſſario, qui poſſit eum abſoluere à mortalibus abſolui ad reincidentiam à caſibus, & cenſuris Papæ reſeruatis cum obligatione ſe præſentandi ſuo Prælato, cum primum poterit. Nec per hoc impedimentum conſurgit in Epiſcopo facultas abſoluendi ſimpliciter Regularem, quia eiuſdem Regularis neceſſitati abundanter ſatisfit, & faciliùs, & ſalua ſemper, ſicuti decet, eius ſubordinatione ad ſuos Prælatos, per hoc, quòd donec poſſit ſe præſentare ſuo Prælato poteſt abſolui à ſuo Confeſſario ad reincidentiam modo dicto. Quamuis igitur valde rarus poſſit eſſe caſus, in quo Regularis non poſſit adire Prælatum, à quo abſoluatur, quia nunquam Conuentus ſunt ſine Prælato, vel Superiore, qui ſubditos verè pœnitentes valeat abſoluere. Vnde ſolum abſentes per multam diſtantiam ab aliquo Cõuentu, vel caſu aliquo impediente acceſſum etiam ad modicam diſtantiam, tales ſunt vt cenſeantur impediti accedere ad proprios Prælatos pro abſolutione, nihilominùs nec in illis eſt neceſſitas accedendi ad Epiſcopum, ſi habent paratum Confeſſarium. Solùm in hoc caſu eſt diſcrimen, quia enim adſit tunc præſumpta licentia Superioris; vt Religioſus abſolui poſſit à Confeſſario, quem habet paratum, & ſaltem ea priuilegijs citatis poteſt adire Epiſcopum, ſi Epiſcopus alias habeat facultatem abſoluendi ſuos ſubditos ſimpliciter à tali cenſura, poterit etiam abſoluere dictum Religioſum, qui ab alio Confeſſario non poſſet abſolui niſi ad reincidentiam. Et ſic ſolum in caſu in quo, qui peccauit non poteſt adire proprium Prælatum, & aliàs cum aliqua neceſſitas viget, quæ non admittit moram, poteſt Regularis abſolui ab Epiſcopo. Sed tunc poſſet etiam abſolui à ſimplici Confeſſario, licet non ſimpliciter, ſed ad reincidentiam.

151 Cum igitur neque quia Prælatus Regularis ſit impotens ad abſoluendum, neque quia ſit abſens & difficilis adiri, inſurgere poſſit neceſſitas ex qua Regularis cogatur abſolui ab Epiſcopo; forſan dicet aliquis hanc neceſſitatem habere locum, vel quia Prælatus Regularis habeat poteſtatem ligatam aliqua cenſura, vel quia ipſe iniuſtè denegat abſolutionem quam ſubditus humiliter petit. Verùm neque ex his, poteſt haberi neceſſitas adeundi Epiſcopum, neque in Epiſcopo conſurgere facultas iudicandi de exemptis, & eos abſoluendi ſimpliciter à caſibus Papæ reſeruatis.

152 Dato autem primo caſu, ſcilicet, quòd etiam Prælatus Regularis ſit excommunicatus ex duplici capite poteſt imaginari, quòd intret neceſſitas Epiſcopi abſoluentis, vel quia Prælatus ipſe non poſſit abſolui niſi ab Epiſcopo, vel quia niſi ab Epiſcopo tunc abſolui poſſint ſubditi. Sed ex nullo capite hæc neceſſitas conſurgit. Prælati enim Regulares etiam excommunicati habent facultatem eligendi ſibi Confeſſarium, à quo abſoluantur ab omnibus à quibus ipſi ſuos ſubditos abſoluere poſſunt. De hoc enim Regulares habent certa & expreſſa priuilegia. Sic Greg. XI. in ſua Conſtit. 7. & Sixtus IV. in Mari magno ſeu Conſtit. ſua 7. confirmans priuilegium Gregor. Vndecimi, de hoc puncto pro Ord. Prædicatorum diſpoſuerunt in hanc formam. *Fratres etiam veſtri, quos pro tempore vos, Magiſtri, & Priores tam Prouinciales, quam Conuentuales, nec non & vices veſtras gerentes in proprios habueritis Confeſſarios abſoluendi, & diſpenſationis beneficium vobis, cum expedierit, valeant impartiri iuxta formam conceſſionis ſuper abſolutione, & diſpenſatione fratrum eiuſdem Ordinis ſuperiùs vobis factæ.* Idem priuilegium habetur apud *Lezanam in Mari magno Minorum* §. 13. Vnde ſi contingat Prælatum eſſe excommunicatum poteſt à ſuo abſolui Confeſſario. Et ſi detur caſus, quòd nullus adſit Confeſſarius alius niſi Epiſcopus, poterit tunc Prælatus ei ſuam auctoritatem veluti delegare, & eum in Confeſſarium eligere, & ſic Epiſcopus non propria, ſed quaſi delegata auctoritate poterit abſoluere. In caſu enim neceſſitatis tam pro alijs, quam pro ſe ipſis poſſunt Prælati Regulares vbi haberi non poteſt copia Confeſſarij eiuſdem Ordinis, ſuam auctoritatem Sacerdotibus exteris delegare, & Sacerdotes ſeculares in proprios Confeſſarios eligere.

153 Sed neque ex parte ſubditi eſt neceſſitas adeundi Epiſcopum, vt abſoluatur ab eo. Tum quia poterit abſolui à Prælato excommunicato non denunciato, nec notorio Clerici percuſſore, in vi extrauag. *ad euitanda*. Tum quia ſi ſubditus non poſſit abſolui ab immediato Prælato, poteſt abſolui à mediato, vel etiam ab immediato qui ſe priùs faciat abſolui à cenſura propria. Tum quia ſi in quocumque caſu ſingibili adſit in ſubdito impedimentum graue adeundi Superiorem mediatum, poterit iuxta doctrinam ſupra datam abſolui ad reincidentiam à Confeſſario quolibet, qui illum à mortalibus poſſit abſoluere.

154 Aliqui vt ſupra etiam dictum fuit, cenſuerunt, quod vbi in vno Conuentu omnes Sacerdotes ſimul cum Prælato ſint excommunicati, poſſint ſeſe inuicem abſoluere, vt vnus licèt excommunicatus abſoluat alium, qui abſolutus alios abſoluat. Sed hoc negat *Suar. d. c. 23. n. 10*, vbi locum habere non poſſit Extrau. *ad euitanda*; ex vi cuius Prælatus etſi excommunicatus poſſit vnum abſoluere, à quo poſtea ipſe Prælatus abſoluatur. Sed cenſet, quòd Prælatus notorius Clerici percuſſor non habens Religioſum ſui Ordinis non excommunicatum à quo poſſit abſolui, teneatur eligere Confeſſarium extra Ordinem, à quo abſoluatur, vt ipſe poſtea ſic abſolutus alium, vel alios abſoluere valeat. Et hic modus eſt ſecurior, quia difficilè eſt ſaluare in iure, quòd vbi duo habentes facultatem ſeſe abſoluendi, ſi ambo ſint excommunicati ſeſe abſoluere valeant, *argum. ex c. audiuimus 24. quæſt. 1. & cap. Prudentiam §. 6. de offic. deleg. & cap. à nobis de ſentent. excommunic.* Ideo extra articulum mortis ſi duo, qui ſe inuicem abſoluere poſſunt ſint publici excommunicati & non tolerati, qui ex his duobus eſt Prælatus, debet ſibi eligere Confeſſarium à quo abſoluatur. Eligere enim Confeſſarium non eſt actus iuriſdictionis, ſed eſt vſus cuiuſdam priuilegij, quo non priuatur excommunicatus. Non poteſt verò alteri ſubdito dare licentiam, vt eligat Confeſſarium, quia hoc eſt vſus iuriſdictionis. Sed Prælatus poſtea abſolutus à Confeſſario electo, abſoluet ſuum ſubditum. Quod ſi nullus adſit Confeſſarius qui eligi poſſit ab illo Prælato, non eſt remedium niſi adire Superiorem

à quo

Digitized by Google

à quo tribuatur abſolutio, vel quocumque modo Confeſſarium inuenire ſiue ſit Epiſcopus, ſiue alius, vel iuxta aliorum opinionem poterunt tales ſeſe inuicem abſoluere. Quod ſi adſit Confeſſarius, ſed cenſura ſit talis, à qua non poſſint Prælati Ordinis abſoluere tunc non poterit abſoluere Epiſcopus, qui in his ampliorem facultatem non habet, ſed habebit locum tunc abſolutio ad reincidentiam ſuppoſito graui impedimento iuxta ſuperiùs dicta.

155 Tandem verò, ſi proprius Prælatus iniuſtè deneget ſuo ſubdito abſolutionem, *Molina, & Laurет. de Franc. ſupra citati*, quos ſequitur *Lezana to. 1. cap. 18.* ducti ex æquitate, & quia non decet, quòd pauper ſubditus detineatur ſine abſolutione cum humiliter petat abſolui, dicunt ſubditum poſſe abſolui ab Epiſcopo. Sed hæc ſententia fundamentum non habet, & euertit Regularem hierarchiam, & vt benè arguit, *Suarez d. cap. 23. num. 4.* ſequeretur ex hoc, quod ſubditus à grauamine Superioris Regulares; poſſet appellare ad Epiſcopum, quod eſt contra priuilegium exemptionis, & deſtruit iuriſdictionem Superiorum Religionis. Si enim iniuſtè reiectus poteſt abſolui ab Epiſcopo, iam Epiſcopus poteſt cognoſcere de iniuſtitia illata Regulari à ſuo Prælato, & Regularis Prælati ſententiam caſſare. Illa igitur opinio reijcienda prorſus eſt. Et ſubditus iniuſtè reiectus habet Superiores mediatos, ad quos poteſt recurrere, & ſi eſt impeditus grauiter, nec poteſt illos adire ſine difficultate graui, & mora ad minùs poteſt abſolui à Confeſſario Regulari abſolutione ad reincidentiam. Nec iniuſtitia illata à Prælato immediato, vel dat Epiſcopo iuriſdictionem, quam non habet, vel eximit ſubditum aliàs contumacem, & delinquentem ab incommodo quærendi abſolutionem, & adeundi ſuum Superiorem. Aliter quando etiam Prælatus negat abſolutionem à caſu reſeruato ſibi, poſſet Epiſcopus abſoluere Regularem, quod quidem euidentiſſimè non poteſt concedi.

156 Ex his verò, quæ dicta ſunt nullus inferat, quòd ſicut à caſibus Papæ reſeruatis dato impedimento adeundi Papam, vel eius Commiſſarium poteſt Sacerdos inferior abſoluere ad reincidentiam modo explicato, ita poſſit abſoluere ab alijs caſibus reſeruatis Epiſcopis, vel Prælatis Regularibus ex propria eorum reſeruatione. In his enim nec valet argumentum à ſimili, neque ſi valeret haberet vim, cum ſit maxima diſſimilitudo, vt expendit *Suarez to. 4 in 3. par, diſp. 30. ſect. 3. n. 11.* Ideo quidquid ſit, an impeditus adire Superiorem poſſit abſolui ad reincidentiam à caſu reſeruato; hic ſolùm aſſeritur, quod impeditus temporaliter adire Papam, vel eius Commiſſarium poteſt à caſu Papali abſolui ad reincidentiam modo dicto etiam à ſimplici Presbytero ad Confeſſiones approbato. Cæterùm econtra, cum ex decreto Clem. VIII. de caſibus reſeruatis habeatur, quòd ſi Prælatus negauerit facultatem abſoluendi petitam, tunc Confeſſarius pro ea vice poſſit pœnitentem abſoluere; non credo quòd hoc habeat locum in caſibus reſeruatis Papæ, in quibus Prælatus ſolùm ex priuilegio abſoluit. Quia Clemens loquitur de caſibus, quos ſibi Prælati reſeruant, non verò de reſeruatis Papæ. Et circa iſtos, ſi Prælatus iniuſtè deneget abſolutionem, debet ſubditus habere recurſum ad Superiorem maiorem, vel modo ſupradicto abſolui poterit ad reincidentiam.

157 Patet igitur quod Epiſcopus nunquam poteſt abſoluere Regularem exemptum à caſibus Papæ reſeruatis, niſi vel ex ſpeciali conceſſione Sedis Apoſtolicæ, vel de licentia à Prælatorum Regularium, vel quia tanquam Sacerdos abſoluat abſolutione ad reincidentia eum, qui impeditus non poteſt adire ſuos Prælatos Regulares, vel Sedem Apoſtolicam. Et quod non eſt neceſſitas, vt Regularis adeat Epiſcopum pro abſolutione quia non poſſit abſolui à proprio Prælato, vel quia Prælatus nolit eum abſoluere; ſed ſolum in caſu neceſſitatis non patientis moram, ſi Regularis non poſſit adire proprium Prælatum, poteſt ſi velit adire Epiſcopum.

S V M M A R I V M.

1 *Abſolui poſſunt à Prælatis commorantes in Conuentibus & hoſpites. n. 158.*
2 *Forenſes à caſibus occultis abſoluuntur ab Epiſcopo. n. 158.*
3 *In Ord. Prædic. eſt expreſſum quod hoſpites abſolui poſſint à cenſuris &c. n. 158.*
4 *Item abſolui poſſunt Nouitij. n. 159.*
5 *Item recipiendi ad habitum. n. 159.*
6 *In priuilegiu Minorum, Minimorum, & Societatis adeſt limitatio, & exceptio contrahens facultatem ad abſoluendum cum reincidentia, quæ non adeſt in priuilegio Ordin. Prædicatorum. numer. 160.*
7 *Huic priuilegio non eſt derogatum per Conſtitut. Quæcumque 115. Clem. VIII. quia loquitur de facultate abſoluendi Confratres Confraternitatum ſecularium. n. 160.*
8 *Nec eſt derogatum per decreta Sacr. Congreg. ſub Clem VIII. quia & illa loquuntur de facultate abſoluendi ſeculares. n. 160.*
9 *Nouitij in fauoralibus veniunt nomine Religioſorum. n. 160.*
10 *Recipiendus in proxima habetur pro recepto. numer. 160.*
11 *Nouitius mala fide abſolutus recedens ab ordine non eſt abſolutus. n. 161.*
12 *Nouitij bona fide abſoluti, ſi recedant, etiam ex culpa eorum non reincidunt in excommunicationem. n. 161. 162.*
13 *Niſi in terminis priuilegij Benedictinorum, & Clericorum, Miniſtrantium infirmis. n. 162.*
14 *In terminis priuilegij Minorum &c. abſolutus bona fide & ſtatim non ingrediens religionem reincidit. n. 163.*
15 *In terminis priuilegij Ord. Prædic. abſolutus bona fide, ſi non ingreditur ordinem non reincidit in foro conſcientiæ. Præſumptiuè tamen habebitur vt abſolutus mala fide, niſi de bona fide conſtet. num. 163.*
16 *Conuerſi abſolui poſſunt n. 164.*
17 *Oblati abſolui poſſunt in terminis priuilegij Pij V. pro Caſſinen. n. 164.*
18 *Tertiarij Collegialiter viuentes in terminis Bullæ Leonis X. abſolui poſſunt. n. 164.*

158 QVæritur decimoſextò. Qui poſſint à Prælatis Regularibus abſolui à caſibus Papæ reſeruatis virtute priuilegiorum. Certum eſt abſolui poſſe profeſſos commorantes in Conuentibus, & etiam hoſpites aduenientes. Hos enim abſolui poſſe traditur in priuilegio Gregor. Vndecimi pro Ordine Prædicatorum confirmato in Mari magno à Sixto Quarto, & habetur apud *Lezanam* §.14. & in Mari magno Minorum *num.*12. Et ſupra etiam loquendo de facultate conceſſa Epiſc à Concil. Tridentin. dictum fuit ſub ea comprehendi foreoſes; vnde pari modo hoſpites Religioſi à ſuis Prælatis abſolui poſſent, quando non adeſſet, ſicuti adeſt, aliud priuilegium ſpeciale, per quod ſicut alij Religioſi, ſic illi vndecumq; adueniant poſſunt à Conuentuum Prælatis abſolui. Sic in *Gloſſ. Conſtit. Ord. Præd. cap.*14. *lit.C.* expreſsè traditur, quod Prior quemcumque Fratrem noſtri Ordinis, etiam hoſpitem venientem ad ſuum Conuentum poteſt à peccatis, & cenſuris à iure, vel ab homine generaliter latis, vt ſupra explicatum eſt, abſoluere.

159 Secundò abſolui poſſunt Nouitij ad habitum recepti, immò & ſeculares iam iam ad habitum recipiendi. Sic enim Gregorius Vndecimus in ſua Conſtit.7. *Virtute conſpicuos* §.13. hoc priuilegium dedit Ordin. Prædicatorum, quod in Mari magno confirmatum fuit à Sixto Quarto ſub his verbis. *Ad hæc volentibus veſtro aggregari Collegio, qui ſuſpenſionis, aut interdicti, vel excommunicationis ſententijs à iure vel à Iudice promulgatis generaliter ſunt ligati, abſolutionis beneficium ſeruata forma Canonica impartiri, ipſoſque in Fratres recipere, atque eos, qui post aſſumptum habitum, vel profeſſionem emiſſam recoluerint, ſe talibus in ſæculo fuiſſe ſententijs innodatos, ſecundùm formam ipſam, vos Magiſter & ſinguli Priores Prouinciales, ac Conuentuales, ac vices veſtras gerentes, valeatis abſoluere, & cum irregularibus diſpenſare, ſi forſan talibus innodati ſententijs, vel in locis interdicto ſuppoſitis diuina præſumpſerint celebrare, vel ordines ſuſceperint, ita tamen, quòd ſi aliqui ex huiuſmodi eiſdem ſententijs propter debitum ſint adſtricti, ſatisfaciant, vt tenentur. Cæterum veſtra diſcretio cautè prouideat, vt Apoſtolicæ Sedis, Legatorum ipſius, & Ordinariorum locorum in abſolutionibus huiuſmodi ſcandalum euitetur.* Idem priuilegium conceſſum fuit Ordin. Minorum à Clem. IV. in ſua Conſtitut.4. *Virtute conſpicuos* §.13. & fuit pariter confirmatum in Mari magno à Sixto Quarto. Sed continet hoc priuilegium clauſulam limitatiuam, quæ non eſt in priuilegio conceſſo Ord. Prædic. & eſt iſta. *Volumus autem nihilominus quòd poſtquam fuerint abſoluti huiuſmodi volentes aggregari ſupradicto Collegio, niſi mox ordinem veſtrum intrauerint (etiam ſi ſuper hoc eis induciæ à Prælatis eiuſdem ordinis concedantur) eo ipſo in priſtinas ſententias à quibus eos taliter abſolui contigerit, relabantur.* Idem quoque priuilegium conceſſit Ordini Minimorum Iulius Secundus in ſua Conſtit. *Virtute conſpicuos,* quæ eſt in Bullario Romano poſt tres Conſtit.10 & ad *Peyr. eſt Conſtit.*2. & in eodem priuilegio continetur præfata clauſula limitatiua. *Volumus &c.* ſub eiſdem verbis. Idem etiam priuilegium conceſſit Paulus Tertius Societati in ſua Conſt.48. *Licet debitum* §.8. & §.9. poſita habetur clauſula præfata, ſed ſub alijs verbis. *Volumus autem &c. niſi mox ordinem intrare, & peractis experientijs ſecundùm Conſtitutiones dictæ Societatis vota emittere parati ſint &c.*

160 Circa verò hoc priuilegium nonnullæ difficultates ſunt. Prima eſt an illi ſit derogatum per Conſtit.115. Clem. VIII. *Quæcumque* & per decreta Sac. Congregationis Epiſcoporum & Regularium, quæ referunt *Quarante, Confetius, Peyrinus, & alij,* & nouiſſimè *Donatus in praxi par.*3. *trac.*11. *q.*17. In quibus decretum fuit, non poſſe Regulares abſoluere ſeculares à caſibus Bullæ Cœnæ, & Ordinario reſeruatis, & a quinque ex caſibus Papæ reſeruatis, ibi enumeratis, vt etiam ſupra num.65. viſum fuit. Iam enim præfatum priuilegium fuiſſe per dicta decreta, & Conſtitutionem Clementis moderatum tenet, *Peyrin. ad Conſt.*2. *Iulij II.* §.9. *nu.*33. Verùm quod attinet ad Conſtitutionem illam Clem. VIII. illa loquitur in terminis valdè diuerſis, quoniam loquitur reſpectu Confratrum Confraternitatum ſecularium, & reuocat priuilegia, per quæ poterant abſolui à caſibus Bullæ Cœnæ, & pluribus alijs ibidem expreſſis, non verò loquitur de Nouitijs, ſeu habitum Religionis portantibus, vel petentibus. Quia etiam Nouitij in fauorabilibus veniunt ſub nomine Religioſorum, ideo non comprehenduntur ſub decretis præfatis loquentibus de Confeſſarijs ſecularium, & prohibentibus abſolui ſeculares à caſibus in eis expreſſis. Nam & idem *Peyrin. ad Conſt.*4. *Sixti IV.* §.5. *n.*16. fatetur S. Congregationem facto verbo cum Clemente Octauo declaraſſe per præfata decreta reuocata fuiſſe priuilegia quoad abſolutiones ſecularium, non quoad abſolutiones fratrum. Solum poſſet eſſe difficultas pro ea parte, qua hoc priuilegium reſpicit ſeculares recipiendos ad habitum, qui adhuc non ſunt Religioſi. Verùm quia in proximo accingendus habetur pro accincto, & illi non abſoluuntur niſi ſub conditione, quod ſtatim omnibus inducijs relictis habitum regularem aſſumant, & ſi non aſſumunt reincidunt in eaſdem cenſuras; ideo veniunt ſub nomine Religioſorum, nec in dictis decretis comprehenduntur. Sed cum in priuilegio pro Ordine Prædicatorum non contineatur reincidentia adhuc hoc nō obſtat, quia pro Religioſo in hac materia pœnali habendus eſt, qui non abſoluitur niſi intuitu habitus in proximo ſuſcipiendi, *Tambur. de iure Abb, par.*2. *diſp.*13. *qu.*13. *num.*115. & apud eum *Gronſers, & Vechius.*

161 Secunda difficultas eſt, an nouitius bona fide abſolutus, & poſtea à religione diſcedens reincidat in excommunicationem aut cenſuram à qua fuit abſolutus. Eos reincidere, nedum ſi non ingrediantur, ſed etiam ſi ſpontè recedant, aut culpa eorum reijciantur, tenet *Peyr. ad Conſtit.*2. *Iulij Secundi* §.9. *num.*33. *Ex Vtuald. par.*2. *tit. de abſol. num.*23. quia cum abſoluantur ſolum intuitu Religionis, ſi ſpontè, vel culpa ſua recedant, non manent abſoluti. Immò ſi inuiti recedant, nunquam ampliùs admittendi, quia Superior non vult eos ampliùs admittere, hoc idem eſſe aſſerendum addit, *Peyrin. adducens Rodriq. tom.*1. *q.*20. *art.*11. Sed *Suarez tom.*4. *de Relig. tract.*8. *lib.*2. *cap.*3. diſtinguit inter non ingredientem, & non permanentem, & inter abſolutum mala & bona fide. Nam mala fide abſolutus, qui fingit voluntatem ingrediendi, vel permanen-

Yyy di,

Digitized by Google

huiuſmodi cenſuris abſolui. De converſis enim profeſſionem emittentibus res eſt certa; quia iſti ſunt verè Religioſi, & ſimpliciter inter fratres numerantur. De oblatis verò, qui non emittunt tria vota profeſſionis, hoc dicendum eſt, non poſſe abſolui niſi in terminis priuilegij eos expreſsè, vel ſufficienter comprehendentis. Putat enim *Suar. vbi ſupra nu.10.* ſufficienter comprehendi ſub illo priuilegio Benedictinorum. *Omnes qui in tali Religione propoſuerunt perpetuò Deo reddere famulatum*. Sed cum nõ dicatur, quale ſit hoc priuilegium, & quando, & à quo conceſſum, non poteſt iudicari, an de mente Pontificis comprehendat oblatos. Addit verò, oblatos comprehendi ſub clauſula illa priuilegij Societatis, *Omnes, qui ſub obedientia talis Religionis viuunt*, ſub hac clauſula enim comprehenduntur, qui vel emittunt votum obedientiæ, vel promittunt Ordini perpetuam ſeruitutem. Sed dicitur, quòd oblati expreſsè comprehenduntur in priuilegio Pij Quinti pro Caſſinenſ. ſupra relato, ibi, *Monachos, Conuerſos, Commiſſos, & Oblatos*, vnde in terminis dicti priuilegij Oblati abſolui poſſunt. Puto etiam abſolui poſſe Tertiarios, qui in Ordine Prædicatorum, vel in alio Ordine ſimul cum profeſſis collegialiter viuunt in terminis bullæ Leonis Decimi, & decretorum Congreg. Concilij ſub Clement. VIII. & Paulo Quinto, die 20. Martij 1659. quæ refert *Donatus p.4. tract.17. quæſt.vlt.* Iſti enim tanquam Religioſi habentur, & nomine fratrum veniunt, & priuilegijs Regularium potiuntur, & ſunt exempti à iuriſdictione Ordinarij, vt in dicta bulla, & decretis continetur.

CAPVT XXVII.

De diſpenſatione ab irregularitate.

SVMMARIVM.

1 *Facultas diſpenſandi ex duplici capite competit Prælatis. num.1.*

1 PLura quidem, quæ de abſolutione à cenſuris dicta ſunt, communia ſunt etiam diſpenſationi ab irregularitate, quæ ideò ex capit. præcedenti ſupponenda erunt, & quæ propria ſunt diſpenſationis huius ſunt in hoc capitulo explicanda. Ex duplici autem capite Prælatis competere poteſt facultas diſpenſandi ſuper irregularitate, vel ſcilicet ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.6. de reformat. vel ex priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Facultas diſpenſandi ex Concilio Tridentino non conuenit Prælatis, vbi Concilium non eſt receptum. num.2.*
2 *Textus Concilij. num.3.*
3 *Epiſcopis electis, & confirmatis competit facultas data à Concilio, num.4.*
4 *Et etiam Vicario Capitulari. n.5.*
5 *Et etiam Archiepiſcopo actu viſitanti diœceſes ſuffraganeorum. n.6.*
9 *Et Archiepiſcopo reſpectu Epiſcopi ſuffraganei. numer.6.*
7 *Et Prælatis Regularibus. num.7.*
8 *Epiſcopus hanc facultatem poteſt delegare. nu.8.*
9 *Eſt in eo ordinaria. n.8.*
10 *Non poteſt exercere, niſi per Vicarium ſpecialiter delegatum. n.8.*
11 *Epiſcopus occultus irregularis poteſt per ſuum Confeſſarium diſpenſari. n.9.*
12 *Epiſcopus ſubditum abſentem, & extra diœceſim exiſtentem poteſt abſoluere, & cum eo diſpenſare. num.10.*
13 *Plures irregularitates, in quibus poteſt Epiſcopus diſpenſare. n.11.*
14 *An Epiſc. poſſit diſpenſare ſuper irregularitate ex delicto, à quo non poteſt abſoluere, alij negant, alij affirmant. n.12.*
15 *Cap. Cum illorum 32. de ſent. excomm. explicatur. num.13.*
16 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in irregularitate ex delicto, à quo non poteſt abſoluere. nu.13. 14. 15. & 16.*
17 *Interdicto minori eſt interdictum maius n.13.*
18 *Vbi cenſura eſt reſeruata, eſt etiam reſeruata irregularitas, quæ ob violationem cenſuræ incurritur. num.16.*
19 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in ſuſpenſione in ſimoniacè ordinantes, & ordinatos lata. n.17.*
20 *Poteſt diſpenſare cum alijs ſimoniacis. n.18.*
21 *Non poteſt diſpenſare, vt ſimoniacus vel retineat beneficium ſimoniacè obtentum, vel vt ad aliud promoueatur. n.18.*
22 *Non poteſt diſpenſare in irregularitatibus reſeruatis cum derogatione priuilegiorum. n.19.*
23 *Concilium non tribuit Epiſcopis facultatem diſpenſandi in irregularitatibus, quæ non ſunt ex delicto. n.20.*
24 *Nec vt diſpenſet in irregularitate non occulta. num.21.*
25 *Epiſcopum poſſe diſpenſare in irregularitate ex homicidio iuſto, ſentiunt aliqui. n.22.*
26 *Opinio contraria præfertur. n.23.*
27 *Homicidium voluntarium, quod per induſtriam, vel inſidias, vel animo occidendi eſt commiſſum. num.24.*
28 *In irregularitate, quæ eſt ex homicidio, quod non eſt per induſtriam Epiſc. diſpenſat. n.24.*
30 *Non tamen ſi ſit publica. n.25.*
31 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in occulta irregularitate eius, qui occidit intendens non occidere, num.26.*
32 *Item eius, qui mandauit inimicum percuti baculo, & non occidi, & percuſſus eſt ferro, & occiſus. num.26.*
33 *Non tamen ſecundum aliquos, eius qui intendens percutere, & non cogitans, ſeu intendens occiſionem, occidit. n.27.*
34 *Irregularitas calce percutientis fœminam in vtero eſt diſpenſabilis. n.27.*
35 *Velle cauſam, ad quam ſequitur neceſſario effectus, eſt moraliter velle effectum in ſe ipſo. n.27.*
36 *Velle cauſam, ad quam in indiuiduo ſequitur contingenter effectus, non eſt moraliter velle effectum*

in ſe ipſo , & directè. numer.27.

37 *Si percutiens vulnerat , & ex vulnere non eſt certum , quod ſit ſecutura mors, ſi non intendit occidere , & occidat, homicidium eſt caſuale.nu.27.*

38 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum illo , qui vt ſe defendat à morte , alium occidit non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ . num.28.*

39 *Et cum illo,qui cum mandaſſet occidi vnum,occiſus eſt alius.num.29.*

40 *Et cum illo , qui cum mandaſſet occidi inimicum, occiſus ab inimico eſt mandatarius. nu.29.*

41 *Non tamen cum illo , qui licet non occiderit; aſtitit bello iniuſto.num.30.*

42 *Nec cum illo, qui occidit animo occidendi in rixa, & ex inopinata ira.n.31.*

43 *Ad hoc vt irregularitas ſit diſpenſabilis,non iuuat, quod videntes homicidium non ſciant homicidam fieri irregularem.num.31.*

44 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in occulta mutilatione membrorum , licet voluntaria.n.32.*

45 *Non tamen in irregularitate deducta ad forum contentioſum.num.33.*

46 *In irregularitate deducta ad forum proprium non poteſt Epiſcopus extraiudicialiter diſpenſare, niſi in eo caſu, in quo nulla parte inſtante, poteſt Epiſcopus deſiſtere à cognitione in externo foro , & reus non eſt citatus , & delictum alias eſt occultum.num.33.*

47 *Prælati Regulares diſpenſant in illis caſibus in quibus Epiſcopi.n.34.*

2 QVæritur igitur primò,quantum poſſint Epiſcopi, vel Prælati Regulares in diſpenſando ſuper irregularitate ex vi Concilij Tridentini ? Eſt autem circa hoc certum , &. etiam à Sacra Congregatione deciſum , quòd vbi Concilium Tridentinum non eſt receptum., Epiſcopi non poſſunt vti hac facultate. Quia hæc facultas noua eſt,& à Concilio de nouo tributa , quæ non competit ijs , qui non recipiunt Concilium quantum ad onera, & alia , quæ per illud diſponuntur . *Sanchez in præcep. decal l.2. c.11. num.4. Suarez tom.5.diſp.41.ſect.2.n.6. Garz. de beneſ. p.7.cap.11.n.23.* & plures referens *Barboſa alleg.39. num.3.de off Epiſc.& ad cap.6 ſeſſ.24.de reform.Concil.Trid num.3.*

3 Hæc autem ſunt verba Concilij Tridentini, *Liceat Epiſcopis in irregularitatibus omnibus , & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus , excepta ea , quæ oritur ex homicidio voluntario , & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum diſpenſare.*

4 Nomine verò Epiſcoporum veniunt Epiſcopi ſubditos habentes, etiam ſi tantum ſint electi,& confirmati , licet nondum conſecrati; quia diſpenſatio iſta non eſt actus ordinis , ſed iuriſdictionis , quam habent Epiſcopi ex confirmatione . *Sanchez l.8.de matrim.diſp.2. num.12. Suarez tom.5. diſp.41. ſect.2.num.7. Alter.tom.2.diſp.8.cap.1. Boſſ de triplici iubilæi priuil. ſect.1. caſu 10. num.101. Trullench. in Decal.l.1.cap.3.dub.4.num.1. & Barboſa ad dict.cap. 6.num.2.*

5 Hanc eandem verò auctoritatem conuenire Sede vacante Vicario Capitulari , cui conuenit ordinaria iuriſdictio Epiſcopalis , tradunt *Rodr t.1. q.61 a.9.Sayr.in Claui Regia l 6.cap.11.n.84.Sanch. l.8. de matrim.diſp.2.num.10. Suarez tom.4. in 3. p. diſp.30.ſect.2.num.4. Garz.de beneſ.p.7.cap.11.n.21. & p.5.cap.7.num.41.Duard.in bullam cœnæ l.3. §.2, qu.17 num.16.& 17. Floron.de caſib reſeruatis par.1. cap.4.§.7.num.9. Diana p.4. tract.4.reſol.211.Boſſ.d. caſu 10.num.207.Vulpes in praxi.cap.44.nu.9.Steph. Daluin. de poteſt. Epiſ. cap.27. num.1.* & plures alij apud *Barboſ. de off Epiſc.alleg.39. num.16. & ad d. cap.6.num.4. Palaus p.p.tract 4.diſp.4. p.3.§.1. nu.3.* Quamuis hoc negent *Alter.tom.2.diſp.8. de ſuſpenſ. cap.3 Trullench.in Decal.l.1.cap.3.dub.4.num.1. Palaus* etiam *loco cit.* putat non competiſſe huic Vicario facultatem abſoluendi ab hæreſi, quam Concilium tribuit Epiſcopo.

6 Et immò etiam ad Archiepiſcopum actu viſitantem Diœceſes ſuffraganeorum , vt cum eorundem ſuffraganeorum ſubditis poſſit in his irregularitatibus diſpenſare , extendunt *Henriq. l.14. c.18. §.3. Suarez vbi ſupra num.8. Sayr.num.79. Boſſ.nu. 115.Trullench. num.4. Sanchez in Decal.l.2.cap.11. num 6.& l.4.capit.38.numer.13.& 14.Palaus vbi ſupra num.7.Barboſa* plures referens , *d.alleg.39. n.19. & ad d.cap.num.5.* Et immò, quòd Archiepiſcopus poſſit in eodem actu viſitationis diſpenſare cum Epiſcopis ſuffraganeis , aſſerunt *Henriq § 4. Boſſius num.116. & 117.* Immò etiam extra actum viſitationis, ſicut poteſt circa ſubditos ſuæ propriæ diœceſis . Idem *Boſſ. Sayr.d. cap.11. num.79. Floron.de caſibus reſeruatis p.1. cap.4.§.7. num.14. Trullench.d. dub.4.num.4. Barboſa in dict. cap 6. Concil. Trident. numer.6.*

7 Hanc verò poteſtatem habere etiam Prælatos Regulares habentes à Papa iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem , tum ex iure communi , tum ex ſpeciali declaratione Pij Quinti,probatum eſt cap.26. ſuper quæſt.4.num.16.

8 Videri autem poſſet , quòd Epiſcopus non poſſit hanc facultatem alteri delegare ; ſed ſolùm per ſe ipſum illa vti ; quoniam extenſio, quæ in vno caſu ponitur , & in alio reticetur , habetur pro excluſa in illo caſu. At verò Concilium dum loquitur de abſolutione ab excommunicatione extendit facultatem Epiſcopi , vt poſſit abſoluere per Vicariũ ſpecialiter deputatum ; igitur cum hanc extenſionem non faciat loquens de diſpenſatione ab irregularitate, illam excludit. Et eò magis , quòd plùs neceſſaria videtur abſolutio ab excommunicatione, & cenſuris,quàm diſpenſatio ab irregularitate. Et ità propterea tenuerunt *Alter.t.2.diſp.8.c.3. concl.4.* alios referens,*& Barboſa d.alleg.39.nu.14.* quæſtionem indeciſam relinquit. Sed oppoſitum verum eſt , & praxi confirmatum , quod tenent *Suar.tom. 5.in 3.p.diſp.41.ſect.2.num.8.& Barboſa ad d.cap.6. Concil. Trid.cap.35.* Et ratio eſt , quia Concilium non exprimit , quòd concedat hanc facultatem Epiſcopis tanquam delegatis , ſed abſolutè eorum officio eam tribuit , ac proindè iam ordinaria eſt facultas conueniens officio Epiſcopali ; ideò eſt alteri delegabilis.Secundò, quia non adeſt ſufficiens cauſa ob quam dicatur Concilium noluiſſe , quòd Epiſcopi per deputatos vterentur hac facultate , quia immò ſæpiùs neceſſe eſt eam committere doctis Confeſſarijs , qui poſſint caſum, & diſpenſationis cauſam diligentiùs examinare . Et opinio oppoſita ſupponit non probatum , ſcilicet, quòd particula illa per ſe ipſos , aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum reſpiciat ſolam facultatem abſol-

uendi

uendi à cenſuris ſecundo loco datam; quin immò vtramque facultatem reſpicit diſpenſandi,& abſoluendi,& propterea poſt vtramque poſita eſt, ne bis eſſet repetenda. Cæterum ſenſus apertus eſt, quòd Epiſcopi poſſunt diſpenſare in irregularitatibus occultis,& abſoluere ab occultis cenſuris,per ſe ipſos, vel per Vicarium deputatum. Ex quo ſequitur non bene dici à *Suar. tom.5. in 3.par.diſp.41. ſect.2. num.8.* potiùs ſequi priorem facultatem diſpenſandi exercere poſſe per Vicarium ab Epiſcopo non ſpecialiter, ſed generaliter delegatum; nullo enim modo hoc ſequitur, ſed vtraque ſolùm per Vicarium ſpecialiter deputatum poteſt exercere. Et illa particula, *per ſe ipſum, vel per Vicarium, &c.* eſt poſita poſt ſecundam facultatem; non vt illam ſolam afficiat, ſed immò vt ſine inutili repetione vtramque comprehendat.

9 Hinc ſoluitur alia difficultas, an ſcilicet in caſu, in quo contingat Epiſcopum ipſum eſſe occultum irregularem, Epiſcopus poſſit hanc facultatem diſpenſandi delegare ſuo Confeſſario, & ab eodem Confeſſario ſecum diſpenſari. Hoc enim negat *Alter.d.cap.3.concluſ.4.ver.3.quæri poteſt*. Sed econtrario poſſe Epiſcopum delegare ſuam facultatem Confeſſario, vt ipſe Confeſſarius ſecum diſpenſet in omni ea irregularitate,in qua ipſe Epiſcopus poteſt cum alijs diſpenſare, colligitur: nam Sacra Congregatio declarauit Epiſcopum per Confeſſarium à ſe electum poſſe abſolui à cenſuris iuxta facultatem Epiſcopo conceſſam à Concilio Tridentino in d.c.6. eadem igitur ratione idem dicendum eſt, de diſpenſatione in irregularitate. Et non eſt veriſimile, quòd Concilium voluerit Epiſcopum deterioris conditionis eſſe ſuis ſubditis,vt cum illo non poſſit diſpenſare in ijs,quibus poteſt cum ſubditis diſpenſari. *Maiol.de irregular.l.2.cap.2.nu.12. & l.5.cap.51.nu.7.Suarez tom.5.de cenſur.diſput.41. num.9. Sanchez de matrim.l.8.diſp.3.num.3.& lib.2. in decal.cap.11.numer.11. Ludouicus à Cruce in bull. cruciat.diſp.1.cap.6.dub.18.num.1.Henriq.l.14. capit. 18. §.3.Garz.de benef.par.11.cap.10. num.139.Duar. in bull. cœna l.3. §.2. q.11. num.29. Bellet. p.1. tit.de diſciplina Cler.* §.1.*num.54.*& alij plures apud *Barboſam d. allegat.39. numer.15. & ad dictum capit.6. numer.9.*

10 Aliud etiam dubium hinc expeditur,an ſcilicet Epiſcopus poſſit in huiuſmodi irregularitatibus diſpenſare cum ſubdito extra Diœceſim exiſtente. Negant enim *Henriq.l.14.cap.20. §.20.Vgol.de off.Epiſc.cap.51.§.2.num.6.Auila de cenſ.p.7.diſp.10. dub.6.* Verùm alij tenent oppoſitum, hac moti ratione, quia compertum eſt verbum illud Concilij *in Diœceſi ſua*,pertinere ad ſecundam partem illius cap.6.in qua Concilium agit de abſolutione à cenſuris,& cum aliàs diſpenſatio ab irregularitate per ſe nec petat fieri in Sacramento pœnitentiæ, nec intra diœceſim; cum actus iuriſdictionis voluntariæ, qui exercentur ſine forma, & ſtrepitu iudicij, poſſint haberi extra diœceſim;non eſt vnde negetur hæc facultas Epiſcopo, vt non poſſit ipſe extra diœceſim exiſtens cum ſubdito ſuo extra diœceſim exiſtente diſpenſare in his irregularitatibus, vel idem præſtare per deputatum cum ſubdito intra diœceſim exiſtente, vel etiam commorante extra diœceſim,ipſo Epiſcopo in diœceſim exiſtente.Sed hæc ratio non valet, quia vt dictum eſt particula illa, *in diœceſi ſua per ſe ipſos, &c.* vtramque facultatem reſpicit, & comprehendit.Sed ratio vera eſt, quia vt dictum eſt *c.ſuper q.4.à n.29.* illa particula, *in diœceſi ſua*, non reſpicit, nec determinat tempus, & locum, in quo danda ſit abſolutio, vel diſpenſatio, ſed perſonam cui ſit danda,quia ſcilicet neceſſe eſt, quòd illa perſona ſit ſubdita Epiſcopo;ſufficit verò tanta, & talis quanta contrahitur ex eo, quòd quis inuenitur in diœceſi Epiſcopi; quia hæc ſufficit ad hoc, vt quis ſubdatur Epiſcopo in foro conſcientiæ, & ſacramentali, vt poſſit ab eo abſolui. Cæterum vbicumque ſit Epiſcopus, poteſt cum ſuo ſubdito proprio diſpenſare in irregularitatibus, & abſoluere à cenſuris extra tamen forum contentioſum. Poteſt igitur Epiſcopus cum abſente extra diœceſim in his irregularitatibus diſpenſare. *Suarez tom.5. de cenſ. diſp.41.ſect.2. numer.10.& 11. Sanchez in decal.l.2.cap.11. num.12. Rodriquez in ſum.tom.3. cap.5.num.3. Diana p.4. tract.4. reſol.96. Barboſ.de off.Epiſc.ap.alleg.39. num.7.& ad d. cap.6. numer.44.*

11 Poteſt igitur Epiſcopus diſpenſare cum ſuis ſubditis ſuper omni irregularitate, & ſuſpenſione occulta, & cum excipiatur ſola irregularitas proueniens ex homicidio voluntario, ſequitur, quod in omni alia irregularitate ſi ſit occulta cum poſſit diſpenſare. Ideo poteſt Epiſcopus diſpenſare ſuper irregularitate prouenientè ex reiteratione baptiſmi, etiam ſi baptizans publicè baptizet,ſi tamen ſit occultum eum,qui baptizatur fuiſſe prius alia vice baptizatum. Et ſuper ea, quæ contrahitur à ſuſcipiente eadem die Acolytatum, & Subdiaconatum, ſeu plures ordines ſacros ſimul. Et à contracta ex eo, quòd quis miniſtrauit in ordinibus malè ſuſceptis.Et contracta ex eo, quòd quis exercuit ordines, quos non habebat.Et à contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem fuit ordinatus. Et in ſuſpenſione incurſa ab eo, qui vinculo cenſuræ ligatus ſuſcepit ſacros ordines. Et in contracta à coniugato ſuſcipiente ſacrum ordinem; quamuis non poſſit ab Epiſcopo diſpenſari, vt hic ordinatus durante matrimonio miniſtret in ſacro ordine. Et in ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtiuè ordines ſuſcepit. Et ab eo qui ordines ſuſcepit ſine literis dimiſſorijs. Et ab eo, qui promotus per ſaltum ad ordines, celebrauit. Et ab eo, qui minores ordines ſuſcepit ab Epiſcopo, qui Epiſcopatui renunciauit. De quibus videndi ſunt *Tolet.l.1.c.70. Auila p.7.diſp.7.quæſt.3. p.3. num.9. Filliuc.tract.20. cap.6.quæſt.5.Henriq.l.14.cap.6.§.5.Sayr.l.7.cap.10. nu.36.Maiol.l.1.cap.30. nu.9.Vgolin.de poteſt. Epiſc. cap.37.§.7. Garzia p.2. cap.5. num.5. Barboſa de off. Epiſc. alleg.39. à num.36. & ſeqq.& ad d.c.6.ſeſſ.24. de reform.à nu.10.& ſeqq.*

12 Sed quid dicendum de illis irregularitatibus, quæ oriuntur ex delicto,à quo Epiſcopus non poteſt abſoluere? Vt v. g. ex eo, quod aliquis eſt hæreticus, ſi irregularitas iſta ſit occulta, poterit nec Epiſcopus in illa diſpenſare? Nam Epiſcopum hoc poſſe, tradiderunt *Garz.de benef.par 11.cap.10. num.86. Farin.de hæreſi q.192. num.79. Vgol.de irregul.cap.36. nu.5. Filliuc.tom.1.tract.29.cap.9. n.246. Diana par.1. tract.15.reſol.24.Sanchez l.2. in Decal. cap.25.num.18. Barboſa* alios referens *de off.Epiſcop. alleg.39.num.44.* Qui loquentes in caſu hæretici occulti, dicunt Epiſcopum poſſe diſpenſare ſuper irre-

irregularitate ex hæreſi orta. Sed quia, vt aduertit *Sanchez*, multi ex DD hanc opinionem ſequentibus tenent. Epiſcopum etiam nunc poſſe abſoluere ab hæreſi occulta, hi Doctores, vt *Henriquez, Viuald. Perez*, & alij non poſſunt adduci pro hac ſententia in caſu illo, in quo ſupponitur Epiſcopum non poſſe abſoluere à culpa, & cenſura hæreſis. Nihilominùs, & in hac ſuppoſitione poſſe adhuc Epiſcopum non valentem abſoluere à delicto diſpenſare ſuper irregularitate orta ex delicto, ſuppoſito tamen, quòd hæreticus ſit à cenſura abſolutus; tenent *Sanchez. Filliuc Diana, Garz. Barboſa*, & alij citati. Sed oppoſitum probabiliſſimum cenſuit *Suarez tomo 5. diſp. 43. ſect. 1. nu. 7. Maiol. de irregul. l. 5. c. 46. num. 6. Bonac. diſp. 7. quæſt. 3. p. 3. num. 11.* Dependet verò huius quæſtionis reſolutio ex intelligentia, textus in cap. cum illorum 32. de ſentent. excommun. Nam ibi expreſsè dicitur, Epiſcopum non habere facultatem diſpenſandi, vbi non habet facultatem abſoluendi, *cum maiora illis intelligantur prohibita, quibus vetita ſunt minora. Vbi Gloſſa* cum alijs aduertens, quòd maior eſt diſpenſatio, quam abſolutio, pro regula ſtatuit eum non poſſe diſpenſare, qui non poteſt abſoluere; quamuis econtra poſſit quis aliquando abſoluere, & non diſpenſare: quia conceſſo minori, non eſt conceſſum maius. Ideò hoc argumentum valdè vigere fatetur *Sanchez*. Sed econtra *Diana, ex Filliuc.* dicit ex eo textu haberi oppoſitum; quia ibi habetur, quòd maior eſt abſolutio, quàm diſpenſatio, & ideò interdicta minori, ſcilicet facultate diſpenſandi cenſeri interdictam maiorem, ſcilicet facultatem abſoluendi, & hoc eſſe notandum ait *Diana contra Gloſſam*, & alios corrumpentes dictum textum.

13 Verba illa textus ſunt iſta. *Primos ſi fuerint ſeculares Clerici* (ſcilicet, qui excommunicati ſcienter ſuſceperunt ordines) *à ſuſceptis ordinibus ceaſemus in perpetuum deponendos, in reliquis caſibus* (ſcilicet eorum, qui ignorantia facti, vel iuris ducti ordines ſuſceperunt in excommunicatione) *tam Archiepiſcopi, quàm Epiſcopi abſque mandato Sedis Apoſtolicæ diſpenſandi facultatem ſe nouerint non habere, quibus etiam eſt abſolutio talium interdicta; cum maiora intelligantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora.* Planus verò ſenſus horum verborum eſt, quòd per illa verba, *quibus etiam eſt abſolutio talium interdicta*, reddatur ratio, quare Epiſcopis non conueniat facultas diſpenſandi. Non enim per illa verba interdicitur de nouo facultas abſoluendi, ſicut nec facultas diſpenſandi, ſed vtraque facultas ſupponitur negata Epiſcopis, dicitur enim de facultate diſpenſandi, quòd Epiſcopi nouerint ſe eam non habere, & vnde hanc non habeant, ſubiungitur, quia nec habent facultatem abſoluendi. Et conſequentiam iſtam, ſcilicet non habent facultatem abſoluendi, ergo nec facultatem diſpēſandi, probat textus: quia cui prohibita ſunt minora, maiora prohibita ſunt, abſoluendi autem facultas eſt minor. Hic certè eſt planus ſenſus textus, qui non probat ideò prohibitam eſſe abſoluendi facultatem, quia ſit prohibita facultas diſpenſandi; ſed econtra textus directè, & principaliter loquens de facultate diſpenſandi, hanc probat eſſe interdictam Epiſcopis; quia illis interdicta eſt facultas abſoluendi: arguens à prohibitione minoris, ad prohibitionem maioris, & ita illum textum cum Gloſſa in hoc ſenſu intellexerunt alij Canoniſtæ communiter, & ex eo deduci, quòd facultas abſoluendi ſit minor facultate diſpenſandi, tradiderunt *Henriq. l. 14. cap. 17. §. 4. in com. lit. N. & Barboſ. ad dict. cap. cum illorum.*

14 Nihilominùs dici poteſt, quod regula illius textus valet ordinariè, & de iure communi non verò ſpectato iure ſpeciali. Cum enim Concilium Tridentinum excepta ſola irregularitate ex homicidio voluntario orta, concedat Epiſcopis facultatem diſpenſandi in omni irregularitate etiam hæreſis, quoniam hanc non excipit, cum tamen concedat etiam facultatem abſoluendi ab hæreſi occulta, non eſt vnde reſtringatur; quia Concilij conceſſio ampliſſima omnes comprehendit irregularitates. Nec poteſt dici, quòd nō comprehendat eas, quæ oriuntur ex delicto à quo Epiſcopi non poſſunt abſoluere, ex regula illius textus, quia non poteſt diſpenſare, qui non poteſt abſoluere; quia Concilium vniuerſaliſſimè loquitur, & præterea concedit etiam facultatem abſoluendi ab omni occulta cenſura, etiam à cenſura hæreſis, vnde non eſt dubium, quòd mens Concilij fuit, vt excepta irregularitate orta ex homicidio poſſent Epiſcopi in omni alia diſpenſare. Nec poteſt illis hoc negari, niſi illa facultas oſtendatur reuocata. Eſto verò oſtendatur reuocata facultas abſoluendi à caſu hæreſis, vel à caſibus bullæ cœnæ, aut ab alio ſimili caſu, tamen ex vi bullæ reuocatur quidem facultas abſoluendi, ſed non reuocatur facultas diſpenſandi. Dicere verò, quod implicitè, vel virtualiter reuocatur etiam facultas diſpenſandi, quæ maior eſt, quia interdicto minore interdicitur maius, videtur poſſe negari; quia conceſſum expreſsè non intelligitur reuocatum, niſi exprimatur; & reuocatio ſtrictè eſt interpretanda, quia eſt odioſa.

15 Sed certè ratio vrget, quia verum eſt, quod Concilium conceſſit facultatem diſpenſandi ab omni irregularitate occulta, quia ſimul conceſſit facultatem abſoluendi ab omni caſu occulto. Quod ſi hoc non feciſſet habuiſſet locum regula illius textus, *cum illorum*, & non fuiſſet conceſſa facultas diſpenſandi in omni irregularitate. Vnde dicendum eſt, quod nunc quoque regula illa locum habeat, & quòd ex prohibita abſolutione intelligatur interdicta diſpenſatio; quia minori interdicto ex regula iuris cenſetur interdictum maius, & facultas abſoluendi eſt minor facultate diſpenſandi. Ideò ſententia negans poſſe Epiſcopum diſpenſare in irregularitatibus ortis ex delicto, à quo Epiſcopus nequit abſoluere eſt ſecurior, & de rigore iuris verior, & ſequenda.

16 Conſiderandum tamen eſt, quod forſan dicet aliquis, quod ad hoc, vt irregularitas ſit indiſpenſabilis, non ſufficit, quod delictum, quod eſt eius cauſa mediata ſit reſeruatum, ſed neceſſe eſt, quod ſit reſeruatum delictum, pro quo immediatè incurritur irregularitas. Ita ſi crimen, & cenſura ſit reſeruata, non ex hoc ſequitur, quod delictum reſeruatum ſit celebrare in illa cenſura, ex qua celebratione celebrans ſit irregularis; ideò hæc irregularitas non erit indiſpenſabilis ab Epiſcopo, ſed vbi virtute iubilæi, aut alterius priuilegij, vel licentiæ ille abſolutus fuerit ab excommunicatione reſeruata, poterit cum illo diſpenſari ab Epiſcopo ſuper irregularitate occulta; quia delictum celebra-

Digitized by Google

brationis in excommunicatione non eſt reſeruatũ, & pro hoc delicto incurſa fuit irregularitas. Ita qui eſt excommunicatus ex aliquo delicto compreheſo in bulla cœnæ, ſi poſtea fiat irregularis ex eo, quòd celebrauit in ea excommunicatione, hæc irregularitas ſi ſit occulta eſt diſpenſabilis ab Epiſcopo, qui in ea diſpenſare poteſt, nedum poſtquã ille fuerit abſolutus ab excõmunicatione illa bullæ cœnæ, ſed etiam ante, ex hac ratione, quod celebratio in excommunicatione non eſt delictum per ſe, & ratione ſui reſeruatum Papæ. Sed hoc non placet, quoniam annexum ſequitur principale. At verò irregularitas conſequens ex eo, quod aliquis ligatus cenſura celebrat diuina officia, eſt quid annexum cenſuræ, vnde naturam principalis ſequitur, Hinc eſt quod in foro externo ad illum iudicem pertinet cognoſcere de contemptu cenſuræ, & irregularitate inde contracta, ad quem ſpectat cenſuræ cognitio. Sic ergo & in foro conſcientiæ, ſi cenſura eſt reſeruata, nec Epiſcopus poteſt ab ea abſoluere, nec poteſt diſpenſare in irregularitate incurſa ex eo, quòd cenſura ligatus ſpreuit cenſuram.

17 Hinc colligitur Epiſcopum non poſſe diſpenſare in ſuſpenſione, quam incurrunt ſimoniacè ordinantes, & ordinati; quoniam *Sixtus* V. in ſua Conſtit. 91. hanc ſuſpenſionem ſicuti & alias pœnas ibidem in ſimoniacos latas, quantumuis occultas ſibi reſeruauit. Et licet Clemens VIII. in ſua Conſtitutione 40. eam Sixti Conſtit. reduxerit ad terminos iuris; nihilominus quantum ad ſimoniacè ordinantes, & ordinatos eam confirmauit. Cum igitur in ſimoniacè ordinantes, & ordinatos lata ſit ſuſpenſio, *cap. ſi quis penult. de ſimonia*, hæc ita eſt reſeruata ex vi dictæ Conſtitutionis Sixti V. vt in ea Epiſcopus diſpenſare non valeat; cum in dicta Conſtitutione expreſsè derogetur huic facultati à Conc. Trid. Epiſcopis conceſſæ. *Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. l. 2. cap. 21. n. 9.*

18 Quod tamen in alijs ſimoniacis locum non habe, ſed ſi ſint occulti Epiſcopum diſpenſare cum illis ſuper ſuſpenſione, aut irregularitate, ſi aliqua contra eos eſt lata, docuerunt *Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. l. 4. cap. 61. num. 11. Leſs. l. 2. cap. 35. nu. 140. Garz. de benef. par. 8. cap 1. num. 74. & Armend. Alzedo, Chapeauil, Marchin. Gauant. Boſs. Felician. à Vega apud Barboſ. ad d. cap 6. num. 22.* Qui tamen aduertunt, quod Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vel vt beneficium ſimoniacè obtentum retineat, vel vt ad aliud promoueatur, prout etiam ſupra dictum fuit.

19 *Sicut* igitur excipitur ab vniuerſali illa cõceſſione Concilij ſuſpenſio, vel irregularitas, ſi aliqua ſit lata in ſimoniacè ordinantes, & ordinatos, ita excipienda eſt quæcunque alia ſuſpenſio, aut irregularitas, quam ſibi reſeruauerit Pontifex cum derogatione facultatis huius conceſſæ Epiſcopis à Conc. Trid. Sed præterea aliæ exceptiones dantur, quas ſtatuit Concilium ipſum.

20 Nam datur primo exceptio valdè generalis fundata in illo verbo Concilij, *ex delicto occulto prouenientibus*. Nam ex hoc habetur exceptas eſſe irregularitates omnes, quæ non proueniunt ex delicto, ſed ex aliquo alio defectu, vel natalium, vel leuitatis, vel ex alia cauſa. Super his enim irregularitatibus Concilium nullam facultatem tribuit Epiſcopis, quam non habeant ex iure communi, vel ex alijs iuribus; ideò ſi alias illæ ſint reſeruatæ, nõ poteſt Epiſcopus ſuper illis diſpenſare, quia dat facultatem diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus. *Nauar. c. 27. n. 194. & 201. Coninch. to. 2. diſp. 18. dub. 14.* & alij pauló infra citandi.

21 Pariter generalis exceptio eſt, vt non poſſit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate, aut ſuſpenſione non occulta. Dictum eſt autem e. ſup. nu. 18. illud eſſe occultum, quod non eſt vel notorium, vel manifeſtum, vel famoſum.

22 In particulari autem excipitur irregularitas proueniens ex homicidio voluntario. Eſt autem hic primò difficultas grauis, an ex vi Concil. Trid. concedatur Epiſcopo facultas diſpenſandi ſuper irregularitate proueniente ex homicidio iuſto, quia in propoſito nomine homicidij voluntarij multi intelligunt homicidium iniuſtum, & illicitum, ideò cum Concilium Tridentinum excipiat ſolam irregularitatem prouenientem ex homicidio voluntario, non excipit tam, quæ eſt ex homicidio licito, puta ex defectu lenitatis in iudice, vel milite in bello iuſto pugnante, & inimicos occidente. Et ita Epiſcopum ex vi Concilij Tridentini poſſe diſpenſare in occulta irregularitate proueniente ex homicidio iuſto, tenuerunt *Couar. in Clemen. ſi furioſus, p. 1. §. 3. num. 7. Hieronym. Rodriq. reſol. 52. num. 59. & reſol. 81. num. 3. Ioan. de Cruce in direct. par. 2. de irregular. dub 9. concluſ. 1. Campanl. rubr. 11. cap. 23. num 138. Rodriq cap. 1. q. 23. num. 8.* & nonnulli alij, quos refert, & ſequitur *Barboſa de off. Epiſ. alleg. 39. à nu. 47. Bannes 2. 2. q. 40. art. 2. dub. 4.*

23 Verum hæc ſententia deficit deducens conſequentiam non veram, ex antecedente verò. Nam argumentatur hoc modo. Nomine homicidij voluntarij in iure non venit homicidium iuſtum, quod non eſt delictum, & ex conſequenti in illa exceptione Concilij Tridentini excepta irregularitate, proueniente ex homicio voluntario non comprehenditur homicidium iuſtũ; igitur Epiſcopus poteſt diſpẽſare in irregularitate ex homicidio iuſto, quia hæc non eſt excepta. Quæ conſequentia ſi valet, ſequitur, vt benè deducit *Nauar. conſ. 39. de homicid.* quod Epiſcopus poſſit etiam diſpenſare in irregularitate, quæ eſt ex bigamia, vel quacunque alia, quæ non eſt ex delicto, quia huiuſmodi non cõprehenduntur ſub illa exceptione homicidij voluntarij. Vbi igitur priùs conceſſa eſſet facultas diſpenſandi ſuper omni irregularitate, & exciperetur illa, quæ eſt ex homicidio voluntario, bene diceretur, quod non eſſet excepta illa, quæ eſt ex iuſto homicidio; quia iuſtum homicidium cum non ſit delictum, non venit ſub nomine homicidij voluntarij, quod ſupponit pro homicidio, quod ſit delictum. Et ideò ob hoc dicetur infra, quod Prælati Regulares poſſunt cum ſuis in hac irregularitate diſpenſare; quia alias habent conceſſionem generalem diſpenſandi in irregularitatibus, & ex vi exceptionis irregularitatis ex homicidio voluntario non excipitur illa, quæ eſt ex homicidio iuſto. Et ſic illa prima opinio in hoc verũ dicit, quod ex vi exceptionis irregularitatis ex homicidio voluntario nõ manet excepta irregularitas, quæ eſt ex homicidio iuſto. Sed conſequentia illa, ergo Epiſcopus poteſt in ea diſpenſare, non valet, quia illa irregu-

regularitas eſt execepra per aliam prioré exceptionem, per quam Concilium excepit omnes irregularitates, quæ oon ſunt ex delicto, cum coucedat facultatem ſolum pro irregularitatibus ex occulto delicto prouenientibus. Ideò Epiſcopum non poſſe diſpenſare ſuper irregularitate, quæ eſt ex homicidio iuſto, docent *Nauar.d.conſ.29.de homic.* vbi ait hanc eſſe praxim totiua orbis. *Molina diſp.79.nu.8. Vgolin.de irreg.cap.33.§.1.num.1.& cap.44.§.2.n.4. Auila de cenſur. par.7.diſput.6. ſect.5. dub.1. Sayr.in floribus deciſ.32.de homicid. Prapoſit. in 3.p.qu.5. de irreg.dub.13.num 112.Filliuc.tract.19.cap.10.nu.28 Henriq.l.14.cap.19.§.4.in comm.lit.K. & cap.9. §.3. Hurtad.de cenſ. diſput.2. de irregul. diff.20. num.20. Tanner.in 3.p.diſp.6.q.10.dub.11.num.113. Garzias de benef.p.7.cap.11.num.40. Diana p.4.tract.2. reſol. 69. & 70. Io. de Crace ſupra*, pro prima ſententia citatus, qui ibi in concluſione ſecunda putat hanc negatiuam ſententiam eſſe probabiliorem. Cum igitur Epiſcopis noo ſit conceſſa facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus, quæ non ſunt ex delicto, rurſus inter eas, quæ ſuot ex delictn excepta ſit illa, quæ eſt ex homicidio voluntario; ideò nec in iſta, nec in illa, quæ eſt ex iuſto homicidio diſpeoſare valet.

24 Benè autem ponderaut Doctores excipi ſolam illam irregulatiratem, quæ eſt ex homicidio voluntario, & in iure illud dici voluntarium homiridium, quod eſt voluntarium in ſe ipſo directè, quod alio nomine dicitor per induſtriam, vel per inſidias, *cap.1. de homicid. & cap. ſicut dignum, §.1. eodem tit. & in Conc. Trid.ſeſſ.14.cap.7. de reform.* & quod ab homicida patratum fuit aniolo occidēdi, & ex propoſito. Sic enim & in lege ciuili homicidium non cenſetur perfectè voluntarium, niſi intercedat dolus, *l.in lege, ff. ad legem Corneliam*, dolus autem non eſt niſi animus occidendi, vt conſtat *ex l.1. §.1. & ex l. Dinus, eod. titulo.* Vbi DD. communiter dicunt, quod vbi agitur de pœna homicidij voluntarij intelligendum eſt de illo, quod dolo, & animo occidendi commiſſum eſt, vt videre eſt apud *Gomez tom.3. variar. cap.3. num.15. & Salzed. in practica cap. 94.* Nam etiam vt docet *D.Thom.p.2.quaeſt.6.ar.1.& 3.* Non eſt perfectè voluntarium, quod non eſt volitum directè, & in ſe ipſo; ideò illud propriè, ſimpliciter, & ſtrictè in materia pœnali dicitur homicidiuo voluntarium, quod eſt directè io ſe ipſo expreſsè volitum, & animo, & propoſito occideudi commiſſum. *Suarez tom.5.diſp.44.ſect.1.Barboſa de off. Epiſ.alleg 39.numer.47.Diana p.4.tract.2.reſol.72.* & alij DD.communiter.

25 Ex quo colligitur primò, quòd Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta proueniente ex homicidio caſuali. *Miranda p.2. quaeſt.8. art.13.concl.2.Garz.p.7.cap.11.n.27.Marchin.trac.1. par.9 diff.3.num.9.Barboſ.d. alleg.39.num.41.* Quod verò *Barboſ.ex Marchin.* extendit hoc etiam ſi homicidium, ſeu irregularitas ſit publica, citans *Nauar. Sayr. & alios*, non eſt verum abſolutè, nec *Nauar.conſ.45.de homic.num.1.* vel *Sayr.lib.7.cap.7. num.20.* id affirmant abſolutè, ſed benè vel de iure antiquo loquuntur, vel in terminis Conc.Tridentini ſeſſ.14.cap.7.de reform. Cæterum ex vi conceſſionis dicti cap. 6. ſeſſ. 24. ſolum in irregularitate occulta poteſt diſpeoſare.

26 Colligitur ſecundò, quòd poſſit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate eius, qui ex propoſito vuloeraujt intendens non occidere, licet de facto occiderit. Hic tamen diſtingui debear duo caſus Primus eſt eius, qui expreſsè intendit non occidere, ſed ſolum percutere, vel leuiter vulnerare, & in hoc caſu loquendo, & in foio conſcieotiæ, & veritatis. (Nam io foro externo præſumptio magna contra illum eſſe poterit, quod animo occidendi percuſſerit) homicidium ſequutum erit caſuale, & io occulta irregularitate ex eo proueniente poterit Epiſcopus diſpeoſare. *Suarez tom.5.de cenſ.diſp.44. ſect.1 num.3.& 4. Nauar.cap.27. num.240. Turrian. de cenſur.l.9.diſp.63.dub.1. Diana p.4.tract.2. reſol. 72. Barboſa ad d.cap.6. Conc.Trident. num.34.* Ideo ſi mandans percuti aliquem, mander eum percuti baculo, & non ferro, vel ſi mander expreſsè illum percuti, ſed non occidi, ſi mandatarius excedens fines mandati vtatur ferro, & occidat, poteſt Epiſcopus diſpenſare cum mandante ſuper irregularitate, quia reſpectu mandantis homicidium eſt caſuale. *Henriq.l.14.cap.19. §.3.& in comm. lit.E. & cap.14.§.2.Garz. p.7.cap.11. num.44. Ricc. in praxi reſol.446.& in praxi aurea, reſol.407.& par.4.deciſ. 117.Petr.Imol. Bonacin. Marchin. Alzed.* quos citat, & ſequitur *Barboſ.ad d.cap.6.nu.34.& 35. & alleg. 39. num.50. & 51.Diana vbi ſupra, & p.1.tract.16. reſol.17.*

27 Secundus caſus eſt, quando percutiens intendit percutere, vel vulnerare, ſed non cogitat de occiſione, ſed ad eam indifferenter ſe habet, quia expreſsè, & ex propoſito nec eam includit, nec excludit, ſed intendit vindictam, & percutere, & eo modo, quo poteſt de inimico vindictam ſumere. Et in hoc caſu ſi percuſſor lethaliter vulnerat, & ſeqoitur mors, homicidium ſecundum aliquos cenſetur moraliter voluntarium: nam velle cauſam, ex qoa ſequitur mors, idem eſt ac velle mortem. Sicut velle applicare ignem ſegeti, eſt velle combuſtionē ſegetis, & dare voluotariè venenum alicui eſt illi voluntariè dare mortem, & fictio eſſet, ſi quis dando alicui venenum ſimul diceret ſe nolle eius mortem. Eodem modo voluntariè perſequi, & velle inimicum percutere abſolutè in quacumque parte poteſt, & quomodo poteſt, & ſic percutiendo occidere eſt voluntariè occidere, quia idem eſt velle cauſam proximam mortis, & velle mortem. Ita *Suarez dicta diſp.44. ſect.1, num.4.* Contrarium tamen tenet *Nauar.cap.27.num.240.* ſentiens omne homicidium dici caſuale, quod non eſt directè in ſe intentum, & volitum, ſed ſolum eſt volitum in ſua cauſa. Vnde ibi habet irregularitatem diſpenſabilem eſſe, ſi quis in ventre grauidam percutiens abortum fœtus animati cauſet. Et quidem quia non agitur hic de voluntario ſufficiente ad peccatum, ſed de voluntario ſufficiente ad pœnam, ſeu irregularitatem indiſpenſabilem, eſto id quod eſt volitū io ſua cauſa proxima, cenſeatur voluotariū quantum ſufficit ad culpam, & hoc præcipuè ſit verum de voluntario in cauſa, ad quam per ſe neceſſariò, & infallibiliter ſequitur effectus, quia verè æquiualeant velle cauſam, ad quam per ſe neceſſariò infallibiliter ſequitur, & ſcitur ſequi effectus, & velle effectum io ſe ipſo. Vbi tamen effectus contingenter ex cauſa ſequitur, & io indiuiduo mors poteſt ſequi, & ooo ſequi, & non eſt certum, quòd

ſit

Digitized by Google

ſit ſecutura, velle cauſam non eſt moraliter velle effectum directè, & in ſe ipſo, ſed ſolùm in ſua cauſa. Ideò ad hoc vt irregularitas ſit indiſpenſabilis requiritur poſitiua intentio, & voluntas occidendi, & homicidium ex tali intentione ſequutum. Vbi verò percutiens non percutit, vt occidat, & licèt non habeat poſitiuam voluntatem non occidendi, neque tamen habet voluntatem occidendi, ſi occidat, homicidium non eſt voluntarium, niſi percuſſio in indiuiduo ſit talis, ex qua manifeſtum eſt, quod non poteſt non ſequi mors: vt ſi quis forti, & grandi malleo violentes percuteret ceruicē alicuius præcipuè ſi pluries, & vicibus iteratis. Sed vbi percuſſio in indiuiduo manifeſtè & certò non eſt illatura mortem, ſi percutiens non intendat occidere, homicidium in propoſito eſt caſuale. Quod eò magis eſt verum, ſi percutiens adhibet diligentiam ne lethaliter percutiat.

28 Colligunt tertiò aliqui poſſe Epiſcopum diſpenſare cum illo, qui in ſui defenſione exceſſit modum inculpatæ tutelæ, & ſic aggreſſorem occidit; quia homicidium volitum cauſa defenſionis non eſt homicidium voluntarium, ſed potius vim homicidij neceſſarij habet. Nam irregularitas iſta quatenus eſt ex delicto, nimirum ex homicidio diſpenſabilis eſt, quia illud homicidium non eſt voluntarium, vel quia percutiens non intendit occidere, vel quia intendit occidere ad ſui defenſam, & ob neceſſitatem. Nec eſt vnde in conflictu is qui ſe defendit teneatur exactiſſimè attendere, ne excedat moderamen inculpatæ tutellæ; ſed vbi vulneratur, & percutit coactus & neceſſitatus, ſi id facit vt ſe defendat, non occidit ex propoſito, & directè & animo occidendi per ſe, & ideo homicidium non eſt voluntarium ſicut in præſenti caſu deſideratur, vt irregularitas ſit indiſpenſabilis ab Epiſcopo. *Nauar. cap. 27. nu. 239. Bannes 22. q. 64. art. 8. num. 1. Valent. tom. 4. diſp. 7. q. 19. p. 3. §. 5. Rodriq. in ſum. cap. 173 n. 1. Molin. diſp. 79. n. 8. Sayr. lib. 7. de cenſ. cap. 7. num. 12. Coninch. de Sacram diſp. 18. dub. 9. num. 88. & 90. Vega par. 2. cap. 15. caſu 23. Vgolin. de irregul. cap. 13. num. 4. & de off. Epiſc. cap. 57. §. 2. num. 4. & 6. Auila, Alzedo, Gutier. Comit. Marchin.* quos refert, ſequitur *Barboſa ad d. cap. 6. num. 32. & d. alleg. 39. num. 53.*

29 Colligitur quarto quòd Epiſc. poteſt diſpenſare in irregularitate eius qui cum mandaſſet homicidium in perſona vnius, non ille, ſed alius occiſus fuit, quoniam illius mors non fuit directè per ſe & in ſe volita ab illo, qui mandauit occidi alterum. *Barboſ. de off. Epiſc cap. 39. num. 52. & Diana par. 1. tract. 15. reſol 17. in fin.* qui loquitur in caſu in quo mandatarius, qui debebat occidere Caium ex mandato Pauli, fuit occiſus à Caio.

30 Colligunt quintò aliqui, Epiſcopum poſſe diſpenſare in irregularitate occulta eius, qui licet nullum occiderit, aſſitit tamen bello iniuſtè, & eidem cooperatus fuit. *Ita Barboſa d. alleg. 39 nu. 47. ex Io. Machado in tractato perfecti Confeſ. lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 12. num. 2.* Sed oppoſitum verius tenent *Bonac. de cenſ. diſp. 7. q. 4. punct. 4. n. 13. fin. Suar. diſp. 47. ſec. 6. n. 12. & Filliuc. tr. 19. c. 9. n. 281.* Ex propoſito enim occidit; qui bello iniuſto cooperatur, & occidentibus aſſiſtit. Et quotquot occiduntur de voluntate & propoſito eius occiduntur, qui occidentibus cooperatur.

31 Colligunt ſextò aliqui, Epiſcopum poſſe diſpenſare in homicidio orto ex inopinata rixa, vel repentina ira, ex eo quòd hoc homicidium dicatur caſu accidere, quia non euenit ex præcedenti conſilio, & deliberatione ſed ex caſuali rixa; & ira. Ita *Rodriq. in ſumma par. 1. cap. 177. nu. 2. Auila p. 7. diſp. 6. ſect. 2. dub. 1. & ſect. 5. dub. 5. concl. 2. Stephanus Daluin de poteſt. Epiſc. cap. 16. num. 5. Coninch. de Sacram. diſp. 18. dub. 14. nu. 111. Perez & Salzedo,* quos refert *Diana par. 1. tract. 15. reſol. 19.* vbi hanc partem probabilem putat, & *Barboſ. d. alleg. 39. nu. 48.* Sed oppoſitum dicendum eſt, aliud enim eſt, quod rixa ſit caſualis, vel cauſalis occaſio iræ, vel cauſa conflictus, & aliud eſt, quòd homicidium ſit caſuale. Ex primò enim non ſequitur ſecundum, & primo ſuppoſito ſtat, quod homicidium ſit per induſtriam, & ex propoſito, & primaria intentione in ſe ipſo volitum: quo ſtante irregularitas ex eo cauſata eſt verè & propriè ex homicidio voluntario, & ideò indiſpenſabilis ab Epiſcopo, vt tradunt *Molin. tom. 4. diſp. 79. num. 7. Suarez de cenſ. diſput. 44. ſect. 1. num. 3.* & tanquam probabilius dictum docet *Diana loco citato*. quod verò addit *Barboſa ex Stephan. Daluin*, quod ſcilicet & ſi multi videant, & ſciant illud eſſe delictum, ſcilicet delictum eſſe homicidium, tamen neſciunt cenſuram ob id incurri, & ideo poteſt in ea diſpenſari. Et ex *Emanuele Sà*, quod ſi neſcitur, ſed dubitatur in quam cenſuram inciderit is homicida, Epiſcopus intrepidè poterit diſpenſare. Quod inquam hæc addantur, deficiunt, nedum quia Epiſcopus nec in irregularitate occulta proueniente ex homicidio voluntario, quale eſt id, de quo loquimur, poteſt diſpenſare: ſed quia parùm intereſt quòd videntes delictum ſciant, vel nō ſciant, an ob delictum incurratur cenſura, & qualis cenſura, quoniam ſufficit quòd delictum non ſit occultum. Concilium enim vult, vt Epiſcopus nō poſſit in irregularitate illa diſpenſare, quæ eſt ex delicto non occulto, ſed publico. Alias verò in iure eſt certum homicidam eſſe irregularem indiſpenſabiliter ab Epiſcopo, ſi ſit homicida voluntarius.

32 Colligitur ſeptimò, Epiſcopum poſſe diſpēſare in ea irregularitate, quæ eſt ex occulta licet voluntaria mutilatione membrorum. Negant quidem hoc *Medina in ſumm. lib. 1. cap. 12. & Sanchez lib. 1 in Decal. cap. 10. num. 49. & Franciſcus Leo p. 2. cap. 8. num. 8.* Sed cum Concilium excipiat ſolùm irregularitatem occultam, quæ eſt ex homicidio voluntario, nec in pœnalibus, & odioſis ſub homicidio comprehendatur mutilatio membrorum, ſententia communis amplecti debet: quod etiam vt deciſum à Sac. Congregatione referunt. *Suarez tom. 5. in 3. par. diſp. 44. ſect. 2. num. 4. & ſect. 4. nu 35. Garz. de benef. par 7. cap. 11. num. 30.* nimirum Epiſcopum poſſe diſpenſare in irregularitate, quæ oritur ex occulta mutilatione membrorum prout tenent *Nauar. cap. 27. num. 194. Sà v. irregularitas in fin. Genuen. in praxi cap. 66. nu. 9. Tolet. lib. 1. cap. 88. ver. 6. & cap. 89. num. 3. Rodriq. tom. 1. quæſt. 24. art. 10. Mirand. tom. 1. q. 8. art. 11. Coninch. de Sacram. diſput. 18. dub. 8. Portel. ver. diſpenſare num. 7. & 9. Molina tom. 4. diſp. 79. num. 8. Diana par. 4. tract. 2. reſol. 71.* & apud eum plures alij, & *Barboſa* plures etiam referens *d. alleg. 39. n. 49.*

33 Vltima tandem exceptio, quam ponit Concil. Trident. eſt, vt delictum ob quod eſt incurſa ir-

regularitas non ſit deductum ad forum contentioſum. Capit. autem ſuperiori dictum fuit tunc delictum eſſe deductum ad forum contentioſum eiuſdem Epiſcopi, quando reus eſt in eo foro accuſatus, & denunciatus; vnde tunc ceſſat in Epiſcopo facultas diſpēſandi extraiudicialiter ſuper irregularitate; & Epiſcopus tunc tenetur citare reum, & contra illum procedere prout iuris eſt. Sed ad aliud forum delictum non cenſetur deductum, niſi reo citato; quia per hanc citationem incipit iudicium. Crederem tamen quòd etiam in proprio foro, licet delictum fuerit denunciatum, ſi nulla pars inſtet vt iudicium fiat, & reus citetur, quod poſſet Epiſcopus in ea irregularitate alias occulta diſpēſare in omni eo caſu, in quo poſſet à cognitione externi fori deſiſtere, & reum non citare. Nam reo citato iam delictum eſt ad forum contentioſum plenè deductam.

34 Iuxta igitur ſuperiùs dicta poteſt Epiſcopus in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus occultis ea excepta quæ eſt ex homicidio voluntario diſpēſare, & in eiſdem caſibus poſſunt Prælati Regulares cum ſuis ſubditis diſpenſare in irregularitatibus occultis, ex iure communi confirmato, & declarato per Conſtit. 32. Pij V.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium diſputandi in irregularitatibus conceſſum Ord. Prædicat. à Gregorio Vndecimo.* num. 35.
2. *Eius confirmatio & extenſio per Sixtum Quartū.* num. 36.
3. *Priuilegium, aliorum Mendicantium.* n. 37.
4. *Priuileg. Caſſinen.* n. 38.
5. *Priuileg. Chartuſian.* n. 39.
6. *Priuileg. Bonifac. IX. pro Ordin. Prædicatorum.* num. 40.

35 QVæritur ſecundò, qualiter & in quibus irregularitatibus quantum ſit ex vi priuilegiorum antiquorum poſſint Prælati Regulares diſpenſare cum ſuis ſubditis. Gregor. XI. in ſua Conſt. 7. § 11. ita conceſſit Ord. Prædic. *Magiſter quoque & ſinguli Priores Prouinciales, & Conuentuales, ac vices eorum gerentes in Prouincijs, & Conuentibus, ac locis ſibi commiſſis pro dictis fratribus conſtitutis ibidem, nec non & fratribus alijs einſdem Ordinis, interdum ad eos declinantibus vndecumque, abſolutione & diſpenſatione indigentibus, ſiue priùſquam intrauerint Ordinem, ſiue poſt, in caſibus quibus exceſſerint, pro quibus excommunicationis, vel interdicti, aut ſuſpenſionis incurrerint ſententias, à iure, vel à iudice generaliter promulgatas, & huiuſmodi ſententijs innodati, aut in locis ſuppoſitis Eccleſiaſtico interdicto, diuina officia celebrantes, vel ſuſcipientes ordines ſic ligati notam irregularitatis incurrerint, abſolutionis, & diſpenſationis beneficium valeant impartiri, niſi adeo grauis fuerit, & enormis exceſſus, quod ſint ad eandem Sedem meritò deſtinandi.* Hoc autem priuilegium confirmauit, & extendit Sixtus IV. in Conſt. ſua 7. ſeu Mari magno §. 4. ibi. *Declaramus Hæreticos relapſos, Schiſmaticos, & qui literas Apoſtolicas falſificaſſent, aut ad infideles probibita detuliſſent, dumtaxat eſſe ad Sedem prædictam meritò deſtinādos. Reliquis verò omnibus, etiam ſimonia qualitercumque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur abſolutionis beneficium, & diſpenſationis gratiam iuxta eorum indigentiam impartiri. Et vt dicti Ordinis profeſſoribus omnis vagandi tollatur occaſio, & ad Apoſtolicam Sedem recurrendi ſubtrahatur pro poſſe neceſſitas, Magiſtro, & Prioribus Prouincialibus, & Conuentualibus, & eorum Vicarijs defectum natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario & illicitò coitu prouenientem patientibus, nec non cum his, qui ex quauis cauſa, præterquam homicidij voluntarij, bigamia, & mutilationis membrorum, irregulares forent, diſpenſandi cum dicti Ordinis Prædicatorū profeſſoribus poſtquam ipſum Ordinem profeſſi fuerint, vt defectu, & irregularitate huiuſmodi non obſtantibus, irregulares ipſi ad quoſcumque etiam ſacros Ordines promoueri, & in illis, etiam in altaris myſterio miniſtrare, & tam ipſi irregulares, quàm defectum natalium patientes prædicti, ad quæcumque adminiſtrationes & officia eligi, recipi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere, liberè, & licite valeant, motu, & ſcientia, & auctoritate prædictis concedimus per præſentes.*

37 Idem priuilegium pro Ordine Minorum conceſſit Clemens IV. in ſua Conſtitut. 4. §. 11. & confirmauit, declarauit, & extendit Sixtus Quartus in ſua Conſtit. 6. §. 5. & 14. vbi ponitur ampliatio illa, *& vt dicti Ordinis fratribus omnis vagandi tollatur occaſio*, vſque ad finem. Huiuſmodi etiam Priuilegium habetur apud *Lezanam in Mari magno Prædicatorum* §. 14. 41. & 42. & *in Mari magno Minorum* §. 12. 40. & 49. Priuilegium etiam & ampliatio, quæ cōtinetur in dicta clauſula. *Et vt dicti Ordinis fratrib. &c.* habetur *in Mari magno Eremit. S. Auguſtin.* apud *Lezanam* §. 44. & *in Mari magno Carmelitarum* apud *eundem* §. 63. & *in Mari magno Seruitarum* §. 36. Eſt verò diſcrimen, quia hæc diſpenſandi facultas in Mari magno Carmelitarum & Seruitarum conceditur Generali. In Mari magno autem Minorum apud Lezanam §. 4. & in Mari magno Eremitarum §. 44. conceditur Generali, & Prouincialibus, & eorum Vicarijs. Sed in Mari magno Prædicat. conceditur Generali, Prouincialibus, & Prioribus Conuentualibus & eorum Vicarijs. Alia etiam diſpenſandi facultas, quæ ſimul cum facultate abſoluendi conceſſa fuit, & habetur etiam in Mari magno Minorum, diuerſimodè conceſſa fuit, quia in Ord. Præd. conceſſa fuit Generali, Prouincialibus, Prioribus, & eorum Vicarijs, & in Ordine Minorum Generali, Prouincialibus eorum Vicarijs, & Cuſtodibus, & in alijs alio etiam modo; vnde pro hac parte vnuſquiſque inſpicere debet priuilegium cuius virtute vult in huiuſmodi irregularitatibus diſpenſare. Pro Ordine verò Minimorum facultas tam abſoluendi à cenſuris, quàm diſpenſandi in irregularitatibus eſt eadem cum ea quæ conceſſa fuit à Greg. XI. & Sixto IV. pro Ordine Prædicatorum, & eſt quoad abſoluentes, aut diſpenſantes æquè vniuerſalis. Fuit enim conceſſa Generali, Vigilibus, & Prouincialibus, nec non Correctoribus localibus, & eorum Vicarijs, quod idem eſt ac dicere, quod fuit conceſſa omnibus Prælatis, & eorum Vicarijs, qui in Ordine Prædic. dicuntur Generalis, Prouinciales, & Priores Conuentuales, & Ordine Minimorum Generales, Vigiles,

les, Prouinciales, & Correctores. Ita habetur ex Conſtit. Iulij Sècundi *Virtute conſpicuos*, quæ in Bullario Romano habetur annexa Conſtit.10.Iulij Secundi, & priuilegium hoc ibi continetur in §.8.& 27. Et apud *Peyr.* in Conſtit.2. Iulij Secundi §. 9. & 29. Habetur etiam in Conſt.48. Pauli Tertij §.8. priuilegium abſoluendi, & diſpenſandi ſuper irregularitate conceſſum Præpoſito Generali vel deputatis ab ipſo; ſed loquitur in terminis priuilegij Gregorij Vndecimi pro Ord. Prædic. ſupra relati, & declarationis Sixti Qoarti explicantis neceſſitatem recurſus ad Sedem Apoſtolicam in quatuor illis caſibus ſupra explicatis: ſed poſtea in eodem Conſtit.§.27. habetur etiam ampliatio contenta in illa clauſula, *& vt dicti Ordinis &c.* per quam conceditur vniuerſalis facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus exceptis illis, quæ ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum ortæ fuerint. Et hæc facultas conceſſa fuit Præpoſito Generali, & de eius licentia Prouincialibus, & illorum Vicarijs, aut Locumtenentibus. Vnde quantũ ſit ex his omnibus priuilegijs conſtat Mendicantes poſſe cum ſuis diſpenſare in omni irregularitate illis tribus exceptis. Quod etiam conceſſit Gregor. XIV. in ſua Conſtit.17. §.27. pro Clericis Miniſtrantibus Infirmis, ſed pro foro conſcientiæ tantùm.

38 Præterea verò adeſt priuilegiũ à Pio V. in ſua Conſt.129. §.1. Monachis Caſs. conceſſum, & eſt ſequentis tenoris. *Motu itaque proprio, non ad ipſorũ Abbatum & Prælatorum, ſeu alicuius pro eis nobis ſuper hoc oblata petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera liberalitate noſtris Apoſtolicaque poteſtatis plenitudine, omnibus & ſingulis modernis & pro pro tempore exiſtentibus, Abbatibus & Prælatis Congregationis huiuſmodi quoſcumque illius pro tempore exiſtentes Monachos, Conuerſos, Commiſſos, & Oblatos, & tam Profeſſos, quam Nouitios in ea tamen perſeuerantes à quibuſuis criminibus reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis, & per eos, & eorum quemlibet tam ante quam poſt illorum in Congregationem huiuſmodi ac Monaſteria ſub illius obedientia exiſtentia ingreſſum, ſeu profeſſionem Regularem ibidem per eos emiſſam ex quauis cauſa, & ob quæuis exceſſum, & delictum publicum, vel occultum, caſu, ſeu data opera quomodolibet ab eis, & ſingulis etiam ſi homicidium voluntarium, ſeu membri mutilatio non tamen poſt ingreſſum huiuſmodi pro tempore ſubſecutum, ſeu ſubſecuta fuerit incurſis, & inſuturum incurrendis etiam ſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, vel de comprehenſis in Bulla, quæ die Cœnæ Domini, ſingulis annis legi conſueuit fuerint plenariè toties quoties opus fuerit iniuncta ſibi pro modo culpæ pœnitentia ſalutari quoad reatum homicidij in foro conſcientiæ tantum abſoluendi, & liberandi, ac in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, & fuerant ſtatum reintegrandi omnemq. inhabilitatis & infamiæ maculam, ſiue notam inde quomodolibet inſurgen. ab eis, & eorum quolibet prorſus abolen. ſecumq; quod præmiſſis nõ obſtan. non promoti ad omnes etiam ſacros & Presbyteratus ordines promoueri atque Monaſterijs einſdẽ Congregationis in Abbates, Priores, & Prælatos præfici nec non ad quaſcumq. alias d. Congregationis Prælaturas eligi, & aſſumi munusque benedictionis ſuſcipere, & tam illi, quam qui iam ante vel poſt præmiſſa ſunt vel fuerint promoti, præfecti & electi etiam ſi munus benedictionis huiuſmodi ſcienter ſuſceperint irregularitatibus, inhabilitatibus, reatibus, cenſuris, & pœnis huiuſmodi, vel alijs quibuſcumque criminibus irretiti, & innodati ſcienter Miſſas & alia diuina officia celebraſſent, ſimulac, ſeu alias munere benedictionis huiuſmodi quomodolibet vſi eſſent in Altaris miniſterio miniſtrare & dicto munere, vti nec non omnes, & quaſcumque Prælaturas obedientias adminiſtrationes, & officia Ordinis & Congregationis huiuſmodi retinere recipere gerere, & exercere liberè, & licitè poſſint, & valeant nullamque de præmiſſis in quibuſuis priuilegijs, facultatibus, diſpenſationibus, & conceſſionibus, etiam gratiã, vel iuſtitiã, ſeu mixtim cõcernentibus etiã per Sedem Apoſt. ſibi pro tempore conceſſis mentionem facere teneantur, miſericorditer in Domino diſpenſandi licentiam, & facultatem liberã Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò concedimus & elargimur.*

39 Habetur etiam aliud priuilegium Sixti IV: pro Carthuſianis, quod ex Compendio Societatis, §.4. refert *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.12. num.9.* Et ego de verbo ad verbum tranſcripſi ex libro priuilegiorum illius Sacratiſſimi Ordinis, pagina 44. & eſt ſequentis tenoris, videlicet. *Et vt ipſi Priores, & Fratres, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt dicti Ordinis, conſcientiæ pacem, & animæ ſalutem, Deo propitio poſſint, vt optant, faciliùs adipiſci, & indulgentiam huiuſmodi conſequi, Maioris Carthuſiæ, & alijs quinquaginta Prioribus domorum dicti Ordinis per ipſum Maioris Carthuſiæ Priorem pro tempore deputatis ad abſoluendum perſonas dicti Ordinis in ſingulis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis caſibus & cum eis diſpenſandi ex indulto fœlicis recordationis Eugenij Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri eis ad tempus conceſſo, & per nos approbato, & extenſo, perſonis dicti Ordinis tam ad effectum indulgentiarum huiuſmodi, quàm alias in ſingulis etiam hæreſis, & iniectionis manuum in Prælatum alterius Ordinis, & homicidij etiam voluntarij, ac mutilationis membrorum, caſibus in foro conſcientiæ dumtaxat, de abſolutionis beneficio, & opportunæ diſpenſationis gratia auctoritate noſtra perpetuò, futuris temporibus prouidendi alias iuxta Prædeceſſoris conceſſionem, & noſtram illius approbationem, & extenſionem: ita tamen quod ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario citra altaris miniſterium dumtaxat diſpenſent, eadem auctoritate præſentium tenore facultatem elargimur.* Fuit autem hoc priuilegium datum 1481.

40 Nonnulla alia afferri poſſent circa hoc priuilegia; vt eſt illud Bonifac. IX. pro Ord. Prædicat. in Conſtit. *Sacræ Religionis &c.* datum quinto Cal. Maij Pontificatus eius anno Tertio, & habetur in Bullario antiquo einſdem Ordinis; nihilominùs hæc relinquuntur, quia vel ſunt ſtrictiora præfatis, vel non habentur vt certa, vel ſunt viuæ vocis Oracula. Et quatenus aliquid ſpeciale continent, erit de illis ſermo in ſequentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Homicidium licitum, & illicitum.* n.41.
2 *Homicidium illicitum triplex voluntarium, caſuale, & neceſſarium.* n.41.
3 *Homicidium iuſtum non eſt propriè homicidium.* num.42.

*par.2.quaſt.*100. *art.*8. *ad tertium*. probat *Syluester ver.homicidium* 1. *num.* 1. Occiſio autem iuſta impropriè, & larga ſignificatione dicitur homicidium. Ideò vbi excipitur tanquam indiſpenſabilis irregularitas proueniens ex homicidio voluntario, ſub hac exceptione non comprehendi irregularitatem ortam ex homicidio iuſto, ſed illam ſolam, quæ eſt ex homicidio iniuſto, docuerunt meritò, *Nauar.cap.*27 *num.* 240. *Ludouic. Lopez in instruct. tom.*2. *p.*1. *c.*28. *Rodriq.in ſum.t.*2. *cap.* 179. *& tom.* 1. *quaſt.*24.*a.*9. *Vega in ſpecul.curat.cap.*12.*num.*325. *Mirand.t.*2.*q.*8.*num.*9. *Araujus p.*2.*quaſt.*76.*a.*4. *dub.* 4.*num.*13. *Molina tract.*3.*diſp.*33. *&* 39. *Suarez t.* 5. *in* 3. *p.diſp.*44.*ſect.*1. *& diſp.*45.*ſect.*2. *Sayr. de cenſ. l.*7.*cap.*7 *num.*5. *Vaſquez p.*2.*diſp.*10.*num.*39. *Anton. Roch. Vgolin. Auila, Ricc. Campan. Hier. Rodriq.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap.* 6. *ſeſſ.* 24. *de reform. Concil. Trident. & de offic. Epiſcop. allegat.*39. *numer.*46.

43 Et quia Prælatis Regularibus in præfatis priuilegijs conceditur facultas diſpenſandi vniuerſaliter in irregularitatibus, exceptis irregularitatibus ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum; cum occiſio iuſta non comprehendatur ſub homicidio voluntario, quod poſſint Prælati Regulares cum ſuis diſpenſare ſuper irregularitate, quæ eſt ex defectu lenitatis, vel quocunque modo ex iuſto bello, & venit ex occiſione iuſta, ſeu iuſto homicidio, docuerunt *Caiet.* 22. *qu.* 64. *a.*8. *ad ſecundum. Mercer. in* 3. *p. D.Thom.q.*24. *dub.*9. *Filliuc.tract.*19. *cap.*10. *num.* 281. *Hier. Rodriq. reſol.* 52.*num.*23. *Vega in ſpec. curat.t.*2.*cap.*12. §.32. *Petrus Cornejo in* 3.*p. D. Thom.tract.*5.*de irregul.diſp.*13.*dub* 3.*q.*2. *Diana p.*4.*tract.*2. *reſol.*69. *&* 70. *Villalobos tom.*1. *tract.*21. *diff.*18. *Lezana par.*1. *cap.*18.*num.*43. *Peyrin.ad conſtitut.*2.*Iulij* 2. *nu.*105. alios referens. Vbi benè aduertit, hoc locum habere, etiam ſi occiſio ex ſua ſpecie iuſta, fiat iniuſta, vel ex mali finis intentione, vel ex alia circumſtantia: quia ex circumſtantia non variatur intrinſeca ſpecies actionis, nec occiſio in ratione occiſionis, & ex obiecto iuſta, fit iniuſta in ratione occiſionis ex mala circumſtantia.

44 Et præterea cum homicidium caſuale non comprehendatur in propoſito ſub homicidio voluntario; nam Concil. Tridentin. ſeſſ. 14. cap.7. de reformat. expreſsè contradiſtinguit homicidium caſuale contra homicidium ex homicidæ directa voluntate perpetratum, quod etiam vocat homicidium ex propoſito. Ideò ſupra probatum eſt, quòd Epiſcopus non obſtante, quòd Concilium Tridentinum ſeſſ.24. cap.6. de reform. excipiat irregularitatem ex homicidio voluntario, poteſt in homicidio caſuali occulto diſpenſare. Idē dicitur de Prælatis Regularibus reſpectu ſuorum, nedum vigore conceſſionis Concil Trident. illis communis, ſed vigore priuilegiorum, & quia ſub exceptione illa irregularitatis ex homicidio voluntario non comprehenditur irregularitas ex homicidio caſuali. Ideò præter Doctores ſupra citatos, qui hoc tradunt de Epiſcopo, & eadem ratione de Prælatis Regularibus, hoc tenent *Caiet.*22.*quaſt.*64.*a.*8.*ad tertium*, vbi quod priuilegiati, quibus conceſſum eſt diſpenſare in irregularitatibus, niſi ſit ex homicidio voluntario contracta irregularitas, poſſunt diſpenſare cum irregularibus propter homicidium caſuale, quamuis culpabile, ſiue dando rei licitæ ſine debita adhibita diligentia, ſiue dando operam rei illicitæ. Et idem tenet *in ſum. ver irregularitas.* Item *Cord. in ſum. q.*34. *Viual. de irregul. num.*329. *Perez in rubr. de homicid. tit.*13.*l.*8.*ord.*1o. *Chapeauil. de caſib. reſeruat. cap.*10.*quaſt.*3. *Henriqu. l.*14.*cap.*9. §.3. *lit. A. Turrian. de cenſ.d.*9.*diſp.*63.*dub.*1. *Prep. in* 3.*p. qu.*5.*de irregul.dub.*10.*num.*74. *Diana p.* 4. *tr.* 2. *reſ.*72. Ideò quæ dicta ſunt ſupra de facultate Epiſcopi ad diſpenſandum ſuper irregularitate ex homicidiu caſuali, intelligenda ſunt etiam eſſe vera de Prælatis Regularibus. Cum hoc diſcrimine tamen, quod Epiſcopus ſolum diſpenſat ſuper irregularitate proueniente ex homicidio occulto; quia Concilium ſolùm ſuper irregularitate ex delicto occulto dat eis facultatem diſpenſandi. Sed Prælati Regulares habentes ex priuilegijs facultatem diſpenſandi abſolutè in irregularitatibus, diſpenſare poſſunt in irregularitate ex homicidio caſuali etiã publico. *Rodriq. & Mirand.* quos refert, & ſequitur *Sigiſm. à Bonon. de elect. dub.*68. *num fin. Vechius in praxi nouit. diſp.*9. *dub.*18. *num.*6. *Diana p.*4.*tr.*2. *reſol.*72. *fin. & p.*7. *tract.*2. *reſol.*31. *Donat. p.*3. *tr.*11. *quaſt.*10.

45 Et quia ſupra etiam probatum eſt Epiſcopum poſſe diſpenſare in homicidio commiſſo cauſa detentionis, & non ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, quia hoc non comprehenditur ſub nomine homicidij voluntarij; hoc etiam dicendum eſt de Prælatis Regularibus. Tum quia illis communis eſt facultas conceſſa Epiſcopis à Concilio Tridentino. Tum quia ex priuilegijs maiorem etiã habent facultatem. Puto tamen eſſe attendenda verba Concilij ſeſſ.14. cap. 7. de reformat. *Si verò homicidium non ex propoſito, ſed caſu, vel vim vi repellendo, vt quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſſum, &c.* Ex his enim verbis colligitur, quod tunc eſt caſus irregularitatis diſpenſabilis, quæ fit ex homicidio ad ſui defenſam, quando quis actu eſt inuaſus exercitè, & ideò cogitur vim vim repellere, non quidem, vt ſua bona, vel ſe à quocunque malo defendat, ſed vt ſe defendat à morte. Et licet vbi neceſſitas eſt ineuitabilis; & niſi occidat aggreſſorem, non poſſit aggreſſus ſe a morte defendere, non ſit neceſſaria diſpenſatio, quia non adeſt irregularitas. *Clemen. ſi furioſus vnic. de homicid.* Et ideò irregularitas diſpenſabilis ſit, quæ oritur ex homicidio ob ſui defenſam commiſſo ſine ineuitabili neceſſitate, ſeu non cum moderamine inculpatæ tutelæ; debet tamen adeſſe vel dubia, vel opinata neceſſitas mortis aggreſſoris ad hoc, vt aggreſſus ſe defendat à morte. Nam ſi aggreſſo manifeſtè conſtet, quòd ſine morte aggredientis poteſt ſe à morte defendere; & nihilominùs occidit aggredientem volens eius mortem in ſe, non occidit illum ad ſui defenſam, cum ſibi conſtet à morte poſſe ſe defendere ſine morte alterius.

46 Cæterum caſum hunc extendunt etiam ad homicidium patratum ad defenſam vitæ Patris, *Garz. de benef. p.*7. *cap.*11. *num.* 53. qui dicit hoc fuiſſe deciſum a Sacra Congregatione. *Barboſa ad cap.*7. *Concil. Trid. ſeſſ.*14. *de reform. n.*15.

47 Hoc etiam intelligi debere ſolum de irregularitate ex homicidio occulto, quia ſi ſit publicum ſolus Papa diſpenſat, tradit *Peyr. ad conſtit.*2. *Iulij* 2. *num.*116. Quod tamen non admittitur, loquendo

de

de Prælatis Regularibus Epiſcopo quidem in vi cõceſſionis ſibi factæ à Concilio ſeſſ. 24. de reformat. cap. 6. conceditur facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto occulto. Cap. verò 7. ſeſſ. 14. de reform. decernitur, vt ſi homicidium hoc ad defenſam ſit publicum, diſpenſatio ad ſacros ordines,& beneficia committatur Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, aut viciniori Epiſcopo. Sed quia Prælatis Regularibus ex vi priuilegiorum tribuitur facultas diſpenſandi ſuper irregularitate abſolutè, ſine reſtrictione ad eam, quæ eſt ex delicto occulto, immò in priuilegio Pij Quinti pro Caſſinen. habetur expreſsè facultas diſpenſandi, etiam ſi delictum ſit publicum; ideò Prælati Regulares poſſunt ſuos diſpenſare ſuper irregularitate prouenien te ex homicidio, vt ſupra neceſſario, etiam ſi publico.

48 Remanet igitur quæſtio de homicidio voluntario, quod eſt illud, quod fit per induſtriam, vel inſidias, vel ex voluntate directa, & propoſito occidendi, non vim vi repellendo, & ad ſui defenſam. Igitur ſi homicidium ſit notorium, vel publicum, non poſſent Prælatos Regulares ſuper irregularitate ex eo contracta diſpenſare, docuerunt *Sigiſ. de Bonon. de elect. dub. 68. num. 7. Donatus p. 3. tr. 11. quæſt 9. Tambur. tom. 2. diſp. 17. q. 6. num. 1.* Quoniam in priuilegio Martini Quinti, de quo infra excipitur irregularitas ex homicidio voluntario notorio. Iidem verò poſſe eos ſuos diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio voluntario occulto, tenuerunt *Rodriq. tom. 1. q. 24. a. 12. & in ſumm. p. 3. c. 18. num. 44. Hier. Rodriq. reſol. 52. n. 25. Mirand. tom. 2. q. 8. concl. 2. Portel. v. diſpenſare nu. 8. Bordon. reſol. 13 quæſt. 4. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 68. a. nu. 6. Donatus in praxi p. 3. tract. 11. qu. 9. Tamburin. vbi ſupra. n. 2.*

49 Fundantur primò in quodam priuilegio Martini Quinti conceſſo primo Priori Monaſterij S. Benedicti Vallisoleti, & poſtea extenſo ad omnes Priores, ſeu Abbates aliorum Monaſteriorum, per quod priuilegium conceditur facultas diſpenſandi in foro conſcientiæ ſuper omni irregularitate etiã in illis caſibus, in quibus Papa ſibi vicem reſeruat, (in morte videlicet, in membrorum truncatione, & enormi ſanguinis effuſione) dum tamen aliquod horum trium non ſit notorium, & hoc propter ſcãdalum. Hoc priuilegium refert *Caſarub. in compen. priuileg. v. abſolutio ordinaria quoad fratres*, & teſtatur ſe illud vidiſſe ſub ſigillo authentico in dicto Conuentu Sancti Benedicti Vallisoleti. Quia tamen idem *Caſarub.* hoc priuilegium ſignat litt. O. colligitur quod ſit viuæ vocis Oraculum; quia Oracula ipſe per eam literam notat. Nec obſtat, ſi quis dicat, Oracula viuæ vocis eſſe reuocata, quia ſunt reuocata oracula præiudicialia tantum - *Bordon. d. reſolut. 13. num. 14.* Hoc autem priuilegium nulli præiudicat. Tum etiam, quia Oracula data per officiales Papæ non ſunt reuocata. At verò regulariter oracula pro Regularibus data ſunt per Generales, vel Conſeruatores Ordinum, qui ſunt Officiales Papæ.

50 Verùm hoc priuilegium eſt incertum valdè, neque eſt eo vti ſecurum. Et primò quidem, quia eſt viuæ vocis Oraculum. Quod enim dicitur, reuocata eſſe illa ſola oracula, quæ ſunt præiudicialia, manifeſtè eſt contra textum Conſtit. 27. Gregor. XV, expreſsè reuocantis, *omnia, & ſingula indulta, facultates, priuilegia, gratias, & conceſſiones quaſcunque, &c.* per viuæ vocis oraculum conceſſas, & conceſſa Vnde principaliter reuocantur priuilegia, & gratiæ, & indulta, & ideò fauores, beneficia, dona, gratiæ per viuæ vocis Oraculum donatæ, & donata. Quod etiam habetur ex Conſt. 119. Vrbani VIII. quæ eſt 9. in Append. bullar. ibi, *omnia, & ſingula priuilegia, facultates, licentias, & gratias quaſcunque, &c.* Neque Pontifices motì fuerunt ad reuocãdas gratias viuæ vocis Oraculo conceſſas intuitu præiudicij, quod afferunt tertiò. Sed quia ex iuſtis cauſis Pontifici benè viſis, vt Greg. Quintusdecimus dixit. Vel vt magis explicitè dixit Vrbanus Octauus, quia *compertum ſit, conceſſiones, & gratias viua vocis Oraculo, etiam S. R. E. Cardinalibus obtentas; & ipſorum manu firmatas ſæpè ab his, in quorum fauorem emanarunt minùs canonicè interpretatione extendi, & perperam in diſciplina eccleſiaſtica detrimentum executioni demandari.* Quæ ratio eandem, immò maiorem locum habet in non præiudicialibus gratijs, quæ faciliùs etiam extenduntur. Ideò ex hac parte nulla eſt exceptio, ſed immò gratiæ, indulta, licentiæ, & cæteri huiuſmodi fauores dati viuæ vocis Oraculo etiam Cardinalibus caſſati ſunt, & reuocati.

51 Minùs valet, quod addebatur de officialibus Papæ. Ex eo maximè quod in propoſito non conſtat, vnde, & ex qua parte colligatur, Oraculum illud viuæ vocis habitum fuiſſe per Generalem, vel Conſeruatorem, vel per quemcunque alium, qui poſſit dici Officialis Papæ. Non igitur illud oraculum ex hac parte certam habet firmitatem.

52 Maiorem probabilitatem habere poſſet, id, quod petitur ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſc. & Regul. 11. April. 1625. quam refert *Caſtel. de elect. cap. 5. num. 36.* quod ſcilicet non ſint reuocata oracula, quæ fortita fuerunt effectum ante reuocationem, licet habeant tractum ſucceſſiuũ. Quoniam Patres Sancti Benedicti ante reuocationẽ erant in poſſeſſione huius priuilegij, quod habet tractum ſucceſſiuum, ideò non videtur reuocatum. Sed neque hoc ſuffragatur, quoniam declaratio illa Sacræ Congregationis loquitur de illis priuilegijs, quæ ſortita ſunt effectum principalem in perſona ſingulari, & licet quantum ad actus conſequentes, & exercitium priuilegij habeãt tractum ſucceſſiuũ, tamen pro ea perſona ſingulari, in qua ante reuocationem habuerunt effectum non cenſentur reuocata. Et ſic, qui per Oraculum viuæ vocis fuit creatus, aut Magiſter in Theologia, aut Prior Conuentus, aut Prouincialis ante reuocationem, etiam poſt reuocationem manſit Magiſter, aut Prior, aut Prouincialis cum ijs priuilegijs, facultatibus, & gratijs, quæ talibus de iure competunt. Sed non eſt ſenſus, quòd Oracula, & priuilegia generalia, facultates, gratiæ, indulta generalia, ſeu generi alicui perſonarum conceſſa, quæ habuerunt effectum principalem in aliquo indiuiduo illius generis, nedum pro illo, ſed nec pro quocunque alio indiuiduo in infinitum ſint reuocata, & ex quo habuerunt effectum in vno, habitura ſint in æternum effectum in quibuslibet ſucceſſoribus. Quia ante reuocationem hæc indulta non habuerunt effectum in ſucceſſoribus, ideò nec illum poſſunt habere in poſterum ex vi Oraculi reuocati. Et ſic facultas diſpenſandi ex vi Oraculi viuæ vocis, licet habuerit effectum

in

in Prælatis Regularibus ante reuocationem, non tamen habuit, vel habere potuit effectum in Prælatis ſucceſſoribus; quia Oraculum fuit reuocatum, nec in ſucceſſoribus habuit, quia nec habere potuit effectum. Aliter inania eſſet reuocatio gratiarum, & indultorum conceſſorum Generalibus, Prouincialibus, & Ordinibus; quia huiuſmodi indulta ante reuocationem habuerant effectum ſuum in aliquo Religioſo, vel Generali, vel Prouinciali; vnde ſi hoc ſufficit ad hoc, vt indulta Oraculo viuæ vocis conceſſa non ſint reuocata, nulla indulta generalia ſunt reuocata; quia omnia iam habuerunt effectum in aliquo indiuiduo generis. Sed veritas eſt, quòd indulta generalia cōceſſa viuæ vocis Oraculo reuocata fuerunt pro omnibus illis indiuiduis, in quibus ante reuocationem ſuum primarium effectum ſortita non fuerant. Ideò facultas diſpenſandi in irregularitatibus Oraculo viuæ vocis conceſſa Priori, vel Abbati S. Benedicti Valliſoleti; & alijs Prioribus, & Abbatibus eiuſdem Ordinis, non potuit, nec poteſt tranſire ad ſucceſſores, cum talis facultas fuerit per Gregorium Decimumquintum, & Vrbanum Octauum reuocata. Sic præterito anno 1658. cum Monaſterium S. Catarinæ Ordin. Prædicatorum Caſalenſis Ciuitatis prætēderet Confeſſarium ſuum non eſſe amouibilem, quoniam hoc illi conceſſum fuerat viuæ vocis Oraculo, habito per Cardinalem Hieron. Bernetium Ord. Prædicat. Sacra Congregatio Regularium noluit hoc admittere; quià priuilegium perpetuitatis Confeſſarij eſt tranſiens de perſona in perſonam, priuilegia verò habentia tractum ſucceſſiuum per tranſitum de perſona in perſonam, reuocata fuere: immò hæc ſunt quæ fuere principaliter reuocata reſpectu perſonarum, ad quos non tranſierunt ante reuocationem, quia intentum Pontificum fuit, vt gratiæ, facultates, indulta, priuilegia conceſſa Ordin. Generalib. Prouinc. & alijs Regular. licet iā ab eis poſſeſſa, non tranſirent in futurū ad aliquē Generalē, vel Prouincialē, aut aliū Regularem, ſed nullius roboris eſſent.

53 Quod etiam adduci poſſet, quia nimirum priuilegia Regularium etiam viuæ vocis Oraculo conceſſa, confirmata fuerunt ex certa ſcientia, & innouata, & de nouo conceſſa; vndè non ſunt ampliùs Oracula viuæ vocis, ſed priuilegia bullata, & per literas Pontificias conceſſa. Et ità de priuilegijs ante Pium Quintum conceſſis, ſenſit *Peyrin. tom. 3. cap. 12. ad conſtit. 18. Vrb. VIII. num. 1.* quòd non ſint reuocata. Sed & hoc parum valet. Tum quia confirmatio priuilegiorum non mutat eorum naturam, & quantùmcumque Oracula fuerint confirmata, nunquam ſunt niſi viuæ vocis Oracula. *Donatus p. 1. tract. 16. quaſt. 3.* Tum quia Greg. XV. reuocat vniuerſaliſſimè etiam Oracula confirmata, quia reuocat Oracula quantocunque, & qualitercunque ex quauis cauſa, etiam ex neceſſitate exprimenda conceſſa.

54 Quamobrem cum dictum Martini Quinti priuilegium ſit viuæ vocis Oraculum; non eſt vnde nunc eo velint vti Prælati. Accedit verò, quòd cum non habeatur per extenſum, non poſſumus ſecure de eius virtute, & extenſione iudicare. Et certè nec ex *Caſarub.* qui illud refert, conſtat de explicatio illa, poſita per parentheſim, ſcilicet, *in morte, in membrorum truncatione, & enormi ſanguinis effuſione,* ſit declaratio expreſſa in ipſo priuilegio, vel potius poſita ab ipſo *Caſarub.* in eo ſenſu explicante illam conceſſionem generalem. Nam ſi hoc eſſet, & in priuilegio contineretur ſolùm illa conceſſio generalis diſpenſandi etiam in ijs, quæ Papa reſeruare ſolet, non cōprehenderetur ſub illa clauſula irregularitas ob homicidium voluntarium, quæ inter irregularitates Papa reſeruatas eſt ſpecialiſſima, & non ſolita concedi.

55 Secundo fundatur in priuilegio Iulij Secūdi pro Ordine Prædicatorum, in quo conceſſit facultatem diſpenſandi in omnibus irregularitatibus etiam Papæ reſeruatis, hoc eſt in homicidio voluntario, & membrorum detruncatione, modò factum horum duorum non ſit notorium. De hoc priuilegio mentionem faciunt *Miranda tom. 2. quaſ. 8. a. 10. Sorb. ver. diſpenſatio circa finem. Compend. Societatis v. diſpenſatio §. 5. Compend. Hieron. ver. diſpenſatio num. 24. Peregrinus in compend. Theat. v. diſpenſatio §. 1. Donatus p. 3. tract. 5. quaſt. 36. num. 15. & tract. quaſt. 9. num. 5.* Verùm de hoc priuilegio minimè conſtat; nam *Sorbus, & Peregrinus* locis citatis, referunt hoc priuilegium tanquam habeatur in libro priuilegiorum Ordinis Prædicatorum pagin. 173. Et quidem verum eſt, quòd in libro priuilegiorum Ordinis Prædicatorum collectorum, per Generalē Vſumaris pag. 173. habetur bulla Iulij Secundi cōtinens ſingulare, & magnum priuilegium, per quod conſeruatur facultas abſoluendi competens Prælatis huius Ordinis ex Mari magno, contra bullam in cœna Domini. Dubitans enim Generalis Caietanus, an per clauſulas derogatorias bullæ cœnæ adempta eſſet Prælatis Ordinis facultas abſoluendi, quam ex mari magno Sixti Quarti habebant, porrexit libellum ſupplicem Pontifici, vt dignaretur hanc dubitationem tollere. Et Pontifex reſcripſit in hanc formam. *Nos igitur eiuſdem Sanctæ Sedis auctoritate decernimus, quòd illi, quibus in prædicta declaratione, conceſſa eſt poteſtas abſoluendi, & diſpenſandi, licitè poſſint perpetuis temporibus abſoluere, & diſpenſare ab omnibus, & ſingulis, ac ſi prædicta bulla cœnæ Domini non eſſet facta, nec fieret, præterquàm a conſpiratione in Summum Pontificem, & ab illis propter quæ prædictus Prædeceſſor noſter declarādo voluit ad eundem Sedem eſſe recurrendum.* Hic nulla mētio expreſſa irregularitatis ex homicidio voluntario, nec vlla noua facultas abſoluendi maior, quàm illa, quæ Prælatis Ordinis Prædicatorum competit ex mari magno Sixti Quarti, ſed ſolùm conceditur firmitas dictæ facultatis cōtra clauſulas derogatorias bullæ cœnæ, in qua tamen, vt ſupra probatum eſt, hoc priuilegium nunc eſt reuocatum. Immò cum in hoc priuilegio excipiantur caſus, in quibus Sixtus Quartus declarauit eſſe recurrendum ad Sedem Apoſtolicam, & inter hos ſit caſus irregularitatis ex homicidio voluntario, manifeſtè ſequitur, quod & ex vi huius priuilegij prohibentur Prælati Ordinis Prædicatorum, ne diſpēſent in irregularitate ex homicidio voluntario. Cæterùm in eo libro priuilegiorum Ordinis Prædicatorum, ſunt tres aliæ Conſtitutiones Iulij Secundi, ſed in nulla earum dicitur aliquid, quod pertineat ad abſolutionem à cenſuris, & diſpenſationem ſuper irregularitatibus Papæ reſeruatis, vt vnuſquiſque videre poteſt. Priuilegium igitur aſſertum, in loco vbi dicitur eſſe, non reperitur. Vbi verò alibi ſit, non aſſeritur, nec in libro priuilegiorum dicti

Ordi-

Ordinis dicti aſſerti priuilegij vlla habetur mentio, cum tamen pluribus in locis de facultate hac abſoluendi, & diſpenſandi ſermo habeatur. Immò in libro priuilegiorum Congregat. Lombardiæ plura priuilegia contineantur, in quibus conceditur facultas vniuerſalis abſoluendi a cenſuris, & diſpenſandi in irregularitatibus, & nihilominùs ſemper vel excipiatur caſus homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis, vel detur alia exceptio, per quam excipiuntur caſus ex malitia prouenientes, vt videre eſt pag. 28. & 29. Aſſertum igitur priuilegium non eſt certum, nec ſecurum, nec adeò manifeſtũ, vt quis in conſcientia ſecurè, & tutè eo vti poſſit.

56 Tertiò adducunt aliud priuilegium Pauli Tertij conceſſum Congregationi S. Benedicti Valliſoleti, in quo conceditur facultas diſpenſandi ſingulis annis prima die Lunæ Quadrageſimæ in quibuſcumque irregularitatibus ex quacunque cauſa contractis. Duplici modo fuit hoc priuilegium conceſſum præfatæ Congregationi; primò ſcilicet per viuæ vocis Oraculũ factum Card. Antonio Tituli SS. IV. Coronat. & Epiſcopo Sabin. ſub dat. Romæ 14. Aprilis 1544. Pontificatus Pauli Tertij anno decimo. Secundò per breue eiuſdem Pauli Tertij, quod incipit. *Exponi nobis, &c.* & datum fuit die 12. Martij 1545. Pontificatus eius anno vndecimo, & vtrumque habetur in Bullario Rodriquez inter bullas Pauli Tertij 9. & 10. Prætermiſſo verò illo Oraculo, in quo nec habetur verbum expreſſum de diſpenſatione ab irregularitatibus, fit vis in ſecundo, & in illis verbis. *Et cum eis, ſuper quibuſuis irregularitatibus per eos, pro tempore quauis occaſione, vel cauſa contractis diſpenſare, prout hactenus, vt præfertur conſueuiſtis, dicta auctoritate valeatis, &c.* Cum igitur Pontifex abſolutè, ſine aliqua exceptione, ſed vniuerſaliſſimè concedat facultatem diſpenſandi ſuper quibuſuis irregularitatibus, ex quacunque cauſa contractis, nec excipiat eas, quæ ſunt ex homicidio, vel bigamia, & hoc priuilegium nunquam fuerit reuocatum, ſequitur quòd ex eius virtute Prælati dictæ Congregationis, & ex conſequenti per communicationem Prælati aliorum Ordinum poſſint ſuper quauis irregularitate etiam ex homicidio voluntario contracta, diſpenſare.

57 Verum conſiderandum eſt primò, per huiuſmodi priuilegium concedi facultatem diſpenſandi ſolum pro feria ſecunda primæ Dominicæ Quadrageſimæ; quo die tranſacto, nulla remanet facultas, & datum eſt illud priuilegium intuitu conſuetudinis id faciendi, quæ prius erat. Cum verò in alijs Ordinibus, nec ſit hic vſus, nec vnquam fuerit introductus, vt dicta feria ſecunda detur huiuſmodi abſolutio, & diſpenſatio; nec poteſt alijs Ordinibus hoc priuilegium communicari cum nõ ſit conceſſio abſoluta, ſed conceſſio faciendi prout hactenus conſueuiſtis; vnde non conuenit his, qui non conſueuerunt: & quatenus illud priuilegium eſſet communicabile, per non vſum à centum quatuordecim annis vſque ad hunc annum 1659. eſt pluſquam amiſſum, & non communicatum. Secundò conſiderandum eſt, quòd eſt regula iuris, quòd ſub conceſſione generali fauorabili licet, & gratioſa non veniunt, quæ ſunt difficillimæ conceſſionis, & quæ non conſueuerunt concedi, ſed immò ſemper conſueuerunt excipi, & negari. Talis verò eſt facultas diſpenſandi in irregularitatibus ex homicidio, bigamia, & mutilatione, vt patet ex tot, & tantis priuilegijs, in quibus alia facultas excipitur, & negatur. Et quòd Paulus Tertius eam non exceperit in dicto priuilegio forſan fuit, quia cum non concederet facultatem diſpenſandi, niſi pro die determinata, & pro Religioſis obſeruantibus, & non abſolutè, ſed prout ipſi priùs conſueuerant abſoluere, præſumpſit meritò Pontifex non fuiſſe conſuetum diſpenſare in illis irregularitatibus, quia meritò præſumi poterat. numquam accidiſſe inter illos, quod aliquis ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione fuerit irregularis. Et quia aliàs hæc irregularitas ex regula iuris tanquam excepta intelligenda erat, ſi vnquam contigiſſet (quod eſſet rariſſimum) quod in illo die inueniretur inter illos Religioſos aliquis irregularis ex homicidio, vel bigamia, vel mutilatione membrorum.

58 Fundantur quartò in ratione, quoniam *Conar.* multis allegatis in *Clem. ſi furioſus, de homicid. §. 4. num. 4. Mirand. tom. 2. q. 8. concl. 1. Angelus in ſumm. v. homicidium* 2. 6. *Lezana p. p. c. 18. nu. 44. circa medium, & Donatus p. 3. tract. 14. q. 9. num. 8.* & alij viri grauiſſimi, exiſtimant probabiliter Epiſcopum poſſe diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio omninò occulto, quod non poteſt probari per teſtes, ſed per ſolam rei confeſſionem poteſt ſciri; quia de iure communi hæc irregularitas non eſt reſeruata Papæ, & Concilium Tridentinum non abſtulit ab Epiſcopis, quod illis de iure communi competebat. In eo enim cap. 6. intendit ampliare, & ampliat auctoritatem Epiſcoporum, non verò illam reſtringit. Si igitur hoc poſſunt Epiſcopi, eadem ratione poſſunt Prælati Regulares habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Ex citatis DD. P. Lezana meus amiciſſimus, & vir ingenio, pietate, zelo, aſſiduitate laboris, exacta obſeruantia, eruditione conſpicuus, & in magna æſtimatione apud Pontificem, & Curiam Romanam, cum proximè præterita Dominica de more tanquam Procurator Generalis orauit in Sacello Pontificio, die Lunæ febri correptus, hodie 29. Martij 1659. mundum hunc reliquit, præmia laborum, & lucubrationum ſuarum in cœlo recepturus. Quamuis verò hi DD. auctoritate præſtent; nihilominùs, vbi loquuntur ſine textu, & efficaci ratione, contra textum non eſt in praxi admittenda eorum opinio. Sic verò eſt, quòd homicida occultiſſimus eſt irregularis, & ita vt in hac irregularitate ſolus Papa diſpenſet, *cap. miror*, quod eſt *Io. Papæ VIII. diſt. 50. cap. fin. de tempor. ordin.* Quod & confirmatur ex Conc. Triden. abſolutè excipiente caſum occulti homicidij, ne in eius irregularitate Epiſcopus diſpenſet, quod etiam fecerunt Pontifices in concedenda facultate diſpenſandi ipſis Regularibus, vnde velle ex hac abſoluta, & indiſtincta exceptione ſine textu diſtinguente, & concedente excipere homicidium, quòd ſit omninò occultum non eſt rationabile; & ideò communis ſententia eſt, quòd irregularitas ex homicidio etiam occultiſſimo ſit Papæ reſeruata, *Syluest. v. homicidium 3. num. 11. ver. quartum, Nauarr. capit. 27. num. 239.* vbi conſultò tanquam ſuperflua omiſit, quæ in impreſſionibus anterioribus ad hoc probandum adduxerat. *Sayr. de cenſ. l. 7. cap. 7. numer. 9. Suarez de cenſ. diſp. 44. ſect. 4. num. 35.* Et hæc irregularitas adeò eſt indiſpenſabilis ab Epiſcopo, vt non defuerint, qui dixerint ſuper ea, nec Papam

poſſe

Digitized by Google

poſſe diſpenſare, quia ex iure diuino Exod.21. incurratur. Et quamuis hoc ſit falſum, quia hæc irregularitas ex iure humano incurritur, vt communiter docent DD. & probat *Panorm.in cap. ſicut dignum de corpor. vitiat.* Nihilominùs eſt & per Papam tam difficilè, vt in ea diſpenſeror, vt Io. VIII. Papa, in *d. cap. Miror, 4. diſt.* 50. miratus ſit; quòd Epiſc. Vticenſis iudicauerit poſſe homicidam admitti vt in ſuſcepto ordine miniſtraret, & vt hoc Papa permitteret ſuaſiſſe, cum omnino ſit Canonicæ diſciplinæ contrarium. Quid autem dixiſſet, ſi ille Epiſc. prætendiſſet, poſſe cum dicto homicida diſpenſare? Nunquam igitur potuit, neque poteſt Epiſcopus in irregularitate ex homicidio quantumuis occulto diſpenſare.

59 Quamobrem dicendum eſt Prælatos Regulares nunquam potuiſſe, nec poſſe cum ſuis ſubditis diſpenſare ſuper irregularitate ex homicidio voluntario quantumuis occulto, quia nunquam fuit illis conceſſa hæc facultas, ſed immò ſemper excepta, & negata, & ita tenent *DD. Nauar. cap.27. num.240. Suarez de cenſ. diſp.44. ſect.4. num.35. Sayr. lib.7. de cenſ. cap.7. num 29. Peyr. ad Conſtit. 2. Iulij II. num.101.*

60 Admittit tamen hæc aſſertio limitationem ex priuilegio Pij Quinti pro Caſſinen. ſupra relato, in quo conceditur facultas diſpenſandi in foro cõſcientiæ tantùm in irregularitate ex homicidio etiam publico, vel mutilatione ante ingreſſum religionis incurſa, non tamen poſt religionis ingreſſum. Et quidem ſapientiſſimè hæc conceſſio limitata eſt ad irregularitatem incurſam ante ingreſſũ Religionis; quia ſi benè penſemus negotium, facultas diſpenſandi ſuper homicidij patrati intra Religionem irregularitate non eſt grandis fauor, neque gratia Religionibus conceſſa, ſed cederet in grande præiudicium pacis, quietis, ſecuritatis, & tranquillitatis Religioſorum, ſi homicidæ, & mutilatores membrorum de facili intra Ordinem obtinere poſſent abſolutionem à pœnis, & diſpenſationem ab irregularitate; ideo Pontifices in facultate diſpenſandi data Prælatis Regularium etiam in hoc conceſſerunt gratiam, quod negauerunt facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate ex homicidio voluntario & mutilatione membrorum.

61 Alia limitatio dari poteſt ex priuilegio Sixti IV. pro Chartuſian. ſupra relato, in quo conceſſum fuit Generali dicti Ordin. vt per ſe, vel per 50. Prælatos inferiores à ſe pro tempore deputandos, & cum ſuis poſſet in omnibus caſibus Papalibus diſpenſare pro foro conſcientiæ tantùm, etiam in homicidio voluntario, cum limitatione tamen, ſcilicet citra altaris miniſterium. Et licet *Peyr. ſupra citatus*, adhuc exiſtimet per ſimile priuilegium nõ concedi facultatem ſuper irregularitate homicidij de induſtria, & per inſidias patrati; tamen limitatio non eſt admittenda; quia immo homicidium voluntarium præcipuè importat illud, quod fit per induſtriam, vel inſidias, vnde ſub nomine homicidij voluntarij venit homicidium per induſtriam, & inſidias, & ideo conceſſa facultate diſpenſandi ſuper irregularitate ex homicidio voluntario conceditur facultas diſpenſandi ſuper irregularitate ex homicidio per induſtriam, & inſidias commiſſo. Sed & hoc priuilegium eſt limitatum ad perſonam Generalis & quinquaginta Prælatorum, & pro foro conſcientiæ tantùm, & citra altaris miniſterium, & an hæc deputatio ſit in vſo apud alios ordines neſcio, quod in Ordine Prædicatorum huiuſmodi Prælati non ſunt deputati. Vnde & hoc priuilegium per non vſum amiſſum eſſe, & non communicatum dicendum eſt.

S V M M A R I V M.

1 *Bigamiam 7. modis quis committit. n.62.*
2 *Bigamia propria interpretatiua, & ſimilitudinaria. n.62.*
3 *Prælatos Regulares poſſe diſpenſare in bigamia quidam tenent. n.63.*
4 *Eorum fundamentum n.64.*
5 *Tempore D. Thomæ Epiſcopus in bigamia diſpenſabat ad Minores Ordines. n.65.*
6 *Epiſcopus nec ad Ordines Minores poteſt in bigamia diſpenſare. n.66.*
7 *Nec etiam vt bigamus in ordine miniſtret. numer.67.*
8 *Epiſcopum poſſe diſpenſare in bigamiæ irregular. cum eſt ex delicto, non admittitur n.68.*
9 *In irregular. ex bigamia ſimilitudinaria pura diſpenſat Epiſc. ad Ordines Minores etiam ſi ſit publica. n.69.*
10 *Non tamen ad ordines maiores. n.69.*
11 *In irregular. ex bigamia ſimilitudinaria & ſimul interpretatiua ex delicto non diſpenſat Epiſcopus num.69.*
12 *In omni caſu in quo poteſt Epiſc. poſſunt Prælati Regular. diſpenſare in irregular. ex bigamia. numer.70.*
13 *Cum Regularibus exemptis non poteſt Epiſcopus diſpenſare in bigamia ſimilitudinaria. numer.71.*
14 *Priuilegia plura Martini V. &c. ex quibus non habetur facultas diſpenſandi in bigamia. numer.73.*
15 *Priuilegium Sixti IV. pro Minoribus incertum, & non dans facultatem diſpenſandi in bigamia. num.73.*
16 *Priuileg. Sixti IV. pro Chartuſianis non comprehendit irregularitates, quæ non ſunt ex delicto. num.74.*
17 *Priuileg. Pij V. pro Caſſinen. non comprehendit irregul. quæ non ſunt ex delicto. n.75.*
18 *Priuilegium ex compendio Hieron. confuſum, incertum. n.76.*
19 *Prælati Regulares non poſſunt diſpenſare in bigamia vera, vel interpretatiua. n.77.*
20 *Prælatos Regulares poſſe in bigamia diſpenſare ad dignitates improbabile. n.78.*
21 *Prouinciales Ord. Prædicat. in Indijs diſpenſant in bigamia. n.79.*

62 QVæritur quartò. An Prælati Regulares cum ſuis diſpenſare poſſint ſuper irregularitate ex bigamia. Bigamiam diuidunt DD. in propriam, interpretatiuam, & ſimilitudinariam. Nam vt habet *D. Thom. 4. diſt.27. qu.3. art.3.* & aduertit *Syl. v bigamia num.1.* 7. modis committitur bigamia. Primò cum quis habet plures vxores de iure,

ſcilicet ſucceſſiuè. Secundò cum ſimul habet plures vxores, vnam de iure, & legitimam, aliam de facto; quia ſcilicet contraxit matrimonium cum ſecunda & eam affectu maritali cognouit, viuente prima legitima vxore. Tertiò cum habet plures ſucceſſiuè vnam de iure, & aliam de facto, vt ſi mortua prima vxore legitima contrahat matrimonium & conſumet cum conſanguinea in gradu dirimente matrimonium. Quartò quando quis viduam duxit in vxorem. Quintò quando contrahit, & conſumat matrimonium cum corrupta ab alio, etiam ſi ipſe hoc ignoret. Sextò cum quis cognoſcit propriam vxorem, poſtquam illa adulterauit, etiam ſi ipſe id ignoret, immò etiam ſi id faciat ex præcepto Eccleſiæ. Septimò bigamus eſt ex ſtatuto Eccleſiæ, qui poſt votum ſolemne caſtitatis emiſſum, vel in profeſſione Religionis, vel in ſuſceptione Ordinis ſacri contrahit matrimoniũ & conſumat, etiam ſi virginem ducat. Bigamia propria conſiſtit in primo ex dictis modis, cum ſcilicet aliquis plures vxores legitimas ſucceſſiuè ductas cognoſcit, *cap. deinde, & cap. Acatius 26. diſt.* At verò interpretatiua bigamia dicitur, quando quis ex vno ex quinque ſubſequentibus modis fit bigamus, vt ſi ſimul, vel ſucceſſiuè cum pluribus contrahat & conſumet licet inualidè, *cap. nuper, final.* de bigamia; vel ducit viduam, ſeu corruptam, *cap. ſi quis viduam. cap. præcipimus 34. diſt. cap. quiſquis 84. diſt.* vel cum quis vxorem adulterã cognoſcit *c. ſi vnius. & c. ſi laici 34. diſt.* Bigamia verò ſimilitudinaria conſiſtit in vltimo modo, cũ ligatus voto ſolemni caſtitatis contrahit matrimoniũ & conſumat cum aliqua, *cap. quotquot 124. 27. q. 1.*

63 Prælatus igitur Regulares poſſe cum ſuis diſpenſare ſuper irregularitate ex Bigamia plures tenent, nimirum *Henriq. lib. 12. cap. 6. §. 11. lit. Z. Auila de cenſ. diſp 8. dub. 4. concl. 8. Portel. v. diſpenſare in addit. num. 1. Rodriq. reſol. 16. in addit. num. 14. Peyr. in Præl. regul. q 2. cap. 5. §. 8. num. 99.*

64 Primò verò fundatur hæc opinio, quia in hac irregularitate diſpenſat Epiſcopus cum ſuis. Nam quod Epiſcopus poſſit diſpenſare in bigamia in ordine ad ſuſcipiendos minores ordines, & miniſtrandum in illis, & ad beneficia ſimplicia, docuerunt *D. Thom. 4. d. 27. q. 3. art. 3. & eod. diſt. Alber. Mag. art. vlt. Durand q. 4. in fin. corp. Palud. q. 4. art. 5. num. 35. Sotus q. 3. art. 3. concl. 2. Petrus de Soto ſect. 18. de matrim. par. 5. verſ. reſtat iam. Petrus de Ledeſm. q. 66. ar. 5. concl. 3. Bartholom. à Ledeſma de matrimon. dub. vlt. Gloſſa in cap. 2. verb. diſpenſare, de ſimonia. Hoſtien. ibi & in ſum. eod. tit. in fine, Albericus v. Bigamia in fin. Aſten. 2. par. lib. 6. tit. 7. art. vn. q. 7. Turrecr. cap. lector. diſt. 34. art. 7. concl. 1. Sylu. v. Bigamia q. 7. Armilla num. 9. Tabien. q. vlt. & ex Modernis Sanchez lib. 7. de matrim. cap. 6. num. 11.* plures referens *Cornejo in 3. par. D. Thom. tract. 5. de irregul diſp. 10, q. 5. Azor. p. 2. lib. 5. cap. 20. q. 2. Mirand. tom. 2. q. 8. art. 2. concl. 2. Sayr. l. 6 c. 6. n. 11. Alzedo in praxi p. 2. c. 6. n. 52 Io. de la Crux in direct. p. 2. de irregul. dub. 1. concl. 1.*

65 Sed licet tempore, quo ſcripſit D. Thomas hæc ſententia eſſet & vera, & communis, & certa, ex *cap. lector diſt. 34.* Nam d. caput, quod ſic habet. *Lector, ſi viduam alterius vxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut ſi fortè neceſſitas ſit, Subdiaconus fiat, nihil autem ſupra. Similiter & ſi bigamus fuerit*, non poteſt intelligi niſi de Epiſcopo. Nam cum prohibeat bigamum diſpenſari ad Ordinem Diaconatus, & Presbyteratus, admittat verò in neceſſitate diſpenſari etiam ad Subdiaconatum, (qui, vt aduertunt *Goſred. & Hoſtien. in ſumma in fin.* tunc inter ſacros Ordines non numerabatur) nõ poteſt textus intelligi de Pontifice; quia Pontifex etiam ad maiores ordines poteſt, cum bigamo diſpenſare, quod fieri prohibet Martinus Papa in eo textu. Loquitur igitur de Epiſcopo, cui conceditur, vt etiam in neceſſitate diſpenſare poſſit cum bigamo ad ordinem Subdiaconatus. Et ita ſpectato illo iure tempore Diu. Thomæ dicendum erat.

66 Verùm attento iure nouo aliter nunc dicẽdum eſt, ſcilicet non poſſe Epiſcopum etiam ad Ordines Minores & beneficia ſimplicia diſpenſare cum bigamo bigamia propria, vel interpretatiua. Ius nouum habetur primò ex Gregor. X. in Concil. Lugdun. & continetur in *cap. Altercationis*, de bigamia in 6. *Altercationis antiquæ dubium præſentis declarationis Oraculo decidentes, bigamos omni priuilegio clericali declaramus eſſe nudatos. Et coercitioni fori ſecularis addictos conſuetudine contraria non obſtante. Ipſis quoque ſub anathemate prohibemus deferre tonſuram, vel habitum clericalem.* Cum ergo Concilium hos bigamos declaret nudatos omni priuilegio clericali, & adeo vt illis prohibeat deferre tonſuram, & habitum clericalem, multò magis prohibet illos ordinari, vel etiam ad primam tonſuram admitti. Et cum hoc ſit decretum Conciliare, nec Epiſcopo detur facultas, vt in eo diſpenſet, non eſt vnde Epiſcopus hac diſpenſandi facultate vti poſſit. Et ita in Concil. Trident. ſeſſ. 23. cap. 17. de reform. in hunc ſenſum decernitur. *Quod ſi miniſterijs quatuor Minorum Ordinum exercendis cælibes præſto non erunt, ſuffici poſſunt etiam coniugati, vita probata, dummodò non bigami, ad ea munia obeunda idonei, qui tonſuram, & habitum clericalem in Eccleſia geſtent.* Cum Prælatis verò Eccleſiarum loquitur ibi Concilium, quibus prohibet, vt ad miniſteria Ordinum Minorum habenda etiã in caſu neceſſitatis bigamos nõ adhibeãt. Quatenus autem aliquis huiuſmodi iura interpretari voluiſſet, vt antiquam Epiſcoporum facultatem oſtenderet non fuiſſe ablatam, & hoc effugium ablatum fuit per declarationem Eminentiſs. Cardinalium Concilij Trident. interpretum, quæ habita fuit die 30. Ianuarij 1589. & per quam declaratum fuit, nedum Epiſcopum non poſſe cum bigamo diſpenſare, vt poſſit accipere primam tonſuram, & beneficia ſimplicia obtinere, ſed Epiſcopum ſuſpendendum eſſe à collatione ordinum, & promotum ab ordinum executione, ipſumque promotum fructus non feciſſe ſuos. Quam declarationem ſibi relatã approbauit Sixtus V. prout referunt *Garz. de benef. p. 7. c. 6. n. 5. Piaſec. in praxi par. 2. c. 1. art. 10. num. 11. Molſes. in ſum. tom. 1. tract. 6. c. 7. num. 28. Vecb. in praxi nonit. diſp. 9. dub. 15. nu. 2. Tambur. de iure Abb. to. 2. diſp. 7. q. 3. num. 2. Nonar. tract. de elect. Fori quæſt. 52. num. 25. Diana p. 4. tract. 2. reſol. 62. Barboſa de offic. Epiſc. alleg. 49. num. 22.* Ideo ſententiam hanc, quod ſcilicet, non poſſit Epiſcopus diſpenſare ſuper irregularitate ex bigamia propria, vel interpretatiua ad Ordines Minores, & beneficia ſimplicia tenuerunt. *Io Andr. cap. vnico de bigamis in 6. num. 1. & ibi Anchar. num. 8. Domin. num. 5. Franc. nu. 4. Gloſſ.*

v. biga-

v.bigamos, Lopez 2.par.inſtruct.c.2. In prima irregularitatis ſpecie. Et de bigamis indiſtinctè loquentes. *Anton.c.2.de bigm.num.8. & ibi Abbas num.5. Villadiego de irregular.cap.16.& Toledo l.1. cap.26. num.8.* & alij apud *Sanchez l.7.de matr.diſp.86.n.9. Villalobos tom.1.tract.21.diffic.31.num.13.Turrian. de cenſ.l.9.diſp.70.dub.5.* & alij plures quos referunt & ſequuntur *Diana, & Barboſa ſupra citat.*

67 Et hoc extenditur, vt licet *Angelus v. bigamia num.8. Abbas in cap.ſuper eo num.5.de bigamis. Nauar.c.27.num.197.Valent.p.4.diſp.7. q.19. par.3. Rodriq.in ſum.cap.158.* dixerint Epiſcopum poſſe cum bigamo diſpenſare, vt mortua vxore in ſuſceptis ordinibus miniſtret, neque hoc admitti poſſit. Concilium enim Tridentinum de hoc bigamo ordinato loquebatur dum prohibuit illum adhiberi ad miniſteria Ordinum Minorum exercenda. Et ita etiam declaraſſe Sac.Congreg. in vna *Feretrana 13.April.1630.* referunt *Sell.in ſelect.canon.c.19.n.6. Barboſa de off.Epiſc. alleg.49. num 25. & ad cap.17. ſeſſ.23.Conc.Trid.de reform.nu.5. & eſt ſenſus DD.* quos retuli *num. ſuperiori.*

68 Limitatur verò præfata aſſertio, vt quatenus aliqua irregularitas ex bigamia interpetatiua non ſit ex ſignificatione, ſed ex delicto, in ea ſi ſit occulta poſſit Epiſcopus diſpẽſare etiã ad maiores ordines, quia Conc. Trid. concedit Epiſc. facultatẽ diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto occulto orientibus excepta illa, quæ eſt ex homicidio voluntario. Ita *Sanchez d.l.7.de matr.diſp.86.n.23. Prapoſ.in 3.p.diſp.5.de irreg.dub.7.num.138.Vech. in prax.nouit.diſp 9.dub.15.num.3. Barboſa d. alleg.49. n.25.Henriq.l.12.c.6.in fin.* Et non improbabile putat *Diana p.4.tr.2. reſol.61.* Qui nihilominus limitationem non eſſe admittendam cenſet, & meritò, quoniam Concil. Trid. in ea ſeſſ.23. cap.27. abſolutè prohibet admitti bigamos etiam ad miniſteria Ordinum Minorum. Et declaratio illa Sac. Congreg. approbata à Sixto Quinto eſt abſoluta. Et Conc.Trident. in ea ſeſſ.24.cap.6. de reform. intelligi poteſt de ijs irregularitatibus, quæ ex genere ſunt ex delicto, non verò ex bigamia, quæ per ſe eſt ex ſignificatione, & quatenus ſit ex delicto per iura æquiparatur ei, quæ eſt ex ſignificatione.

69 Limitandam etiam eſſe aſſertionem, vt non intelligatur de irregularitate ex bigamia ſimilitudinaria ſi ſit occulta, quia hæc eſt ex delicto, non ex ſignificatione tenuerunt. *Sanch.d. lib.7.de matr. diſp.86.num.23.ex Rodriq.tom.1.c.158. Vega tom.1. cap.38.caſu 1,Palat.4.d.27.diſp.4.Henriq.d.l.12. c.6. num.1.* Sed hoc negat *Maiolus de irregul.l.1.c.33. num.7.* Sed cum alijs dicendum eſt, quod ſi ligatus voto ſolemni duxit & cognouit virginem, cum eo poteſt Epiſcopus diſpenſare, vt expreſsè habetur, *c.Sacerdotes. de cleric. coniugatis, & cap.1 qui clerici, vel vouentes*, ſed ſi duxit & cognouit viduam, aut corruptam, aut duplex iniſt matrimoniũ & ſic eſt irregularis etiam ex bigamia interpretatiua non poteſt Epiſcopus cum eo diſpẽſare, vt expreſsè etiã decernitur, *cap.nuper 4. & cap fin.de bigamis.* Et ita bene diſtinguentes tradiderunt. *Gloſſ. v.diſpenſatiuè, in cap.1.& v.in ſubdiaconatu, in cap.2.qui clerici, vel vouentes, & verb. diſpenſari, in cap. nuper de bigamis. Gomez tract breuium num.20. & 21. Conar. in Clem. ſi furioſus par.1.§.2.num.2. Nauar.cap.27. num.197.in fin.Turrian.de cenſur.lib.9.diſp.70.dub.5 Barboſa* plures referens *alleg.49.num.26.Diana p.4 tract.2.reſol.62.in fin.* quod eſt verum etiam ſi bigamia ſit publica vt poſſit Epiſcopus cum huiuſmodi bigamo diſpenſare ad Ordines Minores. In hoc enim ſenſu loquuntur etiam DD. citati, quia textus illi hanc Epiſcopo tradunt facultatem. Sed etiam ſi bigamia ſit occulta non poteſt Epiſcopus diſpenſare ad ordines maiores, ſed in bigamia iſta ſi ſimul ſit interpretatiua nullo modo diſpẽſat Epiſcopus. Nam benè ponderatis illis textibus apparet, quòd bigamiam illam interpretatiuam æquiparant bigamiæ interpretatiuæ ex ſignificatione, & licet, vt benè ponderatur in illis textibus, qui eſt voto ſolemni ligatus nunquam verè contrahat, & legitimè, nihilominùs ob affectum intentionis cum opere ſubſecuto, cenſuerunt non poſſe cum huiuſmodi diſpenſari tanquam ſi eſſet verus maritus viduæ. Propter quod licet hæc irregularitas ſit ex delicto, nihilominùs in ea etiam occulta non poteſt Epiſcopus diſpenſare, quia non eſt pura irregularitas ex bigamia ſimonia ſimilitudinaria, ſed ex interpretatiua tali, quam textus illi æquiparant illi quæ eſt ex bigamia ex ſignificatione, & volunt, huius bigamiæ eam rationem habendam eſſe, quæ haberetur ſi legitimè viduam duxiſſet, & cognouiſſet. Et per hoc magis apparet, quòd non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate ex bigamia interpretatiua etiã ſi ſit ex delicto, & occulta, quia iura hanc æquiparant bagamiæ eius qui legitimè ducit viduam. Vnde *cap. final. de bigamis dicitur. Cum eo tamen contra doctrinam Apoſtoli tanquam cũ marito vidua diſpenſare non licet, non propter Sacramenti defectum, ſed affectum intentionis opere ſubſecuto.*

70 In omni verò caſu in quo Epiſcopus auctoritate ordinaria poteſt diſpenſare cum ſuis Clericis in irregularitate ex bigamia, poſſunt & Prælati diſpenſare cum ſuis ſubditis, quia in eos habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, *Sanchez d.diſp 86. num.23.Vech.in praxi nouit.diſp.9.dub.15.numer.3. Tambur.tom.2.diſp.17.q.3.num.3. Diana par.4.tr.2. reſol.61.in fin.Mirand.tom.2.q.8.art.2.Henriq.lib.12. c.6.n.1.in fin.Barboſa d.alleg.49. n.27.*

71 Ex hoc verò ſequitur quod vt *Sanchez d.l.7 de matrim.diſp.86. num.22.* quem ſequitur *Barboſa alleg.49.num.27.* dicit quod Epiſc. poteſt in irregularitate ſimilitudinaria diſpenſare cum profeſſo exempto, qui contraxit cum vnica, & virgine de licentia ſuorum Superiorum, ſed huius diſpenſationis nulla eſt neceſſitas. Cum enim Prælati Regulares poſſint cum ſuo ſubdito, diſpenſare tantum quantum poteſt Epiſcopus cum ſuis Clericis, non eſt vnde & ex qua cauſa Regularis exemptus etiam de licentia ſuorum Superiorum poſſit ſe ſubijcere Epiſcopo pro diſpenſatione obtinenda, vt abunde probatum eſt *cap.Superiori.* Et malè faceret Superior, ſi hanc licentiam concederet niſi quod vbi eſſet caſus grauis neceſſitatis & non poſſet Superior adiri intelligi poſſet tunc adeſſe præſumpta Superioris licentia.

72 Secundò autem principaliter opinio præfata probat Prælatos Regulares poſſe diſpenſare in irregularitate ex bigamia vera, & interpretatiua ex priuilegijs? Adducit verò priuilegium Martini Quinti pro Congreg. S.Benedicti Valliſoleti, quod fuit conceſſum per viuæ vocis Oraculum, Iulij II.

pro Ordine Prædicatorum, & Pauli Tertij pro eadem Congreg. S. Benedicti Valliſoleti. Sed vt conſideratum fuit quæſt. antecedenti ex huiuſmodi priuilegijs hæc facultas non habetur, aut reſpectiuè haberi illam non conſtat.

73 Quartò tamen adducunt priuilegium Sixti Quarti pro minoribus, per quod conceditur cuique eorum, vt ſemel poſſit eligere Confeſſarium, qui eum poſſit abſoluere ab omnibus cenſuris, & cum illo diſpenſare ſuper omni irregularitate homicidio voluntario & mutilatione ſemper exceptis prout refert *Caſarub. v. abſolutis extraordinaria quoad Fratres* §. 5. quod priuilegium eſt interpretandum largè, vt non excipiatur, niſi quod expreſſum eſt, ſcilicet irregularitas ex homicidio, & mutilatione. Verùm de hoc priuilegio non ſatis conſtat. Nam idem *Caſarub. ibid.* docet, quod Sixtus Quartus dedit aliam conceſſionem, de qua ipſe mentionem facit *v. diſpenſatio* §. 12. Et in qua excipit etiam irregularitatem ex bigamia, & quod fortè illa, quam ſcilicet ponit dicto §. 12. eſt poſterior, licet hoc nõ poſſit cognoſci, quia non habent datas. Ex his igitur habetur, quòd Caſarubias huiuſmodi priuilegia non deſumpſit, vel ex originalibus, vel ex authenticis literis Apoſtolicis; quia literæ Apoſtolicæ authenticæ non ſunt ſine data, quæ maximè neceſſaria eſt ad hoc, vt literæ ipſe fidem habere poſſint, & debeant; vnde ſcripturæ illę ex quibus hæc priuilegia deduxit merè priuatæ fuerunt, & non ſufficientis fidei. Propterea addo, quod cum Pontifices ſoleant ſimul cum irregularitate ex homicidio excipere illam, quæ eſt ex bigamia, vt *Sixtus* IV. fecit in Mari magno tam Minorum, quam aliorum, & in illa eadem conceſſione excepit irregularitatẽ ex homicidio, facilè contingere potuit, vt fuerit etiam exempta illa, quæ eſt ex bigamia, licet ſcriptor & amanuenſis eam prætierit, & ampliùs, vt infra adnoto, in hoc & alijs priuilegijs eſt ſermo de ſola irregularitate ex delicto, vnde non fuit neceſſe excipere bigamiam. Et tandem cum nec Caſarubias illam conceſſionem habuerit ex authentica literia, nec Rodriq. in Bullario ſuo, inter Bulla Sixti Quarti illius vllam mentionem faciat, nec aliunde de ea conſtet, nullu a tuta conſcientia poteſt ea cõceſſione vti contra præſcriptum ſacrorum Canonũ, & Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ ſolent excipere irregularitates ex homicidio, & bigamia, cum priuilegia diſpenſandi ſuper irregularitatibus concedunt. Ideo idem *Caſarub. ibidem*, incertus etiam an per aliam conceſſionem præfatæ derogatum fuerit, tenet quod Prælati Regulares ſuper irregularitate ex bigamia diſpenſare non valeant.

74 Quintò adducunt priuilegium Sixti Quarti pro Chartuſianis, ſupra relatum. Nam per illud conceſſum fuit Generali dicti Ordinis, vt per ſe, vel per quinquaginta ex Prælatis à ſe deputandis poſſet diſpenſare cum ſuis ſubditis in omnibus caſibus Papalibus nullo excepto, niſi in foro conſcientiæ tantùm, diſpenſatio tamen ab homicidio voluntario conceſſa fuit cum limitatione ſcilicet citra altaris miniſterium. Sed in eo priuilegio non eſt ſermo de irregularitatibus, quæ non ſunt ex delicto, ſed de illis, quæ ſunt ex delicto. Nam irregularitates, quæ non ſunt ex delicto non veniunt ſub nomine caſuum Papalium. Et Pontifex ibi ad pacem conſcientiarum & lucrum indulgentiarum dat facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus, abſolutio verò reſpicit crimina, & delicta, & ita facultas diſpenſandi reſpicit eoſdem caſus, quoa reſpicit abſolutio, & Pontifex concedit, vt in ijs poſſint Prælati illius ordinis diſpenſare in quibus dat poſſe abſoluere. Ideo, vt mihi retulit P. Prior Chartuſiæ Romanæ, ex quo dictum priuilegium ſupra relatum habui, in ea Religione non eſt vſus vt Prælati diſpenſent in bigamia, cum tamen dictum Sixti priuilegium ſit in vſu.

75 Ad hanc tamen primam opinionem affirmatiuam probandam adduci poteſt priuilegium Pij V. conceſſum Caſſinen. & ſupra relatum, in quo conceditur facultas diſpenſandi ab omni & quacumque irregularitate, ex quocumque delicto etiam publico, vel priuato, caſu, vel data opera, etiã ſi ex homicidio voluntario, vel mutilatione membrorum, excepto tamen homicidio, vel mutilatione poſt ingreſſum Religionis commiſſis, & quantùm ad reatum homicidij pro foro conſcientiæ tãtùm. Verùm ſi attentè illud priuilegium inſpiciatur, apparebit quod nec illud eſt ad rem, & quod ibi eſt ſermo de ſolis irregularitatibus, quæ proueniunt ex delicto, & propter hoc non fuit nominata irregularitas ex bigamia, ſicut fuit expreſſa illa, quæ eſt ex homicidio, ſed eius nulla facta eſt mentio, quia ipſa non eſt ex delicto & illud priuilegiũ reſpicit ſolas irregularitates, quæ ſunt ex delicto quod apparet ex illis verbis, *Omnibus &c. Prælatis &c. Quoſcumque &c. Monachos &c. à quibuſuis criminibus, reatibus, culpis, cenſuris, & pœnis per eos &c. ex quauis cauſa, & ob quemuis exceſſum, & delictum, publicum, vel occultum, caſu, ſeu data opera, quomodolibet ab eis &c. incurſis, & in futurum incurrendis, etiam ſi de caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolica &c. plenariè toties quoties opus fuerit, &c. abſoluendi, & liberandi, ac in priſtinum ſtatum reintegrandi, omnemque inhabilitatis, & infantiæ maculam ſiue notã, inde quomodolibet inſurgen. ab eis, & eorũ quolibet abolendi, ſecumq; quod præmiſſis non obſtãtibus non promoti &c. promoueri atque Monaſterijs &c. præfici, nec non &c. eligi, & aſſumi &c. et tam illi, quam qui iam ante, vel poſt præmiſſa ſunt, vel fuerũt promoti &c. irregularitatibus, inhabilitatibus, reatibus, cenſuris, & pœnis huiuſmodi, vel alijs quibuſcumque criminibus irretiti, et innodati ſcienter miſſas &c. in altaris miniſterio miniſtrare &c. liberè et licite valeant*. Primò igitur Pontifex dat facultatem abſolutionis, & liberationis à criminibus, inhabilitatibus & pœnis pro criminibus incurſis. Inde verò ad diſpenſandum in irregularitatibus deſcẽdens, ſe refert ad præcedentia, & concedit quod Prælati præmiſſis non obſtantibus, ſcilicet, præmiſſis criminibus, & cenſuris, non obſtantibus poſſint diſpenſare, vt promoueantur ad ordines, & dignitates, & in ſpecie quòd etiam ſi irretiti criminibus, & cenſuris, & inhabilitatibus, & irregularitatibus huiuſmodi adhuc celebrauerint, vel alia prohibita exercuerint, poſſint dicti Prælati cum talibus diſpenſare ad ordines & beneficia. Manifeſtum igitur eſt ibi non concedi facultatem diſpenſandi niſi ab irregularitatibus ex delicto contractis, & ideo priuilegium hoc non eſſe ad propoſitum probandi, quòd Prælati Regulares poſſint diſpenſare ſuper bigamia. Et hoc ſi diligenter conſideretur videbitur quod & in alis priuilegijs allegatis, vt in illo

Mar-

Digitized by Google

Martini Quinti, & in alio Pauli Tertij pro Congregatione S. Benedicti Valliſoleti, & Sixti Quarti pro Minoribus datur facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex delicto contractis, prout dictum eſt etiam de priuilegio Sixti Quarti pro Carthuſianis. Vnde ex huiuſmodi priuilegijs non poteſt colligi facultas abſoluendi ab irregularitate bigamiæ, quæ non eſt ex delicto.

76 Tandem adducitur ex *Compend. priuileg. Hieron. verb. Ordines ſacri* §.6. quòd bigamus de longinquis partibus, & ignotis, ſeu ignotus hoc loco poteſt diſpenſari à Prælato, & ad ſacros ordines promoueri. Ita *Portel. verb. diſpenſare, in addit. num.4. Donatus p.3. tract. 5. qu.36.* Sed hoc priuilegium in ſe valdè ambiguum, & confuſum, & valens ſolummodò quantum ad ordines, non verò quantum ad dignitates, & prælaturas, neſcitur etiā an ſit Oraculum viuæ vocis, & à quo, & quando datum, & in quibus terminis, & an ſit communicabile; vnde nō habet vim, vt poſſit mouere prudētē animū ad hoc, vt contra Canones, & Pontificū bullas, & priuilegia toties explicitè, & expreſsè negantia Prælatis Regularibus facultatem diſpenſandi ſuper bigamia, ſentiat hanc facultatem dictis Prælatis competere.

77 Ideò ſecunda opinio omninò tenenda eſt, quòd ſcilicet Prælati Regulares non poſſint cum ſuis aliquo modo diſpenſare in bigamia vera, vel interpretatiua, nec etiam pro foro conſcientiæ. Nā talis irregularitas de iure communi nunc eſt reſeruata Pontifici, & Pontifices concedentes Prælatis Regularibus facultatem diſpenſandi ab irregularitatibus hanc excipiunt expreſsè, & ſi aliquando expreſſerunt irregularitatem ex homicidio tantùm, & non ex bigamia, id fuit, quia tunc concedebant facultatem diſpenſandi ſolùm in irregularitatibus ex delicto, vnde irregularitas ex bigamia erat excluſa cum alijs, quæ non ſunt ex delicto. Et ideò hanc partem tenent. *Couar. in Clem. ſi furioſus p.1. cap.2. Nauar. cap.27. num.197. & conſ.84. num.1. de Regul. Rodriq. in ſum. p.1. cap.158. num.7 Caſarub. v. abſolutio extraord. quoad fratres* §.5. *Mirand. tom.2. q.8. a.14. concl.9. Suarez tom.5. de cenſ. diſput.49. ſect.6. num.16. Vcebius in praxi aomt. dub.15. num.2. in fin. Homobon. de caſib. reſeruat. p.1. cap.5.* §.5. *Tamburin. de iure Abb. tom.2. diſp.17. quæſt.3. num.2. Sigiſmundus de Bonon. de elect. dub.68. num.2. Diana p.4. tract.2. reſolut.63. Barboſa de off. Epiſc. allegat. 49. num.58.*

78 Benè etiam admonet Sigiſmundus citatus, quòd etiam ſi eſſet non improbabile apud aliquos, quod Prælati poſſint in bigamia diſpenſare ad ordines, improbabile eſt extendere eorum auctoritatem ad diſpenſandum ad prælaturas, & dignitates, vt conſiderauit *Palud.* quem refert, & ſequitur *Sayr. l.6. de cenſ. cap.6. in fin.*

79 Reſpectu tamen Indorum aliquod priuilegium extare dicitur; nam *Felicianus de Vega c. & ſi Clerici* §. *de adulterijs num.117. de indic.* quem refert *Barboſa d. alleg.49. num.31.* Ait, quòd quælibet bigamia poteſt per Prouinciales Ordinis Prædicatorum diſpenſari in Indijs.

SVMMARIVM.

1 *Ex iure ſpeciali multæ ſunt irregularitates in quibus non poſſunt Prælati Regulares diſpenſare. num. 80.*

2 *Prælati Regulares non poſſunt diſpenſare in irregularitate ex hæreſi, vel ex delicto contento in bulla cœnæ, vel ex delicto à quo non poſſunt abſoluere. num. 80.*

3 *Nec in irregularitate ex vitio corporis orta. nu. 81.*

4 *In hac diſpenſat Epiſcopus ſi vitium ſit leue. num. 81.*

5 *Prælati in dubio poſſunt declarare, an vitium ſit tale, vt impediat exercitium ordinis, vel electionem ad Prælaturas. n. 81.*

6 *Prælati Regulares ſolum in foro conſcientiæ diſpenſant, in ijs, in quibus non poſſunt in foro externo cognoſcere, ſi tamen in eis poſſunt in foro conſcientiæ abſoluere, & aliàs non ſunt prohibiti diſpenſare. num. 82.*

7 *Non poſſunt diſpenſare in deductis ad forum contentioſum alterius. n. 83.*

8 *Interdictus à ſuſceptione ordinum, vel ſuſpenſus ab ordine, & dignitate ab inferiori, non poteſt eo inuito per ſuperiorem reſtitui, ex Concilio Tridentino. n. 84.*

9 *Superior tamen per viam appellationis, & legitimi recurſus, poteſt eum reſtituere, & c. n. 84.*

10 *Decretum Concil. ſeſſ. 23. cap. 17. non comprehendit omnes pœnas. n. 85.*

11 *Prælatus ſuperior prohibetur remittere pœnas latas ab inferiori. n. 85.*

12 *Et tamen via appellationis, aut recurſus id facere poteſt. n. 85.*

13 *Decretum Concilij comprehendit ſuſpenſionē temporalem. n. 85.*

14 *Cum declarato irregulari irregularitate iuris ab inferiori poteſt ſuperior diſpenſare. n. 86.*

80 QVæritur quintò. An exceptis tribus illis irregularitatibus ex homicidio, bigamia, & mutilatione, Prælati Regulares poſſint in omnibus alijs diſpenſare? Reſpondetur, quòd quamuis ex vi priuilegiorum antiquorum Regulares Prælati ab alijs irregularitatibus poſſent diſpenſare, quia illæ ſolæ tres excipiuntur. Nihilominùs ex iure ſpeciali multæ aliæ ſunt indiſpenſabiles à præfatis Prælatis. Nā & conſtat ex iam ſupra diſcuſſis, multas alias eſſe, in quibus non poſſunt diſpenſare, nimirum in illa, quæ eſt ex hæreſi, vel ex quocunque alio crimine in bulla cœnæ prohibito, vel vniuerſaliter ex quocunque delicto, à quo non poſſunt abſoluere; quia vt ſupra probatum eſt *ex cap. cum illorum de electione*, ſi eſt prohibita abſolutio, multò magis eſt prohibita diſpenſatio.

81 In multis etiam irregularitatibus, quæ non ſunt ex delicto diſpenſare non valent. Vt contingit in irregularitatibus ex vitio corporis prouenientibus; licet enim in leuibus vitijs, & deformitatibus non requiratur Papæ diſpenſatio, ſed Epiſcopus diſpenſare poſſit. *Rota coram Seraphino deciſ.625. n.5.* Sicut & faciliùs diſpenſare poteſt, vt quis in ſuſcepto Ordine miniſtret, quàm vt ad nouum ordinem promoueatur, *cap.1. & 2. de corp. vitiatis, & c. qui-*

cunque

cunque diſt 50. Tamen in grauibus corporis vitijs, & magnis deformitatibus, vt in membrorũ principalium mutilatione ſolus Papa diſpenſat. *Suarez de cenſ. diſp.5. ſect.2.num.18. Sayr.l.6.de cenſ.cap.8. num.16. Bonac. de cenſ.diſp.7. quæſt.2. p.2. num. 66. Barboſ.a leg. 42. num. 57. Mol. Filliucc. Reg.* quos ſequitur *Tambur. tom. 2. diſputat. 17. quæſtio. 4.* At verò Prælati Regul. ſuper huiuſmodi irregularitate non diſpenſant, licet in eorum arbitrio poſitum ſit iudicare, an talis ſit deformitas, quæ impediat vſum ordinis iam ſuſcepti, vel non. *Tabien.v. corp. vitiati, & Maiol. l.1. cap.2.* Nam ad iudicandum an corporis vitium ſit tale, vt impediat noui ordinis collationem, ſpectat ad *Epiſcopum. Azor. p.2.l.6.cap.4.quæſt.13.Sigiſm.de elect. dub.85. num.7.* Sic etiam in ordine ad dignitates, & Prælaturas poterunt quidem Prælati Regulares cum corpore vitiatis, & ex hoc capite irregularibus ita ſe habere, vt vbi caſus eſt dubius, declarent impedimentũ ceſſaſſe, & ſic permittere vt eligãtur. Nimirũ decernere, an impedimentum ſit tale, quod impediat ab vſu, & exercitio ordinum, & ab exercitio Prælaturæ, idroque & ab electione ad Prælaturam; non tamen poſſunt cum huiuſmodi impeditis diſpẽſare. *Suarez tom. 5 de cenſ. diſput.51.ſect.3. num.16. Filliuc. Regiual.& Conimb.* relati à *Sigiſ.de election. dub. 86. num. fin.*

82 Præterea tertiò in multis irregularitatibus non poſſunt diſpenſare, niſi pro foro conſcientiæ, vt in illis, quæ ſpectant ad Sanctum Officium; eſto enim quòd in aliqua ſuarum irregularitatum ex delicto poſſint diſpenſare in foro conſcientiæ, cum delictum eſt tale, a quo etiam poſſunt abſoluere in foro conſcientiæ, non tamen poſſunt diſpenſare in præiudicium illius Tribunalis, & fori, quin ſemper de eo delicto, & irregularitate cognoſcere poſſit, & reum punire, & abſoluere. Cum enim Prælati Regulares prohibiti ſint cognoſcere in foro externo de delictis ſpectantibus ad Sanctum Officiũ, & multa etiam ſint delicta, & cenſuræ ad tale forũ ſpectãtes, vt crimen hæreſis, a quo Prælati Regul. nullo modo poſſunt abſoluere, ita ſuper irregularitate incurſa ob crimen hæreſis, & alia ſimilia reſeruata, nullo modo poſſunt Prælati Regulares diſpenſare. Vbi verò poſſunt abſoluere in foro conſcientiæ à delicto, poſſunt etiam, ſed in ſolo foro conſcientiæ diſpenſare ſuper irregularitate ex eo delicto inſurgente: quia cum ex priuilegijs in huiuſmodi irregularitatibus ex delicto prouenientibus, & in priuilegijs non exceptis poſſint diſpenſare, & aliàs per nouas prohibitiones interdicti ſint ſolùm de huiuſmodi delictis non reſeruatis in foro conſcientiæ cognoſcere in foro externo, ſequitur quod in irregularitatibus ex talibus delictis prouenientibus poſſint in foro conſcientiæ diſpenſare, non tamen in foro externo. Niſi aliàs ex aliqua lege ſpeciali ſint prohibiti etiam in illis diſpenſare pro foro interno.

83 Ampliùs quartò. Quamuis Prælati Regulares etiam ſuper irregularitatibus publicis aliàs vt ſupra non reſeruatis, poſſint diſpenſare etiam in foro externo, in nulla tamen poſſunt diſpẽſare, quæ ad forum externum alterius iudicis non inferioris ſit deducta, quia in his datur locus iudici præuenienti. Et vlterius ſi alter iudex ſit ſuperior, multò minùs poteſt inferior iudex ſuper ea irregularitate cognoſcere, quæ ad forum ſuperioris eſt deducta.

84 Et immò quantùm ad hoc ſeruari debet decretum Concilij Tridentini ſeſſ. 14. cap.1. de reformat. vt ſi per inferiorem Prælatum alicui etiam extraiudicialiter ex delicto etiam, vel cauſa occulta ſit interdictus aſcenſus ad ordines ſacros, aut ſi quis à Prælato inferiori fuerit à gradu, ordine, & dignitate ſuſpenſus, non poteſt eo Prælato inuito ad ordines promoueri, vel ad priſtinos ordines, & dignitates reſtitui, & reſtitutio hæc ſi fiat eſt nulla. Excipit verò *Donatus p. 3. tract.11. quæſt. 5.* caſum appellationis, vel vbi pœna impoſita ſit euidenter iniuſta. Sed immò per hoc decretum poteſtatem appellandi ademptam eſſe, referunt deciſum. *Add. ad Nauarr.conſ.42. de tempor.ordin. Sayr. in florib. deciſ.63. eod.tit. Ricc. in praxi fori Eccleſ. reſol. 486. num.7. Barboſa ad d. cap.1. ſeſſ. 14. Concil. Triden.* Sed licet appellatio ſine cauſa iuſta poſſit dici interdicta in hoc caſu, & de ea loquatur deciſio; nunquam tamen priuatur grauatus ex cauſa rationabili appellare; quia appellatio iuſta eſt de iure naturali cum ſit iuſta defenſio. Ideò per viam appellationis legitimæ, aut legitimi recurſus, poſſunt Superiores Prælati, & maximè in Religionibus, in quibus Prælati inferiores magis dependent à Superioribus Prælatis, cognoſcere de huiuſmodi interdicto, aut ſuſpenſione: quia Concilium non abſtulit legitimam appellationem, & recurſum.

85 Ad omnes etiã pœnas ab inferioribus Prælatis latas hoc decretum Concilij extendit *Donatus ibid. num.* 3. Sed immeritò: quia Concilium determinatè loquitur de interdicto promoueri ad ordines ſacros, & de ſuſpenſo ab ordine, gradu, & dignitate, neque hoc decretum pœnale extendi debet vltra terminos in Concilio expreſſos. Quod decretum tamen comprehendit nedum ſuſpenſionẽ perpetuam, ſed temporalem factam ad arbitrium inferioris Prælati, vt deciſum fuiſſe referunt *Aldan.in compend.Canonic.l 3. tit.4.num 10. Barboſa vbi ſup. num.* 2. Cæterum loquendo de pœnis in vniuerſali ſeruandum eſt decretum capitis. *Cum ab Eccleſiarum Prælatis, de off. ordinarij*, vt pœnæ non relaxentur ſine ſatisfactione partis, & conſcientia iudicis inferioris. In caſu tamen appellationis, aut recurſus cognita cauſa vel iudicialiter, vel extraiudicialiter ſecundũm cauſæ exigentiam, poteſt ſuperior damnatum ab inferiore etiam eo inuito abſoluere, vel abſolutum ligare; vbi tamen procedendum ſit via iuridica, non poteſt ſuperior niſi iuridicè procedendo ſententiam inferioris reſcindere. In Religionibus verò, & in cauſis vbi extraiudicialiter proceditur, & vbi Prælatus inferior eſt ſubditus Prælato ſuperiori, multò facilius poteſt ſuperior facta per inferiorẽ reſcindere etiam eo inuito, ſi ratio id ſuadeat. Sed de his aliàs.

86 Addit etiam *Donatus num.* 5. Quòd ſi Prælatus inferior functus fuerit officio ſuo, tunc poterit ſuperior abſque licentia inferioris ſubditum damnatũ liberare ex iuſta causa, vt habet *Rodriq. tom 1. quæſt.22. art.8. in fin* Sed hoc locum non habet in præfato decreto Concilij, cuius mens eſt, vt interdictus, & ſuſpensus, vt ſupra non poſſit per ſuperiorem Prælatum promoueri, vel de eius licentia reſtitui. In propoſito tamen noſtro de irregularitatibus loquendo: vbi Prælatus inferior declarauit ſubditum incurſum in irregularitate iuris poterit

terit

terit per ſuperiorem cum eo diſpenſari, ſi irregularitas non eſt reſeruata; quia iam inferior functus eſt officio ſuo, ex quo ſententiam protulit. Sed loquendo de illa veluti irregularitate ab homine, per quam ſubditus eſt ab inferiori interdictus promoueri ad ſacros ordines, & ſuſpenſus ab exercitio ordinum, vel graduum, & dignitatum, ſeruandum eſt decretum Concilij, quod afficere etiam Regulares tanquam reſolutum à Sacra Congregatione 3. April. 1621. tradunt *Aldan. d.l.3. tit.4. nu.15. & Barboſa vbi ſup.n.3.*

S V M M A R I V M.

1 *In Ordine Prædicatorum etiam Priores locales, & eorum Vicarij diſpenſant in irregularitate. numer.87.*

2 *In alijs ordinibus ſeruanda eorum ſtatuta legitima auctoritate facta. n.87.*

3 *Diſpenſari poſſunt ſolum profeſſi ex vi maris magni Mendicantium. n.88.*

4 *Ex vi aliorum priuilegiorum diſpenſari poſſunt Nouitij, & oblati, ſed in ſolis irregularitatibus de quibus eſt ſermo in illis priuilegijs. n.88.*

5 *Inſpici debet priuilegium in cuius virtute danda eſt diſpenſatio.n.88.*

6 *Cum Prælatis diſpenſant eorum Confeſſarij in ijs irregularitatibus, in quibus Prælati diſpenſant cum alijs. n.89.*

87 QVæritur ſextò. Quis diſpenſare, & diſpenſari poſſit in irregularitatibus à Prælatis Regularib.? Reſpondetur, quòd iuxta ſuperiùs dicta de abſolutione, ex priuilegio conceſſo Ordini Prædicatorum, Prælati omnes cum ſuis ſubditis poſſunt iuxta priuilegia in irregularitatibus aliàs non reſeruatis diſpenſare. Et hoc conuenit etiam Viceſgerentibus Prælatorũ in eorum amotione, vel morte, vel abſentia. In alijs verò ordinibus per ſe idem dicendum eſſet ex vi communicationis, ſed attendi debent priuilegia eorum particularia, & particularia ſtatuta legitimè facta, & conſuetudines legitimæ, cum ſingulis ordinibus licitum fuerit velle communicare cum Ordine Prædicatorum, vel nolle, ſed illi renunciare.

88 Cum quibus verò poſſit diſpenſari, non eodem modo aſſerendum eſt, ſed videndum priuilegium in cuius virtute danda eſt diſpenſatio. Nam in terminis priuilegij Gregorij Vndecimi pro Ordine Prædicatorum in ſua Conſtitutione 7.§.11.12. & 13. diſpenſari poteſt etiam cum nouitijs, & etiam cum recipiendis, ſed non ab omni irregularitate, ſed ab ea ſola, quæ incurritur ex delicto determinato, ſcilicet ex eo, quòd innodati cenſuris à iure, vel ab homine generaliter latis celebrauerint diuina officia, aut ordines ſuſceperint, vel celebrauerint in loco interdicto eadem officia diuina. Sed in terminis priuilegij Sixti Quarti pro eodem Ordine in ſua Conſtitutione 7. ſeu mari magno §. 4. ſolùm profeſſi diſpenſari poſſunt tàm ad ordines, quàm ad prælaturas. Quod idem dicendum eſt in terminis priuilegij maris magni aliorum Mendicãtium, & Pauli Tertij pro Societate; expreſsè enim conceditur hæc facultas pro ſolis profeſſis, vel qui vota emiſerint, vt ex eorum priuilegiorum tenoribus patet. Sed in terminis priuilegij Pij Quinti pro Caſſinen. diſpenſari poteſt etiam cum oblatis, & cum nouitijs in ordine tamen permanentibus, ſeu perſeuerantibus. Sed illud priuilegium non dat facultatem diſpenſandi, niſi in irregularitatibus ex delicto prouenientibus, & excepta illa, quæ eſt ex homicidio voluntario, & mutilatione poſt ingreſſum ordinem, & in ſolo foro conſcientiæ in ea, quæ ſit ex homicidio voluntario ante ordinis ingreſſum commiſſo.

89 Prælati verò ſi ſint irregulares, poſſunt diſpenſari; per ſuos Confeſſarios in illis irregularitatibus, in quibus ipſi poſſent cum alijs diſpenſare, vt habetur ex mari magno Mendicantium, & probatũ eſt c. ſuper. loquendo de abſolutione à cenſuris.

90 De diſpenſatione verò ab irregularitate abundè dictum eſt ſupra cap. 25. quæſt. 20. ſolùm eſt aduertendum circa priuilegium, quod refert *Portell.* & de quo facta eſt mentio ſupra in d.quæſt. num.214. tanquam conceſſum Canonicis S. Georgij in Alga, quod mihi modo conſtat illud, non fuiſſe viuæ vocis Oraculũ, ſed conceſſum illis per Breue Eugenij Quarti, datum 14. Cal. Auguſti Põtificatus anno decimo, anno 1440. quod refert per extenſum in annalibus dd. Canonicorum Iacobus Philippus Thomaſinus ad annum 1640. pagin.233. in quo Breui habentur hæc verba. *Præterea cum defectum natalium patientibus Clericis, & perſonis dictæ Congregationis veſtræ, vt ad omnes etiam ſacros ordines promoueri, & quæcunque per Canonicos dictæ Congregationis gubernari ſolita etiam ſi Prioratus, ſeu Præpoſituræ, vel Rectoriæ, aut officia ſe inuicem compatientia fuerint, dummodò aliàs ad ea canonicè aſſumantur, retinere liberè, & licitè valeant Pictauien. Concil. & quibuſuis alijs Conſtitutionibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, miſericorditer diſpenſamus.* Hoc tamen priuilegium fuit conceſſum dictis Canonicis, antequam eſſent Religioſi, & profeſſionem emitterent, & apud ipſos nunc dictum priuilegium non eſt in vſu, ſed adeſt in contrarium decretum conſtitutionũ eiuſdẽ Ord. in executionem conſtitutionis Sixti Quinti contra illegitimos, quod habetur diſt. 2. cap. 6. Quamobrem in ſententia num. citato, ſtabilita perſiſtendum cenſeo, nimirum ſtandum eſſe in hac parte legibus, & conſuetudini cuiuſcunque Ordinis, nec communicationem priuilegiorum contra dictas leges valere.

C A P V T XXVIII.

De facultate liberandi à pœnis infamiæ, inhabilitatis, & priuationis vtriuſque vocis.

S V M M A R I V M.

1 *Irregularitas conſequens ad infamiam non eſt diſpenſabilis, niſi indirectè ablata infamia. n.1.*

2 *Infamia nudi facti non tollitur per diſpenſationem,*

Digitized by Google

num, ſed per baptiſmam, & pænitentiam.n.2.

3 *Infamia facti legalis temporalis eſt, & tollitur per pænitentiam.n.3.*

4 *Non poteſt tolli niſi per pænitentiam, aut per Papam. n 3.*

5 *Inferiorum Prelatorum eſt iudicare, an talis infamia pænitentia ſit ablata.n.3.*

6 *Talis infamia regulariter tollitur per triennalem pænitentiam.n.3.*

7 *Baptiſmus infamiam facti delet. n.4.*

8 *Neophyti irregulares temporales n.4.*

9 *Non baptizati nequeunt eſſe infames infamia iuris Canonici. num.4.*

10 *Babtiſmus infamiam iuris non delet.n.4.*

11 *Infamia iuris ciuilis manet poſt baptiſmum, ſi ſit lata à Principibus Chriſtianis.n.4.*

12 *Infamia iuris lata à Principibus infidelibus non manet poſt baptiſmam.n.4.*

13 *Infamis infamia iuris lata Principibus infidelibus, non eſt infamis de iure canonico.n.4.*

14 *Infamis ex iure infidelium poſt baptiſmam manet infamis quadam infamia temporali. n 4.*

15 *Ab infamia iuris lata ab homine liberat, vel ille, qui eam tulit, vel eius Superiores.n.5.*

16 *Prelati Regulares non delent infamiam iuris ab alio latam, niſi ſit lata ab inferiori illis. n.5.*

17 *Ad infamia iuris lata ipſo iure, ſolus Papa liberat. num.6.*

18 *Prelati inferiores non diſpenſant in pænis iuris, niſi in caſibus ſibi permiſſis.n.6.*

19 *Infamis de iure ciuili, eſt infamis de iure canonico. num.7.*

20 *Papa delet etiam infamiam iuris ciuilis.n.7.*

21 *Papa directè tollendo infamiam canonicam tollit indirectè ciuilem. n.7.*

22 *Epiſcopi, & Prelati Regulares poſſunt liberare ab infamia facti legalis, ſeu ab infamia iuris temporali, & delebili per pænitentiam, non verò ab infamia perpetua. n. 8.*

23 *Infamia iuris non eſt delebilis per ſolam pænitentiam. num.8.*

24 *Epiſcopus poteſt infamiam iuris delere in illis caſibus, in quibus poteſt diſpenſare n.9.*

25 *Princeps ſecularis tollendo infamiam mere ciuilem, indirectè tollit infamiam canonicam. numer. 10.*

26 *Prelati regulares ex priuilegio liberant ab infamia iuris. num. 11.*

27 *Priuilegia concedentia facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate dant facultatem delendi infamiam iuris.n.11.*

28 *Priuilegium Pij Quinti pro Caſſinen.n. 11,*

29 *Priuilegium Greg.XIV. pro Clericis miniſtrantibus infirmis. n.11.*

30 *Prelati Regulares non diſpenſant ſuper infamia in caſibus, quos ſibi Papa reſeruauit cum derogatione priuileg. n.12.*

31 *Prelati Regulares in caſibus, in quibus non poſſunt abſoluere, nec poſſunt diſpenſare in infamia. numer.12.*

32 *Maior eſt diſpenſatio, quam abſolutio. n.12.*

33 *Prelati non liberant ab infamia ex delicto hereſis, vel alio contento in bulla cænæ.n.12.*

34 *Prelati ex vi priuilegiorum non diſpenſant ſuper infamia deducta ad forum contentioſum. n.13.*

35 *Prelati per viam appellationis poſſunt liberare ab infamia. numer. 14.*

36 *Infamia auffertur per reſtitutionem in integrum. num.14.*

37 *Solus Princeps habens iura ſupremi reſtituit in integrum.n.14.*

38 *Prelati Regulares ex priuilegio reſtituunt in integrum ſuos, non tamen ſi eorum infamia ſit deducta ad forum contentioſum. n. 14.*

1 QVæritur primò. An Prælati Regulares poſſint ſuos liberare ab infamia? In hac verò quæſtione dicitur primò, quòd irregularitas, quæ oritur ex infamia directè eſt indiſpenſabilis. Nam manente infamia ordo exigit, & conuenientia, vt maneat irregularitas. Durante enim cauſa durat effectus, & cum infamia ſit nota, & macula, per quam infamis in opinione hominum, & ex legum præſcripto eſt indignus promoueri ad gradus honorificos in Eccleſia, durante infamia durat nota, macula, vituperium, indignitas, vnde & manet irregularitas. Indirectè vero dicunt DD. poſſe diſpenſari in irregularitate tollendo infamiam. Hæc enim irregularitas eſt proprietas veluti connaturalis infamiæ, & ablato ſubiecto tollitur accidens eius, & ſublata cauſa deſinit effectus.

2 Dicitur verò ſecundò, infamiam nudi facti nõ poteſt tolli nec per Prelatos Regulares, nec per quẽcunque alium, ſed ſolùm tollitur per baptiſmum, vel Pœnitentiam. Vt enim ſupra cap.25. quæſt. 47. dictum fuit, infamia facti conſequitur naturaliter ad delictum deductum ad notitiam populi; ideò poſſunt quidem homines impedire ne infamia conſurgat, occultando crimen delinquentium, vel poſtquam nata eſt, procurando vt euaneſcat, & ab hominum notitia, & memoria crimina deleantur; ſed quod exiſtente notitia probabili delicti alicuius apud maiorem partem populi, delinquens non ſit infamis, fieri nequit; quia infamia facti non eſt niſi notitia obſcura alicuius cum vituperatione, vt ſupra dictum fuit. Baptiſmus verò, & Pœnitentia, quia culpas delent, & maculas peccatorum abſtergunt, infamiam tollunt. *cap. nunquam. diſt.56 cap. teſtimonium, de teſtibus, & ibi Panor. num. 6.* citans *Hoſtien. & Abbatem antiquum. Et in cap. Inquiſitionis, num.2. & 3. de accuſationibus. Archid. in cap. vlt. 25. diſt. num.3. Turrecrem. in cap. illi 6. q. 1. a.1. Nauar. cap.27. num.204. Suarez de cenſ. diſp.498. ſec.2. num. 8. Sigiſmund. de Bononia de electıon. dub. 48. numer. 7.*

3 Eſt autem hic conſiderandum, dari aliam quandam infamiam facti legalis, quæ eſt temporalis, nec de ſua natura perpetua eſt, nec inducit irregularitatem ſimpliciter, & eſt illa iuris imperfecta infamia, quę ex iuris ſtatuto conſurgit ex infamia facti, maximè ſi factum ſit notorium, dummodò non ſit notorium notorietate iuris, ſed facti, vt ſupra ſuo loco probatum eſt. Et hæc quoque per pœnitentiam tollitur, vt ex præcitatis iuribus, & DD. traditur: ſed non poteſt tolli ſine pœnitentia, niſi per Papam. Inferioribus verò Prælatis conuenit declarare, an delictum, & infamia per pœnitentiam ſit ſufficienter deleta. Et cum ſæpiùs ad tollendam hanc infamiam ſit neceſſaria pœnitentia triennalis, nihilominùs in arbitrio ſuperiorum erit iudicare, vel an in caſu ſingulari minor ſufficiat, vel an pœ-

nitentia

Digitized by Google

nitentia triennalis ab aliqoo habita fuerit ſincera, & vera, & ſufficiens ad delendam infamiam. Papa verò ab hac infamia vt eſt iuris, poteſt liberare etiã ante pœnitentiam.

4 Eſt etiam conſiderandnm ſecundò, quòd licet baptiſmus omnẽ infamiam ſacti deleat; & quidem ſtatim, quia mundat, & lauat hominem; eſt enim lauacrum regenerationis, per quod homines renouantur, in libertatem gloriæ Filiorum Dei. Tamen, vt ſupra probatum eſt, neophyti non ſtatim poſt baptiſmum ſuot promouendi; ſed manent quadam temporali irregularitate impediti. Infamiam verò iuris baptiſmus non aufert. Non quidem infamiam iuris canonici, quia hæc pœna non afficit non baptizatos; vnde cum tales non poſſint eſſe infames infamia iuris canonici, baptiſmus ſuperueniens eã nequit auferre; quia non anfertur, quod non eſt. Infideles verò viuentes ſub Principibus Chriſtianis, ſi ſint infames ex iure ciuili, non liberantur per baptiſmum; vt ſi Iudæus ob latrocinia fuſtibus fuiſſet punitus, non per hoc non eſſet infamis, ſi baptizaretur; ſed tunc infamia, quæ priùs erat merè ciuilis, fieret etiam canonica; quia baptiſmus non liberat à pœnis iuris ciuilis, vnde nec liberat ab infamia per ius ciuile impoſita. *Panorm. cap. gaudemus de diuortijs num.* 16. Videndi ſunt *Decius conſil.* 130. *& cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. n.* 89. *Felin. in cap. de his, de accuſ. n.* 7. *Suarez de cenſ. diſp.* 48. *ſect.* 2. *n.* 12. Bene verò *Suarez n.* 9. hoc limitans aduertit, quòd infideles viuentes ſub Principibus infidelibus ſi ſint infames, & baptizentur, ceſſat hęc infamia, nõ quia baptiſmus tollat pœnas iuſtè latas à Principibus, ſed quia lex Eccleſiaſtica mandans, vt infames iure Ciuili ſint infames iure Canonico, intelligitur de iure Ciuili Chriſtianorum, & intelligitur de ea infamia, quæ eſt intra Eccleſiam, & quæ à Principibus Chriſtianis decernitur; Nam hæc eſt, quæ habetur in æſtimatione, & maximè quòd apud infideles infamia ſæpè eſt irrationabilis, & ſine fundamento. Nihilominùs tamen, maximè ſi infidelis baptizatus viuere deberet inter eos, qui eius infamiæ conſcij eſſent, infamiæ pœna exiſtente iuſta crederem, quòd talis nõ eſſet illico, & ſtatim promouendus, ſed quòd ex infamia illa inſurgeret etiam de iure Eccleſiaſtico infamia quædam, & irregularitas temporalis, & ſecundùm quid, propter quam talis non deberet promoueri, vſquequò videretur id poſſe fieri ſine ſcandalo & dedecore Eccleſiæ apud ceteros infideles.

5 Dicitur tertiò, quòd ab infamia iuris, quæ eſt ab homine, liberat vel ille, qui eam tulit, vel eius Superior. Vnde Prælatus Regularis ſuos non poteſt liberare ab infamia lata ab homine, niſi ſit lata ab ipſo, vel ab inferioribus eius. Hæc eſt enim regula generalis. quòd à pœna impoſita ab homine liberat ſolum vel index, qui eam tulit, vel eius Superior. *Sayr. l.* 7. *de cenſ. c.* 11. *n.* 14.

6 Dicitur quartò, quòd ab infamia iuris ipſo facto à iure impoſita de communi iure ſolus Papa liberat. *c. cum te, de ſent. & re iudic. Felin. in c. At ſi Clerici, §. de adulterijs num.* 12. *& ibi Dec. num.* 8. *de iudic. Couar. l.* 3. *variarum c.* 3. *nu.* 3. *Bernar. Reg.* 526. *Sfortia de in integrum reſtit. p.* 2. *q.* 92. *Barboſa ad d. cap. cum te, num.* 6. *Val. tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 19. *p.* 3. *Henriq. l.* 14. *c.* 5. *§.* 3. *Sayr l.* 7. *de cenſ. c.* 11. *num.* 15. *Auila de cenſ. p.* 7. *diſp.* 4. *dub.* 5. *concl.* 3. *Sigiſm. de Bonon. de elec. dub.* 84. *n.* 2. *Suarez de cenſ. diſp.* 48. *ſect.* 2. *num.* 9. Nam non poteſt Epiſcopus vel alius inferior à pœnis iuris liberare, aut in eis diſpenſare, niſi in caſibus permiſſis. vt docet *Panorm. c. de ſimoniace* 22. *de ſimon. num.* 6. circa medium, oullibi autem legitur, quòd de iure communi liberare à pœna infamiæ ſit conceſſum alicui Prælato Papa inferiori.

7 Duo autem continet hæc concluſio. Primum eſt, quòd Papa tollit infamiam. Secundum eſt, quòd nullus alius eam poteſt tollere de iure communi. Primum autem intelligitur de infamia etiam à iure communi Ciuili, vel ſeculari illata. Quoniam enim infamia iuris Ciuilis ex eo habet adiunctam irregularitatem, quia ius Canonicum vult, vt niſi vbi idẽ ius aliter decernit, infamis ſit de iure Canonico, qui eſt infamis de iure Ciuili, poteſt Papa ſuper hac lege diſpenſare, & facere quod infamatus ciuiliter non ſit infamatus Canonicè, ſed poſſit ad ordines & gradus promoueri. *Turrecremata in cap. Euphemium, §. hinc colligitur* 2. *quæſt.* 3. *num.* 7. *Sayr. lib.* 7. *de cenſ. c.* 11. *num.* 15. *Theſaurus in praxi c.* 34. *& apud eum Molina*. Et in hoc caſu talis manet non infamis etiam ciuiliter, quia non decet vt infamis, & impeditus a quocumque gradu Ciuili ſit, qui ordines, & gradus, & officia Eccleſiaſtica eſt admiſſus. Nec huiuſmodi liberatio indirecta dici poteſt, quaſi Pontifex tollat infamiam, quia tollit effectum eius, qui eſt impedire aſcenſum ad ordinẽs, & gradus; ſed directa dicitur, quia Pontifex directè ex cauſa ſpirituali & ad Eccleſiaſticam Rempublicam ſpectante poteſt facere vt deſit infamia & Canonicè, & Ciuiliter.

8 Secunda autem pars, quòd ſcilicet, nullus alius à Papa poſſit diſpenſare ſuper infamia iuris, limitatur multipliciter. Primò enim, quod infamia huiuſmodi tolli poſſit indirectè ab Epiſcopo, & ex conſequenti à Prælatis Regularibus per diſpenſationem ſuper irregularitate incurſa ex infamia iuris ex delicto non grauiore adulterio tradunt *Nauar. cap.* 27. *num.* 104. *Sayr. l.* 7. *de cenſ. c.* 11. *num.* 15. *Faller. in praxi ver. Et ſi confeſſis num.* 125. *Sanchez opuſc. l.* 6. *cap.* 3. *d.* 5. *numer.* 16. *Theſaurus in praxi cap.* 34. *Sigiſm. de Bonon. de elect. dub.* 84. *num.* 3. *Barboſa de off. Epiſc. alleg.* 43. *num.* 31. Et ideo Prælatos Regulares in ſimilibus caſibus poſſe in huiuſmodi delictis diſpenſare, tradunt *Rodriq. to.* 1. *q.* 24. *num.* 17. *Manual. tom* 2. *q.* 31. *art.* 11. *Beia p.* 4. *c.* 37. *in fine Io. de Cruce de ſtat. Relig. l.* 1. *cap.* 6. *dub.* 3. *concl.* 6. *Sigiſm. à Bonon. & Theſaurus locis citatis*. Et in huius probationem allegatur, *cap. Et ſi Clerici, §. de adulterijs*, quod eſt quartum de iudicijs. Verùm textus ille non loquitur de irregularitate, aut infamia ſimpliciter dicta, & quæ ſit perpetua, & iure Pontificio ipſo facto lata, ſed de infamia facti, & temporali, & per pœnitentiam delebeli. Verba enim textus ſunt. *De adulterijs verò, & alijs criminibus, quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus cum clericis poſt peractam pœnitentiam diſpenſare*. Ibi igitur ſermo eſt de infamia, quæ conſurgit ex facto notorio per euidentiam facti, quæ eſt infamia iuris ſecundùm quid, ſeu temporalis, & per pœnitentiam delebilis, in qua poteſt Epiſcopus diſpenſare ad hoc vt Clericus etiam ad altiores Ordines promoueatur, poſt pœnitentiam tamen, vt ex *Henriq. & Regin.* aduertit *Barboſa ad §. de adulterijs, numer.* 13. Quamuis hoc non ſit tam diſpenſare, quam decla-

tare infamiam eſſe ſufficienter per pœnitentiam deletam. Sed loquendo de infamia iuris ſimpliciter, & perpetua, quam ius Canonicum tulit pro aliquo delicto vt incurrendam ipſo facto, nec Epiſcopus, nec alius Prælatus Papa inferior poteſt eam tollere, quia nullibi datur eis talis facultas. Ideò *Suarez* abſolutè ſine limitatione aſſerit dicto *nu.9.* quòd infamiam iuris ſolus Papa poteſt delere. Hæc enim infamia non tollitur per pœnitentiam ſolam.

9 Limitant ſecundò. Vt Epiſcopus, & ex conſequenti Prælati Regulares cum ſuis ſubditis indirectè poſſint tollere infamiam in caſibus in quibus eis conceſſum eſt diſpenſare ab irregularitate, quia tollendo irregularitatem auferunt per prius infamiam, ex doctrina, *Gloſſa in cap. Domino ſancto diſt.50. Imola in cap. Cum te, de re iudic. & ibi Panorm. Foller. loco ſupra citato. Tolet. l.1. cap.26. §. vlt. Theſaur. loco citato.* Et quia per Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.6. de reformat Epiſcopis conceſſa eſt facultas diſpenſandi in omni irregularitate ex delicto occulto, in omnibus iſtis caſibus Epiſcopos & Prælatos Regulares cum ſuis ſubditis poſſe indirectè delere infamiam docet *Sigiſmund. d. dub* 84. *n.4.* Verum dicet aliquis quòd, *Gloſſ. illa* iuxta tenorē *d. c. Domino ſancto*, loquitur de infamia facti delebili per pœnitentiam, & loquitur de caſibus in quibus ſuppoſita pœnitentia infamia ex facto conſurgens, euaneſcit, vnde Epiſcopus poteſt iudicare & ſic diſpenſare, vt poſt pœnitentiam ſit quis admittendus, vel vt promoueatur, vel vt in ordinibus ſuſceptis miniſtret. Cæterùm loquendo de infamia iuris ſimpliciter; quæ eſt lata ſpecialiter per ius Canonicum pro hoc vel illo delicto in ſpecie, videtur, quod non poſſit tolli per Epiſcopum, in virtute conceſſionis Concilij Tridentini, vel alterius ſimilis. Nam ordo rerum non eſt, vt tollatur effectus, & ex effectu cauſa, quæ aliàs non poteſt tolli. Vbi aufertur cauſa aufertur quidem effectus, ſed vbi cauſa nō poteſt tolli nec tolli poteſt effectus, non ex effectu cauſa. Modò ſic eſt, quod infamia cauſa eſt huius irregularitatis de qua loquimur, & quæ non eſt propriè ex delicto, ſed ex infamia, quæ etiam poteſt eſſe non ex delicto, ſed ex facto vili, quod non ſit peccatum, Concil. autem Trident. non dat facultatem delendi infamiam iuris, quæ aliàs de ſe perpetua eſt, & poteſt tolli ſolùm per Papam. Igitur ex vi conceſſ. Concil Trident. vel alterius ſimilis non poſſunt Epiſc. & Prælati, aut infamiam delere, aut ſuper irregularitate orta ex infamia diſpensare. Quoniam nihilominus hæc irregularitas poteſt dici eſſe ex delicto, quando infamia ex delicto eſt, dicitur quod Conc. dando facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate ex delicto occulto ſimul dedit facultatem tollendi infamiam, qua non ablata nequit tolli irregularitas. Quia concedens vnum concedit aliud ſine quo conceſſio Prioris eſſet inutilis. Et ſic dici poteſt quod ex conceſſ. Concil. Trident. poſſint Epiſc. & Prælati Regulares tollere infamiā in caſibus occultis. Non quia Epiſcopi per prius tollant irregularitatem, quam infamiam, ſed quia per Concilium intelligitur eis data facultas tollendi infamiā, ex quo data eſt facultas tollendi irregularitatem; & ideo exercitè diſpenſando per prius tollunt infamiam, qua ablata ceſſat irregularitas. Et ideo licet Gloſſa illa loquatur occaſione illius Capitis, in quo eſt ſermo de pœnitente admittendo ad priorem ſtatum, tamen abſolutè dat regulam, vt Epiſcopus poſſit delere infamiam in omnibus caſibus in quibus poteſt diſpenſare. Quam confirmat, §. *hinc colligitur* 2.q.3. & in hoc ſenſu citati DD. dictam regulam amplexi ſunt, Quæ tamen facultas non ſe extendit ad caſum homicidij voluntarij, neque ad irregularitates, quæ non ſunt ex delicto, vel Papę reſeruatis, & exceptis.

10 Limitatur verò tertiò principalis aſſertio, quia Princeps ſecularis tollendo infamiam, quæ merè eſt de iure ciuili, ſimul indirectè tollit infamiam, & impedimentum, quod ex iure canonico oriebatur ex illa infamia. Dicitur, *quæ merè eſt infamia de iure ciuili*; quia ſi etiam ex iure Canonico principaliter ſtatuta eſt infamia pro aliquo delicto, vel facto, non poteſt Princeps ſecularis hanc infamiam tollere, quia non poteſt pœnas iuris Canonici delere. Sed vbi infamia ſit merè ex iure Ciuili, tunc non impedit Canonicè principaliter, ſed ex conſequenti; ideo tunc ſi per Principem ſecularem deleatur infamia ciuilis, tollitur impedimentum Canonicum, quod ex ea conſequebatur, quia remota cauſa remouetur effectus. *Sylu. v. infamia num. vlt. Suarez de cenſur. diſp.48. ſect.2. n.10. Layman. l.1. tr.5 p.5. c.4. n.10. Theſaur. in praxi c.34.*

11 Dicitur verò quintò, Prælatos Regulares ex virtute priuilegiorum poſſe ſuos ſubditos etiam in foro externo liberare ab infamia iuris. Dupliciter hæc aſſertio probari poteſt. Primò ex doctrina allata, quia ſcilicet Pontifex concedens facultatem diſpenſandi ſuper irregularitate ſimul dat facultatem tollendi infamiam ſuper qua fundatur irregularitas. Ac verò vt ex *cap. præced.* patet, Prælati Regulares cum ſuis poſſunt diſpenſare in omni irregularitate excepta illa quæ eſt ex homicidio, bigamia, & mutilatione, & alijs aliquibus *cap. ſuperiori* explicatis. Ex conſequenti igitur illis conceſſa eſt etiam facultas tollēdi infamiā, etiam ſi infamia non ſit ex delicto. Et ita docet *Sigiſmund. de Bonon. d. dub.* 84. *nu.4.* Sed ſecundò probatur ex priuilegio Pij Quinti in ſua Conſt.129. pro Monachis Caſinen. In qua expreſsè concedit facultatem eorum Abbatibus & Prælatis liberandi ſuos ſubditos ab omni infamia, vt videre eſt ex tenore dicti Priuilegij, quod relatum fuit *cap. præcedenti.* Ex priuilegio etiam conceſſo à Gregor. XIV. Clericis miniſtrantibus infirmis, in ſua Conſt.17. poſſunt Generales per ſe, vel per alios tollere infamiam à ſubditis in foro tamen conſcientiæ tantùm. *Pereg. in compend. Priuil. Theatin. v. diſpenſatio,* § 5.

12 Limitatur tamen hoc primò, vt non valeat vel vbi Papa ſibi cum derogatione Priuilegiorum reſeruat liberationem ab infamia, vel vbi iam reuocata eſt facultas abſoluendi à culpa pro qua eſt lata infamiæ pęna; vbi enim eſt reſeruata abſolutio, multò magis eſt reſeruata diſpenſatio quæ maior eſt, cum per eam derogetur iuri, ſeu relaxetur ius in aliqua parte. Ideò non poſſunt Prælati diſpenſare ſuper infamia hæreſis, vel aliorum delictorum quæ continentur in Bulla Cœnæ. *Sigiſmun. de elect. dub.84. num* 5.

13 Secundò limitatur, niſi infamia deducta ſit ad forum contentioſum iudicis extranei ab Ordine, ſeu Superioris Prælati Ordinis; quia tunc Prælati Regulares præuenti non poſſunt

ſunt ſe in huiuſmodi cauſa ingerere, ſed iudicium ſpectat ad iudicem, qui præuenit in cauſa. Et ita intra ordinem etiam, vbi vnus Prælatus præuenit, non poteſt alius ſe ingerere; niſi ſit talis, qui poſſit cauſas inferiorum ad ſe aduocare, & de illis iudicare. Et vlteriùs ex priuilegio non liberant ab infamia iuris eũ, qui declaratus fuit per ſententiam, niſi in caſibus in quibus iure ordinario poſſint diſpenſare. Priuilegia enim non ſe extendunt ad cenſuras, & pœnas ad forum contentioſum deductas. Videnda ſunt quæ ſupra dicta ſunt de abſolutione à cenſuris.

14 Additur ſecundò, quòd per viam appellationis vnuſquiſque iudex ad quẽ, & ex conſequenti Superior Prælatus poteſt liberare ab infamia, reſcindendo, & caſſando ſententiam infamiæ ab inferiore latam. Per reſtitutionem etiam in integrũ contra rem iudicatam poteſt tolli infamia. *l.1.§.penult.ff. de poſtul. Sayrus lib.7.de cenſ. cap.11.num.14.* ſi enim fiat plena reſtitutio contra ſententiam, tunc reus reſtituitur in priſtinum ſtatum dignitatis. *Rota deciſ.21. num.2. par.2. recent. Mol. tom.4. diſp.10.num.7.l.cum generalis, C.de ſent. paſſ. & l.1. §.hoc edicto, ff.de poſtul.* Sed reſtitutio debet eſſe generalis, totalis & plena, non verò partialis, adhoc vt infamiam tollat. Sed hoc modo ſolus Princeps ſupremus, ſeu habens iura ſupremi tollit infamiam. Prælati tamen Regulares ex priuilegio citato Pij Quinti hanc facultatem habent, vt ſuos in priſtinũ ſtatum reſtituere valeant, non tamẽ ſi infames ſint deducti ad forum contentioſum, vt ſupra dictum fuit.

S V M M A R I V M.

1 *Priuatio paſſiuæ vocis, vel non diſtinguitur ab inhabilitate, vel eſt pars eius. n.15.*
2 *Ex eo quod Prælati poſſint abſoluere non poſſunt diſpenſare. n.16.*
3 *Diſpenſatio eſt maior abſolutione. n.16.*
4 *Abſolutio eſt ſecundum ius, & iuris executio. numer.16.*
4 *Cenſuræ ſunt pœnæ temporales. n.16.*
6 *Pœnitenti debetur abſolutio. n.16.*
7 *Diſpenſatio eſt iuris relaxatio & vulneratio. numer.16.*
8 *Pœna priuationis vocis & inhabilitatis tolluntur diſpenſatione ſicut pœna perpetua. n.16.*
9 *Prælati ex quo poſſint abſoluere à cenſuris, vel diſpenſare in irregularitate, non poſſunt diſpenſare ſuper inhabilitate, vel priuatione vocis. numer.17.*
10 *Inhabilitas & priuatio vocis non ſunt ſuſpenſiones aut cenſuræ. n.17.*
11 *Neque ſunt irregularitates. n.17.*
12 *Prælatos ex vi conceſſ. Concil. Trid. poſſe diſpenſare ſuper inhabilitate occulta, quidam tenent. num.18.*
13 *Sed non admittitur. n.18.*
14 *Diſpenſatio eſt ſtricti iuris. n.18.*
15 *Nullum dari poſſe caſum in quo Prælati Regulares poſſint diſpenſare ſuper inhabilitate & priuat. vocis, aliqui tenent. n.19.*
16 *Sed non admittitur. n.19.*
17 *Huiuſmodi pœnæ incurruntur à puncto commiſſi criminis. n.19.*
18 *Eſto dicatur eas non incurri ante ſententiam habet locum diſpenſatio ad fugiendam ſententiam retrotrahendam ad punctum commiſſi criminis. num.19.*
19 *Et ad quietem conſcientiarum. n.19.*
20 *Id poſſunt Regulares in diſpenſando, quòd poſſunt Epiſcopi. n.20.*
21 *In lege pœnali Papali Epiſcopus non poteſt diſpenſare, ſi id expreſsè eſt illi vetitum. n.21.*
22 *Poteſt, ſi id expreſſe eſt illi conceſſum. n.21.*
23 *Vbi in lege pœnali indulgetur diſpenſatio indefinite poteſt Epiſcopus diſpenſare. n.22.*
24 *Verba legis non ſunt inutilia. n.22.*
25 *Etiam in lege conciliari poteſt Epiſc. in dicto caſu diſpenſare. n.22.*
26 *Vbi in lege pœnali Papæ nec negatur, nec conceditur expreſſe diſpenſatio Epiſcopus non poteſt diſpenſare niſi in adulterio, & minoribus delictis. num.23.*
27 *Vbi adſit magna, & præſentanea neceſſitas Epiſcopi diſpenſant etiam in maioribus delictis, et pœnis reſeruatis. n.24.*
28 *Poſſe Epiſcopum diſpenſare in lege pœnali in omni caſu in quo diſpenſatio non eſt reſeruata, multi tenent. n.25.*
29 *Cap. Nuper de ſentent. excommunic. explicatur. num.25.*
30 *Præfata ſententia non admittitur. n.25.*
31 *Quæ ſint delicta minora adulterio, arbitrarium Epiſcopo. n.26.*
32 *Prælati Regulares diſpenſare poſſunt in ijs caſibus in quibus poſſunt Epiſcopi. n.27.*
33 *Prælati Regulares ex priuilegijs diſpenſant ſuper inhabilitate, & priuatione vocis. n.28.*
34 *Priuilegium Eugenij IV. parum iuuat. n.29.*
35 *Ex priuilegio Gregor. XIV. pro Clericis Miniſtrantibus Infirmis Generales per ſe, vel per alios diſpenſant cum inhabilibus, & voce priuatis in foro conſcientiæ. n.30.*
36 *Ex priuileg. Pij V. pro Caſſinen. etiam Prælati locales ſuper dictis pœnis diſpenſant etiam pro foro contentioſo, antequam tamen delicta ſint ad forum contentioſum deducta. n.30.*
37 *Vbi delictum ſit deductum ad forum contentioſum tela iudiciaria ſequi debet. n.31.*
38 *Cum ſententialiter declarato inhabili, vel priuato voce ipſo iure Prælati Regulares non diſpenſant. num.31.*
39 *Niſi in caſibus in quibus* Epiſcopus, *& Prælati Regulares diſpenſare valent iure Ordinario. numer.32.*
40 *Nimirum in delictis minoribus adulterio. numer. 32.*
41 *Et hac facultas conuenit etiam Prælatis localibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. num.32.*
42 *Conſideranda, quæ dicta ſunt de abſolutione à cenſuris. n.33.*

15 QVæritur ſecundò. An Prælati Regul. poſſint ſuos liberare à pœnis priuationis vtriuſq; vocis, & inhabilitatis, & habilitare eos etiam in foro fori? Eſt verò conſiderandum, quòd priuatio vocis paſſiuæ, vel non diſtinguitur ab inhabilitate ad offi-

 cia,

cia, & beneficia, vel eſt pars eius, quia priuatio paſſiuæ vocis non eſt niſi inhabilitas ad hoc, vt aliquis eligatur ad officia, vel beneficia.

16 Dico primò Prælatos Regulares ex eo præcisè, quòd habeant facultatem abſoluendi ab aliquo peccato, non habere facultatem diſpenſandi ſuper priuatione vocis, aut inhabilitate, ſeu huiuſmodi pœnas tollendi, & ſuos ſubditos liberandi: Ratio eſt quia poteſtas diſpenſandi ſuper pœnis maior eſt, quam poteſtas abſoluendi; abſolutio enim eſt actus iuſtitiæ. & non datur contra aut præter ius, ſed ſecundùm ius, quia pœnitenti lex iubet parcere. Ideò & cenſuræ non ſunt pœnæ perpetuę, ſed ad tempus finitũ, ſcilicet donec delinquẽs à contumacia recedat, & pœniteat, quo ſtante, iura ipſa diſponunt, & iubent delinquentẽ abſolui. *c. qua fronte de appell. cap. ex literis, de conſtit. cap. contingit, de off. deleg.* Quamobrem pœnitentem abſolui non eſt iuris derogatio, vel relaxatio, ſed immò eſt iuris executio. Sed diſpenſatio eſt contra ius, vel præter ius, quia eſt actus per quem vulneratur lex & aliquomodo diminuitur, & ex parte tollitur; ideò eſt quid maius, quàm abſolutio, vnde conceſſa facultate abſoluendi, minimè ex hoc conceditur facultas diſpenſandi. *Nauar. c. 27. num. 254. Candel. aur. de diſpenſ. num. 31. Mol. tract. 3. diſp. 80. Suarez tom. 5. de cenſ diſp. 40. ſect. 3, num. 3. Tolet. l. 1. c. 89. ad fin. vbi Victorel. in addit. num. 6. Sayr. l. 7. de cenſ. c. 14. num 2. Garzias de benef. p. 7. c. 11. a num. 36. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 93, num. 2.* At verò inhabilitas iuris ad officia & gradus pœna eſt de ſe perpetua, & in auctoritate Pontificum fundata, quæ non tollitur abſolutione, ſed diſpenſatione, *Suarez de Relig. tom. 1. tract. 3. l. 4. c. 61. num. 3. & tom 4. tract. 8. l. 2. c. 21. n 13. & 14. Sigiſm. d. dub. 93. num. 8.* vt patet ex praxi & modo loquendi Pontificum, dum in Iubilæis, aut priuilegijs concedunt facultatem habilitandi ad gradus, & officia, inhabilitas enim, & priuatio vtriuſque vocis ſunt pœnæ & prohibitiones de ſe perpetuæ, vel perpetuæ durante tali ſtatu, ideo etiam ſi delinquens pœniteat, manet priuatus & inhabilis. Pœnæ enim iſtæ non ſunt medicinales & latæ pro contumacia tollenda, ſed in pœnam culpæ, vel etiam ſemel commiſſæ.

17 Dico ſecundo, quod ex vi facultatis conceſſæ, vel abſoluendi a cenſuris, vel diſpenſandi ſuper irregularitate, non habent Prælati facultatem liberandi à pœnis inhabilitatis, & priuationis vtriuſque vocis. Ratio eſt quia huiuſmodi pœnæ non ſunt cenſuræ. Et licet *Alter. tom. 2. d. 13. c. 5. col. 1. §. Sed de primo*, contendat inhabilitatẽ eſſe ſuſpenſionem, quod etiam ſupponunt. *Nauar. l. 1. conſ. 8. de elect. in antiq. & Rodriq. tom. 1. q. 29. art. fin.* tamen certum eſt contrarium ex *cap. quærenti, de verb. ſignif.* vbi dicitur nomine cenſuræ comprehendi ſolã excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictũ; inhabilitas verò non eſt ſuſpenſio; quia ſuſpenſio quæ eſt cenſura priuat exercitio ordinis, vel officij, ſed inhabilitas priuat capacitate, & inhabilitat ad titulum ipſum officij, vel beneficij ſuſcipiendum, *Nauar. c. 27. num. 257. Sorb. v. ingredi Monaſt. pag. mihi 366. verb. Dico tertio. Rodriq. in expoſit.* Motus proprij Pij V. contra fœminas ingredientes Monaſteria virorum, *num 35. Sanchez lib. 6. in Decal. c. 15. num. final. Sigiſm. à Bonon. de elect. dub. 93. numer. 9.* Sed neque inhabilitas eſt irregularitas propriè dicta, ſed communi nomine vocatur pœna à *Card. in Clem. 1. in princ. de iure patron. & à Bertach. in ſuo repertorio ver. elect. non cadit ver. 10.* & non eſſe irregularitatem docent, *Sorbus, Rodriq. Sanchez, & Sigiſm. vbi ſupra Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 61. num. 11. Garz. de benef. par. 8. cap. 1. num. 71.* Ideò ex vi conceſſionis, vel abſoluendi à cenſuris, vel diſpenſandi ſuper irregularitate non poſſunt Prælati diſpenſare ſuper inhabilitate, vel eadem ratione ſuper priuatione vtriuſque vocis.

18 Hinc inferendum videtur, nec Epiſcopum, nec Prælatos Regulares quantùm ſit ex vi conceſſionis Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. poſſe diſpenſare in Inhabilitate quamuis occulta, ſi contrahatur; quia Concilium concedit facultatem diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, inhabilitas verò nec eſt ſuſpenſio, nec irregularitas. Oppoſitum nihilominùs tenent, *Sorb. loca ſup. cit. §. Dico quarto, Rodriq. vbi ſup. n 36. Sanch. loco cit.* Et rationem reddit *Sorbus*, quia iſtæ pœnæ Inhabilitatis, & ſuſpenſionis, immò & degradationis lato vocabulo dicuntur ſuſpenſiones. Sed an poſſit fieri hæc extenſio, declaratione Superiorum indiget. Et interim tutum eſt extenſionem non admittere, quia diſpẽſatio eſt ſtricti iuris, quæ non extenditur ad caſus non contentos ſub communi & vſitata ſignificatione verborum.

19 His ſic ſtantibus quidam dicunt non poſſe dari caſum, in quo Prælati Regulares poſſint diſpenſare ſuper priuatione vocis, vel inhabilitate, aut huiuſmodi ſic priuatos in priſtinum ſtatum reſtituere. Et ratio eorum eſt, quia huiuſmodi pœnę ante ſententiam non incurruntur, poſt ſententiam verò ſunt à Prælatis indiſpenſabiles, quia eorum auctoritas non ſe extendit ad huiuſmodi pœnas ad forum contentioſum deductas. Ita *Sanchez in Decal. lib. 6. cap. 15. final. & Peyr. ad Conſt. 6. Iulij Secundi num. 24. & 25.* Hæc tamen ſententia in vtroque membro ſuo limitanda eſt. Et quidem in primo, quidquid ſit de modo loquendi, an ſcilicet dici debeat, quòd pœnæ huiuſmodi latæ ipſo iure incurrantur ante ſententiam, & quamuis longè meliùs dicatur eas incurri, quia quantum ad effectus purè, & merè priuatiuos, ſiue quantum ad hoc quòd eſt priuare, vel debilitare ius dominij, quod delinquẽs habet huiuſmodi pœnæ, etiam in ſententia *Sanchez & Peyr.* incurruntur, cum fateantur, quod ſententia declaratiua criminis retrotrahitur ad diem cõmiſſi criminis; vnde tales delinquentes ſtatim à puncto commiſſi criminis ſunt priuati iure abſoluti dominij, & immò abſoluto iure poſſidendi, & remanet illis poſſeſſio proprij boni, ſed conditionalis, & donec ſuperueniat ſententia declaratoria criminis; vnde verè à puncto commiſſi criminis eas pœnas incurrunt; licet pœnarum incurſus quantum ad executionẽ priuationis poſſeſſionis bonorũ non ſit efficax ante ſententiam; nihilominùs dato etiam modo loquendi, & conceſſo quòd pœnæ etiã priuatiuæ ipſo iure latæ non incurrantur ante ſententiã; nihilominùs negari non poteſt, quin ſit magna pœna eſſe ſubiectum poſſibilis ſententiæ retròtrahendæ ad punctum commiſſi criminis, & quod nõ ſit magna gratia ſubditi Regularis, ſi cum eo diſpenſetur diſpenſatione valitura etiam pro foro externo, ſi hoc poſſit fieri à Superioribus extraiudicia-

cialiter, & ſine ſtrepitu iudicij contentioſi. In hoc tamen bene diſcurrit hæc ſententia, quòd quia, vt vt ſupra probatum eſt, huiuſmodi leges pœnales non incurruntur in conſcientia quantum ad exercitam executionem ante ſententiam, non indigent diſpenſatione valitura ſolum pro foro conſcientiæ in rei veritate. Et nihilominùs pro quiete conſciẽtiarum eorum, qui vel tenent huiuſmodi leges pœnales ferre ſecum excutionem, vel de hoc dubitant, vtile eſt quærere quid poſſint Prælati Regulares in diſpenſando, ſuper his pœnis, vel liberando ab illis, & illas tollendo, & abolendo antequam delictum, & delinquens ſit deductus ad forum contentioſum.

20 In his igitur terminis proſequendo determinationem huius quæſtionis, videndum eſt, quid Prælati Regulares poſſint tum primo de iure communi, tum ſecundò ex priuilegijs. Loquimur verò de pœnis priuationis vocis, aut etiam officiorum, & inhabilitatis ad gradus, & officia latas ipſo facto vel per ius commune, vel conſtitutiones Conciliorum, vel à Pontifice, vel qualitercumque Apoſtolica auctoritate: & ſupponimus id quòd ſæpius eſt probatum, nimirum id poſſe in hac parte Prælatos Regulares cum ſuis ſubditis, quod poſſunt Epiſcopi cum ſuis.

21 Relictis autem opinionibus pluribus Canoniſtatum in *cap. Et ſi clerici, §. de adulterijs*, de iudicijs, quas refert, & ponderat *Panorm. ibidem*, mihi dicendum videtur cum eodem *Panorm.* quòd ius Apoſtolicæ Sedis, vel expreſsè negat Epiſcopis facultatem diſpenſandi in lege ſua pœnali, vel ecõtra eam facultatem expreſsè concedit, & vterque caſus eſt clarus, quia ſi expreſsè negat, Epiſcopus non poteſt in lege hac pœnali diſpenſare, & econtra poteſt, ſi in iure, ſeu conſtitutione Sedis Apoſtolicæ id ei expreſsè eſt conceſſum. Remanet igitur difficultas ſolùm cum in lege pœnali Papali, nec expreſsè conceditur, nec expreſsè negatur Epiſcopis facultas in ea lege diſpenſandi. Sed & hic caſus eſt diſtinguendus.

22 Nam vel lex iſta pœnalis, & Papalis imponens pœnam ipſo facto expreſsè, exprimit legem illam eſſe diſpenſabilem, vt ſi prohibeat aliquem promoueri ad officium, *niſi cum illo diſpenſetur*, licet non exprimat, à quo ſit cum illo diſpenſandum; vel de diſpenſatione nihil loquitur, & nec Pontifex illam ſibi reſeruat, nec alteri eam indulgec, nec de diſpenſatione verbum facit. In primo caſu Epiſcopus poteſt ſuper illa lege diſpenſare ſuppoſita pœnitentia, & ex cauſa rationabili, quia aliter clauſula illa in ea lege eſſet ſuperflua, & ad nihil poſita. Quia ſi loquitur de diſpenſatione vt concedenda à Pontifice, non erat neceſſe hoc exprimere, quia conditio niſi in lege diſpenſatur à Pontifice eſt omni legi pontificiæ intrinſeca, inſeparabiliter; quia Pontifex in omni lege poſitiua etiam conciliari poteſt diſpenſare. Ad hoc ergo vt clauſula illa, *niſi diſpenſetur* in lege, non ſit ſuperflua, debet intelligi per reſpectum ad Epiſcopum, cui non niſi ex gratia conceſſum eſt diſpenſare in lege Papali. Et propterea quando in lege Pontificia ſatis exprimitur, quòd in ea lege poſſit diſpenſari, Epiſcopus ex cauſa rationabili poteſt in ea lege pœnali diſpenſare. *Panorm. d. §. de adulterijs num. 5. Caiet. p. 2. quæſt. 97. a. 4. Sylu. v. diſpenſatio num. 14. Sotus lib. 1. de iuſtit. quæſt. 7. a. 3. Medina p. 2. q. 97. a. 4. Valen. p. 2. diſp. 7. quæſt. 5. p. 9. Azor. p. 1. l. 5. cap. 15. q. 7. Salas p. 2. diſp. 20. ſect. 3 num. 10. Sanchez lib. 8. de matrim. diſput 5. num. 1. & l. 2. diſp. 40. num. 1. Suarez de legibus l. 6. cap. 14. num. 8. Bonae. de legib. diſp. 10. q. 2. p. 7. nu. 1. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 94. num. 6.* & communiter alij DD. Et benè contra *Anton. de Butrio*, aduertit *Panorm.* non eſſe excipiendas leges conciliares, quia (quod eſt notandum) etiam in conciliaribus legibus auctoritas Papæ ſemper intelligitur excepta. *cap. ſignificaſti, de elect.*

23 In ſecundo autem caſu, in quo lex imponens pœnam ipso iure nihil loquitur de diſpenſatione, locum habet deciſio *textus in cap. Et ſi clerici, §. de adulterijs, de iudic.* quia nimirum in adulterio, & minoribus delictis Epiſcopus poſſit diſpenſare, non verò in maioribus, niſi expreſsè facultas diſpenſandi ſit indulta. Ratio eſt, quia per diſpenſationem vulnerantur iura ſuperioris, *cap. diſplicet 23. quæſt. 4.* vt patet ex *definit. diſpenſat.* quæ ponitur per *Gloſſ. cap. requiritur. §. niſi rigor, 1. quæſt. 7.* Non licèt verò inferiori iura Pontificis vulnerare. *Clem. ne Romani de elect. & cap. cum inferior, de maior. & obed.* Non poſſunt igitur Epiſcopi diſpensare in lege pontificia, niſi ſit eis ſufficienter, vel expreſsè, vel tacitè indultum. Generaliter autem non eſt eis indultum, vt dispensent, niſi in adulterijs, & minoribus delictis, & ideò niſi alias ſit eis indultũ, vt in delictis maioribus adulterio diſpenſent, id facere non poſſunt. *Panorm. in d. §. de adulterijs nu. 6.* & ibi *Dec. num. 137. Felin. num. 11. Marſil. num. 63. & 68. Barboſa n. 10. Rodriq. tom. 1. q. 14. ar. fin Azor. p. 12. l. 2. cap. 50.*

24 Hoc verò ampliùs extenditur, vt Epiſcopus in lege Papali dispensare poſſit in caſu magnæ neceſſitatis, ſi eſt periculum graue in mora, vel ſummè difficile ſit adire Pontificem pro dispensatione. Ita *Rota*, quam refert, & ſequitur *Panorm. num. 9. Dec. num. 10. Felin. num. 3. & 21.* & rurſus *Felin. in cap. 1. num. 49. de iud. Rebuff. in praxi tit. de diſpenſ. ad plura benef. num. 30. & 31. Lambert. de iure patr. l. 2. p. 1. quæſt. 7. a. 19. num. 2. Nauar. cap. 22. n. 85. Gutierez qq. canon. l. 1. cap. 25. num. 18. Sanch. l. 2. de matrimonio diſputat. 40. numer. 3. & l. 8. diſputat. 9. numer. 22. Suarez de legibus. lib. 6. cap. 14. numer. 10. Sigiſmund. de Bonon. de elect. dub. 94. num. 7. Henriq. lib. 10. cap. 35. num. 3. & lib. 12. cap. 3. num. 1. Anguian. l. 2. contr. 5. num 16. Barboſa de off. Epiſcopi alleg. 33. num. 23.* Hæc vero ampliatio locum habet etiam ſi Pontifex reſeruet ſibi dispensationem, nihilominùs enim ex rationabili interpretatione voluntatis Pontificis Epiſcopi, vbi adſit magna, & præſentanea neceſſitas, nec ſit aditus ad Pontificẽ poſſunt diſpenſare.

25 Sed quidam magis extendunt Epiſcopi facultatem in diſpenſando ſuper Pontificia lege, nimirum vt ſuper omni pœna diſpenſare poſſit, vbi diſpenſatio non eſt expreſsè reſeruata Pontifici, & fundant ſe in *in textu cap. nuper 29. de ſent. excom.* vbi expreſsè declaratur, quòd ex quo Pontifex ſibi non reſeruat abſolutionem ab excommunicatione, facultatem abſoluendi indulſit. Et licet dici poſſit textum illum loqui de abſolutione ab excommunicatione, quæ faciliùs ſolet concedi, & non valet argumentum ab abſolutione ad diſpenſationem. *Panorm. vbi ſupra num. 5. Barboſ. d. alleg. 33. nu. 20.*

Sigiſ.

Digitized by Google

Sigiſm. d. dub. 98. num. 8. Nihilominùs inſtari poteſt, quòd ratio Pontificis vrget etiam de diſpenſatione quia nimirum non reſeruare eſt benignè indulgere; & idcò ſicut non reſeruare abſolutionem eſt illam benignè indulgere, & ita non reſeruare diſpenſationem eſt illam concedere Epiſcopis, aliàs in ſuis Diœceſibus habentibus plenam iuriſdictionem. Et benè in hoc diſtinguitur, quod aliud eſt diſpenſare ſuper lege, vt non fiat, quòd lex fieri mandat, aliud eſt diſpenſare in pœna legis ſuppoſita legis tranſgreſſione. Doctrina præcedens valet, vbi agitur de diſpenſatione legis, vt ſcilicet non poſſit Epiſcopus diſpenſare ſuper lege Pontificia, niſi in caſibus, in quibus ſibi facultas conceditur, ſed in pœna legis poteſt Epiſcopus diſpenſare quotieſcunque pœna à conditore legis ſibi non reſeruatur. Et ita hanc partem ſuſtinent *Gloſſ. in cap. in quibuſdam. v. diſpenſatum, de pœnis, & in cap. poſtulaſtis, v. diſpenſatum, de Cler. excom. & in cap. Clerici, v. moniti, eod. t.t. Et in cap. excommunicatus* §. *credenter, v. Apoſtolica, de hæret. Victor. de matrimon. p. 1. num. 7. Pelag. de planctu Eccleſ. l. 1. cap. 50. Ex Soto, & Abul. Henriq. l. 10. cap. 36. nu. 2. l. D. & l. 12. cap. 3. num. 2. l. N. Suarez tom. 4. de pœnit. p. 2. diſp. 25. ſect. 1. num. 14. & de legib. l. 6. cap. 14. num. 3. & tom. 2. de Relig. l. 6. cap. 21. Sanchez l. 1. de matrim. diſp. 61. num. 3. Leſſ. l. 2. cap. 40. dub. 13. num. 103. Caſtro Palao tr. 3. diſp. 6. p. 4. Trullench. in bullam Cruciatæ l. 1.* §. *7. cap. 3. dub. 6. num. 3. & dub. 15. n. 1. Mirand. t. 2. quæſt. 30. a. 10.* Verùm quia *in d. cap. & ſi Clerici,* §. *de adulterijs,* expreſsè eſt ſermo de diſpenſatione à pœnis legis, & decernitur, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare in adulterio, & delictis eo minoribus, ſecurior eſt ſententia Panormitani ſupra relata, quæ etiam eſt communior, vt ſcilicet cùm lex non reſeruat diſpenſationem conditori canonis, Epiſcopus poſſit diſpenſare in delictis minoribus, non autem in delictis maioribus adulterio.

26 Quæ verò ſint delicta minora, *Panormit. ex Butr. & Cardin.* putat eſſe relictum arbitrio Superioris, ſed non exprimit, quis ſit hic ſuperior, ſed ſatis innuit hunc eſſe Epiſcopum, qui debebit conſiderare, an delictum induxerit irregularitatem, & animum delinquentis, & contemptum. De caſibus autem in particulari, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare, tractant *Tiraquell. de pœnis temperand. in præf. num. 25. & 26. Azeued. ad d. l. 2. num. 39. tit. 1. l. 2. nona recopil. Azor. p. 2. l. 2. cap. 50. & Barboſa dict. alleg. 33. & ſeq.*

27 In iſtis igitur caſibus Prælati Regulares etiã locales habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſunt iure ordinario cum ſuis ſubditis diſpenſare in pœnis latis in legibus Pontificijs, ſeu auctoritate Apoſtolica emanatis.

28 Sed ex priuilegijs Prælati Regulares poſſunt diſpenſare in huiuſmodi pœnis, niſi vbi ſpecialiter reſeruata eſt diſpenſatio Pontificibus cum derogatione priuilegiorum, vel in conceſſione priuilegiorum fuerit excepta, vt excepta fuit diſpenſatio ſuper irregularitate ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione. Et quidem ſi verum eſſet, quòd inhabilitas, & priuatio vocis in huiuſmodi conceſſionibus venirent ſub nomine ſuſpenſionis, vel irregularitatis, vt DD. ſupra relati tenuerunt, cum Prælatis Regularibus ſit conceſſa ampliſſima facultas abſoluendi à ſuſpenſionibus, & diſpenſandi ſuper irregularitatibus, maximè ſi ſint occultæ, ex vi huius conceſſionis poſſent Prælati Regulares etiam diſpenſare in priuatione vocis, & inhabilitate. Sed cum diſpenſatio, vt dictum fuit, ſit ſtricti iuris, & interpretationis, extenſio iſta non debet admitti, cum huiusmodi pœnæ non ſint suspenſiones, neque irregularitates.

29 Priuilegium etiam Eugenij Quarti pro Ordine Minorum, de quo eſt ſermo *in compend. priuil. v. abſolutio extraord. quoad fratres num. 3.* quod refert *Sigiſm. dub. 95.* & in eo fundat facultatẽ Prælatorum Regularium diſpenſandi in his pœnis, parum iuuat in praxi, cum nedum ſit conceſſum pro ſemel in vita, ſed ijs ſolis proſit, qui infra annum à tempore, quo hac conceſſione gaudere voluerint ſingulis hebdomadibus ſeptem pſalmos pœnitentiales recitauerint, vel alias orationes, ſi non ſint viri literati.

30 Ex alijs igitur priuilegijs hæc facultas competit Prælatis Regularibus, vt tradunt *Peyrin. ad Conſtit. 6. Iulij 2. num 24. & Releg. in compend. priuileg.* §. 5. Nimirum ex priuilegio conceſſo Clericis miniſtrantibus infirmis à Gregorio Decimoquarto in ſua Conſtitutione 17. in quo datur facultas Generali, vt per ſe, vel per alios poſſit abſoluere, & diſpenſare in omnibus pœnis, & præcipuè liberare ſubditos ſuos ab inhabilitate, & infamia. Sed hoc priuilegium valet ſolum pro foro conſcientiæ. Sed vlteriùs adeſt priuilegium Pij Quinti conceſſũ Monachis Caſſinen. in quo datur ampliſſima facultas Abbatibus, & Prioribus liberandi ſuos ſubditos ab infamia, & inhabilitate, abſoluendi ab omnibus cenſuris, & pœnis, & in priſtinum ſtatum reſtituẽdi, ideoque & habilitandi eos ad officia, & prælaturas. Vnde in vi huius priuilegij etiam Prælati locales poſſunt in huiuſmodi diſpenſare. Et quia hæc facultas abſolutè datur, & non tantum pro foro conſcientiæ; ideò vbi delicta non ſint deducta ad forum contentioſum, poſſunt Prælati diſpenſare ſuper his pœnis diſpenſatione valitura etiam pro foro contentioſo; ita vt ſic diſpenſati non poſſint in forum contentioſum pro præfatis pœnis vocari, nec puniri poſſint, ſi poſt obtentam diſpenſationem electionibus cõſẽſerint, & prælaturas acceptauerint. Sic. n. vbi Præl. cũ ſuis ſubditis diſpẽſauerint ex cauſa rationabili, & cõuenienti pœnitentia iniuncta in huiuſmodi pœnis, nõ poſſunt ampliùs ratione illarũ in ius vocari, licet poſſint pro qualitate delicti alijs pœnis ſecundum leges puniri. Quia cum Pontifex non reſtrinxerit hanc facultatem pro ſolo foro conſcientiæ, ſed illam abſolutè conceſſerit, ideò dum diſpenſant abſolutè dispensant, & non pro ſolo foro conſcientiæ. Dum tamen ad nullius iudicis forũ cõtentioſum delictum ſit deductum. Et dum delictũ ſit tale, contra quod Prælatus poſſit procedere in foro externo, & pro foro externo abſoluere.

31 Sed vbi delictum ſit deductum ad forum contentioſum, tela iudiciaria dicti fori ſequi debet, nec habet locum alia dispenſatio, & poſtquã delinquens fuerit declaratus commiſiſſe delictum, pro quo in iure lata eſt a lege Papali ipſo facto inhabilitas, vel priuatio vocis non poteſt cum eo per Prælatos dispenſari. *Sanchez d. l. 6. in Decal. cap. 15. num. fin. Paſſarel. in ſchol. ex Anenionen. num. 20. & in ſchol. ex Sauuen. n. 30. Peyr. ad Conſt. 6. Iulij 2. nu. 25.*

32 Li-

32 Limitanda tamen eſt hæc concluſio, vt in caſibus, in quibus Epiſcopi, & Regulares Prælati de iure ordinario diſpenſant, poſſint etiam diſpenſare ſuper huiuſmodi pœnis in foro externo iudicio completo, & poſt ſententiam declaratoriam criminis, vt in pœnia iſtis latis pro delicto minori adulterio. Huiuſmodi enim facultates datæ ſunt Epiſcopis nedum pro foro conſcientiæ, ſed abſolutè, & tanquam iudicibus ordinarijs. Ideò, & Prælati poſſunt cum ſuis ſubditis in huiuſmodi pœnis diſpenſare, & ſuos in ſtatum priſtinum reſtituere. *Io. de Crace de ſtat. Relig. l. 1. cap. 6. dub. 15. concl. 6. Rodriq. tom. 1. quæſt. 24. art. vlt.* Hi tamen DD. Generalibus, & Prouincialibus, & eorum Vicarijs tantùm hanc facultatem tribuunt, ſed verè competit etiam ſuperioribus localibus habentibus facultatem quaſi Epiſcopalem.

33 Cætera quæ de huiuſmodi facultate diſpenſandi dici poſſent, ex ijs, quæ ſupra de facultate abſoluendi à cenſuris dicta ſunt, colligi poſſunt.

CAP. XXIX.

De obligatione eligendi dignum.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo doctrinæ. numer. 1.*

1 EXplicatis conditionibus neceſſarijs in eligendo ad prælaturas, & beneficia, & qualiter, quis aliàs inhabilis ob cenſuras, & inhabilitates à iure inflictas poſſit per abſolutionem, diſpenſationem, & liberationem fieri habilis, & dignus, iam eſt locus videndi qualis, & quanta ſit obligatio eligentium ad eligendum eum, qui qualitatibus à iure requiſitis ſit præditus, & dignus, vt aſſumatur ad id, ad quod eligitur. Hoc verò dicendis præmittendum eſt, quod ineligibilis conſuetudine eligibilitatem præſcribere poteſt, & obtinere. *cap. olim de Cler. coniugatis. Gloſſ. in cap. nos conſuetudinem, v. de primatibus. 12. diſt.* Conſuetudo enim attenditur in electione. *cap. pudenda. 24. q. 1. cap. cum inter vniuerſas, de elect. & cap. cum Eccleſia de cauſa poſſeſ.*

S V M M A R I V M.

1 *Indignus dicitur, ideſt immeritus. n. 2.*
2 *Indignus dicitur cui deficit aliqua ex conditionibus in iure requiſitis. n. 2.*
3 *Hæc deſcriptio amplior definito. n. 3.*
4 *Non omnis ineligibilis eſt indignus. n. 3.*
5 *Qualitatum quæ requiruntur ad hoc, vt aliquis ſit eligibilis differentia. nu. 3.*
6 *Indignus quis ſit. n. 4.*
7 *Epiſcopus non eſt indignus eligi ad alium Epiſcopatum. n. 4.*
8 *Indignus minus propriè, & magis propriè dicitur. numer. 5.*

2 QVæritur autem primò, quis dicendus ſit dignus, aut indignus ad prælaturas, & beneficia eccleſiaſtica, & præcipuè an omnis ineligibilis cenſendus ſit indignus beneficio, vel Prælatura? Respondetur autem, quòd in præſenti indignus ſumitur, vt idem eſt, quòd immeritus, *Lexicon iuris, ver. indignus.* Qui ſcilicet non habet meritum, ſeu diſpoſitionē, & habilitatem ad agēdum propter finem, ad quem aſſumitur. Quo ſtāte dicendum videri poteſt, quòd indignus ad beneficia, & munera eccleſiaſtica ſit ille, qui non habet conditiones à iure requiſitas ad exercendum munus, tali beneficio, vel prælaturæ annexum, ſiue ſit munus recitandi diuinum officium, ſiue habendi curam animarum, ſiue aliud ſimile. Non enim habet meritum, vt aſſumatur ad beneficium, aut prælaturam ille, qui non habet conditiones à iure requiſitas ad beneficium, aut prælaturam rectè adminiſtrandam, vel habet defectus in iure expreſſos *Caſtel. cap. 5. de elect. num. 13. Donatus p. 3. tract. 1. quæſt. 26.* & ſufficit ad hoc, vt aliquis ſit ſimpliciter indignus, vt ei deſit vel vna ex qualitatibus à iure requiſitis. *Nauar. cap. ſi quando de reſcrip. excep. 16. num. 1.* & colligitur ex *capit. cum ex cunctis 7. de elect.* ibi cum diſiunctiuè qualitates eligendorum recenſentur, & prohibentur eligi, qui patiuntur defectum, vel in natalibus, vel in ætate, vel in ſcientia, vel in morum honeſtate. Vnde ille ſolus non eſt indignus, cui nulla deeſt ex qualitatibus neceſſarijs, & talis iure meritò dicitur dignus, cum habeat omnem habilitatem neceſſariam.

3 Verùm cauendum eſt ne accipiatur præfata deſcriptio in ſignificatione nimis ampla, vt excedente amplitudinē diffiniti. Illa enim conuenit adæquatè ineligibili, ſed non omnis ineligibilis eſt indignus. Nam v.g. Epiſcopus eſt ineligibilis ad aliū Epiſcopatum, & tamen ex hoc non eſt indignus ad illum adminiſtrandum. Eſt enim conſiderandum, quòd qualitatum, quæ requiruntur ad hoc, vt aliquis eligatur, aliæ ſunt neceſſariæ tanquam diſpoſitiones, & habilitates, ſine quibus non poteſt rectè, & pro dignitate exerceri munus eccleſiaſticum. Vnde illarum defectus importat in ſubiecto priuationem meriti, & dignitatis, ſimulque quandam impotentiam, vel phyſicam, vel moralem ad obeūda ſimpliciter, vel pro dignitate eccleſiaſtica munera. Sed aliæ ſunt, quæ non requiruntur, vt habilitates ad agendum, ſed vt ablationes impedimētorum, per quæ habilitas ad agendum erat, veluti ligata, & impedita. Defectus primarum, quia importat defectum diſpoſitionis, & habilitatis ad condignè obeunda munera eccleſiaſtica, reddit perſonam indignam, tanquam non habentem meritum ad illa munera, ad quæ perſona non eſt habilis; & huiuſmodi eſt defectus ſcientiæ, honeſtatis morum, natalium, &c. Ideò indignus eſt ad munera eccleſiaſtica ignorans, criminoſus, illegitimus, puer, excōmmunicatus, infamis, &c. Sed qualitas illa, quæ oritur ex eo, quòd ab extrinſeco ligatur habilitas, & impeditur, facit quidem ineligibilem, quia ad munera eccleſiaſtica requiritur habilitas expedita, ſed non facit indignum, quia non facit inhabilem indiſpoſitum ad illa obeunda. Et ita Epiſcopus non eò eſt ineligibilis ad aliam Eccleſiam, quia non habeat diſpoſitionem habilem ad

eam

Digitized by Google

eam adminiſtrandam, sed quia vni Eccleſiæ deſpõſatus, eſt ligatus, ne aliam poſſit adminiſtrare. Nõ enim poteſt eſſe duarum ſponſus. Indignitas ergo importat defectum perſonæ, per quem perſona non eſt apta, & habilis ad dignè exercenda munera Eccleſiaſtica, ſed ineligibilitas non importat neceſſariò defectum, & imperfectionem, & impotentiam, aut inhabilitatem, ſed etiam impedimentũ habilitatis illiuſque ligamen, per quod habilitas nõ remanet expedita, & quod impedimentum non importat imperfectionem, & defectum moralem in impedito. In plus ergo ſe habet ineligibile, quã indignum.

4 Aliter igitur definitur indignitas. Vt ſit defectus, & priuatio perfectionis, ſeu potentiæ, & habilitatis, ſeu phyſicæ, seu moralis per quam priuationem perſona eſt verè impotens ad munera eccleſiaſtica obeunda, vel ſimpliciter, vel pro dignitate. Et ità indignus eſt nõ ex eo præciſè, quod non habet omnia à lege requiſita, vt eligatur, ſed ex eo, quod non habet ea, quæ à lege requiruntur, vt potentiæ, & habilitates, & dignitates, per quas perſona condignè ſatisfacere poſſit muneri eccleſiaſtico. Sic Epiſcopus licet non poſſit eligi, non eſt indignus alio Epiſcopatu. Sic Laicus ætatis maturæ, doctus, prudens, & ſanctus in gradu heroico non eſt eligibilis ad Epiſcopatum, nec tamen eſt eo Indignus. Sic Prælatus vnius Religionis licet Sanctiſſimus eſt ineligibilis ad prælaturas in alia Religione, nec tamen eſt indignus ad illas adminiſtrãdas. Econtra verò qui non habet liberum vſum rationis, ſicuti eſt impotens ad liberè agendum, ſic eſt indignus prælatura, & eadem ratio eſt de ignorante. Et criminoſus, aut excommunicatus, aut alia cenſura, vel irregularitate ligatus, infamis, priuatus voce, & inhabilis eſt impotens ex lege ad officia eccleſiaſtica; quia nec condignè valet ea adminiſtrare: ſimiliter ratione cuiuſdam indignitatis illegitimi à ſacris miniſterijs arcentur. Pueri verò, & iuuenes ob imperfectionem libertatis inepti ſunt ad plura munera eccleſiaſtica, & ideò iſti vel facultate, vel dignitate priuati, quam exigunt in ſuo ſubiecto officia eccleſiaſtica dicuntur indigni ad illa.

5 . Et nihilominùs eſt conſiderandum ampliùs, quod adhuc non eodem modo præfatæ perſonæ dicuntur indignæ muneribus Eccleſiæ, ſed ratio indigni diſtinguenda eſt. Nam vt habetur ex *cap.* 1. 2. *&* 3. *de poſtul.* Indignus non poteſt poſtulari, & nihilominùs poteſt poſtulari illegitimus, & qui nõ habet ætatem requiſitam à iure, & multi irregulares, & vniuerſaliter ille cuius defectus eſt diſpenſabilis, & in eo conſueuit diſpenſari à Superiore, ad quem dirigitur poſtulatio. Iſti igitur non ſunt indigni, quia iſti poſtulari poſſunt, & indignus nequit poſtulari. Debet igitur diſtingui indignitas, vt alia ſit communiter, & genericè, alias ſpecificè, & magis propriè dicta. Et quod indignitas magis propriè dicta eſt defectus potentiæ, aut dignitatis, vel ſimpliciter indiſpenſabilis, vel in qua non conſueuit diſpẽſari. Indignitas verò communiter dicta eſt defectus dignitatis ad munera eccleſiaſtica, in qua conſueuit diſpenſari. Alia etiam eſt ratio indignitatis ex defectu præſupponente culpam, & ex defectu, qui non eſt ex delicto, vel perſonæ, vel parentum, ſicut ſunt multæ irregularitates. Vnde eſt, quod horum diuerſa ratio eſt habenda, vt patebit in ſequentibus: nam indignus cuius electio punitur apud Sacros Canones eſt, qui patitur defectum, vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel motum.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio quæſtionis. n. 6.*

2 *Indignus ſimpliciter eſt illiteratus reſpectiuus, qui neſcit neceſſaria ad validè, & ritè obeunda munera eccleſiaſtica. n. 7. & 8.*

3 *Indignitas alia de iure naturali, alia de iure poſitiuo. nu. 7.*

4 *Illiteratus eſt impotens ad agendum per voluntatem. num. 8.*

5 *Criminoſus habituatus, & famoſus eſt ſimpliciter indignus promoueri ad beneficia Eccleſiaſtica. num. 9.*

6 *Criminoſus habitualis non niſi poſt diuturnam pœnitentiam eligendus. nu. 10.*

7 *Ex puro peccato mortali nõ redditur quis indignus ſimpliciter electione. n. 11.*

8 *Hoc intelligendum de peccato præterito videri poſſet. num. 12.*

9 *Exiſtentia peccati mortalis præciſè etiam pro eo tempore, non reddit peccatorem ſimpliciter indignum electione. n. 13.*

10 *Bona fama, & honeſtas morum moraliter non tollitur per quodlibet peccatum mortale. numer. 13. & 18.*

11 *Qui regulariter non peccat eſt humano modo iuſtus. nu. 13. & 18.*

12 *Etiam ſi peccatum ſit notorium poteſt non tollere famam honeſti viri moraliter, & non reddere peccatorem indignum electione. nu. 14.*

13 *Et ſine ſcandalo ſtat, quod aliquis peccator poſſit eligi. nu. 15.*

14 *Electionem peccatoris non eſſe nullam plures ſentiunt. nu. 15.*

15 *Conſideranda eſt qualitas peccatoris, & peccati, & loci. num. 16.*

16 *Tunc ſolum peccator notorius poteſt eligi, quando eius fama non eſt læſa. num. 16.*

17 *Si peccator ſit occultus, ſufficit certitudo moralis de idoneitate, & futura honeſtate, & recto exercitio ſui muneris. num. 16.*

18 *Eligibilis eſt qui regulariter benè viuit. numer. 17.*

19 *Diuus Thomas, & alij Doctores explicati. numer. 18.*

20 *Perſeueraturus in peccato non eſt eligendus. numer. 18.*

21 *Qui regulariter viuit ſine peccato, licet ſemel lapſus fuerit ex fragilitate ſed habeat omnes alias qualitates neceſſarias ad officium potiùs, debet eligi, quam iuſtus ad officium minus aptus. numer. 18.*

22 *Iuſtus cenſendus peccator ſi alias regulariter malè viuit. num. 19.*

23 *Indignus munere eccleſiaſtico eſt, qui habet defectũ ſalutis, vel animi, per quem eſt impotens ad munus pro dignitate obeundum. nu. 20.*

24 *Indignus ſimpliciter eſt cui deeſt aliqua ex conditionibus à lege requiſitis, per quem defectum eſt inhabilis ad munus obeundum pro dignitate. numer. 21.*

25 *Ad*

Digitized by Google

25 *Ad effectum incurrendi pœnas Canonicas latas cõtra eligentes indignum, is eſt indignus, qui habet defectum vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel morum. n.22.*

6 QVæritur ſecundò. An peccator vt peccator ſit ſimpliciter indignus muneribus & beneficijs Eccleſiaſticis: ſeu quæritur, quid ſit id per quod perſona ſit ſimpliciter indigna præfatis muneribus, & beneficijs? Præmitti enim debet huius quæſtionis reſolutio, vt meliùs explicetur, an ſit ſemper illicitum promoueri indignum, & omnis indigni electio ſit Canonum pœnis ſubiecta.

7 Dico igitur primò, quòd illiteratus, qui neſcit neceſſaria ad validè, & ritè obeunda munera Eccleſiaſtica eſt omnino, & prorſus ſimpliciter indignus dictis muneribus. Et illiteratum non dico ſolum illum, qui neſcit legere, vel ſcribere, vt multi loquuntur, quos impugnaui ſupra Cap.25. Sed illiteratum dico etiam eum, qui ſciat excellentiſſimè legere, & calleat etiam linguam latinam, ſi neſciat neceſſaria ad validè conficienda Sacramenta, vel ad dicendum ius, & ſeruandum iuſtitiam. Eſto enim ad beneficia ſimplicia ſufficiat ſcire legere & ſcribere & aliqualiter loqui latinè, ad ordines tamen ſacros, & ad curam animarum, & ad regimen Eccleſiarũ maior notitia eſt ſimpliciter neceſſaria. Ideo illiteratus eſt ſimpliciter eo munere indignus, cuius obeundi validè & ritè neceſſariam notitiam non habet.

8 Et cum indignitas alia ſit de iure naturali, & alia de iure Canonico, vt notauit *Nauar. miſcel. 45. de orat. num. 3.* ſicut & in propoſito alia eſt notitia ex iure naturali & diuino, & alia ex iure politiuo neceſſaria. Indignus ſimpliciter eſt, vel ex iure naturali, vel diuino, qui non habet literaturam ex duplici hoc iure ſimpliciter requiſitam. Illiteratus enim eſt verè impotens nedum ad dignè agendum, ſed ad agendum validè & ſecundùm ſubſtantiam; quoniam liberè non agimus, niſi ex voluntate, quæ non fertur niſi in cognitum, ideo qui caret ſcientia neceſſaria ad agendum verè eſt impotens agere, & idcirco omnino indignus promoueri ad illud officium, quod non poteſt adminiſtrare. *cap. illiteratos diſt. 36. & ibi Turrecrem. & cap. cum in cunctis 7. de elect.* & ibi *Innoc. Panormit. num 4. & alij. Nauar. miſcel. 40. de orat num. 8. & cap. ſi quando de reſcript. excep. 11. ad primum. Bannes 22. q. 63. ar. 2. dub. 1. Sylu. v. electio 1. q. 14. Tabien. num. 17. Angel. num. 23. & 24. Armill. num. 23. & 24. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 20. & reliqui DD. commun.*

9 Dico ſecundò, quod habituatus in aliquo peccato publico, seu famoſo eſt ſimpliciter indignus beneficijs & Prælaturis Eccleſiaſticis. Verum eſt, quòd hic peccator habituatus plùs, vel minùs eſt indignus etiam ſpectata qualitate peccati. Peccator enim eſt indignus ad munera Eccleſiaſtica, vel per ſe, ex ratione communi, quia indignum eſt, vt ad ſacroſancta altaria miniſteria, & ad diuina officia perſoluenda, & ad regimen fidelium aſſumatur, qui eſt Dei inimicus, nullo vinculo charitatis cum alijs fidelibus iunctus, pollutus, & maculatus, & immũdus. Secundò ratione ſcãdali quod datur fidelibus, quibus in exẽplũ impietatis eſt, vbi Eccleſię miniſtri forma ſanctitatis populo eſſe debent. Sed præcipuè indigni ſunt ſacris miniſterijs, qui habitualiter ſunt iniuſti, aut auari, hi enim de facili ſimoniacè ſacramenta vendunt, & iuſtitiam conculcant, & ſacrilegia multiplicant. Non eſt ergo dubium, quòd ſimpliciter indigni muneribus Eccleſiaſticis ſunt habitualiter peccatores publici, & infames. *cap. cum in cunctis 7. de elect. & ibi Canoniſtæ omnes.*

10 Hoc autem adeo verum eſt, vt etiam ſi peccator habituatus pœnituerit, non per hoc ſtatim ſit eligibilis, ſed maneat adhuc irregularis ex infamia facti, vel per triennium, vel ad arbitrium Superiorũ, & eligentium, donec conuerſionem ſuam veram, & ſtabilem experimento comprobauerit, vt latiùs probatum eſt Cap.25. vbi de infamia facti tractatum eſt.

11 Dico verò tertiò ex ratione peccati præcisè præſcindendo vel à cenſura, aut irregularitate, & inhabilitate aliqua iuris, quæ ad illud ſequatur, & præſcindendo à perſeuerantia in illo, & illius habituali ſtatu, nullus eſt ſimpliciter indignus, vt eligatur etiam ad Prælaturas, & ad Epiſcopatum. Nam vix reperiretur, qui poſſet Eccleſias regere ſi Rectores Eccleſiarum ſine peccato eſſe deberent, cum rariſſimi ſint, qui aliquando non peccent, ideò in hac parte iuſtus cenſetur, qui regulariter bene viuit, & in hoc iuſtitia habitualis attendi debet ſimpliciter, non verò ſola iuſtitia actualis, vel actuale peccatum. Quamobrem peccator non habitualis, ſed aliquando ex fragilitate, aut ignorantia cadẽs non eſt ſimpliciter indignus eligi, & promoueri ad dignitates Eccleſiaſticas.

12 Sed dices, hoc verum eſſe de peccato præterito, & iam per pœnitentiam deleto, quia ad eligendum etiam ad Epiſcopatum non eſt neceſſe, quod homo poſt baptiſmum nunquam peccauerit, vt bene tradidit *D. Thom. in 1. ad Tim. cap. 3. lect. 1. circa medium*, ibi. *Nec eſt dicendum, ſicut aliqui dixerunt, quod quicumque peccauerit mortaliter poſt baptiſmum, non eſt idoneus, quia pauci eſſent tales, ſed irreprehenſibilis, id eſt nõ ſubiectus alicui peccato, vnde ab alijs reprehendi poſſet, quia indecens eſt ſi reprehenſibilis ſit reprehenſor.* Et ſic eſt verũ quòd peccatũ quod non inducit cenſuram, vel irregularitatẽ, vel infamiam iuris, aut aliam iuris inhabilitatem, ſi ſit pœnitentia deletum non reddit hominem indignũ Prælatura, vt communiter DD docent, & probatũ eſt ſupra Cap.25. Sed loquendo de peccato exiſtẽte videtur, quod pro eo tempore, quo durat reddat hominem indignum electione, & quod neceſſe ſit, quod tempore electionis, aut promotionis homo ſit in gratia, & ſic, quòd defectus gratiæ iuſtificãtis reddat hominem ſimpliciter indignum ad munera Eccleſiaſtica. Nam hoc videtur docuiſſe ſatis expreſsè *D. Thom. quodl. 8 art. 6.* ibi. *Per quodcumque peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodcumque ſpirituale exequendum.* Et *S. Dion. Epiſ. ad Demophilum*, inquit de Sacerdote malo. *Non eſt ille Sacerdos, ſed inimicus doloſus, & Lupus ſuper Dominicum populum. Turrecrem. cap. fin. d. 25. nu. 1. Dion. Carthuſ. de vit. canon. cap. 2. Angelus ver. Acceptio perſonarum num. 6. Caiet. in ſum. v. electio. Panorm. cap. gradum 54. num. 24. de elect. Armill. ibid. num. 27. Palacios in illud mat. 18. Niſi conuerſi fueritis &c.* Et huic opinioni fauent illi, qui dicunt malum eſſe indignum, vt eligatur. *Sylu. v. electio 1.*

q.14. Armill.nu.23. Tabien.q.16. Roſell.nu.36. Caiet. 2.2. q.63. art.2, & q.185.art.2. D. Anton. 3.par. tit.1. cap.20.§.1. Albertus Magnus quem refert, & ſequitur *Gabriel 4.d.15.q.6.art.3.d.1.concl.1. Alenſis 2.p. q.136.memb.2.§.2. Felin.cap.quamuis de offic. deleg. Abul. in cap.22. Matt. quæſt 116. Palacios in ſumm. ver.acceptio perſonarum. Mercado lib.6. de contract. cap.17.*

13 Dicendum nihilominùs eſt, quòd peccatū mortale etiam exiſtens tempore electionis, ſeu promotionis, ſi ſit tale, vt non inducat cenſuram, vel irregularitatem, vel infamiam iuris, vel iuris aliquam inhabilitatem, & tale vt per illud promotus non ſit depoſitione dignus, & vlterius non ſit peccatum ex malitia, & habituale & perſeuerans non reddit peccatorem ſimpliciter indignum etiam ut tunc promoueatur, & eligatur. Tenent hanc concluſionem *Martinus de Ledeſ. 2. 4. q.18.art.2.dub.9. Sot.lib.3.de iuſt.q.6.art.2.* vbi quod indignus eſt, qui eſt prauus & corruptis moribus, hoc verò nō verificatur de peccante rarò & ex accidenti. Et clariùs *lib.10.q.2.art.2.ad ſecundum* vbi inquit, *quod ille, qui cum animo perſeuerandi in peccato mortali Epiſcopatum acceptat, peccat mortaliter.* Vnde ſecundùm illum non peccat mortaliter peccator non habens animum perſeuerandi. *Caiet.2.2.q.63.art.2.notab. 2.* vbi quòd comparationes eligibilium ſupponunt bonitatem abſolutè, *hoc eſt eſſe bonum virum, hoc eſt quantum humana fragilitas concedit perſonam illā eſſe in gratia Dei. Vnde qui manifeſte tenet concubinam, vel in alio peccato mortali creditur verſari extra latitudinem eligibilium, ſeu promouendorum eſt.* Per hoc verò quòd quis ex accidenti, & ex fragilitate aut ignorantia aliquando peccet non perdit famam viri boni quantum fragilitas concedit bonum eſſe, nec iſte in peccato verſari dicitur. Idem tenent *Nauar.miſcel.34.de orat. Aragon.22.qu 62. art.2. & q.63.art.3. Bannes ibid.in princ.verſ.ſed quares. Sanchez lib.2.opuſ.d.cap.1.dub.2. nu.9. Azor.tom.2.lib.6, cap.14.q.10. Petrus de Ledeſm. par.2. tract.7. cap.2. concluſ.4. diffi.4. pag. mihi 150. Ragg. d.23. num.1. Peyr.in ſubd.q.1.cap.31.§.3. Palaus par.2.diſt.13.p.11. §.2 num.2.* Et ratio eſt quoniam nulla lex datur, quæ obliget promouendum ad hoc, vt ſe præparet ad recipiendum beneficium, ac ſi deberet accipere Sacramentum. Tum quia Alex.III. in Concil. Lateran. prout habetur *d.cap.Cum in cunctis 7 de elect.* & alij Pontifices, & Concil. Tridentinum, in locis infra citandis non exigunt in promouendo ſtatum gratiæ, ſed morum honeſtatem, & grauitatem, quæ non tollitur per quodlibet peccatū mortale, quod aliquando & rarò ex fragilitate, aut ignorantia proueniat. Accedit quod de eo, qui regulariter abſtinet à peccato, & eſt humano modo iuſtus, niſi actualiter peccet in eo momento in quo eligitur, aut promouetur, vel niſi exteriùs conſtet, quòd etiā pro illo tunc perſeueret in affectu peccati, non poteſt, nec debet præſumi, quod non ſit in gratia, & quòd intus non pœnituerit per ſufficientem contritionem, vnde nec cenſendus eſt eſſe in peccato ſine gratia licet de proximo peccauerit; quia de viro alias probo, & honeſto credi debet, quòd in peccato nolit perſeuerare.

14 Limitant hoc *Bannes, & Raggius loco citato.* ad peccatum occultum, & putant, quod ſi peccatū ſit notorium, vel famoſum, peccator ſit indigus vt eligatur. Sed alij DD. hanc limitationem non adhibent. & meritò. Tum quia vt dictum eſt, ex eo quod aliquis notoriè per fragilitatem aliquando, & rarè peccauit, cum non ſit peccator habitualis, non poteſt de eo præſumi, quòd non pœnituerit intrinſecus, & ideò non ſit in ſtatu gratiæ. Tum quia ſumus in caſu, in quo peccator per peccatum illud non amiſit famam boni, & honeſti viri, quantùm fragilitas humana permittit, & ſolum ſecundū quid remanet infamatus, ideo non eſt ſimpliciter electione indignus. Tum quia de tali præſumendū eſt, quod ſtatim etiam extrinſecus pœnitebit, & quod non recipiet munus ad quod promouetur, niſi cum animo illud exequendi prout debet, vnde exiſtentia ſine gratia etiam ſi adeſſet pro modico tempore, eſſet pro nihilo reputanda quantum ſpectat ad dignitatem obeundi munus ad quod peccator aſſumitur. De peccatore autem occulto. *Peyr. tom.3.priuil.cap.9.num.5. ex Io. de Silua in tract. de benef.par.3. q.7. num.11. & 12.* addit, quod ſi peccator ſit occultus, ſi aliàs ſit vir doctus, & prudens, & talis quod Prælaturā dignè adminiſtrabit, quod non ſit peccatum talem eligere. Cui tamen dicto non adhæret, ſed ſe remittit ad dicta in *Subd. qu.1. art.13. §.3.* Ego exiſtimo quod de peccatore habituali, & perſeueraturo non poſſit haberi ſpes, vt Prælaturam rectè adminiſtret, & vt peccatum maneat occultum, & non reueletur. In peccatore enim non eſt virtus prudentiæ, *D.Thom.2.2. q.47. art.13.* In eo enim ſolum habet locum prudentia carnis, quæ mors eſt. *Rom.8.* & ideo bona adminiſtratio & prudens à peccatore habituali expectari non poteſt. Si verò talis non ſit perſeueraturus in peccato, iam, vt dictum eſt, poteſt eligi, ſi habeat requiſita.

15 At dices, quod vbi peccatum mortale alicuius ſit notorium, ille pro eo ſtatu eſt indignus, vt eligatur ratione ſcandali. Ita ex *Caſtro Palaus 2. tom.tract.13.diſp.2.par.11.§.2. num.13.* docet *Card. de Lugo to.2.de iuſtitia diſp.35.ſect 1. nu.2. final.* Sed cum ſimus in caſu in quo peccator etiam notorius non amiſit ex peccato famam probi viri, & in quo præſumi debet emendatio peccatoris iſtius, & quod aliàs in futurum quantum patitur humana fragilitas & à peccato abſtinebit, & muneri ſuo ſatisfaciet, per ſe non eſt hic locus ſcandalo actiuo, cum talem eligere, vel promouere verè non ſit malum, & aliqua lege prohibitum. Et ideo *Nauar. d. Miſcellan.34.num.5.* Etiam in caſu peccati notorij nō diuturni, vel alia qualitate nō affecti, & non talis vt iudicio iudicis peccator eſſet deponēdus, tenet promotionem eſſe validam, & acceptantem beneficiū nō peccare mortaliter, ſaltem ſi pœniteat. Et ideo morum inhoneſtatem quæ reddit indignum ſimpliciter; & eius electionem nullam etiam in illorum opinione, qui cenſeat electionem indigni eſſe nullā ipſo iure, non conſtitui per hoc quod eſt eſſe in peccato mortali, tenent *Sylu.v.electio 1.q.14. Angelus ibid.nu.24. Nauar.in ſum.cap.25.num.134. Io. Maior in 4. d.18.qu.4. & in 2.d.44.* vbi oppoſitum vocat ſomnium Panormitani. *Couar. ex Felin. Gloſſ. & Compoſtell.* quem refert, & ſequitur *Sanchez lib. 2. opuſ cap.2.dub.18. num.3.* Et licet pro qualitate peccati in eo caſu ſi eſſet peccatum grauiſſimum, vel habituale electio eſſet caſſanda; vbi tamen peccatum ſit tale, quod non fert infamiam facti ſimpliciter,

citer,

Digitized by Google

citer, ſed ſolum ſecundum quid, quia non tollit famam viri probi & humano modo honeſti, electio nec eſt caſſanda, ſi aliud non obſtet.

16 Et nihilominùs hic conſideranda ſunt, & qualitas perſonæ, & qualitas peccati, & communis æſtimatio populi. Nam idem peccatum infamabit valde Regularem, quod leuiter lædet famam Clerici ſecularis. Et peccatum idem in vno loco ex hominum æſtimatione erit leue, & in alio enorme. Et aliquando tale eſt peccatum, quod licet ſit vnum & ſingulare facit præſumere peccatorem in malo habituatum. Sic enim furtum notabile non excuſatum valde graui neceſſitate, vel confidentia, & amicitia, aut alia ſimili circumſtantia etiam ſi ſit vnum & valde infamat, & arguit in furante magnam malitiam. Peccatum etiam incontinentiæ, vt fornicatio, vel adulterium maximè in viro Regulari valde infamat. Sed rixa aliqua etiam ſi mortalis ſolis verbis habita poſſet eſſe moraliter leuis, & non lædere famam rixantium; Ideirco, quæ dicta ſunt intelligi debent de peccato mortali quidem etiam notorio, ſed tali, quod omnibus penſatis non lædit grauiter famam peccatoris nec aufert nomen honeſti viri. Nam quando peccatum eſt occultum, ſufficit ad hoc vt peccator eligi poſſit moralis certitudo, quod peccator pœnitebit, & bene ſe habebit in ſuo officio pro humana fragilitate.

17 Et ideo benè Ledeſma addit magis eligibilem eum, qui regulariter benè viuit, quamuis nunc ceciderit, quam ſit ille, qui regulariter malè viuit, & nunc præſumitur iuſtus; quia immò iſte non eſt eligibilis etiam ſi iuſtus, quia præſumi debet, quòd ſtatim cadet iterum, quia regulariter cadit, & de illo præſumi debet nedum, quòd ſtatim reſurget perſeueraturus in iuſtitia, quia regulariter non cadit, ſed quod de præſenti forſan ſit iuſtus, eò quod pœnituerit ſaltem apud ſe ipſum, niſi contrarium appareat.

18 Neque obſtat, quod *D.Thom.quodl.8.ar.6. & alij DD.citati*, dicant eum, qui eſt in peccato eſſe malum ſimpliciter, & non eligendum; quia eſſe in peccato non importat aliquando peccaſſe; ſi in breui peccator ſit reſurecturus, & iuſtè victurus, ſed importat perſeuerantiā in peccato; moraliter enim & apud homines non cenſetur eſſe peccator ad effectum gerendi munera publica, qui regulariter iuſtè viuit, & ſi quando peccat ſtatim reſurgit, ſed qui in peccato perſeuerat. Nam & modicum tempus in hac parte pro nihilo reputatur. Vnde ſi qui peccauit præſumeretur rationabiliter perſeueraturus in peccato non eſſet eligendus. Sed econtra ſi eſſent duo, quorum vnus præſumeretur iuſtus, & vel nunquam peccare, ſed eſſet ſimul vel ignorans ea, quæ pertinent ad officium, vel carens aliqua ex qualitatibus neceſſarijs ad regimen ſubditorum alter verò regulariter viuens ſine peccato, tempore electionis eſſet peccator, ſed haberet omnes aliàs conditiones neceſſarias ad regimen ſubditorum, hic non ille eſſet eligendus. Quia ille eſt ineptus ad officium, hic verò & ſtatim obtinebit iuſtitiam per pœnitentiam & aliàs habet qualitates. Alij verò DD. qui dixerunt malum eſſe indignum vt eligatur benè dixerunt; ſed moraliter loquendo non eſt ſimpliciter malus, qui regulariter viuens ſine peccato aliquando ex fragilitate peccat, ſed ille qui ex habitu, & malitia peccat eſt ſimpliciter moraliter malus.

19 Et in præſenti peccator cenſendus eſt etiam iuſtus, ſi præſumi poſſit, quod electus regulariter peccabit; maximè in præiudicium communitatis, nec talis eſt eligendus, ſed iuſtus eſt habendus, de quo præſumi poteſt, & debet, quod regulariter iuſtus viuet.

20 Dicitur quartò, quod ſimpliciter eſt munere Eccleſiaſtico indignus, qui defectum infirmitatis animi, vel corporis talem patitur, per quem eſt impotens ad illud munus exequendum, vt ſi careat vſu rationis, ſiue per ætatem, ſiue per amentiam, vel ſit infirmus habitualis, iuxta ſupra explicata. Nam contra rationem eſt eligere ad manus exercendum, qui ad illud eſt impotens.

21 Dicitur quintò, quod ex iure Eccleſiaſtico poſitiuo eſt ſimpliciter indignus munere Eccleſiaſtico cui deeſt aliqua ex alijs conditionibus & habilitatibus à iure requiſitis, ſi per illum defectum à lege cenſetur impotens, & inhabilis ad dignè obeundum illud munus: vt ſi aliquis ſit illegitimus, vel cenſura ligatus, vel irregularis, vel infamis infamia iuris, vel priuatus voce paſſiua, vel inhabilis de iure.

22 Dicitur verò nihilominùs ſextò, quòd ad effectum incurrendi pœnas Eccleſiaſticas contra eligentes indignum latas, indignus ſolùm ille cenſendus eſt, cui deeſt aliqua ex qualitatibus enumeratis in *cap. cum in cunctis 7. de elect.* ſcilicet, qui habet defectum vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel honeſtatis morum, non verò ſi alium patitur defectum, prout etiam infra magis explicatur. *cap. cum in cunctis, cap. innotuit 20. de elect. Panorm. in d. cap. cum in cunctis, §. clerici, num. 6. Io. Andr. in reg. odia, de regul. iuris in 6. Sigiſm. de Bonon. dub. 58. num. 11. Theſaur. in praxi v. electio cap. 3. Tambur. de iure Abb. diſp. 5. q. 8. num. 11. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 14 dub. 6. num. 18.*

S V M M A R I V M.

1 *Ratio & ſenſus quæſtionis. n. 23.*
2 *Indignum eſſe qui pro ſe petit beneficium curatum licitè appetitum quidam tenent. n. 24.*
3 *Petere curam animarum tunc eſt illicitum, cum eſt præſumptuoſum. n. 25.*
4 *Cum licet appetere Epiſcopatum, vel beneficium curatum licet illud petere. n. 25.*
5 *Petere curam animarum vbi non datur niſi petentibus poteſt eſſe licitum. n. 26.*
6 *Cum Parochiales ex Conc. Tridentin. non dentur niſi concurrentibus licet ſeſe offerre & petere illas num. 26.*
7 *Doctores plures explicantur. n. 27.*
8 *Ambitioſa petitio illicita. n. 27.*

23 QVæritur tertiò. An qui quærit & petit officium habens curam animarum ex hoc iudicādus ſit indignus, & vt indignus reijciendus? Supponitur verò, quòd ſimus in caſu, in quo alicui liceat Epiſcopatum, vel beneficium curatum, aut Prælaturam appetere, & quod preces aliàs non ſint mala circumſtantia veſtitæ, ſed tales ſint, vt por-

rectæ, pro Doctoratu, vel pro officio ſeculari non eſſent malæ. Et ideo quod quæritur eſt, an ex quo id quod petitur eſt cura animarum, petere pro ſe, reddat petentem indignum, & ideò reijciendum.

24 Tractat hanc quæſtionem eruditè, & doctè. *Martinez de Prado in ſuis quæſt. moralib. cap. 19. qu. 3. §. 3.* & affirmantem partem ſuſtinet, quam probat auctoritate *Sancti Greg. lib. 7. Epiſ. 110. relata cap. ſicut is, 8. q. 6. & S. Bernard. lib. 4. de conſid. & ſerm. 58. & 76. in Cant. & epiſt. 8. 9. & 24 & S. Thoma 2. 2. q. 100. art. 5. ad tertium & S. Bonau. in Reg. cap. 2. Hugonis Card. in 1. ad Thim. cap. 3. Sylueſ. v. dignitas q. 2. num. 5. & v. Epiſcopus q. 3. & v. ſuperbia in fine, & v. ſimonia q. 16. concl. 3. Sot. lib. 10 de iuſt. q. 2. art. 1. in fin. corp. & num. 3. in fin. corp. Medin. lib. 1. ſum. cap. 16. §. 1.*

25 Sed ſi verum hoc eſt, ferè nullus promouetur ad curam animarum, qui non ſit indignus; quia ferè nullus promouetur, qui id nedum non petat, ſed non procuret omni via ſibi benè viſa, preces, vel per ſe, vel per alium fundendo, & inſtanter petendo. Ideò aliter dicitur iuxta doctrinam *Caiet. 2. 2. quæſt. 100. art. 5.* quod petere curam animarum tunc reddit petentem indignũ, quando eſt præſumptuoſum, vt colligitur ex *D. Thom. citata reſponſ. ad tertium*. Quia tamen nec appetitus curæ animarum, nec petitio illius eſt per ſe præſumptuoſa; nam appetere etiam Epiſcopatum poteſt eſſe licitum, vel in caſu neceſſitatis, vel in caſu ſpecialis inſtinctus Spiritus ſancti, vt docet *D. Tho. 2. 2. q. 185. ar. 1.* ideo nec petitio in his caſibus eſt præſumptuoſa, vel mala ceſſante ſcandalo. Quamobrem dicitur, quod vbi appetitus Epiſcopatus, vel Prælaturæ, vel beneficij curati non eſt illicitus, nec petere huiuſmodi officia citra ſcandalum, & malam aliquam circumſtantiam eſt præſumptuoſum, nec reddit petentem indignum, etiam ſi ipſe pro ſe petat. Quoniam nõ eſt malum petere, quod licitè deſideratur, ſi ſine ſcandalo, & mala circumſtantia petatur. *Caiet. vbi ſupra. Nauar. conſ. 17. de ſetent. excommun. num. 7. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 6. c. 7. n. 7. Azor. p. 2. cap. 28. q. 2. Card. de Lugo de iuſtitia tom. 2. diſp. 35. ſect. 2. num. 6.* Et hoc à fortiori tenent, qui putant licere vouere Epiſcopatum voto abſoluto, prout tenet. *Paſqual. deciſ. 434. n. 12.*

26 Et hoc eò magis eſt verum, conſiderando cum *Caiet. loco citato*, quod vbi iam abuſus alicubi præualuit, vt cura animarum non detur niſi petentibus, vnde contingit ſæpius promoueri, vel minus dignos, vel indignos; tunc ſi dignus ſeſe offerat, & petat motus ex charitate & vt iuuet proximos, & Eccleſiæ faueat, & petat promoueri citra dignioris præiudicium, non eſt præſumptuoſus, ideoque neque indignus. Et nunc cum ex præſcripto Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. Parochiales Eccleſiæ dentur per concurſum, certum eſt, quod non eſt præſumptuoſum petere Parochialem, cum non ſit illicitũ ſeſe offerre ad concurſum, vt ſi concurrens ſit iudicatus, vel dignior, vel æquè dignus poſſit iam petere Parochialem, & pro illa medijs licitis inſtare. Vnde iam ex Concilij Triden. decreto Parochiales non dantur niſi petentibus, & ſeſe offerentibus, licet iſti eas obtinere non debeant niſi ex publico examine iudicentur digniores, vel æque digni.

27 Doctores autem, qui ex oppoſito adducũtur loquũtur de ambitioſa petitione, & vt aduertit *Azor. loc. cit.* aliud eſt appetere, aliud ambire; is enim ambit, qui cũ non ſit dignus, in præiudicium digni, vel dignioris, ſeu ex ſuperbia, aut auaritia, vel alio aliquo malo fine, aut per media illicita, aut cum ſcandalo amat, & quærit curam animarum. Nullus vero DD. illorum aſſeruit, quòd vbi ſit licitum appetere, ſit illicitum petere. Sed ambitum damnat. Vnde *S. Gregor. loco citato*, inquit: *ſic qui vltrò ambit, vel importunè ſe ingerit eſt proculdubio repellendus, & D. Th. vt Caiet.* aduertit, loquitur in caſu, in quo petitio ſit præſumptuoſa, ibi, ex *ipſa præſũptione redditur indignus*. Vbi ergo petitio non ſit præſumptuoſa, quæ præſumptuoſa non eſt niſi ex appetitu præſumptuoſo procedat, non reddit petentem indignum.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum mortale eſt eligere ad beneficia Eccleſiaſtica quæmcumque indignum. n. 28.*

2 *Et hoc eſt verum tum de electione, quàm de præſentatione, collatione, confirmatione, etiam ſi Papa ſit, qui promoueat &c. n. 29.*

3 *Superior qui poteſt diſpenſare ſuper indignitate non peccat, ſi diſpenſando ex cauſa rationabili indignum promoueat. n. 29.*

4 *Promouere indignum eſt vnum peccatum virtualiter multiplex n. 30.*

5 *Plus peccant eligentes indignum, quam peccantes contra formam electionis. n. 30.*

6 *Promotio indigni poteſt excuſari à peccato mortali ex paruitate materiæ, & etiam in totum ex ignorantia. n. 31.*

7 *Promouere indignum eſt peccatum ſacrilegij, & iniuſtitiæ. n. 32.*

8 *Peccatum mortale eſt promouere indignum etiam ad beneficium ſimplex. n. 33.*

9 *Peccat mortaliter etiam qui recipit beneficium, tunc cum peccant promouentes. n. 34.*

9 *Non eſt in recipiente beneficium neceſſaria perfecta contritio pro tunc. n. 34.*

11 *Neceſſarium eſt propoſitum exercendi officium pro dignitate. n. 34.*

12 *In peccato occulto habituato neceſſaria eſt pœnitentia talis per quam ſperet, quod regulariter in futurum non peccabit, ſed erit vir probus. num. 34.*

28 QVæritur quartò. Quale peccatum ſit eligere, vel promouere indignum ad beneficia & officia Eccleſiaſtica? Eſſe enim mortale peccatum vel contra diuinam, & naturalem legem, vel reſpectiuè contra legem poſitiuam Eccleſiaſticam ad beneficia, & præcipuè ad regimen animarum eligere, ſeu promouere indignum quemcunque, aut de iure ineligibilem certiſſimum eſt. *cap. cum in cunctis 7. cap. innotuit 20. cap. dudum 22. cap. cum Vintonienſis 25. cap. per inquiſitionem 26. cap. ſcriptum 40. cap. Nihil, 44. de elect. cap. graue nimis 29. de præbend. cap. perpetuo 7. cap. quamquam 18. cap. ſi compromiſſarius 37. de elect. in 6. Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. & 3. & ſeſſ. 22. cap. 2. & 4. & ſeſſ. 24. cap. 1. & 12. & 18.*

18. *& ſeſſ.25.cap.5. D. Thomas 2.2. quæſt.63.art.2. & ibi Caiet. Bannes, Aragon. Salon.& alij Commentatores, Panorm. Hoſtien. Innoc. Bald. & alij Canoniſtæ in cap. cum in cunctis. Nauarr. cap. ſi quando de reſcript. excep.11.num.45. & 50. & Miſcell.35.nu.1. de elect. Caiet.in ſum. v.electio. Sylu.v.electio p.n.15. Tabien.num.5. Armill.nu.23.Turrecrem.§.Sed aliud 61. diſt. Aretin. 3. p. tit.19. cap.2. §.4. Sotus l. 3. de iuſt. quæſt 6. art.2. Caſtel. de elect. cap.5.nu.9. & 12. Ledeſma p.2.tract.7.cap.2. concl.5. pag.152. Donatus p.3. tract.4.quæſt.28. num.1. Martinez de Prado in quæſt.moral.cap.19. q.3. num. 2. Petrus de Biax. p.1. cap.51. num.1. Sigiſm.de Bononia de electione.dub.58. Camillus in direct. p.p. cap.7. num. 2. Barboſa in d. cap. cum in cunctis*, plures referens. Non enim poteſt non eſſe graue peccatum contemnere in re tam graui leges naturalem, & diuinam, & eccleſiaſticã, per quas cauetur ne ad munera eccleſiaſtica indignus promoueatur.

29 Et ſine dubio indifferenter omnes ſiue electores, ſiue patroni præſentantes, ſiue ſuperiores conferentes, quicunque illi ſint, peccant grauiter, etiam Papa, ſi indignum promoueant, vel etiam curent promoueri, vel id conſulant, vel ad id auxilium, aut fauorem præſtent. Omnes enim iſti actionem intrinſecè malam faciunt, ſeu illi cooperantur, quod eſt inhoneſtum, & iniuſtum. Immò & qui renunciat ad fauorem alicuius, eadem ratione peccat, tàm ille, quàm acceptans renunciationem, & conferens munus cui renunciatur, ſi ille ad cuius fauorem fit renunciatio ſit indignus. *Ledeſma p.2. tract.7. c.2. concl.7. dub. vndec. pag.160.* Solum eſt diſcrimen, quòd Superior ſi poteſt diſpẽſare ſuper indignitate perſonæ, & ex cauſa rationabili diſpenſet, non peccat promouendo aliàs indignum, & Papa ſi ſcienter indignum promoueat, cẽſetur cũ illo diſpenſare iuxta dicta ſuperiùs cap. 25. num.302. vbi de diſpenſatione tractatum eſt.

30 Et licet promouere indignum ſit vnũ peccatum, eſt tamen adeò graue, vt extendatur ad omnia peccata, quæ contra officium ad quod eſt promotus, committit, qui indignè promouetur, & eſt cauſa, vel occaſio, quòd committantur ab alijs, *Peyr. in ſubd. q.1. cap.31.§.2. quæſt.4. & ex Leſſ.l.2. cap.34.num.74. Rodriq. tom.2. quæſt. 52. a.5. Lauor. cap.21.num.38.* Nauar. *cap.11.num.4. Barboſ.lib.1. de iure eccleſiaſt.cap.10.num.134. Ragg. d. 23. num.1.* Et propterea ſine dubio longè grauius peccat, quã peccent electores ex hoc, quod eligendo non ſeruant canonicam formam. *Gloſſ. in cap. auditis. 29. de elect. Bald.ibid.num.6.*

31 Nec poſſe illos à culpa mortali excuſari ex paruitate materiæ, videtur, quia nunquam eſt parum, quòd indignus ad eccleſiaſticum munus promoueatur. Quod ſi eius indignitas ſit minima, non eſt conſideranda, ſed pro nihilo æſtimanda, vnde talis promotio non eſt promotio indigni. Sed melius dicitur, poſſe inhabilitatem eſſe minimam, & non omninò pro nihilo habendam, quia ſaltem ſit veniale talem eligere; erit verò ſemper mortale, ſi habeatur notabiliter dignior, qui eligatur. Benè poteſt ex ignorantia inculpabili excuſari à peccato etiam in totum promotio indigni, ſi cum fuit promotus, aut electus putabatur bonus. Iura enim ſupra citata, & DD. loquuntur de eo, qui ſciẽter eligunt indignum.

32 Si autem quæritur quale peccatum in ſpecie ſit eligere, aut promouere indignum. Reſpondetur, quòd hoc peccatum ad plura genera vitiorum ſpectat. Nam primò quoniam hæc officia eccleſiaſtica ad cultum Dei ordinantur, vel ſcilicet ad Deũ laudandum per recitationem aliquarum horarum, ſeu orationum, vel ad confectionem, & adminiſtrationem Sacramentorum, vel ad docendum, & regendum, & dirigendum fideles in Dei cultum, & honorem, & vitæ æternæ aſſecutionem, ideò primò eligere indignum eſt contra virtutem Religionis; quia intra Dei domum, quæ eſt Religionis Chriſtianæ templum, introducitur miniſter indignus, & ineptus ad Religionis Chriſtianæ miniſteria, vnde hoc peccatum eſt ſacrilegium. Sed præterea eſt iniuſtitia; primò quia eſt contra iuſtitiam legalem, quæ obligat ad bonum commune promouendum; quæ obligatio eſt in Superioribus, quibus dantur officia, per quæ conſtituuntur diſtributores bonorum Chriſtianæ Religionis per ſe, & principaliter propter Religionis bonum, & totius Eccleſiæ in ſe, & in ſuis partibus incrementum. Ideò hæc iuſtitia legalis nedum debet eſſe, & obligat Superiores, qui conferunt beneficia, ſed etiam electores, quibus Eccleſia contulit eligendi officium in ordine ad bonum commune Eccleſiæ, & non aliter. Quod idem dicitur de patronis præſentantibus ad beneficia. Iſti enim omnes tenentur reſpicere bonum cõmune, & in ordine ad illud præſentare, eligere, confirmare, & conferre beneficia; quod per promotionem indignorum ad beneficia non fit, & ideo hæc promotio eſt iniuſta, iniuſtitia legali. Sed ſecundò eſt iniuſta, quia contra iuſtitiam diſtributiuam, quæ petit vt communia iſta bona Eccleſiæ diſtribuantur ſeruata proportione meritorum, & dignitate. Si igitur beneficia dentur indignis, violatur hæc proportionata diſtributio; & ideò promotio indigni eſt iniuſta iniuſtitia contra iuſtitiam diſtributiuam. *D. Thom. in hoc articulo, & ſupra quæſt.63.a.2. & ibid. Caiet. Bannes*, & alij Thomiſtæ communiter. Sed tertiò, & hoc aſſeritur eſſe contra iuſtitiam commutatiuam, & ex conſequenti electores, ſeu quicunque promouentes indignum tenentur ad reſtitutionem. *Caiet. 22. quæſt.62. ar.2. circa reſponſ. ad 4. Bannes ibi in fin. art. Sotus lib. 1, quæſt.6. art.1. Sanchez l.2. opuſ. cap.1.dub.2. nu.12. Card de Lugo de iuſt. tom.2.diſput.34. ſect.4.num.40. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub. 58. numer.3. Nauarr de reddit. Eccleſ. quæſt.1. mon.23.num.1. Lezana p.1 cap.15.num.14. Donatus p.3.tr.4.quæſt.25.nu.3.* Sed de hoc dicam, quid ſentio, quæſt. ſequen.

33 Limitant præfatam aſſertionem aliqui ad beneficia curata exiſtimantes non eſſe peccatum mortale, ſed veniale eligere, aut promouere ad beneficia ſimplicia aliquem peccatorem, etiam ſi frequenter peccet mortaliter. Ita *Sanchez l. 2. opuſc. cap.1.dub.2. num. 9.* Sed meritò *Cardinalis de Lugo tom. 2. de iuſt.diſp.35.ſect.1. num.2. cum Aragon.2.2. quæſt.63. a.2.* hoc improbat, quoniam qui frequenter peccat mortaliter non eſt vir probus, nec habet morum honeſtatem, quam Sacri Canones, & Concilium Tridentinum requirunt in quocunque promouendo ad beneficia.

34 Sicut verò eſt peccatum mortale eligere, vel promouere indignum ad beneficia & munera eccleſiaſtica, ità ſine dubio eſt peccatum mortale, ſi indi-

indignus conſentiat ſuæ electioni, vel munus ſibi collatum recipiat, quia agit contra legem aut naturalem, aut diuinam, aut eccleſiaſticam in re graui. Sed numquid hoc etiam eſt verum in eo, qui eſt indignus quia peccator, ſitamen pœniteat de peccato? Certè ſi peccatum habeat annexam cenſuram, non ſufficit peccatorem pœnitere de peccato, quia adhuc manet inhabilis. Similiter ſi ſit peccator cõſuetudinatius, & malæ famæ, nec ſit vir probus, quia & in hoc caſu non ceſſat infamia facti per pœnitentiam inchoatam, niſi ſit diuturna, & probata, ideò peccat mortaliter ſic Infamis conſentiendo electioni, vel recipiendo eccleſiaſticum munus, quia hoc eſt contra iura habentia ſimilem peccatorem pro infami infamia facti, & indignum. Sed ſi loquamur in terminis peccatoris non habituati in peccato, & talis, qui ob peccatum aliquod ex fragilitate commiſſum non amiſit famam probi viri, iuxta dicta ſuperius quæſt. 2. *Nauarr. miſcel. n.* 34. *num.* 5. arbitratur, quod ſi non pœniteat dolendo etiam de peccato præterito, peccet recipiendo collatum beneficium. Verùm quia vt ibi probatum eſt, talis non eſt ſimpliciter indignus; dicendum eſt, quod in tali peccatore, neceſſarium quidem eſt propoſitum vitandi peccatum in futurum, & faciendi quod eſt neceſſe, vt fiat, ad hoc vt dignè fungatur munere, quod ſibi confertur; vnde ſi haberet animum contrarium peccaret mortaliter munus recipiendo, quo dignè fungi non vult; ſed non eſt pro illo tempore, quo recipit munus neceſſaria contritio perfecta, vel etiam pœnitentia de præterito, ſed ſufficit animus pœnitendi ſaltem implicitus. Non enim munus eccleſiaſticum eſt Sacramentum, quod in recipiente pro omni inſtanti requirat ſtatum gratiæ, vt dignè recipiatur, vt pluribus Doctoribus citatis probatum eſt ſupra. Quamobrem dicitur, quòd vbi non peccant mortaliter eligentes, vel promotor ex ea ratione, quòd eligunt, vel promouent aliquem vt indignum, nec peccat electus conſentiendo electioni, vel recipiendo munus ad quod promouetur, ſi verè habet animum exercendi munus illud, prout debet exerceri. Immò occultus peccator etiam habituatus ſi verè pœnitet, & ita pœnitet, quod relicta occaſione peccandi prudenter ſperat, quòd officium pro dignitate exercebit regulariter non peccando, non peccat officium acceptando. Vbi verò peccatum præter malitiam habet annexũ aliud impedimentum, per quod prohibetur etiam in foro conſcientiæ ſuſcipere officium, vt ſi ſit excommunicatus, non ſufficit pœnitentia, etiam ſi peccatum ſit occultum, ſed requiritur talis impedimenti ablatio.

S V M M A R I V M.

1 *Si indignitas ſit ex iure poſitiuo in caſu talis neceſſitatis, in qua lex poſitiua non obligat, non eſt peccatum promouere indignum. n.* 35.

2 *In caſu neceſſitatis promouere etiam ad curam animarum peccatorem non eſt illicitum. nu.* 35.

3 *In hoc caſu neceſſitatis prouidendum eſt de miniſtro amouibili, & pro interim ſi fieri poteſt. n.* 36.

4 *Et quantum fieri poteſt pœnis eſt coercendus talis miniſter. nu.* 36.

5 *Nulla eſt neceſſitas, quæ excuſet promotionem taliter illiterati, vt neſciat validè exercere officium, puta valida conficere Sacramenta, vel iuſtè iudicare. num.* 37.

6 *Nulla eſt neceſſitas, quæ excuſet promotionem hæretici. num.* 37.

7 *In Miniſtro* Eccleſiaſtico *magis neceſſaria ſcientia, quam aliqua morum honeſtas. n.* 38.

8 *Ignorans nedum indignus, ſed ineptus ad officia. num.* 38.

9 *Non licet eligere indignum, etiam ſi alij electores certò illud eligant. n.* 39.

10 *Non poſſe ob metum eligi indignum per votum ſuperabbundans quidam tenent. n.* 40.

11 *Vbi indignitas ſit ex iure poſitiuo in caſu talis metus, qui excuſat à lege poſitiua, licet eligere indignum. n.* 41.

12 *Vbi indignitas eſt de iure naturali, & diuino eligere indignum cum eſt periculum, quod ſuffragium, in effectu fauebit indigno, non licet indigno dare ſuffragium. nu.* 42.

13 *Sententia* *neguns non probat de iure natura eſſe illicitum dare ſuffragium ſuperabundans, ſeu ſuperfluum, indigno, ob metum grauem. n.* 43.

14 *Votum ſuperabundans, & ſuperfluum non influit niſi augmentum non neceſſarium, & parum æſtimabile, ſi præciſè per ſe ſumatur. n.* 43.

15 *Qui eligit in foro externo eſt inobediens, & ſubditus pœnis canonicis, niſi probet metum, qui à pœnis iuris poſitiui excuſet. n.* 44.

16 *Dare ſuffragium ſuperabundans indigno ob metum grauem, vel non eſt illicitum. n.* 45.

17 *Vel eſt peccatum veniale, & non eſt neceſſario mortale. num.* 45.

18 *Suffragium ſuperabundans non cauſat effectum, propter quem eſt à lege probibitum. nu.* 45.

19 *Honor non debetur indigno. n.* 46.

20 *Eligens indignum illum honorat. n.* 46.

21 *Honor qui tribuitur indigno per votum ſuperabundans, & inutile eſt minimus, nec eſt materia peccati mortalis. nu.* 46.

22 *Eligens per votum ſuperabundans, & non ex animo ſi ad extra mentitur, non eſt mendacium grauiter perniciaſum, & peccatum mortale. numer.* 46.

23 *Qui patitur vim nõ tenetur exprimere totam mentem, ſed poteſt partem ſui ſermonis mente retinere. num.* 46.

24 *Qui eligit per votum ſuperabundans, poteſt ſic facere, vt ſcripto vel voce partem ſuæ mentis exprimendo reliquum reddentem votum inutile retineat, & ſic iuſta ſimulatione vtens non peccet. num.* 47.

25 *Minor pars eligens indignum peccent, quia ex animo eligit. num.* 48.

26 *Votum eius, qui coactè eligit per votum ſuperabundans, non eſt ex animo, & ex nulla parte eſt efficax. n.* 48.

27 *Elector poſt publicationem ſcrutinij, poteſt irritare votum ſuum, ſi videat illud fore efficax. nu.* 48.

28 *In caſu occultæ infamiæ, ſi elector qui dedit votum ſuperabundans non ex animo contra ſuam certitudinem videat votum ſuum eſſe efficax, dum publicatur ſcrutinium, non ei imputatur, ſi non poſſit id impedire. nu.* 48.

29 *Dare votum conſentiendo in electum eſt peccatum etiam ſi votum ſuperabundet. n.* 48.

30 *Dare votum ſuperabundans ſine conſenſu in indignum.*

Digitized by Google

gnum, poteſt eſſe licitum ex quacunquè neceſſitate ſufficiente ad iuſtificandam ſimulationem ſuffragij. n. 48.

31 *Dare votum ſuperabundans ſine conſenſu in electum, poteſt eſſe peccatum ratione ſcandali. numer. 48.*

32 *Poteſt eſſe quod ceſſet ſcandalum ex multiplici cauſa. num. 48.*

33 *Exemplis veritas explicatur. n. 48.*

34 *Elector publicato ſcrutinio, tenetur facere, vt ex vi ſui voti indignus non eligatur. nu. 49.*

35 *Et ſi indignus ſit publicus, tenetur votum reuocare, & inſtare pro iteratione ſcrutinij. n. 49.*

36 *Et ad hoc idem etiam tenetur ſi occultam indignitatem reuelando, poteſt electionem indigni impedire. num. 49.*

37 *Si verò ex vi ſui voti non eſt valida electio, poteſt in caſu permittere, vt fiat electio. n. 49.*

38 *An teneatur ex charitate etiam tunc impedire electionem remiſſiuè. n. 49.*

35 QVæritur quintò, an eligere indignũ ſit ita intrinſecè malum, vt nullus detur caſus, in quo id liceat? Nam nullum huiuſmodi dari poſſe caſũ, ex eò quod eligere indignum ſit contra ius naturæ, & diuinum tenent. *Donatus p. 3. tr. 4. q. 26. num. 1. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 2. Lezana p. p. capit. 14. nu. 14.* Sed diſtinctionibus veritas breuiter declaratur. Conſideratur autem priùs, quòd licet vt aduertit *Lauorius cap. 21. num. 35.* regulariter dignus ad vnum officium cenſeatur dignus ad aliud. Non tamen hoc eſt vniuerſaliter verum, ſed immò officia ſicut diſtinguuntur perfectione, & altitudine miniſterij, ita maiorem habilitatem ſcientiæ, & morum requirunt in aſſumendis ad ipsa. Vnde benè ſubdit *Lauor.* quòd is, qui toleratur in officio minori, non propterea toleratur in maiori, iuxta *cap. nos conſuetudinem. 22. diſt.* Poteſt igitur contingere, quòd dignus ad vnum officium, ſit indignus ad aliud. Quo ſtante conſideratur, quòd indignus vel eſt talis iure poſitiuo, vt quia eſt illegitimus, vel non habet ætatem à iure poſitiuo requiſitam. Et in hoc caſu, quando adſit tanta, & talis Eccleſiæ neceſſitas, quæ excuſet ab obſeruantia legis poſitiuæ, non eſt illicitum promouere indignum, quia non eſt Eccleſiæ mens, vt populi relinquantur ſine miniſtro Sacramentorum, ſi non inueniatur aliquis habens qualitates à iure poſitiuo requiſitas, cui animarum cura poſſit committi. Et hoc à fortiori tenent DD. infra citandi.

36 Vel indignitas perſonæ eſt ex iure naturali: Et iterum diſtingui debet, nam hic defectus vel eſt ex parte voluntatis, quia quis eſt malus, & criminoſus, vel eſt ex parte intellectus. Si defectus ſit ex parte ſolius voluntatis, in caſu neceſſitatis, & vbi non habetur dignus, qui eligatur, & promoueatur ad curam animarum, poteſt eligi, vel promoueri indignus, & peccator etiam notorius, ſeu publicè infamis. Sic tenent *Rodriq. p. p. ſum. cap. 106. concluſ. 1. num. 3. Aragon. 22. quæſt. 63. art. 2. col. 4. ad primum. Petrus Ledeſma p. 2. tract. 7. cap. 2. concluſ. 4. dub. 2. aſſer. 2. fol. mihi 150. Martinez de Prado. quæſt. moral. cap. 19. §. 1. num. 6. Leſſ. l. 2. cap. 34. dub. 12. num. 53. & 55. Filline. in append. tract. 41. de beneſ. capit. 4. num. 173. Cardinalis de Lugo tom. 2. de iuſt. diſp. 35. ſect. 1. num. 5.* Et ratio eſt, quia in hoc caſu eligitur, vel promouetur miniſter, qui poteſt emendari ſi velit, ideoque poteſt ſi velit dignè miniſtrare, cum verò ex alia parte plebs Chriſti paſtore indigeat, qui illius curam habeat, ſatis eſt ſuperiori non habenti alium, quem mittat, ſi mittat eum, qui validè Sacramenta miniſtrabit, & ſi non exemplo, ſaltem verbo paſcet, & diriget oues ſuas. Sic enim in partibus hæreticorum ne beneficia deueniant ad hæreticos, Epiſcopi aliquando coguntur prouidere de minùs dignis, vel indignis alios non habentes, quos mittant. Et hoc colligitur ex *Innoc. 3. in cap. graue nimis*, ſic dicente. *Graue nimis eſt, & acerbũ, quòd quidam Eccleſiarum Prælati, cum poſſint viros idoneos ad eccleſiaſtica beneficia promouere, non verentur indignos, &c.* Ex quo enim Pontifex conquæritur, quòd Prælati promouent indignos, cum poſſent promouere dignos, indicat illos excuſari, ſi tunc promoueant indignos, cum non habent dignos, quos promoueant. Verùm quidem eſt, quòd in his caſibus ſi fieri poſſit, prouidendum eſt pro interim de miniſtro ſic indigno, donec dignus reperiatur, vt poſſit indignus quacunque hora remoueri. Et quantum fieri poteſt, debet pœnis, & minis coerceri.

37 Sed ſi indignitas ſit ex parte intellectus, ſi non eſt totalis, ſed ſolùm aliqualis eadem eſt ratio, ac de indigno ex parte voluntatis, vt præfati DD. docent. Sed ſi ſit totalis indignitas, quia quis non habet tantam notitiam, vt poſſit validè miniſtrare Sacramenta, vel ſit hæreticus, qui falſis dogmatibus contra fidem imbuet fideles, nulla eſt neceſſitas, quæ excuſet huius indigni electionem, *Ledeſm. vbi ſupra.* Nam talis nec verbo, nec ex exemplo gregem paſcet, & inutilis erit, & valdè perniciosus.

38 Hinc eſt, quòd licet non deſint, qui dicant in miniſtro eſſe magis neceſſariam morum honeſtatem, quàm ſcientiam, hoc tamen non eſt vndequaque verum, quia licet defectus morum, cum ſit culpa, reddat hominem magis indignum, vt miniſtret in Domo Dei: vnde Dominus interrogauit Petrum, an ſe diligeret, quia charitas in Rectore animarum eſt valdè neceſſaria; tamen defectus ſciẽtiæ reddit hominem nedum indignum, ſed ineptũ, & impotentem ad benè, & validè agendum; ideò ignorans iure naturali, & diuino, eſt omninò inhabilis, & ineptus ad munera obeunda, nec vnquã etiam ſi non adſit alius poteſt promoueri, niſi adſit ſpes ſcientię proximæ talis, ac tantæ, vt ſaltem antequam officio fungatur, poſſit validè operari, vera ſcilicet Sacramenta conficere, & miniſtrare, & plebem ſine errore, & diſſeminatione hæreſum docere. Vndè quantum ad bonitatem voluntatis, diſtingui debet, quoniam alia eſt bonitas ad ſe, qua homo eſt in ſe, & pro ſe bonus, & hæc eſt minùs neceſſaria in Rectore animarum, quàm ſcientia illa, quæ eſt neceſſaria ad validè agendum. Alia eſt bonitas ad alios, quæ conſiſtit in virtutibus ad alterum, quæ ad bonum Rectorem ſunt neceſſariæ. Et hæc bonitas eſt maximè neceſſaria, vnde malitia hæretici, qui pro poſſe inducit ſubditos in hæreſim, vel malitia peccatoris, qui quantùm poterit, nedum malo exemplo, ſed directè docendo, ſuadẽdo inducet populum in errorem, & in peccatum, eſt malitia peſſima. Et quæ reddit indignum omninò

nulla

nulla obſtante neceſſitate ineligibilem. Non quia ſi ſolum ſit timor, quòd Rector inducet vnam, vel alteram mulierem, verbi gratia, ad ſecum peccandum non poſſit inſtante graui neceſſitate inſtitui, ſi alius non habeatur, ſed ſi ſit inducturus populum ad malum falſas doctrinas docendo, & malis ſugeſtionibus eum à legum obſeruantia abducendo, vt non paſtor, ſed lupus ſit, qui gregem perdat. Vndè & vbi non habeatur dignus, non debet inſtitui indignus, qui populo non ſit futurus vtilis, ſed damnoſus.

39 Et quidem per hæc patet, quomodo poſſit, vel non poſſit promoueri indignus in caſu, in quo nullus ſit dignus. Sed nunquid non poteſt dari caſus, in quo exiſtente aliquo digno poſſit eligi indignus? Videtur enim duplicem caſum poſſe dari, in quo relicto digno, eligatur indignus. Primus eſt, quando maior pars vocalium eſt determinata ad eligendum indignum, an tunc ei, qui ſcit aliorum determinationem moraliter immutabilem, liceat pro indigno ſuffragium dare. Et in his terminis quæſtioni reſpondetur, quòd cum indigni electio ſit prohibita per ſe eſt illicita, quia eſt contra legẽ, ideò peccat mortaliter, qui eligit indignum etiam ſi ſciat, quòd maior pars infallibiliter eſt cum electura. *Caiet. in ſumm. v. reſtitutio cap. 1. Sotus l. 3. de iuſt. quaſt. 6. a. 2 poſt 9. concluſ. verſ ſequitur poſt hoc, Sanchez l 2. opuſ. cap. 1. dub. 4. num. 1. Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 2. Martinez de Prado. quaſt. moral. cap. 19. §. 2.*

40 Sed eſt alter caſus, an ob metum cadentem in virum conſtantem, elector qui moraliter eſt certus, quòd eligetur indignus, & quòd eius ſuffragium eſt ſuperfluum, poſſit indignum eligere ſaltẽ non conſentiendo interiùs in electionem indigni, ſed ſolùm extrinſecus dando illi ſuffragium. Hoc enim licere tanquam non improbabile affirmat *Thomas Hurtado tract. 12. cap. 1. reſolut. 23. §. 3. num. 1418.* Sed contrarium ſentiunt *Peyrinus in ſubd. q. 1. c. 31. §. 2. quaſt. 4. Martinez de Prado d. cap. 19. q. 3. §. 2. nu. 11.* Tum quia de iure diuino eſt, vt non eligatur indignus, ſi poteſt haberi dignus. Tùm quia elector nedum debet non eligere indignum, ſed facere totum id, quod poteſt, ne eligatur indignus. *cap. in ordinatione, & cap. error, & cap. conſentire. diſt. 64.* eligere enim cenſetur, & conſentire, qui non occurrit ad impediendum malum, quod poteſt, & debet impedire; igitur multò magis peccat, qui indignum eligit, ſi peccat qui non impedit eius electionem. Tum quia ſi aliqui certò ſint deſtructuri monaſterium, aut occiſuri proximum, nihilominùs peccat, qui non potens impedire illos, cum illis monaſterium deſtruit, vel proximum occidit.

41 In hac difficultate primò ex ſupradictis diſtingui debet indignitas, quæ eſt ex iure naturali, aut diuino, ab illa quæ eſt ex iure poſitiuo. Nam vbi metus ſit talis, ac tantus, vt excuſet ab obligatione legis poſitiuæ, nedum licet dare ſuffragium ſuperabundans indigno, ſed etiam non ſuperabundans, quia in eo caſu lex illa non obligat, ideò ſi quis vt euaderet mortem cogeretur eligere illegitimum, nec peccaret, nec ſubijceretur pœnis canonicis; quia lex canonica non obligat in ſimilibus caſibus cum periculo mortis. Vide *Suarez d. 6. de legibus cap. 7. num. 13. Sanchez in decalog. l. 6. cap. 15. nu. 38. & 39.*

42 Vbi verò indignitas ſit de iure diuino, quia v.g. perſona laborat ignorantia, & malitia, hoc etiam erit certum, quòd ſi elector eligendo vel ſanet aliquo modo indigno in effectu, vt quia aſſecurat electionem dubiam ob incertitudinem valoris aliquorum ſuffragiorum, vel quia ex multitudine ſuffragiorum vrgetur electio, quæ de facili ſi electus fuiſſet a minori parte nominatus, fuiſſet caſſata, vel alio ſimili modo influit cum effectu in confirmationem electi, vnde elector videre poteſt, & debet, quod periculum eſt, ne ſuo voto in effectu ſuffragetur indigno; non licet indignum eligere ob metum. Et in hoc ſenſu vera eſt ſecunda ſententia.

43 Sed loquendo de voto ſuperfluo, quod in effectu non validat electionem, nec illam perficit, ſed merè præter neceſſitatem auget tantum numerum ſuffragiorũ; quia ſine illo electio fieret, vel aliàs confirmaretur, hoc primò mihi videtur, quòd rationes pro ſecunda ſententia non probant. Non prima, quia petit principium, hoc enim eſt id, quòd quæritur, an lex naturæ prohibeat ſuperfluum, ſeu ſuperabundãs ſuffragium ad fauorem indigni. Lex naturæ enim directè prohibet, & intendit, quòd indignus non obtineat officium, & ex conſequenti, quod non eligatur; igitur cum votum ſuperabũdans, & ſuperfluum non ſit cauſa, quòd indignus obtineat officium, videtur, quòd non ſit iure naturæ prohibitum. Secundum quoque non vrget; quia in caſu noſtro electio mala non poteſt impediri ab hoc electore, cum maior pars ſit determinata immobiliter ad illum eligendum, & per votum ſuperabundans nihil dat, quod electio aliunde non habeat, niſi quod præter neceſſitatem auget numerũ; ideò non videtùr quòd ſic ſuffragari, ſit malè eligere, & prohibitum à lege. Tertium euidenter deficit; quia in illis exemplis producitur in rei veritate effectus malus ab eo, qui deſtruit monaſterium, vel occidit proximum, quem alius erat occiſurus; ſed in noſtro caſu, elector nihil proficit, vt patet ſi vltimus det ſuffragium poſtquam iam indignus eſt electus. Sed & idem apparet, etiam ſi prius ſuffragatur ordine temporis, quia electio non fit, niſi publicato ſcrutinio, & tũc vim habet à maiori parte, vnde eamdem vim habuiſſet ſine illo ſuperabũdanti ſuffragio, quia etiam ſine illo eſſet a maiori parte. Cum igitur moraliter loquendo, quod in proximo, & imminenti tempore eſt futurum infallibiliter pro facto habeatur, Elector qui in actu actualis ſcrutinij eſt certus, quòd indignus nominatur a maiori parte, nec poteſt aliquo modo hãc nominationem impedire per votũ ſuum, & ex alia parte imminet ſibi periculum mortis ſi indignum non eligat, quia tunc eligendo non cauſat ſubſtantiam electionis, ſed ſolùm augmentum, quod ad rem parum facit, & pro nihilo computatur moraliter, nec cenſetur eligere indignum, nec agere contra legem naturæ, aut diuinam, quæ prohibet electionem, quæ cum effectu dat ius electo indigno, non quæ nihil facit, niſi quod merè præter neceſſitatem auget numerum, quod in præſenti non eſt æſtimabile.

44 Dico igitur ad quæſtionem, quòd in foro externo quicunque eligens indignum publicum habebitur, vt inobediens, & punietur pœnis Sacrorum Canonum, niſi probet talem metum ſibi in-

cuſſum,

cuſſum ; qui valeat eum excuſare à pœna iuris poſitiui.

45 Sed iu foro conſcientiæ & coram Deo præciſo ſcandalo, quod hic poſſit interuenire, & præciſa omni mala circumſtantia per ſe, & ex obiecto date in ſcrutinio ſuffragium ſuperabundans pro indigno, tunc cum elector eſt certus moraliter, quod in eodem ſcrutinio indignus nominatur à maiori parte, & ipſe id ſuo voto non poteſt impedire, non eſt ex lege naturæ, aut diuina ita illicitum, quin ex aliqua neceſſitate, & cauſa iuſta poſſit eſſe licitum, vel ſine neceſſitate nõ poſſit fieri ſine peccato mortali, cum ſolo veniali, ſi aliàs verè elector non conſentit in indignum nominatum. Ratio eſt, quia tale ſuffragium eſt merè verbale, quod non efficit effectum à lege prohibitum, & propter quem prohibitum eſt ſuffragium; vnde in eo ceſſat finis legis, & alia ex parte omne ſuffragium, quod in ſcrutinio datur ad fauorem indigni eſt reuocabile publicato ſcrutinio, & niſi in eo elector publicato ſcrutinio perſiſtat non ſubditur pœnis Canonicis, vt decernitur. *cap. Perpetuo 7. de elect. in 6.* Suffragium enim ſuperabundans ſolum extentiorem facit nominationem ex parte votorum; huius verò extentionis exceſſus accidentaliter ſe habet, & non influit in electionem communem habendam; quia ſine eo iam indignus eſt à maiori parte nominatus, & quatenus influeret, tunc teneretur elector reuocare illud, & inſtare vt iteraretur ſcrutinium, & vt ex vi ſcrutinij habiti non procederetur ad electionem. Itaque ſuffragium ſuperabundans datum in ſcrutinio ab eo, qui eſt moraliter certus, quòd indignus nominatur à maiori parte, eſt ſuffragium quod vi ſua nec totaliter, nec partialiter eſt, aut eſſe poteſt efficax ad producendum effectum à lege prohitum, quia ſi eſt ſuperfluum & ſuperabundans, ſupponit indignum iam à maiori parte nominatum, in vi cuius nominationis ſequitur electio communis; quod ſi in publicatione ſcrutinij illud ſuffragium inueniatur non eſſe ſuperabundans, tunc eſt reuocandũ, & ſi non reuocetur, ſi poteſt fieri, tunc incipit eſſe efficax, & ex conſequenti illicitum, & prohibitũ; igitur tale ſuffragium, dum verè maneat ſuperabundans, & ſuperfluum non eſt illicitum, nec à lege naturæ, aut diuina prohibitum; quia per huiuſmodi leges prohibetur dari indigno ſuffragium efficax ad faciendum quod Indignus ſit miniſter in Eccleſia Dei, non verò ſuffragium irriſorium, & inefficax.

46 Nec obſtat ſi dicatur, quod ſuffragium etiam ſi ſuperabundans, ſemper nihilominùs aliquem effectum malum producit, quia ad minus eſt ſignum aliquod, & teſtimonium honoris, & dignitatis, quia honor eſt a pluribus eligi; cum verò eligitur indignus, honoratur indignus, quod quidem non licet. Et licet in hominibus honoratur etiam potentia, aut nobilitas, aut diuitiæ, & ſi hoc fiat ex recta intentione cum eſt malum *D. Tho. s. 2 q. 145. ar. 1 ad ſecundũ*, vnde non eſt malum, quòd exteriori ſigno honoretur malus aliquis ob eius vel amicorum potentiam, & eius vis timeatur. Tamẽ honor miniſtri in domo Dei qui nec potẽtiæ, nec nobilitati, nec diuitijs debetur, non poteſt tribui indigno, & tamen ei tribuitur, dum ad officium Eccleſiaſticum indignus eligitur. Hoc quidem non obſtat, tum quia hic hunc tribuitur ab illis, qui ſubſtantialiter eligunt, non ab illis, qui eligunt ſuperabundanter, à quibus habetur ſolum augmentum aliquod huius honoris. Quod quidem minimum eſt, & ad ſummum infert peccatum veniale in eligente. Tum quia qui indignum eligit ſcripto, vel voce, ſed non animo & voluntate ex quo exteriùs eligit eum, in quem non cõſentit per ſuffragium ſuperabundans, poteſt quidem eſſe mendax mendacio officioſo & venialiter culpabili, non tamen pernicioſo cũ nulli noceat, niſi quod in apparentia de ſe vana malum approbat.

47 Tum quia elector in hoc caſu poteſt ſimulare, & ſolum apparenter eligere; quia in hoc caſu locum habet opinio illorũ, qui dicunt, quando quis non tenetur reſpondere ad mentem petentis ex eo quòd iniuſtè, ac violentia cogitur ad loquendum, & agendum, licet reſponſionem exprimere ex parte, & pro parte in mente retinere. Nam vbi aliquis iniuſtè & per vim præmitur, licet ei ſe defendere omni meliori modo, quo poteſt, vnde poteſt exteriùs loqui ſicut ſibi vtile eſt, mente iuſta, ac fideli remanẽte, *Sylu. v. iuramentũ 3. q. 2. et 4. q. 7. dict. 2. Nauar. in cap. humanæ aures 22. q. 5. in q. 3. n. 7. & 8. Sanchez l. 3. in Decal. cap. 6. num. 15. 38. & 40.* Sic enim in propoſito qui dat ſuffragium, ita poteſt exprimere votum ſuum, vt appareat ſe eligere eum, ad quem eligendum compellitur, & mente aliud intendere, quod ſi exprimeretur votum eſſet inutile, vt apparentia ſit licita ſimulatio, & partialis expreſſio veritatis, & non mendacium. Vnde hoc parum honoris, quòd illi tribuitur eſt iuſtè ſimulatum, & non verum, vnde etiam eſt immunis à peccato.

48 Nec obſtat, quod ſi minor pars eligat indignum, licet id faciat inefficaciter, peccat. Nam hoc eſt verum, quia ſuffragia minoris partis ſunt animata conſenſu voluntatis, & non ſunt irriſoria & vana, ſed ex conſenſu, & intentione eligentium efficacia, licet ſint de facto inefficacia ab extrinſeco, quia maior pars ſuperat minorem; ideò & qui dat ſuffragium ſuperabundans, ſi verè conſentit interiùs in indignum, peccat coram Deo propter cõſenſum voluntatis, & coram hominibus propter actionem externam habentem ſpeciem mali, & prohibitam, Eccleſia verò de exteriori iudicat. Sed vbi votum duo habet, quia & eſt ſuperabundans, & datur vt ſuperabundans & non ex animo conſentiendi in nominatum, tale votum ex nulla parte eſt efficax. Non ex parte eligentis, qui non conſentit in electum, nec dat votum, vt habeat effectũ, nec ex parte actionis ſuffragantis, & ſuffragij quia datur vt ſuperabundans, & ſuperfluum, & taliter, quod datur vt reuocandum, quantùm ſit ex parte electoris, & caſſandum quatenus poſſet eſſe efficax ad faciendum, quòd indignus eligatur. Et quàmuis in ſcrutinio ſecreto poſt ſcrutinij publicationẽ non poſſit conſtare, cui ipſe fuerit ſuffragatus, poteſt tamen elector propalare votum ſuum, & interim inſtare, & proteſtari vt ex vi ſcrutinij habiti nõ procedatur ad electionem, ſed iteretur ſcrutinium. Quòd ſi ſimus in caſu occultæ indignitatis, vnde publicato ſcrutinio ex capite indignitatis electi non poſſit elector inſtare pro iteratione ſcrutinij, cum indignitas ſit occulta, nec eam poſſit ipſe probare, nihilominùs ſi ipſe erat moraliter certus, quod electus erat nominandus à maiori parte vocalium, quamuis accidat, quòd ex accidẽti oppoſitum eue-

niat, quia & ſub morali certitudine aliquando contingit falſitas. hoc non eſt ei imputandum, quia ipſe dedit ſuffragium, vt ſuperabundans, & inutilè cum morali certitudine inutilitatis illius. Et neque obſtat, quòd in dicto *capit. perpetuo de ijs*, qui nominauerunt indignum in ſcrutinio dicitur, quòd contra conſcientiam fecerunt, quia loquitur de ſuffragijs viuis, & animatis conſenſu eligentiũ, & quæ data fuerunt vt efficacia, & vt conſequerentur electionem, non verò de ſuffragijs, quæ prout dantur inutilia ſunt, & aſſimilantur ſchedulis inutilibus. Nam votũ datũ vt ſuperabundans modo expoſito verè eſt inutilè, & nec vtile eſſe poteſt, niſi valdè per accidens in caſu occultæ indignitatis. Ideò hoc eſt verum, nedum ſi quis moueatur ad ſic ſuffragandum ex graui metu, ſed ex quacumque alia rationabili neceſſitate vitandi graue malũ; quia tale ſuffragium inutilè ex ſe cum non ſit illicitum, poteſt dari ex quacumque ratione, quæ ſit talis per quam poſſit honeſtari illa apparens ſimulatio ſuffragij. Et quamuis hæc ſimulata electio, & inanis poſſit eſſe mala ratione ſcandali, quia apparenter illa actio eſt mala. Nihilominùs dicitur, quod ſi indignitas electi ſit occulta, nulla datur occaſio ſcandali. Sed etiam eſto ſit publica, ſi conſtat ex vna parte de vi illata electori, ſcandalum actiuum erit ex parte maioris partis eligentis indignum, quęcumque illa ſit, & ex parte illorum, quos conſtet liberè conſentire in electum; ſed reſpectu partis ſuperabundantis ſcandalum erit paſsiuum, & acceptũ, quoniam de illa parte præſumi debet, quod prout poterat elegit ſine peccato. Quod euidentiùs eſſe poterit ex eius dicto, & circumſtantijs. Declarantur autem prædicta per exempla allata ab illa ſecunda ſententia; ſi enim aliquibus actu deſtruentibus monaſterium adderetur aliquis, qui ſic ageret, vt licet videretur cum alijs monaſterium deſtruere, verè tamen nihil damni illi afferret, nõ peccaret peccato deſtruentis monaſterium, niſi apparenter, non verò coram Deo; & ideò poſſet eſſe, quod peccaret peccato ſcandali ob malam ſpeciem actionis, non tamen grauaretur peccato deſtructoris, ſi aliàs nec eſſet aliquo modo cauſa, quod alij monaſtrium deſtruerent. Ita qui dat indigno votum ſuperabũdans taliter, vt non ſit habiturus effectum, videtur eligere indignum, ſed non eligit; ideò non peccat peccato electionis; quamuis non ſit tam facilè, vt ſe eximat a peccato ſcandali: quod tamen contingere poteſt ſi indignus, qui eligitur ſit occultus, vel vt dictum eſt, ſi vel conſtet electorem talem ſimulatè, ſolùm & inutiliter ex metu coactum elegiſſe, vel hoc præſumi poſſit & ex conſequenti debeat.

49 Dicitur verò vltimò, quod cum ex publicatione ſcrutinij cognoſcatur; quis ſit nominatus à maiori parte & ſupra, & an votum cuiuſcumque fuerit, vel non fuerit neceſſarium, vel ſuperfluum, id quòd primò & principaliter præcipitur electoribus eſt, vt non permittant ex vi ſui ſuffragij deueniri ad indigni electionem communem, vt habetur d. *cap. perpetuò*. Et tunc vnuſquiſque ſi poteſt tenetur ſi indignus in ea eſt nominatus impedire, ne ex vi ſui ſuffragij electio indigni ſubſequatur. Itaque vel elector ex publicatione ſcrutinij cognoſcit, quod electus ex vi ſui ſuffragij eſt à maiori parte legitimorum vocalium nominatus, & ex conſequenti eligendus, & tunc ſi indignitas ſit publica, vel ſi ſit occulta tamen poteſt validè publicari, quia eſt ſpes probabilis, quod ſi publicetur, vel impedietur electio, vel electio reddetur nulla, & ſic impedietur confirmatio, vel ſaltem non eſt certum, quod reuelatio non ſit profutura, tenetur vocalis reuocare votum ſuum & proteſtari, & inſtare ne fiat electio ex vi talis ſcrutinij, quia electus eſt indignus. Quòd ſi indignitas electi ſit occulta, & elector certus ſit, quòd non poterit impedire electionem eam indignitatem reuelando, tunc ſi adhuc indignitas poſſit conſtare Confirmatori, adeo vt impediatur confirmatio, adhuc tenetur eam ante electionem propalare, & vt ſupra inſtare contra electionem, vt ſic electio reddatur ex proteſtatione nulla, & caſſanda. Sed ſi certus eſt, quod reuelando indignitatem electi nihil proficiet nec coram electoribus, nec coram confirmatore, tunc ad inutilem indignitatis manifeſtationem non tenetur. Neque tamen peccauit ſi cum morali certitudine credens votum ſuum eſſe ſuperabundans nominauit ſine voluntatis conſenſu eum, quem credidit à maiori parte nominandum. Sed ſi publicato ſcrutinio inuenit, quòd votum ſuum ſuperabundat de facto, & quòd ſine ſuo voto indignus eſt nominatus à maiori parte, non tenebitur tunc votum ſuum propalare, ſed poterit electionem permittere, & tũc non peccabit, quia indignum eligat, quia indignus non eſt electus ex vi ſui ſuffragij. Et ſi ad electionem ſufficiunt ſex vota, ex vi ſeptimi, vel octaui ſuffragij electus non eſt electus, ideò qui ex metu grauis damni iuſtè æquiuocando & ſimulando tale ſuffragium dedit, non influit in electionem, niſi ad quemdam apparentem, & non æſtimabilem effectũ, vnde non peccat mortaliter, quia indignum eligat. An verò tunc teneatur electionem impedire ſi poteſt proteſtando contra electionem? Reſpondetur non teneri in hoc caſu ex officio electoris, poſſe eſſe verò quod teneatur lege charitatis debitæ bono communi iuxta dicenda in quæſt. ſequenti.

S V M M A R I V M.

1 *Elector ſuo voto tenetur impedire electionem. numer. 50.*
2 *Et ideo tenetur ſi opus eſt, nec dare votum inutile, nec eligere digniſſimum, ſed minus dignum, & non tacere vbi ex officio eſt loquendum, & ſuo exemplo non inducere ad electionem indigni. numer. 50.*
3 *Impedire electionem indigni per actus extraneos ab electione non tenetur elector ex officio. numer. 50.*
4 *Nedum elector, ſed quilibet ex lege charitatis tenetur impedire electionem indigni. n. 51.*
5 *Ideo ſi indignitas ſit pernicioſa communitati debet etiam ſi occulta reuelari. n. 51.*
6 *Si tamen ſit ſpes profectus. n. 51.*
7 *Quomodo ad euitandam, vel ignorantiam, vel malitiam electorum, vel ad impediendum malũ communitatis ſit reuelanda occulta indignitas. num. 51.*
8 *Elector tenetur etiam cum periculo grauis damni ſic eligere, vt electionem digni impediat. numer. 52.*
9 *Electionem indigni impedire ex lege charitatis*

non

non tenetur cum valde grauis damni periculo. num. 52.

10 *Elector non tenetur proteſtando impedire electionem indigni. n.* 52.

11 *Electores ex metu grauis mali poſſunt eligere indignum electione de facili caſſanda à confirmatore. n.* 53.

11 *At vitandum maius malum Eccleſia poteſt eligi indignus, qui ſi velit poteſt eſſe idoneus. n.* 53.

13 *Concluſio quæſtionis. n.* 53.

50 QVæritur ſextò. An elector quilibet nedum teneatur non eligere indignum, ſed teneatur impedire alios, ne indignum eligant, etiam cum eius temporali damno? *Cardin. de Lugo diſput.* 35. *num.* 34 docet, quod cum elector ſit miniſter publicus debet ex officio conſulere bono communitatis; & ideò nedum tenetur ſuo ſuffragio eligere digniſſimum, ſed etiam impedire ne indignus eligatur. Sed diſtinguendum eſt claritatis gratia; nam aliud eſt impedimentum, quod elector poteſt præſtare ſuo ſuffragio, aliud eſt impedimentum quod poteſt aliunde adhiberi, & interponi. Dicitur igitur primò, quod elector ſuo ſuffragio tenetur impedire indigni electionem; & non ſufficit electori, quòd non eligat indignum, ſed tenetur ita dare ſuffragium, vt excludatur indignus. Hoc enim probat ratio allata; nam elector habet ius eligēdi à Summo Pontifice, vt eo vtatur ad bonum communitatis, & ad excludendum propterea indignos, vt Eccleſiæ de idoneis Præſulibus prouideantur. Ideò non ſufficit vt elector det votum album, aut aliàs inutilè, ſi hoc redundet in fauorē indigni, qui ex eo quòd vota huiuſmodi non computantur, & diminuitur integer numerus votorum, ſic vt indignus euadat à maiori parte electus, quod non eueniſſet, ſi qui dedit votum inutilè aliquem eligibilem nominaſſet. Item ſi concurrentibus indigno, digniori, & digniſſimo, futurum ſit vt à pluribus nominetur indignus, ſi elector velit eligere digniſſimū tenetur elector eligere minùs dignū, ſi ex hoc excludatur indignus, vt dicam *c. ſequenti.* Immò ſi contingat, vt non poſſint haberi niſi duo indigni, quorum vnus ex neceſſitate eligendus ſit, iuxta ſuperius dicta, tenetur elector eligere minùs indignum. *Card. de Lugo d. diſp.* 35. *num.* 29. Similiter nedum in ſcrutinio ſecreto, ſed quotieſcumque ex officio ſuo, vel in tractatu, qui ſæpè præmittitur electioni, cogitur elector loqui, & proferre votum ſuum, ſic debet ſe gerere, vt nedum non approbet indignum, ſed illum ita excludat, vt ex ſui taciturnitate non ſit cauſa moralis, quod indignus approbetur ab alijs. Immò & debet cauere, ne ſuo exemplo ſit alijs cauſa eligendi indignum. Et ſic ita ſe debet habere, vt non ſufficiat, ſi negatiuè ſe habeat in ſuffragando, & vel renunciet voci, vel taceat, quando ex officio loquendum eſt; ſed poſitiuè ſuo ſuffragio debet excludere & impedire ne indignus eligatur. Dicitur verò ſecundò, quòd elector ad præſtanda alia impedimenta non tenetur, quæ extra munus & officium ſuffragandi interponi poſſunt. Nam ex vi officij publici, quod gerit, non eſt aliorum Dominus, Rector, Corrector, aut Iudex, ideo ex vi officij ſui non tenetur alios corrigere, ne indignum eligant, vel eis ſuadere, aut rogare vt alium eligant dignum.

51 Dicitur nihilominùs tertiò, quòd ex lege charitatis & miſericordiæ ex qua obligamur ad corrigendos malè agentes, & illos impediendos ne malè agant, ſi adſit probabilis ſpes profectus tenetur nedum quilibet elector, ſed immò quilibet de communitate & de Eccleſia, immò quilibet fidelis reſpiciendo ad bonum communitatis, & peccatum eligentium indignum, tales indigni electores corrigere, & à mala electione auertere, ſeruatis ijs, quę de correctione fraterna tradunt *DD. cum D. Thoma ſupra q.* 33. Hinc *Lauorius cap.* 21. *nu.* 44. ex *Nauar. cap.* 18. *num.* 56. *& Donatus par.* 3. *tract.* 4. *q.* 24. reſoluūt, quod ſi indignitas ſit occulta, eam elector tenetur manifeſtare, & addit Donatus etiam non præmiſſa correctione fraterna indigno facta, quem certò ſcit futurum pernitioſum communitati, ſi indigni immineat electio, quæ alio modo non poſſit impediri. Vbi enim delictum ſit bono communi contrarium, non eſt neceſſarius ordo correctionis, ſed non præmiſſa correctione fraterna, debet delictum denunciari ne fiat damnum communitati. Sed in propoſito conſiderandum, quòd ex duplici cauſa poteſt eſſe neceſſaria huiuſmodi reuelatio, vel ſcilicet, vt alij electores non peccent eligendo indignum, vel vt electio non noceat bono communi. Ex prima cauſa neceſſaria etiam eſt reuelatio, quia etſi quis inuincibiliter ignorans non peccet formaliter, ſatis grande malum etiam eſt materialiter peccare, ſed tamē vbi non ſit ſpes, quòd reuelatio ſit profutura, non eſt neceſſaria correctio, vel reuelatio; immò in hoc caſu eſſet iniuſta, ſi infamaretur indignus apud aliquem ſine neceſſitate occultum defectum eius reuelando: de qua re videri poſſunt. *Bannes ſupra q.* 33. *art.* 6. 7. *&* 8. *& Suarez de charitate diſp.* 8. *ſect.* 3. *&* 4. *& alij DD.* de charitate fraterna loquentes. Sed ex parte ſecundæ cauſę, conſiderandū, quod non omnis indignitas eſt pernicioſa communitati. Si enim verbi gr. aliàs quis ſit doctus, & ſanctus, & ex hoc valde idoneus ad Eccleſiæ regimen, nihil intereſt Eccleſiæ, quòd occultè ſit illegitimus, vel non habeat ætatem à iure requiſitam, vel ſit irregularis ex defectu non impediēte bonum regimen, vel ſit etiam peccator, ſed talis, quòd electus pœnitebit, vel alium ſimilem defectū, habeat talem tamen ex quo electio in conſcientia non erit nulla. In his enim caſibus vbi indignitas eſt occulta & ex hoc ex indigni electione non eſt futurum damnum communitati, non eſt neceſſitas ex hac lege charitatis, aut iuſtitiæ in communitatis bonum impediendi talis indigni electionem per reuelationem indignitatis ad fugiendum damnum communitatis, etiam ſi indignitas poſſet probari, & etiam ſi indignitate pateſacta impediretur electio; quia ex quo indignitas illa ſit occulta non impedit, quòd electio ſit valida in conſcientia, & indignitas nō eſt Eccleſiæ pernicioſa, immò poteſt eſſe, quòd indignus aliàs ſit vtilior, qui occurrat, nec indignitas manifeſtabitur aliunde, vnde nec ex lite, quæ poſſit oriri imminere poteſt damnum communitati, quia qui ſcit indignitatem eſt certus moraliter, quòd manebit occulta, vel ſi manifeſtetur, ſine difficultate, & diſpendio Eccleſiæ ſuper ea diſpenſabitur, vel indignus ipſe, ſi ſit conſcius indignitatis diſpenſationem obtinebit occultè, vel ex alia

Digitized by Google

ſimili cauſa nõ imminebit damnum communitati; non erit igitur ex hac cauſa neceſſaria reuelatio indignitatis, quæ tamen reuelãda erit indigno ne ille accipiat officium indignus, ſi eſt ſpes, quod hæc reuelatio ſit profutura, vel etiam iuxta regulas correctionis fraternæ erit corrigendus, ſi ſciens ſe indignum velit officium acceptare. Et elector quantumuis indignitas ſit occulta tenetur nedum indignum non eligere, ſed ſuo ſuffragio illum excludere, & non tenetur indignitatem occultare, & ſi alio modo ſuam actionem non poſſit iuſtificare, & vbi immineat graue damnum niſi ſe iuſtificet, etiam ſi reuelatio indignitatis nõ efficiet, vt remoueat alios ab electione indigni poteſt ad ſui iuſtificationem neceſſariam indignitatẽ reuelare. Quamuis ſi præcipuè indignus non ſit in culpa vt eligatur, ſi reuelatio eius indignitatis non ſit profutura, illam ſciens ſaluo ſemper bono communi, & proprio, teneatur quantum facere poteſt honori innocentis conſulere.

52 An verò elector etiam cum periculo graui ſui damni teneatur indigni electionem impedire; dicitur quod ſicut ex metu grauis damni nõ poteſt elector eligere indignum ſic non poteſt illum eligendo non impedire, ſed ſic debet ſe habere nedum vt non eligat illum, ſed vt eligendo impediat, quia hoc totum ſpectat ad eius officium, & oppoſitum facere eſt contra ius naturale. Vbi tamen indignitas ſit de iure poſitiuo puro, ſi talis ſit caſus in quo metus grauis damni excuſat ab obſeruantia iuris poſitiui, non tenebitur elector indigni electionem impedire. Sed vbi indignitas ſit futura in damnum graue communitatis, iam intrat lex naturalis obligans etiam cum periculo grauis damni. Vbi verò & eo modo quo elector non ex iuſtitia officij ſui, ſed ex lege correctionis fraternæ tenetur impedire electionem indigni, quia licet illa lex extra caſum extremæ neceſſitatis ſpiritualis proximi obliget cum aliquali diſpendio boni temporalis, non obligat tamen cum valde graui damno, & præcipuè cũ periculo mortis, nec elector ex hac lege tenebitur indigni electionem cum tam graui periculo impedire. Videri poſſunt DD. agentes de correctione fraterna, & præcipuè *Bannes qu. 33. art. 3. dub. 4. & Suarez vbi ſupra diſput. 9. ſect. 3.* Sed dices, tenetur ne elector qui videt indignum eligi à maiori parte ſaltem proteſtari contra hanc electionem, & ab ea appellare, vt ſic impediat illam coram Confirmatore ſi non poteſt illam impedire coram electoribus? Reſpondetur non teneri, quia in hoc iuri ſuo ipſe poteſt renunciare, & aliàs ipſe non eſt ex officio procurator communitatis. Solùm ex lege charitatis ſeu miſericordiæ, & pietatis ſeu iuſtitiæ in communitatem, ſi futurum eſt, vt indigni confirmatio ſit futura in præiudicium communitatis, iuxta ſupradicta tenetur admonere Confirmatorẽ, qui tamen alias ex officio tenetur inquirere, an electus ſit dignus.

53 Eſt etiam valdè conſiderandum circa electores, quòd cum eorum electio non ſubſiſtat, niſi confirmetur, ſi electioni indigni poſſi. afferri remedium apud confirmatorem, vnde iam eſſet dãnum communitatis, poteſt eſſe quod excuſetur electio indigni ex metu grauis mali. Nam immò maius damnum longè eſt mors vnius, quam electio dans electo ſolum ius ad rem, immò nec in rei veritate dans ius firmum ad rem & non inferens niſi damnum, quod poteſt impediri per Confirmatorẽ. Non poſſunt tamen electores, vt ſe eximant à periculo illud reijcere in confirmatorem, quia ipſi priùs tenentur ſatisfacere proprio debito. Sed ſi electoribus immineat periculũ valdè grauis damni, quod non immineat Confirmatori, benè poterunt electores ex metu grauis damni eligere indignũ electione ſimulata & nihil valitura, & quæ à Confirmatore erit caſſanda, & poterit ſine periculo ſuo, vel cõmunitatis caſſari. Nec obſtat quod electio indigni ſit prohibita iure naturæ, quia hoc eſt verum de electione habitura effectum, quia & electio indigni eſt mala, quia Eccleſiæ pernicioſa. Sublato ergo damno Eccleſiæ, quæ multò maius damnum etiam patietur in actuali vexatione, & damno valde graui electorum, quàm in electione indigni effectum non habitura, ſequitur quòd talis electio in ſimili caſu non ſit prohibita, ſi verè alias electores in electionem non conſentiunt. Et hinc eſt etiam, quòd licet confirmator, vel collator conferendo beneficiũ det ius ad rem immobile etiam ſæpe ad vitam beneficiati, nihilominùs conſiderandum eſt, quòd nã ſit maius malum Eccleſiæ. Nam ſi indignitas promouendi ſit etiam de iure naturæ, ſed nihilominus ſit talis, vt promouendus poſſit eſſe idoneus ſi velit vel ſi detur ei coadiutor, aut Vicarius idoneus, & non ſit timor de eo, quod doceat hæreſes vel errores, aut ſolicitet & inducat populum ad malum, & ille præponendus ſit loco, vel pago, vel vbi non deſunt miniſtri vtiles, vnde ex eius promotione non tam grande malum imminet ſtante etiam vigilantia Epiſcopi, & ex alia parte mors Epiſcopi alias vtiliſſimi Eccleſiæ non illi loco ſolum, ſed toti diœceſi eſſet maximum damnum allatura, cur non eſſet tunc minus damnum Eccleſiæ attendendum, & potiùs eligendus ille indignus, quàm exponenda periculo vita Epiſcopi? Nec obſtat quod eligere indignum ſit contra ius naturæ, quia DD. docent nõ eſſe contra ius naturæ eligere indignum, qui ſi vult poteſt eſſe dignus, vbi non habetur dignus. At verò non habetur dignus, quando non poteſt præfici niſi cum damno maiori Eccleſiæ, quam ſit malum talem indignum eligere. Vnde in his attendi debet minus malum Eccleſiæ, ex quo malum euitari non poteſt. Et ſi inſtes, ſi hoc verum eſt, ſequi, vt liceat etiam promouere indignum, qui etiam ſi velit non poteſt eſſe dignus, & idoneus; negatur ſequela; quia promouere ad regimen animarum illum, qui nec per ſe, nec per alium poteſt eſſe idoneus etiam ſi velit, eſt poſitiuè intrinſecè malum & ſic hunc promouere non eſt malum permittere, ſed facere; nunquã vero ſunt faciẽda mala ad euitanda damna: ſed promouere illum, qui ſi velit poteſt eſſe idoneus, non eſt facere malum, quia ille ſubſtantialiter eſt idoneus, cum per ſe, vel per miniſtrum idoneus eſſe poſſit, quòd verò ille nolit eſſe idoneus à promouente non ſit, ſed permittitur vt vitetur maius malum. Itaque ſi indignitas ſit de iure poſitiuo, hæc non obſtat quia in eo caſu neceſſitatis, & mali imminentis in quo lex poſitiua non obligat, indignus poſſet eligi & confirmari. Si verò indignitas ſit de iure naturæ. Si indignus ſit talis, vt nec per ſe, nec per alium ſit idoneus ad regimen animarum, etiam ſi vellet eſſe, hic tanquam ineptus eſt omnino repellendus, etiam ſi quodcumque

malum

malum immineat, quia non ſunt facienda mala, vt veniant bona. Sed ſi indignitas ſit in poteſtate indigni, & ſit ſola indignitas malæ voluntatis, tunc attendi poteſt minus malum Eccleſiæ, & poterit permitti minùs malum, vt euitetur maius.

S V M M A R I V M.

1 *Electores peccant eligentes ſcienter indignum. numer. 54.*

2 *Tenentur eligere notum n. 54.*

3 *Non poſſunt allegare ignorantiam, niſi probent. num. 54. & 55.*

4 *Arbitrarium eſt iudici iudicare, an electores ſcienter elegerint indignum. nu. 54.*

5 *Ignorantia vincibilis à culpa non excuſat. nu. 55.*

6 *Ignorantia probatur per iuramentum. n. 55.*

7 *Elector tenetur inquirere qualitates eligendi. numer. 56.*

8 *Sufficit notitia à fide dignis habita. n. 56.*

9 *Requiritur notitia plena n. 56.*

10 *Circa honeſtatem vitæ ſufficit non inueniri contrarium. n. 56.*

11 *Circa ſcientiam, & ætatem neceſſe eſt ſciri, quod qualitates iſtæ adſint. n. 56.*

12 *Elector debet eſſe certus moraliter de idoneitate eligendi. n. 57.*

13 *Elector nõ poteſt vti ſcientia confeſſionis ad excludendum indignum n. 58.*

14 *Si tamen aliundè ſciat aliquem indignum, ex quo id etiam ſcit ſacramentaliter non prohibetur vti alia ſcientia ad eius excluſionem. n. 59.*

15 *Elector ex notitia ſacramentali non tenetur excludere aliquem. n. 59.*

16 *Confeſſarius magis penetrans exteriora motiua, etiam ex illis habet maiorem notitiam indignitatis pœnitentis. n. 60.*

17 *Non poteſt tamen vti illis motiuis, niſi vt extrinſecis, non verò vt efficacibus ex notitia ſacramentali adiuncta. n. 60.*

18 *Vbi elector habens exteriorem cauſam ſufficientem ad excluſionem alicuius non eſt illi prohibitum, ſi ex notitia confeſſionis inclinetur ad excluſionem, etiam ſi forſan alias non excluſiſſet, ſi hoc fiat extrinſecus ex ſola cauſa illa à confeſſione aliena, & ſine eo quod aliquo modo violetur ſecretum ſacramentale. n. 61. & 62.*

19 *Si pœnitentis indignitas eſt publica, Confeſſor tenetur eum non eligere. n. 62.*

20 *Si pœnitentis indignitas publica ſciatur ex notitia confeſſionis falſa, & cognoſcatur pœnitentem non eſſe indignum, manente infamia ille non poteſt eligi. num. 62.*

21 *Si pœnitentis indignitas non ſciatur niſi per confeſſionem, & nulla ſit cauſa famoſa ob quam poſſit excludi, non poteſt reijci. nu. 62.*

54 QVæritur ſeptimò, quantam diligentiam adhibere debeant electores, vt ſciant merita eligendi, ne eligant culpabiliter indignum? Quod præcipitur à ſacris canonibus eſt, quòd nullus ſcienter eligat indignum. *cap. cum in cunctis 7. de elect.* & ibi *Panorm. §. Clerici n. 4. Bald. cap. cum Vinton. 25. n. 1. & cap. per inquiſitionem 26. num. 1. de elect. Turrec. §. ſed aliud. diſt. 61. num. 15. Sylu. v. electio p. nu. 15. Tabien. num. 5. Caiet. v. electio cap. 1. Armill. nu. 23. Biax. p. 1. cap. 11. num. 1. Caſtel. cap. 5. num. 9. & 12. Donatus p. 3. tract. 4. quæſt. 26. nu. 5. Sigiſm. de Bonon. dub. 58. num. 5. Barboſa ad cap. 2. de poſtul. num. 2. & ad cap. cum in cunctis. 7. de election. num 37. & cap. cum Vinton. 25. num. 7. de elect.* & alij DD. communiter. Verùm aduertendum, quòd cum electores ex eorum officij iuſtitia teneantur notum eligere, & ſcire merita eius, quem eligunt, ſi eligant indignum non poſſunt allegare ignorantiam; quia ſcire præſumitur qui poteſt, & debet ſcire. *Panorm. cap. innotuit 20. num. 9. & 21.* & ibi *Barboſ. num 22. de elect. & cap. cum in cunctis 7. num. 37. eodem titulo.* Quamuis idem *Barboſ. cap. cum in cunctis, num. 35.* hoc iudicare arbitrarium eſſe iudici exiſtimet, an ſcilicet electores ſcienter, vel ignoranter elegerint indignum.

55 Hoc quidem etiam certum eſt, quòd ad illos ſpectat probare ignorantiam, ſi per illam ſe excuſent. *Gloſſ. in cap. Innotuit 20. ver. ignorantiam, Panorm. ib. num. 9. & 11. Barboſ. num. 25. de elect. Menoch. de præſumpt. l. 3. præſumpt. 23. num. 10. Caſtell. cap. 5. num. 9. Donat. d. tract. 4. quæſt. 28. nu. 1.* Et ad effectum vitandi culpam ſaltem non ſufficit allegare ignorantiam, ſi ſit nedum craſſa, vel ſupina. *Gloſſ. vbi ſupra. Barboſ. ibid. num. 23.* ſed voluntaria quocunque modo, & vincibilis, quia ignorãtia vincibiles non excuſat à culpa. *D. Th. p. 2. qu. 6. art. 8.* Electores tamen ignorantiam allegantes eam nedum per teſtes, aut probationes alias, ſed etiam per iuramentum probare poſſunt *Gloſſ. & Barboſa, loco citato num. 26. Farin. in praxi crim. p. 3. quæſt. 90. num. 100. & ſeqq.*

56 Hinc eſt quod electorum quiſque diligenter inquirere debet qualitates eligendi, & an ei deſit aliqua ex conditionibus à iure requiſitis. *Panorm. in cap. bona 2. de poſtul. Prælat. & in cap. ſcriptum de elect. Abulenſ. ad cap. 32. Matt. quæſt. 118. Armill. ver. electio num. 22. Sigiſm dub. 33. num. 3. Ragg. dub. 16. num. 1. Card. de Lugo tom. 2. de iuſt. diſput. 35 ſect. 1. num. 7. Caſtell. cap. 5. num. 9. Ledeſm. tract. 7. capit. 2. concluſ. 5. dub. 1. Donatus p. 3. tract. 4. quæſt. 28. n. 1.* Inquiri verò debet eligendi notitia ab ijs, qui eum cognoſcunt, vnde deducitur, quod non eſt neceſſarium habere notitiam intuitiuam, ſed ſufficit notitia per auditum, & famam à fide dignis habita, ſed tamen hæc notitia debet eſſe plena, *cap. innotuit 20. de elect. Panorm. ib. num. 35. Caſtell. cap. 5. nu. 9.* Ait tamen *Peyr. in ſubd. quæſt. 1. cap. 31. §. 1. not. 2.* habendum eſſe pro digno, qui non cognoſcitur indignus, ſed econtra *Card. de Lugo diſp. 34. ſect. 2. num. 12.* docet, quòd non ſufficit non ſcire, quòd eligendus ſit indignus, ſed eſt neceſſe poſitiuè ſcire, quod ſit dignus. Et vtrumque horum verum eſt. Nam circa honeſtatem morum, cum bonitas vitæ de vnoquoque præſumi debeat, niſi contrariũ appareat, ſufficit poſt diligentem inquiſitionem non ſcire, quod aliquis ſit inhoneſtæ vitæ, ſcilicet quod poſt moraliter diligentem inquiſitionem non ſit inuenta in eo iniquitas, & crimen; ſed ſcientia non præſumitur niſi in eo, qui poteſt, & debet ſcire, ſimiliter non præſumitur ætas, præſumitur tamen legitimatio, ideò ſufficit non ſcire, quòd quis ſit illegitimus, ſed non ſufficit non ſcire quod ſit ignorans, vel minoris ætatis, ſed eſt neceſſe ſcire, quòd eſt ſciens, & competentis ætatis. Immo & quan-

quantum ad qualitates, quæ præſumuntur, ſi adſit in contrarium rumor, vel præſumptio, inquirenda eſt veritas, donec præſumptio, aut contraria ſama, vel rumor, vel iudicium elidatur, & tollatur dubietas.

57 Nam neceſſe eſt, vt elector de idoneitate eligendi ſit ſaltem certus, nec ſufficit opinio fluctuans, ſed requiritur certitudo ſaltem moralis. *Caiet. 22. quæſt. 63. art. 2. Ledeſ. tract. 7. cap. 2. concl. 4. dub. 3.*

58 Dubitatur autem, an elector ſciens in Sacramento confeſſionis indignitatem alicuius poſſit hac notitia vti, vt neget ei ſuffragium, illumque excludat ab electione paſſiua. Nam quidam arbitrantur electorem non teneri quidem vti tali notitia, nec incurrere pœnas iuris, ſi illum eligat, quẽ non niſi per notitiam ſacramentalem cognoſcit indignum, eum tamen nihilominus poſſe vti hac notitia, ſi id facere poſſit ſine violatione ſigilli ſacramentalis. Ita *Peyrin. in ſubd. quæſt. 1. cap. 31. §. 2. quæſt. 1.* referens pro eadem ſententia *Nauarr. cap. humanæ aures, quæſt. 1. num. 5. & diſt. 6. de pœniten. cap. penult. Sacerdos num. 147. Reginald. in praxi l. 3. num. 33. Sanchez l. 3. de matrim. diſp. 6. num. 6. Suar. tom. 4. in 3. par. diſp. 33 ſect. 7. num. 12.* Idem etiam pluribus citatis tenet *Barboſ. l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 143. Lezan. cap. 21. num 63.* idem docet, ſi electio fiat ſecretò. At verò *Sanch. loc. c.* cũ pro opinione iſta referat quamplurimos DD. eam tamen non ſequitur, vt patet ibid. num. 4. & ſeqq. Ideò non poſſe Confeſſarium vti notitia confeſſionis ad externam gubernationem, ſed ſe habere debere, ac ſi nihil ſciret, quamplures ex modernis tenent, nimirum *Sanchez loco citato, Bannes 22. q. 33. a. 8. d. 8. Lopez 2. p. cap 96. quæſt. 1. Corrad. p. p. quæſt 334. & & 335. Nuga. in addit. ad 3. p. quæſt. 11. a. 1. Candid. tom. 1. diſq. 24. a. 32. d. 1. 2. & 3. Samuel. de elect. diſp. 6. tract. 1. contr. 7. Lezana p. 1. cap. 15. num. 14. Donatus p. 3. tract. 4. quæſt. 29.* & alij plures apud illos. Sed non eſt hic locus hanc quæſtionem fuſiùs examinandi. Nam & ſufficit decretum Clementis VIII. *in conſtit. Sanctiſſimus de caſibus reſeruatis*, quam confirmarunt Gregor. XV. & Vrban. VIII. & habetur in Bullar. Roman. poſt conſt. 26. Vrbani Octaui. Et in Prologo conſtit. Ordin. Prædicatorum in fin. Per quod decretum prohibetur omninò vſus notitię ſacramentalis ad externam gubernationem, ibi, *Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarij, qui poſtea ad ſuperioritatis gradum, aſſumpti fuerint, caueant diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerint, ad exteriorem gubernationem vtantur.* Quàmuis enim hoc decretum ſolos Superiores Regulares comprehendat, oſtendit tamen abſolutè eſſe conforme rationi, vt dum homo agit vt homo, non vtatur ſcientia, quã habet vt Deus; & ſic quòd ex notitia confeſſionis non debeat elector alicui negare ſuffragium. Eſt tamen etiam verum id, quod habet *D. Tho. 4. d. 21. quæſt. 3. art. 3.* quòd ex quo quis in confeſſione cognoſcit peccatum alterius, non prohibetur vti notitia eiuſdem peccati aliundè habita. Is ergo, qui per notitiam ſacramentalem cognoſcit alicuius indignitatem, vel eam nullo modo ſcit aliunde, & & ſic non poteſt ex illa negari alteri ſuffragium in electione, vel aliundè habet eiuſdem notitiam, & non prohibetur ex illa notitia indignum excludere, cum ad hoc ſufficiat probabilis etiam ſuſpicio indignitatis ſufficiens ad tollendam moralem certitudinem de eligendi dignitate. Similiter cum electio nulli debeatur ex iuſtitia, ſi contra illum militet aliquid, quod valeat mouere prudentem ad eius excluſionem, ſi aliquod tale motiuum adſit, poterit elector eo liberè vti, ita tñ vt ex circũſtantijs, & facto in ſingulari nullo modo violetur ſecretum confeſſionis ex vi talis excluſionis. Non teneri verò electorem ex notitia confeſſionis aliquem excludere ab electione, quem ex notitia aliundè habita non teneatur excludere certum eſt, *ex D. Th. 4. diſp. 21. q. 3. a. 1. q. 1. ad 3.*

60 Sed nunquid notitia confeſſionis non poteſt ſaltem eſſe occaſio excitans notitiam externam ad penetrandum, quòd aliàs non fuiſſet penetratũ, & ex conſequenti ad negandum ſuffragium, quòd aliàs non fuiſſet forſan negatum? Reſpondetur, quòd intellectus, & aliæ virtutes cognoſcitiuæ ſunt potentiæ naturales; quæ naturaliter mouentur ab obiecto, nec homo etiam ſi velit poteſt impedire virtutes cognoſcitiuas, vt notitia ſacramentalis nõ moueat ad nouas conſequentias deducendas, & ad penetrandum perfectiùs exteriora, quæ videntur; vnde nec prohibetur homo ab hac maiori penetratione, quæ in ſe connaturaliter, & neceſſariò conſurgit ex euidentia eorum, quæ ſcit per confeſſionem, & percipit per ſenſum. Adhuc tamen non poteſt elector vti hac notitia conſequente ex notitia confeſſionis, ſed ſolùm ea, quæ ex puris extrinſecis, quæ ſenſu percipit deduci poteſt. Et ideò extrinſecis motiuis non poteſt vti ad excludendum pœnitẽtem ab electione, niſi quantùm ex ſe ipſis valeant præciſa confeſſionis notitia. Vbi tamen elector eſſet in caſu, in quo ex motiuo aliundè noto eſſet ſibi arbitrarium eligere, & non eligere pœnitentem ſuum, valdè durum eſt, vt ex notitia indignitatis habita per confeſſionem, non poſſit inclinari voluntas ad non eligendum illum, quem licet aliàs poſſet eligere, poteſt etiam ex ſufficienti motiuo extraneo à confeſſione non eligere; ſi hoc ità fiat, vt ſuſpicari non poſſit peccatum pœnitenti confeſſum, ſeu Confeſſarium moueri ex notitia confeſſionis ad excluſionem illius. Quoniam certè talem excludere eſt valdè bonum, & quod voluntas à bono apprehenſo non poſſit moueri ad boni amorem, eſt contra inclinationem voluntatis. Neque hoc poteſt eſſe illicitum ratione præiudicij confeſſionis ſacramentalis, quia hoc eſt confeſſioni connaturale; quia nequit fieri confeſſio, quin Confeſſarius ſciat peccatum pœnitentis, & quin notitia illa non ſit apta ratione bonitatis, quam repræſentat inclinare voluntatem in amorem boni cogniti; aliàs verò, quòd ſi extra, ſit ex cauſa iuſta non ſpectante ad confeſſionem, & ſufficiente ad mouendam voluntatem ad denegandum ſuffragium per ſe rationem ſui, & ſine adminiculo extrinſeci. Et hoc eſt, quòd docet *D. Thom. loco citato, & quodl. 5. art. 13.* & voluit illa multitudo maxima DD. quos refert *Sãchez loco cit.*

61 Nec iuſtitia Sacramenti confeſſionis petit, vt excludantur interiora præiudicia connaturalia interiori notitiæ, vnde non eſt contra iuſtitiam Sacramenti, ſi hominem extrinſecus iudicatum digniſſimum electione ex notitia confeſſionis confeſſor eum intus iudicet indigniſſimum, ſi eſt talis, &

quod

quòd intus ex conſequenti illum, vt talem nō amet per actum voluntatis internum, & interiùs manentem amore quo amat innocentes, quia eſt connaturale voluntati, vt bonū amet licèt liberè. Et ideò nec eſt contra iuſtitiam Sacramenti, ſi v. g. ſint duo extrinſecus æquè digni electione, & elector habens ſufficientem cauſam ad excludendum quemlibet illorum ex notitia confeſſionis intus, inclinetur ad excluſionem illius, qui verè eſt indignus, quia voluntas recta poteſt eligere, quod cognoſcitur eſſe melius. Nec per hoc pœnitens iuſtè poteſt affecto à confeſſione, quin immò ex hoc cedet in partem pœnitentiæ peccatorum, tanquā præiudicium cōnaturale confeſſioni. Neque hoc aduerſatur decreto Clem. VIII. quia hoc non eſt vti notitia confeſſionis ad externam gubernationem, cum talis vtatur notitia altera de ſe ſufficiente ad faciendum extrinſecus quod facit, notitia verò confeſſionis ſolum valuit ad inclinandam voluntatem ad vnum, quod eſt connaturale bonitati apprehenſæ. Et ſic hic vſus inſeparabilis à notitia boni, & merè intrinſecus, & exteriùs non relucens, non eſt vſus ad extrinſecam gubernationem, ſed ad intrinſecam electionem boni exteriùs tamen non manifeſtandam, neque ad actum reducendam, niſi ex motiuo alieno à confeſſione ſacramentali, & exteriùs manifeſto. Adiungitur, quòd lex poſitiua humana non attingit actus purè mentales, & qui exteriùs non apparent. In hoc verò caſu electio vt eſt ex motiuo confeſſionis, eſt purè mentalis, nec ad extra relucet, ſed totum externum habet aliundè ſuam cauſam manifeſtam, & ſufficientem, & talem vt exteriùs non poſſit cognoſci interior illa determinatio voluntatis.

62 Itaque in hoc puncto vel pœnitens qui electori ſua peccata confeſſus eſt apud Confeſſarium, eſt aliundè adeò diffamatus de vera indignitate, vt elector in conſcientia teneatur eum non eligere; & in hoc caſu tenetur quidē elector nullo modo propalare peccatum pœnitentis, vt votum in confeſſione, vt docet *D. Thom. 4. diſp. 21. quæſt. 3. a. 3. 1.* Sed ſimul tenetur ex notitia non ſacramentali, quam habet, pœnitentem non eligere. Et ſi intrinſecus id firmiùs, & tenaciùs vult etiam ex notitia ſacramētali, nullum eſt malum, ſi id foris non erumpat per aliquod, quod ſit aliqua reuelatio confeſſionis. Vel econtra elector in ſacramētali confeſſione ſcit aliquem eſſe dignum, & falsò ſibi tribui indignitatē, & in hoc caſu ſi infamia exterior ſit grauis, & duret, & priuat æſtimatione viri probi ſimpliciter, nō poteſt pro tunc illum eligere, quia impedit infamia ſiue vera, ſiue falſa. Vel ex aduerſo per notitiam ſacramentalem ſcitur indignitas pœnitentis, ſed eſt occulta, & extrinſecus non apparet cauſa rationabilis, vel occaſio iuſta illum eijciendi ab electione, & tunc non poteſt confeſſor vti notitia confeſſionis ad eum non eligendum; nec obſtat, quòd electio canonica ſit libertatis, quia hoc non eſt verum, niſi de libertate regulata recta ratione, & imprudētia, eſt reijcere ſine cauſa illum, qui ab alijs cenſetur dignus electione, & immò eligitur. Vel indignitas pœnitentis eſt vera, & licet occulta, nihilominùs apparet extrinſecus tale quid, propter quod rationabiliter indignus poteſt excludi, licet etiam eo non obſtante poſſet eligi. Et tunc non tenetur confeſſor ex notitia ſacramentali pœnitentem excludere, ſed poteſt illum non obſtante, quod ſit indignus eligere, ſed ſi velit, poteſt etiam eum excludere, & ſi ad hoc libentius volendum moueatur etiam ex notitia confeſſionis, illa tamen omninò interiùs manente, non fit aliquod præiudicium tali pœnitenti contra iuſtitiam, & dignitatem Sacramenti; quia excluſio extrinſecus eſt à cauſa aliūdè nota, intrinſecus verò notitia ex ſua connaturalitate agit trahendo voluntatem in bonum.

S V M M A R I V M.

1 *Electionem indigni eſſe ipſo iure nullam, aliqui aſſerunt. n. 63.*
2 *Electio indigni ſimpliciter eſt à iure reprobata. numer. 64.*
3 *Electio indigni ſi non ſit cenſura ligati, vel in iure decernatur irrita ipſo iure, non ſit ipſo iure nulla. num. 65.*
4 *In iure canonico vbi lex ſolum probibet actum, illum non irritat. n. 65.*
5 *Idem probatur ex pluribus iuribus. n. 66.*
6 *Nullitas ipſo iure non eſt ſanabilis per diſpenſationem ſubſequentem. n. 66.*
7 *Vbi requiſita ad actum ſunt variabilia, & ad arbitrium iudicis iudicanda nō eſt proportionata nullitas ipſo iure. n. 67.*
8. *Scientia, & honeſtas morum requiſita ad electionē ſunt requiſita variabilis ſecundum quantitatem, & reſpectiuè accipienda. n. 67.*
9 *Quæ ſcientia neceſſaria in Epiſcopo. n. 68.*
10 *Si electio illiterati habentis defectum ſcientiæ cōpetentis, non eſt ipſo iure nulla ex vi Canonis, cap. cum in cunctis, neque nulla eſt electio prorſus illiterati. n. 68.*
11 *Si electio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla ex vi Canonis, cap. cum in cunctis, neque etiam electio infamis infamia iuris, &c. numer. 68.*
12 *Concil. Trid. ſignificat electionem indigni irritandam. nu. 69.*
13 *Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 4. explicatur. numer. 70.*
14 *Promotio ad beneficia in Cathedralibus qualiter irrita. n. 71.*
15 *Ex eo quod per electionem indigni electores priuentur voce, & deuoluatur electio, non ſequitur, quod electio indigni ſit ipſo iure nulla. n. 72.*

63 Quæritur octauo, an electio indigni ſit ipſo iure nulla? Aliqui abſolutè tenent, quod electio indigni ſit nulla ipſo iure. *Gloſſ. cap. cum Vinton. verb. vltim. Nauar. cap. ſi quando, de reſcriptis, except. 16. num. 1. Caſtell. cap. 4 nu. 8. Sigiſm. de Bonon. diſp. 58. num. 4. Lanor. cap. 21. num. 31. Donat. p. 3. tract. 4. quæſt. 26. num. 4.* qui pro hac ſententia alios citant, qui tamen illam non tenent. Alij verò limitant hoc, & diſtinguunt, & excipiunt electionem ſimplicis criminoſi non ligati cenſura, aut irregularitate, aut infamia iuris, vel alia iuris inhabilitate; huius enim electionem non eſſe ipſo iure nullam, & ſi nulla ipſo iure ſit electio illegitimi, illiterati, non habentis ætatem requiſitam, & morum honeſtatē, & eius, qui ſit ligatus cēſura, aut irregularitate. *Sylu. v. electio p. nu. 15. Tabien. nu. 17. Na-*

nar.

nar. Felin. Compoſtell. Maior. Conar. quos refert, & ſequitur *Sanchez l.2. opuſ. cap.2. dub.18. num.4. Cardinalis de Lugo de iuſt. diſp.35. ſect. 1. num. 9.* Excipitur etiam electio excommunicati excommunicatione minori, vt non ſit ipſo iure nulla, ſed caſſanda. *Syluest. & Tabien.* Alij etiam excipiunt electionem non omninò illiterati, nimirum illius, qui legere, & ſcribere latinè ſcit, etiam ſi alia ignoret, huius enim electionem caſſandam quidem dicunt, ſed non irritam ipſo iure. *Cardin. de Lugo loco cit. poſt Leſſ. Azor. Gonzales, Sanchez Caſtrum Palaum tr. 13. diſp. 4. p. 6. num. 10.* Fundamenta harum opinionum pro quanto conueniunt in eo, quòd electiones præfatæ ſint ipſo iure nullæ deſumuntur, ex *cap. cũ in cunctis 7. & cap. innotuit 20. & cap. ſcriptum 40. de electione*, & in alijs decretalibus, in quibus electio indigni reprobatur. Secundò, nam eligentes indignum perdunt electionem, ità quòd ipſo iure electio deuoluitur vel ad ſuperiorem, vel ad partẽ, quæ non elegit indignum, neceſſe igitur eſt dicere, quòd electio indigni ſit in re ipſa, & ipſo facto nulla.

64 Dicitur igitur primò, quòd electio, ſeu præſentatio, ſeu quæcunque promotio eius, qui eſt indignus ſimpliciter eſt à iure reprobata, nec confirmanda, ſed omninò ex vi legis caſſanda, niſi Papa nullitatem illius ſanet. Hoc eſt, quod probatur ex *cap cum in cunctis*, & reliquis, & ex Conc. Trident. ſeſſ. 7. cap. 1. & 3. & ſeſſ. 14. cap. 1. 12. & 18. & alibi. Et hæc ſententia omnium conſenſu eſt accepta, cum euidens ſit electionem, præſentationem, & prouiſionem indigni vbique à lege prohiberi, & reprobari.

65 Dicitur ſecundò, quòd præter electionem, præſentationem, aut collationem eius, qui eſt cenſura aliqua ligatus nullius alterius indigni electio, præſentatio, aut prouiſio eſt ipſo iure nulla, niſi vbi lex expreſsè, vel æquiualenter illam irritam eſſe decernit. Ratio eſt, quia vt ex profeſſo probatum eſt ſupra cap. 9. quæſt. 1. non valet conſequentia, hoc eſt à iure prohibitum, ergo eſt ipſo iure nullũ. In iure enim canonico vbi lex ſimpliciter prohibet, & nec expreſsè nec tacitè irritat actum, tunc actus non eſt ipſo iure nullus. *cap. ad Apoſtolicam. de Regul. Suarez l.5. de legibus. cap. 29. Sanchez l.3. de matrim diſp. 5. ad 4. & l.7. diſp. 2. num. 10. Layman. l. 1. tract. 4. cap. 16. num. 3. Boſſius tom. 3. tract. 15. nu. 87.* Nam aliud eſt prohibere, & aliud irritare actum, & matrimonium initum factum contra votum ſimplex caſtitatis, aut contra fidem ſponſalium eſt prohibitum. & tamen non eſt nullum. *In capit. autem cum in cunctis 7. de elect.* vt adnotauit etiam *Garzias par. 7. cap. 18. num. 61. & 63.* prohibetur quidem electio indigni, ſed non decernitur irrita ipſo iure, ſicut nec eodẽ modo irritatur in alijs locis citatis.

66 In capite enim *nihil 44. de electione*, de indignè promoto dicitur, quòd eſt deijciendus, non verò quòd ipſo iure ſit deiectus. *Et in cap. graue nimis 29. de præbend.* Vbi Innocent. III. conqueritur, quòd Epiſcopi promouerent indignos, non propterea dicit, quòd promoti nulliter fuerint promoti, nec mandat, vt tanquam nulliter promotos eos deponant, ſed ſolum in futurum, non niſi idoneos promouendos eſſe decernit. Nec obſtat, quod in *cap. innotuit 20. de elect.* idem Innocentius inquit, quod Canon. Later. Concil. ab Alexandro Tertio conditus, & in d. *cap. cum in cunctis* expreſſus, innuit electionem illegitimi eſſe nullam. Vnde *Gloſſ.* ibi *v. nullam.* ex hoc deducit de mente illorum canonum, electionem indigni eſſe nullam ipſo iure. Nam Pontifex id obijciendo dixit, & non aſſeruit ità eſſe, ſed quòd innuitur ità eſſe, & adhuc non dixit nullam ipſo iure, & ante ſententiam, ſed nullam, quia nimirum illam nullam eſſe iudicandum ſit. Nam & quod iſte ſit ſenſus, habetur ex verbis ſequentibus dicti capitis, ibi, *nobis tamen per eam adempta non fuit diſpenſandi facultas.* Nimirum ex eo quòd Alexander Tertius inſinuauit electionem illegitimi irritam eſſe, non ademit futuro Pontifici facultatem diſpenſandi. Nullitas igitur illa ſanabilis erat per diſpenſationem ſuper defectu natalium. At verò nullitas electionis ipſo facto non eſt ſanabilis per diſpenſationem cum electo ſuper defectu irritante ipſo iure electionem, quæ diſpenſatio ſuperueniat electioni, quia quod nullum eſt ab initio ſucceſſu temporis non conualeſcit, & habilitatio ſubiecti eligibilis facit, vt in futurum eligi poſſit, non verò, quòd ſi eius electio nulla fuit ipſo iure, valida fiat, & confirmabilis; ſed nullitas electionis, quæ eſt de iure, ſed non eſt ipſo iure, ſanabilis eſt per Papæ diſpenſationem, quæ antecedat ſententiã annullantem actionem, quia electio iſta; cum non ſit de ſe nulla, antequam caſſetur poteſt Papa diſpenſante ſuper defectu conualidari, & ſanari. Cum ergo Papa loquatur de nullitate ſanabili ex diſpenſatione non loquitur de nullitate, ipſo iure.

67 Hoc ampliùs probatur ex eo, quòd vbi requiſita ad actum non ſunt certa, & determinata, ſed incerta, reſpectiua, & varia, & requirentia arbitrium iudicis, nullitas actus ipſo iure ex defectu talium requiſitorum parum conuenit, nec aptum locum habere poteſt, cum niſi per iudicem decerni poſſit determinatè, an requiſitum deficiat, vel non deficiat. At verò ex requiſitis enumeratis in *c. cum in cunctis*. duo præcipua ſcilicet ſcientia, & honeſtas morum variabiliter, incertè, reſpectiuè, & indeterminatè, & non niſi in quantitate reſpectiua per arbitrium iudicis dijudicanda neceſſaria ſunt. Nam alia ſcientia eſt neceſſaria ad beneficium ſimplex alia ad beneficium curatum, alia ad Epiſcopatum, alia ad Parochialem Ciuitatis, alia ad Parochialem Oppidi, alia ad Epiſcopatum, alia ad Archiepiſcopatum, ita vt ſcientiæ quantitas nedum à diuerſitate officiorum, ſed à varietate temporũ, qualitate perſonarum, magnitudine locorum dependeat. Quod cum proportione de honeſtate morum etiam eſt dicendum. Itaque in propoſito, ſic arguitur.

68 Qui ſolùm ſciat legere, & intelligere latinè, non eſt ſcientia commendabilis in ordine ad Epiſcopatum: nam Epiſcopus tantam ſcientiam habere debet, vt in Eccleſiaſticis myſterijs doctor ſit: *oportet enim Epiſcopum Doctorem eſſe, 1. Thim. 3.* Nam & proprium Epiſcopi eſt paſcere gregem ſuũ ſcientia, & doctrina. *D. Thom. ibid. lect. 1.* Nam lux Eccleſiæ ſuæ eſſe debet Epiſcopus. *Vos eſtis lux Mundi.* Verùm ſi Præſul ſolùm legere, & ſcribere, vel latinè intelligere ſciat, quomodo in doctrina fidei illuminabit populum, hæreſum tenebras diſſipabit, diſcordantium animas ad præſcriptum legum componet? Quomodo enim lucerna ſi non luceat? *Chriſoſt. hom. 15. in p. ad Thim.* Ideò Epiſco-

pum

Digitized by Google

pum ſcire debere Scripturas ſanctas,ſacta Concilia, Pattum traditiones, Pontificum decreta, ex pluribus ſac.Canonib. habetur. *cap. illiteratos d.36.* non reijeluntur ab officijs ſolùm qui neſciant legere, vel latinè loqui, ſed aſſeritur, quod *literis carens ſacris non poteſt eſſe aptus officijs*. Et *ead. diſt. capit.2. ſubditur*. *Qui Eccleſiaſticis diſciplinis per Ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendijs eruditus, nequaquam ad ſummum Eccleſiæ Sacerdotium aſpirare præſumat*. Et ſimilia habentur. *cap.ſtatuimus diſt.61.* Itaque ſi quis calleat linguam latinam magis quam Cicero, & ſit etiam excellentiſſimus mathematicus, vel etiam medicus, aut philoſophus, ſi neſciat ſacras literas & Conciliorum, atque Pontificum Canones, ineptus eſt ad Epiſcopatum, & contra iura erit, & præcipuè contra Concil. Lateran. & *cap.cum in cunctis*, ſi legitimarum inſtitutionum neſcius imperitus magiſtris, nouus antiquis, & rudis præferatur emeritis. Non enim in Eccleſia ſcientia commendabilis iudicatur, qui licet in humanis doctus, in diuinis eſt neſcius, & inexpertus; Et nihilominus DD. qui electionem indigni dicunt eſſe nullam ipſo iure, ſimul aſſerunt hoc non eſſe verũ, niſi de illiterato omnino, & quod non ſufficiat defectus ſcientiæ competentis ad hoc vt electio ſit ipſo iure nulla, ſed ſit neceſſarius defectus totius literaturæ, ita vt neſciat legere. *Nauar.Miſcell.40.de orat.num.8.& miſcell.33. numer.7.* vbi fatetur quod *Alex. Tertius in d. cap. cum in cunctis* requirit in promouendo ſcientiam competentẽ ſed eam non requirere, vt electio ſit valida? Quod tennerunt etiam *Garzias par.7.de benef.cap.7.nu.15. Sigiſm.de Bononia dub.60. numer.6.* & apud eum *Gonzal.& Leſsius, Sanchez lib.2.opuſc.cap.2.dub.20.* & apud eum *Salzedo, & ex Caſtro Palao Card. de Lugo tom.2.de iuſt.diſp.35.ſect.1.num.9.* dicit ſimpliciter illiteratum eſſe, qui neſcit legere, & ſcribere latinè. His igitur qui ſic diſtinguunt inter illiteratum omnino, qui neſciat legere, & illiteratum competentem, qui ιſto ſciat legere, neſcit ea quæ ad officium ſpectant, incumbit onus demonſtrandi qua e ex vi *capit. cum in cunctis*, & aliorum Canonum ſit magis nulla ipſo iure electio illiterati ſimpliciter, quam illiterati competentis, cum dictus Canon & alij expreſsè requirant, & præcipiãt non eligi, qui non habet ſcientiam competentem; vnde vel cuiuſcumque illiterati electio ex vi dictorum Canonum eſt nulla ipſo iure, quod certè eſt contra praxim Eccleſiæ, vel nullius illiterati electio eſt ipſo iure nulla ex vi dictorum Canonum directè exigentium in eligendo ſcientiam etiam competentem, nec diſtinguentium. Similis eſt ratio de criminoſo, ſeu de peccato mortali diffamato; nam in d. *cap.cum in cunctis*, requiritur quod eligendus ſit honeſtate morum commendabilis, & tamen electionem peccatoris etiam grauiſſimi, & pluribus criminibus irretiti per ſimplicem infamiam facti, ſi crimen nec cenſuram, nec irregularitatem, nec inhabilitatem ad beneficia inducit non eſſe ipſo iure nullam tradunt *Sanchez lib.2. opuſc. cap.2. dub.18.* & quam pluribus citatis, *Garzias par.7.cap.8.nu.47.* Quod certè non dicitur conſequenter, ſi iura volunt quod eius electio ſit ipſo iure nulla, qui non eſt honeſtate morum commendabilis.

69 Et in Concil.Trident.ſeſſ.7. cap.3. de refor. prouiſio ad omnia beneficia inferiora Epiſcopatu decernitur irritanda, non ſtatuitur ipſo iure irrita, ibi. *Alter autem facta collatio, ſeu prouiſio omnino irritetur*. In primo autem capite eiuſdem ſeſſ. loquẽs de electione ad Epiſcopatum iuxta ſancita ab Alex. III. *in cap.cum in cunctis* decernit, quod nullus aſſumatur, qui non ſit legitimus, & ætatis requiſitæ, & ſufficientis literaturæ, & honeſtate morum præditus, ſed non decernit prouiſionem de alio factam, eſſe ipſo iure irritam. Ideo hanc concluſionem docuerunt omnes illi, quos ſupra retuli, & voluerunt, quod electio ſeu prouiſio aut illegitimi, *c.25. q.26.* aut deficientis ætatis, *q.36.* aut irregularis, *q.43.* non ſit irrita. Et in terminis huius quæſtionis quod electio indigni non ſit ipſo iure nulla, niſi aliàs indignus ſit ea indignitate, quæ ex propria ratione reddat promotionem nullum docuerunt. *Panorm.in cap.graue de præbend.nu.11.& ibid. Butr. num.24. Arugon.22.q.63.art.2. Sanchez lib.2. opuſc. cap.1.dub.45.num.9.*

70 Nec obſtat quod in Concil. Tridentin. ſeſſ.22.cap.4. prouiſio beneficiorum in Cathedralibus, & Collegiatis facta de eo, qui non habet ætatem, & alias habilitates à iure requiſitas irrita declaratur, propter quod ſupra ſæpius dictum fuit indignum non poſſe ad huiuſmodi beneficia promoueri, quin prouiſio ſit irrita, & nulla. Reſpondetur enim & dicitur primò, quod hoc ad ſummum probat, quod collatio beneficiorum præfatorum ſit irrita ipſo iure. Sed reſpondetur ſecundò quod veriſimilius eſt, quod Concilium intendat, quòd præfata collatio ſit irrita, quia eſt ipſo iure irritanda, non quia ſit ipſo iure irrita, & hoc probatur primò, quia idem Conc. ſeſſ.7.cap.3. loquens vniuerſaliter de prouiſione beneficiorum ſolum habet, quod prouiſio aliter facta, quàm ſacri Canones diſponunt, irritetur; igitur dum poſtea in ſeſſ.22.c.4. loquens de beneficijs in Cathedralibus & Collegiatis obtinendis ſolum ab illis qui habent requiſita à iure, inquit *aliter irrita ſit prouiſio*, loquitur iuxta doctrinam *Gloſſæ in c.auditis, v.ex poſt facto, de elect.* vt prouiſio dicatur irrita, quia tanquam reprobata à iure ſit irritanda, non quia ſit irrita ipſo facto; nam nec dicitur, quòd ſit ipſo iure, vel ipſo facto irrita, ſed ſolum quod ſit irrita, at verò omnis prouiſio reprobata à lege verè eſt irrita, quamuis neceſſaria ſit ſententia, quæ illam irritet, & caſſet. Sic enim Concilium non eſt ſibi contrarium, ſed conuenit cap.3.ſeſſ.7. cum capite illo 4.ſeſſ.22. & vtrobique mala prouiſio decernitur omnino irritanda. Et cum Concilium Tridentinum non irritet ipſo iure prouiſiones Epiſcoporum, vel Parochorum ſi prouiſi non habeant conditiones à iure requiſitas, vt paret ſeſſ.7.cap.1. & ſeſſ.22. cap.2. & ſeſſ.24. c.1. & 18. rationabiliter aſſeritur, quod neque ipſo iure irritet prouiſiones beneficiorum in Cathedralibus, & Collegiatis, inter quæ ſunt plura beneficia ſimplicia, & minimè curata. Et cum ſeſſ.24.cap.1. dicat peccare mortaliter, qui non eligunt meliorẽ, non dicit tamen quod electio ſit ipſo iure irrita. Et manifeſtiſſimè conſtat ex eodem Concil.ſeſſ.21. cap.6.de reformat. quod nec electio indigni ad Parochialem Eccleſiam eſt ipſo iure nulla, cum ibi non decernat, quòd ſi Epiſcopus inueniat illiteratos illos priuet beneficio, ſed quod det illis coadiutores

Digitized by Google

aut Vicarios, & ſi iuſſerit ſcandaloſos, eos moneat, & corrigat & tunc tantùm remoueat, cum eos inuenerit incorrigibiles.

71 Nam certè prouiſionem eſſe ipſo iure irritã eſt pœna adeo grauis, vt non debeat intelligi lata, niſi exprimatur, nec ſit admittenda conſequentia: prouiſio eſt à iure reprobata, vel eſt de eo, qui non habet conditiones à iure requiſitas, ergo eſt ipſo iure irrita, ſed ſolùm ſequitur, quod ſit nulla & irrita, quia ipſo iure ſit omnino irritanda. Et eò magis, quod cognitio iudicis ſit neceſſaria ad videndum, an promotus habeat conditiones neceſſarias, vel non habeat.

72 Ratio autem, quæ afferebatur in oppoſitum non probat; quia licet, vt infra explico eligentes indignum ſint priuati voce pro prima vice, & deuoluatur electio ad ſuperiorem, vel ad alteram partem, tamẽ hæc deuolutio non fit niſi media ſententia confirmatoris caſſantis electionem indigni, & propterea vel confirmãtis electionem digni ab alijs factam, vel ordinantis, vt qui non elegerunt indignum alia electione dignum eligant; ideò non ſequitur, quòd electio ſit ipſo iure nulla, ſed quod ſit annullanda. Et certè nedum eligens illiteratum omnino, ſed eligens illiteratum non habentem ſcientiam neceſſariam ad Epiſcopatum eſt ex vi *cap. cum in cunctis*, priuatus iure eligendi, quia non eligit ſecundum formam in eo *cap. præſcriptam*. Et tamen electio illa ſecundum DD. ſupra citatos, non eſt ipſo iure nulla. Stat igitur quod electio indigni non ſit ipſo iure nulla, & tamen quod eligens indignum ſcienter, ſit ipſo iure priuatus voce.

SVMMARIVM.

1 *Eligentes indignum ſunt priuati voce. n.73.*
2 *Siue ſint eligentes de iure, ſiue ex priuilegio. numer.74.*
3 *Etiam poſtulantes indignum. n.74.*
4 *Etiam præſentantes. n.74.*
5 *Etiam conferentes. n.74.*
6 *Etiam confirmantes. n.74.*
7 *Epiſcopus non priuatur voce ex eo, quod eius Vicarius promoueat indignum. n.75.*
8 *Qui innouant electionem caſſatam vitio electi ſunt priuati voce. n.76.*
9 *Nec pœna incurritur, ſi electio fuerit completa. num.77.*
10 *Publicato ſcrutinio electores poſſunt variare ſcrutinium. n.78.*
11 *Solum, qui ſcienter eligunt indignum, ſunt priuati voce. n.78.*
12 *Et ignorantia etiam craſſa excuſat. n.78.*
13 *Solum pro prima vice ſunt priuati voce. numer. 79.*
14 *Et hoc ſiue ſecunda electio, quæ eſt prima fuerit, vel non fuerit confirmata. n.79.*
15 *Priuatio vocis eſt ſententiæ latæ. n.80.*
16 *Ita vt electio facta à minori parte (ſi non facta ante) ſit confirmanda. n.80.*
17 *Si non priuati voce eligunt ex interuallo poſt electionem factã à priuatis in ea electione purgatur vitium eorum, qui elegerunt indignum. n.81.*
18 *Si electores non ſunt priuati voce, ſed priuandi, valet eorum electio facta antequam priuentur. num.81.*
19 *Si electores nec ſunt priuati voce, nec priuandi licet elegerint indignum, eorum electio ſubſequens eſt valida. n.81.*
20 *Quando electorum vna pars tantum eſt priuata voce, & alia non, & quæ non eſt priuata voce eligit ex interuallo poſt aliam; hæc eſt ſecunda electio, in qua alterius purgatur vitium. numer.82.*
21 *Quando pars non priuata voce eligit eodem contextu cum alia parte voce priuata, hæc electio ſi habet valorem ex delicto alterius partis cenſetur ſecunda electio, in qua alterius purgatur vitium. num.82.*
22 *Quando electio à maiori parte eſt indigni, in electione facta eodem contextu à minori parte purgatur vitium maioris partis. n.82.*
23 *Nunc in electione ſecreta ſi minor pars eligit indignum, nulla pœna punitur. n.82.*
24 *Si vel omnes vel maior pars compromiſſariorum eligat indignum, redit electio ad electores. numer.83.*
25 *Niſi vel electores ratam habeant electionem indigni, vel expirauerit tempus eligendi. n.83.*

73 QVæritur nonò. An & quomodo eligentes indignum ſint priuati voce? Et certè quod eligentes indignum ſint priuati voce pro prima vice expreſsè decernitur in *cap. 1. & 2. de poſtulat. & cap. cum in cunctis 7. & cap. innotuit 20. & cap. cum Vinctan. 25. & cap. per inquiſitionem 26. & cap. ſcriptum 40. & cap. nihil. 44. de election. cap. graue nimus 29. de præbend. & cap. perpetuo de elect. in 6. Panorm. cap. 1. de poſtul. num. 31. & cap. 2. num. 2. & 3. & d. cap. cum in cunctis num. 6. & d. cap. cum Vincton. num. 11.* & ibi *Bald. num. 1. & cap. per inquiſitionem num. 1. Barboſ. d. cap. cum in cunctis num. 35. & d. cap. cum Vinctan. num. 1. & 2. & d. cap. ſcriptum numer. 5. Tiraquell. Steph. Grat. Mirand. Filliuc. Lotter. Pereira* & alij, quos refert idem *Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 65. Layman. de elect. q. 70. Lauor. cap. 21. num. 31. & 45. Sylu. v. electio 1. num. 15. Tabien. n. 5. Biax. par. 1. cap. 11. num. 1. Sigiſmun. de Bonon. dub. 58. num. 4. Turrecrem. §. ſed aliud diſt. 61. Caſtell. cap. 5. de elect. num. 9. & 12. Theſaur. v. electio cap. 3. Tambur. de iure Abbat. diſp. 5. q. 8. num. 18. Card. de Lugo to. 2. de iuſt. diſp. 35. ſect. 1. Sanchez lib. 2. opuſc. cap. 5. dub. 2. Donatus par. 3. tract. 4. q. 26. num. 3. Gloſſ. in cap. per inquiſitionem v. indignum de elect.*

74 Et hoc eſt verum ſiue eligentes ſint tales de iure, ſiue ex priuilegio. *Panorm. cap. 2. de poſtulat. num. 2.* Et nedum de eligentibus indignum, ſed etiam hoc eſt verum de poſtulantibus, *cap. 1. de poſtulat.* & ibi *Gloſſ. v. priuari, & Panormit. num. 31. & cap. 2. eod. tit.* & ibi *Panormit. & cap. ſcriptum 40. de elect. num. 2. & 3. Sylu. v. electio 1. num. 13. Tabien. num. 5. Biax. par. 1. cap. 11. num. 1. Io. Andr. in reg. Odia, de regul. iuris in 6. Turrecrem. in §. ſed aliud diſt. 61. Theſ. v. electio, cap. 3.* & apud eum *Azor. Layman. & Vareſius.* Et ita vt etiam præſentans indignum, ſi ſit Eccleſiaſticus, ſit priuatus iure præſentandi, ſicut electores, & ſi ſit laicus ſit priuatus pro ea vice tantùm. *Caſtell. cap. 5. de elect. num. 9. & 13. Franc. cap. ſi*

electio

electio de elect. in 6. Io. Andr. cap. cum vis de off. ord. & ibi *Anchar. num. 4. Imola num. 7. & Cardin. Sylu. v. ius patron. q. 7. Tabien. nu 16. Angel. nu. 18. Armill. num. 9. Sanchez* plures alios referens *lib. 2. opuſc. c. 1. dub. 6. num. 24. Barboſ. in cap. cum in cunctis 7. de elec. num. 36.* & apud eum *Lambert. Perеſ. Marc. Anton. & Vgolin. & lib. 1. de iure Eccleſiaſt. cap. 11. num. 14. Theſaur. v. electio cap. 3.* Et idem dicendum ſit de collatore ſi conſerat beneficium indigno, vt pro prima vice ſit priuatus poteſtate conferendi beneficium illud. *cap. nihil 44. de elect. Panorm. cap. cum in cunctis 7. de elect. num. 1. 4. & 6. & cap. dudum 22. eod. tit. Gloſſ. in d. cap. cum in cunctis v. fecerit,* & ibi *Barboſ. num. 36. Rota coram Mantica deciſ. 158. nu. 2. Sylu. v. ſuſp. q. 6. Mant. dec. 158. n. 2. Suarez de cenſ. diſp. 31. ſect. 3. num. 10. Theſaur. v. electio cap. 3.* Nam & conferens beneficium eligit, & plus facit, quam elector, quia collatio eſt ſimul electio, & confirmatio, & nedum dat ius ad rem, ſed in re. Ideo & idem dicitur de Confirmatore, vt ſi ex negligentia confirmet electionem indigni maneat priuatus poteſtate confirmandi primum illius ſucceſſorem. *cap. nihil. 44. de elect.* & ibi *Barboſ. num. 4. Sanchez lib. 2 opuſc. cap. 1. dub. 6. num. 27.* ſed vbi conſtiterit, quod ex malitia indignum confirmauerit grauius debet puniri, & eum poſſe deponi tradit. *Gloſſ. in v. ſuſpendatur, & Barboſ. ibid. num. 4.* & apud eum *Firman. & Viuian.*

75 Si tamen Vicarius Epiſcopi fuerit, qui cõtulerit beneficium indigno, vel indigni electionem confirmauerit Epiſcopo neſciente, nec approbante, Epiſcopus non ſubditur pœnæ priuationis conferendi beneficium pro prima vice, vel confirmandi ſucceſſorem, quia ipſe non fuit in culpa, quod fuerit promotus indignus. *Barboſ. ad dictum cap. cum in cunctis num. 38. & lib. 1. de iure Eccleſiaſt. cap. 19. num 77.*

76 Eidem pœnæ ſubijciuntur, qui auſi fuerint innouare poſtulationem caſſatam vitio electi, hi enim poſtulant indignũ. *cap. 2. de poſtul.* & ibi *Panorm. num. 2. Barboſ. num. 1. Syluеſt. verb. electio 1. num. 13.*

77 Quoniam verò hæc pœna lata eſt contra eligentes, ideò ad eam incurrendam non ſufficit tractatus de indigno eligendo, ſed neceſſe eſt, vt electio completa fuerit. *Panorm. cap. cum Vincton. 25. de elect. num. 11. Tabien. ver. electio 1. num. 5. Caſtell. cap. 5. de elect. num. 29. Sigiſm. dub. 58. num. 10. Theſau. v. electio num. 3.* Ideo etiam ſi electores in ſcrutinio nominauerint indignum, publicato ſcrutinio ſi non procedant ad electionem communem, ſed (ſicut facere poſſunt) iterent ſcrutinium, & in eo aliũ eligant, qui ſit dignus, non ſubduntur huic pœnæ. *cap. perpetuo de elect. in 6. Sigiſm. d. dub. 58. num. 10. Bonac. de cenſ. diſp. 3. q. 4. par. 1. num. 2. Barboſ. lib. 1. de iur. Eccleſ. cap. 19. num. 71.* & apud eum *Nauar. Sayr. Layman.*

78 Eſt tamen neceſſarium ad hoc vt electores maneant priuati voce, vt ſcienter elegerint, vel poſtulauerint indignum, quia ſi id fecerint bona fide, & ſine dolo & malitia, non remanent voce priuati. *Panorm. cap. cum in cunctis 7. de elect. §. Clerici nu. 4. Barboſ. in cap. 2. de poſtul. num. 2. et de off. Epiſc. alleg. 72. num. 105. Sigiſm. d. 58. num. 5. Donatus dict. q. 26. num. 5. Peyr. de ſubd. q. 1. cap. 31. §. 2. q. 5. Lauor. cap. 21. num. 36.* Et licet *Gloſſ. in cap. innotuit, v. ignorantiam, & Barboſ. ibi. num. 23.* dicant ignorantiam craſſam, vel ſupinam non excuſare; tamen contrarium eſt verum, quia vbi non eſt malitia, & dolus ibi non eſt delictum pœna dignum. *Barboſa Axiom. 76. n. 6. ex Menoch. conſil. 28. nu. 13.* & vbi lex requirit ſcientiam in delinquente, non ſufficit ad incurrendam pœnam ignorantia craſſa licet ſufficiens ad peccatum mortale in foro Dei, ſed requiritur ſcientia, & malitia, *Innoc. in Clem. Eos, de conſanguin. & affinit.* quem refert, & ſequitur *Syluеſt. ver. ignorantia q. 8. dicto 4. num. 18. Caiet. v. excommunicatio,* ſæpius explicando ſingulas excommunicationes. *Nauar. in ſum. cap. 27. num. 141. & de reſtitut. ſpolior. oppoſ. 8. num. 33. Ludouic. Lopez 2. par. inſtruct. cap. 13. de excomm. §. ſed iam ad ſecundum punctum. Petrus de Ledeſma in ſumm. Sacramentorum cap. 3. de excom. dub. vltim. dic. 3. Anchar. in Clemen. vnica de conſang. & affinit. vbi Imola num. 4. Bonifac. num. 15.* quos refert, & ſequitur *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 32. num. 36. & lib. 2. in Decalog. cap. 10. num. 38. Suarez lib. 5. de legibus cap. 12. nu. 13. & tom. 5. de cenſ. diſp. 4. ſect. 10. num. 2.* Hæc tamen ſcientia præſumitur de facili, quia electores tenentur inquirere de moribus eligẽdorum. Et ideò eligentes & conferentes, cum teneantur ignotos non eligere, præſumuntur ſcire indignitatem electi. *Lauor. cap. 21. 37.* Quamuis hoc in arbitrio iudicis ſit repoſitum iudicare, vt ex *Ricc. & Pelaez.* notat *Barboſa de iure Eccleſ. vbi ſupra n. 68.* Si verò econtra electores dignum eligant, putantes ſe indignum eligere non ſunt priuati voce, quia non elegerunt indignum. *Sigiſm. de elect. dub. 58. num. 5.*

79 Hæc tamen pœna non eſt perpetua, ſed ſolùm pro prima vice priuantur electores electione, ſi indignum eligunt. *cap. cum in cunctis 7. & cap. cum Vincton. 25. de elect. Panorm. ibi, & cap. cum Vincton. 25. num. 6 & 11. Bald. ibi num. 1. Biax. par. 1. cap. 11. num. 1. Tabien. v. electio 1. num. 5. Caſtell. cap. 5. num. 12. Tambur. de iure Abb. q. 8. num. 18. Donat. p. 3. tract. 4. q. 26. num. 3.* Quod eſt verum etiam ſi prima electio ſequens ad electionem indigni fuerit confirmata, vel non, ita vt ſi vel electus non conſenſerit electioni, ſiue illa electio fuerit caſſata, vel inſtitutus à ſuperiore noluerit, vel non potuerit venire, ſiue ex quacumque alia cauſa iterum procedendum ſit ad electionem, electores, qui ob electionem indigni fuerunt priuati voce ſolùm pro prima electione, qua tranſacta in tertia electione iam vocem habent. *Panorm. Caſtell. & Tambur, locis cit.*

80 Hæc autem priuatio vocis eſt ſententiæ latæ, quia hanc ſententiam importat modus ille loquendi textus, *& poteſtate eligendi nouerint ſe priuatos*, & habetur expreſſa *cap. quanquam, 18. de elect. in 6. Panorm. d. cap. cum Vincton. num. 6.* qui ex hoc colligit, quòd huiuſmodi eligentes indignum poſſunt repelli ab electione per viam exceptionis. Sed inde ſequitur etiam, quod ſi maior pars elegerit indignum, electio digni facta à minori parte eſt confirmanda. *cap. dudum 22. de elect.* & ibi *Panorm. n. 10. Gloſſ. in cap. ſcriptum 40. eod. tit. Biax. par. 1. cap. 11. num. 1. Caſtell. cap. 5. num. 67. Sigiſm. dub. 58. num. 8.* Quod tamen limitatur, vt non ſit verum, ſi minor pars elegit antequam maior pars eligeret indignũ, quia tunc non reſidebat virtus capituli in illa minori parte, cum maior pars nondum fuerit priuata voce, & ideo minor pars tunc ſine maiori parte

Digitized by Google

non potuit eligere. *Panor. d. cap. cum Vincton. n.10. Biax loco cit.*

81 Sed dubium eſt, quæ nam dicenda ſit illa ſecunda electio, quæ eſt prima vices in qua illi debent eſſe priuati voce, vt purgent vitium electionis indigni, & ad huius euidentiam diſtinguendi ſunt cum *Panorm. in d. cap cum Vincton. 4. caſus.* Primus ſcilicet, quando omnes electores ſunt priuati voce, ſecundo quando non ſunt priuati, ſed priuandi, tertius quando nec ſunt priuati, nec priuandi, quia electio non habuit effectum, quia vel electus non conſenſit, vel renunciauit, vel mortuus eſt, quartus quando aliqui ſunt priuati, & aliqui non. In primo igitur caſu cum omnes elegerunt indignum, & ideo ſunt priuati voce, electio deuoluitur ad immediatum ſuperiorem ad quem ſpectabat de iure confirmatio. *cap. bona 23. de elect. & cap. quanquam 18. eod. tit. in 6.* Et ſi iſte ſuperior proceſſit ad electionē, inſtituit aliquē, per hanc electionē purgatum eſt vitium electorum, & ſiue hæc electio ſortiatur effectū ſiue non, prouiſio facienda poſt illam eſt iam tertia electio & pertinet ad electores, qui iam vitium purgauerunt. Sed ſi electores omnes non ſunt priuati voce ſed priuandi, vt ſunt qui elegerunt contra formam *cap. quia propter*, quorum electio eſt quidē nulla, ſed ipſi non ſunt priuati voce ipſo iure, ideo ſi eligant antequam priuentur, vel niſi priuentur validè eligunt. In tertiò autem caſu, in quo electores nec ſunt priuati voce, nec priuandi, ennumerat *Panorm.* plures caſus particulares, quia ſcilicet, licet electores elegerint indignum, electus non conſenſit electioni, vel poſt conſenſum renunciauit, vel mortuus eſt, vel electio fuit caſſata, quia electores elegerunt ignoranter indignum. In iſtis caſibus ait *Panormit.* quod electorea non ſunt priuati voce, nec priuandi, quia vel non peccauerunt in legem eligendo indignū ignoranter, vel eo non conſentiente vel eo mortuo, electio non habuit effectum, & non fuit vndequaque completa. Et in hoc caſu poteſtas eligendi, manet apud eoſdem electores.

82 Quartus autem caſus diſtingui debet. Nam quando vna pars eligit indignū & alia non, & ideo vna pars eſt priuata voce & alia non, vel illa pars quæ non eſt voce priuata elegit ex interuallo poſt electionem eorum, qui ſunt priuati, & in hoc caſu electio iſta eſt ſecunda, ſeu illa per quam purgatur vitium eorum, qui priuati erant voce, quia elegerunt indignum; vnde ſiue hæc electio habuerit effectum, ſiue non, poſt illam electio ſpectat ad omnes electores, niſi illi omnes elegiſſent indignum, quia in eo caſu electio deuolueretur ad ſuperiorem, quoniam cum iſti omnes repræſentent totum Capitulum, ſi omnes delinquant eligentes indignum, locum habent iura, quæ volunt, vt toto capitulo delinquente eligendo indignum, electio deuoluatur ad ſuperiorem. Vel non priuati voce eligunt eodē contextu cum voce priuatis, & tunc intrat pulchra difficultas, an per electionem factam vnico contextu à non priuatis voce, purgetur vitium alterius partis voce priuatæ. In hoc enim puncto antiqui Canoniſtæ diſcordarunt. Nam *Gloſſ. Compoſ. & Tancred.* voluerunt quòd per electionē factā eodē contextu à non priuatis voce non purgetur vitium eorum, qui vocē priuati erant. Sed alij oppoſitum voluerunt, ſcilicet *Hoſt. Io. Andr. & Butr.* quos concordat *Panorm.* diſtinguendo. Nam vel electio facta à non priuatis babuit valorem ex delicto priuatorum, vt quia non priuati voce erant minor pars, vnde eorum electio valorem de ſe habere non poterat, ſed valorem habet, ex eo quòd maior pars deliquit eligendo indignum. Et in hoc caſu per hanc electionem purgatur virium aliorum, & hæc eſt illa ſecunda electio, in qua delinquentes vocem habere non poſſunt, & voce priuari ſunt, & electio aliorum delinquentium licet facta eodem contextu cenſetur prima electio, & aliorum electio, qui non delinquunt cenſetur ſecunda. Vnde ſi illa non habeat effectum ſuum, vel quia electus noluit conſentire, vel mortuus fuit, vel etiam ob alium aliquem defectum caſſata fuit, electio ſubſequens cenſetur tertia, in qua vtraque pars habet vocem, quia vitiū delinquentium fuit per priorem purgatum. Ratio eſt, quia pœna lata contra delinquentes habuit locum, cum fuerint voce priuati in electione valida ex eorum delicto. Nec intereſt, quod hæc ſecunda electio ex aliqua cauſa caſſata ſit, quia hoc erit ex aliquo alio defectu illorum, qui non erant priuati voce, vel ex accidente extrinſeco, nam aliàs electio illa etſi minoris partis, ex delicto maioris babebat validitatem, & maior pars excluſa fuit ab ea electione, quæ validè potuit celebrari à parte minore excluſa maiore. Vel electio facta à non priuatis voce fuiſſet valida ſine delicto alterius partis, nec habuit ab ea, vt poſſet validè fieri, ſed ſine ea valida fuiſſet, vel eſſe potuiſſet: vt ſi pars non priuata voce fuiſſet maior pars, cuius electio ex ſe valida fuiſſet, etiam ſi minor pars non deliquiſſet, & tunc per electionem factam à non priuatis voce, non purgatur vitium peccantium, ſed pars illa debet manere excluſa in alia ſequenti electione ab ea diſtincta. Itaque quando maior pars delinquit eligendo indignum, & eodem contextu pars minor eligit dignum, per hanc minoris patris electionem, quæ ex delicto maioris partis vim habet, purgatur maioris partis vitium; vnde ſi electio non habeat effectum, in ſequenti electione omnes vocandi ſunt, quia delinquentium vitium fuit purgatum. Nunc tamen, cum electio non fit niſi per ſcrutinium ſecretum, locum non habet hæc pœna, niſi cum vel omnes, vel maior pars eligunt indignum, quia vbi id fit à minori parte, cum ignoretur qui fuerint illi, qui indignum elegerunt, ideo ſi contingat electionem factam à maiori parte non habere effectum, in electione ſequenti omnes vocandi ſunt.

83 Si verò electio fiat per compromiſſum, & compromiſſarij eligant indignum; ipſi cum iam functi ſint officio, etiam ſi ignoranter id fecerint, nō habent vnde ampliùs eligant, ſed eligendi poteſtas deuoluitur ad eoſdem electores. Quamuis in duplici caſu deuoluatur ad proximum ſuperiorem, ſi ſcilicet electores ſcienter ratam habuerint indigni electionem, vel ſi expirauerit tempus legitimum infra quod electores eligere tenebantur. *cap. ſi compromiſſarius 37. de elect. in 6. Panormit. cap. cum in iure 33. de elect. num. 7. Suarez de cenſ. diſp. 24. ſect. 2. num. 22. Garz. par. 7. cap. 12. num 84. Tambur. diſp. 5. q. 8. num. 19. Auila & Sigiſm.* quos ſequitur *Barboſa de iure Ecclеſ. lib. 1. cap. 19. num. 70. Theſaur. v. electio cap. 3.* Quod verum eſt etiam ſi nō omnes, ſed maior pars compromiſſariorum elegerint indignum. Tunc enim electio facta à minori parte non eſt valida.

da, quia compromittentes non compromiſerunt electionem niſi vt habendam, vel ab omnibus, vel ſaltem à maiori parte compromiſſariorum, quòd ſi iſti eligant indignum, redit electio ad electores. *Panorm. vbi ſupra.*

S V M M A R I V M.

1 *Eligentes indignum per triennium ſunt ſuſpenſi à beneficijs quæ in ea Eccleſia obtinent. n.84.*
2 *Huic pœnæ non ſubijciuntur laici. n.85.*
3 Nec *Cardinales eligentes Papam. n.85.*
4 *Nec Epiſcopi. n.85.*
5 *Subduntur Canonici. n.85.*
6 *Hæc ſuſpenſio eſt Papæ reſeruata. n.86.*
7 *Super illa diſpenſat Epiſcopus, ſi ſit occulta. numer.86.*
8 *Quando incipiat triennium dictæ ſuſpenſionis. num.87.*
9 *Suſpenſus à beneficio poteſt eligere. n.87.*
10 *Huic pœnæ ſubduntur poſtulantes indignum. numer.88.*
11 *Poſtulantes ſecularem ante 27. annum ad Eccleſiã Cathedralem ſunt ſuſpenſi per triennium à beneficijs. n.89.*
12 *Item poſtulantes Regularem ad Eccleſiam inferiorem extra ordinem n.89.*
13 *Quam pœnã incurrant confirmantes, vel inſtituentes indignum: remiſſiue. n.90.*

84 QVæritur decimò. An & quomodo eligentes indignum ſint ſuſpenſi à beneficijs? Nam eos ipſo facto incurrere ſuſpenſionem per triennium à beneficijs, quæ in eadem Eccleſia poſſident, & pro eodem trienn[i]o ineligibiles eſſe ad beneficia in eadem Eccleſia, conſtat ex *cap. cum in cunctis 7. §. final. & cap. per inquiſitionem 26. de elect.* & tradunt *Gloſſ. in d. cap. per inquiſitionem, ver. ſe indignũ. Panor. ibi nu. 5. & 6. Bald. n. 1. Barb. n. 1. Syluest. v. ſuſpenſio, quæſt 6. dicto. 6. D. Anton. 3. par. tit. 27. cap. 4. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 6. num. 25. Theſau. ver. electio cap. 3. Lezana par. 1. cap. 15. num. 15. Bonacina de cenſ. diſp. 3. q. 4. par. 1. Suarez de cenſ. diſp. 31. ſect. 3. num. 10. Donatus par. 3. tr 4. q. 26. n 8.*

85 Cum verò in dicto §. *final.* hæc pœna ſit lata contra Clericos, ſequitur Laicos eligentes indignum illi non ſubdi: ſicut nec Cardinales eligentes Papam, quia non veniunt ſub nomine Clerici in odioſis, & electio Papæ ſpeciali expreſſione indiget: nec Epiſcopi ſi contingat eos eligere, quia Epiſcopi non comprehenduntur ſub cenſuris interdicti, vel ſuſpenſionis generaliter latis niſi exprimantur. *cap. quia periculoſum de ſentent. excommunicationis.* Tum quia in eodem §. *finali,* poſtquàm Clericis impoſita eſt pœna priuationis electionis & ſuſpenſionis à beneficijs, poſtea expreſsè agitur de Epiſcopis, & cõtra illos in hoc puncto, delinquẽtes, ſi vel contrafecerint formæ in eo *cap. ſtatutæ*, vel idem fieri permiſerint, imponitur ſola pœna priuationis poteſtatis conferendi illa beneficia ſeu officia pro prima vice. *Bonac. loco cit. nu. 7.* Verùm licet in odioſis ſub nomine Clerici non veniant Canonici, hic tamen comprehendũtur, qua immò illi ſunt quibus competit eligere Epiſcopum *Panorm. cap. 3. de poſtul. num. 2.*

86 Hanc verò ſuſpenſionem eſſe Papæ reſeruatam, ex eo conſtat, quod Epiſcopo non conceditur facultas ſuper ea diſpenſandi. *Bonacin. numer. 9.* Quamuis ſi ſit occulta poterit Epiſc. in ea diſpenſare per facultatem ſibi tributam à Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 6. & idem poterunt, qui ex priuilegio habent à Papa facultatem abſoluendi à cenſuris.

87 Cum verò hæc ſuſpenſio duret per triennium, hoc incipit ab hora commiſſi delicti. *Sylu. v. ſuſpenſio q. 6. dicto 6.* Sed quia ſuſpenſi à beneficio non ſunt prohibiti eligere, quia electio non venit nomine beneficij. *Bald. cap. cum Vintonien. n. 2. & cap. per inquiſitionem n. 1.* vt ſupra probatum fuit, vbi de conditionibus electorum tractatum fuit, ſi contingat quod intra primum triennium ſuſpenſionis à beneficijs iterum clericus eligat indignum, dubium eſſe poteſt quando hoc ſecundum triennium incipiat. Nam *Io. Andr. in cap. cum in cunctis, & Clem. 2. de Magiſt.* quem refert *Sylu. v. ſuſpenſio d. quæſt 6.* putat, quod hoc ſecundum triẽnium incipiat non a fine primi triennij, ſed à die ſecundò commiſſi delicti, cuius oppoſitum tenet. *Panormit. in d. cap. cum in cunctis, §. final. num. 7.* diſtinguens cum *Bartol in l. Senatus, ff. ad Turpil.* quod quando ponitur pœna vt ſpecies, puta ſi dicatur, ſic faciens ſtet ad confinia per decennium à die commiſſi delicti, tunc ſecundum decennium incipit à die ſecundò commiſſi delicti, ſed quando pœna imponitur generaliter, & indeterminatè, ſicuti fit in dicto §. finali, tunc incipit ſecundum decennium finito primo, & ita in præſenti ſecundum triennium incipiet primo finito. *Sanchez* tamen *lib. 2. opuſc. cap. 1. dub. 6. num. 21.* ſequitur *Io. Andr.* referens pro eadem ſententia *Imolam, & Florianum.*

88 An verò hæc ſuſpenſio afficiat poſtulantes indignum, negat *Bonacina diſput. 3. de cenſ. qu. 4. p. 1. num. 4. Theſaur. v. electio. cap. 3.* quia *in capit. cum in cunctis*, eſt ſermo de eligentibus, & in pœnalibus non fit extenſio de caſu ad caſum diuerſum. Verùm quia poſtulatio ſuccedit in loco electionis, vbi aliquis Eccleſiæ idoneus ex aliquo defectu non poſſit eligi, ideò meritò quæ contra malè eligentes diſponuntur, afficiunt etiam malè poſtulantes. *Panorm. cap. 1. de poſtul. num. 31.* Vnde eſt, quòd abſq; dubio poſtulantes indignum priuati ſunt poteſtate eligendi, & poſtulandi, vt ſupra dictum fuit. Poſtulantes quoque ſuſpenſionem incurrunt, ſi poſtulent contra formam ſtatutam, *in Extrau. vn. de poſt. Prælatorum,* in qua duo prohibentur; vnum certum ſcilicet, quod nullus poſtuletur ad Eccleſiam Cathedralem ante 27. annum, ſecundum eſt controuerſum, ſcilicet, quod nullus Religioſus poſtuletur ad Eccleſiam inferiorem; quia hoc tripliciter intelligitur. Primò vt non prohibeatur poſtulari Religioſus ad inferiores Eccleſias abſolutè, ſed solùm ante 27. annum, & hunc ſenſum habet *Bonac. l. cit.* Secundus ſenſus eſt, vt Regulares, nec ad Cathedrales, nec ad inferiores Eccleſias poſtulari poſſint ante 27. annum, & hunc ſenſum habet *Barboſa ad d. Extrau.* Sed legenti textum alius ſenſus occurrit dictis contrarius, vt ſcilicet primum per dictam Extrauag. abſolutè prohibeatur, ne aliquis ſi-

ue

ue Clericus, ſiue Regularis poſtuletur ad Eccleſiam Cathedralem ante 27. annum. Secundò autem abſolutè prohibeatur ne Regulares poſtulentur extra ſuos ordines ad Eccleſias inferiores, etiam ſi annũ 27. exceſſerint. *Alterius tom.2.diſp.13.cap.1.Theſau. v.electio cap.3.* Qui ergo poſtulauerint contra hanc formam, ſunt ipſo facto per triennium ſuſpenſi à beneficijs, quæ in Eccleſia obtinent, & poſtulati alijs pœnis puniuntur, non quidem, ſi non proſecuti fuerint cauſam poſtulationis apud Sedem Apoſtolicam, vt *Bonacina* refert; ſed immò ſi illam proſequuntur facientes illam proponi in Conſiſtorio publico, vel ſecreto, etiam ſi remiſerint cauſam beneplacito Apoſtolico. Nam ſeculares ſcientes ſe annum 27. non attigiſſe ſiunt ineligibiles, & impoſtulabiles vſque ad annum 35. Regulares verò ſiunt perpetuò ineligibiles, & impoſtulabiles, ſi dictam cauſam proſequantur. Et benè aduertit *Theſaur.* quòd in ſecunda parte ſuperfluit verbum ſeculares in textu, quia illa pars non habet locum in ſecularibus. Nam de ſecularibus ſolum fuit prohibitum eos poſtulari ante 27. annum ad Cathedrales Eccleſias, & pro ijs imponitur pœna ineligibilitatis vſque ad annum 35. ſed inhabilitas perpetua, quæ ſubiungitur, non poteſt propterea afficere, niſi Regulares, quibus interdictum fuit poſtulari abſolutè ad Eccleſias inferiores extra ordinem.

90 Quam verò ſuſpenſionem incurrat confirmator electionis indigni, vel qui indigno beneficiũ confert, dicam infra vbi de electionis confirmatione erit ſermo.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna ſuſpenſionis contra eligentes indignum non afficit, niſi eligentes ad Epiſcopatum, & ſuperiores dignitates. n.91.*
2 *Non ſe extendit ad Cardinales eligentes Papam. num.92.*
3 *Afficit tàm Canonicos, quàm Compromiſſarios. num.93.*
4 *Pœna priuationis vocis non afficit, niſi eligentes indignum ad Epiſcopatum, & ſuperiores dignitates. n.94.*
5 *Cap. cum in cunctis, 7. §. Clerici de electione, loquitur de Clericis eligentibus Epiſcopum, &c. num.95.*
6 *Iura plura explicantur. n.95.*
7 *In electione ad Cathedrales pro defectu eligentium electio deuoluitur ad Papam, non verò in electione ad inferiores Eccleſias. n.95.*
8 *Pœna priuationis electionis nõ habet locum in electionibus ad Eccleſias Regulares. n.96.*
9 *Pœna lata in cap. cum in cunctis non afficit, niſi eligentes indignum ex defectu natalium, ætatis, ſcientiæ, & morum. n.97.*
10 *Afficit eligentes excommunicatum minori excommunicatione. n.98.*
11 *Non afficit eligentes ineligibilem. n.99.*
12 *An in ordine minorum electio Prouincialis indigni deuoluatur ad Generalem. n.100.*
13 *In Ordine Prædicatorum nihil ſpeciale eſt ſtatutum circa hoc. n. 101.*
14 *Cautè legendi aliqui DD. qui de electione indigni loquuntur, niſi ſtatuta contra illam afficerent omnem electionem. n.101.*
15 *Semper electio indigni mala: non tamen ſemper ſubiecta pœnis, cap. cum in cunctis de electione. num.101.*

91 Quæritur vndecimò, ad quas electiones, & perſonas extendatur determinatio, *cap. cum in cunctis de elect.* & aliæ leges prohibentes indignos eligi, & promoueri? Cum autem duplex pœna ſtatuatur in *dict. cap. cum in cunctis*, § *Clerici*, ſcilicet priuatio electionis, & ſuſpenſio à beneficijs, hoc primò certum eſt, quòd pœna ſuſpenſionis habet locum ſolùm in electione indigni ad Epiſcopatum, aut dignitatem ſuperiorem, non verò in electione ad inferiores Prælaturas, aut dignitates, ſeu beneficia etiam curata. Nam hoc expreſsè declaratur. *cap. ſi compromiſſarius 37. de elect. in 6. Panorm. d. §. Clerici num.4. & cap. per inquiſitionem 26. de elect. num.8. Nauar. cap.27. num.157. D. Anton. 3. p. tit. 27. cap.4. §. eligentes, Tabien. v. ſuſpenſio §. 6. caſu 6. Palud. in 4. diſ.18. quæſt.7. a. 2. caſu 1. Anan. in dict. §. Clerici, & ibi Anchar. & Imola. Henriq. l.13. cap.19. §.2. Sayr. l.4. cap.15. num.11. Sanchez lib.2. opuſ. cap.1. dub.6. num.25. Theſaurus in praxi par.2. v. electio, cap.3.* Quidquid in contrarium ſenſerint *Suarez de cenſ. diſp.31. ſect.3. n.10. & Bonac. de cenſ. diſp.3. c.4. p.1. n.1.*

92 Et licet ad electiones Archiepiſcoporum, & Primatum, extendatur eadem pœna, ſi eligantur indigni, non tamen habet locum in Cardinalibus eligentibus Papam; quia hoc debuiſſet ſpecialiter exprimi. *Panorm. d. §. Clerici. num. 4. & ibi Zabarella num.3. Sayr. loco cit. Toletus l.1. cap.48. Theſ. vbi ſupra.*

93 Incurrunt verò eandem pœnam ſiue Canonici eligentes, ſiue Compromiſſarij indignum ad Epiſcopatum eligentes, vt apertè decernitur *d. cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6.*

94 Sed quantùm ad pœnam priuationis vocis non eſſe eandem rationem, ſed illam extendi debere ad eligentes indignos etiam ad dignitates, & beneficia curam animarum habentia, licet Epiſcopis inferiora tradiderunt *Panorm. in cap. dudum 22. de elect. nu.11. Gloſſa in cap. quamquam. §. ſecus de elect. in 6. Sanchez l.2. opuſ. cap.1. dub.6. num.25. fin.* Et probatur *ex cap. cum in cunctis 7. §. inferiora, & cap. dudum 22. de elect. & d. cap. quanquam de elect. in 6.* Verùm oppoſitum eſt dicendum, nimirùm quòd ſoli electores eligentes indignum ad Epiſcopatum, aut ad dignitatem ſuperiorem, ſunt ipſo facto priuati electione; alij verò eligentes indignum ad dignitatem Epiſcopatu inferiorem puniendi ſunt pœna extraordinaria, & arbitraria. Nam *in cap. ſi compromiſſarius 37. de elect. in 6.* decernitur abſolutè, quòd pœna lata contra eligentes indignum in electionibus Prælatorum inferiorum non vendicat ſibi locum. Nec valet reſponſio Gloſſæ citatæ dicentis caput illud loqui de ſola pœna ſuſpenſionis, quia *Concil. Lateran. in d. cap. cum in cunctis, §. Clerici,* ſimul eodem tenore, & ſub eiuſdem verbi regimine contra eligentes indignum ſtatuit vtramque pœnã priuationis electionis, & ſuſpenſionis a beneficijs; ideò eligentes ad prælaturas, & dignitates inferiores Epiſcopatu, vel vtramque incurrunt, vel ſi alteram

ſeram non incurrunt, neque incurrunt aliam. In nullo enim alio canone lata fuit illa pœna priuationis electionis, niſi in eo *cap. cum in cunctis*; vbi lata fuit ſimul cum ſuſpenſione à beneficijs. Quàmuis in poſterioribus canonibus pluries ſupponatur, vt impoſita in præfato capite, *cum in cunctis*, ſi igitur pœna ſuſpenſionis in eo capite lata eſt ſolum contra eligentes indignum ad Epiſcopatum, & ſuperiores dignitates, in tales tantùm lata eſt etiam pœna priuationis electionis, quæ ſimul cum pœna ſuſpenſionis fuit inflicta cõtra eligentes non ſeruata forma ibi præſcripta. Secundò, nam *in dict. cap. ſi compromiſſarius*, priùs fit mentio etiam de pœna priuationis electionis, dum decernitur, quòd eam non incurrant compromittẽtes ex electione indigni facta à compromiſſario, niſi & ipſi ratam habeant electionem; ideò dum poſtea ſubditur, quòd huiuſmodi pœna locum non habeat in electionibus ad prælaturas, ſeu officia Epiſcopatu inferiora, de vtraque loquitur. Nec obſtat ſi dicatur, quòd in eo capite Papa non loquitur de electoribus, ſed de compromiſſarijs. Quia hoc etiam dato, cum in eo capite Papa declaret compromiſſarios ſubdi pœnis ſuſpenſionis ex vi *cap. cum in cunctis*, ſi pœnæ latæ contra electores in *d. cap. cum in cunctis*, extenderentur ad electiones, quæ ſunt ad Eccleſias inferiores, ad eaſdem extẽderentur pœnæ latæ in compromiſſarios indignum eligentes, quod eſt contra illum textum.

95 Neque adducta in oppoſitum vrgent. Non quidem primum, quia licet *in d. cap. cum in cunctis* §. *inferiora Concil. Lateran.* prohibeat, quòd beneficia curata ſuſcipiantur ab illis, qui non attigerint 25. annum, & ſcientia, & moribus commendandi exiſtant, nihil tamen ibi de electione habet, aut præcipit, quia immò, & huiuſmodi beneficia, vt plurimum non ſunt electiua; ſed conditiones neceſſarias in ſuſcipientibus talia beneficia decernit. Quamobrem cum poſtea in §. *Clerici*, inquit, Clerici ſanè ſi contra formam iſtam, quemcumque elegerint, & eligendi tunc poteſtate priuatos, & ab eccleſiaſticis beneficijs triennio nouerint ſe ſuſpenſos, refertur ad eligentes contra formam electionis priùs ſtatutã, & tamen priùs ſolũ eligendorum Epiſcopotũ formã tradiderat; ideò eadẽ pars textus, refertur ad Epiſcopos, & ſuperiores dignitates, ad quas præceperat ne aliquis eligeretur, qui non eſſet ætatis 30. annorum, & legitimus, & ſcientia, & moribus commendabilis. *In cap. verò dudum 22. de elect.* habetur quidem, quòd qui patitur defectum in ordine, vel ſcientia, vel moribus non eſt promouendus ad præpoſituram Cathedralis, quòd eſt indubitatum, ſed ibi nec vnum verbum habetur de pœna priuationis electionis, vel ſuſpenſionis, de quibus eſt quæſtio. In alijs verò capit. vt in *cap. cũ Vintonienſis*, & *cap. per inquiſitionem*, in quibus fit ſermo de priuatione electionis, eſt etiam ſermo de electione ad Epiſcopatum. In *cap. autem quanquam 18. de elect. in 6.* verba illa, *ſecus autem in inferioribus Eccleſijs eſt cenſendum*, reſpiciunt principalem quæſtionem dicti capitis, quæ erat, ad quem deuoluatur electio cum Cathedrali Eccleſia vacante electores fuerint negligentes ad eligẽdum, & ſenſus eſt, quòd in electione ad Cathedralem Eccleſiam non fit deuolutio ad proximum ſuperiorem, ſed ad Papam, ſecùs verò in electione ad Eccleſias inferiores fit deuolutio ad ſuperiorem proximum. Et licet loquendo de Cathedrali Eccleſia duplicem caſum ponat, in quo fit deuolutio, ſcilicet caſum electionis indigni, & caſum negligentiæ eligendi in tempore ſtatuto; non ſequitur, quòd vterque caſus locum habeat in electione ad inferiores Eccleſias, quia hoc non decernitur ibi, neque hæc erat quæſtio illius capitis, ſed loquens Pontifex de Cathedrali vtrumque caſum poſuit, quia aliàs vterque caſus de iure erat ſtatutus, & decernit, quòd in illis caſibus electio, quia eſt ad Cathedrales Eccleſias deuoluatur ad Papam, ſecùs verò in Eccleſijs inferioribus, in quibus fit deuolutio ad proximum ſuperiorem in omni eo caſu, in quo aliàs de iure electores priuantur electione; hic verò eſt caſus ſolius negligentiæ eligendi in tẽpore ſtatuto. Et ideò, quòd pœna priuationis electionis ſit lata ſolùm contra eligentes indignum ad Epiſcopatum, & ſuperiorem dignitatem, non verò ad inferiores Eccleſias docent. *Panorm. in d. cap. cum in cunctis*, §. *Clerici. num. 4.* & ibi *Imola num. 7. idem Panormit. cap. per inquiſitionem 26. de elect. num. 8. Nauarr cap. 27. num. 157. Tabien. ver. ſuſpenſio. num. 6. caſu 6. fin. Theſaur. vbi ſupra, Serio de ſuſpenſione diſp. 5. diff. 1. quæſt. 16. num. 14. Lauor. cap. 21. num. 45. fin.*

96 Certiùs autem eſt, quòd eadem pœna non extenditur ad electiones Regularium. Quoniam in odioſis Regulares non comprehenduntur ſub nomine Clericorum. At verò in *capit. cum in cunctis*, pro Clericis vtraque illa pœna infligitur. Quod etiam inde colligitur, quòd Regulares non ſunt capaces ſuſpenſionis à beneficijs, cum beneficia non habeant, vnde magis colligitur non eſſe ſermonem in eo cap. de electionibus ad prælaturas regulares.

97 Aliundè etiam reſtringitur illius capitis determinatio ex parte indigni electi. Non enim loquitur de electione cuiuſcunque indigni, ſed ſolùm de eo, qui ſit indignus, quia habeat defectum, vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel morum; vnde ſi eligatur indignus ex aliquo alio defectu, vt quia ſit corpore vitiatus, quia Neophytus, quia Laicus, vel habens aliquam aliam irregularitatem ex defectu alio ab illis quatuor defectibus, eligentes pœnam dicti capitis non incurrunt. *Ioan. Andr. in regul. odia, de regul. Panorm. in d. cap. cum in cunctis*, §. *Clerici n. 6. Nauarr. cap. 27. num. 157. Sylu. ver. ſuſpenſio quæſt. 6. verſ. 6. Sanchez l. 2. opuſ. cap. 1. dub. 6. num. 18. Suarez de cenſ. tom. 5. diſput. 24. ſect. 2. num. 22. Auila p. 2. cap. 6. diſput. 12. dub. 4. Garz. de beneſ. p. 7. cap. 12. num 84. Sigiſmund. dub. 58. nu. 11. Theſaur. in praxi p. 2. ver. electio cap. 3.* Quia tamen omnes defectus importantes priuationem vſus rationis, vt eſt amentia, reducuntur ad defectum ſcientiæ, & omnes defectus, qui ſunt ex crimine, ſeu delicto reducuntur ad defectum morum, ideò eligens amentem, vel criminoſum, vel conſimili defectu, aut irregularitate ex delicto proueniente, incidit in pœnas latas contra eligentes indignum.

98 An verò huiuſmodi pœnis ſubdantur, qui eligunt excommunicatum excommunicatione minori. negant *Auila vbi ſupra concl. 1. Sigiſm. nu. 12. Garz. par. 7. cap. 12. num. 84.* Sed affirmauit *Alter. de cenſ. to. 1. diſp. 4. cap. 2.* §. *requiritur etiam poſt Richard. 4. d. 28. art. 7. q. 4. & Gloſ. cap. ſi celebri, v. ſcienter, de Cler. excom.* Et hæc opinio eſt verior, quia excommunicatus excommunicatione minori eſt prohibi-

tus

Digitized by Google

tus eligi, & electio eius ad minus eſt caſſanda, nec attendi debet ſola qualitas peccati, quod poteſt eſſe peccatum veniale, ſed penſari debet indignitas cēſuræ talis ac tanta, vt ratione eius à ſacris Canonibus arceatur ab electione *cap. final. de Cler. excomm.* & ideo talis eſt ſimpliciter indignus electione.

99 Bene ex dictis colligitur non admittendum, quod docuit *Sylu. v. electio* 1. *num.* 3. ſcilicet, qui elegerit ineligibilem eſſe priuatum electione. Nam nec omnes qui eligunt quemcumque indignum, ſed ij ſoli, qui eligunt laborantroi aliquo ea illis quatuor defectibus, ſcilicet natalium, ætatis, ſcientiæ, & morum, ſunt priuati poteſtate eligendi pro prima vice.

100 In ordine Minorum difficultas eſſe poteſt ex *Clem. Exiui*, §. *demum*, *de verborum ſignific.* Nam *Marc. q.* 1358. *par.* 1. quem refert *Sigiſm. dub.* 58. *n.* 6. ſenſit quod io dicto Ord. eligentes indignum in Prouincialtm ſint priuati poteſtate eligendi. Oppoſitum tamen ex *Rodriq. tom.* 2. *q.* 52. *art.* 5. §. *notandum*, tenet idem *Sigiſm. ibid. num.* 8. explicans illam *Clem.* vt ſenſus eius ſit, quod electione facta io diſcordia, ſi contingat electionem factam à maiori parte caſſari propter vitiū, per quod electores ſunt priuati voce, tunc electio deuoluatur ad minorem partem, cuius electio ſit confirmanda ſi ſit Canonica.

101 In Ordine Prædicatorum non eſt in hoc lex ſpecialis, ideò cautè legendus eſt *Camillus in direct. electionum cap.* 7. *num.* 2. & 3. vbi quæ de electione indigni DD. tradunt aſſert tanquam communia omnibus electionibus, & electoribus, quod, & nonnulli alij faciunt, cum tamen diſtinguendū ſit. Nam quantum ad culpam eligentium omnis electio nedum indigni ex illis 4. capitibus contentis in d. *cap. cum in cunctis*, ſed cuiuſcunque ex iure ineligibilis eſt mala, & etiam punibilis aliqua pœna, nam ad minus eſt caſſanda, ſed quantùm ad priuationem electionis, & eius deuolutionem, & quantùm ad pœnem ſuſpenſionis per triennium à beneficijs, ſola electio ad Epiſcopatum, & ſuperiores dignitates eſt illis pœnis ſubiecta, nec illæ pœnæ locum habent in electionibus Regularium, niſi in aliqua Religione ſit de hoc ſtatutum ſpeciale, vel conſuetudo legitimè præſcripta.

CAPVT XXX.

De neceſſitate eligendi digniorem.

S V M M A R I V M.

1 *Non eligere ſeu conferre regimen animarum digniori eſt peccatum mortale. n.* 1.

2 *Et ita quod etiam Papa tenetur eligere digniorem, num.* 2.

3 *Electio minus digni eſt valida. n.* 3.

4 *Explicantur DD. volentes poſſe eligi minus dignum. n.* 4.

1 QVamuis non nulli exiſtimauerint non eſſe vel contra iuſtitiam, vel contra fidelitatem, ſi electores, vel collatores beneficiorum Eccleſiaſticorum relicto digniori eligant dignum, ita enim ſenſerunt *Gloſſ. in cap. licet* 8. *qu.* 1. & *in cap. Monaſterium* 16. *q.* 1. & *in cap.* 2. *de off. cuſtodis*, & *in cap. quoniam* 3. *de iure patronatus*, & *in cap. conſtitutis el* 2. *de appellat.* & ibi *Imola*, & *Francus numer.* 4. *Peruſin. Hug.* & *apparatus ad capit. licet* 8. *quæſt.* 1. *Io. Andreas*, & *Rochus de iure patronat. v. beneficium, quæſt.* 15. & de beneficijs, quæ non dantur per concurſū ſiue ſint Epiſcopatus, ſiue Cardinalatus probabile iudicauit. *Filliuc. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 4. *q.* 9. *num.* 181. Nihilominus loquendo ſaltem de beneficijs, ſeu officijs curam animarum habentibus, communis & omnino vera ſenteotia eſt, peccatum mortale eſſe non eligere digniorem, & meliorem ex ijs, qoi poſſunt haberi. Ita *D. Thom* 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. & *quodlib.* 4. *art.* 15. *quodl.* 6. *art.* 9. & *quodl.* 8. *ar.* 6. *D. Anton. par.* 2. *tit.* 1. *cap.* 20. §. 1. & *par.* 3. *tit.* 19. *cap.* 2. §. 4. *Turrecrem. in cap. licet* 8. *q.* 1. *Caietan.* 22. *q.* 63. *art.* 2. & *q.* 185. *art.* 3. *Bannes* 22. *q.* 63. *art.* 3. *dub.* 3. & ibi *Aragon.* & *Salon. Syluest. v. electio* 1. *q.* 16. *num.* 18. & ibi *Tabien. num.* 13. & 14. *Armill. num.* 3. & 4. *Angel. num.* 11. *iterum Caiet. v. acceptio perſonarum* & ibi *Sylu. qu.* 2. & 4. *Tabien. num.* 1. *Armill. num.* 2. & 3. *Angel. nu.* 6. & 10. *Martinus de Ledeſma* 2. 4. *q.* 18. *art.* 2. *dub.* 9. *Soto lib.* 3. *de iuſt. q.* 6. *artic.* 2. *concluſ.* 9. *Serra p.* 2. *q.* 63. *art.* 2. *Petrus de Ledeſma par.* 2. *tra.* 7. *c.* 2. *concl.* 7. *Panor. cap. conſtitutis el* 2. *de appellat Martinez de Prado cap.* 19. *q.* 4. *num.* 5. *Donatus par.* 3. *tract.* 4. *q.* 25. & plurimi alij quos referunt, & ſequuntur *Sanchez lib.* 2. *opuſ. cap.* 1. *dub.* 2. *num* 16. *Garzias par.* 7. *de benef. cap.* 16. *nu.* 2. *Barboſa ad cap. cum nobis* 19. *de elect. num.* 9. & *de off. Epiſcopi alleg.* 60. *num.* 97. *Michael Salinas Vinuela in ſtatera meritorum & hominum*, *à num.* 140. *Thomas Hurtado tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *reſol.* 23. §. 7. *num.* 1412. *Hieron. Garzia tom.* 2. *Politicæ Regularis tract.* 9. *difficul.* 3. *dub.* 4. *Pax Iordan. Prælud.* 12. *n.* 2. *Rota* plures apud *Ferentill. ad deciſ.* 635. *Buratt. lit. A.* & apud *Barboſ. de Parocho cap.* 2. *num.* 98. *Lauor. cap.* 21. *n.* 53.

2 Et hoc extenditur adeò vt nullus ſit, qui hac lege non ligetur, ſed etiam Summus Pontifex teneatur beneficia huiuſmodi magis dignis diſpenſare, ſoloſque dignores promouere. *Caiet.* 22. *q.* 63. *art.* 2. *not.* 3. *Soto lib.* 3. *q.* 8. *art.* 2. *ad quintum*. *Cardin. de Lugo tom.* 2. *de iuſtitia diſp.* 35. *nu.* 18. *Petrus de Ledeſma tr.* 7. *cap.* 2. *concl.* 7. *dub.* 12. *Martinez de Prado d. q.* 4. *num.* 31. *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 34. *d.* 14. *num.* 64. *Valer. Fernandez, Alzedo* quos ſequitur *Pax Iordan. Præl.* 12. *num.* 26.

3 Conueniunt tamen præfati DD. vt in foro externo electio ſeu prouiſio digni excluſo digoiore valida ſit, nec poſſit in eo foro impugnari, vt tradidit *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *ad tertium*, quem alij communiter ſequuntur.

4 Cum verò in huiuſmodi aſſertionibus maximè DD. conueniant, & ita vt forte non diſcrepent, nec etiam illi pauci, qui pro contraria ſententia relati ſunt: nam vt aduertit Sotus poſſunt intelligi & explicari, vt loquuti fuerint de electione vt valida, & quæ nō poſſit impugnari io foro externo de quo ſæpius loquuntur Canoniſtæ, & Iuris conſulti. Nihilo-

Digitized by Google

hilominus non parua controuerſia eſt in eiſdem aſſertionibus explicandis, & aſſignanda ratione illarum.

S V M M A R I V M.

1 *Vix poſſumus reperire dignum ad regimen animarum. num.5.*
2 *Dignior vel omnino, vel in genere. n.6.*
3 *Dignior non importat intenſionem dignitatis, ſed receſſum maiorem ab indignitate. n.6.*
4 *Dignior ſupponit dignitatem. n.7.*
5 *Dignior vel ſimpliciter, vel ad alios paſcendos. num.8.*
6 *Ad curam animarum ille dignior, qui eſt aptior ad alios regendos. n 9.*
7 *Regimen animarum in tribus actibus conſiſtit, qui ſunt docere, defendere, & regere in pace. numer.10.*
8 *Regimen animarum principalius eſt ſpirituale. num.11.*
9 *In Rectore animarum duo neceſſaria, ſanctitas vitæ, & habilitas ad regendum. n.12.*
10 *Suppoſita habilitate, dignior, qui ſanctior. numer.12.*
11 *Dignior abſolutè non qui ſanctior in ſe, ſed qui habilior ad alios ſanctificandos. n.12.*
12 *Dignior qui in actu exercito maiorem curam habebit. n.13.*
13 *Dignior minus doctus, qui reſidet. n.14.*
14 *Ad Epiſcopatum ſuffiet quod ſit vel in Theologia, vel in Canonibus Laureatus. n.15.*
15 *Ad Rectorem animarum neceſſaria eſt notitia tam Theologiæ, quam Canonum. n.15.*
16 *Excellens Theologus aptior ad regimen animarũ, quam excellens Canoniſta. n.16.*
17 *Ad Parochiale munus aptior Theologus, quam Canoniſta. n.17.*
18 *Ad Epiſcopatum aptior Theologus, quam Canoniſta. n 17.*
19 *Ex Epiſcopis plures regiminir ſanctitate floruerunt, Theologi quam Canoniſtæ. n.17.*
20 *Doctor laureatus non doctori præfertur. n.18.*
21 *Doctor Canonum præfertur doctori ciuili. numer.18.*
22 *Magis doctus Doctori laureato præferendus. numer.18.*
23 *Sacerdos non Sacerdoti anteponendus. n.19.*
24 *Qui nulla indiget diſpenſatione præſtat. n.20.*
25 *Nullum beneficium habens anteponendus habenti. num.21.*
26 *Pauper diuiti anteponendus. n.22.*
27 *Sed curandum ne pauper ſit auarus. n.22.*
28 *Diuitiæ non præualeant merito. n.23.*
29 *Diuitiæ, potentia, nobilitas multum iuuare poſſunt. n.23.*
30 *Sed & poſſunt nocere. n.23.*
31 *Senior aptior iuniori. n.24.*
32 *Senior ſapientia. n.24.*
33 *Qui eſt de familia fundatoris præferendus. numer.25.*
34 *Originarius præſtat extraneo. n.26.*
35 *Conſanguinitas poteſt præponderare. n.27.*
36 *Attendendum ne affectio decipiat. n.27.*
37 *Supradictæ qualitates attendendæ ſi reddunt ſubiectum vtiliorem Eccleſiæ alias de ſola quadam æquitate attenduntur. num.28.*
38 *Qui certo eſt dignus præfertur digniori incerto. num.29.*
39 *Si tamen non ſit certum illum eſſe æque dignum. num.29.*
40 *Ignotus non debet eligi, n.29.*
41 *Indoctior notus præferendus doctiori non noto. num.29.*
42 *Spes maioris vtilitatis & idoneitatis præponderat idoneitati maiori habita de præſenti, quæ non augebitur. n.30.*
43 *Aptior & dignior, qui excedit in virtutibus, quæ ſunt ad alterum. n.31.*

5 QVæritur itaque primò, quis ſit cenſendus dignior in ordine ad curam animarum, & etiam ad alia officia, & beneficia Eccleſiaſtica? Quærimus digniorem, vbi vix poſſumus reperire dignum. Quàm pauci enim inter homines reperiuntur tales, qualem deſcripſit Apoſtolus Paulus eum, qui Epiſcopatu dignus ſit; qui ſcilicet pudici ſobrij, non vinolenti, non turpis lucri auidi, docti, prudentes, omniq; Chriſtiana virtute ſic inter homines viuant, vt prorſus irreprehenſibiles ſint, ſicque eorum lux luceat coram hominibus, vt eorum non niſi bona opera videantur, vt meritò de illis dici poſſit, quòd ſint lux mundi, ſal terræ, lucernæ ardentes, fundamenta Eccleſiarum, Patres fidelium, columnæ Fidei, Doctores plùs opere quàm verbo gregem paſcentes?

6 Hinc ergo primò diſtinguendum hìc eſt, nam aliquis dupliciter dici poteſt dignus officio paſcendi oues Chriſti, & præcipuè per Epiſcopatus officium, ſcilicet dignus omnino & ſimpliciter & ſine defectu, & ſecundò dignus in genere, & inter eos, qui communiter, & vt plurimum haberi poſſunt, ſeu inter homines multum fragiles, & peccatores. Dignus omnino & ſimpliciter inter homines dari non poteſt, quia nulla humana prudentia diligentia, & prouidentia tanta eſt, quanta eſt neceſſaria ad ſanctificandas Eccleſias. Nihilominus dignus ſimpliciter inter homines ille erit, quem deſcripſit Apoſtolus in 1. *ad Timoth. cap.* 3. vir ſcilicet in omnibus prudens, in doctrina fidei magiſter, ornatus omnibus virtutibus, & coram populo in omnibus irreprehenſibilis. Sed hic dignus ſi detur ſimul eſt digniſſimus, qui haberi poſſit inter homines. & cui meritò nomen ſanctiſſimi tribuatur. Sed dignus in genere eſt, qui habet omnes conditiones à iure poſitiuo requiſitas, quantum verò ad conditiones neceſſarias ex iure diuino, & præcipuè quarum ad ſcientiam, & prudentiam, & morum bonitatem, eas poſſidet ſaltem in gradu mediocri, & ſufficienti quantùm opus eſt ad alios regendos. Reſpectu autem huius digni principaliter ſumitur hic vox *dignior*, vt ſcilicet non tam importet augmentum intenſionis & extenſionis perfectæ dignitatis, quàm receſſum ab imperfectione, & acceſſum propinquiorem ad eam perfectionem, quæ communiter non habetur, &; tamen dignum eſſet haberi, vt grex Chriſti abundè & securè paſceretur. Et quamuis etiam inter optimos, qui haberi poſſunt, detur latitudo, & vnus ſit alio melior, & ideo inter illos etiã locum haberet præſens quæſtio; nihilominùs hi

pauci ſunt, & qui vt plurimum promouentur infra optimum, & ſanctiſſimum collocati ſunt, & magis vel minùs digni dici merentur, pro quanto magis, vel miuùs recedunt ab illo infimo gradu dignitatis omnino neceſſario, & accedunr ad illum gradum optimi condignum Paſtori ouium Chriſti.

7 De hoc igitur digniori id primò certum eſt, quòd ſupponit bonitatem, & dignitatem: quia nimirum ſupponit, qnod quis habeat omnia à iure poſitiuo requiſita, & præcipuè quòd ſit legitimus, & in ætate debira conſtitutus, nullaque cenſura aut irregularitate, ſiue inhabilitate impeditus, & inſuper ſit ſcientia, & prudentia ſufficienter inſtructus, & honeſtate morum commendabilis. *Diu. Thom. quodl, 8. ar. 6.*

8 Quouiam verò condignitas ad aliud dicitur, dicitur enim dignus aliquo, vel ad aliquod dignus, aptus, habilis, homo dupliciter dici poteſt dignus, vel ſcilicet ad vitam æternam ab ipſo babendã vel ad ouesChriſti paſcendas, illa eſt vtilitas ad ſe ipſũ, hęc eſt vtilitas ad alterũ Illa eſt dignitas ſimpliciter, hęc eſt diguitas ad aliquid & in aliquo genere, Ille eſt dignior ſimpliciter, qui in gratia, & charitate erga Deũ excedit. Sed ille eſt dignior ad regimen Eccleſiæ, qui cum ſit bonus in ſe, ſimul eſt in exterioribus agendis diligentior, prudentior, & aptior ad docendum ad corrigendum. Inde ſoluitur illa quæſtio, an pœnitens poſtponendus ſit innocenti. Circa quam variæ ſunt opinioncs. Sed breuiter dicitur, quòd per ſe loquendo, & cæteris paribus dignior eſt, qui ſemper fuit bonus & innocẽtiam cuſtodiuit immaculatam. *cap. nos conſuetudinem diſt. 12. vbi Turrecrem. & Ancbar. Lauor. cap. 21. nu. 68.* & apud eum *Albanus de Card. q. 13. Peyr. tom. 3. cap. 10. num. 13.* Nam ſine peccato vixiſſe maxima dignitas eſt paucis à Deo conceſſa, ideoque non proueniens niſi ex maximè in animo radicata charitate, & ſpeciali Dei prouidentia. Et de tali etiam ſupponi poteſt, quod habeat animum à paſſionum exceſſu ſolutum, & in ſuis affectibus temperatum, eumque magna prudẽtia pollere, cum ſciuerit contra vim paſſionum, & & tentamenta mundi innocentiam cuſtodire. Sed per accidens poteſt eſſe aptior pœnitens. Tum quia ſciat magis compati infirmitatibus ſubditorũ. Tum quia ſit magis experimentatus, vt diſcolorũ aſtutias, & vias cognoſcat. Tum quia ſit magis oculatus. Tum quia fortior reſurrexerit. *cap. conſiderandam, & cap. fidelior,* & ibi *Gloſſ. ver. gratiam diſt. 50. Panorm. cap. & ſi Clerici, §. de adulterijs n. 21. de iud. Lauor. vbi ſupra. Selua de beneſ. par. 3. q. 7. numer. 18. Raggius dub. 91.* Hoc tamen ſemper ſupponendum, quòd pœnitentia debet eſſe talis, quæ etiã coram hominibus deterſerit infamiam ex prauis præteritis actibus ortam. Inde eſt, quòd ad idem beneficium, concurrentibus duobus, quorum vnus inquiſitus fuerat de ſimonia; quamuis ille obtinuiſſet ſententiam declarantem non conſtare de ſimonia, quæ ſententia in criminalibus æquiualet ſententiæ abſolutoriæ, cum in criminalibus nõ ſoleat proferri directè ſententia abſolutoria ſuper innocentia, ſed indirectè ob non iuſtificationem delicti reum abſoluendo, vti non repertum culpabilem. *Sanchez opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 28. Barboſ. de off. Epiſc. alleg. 43. num. 10. Rota in Milsten. Parochialis 30. Iunij 1650. coram Bichio.* Quoniam tamen ille legebatur damnatus fuiſſe in expenſis, vnde colligebatur iudicem aliqualiter dubitaſſe de illius innocentia, & aliquam maculam in eo cognouiſſe, & aliquam ſuſpicionem ad fuiſſe. *Rota in Calagur. Beneficij 18. Iunij 1647. coram D. Beuilaqua*, iudicauit eum in concurſu poſtponendum fuiſſe alteri, contra quem nulla erat ſuſpicio. Quoniam eligi non debet, qui cauſam ſcandali in populo præbiturus eſt, etiam ſi nullum aliud pateretur defectũ. *cap. omnipotens 4. de accuſ. Panorm. in cap. 1. n. 6. de Simon. Seraph. deciſ. 516. num. 4. Eminentiſſ. Ottobono deciſ. 202. num. 10. Comit. deciſ. 119. nu. fin.*

9 Ideò hoc ſecundò certum eſt, quod adhoc vt aliquis promoueatur ad curam animarum non eſt neceſſe quòd ſit ſimpliciter dignior, nimirum doctior, vel ſanctior, ſed bene eſt neceſſe quod ſit in extrinſeco regimine Eccleſiæ vtilior. *D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. corp. & art. 3. q. 185. Caiet. in ſumm. v. electio & cæteri DD. commun.*

10 Sed bene in boc eod. *artic.* aduertit *Caiet. ex D. Th.* quòd regimen Eccleſiæ, ſeu animarũ cura ad quam promouentur Clerici in tribus actibus præcipuè conſiſtit, qui ſunt docere, defendere, & pacificè gubernare, ſic enim Paſtor debet verbo ſancto exemplo animato gregem paſcere, ſimulque illum à lupis quicumque illi ſint ſiue hæretici, ſiue ad quodcumque malum inducentes defendere, inſuperque ſic illos dirigere, quæ iuſta ſunt decernendo, vt fideles inter ſe pacificè viuant.

11 Sic igitur patet, quod Eccleſiæ regimen primò & principaliter ſpirituale eſt, & ordinatum ad animas per fidei gratiam ſanctificandas, & in ſanctitate conſeruandas contra impetus tam externos, quam internos, vt ſic homines iuxta ritum Chriſtianæ Religionis Deum colentes, æterna præmia conſequantur. *D. Thom. d. q. 63. art. 2. & ſupra citati DD.* Et nihilominùs etiam ad commodum temporale Eccleſiaſticum regimen ordinatur, nimirum ad redditus Eccleſiarũ conſeruandos, & augendos, & etiam ad adiuuandum corporaliter, & ſubueniendum viduis, pupillis, orphanis, & deſolatis. Vnde eſt quod licet in miniſtro & Rectore Eccleſiaſtico per priùs requiratur aptitudo maior ad ſpiritualem vtilitatem Eccleſiæ promouendam, tamen eſt neceſſaria etiam cura temporalium, ideo cæteris paribus ille erit dignior cẽſendus qui ſimul eſt vtilior ad temporalia bona Eccleſię ſanctè & vti [illegible] adminiſtranda. *Caiet. 2. 2. q. 63. art. 2. not. 1. Sanchez lib. 2. opuſc. cap. 1. dub. 1. num. 10. Martinez de Prado cap. 19. q. 4. nu. 28.*

12 Ex his etiam colligitur, quòd duo in Paſtore gregis Chriſti omnino deſiderantur, ſcilicet ſanctitas vitæ, & habilitas ad alios ſanctificandos illos docendo, defendendo, & in pace dirigendo, nec vnum horum ſine alio conſiſtit, & ſufficit. Verùm quia loquimur de officio regendi alios, ideo ad hoc vt aliquis ſit dignior, potiùs eſt neceſſarius exceſſus in virtutibus quæ ſunt ad alterum, quàm in illis, quæ ſunt ad ſe ipſum, & potius in gratijs gratis datis, quam in gratia gratum faciente: & licet ſuppoſita habilitate ad alios regendos ille ſit dignior, qui eſt ſanctior, vt habet *D. Thom.* hic ad primũ, tamen, quia bene ſtare poteſt, vt magis in ſe ipſo ſanctus, ſit minùs aptus ad aliorum ſanctitatem promouendam, vt docet idem *D. Thom.* hic ad tertium, *& ſupra q. 63. art. 2 corp. & Caiet.* hic, ideo abſolutè non eſt dignior, qui eſt in ſe ſanctior, ſed

qui

qui habens ſufficientem ſanctitatem licet in minori gradu eſt aptior ad alios regendos,& dirigendos in vitam æternam. *Diu.Thom. hic in corp. & ſupra q.63.art.2.corp. Sylueſt. v.electio 1.q.16.num.18.Tabien num.13.Sanchez lib.2.opuſ.cap.1.dub.2.numer.4.* Et bene poſt *Bannes ſupra q.63.art.2.dub.3.concl.3.* aduertit *Martinez de Prado d.cap.19.quaeſ.4.num.15.* quod hic maior dignitas debet accipi comparando perſonas,officia,ordinem ad finem & alias circumſtantias. Et propterea minus excellens in ſanctitate morum, ſed excellentior in prudentia, agendorum dexteritate, induſtria, & ſcientia cenſendus eſt ad regimen dignior. *Sanchez vbi ſupra.* Nam iſte eſt ad alios regendū aptior, & is aptior dicitur in præſenti qui ad munus cui præficitur, eſt aptior. *Couar.in regula peccatum p.2.§.7.n.4.v.dignior verò. Rota decij.537.n.t.p.1.recent.*

13 Vltriùs vlterius conſiderandum, hanc aptitudinem attendi debere non metaphyſicè, & abſtractè, ſeu in actu ſignato, ſed practicè, & in actu exercito,vt licet aliquis ſit vel doctiſſimus,vel prudentiſſimus, ſi ſit tamen aliunde impeditus, & ita vt in actu exercito parum attendet gubernio, ideo aptior cenſendus eſt minùs doctus, qui tamen exercetè magis ſeduló vigilabit ſuper grege ſuo, & diligentiùs, eo cum maiori, & induſtrioſi charitate nullis parcendo incommodis bonum ſuarum ouiū procurabit. *Soto lib.3.q.6.art.2. poſt concluſ.9. verſ. Præterea. Sanchez lib.2.opuſ.cap.1.dub.2. nu.5.*

14 Ex quo deducitur, quod aptior cenſendus ſit minus bonus,& minus doctus, qui in ſua Eccleſia reſidebit, ſemper præſens ſuorum indigentijs,& ſuper illis proſpiciens, & ad eas ſubleuandas paratus. *Soto, & Sanchez citati. Ledeſma tract.7. cap.2. concl.7.dub.9. Salon.2.2.q.63.art.2.controuer.3. Aragon.ibi q.63.art.2.*

15 Sunt autem adhuc aliæ quædam qualitates particulares,tum ex parte animi, tum ex parte corporis conſiderandæ ex quibus cæteris paribus quis ſit aptior ad regimen animarum. Harum prima occurrit ſcientia Theologiæ, quæ ſcientiæ Canonū præſtat, vnde aptior ad Epiſcopatū videtur Theologus quam Canoniſta. Sed conſiderandum quòd licet quantum ad lauream Doctoratus ſuſceptam in aliqua vniuerſitate ſufficiat ad Epiſcopandum ſi ſit vel Magiſter in Theologia, vel Canonum Doctor, ſeu in altera ex his facultatibus ſuſcipienda præſentatus, aut alicuius Vniuerſitatis teſtimonio ſufficientis doctrinæ ad alios docendos comprobatus. Concil.Trid. ſeſſ.22. cap.2. de reformat. Nihilominùs aliqua ſufficiens notitia tam ſacræ Scripturæ & materiarum Theologicarum, quam Canonum eſt omnino neceſſaria in eo, qui promouetur ad regimen animarum, & præcipuè in Epiſcopo. Sic enim in Conc. Tolet. 4. cap.24. vt habetur cap.1. diſt.38.legitur. *Ignorantia mater cunctorum errorum maximè in Sacerdotibus Dei vitanda eſt qui docendi officium in populis ſuſceperunt. Sacerdotes enim legere ſanctas Scripturas frequenter admonet Paulus Apoſtolus dicens ad Timotheum, attende lectioni,exhortationi, & doctrinæ, & ſemper permane in his. Sciant igitur Sacerdotes Scripturas ſanctas & Canones, vt omne opus eorum in prædicatione,& doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quam operum diſciplina.* Quilibet igitur aſſumēdus ad regimen animarū debet eſſe aliqualis Theologus, ſcilicet in ſanctis Scripturis, in fidei myſterijs, in lege naturali, & diuina taliter inſtructus, vt populum ſuum docère has poſſit. Sed debet etiā eſſe aliqualis Canoniſta, & decreta Eccleſiæ noſſe, ne & ipſe erret, & alios in errorem inducat. Quod habetur etiam ex Cœleſtino Papa. *cap. nulli 4. & ex 7. ſynodo cap. omnes 6. eadem diſtinct.* & plutics *diſtinct.23. & 24.*

16 Solum igitur poteſt eſſe diſcrimen in excellentia, ſcilicet comparando excellentem Theologum ad excellentem Canoniſtam, & quærendo quis eorum cenſendus ſit dignior. In qua controuerſia ſi conſideremus,quod obiectum ſcientiæ eius, qui aſſumi debet ad curam animarum eſt triplex, ſcilicet obiectum fidei, lex diuina, & naturalis, & lex poſitiua contenta in ſacris Canonibus, ex quibus notitia fidei eſt totum fundamentum ſalutis, lex verò naturalis, & diuina ſummè & indiſpenſabiliter obligat, contra quam nec conſuetudo valet, & rariùs ignorantia excuſat, vnde multò magis incomparabiliter tam plebi, quam Rectori plebis eſt neceſſaria notitia myſteriorum fidei,& legis naturalis, & diuinæ, quæ per Theologiam habetur, quā peritia legis poſitiuæ,quam profitentur Canoniſtæ, euidenter apparet eſſe aptiorem ad curam animarum Theologum quam Canoniſtam,& longè maius periculum eam gregi, quam paſtori imminere ex ignorantia Theologiæ, quam Canonum, quoniam ignorantia Theologiæ ſiue in materia fidei, ſiue in materia legis naturalis, & diuinæ ſubuertere poteſt fundamenta omnia Religionis, cum alias lex poſitiua acceſſoriè ſe habeat, & multum ignorantia contra illam excuſet, & contra eam præualeat conſuetudo.

17 Si etiam ad particularia deſcendamus, & loquamur de Parochis, qui non habent regimen externi fori, cum ad eos pertineat prædicare verbū Dei, docere populum fidei myſteria, & ſuorum confeſſiones audire, quæ omnia Theologorum munera ſunt, apparet quod ad Parochiale munus aptior eſt Theologus, quàm Canoniſta. Epiſcopi etiam habentes regimen externi fori, cum nihilominus Epiſcopus per priùs, & principaliùs debeat eſſe magiſter fidei,& morum inſtructor, quàm iudex forenſis, & magis conueniat, quòd Epiſcopus per miniſtros iudicet forenſes cauſas; & aliàs excellens Theologus, qui principia ſciendi callet, & ſcit ſe ſcire, & principia diuinæ & naturalis legis penetrat ex quibus lex poſitiua deſcendit,facilè negotio Canones intelligit, & eorum ſenſum intimè attingit, ſequitur etiam, quod ad Epiſcopatus tegendos aptior eſt excellens Theologus, quàm excellens Canoniſta. Et bene propterea aduertit *Card. de Lugo tom.2.de iuſt.diſp.35 num.4.* quod licet ex Iuris peritis viderimus Præſules ſanctiſſimos & Eccleſiæ vtiliſſimos, facta tamen diligenti inductione & enumeratione inuenimus plures ſine proportione Pontifices, & Epiſcopos ſanctos, & vita & regimine commendabiles antiquis & noſtris temporibus ex Theologis, quam ex meris Iuris peritis, vt ex Hiſtorijs, Kalendarijs, & Martyrologijs facilè colligere quis poteſt. Et qui ex Iuriſperitis aſſumpti ad Epiſcoparum ſanctitate floruerunt, non rarò defectum ſuum agnoſcentes, priuato poſtea ſtudio Theologicam diſciplinam ſibi comparare conati ſunt. Quamobrem excellentem Theologum

eſſe ad regimen animarum aptiorem, quam ſit excellens Iureconſultus tradiderunt. Caietan. artic. 3.q.185. Sotus lib.3.q.6.art.2.concluſ.10. Bannes 2.2. q.63.art.2.dub.2. Cardinalis de Lugo loco citato, & alij apud Barboſam in cap.cum in cunctis 7.de elect.n.21. Lauor.cap.21.n.67.

18 Qui etiam in aliqua vniuerſitate lauream Doctoratus accepit, cenſetur aptior eo, qui non eſt doctor. Rota deciſ.36. num.2. par.2.recent, & ex Riccio, Barboſa, ad cap 18.num.131.ſeſſ.24. Concil. Trident. de reform. Et inter Doctores Doctor in iure Pontificio præfertur Doctori in iure ciuili, Rota deciſ.61.num.1.part.1.in poſthum. Farinac. & coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ.267.num.8. Valenzuel. conſil.34. num.64. Similiter Baccalaureus cenſetur dignior non Baccalaureo. Rota in Calagur. Beneficij 17.Nouemb.1651.coram D.Cerro. & in Burgen. beneficij 15.Maij 1656.coram D.Celſo. Quamuis Doctori præferri debeat, qui verè, & ſi non laureatus, maiori ſcientia pollet. Non enim laurea, ſed ſcientia idoneum miniſtrũ facit, & hæc eſt quã ſacri Canones requirunt in miniſtro habente curã animarũ ſacerdos etiam præferendus eſt cæteris paribus nõdum Sacerdoti, habet enim Ordinis prærogatiuam, & cenſetur inſtructior circa diuina. Rota d.deciſ.61. num.1. Item Rota in Burgen & Calagur. citatis & in Calaguritanis 27. Nouembr. 1648. coram Bichio, & 8.Martij 1652. coram D.Albergato 10. April. 1652. coram D.Meltio, & 1. Iulij coram D.Zarate, & coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ. 264. num.5. Rolaud. conſ.47.num.75. Decian. conſ.542. num.13. Perez de Lara, quem refert, & ſequitur Barboſa ad d. cap.18. num.132. vbi ex Io.de Platea, & Natta, quòd in pari præualet, qui prior ſacros Ordines eſt aſſecutus, Pax Iordan.lib.10.tit.8.n.216.& 217.

20 Qui etiam nulla indiget diſpenſatione aptior eſt cenſendus. Rota deciſ.767.coram Seraph. num.2. Dec.conſ.542.n.14.

21 Pariter beneficium nullum habens dignus eſt vt præferatur habenti per cap.is cui, de præbend in 6. Rota deciſ.26.num.2.eod.tit.in nou. Hoſtien. in cap. Tuam, & ibi Butr. de ætat. & qualit. Rota deciſ.767. num.1.coram Seraph. Rota deciſ.16.num.7.par.2.recent. & in Calaguritan. beneficij 9.Iunij 1621. coram Vbaldo, & in Vrbinaten. Parochialis 12. Februarij 1629. coram Veroſpio & 10. April.1612. coram D. Meltio, & 28. Iunij 1652. coram Roias. & eadem Rota d. deciſ. 61. num 1. apud Barboſam ad d. cap.18. ſeſſ.24. Concil.Trid.de reform. num.134. Pax Iordan, num.215.

22 Ex hac ratione pro vna parte pauper diuiti præferendus eſt ceteris paribus, vt habeat vnde commodè viuere poſſit. Cæſar de Graſſis deciſ.1. nu. 10.de iure patron. Pax Iordan.lib.10.tit 8. num.205. Rota in Calagur. beneficij 28. Iunij 1652. coram Roias, & coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ.248.num.8.& de iſta, & alijs conditionibus abunde in deciſ.39. 123. 232.264. & 267. Perez de Lara lib.2.cap.3.num.11. quem refert, & ſequitur Barboſ. vbi ſupr. nu.134. Sed alia ex parte timendum eſt, ne dum conſulitur indigentiæ pauperis, damnum inferratur Eccleſiæ, & prouideatur de miniſtro auaro, & rapaci. Tabien. v.electio 1.num.14. Et hoc ſummopere tamen curãdum, ne diuitiæ præponderent merito, & poſtponatur pauper melior, diuiti minùs apto, D.Thom. in ar.3.q.185. in corp.

23 Aliàs verò diuitiæ, potentia, & nobilitas perſonæ multùm iuuare poſſunt, & eſſe Eccleſiæ vtiles ad eius iura tuenda, immò ad iniquorum euerſionem, & ad ſcandala extirpanda, & diſciplinam promouendam, ſi aliàs perſona ſit ſatis docta, & moribus commendabilis, & prudentia. Sylu. ver.acceptio perſonarum num.3. & 6. Fernandez in exam. Theolog.moralis par.4.cap.4.§.1. num.5. Barboſ. vbi ſup. num.135. Pax Iordan. d num.205. & 206. Lauor.cap.21.num.65. Ideò aliquando nobilitatem præferendam eſſe ſcientiæ docuit. Sanchez d. dub.2. num.11. Nam contingere poteſt, vt habens mediocrem ſcientiam ſua nobilitate, vel potentia vtilior eſſe poſſit, quàm magis doctus. Sicut econtra ſi timeri poſſit, quod etiam doctus, & ſanctus ab amicitiam nobilium, & potentum, ſeu ob affectum malorum conſanguineorum, vel famulorum ſibique adhærentium non bene recturus ſit Eccleſiam non eſt idoneus reputandus.

24 Ætas etiam multùm conferre poteſt, ideò ſenior aptior cenſetur, quam iuuenis. Barbat. conſ. 23.poſt num.13.volum.1. Rota in ſupracitatis deciſion. Calagurit, 17.Nouemb.1651. 8.Martij 1652. 28.Iunij 1652. 1.Iulij 1652. & 27. Nouembr. 1648. coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ.264. num 4. Lambertin. de iure patron.par.2.lib.1.q.2.art.26.num.4. Rodericus à Cunha in cap.conſuluit 9.num.2. diſt.74. Pax Iordan. num.210. Sed tamen attendendum, quod ſenior dicitur vir potiùs à ſapientia, & moribus, quam ab ætate. Rota deciſ.61.n.1.p.1.in poſthum. Farin. Valenzuel.conſ.34.n.59.

25 Pluris etiam faciendus eſt ille, de cuius bonis fundata eſt Eccleſia, vt probat Gloſſ. in cap. neminem v.ſiue poſſeſſionis diſt.70. quam ſequuti ſunt. Lambert.de iure patron.par.3.lib.2.art 4. q.5. num.9. Roch.in ſimili tract.v. honorificum q.18.nu.46. Azor. inſtit. par.2. lib.6. cap.4.q.25. Gregor.Lopez, Azeued. & Salſed. quos refert, & ſequitur Barboſ.de off. Epiſ. alleg.60. num.101. Vnde eadem ratione præferendi ſunt, qui ſunt de familia fundatoris beneficij. Pax Iordan.n.218.

26 Originarius quoque cæteris paribus præeminentiam habet reſpectu extranei, quia regulariter magis diligit Eccleſiam, faciliùs reſidet, promptiùs ſuccurrit, & efficaciùs indigentijs. D. Thom. 2.2. q.63.art.2.ad quartum, Soto lib.2.q.6. art.2. ante 10.concluſ. Conar.pract.cap.35.num.5. Fuſc.de viſit. lib.2.cap.15.num.13.& 14.& cap.21.num 25. Putens deciſ.254. par.1. aliàs 247. lib.1. in correct. Cæſar de Graſſis deciſ.num.12.de iure patronat. Rota deciſ.299. par.1.diuerſ. Mandoſ.conſ.1.num.64. Azor.par. 2.lib.6. cap.4.q.25. Leſſ.lib 2.cap.34.dub.12.num.59. Donatus par.3.tract.4.q.27.num.10. & quam plures alij, quos refert, & ſequitur Barboſa de off. Epiſc.alleg.60.num. 102.vbi pluribus rationibus hoc probatum fuit ſupra cap.25. qu.57. Pax Iordan.lib.10.tit.8. num.202. citans Gonzalez, & Pariſium. vbi numer.203. quod præfertur etiam, qui eſt de gremio Eccleſiæ, niſi in extraneo aliæ qualitates præualeat ex S. Gregor.7. lib.9.reg. Epiſ.2. Sic enim & eadem ratione, qui eſt de diœceſi non diœceſano præfertur. Valenzuel. conſ.34.num.79. Barboſa ad d.cap.18.ſeſſ.24. Concil. Trident.num.130. de reform. Nam & qui meliùs & diutiùs ſeruierunt, digniores cenſendi ſunt. cap.nec emeritis, diſt.61. Turrecrem.in cap.nos conſuetudinem, num.2.diſt.12. Rota in dicta Calagurit.beneficij 28.Iu-

nij

nij 1652. coram Roias, & Burgen. beneficij 15. Maij 1656. coram D. Celſo. Et pariter præferri debet, qui callet idioma Patriæ, vt concionando, corrigendo, admonendo, Sacramenta miniſtrando vocem ouiũ ſuarum intelligere, & ab eis intelligi poſſit. *Sarnen. ad regulam de idiom. quæſt. 1. Mandoſ. pariter quæſt. 1. Rota in Pampilonen. Parochialis 11. Decembr. 1647. coram Eminentiſſ. Corrado.*

27 Sed & conſanguinitas cum diſpenſante beneficia, ſi aliàs merita paria ſint, poteſt præponderate, cum & conſanguinei magis fideles eſſe ſoleant, & cum maiori amore inſeruiant, ideoque & diligentiùs ſibi commiſſa exequantur. *D. Thom. 2. 2. q. 185. a. 3. ad primum, Sylu. v. acceptio perſonarum n. 3. Tabien. num. vltimo.* Monet tamen D. Thom. cauendum eſſe ad omni ſpecie mali, & ſcandalo, & attẽdendum ne affectio decipiat iudicantem, & faciat vt æquè idoneus exiſtimetur, qui longè inferior eſt.

28 Circa tamen præfatas qualitates hoc aduertendum, quòd ſi concurrãt ad augendam vtilitatem Eccleſiæ, tenetur promotor ad beneficia illas attendere ex lege, & fidelitate ſui officij; tunc enim faciunt ſubiectum dignius, quia vtilius, vt habetur *in corp. 2. 2. q. 185. art. 3. & q. 63. art. 2. & ad 1.* Sed ſi vtilitatem, ſpiritualẽ vel temporalem Eccleſiæ non augent, ſed potiùs reſpiciunt intereſſe ſubiecti, pertinere quidem poſſunt ad quandam æquitatem. Sic enim ſupra cap 25. *quæſt. 57.* probatum fuit ex honeſtate originarios, & qui ſunt de diœceſi eſſe præferendos extraneis, & ex hac eadem honeſtate vel doctor, non doctori, vel ſacerdos non ſacerdoti, vel non indigens diſpẽſatione indigenti, vel pauper diuiti, vel nobilis ignobili, & ſic de alijs ſimilibus: ita quod ſemper attendi debeat vtilitas Eccleſiæ, & ille conſenſus dignior, qui vtilior omnibus penſatis, & vbi æqualiter plures ſint vtiles ſimul cẽſendi ſint æqualiter digni, aut digniores, & ſit propterea in arbitrio prudẽtis diſpenſatoris alias qualitates attendere, vel non attendere prout attentis circumſtantijs alijs ſibi bene viſum fuerit. De quo videri poteſt. *Rota in vna Rauennaten. apud Garziã par. 9. cap. 2. nu. 250. & Pacem Iordanum lib. 10. tit. 8. num. 222. & in alia Fauen. apud eund. Garziam* vbi *ſup. num. 213. & Pacem, vbi ſup.* vbi multa habet & docet quomodo hæ qualitates ſint conſiderandæ in ordine ad vtilitatem Eccleſiæ.

29 Hoc verò addendum eſt, certitudinem moralem dignitatis alicuius perſonæ valde præponderare, & ita vt aptior, vtilior, & dignior cenſendus ſit ille, qui certò moraliter cognoſcitur vt dignus, quàm ille de quo non eſt certum, ſed ſolùm probabiliter habetur, quod ſit dignior. Quod tamẽ bene explicat *Card. de Lugo,* vt ſit verum, ſi non ſit certũ quòd ille alius ſit æquè dignus, quia aliàs æquè dignus & probabiliter dignior eſt præferendus. Non enim debet promoueri ignotus, nec eſt in cõſcientia tutus, qui ignotũ promouet ad curam animarum. *Sylu. v. electio 1. q. 16 nu. 18. Tabien. n. 15. Sanch. lib. 2. opuſ. c. 1. dub. 12. n. 1.* Quãobrem quod idoneus & dignus cuius mores ſunt probati, & morali certitudine noti cenſendus ſit dignior, & præferendus doctiori cuius vita ignoratur, tanquam deciſum à Sac. Congregatione Concilij tenent *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 4. num. 112. Piaſec. in praxi p. 2. c. 5. n. 19. Garz. p. 9. c. 2. num. 111.* & apud eum *Genuen. Vgol. & Leo. Barboſa ad d. c. 18. Concil. Trid. & de off. Epiſ. alleg. 60. num.* 102. & apud eum *Riccius, & Rota in Barchinon. Paroch. 23. Nouem. 1613. coram Buratto, Pax Iord. lib. 10. tit. 8. n. 207. & 214.* Ideò Epiſcopum familiarem ſuum, aut amicum, aut cõſanguineum ſibi bene notum & cognitum, vt idoneum poſſe præferre incertæ maiori habilitati alterius, docuit *Ledeſma tract. 1. cap. 2. concl. 7. verſ. De lo qual. Lauor. cap. 21. num. 72.* Et *Sanchez lib. 2. opuſc. cap. 1. dub. 12. num. 4.* dixit certiſſimè dignum præferendum eſſe probabiliter digniori. Et ſic apparet quod certitudo dignitatis alicuius conſurgens ex certa notitia omnium, & ſingularum qualitatum, quæ ſunt neceſſariæ ad idoneum miniſtrum præponderat maiori idoneitati non certę, & ſi hæc incertitudo conſurgat ex ſola incertitudine alicuius qualitatis omnino neceſſariæ, vt ſi habeatur certitudo maioris ſcientiæ, ſed non adſit certitudo bonitatis vitæ. Hinc eſt quod ad augendam dignitatem multum facit iudicium maiorum, & præcipuè Epiſcopi, vnde dignior eſt cenſendus, quem Epiſcopus prælegit; pro iudicio enim Epiſcopi regulariter eſt præſumendum, *cap. in præſent. ibiq. DD. de renunc. cap. ſicut de re iudicata. Rota in Maioricen. Parochial. 28. Iunij 1647. coram D. Celſo, & in Calagurit. beneſ. 1. Iuly 1652. coram D. Zarate, & 27. Nouemb. 1648. coram Bichio.* Et propterea valde etiam conſiderabile eſt, ſi quis fuit ab Epiſcopo approbatus ad curam animarum, vel ad audiendas confeſſiones. *Rota in Calagurritanis beneficij ſæpe citatis 27. Nouemb. 1648. 8. Martij, & 10 Aprilis, & 1. Iulij 1652. & coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ. 264 n. 61.*

30 Tandem conſiderandum, quòd ad digniorem aliquando poteſt ſufficere quod ſit habiturus qualitates excellentes, & ſi eas actu non habeat. Vt ſi duo concurrant ad beneficium, quorum vnus ſit doctus, ſed ſine ſpe maioris profectus, alter verò in præſenti ſit minùs doctus, ſed ingenij excellentis, & perſpicacis, vnde ſit certa ſpes quod in breui ſtudio, & exercitio euadet valde doctus, & vtilis Eccleſiæ, qualitas illa naturalis & excellentia ingenij iuncta probitati vitæ, & dans ſpem certam magni prouentus proponderat actuali alterius doctrinæ, vt tradidit *Petrus de Ledeſma tract. 7. cap. 2. concl. 7. dub. 18.* Quamuis enim ad hoc vt aliquis licitè promoueri poſſit, & eligi, neceſſe ſit, vt ſit habilis tempore electionis, vel promotionis. *Rota coram Greg. XV. deciſ. 527. num. 3. & in Calagurit. beneſic. 26. Iunij 1648. coram Bichio, & 8. Martij 1649. coram Peutingero, & 1. Iulij 1650. coram D. Celſo, & 15. Martij 1652. coram D. Albergato,* Hoc tamen non obſtat, nam vbi promouendus habeat de præſenti qualitates ſufficientes, qualitas illa naturalium donorũ & ſpes ſuper illis fundata, quæ eſt de præſenti, præponderare poteſt alijs qualitatibus, quæ habet alter non tam excellentibus naturæ donis, & habilitate præditus; vnde talis cenſeri poteſt abſolutè dignior ad officium.

31 Ex his igitur colligitur, quod dignior ad curam animarum eſt ille, qui ſic eſt bonus, & moribus commendabilis, quod tamen in doctrina, charitate, Dei cultu, zelo ſalutis animarum, compaſſione aliorum, ſobrietate, benignitate, manſuetudine, patientia, liberalitate, miſericordia, pacis cultu, prudentia, ſagacitate, iuſtitia, diligentia, & alijs ſimilibus virtutibus, quæ ſunt ad alterum excedit

dit

Digitized by Google

dit alios vnde omnibus penſatis eſt vtilior Eccleſiæ adminiſtrandæ, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, vt poſſit eſſe forma gregis ex animo. *Couar in regul. peccatum par. 2. §. 7. num. 4. Sotus lib. 3 q. 6. art. 2. concl. 9. Rodriq. in ſum. par. 1. cap. 109. num. 2 Rota deciſ. 654 num. 2. par. 4. diuerſ. Burat. deciſ. 22. num. 29. & deciſ. 635. num. 6. Rota in Maioricen. Parochialis 28. Iunij 1647. coram D. Celſo.*

S V M M A R I V M.

1 *Obligationem eligendi digniorem eſſe de iure poſitiuo, qui aſſerant. n. 32*

2 *De iure diuino non eſſe vt eligatur dignior ſpectato officio Rectoris animarum per ſe, ſed ſolum ratione annexorum ſi diſtributio fiat ſine rationabili cauſa, qui ſentiant. n. 33.*

3 *De iure diuino eſt vt ad regimen animarum eligatur dignior. n. 34.*

4 *Hoc ius diuinum eſt connaturale officio diſpenſatoris regiminis animarum. n. 35.*

5 *Nullus dabilis eſt, qui omnino ſimpliciter ſit aptus officio regendi animas. n. 35.*

6 *Malum ignorantiæ et concupiſcentiæ inundans mūdum tam grande eſt, vt excedat vires humanæ prudentiæ, & prouidentiæ ad illud eliminandum. num. 35.*

7 *Inter homines non eſt dabilis Rector animarum dignus, niſi in defectum aptioris. n. 35.*

8 *Sanctiſſimi Epiſcopi, qui fuerunt, optimi fuerunt, ſed ex poſſibilibus haberi. n. 35.*

9 *Diſtributor regiminis animarum ex quo non poteſt reperire dignum niſi in defectum dignioris, tenetur ſemper eligere digniorem quem habet. numer. 36.*

10 *Deus in ſuis electionibus ſemper eliget meliorem. num. 37.*

11 *Capit. Metropolitano diſtinct. 63. ponderatum. num. 38.*

12 *Canones & Concil. Trident. non inducunt praeceptum nouum ad eligendum digniorem, ſed illud ſupponunt. n. 39.*

13 *Spectato regimine animarum ſecundum ſe neceſſe eſt ad illud eligere meliorem. n. 40.*

14 *Locus 1. ad Tim. 3. explicatus. n. 41.*

15 *Ex quo Apoſt. dixit Epiſcopum debere eſſe irrèprehenſibilem dixit debere eſſe meliorem. numer. 41.*

16 *In ſacris Canonibus habetur non quod non ſit neceſſe eligere digniorem, ſed quod electio digni eſt valida n. 42.*

17 *Qui non eſt dignior præſente digniore non eſt dignus. n. 42.*

18 *Confirmator debet confirmare electionem digni. num. 42.*

32 QVæritur ſecundò. An eligere digniorem ſit de iure naturæ? Duplex in hac parte eſt opinio examinanda. Prima eſt eorum, qui dicunt, quod lex obligans ad eligendum meliorem eſt cōſtitutio legis poſitiuæ & humanæ, non verò ſtatutū legis diuinæ, & quòd licet hæc legis humanæ conſtitutio nullibi expreſſa reperiatur, traditione tamē habetur, & ab initio fuit hic modus eligendi ſtatutus tanquam vtilior Eccleſiæ. Ita *Caſtro Palaus p. 2 tract. 13. diſp. 2. puncto 11. §. 2. num. 8. & Garz. de benef. par. 7. cap. 16. num. 16. & 43. ex Petro Nauar. l. 2. de reſtit. cap. 2. num. 147.* Pro ea verò parte pro qua negatur hanc legem eligendi meliorem eſſe de iure naturæ, poteſt probari, quia non apparet ex cuius virtutis lege hæc neceſſitas oriatur; cum Deus nos non obligauerit ad melius, ſed ad bonum operandum; nec apparet vnde Eccleſia habeat ius, vt ſibi prouideatur de digniori, & non ſufficiat ſi ſibi adhibeatur dignus, & idoneus.

33 Altera opinio diſtinguit officia Eccleſiaſtica in id quod per ſe ſunt, vt ſunt officia Eccleſiaſtica, & in id, quod habent annexum. Per ſe officium curæ animarum ſpirituale eſt, & importat deputationem & ius ad inſtruendos, defendendos, & in pace regendos fideles. Per accidens verò annexa officio regiminis animarum ſunt celſitudo gradus, honor, dignitas, & redditus temporales. Primum horum totum quantum eſt reſpicit vtilitatem aliorum, & ad habentem officium non comparatur niſi vt onus. Quod probat primò ex Io. cap vltimo, Nam Chriſtus Dominus noſter conſtituens Petrū in Pontificem, illi dixit *Paſce oues meas*, At verò munus Paſtoris onus eſt, & Dominus Petrum de amore erga ſe interrogauit, quia voluit vt ex eo amore tantum onus portaret. Secundò Apoſtolus dixit, qui Epiſcopatum deſiderat, bonum *opus* deſiderat, & non dixit bonam dignitatem, bonum honorem, bonum beneficium, ſed opus tantùm; quia Epiſcopatus opus eſt & quidem grauiſſimum, & ipſis etiam Angelis formidandum. Sic enim & Matt. 20. dicitur *voca operarios, & redde illis mercedem*, vnde cum operarius dicatur ab opere, idem eſt bonum opus, quod bonum onus, & bonus labor, cui merces debetur. Tertiò quia adhuc gradus, poteſtas, ius; & ſuperioritas quæ competunt officio huic paſtorali non dantur vt bona officialis, ſed ad vtilitatem gregis, vnde totum paſtorale officium ordinatur ad vtilitatem Eccleſiæ Chriſti, & ideo non eſt in genere bonorum ſed in genere onerum diſtribuendorum. Secundum verò ſcilicet celſitudo, honor, dignitas, diuitiæ & huiuſmodi annexa officio huic paſtorali ſunt Eccleſiæ bona communia diſtribuenda fidelibus pro meritis. Hac verò ſuppoſita diſtinctione, hæc opinio ſic quidem contra primam tenet, quòd eligere meliorem ſit de iure diuino, quod tamen aſſerit, nec de iure diuino, nec de iure humano eſſe vt officium regiminis animarum detur digniori per ſe loquendo, & accipiendo hoc officium per ſe, & vt eſt opus quoddam, ſed ſolùm intrare hanc obligationem per accidens ex annexis, quæ ſecundùm iuſtitiam diſtributiuam debent pro meritis, & dignitate diſpenſari. Primum horum probatur, Nam dando officium digno prætermiſſo digniori, non fit iniuria digniori, quia per hac negatur ei onus, non verò bonum; ſed nec fit iniuria Eccleſiæ, quia ei prouidetur de digno, & ipſa non habet ius ad melius, ſed ad bonum ſupererogationis ſpectat, quòd detur ei miniſter plùſquam ſufficiens. Quod confirmatur ex cæteris prouiſionibus, nam vbique rectè rationi ſatisfit, ſi ſufficienter oppidis, ciuitatibus, Regnis prouidetur. Secundum autem probatur, quia ex quo bona illa annexa paſtorali officio ſunt bona communia pro meritis diſpenſanda, ſequitur, quòd ſit acceptio perſona.

Digitized by Google

ſonatum ſi non dat[illegible] digniori . Sed hæc opinio neq; hoc quoque putat eſſe abſolutè intrinſecè malum , ſed ſolùm ſi fiat ſine rationabili cauſa , Hæc eſt ſententia Caietani in ientaculo 12. & vltimo ad quartum dubium , & in ſumma *v. electio* Et in ſubſtantia hanc eandem ſententiam tenuit *Bannes ſupra q.63.a.2. dub.3.* Nam primam dictum huius ſẽtentiæ approbatur ab eo in.reſp. ad tertium , vbi & addit ſententiam Caietani aſſerentis , non eſſe peccatum dare officium Paſtoris animarum minus digno,ſi conſideretur ſecundùm ſe, vt eſt onus præcisè, acceptari communiter à magiſtris noſtris ; ſecundũ autem dictum , quia ſcilicet ſit iniuſtum dare beneficia minùs dignis , quatenus hæc ſunt bona communia diſpenſanda iuxta merita, & tamen hoc non ſit adhuc intrinſece malum , ſed ſolùm ſi fiat ex indebita cauſa , docet *ibid.poſt 3.concluſ.verſ. ſecundò ſequitur* , & infra paulò ante reſponſ. ad argumenta *verſ.Reſolutoriè ergo dicimus* . Hanc verò ſententiam tenere multos recentiores refert *Salon ſupra queſt.63 ar.2.controu.3.* Qui tamen aduerſus eam vrget ex eo , quòd hæc diſtinctio ſit metaphyſica , & non moralis , & quòd non oportet hic præſcindere,cum ad rem moralem hoc non iuuet , cum ſemper hæc duo iuncta ſint , onus & beneficium . Et huic conſentit *Martinez de Prado cap.19.q.4. num.26.* vbi ex quo iudicium de rebus debet fieri in ſingulari , ait, quòd ea, quæ officio paſtorali conueniunt ex hac conſideratione ſecundaria non debent dici per accidens ad praxim , quàmuis ad ſpeculationem non ita per ſe conueniant . Cum verò hæc ſententia duo aſſerat , relicto ſecundo dicto examinando in quæſ. ſequenti in præſenti primum expendam .

34 Dicitur igitur primò , de iure diuino eſſe, vt beneficia curata dentur dignioribus *Ita D.Th.2.2. q.63.a.2.& q.185.a.3.* Et omnes illi , qui putant. violari iuſtitiam diſtributiuam , vel etiam commutatiuam ſi huiuſmodi beneficia non dentur dignioribus . Et concluſionem poſitam expreſsè docent *Sotus lib.3.queſt.6.art.2.con.9. Salon. ſupra quæſt.63. art.2.controu.3.Sanchez lib.2.opuſ.cap.1.dub.2. n.28. Cardinalis de Lugo , diſp.35.num.17.& 18. Abul. in cap.1[illegible].Matt.qu.116.* ad primum & ſecundum *Don[illegible]s p.3.trac.4. q.25. n.15.* Vt verò hæc aſſertio pro[illegible]rur .

35 Dicitur ſecundò obligationem prouidendi de meliori ad regimen animarum oriri ex iure naturali, ex natura ſcilicet officij diſpenſatoris Regiminis animarum ad vtilitatem Eccleſiæ, cui nec digne , nec pro meritis conſulitur , & prouidetur,niſi de meliori miniſtro prouideatur . Probatur autem & exp[illegible]atur hæc aſſertio ex fundamento in ſuperiori quæſ.aſſerto ; quia ſcilicet tale ac tantum eſt [illegible]qu[illegible] ſublime , excelſum, & difficile Regimen animarum,quòd vt docet in Concil.Trid.ſeſſ.6. in decreto de reform. eſt onus etiam Angelicis humeris formidandum,vt nec in terris inueniatur,qui pro [illegible]s & quantum Eccleſiæ neceſſitas requireret [illegible] exercere valeat . Duo enim mala totum genus hominum inuaſerunt ex peccato originali , ſcilicet ignorantia , & concupiſcentia, ex quibus duobus fontibus erumpunt flumina vitiorum , quæ totum orbem inuadunt . Cum verò officium regiminis animarum ordinetur ad fugandas tenebras huius ignorantiæ,& ad frænandam vim veluti immenſam carnalis concupiſcentiæ , ne peſtilentia vitiorum corda hominum inficiat,neceſſe eſſet vt Præſul eſſet totus lux , ſine vel minima vmbra tenebrarum Vnde Dominus Apoſtolis dixit Matt.5.*Vos eſtis lux mundi* , quia Præſules ad illuminandum tenebrarũ chaos occupans mundum eliguntur , Et ſubdidit *Vos eſtis ſal terræ* , quoniam Præſules ex eorum officio deberent eſſe ſine omni corruptione ſancti , impolluti , & tales,qui verbo & exemplo condire , & ab omni prorſus corruptione corda fideliũ poſſent conſeruare. Vnde eſt , quòd nulla eſt in hominibus reperibilis,aut prudentia , aut diligentia , qua maior non eſſet neceſſaria ad illa duo mala ab Eccleſia profliganda : nec eſt in hominibus dabilis miniſter omnino dignus , aptus , & ſimpliciter idoneus ad huiuſmodi bonum Eccleſiæ promouendum & procurandum ; ſed inter homines ſolùm dari poteſt dignus in genere , & reſpectiuè , ſeu dignus in defectu melioris . Et eſto quis ſit ſapientiſſimus, & optimus , & intenſiſſima flagrans charitate , adhuc non eſt ſimpliciter , & omnino aptus , quia non finita diligentia , nec finitus labor , nec finita ſagacitas , & induſtria ſufficit ad tenebras ignorantiæ diſſipandas, & euertendas vitiorum moles,quæ corda hominum occupant; Qui ergo inter homines apti dicuntur ad regimen animarum, dicuntur digni in defectum meliorum; quia & ſi ſint in ſe digniſſimi dignitate ſanctitatis , & doctrinæ , eſſe dignos aptos , & ſufficientes ad alios ſanctificandos , & in ſanctitate conſeruandos excedit humanam conditionem , & vnuſquiſque dignus non eſt dignus,niſi in defectum dignoris, & aptus in defectum melioris , & aptioris;malum enim profligandum vniuerſale , diffuſum , & veluti immenſum excedit cuiuſcumque miniſtri proportionem . Et licet , vt ſupra etiam *num. 6.* dicebatur inuenti ſint inter homines ſanctiſſimi , & fortiſſimi viri , qui fuerunt optimi Paſtores , Vt Hilarius , Ambroſius, & alij , adhuc iſti ſic fuerunt optimi ſimpliciter ex ijs,qui inter homines inueniri potuerunt , quod tamen abſolutè omnino , & ſimpliciter non fuerunt aptiores niſi in defectum,& quia natura humana non eſt capax maioris perfectionis, non quia officium de ſe non poſtularet etiam maiorem prudentiam , prouidentiã , diligentiam , laborem , occupationem .

36 Probatur ergo aſſertio , Nam vbi diſtributor officiorum in ordine ad communem Eccleſiæ vtilitatem nullum poteſt inuenire omnino ſimpliciter aptum & talem, qualem indigentia Eccleſiæ poſtulat , & petit neceſſitas , ſed ſolum ſibi occurrere poſſunt , qui ſunt digni in defectum dignioris , & apti in defectum aptioris , talis ex vi ſui officij tenetur eligere in miniſtros eos ſolos , quos digniores inuenerit ; quia ſoli digniores ſunt digni , cum nullus ſit inter eos , qui dignus dici poſſit,ſi eo eſt alius dignor , cum nullus ſit abſolutè omnino ſimpliciter dignus , ſed ſit dignus ſolùm ſi eo non ſit dignor , qui eligi poſſit; modò ſic eſt, quòd ad vtilitatem Eccleſiæ , quæ eſt omnium fidelium ſanctificatio , vt Eccleſia quanto magis fieri poſſit ſit in ſingulis ſuis membris pura , ſancta, & immaculata, nullus eſt reperibilis miniſter ſimpliciter omnino aptus & dignus , ſed ſolùm reperiri poteſt miniſter aptus in defectum aptioris , & melioris ; igitur horum miniſtrorum elector ex natura ſui officij tenetur ſemper eligere meliorem , quia aliter neque eligit dignum , quia nullus eſt dignus , ſi eo ſit alius di-

dignior. Quamobrem qui ex officio eligit miniſtros ad regimen animarum ad minùs ex fidelitate officij ſui, & ſic ex iure diuino connaturali inſtitutioni officij ſui tenetur ſemper meliorem eligere.

37 Explicatur modò, & confirmatur aſſertio teſtimonijs ſcripturæ & ſanctorum Et quidem Deus in ſuis electionibus ſemper meliorem elegit, vt patet de electione Moyſis omnium mitiſſimi in Ducẽ Iſraelitarum. Leuit.8.& Num.12. Saulis, quo non erat melior, in Regem Iſrael. 1.Reg.10. Dauidis viri ſecundùm cor Dei, 1.Reg.18.Petri ſummè Chriſtũ diligentis in ſummum Pontificem. Io. 21. Quamuis enim ex his locis non poſſit per neceſſariam conſequentiam deduci, quòd ſit de præcepto, ſed ſolùm quòd ſit bonum, & optimum eligere digniorem, tamen ſuperiori principio ſuppoſito, aſſertio poſita valde conſentanea rationi naturali comprobatur, & quòd Deus ideo elegerit ſemper meliorẽ, quia hoc natura rei poſtulat, & petit ſpirituale regimen animarum,

38 Item S. Leo Papa epiſ.ad Anaſtas. Theſſalon. Epiſcopum, vt habetur *cap. Metropolitano, diſt.* 63. iubet, vt Metropolitano defuncto Prouinciales Epiſcopi conueniant, *vt omnium clericorum atque ciuium voluntate diſcuſſa ex presbyteris eiuſdem Eccleſiæ diaconus optimus ordinetur*. Quod enim Card. de Lugo *d. diſp.35.n.12.*dicit quòd neque ibi contineri videtur præceptum eligendi meliorem, ſed Põtificem voluiſſe vt Epiſ.Theſſalon.mortuo Metropolitano conuenire faceret omnes Prouinciales Epiſcopos ad metropolim, vt ex Cleri populique voluntate optimus eligi poſſet, non eſt conforme textui, qui non voluit Epiſcopos conuenire vt optimus eligi poſſet, ſed vt eligeretur de facto. Et ideo licet verba illa non contineant nouum præceptum, illud tamen ſupponunt & indicant neceſſitatem ſic faciendi. Adduci etiam poſſunt *cap. vnicum* Vt beneficia Eccleſiaſtica, & *cap Cuſtos 2. de offic.* cuſtodis, ſed quia in ijs capitibus eſt ſermo de beneficijs ſimplicibus infra q.12. ponderanda erunt.

39 At dici poſſet, ex his non probari Concluſionem poſitam contra primam ſententiam allatam quia ſi in huiuſmodi decretalibus contineretur præceptum, iam hoc eſſet præceptum iuris poſitiui, & humana conſtitutio, non verò eſſet lex diuina. Sed eadem ſententia infirmitatem huius obiectionis vidit, & admittens non dari textum in quo hæc humana conſtitutio reperiatur, ad traditionem recurrit. In nullo enim ex citatis teſtibus continetur præceptum nouum, ſed obligatio eligendi meliorem ſupponitur, ſicuti & ſupponitur à S. Hieron. prout habetur *cap. Moyſes & cap. licet* 8. *q.1.* Sicuti nec in Concil.Trid. ſeſſ.24.cap.1. de Reform. non imponitur nouum præceptum, ſed antiquum ad memoriam reducitur, ibi *vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint &c. præfici diligenter curauerint*, Vbi bene Card. de Lugo n.12. aduertit, non imponi à Concilio nouum præceptum, ſed reduci ad memoriam, quod iam erat, Quæ obligatio non tantùm Epiſcopatus, ſed omne Regimen animarum reſpicit, cum vbique ſit eadem ratio & Eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas omnes miniſtros digniores exigat. Cum igitur iura poſitiua vbique hanc obligationem exprimant vt antiquiorem, & prouenientem ex Eccleſiæ vtilitate ſeu neceſſitate, hinc habetur eam oriri ex naturæ lege, ſcilicet ex natura regiminis animarùm, & Eccleſiæ neceſſitate, cui non poteſt ſuccurri, niſi per miniſtros digniores qui inueniri poſſint.

40 Dicitur propterea tertiò ſpectato regimine animarum ſecundùm ſe & per ſe ex natura ſua illud conferri debere digniori, ſi non ex iure dignioris (de quo in ſequenti quæſ. erit ſermo) ex iure Eccleſiæ, cuius neceſſitati per nullum miniſtrũ ſuccurri poteſt, quantùm oporteret, & ſuccurritur per miniſtros qui digni ſunt in defectum digniorum. *Couar. Reg. peccatum 2.par.§.7.num.4. Sanchez lib.2. opuſ.cap.1.dub.2.num.26.Card.de* Lugo *diſt.35.nu.18.* Vnde patet, quòd principium illud illius ſententiæ, ſcilicet, quòd non fit iniuria Eccleſiæ ſi non eligitur dignior, quia nec Eccleſia habet ius ad digniorem miniſtrum, falſum eſt, & annexum falſitati. Nam Eccleſia quantùm ſit ex ſe & ex parte ſui habet ius ad optimum, qui poſſit haberi; cum nec optimus, qui haberi poſſit ſit omnino idoneus & ſufficiens ad vtilitatem Eccleſiæ promouendam. Ideo diſpenſator curæ animarum deficit, ſi ſemper optimum, quem poteſt habere, non eligit.

41 Non obſtat, quòd adducitur ex *Apoſ. in* 1. *ad Tim.3.*& ad Titum primo, vbi agens de electione Epiſ. non ponit niſi conditiones poſitiuas Epiſcopo neceſſarias, & nunquam meminit alicuius comparationis, nec meliorem eſſe eligendum decernit: Reſpondet enim *Bannes* 22.*q.63. art.2. dub.3.* ad 1. hoc argumentum procedere ex auctoritate negatiua, ideoque non probare, ſufficereque, quòd aliùde nos habeamus obligationem eligendi meliorem. Sed meliùs reſpondet *Serra* 22.*quæſt.63.ar.2.* ad primum, quòd immò Apoſt. comparatiuam ſatis expreſſit, dum dixit oportere Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, Nam qui minùs aptus eſt, & dignus, habet vnde reprehendi poſſit. Et eſto iſte defectus ex quo quis eſt minùs aptus non eſſet peccatum, tamen & ille non eſt apud Eccleſiam commendabilis. Debet ergo Epiſcopus eſſe irreprehenſibil[illegible] quatùm inueniri poteſt; & ideo debet eſſe talis, qui [illegible]ſpectu alterius defectum non habeat, & inhabili[illegible]tem ad Eccleſiam regendam.

42 Pariter non obſtat, quòd *cap. Si in plebibus diſt. 63.* requiratur vt dignus Paſtor Eccleſiæ præponatur, & *cap. Monaſterium 16.quaſt. 7.* vt non [illegible] malus monaſterij præfectus. Et in Trid. ſeſſ.7 [illegible] vt beneficia etiam curata dentur dignis, & *cap. C[illegible] nobis, & cap. Cum dilectus de elect.* confirmantur electiones eorum, qui non erant digniores. Et c. *Nullus, & cap. obitum diſt. 62.* prohibetur eligi Epiſcopum ex extraneis, ſi de gremio Eccleſiæ dignus habeatur, Reſpondetur enim ex communi doct[illegible] in illis capitibus contineri, quòd electio digni in foro externo valet, non verò quia digni[illegible] el[illegible]tes omiſſo digniori non peccent. Verùm ad [illegible] diſtinctiùs reſpondetur, & dicitur, quòd *cap in plebibus* non continet legem, nec eſt alicuius Pontificis, aut Concilij, ſed eſt Iſidori, & in *cap. metropolitano* 19. antecedente Leo Papa cenſuerat, vt [illegible]nium optimus eligatur. Et additur quòd ab[illegible] & ſimpliciter ille dignus Paſtor dicitur, cui [illegible] eſt meliorem inuenire, & in hoc ſenſu debet [illegible]

gi Iſidorus. *Cap. monaſterium* non loquitur de electione, vel inſtitutione libera, ſed de approbatione præſentati à Patrono, at verò Confirmator, ſeu ſuperior electum ſeu præſentatum, ſi ſit dignus debet approbare, vt infra ex profeſſo probatur. In Concil. Trid. ſeſſ. illa 7. expreſsè ſermo eſt de electione ſeu. promotione vt valida in ſoro externo, & minimè caſſanda, ad quem effectum ſufficit quòd ſit digni, vt cum D. Th. hic ad primum tradunt communiter DD. In *cap. Cum nobis*, nihil habetur, quòd non faueat aſſertionibus poſitis. Nam ſubdiaconus ille Romanæ Eccleſiæ de cuius electione ibi ſermo erat, licet non eſſet excellentis literaturæ, aliàs tamen erat valdè vtilis Eccleſiæ, & propter hanc vtilitatem Pontiſex fecit illum eiuſdem Eccleſiæ, in qua electus erat procuratorem. Etenim curialis antiquus erat, & experientia in agendis pollebat, vnde verè dignior erat, quia vtilior, Rauden apud *Barboſ. ad d. cap. Cum nobis num. 6.* vbi ex Riccio refert ita declaraſſe Leonem decimum *Diana p.1.tr.15.ſeu p.Miſcel. reſol.6t. In cap. Cum dilectus* caſus erat de confirmanda electione, at verò electio digni eſt confirmanda, etiam ſi ſint alij digniores, qui poſſent eligi, vt ex d. doctrina D.T. conſtat. Ex *cap. autem Nullus, &c. Obitum diſt.62.* nihil habetur niſi ad ſummum quod eligendus ſit, qui eſt de gremio Eccleſiæ, & ſi minùs dignus, & ſic detur iſta exceptio à regula generali poſita. Sed de hac exceptione infra eſt agendum.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendum eſſe digniorem ex iuſtitia diſtributiua, qui ſentiant. n.43.*
2 *Et ex iuſtitia commutatiua. nu.44.*
3 *Plures aliæ opiniones, num.45.46.47.48.*
4 *Præciſa particulari lege beneficia nec ſunt præmia diſtribuenda pro meritis, nec ſunt debita digno vel digniori ex iuſtitia commutatiua. n.49.*
5 *Si beneficia diſpenſanda eſſent vt præmia, Eccleſia ambitione & litibus repleretur. nu.50.*
6 *Beneficia non fauore particularium, ſed Eccleſiæ inſtituta. num.50.*
7 *Electio digni aut dignioris non eſt Eccleſiæ debita ex iuſtitia commutatiua, quia Eccleſia det decimas. n. 51.*
8 *Decimæ non dantur pro rectitudine officij, vnde malus Rector facit fructus ſuos. nu.52.54.*
9 *Niſi in pœnam illis priuetur. num. 52.*
10 *Eccleſia non dat ſuis miniſtris iuriſdictionem, ſed eſt grex ab illis regendus. n. 53.*
11 *Electores habent ius eligendi à Papa, nec poſſunt noua onera imponere electis. nu. 53.*
12 *Nulla lex communis eſt, quæ impoſuerit onus iuſtitiæ commutatiuæ fundatam ſuper acceptione decimarum. num. 53.*
13 *Pontifex auctoritatem à Chriſto immediate habet. numer. 54.*
14 *Cardinales à Pontefice facultatem eligendi habent num. 54.*
15 *Cardinales ſolam deſignant perſonam cui Chriſtus immediate confert poteſtatem. nu.54.*
16 *Pontifex ab Eccleſia, & electoribus non recipit quod à Chriſto, & à ſe non dimanet. n.54.*
17 *Eccleſia non habet ius commutatiua iuſtitia contra Papam, quia Papa aliquid ab eo recipiat. numer.54.*
18 *Electores quod dant electo, dant ex debito. nu. 54.*
19 *Electores ex vi electionis non poſſunt ex contractu augere obligationem electi. nu.54.*
20 *Rectores Eccleſiarum de iure communi non tenentur Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua, quia aliquid ab Eccleſia acceperint. num.54.*
21 *Ex vi inſtitutionis Chriſti Papa non eſt obligatus Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua. n.55.56.57.*
22 *Idem dicitur de alijs Prælatis. nu.55.56.57.*
23 *Diſpenſatores tenentur eligere meliores ex fidelitate. num.56.57.*
24 *Et ex iuſtitia diſtributiua. n.56.57.*
25 *Et ex iuſtitia legali. nu 57.*
26 *Et ex Religione. num.57.*
27 *Et ex iuſtitia ad Chriſtum cuius obligatio eſt maior, quam iuſtitia commutatiua. n.57.*

43 QVæritur tertiò. An obligatio ad eligendum digniorem ſit ex aliqua iuſtitia? Plures ſunt circa hoc ſententiæ. Nam eligere digniorem eſſe actum iuſtitiæ diſtributiuæ, ideoque eligere minùs dignum relicto digniori eſſe acceptationem perſonarum tradiderunt *D.Th. in hoc artic. & ſupra q.63.a.2. & ſuper Io.cap.21.lec.3. & quodl.6.a.9. & quodl.8. a.6. Caiet. ſupra q.62.a.2. & in hac quæſ. & artic. & Ientac.12.q.3. & in ſum. v. Acceptatio perſonarum* & ibi *Sylu. n.2. & 4. Tabien n.1. Armill. n.2. & 3.* Et iterum *Caiet. v. electio* & ibi *p. Sylu. q.16.n.18. Tabien. n.13. Armill n.3. & 4. D. Anton. p.2. tit.1. cap.20.§.1. Sotus l.3.q 6. a.2. concl.1. & 9. Bannes ſupra q.63. dub.3. Serra ibid. &* Salon *contr.3. Aragon. q.62.a.2. Ledeſma trac.7.c.2. concl.7. Martinez de Prado cap.19.q.4. n.15 Donatus p.3. trac.4.q.25. Sanchez l.2. opuſ. cap.1. dub.2.n.16.* & apud eum quàmplures alij. *Nauar. miſcell.42.n.1. Peyr. in ſubd. q.1.c.31.§.4. Baſſæus v. electio n.10. Gratian. diſcept. Forenſium cap.211.n.10. Lauor. cap.21.n.36. fin.* fundamentum huius ſententiæ eſt, quia cum diſpenſator beneficiorum reſpicere debeat ad Eccleſiæ vtilitatem, iuxta illud *p. ad Cor. 14. Ad ædificationem Eccleſiæ quærite, vt abundetis*, vtilitas verò Eccleſiæ quærat vt beneficia cum proportione diſpenſentur ijs, qui Eccleſiæ ſunt magis vtiles, ſi propter aliam cauſam beneficia minùs vtilibus & dignis diſpenſentur, iam non eſt acceptio cauſæ ſed perſonæ, quod eſt contra iuſtitiam diſtributiuam.

44 Alij verò ampliùs exiſtimant, quòd promouere minùs dignos dignioribus poſtpoſitis, ſit & cõtra iuſtitiam diſtributiuam, & contra commutatiuam. *Caiet. ſupra quæſt.62. art.2.* & ibi *Ban. dub.12. concl.7. Soto lib.3. quæſt.6. art. 2. concl.2.* vbi quòd diſtributiua materaliter ſe habet ad commutatiuam, & *concl.7. & 9.* & ad primum vbi quod in diſtributione beneficiorum plùs commutatiuæ quàm diſtributiuæ ratio continetur. *Ledeſma trac.7. concluſ. 7. Martinez de Prado cap.19.q.4.n.30. Donatus p.3.tr.4 q.25.n.3. Sigiſm. de Bononia de elec. dub.31.n.1. Lauor. c.21. n.56.* fundamentũ huius ſententiæ eſt duplex. Primum eſt, quia celſitudo gradus, honor, dignitas, redditus, & alia bona annexa beneficijs ſunt bona communia diſpenſanda fidelibus ſecundùm proportionem meritorum: quod probatur, quia aliter diſpenſatio beneficiorum non eſſet actus iuſtitiæ diſtributiuæ, quòd eſt contra communem ſententiam. Tum quia aliter vbi eſſent duo beneficia æqualia in difficultate adminiſtrationis, & non

requirentia meliorem miniſtrum, quorum tamen vnum haberet multò pinguiores redditus, liceret minus digno dare pinguius beneficium, quòd certè eſt abſurdum. Bona igitur illa beneficijs annexa ſunt bona communia, quæ tanquam præmia quædam ſecundaria & annexa officio diſtribuenda ſunt iuxta proportionem meritorum; igitur ſi minùs dignus præferatur, nedum lęditur iuſtitia diſtributiua, ſed etiam commutatiua; quia dignor habet ius, vt ſibi ad excluſionem minùs digni illa bona appropientur. Fundamentum ſecundum eſt, quia Eccleſia dat diſtributori beneficiorum decimas & fructus, vt beneficia diſponat in vtilitatem Eccleſiæ ijs, qui magis ſunt idonei ad Eccleſiæ vtilitatem promouendam, igitur ſi hoc non obſeruet, violat iuſtitiam commutatiuam.

45 Tertia opinio conuenit cum ſecunda & cũ prima, & ait, quòd in electione digni intrat iuſtitia commutatiua, ratione iam dicta, ſed in electione dignioris intrat iuſtitia diſtributiua. Et ſic in electione indigni violatur iuſtitia cõmutatiua, & in electione minùs digni, violatur diſtributiua. Verùm, quia quòd hic intret iuſtitia commutatiua poteſt duplici ex cauſa procedere, vel reſpectu Eccleſiæ, cui non datur miniſter idoneus, vel magis idoneus, vel reſpectu digni, aut dignioris, qui excluditur per promotionem indigni, vel minùs digni, Ideo non eodem modo hæc tertia ſententia explicatur. Nam primò aliqui ſuſtinent, quòd in electione minùs digni per ſe & abſolutè nullo modo violetur iuſtitia commutatiua, nec reſpectu Eccleſiæ, nec reſpectu dignioris. Nõ quidẽ reſpectu dignioris, quia hæc ſententia negat illud principiũ, ſcilicet, quòd bona annexa beneficijs ſint vel etiam ſecũdariò inſtituta vt præmia diſtribuẽda ex aliqua iuſtitia commutatiua dignioribus, ideo negat in his violari iuſtitiam cõmutatiua. Et dat exẽplũ Dñi præcipiẽtis Oeconomo vt eligat meliores operarios, qui ſi eligat idoneos licet nõ meliores, nõ eſt iniuſtus contra meliores, quia Dominus per illud præceptum datum ad ſui vtilitatem, nihil iuris contulit melioribus, vt vocarentur. Ita ex quo Deus præcepit, vt Prælati eligant digniores ad beneficia, non per hoc datum eſt aliquod ius melioribus, quia illud præceptum datum eſt in vtilitatem Eccleſiæ, non verò in vtilitatem digniorũ, Sed quod nec violetur iuſtitia commutatiua reſpectu Eccleſiæ, probatur, quia ſatis vtilitati Eccleſiæ proſpicitur, ſi prouideatur illi de digno, & quod principaliter eſt intentum, hoc eſt ne promoueatur indignus, & ſecundariò ne promoueatur minùs dignus, & ideo contrafaciendo huic ſecundariæ intentioni violatur quidem iuſtitia diſtributiua, ſed non commutatiua. Et ita hanc ſententiam tenent *Sotus lib. 4. de iuſt. quæſt. 6. art. 3. ad ſextum argumen. Nauar. in ſum. cap. 17. num. 72. Ledeſma p. 4. quæſt. 18. art. 2. dub. 9. Couar. regula peccatum 2. par. §. 7. num. 6. Perez, Molina, Padilla, Mercado, Angles florib. Petrus Nauarra ſibi contrarius lib. 2. de reſtit. cap. 1. num.* 177. quos refert & ſequitur *Sanchez l. 2. opuſ. cap. 1. dub. 45. nu. 15. Pax Iordan. prælud. 12. num. 18. Toletus l. 5. c. 4. ver. 4. & cap. 78. Leſſius l. 2. cap. 34. dub. 15. Azor. p. 2. l. 6. cap. 15. qu. 12. Rebellius p. 1. l. 3. qu. 4. & 5. Spino, Gutier, Philiarchus, ſumma Corona, Vega, Ludou. Carb.* quos refert, & ſequitur *Garzias par. 7. cap. 16. n. 25. & 26. Valent. tom. 3. diſp. 5. q. 7. punc. 2. q. 6 Fuch. tit. 1. n. 123. Cenall. Campanil.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. Cum nobis 19. de elect. n. 5.* Reſpectu autem electionis digni, vel indigni admittit hæc ſententia obligationem commutatiuæ iuſtitiæ, at non reſpectu digni, ſed reſpectu Eccleſiæ, ita quòd eligens indignum, non facit digno iniuriam, nec eſt in illum iniuſtus, ſed eſt iniuſtus in Eccleſiam, cui tenebatur prouidere de miniſtro digno.

46 Limitant tamen aliqui hanc ſententiam, aſſerentes lædi iuſtitiam commutatiuam reſpectu dignioris, quando ex ſtatuto ſpeciali facto in fauorẽ dignioris debet eligi melior, vel quando beneficiũ datur per concurſum, & per edictum. Sed de hac limitatione dicam infra, vbi de electione ad Parochiales Eccleſias, & de reſtitutionis obligatione ob non electionem dignioris erit ſermo.

47 Quarta ſententia conuenit cum tertia in hoc, quod eligendo indignum, aut minùs dignum non violatur iuſtitia commutatiua reſpectu digni, aut dignioris, qui non habent ius proprium, vt eligantur. Differt verò, quoniam vult, quòd nedũ in electione indigni, ſed etiam in electione dignioris violetur iuſtitia commutatiua in Eccleſiam, & ſic electio dignioris, eſt debita etiam ex iuſtitia cõmutatiua reſpectu Eccleſiæ, cui prouiſor debet prouidere de miniſtro digniori. Et hanc ſententiam tenet *Card. de Lugo diſp. 35. num. 16.*

48 Sed quantùm ad iuſtitiam diſtributiuam aliqui etiam ſentiunt non habere locum in diſtributione beneficiorum. Sic enim Card. de Lugo vbi ſupra num. 20. ait, quòd vbi D. Thom. & alij dicunt diſtributionem beneficiorum pertinere ad iuſtitiam diſtributiuam, intelligendi ſunt de iuſtitia diſtributiua non propriè accepta, ſed ſecundùm ſpeciem externam, & effectus, quatenus diſtributor ex debito, quod habet cum Eccleſia tenetur diſtribuere huiuſmodi beneficia eo modo quo diſtribueret ex iuſtitia diſtributiua, eligendo iuxta proportionem meritorum.

49 Dicendum primò, quòd præciſa particulari lege per ſe ex vi iuris communis beneficia nec digniori, nec digno debentur ex iuſtitia commutatiua, nec beneficia ſiue primariò ſiue ſecundariò ſũt præmia diſtribuenda fidelibus ſecundùm eorum merita, vnde fideles ſiue digni, ſiue digniores nullum habent ius proprium habendi beneficia tanquã ſua, & iure proprio ſibi debita, Hanc aſſertionem tenuit Rota in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648. coram felic. memor. Bichio dicens quòd *de iure diuino, & naturali ſecluſa ordinatione Eccleſiæ beneficia non videntur bona communia, & præmia meritorum.* Et hoc habetur à *Diu. Thom. 2. 2. quæſt. 185. art. 3. in corp.* ibi *Non autem diuina miniſteria hominibus committuntur propter eorum remunerationem, quam expectare debent in futurum.* Ex his enim verbis clarè colligitur, quòd beneficia, & officia Eccleſiaſtica non ſunt præmia meritorum, nec ſunt inſtituta, vt præmia, & vt bona diſtribuẽda ad fauorem priuatum, & proprium fidelium, iuxta proportionem meritorum, ſed fideles præmia meritorum expectare debent in futurum, quoniam aliàs miniſteria Eccleſiaſtica ad communem vtilitatem ſunt inſtituta. Et quod Caiet ait, ſecundariò etiam intrare remunerationem, & quòd cæteris paribus diſtributor debet illum præficere, qui habet maiora merita, hoc eſt additum ex ſua mente, quia mens S. Thomæ aperta eſt, quòd quilibet me-

rito-

Digitized by Google

ritorum ſuorum expectet præmium in futurum, nō verò propter merita expectet beneficia, & miniſteria Eccleſiaſtica. Vnde videmus Sanctos quàmplures nedum non expectaſſe huiuſmodi remunerationem, ſed Prælaturas fugiſſe quantùm potuerunt. Et quàmuis ſuppoſita ſemper vtilitate Eccleſię ex quadam æquitate habenda ſit etiam ratio meritorum, nulla tamen eſt neceſſitas huius remunerationis.

50 Accedit, quòd nec conuenit, ſed omnino repugnat vtilitati cōmuni hoc particulare & proprium ius remunerationis meritorum per miniſteria Eccleſiaſtica etiam ſecundariò diſpenſanda tanquam præmia. Quoniam tale ius eſſet maximū fomentum ambitionis, & principium infinitarum litium, & interminabilium. Pauciſſimi enim ſunt humiles, qui verè ſe ipſos cognoſcant, & qui non exiſtiment ſe ipſos pluſquàm dignos, etiam ſi ſint indigni, & qui non iudicent ſe digniſſimos, ſi vix ſint digni; vnde ferè omnes ambitionem ſuam iuſtificare poſſent dicendo, ſe iniuſtè poſtpoſitos, & immo in foro externo excitātes lites ius ſuum prætenſum petere poſſent, non minùs quam petere poſſet quiſque de populo pecuniæ communis partem ſibi de bonis communitatis ex iuſtitia deſtribuendam, & ſic omnia ambitione ſuperabundarent, & Eccleſia contentionibus immenſis vexaretur. Tandem vbi non conſtet, non eſt imponenda immenſa obligatio, vel electoribus, vel electis; cum aliàs diſtributioni boni communis ex natura rei non ſit per ſe annexa iuſtitia commutatiua reſpectu particularium, cum bonum commune diſtribui poſſit non fauore particularium, ſed fauore communitatis, vel diſtributionem ordinantis, ſicut verè eſt in propoſito. Nam miniſteria Eccleſiaſtica fauore Eccleſiæ ſunt diſpēſanda, & intuitu vtilitatis illius, non verò fauore ſingulorum. Et ſic rem optimè explicat exemplum Domini præcipientis Oeconomo, vt eligat meliores operarios, ex quo præcepto nullum ius acquiritur melioribus operarijs, nullaq; fit illis iniuria, ſi œconomus ineptioris, vel omnino ineptos eligat. Sic & in propoſito; ex electione indigni non fit iniuria digno, neque ex electione minùs digni violatur dignioris iuſtitia.

51 Dicitur ſecundo, quod electio digni præ indigno, vel dignioris præ minùs digno non eſt debita Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua ratione acceptę rei, ſcilicet ratione acceptarum decimarum, & contractus obligantis diſpenſatorem ad promouendum dignum, vel digniorem, ſed ſolùm ratione damni ſi inde conſequitur eidem Eccleſiæ. Prima pars ponitur aduerſus eos, qui putant diſpēſatorem beneficiorum officiorum Eccleſiaſticorum ex iuſtitia commutatiua & contractu teneri ſeruare iuſtitiam diſtributiuam, ex eo quòd ab Eccleſia recipit decimas. Hoc enim ex duplici capite reijcitur. Primò quia decimæ dantur, vt debitæ de iure diuino ex vi inſtitutionis officiorum Eccleſiaſticorum. Et ex vi obligationis, quam vel à Chriſto immediatè, vel medio Summo Pontifice impoſitam ſuſcipiunt Rectores Eccleſiarum. Quæ obligatio fit Chriſto, licet ſit ad officium vtile Eccleſiæ. Et ideo Eccleſiæ eſt, à Chriſto medio Summo Pontifice recipere miniſtros, & per hoc illos alere, vnde ad concluſionem ſic arguitur. Reddens ex debito non poteſt ex hac redditione eū, cui ex debito reddit, obligare, at verò Eccleſia ex debito reddit decimas & dat redditus ad ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiaſticorum, non poteſt igitur ex hoc recipientes obligare nouo titulo, & ex contractu, & ex vi iſtius redditionis. Chriſtus enim immediatè Summū Pontificatū inſtituit, & ex vi iſtius inſtitutionis, tam ipſi, quàm eius miniſtris obligata remanſit Eccleſia ad decimas perſoluendas tam Pontifici, quàm eius miniſtris in toto orbe laborantibus; ex hac igitur ſolutione debiti ſui non poteſt Eccleſia ſpeciali titulo obligare miniſtros nouo titulo, & magis quàm ex Chriſti inſtitutione, & Pontificis deputatione obligati ſint. Vnde ipſa non poteſt in hoc debitum iuſtitiæ commutatiuæ reſpectu ſui generare, ſed remanet obligatio miniſtri ad Deum, qui miniſteriū Eccleſiaſticum inſtituit. Sic ſi Princeps qui haberet abſolutum dominium inſtitueret, quod deputarentur miniſtri ad gubernium Regni ſecundùm quòd inuenirentur magis vtiles ad bonum Regni, ex vi huius inſtitutionis deberetur miniſtris ſalarium, & quidem à populis, ad quorum ſalutem miniſteria inſtituta fuerunt. Populi igitur ſoluendo ſalarium non poſſent nouo titulo iuſtitiæ particularis obligare miniſtros ſoluendo ſalarium, quia hoc illi teneretur ſoluere ex lege Principis, nec eſt iam ſuum, ſed eſt miniſtris debitum. Sic ex quo Chriſtus inſtituit Summum Pontificem, qui per varios miniſtros regat Eccleſiam, ab Eccleſia iure naturali huius inſtitutionis debentur miniſtris decimæ, vt docet *D. Thom. ſupra qu. 87. art. 1.* Non eſt igitur vnde Eccleſia ex eo quòd ſoluit decimas, velit nouo titulo iuſtitiæ propriæ obligare miniſtros, quia Eccleſia decimas debet ex vi obligationis, quā miniſtri habent cum Deo.

52 Secundò deficit illa ratio, quia non dantur decimæ pro officij morali rectitudine & cum pacto, vt Prælatus nō deficiat in regimine: ſic enim ſi hoc eſſet verum, Prælatus in peccato mortali exiſtens, & ſcandaloſè viuens teneretur ad reſtitutionem, cuius oppoſitum meritò tenent. *Sylu. in v. Clericus 4. quæſt. 14. Roſell. 3. nu. 4. D. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. vlt. Sotus lib. 10. q 5. art. 6. fin. Nauar. de reddit. Eccleſiaſticis q. 1. num. 72. & cap. quando 1. 7. num. 35. & in ſumm. cap. 25. nu. 123. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 2. dub. 19. num. 3.* Sic enim nec qui celebrat in peccato mortali tenetur ad reſtitutionem ſtipendij. Ita & diſpenſator miniſtros diſpenſans, & ſi non bene, ſed malè diſpenſet non amittit ius ad decimas, & ad redditus ſuo officio debitos, niſi in pœnam ex ſententia iuris vel hominis fructibus ſui officij priuetur.

53 Dices: Eccleſia nedum dat redditus, ſed dat ipſa miniſteria & officia ad ſui vtilitatem, & ſic contrahit cum recipiente officium, qui propterea ex iuſtitia propria, & commutatiua tenetur promouere Eccleſiæ vtilitatem, ſibi præficiendo miniſtros bonos, immò optimos. Sed reſpōdetur, quod obiectio aperit viam ad magis confirmandam veritatem poſitam. Eccleſia enim grex eſt, non paſtor, & eius paſtor Chriſtus & Pontifex Chriſti Vicarius. Et in hoc eſt diſtinctio inter Principes ſæculares, & Eccleſiarum Prælatos, quòd illi auctoritatem habent a populo, vnde populus cum eis poteſt contrahere, & illos obligare, & dare eis poteſtatem limitatam, & ad modum illa vtendi illos ligare. Sed Eccleſia grex eſt, cuius eſt regi non regere, & Paſtores Eccleſiæ vel immediatè, vel me-

diatè Pontifice Romano poteſtatem habēt à Chriſto. Et licet aliquibus Eccleſijs competat eligere Prælatos, hoc eis non competit niſi ex conceſſione Papæ. Neque ex hoc poſſunt obligare electum nouo titulo iuſtitię ſibi proprio ad ſui muneris exercitium. Tum quia & electio Prælatorum non eſt bonum illarum Eccleſiarum illis propriū, & cuius ipſæ ſint dominæ; ſed & illud bonum eſt debitum, quia & tenentur aliquē eligere, & tenentur eligere digniorē, ex ea lege, ex qua cōceſſa eſt eis facultas eligendi; igitur electio non eſt in eis bonum liberū ſub pacto libero ad eorum beneplacitum diſtrahēdum; ſed eſt bonum neceſſarium, & debitum. Tum ſecundo, quia cum non habeant ius eligendi niſi ex conceſſione Apoſtolica, & ſub forma à Sede Apoſtolica definita, electores non poſſunt condere leges, & electo imponere nouam obligationem ſupra eam, quam habet ex vi legum, & Canonum. Quia per hoc quod eſt eis conceſſa facultas eligendi, non eſt conceſſa iuriſdictio, ſeu facultas leges condendi, & imponendi noua onera electis. Et quatenus poſſent, ſicut in multis caſibus fundatores Eccleſiarum poſſunt imponere onera ſpecialia ex conceſſione Pontificum, niſi de facto huiuſmodi lex ſtatuatur, ſtandum eſt iuri communi, ex quo non obligantur Prælati ad Eccleſiam ex iuſtitia commutatiua fundatam in hoc quod Prælati accipiant aliquid ab Eccleſia. Quod eſt illud quod in hac parte aduertendum venit.

54 Nam primò Summus Pontifex ſupremus beneficiorum diſpenſator auctoritatem immediatè habet à Chriſto. Et licet eligatur ab Eccleſia, Et nihilominùs eſt conſiderandum, quod poteſtatē eligendi habent Cardinales ex Pontificis inſtitutione, qui ſolus modum electionis Summi Pontificis poteſt determinare. Nec in Eccleſia eſt poteſtas determinandi quinam debeant eſſe Papę electores, & à quorum numero ſit eligendus, vt electio ſit valida, & qua forma fieri debeat hæc electio, vt bene tradunt. *Caiet. tom. 1. opuſ. tract. 1. de auct. Papæ, c. 13. Suar. de fide diſp. 10. ſect. 4. n. 11. Bonac. de elect. Papæ diſp. 1. q. 1. §. 3.* Et adhuc Cardinales Papam eligentes nullam ei conferunt poteſtatem, iuriſdictionem, & dignitatem; ſed ipſi ſua electione determinant perſonam, cui Chriſtus Dominus immediatè confert dignitatem, & poteſtatem. *Caiet. loco citato, & 2. parte Apolog. cap. 22. Turrecrem. in ſum. de Eccleſ. lib. 2. cap. 42. Suarez vbi ſupra num. 3.* & apud eum *Turrianus, Barboſa de iure Eccleſ. lib. 1. cap 1. nu. 47. citans Torres, & Rodericum à Cunha*. Quamobrem Pontifex nihil recipit ab Eccleſia, quod à ſe & à Chriſto non deriuetur. Nam poteſtatem à Chriſto habet, deſignationem verò perſonæ ab Eccleſia medijs Cardinalibus, ſed per facultatem à Sede ipſa Apoſtolica determinatam. Vnde Eccleſia dat, quod recepit, & quod, ex debito dat, & iuxta Chriſti inſtitutionem & Sedis Apoſtolicæ ſeu Pontificis determinationem, & facultatem. Quamobrem non eſt vnde Eccleſia ratione contractus, & quia Pontifici prior dederit, & ab ea Pontifex acceperit, prætendat ius iuſtitiæ commutatiuæ contra Papam. Nec eſt vnde confugiat ad decimas, & bona temporalia Papæ eiuſque miniſtris ab Eccleſia collata, quia hæc dantur Papæ & eius miniſtris ex debito, & ex eo quod ſunt Chriſti miniſtri ab eo inſtituti, vt Eccleſiam regant. Ideo Eccleſia nec viuente, nec mortuo Pontifice poteſt, quid minimum decernere vel circa electionem, vel circa perſonam Summi Pontificis, nec illum obligare ad maiorem obligationem, quàm ſit illa, quam habet à Chriſto cuius eſt Vicarius, vt latè probat *Caiet. d. tract. 1. cap. 12. 13. & 14.* Et immò ſpecies ſimoniæ eſſet, ſi Papæ electores cum aliquo contraherent & obligarent illum, ſi eligeretur, vltra id, ad quod ex ſuo officio tenetur. Eadem verò ratione nec intrat ratio iuſtitiæ commutatiuę de iure cōmuni inter Prælatos inferiores, & Eccleſiam, quia nec electores poſſunt ex cōtractu in electione obligare eligendum magis, quàm ex legibus & officio ſuo ſit obligatus, & quod Eccleſiæ dant eligendo dant ex debito, & obligatione debita Summo Pontifici, à quo habuerunt facultatem eligendi cum obligatione, vt gratis ſine modo, conuentione, cōtractu, & pacto eligerent digniorem. Itaque Prælati, & Rectores Eccleſiarum de iure communi non tenentur Eccleſijs ex iuſtitia commutatiua fundata in hoc, quod Prælati aliquid ab Eccleſijs acceperint. Totum igitur punctum eſt, vt videamus, an de iure diuino ex Chriſti inſtitutione Pontifex obligetur Eccleſiæ ex iuſtitiâ commutatiua. Et poſtea an ſaltem ex Papæ inſtitutione Prælati, & Rectores inferiores, cum eorum Eccleſijs ſimilem obligationem habeant. Sed iam patet, quod ſi obligatio eſt ex Chriſti inſtitutione, iam non eſt obligatio cum Eccleſia ratione rei acceptæ ab Eccleſia. Pontifex igitur Summus non obligatur Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua, quia aliquid ab ea accipiat, quod eſt id, quod nunc intendimus. Eadem verò ratio eſt de alijs Prælatis, qui obligantur quidē Eccleſijs ex vi inſtitutionis officiji locorum, ideoque ex obligatione contracta cum Chriſto, & Pontifice vt capite Eccleſiæ, non tamen quia vel decimas, vel electionem ab Eccleſia recipiant.

55 An verò ex Chriſti inſtitutione Papa maneat obligatus Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua incertum eſt; nam vtroque modo Chriſtus potuit inſtituere Pontificatum in vtilitatem Eccleſiæ, & conſtituere Pontificem vt diſpenſatorem miniſteriorū, & bonorum, vel ſcilicet dando ius Eccleſiæ, vt à Pōtifice poſſit ex iure ſibi proprio, & à Chriſto conceſſo exigere Epiſcopos & Rectores animarum idoneos, & eodem iure quælibet Eccleſia particularis poſſit petere miniſtros idoneos, & ſibi magis vtiles, vel quod licet Chriſtus ordinauerit Pontificatum in vtilitatem Eccleſiæ, nihilominùs non dederit Eccleſiæ ius proprium ad exigendum à Papa miniſtros magis idoneos, & magis vtiles. Sed quod hoc ſecundo modo Chriſtus Pontificatum inſtituerit, latiùs probo infra. Magis enim rationi congruit vt dicamus, quòd Chriſtus noluerit Eccleſiā ex iure æquali concurrere cum ſuo capite, & Paſtore. Et propterea quod Chriſtus ſic dedit Papæ auctoritatem, & fecit illum diſpenſatorem miniſteriorum ſacrorum, quòd voluit Papæ prouiſiones validas eſſe, etiam ſi malæ aliquando fuerint, & quòd obligauit quidem Papam ad iuſtam diſtributionē miniſteriorum ſacrorum, ſed obligatione altiori, non verò iuſtitiæ commutatiuæ. Et quia nec legitur, quòd Papa hanc obligationē impoſuerit Prælatis inferioribus, ſeu electoribus, dicendum eſt nec illos ex obligatione iuſtitiæ commutatiuæ teneri, ad eligendos vel digniores, vel dignos miniſtros.

ſed

ſed ſolum eos ad hoc teneri ex obligatione iuſtitię officij ſui.

56 Ideò *Turrecrem. in cap. licet* 8. *q.*1. *num.*6. Ex eo probat quod eligens minùs dignum peccat, quia eſt infidelis Domino ſuo Chriſto, ſcilicet, qui illi facultatem diſpenſandi huiuſmodi officia dedit ad vtilitatem Eccleſiæ *D. Thomas* etiam vbique ex eo ſolo probat, quòd eligere vel indignum, vel minùs dignum ſit peccatum, quia eſt contra iuſtitiā diſtributiuam, nulla iuſtitiæ commutatiuæ mentione facta, ad mentem verò *D. Thom.* iuſtitia diſtributiua ſeparabilis eſt à commutatiua, vnde in Deo ponitur propriè iuſtitia diſtributiua, nō verò commutatiua. *par.*1.*q.*21.

57 Dicitur igitur vltimò, diſpenſatorem miniſteriorum Eccleſiaſticorum teneri ad eligendum meliores ad munera obeunda ex fidelitate, iuſtitia legali, & Religione, ſeu iuſtitia Chriſti, & iuſtitia diſtributiua. De Religione non habent mentionē DD. ſed cum munera Eccleſiaſtica ſint Sacramenta conficere, & ea populo miniſtrare, fideles docere ea, quæ ad cultum Dei pertinent, pſallere, orare & alia huiuſmodi facere, cū Eccleſia ſit congregatio fidelium in cultum vnius Dei, Chriſti ſummi Sacerdotis ſanguine fundata, aucta, conſeruata, euidens eſt, quod Eccleſiaſtica miniſteria ad virtutem Religionis ſpectant, ad quam munera præfata pertinent. Et cum Chriſtus fuerit, qui Pontificatum inſtituit, & alia Eccleſiaſtica miniſteria, ſaltem in genere, & Pontifici ordinauit, vt miniſtros in partem ſuæ ſollicitudinis aſſumeret, omnes obligans ad vtilitatem Eccleſiæ promouendam, ex hac iuſtitia Chriſti. ſeu ad Chriſtum, quæ longè altior eſt, quā iuſtitia commutatiua, & ligat fortiori obligatione tenentur diſpenſatores officiorum & Regiminum animarum eligere meliores, quos poſſunt habere, vt Eccleſias doceant, defendant, & in pace regant. Quid verò ſit hęc iuſtitia Chriſti, & an ſit diſtincta à virtute Religionis, alia quæſtio eſt. Iuſtitia verò legalis officio ſuperioris ſic à Chriſto inſtituto eſt intimè coniuncta, eſt enim illa virtus, quæ bonum commune reſpicit, & ideò in Principibus & ſuperioribus inuenitur, ad quos cura cōmunitatis pertinet, & ideo ex hac, qui miniſteria Eccleſiaſtica diſpenſant, tenentur ea diſpenſare in ordine ad bonum commune promouendum, & ideò tenentur ſemper eligere eos, quos meliores & vtiliores iudicauerint. Fidelitas quoque intrinſecè adeſt, quoniam qui accipit officium ex hoc promittit concedenti fidelitatem in eo adminiſtrando, & ſi id non faciat, non ſtat promiſſis, & eſt infidelis. Ideo infidelis eſt diſpenſator miniſteriorum Eccleſiaſticorum, ſi ea non confert dignioribus prout Eccleſiæ bonum requirit, & fidelis diſpenſatoris munus exigit. Nec deficit iuſtitia diſtributiua, quia & Chriſti lex. & Eccleſiæ vtilitas à Chriſto intēta exigit, vt ſeruata proportione dignioribus Regimina dentur. Qualiter verò Infidelis diſpenſator officiorum Eccleſiæ teneatur ad reſtitutionem, dicitur infra in propria quæſt. de hoc proponenda, & explicanda.

S V M M A R I V M.

1 *Aliquorum opiniones. n.*58. 59.
2 *Ad Epiſcopatum neceſſe eſt eligere digniorem. nu.* 60. 62, 63.
3 *Et ad Cardinalatum. n.*61. 62. 63.
4 *In ſermone Conc. Trid. idem dignus, & dignior. n.*62. 64.
5 *Papa eligere digniores Epiſcopos & Cardinales tenetur de iure diuino. n.*61. 63.
6 *Qui eſt magis idoneus ad maiora tenetur pro Dei Eccleſia. n* 64.
7 *Translationes Epiſcoporum non commendabiles. num.*64.
8 Non *faciendæ niſi ex vtilitate Eccleſiarum. num.* 64.
9 *Non eſt neceſſe regulariter aſſumere meliorem per translationem Epiſcopi de vna ad aliam Eccleſiam. n* 64.
10 *Minus dignus poteſt acceptare Epiſcopatum ſibi collatum. n.*65.
11 *Etiam ſi dubitet an ſit indignus. n.*65.

58 QVæritur quartò: An ad Epiſcopatū neceſſe ſemper ſit eligere meliorem? Ad officia & beneficia, quæ non dantur per concurſum, quale eſt, Epiſcopatus, non eſſe neceſſe eligere meliorem tanquam probabile tenuit. *Filliuc. tom.*3. *tract.*41. *c.*4. *q.*9. *num.*181. *ex Conc. Trident. ſeſſ.*7. *cap.*3. Nam & quotieſcumque promouentur digni ad Cardinalatum, Epiſcopatum, & Abbatiam &c laudatur promotor, non laudaretur autem ſi eſſet peccatum mortale eligere dignum relicto digniore. *Reginaldus etiam to.*2. *lib.*30. *tract.*3 *c.*14. *n.*107. tenet quòd habentes ius prouidendi beneficia per prouiſionem liberam, vt Papa, & aliquando Principes ex priuilegio Apoſtolico, vel conſenſu tacito Eccleſiæ, non tenentur promouere digniores, niſi in promptu ſint, ſed ſuffi. it eligere dignos, alioquin tenerentur ſemper digniorem quærere, quod à Papa, & Regibus exquirere durum eſt. Et hanc ſententiā probabilem dixerunt. *Diana par* 2. *tract.*15. *&* 1. *miſcel. reſol.*40. *Trulench. lib.*7. *in decal. cap.*11. *dub.*8. *num.*4. *Machado tom.*2. *lib* 6. *par.*1. *tract.*1. *docum.*18. *num.*4. Poſſet verò probari abſolutè, quod non ſit peccatum eligere minùs dignum, ſi ſit dignus. Tum quia Eccleſiæ ſufficit, ſi Epiſcopus ſit dignus & fidelis, 1. *Cor.*4. Non enim Apoſtolus fideliorem Epiſc. expoſcit, ſed fidelem. Secūdò Nam Epiſcopus etiā optimus ſatisfacit obligationi, ſuæ ſi facit id, ad quod tenetur Epiſcopus dignus, & ad maiora non tenetur, cur enim ad maiora obligetur aliquis ex eo quòd ſit magis bonus? igitur abſolutè Eccleſiæ ſufficit, quòd bonum Epiſcopum habeat. Tertiò, Nam ſequeretur, quòd tenerentur Papa, & Reges promouere Epiſcopum digniorem ad pinguiorem Eccleſiam, ſi conſtet Epiſcopum tenuis Eccleſiæ eſſe digniorem alijs, qui de nouo occurrunt pro illa pinguiori Eccleſia, quòd certè eſt abſurdum, quia ex hoc daretur Epiſcopis occaſio & aſpirandi ſemper ad meliores Eccleſias. & nunquam diligendi ſponſas, quas habent, ſi ſint tenues. Quartò, quia ſequeretur quòd minùs dignus peccaret accipiendo Epiſcopatum ſibi oblatum, quòd certè nimis durum videtur.

59 Contraria ſententia communiſſima eſt, & cum *D. Th. in hoc art. & ſup. q.*63. *a.*2. tenent illam *DD. ſup. citati, num.*1. & eſt definita in Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform.

60 Di-

60 Dicendum igitur eſt, certum eſſe, quòd ad Epiſcopatum neceſſe eſt eligere meliorem, & digniorem ex poſſibilibus haberi. Ad hoc enim probandum ſufficit afferre verba Conc. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. ibi *Hortatur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorũ ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant; eoſq; alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quas ex legitimo matrimonio natos, vita, ætate, doctrina, & alijs omnibus qualitatibus præditos, ſciant, quæ iuxta ſacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur.* Hinc enim habetur nedum peccare mortaliter, qui promouet ad Epiſcopatũ minùs dignũ, ſed peccatum hoc eſſe grauiſſimum, quoniam Promotor indigni, aut minùs digni communicat omnibus peccatis, quæ ex defectu illius promotionis, & promoti conſequuntur.

61 Dicendum eſt ſecundò eandem rationem eſſe de Cardinalibus, vt peccatum mortale ſit, non eligere digniores, & Eccleſiæ vtiliores. Nam idem Concilium Trid. ibidem ſubdit. *Ea verò omnia & ſingula, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo conſtituta ſunt, decernit eadem etiam in creatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiam ſi Diaconi ſint, exigenda, quos Sanctiſſimus Romanus Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantùm commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, aſſumet. Poſtremò eadem ſancta Synodus tot grauiſſimis Eccleſiæ in commodis commota, non poteſt non commemorare, nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quam vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſolicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hic potiſſimum impendat, vt lectiſſimos tantùm ſibi Cardinales adſciſcat, & bonos maximè, atque idoneos Paſtores ſingulis Eccleſijs præficiat, idque eò magis, quod ouium Chriſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Paſtorum regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de manibus eius ſit requiſiturus.*

62 Circa quod decretum notandum primò, quod in ſermone Conc. Trident. idem eſt idoneus, & magis idoneus, ſeu maximè idoneus, ac lectiſſimus Cardinalis & Epiſcopus, nam de Epiſcopis loquens, vbi monuit nil vtilius fieri Eccleſiæ quàm ſi Epiſcopi idonei illi præficiantur, ſtatim ſubdit peccatum mortale eſſe niſi aſſumantur digniores, & Eccleſiæ Dei magis vtiles. Et poſtea de Cardinalibus loquens, poſtquam dixit ex omnibus partibus Chriſtianitatis aſſumendos eſſe, quos Pontifex idoneos iudicauerit, ſtatim ſubdit nihil magis eſſe Eccleſiæ neceſſarium, quam vt Pontifex lectiſſimos Cardinales ſibi adſciſcat, & maximè bonos, & idoneo Paſtores Eccleſijs præficiat. Quia verè ſic eſt quòd in præſenti idem ſunt bonus, & optimus; dignus, & digniſſimus, Quia ad regendam Eccleſiã nullus in præſentia dignioris eſt dignus, & idoneus Secundò notandum eſt, quòd Concilium non dixit vtile eſſe, ſed neceſſarium eſſe Eccleſiæ, vt optimi Cardinales, & Epiſcopi aſſumantur, vnde non eſt hoc conſilium, ſed præceptum, & nõ ſolum præceptum Eccleſiaſticum, ſed diuinum, & ex Eccleſiæ neceſſitate proueniens. Vnde eſt quòd etiam ſummus Pontifex non ex poſitiua lege, quam poſſit abrogare, ſed ex lege diuina, cui & ille eſt ſubiectus, & contra quam non poteſt decernere, nec valet humanum ſtatutum aut conſuetudo, tenetur in Cardinales, & Epiſcopos aſſumere optimos, quos poteſt inuenire facta morali, & ſufficienti diligentia.

63 Vtile quoq; eſt conſiderare alia verba Concil. Trid. ſeſſ. 6. in decreto de reform. ibi *Confidens itaque per Domini, ac Dei noſtri miſericordiam, prouidamque ipſius Dei in terris Vicarij ſolertiam, omnino futurum, vt ad Eccleſiarum regimen, onus quippe Angelicis humeris formidandum, qui maximè digni fuerint, quorumque prior vita, ac omnis ætas, à puerilibus exordijs vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſtica laudabiliter acta teſtimonium præbeat, ſecundùm venerabiles beatorum Patrũ ſanctiones aſſumantur.* In quibus verbis Concilium ſignificat iam ſecundùm Beatorum Patrum ſanctiones ad regiminis animarum onus, ipſis etiam Angelis formidandum, non niſi maximè dignos eſſe aſſumendos. Vnde omnino certum eſt ad Epiſcopatũ, & Cardinalatum non niſi lectiſſimos, & maximè dignos aſſumi poſſe. Quod maximè etiam conſtat ex rationibus quæſ. 2. & 3. adductis.

64 Quæ verò in oppoſitum adducta ſunt non vrgent. Nam ad primum dicitur ex allata Doctrina Concil. Trid. illum eſſe bonum, & fidelem Prælatum, qui ſit maximè idoneus, quia minùs idoneus in conſpectu magis idonei non eſt idoneus. Ad ſecundum verò dicitur nullum eſſe terminum diligentiæ adhibendæ pro animarum regimine, & vnũquemque, cui animarum cura incumbit, totum conatum ſuum debere ponere vt animarum ſalus creſcat, & Dei honor promoueatur, ideoque & qui plùs poteſt prodeſſe, ad plus teneri, & maiore debere operari, vt bene tradiderunt *Bannes ſup. q. 63. a. 2. dub. 3. ad ſecundam confirmat. 2. Ledeſm. tr. 7. cap. 2. concl. 7. dub. 4. Martinez de Prado cap. 19. q. 4. n. 29.* Ad tertium negatur conſequentia, quia immò non niſi ex graui neceſſitate, petita non ex meritis perſonæ, in ordine ad beneficia pinguiora, quia vt probatum eſt, beneficia non ſunt præmia meritorum, ſed ex vtilitate Eccleſiæ, quia nimirum ad vacantem Eccleſiam regendam ſit neceſſaria ſolertia alterius Epiſcopi non multùm neceſſaria ad regendam Eccleſiam, cuius eſt Epiſcopus, vel ex alia rationabili cauſa ſolùm transferri debet Epiſcopus de vna ad aliam Eccleſiam. Cæterùm translationes Epiſcoporum non ſunt multùm commendabiles, nec admittendæ, niſi ex cauſa ad vtilitatem Eccleſiæ ſpectante. Et ideo non eſſe neceſſe eligere meliorem per translationem de vno ad alium Epiſcopatum docuerunt *Soto lib. 3. quæſt. 6. art. 2. poſt 9. concluſ. ad tertium dubium. Sanchez liber. 2. opuſ. cap. 1. dub. 3. num. 1. Ledeſma trac. 7. cap. 2. concl. 7. verſ. Tanbien ſe ſigue.* Quod eſt regulariter verum; nam al[...] tanta eſſe poſſet neceſſitas, vt lex diuina oblig[...] ad huiuſmodi translationem.

65 Ad quartum dicitur ex D. Th. in hoc artic[...]lo, quòd qui eligitur non tenetur ſe iudicare m[e]liorem, vel non meliorem, ſed ad hoc [...]e non p[ec]cet accipiendo, ſufficit vt non cognoſcat ſe in[di]guum, per hoc quòd habeat aliquid ratione co[...]

ſio[...]

ſibi ſit illicitum acceptare Epiſcopatum. Et in dubio non tenetur ipſe examinare an ſit melior, vel non melior, ſed iudicio ſuperiorum aut electorum ſtare poteſt *Soto l.3.q.6.art.2.poſt 9.concluſ. Serra ſupra q.61.art 1.dub.vn.poſt 5.Concluſ.& q.63.a.2.dub. 1.ad vltimum*. Sed de hoc iterum erit ſermo infra q.16. vbi ex profeſſo hoc quæram.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio aliquorum. n.66.*
2 *In Religionibus ad Prælaturas neceſſe eſt eligere meliorem. nu.67.*
3 *Præceptum imponens iuramentum de faciendo, ſupponit obligationem. num.68.*
4 *Præceptum Clem. 8. de iurando eligere meliorem ſupponit obligationem id faciendi. n.68.*
5 *In religionibus non omnes æque apti ad regendum, ideo aptiores ſunt eligendi. nu.69.*
6 *Etiam ſi communitas ſit obſeruantiſſima, eo magis indiget Rectore perfectiſſimo. num.70.79.*
7 *Obligatio eligendi meliores de iure naturæ eſt. numer. 71.*
8 *Religioſi habent præceptum Eccleſiaſticum de iurando ſe electuros meliorem. nu.69.71.*
9 *Ex quo Prælati regulares, ſunt temporales, eo eſt magis neceſſarium, vt ſint aptiores. num. 71.*
10 *Soli Viſitatores non ſufficiunt ad regularem diſciplinam ſeruandam. n.71.*
11 *Licet Prælaturæ non dentur per concurſum, neceſſe eſt ad eas eligere meliorem. nu.71.*
12 *Ex quo iure ſit neceſſarium in Religionibus eligere meliorem. num. 72.*
13 *Opiniones variæ. n.71.72.*
14 *Prælaturæ in Regularibus non ſunt inſtitutæ, vt præmia meritorum. num. 74.*
15 *Et ſi Religioſis bene præſidentibus debeatur honor, præſidere tamen ratione honoris adiuncti non eſt præmium meritorum antecedentium. nu.75.*
16 *Actus virtutis ratione honoris adiuncti non eſt præmium alterius. num. 75.*
17 *Præſidere abſolute poteſt eſſe virtus, & vitium. numer. 75.*
18 *Non eligere digniorem in Religionibus eſt contra fidelitatem, iuſtitiam legalem, Religionem, iuſtitiam Chriſti, & iuſtitiam diſtributiuam. numer.76*
19 *Plures caſus in quibus poteſt apparere quod liceat eligere minus dignum. num.77.*
20 *Nullus eſt debilis caſus in quo eligi poſſit minus dignus. n.78.*
21 *Licet plures caſus dari poſſint in quibus is, qui alias eſſet dignior, non eſt dignior. num.78.*
22 *Dignitas maior ex maiori vtilitate ad bonum cõmune menſuranda. n.78.*
23 *Suppoſita habilitate ad regendum ſanctior eſt dignior. nu.79.*
24 *Reſeruare per breue tempus meliorem Prælatum meliori conuentu, vel etiam æquali, ſi fiat ex rationabili cauſa non eſt malum. num.80.*
25 *Et ſi hoc fiat ex humano affectu eſt veniale. n. 80.*

66 Quæritur quintò, An in Religionibus tam electores, quàm ſuperiores teneãtur eligere ad officia curam animarũ habentia meliores, & digniores? *Negant Caſtro Palaus to.3.trac. 12. diſp.2.p.11. §.28 n.24. Io. Valerus in diff. vtriuſque fori v.electio diff. 1. n.1.v.8. Thomas Vriado tom. 2.trac.12.c.1.reſol. 23. §.8.ampliat.5. n.1563.* Fundamentum huius opinionis eſt, quia præceptum poſitiuum eligendi digniorem in Epiſcopum, vel Parochum non debet extendi ad Prælaturas Regulares. Tum quia in huiuſmodi non admittitur extenſio etiam ex ſimilitudine rationis. Tum quia eſt longè diuerſa ratio; primò quia Prælaturæ regulares non ſunt perpetuæ, ſed temporales; ſecundò quia Prælatus regularis habet ſtatuta, & regulas valde diſtinctas, & attingentes etiam minima, ſecundùm quas etiam idoneus optimè gubernare poteſt; tertiò quia Prælatus Regularis quotannis viſitatur, & de eius gubernio diligenter exquiritur; quartò quia Parochi dantur per concurſum, & ita ſecundum exigentiam meritorum, non verò Prælaturæ Regulares, vnde ad eas extendi non debet lex Concil. Trid. de conferendo digniori.

67 Communis tamen ſententia eſt, legem obligantem ad eligendum digniorem obligare etiam Regulares *Soto l.3.q.6.a.2. Bannes ſupra q.63. a. 2. dub. 3. ad ſextum* vbi quod oppoſitum eſt pluſquàm temerarium *Ledeſma trac.7. cap.2. concluſ.2*, dicens omnes DD. in hoc conuenire, & eſſe indubitatum. *Sanchez l.2.opuſ.cap.1.dub.2. nu.27. Salon 22.qu.63. a.2.controu.3. Petrus Nauar. l.2.de reſtit.c.2. nu.159. Fernandez in inſtruct.conſcientiæ p.2.c.4.n.11. Portel. v.electio n.6. Rebell.p.1.l 3.q.4.concl.5. Turrian in 22 diſp.22.dub.4.n.1. Vaſquez in opuſ.de benef.cap.2.§.3. d.2.n.72. Cardinal.de Lugo tom.2.diſp.35.n.55. Peyrin in ſubd.q.1.cap.31.§ 3.& §.4.ver.ex quo ſequitur Villalobos tom.2.tr.2.diff.3.n.6. Diana p.1.trac.15. & p. Miſcell.reſol 61.& p.5.trac.14. & 2. Miſcell.reſol.11. Hieron.Garzias tom.2.Politicæ Regularis trac.9.diff.3. dub.4.n.24.* dicens oppoſitam parùm probabilem, & nullo modo ſecuram, à S. Fauſto in *ſpecul.diſp.23 quæſt.11. Baſſeus v.electio num. 10. Sigiſmundus à Bononia de elect.dub.31.num.9. Lauarius cap.25.num.57 Raggius dub.6.num.2. Lezana par.p.cap.15. num.12. Caſtell.de elec.c.9.n.53. Martinez de Prado in quæſ.moral.cap.19.quæſt.5. Barboſa de Parocho cap.2. nu.100. Pax Iordan.Prælud.12.num.27. Samuel trac.1.diſp.6. contr.4.num.13.* Et certiſſima eſt hæc ſententia, & oppoſita improbabilis, & minimè ſecura.

68 Probatur autem primò ex *Authent.de Monachis cap.9.§. ordinationes*, & ex decretis Clem. 8. & Vrban.VIII, pro Regularibus, ibi. *In ſuperiorum & officialium electionibus forma præſcripta à S.Concil. Trid.& ordinis Conſtitutionibus, inuiolabiliter ſeruetur, iurentque electores ſecundùm veritatem cuiuſcumque conſcientiæ, probiores, & magis idoneos ſe electuros: ac propterea priùſquam ad electionem deueniatur in primis & ante omnia prælegantur Conſtitutiones de qualitate & requiſitis eligendorum.* Eſt verò conſiderandum, quòd iuramentum hoc ſupponit obligationem; neque enim aliquis cogi poteſt à ſuperiori ad iurandum ſe facturum aliquid, niſi ſit aliàs obligatus ad id faciendum. Nam ſi quis liber eſt, vt faciat, & non faciat, & vt faciat hoc, & oppoſitum, iniuſtitia fit illi, ſi cogitur per præceptum, quòd iuret ſe hoc facturum determinatè. Nec iuuat dicere, quòd ſi facere aliquid ſit maius bonum, poſſit ſubditus cogi ad iurandum, ſe illud facturum, quia poteſt quidem ſuperior, ſi adſit ſecundùm regulam præ-

præcipere ſubdito, vt illud faciat, & hoc ſuppoſito præcipere etiam iuramentum de illo faciendo. Sed vbi nullum eſt præceptum obligans ad aliquid faciendum, & manet in libertate ſubditi facere illud, & oppoſitum, non poteſt cogi ad iurandum ſe illud facturum, quia ſua libertate manente poteſt nec velle iurare, quia poteſt nec velle facere, Decretum igitur illud præcipiens Regularibus iuramentum de eligendò meliori, ſupponit eos obligatos aliunde ad ſic faciendum. Quàmuis etiam ſi hoc non ſupponeret, præceptum illud accipiendum eſſet vt duplex præceptum, quorum primò præciperetur electio dignioris, & alio præciperetur iuramentum talis electionis. Sed verè decretum illud ſupponit electionem dignoris aliunde eſſe debitam, & neceſſariam, & ob hoc præcipit iurari talem electionem.

69 Probatur autem ſecundò ratione, Nam cum dignitas de qua loquimur, nõ attendatur, vel ſecundùm doctrinam tantùm, vel ſecundùm ſanctitatem tantùm, vel etiam ſecundum vtraque ſimul, ſed ſecundùm vtilitatem in ordine ad finem communẽ Religionis, vel contraria illa ſententia putat, quòd in ordine ad commune Religionis bonum nullus ſit aptior alio, ſed omnes ſint aptiſſimi, vel admittit, quòd notabiliter vnus præ alio valeat ad impediendum, ne noui abuſus contra regularem obſeruantiam irrepant, & vt qui irrepſerunt tollantur, & regularis obſeruantia promoueatur, & cum pace monaſteria regantur. Si det primum, iam ceſſat quæſtio, quia ſolùm dicitur eligendum eſſe meliorem, ſi detur. Et præterea falſum omnino admittit, quia plures ſunt, vel infirmæ prouidentiæ, vel debilis animi, vel prudentiæ inexpertæ, vel negligentes, & magis habiles ad relaxandam obſeruationẽ, quàm ad illam conſeruandam. Nam & Religionum relaxationem potiſſimè cauſari ex defectu Prælatorum ex S. *Bonau. q. 29. in Regulam S. Franc probat Martinez de Prado vbi ſupra n.* 10. Sunt igitur in qualibet Religione inæqualiter apti Religioſi ad Religioſas Prælaturas, & ad Regularem diſciplinam, & bonum etiam temporale conſeruandum. Iam igitur intrat lex naturę ex vi inſtitutionis ordinatæ communitatis, & recti illius regiminis, per quam ij, ad quos ſpectat promouere ad huiuſmodi regimen tenentur eos eligere, qui ſint aptiores ad impedienda damna communitatis per conſeruationem, & augmentum diſciplinæ Regularis, quam ne paulatim defluat, vix fortiſſimi viri, & excellenti charitate, & prudentia præditi eam retinere valent.

70 Et ſi cum Cardin. de Lugo vbi ſup. num. 56. dicatur, poſſe dari communitatem ex viris adeo ſanctis conſtitutam, vt ſuperior aliàs ſolùm dignus illam regere poſſit, iuxta illud Iſaiæ, 12. *Puer paruulus minabit eos*, bene aduertit *Martinez vbi ſupra num.* 11. quòd hoc eſſet per accidens. Et ego addo Nullam dari communitatem in mundo Collegio Apoſtolorum ſanctiorem, in qua non ſit aliquis Iudas reprimendus; & vlteriùs nimis facilis eſt noſtra debilitas ad non curanda minima, & ad paulatim recedendum à rigore ſtrictæ obſeruantiæ. Et ideo quò cõmunitates ſunt obſeruantiores eò indigent maioris prudentiæ ſapientiæ ſolertiæ prouidentiæ viro, qui illas conſeruet, & viam prauis conſuetudinibus occludat; quia deflexus ad minima parui æſtimatur, & ſæpius ſub colore neceſſitatis aut alicuius virtutis inducitur, & paruus fons ſtatim creſcit in fluuium, & inundat, niſi occludatur. At verò impedire huiuſmodi initia parua tam de facili ſub velamine honeſtatis colorata, non niſi prudentiſſimi, & fortiſſimi viri eſt. Et eò hoc malum eſt peius, quòd cum Rectores Regularium ſint temporales, facilius ab illis hi defectus permittuntur, cum minimi videantur, & pro tempore gubernij illorum non videantur alterare ſtatum communitatis. Sic poſtea ſub nouis Prælatis mala creſcunt, & permiſſio anterioris Prælati inducit ſubſequentes ad conniuendum, niſi maximo zelo armati malæ conſuetudini reſiſtant.

71 Ea autem, quæ in oppoſitum adducebantur verè leuia ſunt, & valde inania. Nam primò contra torrentem DD. ſupponunt, obligationem eligendi meliorem eſſe de iure humano, cum ſit de iure diuino. Præterea & adhuc loquendo de iure humano, non eſt hic opus extenſione, cum adſint decreta Pontificum expreſsè præcipientia, etiam, quòd Regulares iurent ſe electuros magis idoneos. Et præterea, quæ adducuntur ad probandum diuerſã eſſe rationem de Epiſcopis, & Parochis deficiunt, Nam immò ex quo Prælati Regulares ſunt temporales faciliùs eſt, quòd ex eis, niſi ſint valde prudentes, & zelantes damnum patiatur obſeruantia; quoniam iſti, maximè in fine regiminis remiſſiores eſſe ſolent, & in paruo tempore maxima damna communitati irrogant. Et ita ad ſecundum dicitur, quòd non ſufficit habere ſtatuta mortua in libris, ſi de ſit lex viua, quæ obſeruantiam mandatorum promoueat Et tinea obſeruantiæ eſt receſſus à legibus in minimis, quæ poſtea cum tempore rodit robur obſeruantiæ, & iſte receſſus de facili irrepit, & optimi viri ſunt neceſſarij ne, vel irrepat, vel ſi irrepſit, euellatur. Ad tertium dicitur, quòd Viſitatores non iuuant, ſi Prælati ordinarij non valeant. Nam & Viſitatores ipſi de facili conniuent minimis defectibus. Ad quartum dicitur, quòd probat ſolùm, quòd in Parochis vltra communem rationem, & cauſam ſit cauſa ſpecialis neceſſitans ad eligendum meliorem, quando per edictum à ſuperiore citantur opponentes, cum obligatione eligendi meliorem ex illis, quæ cauſa locum non habet in Regularibus. In quibus tamen militat ratio neceſſitatis promouendi commune bonum, quod nequit condignè fieri niſi per optimos Prælatos. Et hæc neceſſitas ad ſenſum patet, quoniam nulla eſt Religio, quæ ſucceſſu temporis à feruore ſui initij non defecerit, cuius mali cauſa præcipua fuit, & eſt defectus Prælatorum.

72 Sed vt veritas iſta magis comprobetur, neceſſe eſt vlteriùs quærere cauſam propriam neceſſitatis eligendi meliores in Religionibus, & inueſtigare ex cuius virtutis lege oriatur hæc obligatio. Nam *Card. de Lugo d. n.* 56. ait huiuſmodi obligationem non eſſe ex iuſtitia diſtributiua, ſibi enim perſuadere non potuit, quòd Prælaturæ regulares inſtitutæ ſint, vel ex primaria, vel ex ſecundaria intentione, vt præmia meritorum, ſed ſolùm ad bonũ communitatis, vt religio habeat bonos Prælatos à quibus regatur. Cum enim religioſus ſtatus ad hoc ordinetur, vt ſubditi perfecti ſint, & cõtemptores honoris temporalis, & procul ab omni ambitione, ac deſiderio imperandi, immò ex ſe abhor-

Digitized by Google

abhoreant huiuſmodi officia, quomodo inſtitutores ex ſecundaria intentione ad hoc inſtituere Prælaturas, vt eſſent præmia meritorum? Præmium enim non deſeruit in Republica niſi mouendo, & alliciendo ad ſui deſiderium, quod tamen deſiderium Prælaturæ in ſubditis eſt contra omnem prorſus intentionem Conſtitutionum Religionum. Et ideò Prælaturas non eſſe in Religionibus inſtitutas, vt præmia meritorum tenuit etiam. *Vaſquez loco ſup.cit.dicto d.2.*

73 Nihilominùs *Mart. de Prado d.q.5.nu.7.* cenſet; quod in Religionibus nõ eligere digniorẽ ſit cõtra iuſtitiam legalẽ, & iuſtitiã diſtributiuam, & aliquando cõtra commutatiuã, vbi autem præmittitur iuramentum, additur peccatum etiam contra Religionem. Num. autem 16. hoc probat ex eo, quod Religioſi non renonciant honori, qui eſt debitus virtuti, vt habetur ex *D.Thom. infra q.186. artic.7. ad quartum*, & ex *Caiet. ibid.* & ex eod. *D.Thom. opuſ.* contra Impugnantes Religionem. Vnde quia ſecundùm Apoſtolum 1. ad Timot.5. *qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt*. Hoc ſuum locum habet etiam in Prælatis regularibus. Et ideo Prælati ſuperiores ad libitum non poſſunt inferiores amouere.

74 Sed dico primò: veriſſimum eſſe, quòd in Religionibus Prælatura nec primariò, nec ſecundariò eſt inſtituta vt præmium meritorum, quòd euidenter demonſtrat ratio allata à *Card. de Lugo*, Quæ confirmatur, quia hoc eſt ex directo contra ſtatum Religioſæ perfectionis, quia eſt occaſio ambitionis, illiuſque fomentum, & principium deſtructium pacis religioſæ & quietis; quia premiũ meritorum, & licitè deſideratur, & licitè petitur, & quæritur, immò iuſtè & ex vi iuſtitiæ pro eo habendo litigatur, ſi negetur. Et ſic liceret optimo Religioſo deſiderare, quærere, petere, procurare Prælaturas, & ſi illi negentur, agere etiam in iudicio pro illis obtinendis, quia præmium merito ex iuſticia debetur, vnde periret prorſus religionis perfectio, & quies. Quare non dubito, doctrinam aſſerentẽ in Religionibus Prælaturas eſſe præmia meritorum antecedentium eſſe contrariam perfectioni ſtatus Religioſi, & fouere ambitionem, quæ regularis ſtatus eſt peſtis. Sed in Religionibus præcipuè Prælaturæ merè & purè ſunt inſtitutæ propter bonum commune, & in ordine ad illud ſolum, & ex illius exigentia ſunt diſpenſandæ.

75 Nec quidquam valet, quòd Religioſi non renoncient honori, quod eſt veriſſimum, ad inferẽdum quòd præſidere ratione celſitudinis, & honoris ſit præmium meritorum antecedentium; quoniã non valet conſequentia à diuerſis. Aliud enim eſt, quòd Religioſo bene operanti debeatur iam honor, nec poſſit ab eo auferri ſine iniuſtitia, cum iam ſit in poſſeſſione virtutis, cui honor debetur. aliud eſt quod præſidere, quod non eſt neceſſariò actus virtutis, quia poteſt benè & malè fieri, ideoque poteſt eſſe tam virtus, quàm ſacrilega iniuſtitia, ratione honoris, & celſitudinis adiunctæ ſit publica auctoritate inſtitutum vt præmium meritorum antecedentium. Eſto ergo primum ſit verum, & verè ita ſit, quod Religioſus qui bene præeſt duplici ſit dignus honore, & quod Religioſi Præſules nõ poſſint ab eorum officijs, quæ iam poſſident abſolui ad libitum ſuperiorum, non valet inferre, ergo in Religionibus præſidere ratione honoris adiuncti eſt præmium meritorum antecedentium. Tum quia honor eſt præmium actus virtutis, vt iam exerciti, debetur enim exercitio virtutis, ſed ratione honoris actus virtutis per ſe, & ex natura rei, non eſt alterius virtutis præmiũ. Tum quia præſidere per ſe nedum non eſt virtutis actus, cum præſidere per ſe non ſit bene præſidere, ſed eſt periculoſiſſimũ onus ipſis etiam Angelorum humeris formidandum, vt habetur, ex Conc. Trid. ſeſſ.6. in decreto de reform. cui propterea non conuenit vt ſit pretium virtutis, ſed vt ab humili virtuoſo potiùs fugiatur, nec non niſi vt impoſitum ab obedientia recipiatur.

76 Dico nihilominùs ſecundò quòd in Religionibus eligere ad Prælaturas minùs dignum relicto meliori, nedum eſt contra ſidelitatem officij, & iuſtitiam legalem, & nedum eſt contra Religionem ex quo habeat annexum iuramentum, ſed ſemper eſt contra virtutẽ Religionis, & iuſtitiam Chriſti, & vlterius contra iuſtitiam diſtributiuam. Indubitatũ quippe eſt, quòd eſt infidelis diſpenſator, & contra bonũ cõmune iniuſtus, qui minus dignis relictis dignioribus Prælaturas diſpenſat, cum hoc per ſe cedat in graue nocumentum boni communis. Sed & indubitatum eſſe debet, quòd ex natura ſua hoc eſt ſacrilegium, cum bonum commune Religionum ſit Dei cultus, qui eſt Religionis obiectum. Et non eſt dubium quod cum Chriſtus ipſe Prælaturas inſtituerit ſaltem in genere, præcipiens & veluti contrahens cum Prælatis, vt benè præſint habituri ab eo præmium ſui operis, iam Prælati debent Chriſto id ſub cuius conditione eliguntur, & ad quod ex eadem electione obligantur. Pariter indubitatum eſſe debet in ſententia S.Thomæ, & eorum, qui in Deo ponentes iuſtitiam diſtributiuam propriè dictam, vt ſupra dicebatur, aſſerunt hanc iuſtitiam non fundari in iure proprio, quòd habeant particulares de communitate ad bonum commune diſtribuendum; iuſtitia enim diſtributiua alia ſpecies eſt à commutatiua diſtincta, nec in ea fundatur, ſed ad iuſtitiam diſtributiuam ſufficit quod bonum commune ex quacumque lege ſit diſtribuẽdum ſeruata proportione; licet hoc bonum non ſit diſtribuendum ex iure proprio, quod habent recipientes, ſed in ordine ad bonũ commune promouẽdum: indubitatũ inquã eſt, quòd Prælaturæ ſunt diſpenſandæ ſecundum æqualitatem proportionis, vt dentur vtilioribus ad commune bonum, & ita vt ratio diſpenſandi ſit maior vtilitas, illas igitur rectè diſtribuere eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, & ſi aliquibus diſpenſentur non eò quia vtiliores, ſed ex alia cauſa, hæc eſt acceptio non cauſæ, ſed perſonæ, & eſt iniuſtitia contra iuſtitiam diſtributiuam.

77 An autem aſſertio iſta ſit in aliquo caſu limitanda, idem *Card. de Lugo loco citato*, inquit, quod per ſe regulariter non licet in Religionibus eligere minùs dignos, ſed per accidens poteſt contingere, vt hoc non ſit illicitum. Tum primò ſi aliqua cõmunitas ſit ita reformata, vt quilibet dignus ad eam regendam ſufficiat. Tum ſecundò ſi digniſſimus ſit pro communi bono occupatus in alijs miniſterijs, vt in concionando, docendo, & aſſiſtendo alicui principi; quàmuis iſti nec ſemper ſint arcendi à Prælaturis, immò conueniat quod immediatè incipiant præeſſe in Prælaturis maioribus,

ſicut S. Bonauentura, cum adhuc doceret, nec vnquam gubernaſſet, factus eſt Generalis. Tum tertiò quia ſæpe ad bonum commune expedit, vt Prælaturæ non maneant inter paucos. Vnde aliquando debet prætermitti ſenior ille, qui diu gubernauit, & ſe digniorem experimento comprobauit, & eligi alius iunior. Tum ne Prælaturæ præſcribātur apud paucos. Tum vt alij apti fiant ad regendum; alioquin deficientibus illis ſenioribus, religio non habebit alios, qui ſuccedere poſſiut niſi de nouo fiāt, quòd ſolet grauiſſima incommoda afferre. Tum quartò, quia ſæpe expedir ad bonum commune amouere aliquem ab aliquo exercitio, vt à docēdo, vel ab aſſiſtentia alicuius Principis, & hoc nequit quietè fieri, & ſine incommodo boni communis, niſi illum promouendo ad aliquam Prælaturam, licet non ſit dignior, ſed eo ſit alius magis dignus. Tum quintò, quia non eſt neceſſitatus Generalis in omni vacantia eligere optimum, quoniam poteſt illum reſeruare pro Prælatura maiori, & vbi eſt magis neceſſaria. Vel etiam ſi cætera ſint æqualia non ſequitur magnum incommodum bono communi, quòd optimus paulò ante, vel paulò poſt præficiatur. Quamuis igitur humano affectu elector eligeret prius hunc ſibi cariorem, quàm illum, non eſſet facile damnandus peccati mortalis, immò nec venialis ſi cauſa iuſta intercederet, v. g. gratificandi alicui externo benemerito de Religione, qui gaudebit hunc potiùs Prælatum, quàm illum præfici in tali loco, vel gratificandi Conuentui, vel Collegio ob eius merita reſeruando illi meliorem Prælatum, quem ideo nunc omittit, vt poſſit poſtea illum in tali loco ponere, vel ob alias ſimiles rationes. Summa ergo eſt, quòd tunc ſolùm grauiter peccet elector in hac re, quando in ordine ad bonum commune ex omiſſione dignioris timeri poteſt aliquod graue detrimentum poſitiuum, vel negatiuum, quòd ſolum præ oculis debet habere, vt ſuo muneri ſatisfaciat.

78 Verùm ob iſta non limitatur aſſertio, nec dici poteſt, quod in Religionibus ſolum regulariter, & per ſe eſt neceſſe eligere digniorem, & quòd ſumma eſt, quòd tum peccatur, cum ex dignioris omiſſione timeri poteſt nocumentum bono communi; quia prædicta quatenus vera ſunt, eò ſunt vera, quia in illis caſibus, qui aliàs eſſet dignior, non eſt dignior hic, & nunc, Etenim ſi per digniorem intelligimus doctiorem, vel in ſe ipſo ſanctiorem, nulla eſt neceſſitas eligendi hunc digniorem, vt in hoc artic. probat D. Thom. communiſſimè receptus, & probatum eſt ſupra *quæſt.* 1. ſi verò per digniorem intelligimus vtiliorem bono communi, ſicut intelligere debemus, tunc in caſibus prædictis, ſi verè aliàs doctior, vel prudentior, vel ſanctior, vel ſenior, vel in gubernio magis expertus, nō eſt hìc & nunc vtilior bono communi, neque eſt dignior, & ſic nec eſt prudenter eligibilis. Summa ergo eſt, vt eligatur qui hìc & nunc, cum habenda eſt electio, eſt vtilior ad bonū commune, & hic ſolus eſt dignior, & hic in nullo caſu imaginabili eſt poſtponendus, quia poſtponi non poteſt niſi, quia non ſit vtilis bono communi, & ſi hoc eſt, iam non eſt dignior.

79 Cæterum quod dicebatur in primo caſu, ſupra non fuit admiſſum, quia nulla eſt communitas, quæ diligentiſſimo non indigeat Rectore, ne cadat à diſciplina regulari. Et quatenus ille caſus daretur, iam reſpectu illius communitatis nullus eſſet dignior, ſed omnes æquè digni, quia omnes æquè vtiles, Nec obſtaret ſi vnus eſſet in ſe ipſo, vel doctior, vel ſanctior; quia ratio eligendi vnum præ alio ad Præſulatum non eſt ſanctitas in ſe, vel doctrina, ſed ſola vtilitas boni communis, in ordine ad quam, qui ſunt æquales, ſunt æquè eligibiles. Et licet verum ſit, quod ſuppoſita habilitate ſanctior eſt dignior, vt eligatur, hoc eſt, quia ex quo eſt ſanctior eſt etiam vtilior: & ſic non eſt dabilis caſus, quod ſuppoſita aliunde æquali habilitate doctior, aut ſanctior non ſit habilior, & dignior.

80 Aduerto etiam, quòd in quinto caſu bene loquitur Card. de Lugo, nec conſentit per hoc opinioni contrariæ, nec plus concedit, quam Auctores illius oppoſitæ ſententiæ admittant, nec liberat electorem à veniali culpa ob cauſam, quæ non facit ad rectè gubernandum, ſicut illi attribuit *Martinez dicta quæſt.* 5. §. 1. *numer.* 3. Quia in eo quinto caſu non eſt ſermo de poſtponendo ſimpliciter digniore minùs digno, ſed ſolùm ad breue tempus, vt dignior meliori Prælaturæ reſeruetur, vel ſi etiam reſeruetur æquali, & id fiat ex humano affectu aſſeritur non mortale, quia parua diſtantia temporis ad culpam mortalem non ſufficit, à culpa verò veniali non excuſatur, ſi id fiat ex humano affectu. Sed excuſatur ſi fiat ex alia cauſa, ad bonū cōmune ordinata, v.g. vt fiat res grata extraneo benemerito de Religione, vel vt fiat res grata Conuentui, aut Collegio, quod hoc mereatur, vt ei melior Prælatus reſeruetur. Quæ certè vera ſunt, quia non priuatur Religio digniore Prælato ſimpliciter, ſed ad breue tempus; ideo ſi hoc fiat ex humano affectu eſt peccatum veniale, & ſi ex cauſa rationabili nullum eſt peccatum.

S V M M A R I V M.

1 *Non eligere digniorem ad Parochialem Eccleſiam eſt peccatum mortale. n.*81.

2 *An electio minus digni ad Parochialem ſit nulla ipſo iure, affirmant plures. n.*81.82.

3 *Diuiſio quæſtionis. n.*83.

4 *Electio minus digni non eſt ipſo iure nulla de iure communi. n.*84.

5 *Ex vi Concil. Trid. & Conſtit. Pij Quinti electio minus digni ad Parochialem non eſt ipſo iure nulla. n.*85.

6 *Conc. Trident. irritat electionem Parochi non factam iuxtà formam externam ab eo ſtatutam. num.*85.

7 *Iudicium Epiſcopi eligentis occultum & pertinens ad formam internam. n.*85.

8 *Pius V. electionem Parochi minus digni non irritat ipſo iure. n.*86.

9 *Anceps valde & ſæpiſſime eſſet Eccleſia de valore electioni Parochorum ſi electio minus digni ipſo iure eſſet irrita. n.*87.

10 *Appellatio magis idonei contra electionem minus digni. nu.*88.

11 *Præſumptio eſt pro ordinario quod elegerit, quem iudicauit digniorem. n.*88.

12 *Ex eo quod Parochialis conferatur per concurſum collatio facta minus digno, non eſt irrita ipſo iure. num.*89.

13 *In*

13 *In edicto concurſus non promittitur collatio digniori reperto per concurſum.* n.89.

14 *Immo nec in eo edicto poteſt id ſalua conſcientia promitti.* nu.89.

81 QVæritur ſextò, An promotio minùs digni præ digniori ad Parochiã nedum ſit peccatum, ſed ſit ipſo iure nulla? Talem enim promotionem nõ fieri ſine peccato mortali certum eſt, Tum ex communi ratione, quia peccatum mortale eſt minùs dignum relicto digniori eligere ad regimen animarum. Tũ quia expreſsè in Concil. Trid. ſeſſ.24.cap.18. præcipitur eligi meliorem ad Parochialem Eccleſiam. Dubium verò eſt, an huiuſmodi prouiſio facta ad Parochialem de minùs digno, ſit ipſo iure nulla. Nam aſſirmatiua pars ex duplici fundamento videtur certa. Primò ſcilicet, ex decreto Concil. Trid. loco citato, vbi decernit, quòd prouiſio Parochialis facta contra formam ibi traditam ſubreptitia cenſeatur. Secundò quia Pius quintus in ſua Conſtit 33. huiuſmodi prouiſiones factas contra formã Concilij Tridentini irritas, & nullas declarat, & ita vt intelligantur vacare huiuſmodi Eccleſiæ, ſicut priùs ante collationem vacabant. Et ideo huiuſmodi prouiſiones eſſe ipſo iure irritas, & nullas tenent *Spino de teſtam. gloſſ.4. n 86. Azeuedo conſ. 9. a n.27. Gonzalez ad regul.8. Cancell. gloſ.4. n. 136. Sanchez l.2. opuſ. cap.1. d.6. n.6. Caſtro Palao tom.2. tr.13. diſp.2. punct.11. §.3. n.2. Aragon. 22. q.63. a.2. Tomas Hurtado tom.2. trac.12. cap.1. reſ.23. §.13. Pax Iordan. Prælud.12. n.4. Rota in Dertuſen. Parochialis 18. Decembris* 1581. *&* 4. *&* 10. *May* 1582. *Coram Gipſio, apud Garziam p.9. cap.2. n. 331. & in Ciuit. Caſtelli Parochialis 2. Iuny* 1614. apud Thomam Hurtandum vbi ſup. n.1816. *& in Tuden. Paroch. 18. April.* 1603. *coram Sacrato, & in Ripana Parochialis 1. Iuny* 1609. *coram Orano* apud Barboſam idem ſentientem ad d.cap.18. Con. Trid. n.26. & de Paroch. c.2. n. 95. vbi perperam pro hac ſententia citat *Garziam*.

82 Aliud fundamentum non procedit vniuerſaliter, ſed vbi Parochiales Eccleſiæ dantur per concurſum. Nam tunc Parochialis debetur meliori nedum ex iuſtitia diſtributiua, ſed ex commutatiua, vnde collatio facta minùs digno eſt ipſo iure iniuſta, ideoque nulla. Nam vbi agitur de Parochiali data per concurſum, quòd intret iuſtitia cõmutatiua, & ex eo Eccleſia debeat dari digniori, ex eo probatur, quòd in edicto in quo inuitantur prætendentes Parochialem ad concurſum, continetur implicitè contractus reciprocus per quem digniori reperto promittitur Eccleſia; vnde ſi ei non detur, læditur manifeſtè iuſtitia commutatiua. Quod cõfirmatur, quia nequit negari, quòd exponens ſe examini, & repertus dignior non habeat maius ius ad beneficium, quàm ille, qui examini non ſe expoſuit; habet igitur ſaltem ius ad rem, contra quod agitur, ſi ei Eccleſia non concedatur. *Aragon. 22. quæſt. 62. art.2.* circa ſolutionem ad quartum *Diu. Thom. Petrus Nauar. lib.2. de reſtit. cap.2. num.160. 61. & 162. Medina lib.1. ſum. cap.14. §.32. Ludouic. Lopez p. 1. cap.127. Salon. 22. quæſt.63. art.4. Molina lib.2. de primog. cap.5 num.57. Sanchez lib. 2. Opuſ cap.1. dub.46. num.2. Pax Iordan. Prælud.12. n.19. Cardin. de Lugo diſp. 35. de iuſt. num. 43. &* 85. Et quàmuis hoc dato, adhuc *Sanchez, & Cardin. de Lugo locis citatis* negent conſequentiam ex eo principio deducentem, electionem minùs digni relicto digniore per concurſum manifeſtè eſſe ipſo iure nullum, tamen conſequentiam admittit *Petrus Nauar d.cap.2. n. 162.* quia quod fit contra iuſtitiam commutatiuam furtum eſt, & prorſus inualidum, & nullum in vtroque foro; Vnde non minùs inualida eſt electio facta contra iuſtitiam commutatiuã quàm ſit iniuſta, nulla, & inualida rapina ſeu furtum rei alienæ, & eiuſdem rei poſſeſſio.

83 Diuiditur igitur hæc quæſtio in duas partes, Prima reſpicit electionem ad Parochialem Eccleſia ex vi Concil. Trid. & Pij quinti, ſecunda reſpicit eã quatenus factam per concurſum, & ex natura concurſus præſcindendo à lege poſitiua.

84 Eſt enim certum ex D. Thoma in hoc artic. communiter recepto, quòd electio minùs digni de iure communi eſt valida, nec ex hoc capite caſſanda, cum magis dignus non habeat ius (ſaltem tale) vt poſſit in iudicio agere contra electionem minùs digni ad eam caſſandam.

85 Dicitur verò primò, quòd nec Concilium Tridentinum, nec Pius quintus in hac parte innouauerunt aliquid contra ius commune, & quòd propterea electio minùs digni ad Parochialem Eccleſiã digniore omiſſo, ſi aliàs in ea ſeruata eſt externa forma præſcripta à Concilio Trid. & Pio quinto nõ eſt ipſo iure nulla, licet ſit caſſanda digniore inſtante, & appellante, eoque digniore comprobato Ratio huius concluſionis eſt, quòd Concilium ibi dum decernit collationem Parochialis factam non ſeruata forma ab eo præſcripta, loqui de forma externa, cuius defectus Eccleſiæ poteſt eſſe manifeſtus, nimirum quòd vacante Parochiali Epiſcopus, & qui ius patronatus habet intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo præſcribendum idoneos aliquos clericos coram examinatoribus nominet. Vel ſi Epiſcopo aut Synodo Prouinciali viſum fuerit magis expedire per edictum publicum vocentur, qui volunt examinari. Secundò, quòd tranſacto tempore, qui deſcripti fuerint examinentur ab Epiſcopo vel Vicario, & ſaltem tribus examinatoribus. Tertiò quòd Examinatores ſint approbati in numero ſenario in ſynodo ſingulis annis, & iurent ſe fideliter munus executuros. Quartò quòd peracto examine Epiſcopus meliorem decernat, & iſti Eccleſia tribuatur. Et ſic ad hanc formam extrinſecam pertinent edicta concurſus, examen, declarari idoneos ab examinatoribus, vnum ex examinatis eligi ab Epiſcopo, vel Patrono Eccleſiaſtico; ſed quòd eligatur ille, qui ſit melior, ad formam internam pertinet, & quidem talem, quæ Eccleſiæ occulta eſt, eique conſtare non poteſt, quoniam non eſt de forma, quòd eligatur qui verè in re melior eſt, ſed quem Epiſcopus iudicat meliorem, at verò hoc iudicium occultum eſt, & de eo Eccleſiæ conſtare, non poteſt, Nam poteſt eſſe, quòd Epiſcopus iudicet digniorem eum, qui eſt indignus, & ſi etiam contra conſcientiam ſuam eligat eum, quem ſcit eſſe indignum, poterit ſemper dicere ſe iudicaſſe eũ digniorem, nec deerunt motiua ſumpta ex circumſtantijs extrinſecis ad oſtendendum, quòd licet electus ſit minus doctus potuerit tamen iudicari dignior, Concilium igitur Tridentinum irritat electionem factam non ſeruata forma illa externa, nõ

verò irritat electionem minùs digni factam, vel Epiſcopo illum iudicante digniorem, vel etiam contra conſcientiam ſuam illum eligente etſi minùs dignum; quia hoc iudicium occultum eſt, & non conſtans Eccleſiæ, & in praxi fere impoſſibile erit probare, quòd Epiſcopus ad electionem proceſſerit contra conſcientiam, vnde hanc electionem irritare ipſo iure non ſeruiret niſi ad illaquendas animas, & multiplicandos miniſtros inutiles, & iuriſdictione carentes.

86 Quód verò hic ſit ſenſus Concil. Trid. probatur ex Conſtit.33. Pij quinti, qui omnino irritã, & nullam vult eſſe electionem Parochi non factam iuxta formam Concil. Trid. & tamen non irritat electionem minùs digni, ſi fiat ea forma ſeruata. Manifeſtè enim Pontifex duos caſus diſtinguit, Primũ, ſcilicet, electionis factæ præter & contra formam Concil. Trid. in §.3. in quo decernit hanc electionẽ eſſe prorſus irritam ipſo iure, ita vt prouiſo nullum jus, & nec titulus coloratus proueniat ex tali electione. Secundum electionis minùs digni poſthabito in digniori §. 7. Et hanc non irritam ſed irritandam decernit ad inſtantiam dignioris, ſi probatum fuerit illum eſſe digniorem. Quód verò Pontifex hanc electionem non irritet ipſo facto, ſed irritandam decernat, patet primò ex illis verbis *Quod ſi Epiſcopus minùs habilem poſthabitis magis idoneis elegerit, poſſint ij, qui reiecti fuerint à mala electione huiuſmodi ad metropolitanum &c. appellare, & praelectum ad nouum examen coram ipſo appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare, & conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate noſtra (quatenus collatio ad Epiſcopum a quo appellatum ſuit ſpectaret) conferatur &c.* ex vi igitur huius decreti electio minùs habilis reuocanda eſt, vt habilioris electio fiat, igitur non erat ipſo iure irrita. Quod euidentiùs ex verbis ſequentibus in § 8. colligitur ibi. *Hæc tamen appellatio interpoſita interim non impediat, aut ſuſpendat, quo minùs electio per ordinarium primo loco facta interim debita demandetur executioni, & prouiſus ab eadem Eccleſia cauſa appellationis huiuſmodi pendente non amoueatur.* Si igitur hic minùs habilis non eſt impediendus ab accipienda poſſeſſione Parochialis, & ab ea non eſt amouendus pendente cauſa, ſupponitur proculdubio, quòd ſit verus Parochus donec per ſententiam remoueatur.

87 Et hoc ampliùs explicatur, quia ſi electio minùs digni eſſet nulla ipſo iure, Eccleſia ſemper incerta fluctuaret ſcrupulis, illa enim promotio eſſet nulla etiam nullo appellante, & reclamante, & cum non poſſit ſciri an Epiſcopus elegerit minùs dignum putans eſſe digniorem, vel potiùs contra conſcientiam fecerit, non poſſet non eſſe pernicioſum Eccleſiæ, quòd Parochorũ electio penderet ſẽper ab illo Epiſcopi iudicio in ſuo valore, & ſubſiſtentia, cum illud iudicium occultiſſimum ſoli Deo ſit apertum. Ideo electionem minùs digni ad Parochialem Eccleſiam, ſi aliàs facta ſit ſeruata illa forma externa à Concilio Trid. præſcripta, eſſe validam, & firmam, donec iuxta formam ſtatutam à Pio quinto reuocetur, tenent *Garz. par. 9. de benef. cap. 2. à num. 235. Vgol. de offic. Epiſ. cap. 50. §. 23. num. 4. Filliuc. tract. 41. cap. 4. num. 544. Card. de Lugo diſp. 35. à num. 71. Sylnius 22. quæſt. 63. art. 2. ad tertium Martinez de Prado cap. 19. quæſt. 6. num. 4. Petrus de Ledeſma par. 2. cap. 2. trac. 7. concl. 61. Couar. regul. peccatum 2. p. § 7. num. 3, Cechus de republ. Eccleſiaſtica cap. 18. num. 7. Pax Iordan. Prælud. 12. n. 4. & 6.*

88 Immò aduertunt nonnulli ex iſtis DD. appellationem etiam eſſe parùm vtilem ad hoc, vt in foro externo electio minùs digni caſſetur. Quia cũ habilitas, & dignitas ad munera Eccleſiaſtica multùm pendeat ex circumſtantijs externis, quę poſſunt mouere ad excluſionem etiam doctiſſimi, & ſanctiſſimi viri, nimiùm difficile erit probare, quód iudicium Epiſcopi eligentis minùs dignum fuerit irrationabile. Et adeo vehemens eſt præſumptio pro ordinario, vt debeat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate illius. *Rota in Camer. Concurſus 19 Decembris 1603. Coram Reuerend. Attrebaten. & in Sabinen. concurſus 6. Aprilis 1609. coram Reuerend. Damaſceno*, quas deciſiones refert, & ſequitur alia *Rota deciſ. 537. par. 1. recent* Cum enim promotio nedum ex ſcientia eorum, qui examinantur, ſed ex prudentia, ſolertia, moribus, amicitijs, dependentijs & alijs circumſtantijs, quæ poſſunt reddere aliquẽ magis, vel minùs habilem ad curam animarum in hoc, vel illo loco habendam; etiam ſi metropolitano conſtet de maiori ſcientia appellantis, quàm appellati, non per hoc ſuperari poterit præſumptio rationabilitatis iudicij ordinarij, qui magis doctũ excluſit minùs docto electo. Quia potuit moueri ordinarius ex alijs circumſtantijs. Ex vi igitur Cõcilij Tridentini, & Conſtit. Pij quinti electio minùs digni ad Parochialem non eſt ipſo iure nulla.

89 Reſtat modò videre, an electio ad Parochialem facta de minus digno ſit nulla ipſo iure, ex eo, quòd ſit facta per concurſum, & propterea videatur eſſe contra iuſtitiam commutatiuam dignioris. Sed dicitur, quòd neque in edictis conuocantibus ad examen continetur contractus aliquis, per quem ordinarius illis promittat Eccleſiam, ſi ſint digniores; ſed verè ad examen vocantur, vt eorum ſufficientia in literis appareat. Quod euidenter apparet conſideranti, quòd ad hoc, vt aliquis ſit dignior, non ſufficit maior ſcientia, ſed plures aliæ qualitates requiruntur, ad quas cognoſcendas non indicitur examen, & concurſus, ſed aliunde ſciuntur, & perquiruntur. Quamobrem nedum ordinarius ex vi citationis ad examen coram ſe habendũ in concurſu aliorũ non promittit Eccl. ijs, qui vi illius examinis inuenti ſint digniores, ſed neque id ſalua conſcientia promittere poteſt; quia electio iuſta, & rationabilis pendet ex multis alijs, quæ nec apparent ex illo concurſu, ſed nec ſæpe ac ſæpius apparare poſſunt, & aliunde neceſſariò innoteſcunt. Ideo tantùm abeſt, quòd communis ſenſus ſit, vt ex vi edicti conuocantis ad concurſum promittatur valentiori, & ſuperiori in illo examine Eccleſia, vt nec poſſit ſine peccato cõuocantium hoc promitti. Nec eſt eadem ratio de conuocantibus ad certamen, vel poëticum, vel ludicum, ad luctam, ad torneamenta, ad curſum &c. & de conuocante ad examen pro Eccleſia Parochiali, Tum quia in conuocatione ad præfata certamina id, quod promittitur, & ad quod ordinatur certamen, promittitur vt præmium excellentioris in certamine, & ideo debetur illi ex iuſtitia. Sed Parochialis Eccleſia nec eſt præmium, nec promittitur vt præmium, nec conuocantur examinandi pro præmio obtinendo, ſed vt cognoſca-

tur

Digitized by Google

tue an ad bonum commune conueniat vnum, vel alterum illorum eligere ad Eccleſiæ regimen. Secundò differunt, quia quod promittitur in ludricis certaminibus eſt propoitionatum victoriæ,& ad illud conſequendum non eſt neceſſaria niſi excellentia in certamiue. Sed Eccleſia Parochialis nec eſt proportionata ſoli victoriæ in examine quod fit in concurſu, nec in certante ſufficit excellentia in illo certamine, ſed multa alia requiruntur aliunde penſanda, vnde non eſt vnde victoria in examine det ius ad Eccleſiam. Er neque obſtat, quòd in edicto ponatur quod vni cuique ſeruabitur ius ſuum, quia hoc intelligitur de iure, quod habuerit,& non ampliùs, nimirum quòd ſi in examine appareat doctior, vel ingenij magis perſpicacis, vel prudentior in reſponſis, vel in alijs q æ per illud examen inquiruntur excellentior, hæc eius iuſticia illi ſeruabitur, cum quo tamen ſtat, quòd ex hoc non adquirat ius beneficij, vel in re, vel ad rem. Neque etiam obſtat quòd hodie ex quo per præfatam Conſt. Pij V. dignior poteſt appellare ab electioue minùs digni, colligitur quod dignior inter oppoſitores habeat ius ad Paeochialem. Tum primò quia ius appellandi non competit digniori, quia dignior in concurſu, & examine, ſed quia dignior abſolutè. Tum quia ius appellandi non eſt proprium dignioris, nec eſt illi conceſſum ad fauorem illius principaliter, ſed ad fauorem Eccleſiæ; Conſtitutio enim illa innititur decretis Conciliorum Lateranen. Lugdunen.& Tridentini, quæ quidem, vt euidens eſt, in ordine ad bonum Eccleſiæ non in fauorem priuatatum perſonarum decreuerunt, vt habiles ad curam animarum eligantur. Vnde hoc ius digniori à Pio V. ſpecialiter conceſſum non competit illi ante electionem, ſed ſolùm vbi per minùs digni electionem commune Eccleſiæ bonum ſit contemptum; tunc enim ſolum, vt ex verbis ſupra relatis patet, illi competit vt poſſie appellare ab electione minùs digni. Non ergo ex hoc digniori competit ius commutatiuæ iuſtitiæ ad ſui electionem. Quod igitur neque ex eo, quod electio fiat per concurſum electio minus digni ſit ipſo iure nulla, patet etiam ex præfata Conſtit. Pij V. exigente concurſum & non irritante electionem minùs digni, & ſuſtinent præſ. *DD. ſupra citati, & præcipuè. Sanchez d.lib.2.cap.1.opuſ. dub.46.num.3. & Cardinalis de Lugo, diſp.35.nu.85.* & omnes illi, quos infra refero docentes conferentem beneficium minùs digno etiam per cõcurſum, & ipſum minus dignum electum non teneri ad reſtituendam Eccleſiam digniori.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus plures in quibus Parochiales non dantur per concurſum. n.90.*
2 *In Parochialibus, quæ dantur per concurſum, ſeruanda eſt forma Conc. Trid. n.91.*
3 *Per edictum vocantur appoſitores, ſi hoc viſum fuerit Epiſcopo, vel Synodo Prouinciali. numer.91.*
4 *Quale, & quando, & à quo, & vbi hoc edictum ſit publicandum. n.9.*
5 *Elapſo termino edicti examen, ſi ſint plures oppo, nentes, non poteſt vno die compleri. nu.92.*
6 *Si vnus non examinetur ex opponentibus, cõcurſus eſt nullus. n.92.*
7 *Vno ſolo comparente ex opponentibus, ille ſolus examinetur. n.92.*
8 *Vno ſolo opponente, ſi eſt idoneus admittitur. numer 92.*
9 *Nullo reperto idoneo nouum edictum promulgatur num.92.*
10 *Et ſi iterum vel nullus comparet, vel nullus reperitur idoneus, datur beneficium ſine concurſu. num.92.*
11 *Epiſcopus nõ poteſt impedire Parochos, ne ad aliud beneficium concurrant. n.92.*
12 *Examen faciendum coram* Notario *ad minus à tribus examinatoribus Synodalibus. n.93.*
13 *Quid faciendum, ſi eadem die non poſſit perfici. num.93.*
14 *Et quid ſi ſit ſuſpitio, quod nota ſiunt interrogatoria. n.93.*
15 *Qui debeant eſſe examinatores. n.93.*
16 *Non poteſt interuenire extraneus. nu.93.*
17 *Debent examinatores præſtare iuramentum. numer.93.*
18 *Examinatores nihil poſſunt accipere occaſione examinis, neque ab opponentibus, neque ab alijs, nec per modum ſtipendij, nec gratis datum. n.93.*
19 *Epiſcopus, & Vicarius ratione huius examinis nihil recipere poſſunt, ſed ſi recipiant non incurrunt pœnas latas in examinatores. n.93.*
20 *Examinatores debent examinare, etiam de moribus. n.94. 95.*
21 *Sufficit examinatoribus, vt inditent de moribus promouendi ſecundum quod illum cognoſcunt. num.96. 97.*
22 *Examen de moribus promouendi ſpectat ad Epiſcopum & eius Curiam. n.96. 97.*
23 *Examinatores iudicium abſolutum de moribus promouendi remittunt ad Epiſcopum. n.97.*
24 *Vota ſua dare poſſunt publice, vel ſecrete iuxta locorum conſuetudinem. n.98.*
25 *An examinatores debeant ferre iudicium de magis idoneo: variæ opiniones. n.99. 100.*
26 *Ad Epiſcopum ſpectat iudicare abſolute, quis ſit dignior. n.101.*
27 *Epiſcopus in iudicando digniorem non eſt ligatus vota examinatorum. n.102.105.*
28 *Votum examinatorum deciſiuum eſt quantum ad dignitatem, non quantum ad exceſſum dignitatis. num.103.*
29 *Epiſcopus non habet vocem in examine niſi per modum acceſſus in caſu paritatis. n.103.*
30 *Examinatores vota debent dare, illis ſimul congregatis. n.103.*
31 *Epiſcopus iudicium de digniori poteſt habere poſt examen. n.104.*
32 *Sufficit quod Epiſcopus eligat vnum ex approbatis. n.104.*
33 *Examinatores non tenentur dare votum de digniori, niſi vocati, immo niſi vocati illud dare debent. n.105.106.*
34 *In ſecunda tamen & tertia inſtantia debent dare votum de digniori. n.106.*
35 *Examinatores ſunt conſiliarij neceſſarij quantum ad idoneitatem, ſed voluntarij quantum ad maiorem idoneitatem. n.106*
36 *Etiam ſi examinatores non dent votum de digniori*

ri reſtat ei locus appellandi ſi non eligatur. numer.107.

37 *Quare examinatoribus ſit commiſſum iudicium de dignitate prius paliter & deciſiue, non vero de maiori dignitate. n.108.*

38 *Examinatores in concurſu vbi plures examinantur, vt aliquis ab examinatoribus eligatur alijs relictis, non poſſunt reuelare puncta examinandis. n.109.*

39 *Nec vbi iurant ſe non reuelaturos. n.109.*

40 *Aliter vbi examinandus eſt idoneus, reuelare ei puncta, vel nullum, vel leue peccatum eſt. numer.109.*

90 QVæritur ſeptimò. Ad quem ſpectet iudicare digniorem ad Eccleſiam Parochialem, & ex quibus hoc iudicium fieri debeat? Nonnulla ſunt circa hanc partem aduertenda, pro intelligentia eorum, quæ in promotione ad Parochiales Eccleſias ſunt obſeruanda. Et quidem primò obſeruandum, quòd licet modus promouendi ad regimen Parochiarum ſit, vt detur per concurſum, tamen multi ſunt caſus in quibus Parochiales ſine concurſu conceduntur. Primus ſi Parochiales ſint litigioſæ, Secundò ſi Parochialis adeo exigui ſit redditus, vt examinis per concurſum operam non ferat, aut ſi nemo eſſet, qui ſe dicto examini vellet ſubijcere, aut ob factiones & diſſidia in aliquibus locis exorta periculum eſſet, quod grauiores rixæ oriṙentur, & ſcandala, vt habetur ex eodē Conc. Trid. d. ſeſſ.24. cap.18. in fine. *Gonz. in regul.85. Camell. gloſ.6. num.130. Barboſ.160. numer.38. & de Paroch. cap.2. num.16. Pax Iordan. lib.10. titul.8. num.79.* & apud eum *Theſaur. & Piaſec.* Tertiò cum quis per regreſſum obtinet Eccleſiam, quam prius poſſedit. Quartò ſi Parochialis ſit vnita dignitati, vel Canonicatui. Quintò Vicaria perpetua vnita Parochiæ, quæ ad præſentationem illius cuius dignitati, aut Parochiæ eſt vnita, & annexa datur ſine concurſu præuio examine Ordinarij, vt habetur in Conſtitut. Pij Quinti ſuper collatione Parochialium, quæ incipit, *Ad exequendum Paſtoralis officij debitum* ſub dat. Kalend. Nouemb. 1567. Quamuis ſi cura totalis, & habitualis in Vicarium transferatur, tunc Vicaria non poſſit dari niſi per concurſum. *Rota in Vliſſip. concurſus, & in alia Vliſſip. iuris conferend.* quas refert, & ſequitur *Pax Iordan. lib.10. tract.8. nu.62. Barb. alleg.60. nu.32. & de Paroch. p.1. cap.5. num.19 Garz. par.9. cap.5. à n.285. Lotter. tit.1. lib.2. quæſt. 31. numer. 55.* Et tunc cenſeatur cura totalis tranſlata in Vicarium, cum certa portio reſeruatur Rectori Eccleſiæ alijs fructibus remanētibus penes Vicarium, & per contrarium ſi certa portio aſſignatur Vicario, cura Beneficij cenſetur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & Vicario competere nudum exercitium. Sextò ſi Parochialis ſit vnita Monaſterio, vel de eius menſa, tunc enim Monaſterio nominante Rectorem, eum Epiſcopus approbat ſine concurſu. Septimò, beneficium regulare, quod Regularibus conſueuit conferri. Octauò, Prioratus Regulares, qui Regularibus ſolent commendari. Nonò, ſi Parochialis detur per permutationem. Decimò, Parochia conceſſa per reſignationem in manibus Papæ. Vndecimò, Parochiales vacantes in Curia, ſeu apud Apoſtolicā Sedem, ſiue vacent per obitum, ſiue per ſimplicem reſignationem, ſiue per dimiſſionem ex vi decreti de dimittendo primum beneficium incompatibile, huiuſmodi enim Parochiales ſine concurſu præuio tamen examine ſuper ſufficientia dantur per Datariam. Duodecimò, cura animarum quæ in Eccleſia Collegiata exercetur per Canonicos, vel Hebdomadarios. Tertiodecimò, dignitas habens curam animarum in Eccleſia Collegiata concurſu nō confertur. In iſtis igitur caſibus Parochiales non conferuntur ſeruata forma concurſus lata in Conc. Trident. dicto cap. 18. ſeſſ.24. de reform. de quare videri poſſunt. *Gonzal. ad regul.8. Cancell. gloſſ.6. Garz. de benef. par.9. cap.2. Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 60. & de off. Parochi p.1. cap.5. Pax* Iord. *lib.10. tit.8. à n.73.* & alij plures ab iſtis relatis.

91 In Parochialibus igitur, quę dantur per cōcurſum, non poteſt ommitti iſta forma, etiā ſi Epiſcopus velit Parochialem conferre perſonæ notoriè doctæ, & idoneę & benemeritæ. *Fuſcus de viſit. l.2. cap.5. num.10 Cened. Cerbus, Vgolin.* quos refert, & ſequitur *Garz. par.9. cap.2. num.105. vbi numer.103. ex decreſ. Sac. Congreg.* addit, quod Epiſcopus tenetur ſeruare formam concurſus, etiam ſi Parochialem velit conferre ſuo Vicario, & aliàs, quòd Doctor, ſiue Licentiatus in iure Canonico, aut Theologia, vel in quacumque vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine. *Parſ. lib.8. q.9. num.8. & 91. Genuen. in praxi cap.65. num 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ.4. à num.10.* In his igitur Parochialibus conferendis ſeruanda eſt forma concurſus in in Concil. Trid. ſtatuta, & à Pio V. confirmata. Ex quo decreto, quæ ſint obſeruanda tradidit S. Congregatio anno 1577. ad inſtantiam Capituli Toletani, quam per extenſum ponunt. *Garz. par.9. c.2. num.4. & Pax Iordan. lib.10 tit. 8. à num.11.* Inter alia verò requiſita, primum eſt vt intra decem dies à vacantia Eccleſiæ publicetur edictum in quo citentur, qui velint ad Eccleſiam habendam concurrere, vt habetur in dicto Conc. Trident. loco citato. Quamuis *Barboſa de off. Parochi cap.2. n.40.* referat deciſionem S. Cong. ſub die 28. April. 1629. in qua dicitur poſſe Epiſcopum intra quatuor, vel ſex mēſes reſpectiuè à die vacationis apponere edictum pro concurſu dictæ Parochialis. Et quamuis terminus in quo edictum debet manere affixum poſitus ſit in arbitrio Epiſcopi, tamen hoc tempus nō debet excedere 50. dies ex Conſtit. Pij V. In conferendis, ſub dat. Romæ 15. Calend. Aprilis 1566. Itaque in edicto debet aſſignari terminus certus temporis, in quo liceat cuicumque dare ſuum nomen pro concurſu habendo, & hic terminus eſt arbitrarius Epiſcopo, dummodo non excedat tempus viginti dierum. *Garz. par.3. cap.2. num.51. & Barboſa de off. Parochi cap.5. numer.40. Pax Iordan. num.33. vbi num.39. ex Garz.* quod valeret edictum pro 20. diebus, ſi fieret pro triginta. Quod ſi ante ſpiratum præfixum tempus fiat, & concludatur cōcurſus, remanet nullus, nullo tamen comparente ſubſiſtit. *Garz. num.326. Barboſa alleg.60. num.46. Pax Iordan. num.41* Et licet Epiſcopus non teneatur hunc terminum prorogare, eum tamen benefacere ſi intra illos 20. dies illum prorogeet, tenet *Barboſa vbi ſupra* vt decisum à Sac. Cong. ſub die 17. Martij 1619. Debet verò hoc edictum apponi ab Epiſcopo in cuius Diœceſi eſt Parochia, licet

ipſa

pſa conferenda ſit ab alio Ordinario, & in eo contineri debet dies propoſiti concurſus, & affigendũ eſt vbi de conſuetudine ſolet affigi. *Garz. numer.* 41. *Pax Iordan. num* 35. Et ex vi Conc. Trident. eſt in arbitrio Epiſcopi hoc edictum ponere, vel Concilij Prouincialis, ideò hoc edictum non eſt de forma concurſus, niſi vbi id ſtatuerit Concilium Prouinciale. *Garz. d. cap. 9. num. 36. Pax Iordan. numer.* 322. Et tranſacto termino decem, vel ad ſummum 20. dierum, non eſt ampliùs tempus, vt quis det nomẽ ſuum pro concurſu, & poſſit examinari, & concurrere præter illos, qui deſcripti fuerunt. Quàmuis re adhuc integra, ſcilicet examine nondum facto, ſi quis iuſtam cauſam alleget, etiam alijs reclamãtibus admitti debeat ad examen, vt decidit. *Rota in vna Firmana Parochialis 6. Martij* 1592. quam refert *Barboſa vbi ſupra num.* 44. *et tenent Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. num.* 115. *& Garz. lib. 9. cap. 2. num.* 209. *Pax Iordan. num.* 41. Vbi quod reiectus poteſt appellare, & vbi quod abſolutè volente Epiſcopo quicumque adueniens poteſt admitti.

92 Elapſo autem termino edicti, examen poteſt inchoari, ſed non poteſt eadem die claudi, vbi plures fuerint deſcripti, qui ſunt expectandi, vel vocandi. Nam ſi vel vnus ex deſcriptis, eo non expectato non fuerit examinatus, vitiabitur concurſus; cum ex decreto Conc. Trident. loco citato omnes qui deſcripti fuerint debeant examinari. Nec poteſt Epiſcopus limitare certum numerum perſonarum ad concurrendum in concurſu Parochialiũ, nec poteſt impedire alios Parochos ne concurrãt, cum liceat cuicumque concurrere, vt Epiſcop. Ciuit. Caſtelli reſcripſiſſe Sac. Cong. Epiſc. & Regularium refert *Barboſa vbi ſupra num.* 48. *Pax Iord. num.* 114. *&* 115. *vbi nu.* 118 aduertit, quòd quando Parochialis vacat per liberam reſignationem in manibus Ordinarij, cum ex Bulla 5. Pij V. tunc non poſſit Ordinarius eam cõferre conſanguineis, & familiaribus ſuis, aut reſignantis, tunc nec eos poteſt admittere ad concurſum, vt declaraſſe Sac. Congregat. idem refert. At vno ſolo comparente ex pluribus deſcriptis debebit fieri concurſus, nec opus erit vt proponatur ſecundum edictum. *Garz. d. cap. 9. numer.* 215. niſi alij deſcripti fuerint legitimè impediti, ne venirent in termino præfixo ad examen; quia tunc non poteſt concurſus terminari per vnius ſolius examen, ſed alij etiam ſunt examinandi, vt tanquam deciſum à Sac. Congreg. refert idem *Garz. ibid.* Quòd ſi propoſito edicto vnus ſolus dederit nomẽ ſuum & comparuerit pro concurſu habendo, ille ſolus eſt examinandus, nec erit nouum edictum promulgandum, ſed illi tradetur Parochialis, ſi inueniatur idoneus, *Garz. ibid. Barboſ. num.* 50. Sed vbi nullus comparuit pro cõcurſu, vel qui comparuerunt nolunt ſubire examen, tunc aliud eſt promulgandum edictum, vel aliud tempus aſſignandum. Quòd ſi nullus comparecat, vel velit ſubire examen, vel nullus reperiatur idoneus, poterit Parochia conferri ſine concurſu. *Filliuc. tract. 41. cap. 4. nu.* 152. *Garz. vbi ſupra num.* 218. *Barboſa num.* 51. *Pax Iordan. num.* 120. *&* 121. Quod ſi electus ab Epiſcopo, vel moriatur, vel cedat iuri ſuo, nouus concurſus eſt indicendus. Et tunc Ordinarius nouum terminum habebit. *Pax Iordan. num.* 122. 123. *&* 124.

93 Examen autem fieri debet coram Epiſcopo, vel eius Vicario ab examinatoribus in Synodo approbatis, & ex his ſaltem à tribus, vt decernit Concil. loco citato. Si autem omnes iſti tres examinauerint, & in approbatione præſentes fuerint, etiam ſi tertius votum ſuum non explicauerit, examen erit validum. *Pax Iordan. num.* 42. referens ad hoc declarat. S. Cong. Quod ſi in eadem die non poſſit examen perfici, poterit in alia die continuari. Et ſi adſit ſuſpicio, quod examinandi ſecunda die veniant in cognitionem interrogatoriorum examinis præcedentis, noua tunc poterunt fieri interrogatoria, prout declaraſſe Sac. Cong. Epiſc. & Regul. ſub die 20. Iulij 1592. refert *Barboſa vbi ſupra num.* 53. *Pax Iordan. nu.* 191. Hi verò examinatores debent eſſe vel Doctores, vel Licentiati, vel qui magis habiles iudicati fuerint, vel ex Clericis ſecularibus, vel ex Regularibus. Et ſi in examine interueniat alius, qui non ſit examinator Synodalis concurſus eſt nullus. *Garz. vbi ſupra numer.* 83. *&* 324. *&* 342. *Rota in Baſſanen. Paroch.* 18. *Februar.* 1628. *coram Verosp. & in Nicen. Parochialis* 25. *Iunij* 1629. *coram eodem*, quam refert, & ſequitur *Barboſa vbi ſupra num.* 71. Et hoc adeo ſeruandum eſt, vt non ſufficiat ſi ſint 3. examinatores Synodales, & poſt hoc alij non Synodales adhibeantur, ſed omnes examinatores qui interſunt debent eſſe Synodales. *Garzias d. num.* 324. *Rota in Seguntina Parochialis*, 15. *Iunij* 1638. quam per extenſum refert *Barboſa vbi ſupra num.* 72. *Pax Iordan. nu.* 155. in qua multa habentur notata digna ad hanc materiam facientia. Iſti quoque examinatores iuramentum de officio fideliter exercendo præſtare debent tactis Euangelijs, Concil. Trid. *loco citato*, & ita vt concurſus ſit nullus, ſi aliter fiat. *Garz. vbi ſupra num.* 356. Quod iuramentum in manibus Notarij præſtandum eſt: Quamuis conſultius eſſe, ſi præſtetur in Synodo dicant. *Maſorb. r. quiſ. 14. d. 3. Barboſ. de Paroch. cap. 2. num.* 78. *Pax Iordan. d. lib. 10. tit. 8. nu.* 130. & ſufficit ſi ſemel iurauerint. *Garz. num.* 359. *Pax Iordan. numer.* 133.

94 Et hi examinatores occaſione examinis nõ poſſunt quidquam nec ante, nec poſt examen accipere, aliter ſimoniacorum pœnas tam ipſi, quam dantes incurrunt, nec poſſunt ab eis abſolui niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocumque etiam ante obtinebant, & ad alia in poſterũ reddantur inhabiles, Ita Conc. Trident. dicto cap. 18. *Petrus de Ledeſma tract. 7. cap. 2. concluſ. 7. prope fin. Garz. d. lib. 9. cap. 2. num.* 178. *Gratian. diſcept. cap.* 561. *num.* 21. *Bonac. de ſimon. q. 7. punct. 2. diff. 1. num. 5. Barboſ. vbi ſupra numer.* 79. *& de off. Epiſ. alleg. 60. num.* 52. *& alij.* Ex quibus etiam habetur, hos examinatores priuari beneficijs ſi quid accipiant etiam gratis datum, & ad captandam beneuolentiam, & in modica quantitate ſufficiente ad furtum mortale, quia Concilium prohibet ne examinatores aliquid accipiant, Quidquid in contrarium dixerint. *Ledeſma tract. 7. cap. 2. concluſ. 7. diffic.* 13. *& Zerola in praxi, v. Parochia, §. 2. dub.* 13. *Pax Iordan. num.* 121. nec poſſe examinatores titulo ſtipedij aliquid ex fructibus beneficij percipere. *Garz. par. 5. cap. 7. num.* 11. *& par. 9. cap. 2. num.* 264. *Bonac. & Barboſa vbi ſup. num.* 81. nec poſſe Epiſcopum, aut Synodum aliquod vel minimum ſtipendium pro iſtis examinatoribus decernere *Garz. dict. par. 9. cap. 2. num.* 347.

Bonac.

Digitized by Google

Bonac. vbi ſupra num. 7. Barboſa num. 82. & de offic. Epiſ. alleg. 60. num. 53. Maſſorb in praxi habendi concurſum, requiſ. 15. dub. 1. oppoſitum tamen tenet *Ledeſma loco citato* explicans Concilium, vt loquatur de acceptione à concurrentibus, & in Hiſpania in multis Eccleſijs praxim eſſe, vt examinatoribus dentur ſtipédia ex fructibus beneficij vacantis tradunt idem *Ledeſma, & præfatus Garzias*. Verùm cum Concilium non diſtinguat, ſed abſolutè paſſiuam acceptionem prohibeat, dicendum eſt nullum poſſe ſtipendium accipi huius examinis occaſione à quocumque, & de cuiuſcumque bonis detur, quód fuiſſe declaratum à S. Congregatione in vna *Gerunden. & in alia Abulen. & in alia Salernit. referunt Garzias p. 8. c. 1. n. 77. & p. 5. c. 7. n. 11. & p. 9. c. 2. n. 374 & Bonacina d. q. 7. p. 2. diff. p. n. 5. Pax Iordan. nu. 160.* Ex quo ſequitur, quòd neque *Garzias n. 379. neque Bonacina n. 6. neque Barboſa n. 83. neque Pax Iordan. n. 163.* conſequenter loquuntur, admittentes Epiſcopũ poſſe de ſuo dare aliquid examinatoribus iſtis titulo præmij, vel ſalarij, vel ſuſtentationis, quia Concilium non videtur loqui de Epiſcopo. Nam Concilium de omnibus loquitur, cum paſſiuam acceptionem abſolutè prohibeat, Et quia Concilium prohibet accipi aliquid occaſione examinis, bene infert *Bonacina*, quod prohibeatur acceptio ex quocumque titulo aliàs licito, ſi id quod datur, datur occaſione examinis. Hoc verò extẽdi etiam ad Epiſcopum, vel Vicarium eius, vt nec ipſi poſſint aliquid accipere, id affirmant *Garz. nu. 380. & Bonac. num. 7. & Barboſa num. 83. Pax Iordan. numer. 162.* Quia ad id tenentur ex officio, & habent redditus ſufficientes, vnde nec poſſunt accipere ſportulas ex prouiſione beneficij, & ideo multò minùs ex examine, quod eſt via ad prouiſionem. Quantùm tamẽ ſit ex vi huius decreti Concilij ipſi recipere non prohibentur, quia non veniunt ſub nomine Examinatorum. Et ideo ſi aliquid recipiant non incurrunt pœnas latas a Concilio contra examinatores.

94 Sed de quo fieri debet hoc examen? Debetne fieri nedum de ſcientia, ſed etiam de ætate, moribus, legitimitate, & alijs qualitatibus neceſſarijs? Ex vna enim parte ſic videtur affirmandum propter illa verba *Concil. d. c. 18. Renuncientur quotcumque ab his idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs &c.* Iudicium igitur examinatorum reſpicit nedum ſufficientiam in literis, ſed honeſtatem morum eorum, qui ad Parochiales promouendi ſunt, igitur examinatores de omnibus his examinare debent. Et ideo ex *Ledeſma hoc tenet Garzias lib. 6. de benef. cap. 2. num. 136. & part. 9. cap. 2. num. 105.* referens hoc pluries fuiſſe declaratum à S. Congregatione, & ita vt hoc ſit de forma, & nõ ſit ſatisfactum decreto Concilij, & propterea ex hoc defectu fuiſſe nullam declaratam prouiſionem Parochialis à *Rot. in Caſalen.* Parochialis de an. 1586 *coram Robuſterio, & in Iuuenacen. Beneficij 15. Dec. 1593. coram Mantica.* Et de declarat. S. Con. conſtat etiam ex *deciſ. 648. & 652. & 546. nouiſſ. Farin.* Sed ex alia parte, à quo informationem accipere poſſunt, & debent examinatores? Nam ad ſumendam informationem extraordinariam ante examen, non tenentur, quia Concilium hoc illis non præcipit. Et cum examinatores ſynodales debeant eſſe ſex ex præſcripto Concilij ibidem ex quibus Epiſcopus pro ſui arbitrio non tenetur eligere niſi tres, nullus ex examinatoribus ſcit ſe adfuturum eſſe examini. Et neque illis innoteſcunt nomina examinandorum niſi ex accidenti, quia examinandi Notario in Curia non ipſis examinatoribus dãt nomina ſua; non eſt igitur vnde obligentur examinatores ad ſumendas informationes de examinandis ante examen In ipſo verò examine vbi nullus eſt à quo ſumi poſſit informatio, niſi ipſe de quo informatio eſt accipienda, non datur locus ſecuræ informationi. Nã & qui eſt examinandus ſuas culpas, ſi habet, abſcondet quantùm poterit, & defectus occultabit.

95 Dicitur primò: Examinatores debere iudicare nedum de ſcientia, ſed de ætate, moribus, prudentia &c. Nam ſatis apertè Concilium hoc decreuit, & hoc eſt, quod tenet *Garzias citatus*, & tradiderunt Maſſorbius in praxi *requiſ. 5. dub. 3. Rota dec. 22. n. 18. & dec. 90. coram Burat. Valer. & Ricc.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 18. Conc. Trid. & de off. Parochi cap. 2. n. 84. Martinez cap. 19. q. 6. n. 17. Pax Iordan. n. 174.* & ſupponunt DD. paulò infra citandi.

96 Sed nihilominùs dicitur ſecundò, quòd examen de moribus non debet fieri ab examinatoribus, quia vt dictum eſt, non tenẽtur ipſi ante actum examinis inquirere de vita examinandorum, & locus examinis non eſt proportionatus inquiſitioni de moribus, & prudentia. Sed examen debet fieri à Curia in qua conſtare debet de ætate, & quatenus opus ſit etiam de bona fama examinandi. Cæterùm examinatores ex ijs quæ ſciunt, & cognoſcũt iudicare debent, & tenentur præſumere bonum moribus, contra quem non eſt rumor malus. Bene tamen facient extraiudicialiter inquirendo ante examen de moribus, prudentia &c. examinandorum. Cæterùm hoc examen ad Epiſcopum pertinet, qui debet inuigilare, vt magis idoneum inueniat, quem eligat.

97 Hinc eſt, quòd dicta *Rota in Caſalen.* Parochialis dixit examinatores quantum ad iudicium de vitæ bonitate potuiſſet ſe remittere iudicio Epiſcopi, quia in dubio iuriſdictioni Epiſcopi cenſetur derogatum cumulatiuè, non priuatiuè quod, & tenet *Barboſa de Parocho cap. 2. num. 84.* Neque obſtat motiuum *Garziæ d. l. 9. c. 2. n. 241.* dicentis, quòd ſi hæc ratio valeret, ſequeretur, quòd etiam poſſent ſe remittere ad Ordinarium in iudicio ſciẽtiæ; nam dicitur, quòd non eſt eadem ratio, quia examinatores per ſe primò aſſumuntur ad examen doctrinæ, & hoc examen illis committitur, & ipſi de ſcientia poſſunt facere experimentum certũ; vnde in hoc non debent, nec poſſunt ſe remittere ad iudicium Epiſcopi, ſed ipſi proprium iudicium debent exprimere. Sed hoc nõ poſſunt facere de moribus; quia licet poſſint informationes accipere ante examen literarium, hoc tamen illis non eſt cõmiſſum, & ſi ad hoc tenerentur, deberẽtur ante examen certiores fieri iuridicè de examinandis, & deberet illis præſcribi tempus ad ſumendas informationes, vt informati ad publicum examen conuenirent. Sed vtraque harum opinionum conciliatur, & dicitur, quod ſecundùm ea, quæ ſciunt debent iudicare etiam de vita, & moribus promouendorum; ſed tamen, quia illis ex officio non incũbit eſſe plenè informatos de omnibus qualitatibus

con-

Digitized by Google

conditionibus circumſtantijs promouendorum, iudicium abſolutum de idoneitate eligendorum remittere debent ad Epiſcopum, vt infra magis probatur. Et iuxta hunc ſenſum admitti poteſt, quòd dixit idem *Garz. d. cap. 2. num. 106.* ſcilicet peccare mortaliter examinatores, facientes relationem, & approbationem ſolùm quantùm ad literaturam, etiã ſi Epiſcopus ita velit, quia non adimplent officium ſuum, vt debent; Hoc enim procedit, quantùm ad notitiam quam habent, vel à ſe, vel ab inuicem, vel ab Epiſcopo de moribus promouendorum. Sed iudicium abſolutum ad illos non ſpectat quia ex examine, quòd fit ad illis tunc tale iudicium prudenter haberi non poteſt, & ipſi non tenentur iudicare niſi ex notis. Cum tamen eorum officium non ſit extra illud examen ſumere plenam informationem de examinandis.

98 Iſti etiam examinatores qualiter dare debẽt vota ſua? Magis expedire vt examinatores dent vota publicè, quàm ſecrete ex quadam declaratione S. Congregationis tradidit *Garzias d. cap. 2. n. 108.* & idem dixerunt relati ab ipſo *Genuen. in praxi c. 66 in annot. cap. 66. nu. 17. Vgol. de off. Epiſ. cap. 50. n. 11.* quos ſequutus eſt *Barboſa de off. Epiſ. all. 60. num. 96. & de Paroc. cap. 2. nu. 86. Sed Franciſcus* Leo *in Theſaur. fori Eccleſ. cap. 18. num. 35.* aſſerens Bononiæ vota dari ſecretè per fabas, ſentit hoc tutò fieri poſſe, & ſic vitari contentiones, quæ ex affectione bona, vel mala ad aliquem examinatum oriuntur ſæpius. Et ad declarat. S. Congregationis dicit eam non continere præceptum, ſed ſolum dicere, quòd magis expedit, At verò ſtat, quòd id, quòd magis expedit in vno loco, non expediat in alio. Et ita etiam tenet. *Pax Iordan. n. 168. & 173.* & apud eum *Naldus.* Quod etiam in promotione ad Canonicatus magiſtrales, & Doctorales in Regnis legionis, Caſtellæ, Granatæ, & Nauarræ ex bullis Sixti IV. & Leonis X. vota examinatorum debeant eſſe ſecreta tradit *Palaus par. 2. trac. 13. d. 3. par. 3. n. 5.*

99 Eorumdem autem examinatorum iudicium debet ne eſſe de idoneitate, vel de maiori idoneitate? Aut, aliud connexum, & ſimul neceſſariò explicandum interrogando, Iudicium examinatorum eſt ne deciſiuum, vel conſultiuum? Nam eſſe neceſſarium, quòd examinatores ferant iudicium ſuper maiori idoneitate, & decernant quis in concurſu ſit dignor, & aptior ad Parochiale munus, tradiderunt *Bartholom. Medina in ſum. l. 1. cap. 14. §. 32. Ludouicus* Lopez *p. 1. cap. 127. concluſ. 4. Tomas Hurtado l. 2 trac. 12. cap. 1. reſol. 21. à n. 1304. Villalobos in ſum. to. 2 trac. 8. diff. 5. n. 7. Azor. & Zerola* quos refert *Diana p. 3. trac. 5. Miſcelan. reſol. 111. Rota apud Farinac. dec. 672* quam refert, & ſequitur *Barboſa de off. Epiſ. all. 60. n. 93. Martinez de Prado cap. 19. q. 6. n. 11.* & magis probabile affirmat *Ledeſma tr. 7. cap. 2. concl. 7. diff. 13* Et fundantur præcipuè in Conſtit. 13. Pij Quinti, quia niſi per iudicium examinatorum decerneretur quis in concurſu eſſet melior, non daretur locus appellationi poſtquam Epiſcopus eligiſſet minùs dignum relicto digniori, vt vult Pontifex in ea Conſtitue. Secundò nam examinis, habiti in concurſu iudiciũ debet eſſe de digniori, quia finis huius examinis eſt, vt inueniatur dignor, ex hoc enim iubẽtur prætenſores concurrere, vt ex hoc dignior inueniatur, igitur examinatores, qui ſunt iudices huius concurſus, debent decernere quis ſit bonus in concurſu, quod eſt dicere, quis ſit dignior.

100 Sed oppoſitum alij ſentiunt, volentes quod ad examinatores pertineat ſolum iudicium de idoneitate promouendorum, & iudicium de digniori ad ſolum ſpectet Epiſcopum, & ideo quod examinatores niſi interrogentur, non debeant reſpondendo iudicium facere de digniori, ſed de digno, iudicium de digniori relinquentes Epiſcopo, tenuerunt *Vener. in exam. Epiſ. lib. 4. cap. 25. num. 25. Lotherius tom. 1. lib. 2. quæſt. 31. nu. 98. Maſſorb. in praxi requiſ. 4. dub. 3. num. 2. Garzias part. 9. cap. 2. à n. 108. Vmianus in praxi part. 2. lib. 10. cap. 1. num. 45. Card. de Lugo diſp. 35. num. 66. Pax Iordan. num. 177.* Et idem probabile dixit *Ledeſma loco citato.*

101 Dicitur primò, ad Epiſcopum pertinere iudicare abſolutè, & finaliter, quis ex concurrentibus ſit dignior, eumque ſic iudicatum ad Parochialem eligere, Probatur hoc ex Concil. Trid. *d. cap. 18.* ibi *Peracto deinde examine renuncientur, quicumque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Eccleſiã gubernandam opportunis, ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre.* Itaque expreſsè Concilium decernit, quòd ex ijs, qui per examen fuere approbati tanquam idonei, Epiſcopus iudicet, quis ſit melior, & eum eligat; Ad Epiſcopum igitur ſpectat abſolutum, & finale iudicium de maiori dignitate eligendorum, vt tanquam deciſum pluries à Sac. Congregat. ſuſtinẽt *Garz. de benef. p. 6. c. 2. n. 236. & cap. 9. à n. 108. Mar. Antonin. variarum reſol. l. 1. reſol. 63. nu. 8. Armendar. in add. ad recopil. legum Nauar. l. 1. tit. 18. l. 7. num. 58. Maſſorb. in praxi requiſ. 4. dub. 1. Franc. Leo in theſau. Fori Eccleſ. p. 2. cap. 3. n. 34. Cardinalis de Lugo diſp. 35. n. 64. & 65. Pax Iordan. num. 178. Barboſa ad d. cap. 18. Concil. Trid. nu. 121. & de off. Parochi cap. 2. n. 90. Idemque tenuit Thomas Hurtado loco ſupra citato,* & ſà nemine negari, aut negari poſſe attentis verbis Concilij aſſerit *Martinez de Prado, vbi ſupra num. 9.* Hoc enim iudicium meritò à Concilio reſeruatum fuit Epiſcopo, nedum vt non æquatentur illi examinatores; & nedum quia Epiſcopus tanquam Præſes Epiſcopatus multa ſcire poteſt, quæ ignorentur ab examinatoribus, immò, & quæ non ſit bonum examinatoribus propalare, ex quibus dependet maior dignitas promouẽdorum; ſed quia Epiſcopus ſolus eſt Paſtor illorũ fidelium, qui pertinent ad Parochias ſuæ Diœceſis, & ad ipſum ſpectat illas paſcere, per eum miniſtrum, quem magis iudicauerit aptum.

102 Dicitur verò ſecundò, quòd Epiſcopus ad hoc iudiciũ habendũ licet debeat præmittere examen iuxta formam Concilij, vt ſupra probatum eſt, non tamen dependet à iudicio examinatorum niſi quantùm ad dignitatem, ita quòd iudicium examinatorum, non eſt deciſiuum niſi quantùm ad iudicium dignitatis, & itaut ex approbatis tanquã dignis ab examinatoribus Epiſcopus ſit liber, & in iudicando, & in eligendo quemcumque iudicauerit digniorem. Hanc aſſertionem tradunt DD. citati pro ſecunda ſententia, & attentis verbis Concilij non poteſt negari. Quòd enim examinatorum iudicium reſpectu dignitatis ſit deciſiuum, habetur ex eo, quòd Concilium vult, vt renuncientur ab examinatoribus, qui ſunt idonei, & quòd

Digitized by Google

Epiſcopus ex his eligat, Sed quòd reſpectu magis idonei Epiſcopi iudicium ſit liberum, habetur, quia Concilium ab examinatoribus requirit, vt renuncient idoneos. & hoc facto reſeruat Epiſcopo facultatem iudicandi, & eligendi digniorem.

103 Hæc autem adeo vera ſunt, & ita diſtinguntur hæc duo iudicia, ſcilicet iudiciũ de digno, & iudicium de digniori, vt primum neceſſario ſit dandum ſolùm ab examinatoribus ſimul congregatis, non verò ſeparatis, *Garzia d. par. 9 cap. 2. num. 58. Maſſorb. d. requiſ. 4. dub. 2. Barboſ. ad d. cap. 18 num. 13. & de Parocho cap. 2. num. 87.* Et in hoc iudicio Epiſcopus non habet votum deciſiuum, ſed ſolùm in caſu, quod vota examinatorum ſint paria, poteſt ad vnam partem accedere. *Maſſorb. d. req. 4. dub. 5. Barboſa in d. cap. 18. num. 115. & de Parocho cap. 2. num. 92. Pax Iordan. num. 171.* Vnde ſi vnus ſolus compareat examinandus, & is approbetur ab vno, & reprobetur à duobus non poteſt Epiſcopus accedere ad illum vnum, ſed examinatus cenſendus eſt reprobatus, vt tanquam à Sac. Congreg. deciſum tenent *Garzias vbi ſupra nu. 60. Maſſorb. dub. 7. Barboſa ad dictum cap. 18 numer. 115. & de Parocho cap. 2. num. 88.* Quando verò contingere poteſt acceſſus, Epiſcopus accedere debet in loco examinis coram examinatoribus congregatis. *Garz. num. 58. Maſſorb. dub. 2. Barboſ. ad d. cap. 18. n. 113. & de Parocho cap. 2. nu. 87.*

104 Sed iudicium de digniori eligendo poteſt ab Epiſcopo haberi poſt examen, & extra locum examinis, & ſeparatim ab examinatoribus. *Garz. vbi ſupra num. 59. Maſſor. req. 5. dub. 20. Barboſa ad dictum cap. 18. num. 120. et de Parocho cap. 2. num. 93.* Et non tenetur Epiſcopus iudicare & eligere ex collatione votorum habita ratione calculorum, ſed approbatum ab omnibus electoribus poteſt relinquere, & eum admittere, qui vix fuit approbatus, etiam ſi fuit approbatus per acceſſum eiuſdẽ Epiſcopi, in caſu quod vota electorum fuerint paria. Quia omnes approbati dicuntur quicumq; ſunt approbati, ſiue ab omnibus, ſiue à maiori parte, & Epiſcopo ſufficit quòd vnum ex approbatis eligat, vt ex verbis Concilij clarè habetur, & tanquam deciſum à Sac. Cong. tenent *Garzias d. par. 9. cap. 2. num. 109. Maſſorb. d. requiſ. 5. dub. 21. Barboſa ad d. cap. 18. num. 116. & 122. & de Parocho cap. 2. nu. 88. & 93.* Et idem tenet *Card. de Lugo diſp. 35. num. 65. Pax Iord. num. 180.*

105 Dicitur tertiò, quòd examinatores iſti nõ habent ius iudicandi niſi de idoneitate, nec teneri, immò nec debere inuito Epiſcopo decernere de maiori idoneitate; ſi vero requirantur debere in conſcientia reſpondere ad Epiſcopi intentionem, & nihilominùs tunc hoc iudicium non eſſe deciſiuũ, ſed conſultiuum tantùm. Hoc etiam tenent DD. citati pro ſecunda ſentẽtia, & habetur clarè ex Cõcilio, vbi de examinatoribus præcipit ſolùm, quòd ab ipſis renuncientur, qui ſunt idonei, relicto iudicio de digniori inter approbatos ipſi Epiſcopo. Poſſunt nihilominus examinatores etiam non interrogati proferre iudicium ſuum de maiori dignitate, & hoc etiam eſt vtile ad maiorem informationem Epiſcopi. Sed nec Epiſcopus tenetur hoc inquirere ab illis, quia ad hoc neque obligatur à Concilio, neque eſt obligatus ex officio, cum ex officio non ſit obligatus ad vocandos examinatores, etiam ad iudicandum idoneitatem; cum ipſe per ſe ipſum poſſit promouendos examinare. Et quamuis teneatur informationes ſumere de promouendis, nec poſſit non bene, & plenè notum promouere, tamen non tenetur has informationes magis ſumere ab hoc, quàm ab illo ex informatis, vnde tunc ſolùm tenebitur petere informationẽ ab examinatoribus, quando non poteſt eam aliunde habere.

106 Ita neque examinatores tenentur ferre iudicium ſuum de maiori idoneitate, quia ad hoc nõ obligantur ex Concilio, vt patet; ideoque neque ex officio, quia aſſumuntur vt iudicent de idoneitate, vnde reſpectu maioris idoneitatis ſunt conſultores voluntarij, quos Epiſcopus poteſt adhibere ſi vult, ſed non tenetur. Quod probat *Card. de Lugo, n. 66. ex Card. Paleoto de ſacro Conſiſt. par. 4. quæſt. 1.* dicẽte, Cardinales interrogatos de dignitate alicuius eligendi in Epiſcopum, non teneri dicere eſſe alium digniorem, quia ſunt conſultores Papæ, qui tenentur ad interrogata reſpondere fideliter, & non ad amplius. Quando tamen de contraria voluntate Epiſcopi non conſtet, præſumi debere, quòd velit ab eis informari etiam de maiori idoneitate, ideò & de hac eos teneri ſine æquiuocatione reſpondere, quis eorum ſit dignior, tenet *Cad. de Lugo n. 67.* quia dicendo ſolum omnes eſſe idoneos, vel duos, aut tres eſſe idoneos, videntur implicitè iudicare, quod Epiſcopus ex illis poteſt eligere, quem voluerit, quia omnes illi ſunt æquales, vel ferè æquales. Sed non crederem dari hanc obligationem. Examinatores enim præſumere debẽt ſe vocatos ad id, ad quod inſtituti ſunt à Concilio, nimirum tanquã neceſſarij conſultores quantum ad idoneitatem, & tanquam voluntarij quantùm ad exceſſum dignitatis, ac propterea non teneri ad applicandum iudicium de maiori dignitate, niſi vocentur. Et dum dicunt omnes eſſe idoneos clarè loquuntur, nec poteſt nec debet Epiſcopus maius quid intelligere, quam verba ſonent, ſed ſi vult informari de maiori dignitate, debet id petere. In vno tamen caſu neceſſe eſt examinatores ferre iudicium de maiori idoneitate, ſcilicet in ſecunda, & tertia inſtantia, quando in iudicio appellationis quæritur an omiſſus ſit dignior *Pax Iordan. dict. lib. 10. tit. 8. num. 184. vbi num. 185.* inquit, quòd in paritate votorum iudex appellationis poteſt accedere, cui voluerit ad arbitrium boni viri, cum in hoc multùm poſſit arbitrium iudicis reſſe. *Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 31. num. 145.* & addit *Pax Iord.* quòd ipſe etiam cũ mediocri exceſſu qualitatum appellantis accederet ad promotum ab Ordinario, tum ob æquitatem, tum ad remanendum petulantiam appellantis.

107 Ad fundamenta verò primæ ſententiæ reſpondetur, & dicitur ad primùm cum *Garz. d. p. 9. cap. 2. nu. 113.* quod benè datur locus appellationi à iudicio Epiſcopi etiam ſi Examinatores non ferant iudicium de maiori dignitate promouendorum. Quia in iudicio appellationis non debet decerni maior dignitas ex examine facto, ab immediato Ordinario, & ex actis illius. Nam immò & datur locus appellationi etiam ſi Epiſcopus elegiſſet minùs dignum ab Examinatoribus approbatorum tanquam digniorem, & appellans habet ius probandi, quòd tam iudicium Epiſcopi, quam

exa-

examinatorum fuerit irrationabile, nec ius appellandi fundatur ſuper hoc quòd Epiſcopus minus dignum elegerit contra votum examinatorum, ſed quia minus dignum ex iudicio irrationabili elegerit, quod poteſt contigiſſe; etiam ſi elegerit ex iudicio electorum, quorum iudicium non minus immò magis irrationabile poteſt eſſe, quam Epiſcopi. Sed in iudicio appellationis ex nouiter deductis intendit probare appellans, ſe eſſe magis dignum, & alium irrationabiliter fuiſſe electum.

108 Ad ſecundum dicitur, quòd iudicium de pluribus concurrentibus principaliter eſt inſtitutũ ad excludendum indignos; quia verò fit etiam ad ſecernendum meliorem, hoc reſeruatum fuit Epiſcopo, coram quo fit examen, & ad quod nihilominus illud ſolum examen non eſt medium ſufficiens. Eſt enim conſideranda duplex dignitas in promouendis, quædam ſcilicet intrinſeca, cuius priuatio reddit indignum abſolutè, & hæc poteſt dici veluti eſſentialis, alia eſt accidentalis quodammodo, & extrinſeca, quæ non tam ex conditionibus perſonę ſumitur, quàm ex circumſtantijs extrinſecis loci, temporis, perſonarum, vel ſi deſumitur ex conditionibus perſonæ, pertinet ad exceſſum dignitatis. Dignitas veluti eſſentialis ſatis ſufficienterque poteſt expendi ab examinatoribus, quia de ſcientia ipſi experimentum ſumunt, de ætate conſtare debet in actis, de moribus ſufficit quòd eligendus nõ ſit diffamatus de aliquo crimine, & quod communiter habeatur vt vir honeſtæ famæ, & vt de legitimo matrimonio natus; ideò examinatores ſunt ſufficienter inſtructi etiam de alijs qualitatibus neceſſarijs ad hoc, vt aliquis non ſit indignus, quia ignotum non debent admittere, de noto verò benè conſcij erunt an ſit legitimus, vel de malo crimine diffamatus, & ad vitia procliuis, & huiuſmodi, & de ſcientia experimentum ſumunt per examen. Sed de omnibus circumſtantijs extrinſecis, & de exceſſu bonitatis, & prudentiæ promouendorum, nec ſunt neceſſariò plenè informati examinatores, nec ad eorum officium ſpectat huiuſmodi informationem ſumere, neque hoc illis præcipitur, ſed hæc pertinent ad Epiſcopũ, cuius eſt cognoſcere ſuas oues, & miniſtros quos eligit ad cuſtodiam ſuarum ouiũ. Ideò vbi ad huiuſmodi miniſtros eligendos neceſſaria eſt dignitas, & maior dignitas, Concilium inſtituit examen principaliter ad ſeparandum indignos à dignis, & hoc iudicium commiſit Examinatoribus. Sed iudicium de digniori, quod dependet à quàmplurimis, quæ non apparent, nec apparere poſſunt in illo examine, reſeruauit Epiſcopo; quoniam ad hoc iudicium, licet illud examen ſit vtile, non tamen eſt ſufficiens, quia nec ſufficit notitia publica ad eligendum digniorem miniſtrum. Quomodo autem à iudicio examinatorum poſſit, vel non poſſit dari appellatio tradunt. *Barboſa de Parocho cap.2.num.138.& Pax Iordan. d.lib.10. tit. 8. num.181.* & dicetur infra cap.32.

109 Vltimò tandem de his examinatoribus benè *Martinez num.14.poſt Nauar.miſcell.41. de orat. num.104. Rodriquez tom.1.ſum.cap.54.nu.1.& Dianam par.5.tract.14.& 2. miſcel.reſol.89.* aduertit, nõ licere iſtis examinatoribus aliquem examinandum præmonere de punctis, quoniam hoc eſt in præiudicium aliorum, vnde eſt manifeſta iniuria, quidquid in contrarium dixerit. *Peyrin.tom.3.cap.2.ad Conſt Sixti IV.n.25.* Vbi tamen examen non fit per concurſum, ſi nihilominùs examinatores iurant de non manifeſtando nec in genere nec in ſpecie ea de quibus examinandi interrogari debent, ſicut iurant examinatores Epiſcoporum coram Sanctiſſimo, certum eſt eos peccare contra iuramentum, ſi illud violent. *Diana num.10. tract.16.reſol.37.* Sed vbi nõ interponitur iuramentum adhuc *Martinez.* putat huiuſmodi præmonitionem eſſe illicitam, quia vergit in damnum communis boni. Sed certè in hoc caſu admitti poteſt ſententia *Peyrini*, quam etiam admiſit *Diana loco citato*, ſi aliàs examinandus cognoſcitur idoneus. Quid enim intereſt magni bono communi, quòd examinatus appareat doctior, vel minùs doctus, dum per hoc nec excluduntur qui ſunt in re magis docti, nec fit illis præiudicium. Nam nec bonum vnius eſt aliorum malum, niſi illum impediat iniuſtè à conſecutione alterius boni. Neque vnus habet ius, vt alius non ſit bonus, vel vt non appareat melior etiam fictè, & ſimulatè, ſi ex hoc ille non impeditur iniuſtè ab aliquo alio bono conſequendo. Vbi igitur examẽ non fit in concurſu, neque ad incluſionẽ vnius, vel aliquorum, & excluſionem aliorum, ſed ad incluſionem omnium examinatorum, ſi ſint digni, ſi vni ex illis verè digno reuelantur puncta, vt timore ver. gr. non obruatur, vel etiam vt meliùs reſpondeat, & ſecuriùs, non fit præiudicium notabile bono cõmuni, quia ille eſt idoneus, nec contra bonum cõmune eſt quòd hic, vel ille appareat magis, vel minus doctus, vbi ſola idoneitas eſt neceſſaria, & habenda in conſideratione. Quod eo ampliùs eſt verum, quòd excellentia non fundata licet in vno actu luceat, ſtatim euaneſcit.

S V M M A R I V M.

1 *Patronus Eccleſiaſticus tenetur eligere meliorem. num.110.*
2 *Prouiſio iurispatronatus Eccleſiaſtici debet fieri per concurſum. n.111.*
3 *Patronus Eccleſiaſticus non poteſt præſentare niſi poſt concurſum. n.111*
4 *Ad examinatores non pertinet iudicium de maiori dignitate examinati. n.112.*
5 *Patrono ſufficit præſentare ex indicatis idoneis. num.112.*
6 *Etiam ſi ab examinatoribus fuerit quis indicatus minus idoneus, patronus illum validè præſentat. num.112.*
7 *Dignior tamen poteſt ſe opponere præſentationi. num.112.*
8 *Vbi prouiſio pertinet ad Papam, Epiſcopus non habita ratione patroni habito concurſu indicat meliorem, & Pontifici notum facit. nu.113.*
9 *Etiam ſi prouiſio Parochialis non pertineat ad Epiſcopum, ad ipſum pertinet habere concurſum, & iudicare meliorem. n.114.*
9 *Si ex inſtitutione beneficij ſtatutum eſſet, vt prouiſio Parochi fieret ſine concurſu, ſeruandum eſſet. Sed tamen promouendus examinari deberet. numer.115.*
10 *An patronus laicus teneatur præſentare digniorem plures opiniones. n.116.117.& 118.*
11 *In iurepatronatus laico non habet locum concurſus num.119.*

Digitized by Google

13 *Patronus laicus præſentat, quem vult. n.119.*
14 *Præſentatus à Patrono laico debet examinari. numer.119.*
15 *Si ius eligendi in iurepatronatus laico deuoluatur ad Epiſcopum, non poteſt ſine concurſu conferri Parochialis. num.120.*
16 *Si ſint plures præſentati æquales in iure, Epiſcopus per concurſum meliorem eligit. n.121.*
17 *Si exiſtente lite Epiſcopus manutenetur in poſſeſſione, non confert beneficium ſine concurſu. numer.122.*
18 *Si in fundatione ſtatutum fuit, vt fiat concurſus in præſentatione Patroni fieri debet. num.122.*
19 *Præſentatus à patrono laico debet examinari ab examinatoribus Synodalibus. nu.124.*
20 *Patronus laicus debet eligere digniorem. numer.125.126.*
21 *Fundator non poteſt in fundatione imponere pactũ vt liceat eligere dignum relicto digniori ad regimen animarum. num.126.*
22 *Ius patronatus mixtus habendus eſt, vt laicus. num.127.*
23 *In iurepatronatus mixto debet eligi melior. numer.127.*
24 *Habens ius nominandi debet eligere meliorem. numer.128.*
25 *Patronus Eccleſiaſticus non poteſt limitare numerum examinandorum, & concurrentium. numer.119.*
26 *Epilogus dictorum. nu.129.*

110 QVæritur octauò, An Patronus teneatur eligere, & præſentare digniorem ad beneficium habens curam animarum? Diſtingui autem primò debet patronus. Eccleſiaſticus a laico. Nam de Patrono Eccleſiaſtico res certa eſt, quòd tenetur eligere digniorem non aliter, quàm Electores, ſeu alij ſuperiores Eccleſiaſti ad regimen animarũ miniſtros promouentes, quoniam hoc habetur determinatum in Concilio Tridentino d. ſeſſ. 24. c. 18. de refor. ibi *Si verò iurispatronatus Eccleſiaſtici erit, ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, is quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iudicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur. Cum verò inſtitutio ab alio, quàm ab Epiſcopo erit facienda, tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat.* Semper igitur in huiuſmodi prouiſione facienda per præſentationem Patroni Eccleſiaſtici, eligendus eſt melior.

111 Sed circa huius puncti intelligentiam nonnulla conſideranda ſunt, & quidem primò notari debet, quòd prouiſio de Parochia iurispatronatus Eccleſiaſtici fieri debet ſeruata forma concurſus, Non datur enim Patrono facultas præſentandi niſi ex prius approbatis ab examinatoribus, ac propterea quòd huiuſmodi prouiſio, & præſentatio debeat fieri per examen, & ſeruata forma concurſus præſcripta à Concil. Trid. ſeſſ. illa 24. cap. 18. tradiderunt *Franciſcus Leo in theſau. c. 18. à n. 43. Addit. ad conſ. 5. Nauar. de iure patron. Azor. p. 2. l. 6. c. 22 q. 16. Gonzalez ad regul. 8. Cancel. gloſſ 6. numer. 116 P. aſec. Salgado, Ferentill. Rota deciſ. 453. n. 1. apud Farin. p. 1. in poſthum.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. 18. n. 136. & de off. Epiſ. all. 60. n. 16. & de Parocho c. 2. n. 124. Pax Iordan. l. 10. tit. 8. n. 49.* Vbi tamen malè ſubdit iam nunc contrarium huius fuiſſe declaratũ per S. Congregationem, quoniam illa declaratio, de qua infra mẽtio fiet, nõ loquitur de Eccleſiaſtico in re patronatu, ſed de mixto. Colligitur autem ex dictis, quòd Patronus Eccleſiaſticus non poteſt præſentare niſi poſt examen concurrentium, & niſi vnum ex approbatis per examinatores in concurſu, & ſi ante concurſum præſentet, nulla eſt præſentatio, niſi iterum poſt examen, & approbationem illius, eum de nouo explicitè, vel implicitè præſentet poſtquàm in concurſu legitimo examinatus, & approbatus fuerit. *Barboſa ad d. cap. 18. num 144. & de Parocho cap. 2. num. 124. ex Salgado tom. 1. de protec. Regia par. 3. cap. 9. num. 53. & 57.* Huic verò Patrono ſic competit ius præſentandi vnum ex approbatis per concurſum, quòd ſi ad Epiſcopum coram quo fit examen per concurſum pertinet conferre Parochialem, tunc ad Patronum ſpectat etiam ex approbatis eligere, quem ipſe iudicauerit meliorẽ. Et ideo non poſſunt examinatores, ſi plures ſunt idonei vnum ſolum approbare, & præiudicium facere patrono, ſed tot approbare tenentur, quot idonei apparent, vt patronus eligat quem iudicauerit meliorem vt tanquam deciſum docent *Garz. n. 264. Pax Ior. n. 52.* Sed ſi inſtituto pertinet ad alium Ordinariũ, tũc ad Patronum ſpectat nuda præſentatio eius, quem ex approbatis per concurſum tanquam meliorem iudicauerit Epiſcopus, coram quo fit cõcurſus. Ita enim expreſsè decernitur in *d. cap. 18. Garz. par. 9. cap. 2. à num. 264. Pax Iordan. num. 50.*

112 Inde verò etiam obiter aduertendum, quòd ex dicto textu Concilij clariùs habetur, quod ad examinatores non pertinet niſi iudicium de dignitate, dicitur enim quòd Epiſcopus ex dignis eliget digniorem, igitur Epiſcopus ſolùm ſupponit, quod ab examinatoribus declarata ſit dignitas eligendi, & approbata, & ex dignis poteſt ipſe eligere digniorem. Immò hoc non conuenit ſolùm Epiſcopo, ſed Patrono, quando inſtitutio ad Epiſcopum ſpectat Et nedum eſt verum, quòd ex æquè idoneis non tenetur Patronus vtrumque præſentare, ſed poteſt præſentare vnum ex illis, quem voluerit. *Nauar. conſ. 5. de iure patronat. Genuen. in praxi cap. 65. n. 5. Azor. p. 2. l. 6. c. 22. q. 15. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 97. n. 10. Leo in theſ. cap. 21. n. 13. Garz. vbi ſup. n. 266.* Et ſic ex æquè approbatis in concurſu poteſt alterũ eligere ad beneplacitum, vt idem tenet *Garz. n. 267.* Sed etiam ſi ab Examinatoribus vnus præ alio fuerit iudicatus melior, non tenetur Patronus ſtare illi iudicio, quia illi ſufficit, quòd eligat vnum ex approbatis tanquam dignis. Hinc eſt, quòd non poteſt Epiſcopus reijcere præſentationem factam à Patrono de vno ex approbatis in concurſu, etiam ſi Epiſcopus illum non iudicet aptiorem, & vere ita ſit, ſed debet inſtituere illum, quem Patronus ex approbatis iudicat meliorem, & vt talem eum præſentat. Quod fuiſſe declaratum à S. Cong. ex *Aldano tradit Barboſa ad d. cap. 18. n. 137.* & idem tenet *Garz. nu. 260.* Hoc tamen limitans, vt non habeat locum, ſi aliquis ſe opponat præſentationi, arg. ex Conſt. 33. Pij Quinti,

113 Sed ſi prouiſio Eccleſiæ Parochialis pertineat ad ſedem Apoſtolicam, vel quia Eccleſia vacauerit in menſibus Sedis Apoſtolicæ, vel alia ex

ex cauſa proniſio ſit Pontifici reſeruata, tunc Epiſ. nulla habita ratione Patroni intimat concurſum, & per examinatores examinat concurrentes, & pro ſua conſcentia iudicat meliorem, & iudicium ſuum mittit ad Pontificem, vt tanquam pluries deciſum à S. Congregatione tradunt *Garzias à num. 272. Salgado*, quem refert, & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 18 num. 140. Pax Iordan. dicto lib. 10. tit. 8. num. 61.*

114 Ex his verò etiam colligitur, quòd etiam ſi prouiſio Parochialis non pertineat ad Epiſcopum in cuius diœceſis eſt Eccleſia vacans, nihilòminùs concurſus ſemper eſt ab eo intimandus, & coram eo habendus, & iudicium & electio de meliori ad eum ſpectat, quamuis inſtitutio pertineat ad alium ordinarium, vel ad ſummum Pontificem. Semper enim præſumitur, quòd ille ſit inſtructior de dignitate promouendorum, & ideo ex vi Concilij ad illũ pertinet iudicare quis ex dignis ſit dignior, *vt* habetur ex verbis ſupracitatis, & ex Conſtitut. quadã Sixti Quinti, quæ eſt 22. in Bullario *Rodriq. pro Regularibus in qua Concilij conſtitutio confirmatur. Garz. vbi ſup. n. 262. Barboſa ad d. cap. 18. n. 138.*

115 Si tamen ex inſtitutione Iuris patronatus Eccleſiaſtici haberetur, vt prouiſio de Parocho fieret ſine concurſu, lex illa ſeruanda eſſet ita tamen, quòd ſemper promouendus eſſet examinandus, & approbandus ab Ordinario. Ita enim declaraſſe S. Cong. tradit *Garzias, num. 270. & dixerunt Gennen. in praxi cap. 65. num. 3. Cechus de benef. & penſionibus c. 12. num. 52. Vgolin. de off. Epiſ. cap. 50. §. 3. num. 3.*

116 His ſic dictis de Parochiali quæ ſit de iurepatronatus Eccleſiaſtico, videndum eſt, quid dicendum de iure patronatus laico, & an Patronus laicus teneatur eligere digniorem, & illum præſentare. Non enim teneri dixerunt *Lamberi. de iurepatronat. p. 1. l. 2. q. 10. a. 3. a. 17. Bellet. in diſquiſ. de diſciplin. cler. §. 4. n. 51. Io. Valer. in diff. vtriuſque fori v. electio n. 1. Garz. de benef. l. 9. p. 7. c. 16. n. 19. Petrus* Nauar. *de reſtit. l. 2. c. 2. n. 150.* Et idem Probabile eſſe iudicarunt *Bannes 2. 2. q. 63. a. 2. dub. 4. & Petrus de Ledeſma tr. 7. c. 2. concl. 7. diff. 9. & Card. de* Lugo *diſp. 35 n. 39. Pax Ior. Præl. 12. n. 9. & 31.* Fundamentũ ſumit hæc ſententia ex eo, quòd Concil. Trid. in d. cap. 18. decernens, quod in iure patronatus Eccleſiaſtico eligatur dignior, loquens poſtea de iurepatronatus laico vult, quòd ſi præſentatur idoneus, Epiſcopus teneatur admittere præſentationem, igitur ſufficit, quod Patronus laicus præſentet idoneum. Et ideo loquendo de patrono laico, qui ſuccedit ei qui fundauit ex proprijs bonis beneficium, opinionem hanc tutam eſſe aſſerit *Caſtro Palaus apud Card. de* Lugo *num. 37.*

117 Verùm oppoſitam ſententiam, ſcilicet, quòd patronus laicus teneatur præſẽtare digniorem ſuſtinent *Molin. de promog. lib. 2. cap. 5. num. 69. Caiet. in ſum. v. electio §. & ſcito Couar. Reg. peccatum 2. par. §. 7 num. 5. Leſſius lib. 2. cap. 34. deciſ. 14. num. 65. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 22. quæſt. 5. Malder. 22. tr. 9. c. 2. dub. 2. Mandoſ. addit. ad Lagum alleg. 22. Aragon 22. quæſt. 63. art. 2. & quæſt. 62. art. 2. Salon. ibid. quæſt. 63. art. 2. contr. 3. Mercado lib. 6. contrau. 17. fol. 205. Sanchez liber. 2. opuſ. capit. 1. dub. 5. numer 3. Azeuedo, & Malderus apud Dianam part. 2. trac. 15. & p. Miſcell. reſol. 37.* Et hanc partem probabiliorem aſſerunt *Bannes, & Ledeſma & Cardinalis* de Lugo *ſupra citati.*

118 Hanc ſententiam cum aliqua limitatione ſequuti ſunt *Turrianus 22. tom. 2. diſp. 25. dub. 5. n. 6. & Vaſquez opuſ. de benef. cap. 2. §. 2. dub. 5. nu. 74.* Dicunt enim, Patronos quibus non ex fundatione ex proprijs bonis inſtitutoris, ſed ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ conuenit facultas præſentandi, teneri præſentare digniorem. De illis verò patronis, qui ſuccedunt fundatori Eccleſiæ, dicunt, quòd ſi fundator reliquit eis liberam facultatem eligendi ad libitum, poſſunt non eligere digniorem, ſicut poterat fundator, ſi verò in genere dedit ius præſentandi, id intelligendum eſt ſecundùm leges iuſtitiæ diſtributiuæ, vt digniores præferantur.

119 Reſpondetur autem ad hanc difficultatem quòd de huiuſmodi Patronis ita decreuit Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 18. de reform. *Quod ſi iuſpatronatus laicorum fuerit, debeat, qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, vt ſupra, examinari, & non niſi idoneus repertus fuerit, admitti.* Ex quo decreto colligitur primò, quòd in prouiſione Parochialis iuriſpatronatus laici non habet locum concurſus, ſed ad Patronum pertinet eligere, quem voluerit, & hic nominatus debet per examinatores ſynodales examinari, & inuentus idoneus ab Epiſcopo admitti. *Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 134. Leſſius l. 2. c. 34. n. 58. & 81. Leo in theſau cap. 18. n. 39. & cap. 21. n. 10. & 12. Pariſius, Cechus, Vgolin. Piaſec.* quos refert, & ſequitur *Garzias p. 9. c. 2. n. 255.* Vbi refert hoc deciſum à S. Congregatione *Maſſorb. in praxi requiſ. 7. dub. 25. à n. 4. Rota deciſ. 579. n. 4. p. 2. Recent. & dec. 952. coram Burratto. Lunius Mareſcotus, Beltraminus, Salgado* quos refert, & ſequitur *Barboſa de Parocho cap. 2. n. 129. & alleg. 60. n. 18. Pax Iordan. l. 10. tit. 8. n. 54.*

120 Et nihilominùs in aliquibus caſibus etiam in prouiſione per præſentationem Patroni laici debet haberi concurſus. Primus eſt, quando prouiſio deuoluta eſt ad Epiſcopum. Tunc enim Parochialis ſe habet, ac ſi eſſet libera, & ideo Epiſcopus non poteſt illam conferre, niſi ſeruata forma Concilij medio concurſu, & licet hoc negauerit *Maſſorb. in praxi, requiſ. 1. dub. 22.* Nihilominus tanquam deciſum à S. Congr. hoc eſſe ſeruandum doceant *Garzias Galet. in Margar. caſuum conſcientiæ v. Iuſpatronatus, Naldus eod. verb. num. 14. Salgado, & Aldan* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad d. cap. 18 Concil. Trid. & de off. Epiſ. all. 60. n. 18. & de Parocho, c. 2. n. 131. Pax Iordan. l. 10. tit. 8. n. 55.*

121 Secundus caſus eſt, ſi ſint plures præſentati habentes æquale ius, tunc enim faciendum eſſe concurſum inter præſentatos tantùm, & eum admittendum, quem Epiſcopus meliorem iudicauerit reſpondit S. Congregatio teſte *Garz. d. par. 9. cap. 2. nu. 256. ſubdens, idem fuiſſe à Rota deciſum in Pampilonen. Parochia is 27. Ianuarij 1614. coram Coccino, & in Ilerden. portionis, de Pertuſa 11. Decem. 1613. coram Buratto, quæ inter eius impreſſas eſt deciſ.* 25. prout refert etiam *Barboſa ad d. cap. 18. num. 146. & de Parocho num. 130. & concordant, Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 6. num. 138. Pariſ. Ricc. Piaſec. Mareſcot. Vinian. Salgado, Alzedo apud Barboſam, Pax Iordan lib. 10. tit. 8. num. 56.* Quod tamen non procedit vbi præſentati non eſſent æquales in iure, Nam ſi vnus eſſet præſentatus à pluribus Patronis, ille ſolus eſſet examinandus, & admittendus, ſi eſſet idoneus. *Garz. num. 257. Rota deciſ. 952. nu. 2. coram Buratto,*

Bar-

Digitized by Google

Barboſa vbi ſupra, & apud eum *Salgado*, *Pax Iord. num.* 57.

122 Tertius caſus eſt, vbi ſit his ſuper iurepatronatus, & interim hic pendente Epiſcopus manutenendus ſit in ſua poſſeſſione prouidendi liberè de Parochiali. Nam in eo caſu Parochia ab Epiſcopo non poteſt conferri niſi ſeruata forma concurſus. *Rota in Portugallien. iuris præſentandi*, 5. Nouembris 1599. *coram Corduba*. *Garzias num.* 259. *Pax Iord. num.* 58.

123 Quartus caſus eſt ſi in fundatione Parochiæ fuerit inſtitutum, vt detur medio concurſu: ſicut enim in iurepatronatus Eccleſiaſtico, non eſt faciendus concurſus, vt dictum eſt, ſi in fundatione ita fuit ſtatutum, ita econtra, ſi in fundatione ſit decretum, vt fiat concurſus in iurepatronatus laico, faciendus eſt. *Pax Iordan. nu.* 59. *ex Archiep. Bonon. p.* 4. *tit. de exam. per concurſum*.

124 Vnum aliud notat *Barboſa ad d. r.* 18. *n.* 51. *ex Aldano tit.* 9. *num.* 52. nimirùm, quòd in iurepatronatus laico non ſit neceſſe, vt præſentatus examinetur ab examinatoribus Synodalibus, ſed ſufficiat, quod examinetur ab alijs examinatoribus, & quòd hoc declarauit Sac. Congregatio 19. Decembris 1620. Sed de hac declaratione conſtare deberet, cum ex oppoſito ſit textus Concilij volentis huiuſmodi præſentatum examinari ab eiſdem deputatis examinatoribus vt ſupra, examinatores autem ſupra deputati à Concilio ſunt examinatores Synodales, & ita tenuerunt *DD. ſupra num.* 119. *citati*.

125 Cum igitur in iurepatronatus laico non intret ex concurſus extra caſus prædictos, ſed vno præſentato ad Parochialem, eoque idoneo reperto, danda ſit ei Parochia, videtur, quòd ſufficiat ſi Patronus præſentet idoneum. Sed non ita eſt, nam etiam Confirmator admittere debet confirmationem electionis factam de idoneo, & tamen electores tenetur eligere dignorē Et ratio eſt quia electio & præſentatio idonei eſt valida, ideò eſt admittenda, cum quo tamen ſtat, quòd electores & præſentatores peccent, ſi non eligant meliorem. Concilium igitur iudicium de meliori reliquit Patrono, ſed non per hoc liberauit eum ab obligatione iuris naturalis eligendi digniorem. Quod ex eodem Concilio probatur, quia ſeſſ. 24. c. 1. omnes & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum Eccleſijs Cathedralibus quodcumque ius, quacumque ratione à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, ideoque & Reges habentes à Sede Apoſtolica ius præſentandi, aut nominandi Epiſcopos, monet peccare mortaliter, ſi nō digniores, ſeu minùs dignos præfici curauerint, vt pluribus citatis admittit etiam *Pax Iordan d. Prælud.* 12. *num.* 9. Nec valet reſponſio Caſtri Palai dicentis, Concilium loqui de eligentibus, cum expreſsè loquatur de habentibus quodcumque ius, & quamcumque operam præſtantibus, ad hoc vt Eccleſijs Cathedralibus præficiantur paſtores, vt bene aduertit *Card. de Lugo num.* 41. vbi etiam meritò reijcit ſecundam eiuſdem reſponſionem dicentis, Conciliū loqui de ijs, qui ex priuilegio habent ius præſentandi, nō verò de patronis, qui fundarunt Eccleſias. Tum quia Conc. loquitur de habētibus quodcumq; ius, & quacumq; ratione à Sede Apoſt. nullus vero eſt Patronus, qui aliunde habeat ius præſentandi, quam à Sede Apoſtolica. Tum quia ea, quæ Conciliū ibidem ſubiungit de modo accipiendi informationes pro promouendis ad Epiſcopatū, ex vi illius decreti ſeruantur de facto in electione Epiſcoporum, quos Rex Hiſpaniarum præſentat ex iurepatronatus, cum tamen ad plures Eccleſias præſentet ex iurepatronatus, quod ex maiorum fundatione habet; loquitur igitur Concilium nedū de eligentibus, ſed de quibuſcumq; Patronis, & ex quocumq; iure præſentantibus, & hoc omnes monet peccare mortaliter ſi non curent præfici meliorem, & nihilominùs vbi eligant, vel præſentent idoneum, electio, vel præſentatio eſt admittenda.

126 Quare omnino dicendum eſt, patronum quēcumque ad quamcumque Eccleſiam habentem annexum regimen animarum, teneri præſentare digniorem. Et ratio eſt, quia cum vt probatum eſt ſupra, eligere digniorem ad curam animarum ſit de lege naturæ, quæ omnes tangit, & ligat, eo quia talis ſit curæ animarum conditio, vt requirat optimum, & exigat vires Angelicas; ideò ſi non poteſt haberi optimus ſimpliciter, ad minùs petit optimum inter poſſibiles haberi. Et in hac lege nullus eſt, qui poſſit diſpenſare. Vnde non poteſt validè fieri, vt laicus fundans Eccleſiam curatam habeat ius eligendi dignos dignioribus relictis, quia hoc eſt contra ius naturale diuinum ſupernaturale ab homine indiſpenſabile. Quamobrem ſi patronus in fundatione apponeret conditionem, vt ſibi, & ſucceſſoribus liceret pro libito pręſentare idoneum ommiſſo digniore, conditio eſſet iniqua, & inſubſiſtens, & non attendenda, & teneretur tam ipſe, quàm eius ſucceſſores digniorem præſentare, vt apertè decreuit Concilium Trid. d. ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat.

127 Hinc patet, quid ſit dicendum de iurepatronatus mixto, & partim Eccleſiaſtico, partim laicali: quamuis enim antiquitùs controuerterint Doctores, aliquibus volentibus illud habendum vti Eccleſiaſticū, & alijs vti Laicum; & quamuis ex declaratione Sac. Congregationis habita die 5. Februarij 1628. hoc ius patronatus mixtum habendum ſit vt laicale, nec in eo ſit ſeruanda forma concurſus, de qua declaratione vt viſa in forma authentica teſtantur *Viuianus in appendice ſuæ praxis lib.* 10. *cap.* 1. *num.* 34. & *Barboſa de officio Parochi cap.* 2. *numer.* 126. Vnde tale iuſpatronatus habendum vt laicum tenent *Melchior Phœbus dec.* 214. *tom.* 1. & *Gabriel Pereira de manu Regia par.* 1. *cap.* 7. *num.* 32. relati à *Barboſa ibid.* quoniam iuſpatronatus laicum eſt adeò priuilegiatum & fauorabile, vt ſemper manere debeat illeſum, niſi de illo ſpecifica fiat mentio; nihilominùs etiam hoc dato, dicendum eſt, quòd etiam in iurepatronatus mixto ſemper patronus debet eligere meliorem, & quòd mortaliter peccat, ſi meliorem ommittit, minùs digno præſentato.

128 Quæ verò dicta fuit de iure præſentandi, dicenda ſunt etiam de iure nominandi, quod æquiualet, quia ſcilicet habens ius nominandi tenetur nominare digniorem ad Parochialem Eccleſiam ſeu curatam, vt tanquam declaratum à S. Cong. tenent *Garz. d. par.* 9. *c.* 2. *n.* 149. & 283. & *Pax Iordan. lib.* 10. *tom.* 8. *n.* 51.

129 Patrono igitur ſi ſit Eccleſiaſticus competit ſolùm ex approbatis per concurſum eligere digno-

gniorem ſi inſtitutio ſpectet ad Epiſcopum coram quo fit conenrſus, & licet poſſit ante concurſum nominare (non tamen præſentare ad Eccleſiam) tanquam examinandos, uon tamen poteſt limitare numerum examinãdorum, quin Epiſcopus per edictum omnes volentes concurrere poſſit conuocare, & ad concurſum admittere. Quibus admiſſis & approbatis Patronus eligit, quem iudicat meliorem. Sed ſi inſtitutio pertinet ad alium Ordinariũ electio melioris ex approbatis pertiner ad Epiſcopum, & hunc Patronus Ordinario inſtituendum præſentat, at ſi inſtitutio ſpectat ad Pontificem, Epiſcopus nulla habita ratione Patroni facto concurſu eligit, quem iudicat meliorem, & ſuum iudicium ad Pontificem mittit. Sed in patronatu laico, ad patronum ſpectat electio melioris, & ſolùm vbi plures ſint præſentati, & æquale ius habeant, poteſt Epiſcopus meliorem eligere, & illum inſtituere.

S V M M A R I V M.

1 *Renuncians & permutans tenentur ad dignum. num.130.*
2 *Non tamen ex iuſtitia commutatiua, ſed ex alia iuſtitia. num 130.*
3 *An renuncians teneatur ad digniorem: Plures opiniones. n.131.132.*
4 *Plura mala, ex renunciationibus, & permutationibus oriuntur. n.133.*
5 *Permutans, & renuncians ad fauorem alicuius tenetur ſaltem ad æquè dignum. numer. 133. 134.*
6 *Acceptans permutationem, vel renunciationem factam ad fauorem minùs digni peccant mortaliter n.133.134.135.136.*
7 *Renunciationes, ſi non fiunt liberè, ſunt ſuſpectæ. nu.136.*
8 *Reſignationes factæ à ſenibus ſuſpectæ. n.136.*
9 *Vbi Beneficia ſunt æqualia, & ſolent per æque dignos Regi, non erit illicitum ſi magis dignus cum minus digno permutet. n.137.*
10 *Vbi reſignatio fit cum penſione eſt ſuſpecta, & periculoſum remittere electionem ſubſtituendi ipſo reſignanti. n.138.*
11 *Poteſt dari caſus, quod liceat permutare beneficium cum digno, ſi ceſſet Eccleſiæ damnum: remiſſiue. num.139.*

130 QVæritur nonò. An renuncians, vel permutans, vel faciens regreſſum peccet ſi non fiat mutatio in meliorem? Renunciantem beneficium indigno peccare mortaliter certum eſt, vt docuit, *Sotus lib.3.q.6.art.2.fin. Sanchez lib.2.opuſ.c.1.dub.7. num.5.* qui tamen ibi ex *Salon.2.2.q 63.ar.2.contr.3.* ſentit renunciantem ad fauorem indigni non peccare contra iuſtitiam diſtributiuam, quia non eſt bonorum communium diſtributor, ſed contra cõmutatiuam, quia eo ipſo quòd erat beneficiatus, tenebatur conſulere vtilitati Eccleſiæ. Sed horum vtrumque deficit. Peccat enim contra iuſtitiam diſtributiuam, quia eſt cauſa, quod bonum commune indigno diſtribuatur. Non peccat verò contra commutatiuam, quia ex nulla re accepta, aut contractu inito cum Eccleſia tenetur habere curam boni communis, cuius tamen curam tenetur habere ex iuſtitia legali, & partis communitatis; qui enim ſunt de communitate tenentur ad conſeruationem boni communis vnuſquiſque pro ſua parte. Et ad idem tenetur ex iuſtitia Chriſti, & fidelitate, vt ſupra diffusè dictum fuit.

131 Suppoſito igitur pro indubitato, quòd renuncians indigno peccat mortaliter, intrat quæſtio, an peccet etiam ſi ommiſſo digniori renunciet digno. Non peccare autem tradunt. *Caiet. in ſum. v. beneficium demum. Salon.2.2.q.63.art.2.controu.3. Ledeſma tract.7.cap.2. concl.7. dub.11. Sanchez vbi ſupra num.3. Pax Iordan. Prelud.12.nu.38.* & apud eum. *Aragon. Barboſ. de Parocho cap.2.numer.101. Lauor.cap.21.num.61.* Et ratio eſt. Tum quia renuncians non eſt diſtributor boni communis, quia beneficium non eſt iam bonum commune, cum ſit illi appropriatum, vnde non tenetur ſeruare leges iuſtitiæ diſtributiuæ. Tum ſecundò quia iura loquuntur de eligentibus, & præſentantibus, & conferentibus. Tum tertiò, quia ita ſeruatur in praxi, cum ſine dignioris inquiſitione & concurſu conferantur beneficia renunciata, nec aliquis experientia teſte conqueritur, quòd beneficia renunciata dentur minus dignis. Et idem tenent *Nauar. lib. 2. de reſtit. cap.2. & Mercado lib.6 de Contract. cap.17. Reginald. & Malderus,* quos refert, & ſequitur *Diana p.2.tr.15. & 1. Miſcel. reſol.41.*

132 Oppoſitum tamen ſentiunt. *Sotus lib.3. q.6. art.2. fin. Nauar. miſcel.43. Palacios in ſumm. ver. beneficium capit.4. Vaſquez opuſc. de benefic. capit.2. §.4. dub.7. numer.10.* Qui tamen admittit poſſe renunciare beneficium æquè digno, Quia cũ poſſet ipſe habens beneficium in eo manere, ſufficit ſi renuncietur beneficium æquè digno, & *Palacios* addit admittentem renunciationem etiam peccare mortaliter.

133 Dicendum primò, quòd præſcindendo etiam à circumſtantijs malis, quæ ſæpiùs annexæ ſunt reſignationibus, & permutationibus beneficiorum; Quoniam multi hac occaſione beneficia nundinãtur, & vendunt, alij veluti hæreditaria inter ſuos perpetuant, alij grauant penſionibus adeò, vt nouo beneficiato non remaneat, nedum vt pauperum indigentijs ſubueniat, ſed nec vt propriæ neceſſitati ſuccurrat, & officium cum decore ſuſtentet. Ab his igitur, & alijs grauiſſimis Eccleſiæ damnis, quæ occaſione reſignationum & permutationum beneficiorum accidunt, & ſummè penſanda ſunt, & cõſiderando præcisè punctũ quæſtionis, prorſus illicita & mala eſt omnis reſignatio, aut permutatio facta cum notabili damno Eccleſiæ, vnde ad minùs peccat, tam renuncians, quàm admittens renũciationem, aut permutationem, ſi confertur Eccleſia ei, qui eſt notabiliter minùs dignus renunciante aut permutante. Probatur: Nam Epiſcopus ſeu ſuperior ad quem pertinet renunciationem, aut permutationem admittere ex fidelitate, & iuſtitia legali tenetur bonum Eccleſiæ promouere & eius damnum impedire; & ad hoc tenetur etiam ex iuſtitia diſtributiua, ex qua habet vt bona Eccleſiæ non in eius damnum diſtribuat; igitur grauiter peccat ſi Eccleſia habente optimum Rectorem cum magno profectu illam gubernantem eam (vt ſic dicatur) ſpoliat inuitam Rectore illo, & alteri notabiliter minùs idoneo illam tradit. Sic igitur quomodo-

cum-

cumque fiat renunciatio, aut permutatio ſi hæc cedit in notabile damnum Eccleſiæ peccat admittens renunciationem, & eadem ratione peccat renuncians, qui eſt cauſa iniuſtæ collationis & damni Eccleſiæ ſuæ, & ſponſam ſuam relinquit pro qua etiam ſanguinem fundere debuit. Ideò contingere poteſt, vt nec ſufficiat ad vitandum peccatum renunciare æquè digno. Si enim Rector ſit ſenex, & is cui ſit renunciatio ſit iuuenis, & non deſint digniores, quibus committi poterit cura illius Eccleſiæ in breui vacatura, non ſit renunciatio ſine damno Eccleſiæ notabili, & ideò licitè per ſe loquendo non poteſt fieri.

134 Nec obſtant prioris ſententiæ fundamenta. Non quidem primum, nam licet reſignans, & permutans non ſit diſtributor, non tamen poteſt iniquam diſtributionem petere & procurare. Et conſideranda eſt diſtributio ipſa, ſi facta cum notabili damno Eccleſiæ ſit licita, vel illicita, & cum non poſſit negari, quod non ſit illicita, negari etiã non poteſt quòd non peccet, tam diſtributor iniquus, quàm qui diſtributionem procurat. Tum quia beneficiatus Epiſcopus, aut Parochus ex ſui officij fidelitate & iuſtitia ad Chriſtum cuius eſt miniſter tenetur bonum ſuæ ſponſæ procurare, nec eam liberè dimittere cũ damno graui, hoc enim petit iuſtitia officij ſponſi ſpiritualis Eccleſiæ. Tum quia cum per hoc beneficium deſinit eſſe bonum commune, quia eſt ſit ſibi appropriatum, & ſi eſt ſibi appropriatum, iniuſtus eſt, & ingratus, ſi procurat & conſentit, vt alteri appropríetur cum damno beneficij. Ad ſecundum dicitur quòd ius naturale diuinum clamat in corde cuiuſcumque, vt bonum ſpirituale, & temporale Eccleſiæ promoueatur, & vlteriùs iura humana de electione communiſſimè loquuntur, vt eſt idem quod prouiſio ad officia, & beneficia Eccleſiaſtica qualitercumque fiat, vt patet ex ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. in Concil. Trident. Vnde & promouens indignum, quicumque ille ſit ab Eccleſia punitur. Ad tertium dicitur quòd innititur debili conſequentiæ, & ex quo non eſt neceſſaria inquiſitio meritorum promouendi facta per concurſum, infert praxim eſſe, vt beneficia renunciata dentur ſine ſufficienti inquiſitione & informatione, ad hoc vt Eccleſia ex reſignatione, & perquiſitione non patiatur damnũ notabile. Quia immò ſi hoc non fiat, conſequuntur populi, & ſcandalizantur quicumque huiuſmodi fieri vident flentes Eccleſiarum ruinam.

135 Nec obſtat id, quod ex parte acceptantis reſignationem, vel permutationem adducitur, quia ſcilicet ad acceptantẽ ſufficit vt ritè acceptet, quòd proponatur electus vt dignus, vnde confirmator electionem digni tenetur confirmare, & Epiſcopus tenetur acceptare digni præſentationem. Quia hoc eſt verum in electione, & præſentatione, quia electus & præſentatus, aut præſentans habent ius ad confirmationem, aut acceptationem. Sed vbi ſuperior eſt in plena libertate admittendi, & non admittendi tenetur ad digniorem eligendum. Sic in Ordine Prædicatorum in Prouincia Lombardiæ, aliquando eliguntur ſimul plures pro officio Prouincialis, & tunc Generalis, ex electis tenetur confirmare digniorem. Et dum præſentati ſint plures in iure æquales, & ab examinatoribus approbati vt idonei poteſt Epiſcopus, & debet ex illis eligere digniorem. Cum ergo admiſſio reſignationis, aut permutationis ſit in plena libertate ſuperioris, non poteſt ille, nec debet admittere reſignationem, aut permutationem in graue damnum Eccleſiæ reſultantem.

136 Infertur ex his, quòd renunciationes ſi fiant liberè in manu ſuperioris, faciliùs admitti poſſunt cauſa iuſta exiſtente. Sed ſi fiant ad fauorem alterius, & non parum ſuſpectæ ſunt terrenæ alicuius affectionis, & non minuitur in ſuperiore obligatio prouidendi Eccleſiæ de nouo Rectore, ſine eius notabili damno. Et quatenus non adſit neceſſitas prouidendi de digniori poſſibili, ſaltem eſt neceſſitas non admittendi reſignationem ad fauorem minùs vtilis notabiliter omnibus penſatis. Et reſignationes factæ à ſenibus ad fauorem conſanguineorum non carent ſuſpicione hæreditatis beneficij, & ſi adeſſet ſpes in breui prouidendi de meliori, non deberet admitti reſignatio. Niſi quia in his potior eſt certitudo de præſenti, quam ſpes de futuro, bene poteſt eſſe, vt habilitas illius ad cuius fauorem ſit reſignatio præſens & certa præponderet ſpei de bono meliori in futurum: & ideò reſignatio etiam facta à ſene licitè admittitur. Reſignationes etiam Epiſcoporum ad fauorem certæ perſonæ difficiliùs admitti debent, quoniam in his maior etiam eſt neceſſitas eligendi meliorem, & maius damnum imminet Eccleſiæ ex deficientia qualitatum, quæ in Epiſcopo requiruntur.

137 In permutationibus etiam attendi debet vtriuſque Eccleſiæ neceſſitas, & vtriuſque damnum vitandum. Nam, nec qui eſt vni Eccleſiæ aptus, erit alteri idoneus, & bene contingere poteſt, quòd ex vtraque parte damnum irrogetur. Si autem detur caſus in quo vtraque Eccleſia eandem diligentiam petat, & induſtriam, & quæ dignis conſueuit conferri videtur, quòd non ſit peccatum ſi dignior cũ minùs digno permutet, quia id quod vna Eccleſia amittit, alia acquirit, & ita ſit compenſatio, & ita tenet *Card. de Lugo diſp.* 35. *num.* 50. Vnde in hoc caſu multò magis licitum erit, quòd permutans cũ æquè digno beneficium permutet.

138 Conſiderandum etiam eſt, quòd arbitriũ & iudicium permutantis, & multò magis reſignantis ad fauorem alicuius, & cum reſeruatione penſionum eſt valdè ſuſpectum, eique minimè fidendũ, vt ipſe ſit, qui meliorẽ eligat, immò qui eligat dignũ, & vbi iura in creandis Epiſc. & Parochis adeò diligẽtem inquiſitionem præſcripſerunt, poſtquàm iuxta formam Canonicam inſtitutus eſt vel Epiſcopus, vel Parochus valde periculoſum eſt, vt noua prouiſio remittatur eiuſdem Epiſcopi, vel Parochi arbitrio.

139 An verò dari poſſit caſus in quo liceat permutari beneficium Curatum cum digno? Reſpondet *Card. de Lugo n.* 53. poſſe dari, ſi omnibus bene penſatis prudenter iudicari poſſit, parùm aut nihil Eccleſiæ præiudicari ſi fiat. Ad quòd conducere etiam poterit experientia, quòd etiam ſi per obitũ, aut aliter beneficium vacet, non maior ſit ſpes, quod digniori conferetur, quàm nunc per reſignationem fiat. Sed de hoc puncto pleniùs dicitur in ſequenti quæſtione,

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Non datur caſus in quo liceat eligere minus dignũ. num.140.142.*

2 *Dignior, qui eſt Eccleſiæ vtilior. n.141.*

3 *Eligere minus dignum eſt intrinſecè malum. nu. 142.*

4 *Nulla dignitas dat priuatæ perſonæ ius ad beneficia. n.142.*

5 *In fundatione non poteſt apponi conditio, vt liceat eligere dignum omiſſo digniore. n.143.*

6 *Ad hoc vt quis ſine peccato poſſit eligi, non ſufficit quod habeat omnes conditiones requiſitas à ſtatuto, ſi eo alius habet eas perfectiori, & vtiliori modo. n.144.*

7 *Statuta vt eligantur Rectores Eccleſiarum de gremio Eccleſiæ, vel diœceſi, vel Regna iuſta eſſe poſſunt, & ſeruanda. n.145.*

8 *Quando adeſt ſtatutum, vt electio fiat de certo loco; nullus extraneus eſt dignior reſpectu talis officij; quia immò tunc extraneus nec eſt eligibilis. n.145 146.*

9 *Vbi non eſt ſtatutum in contrarium, magis dignus extraneus eſt præferendus minus digno de patria. num.147.*

10 *An fundator poſſit in fundatione apponere conditionem, vt beneficium curatum detur ſolum conſanguineis, alij affirmant, alij negant. nu.148.*

10 *In caſu magnæ neceſſitatis poſſet tolerari. numer. 148.*

11 *In caſu in quo electio ſit coarctata ad certum genus perſonarum, eligendus eſt melior intra illud genus, & quicumque extraneus poterit eſſe melior in ſe, ſed non erit melior ad illam Eccleſiam, vel erit melior impoſſibilis haberi. nu.149.*

12 *Alternatiua in Religionibus aliquando iuſta ſtatuuntur n.150.*

13 *Sunt tamen parum vtiles ad regularem diſciplinã. num.150.*

14 *Vbi ſunt alternatiuæ eligendus eſt dignior de Conuentu, vel natione, extraneus verò, vel nequit dici dignior, vel eſt dignior non poſſibilis haberi. num.151.*

15 *Si ſuperior digniorem non promoneat, quia eo indiget alibi, vel ex alio fine ad vtilitatem Eccleſiæ ſpectante, non peccat, ſed tunc ille non eſt vtilior hic & nunc, & omnibus penſatis. n.152.*

16 *Merito dignioris non reſpondet pinguedo beneficij. num.153.*

17 *Eccleſiæ viro doctiori & fortiori indigenti licet ſit tenuis reditus debet præfici dignior, dato pinguiori beneficio tantum virum non exigente minus digno. n.153.*

18 *Si de doctiori & alias meliori timetur, quòd vel non reſidebit, vel alterius grauis damni erit occaſio, ille non eſt dignior. n.154.*

19 *Eligi poteſt alius minus dignus, ſi hoc eſt neceſſarium vt impediatur electio indigni. Sed tunc ille minus dignus eſt dignior, qui poſſit haberi. num. 155.*

20 *Immò in hoc caſu debet eligi is, qui alias eſſet minus dignus. n.156.*

21 *Etiam ſi elector iuraſſet eligere digniorem. num. 157.*

22 *Immò in caſu tenetur elector eligere minus indignum, vt impediat indigniſſimum. n.158.*

23 *Si ſit ſpes, vt poſſit eligi dignior caſſata indigni electione, nõ eſt neceſſe eligere minus dignum ad vitandam electionem indigni. n.159.*

24 *Poteſt, & debet eligi dignior, & non digniſſimus vt excludatur minus dignus. n.160.*

25 *Etiam ſi elector iuraſſet eligere digniſſimum. nu. 160. 161.*

26 *Et ſufficit in electore timor probabilis futuræ electionis minus digni. n.162.*

27 *Quando elector moraliter eſt certus, quod maior pars eligit minus dignum, poteſt illum eligere, quia ille eſt dignior, qui poſſit haberi. n.163.*

28 *Etiam ſi ex lege particulari dignior haberet ius vt eligeretur. n.163.*

29 *Elector tamen in hoc caſu non eſt per ſe neceſſitatus ad eligendum illum minus dignum. num. 164.*

30 *Certitudo vincit dubietatem, & ideo eligi poteſt dignus certus præ incerto, etiam ſi de eo habeatur probabilitas, quod ſit dignior. n.165.*

31 *Eligendus eſt, qui tempore electionis eſt dignior poſſibilis haberi. 166.*

140 QVæritur decimò. An dari poſſit caſus, in quo liceat eligere minùs dignum, digniore relicto? DD. communiter aſſerunt plures dari caſus, quos enumerant, & qui expendendi ſunt, in quibus dicunt licere eligere minùs dignũ digniori relicto. Sed certè modus loquendi non eſt multùm conſequens ad principia communiter aſſerta, & aliud eſt quòd v. g. doctior, & ſanctior, & prudentior ex hac vel illa circumſtantia, fiat minùs vtilis Eccleſiæ, ideoque minùs dignus, & econtra minùs doctus, & minùs ſanctus fiat vtilior, ideoque dignior, quod verum eſt, & verificatur in caſibus, quos DD. cumulant, & aliud eſt, quod liceat vnquam eligere minùs dignum quod negatur, nec poteſt conſequẽter affirmari, & Concilium Tridentinum locis ſupra conſideratis, & D. Thomas abſolutè dicunt non licere omittere digniorem.

141 Iterum igitur dicitur, dignitatem maiorem ad regimen animarum non accipi ex augmento doctrinæ, & ſanctitatis, prout hæc ſunt bona habentis, & ſpectans ad gratiam, vt ſanctificantem proprium ſubiectum, ſed hæc maior dignitas ſumitur ex vtilitate in ordine ad Eccleſiam, ideoque ex doctrina, prudentia, & ſanctitate vt ſunt media vtilia ad alios ſanctificandos, & non ex illis tantùm, ſed ex omnibus alijs qualitatibus bonis (immò aliquando & malis) & alijs circumſtantijs ex quibus perſona poteſt reddi vtilior ad bonũ Eccleſiæ promouendum, & præcipuè ad fideles docendos, ſanctificandos, & in pace regendos *D. Thom. in hoc.* & ibi *Caiet. D. Anton. 3. par. tit. 19. cap. 2. §. 4. Sotus lib. 3. q. 6. art. 2. concl. 9. Rodriq. in ſum. tom. 1. cap. 106. nu. 2. Syln. v. electio q. 16. num. 18. Tabien. num. 13. Bannes 2. 2. q. 63 art. 2. Martinez cap. 25. q. 4. num. 27. & 28. Couar. in reg. peccatum par. 1. §. 7. num. 4. Rota in Beneuentana Parochial. 13. Iunij 1590. & in Rauennaten. Parochial. 2. Decembris 1592. coram Arigonio & in alia nullius concurſus 4. Decembris 1600. coram Ludouiſio,* quas refert, & ſequitur *Bellet. de diſcipl. Cler. §. 4. n. 54. item Rota deciſ. 537. n. 1. p. 1. rec. Garz. par. 9. cap. 2. nu. 232. Maſſorb. in praxi requiſ. 5. & 6.*

& 6 Gonzal. ad reg.8. Cancel.gloſſ.4.n.10. Barboſ.de Paroc.n.117.Pax Iordan Pralud.12.n.3.Lanor.cap.21 num.63.

142 Quamobrem dicitur nunquam licere eligere minùs dignum relicto digniori poſſibili haberi, nec verum eſſe, quod aſſeruit *Bannes 2.2. qu.63. dub.3.concluſ.3.* ſcilicet quòd eligere minùs dignum non ſit intrinſecè malum, ſed ſolùm ſit malum ſi fiat ex indebita cauſa; quoniam, vt ſupra probatum eſt, hoc eſt contra ius diuinum, & bono communi contrarium, nec in huiuſmodi electione aliud primò, & eſſentialiter eſt attendendum, niſi Eccleſiæ vtilitas, vt tradit *Diu. T.22. quaſt.63. art.2.* & *quaſt. 185. art.3.* & ideo aſſumere notabiliter Eccleſiæ minùs vtilem relicto notabiliter vtiliori eſt iniuſtitia, & ſacrilegium contra Eccleſiam commiſſum. Ex quo etiam conſequitur, non eſſe admittendum, quòd aſſerit idem *Bannes vbi ſupra verſ. Tertiò ſequitur*, quòd maior dignitas non ſemper præſtet ius ad beneficium, ſed aliquando eum tollat. Quoniam nulla dignitas dat ius priuatę perſonę digniori, vt ſupra eſt probatum, nec eligere minùs dignũ eſt contra ius dignioris. Sed tamen econtra Eccleſia exigit, & habet ius, vt quò quis eſt dignior, ſemper præferatur ſimpliciter, nec fiat aliquid, quod ſimpliciter ſit illi minùs vtile.

143 Colligitur etiam numquam licere cuicumque fundatori in fundatione beneficij curati apponere conditionem, (vt ſufficiat ad illud eligere dignum omiſſo digniori, licèt oppoſitum huius aſſeruerit *Sanchez lib.2.opuſ.cap.1.dub.10.num.18.* Ex eo quòd non ſit iniuria Eccleſiæ, vel alicui perſonæ; quia ſit manifeſtiſſima iniuria Eccleſiæ, quæ cum abſolutè omnino, & ſimpliciter non regatur per optimum, iniuriam patitur ſi ſaltem non regatur per digniorem, qui inueniri poſſit. Et ideo non poſſe in fundatione apponi conditionem, vt ad beneficiũ curatum ſufficiat eligere dignum omiſſo digniori docuit *Maior.4.d.24.q 3.ad 4. Ledeſma 2.4.q.18.a.2. Soto l.3.q.6.a.2.concluſ.9.fin. Salon.2.2.q.63.a.2. controu.3.Corduba l.1.q.54.verſ.& tandem notetur Card. de Lugo diſp.35.n 42.* Neque enim fundator poteſt à Prælatis Eccleſiæ tollere obligationem, quam habeant, ad prouidendum Eccleſiæ de meliori. Aliter Conſtantinus Imperator fundando, & dotando Epiſcopatus potuiſſet à tota Eccleſia tollere obligationem prouidendi de optimis. Et fundator non poteſt dare bona Eccleſiæ, quin ſint Eccleſiæ, & cum pacto, vt diſtribuantur contra vtilitatem ſpiritualem Eccleſiæ, & contra id, quod eſt de iure diuino.

144 Colligitur ſecundò, quòd non poteſt admitti, quod ſcripſit *Donatus p.3.trac.4.q.27.nu.11.* ſcilicet, quòd poſſet eligi minùs dignus, ſi ſit dignus ſecundum ſtatuta. Nam nullum eſt ſtatutum iuſtum per quòd decernatur poſſe elegi minùs dignum omiſſo digniori poſſibili haberi. Et ſtatuta decernẽtia conditiones eligendorum, volunt vt non eligatur non habens illas conditiones, & hoc intendunt ſtatuta Ord. Prædicatorum ab eo ibi relata. Decernitur enim, vt eligendus ſit ſacerdos, habens annos duodecim à Profeſſione, &c. *diſt.2.c.2.§.3.Lit.P.* non quia quodcũque habens illas conditiones poſſit eligi, ſi aliàs ſit futurus minùs vtilis cõmunitati, quàm alius, ſed quia niſi habeat illas conditiones, non poteſt eligi

145 Colligitur tertiò, quòd vbi ſit ſtatutum, vt ad beneficium curatum eligatur de certo loco, vt vel de gremio Eccleſiæ, & capitulo, vel de patria, vel de diœceſi, tunc licet, immò debet eligi dignior ex habentibus illam conditionem, & quæcumque alia dignitas, quæ ſit in extraneo, non debet attendi. Vnde in hoc caſu, nedum extraneus quicumque quantũmcumque ſanctus, & doctus, & prudens, nõ eſt dignior ad illam Eccleſiam, ſed dicitur, quòd tunc ille neque eſt dignus. Vnde propter hoc non debet dici, quòd in hoc caſu liceat eligere minùs dignum relicto digniori extraneo, quia extraneus nullus eſt dignior. De iuſtitia ſtatuti aut legis coarctantis electiones ad perſonas certi loci tractant abundè *Sanchez lib.2.cap.1.dub.8.& ſeqq.& Barboſa de off.Epiſ. Alleg.60.num.100.* Et alij plures. Nam & hoc maximè aduertẽdũ, quòd vtilitas, quæ primò & principaliter attendi debet, non eſt vtilitas huius vel illius Eccleſiæ particularis, ſed vtilitas Eccleſiæ vniuerſalis, & vlteriùs Vtilitas etiam Eccleſiarum particularium conſiderari debet non ex eo, quòd hic & nunc ex accidenti contingit, ſed quod contingit, vt in pluribus, & frequentiùs. At verò ſic eſt, quòd ex coarctione electionum ad gremium Eccleſiæ conſpicuæ, vbi non recipiuntur niſi viri docti, & conſpicui, vel ad Diœceſim, vel ad nationem ſequuntur vtilitates tam reſpectu totius Eccleſiæ, quàm reſpectu Eccleſiarum illarum. Nam extranei faciliùs ſecreta Regni manifeſtabunt extra regnum in præiudicium Reipublicæ, facilius etiam non reſidebunt, vel corruptis, vel minùs aptis moribus patriam, in qua eſt beneficium inbuere poſſunt, populi minùs affecti ſunt erga exteros, nec tam de facile recipiunt illorum doctrinam, originarij etiam magis diligunt Eccleſiam, & ex maiori affectu res illius tractant. Quatenus etiam beneficia habent temporalitatem adiunctam habet multum æquitatis, vt qui inſeruierunt Eccleſiæ, de fructibus Eccleſiæ gaudeant. Et aliæ etiam vtilitates conſiderari poſſunt, vnde penſatis penſandis Eccleſiæ magis vtile iudicetur, vt non eligantur niſi de certo loco ad Epiſcopatus, & parochias; licet contingere de raró poſſit, vt aliquando eligatur minùs doctus, vel ſanctus, vel prudens, quàm ſit aliquis extraneus. Ideo etiam ſi in caſu particulari contingere poſſit aliquando, vt extraneus ſit hic, & nunc aptior ad regendam Eccleſiam, nihilominùs vtilius Eccleſiæ eſſe poteſt, (& hanc vtilitatem reſpiciũt huiuſmodi ſtatuta,) vt attendatur quòd in pluribus euenit, & paci, & tranquillitati nationum conſulatur, & per ſuperiores decernatur, conditionem extranei attendi debere, & ſolos, vel de gremio Eccleſiæ eſſe, vel de Diœceſi, vel de patria aſſumendos. Nam certè extraneos eſſe poſtponendos habetur ex *cap. Nec emeritis, & cap. nullus diſt. 61. & cap. Alfros diſt.98. cap. neminem, diſt.70.cap. bonæ 4.de poſtulat.cap.ne pro defectu, de elect.cap.final. de cleric. peregrinant & ex L. In Eccleſijs C. de Epiſ. & Cler. & L. vna, C. non licere habit.* Et ideo huiuſmodi ſtatuta approbant. *Innoc.cap.quia diuerſitatem, de conceſſ. præbendarum Panorm. cap. Ad decorem, de inſtitut. Decius conſ.541.n.14.& 695.n.23 Pariſ.conſ 38.n.13.& 14.Conar.quaſt.pract.c.35.n.5. Soto l.3. q.6. a. 2. paulo ante 10. concluſ. Martinus de Ledeſma 2.4.q.18.a.2.dub.9. Bannes 2.2.q.63.a.2.dub. 3. ad tertium, Petrus de Ledeſma tr. 7. cap.2. concl.7. dub.6. Donatus p.3.trat.4.q.27.n.10.Palant.p.2. diſp.*

12.pun-

12. puncto 11. §. 2. n. 5. Card. de Lugo diſp 35. n 24. & quàmplures alij, quos referunt & ſequũtur *Sanchez & Barboſa locis citatis*.

146 Suppoſito igitur ſtatuto iuſto coarctante electionẽ, & prouiſionem ad certum locum adhuc non eſt dicendum, quòd eligendus ſit minùs dignus de loco, relicto digniori extraneo, ſeu relicto eo, qui ſi non eſſet extraneus eſſet omnino dignor; quia ex quo eſt extraneus, non eſt dignus. Sumendo dignum latè, vt conuenit etiam in eligibili. Sic non eſt eligendus illegitimus, eſto ſit doctiſſimus, & ſanctiſſimus, & qui, ſi non eſſet illegitimus, eſſet omniũ vtiliſſimus; quia vtilitas Eccleſiæ exigit, vt illegitimus non præſit niſi diſpenſetur, & ideo niſi diſpenſetur quacnmque alia dignitate non obſtante eſt indignus. Et idem dicitur de irregulari non ex delicto, ſed ex defectu. Sic enim & in propoſito ex quo lex cenſuit, vt conditio extranei ſit inutilis ad Eccleſiæ regimen, nulla alia vtilitate obſtante extraneus nec eſt vtilis, nec eſt dignus; ideo non mirum ſi etſi alius hic & nam ex accidenti occurrat extraneus digniſſimus ad regendum Eccleſiam in patria ſna, non poſſit eligi in hac patria, quia ex quo eſt extraneus, non eſt dignus, vt in hac patria præſit.

147 Quod verò dicunt aliqui, quòd minùs dignus originarius præferendus eſt extraneo digniori, ſcilicet *Zech. Pinſec. Vgol.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad ſeſſ. 24 cap. 18. num. 130. Conc. Trid. de reformat & de off. Epiſ. alleg. 60. num. 102. Lauor. cap. 21. num. 70. Et ex caſum, P. Greg. Peyr. tom. 3. cap. 9. num. 22.* ſi id intelligant, vbi non eſt ſtatutum prohibens eligi extraneum, non poteſt eorum ſententia admitti. quia ſi omnibus penſatis extraneus bene notus eſt notabiliter vtilior Eccleſiæ, iniuſtitia eſt, ſi poſt ponitur, vt originatius eligatur. Et hic intrat diſpoſitio *cap. ad decorem, de inſtit. vbi Innoc. 3. reprehendit Patriarcham Conſtantinopol.* quòd miniſtros Eccleſiæ ſuæ eligeret tantùm Venetos. Et vrget *cap. nos qui, diſt. 40. Vbi S. Greg.* inquit *Nos qui præſumus non debemus innoteſcere loco, aut dignitate generis, aut vrbium claritate.* Et aliud eſt, quòd non debeat attendi ſola extranei doctrina, aut ſanctitas, vt eſt bonum ipſius, ſed debeat attendi Eccleſiæ vtilitas, ad quam regulariter magis apti ſunt originarij, aliud eſt quòd vbi extraneus, qui forte iam eſt longa habitatione quaſi factus naturalis, & eſt bene notus, & omnibus penſatis, eſt notabiliter Eccleſiæ vtilior, poſſit excludi; hoc enim admitti non debet, quia Eccleſiæ vtilitas ſemper præualere debet. vt cum D. T. in hoc *artic. & ſupra quæſt. 63. art. 2.* docent communiter DD. Quod verò Lauorius vbi ſupra comparando electionem dignoris extranei factam à minori parte, ad electionem digni factam à maiori, dicit probabilius eſſe hanc eſſe illi præferendam, non eſt hoc ſolùm probabilius, ſed certum, vbi ſeruanda eſt forma *c. Quia propter*, quia is electus cenſetur, qui à maiori parte eſt nominatus. Ideo & in alio caſu ab eo poſito, ſi maior pars elegit dignum extraneũ, ſine dubio electio eſt confirmanda etiam ſi minor pars elegit æquè dignum de collegio.

148 Colligitur quartò, quòd vbi poſſit adeſſe ſtatutum iuſtum coarctans electionem beneficij curati ad conſanguineos, & hoc ſtatutum erit ſeruandum. ſed tunc non eligetur minùs dignus relicto digniori, ſed eligetur dignus relicto non digno, quia non eſt dignus, cui deficit conditio à lege ſtatuta. Dictum eſt vbi poſſit adeſſe ſtatutum iuſtum. Nam non poſſe fundatorem beneficij apponere cõditionem, vt beneficium detur ſolùm conſanguineis, voluit *Maior 4. d. 24. q. 3. ad quartum & q. 9. & Philippus de Sarra, & Iacobus de Zocbis apud Lambert. de iure patronatus, l. 1. p. 1. q. 9. a. 1. n. 37. & 38.* Quamuis verò loquendo de beneficio ſimplici non habente curam animarum, vel gubernationem, hæc opinio communiter reprobetur, & auctoritate DD. & praxi Eccleſiæ; Tamen loquendo de beneficio curato, eam tenent plures, ſcilicet *Soto lib. 3. quæſt. 6. art. 2. poſt 9 concl. in fine, Salon 22. quæſt. 63. art. 2. contr. 3.* & tanquam magis probabile tenet *Ledeſma tract. 7. cap. 2. concl. 7. dub. 8.* Et licet oppoſitũ ſentiant *Aragon. 22. quæſt. 62. art. 2. Sanchez lib. 2. opuſ. cap 1. dub. 20. n. 14. & hoc ſupponat Serra 22. quæſt. 63 art. 2. dub. 1.* & videantur huic opinioni fauere illi omnes, qui abſolutè ſine diſtinctione docent, fundatorem poſſe ponere conditionem, vt beneficium detur tantùm alicui generi perſonarum, & præcipuè ijs, qui erunt de ſua familia, qui ſunt *Couar. regul. peccatum 2. p. §. 7. num. 5. Laurentius. & Zenſelinus*, quos ſequitur *Anchar. in Clem. quia contingit, de religioſ. domib notab 9. Domin. cap. Cum in Eccleſia notab. vult. de præbend. in 6. Cordu. concil. 11. Ledeſma 2. 4. quæſt 18. art. 2. Azeuedo, Spino, Rochus, & Lambertin.* quos ſequitur *Sanchez lib. 2. Opuſ. cap. 1. d. 10. num. 14 Barboſ. de off Epiſ. all. 60. num. 102. Rodriq. in ſum. cap. 106.* Nihilominùs poſſunt hæ duæ opiniones ad concordiam reduci, dicendo, quòd prima regulariter vera eſt, ſecunda verò habeat locum in caſu magnæ, & grauis neceſſitatis, tunc ſcilicet cũ illa conditio redundat in maiorem Eccleſiæ vtilitatem, vt ſi Eccleſia indigeat noui Epiſcopatus, vel nouæ Parochiæ inſtitutione, ſine qua fideles non niſi cum magno incommodo recipiunt ſacramenta, & alia ſalutis remedia, tunc ſi aliquis velit fundare Epiſcopatum, vel Parochiam ſub conditione, vt eligantur in futurum Epiſcopi, vel Parochi de eius conſanguinitate, poteſt hoc fieri, quia melius eſt Eccleſiæ eſſe certam de Paſtori idoneo, quàm carere & digno & magis digno. Et adhuc in hoc puncto potiùs Eccleſia tollerabit hoc, vt minùs malum, quàm eliget vt bonum; quia bonum Eccleſiæ eſt vt per optimos Miniſtros regatur, quòd ſi non habet optimos, iam neceſſitas vrget, vt quò poteſt magis idoneos, vel ſi hos non habet ſaltem idoneos obtineat. Ideo dum ſecunda opinio tota ſe fundat in, hoc quòd per electionem digni omiſſo digniore nõ fit iniuria Eccleſiæ, nec digniori, admittitur hæc ſecunda pars, quia nullus eſt, qui habeat ius ad beneficia, ideo nec digniſſimo fit iniuria ſi Præſulatus detur etiam indigniſſimo, ne dicam digno. Sed iniuria fit Eccleſiæ ad cuius vtilitatem ſpiritualem conſeruandam, & omni modo poſſibili augendam etiam reſpectu Dei, qui meretur vt omni modo perfectionis colatur, teneãtur Prælati diſpenſatores beneficiorum ex obligatione virtutum Religionis iuſtitiæ Chriſtum ad fidelitatis, iuſtitiæ legalis, & diſtributiuæ.

149 Dato igitur iuſto ſtatuto in fundatione beneficij poſito in quo beneficij, ſiue ſimplicis, ſiue curati prouiſio coarctata eſt ad certũ genus perſonarum, vt ad familiam fundatoris, tunc eligendus

eſt melior intra illud genus, nec obſtat quòd extra illud genus ſint multò meliores, quia erunt multò meliores in ſe, non reſpectu illius Eccleſiæ, ad quam non poſſunt promoueri. Vnde nec erunt meliores dicendi, cum nec ſint boni, ex quo illis deficit aliqua qualitas à iuſta lege requiſita. Et licet propriè non poterunt dici indigni, tamen erunt ineligibiles, licet aliunde digni dici poſſint. Quando autem dicitur, quod debet eligi dignior, intelligitur inter eligibiles, & poſſibiles haberi, haberi verò non poteſt, qui à lege iuſta haberi prohibetur.

150 Colligitur quintò, quòd eadem ratione in Religionibus vbi ſit ſtatutum iuſtum, quòd Prælati eligantur de tali Conuentu, vel vt ſeruetur alternatiua inter nationes, huiuſmodi leges ſeruandæ ſunt: & quamuis vt cap. ſuperiori dictū eſt, nunquam liceat eligere indignum, vbi tamen inueniatur dignus, non licet eligere extra illum Conuentū vel alternatiuam frangere. Huiuſmodi leges, & alternatiuas iuſtè iuſtitui pro pace, & quiete Religionum tradit *Petrus Ledeſma tract.7.concluſ.7.diff.*14. & confirmat praxis. Et in Ordine Prædicatorum huiuſmodi alternatiuæ ſunt in pluribus Prouincijs, quæ tamen certè in ſe parum vtiles ſunt ad obſeruantiam, & perfectionem Religionis promouendā, ne dicam valde inutiles, & plurimùm nociuæ, ſed per accidens, ne regimen reſideat in manibus paucorum, & ne partialitates aliquorum in ſummum excreſcant, & pro bono pacis, & pro ſeruanda quadam æqualitate vtiles ſunt; ſed benè apparet, quòd hæc vtilitas, vt plurimùm reſpicit priuatum intereſſe nationum, non verò bonum ſpirituale Religionum. Vbi autem in Religionibus malum diſcordiæ præualeat, ſitque aliqua Prouincia diuiſa in factiones, & partes, *P. Fr. Iacobus Raggius Capucinus dub.26. concl.2.* indicat ad huiuſmodi diſcordias, & factiones tollendas poſſe, immò debere electores eligere in Diffinitores duos ex vtraque parte, & alternatim modo ex vna, modò ex altera eligere Prouincialem, relictis aliàs melioribus, qui ſint ex vna parte, Nam tunc ad remouendas diſſenſiones, æmulationes, murmura, & ſcandala digniores fiunt illi, qui aliàs minùs digni eſſent, quia ad bonum commune longè melius eſt hoc modo factiones & diffidia tolli, quàm quòd gubernent ij, qui aliàs eſſent digniores. Verùm cum per ſe loquendo huiuſmodi remedia faueant priuato intereſſe partium, quæ in malis factionibus ex amore priuato, & ex ſuperbia, & ambitione diſſentiunt, videndam ne potiùs huiuſmodi alternatiuæ, & diuiſiones faueant factionibus, quàm bonum commune promoueant. Ideo electores bene proſpiciant, & omnibus penſatis id agant, quod in indiuiduo caſu, meliùs eſſe pro bono communi cognouerint. Nec factiones, & diuiſiones in electionibus, quæ vt plurimùm ex bono zelo procedunt. *cap. Nec nouum 8.q.1.* ſunt reprehenſibiles, pront aſſeruit S. Leo, & habetur, *cap. ſi fortè diſt. 63. & d. cap. Nec nouum*.

151 Nihilominùs tamen leges ſupradictas alternatiuas ſtatuentes, quatenus iuſtæ ſeruandæ ſunt, & tunc, licet extra nationem ad quam ſpectat electio ſint multi aliàs aptiores; illi tamen ſimpliciter, nec aptiores, nec digniores dici debent; vel cum ex lege non ſint eligibiles, non ſunt digniores haberi poſſibiles. Sicut ſi vacet Epiſcopatus, etſi ad illum gubernandum optimus omnium erat Epiſcopus aliquis alterius Eccleſiæ ſponſus, non per hoc hic poſſet eligi, nec inter digniores poſſibiles haberi computari. Semper igitur verum eſt, quòd debet eligi dignior inter poſſibiles haberi, nec datur exceptio.

152 Colligitur ſextò, quod ſi vacante beneficio curato Superior non det optimum, quia vel eo indiget in alio officio ad maiorem boni communis vtilitatem, vel quia illum reſeruat pro meliori beneficio; cum aliàs permutatio beneficiorum ſecum incommoda non parua deferat; vel ob aliam cauſam ſpectantem ad communem vtilitatem, non peccat. *Card. de Lugo diſp.35. num.25. Ragg. dub.6. num.2.* Sed in hoc caſu, licet ille eſſet vtilior reſpectu Eccleſiæ particularis, non eſt dignior reſpectu Eccleſiæ vniuerſalis, & communis boni. Quando autem dicitur, quod eſt neceſſe eligere meliorem, intelligitur de meliori nedum reſpectu particularis Eccleſiæ, ſed reſpectu communis boni totius diœceſis, & Eccleſiæ vniuerſalis. Et ſuperior nunquam errat, nec accipit perſonas, cum non reſpicit niſi vtilitatem Eccleſiæ tam particularis, quàm communis.

153 Colligitur ſeptimò, quòd merito dignioris non reſpondet, nec reſpondere debet pinguedo beneficij, itaut quò quis eſt dignior, ei diſtribuendum ſit pinguius beneficium. Sed vtilitas Eccleſiæ penſari debet, vt vbi onus eſt maius imponatur ſuper habente fortiores humeros, quidquid ſit an oneri ſit annexum maius, vel minùs vtile temporale. Ideò ex duobus beneficijs vacantibus, quorum vnum ſit pingue, ſed ſit vel ſimplex, vel cui ſufficit ſecundùm communem vſum Rector ordinariæ ſufficientiæ, alterum verò reuqirat virum valdè doctū, fortem, & prudentem, & dentur duo quorum vnus ſit dignior alteri immò digniſſimus, non debet digniſſimo dari beneficium illud pingue, ſed illud tenue, quia vtilitatis Eccleſiæ ratio habenda eſt. *Soto lib.3.q.6.art.2. ad quoddam ſecundum argument. contra nonam. Bannes ſupra quaſt.63. art.2. dub.3. verſ. tertiò ſequitur. Ledeſma tract.7. concl.7. verſ. Tambien. ſe hà. Aragon, ſupra quaſt. 63. art. 2. Salon ibi controu.3. Nauar. lib.2. de reſtit. cap.2. num.140. Sanch. lib.2. opuſ. cap.1. dub.2. num.24. Card. de Lugo diſp.35. num.26. Martinez de Prado cap.19. quaſt.4. num. 25. Donatus par.3. tract.4. quaſt.27. nu.2.* Quamuis contrarium ſenſerit *Martinus de Ledeſm. 2.4.q.18. art.2. dub. 9.*

154 Colligitur octauò, quòd meritò omittetur ille, qui ſit doctior, vel prudentior, vel præditus alia qualitate, ſi prudenter timetur, quod non reſidebit, vel quòd ſtatim renunciabit, vel aliud graue malum ex eius promotione poteſt imminere, quod ſit prudenter timendum. Talis enim, non eſt dignior ad Eccleſiam, eſto eſſet dignior in ſe, ideò ſi minùs digno in ſe, de quo non timetur malum, detur beneficium bene fit, quia ille eſt dignior pro Eccleſia. *Card. de Lugo diſp.35.*

155 Colligitur nonò, quod licet eligere aliàs minùs dignum, omiſſo digniori ad vitandam electionem, vel indigni, vel minùs digni. Poteſt enim caſus contingere, quod duo concurrant, vnus indignus, alius dignus quidem, ſed quo ſunt multi digniores, qui eligi deberent, ſed electores illos digniores nolunt audire, vnde duo ſolum ſunt qui

con-

concurrunt, & nominabuntur in ſcrutinio, ſed res ita ſe habet, quòd ſi non eligam dignum, euadet electus indignus. In hoc caſu illum minùs dignum poſſum eligere, ſed verè omnibus penſatis in indiuiduo ille non eſt minùs dignus, ſed eſt dignior, quia cæteri digniores ſunt, ac ſi in mundo nõ eſſent & ille minùs dignus eſt dignior inter poſſibiles haberi, ideo tutò eligi poteſt. *Caiet. v.electio fin. Palacios ibid. Soto lib.3.q.6.ar.2.ad quoddã 4.arg.cõtra 9. Bannes ſupra q.63.art.2.dub.4.concl.3. verbo ſecundo &c. Aragon. ibid.art.2.Salon.ibid.controu.4.Ledeſma tract.7.cap.2.concluſ.7.dub.1.Sanchez lib.2. opuſ. cap.1.dub.4.num.2. Vaſquez opuſ.de beneſ.cap.2. §.3. dub.3.Turrian.22.diſp.22.Caſtro Palaus trac.13.diſp. 2.par.11.§.1.num.12.Lauor.cap.2.nu.58. Ragg. dub. 88.num.24. Card. de Lugo diſp.35.num.30.Donatus par.3.tract.7.q.27.num.8.Petrus Nauar.lib.2. de reſt. cap.2.num.159.* Quod euidentiùs verùm eſt in caſu, quem ponit *Ragg.dub.88.num.4.* ſcilicet ſi v. g. in electione Diſcreti, vel Socij Prioris, votum illius, qui vellet eligere dignisſimũ, eſſet neceſſarium ad concludendam electionem, quia in eo caſu Conuẽtus maneret ſine Diſcreto, vel Socio: quod ne eueniat tunc elector tenetur eligere illum, qui aliàs eſt minus dignus relicto digniori, cuius electio non poteſt concludi, vt eligatur & concludatur, minus digni electio.

156 Immò in hoc caſu nedum poteſt eligi hic qui alias eſſet minus dignus, & eſt dignior in defectum dignioris, ſed debet eligi. Ratio huius eſt, quia miniſter publicus, & gerens in hoc vicem cõmunitatis nedum tenetur non eligere indignum, ſed ad impediendum quantùm poteſt per ſuum ſuffragium, vt nõ eligatur indignus, ſic enim quia votum album, aut inutile diminuit numerum votorum, & ſæpè fauet vni ex nominatis, ſi ex quo quis det votum album, aut inutile indignus euadat electus, ille qui dat tale votum peccat, ac ſi elegiſſet indignum, quia ex vi illius indignus euaſit nominatus à pluribus. Ita ſi ex hoc quòd Petrus nõ eligit Paulum aliàs minùs dignum euadit electus Titius indignus, Petrus grauiter peccat. Sic *Aragon. Ledeſm. Nauar. Sanchez, Card. de Lugo.*

157 Immò hoc extenditur, & verificatur, etiam ſi quis iurauerit eligere digniorem, quia hoc ſemper intelligitur de digniori poſſibili haberi. *Sotus, Aragon. Nauar. Ledeſm. Sanchez, Donat. n.9.*

158 Immò hoc videtur extendendum etiam ad electionem minus indigni, ſi hæc electio ſit neceſſaria ad excluſionem indigniſſimi. Ita *Card. de Lugo num.29.* Sed hoc cum limitatione admitti debet, ſcilicet, in caſu in quo electio minùs indigni non ſit intrinſecè mala, ſed indignitas non ſit tanta, quin ex cauſa talis indignus poſſit eligi iuxta dicta cap. ſuper.

159 Nihilominùs ex hoc ſupradicta limitantur, vt non habeat locum neceſſitas eligendi minùs dignum ad vitandam electionem indigni, vbi medio confirmatore poteſt damno Eccleſiæ prouideri, & poſſit eſſe ſpes, vt eligatur dignior caſſata indigni electione. Quamuis & habenda ſit ratio dilationis temporis, & ſemper maior Eccleſiæ vtilitas, vel minus damnum ſit attendendum, & iuxta hanc inſpectionem operandum.

160 Quæ verò dicta ſunt de electione minus digni ad vitandam electionem indigni, vera ſunt etiã de electione dignioris omiſſo digniſſimo, ad excluſionem minus digni. Vt ſi tres nominandi ſint in ſcrutinio, vnus digniſſimus, alius dignior, alius dignus, ſi Petrus dando ſuffragium Paulo digniſſimo videt, quòd euadet electus Titius dignus, & ſic excluſi erunt & Paulus digniſſimus, & Thomas dignior, & econtra ſi det ſuffragium ad fauorem Thomæ dignioris non euadet electus Titius, poteſt tutò eligere Thomam digniorem omiſſo Paulo digniſſimo, quia in his anguſtijs Thomas eſt digniſſimus, qui poſſit haberi. Ita concorditer tenet *DD. ſupra num.155. citati.* Et hoc verum eſt etiam, ſi Petrus iuraſſet ſe electurum digniſſimum.

161 Sed an in hoc caſu Petrus elector nedum poſſit, ſed teneatur eligere Thomam digniorem relicto Paulo digniſſimo, vt vitet electionem Titij minùs digni, *Vaſquez, Turrianus, & Caſtro ſupra citati negant*, quia hæc obligatio eſt, vbi eſt excludendus indignus, quia bene elector ex iuſtitia cõmutatiua tenetur facere, vt indignus non eligatur, ſed hæc obligatio non eſt ad excludendum minùs dignum. Et non fit iniuria Eccleſiæ, ſi minùs dignus eligatur. Nam & ſi ex vi electionis minùs digni facienda eſſet reſtitutio, hæc non eſſet facienda digniori, ſed digniſſimo. Verùm oppoſitum eſt dicendum, quia Eccleſiæ debetur dignior, qui poſſit haberi. *Sotus, Banues, Leſſius, & Cardin. de Lugo num.34.*

162 Quanta verò certitudo ſit in hoc caſu neceſſaria, Turrianus requirit inſignem certitudinem, quòd minùs dignus ſit eligendus, ad hoc vt elector ſit liber ab electione digniſſimi, & *Card. de Lugo*, certitudinem moralem, quam haberi poſſe ait vbi fit electio per ſcrutinium, & acceſſum, ſicut fit in electione Pontificis, quia ex primo ſcrutinio bene poteſt cognoſci inclinatio votantium, & eorum determinatio, & an ſit poſſibile, quod digniſſimus eligatur. Sed & abſolutè vbi electio fit per ſimplex ſcrutinium hæc certitudo haberi poteſt, cum non ignorentur inclinationes ſuffragantium, & rationes & motiua, quibus mouentur, vt excludant digniſſimum. Sed in hoc caſu cum agatur de fugiendo malo, ſcilicet de vitanda minùs digni electione per electionem dignioris, credo quòd ſufficiat probabilis timor electionis futuræ ad fauorem minus digni, & quod elector periculo probabili huius mali non ſe debeat exponere, ſed aſſecurare bonum communitatis per electionem dignioris.

163 Colligitur decimò, quòd vbi maior pars vult eligere minus dignum, poteſt elector omiſſo eo, qui aliàs eſſet dignior, minus dignum eligere, vt electio magis pacifica ſit, & electus non habeat nouas querelas contra eos, qui illum non elegerunt. Et in hoc caſu eſt neceſſaria certitudo moralis, quòd maior pars ſit electura minus dignum, & ex conſequenti, quòd inutile eſt eligere digniorem, ſed hac certitudine habita poteſt eligi minùs dignus, quia hoc exigit bonum commune. Ita *Caietan. ver. electio, §. & ſexto, Syluest. ver. electio 3. qu. 2. Bannes ſupra q.63.a.2.dub.3.concl.3.v. Tertiò ſequitur. Orellana* apud *Ledeſmam tract.7. cap.2. concluſ.7. diff.2.* qui hoc etiam aſſerit eſſe probabile. Verum aliqui hoc non admittunt vniuerſaliter, ſed diſtinguunt, quia vbi electio non habetur per plurium concurſum, & per edictum, vera eſt aſſertio poſita, ſed vbi electio habetur per concurſum, tunc eligendus eſt dignior,

Digitized by Google

dignior, quia licet ſuffragium non proſit illi ad electionem, prodeſt tamen ad honorem, quia maior eſt honor nominati ſi nominetur à pluribus, & per id faciliùs obtinebit aliud beneficium. *Ita Card. de Lugo num.* 35. Sed *Sanchez d. dub.* 4. aliter diſtinguit & non facta vi in electione per concurſum, vel ſine concurſu ait, quòd vbi eligitur Prælatus, & gubernator, tunc ratio boni communis petit, vt eligatur cum maiori concordia & pace eligentium, & ideò vbi non eſt ſpes eligendi digniſſimum poteſt elector eligere dignum aſſociando ſe maiori parti. Sed vbi eligitur ad Canonicatum, vel ad Cathedrã, quia tunc nihil bono communi intereſt, quod electus eligatur à paucioribus, vel pluribus ſupra numerum neceſſarium ad valorem electionis, tunc sẽper eligendus eſt dignior, aliter fit ei præiudicium. *Ledeſma vero loco citato*, abſolutè tanquam probabiliùs tenet ſemper eligendum eſſe digniorem. Et aſſertio abſolutè vera eſt, & oppoſita ſententia ſupponit eſſe aliquam obligationem iuſtitiæ reſpectu dignioris, ſeu digniorem habere aliquod ius pr̨ nõ digno, vt eligatur, cuius oppoſitum probatum eſt ſupra, & ideò elector cum iniuriam non faciat digniori ſi illum non eligat, & in noſtro caſu dignior non poſſit validè eligi, idem eſt ac ſi in mundo non eſſet, & poteſt eligi minùs dignus, qui iam eſt dignior poſſibilis haberi. Nec facit ratio concurſus, in quo caſu duplex electio, ſeu iudicium haberi poteſt, alterum à iudicibus concurſus, alterum ab eligente iudicatum ab examinatoribus, qui ſunt iudices concurſus. Nam iſti iudices ex iuſtitia tenẽtur dare ſuffragium digniori, & iudicare illum digniorem, qui talis eſt, ſi de digniori interrogantur: dantur enim ad hoc vt diſcernant dignum ab indigno; vel ſi proponitur ab eis iudicandus, quis ſit dignior, dantur ad illam differentiam dijudicandam ſecundùm veritatem; & ideò deficiunt à ſuo officio ſi eum, qui eſt verè dignior, non iudicant digniorem. Immò & iniuſti ſunt, ſi non vocati, liberè ex ſe iudicantes dicunt non eſſe digniorem eum, qui verè in concurſu omnibus penſatis eſt dignior, hic enim honor illius eſt, nec poteſt ab eo ſine iniuria auferri. Sed ad electionem ad beneficiũ, ex ſola vi cõcurſus dignior non habet ius, vt ſupra etiam probatum eſt, & quatenus haberet ex ſpeciali aliqua lege, vel ex contractu, adhuc hoc intelligi deberet, vbi electio eius ſit poſſibilis, neque enim elector tenetur ad dandum ſuffragium inutilè, & vanum ad finem ad quem ordinatur ex officio, ſcilicet ad electionem nominati. Neque ex eo quod fauore eligendi ſit ſtatutum, vt eligatur dignior, ſtatutum eſt, vt eligatur ſuperfluè, & ſine effectu, ſed vt eligatur ſi poſſit validè eligi, & cum non poteſt validè eligi, nulla ei fit iniuria, quia non habet ius, vt a maiori, vel minori, vel aliquo numero eligentium inutiliter eligatur, nec elector tenetur in vanum eligere.

164 Maius dubium eſſe poſſet, an in hoc caſu teneatur elector eligere minùs dignũ, qui tunc eſt dignior, qui eligi poſſit, nam qui aliàs eſſet dignior, cũ non poſſit eligi, videtur habendus, ac ſi nõ eſſet, vnde minùs dignus remanet dignior. Reſpondetur quòd poſſet dari caſus, in quo ob bonum commune electio huius dignioris eſſet neceſſaria ad vitandum graue aliquod malum, ſed tamen abſolutè non adeſt neceſſitas huius electionis, quia ille minùs dignus eſt dignior per accidens ex mala voluntate illũ eligentiũ. Et ideò elector poteſt ſuo ſuffragio, oſtendere maiorem dignitatem alterius nec rationabile eſt, vt ex malitia aliorum, vel ignorantia, & imprudentia cogatur elector recedere ab eo, qui verè eſt dignior. In indiuiduo tamen & caſu occurrenti puto conſiderandas circumſtantias, & faciendum eſſe, quod vtiliùs erit ad bonum cõmune, & niſi aliud obſtaret, ego ſemper eligerem illũ, qui verè dignus eſt, nam de facto eſt dignior poſſibilis haberi, vnde tutò eſt eligibilis.

165 Tandem aduertitur iterum, quod ſupra dictum fuit, ſcilicet quòd certitudo in hac materia poteſt præualere incertitudini, & quòd vbi eſt certum hunc eſſe idoneum, & eſt probabile illum eſſe digniorem, poſſum eligere illum certum. Quod tamen *Card de Lugo num.* 27. meritò limitat. Nam ſi certitudo de æquali idoneitate ſit ex vtraq; parte, vnde ſum certus de vtroque, quod eſt æquè dignus, & adhuc habeo probabilitatem, quòd aliter ſit dignior, eligendus eſt is, qui probabiliter eſt dignior relicto eo, de quo ſolum ſum certus, quòd eſt dignus. Sed ſi de vno ſum certus, quod eſt dignus, & de alio non ſum certus, quòd ſit æquè dignus, & tamen probabiliter apparet nedum æquè dignus, ſed dignior, tutius eſt, & melius eligere certum dignum, quàm incertum digniorem.

166 Itaque concluditur, quòd diligenter & prudenter ab electoribus attendenda eſt vtilitas boni communis primò in ſpiritualibus, deinde in temporalibus, & ille eligendus, qui in indiuiduo tunc cum electio eſt celebranda omnibus penſatis iudicatur melior & dignior. Et aduertendum quod attendi debet dignitas, nõ quæ ex vna ſola, vel altera qualitate oritur, vt puta ex doctrina, vel ſanctitate, ſed quæ ex omnibus qualitatibus, tam intrinſecis eligendo, quàm extrinſecis, & circumſtantijs omnibus naſcitur, & quòd non eſt neceſſe eligere digniorem ex genere, ſed digniorem in indiuiduo, qui ſcilicet hic, & nunc omnibus penſatis eſt vtilior futurus Eccleſiæ, & ideò dignior.

S V M M A R I V M:

1 *Eligere minus dignum poteſt eſſe peccatum veniale ex paruitate materiæ. n.*167.

2 *Attendi debet in hac comparatione vtilitas Eccleſiæ, ideo erit peccatum veniale, ſi beneficium detur minus aliqualiter digno. n.*168.

3 *Si minus digno detur pinguius beneficium, non eſt peccatum, ſi alias ſine peccato datur illi beneficium. n.*168.

4 *In diſtributione beneficiorum conſideranda eſt etiã pinguedo beneficij, vt pinguiora dentur, ijs qui melius ad Eccleſiæ vtilitatem vſuri ſunt redditibus, & qui de præterito fidelius, & praſtantius inſeruierunt Eccleſiæ. nu.*168.

5 *An eligere parum minus dignum, ſi quis iurauerit eligere digniorem, ſit peccatum mortale: remiſſiue. n.*169.

167 QVæritur vndecimò, an eligere minus dignum relicto meliori, ſemper ſit peccatum mortale? Reſpondetur, quod ſicut in alijs materijs, ſic

ſit in iſta poteſt dari peccatum veniale , vel ex imperfectione actus, vel ex paruitate materiæ, quia nimirum qui omittitur, parùm erat vtilior electo. Huius oppoſitum tenuit *Turrian.22. diſp.22. dub.1 num.6.* Ex eo quòd licet exceſſus vnius ad alium ſit paruus , tamen materia præcepti non eſt exceſſus, ſed eligere digniorem. Sed negari non poteſt,quin ratio exceſſus non intret in materiam prohibitionis Nam prohibetur damnum , quòd infertur communitati ex electione minùs digni : quod ſi hoc damnum ſit leue , prohibitio non obligat ſub mortali *Syl.v.electio p.q.6. Sotus l.3.q.6. a.2. poſt 9.concluſ. ver. in primis Bannes 22. qu.63. a.2. dub. 3. concluſ. prima Ledeſma trac.7.c.2.concluſ.7.§. de lo qual. Aragon.22.q 63.a.2.Salon.ib.contr.3. Nauarra l.2. de reſtit.c.2.n 162.Nauar.Miſcellan.Gerſon.2.4.alphab.24. Lit.M.Sanchez l.2.opuſc.c.1.dub.2.nu.17. Barboſa de off.Epiſ.alleg.60.n.100.Pax Iordan. Prælad.12.nu.35. Lauor.c.21.n.58. Cardinalis de Lugo diſp.3. n.21. & 22.Donatus d.trac.4.q.27.a.3.Rag.dub.61.n.3.Samuel tract.1 diſp.6.contr.4.a.11.*

168 Quod verò tenent beneficia eſſe bona communia diſpenſanda pro meritorum proportione , dicunt attendendam etiam qualitatem beneficij pinguioris, vel minùs pinguis , & Inter alios *Sanchez vbiſupra* putat non eſſe grauem exceſſum beneficij vt centum ad beneficium vt ſexaginta ſex: quòd certè eſt inueriſimile;nam recipere ſingulo anno 34. minus,non eſt leue , ſed valde graue. Dicunt etiam attendi debere exceſſum in dignitate, & honore,ex quibus beneficium fit præſtantius. Ideo tunc erit veniale peccatum ſi beneficium, quòd datur minùs digno in ſui valore parum excedat illud , quòd datur digniori *Pax Iordan. vbi ſupra num.* 36. Sed in ſententia, quam ſupra probaui, & quæ non admittit ius in magis digno ad beneficia , nec putat hæc eſſe præmia diſtribuenda pro meritis , hæc conſideratio locum non habet . Sed ex vtilitate ad Eccleſiam,habito etiam reſpectu ad pinguendinem beneficij, hæc res eſt metienda; vt tunc lit peccatum veniale ex parte materiæ, ſi is, cui confertur beneficiũ curatum,non ſit notabiliter minus dignus eo , qui omittitur . Sed ſi ſeruata proportione vtilitatis reſpectu boni communis minus digno detur beneficium pinguius, quàm magis digno, nullum eſt ex violata dignoris iuſtitia peccatum ; quia pinguedo beneficij non eſt præmium ſecundum portionem meritorum ex iuſtitia diſtribuendum , ſed eſt ſalarium pro officio . Quod ſi omnibus penſatis , & Eccleſiæ vtilitate , & decore ſeruato officium ſine peccato committitur alicui, non eſt peccatum, ſi conſequitur pinguiſſimos redditus, quia hi ſunt ſalarium officij.Aliunde tamen poteſt eſſe peccatum; quia & reſpectu pinguedinis beneficiorum debet attendi Eccleſiæ vtilitas, vt ſcilicet pinguiora beneficia ijs dentur , qui illis ad maiorem Eccleſiæ , & pauperum Chriſti vtilitatem vluri ſunt. Et vt etiam habeatur ratio laborum antecedentium . & conſideretur non tam promouendorum dignitas habitualis, vt puta quòd promouendus ſit doctior , & ad futurum habilior ; ſed quòd de præterito pro Eccleſia laborauerit , eique inſeruierit, & ſic reſpectu eius intret,ſi non iuſtitia, grata tamen quædam recompenſatio , & diſtributio valde propria ſuperioris miniſtrorum fidelitatem, & labores conſiderantis, & propterea animantis alios ad inſeruiendũ fideliter , & laborandum pro Eccleſia . Et hoc reſpexerunt Sacri Canones æquum exiſtimantes, vt ſi de gremio Eccleſiæ inueniantur idonei illis conferantur beneficia , vt *Habeat vnuſquiſque fructum ſuæ militiæ in Eccleſia , in quaſuam per omnia officia tranſegit ætatem . Et vt in aliena ſtipendia minime alter obrepat, nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem cap. Nullus diſt. 61.* Ideo diſtribuens beneficia pinguiora minus dignis, idest, Eccleſiæ vtilitate non inſpecta, licet non ſit propriè iniuſtus & præcipuè contra digniores oblitos, poteſt tamen eſſe vt ſit in illum ingratus Et ſemper eſt bonorum Eccleſiæ infidelis, & iniuſtus diſtributor. Nam & Eccleſiæ bona temporalia ſecundum iuſtitiam diſtributiuam dignoribus, idest Eccleſiæ vtilioribus ſunt diſtribuenda , conſideratis & antiquis meritis laborantium in Eccleſia, & vtiliori diſpenſatione temporalium ad Eccleſiæ decorem, & exemplo quo fideles animentur ad hoc, vt ſint Eccleſiæ vtiliores, ſi maiora Eccleſiæ bona melioribus diſtribuantur.

169 An verò ſi quis iurauit eligere digniorem , ſit peccatum mortale eligere illum , qui leuiter & parum minus dignus ſit , pendet ex illa quæſt. an frangere iuramentum promiſſorium in materia leui, quando eſt materia totalis, & integra ſit peccatum mortale. Videantur vbi ſupra *Bannes*, & *Sanchez n.18.* & alij de iuramento tractantes.

SVMMARIVM.

1 *Variæ opiniones. n.170.171.*
2 *Ex vi concurſus præciſe non eſt neceſſe dare beneficium ſimplex digniori. nu.172.*
3 *Si beneficia eſſent præmia , peccatum mortale eſſet non dare beneficium ſimplex digniori. num.173.*
4 *De iure Eccleſiaſtico non eſt , vt beneficia ſimplicia dentur dignioribus. n.174.*
5 *Longe diuerſa beneficia curata à ſimplicibus . numer.175.*
6 *In diſtributione beneficiorum ſimplicium debet attendi, vt non dentur indigni. num.176.*
7 *Debet etiam vitari notabile damnum Eccleſiæ, ſed debent beneficia dari vtilioribus. num.176.*
8 *Non tamen eſt neceſſe attendere ſolam maiorem vtilitatem ad officia , ſed etiam vtilitatem ad alia miniſteria. n.176.*
9 *Frequenter poteſt contingere , vt in diſtributione beneficiorum ſimplicium non ſit peccatum, vel ſit leue , etiam ſi dentur minus digais ad ea officia pro quibus ſunt præbendæ , vel quia electi ſunt vtiliores ad alia , vel quia non multum aut nihil intereſt Eccleſiæ illa maior excellentia in ordine ad illud officium. nu.176.*
10 *Obiecta aliqua ſoluuntur. num.177.*

170 Quæritur duodecimò. An neceſſe ſit eligere digniorem ad beneficia ſimplicia ? affirmant *Bannes ſup. q. 63. a.2.dub.5.concluſ. vnica Molina l.2.de primog.c.5.n.66.Vaſquez de benef.cap.2.§.2.d.8* Alij verò diſtinguunt,Nam beneficiorũ ſimplicium, alia ſunt, quæ in miniſtro requirunt maiorem ſufficientiam , quàm curata , vt ſunt tres canonicatus in Eccleſia Cathedrali, vnus ad explicandam Sac. Scripturam, alius ad concionandum, & pœnitentiarius , &,huiuſmodi beneficia ſimplicia dare minus

Digitized by Google

nùs digno eſt peccatum mortale *Salon 22. quæſt.63. contron.4. Leſius lib.2.cap.34.num.64. Sanchez lib.2. Opuſ.cap.1.dub.2.num.21.Card.de Lugo diſp.35.n.20.* Alia ſunt beneficia ſimplicia, quæ dantur per concurſum, & viam oppoſitionis, & huiuſmodi etiam beneficia dare minùs digno eſt peccatum mortale, quia dignior victus in oppoſitione patitur magnam iacturam honoris, & reputationis. *Nauar.c.28. in addit.ad n.140. Aragon 22.q.63.a.2. Nauarra l. 2. de reſtit. c.2. n.148.* Et in Cathedris, quòd ſit peccatum mortale non dare illas meliori per concurſum tenent *Nauarra ibid.num.133.& 161. Salon 22. qu.63. art.4. Soto lib.4.de iuſt.quæſt.6.art.3.ſub finem Ledeſma 2.4.quæſt.18.num.1.dub.vult. Petrus de Ledeſma trac. 7.cap.2. concluſ.7. dub.15. Sanchez lib.2. opuſ. cap.1. dub.2. num.23. Cardinalis de Lugo diſp.35. num. 20.* Alia etiam ſunt beneficia ſimplicia, quæ ſi non dentur digniori, ſequitur graue damnum Eccleſiæ, & tunc dare ea minùs notabiliter digno eſt peccatum mortale. *Sanchez vbi ſupra nu. 22.* In reliquis verò beneficijs ſimplicibus peccatum eſt, ſed veniale dare minùs digno beneficium ita *Arag.22. qu.63. art.2. Salon ibid. Contron.3. Sotus lib.3.de Iuſt quæſt.6. art.2. circa finem Gabriel. 4. diſtinc.15. quæſt.7. art.3. dub.1.concluſ.2. Angelus v. Acceptio perſonarum n.21. Alleſ. 2.p. quæſt 136.num.2. Sanchez vbi ſupra n. 20. Sed Cardinalis de Lugo, diſp. 35. num.20.* exiſtimat, quòd dare huiuſmodi beneficia ſimplicia regulariter, & frequenter minùs dignis ſit peccatum mortale, quod probatur. Tum quia qui frequentius confert beneficia ſimplicia minùs dignis, frequentiùs errat eligendo indignos, vnde Eccleſia in breui repletur miniſtris indignis, qui malo exemplo ſcandalum populo dant, Eccleſiæ Cathedrales deturpantur, officia diuina negligenter peraguntur, redditus Eccleſiaſtici malè expenduntur, neglectis pauperibus, quibus ſubueniri deberet. Tum ſecundò quia illorum exemplo alij non curant, vt fiant digniores, vt meritis maioribus ad Eccleſias peruenire poſſint, quæ omnia grauiſſimum damnum inferant Eccleſiæ, quod tenentur impedire ij, qui ex officio tenentur Eccleſiæ bono conſulere.

171 Sed aliorum ſententia eſt, non eſſe illicitum minùs dignis conferre beneficia ſimplicia omiſſis dignioribus, quam tenet *Petrus Nauarra l.2. c.2. à n.172 Gutier. Canon.q.l.2.,c.11.n.12.& 18.* dicens, quòd ſi aliud diceremus, omnes ferè Prælati eſſent in ſtatu damnationis, cum diſpenſent hæc beneficia dignis omiſſis dignioribus. *Garzias de benef p.7. cap. 16. num. 16.* vbi quòd aliud eſt introductum, quàm ſit diſpoſitum per *cap. vnicum, Ne Eccleſiaſtica beneficia* & iam illud præceptum eſt abrogatũ. *Vega in ſum.p.2.cap.17.caſu 1. Ledeſma tr.7.c.2. concluſ.7.dub.15. Leſſius l.2.cap.34.dub.14. Barboſa l.1. de iure Eccleſ. cap.19.nu.13.* Excipit tamen *Ledeſma* beneficia, quæ dantur per electionem, & concurſum; quia hæc dicit danda eſſe dignioribus, quod tamen negat *Garzias vbi ſupra num.55.*

172 Incipiendo ab hoc vltimo dicitur, quòd præcisè ex vi concurſus, qui apparuit dignior in concurſu non habet ius ad beneficium, & ſi diſpenſator alias non teneatur illud ei conferre, ad id ex vi concurſus non tenetur, niſi ex particulari iure aliquo id decernente, vel ex eo quòd vocans ad concurſum promittat, conferre beneficium digniori ſub conditione concurſus. Hoc iam ſupra de beneficijs curaris eſt probatum, & tenent DD. ibi citati. Nam concurſus præcisè importat examen, & experimentum idoneitatis concurrentium, quod fit ad inſtructionem ſuperioris volentis inuenire idoneum, cui cõmittat officium: niſi igitur aliunde, vel ex lege vel ex cõtractu neceſſitetur ſuperior ad dãdũ illi digniori in concurſu beneficiũ, ex vi concurſus non intrat huiuſmodi contractus, nec obligatio dandi beneficium. Vbi igitur ſit lex, vt detur beneficium digniori, illa ſeruanda eſt. Et vbi adſit contractus, ſeu promiſſio dandi beneficium concurrenti, ſi concurrat, & dignior ſit, & hic contractus eſt ſeruandus. Sed ex vi concurſus hic contractus non adeſt. Remanet igitur videndum, an aliunde ſit neceſſitas dandi beneficia ſimplicia melioribus. Et quia in Diœceſi Calaguritana adeſt lex ſpecialis ex *Conſtit.Clem.8.data 18.Aprilis* 1596. vt beneficia etiam ſimplicia dentur per concurſum melioribus, & lex eſt talis, quæ dat ius meliori, & in hoc ſenſu eſt in praxi, & ſecundum illam ſic intellectam Rota centies iudicauit, vt patet in quàmplurimis deciſionibus Calaguritanis, quæ videri poſſunt, vel inter volantes impreſſas, vel apud Eminentiſſimum Ottobonum *deciſ.86.89.98.114.123.209. 259. 260. 266.267.* & alijs; ideo in ea diœceſi beneficia debentur meliori: ſed & hoc aliud aduertendum, quòd vbi beneficium ex lege datur medio concurſu ſemper interuenit vera iuſtitia in examine, & iudicium examinatorum iuſtitia eſt regulandum, ita quòd iniuſtitia eſt, ſi examinatores dignum excludant, vel vbi ex vi concurſus ad eos pertinet iudicare etiam de meliori, ſi meliorem poſtponant minùs digno; vnde vt *cap.33.* explicabitur poſſunt reiecti à relatione examinatorum appellare, & ex conſequenti etiam à iudicio collatoris beneficij prouocando electum à collatore ad nouum examen. Si tamen non eſſet lex obligans collatorem ad eligendum meliorem inuentum in concurſu, non poſſet reiectus à iudicio collatoris appellare. Vbi etiam conſiderandum eſt, quòd ſi lex obligans ad eligendum meliorem facta eſt principaliter intuitu boni communis per ſe, & ex ſe non dat ius proprium priuatis, & excluſis, vt appellent. Et ſi ius appellandi illis ſpecialiter conceditur, vt ex motu proprio Pij Quinti conceſſum eſt reiectis in collatione Parochialium, hoc ius non venit ex proprio iure reiectorum, ſed ex iure Eccleſiæ ad cuius vtilitatẽ facta eſt illa lex, & conceſſa dignioribus reiectis appellatio. Lex etiam Clem. 8. pro Diœceſi Calaguritana principaliter facta eſt non in fauorem priuatum alicuius, ſed ob publicam illius Eccleſiæ vtilitatem, vt habeat meliores miniſtros, vt ex *Rebell. Gutierez Ledeſma Barboſ. de iure Eccleſ. Sigiſmund. à Bonon. de elect. probat Rota in Calagurit. beneficij 27. Nouem. 1648. coram Bichio & 18. Martij 1652. coram D.Meltio.* Vnde ius appellandi, quod illis conuenit, non eſt ex propria, & priuata iuſtitia, quæ illis conueniat, ſed ex iure Eccleſiæ ad cuius fauorem illa appellatio eſt conceſſa dignioribus, ſi reijciantur.

173 Et quidem ſi beneficia ſimplicia eſſent bona communia diſtribuenda ſecundum proportionẽ meritorum, dicendum eſſet cum *Bannes* peccare mortaliter ſuperiorem, vel electorem poſtponentem digniorem minùs digno in diſtributione, vel electione ad beneficia ſimplicia. Quia tunc dignior ſi-

de

be in concurſu, ſiue extra concurſum heberet ius ad beneficia contra minùs dignum, quòd ius violaretur, ſi beneficium, eo contempto daretur, mioùs dignn. Sed iam ſupra probatum eſt ex Diu. Thom. & pluribus alijs DD. beneficia non eſſe inſtituea in præmium meritotom, ſed vt officia ad vtilitatem Eccleſiæ, & eius ſanctum & pacificum regimen ordinata. Noo ergo danda ſunt beneficia ſimplicia dignioti ex iure, quod digniori comperat ad beneficia habenda, ideoque nec ex iuſtitia commutatiua, nec ex diſtributiua, quæ fundetut in aliquo pmprio iure digniotis; ſi igitur adeſt hæc neceſſitas, in aliquo, vel iure, vel motiuo accepto ex parte Eccleſiæ aderit.

174 Poſſet verò videri, qnòd de hoc adſit lex Eccleſiaſtica in *cap. vnico, Vt Eccleſiaſtica beneficia*, quia ibi eſt ſermo de beneficio ſimplici, cum ſit ſermo de officio Cancellarij, & tamen *Innoc.* 3. reprehendit Archiep. Mediol. Eò quia ſine affectu carnali debuerat in perſona magis idonea illud officiū collocare. Nec admittendum videtur, vt voluit *Garzias loco ſupra citato*, quem ſequutus eſt *Pax Iordan, Prælud.* 12. *n.* 32. quòd illa lex conſuetudine contraria ſit abrogata; quia nec de hac conſuetudine ſatis conſtat, & minùs conſtat, quòd ſi adeſſet, eſſet rationabilis conſuetudo, & non abuſus. Alij igitur dicunt ex eo Capite non deduci hanc legem *Card. de Lugo diſp.* 35. *num.* 11. quoniam verbum illod *in perſona magis idonea* videtur intelligendum comparatioē non ad minùs idoneam, ſed ad non idoneam: quòd nedum colligitur ex principio illius capitis, ſed quia cum ex iure communi electio digni ſit valida, ſi ille Archiepiſcopus contuliſſet Cancellariam perſonæ idoneæ, & dignæ, nec debuiſſet Pontifex arguere illum carnalis affectionis, nec prouiſionem damnare; quia electio digni, nedum ad Cancellarij officium, ſed ad Epiſcopatum non eſt in exteruo foro arguends, nec caſſanda; ideo ille Archiep. arguitur, quia officium Cancellarij contulit perſonæ non idoneæ. Præterquam quòd ibi Pontifex nullam condit legem, ſed legem ſupponit; quia ſupponit Archiepiſ. debuiſſe conferre illud officium perſonæ magis idoneæ. Vnde ex eo textu non colligitur lex Eccleſiaſtica præcipiens beneficia ſimplicia dari dignori. Caput verò *Cuſtos*, de officio Cuſtodis, ſecundum *Card. de Lugo* non videtur continere præceptum, ſed inſtructionem. Addit verò Card. quòd ſi eſſet præceptum non eſſe pro tota Eccleſia, ſed pro illa, in qua conſtitutio illa facta eſt in ſpeciali Synodo: quod tamē non eſt admittendum, quia ex quo decretum illius Concilij Prouincialis Toletani inſertum eſt iuri cōmuni, factum eſt ſtatutum vniuerſale Pontificium, & pro tota Eccleſia *Martinez de Prado in quæſt. Moral. cap.* 3. *q.* 8. *n.* 3. Illud tamen caput nouam legem non continet, & certè videtur inſtructio; & quatenus obligationem legis contineat, hoc eſt quia legem ſupponit, non quia nouam legem inſtituat. Vnde non datut lex Eccleſiaſtica, per quam decernatur huiuſmodi beneficia danda eſſe dignioribus vnde remanet, quòd ſi danda ſunt, hoc eſt ex lege diuina. Nam & Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 3. Solùm decernit quòd beneficia dentur digois, & idoneis. In ſeſſ. etiam 22. cap. 4. de beneficijs in Cathedralibus, & Collegiatis obtinendis loquens ſolùm præcipit, vt non dentur niſi habentibus ætatem, & alias habilitates requiſitas. Et cap. 12. ſeſſ. 24. loquens de dignitatibus, & perſonatibus Cathedralium, quibus nulla cura animarum ſubeſt, ait, quòd Clerici alioquin idonei adſciſcantur. Recurrendum igitur ad ius diuinum, & videndum an ex illo ſit obligatio tribuendi beneficia ſimplicia dignoribus.

175 Eſt verò conſiderandum, quòd regimen animarum, cui vires humanæ impares ſunt, vnde vix inuenitur io hominibus, qui ſit tanto officio dignus ſimpliciter, & omnino, ſed communitet & regulariter, qui digni habentur, & digniores, immò & digniſſimi, ſunt tales in defectum digniorum, longè diuerſum eſt ab officijs pro quibus dantur beneficia ſimplicia, quæ ſunt canere in choro, cantare Epiſtolam, & Euangelium, recitare officium, & alia huiuſmodi, ad quæ paſſim inueniontur miniſtri perfecti, & valde ſufficientes, & diligentes, & qui ad huiuſmodi officia ſunt ſimpliciter omnino idonei. Et oihilominus etiam tanta excellentia non multùm facit ad Eccleſiæ decorem, & valde accidentaliter ſe habet. Si eoim quis ſciat ſecurè cantare in choro, parùm intereſt aliàs, quòd ſit excellentiſſimus Muſicus: quòd idem dicitur de cantaote Epiſtolam, & Euangelium Et multò magis de eo, qui ſolum priuatim tenetur recitare officium. Nam ſi iſte ſciat beoe legere, & intelligat beue latinum, oon multùm intereſt, quod ſit eloquentiſſimus. Ideo bene aduertit *Ledeſma loco citato* quòd exceſſus melioris in officiis, pro quibus dantur beneficia ſimplicia non eſt ſæpe notabilis, nec magnæ conſiderationis. Aliàs verò eſſe poteſt, vt aliquis ſufficienter de præſenti minùs aptus, ſpem oſtendat maximam futuræ vtilitatis, & quòd qui eſt ſufficienter aptus pro officio beneficij, ſit valde vtilis ad alia miniſteria, pro quibus ſtatuta oon ſunt beneficia.

176 Dico igitur, in diſtribuendis beneficijs ſimplicibus ſimpliciter obſeruādum eſſe, quod locis citatis ſtatuit Concil. Trident, vt beneficia dentur perſonis idoneis habentibus in ſuo genere qualitates à iure requiſitas. Cæterùm debere reſpici ad vtilitatem Eccleſiæ, & præcipuè ad honeſtatem morum eorum, qui promouentur. Et ſi notabile damnum prouenit bono communi prætermittendo digniorē, quod de facili poteſt inueniri In collatione præcipuarum dignitatum, & præcipuè lo collatione Pœnitentiariæ, & Theologalis, peccat mortaliter non faciens id quod Eccleſiæ ſanctitas, decor, & vtilitas expoſcit, & vnde Eccleſia damnificatur notabiliter, & valde, eius perfectio minuitur, quia cum poſſet augeri, non augetur. Nam & ad augendam perfectionem, & pulcritudinem ſponſæ Chriſti Domini regis regum tenetur vnuſquiſque pro munere ſuo ex ijs, qui in ea ad officia aſſumuntur. In his verò credo non tam attendendam excellentiam ad officium pro quo eſt aſſignata præbenda, quàm ad alias vtilitates, quæ ex officiali Eccleſia vel accipit, vel eſt acceptura. Sed ſi omnibus penſatis, vel digniot ad officium eſt minùs vtilis Eccleſiæ aliúde, vnde abſolutè eſt minùs dignus, & nō dignior, eò quòd doctior v.g. ad cantandum, immò & ad docendum, & ad prædicandum non eſt moribus adeo commendabilis, ſicut alius minùs doctus, vnde in minùs docto doctrinæ defectum compenſat, vel ſuperabundans vitæ meritum, vel exceſſus non

eſt multùm in Eccleſia æſtimabilis, nec multum intereſt Eccleſiæ, vnde vel nullo modo æſtimabili Eccleſia damnificatur, vel parùm: in his inquam caſibus diſpenſare beneficia minùs apto ad officium relicto aptiori, vel nullum eſt peccatum, ſi nullum eſt, quòd æſtimetur damnum, vel eſt veniale peccatum, ſi eſt leue damnum, ſeu leue bonum, quo Eccleſia priuatur; ideò ſæpe contingere poteſt, vt in diſtributione beneficiorum ſimplicium etiam omiſſis dignioribus ad officium talis beneficij, vel nullum ſit peccatum, vel ſit peccatum veniale. Et is cuius intereſt, vel eligere, vel conferre beneficia ſimplicia, ſi reſpiciat non tantum habilitatem ad officium beneficij; quantum ad aliàs vtilitates Eccleſiæ, vt ſemper faciat, quod Eccleſiæ eſt vtilius, ſemper tàmen eligendo ad officia idoneū, ſecundū ſacros Canones nunquam peccabit, & ſi minus idoneos promoueat.

177 Nec quæ addocta ſunt in contrarium vrgent; quia primū vrget ſolùm contra eos, qui promouent indignos, ex horum enim promotione decorem perdit Eccleſia, & qui malè diſpenſant reditus Eccleſiaſticos indigni ſunt. Si etiam Eccleſia priuetur digniſſimis, vt vtiliſſimis miniſtris priuatur iniuſtè bono ſibi debito, & eſt peccatum, ſed cum ad officium vnum eligit miniſtrum idoneum ob alias rationes ad decorem Eccleſiæ ſpectantes, non priuat Eccleſiam pulchritudine, ſed auget. Ita ad ſecundum dicitur, quòd vrget contra promouentes, vel indignos, vel parùm, aut nihil vtiles Eccleſię; nam qui videant promoueri eos, qui vtiliora ſunt Eccleſiæ animantur, vt & ipſi ſe vtiles reddant. Quod verò vbi exceſſus non eſt æſtimabilis non habeatur in conſideratione non ingerit ſcandalum; ſed immò animat ad hoc, vt quiſque conetur excedere valde, ne aſſumatur occaſio vnde poſtponatur.

S V M M A R I V M.

1 *Neceſſe eſt inquirere digniores. nu.178.*
2 *Non debet aligi incognitus. n.178.*
3 *Non debet eligi extraneus, ſi eius non habetur notitia. n.178.*
4 *Sufficit inquirere intra gremium Eccleſiæ, vel Diœceſim, vel Prouinciam, vel Regnum. numer.179.*
5 *Sufficit vero moralis & mediocris diligentia. numer.180.*
7 *Pro inueniendis dignioribus ſeruanda ſunt leges Concil. Trident. Pnarſicam, & alterum. numer.181.*
8 *Qui bona fide eligit minus dignum, relicto vere digniori, non peccat n.182.*

178 QVæritur tertiodecimò. quantam diligentiam debeat adhibere elector, vel collator ne eligatur minus dignus omiſſo dignore? Reſpondetur, quod electores, & inſtitutores, ſeu præſentantes ad beneficia, ex eorum officio tenentur ſine dubio exquirere meliorem. *Caiet. ſupra q.63.ar.2. fin. Soto lib.3.q.6.art.2. in prima ratione 9. concl. Bannes ſupra q.63.art.2. dub.3. ad quintum. Ledeſma tract.7. cap.2.concl.7.ver.de lo qual. Aragon.22.qu.63.art.2. Salon ibid. controu.3. Nauar. lib.2. de reſtit. cap.2.num. 174. Couar. reg. peccatum 2. par. §.7. num.5. Mercado lib.6. de contract. lib. cap.17. Sanchez lib 2. opuſ. cap.1. dub.12. numer.2.* Ratio eſt; quia non licet eligere incognitum, ſed eligendus debet eſſe plenè notus, vt *cap. ſuper. eſt dictum*, & probatur ex *cap. bona 4. de poſtulat. prælat. Panorm. ibi. Salon 2.2. qu.73. art.2. controu.1. Aragon.22. quæſt.6. art.2. Syl. ver. electio 1. q.16. num.18. Angelus num.13. Armill. nu.11. Mercado lib.6. de contract. cap.17. Sanchez vbi ſupra numer.1.* Ideò non poteſt eligi extraneus, ſi eius non habetur plena notitia.

179 Cum verò, vt pluries dictum eſt, iuxta clament, extraneum ſaltem ex honeſtate non eſſe eligendum cæteris paribus, non tenentur electores, vel promotores quærere, vel extra gremium, vel extra Diœceſim, vel extra Prouinciam, vel extra Regnum meliorem, ſed ſufficit illis, ſi quærant intra limites loci, ex quo eligere ſolent, & illum eligere poſſunt, quem digniorem inuenerint, niſi illis occurrat extraneus notabiliter dignior. Sic *Salon. citat.* inquit, quòd non eſt neceſſe electorē exquirere per orbē digniores, ſed ex his, quos habet in promptu, & poteſt facilè nominare. Et *Nauar. vbi ſupra*, quod non tenetur Rex exquirere omnes meliores in Regno, ſed ſat eſt digniori ex cognitis humana diligentia dare Epiſcopatum. Vnde ſat eſt Regi, ex ſibi oblatis à ſecretario, vel ab eo, qui hoc munus habet, eligere digniorem. Vbi ergo de certo loco eligendus eſt Prælatus, vel Beneficiatus, ſolùm ex eo loco explorandus eſt dignior, ſed & vbi non eſt obligatio eligendi ex certo loco, adhuc non eſt obligatio exquirendi digniorem extraneum a Diœceſi, vel Prouincia, vel reſpectiuè à Regno; quia ad minus honeſtum eſt eligere originarium, quamuis ſi occurrat dignior extraneus plenè notus, ſit eligendus. Ita in Religionibus, quia qui non ſunt de Prouincia habentur vt extranei, non eſt neceſſe exquirere digniorem extra Prouinciam. Et ſimiliter ad Epiſcopatum ſufficit inquirere digniorem intra Regnum, vel Prouinciam. Ad Parochiales verò, quæ dantur per concurſum, ſufficit citare quoſcumque per Edictum. Et vbi non dantur per concurſum, ſufficit inquirere intra Diœceſim, vel originarios.

180 Diligentia verò adhibenda, vt non eligatur indignus maior debet eſſe, vt *capit. ſuperiori eſt dictum*, ſed vt eligatur dignior adhuc debet haberi diligentia rationabilis, ille enim optimus cenſendus inquit *Soto loco citato*, qui rationabili diligentia poteſt inueniri. Et *Couar. vbi ſupra*, quòd debet præmitti mediocris inquiſitio, & diligentia. Et *Aragon.* quòd ſat eſt moralis, & commoda diligentia. Et *Bannes*, quòd exquiſitio dignioris moraliter fieri debet, & his conſentit *Sanchez*.

181 Cum verò pro eligendis ad Epiſcopatum & ſumendis de illis informationibus præſcripta ſit diligentia habenda à Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap.1. de reformat. & Gregor. XIV. in Conſtit.6. & Clem. VIII. Et de promouendis ad Parochiales inſtitutus ſit concurſus in Concil Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. iſtæ leges omnino ſeruandæ ſunt, ſicut ſeruari debent leges aliæ iuſtæ alicuius Eccleſiæ, & omnis illa diligentia eſt adhibenda, quam lex iuſta decernit. Sic enim vbi ex concurſu dan-

Digitized by Google

dantur beneficia; eligendus eſt melior ex concurrentibus. *Aragon.2.2.q.63.art.2.Sanchez nu.3.*

182 Quòd ſi quis, adhibita ſufficienti diligentia, bona fide eligat eum, quem iudicat meliorem, ſi poſtea electus non reſpondeat iudicio, & inueniatur minus dignus, elector ſeu promotor non peccauit, quia fecit, quod in ſe erat. *Soto lib.3. q.6. art.2. poſt nonam concluſionem, ante primum argum. contra ipſum. Mercado vbi ſupra. Gabriel.4. diſt.15. quæſt.7. art.3. Medina lib.1. ſum. cap.14. §.32. Sanchez vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Si electores velint eligere minus dignum, alius elector tenetur eos corrigere iuxta leges correctionis fraternæ. n.183.*

2 *Etiam ex debito reſpectu communitatis tenetur minus digni electionem impedire. n.183.*

3 *Ex officio elector tenetur ſuo ſuffragio impedire minus digni electionem. n.183.*

183 QVæritur decimoquartò. An elector teneatur impedire, ne ab alijs eligatur minus dignus? Non eſt dubium, quòd hic locum habere poteſt lex correctionis fraternæ, & corrigendus, qui minus dignum velit eligere iuxta obligationem talis legis. Immò locum habere poteſt lex iuſtitiæ legalis, quæ ſuo modo eſt etiam in ſubditis, & poteſt obligare etiam ad reuelandos occultos defectus, vt *cap. ſuperiori q.6.* dictum eſt, ſi ad vitandum notabile damnum communitatis id ſit neceſſarium. An verò elector ex officio, & ſic ex ſpeciali fidelitate, & iuſtitia teneatur nedum eligere digniorem, ſed impedire electores, vt non eligant minus dignum? Si hoc poteſt facere per ſuum ſuffragiū tenetur facere; quia aliter ex vi voti ſui minus dignus eligeretur, & parum intereſt, quòd elector non eligat minus dignum, ſi ita dat votum ſuum, vel album, vel inutile, vel ad fauorem alterius, quod ex hoc minus dignus euadit electus. Sed an ex officio teneatur etiam omni alia via impedire electionem minus digni. *Card. de Lugo diſp.35. num.34.* docet, quod elector eo ipſo, quod miniſter eſt publicus, debet ex officio conſulere bono communitatis, & impedire minus digni electionem. Sed ipſe hoc ibi explicat in caſu, in quo elector ſuo ſuffragio poteſt illam minus digni electionem impedire. In quo caſu non dubito electorem ad id obligari; ſed quoniam elector non eſt miniſter publicus, niſi in dando ſuffragio, quod dat nomine publico, & ex publica auctoritate; non video, quod ex officio ad amplius obligetur, quam ad excludendum minus dignū ſuo ſuffragio. Quod tamē eſt verum, nedū de ſuffragio, quod datur in ſcrutinio ſecreto, ſed quoties in tractatu, vel extra petitur eius ſuffragium, & interrogatur vt vocalis, & reſpōdet ſeu reſpondere debet, non vt priuata perſona, ſed vt vocalis, & elector. Vbi enim agit vt elector, & ex iure electoris agit vt miniſter publicus obligatus ad cōſulendum bono communi omni modo ſibi poſſibili, vt latiùs *cap. ſuper. q.6. dictum fuit.*

SVMMARIVM.

1 *Electores regulariter non tenentur eligere digniorem cum periculo valdè grauis damni. numer. 184.*

2 *Electores cum aliquali incommodo tenentur eligere digniorem. n.184.*

3 *Vbi damnum communitatis ex electione minus digni eſſet valdè magnum, & tale vt præponderaret malo electoris, teneretur elector etiam cum periculo damni eligere digniorem. n.184.*

184 QVæritur decimoquintò. An ob metum cadentem in virum cōſtantem excuſetur elector; ſi eligit minùs dignum, relicto digniori? Reſpondetur, quod excuſatur, ſi aliàs eligit verè dignum; quia tunc dignior non eſt poſſibilis haberi. Id enim moraliter eſt impoſſibile, quod non eſt poſſibile haberi niſi cum notabili & graui iactura. Nec ad eligendum digniorem tenetur elector cum tanto ſui damno, niſi tantus eſſet exceſſus dignioris, vt eo nō electo communitas priuaretur bono adeo magno, vt præponderare deberet bono priuato electoris. Nec obſtat, quòd eligere digniorem ſit de iure diuino. Quia etiam de iure diuino eſt ſe defendere ab iniuſtitia, & ad bonum communitatis ſpectat, vt partes eius iniuſtè non vexentur, & ſic duo ſunt mala communitatis vitanda, & ideò videndum eſt quantum communitatis damnum ſit ſi melior non eligatur, & quod electores iniuſtè in vita, vel bonis fortunæ grauiter vexentur. Nec eſt veriſimile quod Eccleſia, ſeu Pontifex dans facultatem eligendi electoribus eos voluerit obligare ad eligendum magis idoneum cum graui & notabili eorum damno. Et ſicut non tenentur electores exquirere digniorem extraneum, ſed ſolùm eos qui commodè poſſunt haberi: ſic regulariter non tenentur eligere digniorem, ſi illis graue damnum imminet, quia & electorum damnum eſt damnum Eccleſiæ. Cum aliquali tamen incommodo, & habito reſpectu ad damnum communitatis tenentur electores eligere digniorem. Et fortitudinis animi eſt non vinci timore, ſed viriliter bonum commune procurare: & ſæpiùs etiam contingit, quod in huiuſmodi cauſis timor ſit vanus, & contemnendus.

SVMMARIVM.

1 *Minus dignus non peccat acceptando officium ad quod eligitur. n.185.*

2 *Non tenetur iudicare ſi minus dignum. n.185.*

3 *Etiam ſi ſit notoriè minus dignus, non peccat vtendo iure ſuo, quod ſibi ex electione competit. nu. 185.*

4 *Immò ſi ſit dubius, an ſit dignus, non peccat acceptando officium ad quod eſt electus. n.186.*

4 *Niſi ratio dubij eſſet electoribus occulta. numer. 186.*

185 QVæritur decimoſextò. An minùs dignus peccet acceptando Prælaturā, vel beneficium? Reſpondetur, quod quidquid in oppoſitum dixerit. *Petrus Nauarra lib.2. de reſtit. cap.2. num.163. & 164.*

electus, vel promotus, qui ſcit ſe eſſe idoneum, ſeu qui ſcit non habere in ſe aliquid, ex quo ſit ſibi illicitum eſſe Prælatum, vel Beneficiatum non peccat accipiendo Prælaturam, vel beneficium. Tum quia electio illa ſeu collatio eſt valida. Tum quia non tenetur ipſe ſua merita, cum aliorum meritis conferre. Ideò nec tenetur ſe minùs dignum iudicare, ſed hoc iudicium poteſt & debet electoribus, vel promotori relinquere. *D. Thom. in hoc artic.* & ibi *Caiet. & ſupra q.62. art.2. §. ad confirmationem vltimam, Sotus lib.3.q.6.art.2.poſt 9.concluſ. verſ. contra hæc tamen Salon.2.2.q.63.art.2 contr.3. Molina lib.2. de primogen.cap.5 num.75. Couar.* referens *Richardū, & Scotum 4.diſtinc.15. in regula peccatum 2.par.§.7. num.4. Maior. 4.d.24.quæſt.8. & 9. Sanchez* referens *Perez, & Adrianum, lib.2.opuſ.cap.1.dub.12. num.2.* Nec obſtat ſi dicatur, quòd ipſi minùs digno electo poteſt eſſe notorium, ſe eſſe minùs dignum, nam neque hoc admittitur de digniori omnibus penſatis, licet enim poſſet eſſe notorium illi, ſe eſſe vel minùs doctum, vel minùs ſanctum, non erit tamen notorium, quod non adſit in altero ſanctiori aliqua circumſtantia, ex qua ſit minùs dignus Eccleſiaſtico officio. Tum ſecundo, quia etiam ſi electo eſſet notorium, quòd electores, vel promotor iniquè, & iniuſtè excluderent digniorem, tamen electus neque tenetur ad hæc attendere, nec huiuſmodi comparationem conſiderare, vel aliorum peccatum inſpicere; ſed cum ipſe ex electione, vel præſentatione, vel collatione habeat ius ad officium, quoniam electio digni eſt valida, poteſt proſequi ius ſuum, & officiū acceptare, & interim pro poſſe maiorem dignitatem alterius æmulari.

186 Immò ſi ſit dubius, an ſit dignus, vbi videat ſe electum bona fide, ſe tanquam dignum poteſt iudicare, nec per priuatum iudicium tenetur communi aliorum iudicio repugnare. *Sotus, & Sanchez num.3.* niſi ratio dubij eſſet occulta & electoribus, vel promotori incognita. In quo caſu iuxta qualitatem rationis dubitandi agere poſſet, iuxta regulas à Doctoribus de conſcientia dubia traditas, & attendere, an tale eſſet dubium, quod non eſſet attendendum.

S V M M A R I V M.

1 *Opinio dicentium malum diſtributorem teneri reſtituere digno, vel digniori. n.187.*
2 *D. Thomas non ſauet huic opinioni. numer.187. 188.*
3 *Fundamenta præfata opinionis. n.188.*
4 *Ex iuſtitia diſtributiua præciſè non intrat obligatio reſtituendi. n.189.*
5 *Inæqualitas contra iuſtitiam diſtributiuam non eſt reparabilis per reſtitutionem. n.189.*
6 *Iuſtitia diſtributiua poteſt eſſe ſine commutatiua. n.190.*
7 *Diſtributor non tenetur ex iuſtitia commutatiua eligere digniorem. n.191.*
8 *Diſtributor infidelis non tenetur reſtituere damnum beneficij digno, vel digniori omiſſis. num. 191.*
9 *Et ex iuſtitia nō tenetur reſtituere digniori aliquid, etiam ſi eligatur indignus. n.191.*
10 *Opinio dicentium diſtributorem teneri ad reſtitutionem cum beneficium datur per concurſum. n.192.*
11 *Etiam quando beneficium datur per concurſum, iniquus diſtributor non tenetur ad reſtituendum digniori omiſſo. n.193.*
12 *In edicto concurſus non continetur contractus de dando beneficium digniori approbato per concurſum. n.193.*
13 *Concurſus non eſt inſtitutus ad fauorem promouendorum. n.193.*
14 *Opinio dicentium infidelem diſtributorem teneri reſtituere Eccleſiæ, ſi eligit indignum, non vero ſi eligit minus dignum. n.194.*
15 *Si ex eo, quod beneficia ordinantur ad vtilitatem Eccleſiæ ſequitur, quod in Papa ſit obligatio iuſtitiæ commutatiuæ cum Eccleſia ad non promouendum indignos, eſt etiam ad non promouendum minus dignos. n.195.*
16 *Infidelis diſtributor beneficiorum tenetur ex multiplici virtute reparare omni meliori modo ſibi poſſibili damnum illatum Eccleſiæ ex promotione indigni, vel minus digni. n.196.*
17 *Diſpenſatores beneficiorum ex iuſtitia commutatiua non tenetur Eccleſiæ prouidere de dignis, vel dignioribus. n.197.*
18 *In inferioribus diſpenſatoribus ſimilis obligatio eſt illi, quam Chriſtus impoſuit Papæ. numer. 197.*
19 *Papa non gregi, ſed Deo Domino gregis tenetur paſcere Eccleſiam. n.197.*
20 *Minus congruum eſt, vt Eccleſia ex æqualitate agat cum Papa. n.197.*
21 *Ad bene regendam Eccleſiam ſufficit obligatio fidelitatis, & iuſtitia ad Chriſtum, qui infidelem bene puniet, & ſatisfactionem de eo recipiet. numer.198.*
22 *Eccleſia non habet ſine Papa facultatem condendi leges. n.199.*
23 *Nec iudicandi Pontificem. n.199.*
24 *Nec habet iudicem niſi Chriſtum, coram quo litiget contra Papam. n.199.*
25 *Chriſtus qui Eccleſiæ iudicem non dedit contra Papam non dedit illi ius agendi contra illum, niſi ex iure ipſius Chriſti, non vero ex iuſtitia commutatiua. n.199.*
26 *Papa non tenetur Chriſto bene regere Eccleſiam ex iuſtitia commutatiua. n.200.*
27 *Iuſtitia commutatiua importat imperfectionem in ſubiecto. n.200.*
28 *Satisfactio Chriſti, & ſi pleniſſima, non fuit ex iuſtitia commutatiua, ſed ex altiori iuſtitia, quæ eſt iuſtitia ad Deum. nu.200.*
29 *Nec Dei ad creaturam, nec creaturæ ad Deum eſt iuſtitia commutatatiua. n.200.*
30 *Conueniens fuit vt Chriſtus non ageret ex æqualitate cum Petro, ſed vt ſuperior præciperet. n.201.*
31 *Sufficit obligatio, quam ex pluribus virtutibus, et ſpeciali quadam iuſtitia contrahit Pontifex. n.201.*
32 *Damna illata Eccleſiæ non poſſunt reſtitui ex rigore iuſtitiæ commutatiuæ. n.201.*
33 *Chriſtus altiori modo damna ſua recompenſat. n.201.*
34 *Chriſtus eligens ad Pontificatum pauperes oſtendit, quod non agebat cum illis contractum æqualitatis*

litatis iuſtitiæ commutatiuæ. n. 201.

35 *Iuſtitia, qua Prulati Eeeleſiæ tenentur ad Chriſtū, habet modum commutatiuæ iuſtitiæ, ſed deficit ab eu, quia deficit à ratione æqualitatis. n. 202.*

36 *An ſit eadem cum virtute Religionis: remiſſiuè. n. 202.*

37 *Infidelis diſtributor officiorum, ſeu beneficiorum Eeeleſiæ tenetur ex iuſtitia officij ſui conſeruare, aut reddere Ecceleſiam indemnem, & ad omnia damna reparanda, quæ ex mala diſtributione proueniunt. n. 203.*

38 *Poteſt etiam adiungi obligatio iuſtitiæ commutatiuæ ad Ecceleſiam. n. 204.*

39 *Non cogitur communitas ex ordinario præcepto recipiendi confirmatum. n. 204.*

187 QVæritur decimoſeptimò. An elector vel collator teneatur ad reſtitutionem, ſi eligat indignum omiſſo, digno, vel minùs dignum omiſſo digniori? Diſtinguenda verò eſt hæc quæſtio in plures caſus & quæſtiunculas. Prima eſt an elector, vel collator teneatur reſtituere digno beneficium, quod dedit indigno, vel damnum hoc compenſare, & ſimiliter an teneatur eodem modo reſtituere digniori beneficium, quod dedit minus digno? Affirmant *Caiet. ſupra q. 62. artic. 2. §. ad confirmationem. & in ſumma v. acceptio perſonarum. Palacios ver. reſtitutio cap. 9. Medina in ſumma lib. 1. cap. 24. §. 32. Nauarra lib. 2. de reſtitut. cap. 2. à num. 144. Aragon. ſupra quæſt. 62. circa ſolutionem ad quartum. Salon. ibi. controu. 25. Lopez p. 1. cap. 127. Palud. in 4. d. 15. q. 2. art. 2. concl. 4. Bannes ſupra q. 62. art. 2. dub. 12. Petrus de Ledeſma tract. 8. cap. 4. concl. 1. difficul. 1.* & pro hac ſententia *D. Antoninum par. 2. tit. 1. cap. 12. §. 20. & Syluestrum v. reſtitutio 3. q. 12. dicto 2.* refert *Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 45. num. 12.* quem *Syluestrum* refert etiam pro eadem ſententia. *Garz. p. 7. cap. 16. num. 30.* ſed immeritò quoniam *S. Anton. & Sylu. locis citatis,* loquuntur de impediente aliquem ne obtineat beneficium, ſed de electore, vel diſtributore nec verba habent. Addit verò *Sanchez, D. Th.* fauere huic ſententiæ ſupra *q. 62. art. 1. ad tertium & art. 2. ad 4.* Vbi nihil habetur ex quo hæc ſententia colligi poſſit. Nam *art. 1. ad tertium,* ſolum habet, quòd recompenſatio, quam fuit diſtribuens ei, cui minus dedit, quàm debuit, fit per comparationem rei ad rem, & ideò pertinet ad iuſtitiam commutatiuam. Ex qua doctrina hoc ſolùm habetur, quòd tunc locum habet reſtitutio in materia diſtributionis, quando cum iuſtitia diſtributiua iungitur cōmutatiua, ex qua bonū diſtributum debeatur ei cui diſtribuitur. Ex hoc verò ſolum concludi poteſt, quòd etiam in diſtributione beneficiorum intraret reſtitutio, ſi beneficia eſſent debita ex iuſtitia commutatiua, quod eſt veriſſimum, & indubitatum. Sed nec *D. Thom.* dixit, quod iuſtitiæ diſtributiuæ ſemper ſit coniuncta commutatiua, nec quod beneficia ex iuſtitia commutatiua ſint alicui debita. In *artic. autem ſecundo ad quartum,* nec verbum habet, vel de diſtribuente, vel de iuſtitia diſtribuentis, ſed de iniuſtitia eius, qui impedit alium ne conſequatur beneficium, quòd iam in ſpe habebat, qui eſt caſus longè diuerſus.

188 Fundamentum verò præfatæ opinionis duplex poteſt eſſe. Primum quia reſtitutio locum habeat etiam vbi violatur iuſtitia diſtributiua; quæ cum ſit æqualitas quædam, ſi violetur iuſtum eſt, vt æqualitas illa violata per iniuſtitiam reparetur. Secundum fundamentum eſt, quia non datur iuſtitia diſtributiua ſine commutatiua; quia ex quo diſtributor tenetur diſtribuere ſeruata proportione, tenetur facere quòd bonum commune ſit proprium, & ita iam debet cuicumque ex ijs, quibus diſtribuere tenetur, quod ad iuſtitiam commutatiuam ſpectat; vel certè in diſtributione beneficiorum adeſt etiam debitum iuſtitiæ commutatiuæ, cum diſtribuenda iubeantur etiam (ſaltem ex ſecundaria intentione) in vtilitatem eorum, qui Eccleſiæ inſeruiunt; ideò dignus contra indignum, & dignior contra minus dignum habet ius ad beneficia, quod ius violatur dum omiſſo digno, vel digniore beneficium datur indigno, vel minus digno. Primum fundamentū conſiſtens in hoc, quod violatio iuſtitiæ diſtributiuæ inducat obligationem reſtituendi, *D. Thomæ ſupra q. 62. art. 1. ad tertium. & Caiet. ibidem* tribuit *Garzius par. 7. cap. 16. nu. 32.* Sed immeritò, cum immò *D. Thom.* in eo articulo expreſsè probet obligationem reſtituēdi non induci, niſi per violationem iuſtitiæ commutatiuæ, & in ea reſponſione doceat expreſſiſsimè, quòd quando iniquus diſpenſator recompenſat damnum datum in diſtribuendo, hoc fit, quia violauit iuſtitiam commutatiuam. Ex *Caiet. quidem ibid. & art. 2.* habetur alterū ex membris ſecundi fundamenti, quod tamen nullo modo colligitur ex *D. Thom.* qui nunquam dixit, vel quòd iuſtitia diſtributiua non ſit ſine commutatiua, vel quòd beneficia ex iuſtitia cōmutatiua debeantur alicui. Probari tamen poteſt illud ſecundum fundamentum exemplo, quia ſi daretur Dominus, qui ſuo diſpenſatori præciperet, vt daret eleemoſynam ſolis pauperibus, ſi daret minus egenis, teneretur reſtituere pauperibus.

189 Sed huiuſmodi argumenta non eam vim habent, vt propter ea Paſtoribus Eccleſiæ diſtributoribus beneficiorum, & electoribus ad officia Eccleſiaſtica imponendum ſit hoc grauiſſimum onus obligationis reſtitutionis vel digno, vel digniori omiſſo, ex eo quod promotus ſit indignus, vel minus dignus. Primum enim fundamentum, ſcilicet quòd violatio iuſtitiæ diſtributiuæ per ſe inducat obligationem reſtituendi, quidquid dixerint. *Salon. 2. 2. q. 63. ar. 4. contro. 3. Nauar. lib. 1. de reſtit. c. 2. à nu. 11. Vaſquez, opuſ. de reſtit. cap. 1. num. 6. & de beneficijs cap. 2. §. 3. dub. 19. & p. 1. diſp. 89. cap. 4. Torres de iuſtitia, diſput. 41. dub. 2.* eſt contra communem DD. ſententiam, quam tenent *D. Thom. ſupra q. 62. art. 1. & Caiet. ibid. & art. 2. ad tertium, contra reſponſionem ad quartum. v. exiſtimātibus. Bannes ſupra q. 63. art. 4. dub. 2. ad primum, Petrus de Ledeſma tract. 8. cap. 4. concluſ. 1. Leſsius lib. 2. cap. 1. nu. vlt. & cap. 32. dub. 3. Rebellus lib. 1. q. 3. num. 18. Card. de Lugo diſp. 1. de iuſt. nu. 51. & diſp 35. nu. 78. Molina tom. 1. diſp. 12. Turrianus 22. diſp. 9. dub. 1. num. 5. Bonacina de reſtit. diſp. 1. q. 1. p. 1. num. 10.* referens *Nauarrum, & Toletum, Serra ſupra q. 62. art. 1. dub. 1. Syluius ibi Alderete de Iuramentatione diſput. 13. ſect. 2.* citaos. *Suarez, Valentiam, & Couar. Azor. p. 3. lib. 4. cap. 1. q. 3.* citans *Adrianum, Almainum, & alios. Martinez de Prado in quæſt. moral. cap. 17. num. 7.* & apud eum *Villalobos, & à S. Fauſto & alij.* Et ratio eſt, quia præci-

sè

Digitized by Google

ſè ex vi iuſtitiæ diſtributiuæ ijs, quibus res præcipitur diſtribui non acquirunt ius in re, vel ad rem reſpectu boni diſtribuendi, cum poſſit eſſe, quòd præcipiens diſtributionem nolit obligare miniſtrũ diſtribuentem niſi ex fidelitate ad diſtribuendum ſeruata proportione, ita tamen quòd illis nullum ius acquiratur, antequàm facta ſit diſtributio. Et præterea inæqualitas iniuſtæ diſtributionis non eſt inæqualitas reparabilis per reſtitutionem; quia illa inæqualitas in hoc præciſè conſiſtit, quòd non eſt ſeruata proportio, qui ergo velit æqualitatem hanc violatam reparare, vel hoc faciet de ſuo reſtituendo, vel de bono communi. Non primum; quia tunc dabit de ſuo, non de communi, & reparabit damnum proprium illius, qui minus recepit, quàm deberet ex proprijs bonis, non ex bono communi, & ſemper adhuc remanebit inæqualitas boni communi iniquè diſtributi. Non ſecundum, quia bonũ commune diſtributum iam factum eſt eorum, quibus eſt diſtributum, nec poteſt ab eis auferri. Aliud verò commune alia diſtributione ſeruata æquali proportione eſt diſtribuendum. Iniquus ergo diſtributor non habet vnde reparet inæqualitatem iniuſtæ diſtributionis boni communis per reſtitutionem, & quodcumque det, reparabit damnum alterius ex proprio, ſed ſemper remanebit inobedientia iniquæ diſpenſationis boni communis ſolũ delebilis per pœnitentiam. Ex vi igitur ſolius violationis iuſtitię diſtributiuæ non inducitur obligatio reſtituendi.

190 Secundum quoque fundamentum inualidum eſt; nam donans bonum communitati, vt diſtribuendum à ſuo miniſtro & officiali ſeruata proportione alicuius qualitatis, cur in hoc non poteſt intendere, vt nullum ius acquiratur, vel particularibus, vel etiam communitati? Et ordinare, quod diſtributio ſit valida, etiam ſi non ſeruetur iuſtitia diſtributiua, quam tamen præcipiat ſeruari omnino? In hoc enim caſu officialis ille ex fidelitate, & obedientia teneretur bonum illud ſeruata iuſtitia diſtributiua diſpenſare; & tamen ibi nulla eſſet ratio iuſtitiæ commutatiuæ, quia qui diſtributionem præcepit expreſsè excluſit iuſtitiam commutatiuã ad bonum, vt diſtribuendum, & voluit quòd ante diſtributionem nullum ius acquireretur, vel ſingulis, de communitate, vel toti communitati, & quod diſtributio aliter facta valeret, nec officialis ad aliquam diſtributionem teneretur. In ſimili caſu poſſet Dominus dans bonum, vt diſtribuendum, velle, vt ius acquireretur communitati ex vi talis diſtributionis, nullum verò ius acquireretur ſingulis, vt ſingulis de communitate, & tunc iniqua diſtributio poſſet quidem eſſe contra iuſtitiam communitatis, ſed non contra iuſtitiam ſingulorum. Poteſt igitur iuſtitia diſtributiua reperiri ſine iuſtitia cõmutatiua, præcipuè reſpectu ſingulorum de communitate. Quod in ſententia D. Thom. eſt certum, cum ipſe ponat in Deo iuſtitiam diſtributiuam, ex eo quod ſingulis tribuit propria ſecundùm illorum dignitatem, & tamen in Deo reſpectu creaturæ negat iuſtitiam commutatiuam. *D. Thom. par. 1. q. 21. art. 1. & ibid. Caiet. Bannes, Zumel, Gonzal. diſp. 63. Serra, Copreol. in 1. d. 45. q. 1. art. 1. concl. 4. & ar. 3. ad argum. c. 4. Ferar p. cont. G cap. 93. Sotus lib. 3. de iuſt. quæſt. 5. art. 1. ad primum, & lib. de natura, & gratia cap. 7. 10. à S. Thoma dicta q. 21. diſp. 6. art. 3. n. 4.* Nec igitur in creaturis repugnat inueniri iuſtitiam diſtributiuam ſine commutatiua.

191 At verò quòd de facto in diſtributione beneficiorum non habeat locum iuſtitia commutatiua reſpectu ſingulorum fidelium, ſeu reſpectu digni, aut dignioris ſatis ſupra probatum eſt *quæſt. 3.* Et ideò quòd iniquus beneficiorum diſtributor, & perſonarum acceptor ex violatione iuſtitiæ diſtributiuæ nihil teneatur reſtituere vel digno, vel magis digno, ex eo quòd diſtribuit beneficium indigno, vel minus digno, teneor *Sotus 4. de iuſtit. q. 6. art. 3. Nauar. in ſumma cap. 17. à num. 69. Couar. reg. peccatum 2. p. §. 7. num. 6. Molina lib. 1. de primog. cap. 5. num. 57. Perez, Padilla, Adrian. Mercad. Angles Floribus*, quos refert, & ſequitur *Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 45. num. 15. Martinus Ledeſma 2. p. 4. q. 18. num. 2. Valentia tom. 3. diſp. 5. q. 7. par. 2. 6. quæſt. Cuchus, Spino, Gutier. Zeuallos, Philiarchus, Summa corona, Vega, Carbo. Toletus, Rebellus*, quos refert, & ſequitur *Garz. de benef. par. 7. cap. 16. nu. 26. & 43. Bonacina de reſtit. diſp. 1. q. 1. puncto 1. num. 13. citans Filluccium & Leſſium. Serra 2. 2. q. 62. art. 1. dub. vnico concl. 4. Lauor. cap. 21. num. 62. Diana par. 3. tract. 6. miſcell. reſol. 34. Pax Iordan. Prælud. 2. num. 18.* Vbi tamen *num. 25.* malè hoc limitant dicens, quod cum eligitur indignus, communis ſententia omniũ eſt, nemine diſcrepante, quod ſi eligitur inhabilis reſtitutio debeat fieri etiam digniori. Nam neque hoc eſt verum, vt idem tanquam non verum affirmant *DD. citati*. Quoniam minùs conſequenter loquitur *num. 24.* volens, quod ratione omiſſionis dignioris teneatur collator aliquid digniori reſtituere, quia eius læditur honor ſi omittitur, vt ipſe dixit *num. 12.* Nam ſi dignior habet ius ad beneficium debet ei reſtitui damnum beneficij, & ſi non habet ius ad illud, ſicut verè non habet, nec habet ius vt honoretur per electionem ad beneficium, nec illi fit aliqua iniuria ſi non eligitur. Verum eſt quod vt ait Sotus, Prouiſor in alia vacantia debet promouere digniorem omiſſum, ſed hoc eſt ex iure Eccleſiæ, & ſi ille reſpectu nouæ vacantiæ ſit dignior.

192 Hoc verò ſtante dubitatur ſecundo. An ſaltem quando beneficium datur per viam oppoſitionis, & concurſus, intret obligatio reſtituendi beneficium, vel æquiualens ſi detur beneficium indigno, vel minùs digno, omiſſo digno, vel digniori. Nam tunc hanc obligationem intrare tenent *Molin. de primog. l. 1. c. 26. n. 59. Bartholomæus Medina in ſum. inſtruc. Confeſ. in 7. præcep. §. 32 Vaſquez trac. de benef. c. 2. §. 3. n. 101. Petrus Nauar. de reſtit. l. 2. c. 2. num. 178. Gutier. Fernandez* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad ſeſſ. 24. cap. 18. Concil. Trid. de reformat. & de Parocho cap. 2. n. 150. & de off. Epiſ. all. 60. n. 98.* vbi tamen pro hac ſententia allegat *Garziam p. 7. c. 16. num. 30.* vbi refert ſolùm aliorũ opiniones, ſed infra ex propria ſententia tenet oppoſitum *Molina Iuriſconſultus, Aragon, Salon, Ludouicus Lopez*, quos refert, & ſequitur *Sanchez lib. 3. Opuſ. cap. 1. dub. 46. num. 2. Leſſius, Rodriq. & Caſtro Palaus & Turrian.* quos citat, & ſequitur *Cardinalis de Lugo diſp. 35. num. 85. Pax Iordan. vbi ſupra num. 11. & 20. Bonacina de reſtit. diſp. 1. quæſt. 1. puncto primò.* Fundamentum horum eſt, quia in edicto conuocante ad concurſum, & oppoſitionem pro beneficio obtinendo continetur implicitus contractus, in quo conuocans promit-

tit

rit ſe collaturum beneficium digno præ indignis, & digniori præ minùs dignis. Et quia ex vi concurſus concurrentes aliquod ius recipiunt, quod non habent, qui non concurrerunt.

193 Sed neque hæc ſententia habet rationem ſufficientem, vt à Prælatis Eccleſiæ auferat libertatem à iuſtitia commutatiua, quam alias, vbi non adeſt concurſus habere fatentur etiam quàmplures ex huius opinionis DD. vt ſupra probatum eſt: & eo præcipuè, quia in materia beneficiorum nedum ille contractus non ihitur, ſed nec poteſt iuſtè iniri, cum maior dignitas, ſeu etiam dignitas promouendorum ad beneficia pendeat à notitia habita nedum ab examine, quod fit in concurſu, ſed aliunde, & quæ immò ſæpius nequit haberi per illud examen. Et Concilium Tridentinum, & Epiſcopi qui illi interfuerunt inſtituentes prouiſionem Parochialium per concurſum noluerunt imponere nouũ onus Epiſcopis ad eligendum meliorem, præter illud quod habent ex officio in ordine ad Eccleſiæ vtilitatem, neque inſtituerunt concurſum, vt fauerent promouendis, ſed vt fauerent Eccleſiæ. Et quia *expedit maximè animarum ſaluti, à dignis atque idoneis Parochis gubernari, quod vt diligentius, ac rectius perficeretur*, voluerunt promouendos à tribus ſaltem examinatoribus coram Epiſcopo, vel eius Vicario examinari, vt patet ex *ſeſſ. illa 24. cap. 18. de reformat.* Concurſus igitur ille non eſt inſtitutus ad dandum aliquod ius petentibus promoueri; quia immò petere regimen animarum non eſt laudabile, ſed ad vtilitatem Eccleſiæ, & animarum; & ex vi concurſus promouendi nullum ius obtinent ad beneficium; quàmuis hoc habeant, quòd non poſſit Epiſcopus promouere niſi aliquem ex concurrentibus, ſi inter eos ſit inuentus idoneus. Et ideo, quòd nec concurrentes ad beneficia habeant ius ad illa, nec conferens beneficia, ſi præferat indignum omiſſo digno, vel minùs dignum omiſſo digniori teneatur aliquid reſtituere digno, vel digniori reſoluunt. *Sotus lib. 4. de iuſt. quæſt. 6. art. 3. ſub finem Martin. de Ledeſma 2. 4. q. 18. art. 2. dub. vlt. Nauar. cap. 17. n. 74. Mercado de contract. lib. 6. c. 17. §. lib. 7. c. 16. anſi dizen. &c. Garzias de beneſ. num. 60. Serra 22. quæſt. 62. ar. 1. dub. vnico, concl. 4. verſ. mihi tamen.*

194 Sed his ſtantibus dubitatur tertiò. An elector, ſeu collator ſi iniuſtè diſtribuit officia Eccleſiaſtica poſtponendo dignum indigno, vel digniorem minùs digno teneatur ſaltem ad reſtituendum Eccleſiæ? Circa quòd dubium eſt opinio diſtinguentium inter, indignum, & dignum, & inter minùs dignum & digniorem, & dicentium, quòd vbi eligitur dignus etiam ſi omittatur dignior non eſt obligatio reſtituendi Eccleſiæ, ſed vbi diſtributor eligit indignum omiſſo digno tenetur Eccleſiæ reſtituere. Et pro hac ſententia, quam ipſe ſequitur *l. 3. Opuſ. cap. 1. dub. 45. n. 15. Sanchez refert Couar. in reg. peccatum 2. p. §. 7. n. 6. Nauar. c. 17. n. 69. 70. 71. 72. 74. Perez. l. p. ordin. tit. 6. Molinam l. 2. de primog. cap. 5 n. 57. Padillam l. cum quidam, n. 18. ff de leg. 2. Adrian. 4. mat. de reſtit. quæſ. quia iam determinatum eſt concl. 1. Mercad. l. 6. de contrac. cap. 17. Ledeſ. 2. 4. q. 18. a. 2. dub. 9. Sotum l. 4. q. 6. a. 3. ad 6. Angl. florib. 2. par. mat. de Clericis reſtitut. obnoxijs, fol. 206. Petrum Nauarram ſibi contrarium l. 2. de reſtit. cap. 2. n. 177.* Idem tenet *Lauor. cap. 21. n. 38.* Fundamentum huius opinionis eſt, quia id quod principaliter intenditur in beneficiorum diſtributione eſt Eccleſiæ vtilitas, ita tamen quòd, & in hoc principalis intentio eſt, vt Eccleſia habeat miniſtros idoneos, minus principalis verò eſt iuſtitia diſtributiua, vt ſcilicet teneatur ordo, & digniores præferantur. At verò licet violatio iuſtitiæ diſtributiuæ inducat obligationem reſtituendi quando illius habetur principalis ratio, non tamen hanc obligationem inducit quando minus principaliter intenditur, & ſecundariò, ideo ex quo non ſeruatur iuſta diſtributio, quia beneficium datur minus digno, non eſt obligatio reſtituendi Eccleſiæ, quæ tamen obligatio eſt vbi eligitur indignus.

195 In primis verò diſtinctio huius opinionis minus congrua apparet; quoniam ſi ex eo quòd beneficia inſtituta ſunt ad vtilitatem Eccleſiæ, ſicut verè inſtituta ſunt, ſequitur quòd Eccleſia habeat ius proprium, & commutatiuæ iuſtitiæ ad habendos à Papa immediatè, vel mediatè miniſtros idoneos, non apparet quomodo diſtinctio illa ſubſiſtat. Tum quia intentio Chriſti inſtituentis Eccleſiã principaliſſima eſt, vt Eccleſia ſit vndequaque quantum fieri poteſt perfectiſſima, & ſanctiſſima ſine macula & ſine ruga; vnde eius intentio eſt vt regatur per miniſtros, non vndequaque dignos, ſeu dignos in defectum digniorum, ſed quantùm fieri poteſt digniſſimos, & optimos, quia ſine his non poteſt Eccleſia eſſe optima, & ſummè pulchra. Item non eſt paruum, & non æſtimabile detrimentum, quod patitur Eccleſia, ex eo quod priuatur Rectore optimo, ſubſtituto ſolum digno; cum per hoc quamplures ad Deum non conuertantur, qui conuerterentur, tepeſcat charitas in Diœceſibus, quæ ferueret, minuantur eleemoſynæ in pauperes, quæ ſuperabundarent, ſi Prælatus eſſet talis, quales fuere *Martinus, Nicolaus, Ambroſius, Carolus*, vnde euidentiſſimũ eſt, quòd ſi Eccleſia conceſſo ſibi Prælato digno, priuaretur alio digniſſimo, & talis expectationis, & realitatis, quales fuerunt Ambroſius, & alij ſimiles, quòd ipſa priuaretur maximo bono cum ſuo maximo detrimento. Non ergo ad rem facit diſtinctio illa de primaria, vel non primaria, intentione. Tum quia intentio Chriſti primaria reſpicit non ſolum idoneos, ſed optimos miniſtros, quantum fieri poteſt. Tum quia violatur ſemper iuſtitia commutatiua in re graui, & inducitur grauis obligatio reſtituendi, quando non tribuitur alicui, quod ſuum eſt: ſiue illud ſit ſibi donatum ex primaria, ſiue ex ſecundaria intentione. Vnde ſi Eccleſia contra Papam, qui eſt principalis beneficiorum diſpenſator habet ius proprium, & ſibi debetur debito legali, vt promoueantur miniſtri, & Rectores ad eius vtilitatem & pro exigentia ſuæ vtilitatis, iam habet ius proprium iuſtitiæ commutatiuæ nedum ad miniſtros dignos, ſed ad digniores; quia Chriſtus Papæ præcepit, vt Eccleſiæ ſuæ prouideat de Rectoribus dignioribus, & ideo inducet obligationem reſtitutionis, etiam ſi dato miniſtro digno omittatur dignior.

196 In hoc dubio mihi primò hoc certum videtur, quòd is, qui in electione, vel promotione ad quæcumque officia Eccleſiaſtica, & præcipuè ad regimen animarum iniuſtè diſtribuit, ex vi officij ſui, ideoque ex Religione, fidelitate, iuſtitia legali, & diſtributiua immò & ex altiori iuſtitia teneatur quantùm facere poteſt ſemper occurrere dam-

Ec-

Digitized by Google

Eccleſiæ, & vel remouere miniſtrum ſi poteſt, vel dare ei coadiutorem, vel ei aſſiſtere cum ſpeciali prouidentia, & tandem facere quantùm poteſt, ne Eccleſia recipiat detrimentum. Et non dubito, quòd ex hac eadem obligatione teneatur etiam ſi opus ſit ex proprijs ſtipendim dare miniſtris, vt Eccleſia nõ patiatur detrimentum. Et addo, quod quatenus elector aut collator, eligendo, vel indignum, vel minus dignũ eſt iniuſta cauſa quod Eccleſia patiatur detrimentum, & damnum, tenetur ex propria iuſtitia commutatiua omne damnum cauſatum Eccleſiæ reſtituere.

197 Nihilominùs tamen non video vnde affirmem, quòd obligatio Papæ, & eorum, qui à Papa habent facultatem diſpenſandi beneficia, per ſe & directè teneantur ex iuſtitia commutatiua promouere, vel dignos, vel digniores, & ideo teneantur ad reſtitutionem ſi id non faciant. Nam primò loquendo de inferioribus ſummo Pontifice rationabile eſt, vt eam obligationem imponat illis Pontifex ad iuſtè diſtribuenda beneficia, quam ipſi impoſuit Chriſtus, Talis enim ſufficiens procuIdubio eſt, & decet Pontificem Chriſtum imitari. Et niſi aliunde conſtet de maiori obligatione huiuſmodi inferioribus Prælatis, aut electoribus impoſita, non eſt vnde nos eam velimus imponere. At verò Pontificem ex Chriſti inſtitutione non eſſe Eccleſiæ obligatum ex iuſtitia commutatiua colligi poteſt, primò, quia Domini miniſter aſſumptus ad gregem paſcendum tenetur quidem Domino, ſed non tenetur gregi, & licet officium Paſtoris totum ſit in vtilitatem gregis, non per hoc grex habet ius contra Paſtorem, ſed Paſtor Domino debet gregem paſcere, & cuſtodire. Chriſtus verò Pontificatum in Eccleſia inſtituens dixit *Petro Io. 21. Paſce oues meas*, nec habemus aliam formã inſtitutionis Pontificatus quàm iſtam; Eccleſia igitur eſt Chriſti grex, Pontifex eſt Paſtor nomine Chriſti paſcens. Bene igitur intelligitur, quòd Pontifex eſt Chriſto debitor, vt Eccleſiam paſcat, defendat, regat, abſque eo, quòd in Eccleſia ſit proprium ius, vt à Pontifice paſcatur, & regatur. Nam & minùs decet quòd grex ſit æqualis Paſtori, & ex æqualitate cum eo pugnet, & contra illum habeat ius proprium: ſed magis conuenit vt Pontifex tanquam gerens vices Chriſti in omnibus ſit ſuperior, & Eccleſia, quæ eſt grex non agat cum illo ex æqualitate iuſtitiæ commutatiuæ.

198 Præterea ad bene regendam Eccleſiam ſufficit, quòd in Paſtore ſit obligatio Religionis, fidelitatis, & iuſtitiæ erga Chriſtum, & Deum. Tanta enim eſt hæc obligatio, vt ſit prorſus indiſpenſabilis, & vt ſi Pontifex ſit negligens Paſtor, & infidelis diſpenſator, ex hoc in diuino iudicio ſit damnandus, & ad tenebras exteriores proijciendus. Et addere vinculum iuſtitiæ commutatiuæ cum Eccleſia, eſſet ſine neceſſitate, & cum ſuperfluitate imponere Paſtori grauiſſimum onus. Non eſt igitur vnde dicamus, quòd Chriſtus inſtituendo Pontificatum voluerit obligare ita Pontificem, vt teneretur Gregi ex iure proprio Gregis, & ex iuſtitia commutatiua cum Eccleſia.

199 Præterea Chriſtus voluit, vt Eccleſia reſpectu Pontificis grex eſſet, vnde nec dedit ei poteſtatẽ condendi leges, vt bene tradit *Caiet. tom. 1. tr. 1. cap. 12. & ſeq.* vel iudicandi ſummum Pontificem, niſi in caſu in quo Pontifex eſſet infideliſſimus Domino, & à fide receſſiſſet, in quo caſu neque Eccleſia iudicat Pontificem tanquam ſuperior, ſed declarat hæreticum, & ex hinc Pontifex intelligitur à Chriſto depoſitus. Quamobrem vbi Pontifex non deficiat à fide, ſi in reliquis deficiat, ſolo diuino iudicio eſt ſiſtendus. Nec Eccleſia ius habet, vel eũ iudicandi, vel illum conueniendi apud alium iudicem, quàm Dominum ipſum Ieſum Chriſtum, ſignum igitur eſt, quòd vbi Pontifex non deficiat à fide, noluit Dominus, quòd Eccleſia cum eo contenderet ex iure ſibi proprio, pro quo ſibi iudicem non conſtituit, ſed ex iure ipſius Domini, qui tanquam iudex incorruptus infidelem diſpenſatorem puniet.

200 Sed dices: ſaltem Pontifex ex iuſtitia commutatiua debet Deo fidelem diſpenſationem bonorum Ecceſiæ, Chriſtus enim Pontifici dat officium, & curam diſpenſandi bona Eccleſiæ, onerando fideles, vt Pontifici, & Miniſtris dent decimas, & reditus temporales, quibus ipſi fruantur, Chriſtus igitur ex contractu, & pacto dedit Petro, & eius ſucceſſoribus Pontificatum, vt fideliter adminiſtrandum. Quòd ſi id non præſtant tenentur Chriſto reparare omnia damna, eaque recompenſare. Sicut cuſtos gregis, & ſi non debeat gregi ex iuſtitia ad gregem, debet tamen gregi ex iuſtitia ad dominũ, & omnia damna gregis ex ſua cauſa prouenientia recompenſare. Sed neque hoc eſt dicendum, quia non militat Gloriæ Chriſti, qui eſt caput Eccleſiæ, *Diu. Thom. 3. par. queſt.* 8. ſummus Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech, *D. T. 3. p. q. 22.* Supremus iudex viuorum, & mortuorum *Diu. Thom. 3. par. queſt.* 59. Dei Filius, Verbum factum caro, *Io. primo*. Nam iuſtitia commutatiua importat imperfectionem in ſubiecto, cum ſit inter ſimpliciter æquales, *Diu. Thom. prima 2. queſt* 114. *art.* 1. corpore immò inter eos, qui poſſunt ſibi inuicem ſubijci; Nã debitor creditori eſt ſubiectus. Propterea multi, & meritò tenent, quòd in Chriſto etiam reſpectu Dei non ſit iuſtitia commutatiua: quoniam etiam admiſſo, quòd ſatisfactio Chriſti, qua ſatisfecit pro peccatis noſtris, fuerit de rigore iuſtitiæ, & ad æqualitatem, nihilominùs, non per hoc fuerit actus iuſtitiæ commutatiuæ propriè dictæ. Tum quia ſecundùm D. T. & eius ſcholam, nec Dei ad creaturam, nec creaturæ ad Deum poteſt eſſe iuſtitia commutatiua, quæ multo minùs poteſt eſſe inter diuinas perſonas interquas eſt ſumma æqualitas, & quorum nulla alteri debet. Tum quia omne debitum creaturæ ad creatorem eſt longè altioris ordinis, quam ſit debitum iuſtitiæ commutatiuæ, quòd eſt debitũ partis ad partem, & æqualis ad æquale: Ideo verbum factum caro etſi aſſumpſerit onus ſatisfaciendi debito, quòd humanum genus habebat cum Deo & plenè ſatisfecerit, ſicuti hoc debitum erat longè altioris ordinis, quàm ſit debitum iuſtitiæ commutatiuæ, ita Chriſtus per virtutem longè altiorem, & quæ eſſet iuſtitia ad Deum, Deo ſatisfecit, ſiue hæc fuerit pœnitentia, ſiue Religio, ſiue alia virtus, ſiue omnes virtutes, vt voluit *Aſturicenſ. Relect. de gratia Chriſti queſt. 1. art. 2. dub. 1.*

201 Ita comparando Chriſtum ad Eccleſiam, & Pontificem Eccleſiæ Paſtorem conſtitutum, non decuit, vt ipſe ageret tanquam æqualis cum æquali, ſed vt Dominus cum grege ſuo, & ſui gregis miniſtro tractaret, & vtrumque ſibi obligaret altiori,

& ſtri-

& ſtrictiori obligatione per virtutes fidelitatis, Religionis, obedientiæ, & altioris cuiuſdam iuſtitiæ qua altiori & ſtrictiori obligatione ſuppoſita, ſuperflua iam erat obligatio orta ex contractu, qui initus fuiſſet à Chriſto cum Petro, tanquã æqualis perſonę cum æquali, & partis, cum parte.

202 Si autem quæratur, quid ſit hæc iuſtitia ad Chriſtum. Dicitur quòd habet quendam modum iuſtitiæ commutatiuæ, quia eſt ex re accepta. Papa enim à Chriſto accipit poteſtatem altiſſimam, & gradum pluſquam ſublimem ſub conditione, & obligatione paſcendi ſuum gregem, idemque & iuſtè, & rectè regendi ſuam Eccleſiam, vt quantum fieri poteſt, illa ſit ſancta, ſecura, & pacifica. Dicitur nihilominùs, quòd hæc non eſt iuſtitia commutatiua. Non quia deficiat in obligatione reddendi Chriſto omnem poſſibilem famulatum, & iuſtitiam, ſed quia cum ex doctrina *S. Thom. ſupra quæſt. 80. art. 1.* aliquæ virtutes deficiant à perfecta ratione iuſtitiæ, quia vel deficiunt à ratione æqualitatis, vel à ratione debiti; hæc iuſtitia non deficit à ratione debiti, ſed à ratione æqualitatis, quoniam Chriſto non poteſt reddi æquale pro eo, quod dat Pontifici conſtituens illum in Paſtorem Eccleſiæ ſuæ. Et quantacumque diligentia Papa gregem Chriſti paſcat, adhuc nõ reddit æquale, quia Chriſtus maiori eſt dignus obſequio, & finis altiſſimus ad quem officium Pontificatus ordinatur, qui eſt ſanctificatio mundi, maiorem diligentiam requireret, quàm ſit humana diligentia. Ideò an hæc Chriſti iuſtitia ſit eadem cum virtute Religionis videri poſſet ita eſſe, quia ad finem Religionis ordinatur Prælatura Eccleſiaſtica. Sed hoc alterius eſt indaginis.

203 Ex his modò reſoluitur quæſtio propoſita, & dicitur, quòd infidelis diſpenſator Prælaturarum & Beneficiorum Eccleſiaſticorum etiam ſimpliciũ, ideoque malus elector, aut præſentator, aut confirmator, aut collator, licet ex infideli electione, præſentatione, confirmatione, aut collatione per ſe, & directè, non teneatur propriè ad aliquam reſtitutionem, ſi reſtitutio ſumitur, vt eſt reparatio inæqualitatis contra iuſtitiam commutatiuam, tenetur tamen ex iuſtitia Chriſti ad ſeruandum indemnem Chriſti gregem, & ad reparandum omne damnum tam ſpirituale, quàm temporale, quòd ex infideli diſpenſatione cauſatum eſt, & quod Chriſtus omne huiuſmodi damnum de manu eius requiret. Ideò ſi prouiſio fuit inualida tenetur vnuſquiſque quomodocumque prouiſor, ſiue elector, ſiue præſentator, ſiue confirmator, ſiue collator operari, vt officium, vel beneficium reſtituatur ad diſpoſitionem eius, cui de iure competit, quamuis ad hoc primò, & principaliter teneatur collator, aut confirmator, deinde alij, qui malæ promotioni cauſam dederunt. Præterea verò omnes iſti tenentur ad reparanda omnia damna tam temporalia, quam ſpiritualia, quæ Eccleſiæ obuenerunt ex mala promotione, ac ſi ea ex vera, & perfecta iuſtitia commutatiua reſtituere deberent. Non enim negatur obligatio reſtituendi ex obligatione iuſtitię commutatiuæ, quia non adſit obligatio æqualis ei obligationi, ſed quia datur maior obligatio, & ſublimior.

204 Verum bene contingere poteſt, vt ex mala promotione etiam iniuſtè contra iuſtitiam commutatiuam, cauſentur damna vel Eccleſiæ, vel alicui particulari, & cauſãs iniuſtè damnum hoc modo teneatur ex propria iuſtitia ad reſtitutionem. Quod tunc maximè eſt verum, cum Superior vi vel fraude cogit ad recipiendum Prælatum indignum; quoniam in hoc iniuriam facit Eccleſiæ, quæ talem non tenetur recipere, & habet ius, vt nõ recipiat. Non crederem tamen, quòd præceptum ordinarium, per quod regulariter in Religionibus præcipitur recipi confirmatũ, inferat ſpecialẽ vim, quia poſſunt ſubditi nõ minus ad ſuperiorẽ recurrere, quam ſi non adeſſet illud, præceptum; quod etiam non ſolet habere adiunctas pœnas.

S V M M A R I V M.

1 *Indignus peccat recipiendo officium, nec poteſt retinere, ſi illud recipit inualide. n.205. 206.*

2 *Et tunc tenetur ad reſtituendum nedum officium, ſed fructus, & damna. 206.*

3 *Vbi electio indigni non ſit in foro conſcientiæ inualida, non tenetur indignus reſignare officium, donec beneficio priuetur per aliquam iuſtam ſententiam, vel declaratiuam criminis, vel priuantem officio. n.207.*

4 *Poteſt dari electio indigni valida. n 207.*

5 *Promotio illiterati aut ſcandaloſi valida eſſe poteſt num.207.*

6 *Illiteratus tenetur adhibere coadiutorem. num. 207.*

7 *Scandaloſus tenetur ſe corrigere. n. 207.*

8 *Indignus tenetur ex fidelitate, & iuſtitia ad Chriſtũ reparare omnia damna, quæ ex ſua culpa oriuntur. n.207.*

9 *Tenetur vlterius ex iuſtitia commutatiua ratione iniuſtæ acceptionis, ſi bona Eccleſiæ furetur, vel ſit cauſa, quod alij damnum illi inferant. num. 207.*

10 *Indignus nihil tenetur reſtituere digno, vel digniori. n.208.*

11 *Dignus & ſi minus dignus non tenetur reſtituere officium, nec fructus, nec damna, ſi quæ ſine eius culpa oriuntur. Et poteſt iuſte acceptare officium, etiam ſi alias iniuſte ſibi fuerit datum. numer. 209.*

12 *Raro contingere poteſt, vt quis èxiſtimet ſe minus dignum. n.210.*

13 *Qui bona fide credens ſe eſſe æquè dignum, vel digniorem petit beneficium, ſeu Prælaturam (quidquid ſit an ſit ambitioſus) non eſt iniuſtus. nu.210.*

14 *Ille cui eſt notorium eſſe minus dignum poteſt concurrere ad examen, & poteſt petere beneficium ſub conditione, quatenus non ſit dandum digniori, & bona fide taliter, quod nec certe, nec dubie impedint ne beneficium detur digniori. num. 211.*

15 *Periculoſum eſt ſi minus dignus etiam ſub conditione beneficium petat. n.211.*

16 *Certus de ſua idoneitate, ſed dubius de æquali, vel maiori bonitate nõ eſt iniuſtus, ſi beneficium bona fide petat ſine vi, vel fraude. nu.212.*

17 *Nec obſtat, ſi ex hoc impediatur forſan electio dignioris, quia ipſe qui pro ſe, vel pro amico petit, quem putat eſſe, æque dignum, vel non eſt certus quod ſit minus dignus, vtitur iure ſuo, ideo non impedit iniuſte. n.212.*

Digitized by Google

18 *Poſtulans beneficium dupliciter poteſt vti vi, vel fraude. n.213.*

19 *Qui per vim vel fraudem talem impetrat beneficium, vt prouiſio ſit nulla in foro conſcientiæ tenetur nedum non acceptare, ſed non retinere beneficium, & reſtituere fructus, & damna. numer.213.*

20 *Tenetur vlterius pro fraude, ſi fraus fuit alteri iniurioſa. n.213.*

21 *Tenetur etiam pro vi illata ei, cui vim intulit. num.214.*

22 *Et in vtroque caſu tenetur reſtituere damnum beneficij impediti ne detur digniori, iuxta dicenda: temiſſiue. nu.214.*

205 QVæritur decimooctauò. An ad reſtitutionem teneatur indignus, vel minus dignus, ſi omiſſo digno, vel digniori eligatur? Primò loquendo de indigno hoc certum eſt, quòd peccat nedum petendo, & procurando officium, ſeu beneficium, ad quod eſt indignus, ſed etiam illud ſponte oblatum recipiendo. An verò teneatur reſtituere, & quid, & cui, diſtinguendũ eſt, an prouiſio ſit valida, vel non valida, & iuxta ſuperiùs determinata conſequenter loquendo ſoluenda eſt quæſtio. Nam aliter dicendum eſſet in ſententia eorum, qui dicunt in electione Indigni fieri contra ius digni, aut dignioris, & in ſententia eorum, qui hoc negant. Et ſimiliter aliter reſpondendum eſſet in ſententia eorum, qui dicunt in huiuſmodi electione violari iuſtitiam commutatiuam contra Eccleſiam, & eorum qui hoc non in totum admittunt.

206 Vbi igitur prouiſio indigni eſt in conſcientiæ foro inualida, & nulla, certum eſt indignum teneri cedere officio, vel beneficio, & illud reſignare, illumq; nõ facere fructus ſuos, ſed eos furari, ideoq; ex iuſtitia teneri illos reſtituere; quia fructus dantur propter officium, ad quod ille iniuſtè eſt intruſus. Et talis indignus peccat contra iuſtitiam commutatiuam, quia vſurpat ſibi alienum. Quamobrem indubitatum eſt, quòd ſimul tenetur reſtituere, & officium, & fructus, & damna, ſi quæ inde conſecuta ſunt. Et ipſa acceptio beneficij iniuſta eſt; quia eſt acceptio rei alienæ inuito Domino, cum Pontifex ſupremus talem collationem inualidet, & eam nullum eſſe velit, & nullius roboris, & momenti.

207 Sed vbi promotio indigni non ſit in foro conſcientiæ inualida, ſed ad eam inualidandam ſit neceſſaria, vel ſententia promotionem irritans, vel declarans delictum, vel defectum ob quem promotio cenſenda eſt inualida ipſo iure, tunc electus, & ſi indignus, officiũ propriè reſtituere nõ tenetur: dari autem poſſe promotionem indigni validam apertè conſtat ex Concil. Trid. ſeſſ. 21. cap. 6. ſic decerneure. *Quia illiterati, & imperiti Parochialium Eccleſiarum Rectores ſacris minus apti ſunt officijs, & alijs propter eorum vitæ turpitudinem potiùs deſtruunt, quã ædificant: Epiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati eiſdem illiteratis & imperitis, ſi alias honeſtæ vitæ ſint coadiutores, aut Vicarios pro tempore deputare, partemque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu aſſignare, vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptione remota. Eos verò, qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt poſtquam præmoniti fuerint, coerceant, ac caſtigent, & ſi adhuc incorrigibiles, in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficijs iuxta ſacrorũ Canonum conſtitutiones exemptione, & appellatione quacumq; remota priuandi facultatem habeant.* Cum igitur illiterati, & ſcandaloſi indigni ſint, *cap. cum in cunctis 7. de elect.* nihilominùs Parochi illiterati, imperiti, & ſcandaloſi promotio nedum à Concilio non cenſetur irrita & nulla, ſed promotio illiterati nec cenſetur irritanda, ſed iubetur vt detur illiterato Coadiutor, aut Vicarius: & prouiſio ſcandaloſi non cenſetur irritanda, niſi eo priùs præmonito, & correcto, & punito, & tandem incorrigibili cognito. Stat igitùr promotionem indigni eſſe validam, vt ex hoc textu aduertit etiam *Sanchez l.2. opuſ. cap. 1. dub. 47. num. 2.* Quo ſtante iſte indignus non tenetur relinquere officium, vel beneficium, quia eius promotio valida fuit Deo; nec tenetur reſtituere fructus, ſi alias reſideat, & ſufficiẽter fungatur officio ſuo, quia ſunt ſicut ſtipendium officij, quod validè retinetur, & cui fructus debẽtur. Tenetur verò talis inualidus reddere Eccleſiam indemnem. *Azor. p.2. l.6. cap.15. q.15. Lauor. t.21. n.40.* ſed neque hæc obligatio propriè eſt iuſtitiæ cõmutatiuæ, ſed fidelitatis & officij Paſtoris. Si enim Parochus ſcandaloſè viuat, non poterit dici eum peccare contra iuſtitiam commutatiuam. Ratione autem ſcandaloſæ vitæ non tenetur renunciare officio, quia immò nec poteſt ad id cogi, niſi velit eſſe incorrigibilis, ſed tenetur ſe corrigere, & emendare: & ſcandaloſè viuendo, licet ſuæ Eccleſiæ damnum ſpirituale inferat, & ex officio ſuo, & iuſtitia erga Chriſtum, & ſummum Pontificem teneatur & ſe emendare, & ſcandalis renunciare, & damna reparare, non tamen propriè tenetur reſtituere; quia hæc non eſt propriè obligatio iuſtitiæ commutatiuæ. Similiter illiteratus, & imperitus non tenetur reſtituere hic officium, quia eius promotio valida eſt. *Sanchez vbi ſupra.* Et licèt ex fidelitate & iuſtitia officij Eccleſiaſtici, quæ eſt longè altior, teneatur ipſe in conſcientia etiam non expectata iuſſione Epiſcopi adhibere coadiutorem ſibi, vel Vicarium, ne ex eius inſufficientia Eccleſia damnũ incurrat; tamen hæc non eſt propriè obligatio iuſtitiæ commutatiuæ, vnde etſi ad hanc ſuam inſufficientiam ſequantur damna, non tenetur propriè reſtituere, ſed ex altiori iuſtitia tenetur ea omni modo ſibi poſſibili reparare. Non minus ac ſi ex iuſtitia commutatiua ea reſtituere deberet; vnde non faciendo vim in verbo, ſed accipiendo reſtituere minus propriè omnia illa damna tenetur reſtituere. Sed ſi iniuſtitiæ contra ſuum officium adiungitur etiam iniuſtitia priuata, quia bona Eccleſiæ diſſipat, aut eſt cauſa vt diſſipentur ab alijs, vel fraude aut vi inducit alios ad peccandum, tunc tenetur etiam ad reſtitutionem ex iuſtitia priuata, & commutatiua.

208 Indignus autem promotus etiam ſi promotio in foro conſcientiæ ſit inualida, nihil tenetur reſtituere digno, vel digniori omiſſo, quia nec dignus, nec dignior habent ius ad beneficium etiã ſi per concurſum beneficium conferatur, vt eſt probatum. In caſu verò, quòd ex lege ſpeciali dignus vel dignior habeant ius ad beneficium datum indigno, ſi collatio beneficij facta indigno ſit valida, nõ tenetur indignus reſtituere illi beneficiũ, an verò

rò

Digitized by Google

ni teneatur aliquid reſtituere ex eo quòd impedierit illos à conſecutione beneficij, dicetur quæſtion. ſequen.

209 Sed loquendo de minùs digno promoto omiſſo digniori, quòd hic non teneatur renunciare officio, & illud reſtituere digniori, patet ex dictis ſupra *num.* 189. quia eius promotio eſt valida, & quia dignior non habet ius ad beneficium, & quatenus haberet, fortiùs eſt ius quod ex promotione prouenit minùs digno. Et ideo ſicut qui emit rem, alteri quidem vendiram, ſed noudum illi traditam, eam non tenetur alteri, qui prius eam emerat reſtituere; quia venditor rem venditam, ſed nondum traditam validè iterũ alteri vendit, & tradit; & ius quod ex noua emptione, & traditione habet, qui ſecundò emit, eſt ſurtius, quàm ius, quod habebat prior emptor: ita ius, quod ex collatione, ſeu electione habet minùs dignus eſt fortius, & vincit ius, quod habebat dignior; ideo dignus non tenetur reſtituere beneficium digniori etiam habenti ius ad beneficium, & imò poterit ſine peccato beneficium collatum acceptare, quia vtitur iure, quod ex electione, ſeu collatione iam ſibi validè competit, etiã ſi iniuſtè ab electoribus, ſeu collatori ſibi datum fuerit, quia accipiendo non iam cooperatur peccato quod præterijt, ſed vtitur iure, quod ſibi ex collatione competit. *Caiet. in hoc artic. & q.* 62. *a.* 2. *§. ad confirmationem vltimam. Soto l.* 3. *quaſt.* 6. *art.* 2. 9. *concl. Salon.* 22. *q.* 63. *a.* 2. *contr.* 3. *Maior.* 4. *d.* 24. *q.* 8. & 9. *Sanch. l.* 2. *opuſ. cap.* 1. *dub.* 13. *citans Molin. Perez, Adrian. Conar.* reſerent. *Scot. & Richard. in* 4. *d.* 15. *Diana p.* 3. *tract.* 5. *Miſcell. reſol.* 110. & apud eũ *Turrian. diſp.* 22. *dub.* 3. *num.* 8. *Cardin. de Lugo diſput.* 35. *num.* 94.

210 An verò minùs dignus nedum acceptare poſſit beneficium, ſed etiam illud pro ſe immediatè, vel mediatè procurare abſque reſtituendi obligatione, maiorem habet difficultatem. Et quidem non quæritur modò, an licitum ſit petere beneficiũ, vel potius hoc ſit peccatum vel ambitionis, vel auaritiæ. De hoc enim ſupra dictum fuit *cap.* 29. Sed ſuppoſito quòd aliàs licita ſit petitio, & ex bona intentione procedens, quæſtio eſt, an talis petitio aliunde ſit mala, quia iniuſta, & præiudicialis digniori, & ex conſequenti, an ſit peccatum iniuſtitiæ habens coniunctam obligationem reſtituendi. Cũ enim elector, vel promotor non poſſit promouere dignum omiſſo digniore, ſed hoc ſit iniuſtum, ita & hoc petens ab electore, & à promotore iniuſtum petit, igitur eſt iniuſtus. Verùm dicitur primò, rarò contingere poſſe vt aliquis iudicet ſe minùs dignum, licèt enim de facili notorium poſſit eſſe, quòd quis ſit minùs doctus, vel minùs ſanctus alio, nihilominùs is minùs ſanctus poteſt eſſe aptior ad inſtruendum populum, magis induſtrioſus in bono communi promouendo, & magis ſolicitus, & in labore indefeſſus, expertus magis, & animi fortioris, & morum amabilium, vnde ſit melior ad regendum. Quamobrem is, cui non eſt euidens ſe eſſe minùs dignum, immò qui eſt dubius, an ſit dignior, ſi ſine fraude, & vi petat beneficium relinquens iudicium ſuperiori, & bona ſide agens, non eſt iniuſtus. *Caietan. ſupra q.* 62. *a.* 2. *§. ad confirmationem. Sanch. l.* 1. *Opuſ. c.* 1. *d.* 48. *num.* 5. & apud eum *Salon. Cardinalis de Lugo diſp.* 35. *nu.* 90. *Diana vbi ſupra.*

211 Sed ſi omninò ſit notorium, quòd aliquis ſit minùs dignus alio, vel alijs concurrentibus, ita vt & ſuo, & aliorum iudicio ſit minùs dignus, nec poſſit adeſſe circumſtantia, vnde poſſit iudicari vel dignior, vel æquè dignus, vnde ſimul eſt notorium quòd iuſtè non poteſt promoueri, concurrente digniori, dicitur quòd nihilominùs poteſt concurrere ad examen, vt eius idoneitatis ſumatur experimentum. Quod eſt verum, nedum ſi alij cum eo æquè digni concurrant, ſed abſolutè; quia multùm poteſt eius intereſſe, vt cognoſcatur à ſuperiore, & eius idoneitas non ſit occulta, & hoc modo poteſt ſibi parare viam ad alia beneficia, vt faciat ſibi gradũ ad alios concurſus. *Card. de Lugo n.* 91. Sed tamen non poteſt petere beneficium: cum enim ſit certus, quòd non poteſt promoueri niſi iniuſtè, non poteſt poſt examen inſiſtere pro beneficio obtinendo; quia iniuſtum eſt petere id, quod non niſi iniuſtè poteſt concedi. *Ledeſma tract.* 7. *cap.* 2. *concl.* 7. *diff.* 12. *Syluius* 22. *q.* 63. *a.* 2. *Sanchez d. dub.* 48. *nu.* 4. *Diana vbi ſupra. Card. de* Lugo *nu.* 91. Si tamen peteret ſub cõditione, vt quatenus promotor, vel elector nolit ex aliqua cauſa promouere, vel eligere digniorem, ſe eligat, vel promoueat, nullo tamen modo ſollicitando, & mouendo eũ, ad non eligendum digniorẽ; ſed petẽdo, vt in caſu, quòd ille aliundè nõ promoueatur, ipſe præ alijs æquè dignis eligatur; ſi inquã bona fide hoc modo peteret, non peccaret. *Leſſius l.* 2. *cap.* 34. *dub.* 41. *n.* 70. *Diana vbi ſupra. Cardin. de Lugo nu.* 90. Vbi quod nec eſt neceſſe totum hoc conditionale exprimere, ſed ſufficit non petere abſolutè, ſed cum aliqua ſimili conditione, ſcilicet vt ſeruetur ſibi ſuum ius, vt fiat illi gratia, quantùm licitè fieri poteſt. Aliàs verò vitandum eſt, ne eius preces ſint impedimentũ digniori, ne ipſe promoueatur, quia tunc hæ preces inductiuæ ad iniuſtitiam iniuſtæ eſſent. Quod eſt verum, nedum ſi poſtulans ſit certus, quod eius preces impediant promotionem dignioris, ſed cum de hoc eſt dubius. *Sanchez d. dub.* 48. *num.* 4. Si verò alicui eſt euidens quòd ſit indignus, nullo modo licet beneficium petere. Et idem dicitur, ſi ſit dubius, & ratio dubitandi ſit occulta, & ignorata ab electore, vel promotore; ſed ſi ratio dubitandi de ſua idoneitate ſit manifeſta, poteſt hic dubius, & ſe præſentare ad examen, & ſub conditione beneficium petere, ſed ita tamen, quòd eius petitio nullo modo impediat, quin beneficium detur digniori, & ita vt ab hac petitione debeat abſtinere, ſi ſit dubium, quod erit impedimentum melioris prouiſionis. Non ſine ſcrupulo tamen hæc fieri poſſunt ita de facili; quia multum facile eſt, vt dignioris impediatur electio, & rariùs erit, quod hoc non ex ambitione procedat.

212 Cæterùm, vbi quis non ſit certus, ſe eſſe minùs dignum, etiam in iudicio examinatorum, & electoris, & promotoris; ſed imò vel ipſe putat ſe eſſe æquè dignum, vel eſt de eo dubius, quia poteſt eſſe quòd attẽta aliqua cauſa iudicetur vel dignior, vel æquè dignus, non eſt iniuſtus ſi petat promoueri etiam in concurſu dignioris. *Caietan. vbi ſupra. Leſſius d. nu.* 70. *Vaſquez, Caſtro Palaus, Conar. Azor. apud Card. de* Lugo *nu.* 88. Nec obſtat, quòd per hoc impediat electionem eius, qui verè eſt dignior, quia nedum hoc eſt illi per accidens, ſed ampliùs non impedit illam iniuſtè; quia vtitur iure ſuo, cùm

credens ſe eſſe æquè dignum petit promoueri. Et hæc quidem vera ſunt, vbi petens, & procurans ſibi beneficium abſtineat ab omni fraude, & vi.

213 Dupliciter autem poſtulans beneficium poteſt vti fraude, vel ſcilicet ad ſui fauorem ſine iniuſtitia in alterum competitorem, vel cum illius iniuſtitia. Primo ſcilicet modo mendacia fingendo ad ſui fauorem, quæ eius merita augeant, aut vitia occultent, aut quocumque modo dignitatem accreſcant, & tollant indignitatem. Secundo autem modo mendacijs denigrando famam competitoris, vel eius merita diminuendo. In vtroque caſu ſine dubio iſte iniuſtè agit, & peccat, & ſi fraus, aut vis eſt talis, quòd promotio ſi fiat ad eius fauorem ſit in foro conſcientiæ nulla, & inualida, tenetur non acceptare beneficium, & ſi acceptet non poteſt illud retinere, ſed debet illud reſtituere, & tenetur reſtituere fructus ſi illos percipit, & damna inde ſequuta. Sed in primo caſu, cum ex fraude, nulli faciat iniuriam, tenetur quidem relinquere beneficium ad diſpoſitionem illius, ad quem pertinet illud conferre, vel ad illud eligere, ſed ratione fraudis nihil aliud tenetur reſtituere, quoniam nulli fecit iniuriam, ſed solùm mendaciter ſe laudauit. Sed in ſecundo caſu nedum vt ſupra tenetur reſtituere beneficium Eccleſiæ, vt de eo prouideat, prout de iure, ſed tenetur reſtituere competitori damnũ ei illatum in honore & dignitate ſuis fraudulentis mendacijs, & vlterius in vtroque caſu etiam damnum non obtenti beneficij iuxta dicenda *in ſequenti quæſt.* Nam iniuſtè fuit cauſa, quòd ipſe dignior beneficium non obtineret. *Caiet. vbi ſupra.*

214 Similiter dupliciter poteſt vti vi, vel ſcilicet directè vim inſerendo electori, vt ſe eligat, vel vt non eligatur competitor, qui eſt verè dignior. Vtroque modo iniuſtitia & peccatum committitur, & ſi vis ſit talis, vt in foro conſcientiæ promotio vim inferentis ſit nulla, tenetur promotus non acceptare, & ſi acceptat reſtituere Eccleſiæ ſuũ beneficium, & fructus perceptos, & damna inde ſequuta; & vlteriùs competitori digniori damnum non obtenti beneficij, iuxta dicenda *in quæſt. ſequenti.* Et in vtroque caſu tenetur de vi iniuſtè illata ad recuperandam iniuriam factam illi, cui vim intulit. Sed hæc probanda ſunt magis *in quæſtione ſequenti*, quamuis ſint ſatis manifeſta.

S V M M A R I V M.

1 *Opiniones omittuntur. nu. 215.*

2 *Ex animo nocendi induci obligationem reſtituendi aliqui ſentiunt. nu. 216.*

3 *Ex ſolo animo nocendi ſine actione iniuſta non eſt obligatio reſtituendi. nu. 217.*

4 *Qui iuſtè impedit à conſecutione beneficij ad nullam tenetur reſtitutionem. nu. 218.*

5 *Qui impedit habentem ius beneficij ad rem, vel in re tenetur ad reſtitutionem. nu. 219.*

6 *Niſi plures ſint habentes ius æquale ad rem: In quo caſu non eſt obligatio. reſtituendi, ſi vnus ex illis ſine vi & fraude impediatur, vt alius obtineat beneficium. nu. 219.*

7 *Impediens ſine vi, vel fraude eum, qui nullum ius habet ad beneficium, non tenetur illi ad reſtitutionem. nu. 220.*

8 *Impediens ſine vi vel fraude, vt beneficium non detur vni, vt detur alteri æquè digno non tenetur illi ad reſtitutionem. nu. 221.*

9 *Impediens ſine vi vel fraude, vt beneficium detur digno vt detur indigno, vel digniori vt detur minus digno nõ tenetur ad reſtituendum digno vel digniori, ſed tenetur ad reparandum damnum Eccleſiæ. nu. 222.*

10 *Procurans, conſulens, conſentiens, impediens tunc tenentur ad reſtitutionem ob violatam iuſtitiam in diſtribuendo beneficio, cùm ad id tenetur diſtribuens. nu. 222.*

11 *Impediens ſine vi vel fraude, etiam ſi id faciat ex odio, & etiam ſi diſtributor decreuiſſet dare beneficium impedito, non tenetur impedito ad reſtitutionem. nu. 223.*

12 *Impediens per vim, vel fraudem, & ex hoc faciens quòd beneficium detur vel indigno, vel minus digno, vel æque digno, tenetur ad reſtituendũ damnum beneficij impedito. nu. 224.*

13 *Impediens per vim, vel fraudem ne beneficium detur indigno, ſed digno, vel ne detur minus digno, ſed digniori, non tenetur niſi reſtituere pro damno dato per vim & fraudem. nu. 225.*

14 *Quãdo per vim & fraudem procuratur vt ſeruetur iuſtitia diſtributiua, non intrat obligatio reſtituendi, niſi pro fraude vel vi. nu. 225.*

15 *Impediens per vim, & fraudem, ne aliquis conſequatur beneficium, ſi ille non erat illud conſecuturus, non intrat obligatio reſtituendi, niſi pro vi & fraude. nu. 226.*

16 *Vbi impeditus habebat ſolum ſpem remotam obtinendi beneficium, impediens per vim, & fraudem non tenetur reſtituere, niſi quantum valebat illa ſpes. nu. 227.*

17 *Vbi bonum liberaliter diſtribuitur, ſpes proxima habendi illud non æquiualet conſecutioni nu. 229. 230.*

18 *Et ideo impediens per vim vel fraudem, ne aliquis conſequatur bonum ſperatum, non tenetur integrè reſtituere. nu. 229. 230.*

19 *Vbi bonum diſtribuitur ex debito, ſpes proxima habendi bonum cenſetur æqualis conſecutioni. num. 228. 230.*

20 *Et ideo impediens per vim, vel fraudem, ne ille conſequatur beneficium, qui habebat ſpem proximam illius, tenetur ad integram reſtitutionem. nu. 228. 230.*

21 *Ex circumſtantijs etiam fieri poteſt, vt ſpes proxima non æquipolleat aſſecutioni. nu. 231.*

22 *Vbi plures ad beneficium habent æquale ius, impediens eum, qui ad beneficium habebat ſpem proximam, non tenetur ad integram reſtitutionem. nu. 232.*

215 QVæritur decimononò. Qualiter reſtituere teneatur, qui aliquem impedit à conſecutione beneficij? Tam varia ſunt, & ſatis quidem confuſa, quæ à DD. circa hanc quæſtionem adducuntur, cùm etiam quilibet ſecundum ſua principia loquatur; vnde aliud dicunt, qui aſſerunt in promotione indigni omiſſo digno, & minùs digni omiſſo digniori violari iuſtitiam commutatiuam, etiam reſpectu digni, & dignioris, & qui docent violari tantùm

re-

Digitized by Google

reſpectu Eccleſiæ, & qui aſſerunt nullo modo violari iuſtitiam commutatiuam, vt omiſſis multorum ſententijs ex *D. Thom. ſupra qu. 61. artic. 2. ad quartum*, & ex ſupra probatis breuiter quæſtio ſit reſoluenda.

216 Hoc tamen præmittendum eſt, quòd aliqui exiſtimant, quòd ſolus animus nocendi, & impediendi aliquem à conſecutione beneficij inducat obligationem reſtituendi; vnde dicunt, quòd qui procurat, vt detur beneficium Titio æquè digno, ſed animo nocendi Paulo, tenetur ad reſtituendum Paulo damnum non obtenti beneficij, ſic *Scotus 4. d. 15. q. 2. Richard. 16. a. 5. qu. 4. ad ſeptimum. Roſell. v. reſtit. 10. num. 3. Angelus v. reſtit. 1. verſ. impediens, Syluesſ. v. reſtitutio 3. q. 12. diſt. 1. Tabien. v. reſtitutio q. 10. nu. 11. Lauor. cap. 21. de elec. n. 43. Cord. mem. 4. de detrac. q. 3. concl. 5.* & idem videtur tenere *Caiet. d. quæſt. 62. a. 2. ad ſecundum dubium*, vbi concordat opinionem Scoti cum opinione Paludani. Et probatur hoc primò *ex l. 2. ff. de aqua pluuia arcen. §. idem Labeo ol 2. & l. Proculus ff. de damno infecto, & l. fluuiorum, §. final. eod. tit.* vbi dicitur, quòd qui aquæductum tranſiens per fundum ſuum ad fundum vicini rumpit non animo nocendi, non infert illi iniuriam; igitur ab oppoſito iniuriam infert, ſi id faciat animo nocendi. Secundò *ex Diuo Thom. ſupra quæſt. 62. art. 2. ad quartum*, vbi expreſsè habet, quòd qui impedit alium à conſecutione præbendæ animo nocendi, tenetur ad reſtitutionem.

217 Dicendum nihilominùs eſt *ex D. Tho. loco citato*, quòd, ad hoc vt actio inducat obligationem reſtituendi, duo ſunt neceſſaria, ſcilicet, quòd actio ſit in ſe iniuſta, & quòd fiat animo nocendi: ſic enim habet ibi *D. Th. Alio modo iniuſtè, putà ſi intendat eius nocumentum, quem impedit propter odiū, &c.* Vnde de mente S. Thomæ primum requiſitum eſt iniuſtitia actionis, ſecundum verò eſt animus nocendi, quod dicitur ad excludendam ignorantiam, & bonam fidem; nam qui ignoranter, & bona fide damnificat aliquem, non tenetur ad reſtitutionem: Aliàs verò præciſa ignorantia vbi actio ex natura ſua eſt iniuſta, & damnum inferens, adeſt etiam ſufficienter animus nocendi: qui quidem animus nocendi, quòd ſe ſolo non inducat obligationem reſtituendi, ex eo apparet quòd animus nec alienum rapit, nec alteri damnum infert; vnde ex animo nec aliquis tenetur reſtituere ratione rei acceptæ, nec ratione iniuſtæ acceptionis, quia ex animo nullus in rebus ſuis damnificatur in effectu: at verò radix reſtitutionis eſt vel res aliena accepta, vel iniuſta eius acceptio. Et ideo quòd ſolus animus nocendi non inducat obligationem reſtituendi ſine iniuſta actione damnum in effectu inducente tenent *Sotus l. 4. de iuſt. qu. 6. art. 3. circa ſolus, ad ſextum, Bannes ſupra q. 62. ar. 2. dub. 12. concl. 4. Ledeſma 2. 4. q. 18. a. 3. dub. 9. Nauarr. in ſumm. cap. 17. à num. 70. Aragon. ſupra q. 62. a. 2. circa ſolut. ad quartum, D. Thomæ, Salon. ibid. contr. 25. Couarr. reg. peccatum 2. p. §. 7. num. 8. concl. 2. & 5. Petrus Nauarra, Adrian. Angles*, quos refert, & ſequitur *Sanchez l. 2. opuſ. c. 1. dub. 49. num. 6. Diana p. 3. tract. 6. Miſcell. reſol. 33.*

218 His ſtantibus dicitur primò, quòd qui iuſtè impedit aliquem, ne conſequatur beneficium, quia eſt vel eo indignus, vel minùs dignus, vnde procuratum fuit, vt daretur digno, indigno omiſſo vel vt daretur digniori, miuùs digno relicto, nec tenetur ad reſtitutionem, nec peccat, ſed immò meretur, niſi deficiat aliqua circumſtantia neceſſaria, vel adhibeatur circumſtantia mala. Ita *D. Thom. communiter receptus, ſupra quæſt. 62. artic. 2. ad quartum*.

219 Dico ſecundò, quòd vbi aliquis habeat ad beneficium ius, vel in re, vel ad rem, qui impedit illum, ne conſequatur beneficium eſt iniuſtus, & tenetur ad reſtitutionem. Vt ſi eſt iam promotus, & impeditur ab accipienda poſſeſſione beneficij, iſte enim habet ius in re, & in beneficio. Vel ſi ſolus ſit electus, & impeditur, ne electio eius alias legitima, & de iure confirmanda non confirmetur. In his enim & ſimilibus caſibus aufertur iniuſtè ab aliquo id, quod ſuum eſt, vnde eſt obligatio reſtituendi. Et hæc etiam aſſertio eſt communis. Et in vtroque caſu impediens tenetur integrè reſtituere, quia & totum abſtulit, quòd ex iuſtitia debebatur. *Diu. Thom. vbi ſupra*, & ibi *Bannes dub. 12. & Aragon. fol. 211. & Salon. controuer. 25. Sotus lib. 4. q. 6. num. 3. circa reſponſ. ad ſextum*, *Ledeſma 2. 4. q. 18. art. 2. Armilla v. reſtitutio num. 51.* In ſecundo tamen caſu dictum eſt, ſi ſolus eſt electus, quia vbi plures ſunt electi, quia tunc quod hic vel ille confirmetur non eſt ex iuſtitia, ſed ex gratia, vel certè non eſt ex iuſtitia commutatiua, ideò tunc non tenetur reſtituere, qui ſine vi & fraude procurat, vt confirmetur alter ex electis, & ideò impedit alterius confirmationem; ſed teneretur ad reſtitutionem ſi impediret ne aliquis ex electis legitimè confirmaretur. Sicut quando ſunt plures competitores approbati, & Epiſcopus ex iuſtitia commutatiua tenetur vnum ex illis approbare, ſi quis impediat, vt nullus eorum approbetur, tenetur ad reſtitutionem. *Nauar. cap. 17. num. 74. Petrus Nauarra lib. 3. de reſtit. cap. 5. num. 10. Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 49. num. 21.* In quo tamen caſu impediens non tenetur cuilibet ex electis, aut vt ſupra oppoſitoribus integrè reſtituere, quia beneficium ſolùm vagè erat illis debitum, & ſub disiunctione, & quilibet illorum poterat illud non conſequi ſine læſione iuſtitiæ commutatiuæ; vnde tunc reſtitutio erit facienda iuxta dicenda infra.

220 Dicitur tertiò, quòd vbi aliquis non habet ad beneficium ius aliquod in re, vel ad rem, ſi quis talem impediat ſine vi, & dolo, vt non conſequatur beneficium, nec eſt iniuſtus contra impeditum, nec ad aliquam tenetur reſtitutionem illi faciendam. Ratio eſt, quia hic non eſt iniuſtus, quia aliquid abſtulerit, quod fuerit impediti, quia impeditus nec poſſidebat beneficium, nec ad illud poſſidendum ius aliquod habebat; nec quia ex modo iniuſto illum impedierit, quia ſine vi & fraude modo non iniuſto illum impediuit. Nullam igitur in eum iniuſtitiam commiſit, & ideò nil tenetur ei reſtituere. Ita communiter DD. infra citandi.

221 Ex hoc enim dicunt, quòd ſi quis ſine vi & fraude impedit; ne beneficium detur digno, quia procurauit vt daretur æquè digno, nec eſt iniuſtus, nec tenetur impedito aliquid reſtituere. *Bannes ſupra q. 62. art. 2. dub. 12.* & ibi *Salon. controuer. 25. Soto lib. 4. q. 6 art. 3. circa reſponſ. ad ſextum. Ledeſma 2. 4. q. 18. art. 2. dub. 9. D. Antonin. 2. par. tit. 1. cap. 12. §. 20. Armill. v. reſtit. num. 51. Nauar. cap. 17. num. 49. 72. & 73.*

Digitized by Google

73. *Petrus Nauar. Contr. Mercado* quos refert, & ſequitur *Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 49. num. 11. Sylnius ſupra q. 62 art. 2. quæſt. 25. concl. 2. Leſſius, Azor. Turrianus* quos refert, & ſequitur *Diana p. 3. trac. 6. miſcel. reſol. 33. & alij commun.*

222 Sed ſequitur ſecundò, quòd etiam ſi ſine vi vel fraude, & dolo ſit procuratum beneficium indigno, & impeditus dignus, vel ſit procuratum beneficium minùs digno, & ſit impeditus dignior, licet iſte ſic impediens peccauerit, & fuerit ioiuſtus contra iuſtitiam diſtributiuam, ſeu contra iuſtitiã Chriſti & Eccleſiæ, & communem, non tamen fuit iniuſtus contra impeditum, vnde non tenetur propriè reſtituere, digno, vel digniori. Hoc vltimũ negant illi DD. quos ſupra quæſt. 3. retulimus aſſerere, quòd beneficium ex iuſtitia commutatiua debeatur digno præ indigno, & digniori præ minùs digno, ſed affirmant qui econtra docent nec dignum, nec digniorem habere ius proprium, & iuſtitiæ commutatiuæ, vnde & ſentiunt diſtributorem ex iuſtitia commutatiua non teneri dare beneficium digno, vel digniori. Pariter qui tenent in diſtributione beneficiorum nõ habere locum iuſtitiam commutatiuam nec etiam reſpectu Eccleſiæ, tenent quoque, qood ceſſante vi ac fraude hic non intrat obligatio reſtituendi propriè dicta. Niſi in caſu quod promotio ſit cauſa iniuſta damnificans Eccleſiam in effectu, vt ſupra num. 204. fuit explicatum.

223 Et hoc eſt verum, etiam ſi impediens id fecerit ex odio, & animo nocendi, & etiam ſi impeditus haberet ſpem certiſſimam beneficium obtinendi, & etiam ſi diſtributor omnino apud ſe decreuiſſet conferre illi beneficium. Nam nec per hoc ille habebat ius vel in re, vel ad rem ad beneficium, nec beneficium erat ſuum, & ſicut diſtributor ſine iniuſtitia aliqua potuit mutare conſilium, & decretum, ita qui procurauit, vt hoc fieret, non fuit iniuſtus, vnde cum nec fuerit iniuſtus ex modo, quia ſine vi & fraude id procurauit, non eſt vnde dicatur iniuſtus, & obligetur ad reſtituendum aliquid impedito. Eſt enim hæc regula in hoc puncto ſeruanda, quòd vbi principalis diſtributor non eſt iniuſtus, nec tenetur ad reſtitutionem, nec etiam procurator, cooperator, & conſulens, ſi ſine vi & fraude inducant diſtributorem, ad reſtitutionem tenentur. *Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 49. num 10. Diana d. p. 3. tract. 6. reſol. 33. Card. de Lugo diſp. 35. num. 102.*

224 Dicitur tertiò, quòd qui vel fraude impedit aliquem ne obtineat beneficium, quod ſperat obtinere, licet non ſit ſibi debitum, tenetur ad reſtitutionem aliquam ratione iniuſtæ acceptionis, & damnificationis. Quoniam vnuſquiſque habet ius, vt vi, vel fraude non impediatur, quin bonum commune ſibi diſtribuatur. Hæc aſſertio eſt communis. ſed tamen eſt magis in particulari explicãda. Nam quòd per vim & fraudẽ impediens dignum, vt promoueatur indignus, & digniorem, vt promoueatus minùs dignus, teneatur ad aliquid reſtituendũ digno, aut digniori, res eſt indubitata: ſimiliter ſi vi, vel fraude impediat dignum, vt beneficium detur æquè digno, eſt etiam certum impedientem teneri aliquid reſtituere. *D. Th. ſupra q. 62. ar. 2. ad 4. & Caiet. ibi Bannes dub. 12. Serra dub. 5. verſ. contra i:ijiiam. Salon. controu. 25. Soto lib. 4. q. 6. art. 3. ad 6. D. Antonin. p. 2. tit. 1. cap. 12. §. 20. Martinus de Ledeſ. 2. 4. q. 18. ar. 2. dub. 9. Petrus de Ledeſma tract. 8. cap. 8. Nauar. cap. 17. nu. 72. 73. Petrus Nauarra, Mercator,* quos refert, & ſequitur *Sanchez d. dub. 49. num. 11. Cad. de Lugo diſp. 35. Diana par. 3. tract. 6. reſol. 33. Lauor. cap. 21. nu. 43.*

225 Sed ſi per vim & fraudem, quis impediat, ne beneficium detur indigno, vel ne detur minùs digno, ſed digniori? Aliqui aſſerunt, quòd ſi dignus vel Procurator eius via licita procurabat ſibi beneficium, ſi per vim, vel fraudem impediatur, ne illud obtineat, ſed illud obtineat dignior, tenetur impediens reſtituere illi damnum beneficij non obtenti, quia ille habebat ius quærendi ſibi beneficium via licita, in quo iure impeditur per vim, & fraudem. Ita *Vaſquez opuſ. de benef. cap. 2. §. 3. dub. 20. nu. 158.* quem ſequitur *Turrianus diſput. 16. dub. 2. num. 11.* Sed oppoſitum eſt dicendum, quia cum ex iuſtitia diſtributiua beneficium debeatur digniori, minus dignus nullum ius habet, vt non impediatur ab illius beneficij conſecutione, vbi detur dignior cui conferri poſſit, & ideò vnuſquiſque licitè & iuſtè facit, ſi ſine vi, & dolo illum impedit, vt dignior vincat, & beneficium obtineat, non ergo impediẽs ex eo quòd vi vel fraude impedit tenetur reſtituere, illi beneficium, quod non ille, ſed digniori eſt ex iuſtitia diſtributiua debitum. *Bannes ſupra q. 62. art. 2. dub. 12. concl. 4. Ledeſma tract. 8. cap. 8. concluſ. 5 Sanchez lib. 2. opuſ. cap. 1. dub. 49. num. 14. Card. de Lugo diſp. 35. num. 105. Lauor. cap. 21. num. 42.* In hoc tamen caſu tenetur impediens de vi, vel fraude illata, vt dicti DD. docent, ſi tamen impeditus à beneficio ex vi, vel fraude illa iniuriam, vel damnum paſſus eſt. Nam ſi vis non eſt illata illi, ſed electori, vel collatori, impedito nulla reſtat facienda reſtitutio, quia ipſe non eſt vim paſſus. Similiter ſi fraus militauit contra aliquem tertium, contra quem mendaciter fuit aliquid dictum, ne in illius gratiam alter promoueretur ad beneficium, non impedito a beneficio, ſed illis cui fama mendaciter fuit vulnerata, facienda eſt reſtitutio. Quando igitur per vim & fraudem impeditur aliquis à conſecutione beneficij, tunc ſolùm impediens tenetur reſtituere impedito damnum beneficij, quando impeditur dignus, vt promoueatur, vel alius æquè dignus, vel impeditur dignior, vt promoueatur, quod eſt dicere, quod tunc intrat obligatio reſtituendi damnum beneficij ipſi impedito, quando per vim, aut fraudem impeditur libera iuſta retributio, ſed quando per vim, & fraudem ſit vt obſeruetur iuſtitia diſtributiua, non eſt obligatio reſtituendi damnum beneficij impedito, ſed ſolùm iniuriam & damnum, quod paſſus eſt is, cui vis eſt illata, aut per fraudem iacturam paſſus fuit.

226 Et adhuc limitanda eſt poſita aſſertio, vt locum habeat tantùm, vbi impeditus per vim, & fraudẽ à conſecutione beneficij aliàs ſibi ex debito legali nòn debiti, erat illud aſſecuturus, vel habebat ſaltem aliquam ſpem obtinendi illud: quòd ſi illius adipiſcendi nulla ſpes erat, nec propriè impeditur ab illius conſecutione per fraudulentiam, & vim illatam; quia aliàs nullam habebat ſpem illud conſequendi, nec ſic impediens tenetur ad reſtitutionem damni beneficij impediti, quia per illam vim, & fraudem nullum damnum in hac parte paſſus

Digitized by Google

ſus eſt beneficiatus, cum nec vi, nec fraude exiſtente adhuc non eſſet beneficium conſecuturus. *Caiet. ſupra q.62.art.2.circa reſponſ.ad 4.dub.3. Bannes vbi ſup. concl.7. Sanchez vbi ſup. dub.50.nu.1. Salon.ſup. quæſt.62.artic.2.controuer.21. Card. de Lugo dicta diſput.35.nu.104. Diana par.3.tract.6.reſolut.33.ver. quinto &c.*

217 Sed vbi impeditus habebat aliquam ſpem obtinendi beneficium, licet non ſibi debitum ex iuſtitia commutatiua, quantùm ſibi reſtitui debet? Cum hic non ſit ſermo de beneficio, ad quod impeditus habeat ius certum, vel in re, vel ad rem, quoniam vt ſupra dictum fuit, vbi impeditur ne quis conſequatur beneficium ſibi ex iuſtitia commutatiua debitum, impediens tenetur integrè damnum beneficij reſtituere. Sed hic ſit ſermo de beneficio, vt habendo quidem ex iuſtitia diſtributiua, ſed ſecundùm liberum arbitrium diſtribuentis, duplex caſus hic diſtingui debet. Primus in quo aliquis habet ſpem, ſed remotã, quia elector, vel promotor nondum ſe determinauit, ſed nihilominùs quis probabiliter ſperat, quod ad ſui fauorem ſe determinabit. Et in hoc caſu non eſt obligatio reſtituendi integrè damnum beneficij, ſed ad arbitriũ prudentis viri quantùm valebat illa ſpes beneficiũ conſequendi. Et hoc eſt indubitatum, & tenent DD. infra citandi.

228 Secundus caſus eſt, ſi ſpes obtinendi beneficium ſit proxima, & moraliter certa, quia iam promotor determinauit dare illi beneficium? Triplex eſt in hac parte ſententia. Prima affirmat, quod ſpes iſta proxima ex eo quod diſtributor iam apud ſe firmauit, & decreuit dare beneficium Paulo, moraliter æquiualeat conſecutioni beneficij, quia in his, quod parum diſtat, nihil diſtare videtur. Et licet hanc rationem reprehendat. *Caietan. ſupra q.62.art.2.* eam tamen approbant *Sotus, Ledeſma, Aragon, Nauarra infra citandi,* quia habetur ex *lib.3. Phyſ. text.56.* & ea vtitur *D. Thom. ſupra q.62.art.2.ad 4.* & eius ſenſus eſt, quòd qui damnificat aliquem in re, quæ parùm diſtat, aut nihil, & vt ſit matura perfecta, cenſetur in re perfecta damnũ dediſſe. Ideò cum beneficium pro eo, cui dandum eſſe ſtabiliuit apud ſe diſtributor, ſit iam quaſi maturum, pro maturo, & pro dato cenſendum eſt. Et ita hanc ſententiam tenent. *Aragon. ſupra q.62.a.2. circa reſponſ.ad quartum, Salon. ibi controu.25. Bannes ibid. dub.12.concl.7. Sotus lib.4.de iuſt.q.6.art.3. in reſponſ.ad ſextum.* Lopez *par.1.cap.127. Ledeſm.2.4. q.18.art.2. Armilla v.reſtitutio nu.51. Angelus reſtit.1. ver.impediens. Medina lib.1.inſtit cap.14.§.31. Lauor. cap.21.n.41.*

229 Verùm econtra alij arbitrantur, quòd ſpes proxima non æquiualeat conſecutioni, ideoque quòd in propoſito ſpes obtinendi beneficium adeo proxima, vt diſtributor apud ſe firmiter decreuerit conferre beneficium Petro, non æquiualeat conſecutioni beneficij, ac propterea eum, qui vi vel fraude impedit Petrum, ne conſequatur beneficium, non teneri reſtituere Petro damnum beneficij integrè, ſed ad arbitriũ prudentis, & ad valorem illius ſpei, conſiderando, quòd in libertate diſtributoris erat mutare animum ſuum, vnde ſpes illa non erat ſine periculo, & minùs valebat, quàm beneficium ipſum in re habitum. Et ita ſentiunt *Nauar. c.17. num.71.72.& 73. Capua lib.2.deciſ.130.nu.3. Sylu. v.reſtitutio 3.quæſt.12.num.12. D. Antonin.par.2.tit.1. cap.12.§.20. Scotus in 4.diſt.15.q.2. Richar.ibid.art.5. q.4. ad 7. Palud.q.2.art.2.concl.4. Couar.reg.peccatum 2.par.§.7.num.8.concluſ.4. Cardin. de Lugo de iuſtit. diſput.18.ſection.5. & diſput.35. numer.102. Diana par.3.tract.6.miſcell.reſol.33. citans Leſſ. Vaſquez & Azorium.*

230 Ex doctrina *Caiet. ſupra q.62. art.2. circa reſponſ.ad quartum dub.4.* poſſunt hæ duæ ſententiæ conciliari. Nam bonum à cuius conſecutione quis impeditur; vel merè liberaliter datur, vel datur ex debito alicuius legis, ſicut in propoſito beneficia ex lege diuina, & iuſtitia diſtributiua ſunt debita digno præ indigno, & digniori præ minùs digno. In bonis, quæ merè liberaliter dantur vera eſt ſecunda ſententia; quia vbi in dante nullum eſt debitum dandi bonum alicui, etiam ſi dans decreuerit dare aliquid alicui, ſpes tale bonum obtinendi adhuc variabilis multùm eſt, ideò non æquiualet conſecutioni ipſius boni. Ideo in propoſito, vbi plures ſunt æquè digni beneficio, ſi quis faciat vi, vel fraude vt diſtributor, qui iam decreuerat apud ſe dare beneficium Petro, non det illi, non tenetur integrè reſtituere damnum beneficij ipſi Petro, ſed quantũ valebat ſpes illa proxima, quam habebat. Sed vbi bonum eſt debitum ex iuſtitia diſtributiua, ſicut in propoſito beneficium debetur digno præ indigno, & digniori præ minùs digno, ſi iam diſtributor firmiter decreuit dare beneficium Petro, quem ſolum iudicat vel dignum, vel digniorem, & verè ſic eſt, ſpes iſta proxima fundata in iuſtitia, & voluntate diſtributoris tantæ firmitatis moraliter eſt, vt æquiualere cenſeatur conſecutioni beneficij, cum voluntas diſtributoris variari non poſſit, niſi decipiatur, vel ex malitia à lege velit recedere ſcienter eligendo, vel indignum, vel minus dignum. Et in hoc ſenſu. *Caiet. interpretatur D. Thom. loco cit.* & vera eſt prima ſententia. Et ita hanc partem tenent etiam *Petrus Nauar. lib.3. de reſtit.cap.5.à n.26. Sanchez lib.2.opuſ. cap.1. dub.50. num.7.*

231 Adderem etiam penſandas eſſe circumſtantias ex quibus ſpes obtinendi beneficium poſſet eſſe multùm variabilis, vt ſi diſtributor ſit mutabilis de facili, & parum timoratæ conſcientiæ, & de facili credulus, & animi auari, aut ambitioſi, & concurrens ad beneficium nobilis, audax, potens, & alia huiuſmodi ex quibus detrahi poteſt, non parum de illius ſpei certitudine, vt non cenſeatur æqualis conſecutioni beneficij.

232 Ex his verò colligitur, quòd vbi plures habent ad beneficium æquale ius, vt quia plures ſunt electi, vel præſentati, & æquè digni, vel in concurſu æqualiter approbati, ſi quis per vim & fraudem impediat aliquem illorum à cõſecutione beneficij, tenetur ad reſtitutionem damni beneficij impediti, ſed non ex integro, ſed iuxta ſupradicta ad arbitriũ prudentis quantum valebat ſpes, quam ille habebat conſequendi beneficium. Vbi enim concurrentium ad beneficium ius eſt æquale, in plena libertate diſtributoris eſt eligere quem velit.

CAPVT XXXI.

De iuris eligendi deuolutione.

S V M M A R I V M.

1 *Introductio tractationis. num. 1.*

1 ELigentes indignum, & illum præſentantes, aut eius electionem confirmantes, vel ei beneficium conferentes eſſe priuatos poteſtate eligendi, vel præſentandi, aut confirmandi electionem, ſeu beneficia conferendi pro prima vice probatum eſt Cap. 29. Sed & non ſeruantes in eligendo formam ſtatutam à Conc. Lateran. *cap. quia propter 42. de elect.* priuandos eſſe voce dictum fuit Cap. 9. q. 9. Item & pro prima vice priuatos eſſe electores negligentes eligere intra tempus à iure ſtatutum, probatum fuit Cap. 13. Reſtat propterea videndum, ad quem ſpectat prouidere viduatis Eccleſijs, quando prouiſores beneficiorum, aut officiorum Eccleſiaſticorum peccando, vel circa materiam, vel ex negligentia, vel circa formam electionis facultate eligendi, aut præſentandi, aut conferendi priuati ſunt. Et quia in his caſibus hæc facultas ad aliquem alium tranſit, & hic tranſitus dicitur deuolutio, ideò de hac inſtituitur præſens tractatio, neceſſariò præmittenda tractationi de confirmatione, aut caſſatione electionis, vt manifeſtum fit, quid facere poſſit Confirmator, cum contigit, vt caſſet electionem, aut etiam præſentationem ſuperior non admittat, & an tunc iure ad ſe deuoluto ipſe poſſit Eccleſiæ vacanti prouidere.

S V M M A R I V M.

1 *Reſidentia & deuolutia diſtinguuntur. nu. 2.*
2 *Vbi non totum collegium, ſed pars delinquit, facultas eligendi non deualuitur, ſed reſidet in minori parte. nu. 3.*
3 *Immò in vno ſolo, ſi vnus ſolus remaneat. nu. 4.*
4 *Et hoc verum de præſentantibus, confirmantibus, & conferentibus. nu. 4.*
5 *Ex pluribus compromiſſarijs ſi maior pars inhabilis fiat, redit facultas ad electores. nu. 5.*
6 *Vicario eligente indignum, reſidet facultas in Epiſcopo. nu. 5.*
7 *Procuratore eligente indignum, mandans, non eſt priuatus voce. nu. 5.*
8 *Tunc ſolum deuoluitur facultas eligendi, cum omnes de collegio vel moriuntur, vel fiunt inhabiles. nu. 6.*

1 QVæritur autem primò, an in omni caſu, in quo electores ſunt priuati voce, facultas eligendi deuoluatur?

2 Duo autem cum *Panorm. cap. Cum Vintonien. 25. num. 2 de elec.* hic diſtinguenda ſunt, de quibus etiam diſtinctè erit agendum, ſcilicet reſidentia, & deuolutio. Nam vel omnes vocales voce priuati ſunt, quia aut fuere negligentes ad eligendum intra tempus à iure ſtatutum, aut omnes elegerunt indignum, aut omnes emiſerunt aliquid de forma electionis. Vel non omnes, ſed pars aliqua deliquit, & eſt voce priuata. In primo caſu facultas eligendi transfertur ad alium omnino, nec in aliquo electorum remanet: & hic tranſitus propriè dicitur deuolutio, vt etiam conſiderauit *Azor. par. 2. lib. 6. cap. 27.* Sed in ſecundo caſu, facultas eligendi non transfertur extra collegium, ſed manet apud non delinquentes, & ideo hæc propriè dicitur reſidentia facultatis eligendi, quia ſic aliqui de collegio ea priuantur, quòd tamen facultas eadem extra collegium non transfertur, ſed reſidet in parte innocente, vel non deficiente.

3 Dicitur igitur primò, quòd vbi non totum collegium electorum deliquit, & ideo non totum eſt priuatum voce, facultas eligendi propriè non deuoluitur, ſed reſidet in parte non delinquente, nec priuata voce, etiam ſi illa ſit minor pars, *cap. bona, 3. de poſtulat. & cap Cum Vintonien. 25.* de elect. *Innoc. in cap. 2. de oper. nunciat. Gloſſ. in cap. gratum, 2. de poſtul. v. pauciores,* & ibi *Butr. num. 7. & 18. Panorm. n. 5. Gloſſ. in d. cap. bona 3. de poſtul. ver. in patla. fin. & cap. dudum, 22. v. in ordinibus, & cap. Cum Vintonien. 25. notab. vlt.* & ibi *Panorm. num. 2. Gloſſ. cap. congregato 53. v. irrita, eod. tit.* & ibi *Panorm. num. 3. Felin. in cap. cum omni, de conſtitut. Sylu. v. electio 1. num. 13. Tabien. num. 3. Marc. & Marta,* quos refert, & ſequitur *Sigiſm. de Bononia dub. mihi 12. nu. 1. Miranda in manual. tom. 2. qu. 23. a. 5. Vgolin. Reginal. Medina, Ragne, & Lauorius,* quos ſequitur *Barboſa ad d. cap. bonæ, num. 2. & ad d. cap. Cum Vinton. num. 2. & l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. num. 83. Diax. 1. p. cap. 2. num. 4. Lauor. variar. lucubrat. de elect. cap. 21. nu. 47.*

4 Quod adeo verum eſt, vt in vno ſolo poſſit tota facultas Capituli reſidere, & nec habeat locum deuolutio, ſi cæteris vel mortuis, vel inhabilibus factis, & facultate eligendi priuatis, vnus ſolus viuus, & innocens, & habilis remaneat. Quamuis enim ad conſtituendum Collegium ad minus duo requirantur, *cap. nullus, 1. de elect.* & de iure ciuili tres, *l. Meratius. ff. de verb. ſignific.* Et quamuis remanente vna ſola oue, non dicatur remanere grex, & ſic remanente vno ſolo non videatur remanere Collegium, quia vnus ſolus Collegium non facit, non eſt eadem ratio de grege & oue, & de hominibus; oues enim irrationales ſunt, & incapaces iuris habendi, & ideo remanente ſola vna ex illis, grex non remanet: ſed homines animam rationalem habentes, ſunt iuris capaces, & ideo facultas, vis, & poteſtas Collegij, vt ſupra etiam probatum fuit, in vno ſolo remanere non poteſt; ſicut vita remanet membris reciſis. Quod eò eſt verius, quando alij ob culpam, & defectum voce priuati ſunt; quia manente innocentia in vno de Collegio, manet vita Collegij, eiuſque virtus, & poteſtas. Nec æquum eſt, vt innocens ex aliorum defectu, vel culpa priuetur iure Collegij, & proprio. Et ideo etiam ſi omnes de Collegio præter vnum priuati ſint voce ex quacumque cauſa, vel mortui ſint, quòd in illo vno reſideat poteſtas Collegij, & facultas eligendi, ex *leg. Sicut municipis, §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit.* & ex *cap. ſi forte diſt. 63* tradiderunt *Gloſſ. in cap. gratum 2. de poſtulat. ver. pauciores,* & ibi *Panorm.*

norm.num.9.Anchar.& Butrius. Iterum *Panorm.in cap.nullus 1.de elect. Innoc.in cap.quia propter 42.eodem tit.Henric.Boich.in cap.Illa quotidiana num.3.de elect.Petrus de Biax p.prima cap.2.nu.4.*& apud eum *Hoſtien.S.Anton. p.3.tit.19.cap.2.§.4. Syl.v.electio, 1.num.13.Tabien.num.2. Lambertin. de iure patron. p.1.l.1.q.9.a.3.n.27.Cuccus inſtitut.maiorum l.4. tit. de elect.num.39.Nauar.conſ.6.de elect.nu.2.* & apud eum *Martin.Laudun.Rodriq.tom.2. qu.54. numer.11. Rota coram Seraph.deciſ.860 num.7.& 1050.num.5. Sigiſm.de elect.mihi dub.12.num.4. Paſqualig. deciſ. 253.num.7.Baſſens v.electio nu. 8.* Quòd verum eſt, nedum de eligentibus, ſed de præſentantibus, ex quibus ſi vnus ſolus non delinquat, & non ſit priuatus iure præſentandi, in eo hæc facultas remanet. Quòd pariter verum eſt, vbi confirmatores, ſeu collatores beneficiorum ſint plures; ex eo enim, quòd aliqui, vel alij præter vnum ſint vel mortui, vel facti inhabiles, non deuoluitur facultas confirmandi, vel conferendi, ſed reſidet in illo vno, qui non eſt inhabilis.

5 Similiter ſi compromiſſarij eligentes indignum priuati ſint iure eligendi, non per hoc deuoluitur facultas eligendi, ſed reſidet in compromittentibus, quòd eſt verum etiam ſi non omnes, ſed minor pars non deliquerit; tunc enim in illa minori parte nõ reſidet facultas eligendi, quia electores cõpromiſerunt ſub tacita ſaltem cõditione, vt is cenſeatur electus, qui à maiori parte compromiſſariorũ fuerit nominatus, niſi aliud exprimant. Quidquid in contrarium dixerit *Panorm.cap.cum in iure 33.num.7. de elect.* ſibi contrarius; ad ea, quæ, ſcripſit *cap 2.de poſt.num.8.* vbi benè aduertit, quòd compromiſſarij non eligunt vt Collegium, ſed vt ſinguli, quia non eorum Collegio, ſed ſingulis data eſt à Collegio facultas eligendi, ideo facultas aliorum non reſidet in minori parte, quia minor pars, non eſt minor pars alicuius Collegij, cui primò conueniat electio, ſed illis, qui ſunt minor pars conuenit eligere vt ſingulis, & quod illi faciunt, faciunt illi, non verò totum aliquod Collegium, vel maior pars Collegij, & ideo ad minorem partem compromiſſariorum non deuoluitur ius eligendi: vt dictum *eſt cap.29.num.83.*Vbi *num.75.* dictum eſt, quòd delinquente Vicario, non priuatur Epiſcopus facultate conferendi, niſi ipſe conſenſerit facto Vicarij, & cum eo deliquerit indignum promouendo. Et eadem ratione procurator non præiudicat mandanti, ſi ipſe eligat indignum mandante non conſentiente, vt tradit *Barboſa de off. Epiſc. alleg.72.num.106.*

6 Dicitur igitur ſecundò, quòd tunc ſolùm habet locum deuolutio, cum omnes, ad quos pertinebat ſunt priuati facultate eligendi, ſeu præſentandi, ſeu conferendi, aut confirmandi; quia alias facultas huiuſmodi non transfertur in alium, ſed reſidet in illis, vel illo, qui non eſt tali facultate priuatus, & ita tenent citati DD.

S V M M A R I V M.

1 *Si eodem contextu eligendo maior pars delinquat, vt priuetur ipſo iure electione, confirmanda eſt electio minoris partis. nu.7.8.*

2 *Non tamen ſi ſolum ſit priuanda. nu.7.*

3 *Si electorum maior pars delinquat contra formam, vtraque electio caſſatur. nu.7.*

4 *Si electorum maior pars ignoranter delinquat, eligendo indignum, vtraque electio caſſatur. n.7.*

5 *Etiam ſi minor pars ignoret electum à maiori parte eſſe indignum, electio minoris partis eligentis dignum eſt confirmanda. nu.8.*

6 *Non eſt neceſſe, vt dum minor pars elegit dignum ſimul eodem contextu cum maiori parte eligente indignum, quod iteretur ſcrutinium. nu.9.*

7 *Eſt tamen neceſſarium, quod vnus eorum nomine totius eligat. nu.9.*

8 *Electio minoris partis eligentis dignum, præ indigno electo à maiori parte, non valet, niſi maioris partis electio, vel præceſſerit, vel fiat eodem contextu. nu.10.*

9 *Quando minor pars ex interuallo eligit, debet iterare ſcrutinium. nu.10.*

10 *Poſtquam maior pars elegit indignum, minor pars non expectata caſſatione electionis minoris partis, poteſt eligere dignum. nu.11.*

11 *Etiam ſi non ſit certa de indignitate electi à maiori. nu.11.*

12 *In quo ſenſu verum ſit, quod nullus, prætextu criminis non probati, non debeat excludi ab electione. nu.11.*

7 QVæritur ſecundò. In caſu reſidentiæ, quam vim habeat electio eorũ, vel eius, in quo reſidet facultas eligendi? Reſpondetur, quòd vbi maior pars delinquit eligendo indignum, minor pars, quæ non delinquit, vel eligit eodem contextu cũ maiori, vel ex interuallo. Si eligit eodem contextu, eius electio eſt legitima, & non eſt cenſenda electio facta à parte Collegij, ſed à toto Collegio, quia in ea ſola remanet Collegij poteſtas, cum alia pars ipſo iure ſit priuata facultate eligendi, *Panorm. in cap. Dudum 22.num.9.de elect. Hoſtien.in ſumm.tit.de elect.num.34.Caſtell. de elect. num. 10. & 30. Lauor. cap.21. num.47.* & probatum eſt ſupra. Hic tamen aduertendum, quòd hoc non habet locum, niſi vbi maior pars delinquens ſit priuata voce ipſo iure, non verò ſolùm ſit priuanda. Ideo vbi maior pars delinquat contra formam *cap. Quia propter*, quia pœna priuationis vocis lata in eo capite non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. *Gloſſa in cap. Cumana 50. v. priuantes, de elect.* ideo in caſu, quòd maior pars delinquat contra formam ſtatutam in *d.cap.* non eſt confirmanda electio minoris partis, quia maior pars non erat tunc priuata voce, & ideo poteſtas Capituli non reſidebat in minori, ſed tunc vtraque electio caſſatur, ſicuti etiam fit, cum maior pars ignoranter eligit indignum, vt *ex Io. Andrea* tradit *Panorm.cap.Congregato 53.n.5.de elect.*

8 Cæterùm vbi maior pars ipſo iure eſt priuata voce ex quo eligit ſcienter indignum, vel ex ſimili cauſa, electio facta eodem contextu à minori parte, etiam ab vno ſolo, ſi ſolus non delinquat, eſt confirmanda. Quod eſt verum, etiam ſi minor pars tempore electionis ignoraret electum à maiori parte eſſe indignum: in hoc enim caſu veritas rei attendi debet, & an maior pars verè fuerit ipſo iure priuata facultate eligendi; hoc enim poſito, iam electio facta à minori parte, eſt de facto, & in rei veritate electio facta à toto Collegio, quia maior pars priuata voce, ſe habet, ac ſi in mundo non eſſet.

Digitized by Google

Innocent.cap. conſiderauimus 10.num 1. & Bald. cap. congregato,53.num.3.de elect.

9 Dubitat autem *Panorm. in d.cap. congregato*, an minor pars debeat iterare ſcrutiniū, vel ex ſcrutinio iam cum maiori parte habito eligere. Et cum aliqui exiſtimauerint, quòd ſit neceſſarium nouum ſcrutinium, quia electores in ſcrutinio eligunt vt ſinguli, & nunc volunt eligere tamquam totum Capitulum, *Panorm.ex Compoſt.* benè reſpondet, quòd cum electio ſit eodem contextu, & incontinenti, non eſt neceſſe variare ſcrutinium, quia ſufficit quòd ex eodem ſcrutinio communi ſequatur vna electio valida. Hinc tamen colligitur, quòd minor pars, vt eius electio ſit valida, debet habere electionis decretum, ſeu electionem ab vno factam nomine totius collegij, vt ſupra *c.19.q.6.* dictum eſt, & eſt de forma electionis ſtatuta *in cap. Quia propter*. Vnde ſi ſola maior pars eligat, minori parte nihil aliud agente, niſi quod in ſcrutinio nominauit idoneum, ſed illum poſtea non elegit electione communi, & publica vtraque electio erit caſſanda; electio ſcilicet maioris partis, quia eſt indigni, & electio minoris partis, quia non eſt electio, ſed ſimplex nominatio facta in ſcrutinio. Vt ergo electio minoris partis valeat, neceſſe eſt, vt ſtatim ac maior pars proceſſit ad electionem indigni factam ab vno nomine omnium, minor pars à ſe nominatum eligat, vno ex electoribus, cui vel de iure, vel ex commiſſione id incumbat, nomine omnium eligente illum, qui à minori parte nominatus fuit in ſcrutinio. Et non obſtat decretum præſcriptum à Concilio Tridentino, quòd non abſtulit ius competens minori parti innocenti, & dignè eligenti, & nec per hoc publicantur nomina eligentium à ſcrutatoribus, ſed minor pars vtitur iure ſuo volens, vt vnus a ſe nominatum eligat. Nam & quomodo hoc non ſit contra Concilium, probatum eſt ſupra *cap.17.quæſt.3.n num.34.*

10 Sed ſi minor pars non eligit eodem contextu cum maiori, tunc ſi eligat prius, eius electio ſine dubio nulla eſt: quia cum tunc maior nondum deliquerit, nec fuerit priuata voce, non reſidebat in minori poteſtas Collegij, nec habebat minor pars ius eligendi ſine maiori. Neceſſe igitur eſt, vt electio maioris partis eligentis indignum præceſſerit, & tunc ſi minor pars non elegit eodem contextu cum maiori, poteſt ſola ad electionem conuenire, & tenetur ex nouo ſcrutinio eligere, vt docet *Panorm. vbi ſupra num.5.& 6.& cap. Dudum 22. nu.9. de elect.*

11 Ex quibus colligitur, minùs verè dici à *Caſtell.cap.4.de elect. num.52.* quod ſi minor pars opponat alicui crimina non probata, nec notoria, & vbi viderit illum eſſe electum à maiori parte, ipſa minor eligat alium idoneum, antequam prior electio ſit caſſata, quòd electio eiuſdem minoris eſt nulla; quia nullus debet excludi ab electione prætextu delicti, ſi delictum non eſt vel probatum, vel notorium; quòd maximè verum eſt in Ordine Pred. in quo etiam decernitur, vt electores non procedant ad electionem ſecundam non caſſata prima, vt tradiderunt etiam *Gloſſ.Panorm.Io.Andr.Rodriq. tom.2.q.51.ar.11.& Petrus de Biax.par.1.cap.5.n.1.* Nam DD. iſti, & declaratio *Conſt.Ord.Præd.d.2.c.2. textu 3.lit.L.* non loquuntur in hoc caſu, ſed de eiſdem electoribus eligentibus poſt priorem electionē à ſe habitam, quòd eſt indubitatum, & probatum eſt ſupra *c.18.q.8.* Nam poſtquam electores elegerunt, iidem, qui elegerunt non poſſunt iterum eligere, ſed debent expectare iudicium confirmatoris, qui illos etiam poteſt priuare voce, ſi malè elegerunt. Sed vbi alij ſunt electores, ſicut in noſtro caſu, in quo maior pars indignum elegit, non coeligente minori parte, quæ poſtea ſeparatim vult eligere, hæc non habet vt expectet iudicium de electione maioris partis, ſed ipſa vti poteſt iure ſuo, & eligere; quia non eſt priuata iure eligendi ex eo quod maior pars ea minori contradicente voluit eligere eum, quem ipſa iudicauit non eligendum. Nec obſtat, quod dicebatur, ſcilicet quòd nullus prætextu criminis debet reijci ab electione, niſi crimen ſit probatum, vel notorium, quia immò & infames infamia facti excludi poſſunt, & ſufficit, quòd crimen coram cōfirmatore probari poſſit. Et cum electio ſit libera, & nullus habeat ius vt eligatur, in plena libertate eligentium eſt eum non eligere, quem iudicant indignum, vel minùs dignum electione; immò eum licitè eligere non poſſunt. Quamobrem quod prætextu criminis non probati non poſſit quis excludi ab electione reſpicit confirmationem, quia ex quo quis ex electione habet ius, non debet eo priuari ob delictum non probatum, & nihilominus etiam quomodo hoc ſit verum infra eſt explicandum. Aliàs verò loquendo de exercitio electionis, & de electoribus nedum prætextu criminis poſſunt illi nolle aliquem eligere, ſed immo nec tenentur, nec debent eligere ſanctiſſimum, ſi eo alius eſt vtilior Eccleſiæ, & ideo dignior, vt eligatur, vt *cap. ſuper.* probatum eſt. Pars igitur, quæ non elegit, nedum poſt electionem habitam ab alia parte poteſt eligere, ſi ei conſtat, quòd alia pars elegerit indignum, & ſit ex conſequenti priuata voce, ſed etiam ſi de hoc illi non conſtet, quia vt dictum eſt ſupra *ex Innoc.& Bal.* hic attendi debet id, quod eſt, & ſufficit minori parti, ſi in iudicio coram confirmatore probauerit, quòd maior pars elegit ſcienter indignum, & propterea, quòd ius eligendi totum in ſe ipſa reſidebat.

SVMMARIVM.

1 *Plures opiniones. n.12.13.*

2 *Non deuoluitur ius eligendi, niſi in caſibus expreſſis in iure. n.14 16.*

3 *Niſi omnes electores delinquant, non deuoluitur electio. n.15.*

4 *Pœna non irrogatur, niſi exprimatur in iure. numer.16.*

5 *Pœna priuationis vocis non adeſt, niſi exprimatur in iure. n.16.*

6 *Triplex cauſa deuolutionis. n.17.*

7 *Deuoluitur electio, ſi omnes eligentes negligant eligere in tempore debito. n.18.*

8 *Idem ſi patronus laicus non præſentet infra quatuor menſes. n.18.*

9 *Non excuſatur patronus, ex eo quod præſentauerit ad examen, niſi preſentauerit inſtitutori. n.18.*

10 *Excuſatur ſi præſentet ei, quem ex iuſta cauſa credit habere ius inſtituendi. n.18.*

11 *Electio ex qua nullus euadit electus nec eſt electio, nec ſuffiſit in Ord. Prædicatorum, vt non deuoluatur ius eligendi. n.19.20.21.*

Pro-

12 *Proniacialis in Ord. Prædicatorum non tenetur mittere Vicarium electionis. n.21.*

13 *Quomodo poſſit in aliquo caſu à Prouinciali præfigi terminus ad eligendum. n.21.*

14 *Peccanti contra formam Concil. Trid. non eſt impoſita pœna. n.22.*

15 *Pœna priuationis vocis lata in cap. Quia propter eſt ſententia ferenda. n.22.24.*

16 *De iure communi, ex non ſeruata forma cap. Quia propter, non deuoluitur electio ipſo iure, ſed ſolum ſi per ſententiam omnes electores priuentur voce. n.23.*

17 *In Ord. Præd. Electores non ſunt priuati ipſo iure voce, ſi delinquant contra formam eligendi. numer.24.*

18 *In cap. Bonon. 1564. Non eſt impoſita pœna electoribus non ſeruantibus formam ibi ſtatutam. num.24.*

19 *In Ord. Prædicatorum eſt ſpeciale ſtatutum, vt ex defectu formæ electio non deuoluatur. n.24.*

20 *Quo tamen non obſtante, ex non ſeruata forma cap. Quia propter, electores per ſententiam poſſunt voce priuari. n.24.*

21 *Eligentes indignum ſunt ipſo iure priuati voce. n.25.*

22 *Non incurritur pœna priuationis vocis ex electione cuiuſcumque indigni. n.25.38.*

23 *Pœnã priuationis vocis ex cap. Cum in cunctis incurrunt ſolum eligentes indignum ad Epiſcopatum, & ſupra. n.25.38.*

24 *Pœnam priuationis vocis ex cap. Cum in cunctis non incurrunt regulares. nu.25.38.*

25 *Ex electione indigni non deuoluitur electio, niſi in caſibus in iure expreſſis. n.26.*

26 *Ex electione indigni ad Epiſcopatum ex quatuor defectibus cap. Cum in cunctis, deuoluitur electio. n.27.*

27 *Et hoc verum in omni modo electionis. n.28.*

28 *Patroni tamen laici non puniuntur hac pœna. numer.28.*

29 *Ex electione maculatorum in terminis Conſt. Gregorij XIII. deuoluitur electio ad Papam. n.29.*

30 *Iterantes poſtulationem reiectam, ſunt ipſo iure priuati facultate eligendi, & poſtulandi, & ideo ex hac poſtulatione deuoluitur electio. n.30.*

31 *Hac pœna non afficiuntur iterantes electionem. num.30.*

32 *Neque iterantes poſtulationem ad dignitates inferiores Epiſcopatu. n.30.*

33 *Ex electione per abuſum ſæcularis poteſtatis, deuoluitur electio. n.31.*

34 *Ante admiſſionem poſtulationis admittentes poſtulatum, & permittentes illum adminiſtrare, ſunt ipſo iure priuati voce, & ideo deuoluitur electio. num.32.*

35 *Hoc tamen non eſt verum de admittentibus electum. n.32.*

36 *Nec de admittentibus poſtulatum ad inferiores dignitates. n.32.*

37 *Poſtulantes poſt appellationem ſunt ipſo iure priuati voce, non verò eligentes. Remiſſiuè. numer.33.*

38 *Si electores omnes ſint excommunicati, vel ipſo iure priuati voce, deuoluitur electio. n.34.*

39 *Hoc intelligitur de excommunicatis non toleratis. num.34.*

40 *Priuati voce ipſo iure, ſed tolerati, validè eligunt. num.34.*

41 *Inſtatur contra hoc dictum. n.35.*

42 *Priuatio vocis non irritat electionem, niſi media ſententia declaratoria, vel contradictione legitima. n.36.37.*

43 *Si maior pars priuata voce, ſed tolerata, & nullo contradicente eligat dignum, electio eſt confirmanda. n.36.*

44 *Negligens ſi poſt terminum eligit, electio eſt nulla, quia non amplius habet titulum publici officij. n.37.*

45 *Vbi lex nedum priuat voce, ſed expreſſè deuoluit electionem, tunc non priuat ſolo exercitio eligendi, ſed titulo. n.37.*

46 *Plures caſus, in quibus non contingit deuolutio. num.39.*

47 *Si electus non conſentit, an deuoluatur electio. numer.39.*

48 *Si electus antequã negotium ſit delatum ad confirmatorem renunciet, non datur deuolutio. n.39.*

49 *Etiam mortuo electo, aut eo renunciante, ſi negotium ad Confirmatorem defertur, poteſt contra electores procedere. n.39.*

50 *Opiniones in principio poſitæ reijciuntur. n.40.*

51 *Formularium, quod datur impreſſum cum Conſtit. Ord. Prædicatorum vim legis non habet. n.40.*

52 *Non adeſt priuilegium vt ſi Regularium electiones ſint nullæ, fiat deuolutio ad ſuperiorem. numer 40.*

53 *In Ord. Præd. ex caſſatione electionis non datur deuolutio, niſi pro quanto, ſi electores peccent contra formam cap. Quia propter, priuandi ſunt voce per ſententiam. n.40.*

12 QVæritur tertiò. Ex qua cauſa locum habeat deuolutio? In hac parte diuerſo modo loquuntur DD. Formularium, quod datur impreſſum poſt Conſtitutiones Ordinis Prædicatorum, & fuit editum per P. Fratrem Felicem Caſtel franco de Caſtel franco, poſt formam literarum ſocij Prioris Conuentualis, ponit regulam dicens, quòd electores peccantes in forma eligendi, aut in materia electi, ſunt ea vice priuati iure, & voce ad eligendum, poteſt tamen Prouincialis eos habilitare, & voci reſtituere, & ſubſequenter tradit formam literarum, per quas vocales voci reſtituuntur. Ideo Camillus in *Directorio 1. p. cap.13. num.1.* ex hoc vult, quòd in Ord. Prædicatorum electores peccantes in forma vel materia electionis, ſint ea vice priuati iure, & voce ad eligendum. Et *cap.17. num.4.* addit, quòd ad tollendos Fratrum diſcurſus, auctoritate Apoſtolica conceſſum eſt Ordinibus Mendicantium, vt quoties electores nulliter elegerint, poſſint ſuperiores Regulares prouidere de Prælatis inferioribus, vt teſtantur *Hoſtien. in ſumm. de elec. num.27. S. Anton. 3. par. tit.19. cap.4. Caſtell. cap.14. num.54. verſ.4. reſpondetur.*

13 Innocentius verò *in cap.2. de poſtulat.* aliam regulam tradit in vno conuenientem, & in alio diſcordem à præfata. Inquit enim, quòd vbicumque electio eſt nulla propter perſonam electi, electores ipſo iure priuati ſunt voce, ſi cauſam, propter quam electus non erat eligibilis ſciuerunt; ſecus autem ſi propter defectum formæ electio ſit nulla, quia ob

hoc non erunt eligentes priuati poteſtate eligendi. *Syluester* etiam *v. electio 1. num. 13.* inter caſus, ob quos electores ſunt priuati voce, ponit caſum quādo electores eligunt ineligibilem.

14 Sed communis ſententia vera, & tenenda eſt, quòd facultas eligendi non deuoluitur, niſi in ijs ſolis caſibus, in quibus electores expreſsè per ius commune, aut particulare cuiuſcumque loci priuantur ipſa facultate eligendi. *Panorm. in cap. bonæ, 23. num. 2. & cap. congregato, 53. num. 6. de electione. Camillus in direct. 1. p. cap. 13. num. 1. Caſtell. cap. 14. de elect. num. 42 & 44.*

15 Dicitur igitur ex ſolius Collegij totius negligentia, aut delicto deuoluitur eligendi poteſtas, ita quòd non ſufficit, quòd plures, immò maior pars, immò ferè omnes electores ſint vel negligentes, vel culpabiles, vel voce priuati, & facti inhabiles; quia non per hoc Collegium perdit ſuum ius, ſed illud reſeruatur, & permanet in eis, vel eo, qui non ſunt, vel non eſt in culpa, vt ſatis probatum eſt *quæſt. 1.* Ideo ſuperiores non poſſunt vti iure deuolutionis, & inſtituere Prælatos inferiores, vbi vel aliqui intra tempus elegerunt, vel in aliquo non peccauerunt, ob quod iure eligendi priuati ſint.

16 Dicitur ſecundò, quòd quantumcumque electio ſit mala, & nulla, & electores deliquerint vel in forma, vel in materia, non habet locum deuolutio, niſi electores expreſsè per ius ſint priuati facultate eligendi. Tunc enim ex quo electores omnes, & totum Collegium eſt priuatum facultate eligendi, ex lege ſtatutum eſt, vt facultas prouidendi Eccleſiæ vacanti pertineat ad ſuperiorem. Ita *Panorm. Caſtell. & Camill. locis citatis.* Ratio huius concluſionis eſt, quia deuolutio eſt grande onus, & pœna grauis inſtituta à lege ex duplici cauſa, nimirum vt Eccleſiæ diu non vacent, ſed electores ſolliciti ſint illis legitimè prouidere, & vt etiam eligentium negligentia, aut etiam inobedientia puniatur. *Azor. p. 2. l. 6. cap. 27. qu. 1.* At verò certa iuris concluſio eſt, quòd pœna non irrogatur, niſi expreſsè iure caueatur, iuxta *authent. de non eligen. ſecund. nuben. §. ſin autem. Menoch. conſ. 1032 nu. 19. & conſ. 1128. num. 1.* & alios quos referunt, & ſequuntur *Cardin. Tuſcus lit. P. concl. 816. & Barboſ. Axiom. 181. num. 7.* Priuationem etiam vocis non eſſe in iure impoſitam, niſi id exprimatur, tradit *Nauar. conſ. 2. de renunciat. num. 5.* & docuerat *Panorm. cap. 2. de poſtul. num. 17. fin.* Hæc verò concluſio communis euidentiùs conſtabit applicando eam ad caſus particulares.

17 Cum verò omnis cauſa deuolutionis ad vnā ex tribus reducatur, nimirum ad negligentiam eligendi in tempore præſcripto, & peccatum contra formam electionis, & ad peccatum in materia electionis, quia eligatur indignus.

18 Dicitur tertiò. Deuolutionem ſemper locū habere, quotieſcumque omnes electores ex negligentia non eligunt, vel poſtulant intra tempus ſibi a iure præſcriptum. *Cap. ne pro defectu de elect. cap. licet, de ſupplenda neglig. Prælatorū, & cap. 2. de conceſſ. prabend. vbi DD. communiter.* Quodnam verò ſit tempus a iure præſcriptum ad eligendum, dictum eſt ſupra Cap. 13. vbi etiam eſt explicatum quomodo impeditis non currit tempus. Et hæc cauſa locū habet etiam in Patronis laicis, qui ſi nō præſentent in tempore quatuor menſium ſibi à iure ſtatuto deuoluitur electio ad ſuperiorem. Nec patroni excuſantur à lapſo temporis ad præſentandū, ex eo quòd præſentauerint Ordinario electum, vt examinetur, ſi collatio non pertinet ad Ordinariū, ſed ad inferiorem, iuxta decretum Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. niſi actualiter intra tempus illud præſentent ei, qui eſt facturus collationem, vt ex *Rota in vna Mediolanen. Iuriſpatronatus 22. Maij 1595. coram Blanchetto,* probat *Garz. par. 10. cap. 3. num. 6. vbi num. 7.* addit excuſari patronum, ſi præſentet ei, quem ex iuxta cauſa credit habere ius inſtituendi, quamuis in rei veritate non habuerit. *Rochus, Lapus, Rota deciſ 4. de Iure patronat. in nouiſ. & apud Creſcent. eod. tit. deciſ. 12.* quos refert *Rota in alia Mediolanen. Iuriſpatron. 29. Ianuarij 1596. apud eundem Garziam ibid.*

19 Nunc vna difficultas remanet pro Ordine Prædicatorum mota à *Caſtell. de elect. cap. 14. nu 53.* An, ſcilicet, ſi electores infra menſem illis præſcriptū ad electionem Prioris Conuentualis pluries quidem proceſſerint ad electionem, ſed in diſcordia, ita vt vel vota fuerint diſperſa, vel ex vtraque duarum partium æqualia, & nunquam aliquis fuerit à maiori parte electus, iſti electores cenſendi ſint negligentes, & ideo menſe tranſacto, ius eligendi deuolutum ſit ad Prouincialem. Non habere enim locum deuolutionem in hoc caſu cenſet. *Caſtellin.* quem ſequitur *Camill. in direct. p. 1. cap. 13. numer. 1.* Quòd probat primò. Quia cum in hoc Ordine Prouincialis in caſu diſcordiæ poſſit mittere Vicariū electionis, vt diſcordia per hoc impedita aliquis euadat electus; ſi non mittit, non eſt imputandum ſimpliciter negligentiæ electorum, ſi nulla conſurgit electio, ſed potiùs imputandum hoc eſt negligentiæ Prouincialis, vnde & in pœnam ſuæ negligentiæ ad eum nō debet deuolui ius eligendi. Quod confirmatur per locum à ſimili, quia ſi ex negligētia priuantur voce electores, & ex negligentia debet Prouincialis priuari iure deuolutionis. Secundò probatur ex ordinat. Cap. Rom. 1542. & 1530. Tertiò ex *auctorit. Vrceani p. 3. cap. 8. & 10. ſummarij.* Et ſi quis obijciat cōſuetudinem in contrarium, obiectio reijcitur ex illo principio, quòd conſuetudo contraria ſacris Canonibus non eſt ſeruanda, quod quatuor rationibus probat, quæ non eſt neceſſe referre, quia non adeſt neceſſitas diſputandi de viribus conſuetudinis, quam habere vim contra omnem legem humanam, etiam Canonicam eſt manifeſtum ex *cap. final. de conſuetud.*

20 Huic difficultati reſpondetur, aſſumendo pro concluſione declarationem Gloſſæ Conſtit. deſumptam ex Cap. Rom. 1601. videlicet. *Debere ſic intelligi menſem electionis incipere à die notitiæ carētiæ Prioris, infra quem menſem debent Electores Canonicè aliquem eligere, quod ſi ſic non elegerint, etiam ſi actus aliquos electionis, vel ad electionem pertinentes fecerint, ſtatim tranſacto illo primo menſe deuoluatur ius ad Prouincialem.* Ita illa declaratio, quæ in *Gloſſ. Conſtit.* eſt repoſita *diſtin. 2. cap. 2. textu 5. lit. O* Per quam declarationem meritò fuit derogatum declarationi illius Cap. Rom. 1542. vt aduertit *Fontana tit. de electione Prioris Conuentualis num. 3.* Quoniam ius commune Canonicum, & Conſtitutio ſtatuens terminum ad eligendum, intra illum terminum petit electionem, nō verò actus inutiles, & diſcordes; igitur vbi intra terminum præſcriptū

nulla

Digitized by Google

nulla datur electio ceſſante omni iuſto impedimento ius eligendi deuoluitur ad Prouincialem, & ita docet *Feſtus, ſeu Vrceanus p.3.cap.8.& 10.* & hæc eſt totius Ordinis praxis, quæ eſt optima legum interpres. *cap.cum dilectus, de conſuetud.* Et quamuis ad fugiendam deuolutionem non ſit neceſſaria electio legitima, & perfectè Canonica, quæ eſt electio valida, requiritur tamen electio talis in qua aliquis ſit electus nomine Capituli, ex eo quod in ſcrutinio fuerit nominatus à maiori parte, vt ſupra Cap.13. eſt magis explicatum.

21 Et ita ad primum in oppoſitum dicitur, quòd vbi electores non ſunt iuſtè impediti, ſi non eligũt infra debitum tempus, negligentes ſunt, quia legem non ſeruant, quam poſſunt, & debent ſeruare. Et quòd dicitur de Prouinciali nihil vrget, quia nec Prouincialis tenetur mittere Vicarium electionis; non eſt verò culpabilis negligentia, vbi non eſt obligatio agendi. Tum quia non mittere Vicarium electionis nullum eſt impedimentum eligendi, cum electores ſine Vicario poſſint, ſi velint in concordia eligere. In illis verò ordinat. citatis, non poteſt fieri fundamentum, quia Ordin. Cap. Rom. 1542. derogatum fuit, per Cap. Rom. 1601. & alia ex Cap. Rom. 1530. non eſt ad rem, quia ibi eſt ſermo de electoribus, qui iuſto impedimento detenti infra menſem non elegerunt, & dicitur quòd Prouincialis præfigat illis tempus ad eligendum. Quod tamen neque eſſe neceſſariò faciendum, ait idem *Caſtell.* Et quidem durante impedimento non poteſt electoribus præfigi tempus, ſed impedimento iam ceſſante, benè poteſt intrare arbitrium Superioris ad præſcribendum electoribus tempus non diuturnius quam menſis, nec breuius quam menſis, ſi ſemper à die notitiæ vacantiæ electores fuerunt impediti, ſed in caſu in quo impedimentum fuit pro parte menſis, eo ceſſante poterit Superior arbitrari, & præfigere terminum conſiderata ratione impedimenti. *Vrceanus vero citatus*, nihil habet quod non ſit conforme præfatæ declarationi Cap. Rom.1601.

22 Altera cauſa deuolutionis eſt non obſeruãtia formæ eligendi à iure ſtatutæ. Eſt autem duplex forma ſtatuta pro electione habenda, altera in Concil Lateran. ſub Innoc.III. & habetur in *cap. quia propter 42. de elect.* & altra in Concil. Trident. ſeſſ.25. cap.6. de Regular. In Concil. autem Trid. electoribus ſi non obſeruent formam illam, nulla eſt impoſita pœna, ſed decernitur electio nulla, & puniũtur electi ſi electioni cõſentiant. In Conc. autem Lateranen. electoribus impoſita eſt pœna priuationis vocis pro ea vice. Sed vt probaui ſupra Cap.9. ex *Gloſſ. Panorm. D. Anton. Sylu. & alijs*, huiuſmodi pœna non eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt etiam habetur expreſsè in *cap. quanquam 18. de elect. in 6.* ideò non incurritur ipſo facto, ſed ſolùm ſi per ſententiam illam irroget confirmator.

23 Dicitur propterea quartò, de iure communi ex defectu ſolemnitatis formæ Canonicæ facultatem eligendi, non deuolui ipſo iure, ſed ſolùm ſi per ſententiam iuris ordine ſeruato electores omnes priuentur voce. Ita *Gloſſ. in cap. Cumana 50. ver. priuantes, & in d. cap. quia propter 42. de elect. vbi Anton. nu.65. & Anchar. & Innoc. Panorm. in cap.2. de poſtul. Sylu. v. electio 1. num.3. & v. electio 2. n.13. Sigiſm. dub.3. num.10. Sayrus in Claui regia lib.3. c.8. num.21. Barboſa ad d. cap. quia propter nu.34. Lauor. cap.21. num.29.* Vbi *num.30.* addit Superiorem poſſe priuare voce electores ob non ſeruatam formam, etiam illis non citatis, quando notoriè conſtat illis non competere defenſiones. *cap. cum in cunctis, §. final. cap. cum olim de election. Nauar. conſ. 2. de renunciat.*

24 Hinc ſequitur non benè dictum fuiſſe à Camillo *in directorio p.1. cap.13. num.2.* quod electores ſunt ipſo iure priuati voce, ſi in electione omittant aliquid ſpectans ad formam. *cap. quia propter, & Syluest. ab eo citatus*, oppoſitum docet. Quoniam ibi non imponitur pœna priuationis ipſo iure, ſi aliter eligant, quàm ibi ſtatuitur. Et minus bene ab eodem ibid. dictum fuit, quod in Ordin. Prædic. ſunt ipſo iure priuati voce, qui omittunt aliquid de forma electionis ſtatuta in Cap. Generali Bonon. 1564. quoniam in eo Capitulo nulla pœna priuationis vocis lata eſt contra electores illam formam omittentes, ſed electio talis irrita decernitur; & nõ valet conſequentia, electio eſt nulla, ergo electores ſunt priuati voce; quia vocis priuatio non incurritur ab electoribus, niſi id in iure exprimatur. Quãobrem etiam in Ordine Prædicatorum ex non ſeruata ſolemnitate electionis non deuoluitur ipſo iure facultas eligendi, ſed ſolùm ſi electores via iuris ex non ſeruata forma *cap. quia propter*, priuentur voce per ſententiam iudicis. Ideo electores non indigent ex hac cauſa rehabilitat. ad eligendum, ſed ſufficit quòd per ſententiam non priuentur voce, ſi enim non priuantur hoc modo, remanet in eis facultas eligendi, & nulla reſtitutione vocis indigent. Quod quidem habetur manifeſtè in *Gloſſ. Conſtitut. diſt.2. cap.2. textu 5. lit. O.* ibi. *Quod ſi Canonicè aliquem elegerint, & contigerit, vt caſſetur electio, incipiat denuò alter menſis electionis à die quo Canonicè conſtiterit Conuentui prædicta caſſatio. Quod ſanè intelligendũ eſt habere robur, quomodocumq; caſſetur electio, ſiue propter defectum in ipſa commiſſum, ſiue propter aliquam aliam rationem. Et ſi in iſto caſu Prouincialis Priorem prouiderit, ille non erit Prior.* Clarè igitur hic exprimitur ex defectu electionis nõ deuolui facultatem eligendi ad Prouincialem: ſed immò, ſi Prouincialis velit vti iure deuoluto, nulliter agit, & prior ab eo inſtitutus non eſt Prior: & ſolum (quia Capitulum Generale non poteſt derogare iure Canonico) ſi electores delinquant contra formam *cap. quia propter*, poſſunt per ſententiam priuari voce. Vel ſi aliàs per aliquam ſpecialem legem tales pœna ſit impoſita, vel imponetur aliquam formam non obſeruantibus in eligendo.

25 Tertia cauſa deuolutionis eſt, ſi eligatur indignus. Et quidem eligentes indignum ſunt ipſo iure priuati voce pro prima vice, *cap. cum in cunctis 7. de electione.* Sed ex ſupra Cap.29. probatis tria ſunt conſideranda. Primò quòd indignus in ordine ad hanc pœnam incurrendam non eſt quicũque ineligibilis, ſed ſolus is, cui deficit aliqua ex quatuor qualitatibus ibidem expreſſis, ſcilicet is, qui patitur defectum, vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel morum. *Lauor. de elect. cap.21. n.45. fin.* Secundum eſt, quòd illi pœnæ non ſubijciuntur niſi eligentes indignum ad Epiſcopatum, & Superiores dignitates, non verò ad Prælaturas Epiſcopatu inferiores. Tertium quòd manifeſtius eſt, pœnam illam non habere locum in electionibus Regulariũ,

cum

cum ſit lata contra Cleeicos indignum eligentes, ſub nomine veeò Clericorum non veniunt Regulares in odioſis, & pœnis.

26 Dicitur ig tur quintò, quòd ex defectu electi non deuoluitue ſacultas eligendi vniuerſaliter, ſed ſolùm in caſibus à iure expreſſis. *Caſtellinus de elect.cap.14.num.41.& 44.Camill.in direct. cap.13. num.1.par.1.* quia vt habet *Nauar.d. conſil.2. de renunc.num.5.* Priuatio vocis ipſo iure non irrogatur, niſi id in iure exprimatue: quod eſt omnibus pœnis commune, vt ſupra dictum eſt.

27 Colligitur primò ex hoc, quòd vbi ad Epiſcopatum, & dignitates ſuperiores eligitur indignus altero ex quatuor defectibus, ſcilicet ex defectu, vel natalium, vel ætatis, vel ſcientiæ, vel morum, ſi id fiat ſcienter. & de omnium eligentium conſenſu, electores ſunt ipſo iure priuati voce, & ideo facultas eligendi peo prima vice eſt deuoluta, *cap. 1.& 2.de poſtulat.cap.Cum in cunctis,7. cap.Innotuit 20.cap.Cum Vintonien.25.cap.Per inquiſitionem, 26. cap.Scriptum,40.cap.Nihil,44.de elect. & cap.Graue nimis 29. de prabend, & cap. Perpetuo 6. & cap. Si compromiſſarius, de elect.in 6.* & tenent communiter DD.quos retuli *cap.29.q.8.n.73.*

28 Et hoc eſt verum ſiue electores eligant iure ordinario, ſiue ex priuilegio, *Panorm. cap.2. de poſtul.num.2.* & nedum de eligentibus, ſed de poſtulantibus, præſentantibus, confirmantibus, inſtituẽtibus, conferent bus, vt probaui *loco citato num.74.* ſolùm excipiuntur Patroni laici, quibus quidem indignum præſentantibus non eſt fauendum, & præſentatio eſt reijcienda, ſed tamen illis non negatur, vt alterum dignum intra tempus præſcriptum præſentent, ex allegatis ibi; quibus addi poſſunt alij, quos refert *Garzias par.10.cap.3.num.5.*

29 Colligitur ſecundò, ad Sedem Apoſtolicam deuolui prouiſionem quarumcumque dignitatum, præbendarum, beneficiorum, & officiorum, quæ in Eccleſijs inſignibus collata fuerunt peeſonis peopter genus, aut hæreſim, aut apoſtaſiam à fide, ſiue proprio, ſiue ſtirpis, ſiue cognatorum vitio maculatis, & infectis, vbi iſti per canonicas ſanctiones, aut ſtatuta a Sede Apoſtolica firmata, aut per Apoſtolica peiuilegia in prædictis Eccleſijs eligi prohibẽtur. Nã Greg XIII. in ſua Conſt. In *Eccleſijs 66.* ſub data Idibus Nouembr. 1590. omnes huiuſmodi prouiſiones à quocumque fiant, irritas, & nullas ipſo iure decernit, & nouam prouiſionem Summo Pontifici reſeruat, *Rota in vna Toletana portionis coram Manica,* quam refert, & ſequitur *Garz. par.10.c.3. num.3.*

30 Colligitue tertiò, quòd ſi electores poſtulationem, vel electionem vitio electi caſſatam innouent, ſunt ipſo facto priuati voce, & ideo facultas eligendi deuoluitur. *Syl*u*.v.electio 1.num.13.Camil. d.cap.13.num.3.* quòd probatur ex *cap. gratum 2.de poſtulat.* Verùm hoc corollarium debet limitari, non enim ex eo capite probatur in ſua vniuerſalitate; quia ibi quidem habetur, quòd qui poſtulans eum, quem prius poſtulauerant, ſed fuit eiecta poſtulatio, ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligendi, & poſtulandi; ſed quòd illi qui eligunt prius a ſe ipſis electum, ſed reiectum ſint priuati voce ipſo iure, nullibi habetur. Nec eſt eadem ratio in hoc de poſtulatione, quæ innititur gratiæ, & de electione, quæ innititue iuſtitiæ. Et ita DD.quos refert *Barboſa ad d.cap. gratum* concernere dicunt, quòd eligendi, & poſtulandi poteſtate priuati ſunt, qui poſtulationem ſemel reiectã ex vitio perſonæ iterant. Ratio enim diuerſitatis eſt manifeſta; quia eligentes indignum etiam prima vice priuantur voce, & ſemper electio eorum eſt nulla. ſi quemcumque ineligibilem eligant; ideo non fuit opus amplius punire electores, quia eorum mala electio ſecum fere ſuam pœnam, & ſemper vbi electo deficit aliqua conditio, electio eſt nulla, & ſaltem caſſanda, & ſępiùs, & ferè ſempee etiam electoees ſunt priuati voce, quia ſemper hoc eis aduenit ſi ceiminoſum, & delinquentem, vel illiteratum, aut illegitimum, vel minoris ætatis eligant; vnde non eemanet electio vitioſa ex parte electi, ob quam eligentes etiam prima vice non ſint priuati voce, niſi ſi eligant eum, qui ſine delicto deficiat in aliqua ex alijs conditionibus, quòd rariùs poteſt contingere, & tunc non parua pœna etiam eſt quòd electio de iure eſt caſſanda. Sed poſtulatio, quæ innititur gratiæ, impunè prima vice ſertur etiam ad indignum: poſtulari enim poſſunt illegitimi, ætate minores, irregulares, & ſimiles, & cum aliàs inconueniens ſit, quòd vbi poſtulatio reijcitur iterum repetatur, opus fuit hanc præſumptionem per pœnam retundere. Et propterea meritò poſtulantes eum qui ſemel eſt reiectus, priuantur voce ex eò quòd conceſſa ſibi ex Apoſtolicæ Sedis benignitate abutuntur temerè poteſtate, vt *textus* ipſe docet. Ex eo igitur quòd iterantes poſtulationem caſſatam vitio perſonæ decernuntur priuati voce, non ſequitur quòd voce priuati ſint renouantes electionem caſſatam vitio electi, quia eligentes hanc pœnam incurrunt etiam ex vi primæ electionis, & eamdem pœnam iterum incurrunt, ſi iterant electionem, ex eo quòd indignum vt ſupra eligunt; vnde non fuit neceſſe iterum eos punire eadem pœna, etiam quia iteratò eligunt, ſed potius alia pœna puniendi ſunt: ſed poſtulantes, qui pœnam priuationis vocis ex vi poſtulationis non incurrunt, meritò puniuntur, vt eam incurrant ex vi reiterationis poſtulationis ex vitio perſonæ cauſatæ. Et quia in eo textu eſt ſermo de poſtulatione ad Epiſcopatum, & alibi non eſt hæc pœna impoſita pro poſtulantibus ad inferiores dignitates, *iuxta regulam Odia,* hæc pœna ad poſtulationes inferiorum Prælatorum non eſt extendenda.

31 Coll gitur quartò, quod eligentes per abuſum poteſtatis ſecularis, quia per triennium ſunt ipſo iure voce priuati, *cap.quiſquis 43.de elect.* & ibi DD. communiter, nedum inualidè eligunt, ſed eorum facultas eligendi deuoluitur ad ſuperiorem. *Syluest. v. electio primo, v. 13.* Quæ veeò ſit electio per abuſum ſæcularis poteſtatis dictum eſt ſupea *cap 8.*

32 Colligunt quintò *Innoc.in d.cap.2. de poſtulat, num.2. & Syluest. loco cit.* quòd ſint priuati voce electores, ſi recipiunt electum, vel poſtulatum eum, cuius electio, aut poſtulatio eſt nulla. Et ad hoc probandum *Innocentius* adducit *cap. Bona memoria Moguntinen.23. de elect.* Sed hoc corollarium tum eſt ex toto verum, quia non eſt verum niſi de poſtulato, non verò de electo, vt tradit *Panorm. in d.cap.bona, num.2.* Et ratio eſt, quia poſtulatio cum innitatur gratiæ, poſtulatus nullum ius habet ad Prælaturam, ad quam eligitur; ideo ſi antequam admit-

admittatur poſtulatio à ſuperiore, poſtulatus adminiſtrat, & recipitur ab electoribus, tunc ipſa poſtulatio eſt ipſo facto irrita, & nulla, & poſtulantes ſunt ipſo facto priuati facultate eligendi, & poſtulandi, vt *ex dicto textu* colligunt *Abbas antiq. Ioan. Andreas. Innoc. Ancharan. & alij Canoniſtæ*, quos ad *d. cap.* refert *Barboſa*. Sed electio innititur iuſtitiæ; vnde non adeo iniuſtum eſt, quòd electus adminiſtret antequam electio confirmetur; vnde antiquitùs nec electio reddebatur nulla ipſo iure, ſi electus adminiſtrabat. Hodie verò electio eſt nulla ipſo iure. *cap. Auaritiæ de elect. in 6.* ſed tamen electores ſic electum recipientes antequam confirmetur, & adminiſtrare permittant, non ſunt ipſo iure priuati voce, quia hoc nullo iure ſtatutum eſt. *Panorm. ibid. num. 2.* Et quia *in d. cap. bonæ* ſermo eſt de poſtulantibus ad Epiſcopatum, determinatio illius Capitis nec debet extendi ad inferiorum dignitatum poſtulationes.

33 Colligitur ſextò, quòd ipſo iure priuati ſunt voce poſtulantes poſt appellationem, & tamen ſi poſt appellationem eligant non ſunt priuati. Colligunt hoc *Innoc. & Sylueſt. locis citatis ex d. cap. bonæ 23. de elect.* Et rationem reddunt, quia appellatio non impedit electionem, niſi ex iuſta cauſa, & vera; ideo poſt appellationem ſi ſine iuſta cauſa ſit poſita, poteſt elector eligere, ſed appellatio ex quacumque cauſa impedit poſtulationem, ideo qui poſt appellationem poſtulant, priuati ſunt vtraque voce. Sed de hoc corollario infra erit ſermo.

34 Colligitur ſeptimò, quòd deuoluitur ius eligendi, ſi omnes electores ſint excommunicati, vel ſuſpenſi, vel interdicti, vel priuati ex quacumque cauſa ipſo iure voce actiua, ſeu facultate eligendi. Hoc verò debet intelligi de excommunicatis, & priuatis voce non toleratis, ſed denunciatis. Nam excommunicati tolerati, ſi nullo opponente, & contradicente admittantur ad electionem, validè eligunt, vt probatum eſt ſupra *cap. 10.* Et idem dicitur de priuatis voce. Nec valet poſt electionem excipere, quia electio valida fuit ratione publici officij, vt loco citato latiùs eſt declaratum.

35 Seu contra hoc inſtatur; quia ſi priuatus voce ipſo iure ante ſententiam declaratoriam, & nullo contradicente validè eligit ratione publici officij, ſequitur quòd ſi maior pars eligentium priuata voce ipſo iure eligat Paulum, & minor pars non priuata voce eligat Petrum, non debeat confirmari electio Petri, cum ſit à minori parte, ſed vtraque electio erit caſſanda. Et ita etiam ſi maior pars eligat indignum, non confirmabitur electio digni facta à minori parte, quod eſt contra præmiſſa. Item ſi omnes electores ſint negligentes, & non eligant tempore ſtatuto, ſed ſtatim poſt, antequam ſuperior declaret eos priuatos voce, electio erit valida, tamquam facta à toleratis, & ratione publici officij, quòd tamen nequit admitti, cum iura velint, vt infra dicitur, quòd huiuſmodi electio ſit nulla ipſo iure.

36 Sed ad primum reſpondetur, & negatur cõſequentia; quòd enim electio indigni caſſetur, hoc eſt quia eſt electio indigni, non quia ſit electio eorum, qui ſint priuati voce ipſo iure, quia immò iſti non ſunt voce priuati, niſi poſt electionem indigni; qua ſtante, electio nulla eſt ope exceptionis, & ipſi electores ſunt ipſo iure priuati voce, non reſpectu electionis, qua elegerunt indignum, ſed reſpectu alterius ſecundæ electionis. Et tamen nec reſpectu huius alterius electionis datur actualis deuolutio, & exercita priuatio vocis, niſi media ſententia declaratoria criminis, ſcilicet niſi mediante ſententia confirmatoris caſſantis electionem vt factam de indigno, & ob hoc poſtea confirmantis electionem factam à minori parte, quæ eſt illa ſecunda electio, in qua eligentes indignum non habent vocem. Itaque priori caſu dato, ſcilicet cum maior pars eſt ipſo iure priuata voce, & nullo reclamante, & opponente eligit Paulum dignum, nedum non debet confirmari electio Petri facta à minori parte, ſed debet confirmari electio Pauli tamquam habita ab illis, quorum actus ratione publici officij ſuſtinetur: ſed tamen ſi Paulus eſſet indignus caſſaretur electio ratione indignitatis electi, & alia electio confirmaretur, media tamen ſententia declaratoria criminis; & illa electio, quæ confirmaretur non eſſet habita à voce priuatis, ſed ab alijs.

37 Ad ſecundum autem dicitur eſſe ſpecialem rationem, ob quam electio in dicto caſu eſt ipſo iure nulla, quoniam ſtatim finito tempore dato ad eligendum, ius eligendi deuolutum eſt ſuperiori; vnde ceſſat in electoribus ratio publici officij, & publicum officium ipſo iure deuolutum eſt ad ſuperiorem, ideo electio illa ipſo iure eſt nulla.

Hinc propterea eſt aduertendum, quòd priuatio vocis ipſo iure manente titulo ſaltem colorato publici officij, non irritat electionem, dum priuatio non eſt denunciata, ſed tolerata, & nullo contradicente priuatus voce eligit, vnde nec talis priuatio deuoluit ius eligendi. Cum quo tamen ſtat, quòd aliunde eligens poſſit nulliter eligere, ſi indignum v. g. eligat, ex quo nouam priuationem incurrit, vnde in alia immediata electione media confirmatoris declaratione priuatur voce in effectu. Sed ſi tollitur titulus à iure, ſtatim ceſſante ratione publici officij, tollitur ratio, ob quam electio habita per priuatum voce ſuſtinetur, & electio illa eſt ipſo iure nulla. Et hoc euenit negligenti; quia ſtatim non ſequuta electione in tempore ſtatuto, ipſo iure priuatur titulo publici officij, qui fuit negligens, & ad alium deuoluitur electio. Et in hoc eſt conſiderandum diſcrimen, quia vbi lex expreſsè nedum priuat voce ipſo iure aliquem, ſed etiam deuoluit, tunc lex expreſsè tollit titulum electoris, & officium eligendi. Vbi verò ſolùm priuat voce, priuat ſolo exercitio eligendi, ſed non priuat titulo electoris, & eligendi officio. Ideo in primo caſu electio priuati voce eſt ipſo iure nulla etiam facta nullo contradicente, & reſiſtente; ſed in ſecundo caſu, ratio publici officij facit, vt electio habita à priuato voce, ſed tolerato ſit valida.

38 Plures etiam ſunt caſus, in quibus locum non habet hæc electionis deuolutio. Nam cum priuatio vocis ſtatuta in *cap. Cum in cunctis* locum habeat ſolum in electione indigni ob aliquem ex illis quatuor defectibus, natalium, ætatis, ſcientiæ, & honeſtatis morum, ex eo quòd eligatur ineligibilis ex aliqua cauſa, non incurritur priuatio vocis, vt ſupra probatum eſt. Secundò quia adhuc priuatio illa locum non habet in electionibus ad dignitates inferiores Epiſcopatu, & præcipuè ad electiones Regularium, vt etiam ſupra probatũ eſt;

ideo

Digitized by Google

ideo ex eo quod in huiuſmodi electionibus eligatur indignus, nulla fit deuolutio.

39 Sed & vbi locum habet vocis priuatio ex indigni electione, locum non habet deuolutio, primò ſi indignus electus non conſentiat. Secundò ſi renunciet electioni & iuri ſuo poſt conſenſum, Tertiò, ſi moritur, Quartò, ſi eius indignitas non eſt manifeſta, & caſſatur electio propter vitium electoribus occultum, vnde ipſi non elegerunt ſcienter indignum. In his enim caſibus non deuoluitur electio, ſed remanet electoribus nouum integrum tempus ad eligendum, niſi aliquid fraudulenter egerint. *cap. ſi electio 26. de elect. in 6. Syluest. v. electio 1. num. 13. Tabien. Azor. par. 2. lib 6. cap. 27. qu. 7.* Sed circa hos caſus aliqua ſunt conſideranda. Primus enim de plano currit; quia vbi electus non cõſentit, electio non eſt completa, vnde & etiam ſi fuit electio indigni, tamen quia non eſt electio perfecta non ſubditur pœnæ ordinariæ, vnde non incurritur priuatio vocis ab electoribus. Circa ſecũdum vero eſt conſiderandũ, quòd electus poſt conſenſum præſtitum electioni, etiam ſine conſenſu Superioris poteſt renunciare, ſi id faciat ante confirmationem. *Gloſſ. in verb. renunciat. d. cap. ſi electio*, & ibi *Gemin. nu. 5. Franc. num. 3. Rota dec. 6. num. 1. de elect. & dec. 8 nu. 3. de iure iurand. Layman. de elec. cap. 2. q. 15. fin. Sigiſm. de Bonon. dub. mihi 39. nu. 8.* & apud eum *Innoc. Boich. Dec. & Pariſ. Cuchus inſt. moral. lib. 4. tit. de elect. num. 33. Panormit. in cap. quia propter §. niſi, nu. 5. de elect. & cap. 2. num. 3. de transl. Epiſ. & cap. ad aures de his, quæ vi, vel metu, & c. 2. num. 18. de in integr. reſtit. Barboſa ad d. cap. ſi electio num. 5. & de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. num. 240.* Nam habens ſolum ius ad rem, poteſt ſine Superioris licentia illi renunciare. *Paris de reſig. lib. 2. q. 23. n. 17. apud Barboſam locis citat.* Verùm ad rem noſtram eſt conſiderandum, quod ſi negotium ſit iam delatum ad Confirmatorem; licet electus pro ſuo intereſſe poſſit renunciare electioni, non poteſt tamen impedire Confirmatorem, quin agat contra electores, & ſi elegerint indignum non poſſit eorum electionem nullam declarare, & electores voce priuare, & iure deuoluto Prælatum inſtituere, ſeu beneficium conferre, non minùs ac ſi electus non renunciaſſet. Vnde in ſecundò caſu ex prædictis locum habere poteſt deuolutio, ſi electus renunciet, poſtquam decretum electionis eſt præſentatum Cõfirmatori, ſi ipſe velit cauſam videre, & eam irritam, & nullam ob indignitatem electi talẽ declarare, & ſic ad ſe facultatem eligendi aduocare. *Sigiſm. & Barboſa citati.* Et idem dicitur in tertiò caſu. Et eſt quoque conſiderandum illud verbum textus, *fraudulenter*. Nam in his caſibus poteſt cõtingere fraus. Vt ſi in termino trium menſium eligerent vocales vnum, quem ſciunt non conſenſurũ, vt alios tres menſes haberent. *Gloſſ. ad d. cap. ſi electio & Azor. p. 2. l. 6. c. 27. q. 7.*

40 Ex quibus patet, quod regulæ illæ generales poſitæ, vel ab Innocentio, vel à præfato formulario deficiunt, nec habent in iure communi firmamentum. Sed nec in Ordine Prædicatorum illud formularium vim legis habet, nullibi enim fuit à legibus dicti Ordinis approbatum, vel traditum vt ſeruandum, ſed vt priuata inſtructio, quæ tamen non habet niſi illud pondus auctoritatis, quòd ſibi tribuit priuatus eius auctor. Priuilegium verò illud, quòd à *Caſtellino, & Camillo* adducitur ex *Hoſtien. & S. Anton.* vt Prælati Regulares poſſint inſtituere Prælatos inferiores quotieſcumque electores nulliter elegerint, non inuenitur. Et *S. Antonin. in loco citato 3. p tit. 19. cap. 4.* nullam prorſus huius priuilegij mentionem habet, cum tamen ibi de Confirmatore electionis tractet. Sed & *Hoſtienſis in ſumm. tit. de electione num. 27. citata.* nihil de hoc priuilegio loquitur, & cum ſæpius inquiſierim, an alicubi illud inuenire poſſem, nunquam illius veſtigium inueni. Adeſt tamen priuilegium admittendi aliquem ex poſtulatis ab electoribus vbi contingat electum non confirmari, quod ſupra c. 24. q. 16. relatum fuit, & explicatum. Sed priuilegium deuolutionis ad Superiores in quocumque caſu electores nulliter elegerint, non adeſt. Sed immò in dicto Ordine expreſsè ſtatuitur oppoſitum, vt patet ex *Gloſſa Conſtit. d. 2. cap. 2. §. 5. lit. O.* Ideo in hoc Ordine non habet locum deuolutio, niſi in caſu negligentiæ eligendi, non verò quia electores peccauerint in forma (niſi ſi peccauerint contra formam *cap. quia propter*, modo ſupra expoſito) vel in materia electionis. Quod manifeſtè decernitur *loco citato*, in illis verbis. *Quod ſi Canonice aliquem elegerint, & contigerit, vt caſſetur electio, incipiat denuo alter menſis electionis, à die quo Canonice conſtiterit Conuentui prædicta caſſatio. Quod ſane intelligendũ eſt habere robur quomodocumque caſſetur electio, ſiue propter defectum in ipſa commiſſum, ſiue propter aliquam aliam rationem.* Et ſic ex in caſſatione electionis in hoc Ordine non deuoluitur electio, niſi ſi ſit peccatum contra formam *cap. quia propter*, & propterea electores per ſententiam priuentur voce.

S V M M A R I V M.

1 *In electione ad Cathedrales ex negligentia fit deuolutio ad proximum Superiorem. n. 41.*

2 *In electiones ad Cathedrales ſi peccatur in forma, vel in materia fit deuolutio ad Papam. n. 42.*

3 *In alijs electionibus fit deuolutio ad proximum Superiorem. n. 42.*

4 *Deuolutio gradatim fit vſque ad Papam. num. 42.*

5 *In ſecularibus deuolutio ad Epiſcopum, inde ad Archiepiſcopum, inde ad Primatem, inde ad Papam. n. 43.*

6 *In Regularibus ad Superiores Regulares gradatim nu. 43.*

7 *In exceptis deuolutio fit immediate ad Papam, vel ad eius Legatum. n. 44.*

8 *In Regularibus electio Generalis immediate deuoluitur ad Papam. n. 44.*

9 *Ad Papam & mediate, & immediate fit deuolutio. n. 45.*

10 *Ipſe eſt totius Orbis immediatus Ordinarius. numer. 45.*

11 *Poteſt concurrere cum quocumque Ordinario, & in conferendis beneficijs illum præuenire. num. 45. 48.*

12 *Prouiſio Parochialium in qua peccatum eſt, vel ex negligentia, vel contra formam, reſeruata Papæ. n. 46.*

13 *Vbi prouiſio deuoluitur ex negligentia habet locum Ordo inter Superiores, & non vbi deuolutio*

fiat

fiat ob peccatum in forma, vel materia. num. 47.

14 *Quilibet Superiorum ad quem electio deuoluitur, habet reſpectiue tres, vel ſex menſes ad prouidendum Eccleſiæ vacanti. nu. 47.*

15 *Etiam quando à Patrono laico deuoluitur prouiſio nu. 47.*

16 *Vbi Superior prouidet iure deuoluto, etiam ſi prouiſio non habeat effectum, facultas eligendi redit ad electores. n. 47.*

17 *Sede vacante ad Canonicos non fit deuolutio. numer. 48.*

18 *Canonici Sede vacante poſſunt confirmare electiones, & præſentatos inſtituere. n. 48.*

19 *In præſentatione datur deuolutio ex negligentia. nu. 49.*

20 *In iurepatronatu laico non datur deuolutio ex præſentatione indigni. n. 49.*

21 *Fit deuolutio ab Epiſcopo ad Capitulum. num. 50.*

22 *Non tamen vbi Epiſcopus agit iure ſpeciali, aut deuoluto. n. 50.*

23 *Si inter Epiſcopum, & Capitulum datur Turnus, à Capitulo fit deuolutio non ad Epiſcopum, ſed ad Superiorem. n. 50.*

24 *Si Canonicus compromiſſarius Capituli ſit negligens in ſuo Turno, deuolutio nõ fit ad Epiſcopum, ſed ad Superiorem. n. 50.*

25 *Si Canonicus compromiſſarius peccet in materia intra tempus eligendi electio redit ad Capitulum. num. 50.*

26 *Etiam ſi Epiſcopus ſit vnus de Canonicis, deuolutio fit ad Epiſcopum dum totum Capitulum ſimul eligit. n. 50.*

27 *Si Epiſcopus ſimul Canonicus ſolus nomine Capituli eligat, deuolutio non fit ad ipſum. nu. 50.*

28 *Ab inferioribus Prælatis fit deuolutio ad Epiſcopum. n. 51.*

29 *In beneficijs Regularibus ex negligentia deuolutio fit ad Epiſcopum, vt ad delegatum Sedis Apoſt. num. 51.*

30 *Legatus Papæ iure delegato immediate non confert beneficia Regularia ex negligentia Prælati Regularis. n. 51.*

31 *Poteſt tamen præuenire deuolutionem ad Epiſcopum, vel ab Epiſcopo ad eum deuolutio fieri. num. 51.*

32 *Si Prælatus Regularis negligens habeat Regularem Superiorem, ad illum non ad Epiſcopum datur deuolutio. n. 51.*

33 *Deuolutio fit ad illum* Epiſcopum, *in quo eſt beneficium. n. 51.*

34 *Collatio facta etiam ſimpliciter ante deuolutionem nulla. n. 52.*

35 *Collatio facta Patrono ſpreto ſi ipſe in tempore non præſentet, aut non contradicat eſt valida. num. 52.*

36 *An in hoc caſu valeret prouiſio Apoſtolica non facta mentione de collatione Epiſcopi. remiſſiue. nu. 52.*

37 *An collatio ante deuolutionem facta ab Epiſcopo neſciente ſe poſſe conferre iure proprio. remiſſiue. nu. 52.*

38 *Deuolutio fit cum oneribus eiſdem. n. 53.*

39 *Epiſcopus iure deuoluto non poteſt conferre ſeculari beneficium per Regulares ſolitum adminiſtrari. num. 53.*

40 *Deuolutio debet eſſe manifeſta, & probanda ab impetrante beneficium. n. 54.*

41 *Non admittitur purgatio moræ. n. 54. 55.*

42 *Vbi non ſit à iure præſcriptum tempus ad eligendũ poteſt præſcribi à Superiore. n. 55.*

41 QVæritur quartò. Ad quem electionis facultas deuoluatur, cum electores ea priuantur? De hac quæſtione ita loquitur textus Canonicus in *cap. Quanquam* 18. *de elect. in ſexto. Quanquam in caſu negligentiæ ſit ſtatutum a iure, vt Eccleſia Cathedrali vacante, ſi per eos, ad quos ſpectat, non fuerit electio de Prælato intra tempus debitum celebrata, eligendi poteſtas ad Superiorem proximum deuoluatur, hoc tamen non eſt ad caſum alium extendendum. Igitur ſi electores in huiuſmodi Eccleſia, vel ipſo iure, eligunt ſcienter indignum, vel per ſententiam, cum formam traditam in generali Concilio non ſeruant, eligendi poteſtate priuentur, non ad dictum Superiorem, ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadem deuoluetur. Secus autem in inferioribus Eccleſijs eſt cenſendum.* Vnde de electione ad Cathedrales Eccleſias duo ſunt certa, quod ſcilicet, ſi deuolutio oritur ex negligentia eligendi in tempore debito, deuolutio fit ad immediatum Superiorem, & ſic gradatim vſque ad ſupremum. Sed ſi deuolutio fit ex eo quòd ſit peccatum in forma, vel in materia electionis, hæc fit immediatè ad Papam. *Io. Andr. Gemin. Anchar. Butr. Monach. Franc. & alij Canoniſtæ ad d. cap. quãquam, & ibid. Barboſa* & apud eum *Viuianus, Alagona, Ximenez.*

42 Sed loquendo de alijs beneficijs, dignitatibus, vel Prælaturis, datur regula generalis, quòd deuolutio fit immediatè ad eum, ad quem de iure pertinet confirmare electionem, hoc eſt ad immediatum Superiorem electorum. *cap. ne pro defectu de elect. cap. licet, & cap. final. de ſupplend. neglig. Prælat. cap. quanquam, & cap. ſi compromiſſarius, de elect. in ſexto. & cap. 2. de conceſſ. præbendarum. Gloſſ. ad dict. cap. ne pro defectu v. deuoluatur, & ad d. cap. quanquam, notab. 1. Panorm. ad cap. quia propter, §. niſi, num. 4. & cap. cum in cunctis, §. final. num. 5 de elect. & ad cap. 2. de præbend. in princ. Tholoſ. tit. de elect. cap. 6. num. 4. & cap. 13. num. 9. Sylu. v. electio num. 13. Innoc. cap. cum in cunctis num. 7. Sigiſm. dubio mihi 12. nu. 2. Lauor. cap. 21. numer. 47. Barboſa ad d. cap. quanquam num. 1.* Hæc autem deuolutio gradatim fit, ita vt ſi Superior immediatus, vel ſit negligens, ad prouidendum in tempore ſtatuto, vel iure proprio eligat indignum deuoluitur electio ad alium, & ab iſto ad alium vſque ad Papam. *cap. licet, de ſupplenda neglig. Prælat. Panorm. in cap. literas, eod. tit. Azor. par. 2. lib. 6. cap. 27. Garz. de benef. par. 10. cap. 3. num. 1. & 2. Rota deciſ. 632. num 4. par. 4. diuerſ. & dec. 186. nu. 1. par. 2. recent. & dec. 260. num. 2. & 4. & dec. 271. n. 11. coram Mantica. Coraſius, & Gonzalez* quos refert, & ſequitur *Sigiſm. vbi ſup. Barboſa ad d. cap. licet, de ſuplen. negl. Prælat.*

43 Plura tamen ſunt circa huiuſmodi regulam attendenda. Et quidem primò, quòd Ordo iſte Prælatorum quantum ad ſecularia beneficia conſiſtit præcipuè in Epiſcopis, Archiepiſcopis, Prima-

tibus, & Papa, & eſt ſeruandus; Sed vbi non eſt Primas, deuolutio immediatè fit ab Archiepiſcopo ad Nuncium, vel Legatum, & ad Papam. Et hoc eſt verum vt plurimum. *Rota deciſ.260.coram Mantica. Barboſ.de off. Epiſ.alleg.58. num.11.* In Regularibus verò deuolutio fit à Conuentu ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, & à Generali ad Papam, ita quòd ſemper fit ad Superiorem Regularem immediatum. *Card. in Clem.1. de ſuplenda neglig. Prælatorum Barboſ.alleg.58.n.14.*

44 Secundò conſiderandum eſt, quod in exemptis deuolutio fit immediatè ad Pontificem. Nam cum deuolutio fiat ad Superiorem immediatum, & exempti immediatè ſubdantur Summo Pontifici, ideò ſi exempti ſint negligentes, vel indignum eligant, deuolutio immediatè fit ad Papam. vel ad Papæ Legatum. *cap.licet, de ſuplend. neglig. Prælat. & cap.ſicut, eod.tit. Rom.conſ.351.Panor.in cap. graue num.6.& 7. de off ordin.& cap.2.de conceſſ.præben. Selua, Rebuff.Cochier.* quos refert, & ſequitur *Barboſa d.alleg.58.num.13.& ad d.cap.licet, num.5.* Regulares verò ſic ſunt exempti, quod tamē inter eos eſt ordo, auctoritate Apoſtolica ſtatutus. Et ideò deuolutio non fit immediatè ad Papam, ſed ad Superiores Regulares, & gradatim ad Papam. Si tamen electores Generalis eſſent, vel negligentes, vel eligerent indignum, vel peccarent in forma electionis, deuolutio fieret immediatè ad Papam.

45 Conſiderandum tertiò, quòd Papa vti poteſt iure deuoluto dupliciter, ſcilicet ſecundum terminos Concilij Lateranen. tanquam vltimus ad quem gradatim fit deuolutio, & ſecundò tanquam immediatus, & Ordinarius omnium, qui in conferendis Prælaturis, officijs, & beneficijs poteſt concurrere cum quolibet Epiſcopo, aut quocumque alio Ordinario tanquam immediatus Ordinarius cuiuſcumque Diœceſis, aut Parochiæ, aut Conuentus, *cap.cuncta per mundum 9.q.3.Panorm. cap. quia diuerſitatem num.5.de conceſſ.præbend.Selua de benef. 3.p. q.60.Coraſ.de benef.cap.1.num.10.Mandoſ de Signat.Gratia tit.de prouiſ.verſ.clauſula de præſenti, & reg.34.q.90.num.6. & 7. Menoch.conſ.183.lib.1.Nauar.conſ.31. numer.6. de præbend. conſ.31. numer.6. Pariſ. de reſignat. lib.1. quæſt.10. à numer.51. lib.7. quæſt.11.à num.6.Leſſius lib.2.cap.34. num.44. & 45. Azor.p.2.lib.6.cap.25.q.1. Staphil. Gimon. Simonet. Burſat. P.Gregor. Cochus, Perez, Leo, & alij*, quos refert, & ſequitur *Garzias p.5.cap.1.num.8.& p.10. cap.3 num.30.Rota deciſ.1.& 17. de præben. in nouis. & Creſ.deciſ.11.nu.5.de dilat.& 8.de priuil.Put. dec. 47. num.7. & 8. lib.3.* Primò modo Papa eſt vltimus, & ad eum fit deuolutio mediatè. Sed ſecundo modo ad eum fit deuolutio immediatè. Et inter Papam, & Ordinarium datur locus præuentioni, *cap. dudum, §. nos igitur. & cap.ſi à ſede de præb. in ſexto.* vbi *DD.& Gloſſ.fin.in cap.1. de off. leg. & DD.ſup. cit.* Quamobrem ex hac parte ad Papam poteſt deuolui immediatè facultas prouidēdi immediatè cuilibet Eccleſiæ. Quámuis propriè hæc nō ſit deuolutio, ſed ſit reſidentia ſummæ poteſtatis in Chriſti Vicario exiſtentis, qui etiam ſi vellet præuenire eligentes, & ſine electione conferre Prælaturam, officium, vel beneficium poſſet hoc facere.

46 Conſiderandum eſt quartò, quòd licet vbi Papa prouidet ex iure deuoluto, non præſumatur velle vti præuentione, *Rota deciſ.186.p.1.recent.* quia & dixit *Panorm. in d.cap. quia diuerſitatem num.5.* valde æquum eſt, vt Pontifex non auferat Ordinarijs auctoritatem, tamen in ſupplenda negligentia in prouidendis Parochialibus non indiget huiuſmodi præuentione. *Rota dec.702.coram Seraphino,* quia per Conſtitutionem *In conferendis 33.* Pij V. huiuſmodi prouiſio eſt Papæ reſeruata. Quamobrem, vbi vel in Parochialium collatione ſeruanda eſt, & non fuit ſeruata forma Conc. Trid. ſeſſ.24. cap.18. de reformat. vel infra ſemeſtre Parochiales non ſunt collatæ, earundem prouiſio reſeruata eſt Papæ, & ſic ad eum deuoluitur ius illas conferendi. Vnde eſt, quòd vbicumque Papa reſeruat ſibi prouiſionem, ſi vel peccetur in collatione beneficiorum, vel illa negligatur fieri in tempore ſtatuto, ſemper deuolutio fit immediatè ad Papam.

47 Conſiderandum eſt quintò, quòd vbi dictū fuit, deuolutionem fieri gradatim ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum, & ab hoc ad Papam, vel ad eius Nuncium, & à Nuncio ad Papam, hoc intelligitur, vbi deuolutio oritur ex negligentia conferendi in tempore debito. In quo caſu etiam eſt verū, quod vnuſquiſque illorum ad quem fit deuolutio habet iuxta beneficij qualitatem, vel tres, vel ſex menſes intra quos ſufficit, quòd prouideat, & ita vt licet Patronus laicus non habeat niſi quatuor menſes ad præſentandum, tamen ſi ad Epiſcopum deuoluatur ius eligendi ipſe habet ſex menſes intra quos poteſt beneficium conferre. *Innoc. in cap. licet de ſuplend. neglig. Prælat. Panorm. dict.cap.quia per diuerſitatem nu.18. Azor.p.2.l.6.cap.27.q.10.11. & 12. Rot.dec.9. de Iurepatr.in nouis, & in Sabinen. benefic. 11. Maij 1584.coram Gypſio, & in Salmant.portionis 23. Iunij 1586.apud Barb alleg.58.n.18.* qui etiam pro eadem ſententia refert *Riccium, & Caſtro Palaum. Rota coram Saraph.dec.380.Garz.p 10.cap.3. nu.9.* & apud eum *Lambert.* Nihilominus hic Ordo non procedit vbi deuolutio fiat ex electione indigni, quoniam ſi Epiſcopus iure deuoluto conferat beneficium indigno, non deuoluitur ius conferendi ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, ſed redit ad electores à quibus ad Epiſcopum deuoluta fuerat facultas cōferendi. Quia cum electores priuati fuerint voce pro prima vice, ſtatim ac immediatus Superior contulit officium, vel beneficium, ſiue illa collatio habeat effectum, ſiue non habeat cum electores per eam purgauerint culpam ſuam, & ſubierint pœnam legis ad eos redit facultas eligendi, qua ſolum pro vna vice priuati erant. Et ita ex quo ſemel immediatus Superior contulit officium, vel beneficium, etiamſi collatio non habeat effectum, quia vel electus noluit conſentire, vel mortuus eſt, vel collatio fuit nulla, redit facultas eligēdi ad electores à quibus facta fuerat deuolutio. *Gloſſ.in cap.ſi electio v. integrum, de elect.in 6.* & apud eam *Bernar. Tancr. & Hoſt.Azor.p.2.lib.6.cap.23.q.7.& 14.Barboſa ad d.cap.ſi electio num.6.& de iure Eccleſ.lib.1. cap.19. nu.239.* & apud eum *Tiraquell.* Videndum igitur eſt, an Superior agat iure proprio, vel iure deuoluto. Nam ſi electores elegerunt indignum, & Superior electionem confirmat, vel indigni præſentationem approbat, & indignum inſtituit, quia vtitur iure proprio deuoluitur ius confirmādi, vel inſtituendi ad Superiorem ſuum immediatum: Sed ſi iure deuoluto agit, redit ad electores, quia per

ele-

electionem primam iure deuoluto habitam purgatur eligentium defectus. **Quòd tamen locum non habet quantùm ad Papam**, vbi ex quo ipſe ſemel de beneficio prouidit, manet beneficium Papæ affectum, vnde eſto prima prouiſio, etiam facta iure deuoluto non habeat effectum, ad eundem pertinet noua prouiſio; quòd & eſt verum in quocunque caſu, & ex quacunque cauſa prouiſio ſit Papæ reſeruata. *Azor. d. q. 14.*

48 Sextò conſiderandum, quòd ſede vacante non deuoluitur facultas eligendi Capitulo Canonicorum, ſed expectandus eſt Epiſcopus. Ita contra *Io. Andream* docuerunt *Io. Monach. in c. quanquam, de elect. in 6. Panorm. in cap. Cum olim de maior. & obed. n. 2. Felin ibid.* quos refert, & ſequitur *Azor. d. l. 6. cap. 27. q. 9.* Quoniam conferre beneficia vel iure proprio, vel iure deuoluto eſt cēſus de fructibus beneficij, de quibus non poſſunt Canonici ſtatuere; & ideo iura voluerunt, quòd poteſtatis eſſet Epiſcopi conferre beneficia, quibus ſibi benè viſum fuerit: & nihilominùs tamen Canonici ſede vacante poſſunt electiones confirmare, & præſentatos inſtituere, non tamen beneficia conferre; quia illa ſunt neceſſitatis, & hoc libertatis: confirmatio enim, vel inſtitutio non eſt donatio, ſed collatio eſt donatio, ideo Capitulo conceſſa eſt facultas ſede vacante confirmandi, vel inſtituendi, non verò conferendi. *cap. 2. de conceſſ. præbend. & cap. 1. Ne ſede vacante, Azor. ibid.*

49 Conſiderandum ſeptimò, quòd deuolutio fit etiam in preſentatione, in caſu negligentiæ. Nam ſi Patronus Eccleſiaſticus intra ſex menſes, vel laicus intra quatuor menſes non præſentet, deuoluitur ius eligendi ad Epiſcopum, ſeu ad eum, ad quem ſpectabat acceptare præſentationem, & inſtituere (cui, vt ſupra dictum fuit competunt ſex menſes, intra quos poteſt beneficium conferre) *cap. Cum propter, & cap. Eam te, de iure patronat. Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 27. qu. 5.* Vbi quòd in Gallia Rex ex vi concordati, ſi intra ſex menſes non nominet ad Cathedrales, Abbatias, & Prioratus Regulares Cœnobitarum habet tres alios menſes, in quibus ſi nō præſentet deuoluitur ius prouidendi ad Papam. Sed ex capite indignitatis in patrono laicu, vt ſupra dictum eſt, non habet locum deuolutio, ſed patronus laicus poteſt alium idoneum intra terminū tamen præſentare.

50 Conſiderandum octauò, quòd non ſemper fit deuolutio ad ſuperiorem. Nam aliquando fit deuolutio nedum à Capitulo ad Epiſcopum, ſed ab Epiſcopo ad Capitulum, *cap. 2. de conceſ. præben. & cap. Cum in cunctis, §. fin. de elect.* ob magnam, quæ eſt inter eos communionem. *cap. Requiſiſti, de teſtam. Corraſ. 4. p. cap. 1. num. 12. Garz. p. 10. cap. 3. num. 33.* Quòd tamen intelligitur de beneficijs, quæ Epiſcopus conferre poteſt iure proprio, non verò de illis, quæ poteſt conferre iure ſpeciali, vel deuoluto. *Panorm. in d. cap. 2. de conceſſ. præben. num. 7. & 8. & in d. §. final. num. 5. & cap. Quia diuerſitatem, 5. de conceſſ. præbend. num. 10. Francus in cap. vnico, §. Cum verò, num. 3. & 4. Ne ſede vacante in 6. Felin. in cap. Irrefragabili, de offic. Ordin. num. 3. Azor. d. cap. 27. qu. 2. Garzias p. 10. cap. 3. num. 34.* & apud eum *Rebuff. Caſſador. Gerſon. & Greg. Lopez.* Eſt tamen conſiderandum, quòd ſi inter Epiſcopum, & Capitulum ſit alternatiua, vel turnus, tunc ſi Capitulum **ſit negligens non fit deuolutio ad Epiſcopum**, ſed ad ſuperiorem, ad quem ſpectabat, vel electionem confirmare, vel præſentatum inſtituere; quia diuiſio non tollit, aut immutat ius deuolutionis, quæ eſt ad proximum ſuperiorem. *Garz. d. cap. 3. nu. 35.* vbi *num. 36.* quod idem eſt, ſi Canonicus, cui Capitulum commiſit collationem ſit negligens: ſi tamen ille Canonicus delinqueret eligendo indignū, tunc intra tempus à lege præſcriptum ad conferendum, ius eligendi rediret ad Capitulum, per *textum cap. Si compromiſſarius, de elect. in 6.* Sed tamen in hoc caſu Capitulum non haberet nouum ſemeſtre; nam committens, & commiſſarius non debet habere niſi vnum ſemeſtre; quæ confirmantur *ex Rota in vna Romana Beneficij*, quam refert, & ſequitur *Garz. num. 39.* & apud quem de eiſdem punctis citantur aliæ deciſiones, nimirum 28. Aprilis 1595. coram Gipſio, 20. Nouembr. 1596. coram Corduba, & 8. Martij 1602. coram Penna. Vbi autem inter Epiſcopum, & Capitulum non eſt turnus, ex omnium negligentia, deuolutio fit ad proximum ſuperiorem. *Panorm. cap. 1. de elect. num. 10. & cap. Cum Eccleſia 31. num. 12.* Vbi verò Collegium, in quo Epiſcopus eſt Canonicus ſit negligens, deuolutio fit ad Epiſcopum: talis enim negligentia non nocet Epiſcopo, quia non fuit negligens, vt ipſe ſolus, ideo ad ipſum vt ad ſuperiorem fit deuolutio. Ita per *cap. poſtulaſti 15. de conceſſ. præbend.* notant *Gemin. in cap. à collatione, num. 1. de appell. in 6.* Vbi *Francus num. 4. Innoc. in cap. Irrefragabili 13. num. 2.* & ibi *Zabar. & Hoſtien. de off. Ordinarij*, quos ſequitur *Barboſ. d. all. 58. num. 12.* Vbi quòd hoc non procedit, vbi Epiſcopus Canonicus ſolus eligeret, vel conferret, quia tunc ad eum non eſſet appellandum, nec ad eum facultas eligendi, ſeu conferendi eſſet inſtituta, quia deeſſet perſonarum diuerſitas, quæ in his caſibus eſt neceſſaria. *Rota deciſ. 1. de ſupplen. neglig. Prælat. in nouis, aliàs deciſ. 113.*

51 Conſiderandum eſt nonò, quòd vbi inferiores Prælati ſiut negligentes, deuolutio fit ad Epiſcopum. Quod adeo verum eſt, vt loquendo de beneficijs etiam regularibus, quæ conferunt Abbates, vel alij Prælati Regulares, ſi ipſi ſint negligentes in conferendo ea beneficia tempore debito, ius conferendi deuoluatur ad Epiſcopum vel iure proprio, ſi inferiores Prælati non ſunt exempti, vel iure delegationis à Sede Apoſtolica ſi ſint exempti. *Clem. 1. de ſupplend. negligent. Prælatorum.* Verùm tamen aduertendum, quòd ſi immediatus conferens habeat ſuperiorem regularem, vt ſi ius conferendi eſſet apud Capitulum vt diſtinctum a Prælato, ſi Collegium eſſet negligens, deuolueretur ius ad Prælatum regularem, & ab eo ad Epiſcopum. *Gloſſ. in dicta Clem. vt prælati, Cardin. ibid. qu. 3. Barboſa de off. Epiſcopi all. 58. num. 14* Et quia hæc deuolutio in beneficijs regularibus ad Epiſcopum fit vt ad delegatū Papæ, hinc eſt, quòd Legatus non poterit iure deuoluto conferre beneficia ex negligentia Prælati regularis exempti deuoluta; quia ab exempto fit deuolutio ad Epiſcopum, vt ad Papæ delegatum, qui illa confert auctoritate Apoſtolica. *cap. Cum ſingula, de præbend. in 6. Coſmas, Selua, Imola,* quos ſequitur, & refert *Garz. par. 5. c. 3. num. 33. Barboſa d. alleg. 58. num. 14.* Et quòd nihilominus Legatus poſſit præuenire Epiſcopum ante deuolutionem ad ipſum conferendo beneficium,

& poſt deuolutionem, ſi ex negligentia Epiſcopi fiat deuolutio ad Papam tradit *idem Garzias ibi ex Selua, & Rebuff.* Epiſcopus autem, ad quem in hoc caſu fit deuolutio, non eſt ille, in cuius Diœceſi eſt Prælatus negligens, ſed ille intra cuius Diœceſim eſt beneficium conferendum. *Gloſſ. ad d. Clement. in princip.*

52 Conſiderandum eſt decimò, quòd ſi Prælatus, ad quem fit deuolutio conferat beneficium ante deuolutionem, etiam ſi de futura deuolutione ſit certiſſimus, nihil agit; quia ſine facultate agit: & ſi poſtea fiat deuolutio, non per hoc collatio facta ante conualeſcit, ſed alia collatio eſt neceſſaria, etiam ſi priùs collator abſolutè beneficium contulerit, & non expreſſerit ſe illud conferre iure deuoluto: quia collator ille tempore collationis conferendi non habebat poteſtatem. *Felin in cap. Cum ex officij, de præſcriptionib. num.* 37. Additio *Rotæ deciſ.* 10. *de iurepatron. in antiquis, Azor. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 27. *qu.* 4. *Garzias par.* 10. *cap.* 3. *num.* 31. & apud eum *Rebuff.* Excipitur tamen collatio ſimpliciter facta de beneficio iurispatronatus ſpreto patrono, quæ quia venit ex poteſtate originali, quam Epiſcopus habet conferendi beneficia, ſi aliàs patronus non præſentat in tempore, & in tempore non contradicit, collatio eſt valida. *Garzias d. p.* 10. *cap.* 3. *n.* 32. *& par.* 5. *cap.* 9. *num.* 242. An autem in eo caſu valeret prouiſio Apoſtolica non facta mentione collationis factæ, ab Epiſcopo, & in præiudicium illius, quæſtio eſt, quam tractant *Rota deciſ.* 10. *de iurepatron. in antiq. Gambar. de off. Legati l.* 3. *nu.* 346. *Garz. p.* 5. *cap.* 9. *num.* 342. An etiam ſi Epiſcopus ignorans ſe poſſe iure proprio beneficium conferre, & ante deuolutionem conferat illud iure deuoluto, ſecuta deuolutione, collatio teneat, tractat *quæſt. Azor. p.* 2. *l.* 6. *cap.* 27. *qu.* 15.

53 Vndecimò conſiderandum, quòd per deuolutionem deuoluitur ius eligendi, vel conferendi tale, quale habebatur ab eo, à quo deuoluitur, & cum eiſdem oneribus, & conditionibus. Et ita vt ſi eligendus erat aliquis ex certo genere, vel cum hac qualitate, is ad quem deuoluitur electio, non poteſt eligere ex alio genere, vel cum alia qualitate, vel ſine ea, quæ in eligendo requirebatur. *Gloſſ. in Clem. vnica de ſupplend. neglig. Prælat. Felin. in cap. Cum acceſſiſſent, num.* 18. *de Conſtit. Azor. d. cap.* 27. *q.* 8. *Garz. p.* 10. *cap.* 3. *num* 42. & apud eum *Rochus, Cerras, Azenedo, Ferret. Gutierez, Cuned. Perez de Lara. Lambert.* 3. *p.* 2. *lib. q.* 7. *Selua* 3. *p. q.* 49. *Barboſa de off. Epiſ. all.* 58. *num.* 11. Et ideo in caſu, in quo collatio beneficij regularis ſoliti adminiſtrari per Regulares deuoluatur ad Epiſcopum, non poteſt Epiſcopus illud conferre ſeculari. *Clement. vn. de ſupplend. neglig. prælat. Gloſſ. ibi, & DD.*

54 Vltimò conſiderandum eſt, ad hoc vt collatio iure deuoluto valeat, conſtare debere de negligentia, vel delicto, aut defectu eius, ad quem de iure ſpectabat electio, vel præſentatio, vel confirmatio, vel inſtitutio, vel collatio; & ad eum, qui impetrat beneficium iure deuoluto pertinet probare deuolutionem, quæ non probatur, niſi probata cauſa deuolutionis. De quo videndi ſunt *Garzias dicto cap.* 3. *à num.* 16. *& Barboſ. d. alleg.* 58. *à num.* 18. & DD. ab illis citatos. Sufficit verò in caſu negligentiæ, quòd probetur electionem non fuiſſe factam intra tempus à lege præſcriptum; quia non permittitur hic purgatio moræ, *cap. licet, & cap. ſeq. de ſupplen. neglig. prælat.* & ibi *Panormit. & DD. Rochus, & Rebuff.* quos ſequitur *Garzias d. cap.* 3. *num.* 47. *Azor. d. cap.* 27. *quæſt.* 16. *Barboſ. d. alleg.* 58. *numer.* 12.

55 Vbi verò contingeret, quòd electoribus nõ eſſet à iure, vel conſuetudine præſcriptum tempus determinatum ad eligendum, poteſt ſuperior terminum competentem præſcribere ad eligendum, vel conferendum beneficium, & ita vt ſi id non fiat in eo tempore, electio deuoluatur. *Panorm. in cap. Cum Eccleſia de elect. Azor. d. cap.* 27. *qu.* 17. & apud eum *Rebuff.* Vnde in hoc caſu ad eum, qui impetraret beneficium iure deuoluto pertineret probare, & temporis limitationem, & negligentiam eligendi intra tempus.

S V M M A R I V M.

1 *In beneficijs, quæ ſunt de menſa non datur negligentia, nec deuolutio. n.* 56.

2 *In beneficijs reſeruatis Papæ non datur deuolutio. num.* 57.

3 *In beneficijs manualibus datur deuolutio. n.* 58.

4 *Sed tamen in illis conferendis poteſt purgari mora. num.* 58.

56 QVæritur Quintò. An in omnibus beneficijs locum habeat deuolutio? Reſpondetur, aliqua eſſe, in quibus deuolutio locum non habet. Nam primò beneficia annexa menſæ alicuius Prælati nunquam vacant, & cum nunquam vacent, non habet in illis locum nec electio, nec collatio, nec deuolutio. *Flores de Mena var. l.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 14. Illa enim beneficia dicuntur de menſa, quæ perpetuò vnita ſunt menſæ Epiſcopali, vel Capitulari, vel Abbatiali, quæ nunquam vacant, & ideo in prouiſione talium beneficiorum non datur negligentia, nec deuolutio. *Gloſſ. in Clem. vn. de ſupplend. neglig. Præl. v. de menſa, Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 5. *§.* 6. *nu.* 63. *Rota deciſ.* 204. *p.* 2. *recent. Barboſa de off. Epiſ. alleg.* 58. *n.* 15. *&* 16.

57 Secundò non habet locum deuolutio in beneficijs Papæ reſeruatis; quia in iſtis locum habere non poteſt vel negligentia, vel culpa Ordinarij. *Caſſad. deciſ.* 8. *de præbend. Mandoſ. de prouiſionib. verſ. in beneficijs reſeruatis. Rota coram Creſcent. Caputaquen. & alijs,* quam refert, & ſequitur *Garzias parte* 10. *cap.* 3. *num.* 18. *Gonzalez ad reg.* 8. *Cancell. Gloſſ.* 11. *num.* 16.

58 An etiam in beneficijs manualibus, & ad nutum amouibilibus locum habeat deuolutio? Placet reſolutio *Garziæ d. cap.* 3. *num.* 47. dari ſcilicet deuolutionem; quoniam hoc conuincit *Clem. vnica de ſupplend. neglig. Prælator,* ſtatuens dari deuolutionem in beneficijs regularibus, quæ manualia ſunt, cum ſit in poteſtate ſuperioris Beneficiatum ſubditum remouere ad nutum. *Gloſſ. ibid. v. reuocari, & Card. num.* 4. *Boniſ. num.* 8. Sed tamen diſcrimen eſſe inter hæc, & alia beneficia, quia in his poteſt purgari mora, ex quo etiam huiuſmodi beneficia manualia ſunt, & amouibilia ad arbitrium ſuperioris, qui ſi ſit negligens, poterit re integra purgare moram. Re autẽ non integra eſto recipiendus eſſet beneficiatus

neficiatus regularis, cui Epiſcopus conferret beneficium, tamen Prælatus regularis, vt ootat *Gloſſa*, poteſt illum ad arbittium tanquam ſuum ſubditum reuocare.

CAPVT XXXII.

De oppoſitionibus, & proteſtationibus, atque appellationibus contra electionem, aut electum interpoſitis.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo, & ratio dicendorum. n. 1.*

1 NATVRA, & forma electionis, conditionibuſque eligendorum, & eligentium explicatis, totoque electionis proceſſu excuſſo, ſequitur præſentatio electionis confirmatori, vt ab eo perfectionem, & complementum confirmationis accipiat. Et quidem ſi electio ſit facta in concordia, ſufficit mittere decretum electonis ad confirmatorem; ſed ſæpè non conueniunt omnes electores, & fiunt contra electum, vel eligentes, vel electionem oppoſitiones, & proteſtationes de nullitate, & appellationes ad ſuperiorem pro grauaminibus, vel verè, vel præſumptiuè receptis à Præſide electionis, vel à iudicibus vocum, vel ab alijs electoribus; & ideo antequam de confirmatione tractetur, de huiuſmodi oppoſitionibus, & appellationibus agendum eſt. Hoc pro certo præmittendo, quòd in cauſa appellabili, appellatio interpoſita licet reiecta à iudice à quo, bene valet, & ſuſpendit, & deuoluit, & ita vt contra eum geſta ſint habenda vt attentata. *cap. non ſolum, de appell. in 6. Rota dec. 32. n. 2. par. 1. & deciſ. 488. n. 5. par. 3. & 613. p. 4. recent. & plurib. alijs cit. Rota in Lucana Canonicatus 1. Febr. 1647. coram Royas, & in Calagurit. beneficij 6. Nouemb. 1648. coram Pentingero.*

S V M M A R I V M.

1 *Tres ſoluendæ difficultates. n. 2.*
2 *A grauamine, & electione futura datur appellatio. n. 3.*
3 *Non licet proteſtari, vt non fiat electio. n. 4.*
4 *Licet proteſtari, vt non fiat electio, niſi canonice. num. 5.*
5 *In appellatione ab electione futura, debet aſſignari cauſa rationabilis. n. 6.*
6 *Si quis electorum proteſtetur, ne fiat electio per compromiſſum, attentant qui ſic eligunt. n. 6.*
7 *Si quis electorum ex cauſa rationabili appellet ab electione facta non expectata reſolutione grauis dubij à ſuperiore attentant, qui ſic eligunt. numer. 6.*
8 *Non tenentur electores ex dicta cauſa expectare vltra terminum iuris ad eligendum, ſi ponunt ex hoc ius ſuum in dubium. n. 6.*
9 *Regulariter non eſt neceſſitas expectandi ſolutiones dubiorum, quia datur remedium proteſtationis contra huiuſmodi dubia. n. 6.*
10 *In Ordine Præd. ſolutio dubiorum remittenda ad Confirmatorem, non retardata electione. n. 6.*
11 *Sæpiùs appellatio ex cauſa expectandi reſolutiones dubiorum eſt friuolus prætextus, & doloſus. numer. 6.*
12 *Appellatio extraiudicialis non impedit ad vlteriora procedere, ſed ſolum impedit ab eis, quæ ſunt contra appellationem. n. 7.*
13 *Electores, qui appellatione contempta elegerunt per compromiſſum, electo non conſentiente, validè iterum eligunt per ſcrutinium. n. 7.*
14 *Tunc habet locum præcipuè appellatio ab electione futura, cum in aliquo antecedente electionem aliquis iam ſe ſentit grauatum. n. 8.*
15 *Ex vi motus proprij Pij V. non datur appellatio in prouiſionibus Parochialium, niſi ab inordinato iudicio Epiſcopi. n. 9.*
16 *Secundum Concilium Trident. non datur appellatio à mala relatione examinatorum. n. 9.*
17 *Hoc intelligitur de appellatione ſuſpenſiua, non de deuolutiua. n. 10.*
18 *In iurepatronatus laico cum vnus tantum præſentatur, à relatione examinatorum datur appellatio quantum ad vtrumque effectum. n. 11.*
19 *In beneficijs ſimplicibus, quæ dantur per concurſum datur appellatio quantum ad vtrumque effectum à relatione examinatorum. n. 12.*
20 *Et hoc verum, maximè cum proceditur iudicialiter. n. 13.*
21 *Quando procedatur iudicialiter. n. 13.*
22 *Datur appellatio à iudicio Epiſcopi quantum ad effectum deuolutiuum. n. 14.*
23 *Qui fuit ab examinatoribus reiectus, niſi appellauerit à iudicio examinatorum, non appellat à iudicio Epiſcopi. n. 14. 21.*
24 *Qui appellat à iudicio Epiſcopi, prouocat prælectum ad nouum examen. n. 14.*
25 *Etiam ſi prælectus renunciet beneficio, qui appellauit proſequitur appellationem. n. 14.*
26 *Ad hoc vt appellatio ſortiatur effectum, debet conſtare de dolo Epiſcopi. n. 15.*
27 *Multum præſumendum pro iudicio Epiſcopi, numer. 15.*
28 *Tunc erit manifeſtus dolus, ſi reiectus inueniatur notabiliter dignior prælecto. n. 15.*
29 *Nouum examen eſt modus detegendi grauamen. numer. 15.*
30 *In caſu quod examinatores in iudicando non conuenirent, & ex eorum iudicio non conſtaret, quis eſſet magis idoneus, iudex poteſt ad vnam partem accedere. n. 16.*
31 *Ex quibus indicijs deſumatur dolus Epiſcopi. numer. 16.*
32 *In iudicio appellationis à relatione examinatorum appellatur quantum ad vtrumque effectum. num. 17.*
33 *A ſententia iudicis ad quem appellatur quantum ad vtrumque effectum. n. 18.*
34 *Qui in prima inſtantia obtinuit beneficium, ſi appellet à ſententia iudicis ad quem priuantis illum beneficio, non eſt eo priuandus, niſi poſt*

tres

tres conformes. num. 18.

35 *Collatio, ſeu electio habita poſt appellationem ſuſpenſiuam, eſt attentata. n.*19.

36 *Rota vbi poſſeſſio beneficij ſit attentata, ſequeſtrat beneficium. n.*20.

37 *Nouum examen non iuuat, ſi fiat poſt multum tempus. n.*21.

38 *Idoneitas de tempore præterito ex multis probatur num.*21.

39 *Dilatio examinis non nocet impedito, vel ſi ex culpa aduerſarij proueniat. n.*21.

40 *Examen in ſecunda inſtantia non fit neceſſariò per examinatores ſynodales. n.*22.

41 *Nec medio concurſu, aut citatione, niſi oppoſitor proteſtetur ad examen non deueniendum, niſi eo citato. n.*22.

42 *Examen in cauſa beneficij ſimplicis aliquando delegatum ad aliquem in partibus. n.*23.

43 *Appellatio extraiudicialis ſuſpendit vt acta contra illam ſint reuocanda. n.*24.

44 *Electio habita contra appellationem, eſt caſſanda. num.*24.

45 *Geſta contra appellationem extraiudicialem ſunt reuocanda. n.*23.

46 *Saltem iuſtificata appellatione. n.*26.

47 *Appellatio ab iniuſtitia facta in actu præambulo ad electionem, irritat ſequentem electionem, factam contra appellationem. n.*27.

48 *Reiectus à concurſu, iuſtè appellat. n.*27.

49 *Appellatio valet interpoſita à iudicio excludente ab electione ratione alicuius exceptionis. n.*28.

50 *Hoc eſt verum de eo, qui habet ius ad electionem. n.*29. 30.

51 *Capitulum poteſt ſe coarctare liberè ad duos. numer.*29.

52 *Suppoſita coarctatione alter eorum ſi ob defectum excludatur, poteſt appellare. n.*29.

53 *A decreto declarante inhabilem aliquem, datur appellatio. n.*31.

54 *Ex duobus, ad quos eſt coarctata electio, ſi vnus moriatur, alter cenſetur electus de iure. numer.*32.

2 QVæritur autem primò, contra quam electionem poſſit fieri proteſtatio? ſeu an contra quamcumque electionem poſſit interponi oppoſitio, vel proteſtatio, aut appellatio? Ratio difficultatis eſt ex triplici capite. Primum eſt, an ab electione futura poſſit quis appellare. Secundum eſt, an poſſit appellari, & proteſtari contra electionem Generalium, cum Generales eo ipſo, quòd ſunt electi, ſint confirmati. Tertium eſt, an locum habeat appellatio, ſeu oppoſitio vbi ex ſpeciali ſtatuto eſt interdicta. Videtur enim, quòd cum appellatio ſupponat grauamen, non ſit licitum appellare ab electione nondum facta, ſeu contra illam proteſtari, & ſe opponere, vt non fiat.

3 Reſpondetur nihilominùs, & dicitur primò, quòd à grauamine futuro; ideoque & à futura electione, ſi timeatur ex illa iniuſtum grauamen, poteſt appellari appellatione, quæ erit extraiudicialis, quia extraiudiciali appellatione poteſt appellari à futuro grauamine, *De electione. cap. Conſiderauimus* 10. *& cap. Cum nobis* 19. *in princip. & eod. titul. in 6. cap. Vt circa* 4. & ibi *Francus notab. ſecundo, cap. Bonæ de appell.* & ibi *Franc. num.*45. *&* 46. *Panorm. num* 9. *&* 10. *Caſtell. cap.* 16. *n.* 1.

4 Dicitur tamen ſecundò, quòd ab electione futura abſolutè non datur appellatio; quoniam nullum eſt iniuſtum grauamen, quòd electores vtendo iure ſuo eligant; ideo nulli licet proteſtari, vt non fiat electio abſolutè, & ſi fiat ab eo appellare. *cap. Cum nobis* 19. *de elect.* & ibi *Gloſſ. v. nulla, & cap. Conſiderauimus* 10. *v. poſt appellationem, eod. tit. Caſtell. ibid. Lauor. cap.* 19. *num.* 120. *Peyr. in ſud. qu.* 1. *cap.* 31. *§.* 1.

5 Dicitur tertiò, licere proteſtari, vt electio non fiat niſi canonicè, & ideo, quòd in ea vitetur hic, vel alter defectus, vt v. g. non admittatur talis excommunicatus, vel talis excommunicatus non eligatur, ſeu vt ſeruetur forma canonica, & à iure vel communi, vel municipali ſtatuta, & quatenus electio aliter fiat, ab ea appellare ad ſuperiorem legitimum. Ita ex citatis iuribus, & Doctoribus habetur.

6 Benè verò aduertit. *Panorm. in d. cap. conſiderauimus num.* 4. etiam in huiuſmodi extraiudiciali appellatione debere exprimi cauſam rationabilē, aliter eſſet friuola; At verò appellatio friuola non eſt admittenda, vt tradit *Francus de elect. in 6. cap. quàmuis num.* 2. *Gloſſ. in d. cap. conſiderauimus v. poſt appellat. Innoc. cap. cum nobis* 19. *num* 1. Et benè aduertit *Bald. in cap. conſtitutis* 47. *de elect.* quod qui petit electionē caſſari debet aſſignare cauſā, aliter repellitur attentatur etiam ſine litis conteſtatione. Stante igitur rationabili cauſa, ſi aliquis electorum proteſtetur & appellet ne fiat electio per compromiſſum, ſi electores non deferāt proteſtationi, committunt. *Panorm. d. cap. cum nobis num.* 7. Item ſi ex ſubſiſtente, & rationabili cauſa aliqui proteſtentur ne fiat electio, donec ſuperior aliquod dubium releuans circa electionem determinet, attentant, ſi non expectant, maximè quando non imminet terminus vltimus temporis, in quo celebranda eſt electio. *Camill. d. cap.* 16. *num.* 1. Nam vltra terminum vltimum temporis non tenentur vocales expectare ſi ponunt in dubium ius eligendi, quod habent, & adſit periculum, vt deuoluatur electio ad Superiorem. Et eſt etiam conſiderandum, quod cauſa expectandi reſolutiones dubiorum à ſuperioribus inſtante tempore electionis, circa validitatem votorū quam *Caſtell.* adducit, regulariter non eſt rationabilis, quia ſufficit huiuſmodi dubia reſolui a Confirmatore, & interim electores procedere poſſunt ad electionem cum opportunis proteſtationibus. Quod ſi etiam dubium ſit ſi an aliquis ſit excommunicatus, vel non, ſi non eſt excommunicatus denunciatus, poteſt admitti, vt probatum eſt, & qui nolunt admittere poſſunt proteſtari. Nec ob ſimiles cauſas maior pars vocalium tenetur ad inſtantiam minoris expectare, niſi aliqua alia circumſtantia id exigat. Propterea in Ordin. Præd. adeſt ſtatutum Cap. Toloſ. ann. 1628. quod refert *Fontana tit. de electionibus num.* 3. *ſequentis tenoris,* videlicet. *Declaramus inſtante electione non poſſe mitti Commiſſarios ad inquirendum an vocales ritè, & ſecundùm iura gaudeant voce, ſed procedendum eſſe ad electionem, & dubia, ſi quæ fuerint ad Confirmatorem eſſe mittenda.* Vbi enim eſt dubium de legitimitate alicuius vocalis, poſſunt electores eligere vtendo remedio proteſtationis, nec eſt neceſſe expecta-

re

Digitized by Google

re reſponſum ſuperiorum. Et idem dicitur de alijs dubijs contra quæ proteſtatio eſt remedium à nullitate electionis præſeruans, ideò ſæpius huiuſmodi proteſtationes, & appellationes ſunt friuolæ, & ſunt doloſi prætextus ad impediendam electionem, & illam differendam inuenti.

7 Aduertit quoque idem *Panorm d.cap.cum nobis num.7.* appellationem hanc extraiudicialem nō ſuſpendere ſimpliciter, ſed ſolū operari ne fiat aliquid contra appellationem, vnde electores poſſunt ad actus omnes procedere, qui non ſunt contra appellationem. Ideò ſi aliqui electorum appellauerint ab electione ſi fieret per compromiſſum, & nihilominùs electores elegerint per compromiſſum, ſed electo volente conſentire, elegerint poſtea per ſcrutinium, electio valet, quia non eſt contra appellationem, immò fauet appellationi, & aliàs appellatio hæc extraiudicialis non impedit ſimpliciter procedere in cauſa, ſed ſolum impedit actus appellationi contrarios. *Gloſſ. in cap.cum nobis 19. de elect. v.innouari. Nono cap.bonæ, de appell.* & ibi *Panorm.num.10. Barboſa ad d cap.cum nobis nu.1. Sanchez l.3.opuſ.cap.vnic dub.32.n.14.*

8 Conſiderandum tamen, tunc præcipuè habere locum appellationem ab electione futura, cum in aliquo antecedente electionem aliquis ſe ſentit grauatum; vnde poteſt appellare ab eo, in quo grauatur, & ſimul proteſtari de nullitate electionis ex eo præcedente futuræ, & ab ea appellare ſi fiat. Sic enim ſupra Cap.18. num.39. dictum fuit, quòd vbi in ſcrutinio nominatus ſit indignus, vnde notorium ſit electionem ex eo ſcrutinio non habendam niſi nulliter, poſſe quemlibet electorum appellare à facto ſcrutinio, & ſimul à futura communi electione ſi fiat. Ita ſi elector non vocatus, ſed contemptus veniat poſt ſcrutinium ante communem electionem, & petat iterari ſcrutinium, ſi id non fiat, poteſt appellare ab electione habenda ex ſcrutinio illo, cui ille non interfuit, & debuit intereſſe.

9 Occaſione autem huius iterum pleniùs conſideratur, an in concurſu poſſint examinati appellare ab examinatorum relatione, & ex conſequenti à futura prouiſione, ex vi præcedentis examinis facienda. In hoc caſu enim puncto multæ ſunt Sacræ Congregationis, declarationes, & videri poſſet prima facie, quod eidem Sac. Congregationi contrariaretur Rota, quæ locis infra citandis, hanc appellationem admittit, quam Sac. Congreg. negat. Diſtinguendum igitur eſt primò inter beneficia curata, & beneficia ſimplicia. Nam in prouiſionibus Parochialium dicendum, quod ex vi Conſtitutionis, *in conferendis Pij Quinti*, non datur niſi facultas appellandi ab irrationabili iudicio Epiſcopi. Et ita cenſuit S.Congregatio relata à *Garzia par.9. cap.2.num.24.* ſub his verbis. *Ex Bulla Pij V. quæ incipit, In conferendis Congregatio reſpondit, non dari appellationem à reprobatione examinatorū, ſed duntaxat à mala Ordinarij electione.* Et ita docuerunt *Flam.Cechus, Genuen. Gratian. apud Garz. ibid.* At verò Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.18. ita ſtatuit. *Nec prædictorum examinatorū relationem, quo minùs executionem habeat, vlla deuolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam &c. interpoſita impediat, aut ſuſpendat.*

10 Hanc verò Concilij aſſertionem aliqui ita extendunt, vt intelligatur vniuerſaliter de appellatione tam deuolutiua, quàm ſuſpenſiua, ſic enim tenet *Garz. vbi ſupra num.242.* quem ſequitur *Pax Iordan. lib.10.tit.8.nu.187.* Sed econtra quòd licet non poſſit dari appellatio à relatione examinatorum, quantum ad effectum ſuſpenſiuum, dari tamen poſſit, quantum ad deuolutiuum ex *Campan. Salgado, & Maſſorb.* tenet *Barboſ.de off.Parochi c.2. num.138.& ad cap.18.ſeſſ.24.Concil.Trid. num.154.* vbi pro eadem ſententia refert eundem *Garz. in addit.ad num.245.cap.2. par.9. de benef.* Et quia pro hac ſententia habetur declaratio Sac. Congregat. data 7. Auguſt. 1600. quam refert *Garzias nu.245.* tenoris ſequentis. *Congregatio Concilij cenſuit a reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Eccleſiam vacantem, minus idoneum renunciarunt, dari appellationem ad effectum deuolutiuum non autem ſuſpenſiuum.* Et hoc idem declarauerat eadem Sac.Congregat. 4. Maij 1592. vt habetur apud *Garziam ibid.* ideò ipſa ſecunda ſententia relata præferenda eſt. Nam & verba Concilij ſupra relata, manifeſtè ſolùm deuolutionem ſuſpendentem, & impedientem executionem collationis Parochialis improbant.

11 Sed præterea illa aſſertio limitatur, vt non valeat in Iurepatronatus laico, cum patronus vnum ſolum præſentat. Hunc enim ſi ſit grauatus ab examinatoribus poſſe validè, quantùm ad vtrumque effectum appellare, ex *Garz. ibid num. 45.* docent *Barboſ.d.cap.2.num.138.& Pax Iord.vbi ſupra num. 188. 245.& 246.* Qui idem docent de eo, qui à Pōtifice eſt prouiſus ad Parochialem in forma dignum.

12 At loquendo de beneficijs ſimplicibus, cum ex lege ſpeciali debent conferri mediò concurſu, & examine, ab examinatorum relatione datur appellatio quantum ad vtrumque effectum. Decretum enim Concilij, & motum præfatum Pij Quinti debere intelligi de beneficijs curatis tradiderunt. *Gonzal.ad reg.8.gloſſ.q 184.Garz.par.9.cap.2 n.241. Rota in Calaguritana Beneficij 11. Maij 1648 coram Peutingero; & 6.Nouemb.1648. coram eodem, & 27. Nouemb.1648. coram Bichio, & 19. Februar.1649. coram D. Veroſpio, & 24. Ianuarij 1652. coram Reuerendiſſ. Papien. & plures aliæ. Rotæ ab iſtis citatæ.*

13 Quòd maximè verùm eſt, quando ad concurſum iudicialiter proceditur, quoniam in proceſſu iudiciali datur appellatio ad vtrumque effectum. *Rota deciſ.209.& 260. coram Eminentiſſ. Ottobono, & in Calaguritanis beneficij die 19. Februarij 1649. coram D.Veroſpio, & 24.& 26. Ianuar.1652. corā Reuerendiſſ.Papien.& 8.Mart.1652. corā D. Albergato,* & plures aliæ Rotæ ab iſtis relatæ. Tunc verò ſecundùm has Rotas iudicialiter proceditur cū proceditur per affixionem ædictorum, per citationem, per comparitionem plurium opponentium, per examen teſtium, per ſententiam declarantem oppoſitores habere requiſita ad hoc, vt concurrant ad aſſecutionē beneficij. Et per alios ſimiles actus, iuxta tradita in *cap forus, §.in omni quoque negotio, de verb.ſignif.*

14 Datur etiam appellatio quantum ad effectum deuolutiuum tātum a iudicio Epiſcopi. Quæ appellatio tamen non poteſt interponi per eum, qui fuit reiectus ab examinatoribus, niſi à relatione examinatorum appellauerit prius; quia Concilium

obli-

obligat Epiſcopum àd eligendum vnum ex approbatis, vnde nulli facit iniuriam, nec facit contra leges, ſi reijcit non approbatum. Sed ex approbatis, qui fuit ab Epiſcopo reiectus, poteſt à iudicio Epiſcopi appellare, iuxta ſibi conceſſa per motum proprium Pij Quinti, & poteſt præelectum ab Epiſcopo prouocare ad nouum examen, etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Epiſcopi, vt declarauit Sac. Congregatio Concilij in *Vrbinaten. 9. Septemb. 1628. & in vna Montis Regalis 2. Auguſti 1607. & in alia Piſana 17. Iunij* 1630. quas declarationes referunt *Barboſ. de offic. Parochi cap. 2. num. 148. & Pax Iordan. lib. 10. tit. 8. num. 257.* Nam immò hoc examen eſt neceſſarium ad cognoſcendum, an iudicium Epiſcopi fuerit irrationabile. Et ſi verò præelectus ab Epiſcopo cedat beneficio, vel moriatur, reiectus poteſt proſequi appellationem, & licet tunc præelectus, qui ceſſit beneficio, non ſit cogendus ad nouum examen, reiectus nihilominus poteſt aliunde probare ſuam maiorem habilitatem per proprium examen, & probationes aliarum qualitatum. *Garz. p. 9. cap. 2. num. 254. Pax Iordan. num. 231.* Ad hoc tamen, vt hæc appellatio ſortiatur effectum ſuum, & reiecto adiudicetur Parochia, neceſſe eſt, vt conſtet de dolo Epiſcopi in eo rijciendo, quia Pius Quintus concedit appellationem ſub cōditione doli, ibi, *conſtito de prioris eligentis irrationabili iudicio*, vt ex *Mareſc. Gonz. & Maſſorb.* aduertunt *Barb. de off. Epiſc. c. 5. n. 240. Pax. Iord. vbi ſup. nu. 231.* & tenuit *Rot. coram Greg. dec. 538. & coram Buratto dec. 625.* multū enim pro iudicio Epiſcopi, eſt præſumendum, vnde irrationabilitas, & dolus iudicij eius debet eſſe manifeſtus. Tunc tamen manifeſtus erit, ſi ex nouo examine conſiderata litteratura, & alijs qualitatibus is, qui fuit reiectus inuentus fuerit non quidem leuiter, ſed notabiliter magis idoneus. *Garz. num. 252. Pax Iordan. nu. 233.* Nouum enim examen eſt modus detegendi ſcientiā concurrentium, grauamen, & iniuſtitiam priorum examinatorum. *Rota deciſ. 527. num. 2. & 4. & dec. 538. num. 2.* & in alijs quas refert *Rota in Calagurritana beneficij 1. Iulij 1652. coram D. Zarata.*

16 Quamuis verò ad hoc, vt appellans vincat, debeat in nouo examine iudicari magis idoneus notabiliter, tamen in caſu, quod ex votis examinatorum diuiſis, & non conuenientibus inter ſe, non conſtaret, an appellans, vel appellatus eſſe magis idoneus tunc iudicem ad vnam examinatorum partem prout ſibi iuſtum fuerit poſſe accedere, vt ſupra cap. 30. dictum eſt de Epiſcopo in caſu, quod in prima inſtantia examinatores, in æquales partes diuiderentur, docet idem *Garz. numer. 252.* Ex quibus autem indicijs colligi poſſit dolus Epiſcopi, vnum præ alio præeligentis, docet *Riccius dec. 96. par. 4.* Et præcipuè, quod hic dolus colligitur ex familiaritate cum præelecto admonent. *Rota in Sabinen. concurſus 6. Aprilis 1609. coram Sacrata, & in Vrbinaten. Parochialis 12. Februarij 1629. coram Veroſpio, & in Rauennaten. Parochialis coram Arigaaio, Barboſ. de off. Parochi c. 2. n. 144. Pax Iord. vbi ſup. n. 235.*

17 Eſt verò circa huiuſmodi appellationes conſiderandum diſcrimen. Nam in ſecunda inſtantia, quantum ad vtrumque effectum appellari poteſt à judicio, & relatione examinatorum, Concilium enim prohibet appellare in prima inſtantia; cum primo Epiſcopus conuocat examinatores pro concurſu ad beneficia. Sed in iudicio appellationis, cum promotus cogitur ad nouum examen, ab hoc examine licet quantum ad vtrumque effectum appellare. *Garz. d. num. 252. in fine, Pax Iord. vbi ſupra num. 216.*

18 Et eodem modo licet in prima inſtantia à iudicio Epiſcopi non detur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, vt expreſsè decernitur in motu proprio Pij Quinti, tamen appellatio à ſententia iudicis, ad quem valet ad vtrumque effectum. *Garzias num. 247. Barboſ. num. 46. Pax Iord. num. 239. Rota par. 5. recent. dec. 537. ſeu deciſ. 22. coram Buratto, & ibid. Ferentill. & 538. coram Gregor. XV. & ibid. Beltram.* Vnde præelectus ab Epiſcopo, ſi à Iudice, ad quem reijciatur, & appellet, non ex eo priuatur beneficio, donec per tres ſententias conformes fuerit reiectus. Quod verum eſſe etiam ſi reuocatoria iudicij, & collationis factæ ab Ordinario proferatur in Curia, ita vt etiam tunc appellatio ſuſpendat illam ſententiam, ex *Rota in Barchinonen. Parochial. coram Buratto, quæ eſt dec. 537. p. 1. rec.* probat *Pax Iord. d. tr. tit. 8. n. 243.*

19 Conſiderāda igitur eſt vis appellationis, quia vbi appellatio habet vim nedum deuoluendi, ſed ſuſpendēdi, electio, vel collatio, vel inſtitutio, vel quodcunq; aliud, quod factū fuit contra appellationē eſt attentatum, & tanquā attentatū vires non habet, ſed eſt reuocandum. *Franc. in c. ad audientiam de appell. Cap. allegat. 1. n. 11. Lancell. de attent. p. 2. c. 11. n. 17. Alex. conſ. 99. num. 3. volum. 3 Caputaq. deciſ. 49. nu. 4. Guidopap. dec. 74. Cæſar de Graſſis dec. 2. num. 5. de appellat. Rota coram Duran. dec. 96. & dec. 169. nu. 2. & in Calagurit. beneficij 8. Nouemb. 1648. coram Pentingero, & 19. Februar. 1649. coram D. Veroſpio, & 24. & 26. Ianuar. 1652. coram Reuerendiſſ. Papien. & in alijs adductis in Auenionen. attentat. coram D. Celſo.*

20 Quamobrem in Curia vbi poſſeſſio beneficij ſit hoc modo attentata etiam in iudicio poſſeſſorio non manutenetur poſſidens in poſſeſſione. Sed Rota conſueuit ſequeſtrare beneficium, ne attētans commodo vitioſæ poſſeſſionis fruatur. *Caſſador. de reſtit. ſpol. dec 3. num. 7. Cæſar de Graſſis dec. 2. de appell. Rota in Calagurit. beneficij 24. & 26. Ianuarij coram Reuerendiſſ. Papien. & 19. Februar. 1649. coram D. Veroſpio,* & in multis alijs relatis ab iſtis, & in *Cremanen. Præpoſituræ 27. Iunij 1644. coram Eminentiſſ. Corrado.*

21 Cum verò ſupra dictum ſit, ex vi motus proprij Pij Quinti licere reiecto ab Epiſcopo prouocare præelectum ad nouum examen, aliqua circa huiuſmodi examen ſunt aduertenda. Et quidem primo conſiderandum eſt, quod cum habilitas promouendi haberi debeat tempore oppoſitionis, & collationis, nouum examen non iuuat reiectum, ſi fiat poſt multum temporis, vt poſt tempus vnius anni, vel anni cum dimidio, intra quod reiectus potuit addiſcere, & fieri habilis. Nihilominùs attēdi debet, quod licet reiectus ab Epiſcopo fuerit etiā reiectus ab examinatoribus, in quo caſu licet, reiectus ab examinatoribus in collatione Parochialis non poſſit ſimpliciter appellare à iudicio Epiſcopi, poteſt tamen iuxta prædicta appellare à relatione examinatorum appellatione deuolutiua, & hac appellatione ſuppoſita poteſt etiam appellare

à iu-

à iudicio Epiſcopi, tamen poteſt aliunde probare ſuam habilitatem, etiam pro illo tempore, & præcipuè ſi probet, ſe antea fuiſſe deputatum ad curã animarum, vel ſi fuit approbatus ad audiendas confeſſiones, & præcipuè in aliqua Vniuerſitate profeſſus fuit, & docuit publicè Canones, aut Theologiam; ex his enim habilitas de tempore præterito præſumitur, ſi poſtea examinatus coram Iudice appellationis inuentus fuerit ad beneficia curata idoneus. *Seraphin. deciſ. 968, num. 8. Rota in Calaguritanis beneficij* 10. *Aprilis* 1652. *coram Reuerendiſſ. Papien. & 8. Martij* 1652. *coram D. Alberg. & in alijs ibidem allegatis.* Præterea hæc diuturnitas temporis non nocet appellanti, ſi fuit impeditus, & per ipſũ non ſtetit, quin priùs nouo examini ſe ſubdiderit, vt quia fuit infirmus in medio tempore, vel ſi per præelectum ab Epiſcopo interpoſita fuere impedimẽta, non deficiente diligentia appellantis pro obtinendo nouo examine, vel alia ſimili exiſtente cauſa, ob quam in appellante nulla poteſt conſiderari mora, & affectatum impedimentum. In his enim caſibus diuturnitas non nocet reiecto, qui appellauit, vt pluribus citatis probatur in *Calaguritanis beneficij* 1. *Iulij* 1652. *coram D. Zarate, & 8. Martij* 1652. *coram Reuerendiſſ. Papien.* Vbi aſſeritur, quod nõ obſtãte lapſu vnius anni cum dimidio, eſt locus nouo examini, & quinimmò illud poſt 22. menſes factum approbauit. *Rota in Calaguritana de Murillo* 4. *Iunij* 1635. *coram Coccino. & in Calaguritana beneficiorum* 24. *Nouemb.* 1636. *coram Card. Panzir.*

22 Conſiderandum etiam eſt, valdè diſtingui examen, quod fit in prima inſtantia coram Epiſcopo, ab eo, quod fit in iudicio appellationis. Primum enim fieri debet a tribus examinatoribus ſynodalibus coram Epiſcopo, vt decernitur in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 18. & examen aliter factum eſt nullum: ſed examen, quod fit coram iudice appellationis, non fit neceſſariò coram examinatoribus ſynodalibus, nec medio concurſu, aut citatione, vt tradit *Rota in Calaguritana beneficiorum* 24. *Nouemb.* 1636. *coram Eminentiſs. Panzirolo*, quam refert, & ſequitur *Rota in Calagurit. beneficij* 14. *Febr.* 1650. *coram Arguelles.* Nihilominus ſi præelectus appellatus ſtatim poſt primum examen iudicialiter proteſtetur, ne ſtante prima relatione inhabilitatis reiecti deueniatur ad ſecundum examen, niſi eo legitimè citato, & facto verbo in Rota, hac proteſtatione contempta, ſi deueniatur ad ſecundum examen, illud eſt nullum, vt dixit *Rota in Calagurit. benef. de Logronno* 27. *Apr.* 1646. *coram Royas, & in Calag. benef. de Brinas* 11. *May* 1648. *coram Peutingero.*

23 Quamuis etiam hoc examen ex vi motus proprij Pij Quinti fieri debeat coram iudice appellationis; nihilominùs in prouiſionibus beneficiorum ſimplicium, quando fieri debeat præuio concurſu, & appellatum fuit à relatione examinatorũ, Rota aliquando ex cauſa ſubdelegauit iudicem, coram quo hoc examen fiat in partibus, *Rota in vna Calag.* 3. *Iulij* 1641. *coram Peutinger. & in Calagurit. beneficij de Ocan* 15. *Decembris* 1649. & 14. *Februarij* 1650. *coram Arguelles.* Vbi tamen noluit firmare regulam vniuerſalem, ſed decreuit ſubdelegationem habere locum in caſu illius deciſ. in quo nullus ex collitigantibus venerat ad Curiam, & dabatur magnus fumus grauaminis; ex quo reiectus fuerat à ſimplici beneficio, qui eadem die ab Epiſcopo ad curam animarum deputatus fuerat.

24 Quod autem ſupra dictum eſt, quòd appellatio iſta, etiam ſi ſit extraiudicialis ſuſpendit, *ita* vt acta contra appellationem ſint areuocda, iterum aſſeritur. Electio enim, poſtulatio, & prouiſio beneficiorum actus extraiudiciales ſunt, & ab eis extraiudicialiter appellatur. *cap. concertationi* 8. *de appellat. in* 6. vbi *Gemin. num.* 3. *Franc. num.* 1. *Imola in cap. final. de præſumpt. num.* 13. vbi *Panorm. nu.* 13. *Felin. num.* 22. 23. & 27. *Gonzalez in annot. contra nullit. num.* 15. Quamobrem quod aſſerit. *Lancell. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 5. ſcilicet, quòd valet collatio facta poſt appellationẽ extraiudicialem, ſeu etiã confirmatio: & quòd dictũ fuit à *Rota in Poſnanien. Abbatiæ die* 2. *Dec.* 1650. *n.* 4. *coram Emin. Ottob.* quod appellatio extraiudicialis non ligabat manus electorum, quo minùs ad electionem noui Abbatis legitimè procedere poſſent. Primo non probatur ex *c. conſtitutis* 23. *de appellat.* quod exaduerſo allegatur; ſed immò ex eo capite oppoſitum probatur. In caſu enim illius cap. cũ Archidiaconus, cum aliquibus vocalibus vellet eligere quendam, contradictum fuit à reliquis, ne eligeretur, quia eſſet excommunicatus, & appellatum fuit ab electione illius ſi fieret. Et nihilominùs Archid. ſpreta appellatione ad electionem illius proceſſit, & appellauit ab omni eo, quod fieret in contrarium ſuæ electinnis. Hac verò ſpreta appellatione reliqui alium elegerunt. Quibus ſtantibus Alexander Tertius decreuit, quòd ſi Archidiaconus non detulit priori appellationi, ſed poſt illam, & denunciationem excõmunicationis proceſſit ad electionem, non obſtante appellatione ab eo interpoſita electus à reliquis confirmatur. In hoc ergo textu præcipitur, vt non valeat factum poſt appellationem interpoſitam à futura electione. Et quod dicatur non habendam rationem ſecundæ appellationis interpoſitæ ab Archidiacono, hoc factum fuit, quia illa erat friuola, & non debebat attendi tanquam interpoſita à contemnente priorem legitimam appellationem, vt explicant. *Gloſſ.* ibi *v. non obſtante appellatione, Panor. num.* 1. *& alij DD. communiter.* Igitur ex eo textu expreſsè habetur, quòd electio facta poſt appellationem eſt caſſanda, etiam ſi eligentes iterum appellauerint ab huiuſmodi caſſatione; quia talis appellatio vim non habet, quæ contra appellationem legitimam fuit facta.

25 Et præterea quàmuis controuerſum ſit, an geſta appellatione extraiudiciali pendente ſint attentata, & caſſanda, quidquid ſit de hac controuerſia, hoc pro comperto habetur, quod geſta poſt & contra appellationem extraiudicialem caſſanda ſunt. Quod præter *DD. ſupra num.* 7. *citatos* tenent *Panorm. in cap. cum nobis* 19. *de elect. numer.* 7. & 8. hoc latè explicans ex *Innoc.* & iterum *in cap. dilecti* 13. *numer.* 4. *de maior, & obed. Franc. in dict. cap. num.* 4. *& cap. conſtitutus num.* 10. *& in cap. bonæ nu.* 29. *de appellat. Dec. in cap. cum nobis de elect. & ex Imola, Butria, & Alex. Achil. de Graſſ. deciſ.* 32. *n.* 1. *& deciſ.* 34. *Buratt. exaduerſa citatus, deciſ.* 859. *nu.* 5. *Seraphin. deciſ.* 397. *num.* 1. *& ex Maranta, & Villalobos, Lancellott. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 3. *num.* 10. & ex

Valenzuela, *Paulo de Caſtro*, *& Perlera*, *Barboſa par.2.voto* 35.*num.*75.*& ſequent. Eminentiſſ. Ottobonus deciſ.*29. *num.*54. fauet valde *cap. ſi poſtquam de elect.in* 6. Vbi nulla decernitur confirmatio ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias poſt appellationem ab electione factam ad Sedem Apoſtolicam.

26 Nam & quamuis diſputetur, an geſta contra appellationem iudicialem prius, & ante omnia ſint reuocanda tanquam attentata, tamen ſaltem hoc eſt indubitatum ea debere reuocari, poſtquam conſtiterit appellationem eſſe iuſtificatam. *Rota deciſ.*44.*num.*1.*de appellat.in nouis*, & ex pluribus citatis. *Lancellot.par.*2.*cap.*12.*limit.*3.*num.*17.*Seraph. deciſ.*397.*num.*1.*Burat. deciſ.*771.*num.* 5. & ex *Mil. & Couar. Eminentiſſ.Ottobonus deciſ.*29.*num.*56.*Barboſa d.voto* 35.*num.*79. Quamobrem dicendum eſt, appellationem extraiudicialem modo dicto ſuſpendere, & ita quod, ſi alias ſit rationabiliter interpoſita in materia electionis, ſuſpendat, & geſta poſt illam, & contra illam ſint reuocanda ſaltem poſtquam appellatio fuerit iuſtificata.

27 Et hinc eſt, quòd vbi, quis grauatur, & appellat ab actu præambulo, & qui eſt de ſubſtantia, ſeu forma vel ex iuſtitia præmittendus electioni, & appellat ſimul à futura electione, ſi hæc fiat poſt, & contra appellationem, eſt caſſanda. Sic ſi aliquis iniuſte reiectus fuerit à cócurſu ad aliquod beneficium, poteſt ab hoc appellare. Nam non poteſt Epiſcopus determinare numerum concurrétium ad Parochiales, cum omnes habeant ius ad examen ſubeundum, & concurrendum. *Garz. p.*9. *c.*2.*n.*100.*Barboſ.ad ſeſſ.*24.*cap.*18.*de reform. Concil. Trid.n.*63.*& ex Riccio Emin.Ottobonus dec.*37.*n.*4.

28 Pariter, ſi quis habens iam acquiſitum ius aliquod ad electionem appellet à iudicio per quod ob exceptionem ætatis, vel alterius qualitatis declaratur inhabilis ad electionem, ſi appellatione pendente alius eligatur, electio eſt attentata, & reuocanda ſaltem, vbi iuſtificata fuerit appellatio. *Eminentiſs.Ottobonus deciſ.* 19. *num.*52. *& deciſ.* 37. *num.*31.

29 Supponit verò hæc doctrina, quòd appellans habeat ius ad electionem futuram, ſicuti contigerat in caſu dictar. deciſion. 19. & 37. coram *Emin.Ottob.* Nam vt habetur ex *deciſ.*19.*n.*41. & ſequent. Capitulum per ſcrutinium habitum, & ex vi & modo admittendi eligendos ad concurſum, & ſcrutandi illos tenebatur ex contractu eligere vnum ex approbatis in ſcrutinio. Et quia Capitulum Toletanum de quo ibi eſt ſermo, poſt admiſſionem duorum in ſcrutinio, ſecundo declarauerat vnum ex illis inhabilem ob defectum ætatis, Et ille appellauerat ab hac declaratione, & nihilominùs Capitulum pendente appellatione alterum ex illis duobus finaliter elegerat, hæc electio fuit adiudicata nulla. Collegium, igitur electorum per actus præambulos ad electionem poteſt liberè ex contractu ſe coarctare ad determinatas perſonas eligendas prout in deciſionibus latè probatur, quo ſtante ſi aliqua ex his perſonis grauatur in aliquo, poteſt appellare, & pendente appellatione, ſi fiat electio eſt attentata.

30 Quod non contingeret, ſi appellans non haberet ius, vt eligeretur. Nam licet verum ſit, quòd licet appellare à declaratione inhabilitatis, & hæc appellatio ſuſpendit quantum ad vtrumque effectũ, vt ex *Menoch.de adipiſcend.remed.*4.*num.*824.*Gonzalez in annotat. contra nullit. & attent. num.* 187. *& ſequent. Rota in Meleuitana Mareſcialatus* 26. *Maij* 1642. *coram D.Decano probatur in d dec.*19.*num.*55. *Emin. Ottoboni*. Tamen ſi declaratus inhabilis non habet ius, vt eligatur, appellatio non valebit ad infringendum electionem factam ea appellatione pédente: quia non fit illi iniuria, ſi non eligitur ipſe, ſed alius, cum non habeat ius, vt eligatur. Econtra verò, ſi quis ex coarctatione aliqua iam habet ius vt eligatur, nimirum eſt de numero eorum, ex quibus neceſſariò vnus eligi debet, ſi contra illum excipitur, & de eius habilitate diſputatur, & litigatur, non poteſt deueniri ad electionem lite non terminata, & ſi fiat electio eſt attentata, & debet caſſari, vt ex *Innoc.in cap.auditis* 29.*de elect.num.*2. *Lancellot.de attent.p.*2.*c.*4. *lim.*22. *n.*10.*&* 11.*Ferret. conſ.*292.*n.*15.*Pariſ.de benef. l.*3.*q.*17.*n.*123. *&* 147. *probatur in d.deciſ.*19.*n.*51. *& dec.*37. *n.*31. & fauet non parum *cap. cum dilectus* 32.*de elect.& c.ſi forte* 11. *eod.tit.in* 6.

31 Obiter verò ex eiſdem deciſionibus adnotatur, quòd cum ex duobus ad quos Capitulum Toletanum ſe coarctauerat, ille, qui nulliter & attentatè electus fuerat, ſcilicet Io:Becerra mortuus fuerit lite adhuc pendente, & ſolus alter Michael Ferrer, qui ab electione Io: appellauerat ſupráuixerit, meritò *Rota in vi capitis Auditor* 3.*de reſcrip.* contulit eidem Michaeli Canonicatum, quia vbi ad duos electio eſt coarctata, vno ex illis deficiente alter cenſetur electus de iure. *Garz.p.*9. *cap.*2.*n.*221. *& p.*5. *cap.*4.*n.*212.*poſt Bartolum*, *& Decium*. Nam electio ad duos coarctata per mortem vnius remanet neceſſaria in ſuperſtite, *Rota dec.* 342. *num.*3. *&* 9. *par.* 3. *recent. & in Aquitanien. Prioratus* 22. *Februarij* 1613. *coram*. Vnde bene ſupra dictum fuit, quòd vbi remaneat vnus ſolus eligendus de collegio, licet ille non debeat eligere ſe ipſum, eſt tamen vel electus à iure, vel á ſuperiore eligendus. Quantum verò ad ſecundum dubium, dicitur non obſtante quòd Generales Ordinum, eo ipſo quòd ſunt electi, ſint etiam confirmati; nihilominùs ſicut contra collationem ſeu promotionem ad beneficia, & Prælaturas, ſic contra Generalium electionem poteſt interponi appellatio. Conueniunt enim collatio & electio ipſo iure confirmata, quòd ex vi vtriuſque tam promotus, quam confirmatus acquirit ius in re, & obtinet Prælaturam, vel beneficium tanquam proprium. Sed nihilominus ius iſtud in ſui initio eſt conditionatum, & acquiritur ſaluo iure opponendi, & agendi illorum, qui habent intereſſe, ſi infra tempus appellent. Ideò & à collatione Prælaturæ, & ab electione ipſo facto cófirmata datur appellatio. Electio igitur Generalis ipſo facto confirmata ſe habet vt ſententia, quæ antequam tranſeat in iudicatum, dat ius conditionatum ſine præiudicio ligitimæ appellationis. Ideò ab electione Generalis poteſt appellari. *Sigiſmun.de Bonon.dub.*46.*num.*1.

32 Nec obſtat quia confirmatione facta, non eſt audiendus, qui opponere velit electioni. *Panor. in cap.fin.qui matri accuſ. & in cum olim de cauſ. poſſeſſ.Biax par.*3.*cap.*45.*nn.*3.*Cuch.tit.de confirm.n.*43. electio verò Generalis ſtatim eſt confirmata, quia

primò

ptimò dicitur, doctrinam illam locum habere, vbi confirmationem præceſſit competens terminus datus ad opponendum electioni: & dicitur ſecundò, quòd adhuc intra terminum iuris poſſunt, qui ſe ſentiunt grauati appellare à confirmatione, & ſic etiam ex conſequenti ſe opponere electioni. Confirmatio enim quædam ſententia eſt, à qua poteſt appellari, ſi grauar, vt magis probatur infra. Tertium dubium expedietur infra, vbi tractabitur de appellatione in aliquibus Religionibus à negata confirmatione; nunc enim de appellatione ab electione eſt ſermo. Et interim aduertitur, quòd licet in *Clem. Exiui de verbor. ſignific.* ſtatuatur pro Ordine Minorum, vt Generalis Miniſtrum Prouincialem confirmet nulla exceptione, & contradictione alterius partis obſtante, ſermo eſt de exceptione zeli ad zelum, & meriti ad meritum, quam Pontifex noluit, vt haberetur in conſideratione, non verò loquitur de exceptione nullitatis. Et ideò *Francus in d. cap. ſi quando num. 2.* notat ex textu, quòd vbi per legem, & ſtatutum prohibeatur, quòd poſſit opponi aliqua exceptio, non intelligitur de exceptione nullitatis, quòd & tenuerunt *Domin. ibid. & Bartol. ff. quod vi, aut clam. l. 1. §. 1. & ff. de re iudic. lib. 4. §. condemnatum, & Gloſſ. in Clem. 1. de ſequeſt. poſſeſſ.* Et ſic de nullitate poteſt opponi contra quamcumque electione.

S V M M A R I V M.

1 *Non appellat, niſi is cuius intereſt. nu. 33.*
2 *Electus renuncians non appellat. n. 33.*
3 *Electus non appellat, ne eligatur. n. 33.*
4 *Vbi plures Eccleſiæ eligunt, quælibet poteſt appellare. n. 33.*
5 *Ab electione poteſt appellare populus, & quilibet de populo, vel de Conuentu, & non ſoli vocales. num. 33.*
6 *Ab electione poteſt appellare, qui ex ea grauatur. num 33.*
7 *Ab electione à ſe facta nullus poteſt appellare, niſi ex ſuperueniente cauſa, vel ex antiqua ignorata. num. 34.*
8 *Tertia pars nō poteſt electioni factæ à duabus partibus opponere id, quod extenuet eius vota, ſed ſolum id, quod ea annullet, exceptis quibuſdam caſibus. n. 35. & 36.*
9 *Appellatus poteſt proſequi appellationem, etiam ſibi non intimatam. n. 37.*

33 QVæritur ſecundò, quis poſſit opponere electioni, & ab ea appellare? Dubium autem hic eſſe poteſt ex triplici capite. Primum an ſoli electores poſſint ſe opponere electioni? Secundum, an omnes electores id facere poſſint, etiam illi, qui ad fauorem electi votum dederunt? Tertium, an aliqui qui non elegerunt, electioni poſſint contradicere? Præſuppoſito igitur, quòd is ſolus poteſt ab electione appellare, qui in ea habet aliquod intereſſe. *cap. cum inter 16.* vbi *Panorm. num. 3. Innoc. num. 4. Barboſ. num. 1. & cap. quod ſicut.* vbi *Barboſa num. 1. de elect.* Vnde electus renuncians non poteſt appellare. Immò electus non poteſt appellare, ne iterum eligatur. At verò vbi plures Eccleſiæ habeat ius eligendi omnes, poſſunt proſequi iudicium electionis. *Panorm. in cap. vt præterita 45. de elect. num. 3.* vnde vna poteſt contra electionem alterius appellare, ſi ſe ſentiat grauatam. Nam omnis, & ſolus ille poteſt appellare ab electione, qui in ea habet intereſſe, & vel ſentit ſe eſſe grauatum, vel timet probabiliter grauamen. Quantum ad primum dubiū. *Caſtell. de elect. c. 16. n. 4.* cui conſentit *Camillus in direct. cap. 16.* ait, quòd appellatio interpoſita ab eo, qui non eſt de numero eligentium, non eſt attendenda, quod probat ex *tit. de elect. cap. cum inter, & Bur. ibid. num. 14. & ex cap. quod ſicut, de elect. Lanor. cap. 19. num. 129.* Sed dicendum eſt, quòd nedum illi, qui ſunt de numero eligentium, ſed omnes, illi qui ſunt ſubiecti Prælato electo poſſunt ſe opponere electioni, & ab illa appellare. Poſſunt enim appellare omnes quorū intereſt, & qui ſe ſentiunt grauati. *c. cum inter 16. de elect.* Ex mali Prælati electione autem grauantur omnes, qui illi ſubiecti ſunt, & ſunt de corpore Eccleſiæ, cui ille præeſt, ideò pro eorum intereſſe opponere poſſunt electioni ſui Prælati, & à grauamine ſibi illato appellare, etiam ſi electio ſit vnanimis, ſi ea vnanimi electorū electione grauantur. *Gemin. in cap. vt circa §. 1. de elect. in 6. Felin. de accuſ. cap. ſuper his num. 14. & 15.* & ibi *Ananias. Foller. in praxi par. 2. verſ. aut criminibus ſpecifican, num. 6. Cuch. tit. de elect. num. 13. Sigiſm. de elect. dub. 46. nu. 7. Auendan. de exequend. mandatis p. 1. cap. 19. num. 27. Azeued. Burg. de Pace, Matienſ. Bobadil. Cabed.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ad cap. vt circa 4. de elect. in 6.* Et habetur ex cap. *quod ſicut*, vbi Principi pro ſuo intereſſe conceditur poſſe appellare ab electione. *Peyr. to. 3. Priuil. cap. 9. num. 3.* & apud eum *Innoc. in cap. ſuper his de accuſ. num. 8. Felin. num. 6. Panorm. num. 13. & in cap. quod ſicut nu. 7. Samuel. tract. 1. diſp. 8. contr. 8. num. 1.*

34 Ad ſecundum dubium dicitur, regulam generalem eſſe, vt nullus electioni à ſe factæ poſſit ſe opponere, niſi, vel ex noua ſuperueniente cauſa, vel ex antiqua prius ignorata. Ita enim decernitur expreſsè, in *cap. nulli 8. de elect. in 6. vbi Gloſſ. Io. Andr. Gemin. Francus, & alij DD. Panorm. cap. innotuit 20. de elect. num. 12. & in d. cap. nulli.* Etiam ſtatuitur, vt de hac ignorantia, is qui ſe opponit fidem faciat ſuo iuramento. Vnde qui ſuffragatus fuit in alicuius electione, vel electioni de eo factæ conſenſit, non poteſt opponere illi electioni, aut contra formam, aut contra electum, vel ab ea appellare, niſi ex noua ſuperueniente cauſa, vel quia poſt electionem, aut conſenſum datum improbitas electi, aut alius eiuſdem defectus, antea occultus in eius notitiam venit. Ita *Francus in dict. cap. nulli. num. 2. Panorm. in cap. innotuit de elect. nu. 12. & 13. Caſtell. de elect. cap. 16. num. 6. Peyr. in ſub. q. 1. cap. 31. §. 12. Lancell. inſtit. Canon. lib. 1. tit. 7. de elect. Lanor. cap. 19. num. 118. Layman. in quæſt. Canon. de electione q. 116. Vinian. Alag. & Ximen.* quos citat, & refert *Barboſ. ad d. cap. Nulli num. 1.* Electorem verò hanc hanc ignorantiam poſſe probare iuramento idem textus determinat, ex quo textu ignorantiam, ex quo in animo ſit probari iuramento colligunt DD. quorum plures refert *Barboſa ibi nu. 1.* Addit verò *Samuel tract. 1. diſp. 8. contr. 5. num. 6.* quod ſi electores in reclamando contra electionem ab illis habitam dicant, ſe fuiſſe deceptos amore, vel pre-

tio, aut promiſſis, ſeu minis inductos elegiſſe, non ſunt audiendi. *cap.1. de confeſſ.* Et cum ſponte ad teſtificandum accedant, eis non eſt credendum. *Innoc. cap. cum dilecti num.8. de elect. Maſcard. de probat.*

35 Ad tertium dicitur, quòd minor pars eligentium ſi ſit duplo minor non poteſt opponere aliquid, quòd ſolum extenuet vota maioris partis, ſed bene poteſt opponere ſi aliquid eſt, quod eiuſdem maioris partis vota annullet. Ita decernitur, *cap.ſi quando 9. de elect.in 6.* Dicitur autem pars duplo minor pars tertia reſpectu duarum partium ex tribus ſecundùm *Gloſſ.in v.intelligo, Io.Andream,& Francum num.1.* Tertia ergo pars non poteſt opponere electioni aliquid, quod ſolùm extenuet valorem votorum, nimirũ minorem zelum in alijs electoribus fuiſſe, vel minorem nobilitatem, aut gradum, vt quod illi electores non ſint magiſtri, aut nobiles, aut in Prælaturis experti, aut quodcumque aliud ſimile, quod poſſit imminuere vim, & dignitatem votorum duplo maioris partis, *Lauorius cap.19. num.116.* ſed bene poteſt opponere, ſi aliquid eſt, quòd vota irritet, vt quòd electores non habeant ætatem, vel ordinem, vel aliquam qualitatem neceſſariam ad valorem electionis. *cap.ſi quando, & cap.indemnitatibus, §.ſanè* vbi *Gloſſ. Lauorius num.117.*

36 Hæc verò regula limitatur, vt vera ſit facta electione, propter verbũ textus, duabus electionibus celebratis, vnde ante electionem pars tertia poteſt opponere etiam id, quod poſſit ſolum minuere vota. *Gloſſ.v.opponendi, Franc.num.2.* Item limitatur, vt vera ſit, vbi duæ electiones celebrantur vnico contextu, non verò ex interuallo. *Gloſſ.v.celebratis, Archid. Io.Andr. & Francus num. 2.* Item limitatur tertiò, vt non ſit vera, ſi tertia pars non elegit, ſed ſolùm duæ partes elegerunt. Tunc enim tertia pars, quæ non elegit, poteſt electioni factæ à duabus partibus opponere etiam ea, quæ poſſint attenuare vim & dignitatem votorum. *Franc.nu.2.* Limitari poſſe etiam videbitur forſan alicui, vt regula valeat ſolum de electoribus, non verò de electo. Sed eam valere de vtriſque ex *Gulielmo* probat *Gloſſ.v. interdicimus.* Nam in textu interdicitur parti tertiæ oppoſitio, quæ poſſit extenuare etiam meritum, quod quidem potiùs reſpicit perſonam electi, quàm electorum.

37 Tandem conſiderandum, quòd ſi interſit appellato proſequi appellationem, ipſe poteſt illam proſequi, etiam ſi ſibi non fuerit intimata, & etiam procedendo per contradictas, vt habet *Rota dec.1. de elect.in nouis.*

S V M M A R I V M.

1 *Poſt confirmationem non licet excipere contra electionem. nu.38.*
2 *Poteſt poſt confirmationem excipi contra electionem, ſi non fuit ex negligentia, quod non fuerit prius exceptum. n.38.*
3 *Poſt confirmationem non audiuntur afferentes iam diſcuſſa, & examinata. n.38.*
4 *Ante, & poſt electionem infra terminum iuris datur appellatio. n.39.*
5 *Qui adhærere vult appellationi, id facere debet intra terminum iuris. n.39.*
6 *In proſecutione appellationis ab electione ſeruandus text.cap.47.de elect.in 6. n.39.*
7 *Confirmator debet apponentes citare, & cauſam diſcutere. n.39.*
8 *Cauſæ diſcuſſio de ſubſtantia eſt, vbi eſt contradictor. n.39.*
9 *Et etiam vbi non eſt contradictor, & adeſt aliquis fumus contra electianem. n.39.*
10 *Et etiam vbi electus eſt ignotus. n.39.*
11 *Vbi tamen poſt citatianem nulla eſt contradictio, & aliunde nihil obijcitur, vel inſurgit contra electũ. cauſa eſt ſatis diſcuſſa. n.39.*
12 *Competitor, et oppoſitores perſonaliter ſunt citandi. n.40.*
13 *Vbi oppoſitores ſint incerti, et non poſſunt ſciri, citantur per edictum generale. n.40.*
14 *Hæc citatio debet fieri in Eccleſia, cuius Prælatus eligitur. n.40.*
15 *Citatio per edictum generale neceſſaria, etiam vbi electio facta eſt in concordia. n.40.*
16 *Debet conſtare de affixione, & de reaffixione edicti, n.40.*
17 *Non ſufficit ad hoc dictum Notarij ſine teſtibus. num.40.*
18 *Non eſt neceſſarium, quod edictum maneat affixum per totum tempus termini in eo præſcripti. num.40.*
19 *Citatio per edictum neceſsaria, etiam vbi eſt competitor, & oppaſitar certus. n.41.*
20 *Citatio eſt neceſsaria, etiam in præſentatione. numer.42.*
21 *Et inſtitutio nulla, ſi non præmiſsa citatio. numer.43.*
22 *Lex irritans confirmationem, ſi non ſit præmiſsa citatio, non eſt pœnalis, ſed conditionalis. num.44.*
23 *Etiam in præſentatione ad beneficia ſimplicia neceſſaria citatio. n.44.*
24 *Vbi ſunt certi patrani diſtincti ab eo, qui præſentauit, eſt neceſsaria citatio perſonalis. n.44.*
25 *Niſi oppoſitum ſit de conſuetudine. n.44.*
26 *Canſuetudo iſta ſufficit, vt ſit decennalis. num.44.*
27 *Citatio neceſsaria, etiam ſi præſentatio fiat in concordia. n.45.*
28 *Et tot citationes ſunt neceſsariæ, quot ſunt præſentationes. n.45.*
29 *Citatio & forma cap.fin.de elect in 6. non eſt neceſsaria in beneficijs ſimplicibus liberæ collationis. n.46.*
30 *An caſsatio facta non præmiſsa citatione eſt valida. num.47.*
31 *Appellans debet intra terminum ſtatutum in citatione deducere ſua iura. n.48.*
32 *Re integra poſt terminum edicti audietur, qui habet intereſse. n.49.*
33 *Si patronus alius poſt terminum edicti præſentet, debet audiri. n.50.*
34 *In præſentatiane appellationis ad Sedem Apoſtolicam non ſeruatur forma cap.47. ſeu fin.de elect. in ſexto, ſed forma cap. Cupientes. n.48. eod.tit. num.51.*
35 *Appellans ab electione ad Sedem Apoſtalicam, & electus debent intra menſem arripere iter ad Curiam, & intra terminum ſtatutum in d. cap. Cupientes ſua iura deducere. n.52. 53.*

Appel-

36 *Appellans ab electione ad Sedem Apoſtolicam ipſo iure citatur. n.53.*

37 *Si plures ſunt opponentes, duo ad minus venire debeat Romam. n.53.*

38 *Contumacia opponentium punitur priuatione proſecutionis in cauſa, & ſuſpenſione beneficiorum per triennium. n.53.*

39 *Etiam opponentes poſtulationi præfata ſeruare debent. n.53.*

40 *Pœna hæc non eſt latæ ſententiæ. n 54.*

41 *Ex eo, quod opponentes priuantur proſecutione in cauſa, non fit præiudicium iuſtitiæ, quia iudex ex officio procedit. n.54.*

42 *Priuati à proſecutione cauſæ poſſunt denunciare. num.54.*

43 *Poſſunt qui appellauerunt ſine punitione recedere via legitima ab appellatione. n.54.*

44 *Priuati proſecutione cauſæ non poſſunt allegare. num.54.*

45 *Determinatio cap. Cupientes in appellationibus Regularium ad Sedem Apoſtolicam non eſt in vſu. num.55.*

46 *Apud Regulares omnes nec eſt in vſu decretum cap. fin. de elect. in 6. ſed ſuis ſtatutis Religiones reguntur. n.56.*

47 *In Ordine Prædic. non poſſunt fieri proteſtationes contra electionem iam factam, niſi ſuper defectibus qui in ipſo actu electionis commiſſi ſunt, vel ſuper defectibus electi. n.56.*

48 *In eadem Ord. prohibitum eſt electum, vel opponentes venire perſonaliter ad Confirmatorem ſine ſpeciali licentia, n.56.*

49 *Scrutinia in eadem Ordin. mittenda per Tabellarios. n.56.*

50 *Proteſtationes in ead. Ord. mittendæ ſimul cum ſcrutinio. n.56.*

51 *In eadem Ord. ab electione iam facta poteſt intra terminum iuris appellari. n.56.*

52 *Confirmator attentat, ſi electionem confirmat intra terminum iuris ad appellandum. num 56.*

38 QVæritur tertiò. Quando liceat ſe opponere electioni, & ab ea appellare? Eſt autem circa hoc regula prima, vt poſt confirmationem non liceat ampliùs opponere electioni, & ſi quis opponat, eum non eſſe audiendum. Quod præter *DD. ſupra num.9. citatos* tenent *Mandagot. de elect. 3.p.c.60.& ibid. Boer. Caſtell. de elect. cap.16.num.5.* Excipitur tamen caſus; in quo nulla negligentia, vel culpa notari poſſit in opponentibus; quia vel infirmitate impediti fuerunt, ne priùs opponerent; vel quia erant abſentes non habuerunt notitiam electionis, ante confirmationem. *Sigiſm. de Bonon. d.dub.46.num.5.* Et nihilominùs etiam in hoc caſu, ſi nihil noui affertur, quod ante confirmationem non fuerit propoſitum, & diſcuſſum, non debent nouiter opponentes audiri. *Biax in direct.p.3.c.45. Cuch. inſtit. maior. tit. de confirm. num.4. Sigiſm. vbi ſupra.*

39 Aliàs verò diſtingui debet tempus appellãdi, à tempore proſequendi appellationem. Nam poſſunt, qui volunt opponere, proteſtari, & appellare etiam ante electionem celebratam, vt ſupra dictum eſt, & poſt eam de iure communi poſſunt appellare intra terminum iuris, qui eſt terminus decem dierum à notitia ſententiæ, aut grauaminis. Et qui appellationi ab alijs interpoſitæ adhærere volunt, intra hunc terminum id præſtare debent aliàs non ſunt audiendi. *Tiraquell. de retract. lign. §.1. gloſ.10. num.89. Guttier. de iuram. confirm. par.1. cap.49. num.6. Barboſa ad c. vt circa num.18. de elect. in ſexto.*

40 Loquendo autem de proſecutione appellationis, & diſcuſſione negotij, diſtinguendum eſt; quia vel loquimur, vbi Confirmator eſt alius à Papa, vel vbi electio eſt à Papa confirmanda. Vbi enim electio extra Curiam Romanam eſt habenda, ſeruanda eſt forma. *cap. quoniam 47. & vltimi de elect. in ſexto.* Circa quod plura conſideranda ſunt. Primum quòd in eo duo ſtatuuntur neceſſariò præmittenda ante confirmationẽ, ex parte confirmantis, ſcilicet vocatio opponentium, & cauſæ diſcuſſio. Vtrumque autem bonum copulatiuè requiri, & non ſufficere vocationem habentium intereſſe, ſed requiri etiam diſcuſſionem cauſæ probat. *Francus num.1.* Et quod quidem eſt indubitatum, vbi confirmatio eſt contentioſa. Sed vbi nullus appareat contradictor, adhuc quòd confirmator debeat procedere ex officio, & inquirere, & cauſa cognita confirmare docet idem *Francus*, ſed negant *Lap. ad d.cap.fin. & Io. Andr. in c. Quod ſicut, eod. tit. circa medium.* Et hoc mihi videtur rationabilius in eo caſu, in quo neque ex decreto electionis, nec aliunde apparet aliquis defectus in electione, vel electo, & ex citatis nullus cõtradicit, ſatis enim tunc cauſa eſt diſcuſſa. Si tamen Confirmatori aliunde innoteſceret aliquis defectus, teneretur etiam ex officio inquirere, ne indignus confirmaretur, & maximè ſi eſſet defectus irritans ipſo facto confirmationem. *Nauar. conſ.2. de elect. Sayr. eod. tit. deciſ.1. Sylu. v. confirmatio num.4. Sigiſm. à Bonon. dub.46. nu.8. & d.47. nu.7. Lauor. tit.4. cap.25. num.59. Barboſa lib.1. de iure Eccleſ. num.251.* Et ſi in hoc caſu deficeret cauſæ diſcuſſio, eſſet irrita confirmatio ex vi dicti textus, qui requirit cauſæ cognitionem nedum ad inſtantiam contradictorum, ſed ne non diſcuſſo negotio per repentinam confirmationem contra doctrinam Apoſt. in 1. ad Tim. 5. imponat manum electo. Vnde vbi electus eſſet ignotus bene habet doctrina Franchi, vt Confirmator teneatur ex officio inquirere, & negotium diſcutere, & ignotum non confirmare.

41 Vocatio autem, ſeu citatio in duobus caſibus debet eſſe perſonalis ex vi dicti textus, ſcilicet ſi ſit competitor, ſcilicet alius coelectus, & ſecundò ſi ſit aliquis oppoſitor. Iſti enim perſonaliter ſunt citãdi. Et vlteriùs ſiue cõpetitor, & oppoſitor ſint ſiue non ſint, per edictũ generale debẽt citari omnes intereſſe habentes præfixo competenti termino temporis, vt in eo ſe opponant, & deducant ſua iura aliter confirmatio eſt ipſo iure nulla. Aduertit vero *Franc. num.2.* quòd ſi ſint qui opponant electioni; ſed ſint incerti, quia non apparent, vel quia ignorantur, & veriſimiliter non poſſunt ſciri, ſufficit quod citentur per edictum generale. Hoc autem edictum regulariter fieri debet in Eccleſia, ad quam fit electio, vnde ſi contingat, quòd vna Eccleſia eligat Prælatum alterius Eccleſiæ, tunc Paulus, quem ſequuntur *Archid. Io. Andr. Gemin. nu.14. Franc. n.3.* inquit, quòd citatio debet fieri non in Eccleſia illa, quæ

actiuè

Digitized by Google

actiuè eligit, ſed in Eccleſia ad quam regendam Prælatus eligitur. Et ita illa clauſula textus, *in qua ſit electio*, debet intelligi paſſiue, non actiue, nimirum, vt ſit ſenſus in qua fit electio, ideſt cuius Rector & Prælatus eligitur. Et huiuſmodi edicta fieri debent, etiam ſi electio facta fuerit in concordia, quia textus ſine limitatione loquitur *Lambertin. de iure patronat. l. 2. p. 2. q. 6. Lotter. l. 2. q. 13. a. numer. 20. Lauor. tit. 4. c. 25 num. 52. Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. nu.* 251. Et debet conſtare nedum de affixione & lectione edictorum, ſed etiam de reaffixione, & ſic quòd ibi fuerint lecta atque dimiſſa per aliquot temporis ſpatium. *Rota deciſ. 325. nu. 6 l. 3. p. 3. diuerſ. & deciſ. 624. nu. 10. p. 1. recent. Lotter. d. q. 13. a num.* 47. De qua publicatione non ſtatur ſimplici atteſtationi Notarij ſine teſtibus. *Rota apud Put. deciſ. 5. lib.* 3. Quod verò huiuſmodi edicta debeant manere affixa per totum terminum in illis aſſignatum tradiderunt quidam apud *Pax Iordan. lib. 10. tit. 8. nu. 37. & tit. 9. n. 2.* Sed communiter DD. hanc neceſſitatem non agnoſcunt.

42 Sed numquid ſi eſt coelectus, vel oppoſitor, nihilominus citandi ſunt quicumque intereſſe habentes per edictum generale? Ex *Io. Andr.* negat *Geminianus num.* 11. fundari in verbo illo textus. Aliàs verò generaliter; ſenſus enim eſt, quòd ſolùm vbi non eſt coelectus, vel oppoſitor debet fieri vocatio per edictum generale. Sed oppoſitum eſt dicendum ſpectato textu, qui duas partes habet. In prima decernit, vt non fiat confirmatio niſi vocatione, & diſcuſſione cauſæ præmiſſis, & irritat confirmationem aliter factam. Et in hac parte ſine dubio loquitur de vocatione illorum, qui in electione, & confirmatione intereſſe habent. In ſecunda autem parte loquitur de modo vocationis, & decernit quòd coelectus, & oppoſitores nominatim vocentur, aliàs verò fiat vocatio per edictum generale; Itaque verbum illud *aliàs* non refert ſubſtantiam vocationis, quia omnes vocandi ſunt, ſed refert vocationis modum, & eſt ſenſus, quòd reſpectu aliorum citatio fieri debet per edictum generale.

43 Hunc textum verò habere locum etiam in præſentatione, ita vt nec præſentatio acceptari poſſit, niſi vocatis vt ſupra haebntibus intereſſe, & ita vt præſentati inſtitutio nulla ſit, ſi aliter fiat tradiderunt *Francus nu. 5. ex Io. Andr. Gemin. nu. 17. Rota apud Put. deciſ. 306. aliàs 297. lib. 1. in correctis, & deciſ. 473.* & apud *Seraph. dec. 399. & Creſ. dec. vlt. de iure patr. l. 2. Ric. p. 1. Collec. 117. Lambert. de iure patron. l. 2. p. 2. q. 6 a. 2. Lotter. d. q. 13. n. 30. Viu. in praxi iuris patr. l. 9. c. 1. n. 2. & ex Rach de Curte. & Creſcent. Pax Iordan lib: 10. tit. 9. nu. 1. Barboſa ad d. cap. final. n. 10.* Lapus, *Mandoſ. Hieron. Gabriel Flores de Mena, Aymon. Perez de Lara*, quos ſequitur *Garz. p. 9. c. 4. num. 1.* Præſentatio enim eſt electio de iure patronatus *cap. 2. & 3. & cap. Nobis, & cap. Querelam de elect.* Præſentans enim ex pluribus eligit, quem vult. Nec cap. illud finale indicens huiuſmodi vocationem cõtinet legem pœnalem propriè dictam, quia non priuat iure quæſito, ſed confirmationem factam ſine tali conditione irritat, Conſtitutio enim irritans actum ex defectu ſolemnitatis, non eſt pœnalis *Franc nu. 5. ex Dom. & Io. Andrea*. Propterea quòd hæc forma ſeruanda ſit etiam in præſentatione ad canonicatus & beneficia ſimplicia, tradiderunt ad *d. cap. final. Io. Andr. Domin. & Ancharan. & Rota Creſc. dec. vlt. de iure patron. Caputaquen. dec. 37. p. 2. Put. dec. 484. l. 2. & aliæ Rotæ* quas refert *Garzias ſupra num. 5. & 6. Barboſa ad d. cap. fin. Pax Iordan. l. 10. tit. 9. n. 4.*

44 Hinc etiam eſt, quod ſicut quando ſunt competitores, aut oppoſitores certi, non ſufficit citatio generalis per edictum, ſed debẽt nominatim citari, ita vbi ſunt alij patroni certi ab eo, qui præſentauit, debẽt nominatim citari, alias erit nulla inſtitutio. *Perez de Lara de anniuerſ. & capel. l. 2. c. 10. nu. 42. & 43. Rota in vna Forolinien. Iuris patron. 8. Februarij* 1599. *coram Lancellotta*, quam per extenſum referunt & ſequuntur *Pax Iordan. lib. 10. tit. 9. num. 5. & Garz. p. 9. cap. 4. num. 8.* & ibi *nu. 10. ex Lambert. 2. p. 2. lib. q. 6. ar. 14. & Aymon. conſ. 63. num. 2. & Put. deciſ. 306. lib. 1.* Subdit prædicta non procedere vbi ſit in oppoſitum conſuetudo, pro quo allegat etiam *Rotam in vna Lamaſcen. beneficij 2. Iunij* 1596. *coram Corduba* admittentem de conſuetudine valere præſentationem factam ſine edictorum præfixione. Et cum hæc conſuetudo non ſit contra ius expreſſum, & certum, ſed contra communem opinionem Doctorum, non eſſe ad eius valorem neceſſariam præſcriptionem quadragenariam, ſed ſufficere decennalem ex *Puteo deciſ. 241. lib. 3.* ſubdit idem *Garzias ibi num. 11. Pax Iordan. numer. 16.*

45 Hinc quoque eſt, quod ſicut in electione, ita in præſentatione hæc vocatio, & hoc edictum proponendum eſt etiamſi præſentatio fiat in concordia. *Viuian. p. 2. lib. 9. c. 1. num. 13. Pax Iordan. num.* 14. & ita vt ſi plures præſententur diuerſis vicibus, tot ſint proponenda edicta, quot ſunt præſentationes. *Viuian. numero. 14. Pax Iordan. numero* 15.

46 Formam igitur dicti cap. finalis ſeruandam eſſe in electione, & confirmatione certum eſt tamquam expreſſum ibidem. Eandem vero eſſe quoque ſeruandam in præſentatione & inſtitutione, communis fert opinio. Quæ communis opinio etiam tradit eandem formam non eſſe neceſſariam in alijs beneficijs ſimplicibus, quæ neque per electionem, neque per præſentationem, ſed liberè à Superioribus conferuntur. *Gloſſ. in d. capit. fin. v. Obſeruari. Franc. in cap. Conſtitutis 2. nu. 2. de appellat. Prob. ad Monach. in cap. Licet Epiſc. de præb. in 6. n. 2. Rota deciſ. 309. num. 2. p. 1. diuerſ. Sarmien. Flores de Mena Ceuallos*, quos ſequitur *Garzias p. 9. c. 3. num. 3. Barboſa ad d. cap. final. nu. 17. Pax Iordan. lib. 10. tit. 10. num. 2.*

47 Huiuſmodi quoque vocatio neceſſaria eſt ad confirmandam, non ad caſſandam electionem ſecundùm *Geminian. num. 7.* quia textus non annullat niſi confirmationem, ſi fiat non vocatis coelecto & opponentibus. Qui non poſſunt conqueri, quia caſſatio eſt ad eorum fauorem, & quatenus in hoc grauarentur habent remedium appellationis.

48 In hac verò citatione cum debeat poni terminus ad opponendum aliter confirmatio non valet. *Gemin. num. 16. Trunc. nu. 2. Garzias de benef. p. 9 c. 4. num. 7. Barboſa ad d. cap finali num. 9.* Ideo, qui volunt ſe opponere electioni, & ab ea appellare intra hunc terminum debent ſua iura deducere, aliter elapſo termino non eſſe audiendos etiam re integra ideſt confirmatione, vel inſtitutione non ſecuta

ta tradiderunt *Felin. in cap. Cum Bertholdus nu.13. de re iudicata. Oldrad. conſ.3. Lambert. q.6. a. 26. & 28.* Verùm praxis eſt in contrarium,& nedum ignorantes, & impediti, ſed quicumque venientes audiuntur re adhuc integra. Sed idem *Felin cap.Gratum num.3. de off. deleg.* dixit,quòd citatio per edictum elapſo tempore non facit, quin audiantut illi, quorum intereſt, etiam poſt tempus, niſi iudex interponat decretũ imponendo illis ſilentium,vel niſi res non ſit integra, aut finierit terminus legis, aut termini poſita fuerit clanſula,aliàs ex tunc imponitur ſilentium. Ideò ſi patronus poſt elapſum terminum edicti, ſed intra terminum iuris re integra præſentet aliquem auditur, vt ex *Petro de Lara l.2. c.9. num.47.* tradit *Garzias p.9.c.4. nu.15.* Et immò credo, quòd non poſſit reijci, quia etiam Patronus laicus habet à iure terminum quatuor menſium ad præſentandum, nec poteſt coarctari ad præſentandum prius,re adhuc integra exiſtente. Et hoc credo dicendum nedum ex æquitate,vt ait *Pax Iordan. num. 13.* ſed ex neceſſitate.

49 Si verò electio in Curia Romana debeat expediri, non habet locum deciſio illius *cap. final.* immò quòd hic textus nec afficiat legatum Papæ tradiderunt *Cuch. tit. de confir. nu. 36. Crauet. conſ. 177. num.3. Lauor. tit. 4.cap.25. nu. 61. Barboſa ad d. cap. final. nu.5.* Et ratio eſt, quia in procuranda huiuſmodi confirmat. in Cutia Romana ſeruanda eſt lex ſpecialis contenta in *cap. Cupientes 16. de elect. in 6.* Vbi primò decernitur, vt omnes electi ad Cathedrales,aut Regulares eccleſias per electionem à Pontifice confirmandam, intra terminum vnius menſis à conſenſu præſtito, vel à notitia electionis ad Sedem Apoſtolicam iter arripiant, & infra tempus proportionatum cum omnibus monumentis coram Pontifice compareant. Quòd ſi non venerint perſonaliter,debent intra viginti dies computandos ab eo tempore, moderando ex qualitate locorum, quo Romam veniſſe debuerant, per Procuratorem proponere cauſam, ob quam non venerunt perſonaliter, & ad eam probandam indulgentur alij quindecim dies, ſi illa cauſa admittenda cenſebitur. Et tunc, vel electo dabitur maius tempus ad hoc, vt perſonaliter compareat, vel admittetur cauſa, & ea perſonali comparitione excuſabitur. Et in hoc caſu infra idem tempus debet miſiſſe procuratorem diligenter inſtructum, vt cauſam ſuam diligenter tractet, & immò ceſſante impedimento, quo detinebatur, debet ipſe perſonaliter cõparere, aliter vnus ex illis deficientibus priuatur electione. Et ſi ipſe electus ſtatuto tempore venit,vel perſonaliter, vel per procuratorem, & non detulit acta, punitur in hoc, vt ad exhibenda illa apud aliũ iudicem, quàm apud Sedem Apoſtolicam (niſi ex iuſta cauſa) nullam poſſit dilationem obtinere. Et in electione in concordia intra idem tempus Romam mitti debent duo ex ipſis electoribus plenè & ſufficienter inſtructi de negotio.

50 Vbi verò aliquis,vel aliqui contra electionẽ proteſtati fuerint,& tempore opportuno appellauerint; debet vel opponens, ſi eſt vnicus, vel duo oppon ẽtes ad minùs,ſi ſunt plures,intra idem tempus, quod ſtaeutum fuit pro electo, veniſſe ad Curiam proprijs expenſis. Vnde non eſt hic opus alia citatione, vel termino ad comparendum, quia ius citat, & terminum præfigit. Sed tam electus, & duo eligentes ad minus quàm opponens, vel duo oponẽtes ad minus,ſi plures ſunt,vel ſi in plures partes ſe diuiſerint, duo perſonæ pro quacumque parte ſtatim infra menſem à conſenſu præſtito ab electo, vel notitia electionis habita ab electo verſus Curiam, iter arripere, vel ſi iuſtũ adeſt impedimentum intra idem tempus procuratorem de cauſa inſtructũ cum omnibus neceſſarijs ſcripturis mittere, qui per ſpatium temporis menſurandum à qualitate locorum ante conſpectum Pontificis comparere debet, & tunc intra viginti dies ab eo proponenda eſt cauſa, ob quàm quilibet illorũ perſonaliter nõ compareant, & ſi hæc admittitur tanquam iuſta, debet ipſe intra alios quindecim dies, vel intra maius tempus, ſi fuerit maius indultum, eam cauſam probare. Et ſi ij, ad quos ſpectat,vel dictas perſonas non miſerint, vel illæ non comparuerint intra hoc tempus, ſeu hæc non præſtiterint, tunc aut eligentium, aut opponentis, vel opponentium contumacia punitur, vt priuentur à totali proſecutione proceſſus, quoad ſe, & à perceptione beneficiorum,quæ poſſident in eadem eccleſia per triennium continuum. Quæ verò ſeruari debent opponentes electioni, ſeruare debent etiam opponentes poſtulationi, quia & vel opponens,vel ſi plures ſunt duo opponentes venire debent Romam, & ibi modo ſupradicto ſuum negotium peragere, *d.cap.Cupientes §.fin.*

51 Circa quæ aliqua ex Gloſſa notanda ſunt. Primum, quòd hæc pœna non eſt reſpectu opponẽtium latæ ſententiæ, ſed ferendæ, quia textus dicit, quòd eorum contumacia eſt ſimili pœna plectenda. Et nihilominus ſecundò conſiderandum quòd non per hoc, quòd iſti à totali proſecutione proceſſus cadant, fit præiudicium cauſæ & veritati, ſi fortè electio ſit nulla, vel electus indignus. Tum quia tunc opponentes, licet non poſſint dicere electionẽ nullam per modum oppoſitionis, & exceptionis, poſſunt tamen id dicere per modum denunciationis, *arg.ex cap.veniens,de accuſat.* Tum quia temanet officium iudicis,quod non quieſcit,ſicut & vbicumque periculum animæ vertitur. De excep. *cap. Cum nobis.* Conſiderandum quoque tertiò,iſtos puniri ſi perſiſtentes in ſua oppoſitione, vel ab ea tempore & modo debito,non recedentes venire,vt ſupra vel mittere contempſerint, cũ tamen ſi tempore, & modo legitimo ab oppoſitione recedant, ſine pœna à veniendo vel mittendo deſiſtere valeant. *Eod. tit. de elect. in 6. cap. Ab eo, & Cap. Statuimus.* Conſid. eſt quartò *ex Gloſſ. & Franco v. totaliter,* hac pœna puniri contumaciam horum, vt ſint excluſi nedum ab opponendo ſed etiam ab allegando. *Franc. Io. Andr. & Anchar.*

52 Verùm decretum huius Capitis,nedum modò non eſt in vſu, nec afficit Regulares, & vt aliàs dictum eſt, per Eccleſias Regulares intelliguntur Cathedrales Regulares, vndè ex quo *d.cap. Cupientes* loquitur de electione ad Eccleſias Regulares, nõ ſequitur, quòd loquatur de monaſterijs, & quod eius decretum obliget Regulares. Vnde ſacra Congregatio Regularium appellationes regularium ſe opponentium electionibus vel Confirmationibus, aut Caſſationibus Reg. electionum per expoſitionẽ ſimplicis memorialis acceptat, & abſque eo quòd vel electi, vel opponentes perſonaliter compareant, Procuratores eorum audit, & iuxta allegata ab eis lites determinat, citato pro abſentibus Procuratore

Gene-

Digitized by Google

Generali. Vnde dum appellantes infra debitum tempus appellauerint, vt litem proſequantur, non eſt aliud tempus ſpeciale determinatum, nec eſt neceſſe, vt perſonaliter compareant, ſed ſufficit quod per Procuratores ſuas oppoſitiones repræſentent.

53 Sed circa Regulares neque etiam *cap. fin. de elec. in 6.* eſt in vſu nec illos afficit ſed vnaquæq; Religio ſuis proprijs legibus ſe gubernet in huiuſmodi litibus dirimendis. In Ordine Præd. plura ſunt circa huiuſmodi oppoſitiones, & proteſtationes ſācita. Nam primò non licet poſt electionem proteſtari econtra illam, niſi reſpectu defectuum perſonæ electæ, vel qui accidere potuerunt in ipſo actu formali electionis, non verò circa ea, quæ electionem præcedunt, ſcilicet actualem collationē ſchedularum, vt circa validitatem votorum, circa vim illatam vocalibus, & alia ſimilia impedientia electionem, quæ ante ipſam actualem depoſitionem ſchedularum exiſtunt. Ita enim decretum fuit in Cap. Valent. 1647. declar. t. quam refert *Fontana de elect. num.* 40. & proteſtationes contra formam dictæ declarationis factæ declarātur ipſo facto nullæ. Ratio verò illius declarationis fuit, quia experientia compertum fuit, huiuſmodi proteſtationes fieri ſæpius non zelo iuſtitiæ, ſed ad excludendum electos, & quòd non fierent, ſi euaſiſſet electus, quē proteſtantes deſiderabant; ideò ſtatutū eſt, vt fiant antequam ſciatur, quis ſit electus, vt proteſtantes, & proteſtationes iuſtitiæ, & veritati nitantur, non verò ex euentu huius, vel illius electi regantur. Sed nedum non eſt neceſſarium, vt electores, vel eligentes, aut opponentes perſonaliter compareant ante Confirmatorem, ſed eſt prohibitum. Nam Valent. 1647. inhærendo ordinat. Cap. Bonon. 1615 prout refert idem *Font. de elect. num.* 41. ordinatum fuit, vt ſcrutinia mittantur per Tabellarios, impoſita pœna priuationis vtriuſque vocis delatori horum ſcrutiniorum, ſi fuerit Clericus, ſimul cū alijs pœnis latis contra itinerantes ſine licentia. Et ſi de conſenſu maioris partis vocalium, ſcrutinium per fratrem particularem fuerit miſſum vocales ſunt priuati voce in prima futura electione. Debet igitur per Tabellarios mitti ſcrutinium, & ſcribi difficultates circa electionem inſurgentes, vt Confirmator, ſi opus ſit, poſſit concedere facultatem, vt aliquis, vel aliqui ex parte electorum veniant, vt iura vocalium tueantur. Pariter verò, vt refert *Camillus in direct. p. 1. c. 16. num.* 2. in Formulario Ordinis habetur, & praxis id confirmat, vt proteſtationes mittantur ſimul cum ſcrutinio clauſæ, & ſigillo munitæ; vnde eſt, quod in hoc ordine non eſt tempus proteſtandi, niſi vel ante electionem, vel poſt immediatè antequam decretum electionis per ſcrutatores claudatur. Nihilominus tamen, quod eſt à iure communi conceſſum, non eſt alicui prohibitum niſi ab eo, qui iuri communi poſſit derogare; idcò quidquid ſit de huiuſmodi proteſtationibus, vel oppoſitionibus, quæ fieri non poſſunt niſi modo dicto, omnis ille, & quicumque, cuius electio intereſt, poteſt infra decem dies, à notitia electionis ab ea appellare, & intra legitima tempora illam proſequi, & ſi Confirmator infra hunc terminum confirmet electionem, confirmatio eſt infirma, & attentata. Nec ad appellandum neceſſe eſt quòd appellans ante electionem, vel aliquam proteſtationem fecerit, vel oppoſuerit electioni, ſed ſufficit, quod infra decem dies poſt electionis notitiam appellet, & ſuam appellationem tempore congruo Confirmatori præſentet, qui Confirmator tenetur hoc tempus expectare, & ſi non expectat, poterit appellans agere contra confirmationem tanquam contra attentatam.

S V M M A R I V M.

1 *Quatuor ſeruanda in appellatione ab electione. num. 54.*
2 *Forma appellationis cap. vt circa, de elect. in ſexto, ſeruanda in præſentatione, & collatione. num. 55.*
3 *Etiam in beneficijs ſimplicibus. n. 55.*
4 *Non tamen in proteſtatione contra incertam perſonam. n. 55.*
5 *Forma dicto cap. vt circa, non habet locum in appellatione ad iudices inferiores Papa. nu. 56.*
6 *Non tamen in appellatione iudiciali, ſed tantum in extraiudiciali. n. 56.*
7 *Habet locum etiam in electione facienda. num. 56.*
8 *Scriptura appellationis non neceſſario eſt per Tabellionem ſubſcripta. n. 57.*
9 *Sufficit ſubſcriptio officialis eius ſigillo munita. num. 57.*
10 *Immo ſufficit ſcriptura priuata probabilis per teſtes. n. 57.*
11 *In Ord. Prædic. admittuntur huiuſmodi ſcriptura ſubſcripta à proteſtantibus, quæ authenticæ ſunt ex quo veniunt cum ſcrutinio. n. 57.*
12 *In Sac. Congregat. huiuſmodi ſcripturæ priuatæ, parte non opponente admittuntur. nu. 57.*
13 *Scriptura electionis debet continere omnia, & ſingula determinate, quæ obijciuntur contra electionem. n. 58.*
14 *Neceſſe eſt vt opponens dicat ſe credere, omnia illa & ſingula eſſe vera. n. 58.*
15 *In ea ſcriptura debent exprimi circumſtantiæ, & eis non expreſſis, non auditur appellans ſuper eis, etiam ſi iuret ſe illas ignoraſſe. n. 58.*
16 *Appellans debet iurare, quod credit omnia & ſingula obiecta eſſe vera, & quod credit poſſe illa probare. n. 59.*
17 *Hoc iuramentum debet fieri coram perſona, quæ illius fidem facere poſſit. nu. 59.*
18 *Ordinariè fit coram Præfecto electionis, & electoribus. n. 59.*
19 *Non eſt neceſſe, quod fiat tactis Euangelijs, ſed ſufficit tactus ſcripturæ cuiuſcumque. n. 59.*
20 *Debet præſtari incontinenti in actu appellationis. num. 59.*
21 *Non ſufficit habere ſcripturam ante ſe, ſed neceſſe eſt illam manu tangere. n. 59.*
22 *Non eſt neceſſe, vt is coram quo fit, conſentiat. num. 59.*
23 *Solemnitas requiſita ad actum debet fieri incontinenti. n. 59.*
24 *Appellans non iurat, ſe probaturum omnia & ſingula. n. 60.*
25 *Si vnum probet non ſuccumbit. nu. 60.*
26 *Pœnam decret. vt circa incurrit nedum, qui non iurat, ſed qui non exprimit omnia, quæ vult obijcere contra electionem. n. 61.*

Digitized by Google

27 *Dictio alioquin reſolutiua totius diſpoſitionis. num.61.*

28 *Appellans non poteſt proſequi non expreſſa, ſed bene expreſſa proſequi debet ſi iurauit in forma, num.61.*

29 *Etiam adhærentes electioni debent iurare, &c. num.62.*

30 *Appellationi non poteſt adhærere niſi is, cuius intereſt. n.62.*

31 *Non ſufficit tacita adhæſio. n.62.*

32 *Debet intra terminum iuris adhærere. n.62.*

33 *Adhæſio facta extra terminum iuris valet, ad incommodum adhærentis. n.62.*

34 *Qui non appellauit, nec adhæſit non auditur vt principalis. n.63.*

35 *Poteſt pro intereſſe priuato. n.63.*

36 *Appellans non ſeruata forma, non auditur per modum querelæ. n.63.*

37 *Appellans ex cauſa ſuperueniente, vel ignorata, prius nouas oppoſitiones facit. n.65.*

38 *Ignorantia præſumitur. n.64.*

39 *In hoc caſu ignorantia debet probari iuramento. num.64.*

40 *Quæ conſiſtunt in animo, iuramento probari poſſunt. n.64.*

41 *Non ſufficit iuramentum de ignorantia, vbi ſunt præſumptiones de ſcientia. n.94.*

42 *Nec vbi factum eſt communiter notum, & ignorantia non eſt veriſimilis. n.64.*

43 *Nec vbi ignorantia alia via probari poteſt. num. 64.*

44 *Non poteſt iuramentum hoc de ignorantia præſtari per Procuratorem non habentem mandatum ſpeciale. n.65.*

45 *Poteſt tamen præſtari per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum. n.65.*

46 *Iuramentum Procuratoris eſt proprium principalis. n.65.*

47 *Procurator vt admittatur, neceſſe eſt, vt in inſtrumento procura ſint expreſſa omnia & ſingula obiecta contra electionem, et habeat mandatum ſpeciale ad iurandum. n.66.*

48 *Repulſio appellantis non infirmat alias probationes, ex quibus iudex ex officio poteſt caſſare electionem. n.67.*

49 *Forma decretalis, vt circa non habet locum, vbi oppoſitiones directè reſpiciunt, vel ius Eccleſiæ, vel ius priuatum & proprium opponentis. num. 68.*

50 *Forma d. decret. non habet locum vbi appellans agit de ſuo contemptu. n.68.*

51 *Nec vbi agit aliter quam per viam appellationis. num.68.*

52 *Et hoc verum etiam in adhærente appellationi ab alio interpoſita. n.68.*

54 QVæritur quartò, quomodo quis proteſtari poſſit, & ſe opponere electioni? Reſpondetur verò, quod quatuor ſeruanda decernuntur à Greg. X. in *cap. vt circa*, in huiuſmodi proteſtationibus. Primum eſt ſcriptura authentica continens omnia, & ſingula, quæ vel electioni, vel electo obijciuntur: Secundum eſt iuramentum per quod opponens coram Notario iurare debet, quod credit ea, quæ obijcit vera eſſe, & poſſe illa probare. Tertium, quod idem faciant, qui appellationi adhærere volunt. Quartum quòd ſi aliquid poſt appellationem de nouo emerſerit contra electionem vel electum, vel ad notitiam opponentis aduenerit, poſſit opponens iterum opponere, ſed per iuramentum factam fide de ignorantia eius tempore prioris oppoſitionis, & quod illud opponens credit eſſe verum, & ſe poſſe illum probare, & totum hoc per ſcripturam authenticam appareat. *Archid. Geminian. Franc. & alij DD. Viuian. in rationali lib.1. p.169. Alagona, & Ximen.* quos refert, & ſequitur *Barboſa ibi num.1. Sigiſm. de Bonon. dub.46. n.11. Peyrin ſubd. q.1. c.31. §.11.*

55 Notandum verò primò, circa hunc textum, quod loquitur nedum de electione, ſed de præſentatione, & quacumque prouiſione, etiam beneficiorum ſimplicium. *Gloſſ. ver. aliorum Archid. num.1. Gemin. num.3. Gulielm. in princip. Rota dec.289. n.37. par.6. recent.* contra quam ſi appelletur, debent præfata ſeruari. *Gloſſ. v. facienda.* Si tamen appellatio non fiat contra certam perſonam, ſed contra incertam ne eligatur, vel poſtuletur, non eſt neceſſe ſeruare formam huius *conſtit. eod. tit. in 6. cap. qui contra certum. Gloſſ. eod. v. facienda.*

56 Notandum ſecundò, quòd hæc decretalis, ſecundùm *Gloſſ. in v. appellare*, habet locum nedum in appellationibus ad Papam, de quibus loquitur, *cap. ſtatuimus eod. tit.* ſed in omnibus appellationibus etiam ad inferiores iudices, quia loquitur generaliter. Sed oppoſitum eſt dicendum. Decretalis enim iſta cum ſit ſupplementum alterius poſitæ in *cap. ſtatuimus 1. de elect. in 6.* in qua eſt ſermo de ſola appellatione ad Sedem Apoſtolicam, iuxta *Gloſſ. ibi v. ad nos* ſequitur, quòd de eadem ſola ſit ſermo in iſta decretali, vt circa, & ita intelligendam eſſe docuerunt. *Lap. Abb. num.1. Gulielm. de Monte Landuno, poſt princ. verſ. Et dic appellanti. Archidiac. num.1. Innoc. num.3. Prob. num.5. Rota deciſ.13. in fine,* de teſtibus in antiquis, *& dec.289. nu. 46. p.6. recent.* Quia enim appellationes, quæ interponuntur ad Papam conſueuerunt protelare negotia Eccleſiarum, proptерea data eſt forma ſeruanda in his appellationibus, vt conſulatur Eccleſiarũ vtilitati. Vlteriùs verò additur, quòd dicta forma non habet locum in omni appellatione, ſed ſolum in extraiudiciali. *Clem. Conſtitut. eod. tit. Gloſſ. ibid.* quia in iudicio habemus magis parata remedia, quàm extra iudicium. Habet verò locum nedum in appellatione ab electione facta, ſed etiam ab electione facienda de certa perſona; vt habetur, *de elect. in ſexto, cap. qui contra 20. Sigiſmun. dub. 46. num.13.*

57 Notandum tertiò, quòd ſub diſiunctione dicitur in inſtrumento publico, ſeu literis ſuper appellatione confectis, quia non eſt neceſſarium, quod iſta ſcriptura ſit per Tabellionis manum ſcripta, ſed ſufficit quod ſit authentico ſigillo munita. Nam & vbi non ſunt Tabelliones inſtrumentorum loco habentur officialium literæ. *Gloſſ. Imol. & Io. Andr.* Immò ſufficit ſcriptura manu appellantis, vel alterius ſcripta, quæ poſſit probari per teſtes. *Innoc. Domin. & Francus num.17.* Nam & de iure communi non eſt neceſſarium, quòd ſcriptura appellationis ſit authentica, de appellationibus, *cap. appellat, in 6.* In Ordine Prædicatorum Confirma-

tores admittunt proteſtationes ſubſcriptas à proteſtantibus, quæ quia veniunt cum decreto ſcrutinij de manu ſcrutatorum, ſatis authenticæ ſunt. Sed & ſæpius vbi pars aduerſa non excipit & opponit etiam apud Sac. Congr. huiuſmodi ſcripturæ priuatæ recipiuntur.

58 Notandum eſt quartò, quòd in hac ſcriptura appellationis debent contineri omnia & ſingula, quæ opponuntur, vel circa formam electionis, vel circa eligentes, vel circa electum, & quidē non ſub diſiunctione, ſed determinatè, ità quòd nō ſufficeret dicere, quod electus ſit vel homicida, vel periurus, vel concubinarius, ſed determinatè debet dici, & opponi crimen, vel crimina contra electum probanda. *de elect. in ſexto, cap. is qui, & cap. Procurator, & de excep. cap. Pio. & in Clemen. Conſtitut. de electione, Gloſs. Io. Andr. Franc numer.*8. Immò regula eſt, quòd quando decretalis vtitur verbis geminatis illis, ſcilicet, omnia & ſingula, neceſſe ſit exprimere rem determinatè cum omnibus circumſtantijs, & qualitatibus, vnde non ſufficit, quod in ſcriptura huius appellationis, aut proteſtationis exprimantur in genere, quæ opponūtur, ſed neceſſe eſt, ea exprimi in ſpecie cum omnibus qualitatibus, & circumſtantijs. *Franc. vbi ſupra*. Itaque neceſſe eſt, vt ſcriptura iſta omnia & ſingula contineat, quæ obijciuntur electioni, vnde & neceſſe eſt, quod opponens dicat ſe credere, ea eſſe vera, & non ſufficit, quod dicat ſe credere illa omnia eſſe vera, ſed opus eſt, vt dicat, & iuret, quod credit eſſe vera illa omnia & ſingula, licet non ſit neceſſe vt iterum exprimat illa. *Gloſs. ver. omnia, in addit. ex Io. Mon. & Io. Andr.* Sed ſi in ſcriptura appellationis non ſint expreſsæ debitæ circumſtantiæ, & qualitates criminum, & defectuum, quos appellans obijcit, non eſt poſtea ſuper ijs audiendus, etiā ſi iurauerit, ſe tunc illos ignoraſſe, & poſtea ad ſui notitiam perueniſſe. *Clemen. Conſtitutionem, de elect.* Et ita vt ſi à principio cum quis appellat non iuret iuxta formam *d. cap. vt circa*, non iuuet illum poſtea exprimere velle, quæ non expreſſit, quia ex quo à principio nulliter appellauit, non poteſt amplius agere in cauſa. Quod adeo verum eſſe putat *Rota d. dec. 382. num. 43. p. 5. recent.* vt dicat, quòd ſi Capitulum appellaſſet non ſeruata forma dicti *cap. vt circa*, quamuis adhuc eſſet in termino ad appellandum, non poſſet aliam appellationem iteratò proponere, ſeruando in ea formam, ex quo per primam nulliter emiſſam, fuiſſet dicto Ioanni ius quæſitum. *Clemen. Conſtitutionem, §. penult. de elect.* vbi quod pars non debet audiri etiam ſi per iuramentum aſſirmet obiectiones, quas intendit probare, ad ſe de nouo perueniſſe. *Bonacontr. poſt Mandagot.* quem allegat, *de appell. q. 1. ver. ad quæſtiones igitur veniamus*, licet ſecus eſſet, ſi forma ſeruata iuraſſet, vltra oppoſita, ſeruata de nouo ſuperueniſſe. Quid quid verò modò ſit, de hac quæſtione, quam non eſt præſentis loci ſimpliciter diſcutere, an qui nulliter appellat poſſit intra terminum datum ad appellandum errorem ſuum corrigere, & validè appellare. Ad quam quæſtionem non poteſt applicari *Clem. Conſtitutionem de elect.* quæ expreſſis verbis loquitur de proſecutione negotij in vi appellationis nulliter factæ, & vult, quod qui non ſeruata forma *cap. vt circa* appellauit, non eſt in proſecutione negotij audiendus, ſed non negat, quòd qui nulliter appellauit, non poſſit intra terminum iterum validè appellare. Et quod in ea *Clem.* habetur, ſcilicet, quod per appellationem nullum ius aduerſario eſt quæſitum, verum eſt, ſed hoc ius non eſt aliud, niſi quod vi appellationis nulliter interpoſitæ non eſt audiendus, ſi appellans in tempore ſibi conceſſo validè non appellat. Quia nimirum tranſacto termino ad appellādum in proſecutione cauſæ nullatenus audiri debet, qui non ſeruata d. cap. forma appellauit, at non dicitur, quòd qui nulliter appellauit non poſſit validè intra terminum appellare. Hac itaque quæſt. nunc omiſſa, hoc quidem certum eſt, quòd qui in appellando non ſeruauit formam præfatam, in proſecutione negotij non auditur, nec illum iuuat ignorantiæ prætextus, ſi omiſit circumſtantias defectuum, quos obiecit iuxta diſpoſitionem *d. Clem. Conſtitutionem*. Sed de hoc infra notab. 10.

59 Notandum quintò, quòd opponens debet iurare duo, ſcilicet, ſe credere, quod omnia, & ſingula obiecta contra electionem ſit vera, & poſſit ſe illa probare. Hoc vero iuramentum debet interponi coram perſona, ſeu perſonis authenticis, dicitur verò perſona authentica, iuxta *Gloſs. v. aut perſona*, quæ præeſt iuriſdictioni, ſed non eſt tamen hoc neceſſe, ſed ſufficit, quod fiat coram perſona, quæ de eo fidem faciat. Regulariter verò huiuſmodi proteſtationes fiunt coram Præſide electionis, & electoribus. Vnde eedum ſcriptura debet fidem facere de obiectis ab opponente, ſed de iuramento ab eo præſtito. Videri autem poteſt, quod hoc iuramentum corporale debeat præſtari tactis ſacris Euangelijs, quia in iuramentis, quæ à iure præcipiuntur, ſemper eſt iurandum ſuper ſancta Dei Euangelia. 11. *q. 1. cap. teſtimonium, §. Epiſcopus, & 1. q. 7. cap. quotiens, & diſt. 2. cap. Ego Berengarius. Gloſs. v. præſtito.* Sed conſuetudine introductum eſſe, vt niſi ius expreſſè requirat iurari per ſancta Dei Euangelia, ſufficiat tangere quamcumq; ſcripturam, tradit *Franc. num. 9. ex Io. Mon. & Arcbid.* quando autem debeat præſtari hoc iuramentum, eadem *Gloſs. ex Gul. & Gar.* quam ſequuntur *Io. Monach. Arcbid. Dom. Bel. & Franc. num. 9. final.* reſpondet debere præſtari incontinenti, quòd opponens ſe opponit, ſeu proteſtatur contra electionem, & non ſufficit, quod vno die appellet, & altero iuret, ſed incontinenti debet appellando iurare, quia ſolemnitas quæ de iure requiritur, vt forma alicuius actus, requiritur vt adſit incontinenti. Aduertit autem eadem *Gloſs. ver. corporali*, quam ſequuntur *Tiraquel. de iure mariti, Gloſs. 7. numer. 98. Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 108. num. 14. Barboſ. ad d. cad. vt circa num. 16.* non ſufficere quod opponens habeat coram ſe Euangelia, ſed neceſſe eſſe vt illa, vel iuxta aliam ſententiam aliquam ſcriptura tangat manu. Et *v. coram* quod non eſt neceſſe, vt perſona coram qua iurat, & appellat conſentiat appellationi. Quia dicitur fieri coram aliquo, quod ſit eo præſente, ſiue conſentiat, ſiue non, & hæc ex eadem *Gloſs.* aduertit etiam *Caſtell. d. cap. 16. à num. 13.*

60 Notandum ſextò, quòd licet non ſufficiat quod appellans dicat credere ſe poſſe probare ea, quæ ſufficiunt ad victoriam ſuæ cauſæ, sed neceſſe ſit, vt dicat & iuret credere ſe poſſe probare

omnia

Digitized by Google

omnia, & ſingula, quæ obiecit contra electionem, non tamen iurat ſe probaturum omnia illa, neque ſe adſtringit ad illa probanda. Ideò ſi aliqua probet, alia non, non ſuccumbet, quia non iurauit ſe probaturum omnia, ſed quod credidit ſe ea poſſe probare. *Gloſſ. ver. probare, & ex Io. Andr. Franc. n. 11.*

61 Notandum ſeptimò, quòd licet aliqui crediderint, quòd pœna lata in Decretali afficiat ſolum eos, qui non iurauerint, vt ſupra, tamen hoc eſt contra textũ, qui manifeſtè imponit pœnam, quam incurrant, qui vel in vno defecerint de ijs omnibus, quæ antea ſtatuerat fieri debere per appellantes, ſeu proteſtantes; quibus quidem interdicitur poteſtas obijciendi contra electionem aliquid, præter id, quod in literis appellationis cõtinetur, & quod appellans iurauit credere eſſe verum, & ſe illud poſſe probare. Et ideò hanc pœnam nedum incurrunt, qui non iurauerunt, ſed etiam ſi non expreſſerunt omnia, & ſingula, quæ intendunt opponere. *Gloſs. v. alioquin*. Nam dictio *alioquin* eſt reſolutiua præcedentis diſpoſitionis, ſi in actu non concurrunt omnes qualitates præcedentes. *Domin. & Franc. §. alioquin nu. 5.* Qui tamen iurauit, non excluditur ab obijciendo niſi illa, quæ non expreſſit in ſcriptura, ſed expreſſa poteſt deducere, & proſequi.

62 Notandum octauò, quod de adhærentibus appellationi, duplex eſt opinio. Quidam enim dicunt, neceſſe quidem eſſe, vt infra tempus datũ ad appellandum adhæreant appellationi, qui volunt adhærere; *Tiraquel. de retract. lign. §. 1. Gloſs. 10 num. 89. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 49. num. 6. Barboſa nu. 18.* non autem eſſe neceſſe, vt ipſi ſpecificent obiecta electioni, & iurent, quod credunt illa eſſe vera, & quòd credunt ſe illa probare poſſe, ſi ipſi non proſequuntur appellationem, ſed illam proſequitur appellans. *arg. de decimis, cap. ad audientiam*, & hunc ſenſum ſuſtinent *Gloſſ. ver. adhærentes, Domin. & Paulus in Clement. Conſtitutionem, de elect. §. Cæterum*. Verum oppoſitam ſententiam, & quòd etiam adhærentes teneantur iurare, & ſpecificare obiecta, eò quod Curia ſic ſeruet, tenent *Io. Monac. & Archid.* quos refert, & non refutat *Franc. d. §. alioquin. n. 5. Tuſch. lit. E. concl. 44. num. 20.* ſed idem *Franc. num. 6.* aduertit, quod appellationi non poteſt adhærere, niſi is, cuius intereſt, & non ſufficit tacita, ſed requiritur expreſſa adhæſio infra legitimum tempus facta, quoad commodum adhærentis, licet quantum ad ipſius incommodum adhæſio extra tempus facta poſſit habere vigorem.

63 Immò ex eadem *Clem. Conſtitutionem* additur nonò, quòd vbi ab initio non ſit ſeruata forma *d. cap. vt circa*, alius non appellans ſuperueniẽs non debet admitti, vt principalis pro intereſſe communi eoſdem articulos proſequendo contra appellatum, licet appellanti poſſit aſſiſtere, ne colludat, nec ei ſit negatum proſequi ſuum intereſſe. Et inſuper, nec appellanti permittitur, vt obiecta contenta in appellatione habita non ſeruata forma prædicta, poſſit proſequi etiam per modum querelæ, ſed ab eiſdem obiectis, immò & alijs repellẽdus eſt, niſi in caſibus in dicta *Conſtitut.* exceptis, & infra explicatis etiam ſi appellationem non proſequatur, nec illam exhibeat, & aſſerat, ſe illa nolle vti, dum tamen de illa fiat fides coram iudice. Et ſic malè appellans, & eam formam non ſeruans nec per ſe, nec per alium poteſt proſequi appellationem illam, nec per modum querelæ poteſt agere contra appellatum. Vt habetur ex dicta *Clem. Conſtitutionem*. Sed bene vbi repellitur appellans poterit iudex ex officio inquirere, ne criminoſus aſcendat ad apicem, *cap. ſi Epiſcopus diſt. 23.*

64 Notandum decimò, quod textus in duplici caſu admittit fieri nouas oppoſitiones in cauſa. Primus eſt, ſi de nouo aliqua cauſa emerſerit, vt quia electus poſt electionem commiſit homicidium, ſecunda eſt ſi defectus occultus poſtea innotuit. Sed in hoc ſecundò caſu attendi debet limitatio *Clem. Conſtitut. de elect.* Nam ſi appellans omiſit debitam circumſtantiarum ſpecificationem, non eſt ampliùs audiendus circa illas, etiam ſi iuret eas ad ſui notitiam perueniſſe de nouo. Sed crimina aut defectus omiſſos poteſt obijcere de nouo, ſi iſta de nouo ſciuit. In hoc autem ſecundò caſu, textus requirit in appellante iuramentum de ignorantia tempore appellationis. Quamuis enim ignorantia præſumatur, tamen, quia in hoc caſu præſumi poteſt appellantem malitiosè, opponere ignorantiam, ideò compellitur iurare, & iuramento illam probare. *Gloſs. v. per proprium.* Licet verò hinc deducere iuramentum ſufficere ad probandam propriam ignorantiam, *Anchar. conſ. 174. num. 4. Roman. c. 54. num. 3. verſ. contrarium, Crauet. conſ. 201. numer. 35. Mandoſ. conſ. 18. num. 5. Rot. dec. 621. num. 11. p. 1. rec.* Ea enim quæ conſiſtunt in animo poſſunt probari per iuramentum Brunorus à ſole in loc. commun. *v. animus, 2. & 4. Barboſa ad d. cap. vt circa, num. 8.* Tamen hoc fallit multipliciter, & quidem primò, ſi adſint præſumptiones de ſcientia, ignorantia non probatur iuramento. *Ex Bartolo in l. inter omnes, §. rectè, ff. de Fur. Francus in d. §. alioquin num. 7.* Vnde textus vt DD. aduertunt requirit ignorantiam eſſe veriſimilem, ad hoc vt probetur iuramento. Propterea ſecundò fallit, ſi ignorantia non ſit veriſimilis, eò quia factum, quod dicitur ignoratum erat communiter notum. *Gloſſ. de regul. iuris in 6. cap. præſumitur, Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. num. 36. C. de reuoc. donat. Barboſa ad d. cap. vt circa num. 9.* Tertiò fallit, ſi adſint aliæ probationes, quibus ignorantia probari poſſit, tunc enim non ſtatur iuramento proprio. *de teſtibus in 6. cap. iuramentum. Francus eodem nu. 7.*

65 Notandum vndecimò, quod DD. controuerterunt, an iuramentum de ignorantia præſtari poſſit per Procuratorem. Cum enim conueniant, quod ad hoc non ſufficiat Procurator habens mandatum generale, aliqui exiſtimant nec ſufficere ſi Procurator habeat mandatum ſpeciale, ad hoc iuramentum præſtandum, quia textus exigit proprium iuramentum appellantis, ibi. *Fidem per proprium præſtandum corporaliter faciant iuramentum*; At verò iuramentum Procuratoris non eſt proprium appellantis. *Archid. in d. cap. vt circa, & eod. tit. in cap. nulli. Franc. in d. §. alioquin, num. 7. Petrus de Pariſ. in cap. ſi verò, el 2. de ſenten. excomm.* Sed contrarium tenent *Gloſſ. ver. per proprium*, & apud eam *Guliel. Domin. & Io. Andr.* referens ita ſeruari in Curia, & quidem rationabiliter.

Digitized by Google

liter, quia iuramentum Procuratoris habentis ſpeciale mandatum cenſetur proprium principalis iuramentum; nam ſi Procurator iuret falſum; cenſetur periurus Dominus, vt de *iuram. in ſexto, cap. 2. & final. & de iuram. calumn. in 6. cap. final.*

66 Notandum duodecimò, quòd quæ dicta ſunt de principali, cum proportione verificari debent de Procuratore, ità quòd ad hoc vt admittatur, duo ſunt neceſſaria. Primum, quod in inſtrumento procuræ contineantur expreſsè omnia, & ſingula, quæ in formam electionis, vel perſonas eligentes, vel electum obijcere intendit. Secundum, quòd habeat mandatum ſpeciale iurandi corporaliter in principaliū ſuorum animas, quod ipſi credunt expreſſa hiuſmodi eſſe vera, & ſe poſſe probare. *c. Procurator de elect. in 6. Sigiſm. d. dub. 46. nu. 14.*

67 Notandum tertiodecimò, quòd licet ſi appellans non ſeruata forma *d. Decret. vt circa*, ſit à probatione repellendus, & non poſſit proſequi cauſam, ſi tamen aliunde crimina obiecta ſint manifeſta, vel per confeſſionem delinquentis, vel per alias probationes; iſtę probationes non infirmantur, ſed iudex ex eis poterit deuenire ad caſſationem electionis. *d. Clement. Conſtitutionem de elect. Gloſs. in cap. bonæ el 1. v. curauimus de poſtul. Panor. de elect. cap. Cum nobis. Nauar. de elect. conſ. 2. n. 2. Sigiſm. de Bonon. dub. 46. n. 18.*

68 Notandum decimoquartò, quòd Decretalis iſta, *vt circa*, non habet locum in duobus caſibus. Primus eſt, ſi oppoſitiones tangant ius Eccleſiæ: tunc enim licet appellanti proſequi cauſam appellationis etiam non ſeruata forma dictæ Decretalis. *Clem. Conſtitutionem de elect.* Si verb. g. dicatur, quod in Eccleſiæ eſt, vt eligatur vnus de Capitulo, & fuit electus vnus extra Capitulum. Secundus caſus eſt, ſi quæ opponuntur directè reſpiciunt ius perſonæ appellantis. Vt ſi coelectus dicat beneficium ad ſe pertinere, vel ſi appellans dicat ad ſe pertinere ius prouidendi. Vel ſi vnus electorum fuit contemptus, & hunc contemptum proſequitur. *d. Clement. Conſtitut. Tuſcus lit. E. concl. 44. à num. 18. ex Oldrad. conſ. 188. Sigiſm. de Bonon. dub. 46. num. 21. Barboſa d. cap. vt circa num. 3.* vbi *ex Tuſco num. 19.* quòd etiam non procedit in eo, qui aliter proſequitur ius ſuum, quam per viam appellationis, & *nu. 20.* quod determinatio iſta procedit nedum in appellante, ſed etiam in adhærente appellationi ab alio interpoſitæ.

S V M M A R I V M.

1 *Non ad electum pertinet probare validitatem electionis, ſed ad opponentem probare nullitatem. num. 69.*
2 *Obijciens contra formam electionis, ſi deficit in probatione damnatur in expenſis. n. 70.*
3 *Niſi legitimè receſſerit ab appellatione. n. 70.*
5 *Vel niſi aliquem defectum probauit ex quo caſſatur electio. n. 70.*
6 *Tenetur ad expenſas, ſi non venit, & ideo non probauit. n. 70.*
7 *Damnatio in expenſis non imponitur tanquam pœna. n. 70.*
8 *Iuſta cauſa litigandi non excuſat ab expenſis, vbi requiritur plena probatio, vt in appellatione ab electione. n. 70.*
9 *Iuramentum in cauſa appellationis ab electione, non admittitur pro probatione. nu. 70.*
10 *Opponens contra perſonam electi, & in probatione deficiens, eſt ſuſpenſus per triennium à beneficijs. num. 71.*
11 *Hac pœna non afficit niſi Clericos beneficiatos. num. 71.*
13 *Etiam ſi oppoſuerit defectum, qui non ſit delictum num. 71.*
13 *Etiam ſi multa ſemiplena probauerit, ſi nihil plene probauit. n. 71.*
14 *Et nedum ſi oppoſuerit electo, ſed etiam præſentato, aut prouiſo. n. 71.*
15 *Hac pœna ſuſpenſionis non habet locum in electione ad beneficia ſimplicia, quæ non ſunt dignitates, perſonatus, & Canonicatus. nu. 71.*
16 *Nec in appellationibus ad iudices inferiores Papa. num. 71.*
17 *Nec eſt ſuſpenſio niſi a beneficijs habitis in ea Eccleſia, in qua fit electio. n. 71.*
18 *Nec ſi aliquem defectum probauit, ex quo caſſatur electio. n. 71.*
19 *Grauius punitur, qui obijcit contra perſonam electi, quam contra electionem. n. 72.*
20 *Non ſeruans præfatam ſuſpenſionem priuatur beneficijs. n. 72.*
21 *Hac pœna eſt lata ſententiæ. n. 72.*
22 *Probabilis cauſa litigandi excuſat ab expenſis, & pœna. n. 72.*
23 *Indiſcriminatim non damnatur victus in cauſa appellat. n. 72.*
24 *Vbi requiritur plena probatio, non excuſat ab expenſis, niſi ſi quis habeat plenam probationem. num. 72.*
25 *Qui deficit in probatione vt ſupra, etiam ſi habuit cauſam probabilem litigandi eſt ſuſpenſus, ſecundum aliquos. n. 72.*
26 *Hoc non probatur. n. 72.*
27 *Iuſta cauſa litigandi excuſat a culpa. n. 72.*
28 *Ideoque & a pœna in foro conſcientia. n. 72.*
29 *Hac pœna ſic eſt lata ſententia, quod requirit declaratoriam. n. 72.*
30 *Quæ cauſæ ſufficientes ad hoc, vt ſuccumbenti tribuatur miſericordia. n. 72.*
31 *Qui ſuſpenſus ſe immiſcet beneficijs, eſt illis priuatus ipſa facto. n. 72.*
32 *Et tamen non poſſunt beneficia ſtatim conferri ante declaratoriam. n. 72.*
33 *Tertia pœna contra ſuccumbentes eſt priuatio poteſtatis proſequendi cauſam &c. nu. 73.*
34 *Incurritur etiam in ſuccumbente in appellatione ad inferiores iudices. n. 73.*
35 *Sed tamen non niſi in cauſa electionis, aut promotionis ad dignitates. n. 73.*
36 *Et non niſi contra obijcientem contra perſonam defectus vt euidentes. n. 73.*
37 *Et hæc pœna non eſt lata ſententia, & ab ea excuſat iuſta cauſa litigandi. n. 73.*
38 *Vbi plura obijciantur contra electionem, & electum, ab obiectis contra electum inchoatur iudicium. n. 74.*
39 *Si opponens ſuccumbit in eo, quod obiecit perſonæ repellitur ab aliorum proſecutione. n. 74.*
40 *Non fit in hoc præiudicium iuſtitiæ, quia iudex pro-*

procedit ex officio adulteriora. num. 74.

41 *Si opponens non ſuecumbit in obiectis electo, licet ex eis electio ſit caſanda ex multis rationibus, proceditur ad vlteriora. n.74.*

42 *Si opponens ſuccumbat in obiectis electo, eſt illi locus procedendi ad vlteriora ſi probet iuſtam cauſam litigandi n.74.*

43 *Obiecta contra perſonam non ſufficientia ad caſſationem electionis non admittenda. n.75.*

44 *An ſit locus pœna, vbi vnum obiectorum probatur. Opinio Gloſſa. n.75.*

45 *Si opponens plures defectus contra perſonam illiſq. ſimul examinatis, non omnes probantur, ſed aliquis, repellitur electus, & opponens ſuecumbens in alio, vel alijs, non punitur de calumnia, vt repellatur à promotione proceſſus. 76.*

46 *Iudex autem ex officio ad vlteriora examinanda procedit. n.76.*

47 *Electus citatus ſi non veniat in termino, non per hoc pronunciatur nulla electio. n.77.*

48 *Electus veniens poſt terminum debet audiri. numer.77*

49 *Et ſi in examine inuenitur ſufficiens, confirmatur electio, & apponens reyeitur. n.77.*

50 *Etiam contra poſtulatum opponi poſſunt defectus num.78.*

51 *An pœna cap. ſi farte locum habeat in oppugnante conſecrationem. n.79.*

69 QVæritur Quintò. Qua pœna puniendi ſint appellantes, & proteſtantes, ſi deficiant in probatione eorum, quæ obijciunt contra electionem? Eſt verò hic præſupponendum, ex *Rota deciſ.289.nu. 26. & ſeqq. p.6. rec.* quòd electo ſufficit oſtendere electionem, quam nec tenetur alias probare eſſe Canonicam, cum talis præſumatur, & ſi quis neget eam eſſe Canonicam, tenetur iuris ordine ſeruato (cum extraiudicialiter nõ procedatur ad illam) hoc probare. *Lapp. Abb. in cap. Licet Epiſc. n.3. de preb. in 6. Gemin. ibid. nu.12. Io. Andr. in cap. Sicut nu.11. de re iudicata.* Vbi quòd ſi aliquis defectus opponatur contra electionem, vt puta quòd non ſit factum ſcrutinium, opponens tenetur probare hanc negatiuam. *Io. Andr. cap.1. num.1. de conceſ. preben. in 6. Egid. deciſ.76. n.5.* Et iſta adeo vera ſunt, vt electus non teneatur probare validitatem ſuæ electionis, niſi alius poſſideat. *Gemin. Aegid.* Lapp. *Abb.* loco ſupra citato, *Io. Andr. d. cap. 1.* vbi quòd electus non tenetur probare, niſi præſumptio ſit contra electores. Et in *dict. cap. Sicut, dict. nu. 11.* dicit quòd electus non tenetur probare niſi ius hoc præcipiat, vel niſi ius præcipiat, vt debeat in electione interuenire ſcriptura, quia tunc ius videtur velle, vt per electum probentur ſolemnitates. Hæc Rota. Quamuis verò in electione Prælatorum in qua ſeruanda eſt forma *cap. Quia propter 42. de elect.* Sit neceſſaria ſcriptura, ſufficit electo, ſi ſcripturam & decretum ſuæ electionis deferat in forma probante. Cæterũ opponentium electioni onus eſt probare defectus vel electionis, vel electi, quos opponunt. *Panorm. cap. cum dilectus 32. de elect. nu. 13. Franc. in cap. Statuimus, de elect. in 6. §. adyeientes num. 1. & ex Alex. Put. deciſ. 192. num.2. l.1.* Ideo ſi opponentes non probent, puniendi ſunt. Et quæritur modò qua pœna puniri debeant.

70 Reſpondetur autem, quòd appellans vel abijcit contra formam electionis, vel contra perſonam. Et hac diſtinctione ſtante. Dicitur primò, quòd appellans & obijciens ſolùm contra formam electionis, ſi nullum defectum probat, ſed in probatione deficit tenetur expenſis litis alteri parti *cap. Statuimus. §. Adyeientes, de Elect. in 6. & ibi communiter DD.* Conſiderandum tamen, quòd pœnam hanc euadet, ſi à principio ab appellatione receſſerit. *Gloſſ prima* ibi *verbo defecerit.* Vel etiam ſi aliquem ex defectibus probauerit, vnde caſſetur electio, licet non probauerit omnes, quia tunc victor eſt & ex cauſa iuſta litigauit. Non erit tamen liber à pœna expenſarũ, ſi non renunciauit appellationi, & nihilominùs non venit ad iudiciũ, & ideò nõ probauit; quia tunc ſoluere debet litis expenſas tanquam victus, & in lite ſuccũbens, & quia non probauit, quæ obiecit. *Gloſſ. ibi. Io. Andr. et Franc. n.4.* qui hoc limitant ad expenſas ratione victoriæ litis, non autem ratione contumaciæ. Ratio autem eſt, quia condemnatio expenſarum non imponitur tamquam pœna, ſed pro intereſſe appellati iuxta doctrinam Compoſtellani citati à Gloſſ. ibid. Et licèt ſecundùm *Io. Andr.* talis condemnatio ſit pœna lata in victum, tamen recipiens pro ſuo intereſſe recipit, & ideò verè non eſt pœna in rigore, neque etiam ſoluentis, ſed eſt declaratio iuris naturalis obligantis ad ſoluendum damnum, quòd iniuſtè paſſus eſt appellatus, Vndè non obſtat *l. ſanctio ff. de pœnis* Neque etiam obſtat, quod iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis, & ſemiplena probatio inducat iuſtam cauſam. *De calum. cap.2.* quia hoc deficit, vbi requiritur plena probatio, ſicut requiritur hic *Franc. nu.3.* Vbi enim requiritur plena probatio, non habet iuſtã causã litigandi, qui tantùm ſemiplenam probationem habet. Ideò in hoc & ſimili caſu non ſufficeret iuramentum in defectu probationis iuxta *Io. Andr. & Franc. ibid.* Vlterius verò hæc deciſio extenditur, vt locum habeat quantum ad hanc pœnam expenſarum in omni appellatione interpoſita etiam ad inferiores Papa. *Gloſſ. ante p. in Clem. Non poteſt de Procura, &c. Io. Andr. & Franc. nu.1. in dict. §. Adyeientes.* Non tamen ex vi dicti *c. ſtatuimus,* ſed ex naturali debito reſtituendi damnum illatum electo.

71 Sed ſi appellans obiecit in perſonam electi & in probatione defecit, punitur pœna ſuſpenſionis à beneficijs, quæ obtinet in ea Eccleſia per triẽnium. *d. c. ſtatuimus, §. Adijcientes.* Primò autem eſt conſiderandum, quòd huic Canoni non ſubduntur niſi Clerici Beneficiati, quia iſti ſoli ſunt capaces ſuſpenſionis à beneficijs. *Bonac. de cenſ. in particulari, diſp.3. q.4. p.9. num.7.* Ideò Regulares incapaces beneficiorum hac pœna non ligantur. Et ſecundò eſt aduertendum, quòd hæc pœna locum habet nedum ſi id, quòd obijcitur perſonæ electæ ſit delictum, ſed etiam ſi ſit irregularitas & quicũcumque defectus, textus enim abſolutè loquitur. *Gloſſ. ſecunda in d. §. Adyeientes, v. defecerit.* Et pariter incurritur hæc pœna, ſi appellans multa ſemiplenè probauerit, ſed nihil plenè probauit, textus enim plenam requirit probationem, vt habetur etiã *c. vt circa de elect. in ſexto. Gloſſ. in v. qui verò. Gemin. ibi. num.5. Anchar. num.6. Archidiaconus, & aly contra Hoſtienſ.* apud *Gloſſ. ibi Alter. to.2. diſp.13. cap.4. col.2. Bonac. de cenſuris in particul. diſp.3. q.4. p.9. n.4* quos ſequitur *Barboſ. ad d. c. ſtatuimus, num.11.* Extencen-

Digitized by Google

tenditur verò hæc pœna, vt locum habeat nedum in electionibus, ſed in præſentationibus, & prouiſionibus quibuslibet, ita quod opponens contra perſonam, vel electam, vel præſentatam, vel prouiſam, ſi in probatione defecerit ſit ſuſpenſus à beneficijs per triennium. *d. cap. ſtatuimus in princip. cap. ſi compromiſſarius 37. § fin. de elect. in 6. Suarez de cenſ. diſput. 31. ſect. 3. num. 12.* Limitatur autem primò, vt hæc pœna non habeat locum in electione ad beneficia, quæ non ſunt dignitates, perſonatus, aut Canonicatus. Sic enim limitat idem textus in *§. ſed ſi pars Suar. de cenſ. diſp. 31. ſec. 3. n. 12. Alter. col. 1. verſ. quantum. Bonac. vbi ſup. n. 3. Filliuc. tra. 17. ſe. 6. q. 8. 115. Barboſ. ad d. c. ſtatuimus n. 4* Item ſecundo hæc pœna locũ non habet in appellationibus ad iudices inferiores Põtifice, de appellante enim ad Sedem Apoſtol. loquitur idem textus. ibi *ad nos appellari contigerit. Domin. & Franc. n. 1. & d. Clem. non poteſt, de Procur.* Limitatur tertiò, vt vt appellans in probatione deficiens non ſit ſuſpenſus ab omnibus beneficijs, ſed ab illis ſolis, quæ obtinet in illa Eccleſia, ad quam pertinet electio controuerſa. Sic enim explicat textus de *elect. in 6. cap. ſi compromiſſarius. Suar. vbi ſupra. Bonac. num. 8. Barboſa num. 10.* Limitatur quartò, ſi appellans non deficiat totaliter in probatione; Nam ſi ex pluribus defectibus oppoſitis contra perſonam electi probet ſaltem vnum, qui ſufficiat vt caſſetur electio, non incurrit hanc pœnam. *de reſcriptor. cap. inter cætera ſecundam v. defecerit. Innoc. Hoſtien. Archidiac. quos in margine citat eadem Gloſſa Barboſ. num. 16. Bonacina num. 5.* Hanc enim pœnam patitur excipiens præter ius commune, *De accuſat. cap. ſuper his*, & quia pœna eſt, lata eſt contra eos, qui promotiones per falſas calumnias impediunt, vnde ſi opponens vnum probauit, conſtat, quòd non eſt in fraude, nec eſt calumniator.

72 Eſt verò conſiderandum, quòd qui deficit in probatione eorum, quæ obiecit in perſonam, grauiùs punitur, quia ſuſpenditur ipſo facto à beneficijs per triennium, & quidem taliter, vt ſi peccet contra ſuſpenſionem, eiſdem beneficijs priuetur in perpetuum, ſine ſpe miſericordiæ. Quòd enim hæc ſit ſuſpenſio ipſo iure habetur, quia in textu dicitur *nouerit ſe ſuſpenſum*. Verbo autem ſubiunctiui modi additum participium præteriti temporis importat latam ſententiam. *Barboſ. nu. 11. Bonac. num. 1.* Et nihilominùs ſi cauſa iuſta, & probabilis eum manifeſtè excuſet à vitio calumniæ permittitur, vt cum illo diſpenſetur. Ex hoc verò duo deducuntur. Primum eſt, quod probabilis, & iuſta cauſa litigandi excuſat ſuccumbentem ab expenſis & à pœna iuris. Ita ex *Io. Andr. Francus in d. §. Adycientes num. 2* Et quidem quantum ad expenſas verum puto, quod habet *Gloſſ. v. ſufficiens*, nimirum, quòd in cauſa appellationis non indiſcriminatim damnatur victus victori in expenſis. Sed tamen, vt ſupra dictum eſt, vbi ſicut hic, requiritur plena probatio non omnis probabilis cauſa litigandi excuſat ab expenſis; quia cauſa non eſt iuſta, niſi habeatur plena probatio, & ſemiplena non ſufficit. Sed quantum ad fugiendam pœnam iuris, id non videtur deduci ex hoc textu, cuius ſenſus non videtur eſſe, quod vbi appellans habuerit iuſtam cauſam litigandi, non ſit ſuſpenſus, ſi in probatione defecerit, ſed quòd tunc cum illo eſt diſpenſandum. *Suarez de cenſur. diſput. 31. ſect. 3. num. 12.* Et verum eſt, quòd poteſt fuiſſe tam vrgens & rationabilis cauſa litigandi, & opponendi ſe electioni, vt Põtifex citò totam pœnam tollat, & fructus amiſſos reſtitui faciat, ſed tamen interim opponens, qui in probatione obiectorum in perſonam electi deficit, ipſo facto eſt ſuſpenſus, vſquequò cum illo diſpenſetur, vel à ſuſpenſione abſoluatur. Sed meliùs dicitur, quòd conditionalis illa poſita in fine textus, ſcilicet, *niſi manifeſtiſſimis conſtiterit documentis, quòd ipſum à calumniæ vitio cauſa probabilis & ſufficiens excuſaret*, reſpiciat & ſuſpenſionem à beneficijs, & eorum priuationem. Quia non eſt veriſimile, quòd Pontifex voluerit aliquem ſine culpa eſſe ſuſpenſum. Et ita, hæc pœna ſuſpenſionis ſic eſt pœna latæ ſententiæ, quod tamen non incurritur ante ſententiam declaratoriam, per quam decernatur, eum qui defecit in probatione non habuiſſe iuſtam cauſam opponendi contra perſonam electam. Itaque conſiderandum eſt, quòd rationabilis & iuſta cauſa litigãdi & opponendi ſe electioni, etiam obijciendo defectus, vel crimina contra electum, liberat litigantem a culpa; nam ad iuſtè litigandum ſufficit rationabilis cauſa litigandi. Ideoque & in foro conſcientiæ excuſat à ſuſpenſione, quæ non incurritur ſine culpa. *Bonac. num. 7. Suarez, vbi ſupra.* Et in hoc ſenſu admitti debet dictum *Io. Andr. et Franc.* quia ſcilicet iuſta cauſa litigandi excuſet in conſcientiæ foro ſuccumbentẽ à pœna iuris, quæ culpam ſupponit, vel dolum. Cauſam autem ſufficientem in propoſito ad hoc, vt ſuccumbenti tribuatur miſericordia, ſecundum *Gloſſ. v. ſufficiens*, eſt, ſi opponenti mentiti fuerint teſtes, & noluerint examinari ſuper facti veritate ſicut promiſerant; vel ſi appellans contra electum obijciat excommunicationem, & inueniatur poſtea, quòd ille clanculo ſe abſolui fecerat. *2. q. 3. cap. adhoc.* In his enim & ſimilibus caſibus manifeſtè conſtare poteſt, quod opponens electioni habet cauſam excuſantem illum a vitio calumniæ. *Si* autem in triennio ſuſpenſionis ſe ingerat in beneficijs a quibus eſt ſuſpenſus, priuatur illis. Licet verò hæc pœna ſit ſententiæ latæ, quia dicitur, quòd ipſo iure illis perpetuò ſit priuatus. G*emin. num. 7. Barboſa num. 11.* Nihilominùs beneficia illa non poſſunt conferri ſtatim, non præcedente ſententia declaratoria, quia ille ſuſpenſus cenſetur priuatus, niſi iuſtam cauſam afferat, quæ eum excuſet à calumnia. *Bonac. num. 9.* Ex quo manifeſtè colligitur, quod pœna ipſo iure non incurritur ante ſententiam declaratoriam, quia non incurritur ſi factum ex iuſta cauſa excuſatur, & hoc priùs eſt à iudice examinandum.

73 Præter expenſas verò, & ſuſpenſionem ad eſt tertia pœna contra ſuccumbentem in probatione articulorum, quos in inſtrumento appellationis exhibuit, & credidit ſe probaturum ille, qui appellat ab electione, & hæc pœna eſt priuatio poteſtatis agendi, & proſequendi cauſam, *de elect. in ſexto, cap. ſi fortè 11. & cap. ab eo 31.* Sed hæc pœna non eſt lata vniuerſaliter contra ſuccumbentem in probatione. Sed primò licet imponitur contra ſuccumbentes in appellatione interpoſita nedum

ad

ad Sedem Apoſtolicam, ſed etiam ad inferiores iudices, quia textus citati in hac parte abſolutè & ſine limitatione loquuntur; nihilominùs non ſe extendit niſi ad opponentes contra electionem aut promotionem ad dignitates, quoniam hoc ſolum exprimitur in dictis capitibus, & conſtitutio hæc pœnalis non debet extendi ad non expreſſa. *Gloſſ. de decim. c. Ad audientiam, & de verb. ſignif. in 6. c. 2. Gloſſ. v. dignitatem & ex Archid. & Io. Andr. Gemin. nu. 6. Franc. nu. 3.* Secundò magis adhuc limitatur, quia non fertur niſi contra obijcientem contra perſonam electi crimina vel defectus, vt euidentes, ſeu manifeſtos. Notat enim gloſſa, quod in propoſito euidens & manifeſtum ſynonima ſunt. Vndè ſi quis obijciat defectus, ſed non ſub hac qualitate, ſcilicet vt manifeſtos, & poſtea ſuccumbat, non incurrit pœnam horum textuum, quia ipſi expreſsè loquuntur de obijcientibus euidentem ſcientiæ, vel alium perſonæ defectum. *Gloſſ. v. euidentem, & Franc. n. 3.* Tertiò cum hæc pœna non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ, ſi ſuccubens manifeſtè faciat conſtare iudici, quod iuſtè excuſatur à vitiò calumniæ, quia habuit ſufficientem rationabilē cauſam obijciendi defectus perſonæ electæ, liberabitur à pœna & admittetur ad alia probanda. Ampliatur verò, vt determinatio huius capitis valeat etiā ſi nō ſit appellatū, quādò quis obijcit defectus contra perſonam electam, aut electionem, quia textus non meminit appellationis. *Archidiac. Io. Andreas Geminian. numero 4.*

74 Sed ad maiorem intelligentiam huius pœnæ ſciendum eſt, quòd in *d. cap. ſi fortè*, priùs ſtatutum fuit, vt dum contra electionem obijciuntur multa, tum contra formam electionis, tum contra electum, initium proceſſus ſumatur ab hoc vltimo, ſcilicet à probatione eorum, quæ obiecta ſunt contra perſonam electi. In hoc ergo priori proceſſu ſi opponens non ſuccumbit admittitur ad probanda alia, ſed ſi ſuccumbit, non ampliùs auditur, nec admittitur ad proſequendam oppoſitionem, ſed punitur, ac ſi penitùs in probatione omnium defeciſſet. Et ſi opus eſt iudex ex officio proſequitur iudicium non verò ad inſtantiam partis. Et ſi dicatur, quod ſi opponens non ſuccumbit, non eſt ampliùs locus admittendi eum ad vlteriora probāda, quia iam ex illo, vel illis defectibus probatis caſſanda erit electio. Reſpondetur, quòd licet ex vno defectu probato, quod ſufficiat ad caſſandam electionem, non ſit neceſſe præcisè ad caſſandam electionem, alia diſcutere, & probare, tamen hoc eſt neceſſe, vt iudicium ſit plenum, & completum, & vt multiplici ex cauſa caſſetur electio, & vt confirmator videat, an ſit defectus in forma electionis, qui deuoluat electionem ad ipſum, ſiue vt pro futura electione admittantur omnes, & ſoli legitimi vocales, vel fugiantur defectus, qui in priori electione adfuerunt, vel ex alijs ſimilibus cauſis, ſicut econtra ſi ſuccumbat opponens, adhuc poteſt eſſe illi locus proceſſui ad vlteriora, ſi ipſe conſtare faciat ſe habuiſſe iuſtam cauſam obijciendi. *Gloſſ. v. initium.*

75 Sed quid dicendum vbi opponens obiecit plures defectus contra perſonam, & in alicuius probatione deficit? *Gloſſ. v. euidentem*, ſic reſpondet, ſi inquit iſti defectus diuiſim examinantur tunc ſi in primi probatione (ſupponitur non eſſe admittendum opponentem ad probandos articulos, qui nō valent ad caſſandam electionem; Adquid enim hic labor? *Gloſſ. v. initium. ver. vel dic hoc tunc)* opponens non ſuccumbit, iam electus repellitur, & ſatis eſt excluſus ab electione, ſed ſi opponens ſuccūbit, iam in caſu horum textuum non debet ad alia probanda admitti, niſi vt ſupra dictum fuit à calumnia excuſetur. Et immò debet puniri, ac ſi plenariè defeciſſet in omnium probatione. Sed ſi plures defectus obiecti contra electum ſimul examinantur, & eorum alter manet probatus, alter nō. Tunc electus ſufficiēter manet excluſus ex illo vnico defectu probato, & opponens licet ad alia probanda non admittatur euadit victor. Semper tamen à Iudice puniri debet, vt calumniator, quia defectum obiecit, quod non probauit. Et nihilominùs Iudex ex officio poteſt contra electum, & electionem ad vlteriora verificanda procedere. Sed vbi opponens obiecit crimina, ſed non vt euidentia, tunc vno probato, vt ſupra dictum fuit, & probatum, opponens manet liber à pœna, & electus ab electione repellitur. Ita *Gloſſ. dict. ver. euidentem*, & Gloſſam ſequitur *Archidiac.* & ipſe ſentiens, quod vno ex defectibus probato, ſi alij non fuerunt probati, opponens debeat puniri, vt calumniator pœna dicti *cap. ſi fortè*. Quia opponens veritate deſtituitur, quando exceptiones nō ſunt probatæ prout ſunt oppoſitæ, & diſcuſſæ. Tum ſecundò, quia vbi conjunctim ponuntur plura, vt faciēda, vtrumque eſt faciendum, & ſibi imputet, qui opponendo illa plura, ad illa probanda ſe obligauit,

76 Sed oppoſitum eſt verum, & vbi opponens vnum ex defectibus probauit, propter quem caſſatur electio, vel de iure eſt caſſanda, nedum, vt dictum fuit, opponens non eſt ſuſpenſus à beneficijs, ſed nec eſt repellendus à proſecutione cauſæ, & ad alia probanda ex vi illius *cap. ſi fortè*, aut *cap. ab eo*, ſed ſtandum eſt iuri communi, quia abſurdum videtur, quòd ex eodem proceſſu quis obtineat victoriam, & pœnam. Et quia textus loquitur in plurali, ibi *huiuſmodi oppoſitiones docuerit veritate deſtitui*. vnde ad incurrendam pœnam dicti cap. non ſufficit, quòd vna oppoſitio ſit veritate deſtituta, ſed eſt neceſſe, quòd omnes ſint tales. Et licet opponens ex quo vnam ſolam oppoſitionem non probat ſit pro parte non veridicus, tamen lex non punit ea lege defectum veritatis in parte. Nec oppoſitor ſe obligat ad pœnam legis, niſi iuxta legis exigentiam. Et ita hanc partem tenent, *Io. de Sancto Geor. & Io. de Fan. & Anchar.* quos refert, & ſequitur *Gemin. num. 7. verſ. Ego credo &c.* Hoc tamen limitat idem *Io. de Sancto Georg.* quia ſi quis fuit admiſſus ad probationem vnius oppoſitionis, & in probatione defecit, fictè cenſetur in omnium probatione defeciſſe, ac ſi nullam probaſſet, ſed in omnibus defeciſſet. Sed neque hoc eſt conforme textui, qui vult oppoſitiones contra perſonam priùs examinari, vnde non debet opponens admitti ad vnam ſolam, ſed vbi vnam non probet, admittitur ad aliam, & ſi nullam probauerit, tunc poſtea reijcitur totaliter à proſecutione cauſæ.

77 Opportunè autem hic quærit, *Lapp. Abb.* quid agendum, ſi citatur electus peremptoriè, vt infra certum tempus veniat, & ſubijciatur examini, & ipſe non venit; vnde pronunciatur contumax, nun-

Digitized by Google

nunquid haberi poſſit defectus euidens pro probato, ita vt electio pronunciari poſſit nulla? Et negatiue ex eodem *Lapp. Abb.* reſpondet *Gemin.nu.9.* quem ſequitur *Franc. num.3.* quia id non eſt iure cautum, & cum ſit pœna non eſt imponenda ab homine niſi aliud interueniat. *cap.contuliſti 2. qu.5. & cap.inter corporalia, de translat.* Quamuis iudex poſſit eum compellere ad veniendũ,& ſic electionẽ, & electũ ſi opus ſit reprobare. Quod ſi poſt terminũ electus veniat exhibant ſe paratum examinari, debere audiri tradunt ijdem *Gemin. & Franc.* quoniam tunc electus etiam poſt terminum tenetur venire, ergo ſi venit debet audire, & examinari, & maximè in caſu tali, vt veritas habeatur. Si autem electus veniat, & examinetur, ſi appareat ſufficiens confirmabitur electio, ſi aliud Canonicum non obſiſtat, & opponens repelletur, & punietur, niſi habuerit iuſtam cauſam opponendi. *Gemin. & Franc. citati.*

79 Circa eundem textum autem nonnulla alia notanda ſunt. Et primò, quia videtur textus non ſubſiſtere dum loquitur de obiectis poſtulato. Nam aliàs deficiens, qui non poteſt eligi poteſt poſtulari, vnde contra poſtulatum non valet obijcere defectus. Sed reſpondetur, quòd multi ſunt defectus impedientes poſtulationem, vt eſt totalis illiteratura, & defectus ex crimine prouenientes non deleto per pœnitentiam, & alij ſuper quibus Eccleſia non conſueuit diſpenſare, ideò & huiuſmodi defectus poſſunt obijciunt contra poſtulatum. *Gemin.num.3.*

81 An verò textus habeat locum in oppugnante conſecrationem affirmant *Guil. Arch. Io.Andr. & Paulus*, quos ſequitur *Gemin.d.num.3.* Sed ego de hoc dubito, quia conſecratio non eſt promotio ad dignitatẽ propriè loquendo, & conſecrandus ſupponitur iam promotus ad dignitatem, licet non ſit conſecratus.

81 Tandem circa dicta in duabus iſtis quæſt. vltimus aduertendum, quod nec *cap. ſtatuimus 21 nec cap.vt circa 4.de elect. in 6. nec Clem. Conſtitut.* comprehendunt electiones ad Prælaturas Regulares, quæ propriè non ſunt beneficia, quia ille Decretales loquuntur de electione ad beneficia Eccleſiaſtica, vt patet ex dicto *cap.vt circa.*

CAPVT XXXIII.

De Confirmatione electionis:

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio quid ſit. num.1.*

1 QVid ſit confirmatio electionis deſcripſit optimè *Gloſſ. de elect.cap.noſti 9.v. confirmata*, dicens: Per confirmationem acquirit electus plenam adminiſtrationem, & vinculum coniugale contractum eſt. De *translat.cap.inter corporalia*, non enim ex electione, ſed ex confirmatione deſcendit poteſtas adminiſtrandi, vt *Panorm.docet ind. cap. noſti nu.2.* Et ideò confirmatio eſt titulus Canonicus, quo cõfirmatus acquirit ius actualiter adminiſtrandi Prælaturam, dignitatem, vel beneficium, & eſt veluti contractus matrimonij ſpiritualis indiſſolubilis initus inter electum, & Eccleſiam cui præficitur, vt tradunt *DD. in cap.inter corporalia de translat.*

S V M M A R I V M.

1 *Electus ante confirmationem non poteſt adminiſtrare. 2.*
2 *Electus ante confirmationem adminiſtrans eo ipſo eſt electione priuatus. n.3.*
3 *Adminiſtratio conſiſtit tam in ſpiritualibus, quam in corporalibus. n.3.*
4 *Non confirmatus non poteſt ſolemniter benedicere. num.3.*
5 *Non poteſt beneficia conferre. n.3.*
6 *Geſta per non confirmatum non valent. n.3.*
7 *Electus non confirmatus ſi propria beneficia contulit, poteſt ea repetere, niſi ſuperior ratam habeat reſignationem. n.3.*
8 *Nulliter adminiſtrat temporalia. n.3.*
9 *Debitores Eccleſiæ non poſſunt illi ſoluere. numer.3.*
10 *An ex contractu cum eo inito de bonis Eccleſiæ debeat fieri ſolutio illi, vel Eccleſiæ. remiſſiuè. num.3.*
11 *Adminiſtrans res Eccleſiæ ante confirmationem ſe habet vt fur. n.3.*
12 *Furando res Eccleſiæ non ſubditur pœna cap. Auaritiæ. n.3.*
13 *Recipere iuramentum fidelitatis eſt adminiſtrare. num.3.*
14 *Inſtallatio non eſt adminiſtratio. n.3.*
15 *Electus non poteſt eſſe procurator aut Oeconomus Eccleſiæ. n.4.*
16 *Etiam ſi prius eſſet Oeconomus non poteſt poſtea hoc exercere. n.4.*
17 *De licentia tamen Papæ poteſt eſſe Procurator, & adminiſtrare. n.4.*
18 *Nec dignior poteſt adminiſtrare n.4.*
19 *Electus confirmatus licet non conſecratus exercet, quæ ſunt iuriſdictionis. n.5.*
20 *Ex qua lege prohibita ſit adminiſtratio ante confirmationem. n.6.*
21 *Quod ius det electio, variæ opiniones. n.6.*
22 *Electio non dat ius in re, ſed ad rem. n.7.*
23 *Electores non dant, quod non habent. nu.7.*
24 *Electus ex electione non habet poteſtatem officij. num.7. 11.*
25 *Electus impeditus à confirmatione, impeditur à iure quærendo. n.8.*
26 *Per mortem electi non vacat Eccleſia. n.8.*
27 *Electus ſine licentia ſuperioris renunciat. nu.8.*
28 *Matrimonium ſpirituale perficitur per confirmationem. n.8.*
29 *Quæ ſunt Epiſcopi non conueniunt electo. numer 8.*
30 *Obiecta ſoluuntur. n 9.*
31 *Stat dari poteſtatem ſine executione, ſed non ita ſit in electione. n.9.*
32 *Quomodo de iure diuino ſit, vt electus non adminiſtret. n.10.*
33 *Vniuerſaliſſime nullus purè electus ad aliquod beneficium licitè adminiſtrat. n.11.*

Lex

34 *Lex cap. auaritiæ loquitur de adminiſtratione dignitatum. n. 11.*

35 *Quod lex pœnalis emanans ad coadiuuandum ius vetus ſit late interpratanda, eſt regula falax. num. 13.*

36 *Poſtulatus non poteſt adminiſtrare, ſed hoc non eſt ex vi cap. auaritiæ. n. 14.*

37 *Quod præſentatus non poſſit adminiſtrare, non eſt ex cap. auaritiæ. n. 15.*

38 *Electus adminiſtrans eſt intruſus. n. 16.*

39 *Intruſus non per abuſum ſecularis poteſtatis non eſt incapax beneficijs. n. 17.*

40 *Stylus eſt, quod aliquis intruſus habeatur, vt incapax beneficij. n. 17.*

41 *Caſſata electione alicuius quia adminiſtrauit ante confirmationem, eſt ineligibilis, ſed quia reiectus, non quia adminiſtrauerit. n. 18.*

42 *Adminiſtrans poſt confirmationem nullam non incidit in pœnas cap. auaritiæ. n. 19.*

43 *Lex cap. auaritiæ comprehendit Epiſcopos. n. 20.*

44 *Epiſcopi, & Prælati inſtituti, vel confirmati à Pontifice non poſſunt adminiſtrare niſi expeditis literis Pontificis, & eis ſuæ Eccleſiæ præſentatis. nu. 21.*

45 *Capitula recipientia Prælatos præfatos ſine literis Apoſt. venientes ſuſpenſi ſunt à beneficijs. num. 21.*

46 *Et non ſufficit ſcire quod literæ fuerint expeditæ, ſed neceſſe eſt eas recepiſſe, & Eccleſiæ præſentaſſe. nu. 21.*

47 *Pœnam latam contra adminiſtrantes ſine literis Apoſt. non obligare in conſcientia multi docent. num. 21.*

48 *Capitulorum Canonici ſuſpenſi à proprijs beneficijs, ſi recipiunt ſine literis Apoſt. Prælatum. n. 21.*

49 *Ad eam incurrendam requiritur dolus, vnde ab ea excuſet qualibet cauſa. n. 21.*

50 *Quæ tamen pœna incurritur per vnicum actum conſummatum. n. 31.*

51 *Extrauag. iniuncta de elect. locum non habet in Commendatario ad tempus. n. 22.*

52 *Neque in Cardinalibus. n. 23.*

53 *Neque in electionibus confirmatis ab inferioribus Prælatis. n. 24.*

54 *Neque in beneficijs, quæ non ſunt prælaturæ. n. 24.*

55 *Vniuerſaliter verum eſt, quod beneficiatus non poteſt adminiſtrare ſine literis ſuæ inſtitutionis, ſeu confirmationis. n. 25.*

56 *Extra caſum extrau. iniuncta confirmatus validè, & impunè adminiſtrat beneficium. n. 25.*

57 *Confirmatio dat electo ius in re, & facultatem adminiſtrandi. n. 25.*

58 *Si alius de facto poſſideat beneficium, non poteſt confirmatus ſine iudicis auxilio adminiſtrare. num. 25. 30.*

59 *Confirmatus validè, & impunè propria auctoritate ſuſcipit poſſeſſionem beneficij ab alio non occupati. n. 25.*

60 *Multa validè & impune fiunt, quæ non fiunt ſecure quiete, & pacifice. n. 26.*

61 *Stat aliquem eſſe Dominum, & non poſſe ſine auxilio iudicis accipere poſſeſſionem. n. 26.*

62 *Hæres, & legatarius ope iudicis accipiunt poſſeſſionem. n. 26.*

63 *Datur remedium poſſeſſionis adipiſcendæ. nu. 26.*

64 *Literæ licet non de ſubſtantia gratiæ, ſunt tamen de ſubſtantia probationis gratiæ. num. 27.*

65 *Eccleſia beneficiatum venientem ſine literis non tenetur recipere. n. 27.*

66 *Gratia vel verbo Principis, vel ſignatura ſupplicationis perficitur. n. 27.*

67 *Papa non concedit gratias verbo, ſed ſignatura ſupplicationis. nu. 27.*

68 *Literæ neceſſariæ ad gratiæ iuſtificationem, & canonizationem. n. 27.*

69 *Supplicationes ſignatas, & regiſtratas Papa non lacerat. n. 27.*

70 *Si non ſunt regiſtratæ eas lacerat, ſi vult. n. 27.*

71 *Supplicationes ab anteceſſore ſignatas, ſi ſint regiſtratæ, Papa ſucceſſor expedit in forma rationi congruit. n. 27.*

72 *Beneficiatum non poſſe vti ſola ſignatura ſupplicationis, vel in iudicio vel ad ſumendam poſſeſſionem, per plures Conſtitut. Pontificias eſt cautum. n. 28.*

73 *Confirmatus ab inferiori Prælato, ſi ſine literis ſumit poſſeſſionem, licet hoc validè faciat, tamen non quiete, & pacifice, quia poteſt impediri. numer. 28.*

74 *Confirmatio nequit ſufficienter probari per teſtes. num. 28.*

75 *Confirmatus habens literas Confirmatoris nulla alia licentia indiget vt poſſeſſionem ſumat. numer. 29.*

76 *In Prælatis confirmatis à Papa neceſſario præmittitur iuramentum fidelitatis. n. 29.*

77 *Neceſſariæ literæ teſtimoniales de adimplemento conditionis neceſſariæ ad adminiſtrandum. numer. 29.*

78 *Habens literas confirmationis poteſt ſine inſtallatione, vel inueſtitura, vel mittente in poſſeſſionem eam ſua auctoritate recipere. n. 30.*

79 *Vbi tamen eſſet conſuetudo inſtallandi &c. illa eſſet ſeruanda. n. 30.*

80 *Vbi ex conſuetudine inſtallatio eſſet de ſolemnitate, acceptio poſſeſſionis ſine illa eſſet valida. numer. 31.*

81 *Vbi in literis dantur executores literæ ſunt ſeruandæ. n. 32.*

82 *Literæ executoriæ originales, ſeu authenticæ præſentandæ ſunt. n. 33.*

83 *Papa ſtatim ac eſt electus adminiſtrat. nu. 34.*

84 *Generalis Ordin. Prædicat. & aliorum Mendicantium ſtatim ac ſunt electi adminiſtrant. numer. 34.*

85 *Abbatiſſa electa à maiori parte infra duas tertias, adminiſtrat dum interim eius electio diſcutitur. num. 34.*

86 *Hodie nec in remotiſſimis Prouincijs à Curia Prælati, vel Beneficiati promoti à Papa poſſunt adminiſtrare ſine confirmatione & literis Pontificijs. num. 35.*

87 *Vbi eſt conſuetudo, quod electus non confirmatus adminiſtret, eſt ſeruanda. n. 36.*

88 *Taciturnitas ſuperioris ſignum eſt conceſſæ iuriſdictionis. n. 36.*

89 *Conſuetudo legitime præſcripta dat iuriſdictionem num. 36.*

90 *Conſuetudo legitime præſcripta derogat legi poſitiuæ. n. 36.*

91 *Pœna in adminiſtrantes ante confirmationem eſt priuatio electionis. n. 37.*

92 *Hac Pœna vniuerſaliter eſt ſententia ferenda. num.37.*

93 *Contra adminiſtrantes dignitatem eſt lata ſententia. nu.37.*

94 *Requiritur ad eam incurrendam dolus. n.35.*

95 *Ad excuſandum ab illa ſufficit cauſa qualibet. num.37.*

96 *In Ord. Prædic. non poteſt electus ante confirmat. adminiſtrare. n.38.*

2 DE hac ergo confirmatione Quæritur primò, an ſit neceſſaria ex parte electi ad hoc, vt adminiſtret ea, quæ ſunt beneficij, vel Prælaturæ? Eſt verò in hoc certa concluſio, quod electus ante confirmationem adminiſtrare non poteſt, ſiue vt principalis, ſiue vt Oeconomus, & ſiue in ſpiritualibus, ſiue in temporalibus, & ſiue in totum, ſiue in partem, & ſiue per ſe, ſiue per alios, ſiue alio nouo quæſito colore. Ita enim expreſsè decernitur *de elect. cap. noſti & cap. qualiter 17. & de Præbend. cap. cum iam dudum 18. & de elect. in ſexto cap. Auaritia. Gloſſ. diſt. 63. cap. quanto & de elect. cap. noſti. & ibi Panorm. numer. 2. & alij Canoniſtæ communiter. Et Franc. & Gemin. de elect. in 6. cap. Auaritia, vbi alij DD. in 6. ſcribentes, Sylu. v. confirmatio num. 2. & alij ſummiſtæ, & omnes DD. vnanimiter.* Adeſt etiam circa Abbatias, Præpoſituras & alias dignitates conuentuales conſtit. 86. Pij IV. in qua hæc adminiſtratio interdicitur ſub eadem pœna. *Tambur. de iure Abb. diſp. 6. q. 1. Lauor. c. 25. à num. 2.* In dicto autem *cap. auaritiæ*, hæc pœna ſtatuitur contra eos, qui quocunque modo adminiſtrationem dignitatis ad quam aſſumpti ſunt, gerere vel recipere, aut illi ſe immiſcere ante confirmationem auſi fuerint, vt iure, ſi aliquod ex electione adepti ſunt, eo ipſo ſint priuati; ſed in præfata Conſtitut. Pij Quarti additur inhabilitas ad eandem dignitatem.

3 Adminiſtratio verò conſiſtit tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus. *Gemin. cap. Auaritiæ num. 3.* Vnde electus ante confirmationem non poteſt vti, nec poteſtate iuriſdictionis temporalis, nec poteſtate iuriſdictionis ſpiritualis. Quamobrem electus ad Epiſcopatum, nec poteſt ordines conferre, nec Eccleſias conſecrare, immò nec ſolemniter benedicere. Quàmuis enim ſi ſit Sacerdos poſſit exercere, quæ ſunt ordinis Sacerdotalis, & ſine ſolemnitate, nõ poteſt tamẽ benedicere ſolemniter iuxtà ritũ Pontificalis, incipiendo benedictionem per verſum *ſit nomen Domini benedictum*, & proſequendo benedictionem Epiſcopalem. *Gemin. in d. cap. auaritiæ num. 5. Franc. num 4. Barboſ. num. 7.* Pariter non poteſt ſuæ diœceſis beneficia conferre. *Selua de benef. par. 2. q. 15. a. princ. Rebuff. de pacif. poſseſs. nu. 251. Barboſ. ad cap. noſti 9. de elect. num. 2.* Et ſi aliquod beneficium contulerit nulla eſt collatio, *cap qualiter 17. de elect.* vbi geſta per electum ante confirmationem declarantur penitus non tenere, quod quidem verum eſt etiam in foro conſcientiæ, cum geſta huiuſmodi nulla ſint ex defectu poteſtatis in operante. An vero ſi electus propria beneficia alicui contulerit, caſſata electione poſſit ea repetere *Gaſ. de Cald.* negauit, quia licet collatio nõ fuerit nulla, quia tamen fuit iniuſta, & ipſe in conferendo fuit in culpa, non potuit allegare turpitudinem ſuam, vt illa repetat, & rehabeat; ſed communis ſententia affirmat hunc poſſe beneficia repetere. *Compoſtell. ad d. cap. qualiter num. 1. Io. Andr. num. 13. Anan. nu. 3. Barboſ. num. 3. Panorm.* tamen ibidem *nu. 7. addit.* quod Superior in odium illius electi, qui iniuſte, & cõtra iura adminiſtrans illa beneficia reſignauit, poteſt illam reſignationem, & collationem ratam habere, & validare. Sed niſi hoc fiat, talis electus poteſt propria beneficia recuperare. Eodem modo nulliter adminiſtrat bona temporalia, & contractus ab eo initi, ſunt nulli. Ex quo colligunt DD quod debitores Prælaturæ non ſunt liberati à debito, ſi ſoluant illi electo non confirmato. Quod limitat *Panorm. vbi ſupra num. 6.* niſi debitores fuiſſent obligati ex contractu inito cum electo, licet ſuper bonis Eccleſiæ, quia iſti tunc ſunt obligati ratione contractus, vnde liberantur ſoluendo contrahenti ſecum. Sed patitur difficultatem limitatio, quia Eccleſia debet ſeruari indemnis, non valet ratio adducta. Tum primò, quia ſi debitor accepit rem Eccleſiæ tenetur reddere nedũ ratione contractus, ſed ratione rei Eccleſiæ, quam habet, quæ Eccleſiæ eſt, & quæ ſi fructificat Eccleſiæ fructificat. Tum quia contractus eſt, & iniuſtus, & nullus, ideò ratione eius ad nihil tenetur contrahenti, ſed Eccleſiæ, de cuius bonis factus eſt contractus. Quia nihilominùs res hæc eſt controuerſa, videndi ſunt DD. vbi tractant de reſtitutione rei furto ablatæ, & à fure receptæ. Hic enim electus adminiſtrans res Eccleſiæ ſe habet vt fur, quia de alieno diſponit inuito Domino, propriè tamen non eſt fur. Immò ſi electus ante confirmationem non titulo iuriſdictionis, & officij diſponat de rebus Eccleſiæ, ſed eas priuatim furetur, vel rapiat; & Eccleſiam expoliet, non ſubditur pœnis latis cõtra electos adminiſtrantes ante confirmationem. *Franc. d. cap. auaritiæ num 9.* Actus etiam adminiſtrationis cenſetur, ſi electus à ſubditis illius Eccleſiæ recipiat iuramentum fidelitatis, vel promiſſionem, & ſubiectionem obedientiæ, quoniam per huiuſmodi iuramentum poſſeſſionem ſuperioritatis, aut Prælaturæ ſuſcipit *dicto cap. qualiter, Panormit. num. 1. Barboſ. ad d. cap. auaritiæ, numer. 9. & de offic. Epiſ. alleg. 57. num. 214. Putens deciſ. 43. lib. 3.* Simplex tamen inſtallatio, vbi conſuetum eſt Prælatum inſtallari, quod eſt eum poni in ſtallo Prælati non cenſetur adminiſtratio. Vere enim hoc non eſt officium adminiſtrare, ſed eſt electionis ſignum. Et propterea hunc actum conſuetudo excuſat. *Panorm. ibid.* Actus igitur, qui electo prohibentur, ſunt actus per quos Eccleſiæ bona ſpiritualia, vel temporalia adminiſtrantur. Horum enim adminiſtrationem non in actu habet electus, ſed ſolùm in habitu *Gemin. d. cap. auaritiæ num. 7.* vel meliùs loquendo in potentia.

4 Nedum verò electo prohibetur adminiſtrare tanquam principali, ſed etiam tanquam miniſtro, ita vt nec poteſt eſſe Eccleſiæ Procurator, aut Oeconomus nam ſi etiam cõtingat quod Eccleſiæ oeconomus eligatur in Prælatum, ſtatim ab electione ceſſare debet ab exercitio adminiſtrationis Oeconomiæ. *Io. Andr. & Gemin. num. 4.* & apud eum *Franc. Verall.* qui dixit huc ſe habuiſſe à Compoſitoribus in *Concil. Lugdun.* & fuiſſe de eorum mente *Lauor. cap. 25. num. 7.* nam & ibi electus prohibetur

gerere

gerere munus œconomi, non autẽ illud recipere. Quinimò ſi electus inſtituatur Oeconomus, vel Procurator poſt electionem, & ante confirmationem, ſed non exerceat officium Oeconomi non ſubditur pœnis dicti *cap. auaritia, Gemin. ibid.* quibus tamen ſubditur, ſi inſtitutus à quocunque inferiori Papa, adminiſtret. *Gemin ibid. Franc. nu. 4.* ſi tamen electus, vel inſtituatur à Papa adminiſtrator, ſeu Procurator, ſeu Oeconomus Eccleſiæ, ad quam eſt electus, vel de eius licentia adminiſtret, non peccat, nec pœnis adminiſtrantium ante confirmationem ſubditur *Franc. num. 2.* Hoc autem extenditur, vt verum ſit etiam ſi electus ſit dignior. Quàmnis autem Sacra Congregatio pro parte Epiſcopi Placentini anno 1593. & pluribus dubijs ſibi propoſitis reſoluerit quæſitum, quod erat tale. *Quartò, ſi dignior ante confirmationem poteſt fructibus Parochialis gaudere ſub prætextu Rectoris, Commendatarij, ſeu Vicarij*, & dixerit. *Ad quartum ante collationem non poſſe fructus percipere, niſi vti adminiſtratorem.* Ea quo colligi videtur, quòd dignior ante confirmationem, aut collationem poſſit adminiſtrare, nec ſatisfaciat reſpouſio *Garziæ*, qui præfatam declarationem refert *par. 9. cap. 2. num. 21.* & ait *num. 25.* id à Sac. Congregatione fuiſſe obiter dictum, & non principaliter reſolutum, nam cum ſit directa reſponſio ad dubium, manifeſtum eſt, quòd eſt reſolutio ex principali reſpondentis intentione emanata. Reſpondetur melius, quòd de illa declaratione non conſtat. Etenim licet dici etiam poſſit, quòd in ea declaratione eſt ſermo de Parochiali, cum tamen lex *cap. auaritia* non afficiat niſi adminiſtrãtes in beneficijs ſonantibus in dignitatem, vt dictum eſt. Nec obſtaret ſi diceretur, quòd electo prohibitum eſt adminiſtrare etiam vt Procuratorem, quia hoc eſt verùm in terminis *cap. auaritia*, non verò hoc de iure communi erat prohibitum ſi factum fuiſſet ſine dolo, & ideò Parocho competere potuiſſet fructus percipere, ſi fuiſſet ſine fraude inſtitutus Procurator, aut oeconomus Parochialis, ſaluo ſemper iure Eccleſiæ. Sed meliùs dicitur, quòd illa declaratio non eſt authentica. Nam alias antiqua iura ſupponunt illicitum eſſe, & tanquam illicitum prohibent electo adminiſtrare ante collationem.

5 Quàmuis verò electus non confirmatus nõ poſſit adminiſtrare res Eccleſiæ, cuius eſt electus Prælatus, non eſt tamen neceſſe ad hoc faciendũ, vt expectet conſecrationem. Nam diſtinguuntur hic ea, quæ ſunt ordinis, & ea, quæ ſunt iuriſdictionis & electus non conſecratus non poteſt ea, quæ conſecrationis ſunt, ſed quæ ſunt iuriſdictionis adminiſtrare poteſt, *cap. tranſmiſſam 15. de elec. & cap. inter corporalia 2. de tranſlat. Epiſ. Panormit. cap. cum in cunctis, §. cum verò n. 2. de elect. & ad d. c. tranſmiſſam vbi DD. communiter.* Ideò electus cõfirmatus, & excommunicare poteſt, & abſoluere ab excommunicatione, corrigere, punire, ſynodum calebrare, beneficia conferre, caſus reſeruare, & quæ ſunt conſecrationis alij Epiſcopo committere, & alia facere, quæ iuriſdictionis ſunt, à quibus omnibus debet abſtinere donec confirmetur. Dubitatur autem primò his ſtantibus, ex qua cauſa neceſſaria ſit confirmatio, & ex qua lege, an ſcilicet ea ſola lege poſitiua, vel potius ex lege diuina connaturali inſtitutioni electionis canonicæ ad officia Eccleſiaſtica, & præcipuè ad Prælaturas Eccleſiaſticas habentes poteſtatem ordinis, & iuriſdictionis ſpiritualis. Pendet verò hæc quæſtio ab alia. Per quid ſcilicet diſtinguantur electio, & confirmatio, & quiſnam ſit illarum effectus formalis. Nam ſi per electionem electus nõ habet poteſtatem agẽdi, quæ ſpectant ad officium ad quod eligitur, ſed eam debet recipere à Superiore confirmante, iam euidens erit, quòd ex lege diuina neceſſaria eſt confirmatio, ex quo electo non confirmato illicita eſt adminiſtratio.

6 Eſt igitur prima ſententia, quam tradidit, *Gloſſ. in cap. quanto 10. diſt. 63.* per hæc verba. Si quæras quale ius acquiritur electo per electionẽ, dico, quòd ius Prælaturæ, & ius adminiſtrandi, ſed non exercitium Prælaturæ vel adminiſtrationis. Per confirmationem enim nihil iuris acquiritur, ſed tantùm exercitium. Hanc verò ſententiam tenuit etiam *Rota coram Gregor. XV. dec. 240. nu. 17. & par. 5. recent. deciſ. 444. à num. 15.* vbi quòd electio ſit potentior confirmatione ex *Angel. & Decio*, quia per electionem plenum ius acquiritur, per confirmationem autem nihil noui iuris, ſed tantùm exercitium. *Oldrad. conſ. 146. numer. 4. Dec. cap. poſtquam num. 18. de elect. Franc. cap. poſtquam, §. electus de elect. in 6.* Hanc ſententiam tenuit etiam *Selua 3. par. de benef. quaſt. 1. & quaſt. 11. 25. qualitate* volens per electionem acquiri electo ius in re, & quod per confirmationem non acquiratur ius, ſed exercitium, & confirmetur ius acquiſitum ex electione. Pro qua ſententia refertur etiam *Lambert. de iure patron. lib. 2. q. 1. art. 4. n. 2. & art. 5. 7. doctrina, & 2. par. lib. 2. q. 5. ar. 8. num. 1. 6. & 9. & art. 9. num. 1.* & eam tenet *Lucerna regularium v. electionis confirmatio nu. 2.* Hanc verò ſententiam probat *Gloſſ. citat. ex cap. paſtoralis de reſcr. & §. Ecce 16. q. 1. & ex cap. legimus 93. diſtinct.* Altera ſententia eſt, quæ docet electionem dare ius, & poteſtatem adminiſtrandi in habitu, non in actu, & hæc ſententia à priori non diſtinguitur in ſubſtantia; nam ſentit, quòd electio det poteſtatem, ſed veluti ligatam, & non expeditam, & à confirmatione dependentem, quantùm ad exercitium agendi. Et ita tenuit *Panorm. cap. poſtquam 3. num. 2. & cap. tranſmiſſam 15. num. 3. circa mediũ, & cap. ſacroſancta 51. num. 4. de electione, & in cap. 2. & cap. nobis de iurepatr.* qui tamen *d. cap. poſtquam, & cap. cum in iure 33. num. 3. & cap. nihil 44. numer. 10. de elect.* fatetur, quòd electio non dat plenum ius, ſed ne ſibi ſit contrarius, hæc explicat, quia electio non dat adminiſtrandi exercitium, & ità in hoc ſenſu eandem ſententiam tenuit *Sigiſm. de electione dubio mihi 42. num. 2. Lanor. cap. 25. n. 3.*

7 Sed ſententia communis, & vera eſt, quòd electio dat ius ad rem, ſed non dat ius in re, quia non dat poteſtatem adminiſtrandi, ſiue temporaliter, ſiue ſpiritualiter, ſed dat ius ad habendam hanc poteſtatem. Quod euidentiſſimè explicatur in poteſtate ordinis. Nam ad Epiſcopatum ſi eligatur non Sacerdos, non ſit Sacerdos electione, ſed benè habet ius, vt ordinetur in Sacerdotem. Pariter electione, non habet poteſtatem eorum, quæ ſunt conſecrationis Epiſcopalis, ſed benè ius habet, vt confirmetur in Epiſcopum & po-

ſtea conſecretur. Sic electus ex vi electionis non habet poteſtatem iuriſdictionis, vnde nec poteſt iuriſdictione vti, non quia habeat eam, ligatam, & impeditam, ſed quia poteſtatem iuriſdictionis non habet, nec habere poteſt ex vi electionis ab electoribus, *ut manifeſtum eſt ex cap. noſti, & cap. qualiter de elect.* Nam nemo dat quod non habet; at verò Electores ad Eccleſiaſtica miniſteria non habent poteſtatem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, quam Chriſtus vni ſoli Petro, & ſuis Succeſſoribus commendauit. Et non eſt eadem ratio de electione ad ſecularia miniſteria, quia ſæpiùs contingit, quod facultas agendi eſt in vniuerſitate eligente, quæ propterea eligendo ex vi electionis poteſt dare poteſtatem etiam Regalem; ſed Eccleſia vt diſtincta à ſuo capite Summo Pontifice, (vt ſæpius dictum fuit) nullam habet iuriſdictionis, ſeu ſpiritualis gubernationis poteſtatem, ſed eius eſt paſci, gubernari, & regi. Ideò ſua electione non dat poteſtatem iuriſdictionis, ſed tantùm dat, quod ſibi Chriſtus, & Summi Pontifices conceſſerunt, vt daret. Nam nec poteſtatem eligendi ad officia Summi Pontificatu inferiora habet niſi ex Summorum Pontificum auctoritate, qui concedentes electoribus electionem puram, & reſeruantes ſibi, vel alijs Prælatis confirmationem, vel inſtitutionem, ſibi quoque, vel alijs Prælatis reſeruarunt facultatem largiendi poteſtatem officiorum Eccleſiaſticorum, quam tamen legitimè electis promiſerunt.

8 Hoc verò probatur primò ex *c. ſuper his de accuſ.* vbi manifeſtè dicitur, quod qui electus impeditur, ne confirmetur, vel cōfirmatus ne ordinetur, vel conſecretur, impeditur à iure querendo non verò à iure quæſito. Nec poteſt dici, quòd hoc verificetur, quia electus impeditur ab exercitio agendi, quia ſi hic ſenſus eſſet verus, ſequeretur quòd electus, & confirmatus haberet poteſtatem ordinis antequam ordinaretur, quod quidem hæreticum eſſet aſſerere. Nam decretalis illa eodem modo loquitur, & tam de electo ſi impediatur à confirmatione, quàm de confirmato ſi impediatur à conſecratione, dicit quod impeditur à iure querendo non à iure quæſito. Secundò idem probatur, quia electus non habet Prælaturam, nec habet beneficium, neque eſt Prælatus, vt apertè conſtat ex *dd. capit. noſti, et qualiter de elec.* neque dici poteſt, quòd ſit Prælatus, ſed tantum non habens exercitium agendi quæ Prælati ſunt. Nam hoc modo idem eſſet, ac ſi diceretur, quod eſſet Prælatus ab officio ſuſpenſus, quia ſuſpenſio ab officio priuat exercitio officij. At verò dici non poteſt, quòd non confirmatus ſit Prælatus, ſed ab officio ſuſpenſus, ſed quòd non eſt Prælatus. Cuius ſignum eſt, quòd ob mortem electi nō confirmati non viduatur de nouo Eccleſia, neque vacat Prælatura. Vnde ſi electus moriatur in Curia, non per hoc beneficium in Curia vacat, quia beneficium vacauit per mortem beneficiati extra Curiam non per mortem electi non confirmati in Curia, vt probant, *Rota deciſ. vlt. de elect. in nouis ex Gloſſ. in Clem. primam ver. collato, vt lit. penden. Felin. in cap. cum Bertol. de re iudic. num. 3. Gemin. in cap. ſi electio de elect. in 6.* vbi quod beneficium nō dicitur eſſe Clerici per ſolam electionem, *Staphilæus de literis gratiæ tit. de modo prouiſionis numer. 6. Aeneas de Falcon. de reſeruat. q. 4. effect. 46. Mandoſius Reg. 32. q. 16. Boniſat. in Clem. 1. vt lite pendente num. 47. Gonzal. ad reg. menſium Gloſſ. 15. § 2. num. Garz. de benef. par. 4. cap. 3. num. 6. Tambur. tom. 1. d. 6. q. 1. num. 21. & Rota in Nouarien. Præpoſituræ 28. Iunij 1632. coram D. Veroſpio, quæ eſt 25. apud Tambur. tom. 3.* & tamen tunc beneficium vacat, quando moritur ille, qui beneficium habet, & beneficium habet, qui ad beneficium ius habet in re, licet ſit ab exercitio officij ſuſpenſus, vel impeditus. Et hoc fortiùs confirmatur, quia ſi per electionem electus fieret ſubſtantialiter Prælatus habens poteſtatem Prælati, per electionem perficeretur ſpirituale coniugium inter Prælatum, & Eccleſiam, quia hoc ſpirituale coniugium per hoc ſubſtantialiter perficitur, quòd quis ſit, & eſt Eccleſiæ Prælatus. At verò matrimonium ſpirituale inter Eccleſiam, & Prælatum confirmatione perficitur, vt habetur *cap. inter corporalia 2. de translat.* Vbi ex hoc Pontifex deducit, quòd Epiſcopus confirmatus ex vi diuini iuris non poteſt ſine licentia Summi Pontificis Epiſcopatui cedere, & de vna ad aliam Eccleſiam tranſire, quoniam ſpirituale coniugium eſt ſine Pontificis licentia indiſſolubile. Et tamen hoc de electo non verificatur, qui ſine alicuius Superioris licentia etiam poſtquam conſenſit electionis poteſt eidem electioni renunciare. Et quidem non in manibus Superioris, ſed in manibus electorum, qui electo renunciante nouum Eccleſiæ Præſulem eligunt. *Gloſſ. in cap. 2. ver. renunciauit de reſtitut. in integrum. Rota deciſ. vltim. de elect. in nouis.* Iterum *Gloſſ. in cap. ſi electio v. renunciauit de elect. in ſexto. & ibi Gemin. & iterū Gloſſ. in c. inter corporalia 2. de transl. in v. confirmatus & in c. cum inter in v. coniugale de elect. Butr. in c. in noſtra de reſcript. & ibi Imola num. 8. & iterum Butrius in cap. in noſtris de conceſſ. prebend. Innoc. in cap. ex inſinuatione de ſimonia, & ibi Anauias, Francus ad cap. quam ſit §. electus, de elect. in 6. Felin. cap. cum Bertoldus de accuſat. nu. 3.* quo etiam ſupra cap. 20. q. 4. probatū eſt. Electus igitur ex vi electionis neque eſt Prælatus, neque ſpirituale matrimoniū contraxit cum Eccleſia, licet illud inchoauerit, ideò nec habet poteſtatem agendi, quæ officij ſunt, ad quod eligitur, ſed ſolum habet ius ad rem reuocabile, vel confirmabile per Superiorem, vt tradiderunt *Gloſſ. ordin. in cap. noſti, & cap. qualiter, & cap. tranſmiſſam de elect. & in Clement. 1. vt lite pendente verb. collato, & in cap. cum veniſſent ſe renunciauit de in integ. reſti. & ibi Innoc. & in cap. ſi electio de elect. in 6. Imola in d. cap. noſti Rota deciſ. vltim. de elect. in nouis. Felin. cap. cum Bertoldus num. 2. 3. & 4. de accuſat. & ibi Papazz. in additionibus. Item Rota dec. 17. de Prabend. in nouis. Egid. deciſ. 167. Caſſad. deciſ. 18. de preben. num. 4. Iterum Felin. in capite cauſam nu. 26. & cap. in noſtra à car. 28. de præſcript. Nauarr. in cap. ſi quando de reſcript. except. 10. num. 13. & except. 11. num. 6. Staphilæus de litteris gratiæ, tit. de modis prouiſionis nu. 5. Eneas de Falcon. de reſcrip. q. 4. effec. 47. 3. modo nu. 5. Sarnen. in regula de non tollendo iure quæſito q. 1. primo modo. Rebuff. in praxi ſuper regul. de non tollendo iure quæſito Gloſſ. 6. num. 46. & 47. Corraſ. de benef. 4. par. cap. 1. num. 14. Mandoſ. regul. 32. q 35. num. 8. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2. q. 28. nu. 8. Bordon. contr. 5. num. 43. Garzias par. 4. cap. 3. num. 3. Tambur. de iure Abbat. diſp. 6. q. 1. num. 2. & 20.* Vnde

eſt

eſt, quod Epiſcopus electus, & non confirmatus nec regulariter venit nomine Epiſcopi, vel Pontificis, nedum in pęnalibus, ſed nec in fauorabilibus, vnde talem electum percutiens non eſt excommunicatus per Bullam Cęnæ, *vel axtrauag. prima de pœnis*, nec Ciuitas talem electum percutiens, & occidens incurrit pęnam priuationis Epiſcopalis dignitatis, nec Eccleſiam pleno iure poſſidet, nec alia multa poteſt facere, quæ diffuſè multis citatis probat *Pax Iordan. Prælud. 2. Elucubrat. diuerſarum.*

9 Neque obſtant quæ *Gloſſa illa in cap. quando 4. diſt. 63.* pro ſe adduxit. Nam in *cap. Paſtoralis* de reſcriptis nihil habetur, quod ad rem faciat. Si verò in ſenſu illius Gloſſæ intelligatur §. *Ecce in hoc 16. quæſt. 1.* probaret, quòd etiam ante electionem Sacerdos ſit iam Epiſcopus, & haberet ius in re ad Epiſcopatum, quoniam in eo §. *dicitur*, quòd monachi in ſuſceptione Sacerdotij obtinent poteſtatem baptizandi, prædicandi, peccata remittendi, & beneficijs Eccleſiaſticis perfruendi, tamen executionẽ poteſtatis non habent niſi fuerint electi à Populo, vel ab Epiſcopo de cõſenſu Abbatis ordinati. Quod ergo colligitur ex eo §. *eſt*, quòd ſtat dari poteſtatẽ, & non dari executionem poteſtatis, quod verum eſt ſi detur poteſtas, & non detur ſibi ſubiectum in quo poſſit exerceri, ſicut fit in ordinatione Sacerdotis, cui datur poteſtas remittendi peccata, & non datur exercitium, niſi detur ei Populus, in quem exerceat poteſtatem & ſic ſi conſacretur aliquis Epiſcopus ſibi nulla deſignata Diœceſi datur poteſtas Epiſcopalis, & non exercitiũ, quia non deſignatur materia exercendæ poteſtatis, Sed ex hoc inferre, ergo ſic fit in electione, vt electo detur poteſtas, & non detur exercitium, voluntaria conſequentia eſt, & contra rationem, Quia imò per electionem determinatur electo materia exercendi poteſtatem, quia eligitur Pręſul determinatæ Eccleſiæ, vnde ſi illi etiam daretur poteſtas, bene illi conuenire poſſet etiam exercitiũ poteſtatis. *In can. verò legimus diſtinct. 93.* ſolum habetur, quòd exercitus facit Imperatorem, ſed primò nec dicitur, quòd Imperator ſola electione ſit Imperator, & modò licet ex conceſſione Põtificum Imperator electus adminiſtret, tamen non dicitur Imperator ſimpliciter antequam à Papa confirmetur, ſed dicitur Imperator electus. Et ſi ſpectato ſolo iure communi hoc conſideretur, nec Imperator ex vi ſuæ electionis habet poteſtatem imperatoriam ſecundum multos DD. quos refert *Azor. par. 2. l. 10. cap. 6. q. 6.* ſed dato etiam, quòd Imperator ex vi electionis ſuæ haberet poteſtatem adminiſtrandi Imperium, hoc non probaret intentum, quia hoc eſſet ſpeciale priuilegium, ſicut & de facto, vt infra dicam, electio Generalium Religionum ex priuilegio ſpeciali ſimul eſt confirmatio, nec alia indiget confirmatione, ſed ſtatim electi habent poteſtatem in ſuos Ordines, & quæ ſunt officij ſui adminiſtrant. Sed electio pura ſolùm dat ius ad habendam poteſtatem, non verò dat poteſtatem, & ius in illa.

10 Hinc modò colligitur, quòd neceſſitas confirmationis eſt nedum ex iure Eccleſiaſtico, ſed ex iure diuino connaturali inſtitutioni electionis, quæ cum ex ſui natura non det ius in re, ſed ad rem, ſeu non det poteſtatem agendi quæ ſunt officij ad quod electus eligitur, & de lege naturali actus exercitus à non habente poteſtatem ſit nullus, & inualidus, neceſſaria eſt confirmatio, per quam electo detur officium, & cum officio poteſtas agendi, & ius in re ad agendum. Eſt tamen hæc confirmatio neceſſaria ſub diſtinctione ſeu vel in ſe, vel in æquiualenti. Quoniam Papa concedere poteſt, vt electio ſit ſimul confirmatio, & quòd electus ex vi electionis habeat poteſtatem iuriſdictionis; quamuis poteſtas ordinis non niſi per collationem Sacramenti ordinis poſſit conferri, & hoc ex lege diuinæ inſtitutionis, *vt cum mag. & D. Th. tradunt Theologi in 4. d. 24.* Hinc eſt, quòd ſunt multæ electiones, quæ habent vim electionis, & aliæ in quibus electi ſtatim adminiſtrant ac ſi eſſent confirmati. Nam modò Generales ferè omnium Religionum ex vi electionis ſunt ſimul electi, & confirmati. *Sigiſ. dub. 46. num. 3. Peyr. in formul. litt. C. cap. 18. nu. 2.* Electio verò Prouincialium, licet indigeat confirmatione, nihilominùs in Ord. Prædicatorum in multis Prouincijs ſtatim ac ſunt electi adminiſtrant vel vt Vicarij, ſicut in Prouincijs Hiſpaniarum, vel vt Prouinciales, ſicut in Prouincijs Indiarum. Et teſte *Peyr. vbi ſupra.* In Ord. Minimorum Prouinciales ſtatim ac ſunt electi adminiſtrant, licet infra tres menſes teneantur petere confirmationem à Generali: Quod idem fit in Correctoribus Romanis. Vbi tamen Prouinciales electi adminiſtraut vt Prouinciales, eorum iuriſdictio imperfecta eſt, & veluti conditionata, & carens abſoluta firmitate, *Sigiſm. de elect. dub. 46. num. 17. Lauor. tit. 4. cap. 5. num. 66. Peyr. vbi ſupra.* Vnde eſt quod contra talium electiones poteſt opponi, & inſtari vt caſſentur.

11 Dubium ſecundò eſt, an lex decretalis *auaritia 5. de electione in 6.* ſit vniuerſalis ad omnia beneficia. Nam legem naturalem eſſe vniuerſalem, vt nullus purè electus ad eccleſiaſtica officia, donec confirmetur poſſit adminiſtrare, eſſe vniuerſalem non poteſt eſſe dubium. Suppoſito enim, quòd electus non habeat ius in re, ſeu non habeat poteſtatem agendi, & adminiſtrandi, certum eſt, de iure naturæ eſſe illicitum agere, & adminiſtrare quæ ſunt officij, ad quod eſt electus. Legem etiam contentam *in cap. noſti, & cap. qualiter* de electione eſſe vniuerſalem ad omnia beneficia de facili concedetur, & id docuerunt *Bald. Card. & Antonius de Butrio, quos refert, & ſequitur Rota coram Creſcent. deciſ. 6. de iurepatron. num. 14.* Quod multo magis tenent illi, qui volunt, quòd etiam *lex cap. auaritiæ* ſit vniuerſalis, quos infra referam. Nam de lege contenta *in dd. cap. noſti, & qualiter* dico eſſe vniuerſalem, quia non eſt lex impoſita, ſed declarata, & vt vniuerſalis ſuppoſita. Nam *in cap. noſti* nihil noui præcipitur, ſed tanquam notum, & manifeſtum habetur quòd Linconien. electus ex quo ſua electio non erat confirmata, non habebat poteſtatem, & facultatem conferendi præbendas, aut diſponendi de rebus Eccleſiæ, & ideò *Alex. III.* mandat geſta per illum reuocari. Vbi ponderandum eſt, quòd ex eo aſſeritur electum non habere facultatem, quia electio non erat confirmata, quæ ratio de ſe vniuerſalis eſt, & abſoluta, & formalis. Similiter *in cap. qualiter* non præcipitur, ſed docetur, & declaratur quòd electus non confirmatus non poteſt adminiſtrare, & hoc quia non licet alieni aſſumere ſibi honorem, ſed opus eſt eſſe à Deo vocatum. Vnde ponderandum eſt, quòd ille electus adhuc non erat à Deo aſſumptus ad honorem,

Digitized by Google

& quòd electio non eſt aſſumptio, nec Dei vocatio ad honorem, & quòd electus, qui adminiſtrat aſſuoiit ſibi honorem oon vocatus à Deo, quod eſt ſacrilegè ſe intrudere. Quæ quidem ratio vniuerſaliſſima eſt; Et propterea *Innoc. III.* declarat, & denunciat geſta per talem electum non tenere, quia nulla erant, tanquam geſta à oon habente auctoritatem agendi. Sed cum hi canones ſupponant electionem non dare poteſtatem adminiſtrandi, & oon habeamus expreſſam legem anteriorem poſitiuam, quæ hoc decernat, magis confirmatur quod dictum eſt, ſcilicet hoc eſſe de lege diuina naturali, ſuppoſita inſtitutione electionis, vt dantis ius ad rem noo in re, quo ſuppoſito neceſſe eſt, quòd ab aliquo Superiore electo per confirmationem aliquam detur id, ad quod ab inferioribus eligitur. Itaque lex dd. Canonum eſt vniuerſalis, ſed non impoſita ibi, ſed ſuppoſita, & declarata, & confirmata.

12 Quæſtio igitur eſt de lege contenta *in cap. auaritiæ 5. de electione in 6.* quæ ſine dubio eſt lex pœnalis *Maſorb. in praxi requiſ. in dub. 36. num. 15. & re 7.9. dub. 1. nu. 15. Barboſa ad d. cap. auaritiæ nu. 8.* Et nihilominùs eam eſſe vniuerſalem ad omnia beneficia ſuſtinent *Lapus alleg. §. & ibi Mandoſ. ſub litt. I. Franc. ad d. cap. auaritia num. 3. Rota coram Creſcent. d. 6. de iure patron. num. 13. Mandoſ. de ſignat. gratiæ tit. de priuat. verſ. dubitabatur Hieron. Gabriel conſil. 199. l. 1. Rota d. 157. in vna Eugubina Canonicatus de anno 1561.* quam refert, & ſequitur *Garzias par. 11. cap. 10. num. 216. & apud eundem Proſper de Auguſt. qui etiam citat Rochum, & Rebuff* cum tamen à *Leſſio* infra citando referantur pro oppoſita ſententia. Ratio quam adducit *Francus* eſt ſumpta ex regula, quam tradit *Gloſſ. in cap. decet de immun.* quia ſcilicet conſtitutio pœnalis, emanans ad coadiuuandum ius vetus, debet extendi ad omnia in veteri iure contenta.

13 Sed certè hæc regula attendi non debet, nec eſt Doctorum regulas agendorum ſtatuere contra regulas iuris certas. Nunquid enim ex quo mendacium omne eſt iure naturæ prohibitum, lex pœnalis prohibens mendacium io iudicio, ad omne mendacium ſe extendit? vel ex quo ludus alearum eſt prohibitus ex lege poſitiua, lex pœnalis prohibens ſub pœna ſpeciali ludum alearum in vno loco, ad omnia loca ſe extendit? Regula canonica eſt, vt odia reſtringantur, oon amplientur, regula *odia.* 15. & quòd in pœnis benignior fiat interpretatio regula *in pœnis 49. de reg. iuris in 6* At verò decretalis *auaritiæ* expreſsè loquitur de dignitatibus, & earum adminiſtratione; non eſt igitur vnde extendatur ad beneficia, quæ non ſunt digoitates. Et eo magis quòd non eſt eadem ratio, & idem periculum. Nam quòd indignus regimen animarum adminiſtret valde malum eſt, ſicut, & malum non tolerabile, quòd indignus ius dicat, & tanquam Iuriſdictionem habens iura Eccleſiarum adminiſtret. Et quia ſolæ dignitates habent adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum cum Iuriſdictione *Panorm. cap. de multa, de præbend. & ex Anchar Sylues. v. dignitas*, alia vero beneficia adminiſtrationem habent ſine iuriſdictione, ideo ſpecialis ratio eſt in dignitate, vt ad vitanda magna damna Eccleſiarum ſpeciali pœna coerceantur electi, dignitates noo adminiſtrare ante confirmationem, Nec obſtat, quòd textus dicat *nullus &c.* quia ſtatim ſe explicat, & limitat dicens: *Nullus adminiſtrationem dignitatis ad quam electus eſt, priùſquam electio confirmetur gerere præſumat.* Et ideò quòd decretalis *auaritiæ* afficiat ſolùm gerentes adminiſtrationem dignitatum ante confirmationem docent *Gemin. ad d. cap. n. final. & Leſſ. l. 2. cap. 34. num. 15.*

14 Dubium tertiò eſt, ao eadem decretalis locum habeat in poſtulato, ita vt nec poſtulatus poſſit ante admiſſionem poſtulationis adminiſtrare. Et quidem de poſtulato manifeſtum eſt, quòd adminiſtrare non poteſt ex vi ſolius poſtulationis nondum admiſſæ, cum poſtulatio innitatur gratiæ *cap. bonæ 3. de poſtul.* & ſupra cap. 34. probatum eſt, & poſtulatio nec det ius ad rem, ſed immò iura ſtatuerunt, vt ſi poſtulatus adminiſtret, eadem poſtulatio ipſa ſit irrita, ſed electores poſtulatum recipientes ſint ipſo iure priuati poteſtate eligendi; & poſtulandi *cap. bonæ 23. de elect.* Vnde certum eſt, poſtulatum ante admiſſionem poſtulationis non poſſe adminiſtrare.; Sed dubium eſt, an poſtulatus adminiſtrans antequam eius poſtulatio ſit admiſſa ſubiaceat pœnæ etiam etiam ex vi *d. cap. auaritiæ*? Decretalem enim illam habere locum in poſtulato tradiderunt *Gemin. in d. cap. n. 4. ver. per prædicta. Et ex Io: Andr. Franc. n. 2. Barboſa num 6. ex Rom. conſ 330. num. 21.* Sed cum Canones iam contra poſtulatum ſi admioiſtret ante admiſſionem poſtulationis, & contra eum recipientes pœnam impoſuerint, non eſt vnde dicamus eum ſub hac decretali comprehendi. Quod eò magis inde colligitur, quòd io poſtulatum non cadit priuatio iuris quæſiti, cum hoc ſit proprium poſtulationis, vt ex ea non quæratur ius poſtulato, ſed pœna conueniens poſtulato ſe intrudenti in adminiſtrationem, eſt vt poſtulatio eo ipſo ſit irrita. Et hæc pœna in eum lata fuerat per canones antiquiores.

15 Dubitatur quartò an *d. lex cap. auaritiæ* afficiat præſentatos ſi ante inſtitutionem admioiſtrent. Qui tenent ſub hac lege comprehendi omnia beneficia, & quos retuli ſupra n. 12. ſimul affirmant eandem legem militare etiam contra præſentatos. Sed *Gemin. vbi ſupra ex Calderino exiſtimat*, quòd ſoli præſentati ad dignitates ſubdantur *d. cap. pœnæ*, quia in eo eſt ſermo de ſola adminiſtratione dignitatum. Sed nihilominùs contrarium tenent omnes illi, qui tenent in legibus pœoalibus non fieri extenſionem de caſu ad caſum. Quod eò magis procedit, quòd in huiuſmodi non inuenitur ratio vtrique parti eadem adæquatè, & io indiuiduo, vnde non habet locum extenſio ex æqualitate, aut identitate rationis. Ceterùm ex communi lege quilibet non habens ius in re ad beneficium, ſed ſolum ius ad rem non poteſt adminiſtrare ante Superioris prouiſionem, & ſi adminiſtrat geſta per eum ſunt nulla, & puniri poteſt iuxta temeritatis demeritum etiam irritatione præſentationis, quia beneficio ſe reddit indignum, qui in illud ſe intrudit.

16 Itaque conſiderandum eſt, quòd electus adminiſtrans ante confirmationem, & poſtulatus ante admiſſionem poſtulationis, & præſentatus ante inſtitutionem ſunt verè intruſi per ea, quæ docet *Panorm. cap. cum iamdudum 18. de præbend. num. 3. & 4. & Rebuff. & Gutierz. Garz. par. 11. cap. 10. num. 223. Oldrad. Paulus Burgarius, Coſmus*

quos

quos refert, & ſequitur *Sanchez l. 2. opus. cap. 2. nu. 3.* Qui licet loquantur de electo non confirmato, multò magis hoc valet de poſtulato, quòd non habet ius, & de præſentato quòd non habet tantum ius. Nam & ratio quare electus ſit intruſus, ſi adminiſtret, eſt quia non habet ius in re ad beneficium. Hoc autem ſtante dubium eſt apud Doctores de pœna, qua puniendus ſit intruſus. Pro conſtanti enim habentes, quòd in terminis *cap. quiſquis 43. de elect.* intruſus quia electus per abuſum ſæcularis poteſtatis nedum nulliter beneficium obtineat, ſed ſit ineligibilis ad quamcumq; dignitatem, ſed de eo, qui non eſt intruſus per ſæcularis poteſtatis abuſum dubitant an ſit incapax ad beneficia, & quàmplures tenent, quòd cadat à iure, ſi quod habebat ad illud beneficium, in quod ſe intruſit, & ad illud obtinendum ſit incapax, & quòd ſolus Papa diſpenſat in hac inhabilitate, & quòd ſi intruſus vult purgare vitium, & impetrare beneficium debet facere mentionem de intruſione, & de perceptione fructuum, ſi eos percepit. Immo *Caſtell. cap. p. nu. 20. putat*, quod hic adminiſtrans ſit ineligibilis ſimpliciter, & citat *Panormit. in cap qualiter num. 8. Et ex Biax. p. 2. cap. 8. num. 1. Menoch. de arbit. caſu 403. a. 2. & Loter. l. 2. q. 13. num. 7. idem tradit Tambur. tom. 1. diſp. 6. q. 1. num. 15.* quæ tamen non omnes concedunt, vel eodem modo explicant. Et de his videri poſſunt *Nauar. cap. ſi quando de reſcript. except. 18. num. 6. & in Manual. cap. 27. num. 194. & conſ. 12. de reſcrip. num. 13. & 14. Ludouicus Lopez par. 2. cap. 22. Azor. p. 2. l. 6. c. 4. q. 23. Panorm. in cap. cum iam dudum 18. de præbend. & alij Canoniſtæ ibi. Felin. ad cap. Poſtulaſti de reſcript. ad fin. Capell. Toloſ. q. 484. Caſſad. deciſ. 6. de Præbend. Sanchez l. 4. opus. cap. 2. q. 21. Lauorius cap. 25. num. 5. Caſtell. cap. 1. nu. 20. Garzias de benefic. par. 11. cap. 10. a nu. 234.* & alij plures apud iſtos. At verò opinionibus relictis duo mihi videntur dicenda.

17 Primum, quòd ex nullo iure habetur ſufficienter, quòd extra caſum *cap. quiſquis* de electione intruſus ſit incapax nedum ad alia beneficia, ſed ad illud idem, in quod ſe intrudit. Hæc enim pœna non deducitur ex *cap. per inquiſitionem 26. de elect. vel ex cap. Cum iam dudum 18. de præbend.* ex quibus qui illam aſſerunt eam colligi credunt. Et quidem *in cap. per inquiſitionem* nihil video, ex quo hæc incapacitas deducatur. Nam electio illius Archiepiſcopi fuit ſimoniaca, & ille Cancellarius, qui fuit priuatus beneficijs hanc pœnam ſubijt, quia ſcienter elegit ſimoniacum, ideoque indignum. Et quòd idem Cancellarius poſt Archiepiſ. ſimoniacam electionem caſſatam nomine Archiepiſcopi aliquam adminiſtrationem habuerit bonorum Archiepiſcopatus narratur quidem, ſed quòd propter hoc punitus fuerit, non legitur. Sed benè tanquam indigni elector fuit priuatus beneficijs. *In cap. verò cum iam dudum*, cuidam Canonico plura crimina obiecta ſunt, & præcipuè, quòd plura beneficia haberet, & quòd quamdam præpoſituram ante confirmationem adminiſtraſſet. Papa verò mandat, vt ſi inuentum fuerit, quòd ille habuiſſet plura beneficia, aut aliquid ex prædictis, quod ad caſſationem eius ſufficeret, eum priuarent præpoſitura. Vbi conſiderandum, quòd ex modo loquendi Papæ ſola pluralitas beneficiorum fuit iudicata abſolutè cauſa ſufficiens ad imponendum ei Canonico ſilentium ſuper Præpoſitura, ſed aliæ cauſæ ſolùm ſub conditione ſunt iudicatæ ſufficientes, ibi *aut aliquid aliud præmiſſorum, quod ad caſſationem eius ſufficiat inueneritis eſſe verum.* Innuens ex hoc alia ex præmiſſis (inter quæ erat adminiſtratio ante confirmationem,) etiam ſi vera, potuiſſe eſſe talia omnibus penſatis, vt ob ea non meruiſſet caſſari. Et ſic ex eo capite ad ſummum habetur, quòd adminiſtrans dignitatem ante prouiſionem ſit ea indignus, & quod electio eius vel præſentatio, aut poſtulatio debet caſſari, ſed quòd ſit incapax beneficij non habetur. *Garz. vbi ſupra num. 234.* intruſus tamen ad dignitates Conuentuales iuxta Conſtit. 86. Pij IV. eſt ad eam inhabilis ad quam ſe intrudit. Sciendum eſt nihilominùs, quòd in his ſeruandus eſt ſtylus Curiæ, qui eſt vt intruſus quàmdiù eſt intruſus, & qui percepit fructus indebitè quamdiù illos habet, ſit inhabilis ad illud beneficium. Nam de ſtylo datur illis rehabilitatio tanquam inhabilibus cum compoſitione tertiæ partis fructuum. *Garz. vbi ſupra nu. 235. vbi nu. 236.* quòd hoc non procedit in eo, qui habens ius ad rem, ad beneficium intruſit ſe accipiendo poſſeſſionem ſine adminiſtratione, quia iſte non ſit inhabilis, cum non perdat ius, quod habet ſuper beneficio. Et licet vt ſupra dictum fuit, qui non habet ius in re, ſi accipiat poſſeſſionem beneficij incurrat in pœnas *cap. auaritia*, qui tamen habet ius in re accipiendo poſſeſſionem non ſubditur illi pœnæ, & nec eſt talis intruſus, qui reddatur inhabilis, & priuetur iure, quod habet.

18 Duo tamen ſunt caſus quos refert *Panorm. in cap. qualiter num. 8. de elect.* in quibus videtur, quod ex adminiſtratione ante confirmationē ſequatur inhabilitas. Primò enim quærit, an vbi caſſata ſit electio alicuius ex eo, quòd ante confirmationem adminiſtrauerit, ille poſſit eligi ad eandē, vel aliam Prælaturam, & ex *Anthar.* Reſpōdet talē eſſe ineligibilem, ſed non ratione adminiſtrationis factæ, ſed ratione caſſationis, quia ex *cap. ſuper eo, de elect.* reiectus ab vna electione ratione defectus ſui eſt ad alias ineligibilis, vt ſupra cap. 25. explicatum eſt. Secundus caſus eſt illius, qui ex potentia Principis ſecularis ingerit ſe adminiſtrationi ſola electione præcedente. Et hunc putat eſſe ineligibilem, ex *cap. quiſquis de electione* ratione abuſus ſecularis poteſtatis, non ratione puræ adminiſtrationis. Et nihilominùs neque hoc eſt vndequaque verum, quia inhabilitas lata in *cap. quiſquis de elect.* reſpicit eos, qui conſentiūt electioni de ſe factæ per abuſum ſecularis poteſtatis, qui inhabiles redduntur non ſimpliciter, ſed ad dignitates, vt ſupra cap. 8. num. 4. dictum eſt, ſed non afficit eos, qui vbi ſint legitimè electi per abuſum ſecularis poteſtatis ſe ingerunt in adminiſtratione Prælaturæ, ad quam electi ſunt; Pœna enim de caſu ad caſum non extenditur. Vt ſupra igitur dicebatur hæc inhabilitas ſolum incurritur ab eo, qui nedum adminiſtrat, ſed eſt electus per abuſum ſecularis poteſtatis.

19 Sed neque verum eſt, quod tradit idem *Caſtell. cap. 14. num. 14. ex Gloſſ. in d. cap. auaritia ver. per ignorantia*, quam ſequitur *Lauor cap. 25 nu. 64. & Tambur. tom. 1. diſp. 6. quæſt. 1. nu. 8.* ſcilicet quod adminiſtrans poſt confirmationem nullam ſubdatur pœnis *d. cap. auaritia de elect. in 6.* etiam ſi non

ob

ob ignorantiam facti, ſed iuris eam credat validam. Tum quia vt probatum eſt, etiam ante confirmationem ignorantia & quælibet cauſa excuſat à pœnis illius Capitis. Tum quia pœnæ illæ latæ ſunt contra adminiſtrantes ante confirmationem, nec pœnæ, ad diuerſos caſus ſunt extendendæ. *cap. odia, & cap. in pœnis. de regul. iuris in ſexto.* Ideo verum eſt, quod tradidit *Myl. in repert. ver. pœna decretalis auaritiæ,* ſcilicet, quòd adminiſtrãs poſt confirmationem nullam non incurrit pœnam dicti *capit. auaritiæ.* Quod non bene limitat *Tambur.* vt ſit verum ſi nullitas ſit ex defectu citationis, non verò ſi ſit ex defectu iuriſdictionis. Nam præcipuè ſi electus credat ſuam electionem fuiſſe confirmatam, euadit pœnas dicti capitis ſiue in facto erret, ſiue in iure. *Seraphin. deciſ.* 1238. *num.* 9. Et non ſufficere intruſionem ſolam, vt intret pœna *cap. auaritiæ,* ſed requiri etiam temeritatem dixit *Rota in Benenent. Vicaria coram Card. Sacrato,* quam refert *Tambur. num* 9. Et DD. pro contraria ſententia adducti loquuntur in terminis valdè diuerſis, ſcilicet, quando appellatum eſt à confirmatione, & nihilominùs electus confirmatus appellatione legitima ſpreta attẽtans adminiſtrat. In hoc enim caſu, talis neque eſt adhuc confirmatus, cum appellatio effectum confirmationis ſuſpẽdat; Vnde ſatis probabiliter dicitur, quod tunc electus adminiſtrans in pœnas d. capitis incidat. *Gemin. ad d. cap. Auaritiæ num. 7. poſt Gloſſ. ibid. ver. confirmetur.* Quamuis & oppoſitum dici poſſit, nedum vbi ſimus in caſu appellationis extraiudicialis talis, quæ ſuſpendat effectum confirmationis, vt explicat idem *Tambur. num.* 11. Sed etiam abſolutè, quia talis adminiſtrat non ex vi ſolius electionis, quod eſt id, quod prohibetur in d. *cap. auaritiæ,* Sed in ex vi confirmationis. *Seraph. d. dec.* 1238. *n.* 9.

20 Dubium quintò eſt, an lex *cap. auaritiæ,* cõprehendat Epiſcopum Et ratio dubitandi eſt, quia ex doctrina. *Gloſſæ in cap. 2. de præbendis,* ſub generali nomine dignitatis non venit Epiſcopus. *Syluest. v. confirmatio num.* 3. At certum eſt comprehendi, immò eſt ſermo præcipuus de Epiſcopis, de quibus maximè loquuti ſunt alij ſac. Canones. Ad obiectum in oppoſitum reſpondent *Geminian. & Franc. & in dicta cap. auaritiæ, & Syluest. vbi ſupra,* quòd conſtitutio, quæ emanat ad iuris antiqui adiutorium, & munimen eſt latè interpretanda etiam ſi ſit pœnalis. Sed hæc regula fallax eſt, & ſi noua conſtitutio pœnalis, etiam facta ad iuris antiqui munimen non loquatur vniuerſaliter, ex hoc eſt manifeſtum, quod lex vniuerſalis antiqua non indigebat, vt ad ſui obſeruantiam vniuerſaliter per nouam pœnam compelleretur homines, ſed pro ea parte, quam nouus legislator exprimit, & qui cum præſumatur prudens, & ſciens terminis magis vniuerſalibus vſus fuiſſet, ſi pœnam magis vniuerſaliter extendi voluiſſet. Reſpondetur igitur, quòd immò ex hoc *cap. habetur,* quòd regula illa gloſſæ, vt ſub nomine dignitatis non veniat Epiſcopatus non eſt certa, ſed eſt aliquando vera gratia materiæ. In propoſito autem noſtro, cum ex principio capitis conſtet, quod Concilium Lugdunen. loquitur de electis ad regimen animarum, qui primò, & principaliter ſunt electi ad Epiſcopatum, vt Epiſcopus, & alios omnes animarum Rectores habẽtes adminiſtrationem cum iuriſdictione, quocumque nomine vocentur comprehenderet, vſum eſt generali nomine dignitatis, Epiſcopatus verò inter dignitates regimen animarum habentes eſt præcipua, & ideò textus ille præcipuè de Epiſcopis loquitur.

21 Extenditur tertiò, vt ad adminiſtrationem gerendam nedum ſit neceſſaria confirmatio, ſed neceſſe ſit, vt hæc probetur per literas datas à Confirmatore, & ſine illis nullus etiam confirmatus poſſit beneficij poſſeſſionem accipere; & illud in ſpiritualibus adminiſtrare. In hoc tamen puncto diſtingui debent Epiſpopi, & Prælati eius Superiores, & Abbates, Priores, & Monaſteriorum regimen exercentes quocunque nomine nuncupentur, qui apud Sedem Apoſtolicam promouentur, aut confirmationis, conſecrationis, vel benedictionis munus accipiunt, ab alijs Prælatis, qui ab inferioribus Prælatis promouentur, aut confirmantur, ſiue ab alijs beneficiatis, qui non ſunt Prælati. nec Monaſteriorum regimen exercent. Nam Epiſcopi, & alij Prælati, qui a Papa, vel promouentur, vel confirmantur non poſſunt à Sede Apoſtolica recedere, & adminiſtrationem Prælaturæ gerere ſine literis Apoſtolicis promotionem, vel confirmationem conſecrationem, vel benedictionem continentibus. Et ſi adminiſtrent ſine huiuſmodi literis, & irritũ eſt, quod agunt, & fructus Eccleſiarum, vel Monaſteriorum percipere non poſſunt. Et Capitula ſeu Conuentus, & alij recipientes huiuſmodi Prælatos ſine dictis literis, vel eis obedientes ſunt ſuſpenſi à beneficijs, donec gratiam Sedis Apoſt. obtineant. Ita enim expreſsè ſtatuit *Bonifac. VIII. de elect. extrauag. iniuncta.* & docent *Flamin. de reſign. lib. 8. q. 5. num. 33. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 1. q. 2 Rota in Burgen. Canonicatus 3. Iunij* 1583. *coram Lancelotto, Rec. collect.* 1325. *Lauor. tom 1. tit. 4. cap. 25. num. 9. in fin. Barboſ. ad d. extrauag. iniunctæ num. 2. & de off. Epiſc. alleg. 54. num. 161. & ad cap. noſti 9. & ad cap. cum in cunctis 7. & ad cap. tranſmiſſam 15. de elect. Panorm. cap. qualiter 17. de elect. nu. 4. Suarez de cenſ. diſp. 31. ſect. 3. num. 23. Bonac. de cenſ. diſp. 3. q. 11. par. 10. Filliur. tract. 17. num. 157. Alter. Machado, & alij* apud eundem *Barboſam de off. Epiſ. alleg. 111. num* 35. *Lauor. cap. 25. num. 9.* Et non ſufficit quòd Prælatus ſciat literas promotionis, aut conſecrationis fuiſſe expeditas, & ad eum tranſmiſſas, ſed neceſſe eſt eas fuiſſe receptas, & Capitulis Eccleſiarum, aut Conuentibus, ſeu Monaſterijs præſentatas, vt dd. DD. tradunt. Quantum verò ad pœnam latam contra huiuſmodi Prælatos, aut Capitula, eas non obligare in conſcientiæ foro ante ſententiam declaratoriam docuerunt *Nauar. in cap. accepta de reſtit. ſpoliat. oppoſ. 8. num. 35 verſ. 11. Io. Valer. de differ. vtriſque fori v. obedientia diff. 4. Barboſ. ad d. extrauag. iniuncta n. 3.* Dubium etiam mouet, *Suarez vbi ſupra,* an ſuſpenſio lata contra Capitula intelligatur de ſolis beneficijs, quæ capitulariter poſſident, an de beneficijs ſingulorum, & iuxta alibi dicta innuit eos ſuſpendi ſolùm à beneficijs, quæ capitulariter poſſident. Sed dicendum eſt ſuſpendi ſingulos à proprijs beneficijs, quia ſuſpenduntur quicumque Prælatos ſine literis Apoſtolicis venientes recipiunt *Bonac. vbi ſupra.* Et ab incurſu dictæ pœnæ excuſare quamlibet cauſam quãuis iniuſtam, & fatuam excludentem tamen dolum, ex *Rota in vna Caſallen. coram Seraphin.* tenuit

Bar-

*Barboſa ad d.cap.auaritiæ num.4.& lib.1.de iure Eccleſ.cap.19.num.*147. & certè *Bonifacius VIII.in d. extrauag.iniunctæ* de Prelatis loquens requirit præſumptionem ibi: *adminiſtrationem accipere non præſumant*. Vnde ad pœnam illius *extrauag. incurr.* requiritur præſumptio & dolus, quo ceſſante pœna locum non haber. Quæ tamen pœna incurritur per vnicum actum adminiſtrationis perfectum, & completum. Vnicus enim actus conſummatus ſufficit ad hoc vt Prælatus dicatur accipere adminiſtrationem. *Creſc.de iure patr. deciſ.6.num.17.& 18. Lotter.de re benef.lib.2.q.13.num.6.* Et actus dicitur conſummatus non ex Inſtrumentali profeſſione, ſed ex actuali perceptione fructuum ſiue temporaliũ, ſiue ſpiritualiũ. *Hieron.Gabr.conſ.194. n.4.lib.1.Rota apud Puteum dec.45.lib.3.dec.83.nu.4. lib.3.p.3.diuerſ.Barb.lib.1. de iure Eccleſ.c.19.n.247.*

22 Determinationem tamen *d. extrauag. iniunctæ*, locum non habere in Cõmendatario ad tempus, quia loquitur tantum de titulari docuit ex *Rota Flamin.de reſig.benef.lib.7.quæſt.21.n.*20 quem refert, & ſequitur *Barboſ. ad dict. extrauag. nu.4.*

23 Cardinales etiã non cõprehendi in hac extrauag. aſſeritur à pluribus, eo quia in illis deficit finis,& ratio d. extrauag. quæ fuit tollere abuſus aliquorum Prælatorum, qui volebant ſibi credi ſuper prouiſionibus ſine literis, & ſua auctoritate malo more concutiebant Collegia ad ſe recipiendum, quod quia de S. R. E. Card. non poteſt præſumi, receptum eſt illam extrauag. ad illos non extendi. *Rota coram Seraph.deciſ.1144.num.2.& deciſ.1148.num.1. Gonzal.ad regul.8.Cancell. gloſſ.24. n.7.Sylu.de benef.p.2.q.3.n.46.Lauor. to.1.tit.4.c.15. n.10.Diana p.5.tom.2.reſol.47.Lotter.& alij* quos ſequitur, & refert *Barboſ.de off.Epiſ.alleg.111.nu.35.*

24 Sed loquendo,vel de Prælatis,qui non prouidentur, aut confirmantur per Sedem Apoſtolicam, ſed ab inferioribus Prælatis,dicitur, quòd in eis locum non habet decretum illius extrauagãtis, vt aduertit *Gloſs.ibi v.non præſumant*, Cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, ideoque non extendenda ad caſus non expreſſos. Vnde idem dicendum de beneficijs, quæ non ſunt dignitates, nec habeat adminiſtrationem iuriſdictionis, quia nec iſta ſunt in ea extrauag. expreſſa.

25 Sed nihilominùs licet huiuſmodi caſus non comprehendantur ſub illa extrauag.tamen vniuerſaliter verum eſt, quòd ſine literis continentibus prouiſionem, ſeu confirmationem, & facultatem capiendæ poſſeſſionis, & ſine poſſeſſione legitimè accepta non poteſt confirmatus beneficiorum adminiſtrationem ſuſcipere. Vlteriùs etiam antiquitus dicebatur, quòd ſcilicet non poteſt confirmatus adminiſtrare, niſi ſecuta inſtallatione, ſeu inueſtitura, ſeu miſſione in poſſeſſionem. *Archid.in d.cap. auar.& in cap.cum qui §.1.de præbend.* Qui vlteriùs aſſerit, quòd ſi confirmatus ſine licentia acciperet poſſeſſionem, haberet locum pœna *d.cap. auaritiæ*. & eandem ſententiam tenuit *Dyn.* cum alijs, quos refere, & ſequitur *Conaruu. variar. l.3.cap.16. num.8. Menoch. remed.6. adipiſ. num.14. Coſmas, Sarnen. Rebuff. Corraſ. Pariſ. Vgolinus Proſec. Maſcardus apud Garziam p.4.c.2.num.5.* Verùm cum *Innoc.Panorm.* & alij infra referendi contrarium teneant,hi iſta diſtinctione conciliantur, & explicantur. Nam hìc diſtingui debet facere aliquid validè, & impunè, & facere illud ordinatè, & quietè, & securè. Præſcindendo enim a decreto *d extrauag. iniunctæ*. Confirmatus beneficium, ſeu Prælaturam, ad quam per confirmationem electionis fuit promotus,adminiſtrat validè, & impunè. Pœna enim imponitur adminiſtrantibus ante confirmationem electionis vt patet *de elec. cap.noſti, & cap.qualiter, & eod.tit.in 6.cap.auaritiæ* Vnde ex eiſdem capitibus concludenter probatur, quòd vbi electio alicuius ſit confirmata, datur electo ius in re, & facultas immo & exercitium adminiſtrationis, vt tradunt *Gloſſa, in diſt 63.c.quanto.& d.cap.noſti vbi Panorm. num.2.Felin.de ſimon.cap.ne Dei, num.2.fin. Franc. de elec.in 6.cap.quam ſit. v.electus. Oldrad. conſ.146. num.4. Biax.p.1.c.8. Berous de off.deleg. cap. quoniam. Dec.de elec.cap.poſtquam num.18.Rota dec.240.coram Greg.XV.Sigiſ.de elec.dub.42.num.1.Barboſ. de elec. in cap. transmiſſam num. 2.* Eapropter is, cuius electio eſt confirmata ſtatim ex vi confirmationis etiã ſine literis, & ante apprehenſam poſſeſſionem corporalem (ſi tamen beneficium vel Prælatura vacat de facto, & non eſt ab alio occupata, & ex conſequenti nullus alius eſt adminiſtratione,& poſſeſſione ſpoliandus) validè, & impunè adminiſtrat. *Innoc.de elect.cap.transmiſſam, & ibi Compoſtell.Hoſt. Io: Andr.& Panormit.nu.3.Ripa de reſtit. ſpol. in cap. ſæpe, num.69.Mil.v.poſſeſſio.Rebuff.in trac. de pacif. poſſeſſ.num.243.& in praxi benef.tit.de ſimon.in reſig. a.num.26.Barboſa de elec.in cap.transmiſſam. num.2. Garzias par.4.cap.2.num.7. vbi ex Rota* aſſerit eum, qui obtinuit beneficium, cui eſt annexum ius patronatus, ante adeptam poſſeſſionem beneficij poſſe præſentare, quid quid aliàs dixerit alia *Rota in vna Salman.Capellæ*. Vnde eſt etiam, quòd beneficiatus, ſeu Prælatus ex confirmatione ſuæ electionis habens iam titulum Canonicum propria auctoritate, ſine alia facultate validè & impunè accipit poſſeſſionem beneficij, vel prælaturæ. *Innoc.& Panor.in d.cap.transmiſſam num.3.Dominic.& Franc.de Præbend.in 6.cap.cum qui.Ripa vbi ſupra. Conar. & Menoch.quos ſequitur Barboſa ad cap.transmiſſam.15. num.3.de elect.Capell. Thol.dec.444.Puteus dec.402. l.1.& dec.21.2.par.diuer.Pontanus, Mandoſius Ripa, Rochus, & alij quos ſequitur Garzias par.4.c.2.nu.6.* Qui enim obtinet beneficium vel prælaturam ſtatim abſque apprehenſione aliqua vi confirmationis obtinet ius,& dominium in beneficio.*text. de Præb. in 6.cap.ſi tibi abſenti, & eodem lib.tit.de conceſſ.præbend.cap.vlt.*

26 Sed multa validè & impunè fieri poſſunt, quæ tamen non fiunt quietè, & ſine oppoſitione, ſed impediuntur ne fiant, vel facta vertuntur in dubium. Et vlteriùs ſtat aliquem eſſe dominum, & tamen indigere ope iudicis vt mittatur in poſſeſſionem eius, cuius eſt dominus, vt patet in *hered. ff.de acquir. poſſeſſ. l. cum heredes. & C.de edicto Domini Adrian.l.2.* Et legatarius a tempore mortis,ſeu aditæ hæreditatis dominium acquirit. *ff.de leg. l. ſi tibi homo §. cum ſeruo*, & tamen conuincitur remedio poſſeſſorio, ſi propria auctoritate accipiat poſſeſſionem. *ff.quorum legat.l.prima*, & notant omnes ad *C.de leg.l.non dubium.* Vnde eſt, quòd ad *exemp. C.de edic.D.Adriani.leg.2.* inuentum eſt remedium poſſeſſorium adipiſcendæ, quo beneficiatus habens canonicam inſtitutionem implorat officium Prælatorum, vt eadem viſa vulgo regiſtrata, iubeant il-

ſum mitti in poſſeſſionem . Ideò hic tria diſtinguenda ſunt, quæ ſunt neceſſaria, vt promotus quietè, & pacificè, & ſecutè adminiſtret, ſcilicet, literæ continentes promotionem, facultas accipiendi poſſeſſionem, & inſtallatio, ſeu inueſtitura, ſeu miſſio in poſſeſſionem.

27 Et quantùm ad literas, dicitur eas non eſſe de ſubſtantia acquiſitionis beneficij, vel confirmationis, vel gratiæ obtentæ à Papa, vel Prælato ſuperiore, ſed bene ſunt de ſubſtantia probationis gratiæ, nimirum ad hoc vt ijs, quorum intereſt, nota ſit gratia conceſſa, & in propoſito noſtro ad hoc, vt nota ſit confirmatio electionis. Aliàs enim Eccleſia non tenetur credere electo aſſerenti ſuæ electionis confirmationem, vel beneficij collationem, & niſi oſtendat literas confirmationem, vel collationem continentes, poteſt illi reſiſtere, & impedire ne adminiſtret beneficium, vel Prælaturam. Expeditio igitur literarum neceſſaria eſt, non ad valorem gratiæ, quæ vel verbo Principis, vel iuxta praxim Datariæ, ſola ſignatura & expeditione ſupplicationis perficitur. *Rota par.1. Recent. dec.585. num.2. Bal. in l. humanum C. de legib. Card. in proœmio Clement. Gemin. & Franc. in proœm.6. Felin. & Dec. in rubr. de Conſtitut. Gemin. conſ.126. Caſſad. deciſ.8. de reſtit. Rebuff. de concordatis §.1. v. literas.* Sed requiritur ad probationem gratiæ. *Rota decіſ. final. nu.3. & 4. de reſcrip. in antiq. & coram Verall. p.1. dec.267. nu.2. & 3. Gemin. d. conſ.106. col.3. Gonzalez ad reg.8. Cancell. gloſ.12. num.45. vbi num.47. ait*, quòd in lingua Principis ſtat gratia, in ſcriptura teſtimonium, in executione commodum. Et quàmuis Papa non concedat gratias verbo, ſed reſcripto. *Felin. conſ.6. num.2.* tamen & Gratia Papæ non per literas, ſed per ſignaturam ſupplicationis regiſtratam eſſentialiter perficitur, vt probatum eſt. Et concluſio illa *Rota Mohed. decіſ.189. Bellam.432. Cæſar de Graſſis decіſ.47. ſeu.1. de probat num.5.* quòd ſupplicatio perficitur expeditione literarum, & quòd ſola non ſufficit, procedit quoad iuſtificationem, & canonizationem gratiæ. *Rota apud Verall. num.3. decіſ.235.* Nam ſupplicatio cum non ſit bullata, non eſt litera Apoſtolica. *Coebier. Reg.25. num. 3.* Et licet ſignata ſupplicatione adhuc Pontifex poſſit illam lacerare, non tamen poſtquàm eſt regiſtrata eam lacerat. Supplicatio enim ſignata & regiſtrata eſt titulus. *Caſſad. de reſt. ſpol. dec.8. num.8.* Et ſupplicatione ſignata, & regiſtrata non negantur literæ, ſed immò Pontifex ſucceſſor expedit ſupplicationes anteceſſoris ſignatas, & regiſtratas in forma *Rationi congruit*. De his vide *Theodorum Amydenium* de ſtylo Datariæ *cap.32.*

28 Verùm quia in materia beneficiorum, & gratiarum, quæ conferuntur per Sedem Apoſtolicam, & ad vitandas fraudes, & quia multi non expeditis literis Apoſtolicis, & defraudata Dataria vtebantur ſignatura ſupplicationis, vel ad ſumendam poſſeſſionem gratiarum, aut beneficiorum, vel ad litigandum cum aduerſarijs, ideo circa hoc emanarunt diuerſæ conſtitutiones ſucceſſorum Pōtificum. Nimirum Conſt.35. *Leon. X. cum Sixtus IV. & Clem. VII. 8. cum dudum & Pauli III. 49. cum nobis & Iulij III. 12.* in bullario veteri, quæ incipit *Sanctiſſimus*, & habetur *ap. Piaſec. in proœm. praxis. num.8. & Vrban. VIII. 6. §.27.* In quibus varia ſtatuta ſunt, vt in iudicio non valeat ſola ſignatura ſupplicationis, ſi non habeat clauſulam, vt ſola ſignatura valeat, & vt non poſſit quis per ſolam ſignaturam ſupplicationis beneficiorum poſſeſſionem accipere; quæ Conſtitutiones ſeruari debent, & ex quibus adeſt neceſſitas expediendi literas Apoſtolicas, cum gratiæ, vel beneficia, aut confirmationes electionum per Sedem Apoſtolicam conceduntur. Sine quibus literis non poſſunt beneficiati poſſeſſionem beneficiorum accipere, & illa adminiſtrare. Cum tamen abſolutè ad hac vt confirmatus poſſit adminiſtrare, ſufficiat confirmatio, confirmatus enim eſt verus Prælatus. *Panorm. cap. qualiter. 17. num.4 de elect.* Vnde ſi quis ſit, cuius electio ſit confirmata ab inferiori Prælato, & confirmatus ſine literarum expeditione ſine contradictione adminiſtret, validè adminiſtat, & ſi nullo contradicente poſſeſſionem accipiat, vt ſi Collegium vel Conuentus eum in Prælatum recipiat, validè recipitur, & legitimè, & licitè Prælaturam adminiſtrat. Verùm ſi contra eum inſurgat oppoſitio, & lis, non erit in ſua poſſeſſione quietus, donec probet ſuam confirmationem per literas, quia per teſtes nequit probari ſufficienter. Ideo per ſe & vniuerſaliter loquendo, literæ ſunt neceſſariæ ad hoc vt promotus quietè, & pacificè adminiſtret, non verò vt validè & impunè adminiſtret. Quomodo etiam ex vi ſignaturæ Papæ beneficiatus acquirat, vel non acquirat ius in re ad beneficia, & quando, & quomodo quis ea ſignatura poſſit, aut non poſſit vti ſine literis, multis abundè, vt ſolet tradit *Garzias d. parte 4. cap.1.*

29 Licentia verò accipiendi corporalem poſſeſſionem non alia ratione eſt neceſſaria, quando eſt neceſſaria. Nam expeditis literis confirmationem continentibus, per ſe nulla licentia eſt neceſſaria pro accipienda poſſeſſione corporali etiam quietè, & pacificè. Sic enim in Religionibus vbi Prælatus electus a Prælato ſuperiore recipit literas confirmationis ſuæ electionis, ſtatim accipit opportuno tempore ſui officij poſſeſſionem literas publicando. Quod ſi ad executionem huius poſſeſſionis requiratur aliqua conditio, ſufficiet quòd vel illam confirmatus exhibeat, antequam ſumat poſſeſſionem, vel quòd oſtendat literas illius conditionis executionem authenticè continentes. Sic enim v. g. quia in terminis extrauag. *Iniuncta de elec.* Confirmatus non poteſt adminiſtrationis corporalem poſſeſſionem accipere, niſi præſtito iuramento fidelitatis & obedientiæ ſedi Apoſtolicæ, ad hoc vt poſſeſſionem pacificè ſumat, ſufficiet, quòd exhibeat literas authenticas, in quibus conſtet de illo iuramento præſtito.

30 De inſtallatione verò, ſeu inueſtitura, & miſſione in poſſeſſionem loquēdo, eodem modo dicitur, quòd habenti literas confirmationis expeditas, & quæ per ſe iuxta ſupradicta non ſunt neceſſariæ ad validè miniſtrandum, ſed ad adminiſtrandum quietè, & pacificè & ſine impedimento, non eſt neceſſe quòd confirmatus auctore iudice, vel per quēcumque officialem, aut miniſtrum mittatur in poſſeſſionem, ſed ipſe propria auctoritate præſentando literas ſuas poſſeſſionem Prælaturæ accipit, ſicut fit communiter in Religionibus. Et quantùm ad hanc partem ſeruandæ ſunt leges ſpeciales, & conſuetudines, vt bene tradit *Panor. in d. cap. tranſmiſſam de electione. num.3.* Et ita vt ſi ali-

cubi

cubi eſſet conſuetudo, vt confirmatus non adminiſtret validè niſi ſit inſtallatus, non poteſt ante inſtallationem miniſtrare. *diſt.* 1 t. *cap.in bis.* Quòd ſi conſuetudo eſſet inſtallandi, ſed non tamen vt administratio antea facta eſſet inualida, ſed ita vt inſtallatio non eſſet de ſubſtantia ſed de ſolemnitate, tunc illa ſolemnitas eſſet ſeruanda, licet adminiſtratio facta ſine illa eſſet valida, ſed vbi nec eſt lex ſpecialis, vel conſuetudo de inſtallando, vel de mittendo in poſſeſſionem cum aliqua ſolemnitate, poteſt confirmatus ſua auctoritate ſumere corporalem poſſenſſionem ſuæ Prælaturæ nedum validè, ſed licitè, & pacificè, & quietè, ſi habet literas confirmationis ſuæ electionis, ſeu literas ſuæ inſtitutionis. Sic paſſim in Religionibus fit, vt etiam tunc cum Superiores inſtituuntur per breue Pontificium, inſtituti nullo alicuius iudicis miniſterio præſentantes breue Pontificis & illud legi facientes Conuentibus, aut Capitulis, accipiunt poſſeſſionem Prælaturæ, in quam inſtituti ſunt.

31 Vnus verò caſus exceptus eſt ſupra, ſcilicet ſi Eccleſia vacet, ita vt non ſit in illa alius, qui actu poſſideat, & adminiſtret. In hoc enim caſu, quia poſſeſſor auctoritate priuata non debet ſpoliari, implorandum eſt officium iudicis, & non licet priuato adminiſtrare & priuare alium ſua adminiſtratione. *Panormit. vbi ſupra.*

32 Præterea vbi in literis inſtitutionis, vel Collationis beneficij ſeu Confirmationis electionis datur iudex executionis, qui inſtitutum, vel confirmatum mittat in poſſeſſionem, illæ literæ ſeruandæ ſunt, & tunc non eſt accipienda poſſeſſio, niſi promotus mittatur in poſſeſſionem à iudice ad id præſtandum delegato. Sic enim in literis Apoſtolicis pro beneficijs vacantibus dantur hodie executores iudices. Quorum alij dantur pro executione literarum in forma gratioſa, ſcilicet quando collatio non committitur alteri facienda, ſed fit immediatè à Papa. In hoc enim caſu dantur executores ad inducendum, ſeu immittendum prouiſum in poſſeſſionem beneficij &c. Et aliquando datur vna ſola bulla Pontificia, in qua conſueuerunt ad petitionem prouiſi aſſignari tres executores, qui ſunt Canonici, vel in dignitate conſtituti, & qui aſſiſtunt prouiſo, ſi a non legitimo contradictore impediatur eius poſſeſſio. Aliquando dantur duæ bullæ, vna quæ eſt prouiſionis beneficij, alia, quæ eſt executoria in qua executores deleguntur. Alij autem executores dantur, quando prouiſio fit in forma *dignum* tunc ſcilicet, quando collatio non fit à Papa, ſed remittitur facienda præuio examine. Et in hac caſu dantur duæ bullæ, quarum formam ponit Paulus V. in ſua Conſtit. 102. Et earum vna dirigitur Ordinario, vel eius Vicario, cui committitur, vt ſi prouiſum inuenerit dignum, ei intra 30. dies conferat beneficium. Altera dirigitur alicui Ordinario viciniori, quam pars poſtulat, vel eius Vicario, & ei committitur, vt ſi Ordinarius prior intra 30. dies non contulit beneficium prouiſo, illud ei idoneo reperto conferat. Vbi igitur in literis prouiſionis beneficiorum dantur executores, literæ iſtæ, & illarum tenor ſeruandus eſt. Et de his literis & mandatis executorijs videri poſſunt. *Staphylans de literis gratiæ, tit. de formis mandatorum de prouidendo. Ludouicus Gomez Sarnen. Epiſc. de mandatis de prouidendo. Marcus Antonius Cuchus, de inſtit. Canon. l. 1. tit. 7, Rebuff. in concordatis tit. de mãdatis Apoſtol. & in praxi tit. de mandatis Apoſtol. & de clauſulis mandatorum Garzias p. 6. de benef. cap. 1. & 2. & Theodorus Amydenius de ſtylo Dataria. cap. 5.*

33 Et de his literis hoc aduertendum in præſenti, neceſſarium eſſe vt præſententur literæ originales, vel aliæ authenticæ, & non ſufficiunt tranſumpta a notario ſcripta ſeu ſubſcripta, vt habetur ex pluribus *Rotæ deciſionibus, quas refert Garzias d. p. 6. c. 2. à n. 17. vbi à num.* 19. probat, quòd Delegatus ad huiuſmodi executionem non poteſt ſubdelegare, ſi ſit electa induſtria perſonæ, & alia multa explicat ad materiam hanc facientia toto illo *cap.* 2. de quibus etiam videri poteſt *Theodorus Amydenius dicto c.* 5.

34 Redeundo autem ad principalem quæſtionem, & ſuppoſita Concluſione iam poſita, quia ſcilicet electus non confirmatus non poteſt adminiſtrare, dicitur nihilominus, quòd hæc concluſio multipliciter explicatur, & limitatur. Fallit enim primo vt ſupra dictum eſt in Papa, qui eligendo confirmatur. *diſt.* 24. *cap. In nomine Domini. Panorm. cap. nihil* 44. *num.* 10. *de elect. Syl. v. Confirmatio nu.* 2. Et eadem ratione fallit in Generali Ord. Prædicatorum qui ſtatim vi ſuæ electionis habet omnem auctoritatem & adminiſtrationem ſupra totum ordinem. *Conſt. diſt.* 2. *c.* 4. §. 5. & *Gloſ. ibid. lit. F.* & hoc idem verum eſt de Generalibus plurium aliarum Religionum, qui electi ipſo iure ſunt confirmati, & a puncto ſuæ electionis adminiſtrant. Fallit tertiò in monialibus, nam in electione Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ, ſi contingat aliquam fuiſſe quidem nominatam à maiori parte, ſed tamen nec in ſcrutinio, nec in acceſſu habuit duas partes votorum. In eo caſu Abbatiſſa, vel Prioriſſa dum pendet cognitio illius electionis, adminiſtrat, ſed de rebus monaſterij alienare non poteſt. *cap. Indemnitatibus* §. *ſi verò de elec. in* 6. *Sylu. v. confirmatio. num.* 2. *Panorm. cap. Nihil* 44. *num.* 10. *de elect.*

35 Tertiò iuxta antiquos DD. fallit, quando confirmatio petenda eſt à Papa, & electus eſt valde remotus, ſcilicet extra Italiam, vel econtra ſi Papa ſit extra Italiam, & Epiſcopus citra montes in Italia, tunc enim poſſe Epiſc. adminiſtrare, ita tamen vt nihil de bonis Eccleſiæ alienet & tradiderũt *Io: Andr. in d. cap. Nihil de elect. Guliel. in cap. auaritia de elec. in* 6. *Hoſtien. quem ſequitur Syluest. v. Confirmatio num.* 2. Sed hodie poſt dictam extrauagantem *Iniunctæ*, hæc fallentia prorſus ceſſat, cum nulli Prælati huiuſmodi etiam in remotiſſimis Indiarum partibus exiſtentes poſſint adminiſtrare non habitis literis Apoſtolicis eorum electionem confirmationem ſeu prouiſionem cõtinentibus. Sed nec alij beneficiati poſſunt adminiſtrare, niſi ſupplicatione ſignata à Papa, & regiſtrata, & immò ſine literis Apoſtolicis, vt ſupra etiam eſt probatum. In Regularibus tamen ex ſpeciali Pontificum conſtitutione, vel Ordinum lege, aliqui electi ſtatim adminiſtrant vt in ordine Præd. Prouinciales in Indijs occidentalibus ſtatim adminiſtrant vt Prouinciales, quamuis hoc non fiat ſine aliqua interlocutoria confirmatione. Et in Prouincijs Hiſpaniarum, Germaniæ inferioris Poloniæ, & alijs Prouinciales electi adminiſtrant vt Vicarij Prouinciæ,

36 Quartò fallit vbi ſit cònſuetudo legitimè præſcripta, vt electus ante confirmationem adminiſtret. Limitationem hanc negant *Innocent. & Hoſt.*

quos refert, & ſequitur *Panormit. de elec. cap. tranſmiſſam. num. 3. & cap. qualiter num. 2. & cap. Poſtquàm. Franc. de elec in 6. cap. auaritia num. 3. Cuchus l. 4. de confirmat. num 13. Lanor. cap. 25. num. 5.* Sed limitatio eſt admittenda duplici ratione. Prima eſt, quoniam ſi prælatus, ad quem pertinet confirmare electionem ſciat, & toleret, quòd electus ante confirmationem adminiſtret, cenſetur concedere iuriſdictionem, ſeu poteſtatem ſic faciendi; conſuetudo enim tolerata ſignum eſt iuriſdictionis conceſſæ, dum ſuperior ad quem pertinet confirmare, videt & non contradicit. *Bartol. ff. de aqua pluu. arcen. leg. 1. Panormit. de foro competent. cap. cum contingat. num. 10. Gloſſ. ibid. ver. conſuetudine Suarez tom. 4. in 3. p. diſp. 27. ſec. 3. nu. 3. Sigiſ. de Bon. de elec. dub. 42. num. 4.* Sed ſecunda ratio eſt, quia conſuetudo legitimè præſcripta dat iuriſdictionem. *Innoc. de off. ord. cap. Cum ab Eccleſiarum, per C. de Emancip. l. 3. §. vlt. Et de exceſ Prælat. cap. 2. Nauar in cap. Nullam. 18. q. 2. num. 52. ad fin. per cap. duo ſimul de off. ordin. Suarez de legibus l. 6. c. 14. n. 12. Sigiſm. de elec. dub. 42. num. 4.* Nam & conſuetudo legitimè præſcripta derogat legi poſitiuæ, *cap. final.* de conſuetudine. Et ideo in caſu noſtro, quòd vbi ſit conſuetudo legitimè poſtſcripta, quòd electus nondum confirmatus adminiſtret, talis conſuetudo ſeruari poſſit, & electus nedum validè, ſed impunè, & legitimè poſſit ante confirmationem adminiſtrare beneficium, aut Prælaturam ad quam eſt electus, tenuerunt. *Auchar. conſ. 51. Imol. de elect. in cap. noſti, Tuſcus lit. E. concl. 90. Dec. de elect. cap. Poſtquam, num. 21. Oldrad. conſ. 146. Sigiſ. de Bonon. de elec. dub. 42. Sed & Panorm. cap. cum in iure. 33. num. 3. de electione* admittit quòd in minoribus dignitatibus vt in Decanatu conſuetudo facit vt electio valeat, & det plenum ius, & electus poſſit adminiſtrare ſine confirmatione. *Et in cap. nihil. 44. num. 10. de elec.* admittit, quòd etiam in Dignitatibus habẽtibus curam animarum conſuetudo poſſit facere, vt electio det plenum ius ſine confirmatione, & quòd electus confirmatione non egeat. Et quàmuis neget valere conſuetudinem, vt qui indiget confirmatione ante confirmationem adminiſtret, tamen huius exceptionis non aſſignat validam cauſam. Quia dum dicit, quòd poſſet eſſe, quòd indignus adminiſtraret, hæc ratio magis vrget contra id, quod concedit. Nam, & poſſet eſſe, quòd electus eſſet indignus, & tamen conſuetudine fieri poteſt vt electus non indigeat confirmari. Sed dicitur, quòd vbi indignus eligatur, aliquando adſunt iuris remedia, & cum electio indigni ſit annullãda ſemper indignus poteſt remoueri.

37 Pœna autem eorum, qui adminiſtrant ante confirmationem eſt, quòd priuentur iure electionis, & electio eorum caſſetur: ſed loquendo vniuerſaliter hæc pœna eſt ſententiæ ferendæ, vt patet *de elect. cap. qualiter.* In eos tamen, qui ante confirmationem gerunt adminiſtrationem dignitatis, hæc pœna eſt latæ ſententiæ, *de elec. in 6. cap. auaritia Gloſſ. & Creſcent. dec. 6. de iure patron. num. 15. 19. & 20. & habetur ex textu*, ibi. *Omnes illos, qui ſecus fecerint, iure (ſi quod eis per electionem quæſitum fuerit) decernentes eo ipſo priuatos.* Nihilominùs tamen quia Pontifex in eo textu intendit impedire fraudes, ibi *exquiſitis fraudibus &c.* & malitias, ibi *non ſit malitijs hominum indulgendum*, & non imponit pœnam niſi præſumentibus, ibi *Se immiſcere præſumat*, ideo ad incurrendam hanc pœnam requiritur præſumptio, malitia, & dolus. *Milan repertorio v. pœna decretalis auaritia. Rota in Caſalen. Parochialis 13. May 1586. Coram Robuſterio, & in Bracharen. Parochialis 13. Iuny 1605. Coram Ortembergo.* Quin etiam quòd ab huiuſmodi pœna excuſet quælibet cauſa quàmuis iniuſta, & fatua dummodo excludat dolum ex *Rota in alia Caſalen. Parochialis Coram Seraphino docet Barboſa ad d. cap. auaritia, nu. 4. & l. 1. de iur. Ecc. c. 19. num. 247.* Et vlteriùs additur, quòd eſto hæc pœna ſit latæ ſententiæ, nihilominùs ad eam incurrendam in exercitio neceſſaria eſt declaratio iudicis ſuper facto, vt fuit reſolutum in *Beneuentana Vicariæ 18. Iuny 1617. coram Card. Sacrato.* Quando enim ad pœnam incurrendam non ſufficit factum, ſed requiritur qualitas facti, ſicut in propoſito non ſufficit adminiſtratio, ſed requiritur temeritas & præſumptio, neceſſaria eſt ſententia iudicis, quæ vtrumque comprehendat; probanda eſt enim præcisè qualitas, ſub quo actus prohibetur, *Pariſ. conſ. 152. num. 5. lib. 4. Rota dec. 438. num. 3. p. 3. recent. Tambur. tom. 1. diſp. 6. q. 1. num. 18.*

38 In ordine vero Prædicatorum euidentius eſt, quòd electus ante confirmationem non poteſt adminiſtrare, cum ex vi electionis non acquirat ius ad Prælaturam, ad quam eligitur. *Gloſſ. Conſtit. diſt. 2. c. 2. §. 3.* vnde nec poteſt renunciare iuri ſuo, ſed debet abſtinere ab omni vmbra adminiſtrationis donec ſit confirmatus. Generalis tamen ſtatim ac eſt electus, vt dictum eſt, habet plenam totius ordinis adminiſtrationem.

S V M M A R I V M.

1 *Electus poteſt licitè petere confirmationem nu. 39.*
2 *Immo tenetur illam petere vniuerſaliter intra tres menſes. n. 39.*
3 *Electus ad Cathedralem, vel regularem Eccleſiã, ſi eſt à Papa confirmãdus, debet infra menſem arripere iter verſus Romam, & ibi ſuam confirmationem petere. n. 39.*
4 *Alij tenentur intra tres menſes petere confirmationem. n. 39.*
5 *Text cap. quam ſit in 6. loquitur de omni electione. n. 40.*
6 *Et nedum electus, ſed etiam præſentatus nedum à Collegio, ſed à laico tenetur petere confirmationem intra trimeſtre ſecundum aliquos. n. 41.*
7 *Hoc reijcitur. num. 42.*
8 *Expreſſio vnius modi prouidendi Eccleſiæ non cõprehendit alium. n. 42.*
9 *Poſtulatus non tenetur petere admiſſionem poſtulationis. n. 43.*
10 *Solum in terminis cap. cupientes poſtulati tenentur petere admiſſionem poſtulationis intra tempus præſcriptum. n. 43.*
11 *In electione ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias, ſi ſit confirmanda à Papa, ſeruari debet lex cap. cupientes, in alijs lex cap. quam ſit. numer. 44. 47.*
12 *Impeditur excuſatur ſi non petit confirmationem intra trimeſtre. num. 45.*
13 *Impedito & ignoranti non currit tempus. n. 45.*
14 *Sufficit petere confirmationem per procuratorem. num. 45.*
15 *Et tamen in terminis cap. quam ſit, impeditus*

non

non tenetur illum mittere. numer.45.

16 *Valet petitio amici, ſi ab electo intra trimeſtre ratificetur. n.46.*

17 *Sufficit ſi petant electores. n.47.*

18 *In Ord.Prædic.electores non petunt confirmationem num.48.*

19 *In hoc Ordine non damnandus electus, ſi confirmationem petat. n.48.*

20 *Petens confirmari, non tam ſuum, quam Eccleſiæ negotium agit. n.48.*

21 *Electus pluribus electionibus vnam tantum proſequi poteſt. n.49.*

22 *Electus ad plures Eccleſias vni renunciare debet. num.49.*

23 *Nedum electus, & electores, ſed quilibet de Eccleſia poteſt inſtare pro confirmatione. n.50.*

24 *Procurator Capituli etiam non reſidens percipit fructus beneficiorum. num.51.*

25 *Non ſufficit quod electus petat electionem declarari Canonicam. n.52.*

26 *Sufficit electo quod petat, nec eſt neceſſe, quod obtineat. n.52.*

27 *Electio cuius confirmatio non eſt petita non debet confirmari. n.52.*

28 *Electo negligente redit electio ad electores. numer.52.*

29 *Superior poteſt breuiare trimeſtre conceſſum electo ad petendam confirmationem. n.53.*

30 *Pœna lata in negligentem electum eſt lata ſententiæ. n.54.*

31 *Iuſta impedimenta excuſantia negligentiam electi. num.55.*

39 QVæritur ſecundò. An electi ſine nota ambitionis poſſint petere cõfirmationem? Reſpondetur quòd de iure communi, nedum electi poſſunt, ſed tenentur petere. Et quidem vbi electio ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias, ſit confirmanda à Pontifice tenentur electi infra menſem arripere iter verſus Curiam, & ſolicitare iter quantum rationabile eſt, vt ad eam perueniat *petituri ſuarum electionum confirmationes, vel proſecuturi electiones ſuas*. Sic enim expreſsè decernitur *de elect. in 6. cap. Cupientes* 16. & explicatum eſt *cap. ſuper. Sed eod. lib. & tit. cap. Quam ſit* 6. præcipitur, vniuerſaliter, vt *Quiuis electus infra tres menſes poſt conſenſum electioni de ſe celebratæ præſtitum confirmationem electionis ipſius petere non omittat. Quod ſi iuſto impedimento ceſſante, infra huiuſmodi trimeſtre tempus omiſerit, electio eadem eo ipſo viribus vacuetur.*

40 Eſt autem hic difficultas, an in hoc textu ſit ſermo de quacumque electione? Nam in *dicto cap. Cupientes*, non eſt ſermo niſi de electione ad Cathedrales, & regulares Eccleſias, & ſolùm vbi confirmatio petenda ſit à Sede Apoſt. & videtur quòd etiam in *d. cap. quam ſit*, non ſit ſermo niſi de electione ad Eccleſias Cathedr. & Regulares, quia de illis ſolis loquitur, quæ ob mortem Prælatorũ dicuntur viduatæ. *Io. de Lig. in d. cap. quam ſit. Archidiac. & Rota in deciſ.* 288. *ſeu* 3. *de elect. in nouis.* Sed oppoſitum eſt dicendum. Tum quia textus in principio loquitur de electione, quæ fit in aliqua Eccleſia, & non ſpecificat, neque determinat, ſed indeterminatè loquitur. Nec valet illius Rotæ reſponſio dicentis textum ita loqui, quia electio fiat in Eccleſia tanquam in loco. Nam textus ibi, vt bene aduertit *Gemin. num.*4. non loquitur de loco electionis, aliter ſequeretur, quòd ſi electio fieret extra Eccleſiam, ſicut fieri poteſt, non ſubderetur legi illius Decretalis, ſed textus loquitur de Eccleſia aliqua quæ vacet, & cui debeat prouideri. Tum quia idem textus in reſolutione vniuerſaliter diſponit, præcipiens, vt quiuis electus intra trimeſtre confirmationem petat. Nec valet quòd non per obitum cuiuſcumque beneficiati Eccleſia dicatur viduata, quoniam nec textus loquitur de Eccleſijs viduatis, ſed de Eccleſijs vacantibus, quælibet verò Eccleſia dicitur vacare, cum eſt ſine Rectore, vel beneficiato. *Gloſſ. v. in aliqua Eccleſia*, & ibi *Io. Andreas, Ancharan. Lap. alleg.*8. *Franc. num.*2. *Gemin. n.*4.

41 Pariter eſt dubium, an textus illius deciſio locum habeat etiam in præſentato; nam cum lex illa ſit pœnalis, videtur quod non debeat extendi. Sed alia ex parte videtur, quod debeat extendi, & nedum ſi aliquis ſit præſentatus à Collegio Eccleſiaſtico, quia tunc præſentatio potiori iure dici poteſt electio ſecundum *Innoc. de iure patron. cap. cum autem, & Lap. d. alleg.*8. ſed etiam ſi aliquis ſit præſentatus à laico; quia hic eſt ſermo de electione, vt opponitur vacationi Eccleſiarum, & Papa intendit ferre remedium ne Eccleſiæ diu vacent, electio verò vt opponitur Eccleſiæ vacationi comprehendit præſentationem. *Io. Andr. & Gemin. num.*4. *& Franc. num.*2. Nec obſtat propterea, quod textus loquatur de electione, quia & præſentatio eſt electio ſecundùm notata per *Paulum in Clem.* 1. *de elect. & Franc. d. n.*2. Quod etiam confirmatur, quia expreſſio vnius modi promouendi Eccleſijs vacantibus comprehendit omnes modos prouiſionis propter identitatem rationis in vtroque *Gloſſ. in Clem.*1. *de rerum permut. v. conferantur Gemin. d. n* 4.

42 Sed his non obſtantibus dicendum eſt, decretalem hanc non extendi ad præſentationem. Quia alia iura opportunè ſanxerunt, quid vtile ſit Eccleſiæ in præſentatione, decernentes vt Patronus ipſe præſentationem habeat ſi ſit Eccleſiaſticus in termino ſex menſium, & ſi ſit laicus in termino quatuor menſium; *cap. vnico de iure patron. in 6. §. final.* Certè enim nullus antequam præſentetur debet, vel poteſt petere prouideri de beneficio, quòd eſt ius patronatus, & non datur niſi ad præſentationem patroni. At verò vbi præſentatio facta eſt, non eſt ampliùs neceſſaria aliqua petitio præſentati, nam ſuperior ſatis eſt admonitus de vacantia Eccleſiæ, & de eo, qui debet promoueri, & ſolùm ſupereſt, vt ipſe ſuo muneri non deſit, ſed in tempore ſibi præſcripto idoneitatem præſentati inquirat, & Eccleſiæ vacanti prouideat. Et ſic quod facit in electione petitio electorum, & electi, facit in iure patronatus præſentatio Patroni. Accedit quod in præſentatione finis legis, qui eſt, vt vacantia Eccleſiæ non ſit diuturna deficit cõtrariè & ſi lex cõprehenderet præſentationem protraheretur prouiſionẽ; ſi enim præſentatus teneretur petere admiſſionẽ ſuæ præſentationis, iam à notitia præſentationis haberet tres menſes ad petendum admiſſionem præſentationis, ſicut electus habet

tres

tres menſes ad petendam confirmationem, poſt quos poſtea, & non priùs examinanda eſſet eius idoneitas, & hæc mora tollitur, quia ex quo Patronus præſentat electum ſtatim Superior poteſt præſentati idoneitatem perquirere, & citiùs Eccleſiæ prouidere. Nec quæ adducta ſunt in oppoſitum vrgent. Nam textus de electione loquitur, quia de ea erat diſponendum, & præſcribendum tempus, in quo electio præſentaretur Superiori, & ei fieret inſtantia pro confirmatione: quod alibi de præſentatione ſtatutum fuerat. Et illa regula deſumpta ex *Gloſſa*, vt expreſſio vnius modi prouidendi Eccleſijs vacantibus comprehendat omnes modos prouiſionis ex terminis repugnat; quia cum ſint diuerſi modi prouidendi, quod conuenit vni, non conueniet alteri, nec eadem erit neceſſitas cogendi per pœnas ad certam formam ſeruandam in electione, quæ erit in præſentatione, & econtra. Et in præſenti conſtat, quam diuerſa ſit ratio de electione, quæ ſit abſente ſuperiore, & de præſentatione, quæ ſit coram illo. Et ideo dicitur, quod præfata decretalis, nedum nō habet locum in præſentato à laico, vt docuit *Lapp. de Cac. alleg.* 8. ſed nec etiam in patrono Eccleſiaſtico, ſed ſtandum eſt determinationi, *cap. vnic. de iure patron. in 6.* vt Patrono Eccleſiaſtico ſex menſes, patrono verò laico quatuor menſes competant, intra quos teneatur præſentare, & inſtare vt Eccleſia detur præſentato. Facta verò præſentatione nulla alia eſt neceſſaria petitio, vel inſtantia, ſed Superior iuxta conditionem officij debet infra tempus præſcriptum Eccleſiæ prouidere.

43 At inquiret aliquis, an eadem decretalis afficiat poſtulatos, ita vt & illi teneantur petere admiſſionem poſtulationis intra tres menſes. Affirmant *Gloſſ. §. cæterum*, in verbo, *vacuatur, ex Guliel. Gemin. d. §. cæterum num 5. Franc. num.* 4. aduertit verò *Gemin.* diſcrimen eſſe quod electionis petitur confirmatio, ſed poſtulationis admiſſio. Ratio huius eſt, quia etiam in pœnalibus ex identitate rationis extenditur diſpoſitio, & verba in ampliori ſumuntur ſignificatione. Sed reſolutio iſta eſt cōtraria diſpoſitioni, *cap. Cupientes 16. de elect. in 6.* vbi de poſtulato decernitur, quod non tenetur poſtulationi exhibere conſenſum, vnde multò minùs poſtulatus tenentur petere ſui promotionem. Nec obſtat, ſi dicatur, quod poſſunt & debent poſtulantes ſuæ poſtulationis admiſſionem petere. Quoniam hoc quidem eſt veriſſimum in terminis *d. cap. Cupientes*, quia hoc expreſsè illis præcipitur. Sed ille textus non loquitur niſi de electione, & poſtulatione ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias. Sed in *d. cap. quam ſit*, non præcipitur electoribus. vt petant confirmationem electionis, ſed electo. Ex vi igitur illius capitis non tenentur electores petere electi confirmationem, cum hoc mandetur electo, non vero electoribus. At verò tantùm abeſt, vt ſub nomine electi comprehendatur poſtulatus in eo textu, vt poſtulato potiùs prohibitum ſit nedum petere, ſed conſentire poſtulationi, & electo præcipitur vt illam petat.

44 Semper igitur hic diſtinguere debemus electionem ad Eccleſias Cathedrales, & Regulares, ab electione ad alias Eccleſias. Nam in priori electione ſi ſit confirmanda à Papa ſeruari debet lex *cap. Cupientes*, ſed in alijs electionibus, vel etiā in electione ad Cathedrales, vel Regulares Eccleſias ſi non ſit confirmanda à Papa ſeruari debet lex *d. cap. quam ſit*, per quam electus intra tres menſes à conſenſu præſtito electioni debet electionis petere confirmationem.

45 Notandum tamen ex *Gloſ. verbo diſtulerit*, quòd impedito, ne intra illud trimeſtre petat confirmationem, non currit tempus, quia impeditus non tardat. *De conceſ. præbend. cap. quia diuerſitatem.* Ideo nec ignoranti currit tempus, ſed tum demum eum ſciuerit. *Tiraq. de retractu lig. § 35. gloſ. 4. n. 25. Barboſa ad d. cap. quam ſit. num. 8. & ibi Gem. num. 4. Franc. num. 3. Lauor. cap. 25. num. 40.* Immò cum electo ſufficiat, ſi confirmationem petat per Procuratorem. *Gloſſ. v. petere*, ſi electus ſit impeditus, non tenetur procuratorem mittere, niſi in terminus *cap. cupientes. Franc. num. 2. Gemin. num. 4*

46 Si etiam amicus pro electo confirmationem petat eius nomine, licet ſine mandato valebit petitio *Lauor. cap. 25. nu. 41.* Si tamen electus intra illud trimeſtre petitionem ratificet. *Gloſſ. v. petere. Franc. num. 3. Biax. par. 3. cap. 43. nu. 2.* Gratian. *diſcept. for. cap. 573. num. 21. Tiraq. de pœnis temporal. caſu 22. nu. 37. Azor. p. 2. l. 3. c. 29. q. 11. Barboſa ad d. cap. quam ſit. num. 12. & l. 1. de iure Eccleſ. cap. 19. nu. 246.* Immò addit *Gloſ. ibid.* quòd ſufficit, quòd electores petant, *De elec. cap. cum inter Canonicas, & cap. cum dilectus, & cap. Dudum*, vnde electoribus confirmationem petentibus, licet electo non petente, vitatur hæc pœna. Aduertendum tamen quòd in Eccleſijs Cathedralibus, & Regularibus vbi confirmatio à Pontifice peti debet, ſeruanda eſt determinatio *d. cap. cupientes*, vt bene monet *Gloſſa*. Vnde etiam electorum ad minus duo, & electus ad Pontificem venire debent pro obtinenda electionis confirmatione.

47 In ordine Prædicatorum electores ſunt, qui confirmationem petunt: Electo verò cum non acquiratur ius ad Prælaturam, ad quam eligitur, parùm conuenit petere. Et nihilominus quia, vt ex eo textu, *quam ſit*, petitio confirmationis eſt Eccleſiæ beneficium, cuius negotium agitur, dum procuratur, ne diu maneat ſine Prælato, non eſſet etiam in hoc ordine damnandus electus, qui ſui confirmationem peteret, cum petens confirmationem non tam proprium, quàm Eccleſiæ negotium agere cenſeatur. *Panor. de iudic. cap. exhibita num. 1. Cuch. inſtit. l. 4. tit. de confirm. num. 8.*

48 Nonnulla alia etiam ad pleniorem huius quæſtionis reſolutionem ſunt aduertenda. Et quidem primò, quòd ſi electus ſit pluribus electionibus electus, vnam tantùm electionem poteſt, & debet proſequi. *cap. vt quis 25. de elect. in 6.* & ibi *Gemin. Francus, & communiter Canoniſtæ. Bald. cap. in geneſi n. 10. de elect.* Debet igitur electus tunc vni ex illis electionibus adhærere cui vult, & vnius confirmationem petere tantummodo, ex eadem regreſſum ad aliam nullatenus habiturus. Hanc verò legem nō habere locum in præſentato, ſed eum, ſi ſit ad duas Eccleſias præſentatas poſſe vtranque proſequi ex *Rot. in Lunen. Sarzanen. Capellæ 20. Iunij, & 5. Decembr. coram Sacrato*, cuius meminit *Lotter de re beneficiar. lib. 2. q. 13. num. 90.* tenet *Barboſa ad d. cap. vt quis nu. 5.* At oppoſitum ex *Lapp. conſ. 8.* tenuit *Franc. ibid. num. 2.* Sed prior ſententia eſt verior. Eadem verò ratione ſi cōtingat, vt quis eodem tempore ſit electus ad plures Eccleſias, cum

vtri-

vtrique non poſſit deſponſari, vni debet renunciare, *capit. cum non ignores, de præbend.*

49 Secundò quæri poſſet, an ſolus electus poſſit petere ſuæ electionis confirmationem? Certè non eſt dubium, quòd etiam electores ſuppoſito tamen conſenſu electi, (ſi enim electus diſſentiat, alius eſt eligendus) poſſunt electionis confirmationem petere. Sed quemlibet alium, non poſſe proſequi cauſam confirmationis, tradidit *Baldus cap. vt prætérita, nu.1.& 6.& cap. dudum num.3. de electione.* Verùm quia agitur de interreſſe totius Eccleſiæ, cuius Prælatus eſt electus, & propterea etiam *ſuper. cap. probatum eſt*, quòd quilibet de Eccleſia poteſt appellare ab electione, ideo etiam dicendum eſt, quòd quilibet de Eccleſia poteſt inſtare pro confirmatione electi. Suppoſito tamen, quòd electus electioni conſenſerit, nam petitionem confirmationis præcedere debet conſenſus electi. *Gemin. ad d. §. Cæterum num.1. Franc. num.1.*

50 Addidit verò *Baldus d. cap. vt præterita, nu.1.* quòd Capitulum poteſt inſtituere Procuratorem pro negatio confirmationis, & quòd iſte Procurator & ſi abſens, percipit fructus beneficiorum tanquam legitimè impeditus, ne reſideat in Eccleſia in qua eſt bedeficiatus, cum eiuſdem Eccleſiæ negotium tractet.

51 Electus autem tenetur Confirmationem petere, & non ſufficit, quòd petat ſuam electionem declarari canonicam, quia ſtare poteſt, vt electio declaretur Canonica, & tamen non confirmetur, ſed petere debet ſui confirmationem. *Gemin. d. §. cæterum num.2. Franc. num.3.* Sufficit verò, quòd petat, nec eſt neceſſe, vt vitet pœnam, quòd obtineat. *Gloſſ. ibid. v. petere.* Et ſi intra tempus non petat, electio non debet confirmari, *Rota deciſ. 574. num 65 parte 4. tom. 3. Recent.* Et electo ſic negligente petere ſui Confirmationem intra trimeſtre deuoluitur ſeu redit ius eligendi ad Electores, *Gemin. num.2.*

52 Sed nunquid ſuperior poteſt breuiare iſtud trimeſtre, & compellere electum, vt citiùs petat ſui confirmationem? Poteſt ex legitima cauſa. *Gemin. num.3, Franc. num.2.* Et certè vbi Confirmatori conſtet de electione, & conſenſu electi, poteſt quandocumque voluerit electionem inuentam Canonicam confirmare. Et ex officio poteſt inquirere, & inſtare, vt quàm citò habeat decretum electionis: Nam agitur de Eccleſiæ vtilitate, quam ipſe ex officio promouere poteſt. Et aſſignatio trimeſtris eſt indulgentia data electo, vt antea non cenſeatur negligens, & puniatur vt talis, non verò ligantur manus Superioris, vt ex cauſa rationabili non poſſit breuiare hoc trimeſtre, & compellere vt in tempore breuiori ſibi ſcripturæ electionis conſignentur, & pro confirmatione electionis inſtetur, vel etiam nullo inſtante electionem ex officio confirmet, ſi Eccleſiæ vtilitas hoc poſtulet, & aliàs electus conſenſerit electioni, eique non renunciauerit.

53 Pœna autem in electum negligentem petere Confirmationem electionis intra trimeſtre, eſt amiſſio iuris quæſiti ex electione. Quæ pœna latæ ſententiæ eſt. *Gemin. num.5. Franc. num.4.* Nam dictio *eo ipſo vacuetur* ſententiam latam ſignificat. *Roland. conſ. 62. num.32. l.2. Salas de legib. q.96 tract.14. d ſp. 26 ſec.8. num.29. Suarez de legib. lib.5. cap.7. n.4. & cap.8. num.2. Farin. in fragment. v. lex nu.95. Barboſa ad d. cap. quam ſit, num.10.*

54 Si tamen electus iuſto impedimento detineatur, huic pœnæ non ſubeſt, & quæ ſint iuſta impedimenta ponunt *Gloſſa v. iuſto impedimento, Gemin. num.4. Franc. num.4.* Nimirum infirmitas, viarum diſcrimen, ſuperioris impedimentum, frequens curiæ mutatio, tempeſtas maritima, vel tereſtris, vis fluminum, pons ruptus, & ſimilia. *cap. Epiſcopus. diſ.18. & cap. cum parati, de appell.*

S V M M A R I V M.

1 *Electio valida eſt neceſſario confirmanda. nu.55.*
2 *Negans confirmationem poteſt compelli. num.56.*
3 *Superior poteſt confirmatori præfigere terminum. num.56.*
4 *A iure non eſt præfixum tempus confirmandæ electionis. num.56.*
5 *Electio confirmanda, etiam ſi totum Capitulum perierit. num.57.*
6 *Regularis per mendicatos fauores quærens confirmationem iniuſte negatam, non incidit in pœnas. num.58.*
7 *An in Ord. Præd. Superior teneatur confirmare electionem. num.59.*
8 *Clauſula ſi tibi viſum fuerit, non importat liberam facultatem, ſed arbitrium boni viri. nu.60.*
9 *Arbitrium boni viri eſt à iure regulandum. nu.60.*
10 *Verba legis debent aliquid operari, ne ſint ſuperflua. num.61.*
11 *Per ſe loquendo videtur quod in Ord. Præd. ſuperiores non poſſunt validam electionem caſsare. n.62.*
12 *Conſtit. d. Ord. nec derogat, nec derogare poteſt iuri communi. num.62.*
13 *Prælatus poteſt per accidens electiones validas caſſare. num.63.*
14 *Tum ob extrinſecas circumſtantias ex quibus electus ſit hic, & nunc, minus idoneus. num.63.*
15 *Tum ratione voti obedientiæ. num.63.*
16 *Arbitrarium eſt Prælato iudicare in multis an electio ſit valida, vel non valida. num.64.*
17 *Arbitrariū eſt Prælato videre, an ad bonum commune expediat electionem caſſare. num.64.*
18 *Arbitrarium eſt Prælato ex obedientia caſſare electionem. num.64.*
19 *Confirmator ſi non ex iure electi, ex iure eligentium tenetur electionem confirmare. num.64.*
20 *Neceſſe eſt in Ord. Prædicatorum concedere confirmatori aliquam ſpecialem libertatem. num.65.*
21 *In d. Ordine Prouincialis ſecundum aliquos poteſt caſſare electionem digni, ſi dignior ſit omiſſus. num.66.*
22 *Arbitrium Prouincialis eſt boni viri, ſi ſit conforme ſtatuto ſuæ religionis. num.67.*
23 *Non poteſt Prouincialis in Ord. Præd. caſſare electionem digni, eo quia ſit omiſſus dignior. n.67.*

55 QVæritur tertiò. Vtrum electio valida tam ex parte electionis, quàm ex parte electi neceſſariò ſit confirmanda? Reſpondetur Gregorium III. habetur *de elec. cap. poſtquam.3.* decreuiſſe, vt per *Confirmationem petentium deſideria (ſi nihil eſt, quod electum impediat) impleantur.* Ideo certum eſt, electionem validam vndequaque eſſe à Confirmatore neceſſariò confirmandam. *Gloſſ. v. impleantur Panor. num.1. Butr. num.5. Dec. num.1. Rota coram Gregor. XV.*

Digitized by Google

gar. XV. deciſ.240.num.12. Barboſa.num.1. aduertens, quòd licet *cap. iſtud*, tribuatur Greg. III. tamen deſumitur ex *S.Greg. in Regiſ.l.8.c.18.*

56 Vnde eſt, quòd ſi is, ad quem ſpectat, nolit confirmare electionem, poteſt & debet ad id compelli per ſuum ſuperiorem, vel præfigi terminus intra quem confirmet, aliter etiam ſine intimatione ipſe ſuperior confirmabit, *Gloſſ. in rubr. de poſtul. in 6. Panorm. de iure patron. cap. nullus, & cap. Paſtoralis, & de Conceſ. prabend. cap. 2. Dec. in d. cap. poſtquam in fin. Cuch. tit. de confirm. num. 37 Lauor. de elec. cap. 25. num. 43. Sigiſ. de elect. d. 43. num. 2. Caſtell. de elec. c. 14. nu. 15. & 18 Tambur. tom. 1. diſp. 6. q. 2. nu. 9. 10. Samuel. d. 8. c. 1. num. 3.* Licet enim, vt aduertit *Panorm. ad cap. poſtquam num. 8.* ad eligendum ſit præfixum tempus, tamen in iure non eſt limitatum tempus ad confirmandam electionem, quia ipſa ſtatim ac apparet vndequaque valida, eſt confirmanda, & ideo ſi Confirmator renuat, debet per ſuperiorem limitari tempus intra quod teneatur eam confirmare, aliter eam confirmabit ſuperior, vt ex Dominis de *Rota* adnotauit idem *Panor. d. cap. poſtquam nu. 8. Rota Coram Card. Seraph. deciſ. 615. num. 1. Et in Legionen. Confirm. coram Pamphilio 23. Ianuarij 1617. Lauor. cap. 25. num. 44.* Vbi quod hoc tempus aſſignandum Confirmatori debet eſſe breue, & non excedere tempus ſex menſium. *Tambur. tom. 1. diſp. 6. q. 2. num. 10. vbi num. 11*, quod electio inuito electo non poteſt confirmari, ex *Gloſſ. cap. innotuit, de elec. Panorm. ibid. num. 13.* Quamuis Religioſus electus poſſit compelli ad acceptandum officium. *Caſtell. de elec. cap. 14. num. 12. Panorm. in cap. non eſt, num. 4. de Regul. Tambur num. 13.*

57 Colligitur etiam, quòd eſto Capitulum totum electorum, vel Eccleſia tota perierit eorum, qui tempore electionis erant in Collegio, vel Monaſterio, dum alij eorum loco ſint ſubrogati electio eſt confirmanda, quia ſemper manet Eccleſia, licet indiuidua materialia ſint mutata. *Biax. in direc. p. 3. c. 44. Firm. de Epiſ l. 3. p. 3. 1. p. nu. 4. Cuch. tit. de confir. num. 7. Sigiſ. de Bonon. dub. 43. nu. 5. Samuel. diſp. 8. contr. 1. num. 5.* Vbi idem dicendum putat de electione communi habenda a Capitulo ſubrogato, ſi poſt publicatum ſcrutinium capitulum deficeret ante illam electionem.

58 Adeo autem verum eſt, quòd ſuperior electionem non patientem defectum tenetur confirmare, vt etiam ſi Regularis fauoribus procuret apud ſuperiorem vt eius electio in Prælatum confirmetur, non incidat in pœnas latas à ſummis Pontificibus contra mendicantes fauorea. *Portel. v. officia num. 41. Bordon. contr. 31. nu. 31. quòd probat Portell.* quia Bullæ illæ prohibent fauores pro obtinendo officio, non verò pro conſequenda confirmatione. Neque *Bordon.* validè hanc rationem impugnat, ex eo quòd prohibentur adhiberi fauores etiam pro gratija, & adminiſtrationibus, ſub quibus nominibus comprehenditur confirmatio. Nam ſi confirmatio gratia eſt, quomodo *Bord.* ipſe ait licere in hoc caſu adhibere fauores, quia electus redimit vexationem? Non enim quis vexatur ex eo, quòd ei gratia liberaliter danda denegatur. Sed verè confirmatio non eſt gratia, vnde dicitur communiter quòd electio eſt libertatis, ſed confirmatio neceſſitatis, & qui petit confirmari electionem non petit gratiam, ſed iuſtitiam, & ideo non incidit in pœnas illarum Conſtitutionum. Niſi quia confirmatio apud Regulares in multis caſibus poteſt eſſe libertatis, & tunc cum eſt gratia non licet eam fauoribus mendicare.

59 Cum autem de iure communi hæc certa ſint, dubium remanet in Ordine Prædicatorum an ſuperior teneatur neceſſariò confirmare electionem. Quoniam in dicti *Ord. Conſtit. diſ. 2. c. 2. §. 3.* decernitur, & dicitur. *Priores autem Conuentuales ſupradicto modo electi à Priore Prouinciali (ſi ei viſum fuerit) confirmentur. & cap. 3. §. 8. Prior autem Prouincialis ſupradicto modo electus poterit per Magiſtrum Ordinis confirmari, vel eius electio caſſari, ſi ipſi Magiſtro videbitur.* Quo ſtante instat difficultas, quia ſi ſit ſenſus, quòd confirmator poſſit confirmare electionem, & non confirmare, etiam ſi ex nulla parte deficiat, ſed vndequaque ſit valida, vrgent in contrarium Concluſiones iuris.

60 Nam quòd hæc clauſula, *ſi tibi viſum fuerit*, aut *ſi tibi videbitur*, non importet liberã facultatem, ſed arbitrium boni viri habetur *ff. de legat. leg. fidei-commiſſa. 11. §. 7.* Cum alijs allegatis *in Comen. habitus, 14. May 1607. coram Iuſto*, quæ habetur apud *Farin. Conſil. l. 2. deciſ. 243. Oldrad. conſil. 254. Roman. conſ. 55. Tuſcus lit. A. conc. 470. num. 1. Monet. de commut. vltim. volunt. c. 7. num. 242. Menoch. de arbitr. l. 1. q. 8. numer. 2. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 7. proam. n. 112. & ſeqq. Barboſa clauſ. 155. Iterum Rota p. 5. recent. dec. 44. a num. 54.* Et declarat expreſsè *Gloſ. d. Conſtit. lit. L.* ibi *ſi ei viſum fuerit, confirmabit. Quod verbum non deſignat liberam poteſtatem, ſed diſcuſſionem rationis, & arbitrium boni viri. Vrcean. p. 3. cap. 10. Caſtell. de elec. c. 14. num. 16. Camil. in direc. cap. 16.* At verò alia iuris concluſio eſt, vt arbitrium boni viri ſit regulandum a iure *Rota apud Cæſarem de Graſſis, de ſentent. & re iudic. dec. 7. nu. 7. & dec. 8. num. 2. & p. 2. Recent deciſ. 326. nu. 6. & dec. 698. nu. 1. Bart. in leg. fin §. ſed & ſi num. 16. C comm. de lega. Pariſ conſ. 8. num 4. Peregria. deciſ. 239 circa finem l. 2.* Et ideo quòd vbi denotatur aliquid alicui commiſſum ad arbitrium boni viri, ille teneatur ſeruare omnes regulas iuris communis, tradit ex *Alex. conſil. 33. num. 3. l. 1 Soccin. iun. conſ. 49. num. 16. l. 2. Cravet. conſ. 612. num. 11 & conſil. 657. num 56. Menoch. conſ 69. num. 4. & 5. Tuſc. lit. A. conc. 470. num. 2. Barboſa. Axiom 32. num. 2.* Et quòd cum aliquid alicuius arbitrio committitur, illud non valeat, niſi ſit legitimè factum traduut *Gloſſ. cap. cauſam v. ſi tamen. &* ibi. *Panorm. num. 8. de elect.* vbi quòd arbitrium non valet ſi ſit contra ius ſcriptum. Igitur cum de iure ſit, vt electio vndecumque valida confirmetur, non poterit eam caſſare Prouincialis, vel Generalis, licet dicatur, quòd electionem confirmare, vel caſſare poterit, prout ei viſum fuerit.

61 Verùm alia ex parte ſi ſit ſenſus, quod ſit in arbitrio Prælati confirmare, ſed in arbitrio regulato per ius cõmune, & ita vt Prælatus electionem ex nulla parte deficientem teneatur confirmare, prout eſt de iure, obſtat in contrarium illa regula iuris certa, quòd verba legis debẽt aliquid operari, nec eſſe ſuperflua, *ff. de iure iurand. l. 3. & de legat. l. 109. & de priuil. in 6. c. ſi Papa*, ibi *Cum verba aliquid operari debeant Gloſſ. ibid. ver. debeant Gemin. num. 5. Franc. num. 3. notab. vlt. Felin. de accuſ. c. qualiter & quando el 1. num. 25. Alex. conſ. 214. num. 10. lib. 6. Cæſ. conſ. 193. fin. lib. 2. Rum. conſ. 79. nu. 8. lib. 1.*

Tuſcus

Tuſcus lit.S.concl.895.& lib.2.concl.85.& quamplures alij, quos refert, & ſequitur *Barboſ. Axiom.222. numer.11.* At verò ſi Prouincialis neceſſitatur ad confirmandam electionem vndequaque validam, etiam ſi aliàs detur rationabilis cauſa aliter faciendi, verba illa, *ſi ei viſum fuerit*, nihil operantur, & ſuperfluè ponuntur, quia Prouincialis ſine appoſitione dictæ clauſulæ poteſt electionem aliqua ex parte deficientem caſſare, & per eam clauſulam nihil aliud ei concedi dicitur, ſuperfluè igitur illa clauſula ponitur, quod non eſt admittendum. Secundò, nam quòd arbitrium boni viri ſit regulandum ex iure gentium, & ex iure naturali, & diuino, hoc quidem veriſſimum eſt, quia oppoſitum eſt malum, nec eſt arbitrio ſubiectum. *Tuſc. lit.A. conc.470. num.31.* Et ideò arbitrium boni viri ſemper debet eſſe regulatum iuſtitia, & æquitate. *Anchar.conſ.57. num.3. Gloſſ. in d.cap. cauſam v. ſi tamen, de elect.* Sed ſi in propoſito arbitrium confirmandi electiones, regulari debet ex iure communi, iam non eſt arbitrium, ſed neceſſitas, quoniam Iuriſtarum axioma eſt, quod eligere ſit libertatis, confirmare verò neceſſitatis. *Panorm. de elect.cap. poſtquam num.1. & 2. & alij Canoniſtæ communiter.* Nam nulla libertas remanet confirmanti, qui electionem validam neceſſariò Confirmat, & inualidam neceſſariò caſſat. Tertiò, quia in hoc ordine electus nullum ius acquirit ad Prælaturam, & confirmationem, vt ſæpius dictum fuit, & patet ex *Gloſſ. Conſtit. diſt.2.cap.2.§.3.lit.L.* & tradunt *Vrccan.in ſum.p.3.cap.10. Caſtell.de elec. c.14.* At verò ſi Confirmator electionem confirmare tenetur, ſi ſit valida, nec poteſt illam caſſare, iam in electo eſt ius ad confirmationem, & ſi cõfirmator negat confirmationem ſtante valida electione, poterit illum compellere via iuris, vt illam confirmet.

62 Diſtinctione terminari videbitur hæc controuerſia, ſi dicatur primò, quòd per ſe nec in Ordine Prædicatorum Prouincialis poteſt caſſare electionem Prioris vndequaque validam, nec Generalis electionem Prioris Prouincialis ſuppoſito ſcilicet, quod nullus ſit defectus ex parte electionis, & ex parte electi. Hoc enim probat ratio ſuperius facta, quia ſcilicet, clauſula, *ſi ſibi viſum fuerit*, non dicit facultatem omninò liberam, ſed arbitrium boni viri, quod quidem iure regulari debet. Neque enim Conſtitutio per illam clauſulam, *ſi ei viſum fuerit*, voluit derogare iuri communi, quod neque facere poterat ſine ſpeciali authoritate Apoſtolica. At verò de iure communi eſt, vt electio, ex nulla parte deficiens canonicè, cõfirmetur.

63 Et nihilominùs dicatur ſecundò, quòd Prælatus ſuperior per accidens poteſt electionem vndequaque validam caſſare, & non eſt neceſſe, quod illam confirmet. Et hoc eſt verum ex duplici capite. Primum caput comprehendit extrinſecas circumſtantias, ex quibus per accidens euenit, vt electus per intrinſeca digniſſimus, ſit per extrinſeca non idoneus, vt ſi non ſit acceptus Principi, & Patrono loci in quo eſt Conuentus, & ideò ex hac vel ſimili cauſa timeatur graue ſcandalum, tunc electio non eſt confirmanda. *Panorm. de elec. cap.1. num.8. & cap. cum teneamur, & cap. niſi cum pridem, de renunc. & cap. conſiderauimus num.5. de elect. & eius Additionator ibid. Card. in Clement.1. de pœn. Rota deciſ.516. num.4. coram Card. Seraph. Sigiſ. dub.43. num.7. Turrecrem. diſt.63. cap. ſi forte, & diſt. 39. cap. ſi duo Felin. de præſcrip. cap.12. num.2. Peyr. tom.1. de ſubd. q.1. cap.7. concl.4. Donatus par.3. tra.7. q.9. num.4. Samuel diſput.8 controu.1. num.8. tract.1.* Et ſi dicatur, quod hoc redundat in defectum electionis ex parte electi, qui licet non ex ſua culpa, & intrinſeco defectu, tamen ex circumſtantia extrinſeca redditur non habilis; ideò additur ſecunda ratio ex parte voti obedientiæ, quia vbi in ordine ad bonũ commune religionis videatur Prælato bonum non confirmare electionem alias validiſſimam, & velit vti electo ad aliud miniſteriũ incompatibile cum Prælatura, ad quam eligitur, & vniuerſaliter ex quacumque cauſa, quæ ſit ſecundùm regulam, ex qua poteſt præcipere electo, vt cedat electioni, & Prælaturæ, poteſt electionem quantumcumque validam caſſare.

64 Ad ea verò quę ſupra obiecta ſunt, dicatur, quòd verba illa, *ſi ei viſum fuerit*, multùm explicant, & operantur. Quia primò in quàmplurimis conditionibus arbitrarium eſt Confirmatori decernere, an ſint tales, vt electionem validam reddant, vel inualidam, & propterea in eius arbitrio eſt illam confirmare, vel caſſare; quia in arbitrio eius eſt iudicare, an ſit de iure valida, vel inualida, ideoque an ſit de iure confirmanda, vel non confirmanda. Secundò, quia per illam clauſulam exprimitur facultas ordinandi electionem ad bonum commune Religionis, & propterea explicatur Prælati arbitrium ad caſſandam etiam electionem validam, ſi iudicet id eſſe valde vtile ad bonum commune, vt infra probatur. Tertiò præcipuè exprimitur arbitrium, quòd ex voto obedientia reſultat in Superiore, vt poſſit pro ſua voluntate, cum id fuerit ſecundum regulam præcipere electo, vt non ſit Prælatus, & caſſare eius electionem. Et ex hoc patet, quod ſic confirmatio eſt neceſſitatis, neceſſitate ſuppoſitionis actionis validæ, quod tamen in Prælato Regulari eſt maximæ libertatis. Vnde patet ſolutio ſecundæ obiectionis, & ad tertiam dicitur conſequentiam non valere, quia dici poſſet, quod Confirmator tenetur confirmare electionem non ex iure, quod habet electus, ſed quod habent electores, & quia lex præcipit, vt electio valida confirmetur.

65 Verùm hęc non reddunt animum quietum, quoniam non adducunt aliquod, quod ſit ſpeciale in hoc Ordine, & quod importetur per clauſulam *ſi ei videbitur*, vt non ſit ſuperflua. Quia etiam Confirmatores omnes poſſunt per accidens caſſare electionem alias validam, vt infra probo, ſi ſit in graue damnum boni communis. Et quilibet Prælatus Regularis poteſt ex vi voti obediẽtiæ in caſu, in quo id ſit ſecundùm regulam præcipere ſubdito, vt non ſit Prælatus. Nihil igitur magis exprimeretur per illam clauſulam *ſi ei videbitur*, quam ſi diceretur, quòd Prouincialis electionem debet confirmare, quia ſemper hoc intelligeretur eſſe verum per ſe, & abſque præiudicio boni vniuerſalis Eccleſiæ, vel Religionis, & voti obedientiæ.

66 Propterea dici poſſet ex *Salon. 2.2. q.63. a.2 controu.3.* quem refert, & ſequitur *Sanchez l.2. opuſ. c.1. dub.6. nu.4.* quod in Ordine Prædicatorum

Prouincialis poteſt caſſare electionem digni, ſi videat omiſſum digniorem. Et ſic arbitrium Prouincialis debet quidem regulari ex jure naturali, & iure gentium, vt electionem validam non caſſet, quia ſit inualida, vel quia electus aliàs dignus ſit indignus, vel prætextu delicti non probari, & non præmiſſa diligenti diſcuſſione ad verificandum ea, quæ contra electum obijciuntur, & ſic ab omni iniuſtitia abſtinere debet. Pariter non pro ſua libertate, & ſine cauſa faciente ad bonum commune notabiliter, non debet electionem caſſare. Cæterum non tenetur confirmare electionem digni in concurſu dignioris, licet hoc iuri communi ſit contrarium. Conſtitutio enim voluit bono communi totius Religionis proſpicere, ad quod promouendum nedum digniores ſunt neceſſarij, ſed nec videntur alij eſſe ſufficientes; ideò voluit vt in poteſtate Prouincialis ſit non confirmare electionem digni ſi dignior ſit omiſſus: Nec obſtant in contrarium allegata, quoniam Conſtitutio huius Ordinis eſt à Sede Apoſtolica approbata, ideò eius ſtatutum ſpeciale valet. Et ita arbitrium Superioris eſt ſemper arbitrium boni viri, ſi eſt conforme ſtatuto huius Ordinis in eo, in quo diſponit etiam contra ius commune. Et eo magis, quod ius commune mandans confirmari electionem digni ad illius fauorem factum eſt, & ne prætextu iuris, quod electus obtinet ab electione, orirentur lites, & contentiones. His verò periculis remedium eſt in hoc Ordine ſtatutum, vt ſcilicet, ex electione ius non acquiratur electo, & vt in electionibus ſolum bonum commune attendatur, & ſic ordo iſte renunciauit huic fauori, quod ex electione prouenit electo: quo ſtante non eſt vnde electus ad ſui confirmationem agat, & dum aliàs non fit illi iniuſtitia, ſi ſine culpa eius ob prætextum culpæ electio caſſatur, vel ex falſo alterius defectus prætextu, vel alia ſimili cauſa, voluit conſtitutio vt ſit in poteſtate Superioris facere, quod ſibi magis videbitur expedire bono communi, & ſic nedum caſſare electionem per accidens ratione alicuius damni emergentis, ſed per ſe ex hoc ſolo capite, quod ſit minùs vtilis bono communi, & quod poſſit dari melior electio, & bono communi vtilior.

67 Sed vt verum fatear, neque in his dictis poteſt animus quieſcere. Nam quando dicitur arbitrium boni viri eſſe regulandum ſecundum ius, non ſolũ hoc intelligitur de iure naturali, & gentium. Sed de iure ſcripto, vt patet ex *l.fin.§.ſed ſi, C.com.de legat. & tradiderunt Seraph.dec.1017.1.Rota dec.348.n.4. par.1.diuerſ.& deciſ.450.num.2.& 587.num.2.par.2 & dec.348.num.2.par.5 recent.Duran.dec.377.nu.1. Gregor.XV.dec.198.num.3.& dec.13. num.1.& deciſ.224.num.1.part 8.recent. & alij DD. omnes ſupra num.60. citati*: Nec propterea particula *ſi videbitur*, vel *ad arbitrium*, eſt ſuperflua, & nihil operatur. Nam ſtante quod arbitrium boni viri ſit regulandum ſecundùm leges, hoc efficit particula, *ad arbitrium*, quod dat facultatem relaxandi aliquid de iuris rigore. *Rota dec.284.num.5.& dec.450.nu.1. & 587.num.1.par.2.& dec.61.num.1.par.8.recent.& Cæſar de Graſſis dec.7.num.6.de iud.Creſcent.deciſ.4. num.3.de teſt.* Ac propterea dicta clauſula operatur, vt omiſſo extremo rigoroſo ſeruetur æquitas. *Rota dec.462.num.3.par.1.& dec.506.par.2.& dec.13.n.3. & dec.61.num.2.par.8.recent.* Et hoc ne dicta clauſula reddatur inanis. *Menoch.de arbit.lib.1.q.8.nu. 35. Rota dec.363. n.1.p.2. rec.* Ex hoc igitur, quòd in Ordin. Prædic. confirmatio eſt commiſſa arbitrio Prouincialis, non ſequitur, quod ille poſſit cõtra legem communem & doctrinam S. Thomæ, & DD. non confirmare electionem digni, ſed ſolùm quod in confirmando poſſit aliqualiter temperare rigorem iuris, & vbi ratio id poſtulabit, relicto extremo rigoroſo ſeruare æquitatem. Quod tamen ſine dubio intelligitur ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, & non aliàs, vt fuit dictum in *Itacen.Peroch.27.Iunij 1602.coram Card.Pamphilio, et in Tarraconen.Paroch.4. Februar. 1604. coram Litta, & in Tarraconen.Canonicatus 12. Nouembr. 1607.coram Scotta, & deciſ.61. num.3.par.8.recent.* Nec valet, quod adducebatur de Conſtit. Ordin.Prædicator. confirmata auctoritate Apoſtolica: nam argumẽtum ſupponit falſum, ſcilicet, quod illa Conſtitutio det facultatem non confirmandi dignũ, quando dignior eſt omiſſus. Hoc enim verum non eſt, quia Conſtitut. illa ſolum committit confirmationem arbitrio Prouincialis, ſine dubio vt regulando ex iuribus, & præcipuè ex iure communi præcipiente electionem digni eſſe confirmandam; quia arbitrium boni viri ex iure debet regulari. Solum igitur illa Conſtitutio concedit Prouinciali, vt ſtãte rationabili cauſa ex æquitate rigorem iuris tẽperare poſſit, & extremum rigoroſum dimittere. Cæterum & in iſto Ordine Prouincialis electionem digni debet confirmare per ſe loquendo, vt non obſtante quod electus non acquirit ius, & quod electio remittitur arbitrio Prouincialis, probat *Ledeſma par.2.tract.7.concl.7.dub.10.§. Digo lo ſecundo* & eſt de mente DD, qui hanc exceptionem non poſuerunt. Quamuis per accidens poſſit Prouincialis digni electionem caſſare, vt ſupra dictum eſt. Quod vbi fiat, debet omnino conſuli honori electi, vt appareat, quod non ex eius defectu caſſatur electio. Quod confirmatur quia vt infra quæſt. vndecima probatur, hoc quòd eſt poſſe confirmare electiones, ſi ei viſum fuerit, non eſt proprium Prouincialium Ord. Prædicat., ſed omnibus præcipuè Regularibus Confirmatoribus eſt commune.

S V M M A R I V M.

1 *Electio confirmari debet ab immediato ſuperiore electi. n.68.*
2 *Niſi aliud ſpeciali iure, aut conſuetudine cautum ſit. n.69.*
3 *Epiſcopos inſtituit Papa. n.70.*
4 *In aliquibus regnis ad nominationem Regum. numer.70.*
5 *In Germania viget antiqua conſuetudo eligendi Epiſcopos. n.70.*
6 *Epiſcoporum electionem confirmat Papa. n.70.*
7 *Exemptorum electiones confirmat vel Papa, vel Legatus à Latere. n.71.*
8 *Generalium electiones, ſi indigent confirmatione confirmantur à Papa, vel à Legato à Latere. numer.71.*
9 *Generalium electiones ſubiectæ ſtat. cap. Cupientes de elect.in 6. n.71.*
10 *Generalium regularium electiones, vt plurimum*

non

Digitized by Google

non indigent confirmatione. n.71.

11 *Satisfieri poteſt d. cap. Cupientes, ex decreto Conc. Trid. de ſecreto electionis. n.72.*

12 *Non eſt contra ſecretum electionis nec quod aliqui ſe opponant electioni, nec quod mittant duos ex ipſis ad Confirmatorem. nu.72.*

13 *Aliorum Prælatorum regularium confirmationes pertinent ad eorum ſuperiores. nu.73.*

14 *Epiſcopus confirmat electiones non exemptorum, qui ſibi ſunt ſubiecti. n.74.*

15 *In caſu appellationis, iudex pronuncians bene appellatum, confirmat electionem. n.75.*

68 QVæritur quartò. A quo electio debeat confirmari? De hoc eſt regula generalis, quod electio debet confirmari ab immediato Superiore ipſius electi. *Panorm. de ſtatu Monach. cap. Monachi num.10. Hoſtien. in ſum. tit. de elect. §. A quo confirmanda. Sylu. v. confirmatio num.4. Cuch. inſtit. lib.4. tit. de confirm. num.1. Sigiſm. de Bonon. de elect. dub.44 num.1. Caſtell. de elect. cap.14. nu.3. Donatus in praxi par.3. tract.7. q.2. num.2. Barboſ. ad cap. cum dilectus 32. num.4. de elect. Biax. par.3. cap.43. num.6. Corraſ. de Sacerdotio par.2. cap.4. a n.3. Selua de beneſ. q.22. num.11. Mandagot. & Boer. de elect. cap.56. Pet. Greg. de elect. c.19. a num.10. Miranda q.23. art.32. Lauor. c.25. num.45. Tambur. tom.1. diſp.6 q.1. nu.1. Samuel. tract.1. diſp.8. contr.2. num.1.*

69 Quod tamen limitatur, niſi aliud ſpeciali iure, aut conſuetudine cautum ſit. *Paulus de Eliaz. in rubr. de elect. num.7. Marc. q.930. p.1. Toloſ. in tit. de elect. cap.19. n.10. & 14. Sigiſm. loca cit.*

70 Hinc deducitur, quod ceſſant modò, quæ de confirmatione electionis Epiſcoporum, ab Archiepiſcopis, & Archiepiſcoporum à Patriarchis tradiderunt. *Hoſtien. in ſum. §. A quo confirmanda, & Sylueſt. v. confirmatio*, quia à tempore Bonifacij Octaui, & Martini Quinti Sedes Apoſtolica ad vitandas diſcordias & lites, quæ in Epiſcoporum electionibus oriebantur, vt notat *Lancell. in inſtit. Can. tit. qui eligere, & eligi poſſunt*, cœpit ſibi reſeruare Eccleſias Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales, vt patet in *Extrau. ad regimen, de præb.* Quæ reſeruatio poſtea facta fuit ſimpliciter, & vniuerſaliter in Regula Cancellariæ 2. Et hodie Pontifex Epiſcopos inſtituit, licet in Regnis Galliæ, Hiſpaniæ, Poloniæ, Siciliæ, & Luſitaniæ, ex conceſſione Pontificis, data ſit facultas Regibus nominandi Epiſcopos; ſolumque in Germania veterem conſuetudinem Canonicæ electionis ſeruari teſtantur. *Layman. de elect. cap.15. q.161. Barboſa de off. Epiſ. par.1. tit.1. cap.3. num.27.* & apud eum *Azor. & Lauorius*, qua in re Conc. Trident. ſeſſ.24. cap.1. de reform. nihil duxit innouandum pro temporum præſentium ratione. Quamobrem & vbi remanſit conſuetudo, vt eligantur, huiuſmodi electiones confirmare pertinet ad Summum Pontificem. *Azor. par.2. lib.3. cap.29. q.2. Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouemb. 1624. coram Coccino, Sigiſmun. d.44. num 2. Barboſ. de off. Epiſ. p.1. tit.1. cap.4. num.6.* Qui etiam, vel eius legatus à Latere confirmat omnes electiones eorum, qui ſunt exempti, & immediatè illi ſunt ſubiecti. *De elect. in 6. cap. ſi Abbatem 36.* Abbatū etiam, Præpoſitorum, & aliarum Conuentualium dignitatum confirmationes reſeruauit Pius Quartus Sedi Apoſtol. in ſua Conſtit.86. quam etiam refert *Tambur. diſp.6. de iure Abbat. q.1.* Et alij multi caſus ſunt, in quibus prouiſio Prælaturarum, & Beneficiorum eſt Papæ reſeruata.

71 Vnde infertur ſecundò, quòd quia Generales Ordinum immediatè ſunt ſubiecti ſummo Pontifici, ideo illorum electio, vbi indiget confirmatione, ſolùm à Pontifice, vel ab eius legato de latere in Prouincia ſibi decreta exiſtente poteſt confirmari, & ita huiuſmodi Generales ſecundùm ſtatuta *in cap. cupientes de elect. in 6.* debent electionum ſuarum confirmationes à Sede Apoſtolica obtinere, prout firmauit *Rota in Treueren. Abbatiæ 20. Nouemb. 1624. Coram Coccino & explicat Cuch. l.4. tit. de confirm. à nu.13.* Verùm hodie omnium ferè Ordinum Generales, eo ipſo quòd ſunt electi, ſunt confirmati, vt conſtat ex mari magno Prædicatorum, Minorum, & aliorum Ordinum, & tradunt *Rodriq. t.2. q.52. a.2. Mirand. t.2. q.23. a.32. Peyr. ad Conſt.2. Iulij II. §.1. & de ſubd. q.1. cap.31. §.11. Sigiſm. de Bonon, de elect. dub.44. nu.3. Donatus p.3. trac.7. quæſt.1. num. fin. Samuel. tr.1. diſp.8. contr.2 num.7. Barboſ. de iure Eccleſ. l.1. c 19. nu.250 Lucer. Regal. v. electio confirmanda num.4.* Et de Monachorum Generalibus refert. *Tambur de iure Abb. diſp.6. q.2.*

72 Sed quæri poſſet an nunc poſt decretum *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.6. de Regular.* de ſecreta electione ſeruanda, locum habere poſſit ſtatutum *d. cap. cupientes, §. ſi verò*, in quo præcipitur, vt vbi electio facta ſit in diſcordia, mittantur ad curiam duæ perſonæ ex qualibet parte; nam cum electio ſecreta eſſe debeat, iam hoc ſecretum tolleretur, ſi deſignarentur perſonæ, & duæ ex qualibet parte diſcordantium mitterentur. Ideo in hoc caſu ſatisfieri non poſſe textui *d. cap. cupientes*, & decreto Concilij, niſi quatuor perſonæ à toto Capitulo per vota ſecreta eligantur, cenſet *Sigiſm. de elect. dub.44. n.4.* Sed hoc habet inſtantiam; quia ſi maior pars eligentium ſit ex vna parte, & debeat eligi quatuor, iam pars, quæ in numero votorum ſuperat, eliget ex ſuis, quos ipſa bene nouit, & ſic alia pars erit deſtituta perſonis, quæ ſua iura repræſentent Cōfirmatori. Reſpondetur igitur quòd primò vbi plures electiones factæ fuerunt, manifeſti ſunt qui in vna, vel in alia elegerunt. Sed etiam ſi vna ſola ſit celebrata electio in diſcordia, quia non omnes in electum conſenſerunt, ſicut non eſt contra ſecretum, quòd pars illa, quæ in electum non conſenſit appellet contra electionem, & contra electum, & illi ſe opponat, ſic non eſt contra ſecretum electionis, quòd qui non elegerunt, mittant duos ex eorum parte. Nec in *d. cap. cupientes* decernitur, quòd iſti mittendi eligantur à Capitulo, & ſi non mittuntur in hanc pœnam ſolùm incidunt, quòd cadunt à iure ſuo. Vbi igitur electio vna ſit, ſed facta in diſcordia, vnus etiam eſt electus, qui ergo non elegerunt illum, vel volunt contradicere electioni, & illius caſſationem procurare, & ita ſe declarare debent, quia non poſſunt ſe opponere electioni, niſi exteriùs agant, & illi contradicant, & ſic hoc ſtante duo ex illis venire debent ad Curiam: ſi autem nolunt contradicere electioni, nec eſt opus, vt veniant Romam, & non venientes in nullam aliam pœnam incidunt, niſi quòd cadunt iure illo opponendi, quo ſe ipſos liberè priuārunt, quia electioni contradicere nolunt. Vnde magis appa-

Digitized by Google

ret non eſſe contra ſecretum inſtitutum à Concil. Trid. quòd Electores ſe declarent oppoſitores, vel defenſores electionis factæ, & quòd ex illis alij mittantur electionem oppugnaturi, & alij eam defenſuri.

73 Aliarum verò electionum Regularium exẽptorum Confirmationes ad Prælatos Regulares pertinent, nimirum confirmatio Priorum ad Prouinciales, & confirmatio Prouincialium ad Generales, quia Priorum immediati ſuperiores ſunt Prouinciales, & Prouincialium Generales. *Syl. v. Confirmatio num. 4. Mirand. t. 2. q. 23. a. 32. Azor. p. 2. l. 6. c. 16. q. 7. Sigiſ. d. dub. 44. num. 2. Caſtell. de elec. cap. 34. num. 3. Donatus p. 3. tr. 7. q. 1. Samuel. tr. 1. diſp. 8. controu. 2. num. 4.* Et in Ordine Præd. ita expreſsè decernitur *diſt. 2. cap. 2. §. 3. & cap. 4. §. 8.* Et cum proportione hoc idem ſeruatur in ordinibus Monachorum, vel Clericorum Regularium, vt vbi ſuperiores inferiores eliguntur eorum confirmatio ſpectet ad proximum ſuperiorem. *Tambur. de iur. Abb. diſp. 6. q. 2.* Nam vbi exemptus eſt electus, ſed inter ipſum & Pontificem mediant alij Prælati, ad ſuum ſuperiorem immediatum ſpectat electionem eius confirmare. *Sylueſ. v. confirmatio. num. 4.*

74 Eodem modo Epiſcopus confirmat electiones eorum, qui ſibi immediatè ſunt ſubiecti, nec ab eius iuriſdictione ſunt exempti. *De elec. cap. cum ad monaſterium Hoſtien. in ſum. tit. de* elec. *§. A quo confirmanda. Syl. vbi ſupra.*

75 In caſu verò appellationis ad Curiam, Auditor Papæ, qui de appellatione cognoſcit, quæ à confirmatione, vel caſſatione electionis interpoſita eſt, & iudicat bene appellatum eſſe, electionem vel confirmat, vel caſſat, quia fortiùs procedit, ratio *Clement. auditor*, de reſcriptis, in dignitatibus, & beneficijs electiuis in quibus eſt maius periculum *cap nihil, cap. ne pro defectu de elect. & cap. quam ſit. & cap. cupientes de elect. in 6. prout ex Io: Andr. Paulo, & Guil. docet* Rota *deciſ. 2. de elect. in nouiſ. & deciſ. 530. num. 2. part. 4. tom 3.* Recent. Nam & confirmatio ordinem appellationis ſequitur. R*ota coram Seraph. dec. 615. num. 3.* quæ eſt ab inferiori ad ſuperiorem immediatè, prout *cap. ſuperiori* eſt explicatum.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio non habet determinatam formam. numer. 76.*
2 *Fieri poteſt verbo, ſcripto, vel facto. num. 76.*
3 *Vbi verba non ſunt neceſſaria, non intereſt, an voluntas verbo ſcripto, vel facto manifeſtetur. numer. 76.*
4 *Ad probandam confirmationem neceſſariæ ſunt literæ confirmatoris. num. 77.*

76 Quæritur quintò. An ſit certa forma confirmandi electionem? Et reſpondetur non eſſe aliquam determinatè in iure præſcriptam, ideoque per ſe loquendo ſufficit quòd Confirmator verbo, vel ſcripto, vel facto ſuam oſtendat voluntatem approbantem electionem, ſiue hoc faciat per electi inſtallationem, aut inthronizationem, vel electi benedictionẽ, vel, faciẽdo vt ſubditi electo obedientiam præſtent, vel eum recognoſcant, vel quocumque modo verbo, ſcripto, vel facto electionem approbet. *Archid. cap. vt quis duas, de elect. in 6. Innocent. in cap. cum Bertoldus* de re iudicata. *Oldrad. conſ. 146. num. 6. Rota deciſ. 16. de conceſ. præbend. in nou. & apud Manticam deciſ. 261. num. 3.* Cuius ratio eſt, quia vbi verba non ſunt neceſſaria, non minùs valet factum, quàm verba, & nihil intereſt an verbo, vel facto declaretur voluntas operantis. *Innoc. de re iudic. cap. cum Bertoldus, Panor. de Elec. cap. Eccleſia veſtra, el primo, Archid. de elec. in 6. cap. vt quis duas. Sigiſ. de elect. dub. 44. num. 5. Lauor. tit. 4. cap. 25. num. 63. Peyr. in ſuo formul. lit. C. cap. 8. nu 1. Donatus p. 3. trac. 7. q. 4. Tambur de iure Abb. diſp. 6. q. 3. Samuel tr. 1. diſp. 8. contr. 2. num. 14.*

77 Aduertendum tamen, quòd aliud eſt confirmare, & aliud eſt de confirmatione fidem facere. Nam ad hoc neceſſariæ ſunt literæ Confirmatoris, vbi electio in præſentia Eccleſiæ, cui Prælatus electus præficitur, non confirmatur, & in Confirmationibus quæ obtinentur à Sede Apoſtolica, neceſſarias eſſe literas Apoſtolicas ad hoc, vt confirmatus valeat adminiſtrare, probatum eſt ſupra per *extrauag. iniunctæ. de electione.*

S V M M A R I V M.

1 *Tenetur Confirmator ante confirmationem ſe informare de meritis electionis, & electi. numer. 78.*
2 *Pontifex iuxta iura & praxim Curiæ exactiſſime ſe informat de electionibus. num. 79.*
3 *Confirmator duo debet præmittere, ſcilicet citationem, & examen &c. num. 81.*
4 *Citandi ſunt omnes interreſſe habentes per edictum. num. 81.*
5 *Citandi ſunt perſonaliter compẽtitores, & opponentes. num 81.*
6 *Edictum publicandum in ea Eccleſia, cuius Prælatus eſt electus. num. 82.*
7 *Proceſſus informatiuus faciendus, vbi ſunt informati. num. 82.*
8 *Examen faciendum, vbi eſt confirmator. num. 82.*
9 *In parochialibus ſeruanda eſt forma Concil. Trid. num. 82.*
10 *Publicato edicto, ſi nullus ſe opponit, & non ſit aliqua fama, vel rumor contra electum populo cognitum, nõ tenetur confirmator ad aliam inquiſitionem. num. 83.*
11 *Vbi ſit aliquod vel leue indicium contra electum debet Confirmator ſe informare de illo. numer. 83.*
12 *Inquiſitio ſufficit, quod fiat in genere de fama. numer. 83.*
13 *Qualitas duplex intrinſeca, & extrinſeca. numer. 84.*
14 *Qualitas obedientiæ legis & morum dicitur intrinſeca. num. 84.*
15 *Quilibet præſumitur idoneus idoneitate intrinſeca, niſi contrarium probetur. num. 85.*
16 *Quilibet præſumitur bonus, niſi contrarium probetur. num. 85.*
17 *Opponens electo defectum qualitatis intrinſecæ debet illam probare. num. 85.*
18 *Qualitas extrinſeca non præſumitur, niſi probetur. num. 85.*

Oppo-

Digitized by Google

19 *Opponens defectum qualitatis etiam extrinſeca probare tenetur. num.86.*

20 *In dubio qualitatis extrinſeca, vbi non eſt opponens, ad electum ſpectat, eam probare. num.86.*

21 *Confirmator debet inquirere de defectibus electi. nam.87.*

22 *Non ſufficit ad rite confirmandum electum notitia habita ex eo, quod malitia non præſumitur. numer.87.*

23 *Quando confirmator inquirit ex Officio, ex parte electi debet probari eius idoneitas. num.87.*

24 *Vbi electus eſt notus, ſi confirmatore citante per edictum nihil auditur contra electum, poteſt confirmari. num.88.*

25 *In dubio idoneitatis confirmator ad nouam inquiſitionem tenetur, & ex parte electi idoneitas eſt probanda. num.88.*

26 *Etiam non præcedente infamia. num.87.*

27 *Seruanda forma cap. final. de elec. in 6.88.*

28 *Diuerſimode debet conſtare de qualitate extrinſeca, & intrinſeca. num.89.*

29 *Ad inquirendam pro confirmanda electione, non eſt neceſſe, quod præcedat infamia. num.88.*

30 *Per ſe non eſt neceſſe, vt informatio fiat examinatis teſtibus cum iuramento, ſed ſufficit habere literas teſtimoniales. num.89.*

31 *Niſi pars inſtet informationem ſumi iudicialiter. num.89.*

32 *Et niſi adſit intruſus, vel contradictor, non eſt neceſſaria citatio. num.90.*

33 *Immo & ſi adſit intruſus, & contradictor, ad eam informationem quam confirmator ſumit ex officio, non eſt neceſſaria citatio. num.90.*

34 *Niſi præcedat infamia, vel ſufficiens indicium non poteſt Confirmator ex officio vti informatione in ſpecie, ſed ſolum in genere. num.91.*

35 *Idoneitas electi ſi ſit notoria, non eſt neceſſaria informatio. num 92.*

36 *Niſi lex ſpecialis etiam in eo caſu, id præcipiat. numer.92.*

37 *Debet adeo conſtare de idoneitate, vel non idoneitate electi, vt ſi opus ſit, poſſit iudicialiter id probari. num.93.*

38 *Qualitas ſcientia poteſt probari per teſtes. nu.94.*

39 *Infamia ex ſententia in cauſa famoſa non probatur per teſtes. num.95.*

40 *Omnis qualitas electi neceſſaria ex cap. cum in cunctis poteſt probari per teſtes. nu.95.*

41 *Vbi contradictor deficit, vel non omnia opponit, quæ ſunt contra electionem, non quieſcit officium iudicis. num.96.*

42 *In his, quæ ſunt animæ, vel concernunt bonum commune, non quieſcit officium iudicis. num.96.*

43 *Etiam ſi electus per teſtes probauerit ſe eſſe idoneum, ſi confirmator aliunde ſciat illum eſſe indignum, tenetur alias diligentias facere ex officio. num.97.*

44 *Facta tamen poſſibili diligentia debet iudicare ſecundum allegata. num.97.*

45 *Aliquorum opinio. num.98.*

46 *Ad impediendam confirmationem dum confirmator procedit ex officio ſufficit nedum vnus teſtis integer, ſed quodcumque motiuum quod reddat idoneitatem electi incertam num.99.101.*

47 *Ad damnandum requiruntur probationes luce clariores. num 99.*

48 *Ad confirmandam electionem requiritur certitudo idoneitatis. electi. num.99.*

49 *In iudicio contradictorio contradictor eſt actor, & debet probare. num.100.*

50 *Cauſa confirmationis non eſt criminalis, ſed mixta num.100.*

51 *In ea ad probandum non requiritur ea euidentia, quæ eſt neceſſaria in cauſis criminalibus. 100.*

52 *Teſtes ſingulares non probant niſi adminiculati. numer.100.*

53 *Teſtes ſingulares multum iuuant ad impediendam electionem. num.101.*

54 *Si deſit citatio, & diſcuſſio confirmatio eſt ipſo facto nulla. num.102.*

55 *Ad eam nullitatem inducendam neceſſaria eſt declaratoria. num.102.*

56 *Electio repentine confirmata poteſt iterum in iudicium vocari. num.103.*

57 *Confirmans electionem caſſandã ſine diſcuſſione, & ex ſui negligentia punitur pœna priuationis facultatis confirmandi proximum ſucceſſorem ipſo facto. nam.104.*

58 *Et amplius ſuſpendi debet à beneficijs. num.104.*

59 *Si id faciat ex malitia, maiori pœna punitur. numer.105.*

60 *Non tamen neceſſario deponitur. nam.105.*

61 *Si ſuperior bona fide, & non ex negligentia, vel malitia delegauit confirmationem ei, qui ex negligentia vel malitia electionem caſſandam confirmauit, non incurrit pœnas prædictas. numero. 106.*

62 *Eas tamen incurrit, ſi prauidere potens, & debens negligentiam, vel malitiam, ei facultatem delegauit, vel poſt delegationem malam confirmationem non impediuit. num.106.*

63 *Ad dictas pœnas incurrendas ſufficit ex incauta præſumptione procedere. num.106.*

64 *Decretali cap. fin. de elect. in 6. comprehendit omnem electionem, & poſtulationem, & præſentationem factam tamen in diſcordia. Sed decret. cap. Nihil de elec. comprehendit ſolam electionem ad beneficia curata, ſeu poſtulationem, aut præſentationem. 107.*

78 QVæritur ſexto. Quid facere debeat Confirmator antequam confirmet, vel caſſet electionem? Concluſio communis DD. eſt, quòd tenetur ſumere informationes, tam ſuper valore electionis, quàm ſuper meritis, aut demeritis electi. *De elect. cap. poſtquam.* 3. & ibi *Gloſ. & Panorm. nu.7. Anchar. capit. cum nobis. 19. & capit. venerabilem 34. verſ. eſt enim generaliter. cap. nihil. 44. de elect.* & ibi *Gloſ. v. examinet & Panorm. num.1. & de Tranſlat. Epiſ. cap. final. & de elec. in 6. cap. final. & de verborum ſignificat. Clem. exiui. §. deinum. Viuian. Alagona. Ximener.* quos refert & ſequitur *Barboſa, ad d. cap. poſtquam num.1. & ad cap. cum nobis 19. de elec. num.7. Maranta p.6. in princip. num.13. Nauar. de elec. conſ.2. Sayr. de elec. deciſ.1. Syluеſ. v. confirmatio num.5. Lambertin. de iure patron. l.2. p.2. q.6. Lotter. l.2. q.q.13. a num.20. Lauor. p.2. tit.4. cap.25. num.51. Azor. p.2. l.6. c.16. q.6. Compil. priuil. tit. elec. num.8. Cuch. v. confirm. num.8. Gonzal. ſuper Reg.8. Cancell. gloſ.9. §.1. num.42. Sigiſm. de elect. dub.44. num.7. Barboſa de iure Eccleſ. l.1. c.19. num.251. Donatus p.3. trac.7. q.5. Caſtell. de elec. cap.*

Digitized by Google

cap.14.num.6. Peyr. in Formul. lit.C. cap.18.num.3.

79 Hic verò conſiderandum primò, iura citata non habere locum in electis Cathedralium, ſeu Regularium Eccleſijs, ſeu in alijs electis, quando electionum eorum confirmatio, vel infirmatio pertinet ad Sedem Apoſtolicam vel ratione immediatæ ſubiectionis, vel ratione appellationis interiectæ, quoniam ſummus Pontifex iuxta ſancita per Innocentium III. & Innocentium IV. & Gregor. X. & Nicolaum III. *in d.cap. nihil. §. cæterum. & de elec. in 6. c. ſtatuimus.1. & cap. vt circa.4. & præcipuè cap. cupientes.16.* exactiſſimis informationibus ſecundùm Curiæ Apoſtolicæ ſtylum ſumptis electionum merita diſcutit, antequam illas confirmet, vel infirmet.

80 Conſiderandum eſt ſecundò, quòd duo ſunt, quæ facere tenetur Confirmator inferior Pontifice, antequam electionem confirmet, aut caſſet, nimirum citare habentes interreſſe in electione, & negotium diſcutere. Sic enim exprimitur *in d.cap. fin. de elec. in 6.*

81 Primò enim per edictum publicatum in ea Eccleſia, cuius Prælatus eligitur, debet citare omnes interreſſe habentes ad dicendum, ſi quid habent contra electionem, & electum, & vlteriùs ſi ſit alius electus, ſeu ſi ſint aliqui nominatim opponentes, debet illos citare perſonaliter, & in huiuſmodi edicto, ſeu citatione debet aſſignari terminus, vltra quem nullus ſit expectandus. Secundò autem debet poſtea auditis audiendis examinare negotium, & diſcutere merita electionis, & electi, & valorem oppoſitionum: Quæ omnia ſatis diffusè explicata ſunt *cap. ſuperiori.*

82 Vbi autem eſt publicandum edictum vocationis ad ſe opponendum electioni? Iam ſupra dictum eſt, quòd in ea Eccleſia cuius Prælatus eſt electus. Proceſſum autem eſſe fabricandum in loco, vbi fuit electio celebrata. *tenet Donatus d.p.3.tr.7.q.5. num.3. ex Megala v. electio nu.66.* Sed videmus quòd vbi Papa confirmat, negotium diſcutitur Romæ, & ſic electionis diſcuſſio fieri debet, vbi eſt Confirmator. Sed diſtingui debet proceſſus informatiuus à proceſſu, in quo examinantur merita electionis, & electi. Nam proceſſus ad informationē facti, fieri debet, vbi ſunt, qui de facto informare poſſint, ſiue ſit locus, in quo facta eſt electio, ſiue alius. Examen poſtea cauſæ & proceſſuum debet fieri, vbi eſt Confirmator. In Parochialibus autem, quæ dantur per concurſum ſeruanda eſt forma *Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap.18.* De qua latè dictum eſt ſupra *cap.30. quæſt.7.*

83 Dubium verò eſt primò, an vltra citationem competitoris, & opponentium, & edictum generale, per quod citantur habentes interreſſe, & quilibet de populo ad dicendum ſi aliquid habeat contra electionem, & electum, ſit neceſſaria alia inquiſitio ex parte Confirmatoris. Supponitur quidem quòd vbi, vel electo opponatur aliquod delictum, vel de eo ſit diffamatus, vel ſit probabilis rumor priuatus de aliquo defectu illius, quòd tunc confirmator tenetur vel per inquiſitionem ſpecialem, ſi infamia contra illum, vel indicia ſint talia vt ad ſpecialiter inquirendum ſufficiant, & vel opponentes inſtent, vel ipſe iudicet ſic eſſe procedendum, vel per inquiſitionem generalem, ſi indicia ſunt leuiora, & electus non eſt diffamatus, ſed aliquis rumor contra illum ſit ſparſus talis, quòd induceat probabile dubium, vel rationabilem ſuſpicionem de delicto, aut defectu electi. Confirmator enim non poteſt confirmare electum, dum eſt dubius de illius idoneitate, donec ſe informet de veritate. Et in hoc caſu locum habet textus in *cap. poſtquam 3. de elect.* vbi de electo habet, *cuius vita, vel actus, quia meliùs poſſunt, vbi eſt conuerſatus cognoſci, inquirantur ibidem.* Et ſic Confirmator, vel per inquiſitionem ſpecialē, ſi habētur indicia ſufficientia, & vel opponentes inſtant, vel etiam ex officio, ſi id iuris eſt, ipſe iudicet ſic procedendum, vel ſaltem per inquiſitionem generalem tenetur inquirere in loco, vbi electus eſt conuerſatus, cuius nominis, & famæ ſit. *Gloſs. d. cap. poſtquam, v. conuerſatus. ex diſt.12. cap. illud. & 24. q.1. cap. pudenda. & 47. diſt. cap. de Petro, & de præſumpt. cap. quoddam. Item Panor. ibi. n.5.* Sed vbi nullum eſt de defectu electi indicium, nullus rumor, & publicato edicto, nihil contra ipſum auditur, quid tunc agendum? Nullam aliam inquiſitionem neceſſariam crederem, *vt ex cap. in Lateranenſi de Præb. & ex Nauar. conſil.2. de elect. probat Lauor. c.25. num.57.* ſi electus ſit populo notus. Sed ſi electus ſit, tam populo quàm, Confirmatori ignotus; electio non debet confirmari, & errarunt electores eligendo non notum, vt ſupra probatum fuit, & eorum errorem non debet ſequi Confirmator, qui nullum debet confirmare, de quo non ſit certus moraliter, quòd ſit idoneus Notitia enim, quæ de electo in electoribus eſt neceſſaria, multò magis eſt neceſſaria in Confirmatore. Videantur probata ſuperiùs *c.29. q.7. & c.30. q.13.* Diligentiſſime igitur inquirat confirmator merita electi, niſi ille ſit valde notus, & communiter vti dignus approbatus. *Tambur. t.1. diſp.6. q.2. num.6. Samuel tr.1. diſp.8. conc.2. num.24.*

84 Dubitatur ſecundò, an vbi nihil in contrarium vrget, electus præſumi debeat idoneus, ideoque ceſſet obligatio inquirendi? vel ſi de idoneitate ſit dubium, an ad electum pertineat illam probare? Diſtingui autem ſolet duplex qualitas requiſita ad hoc, vt aliquis ſit idoneus, aliam dicunt intrinſecam, quia ſit à natura, ſeu cum qua homo naſcitur, aliam verò extrinſecam, & accidentariam. Prima eſt qualitas morum, ſit ne aliqui caſtus, iuſtus, temperans &c. Secunda eſt qualitas ætatis, ſcientiæ. &c. Hæc verò diſtinctio non multùm Theologica videtur, quia qualitas virtutis non eſt à natura, nec cum ea naſcitur homo, ſed eſt actus libertatis, ad quam habendam nec ſola natura ſufficit ſine gratuita Dei prouidentia naturam adiuuantis, & dirigentis, vnde eſt, quod pauci ſunt, qui virtutem ſequantur etiam in moralibus. Ideò illa diſtinctio poteſt dari ſub alijs terminis, quia alia eſt qualitas obedientiæ legis præcipuè naturalis, quam qualitatem quilibet tenetur habere, & quæ poteſt dici intrinſeca, quia omnibus eſt quodammodo connaturalis, id eſt ſecundùm naturam humanam, cuius eſt proprium bonum, viuere ex recta ratione, & fugere vitium, vnde & ad hanc qualitatem natura, quantum ſit ex ſe ipſa, inclinat, & cum hac inclinatione vnuſquiſque naſcitur. Alia eſt qualitas, ad quam non obligantur communiter homines, & qua, ſalua iuſtitia, homo poteſt eſſe nuditas, quæ eſt accidentalis, quia homini etiam iuſto non conuenit per ſe, & poteſt dici extrinſeca eadem ratione, quia ſine illa conſiſtit humana perfectio moralis, & talis

quæ-

Google

qualitas eſt qualitas ætatis, & ſcientiæ, & prudentiæ gubernatricis &c.

85 Dicitur igitur, quòd cuiuſcumque qualitas intrinſeca præſumitur, niſi contrarium appareat, quod contrariam præſumptionem inducat, *ff. qui ſatiſd. cog. leg. ſi vero, §. 1. & de præſumpt. cap. Dudum, vltim. Gloſſ. in d. cap. Dudum, v. præſumatur idoneus, vbi Panorm. num. 7.* & iterum *Gloſſ. de elect. in 6. cap. ſi forte, v. ſcientia,* & ibi *Franc. num. 3.* & iterum *Panorm. de elect. cap. Poſtquam n. 7. Lambertin. de iure patron. lib. 2. par. 1. q. 10. art. 2. a n. 1. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſ. 3. Menoch. de præſump. lib. 6. præſ. 91. Flamin. de reſign. benefic. lib. 10. q. 3. n. 54 Maſcard. de probat. conc. 878. Gonzal. ad regul. 8. Canc. Gloſſ. 4. nu. 168. Barboſa de off. Epiſ. par. 2. alleg. 10. n. 17. & ad d. cap. Dudum num. 2.* Et ideò eſt regula iuris, ex eo textu *Dudum* deducta, quod vnuſquiſque præſumitur bonus, niſi contrarium probetur. *Tuſcus lit. B. concl. 123. Maſcard. de probat. conc. 222. 223. & 1003. Flamin. vbi ſupra. Barboſa* alios referens ad *d. cap. Dudum, num. 3.* Et ideò ſine dubio ſi alicui opponitur, quod non ſit idoneus idoneitate intrinſeca, ad opponentem pertinet id probare. Quia niſi contrarium conſtet, intrinſeca hæc bonitas præſumitur.

86 Sed qualitas extrinſeca non præſumitur, vt ex iuribus, & *Gloſs. Panorm. Franc. citatis aliiſq;* pluribus conſtat. Et circa hanc qualitatem licet, ſi aliquis defectum illius opponat, teneatur illum probare, *de elect. lib. 6. cap. 1. & cap. vt circa, & cap. ſi forte. Et de elect. cap. cum dilectus, & de teſtibus, cap. tam literis,* quia excipiendo excipiens fit *Actor. ff. de excep. leg. 1. Panorm. in d. cap. Dudum n. 7. Lotter. de re beneſ. q. 28. num. 47. lib. 2. Barboſ. ad d. cap. ſi forte, num. final* Tamen ſi nullum ſit opponens, & vertatur in dubium hæc extrinſeca qualitas, eam probare pertinet ad electum, quia hæc qualitas non præſumitur, niſi probetur *de elect. cap. cum nobis, & eod. tit. cap. cum dilecti. Gloſs. in d. cap. ſi forte de elec. in 6. in ver. ſcientia, Panorm. in d. cap. poſtquam nu. 7. de elect.*

87 Sed nihilominùs dicitur tertiò, quòd vbi agitur de promouendo ad dignitates, & officia Eccleſiaſtica, nec bonitas intrinſeca præſumitur, ſeu non ſufficit illa negatiua notitia, quæ ex eo conſurgit, quòd nullus præſumitur malus, ſed requiritur poſitiua notitia, & ideò vbi confirmator procedit ex officio, tenetur electus ſuam probitatem oſtendere, & non ſufficit, quod oppoſitum nō appareat, vel quod vnuſquiſque præſumendus ſit bonus. Cuius rationem optimam, tradidit *Gloſs. ex Io. Andr. in cap. ſi forte. v. ſcientia, de elect. in 6.* Nam vbi nil facere habeo cum homine præſumere debeo illum dignum, ſed vbi ſibi dare volo filiam meam ideſt Eccleſiam in ſponſam, debeo inquirere de dignitate ſponſi. præcipuè quantum ad ea requiſita. quæ continentur in *cap. cum in cunctis 7. de elect.* Et à priori redditur huius ratio, quia hic non adeſt ſolùm ius electi, aut alterius oppoſitoris, ſed adeſt ius Eccleſiæ exigentis miniſtrum idoneum, ſeu ius Chriſti volentis gregem ſuum paſci per miniſtros idoneos, & qui Confirmatorem inſtituit miniſtrum ſuum cum obligatione, vt non confirmet electionem, niſi electū idoneum inueniat. *c. quid eſt, diſt. 7. c. poſtquam cum in cunctis, c. cum nobis cap. cum dilectus, cap. nihil de elect. cap. graue nimis, de prabend. cap. ſi forte, & cap. final. de elect. in ſexto.* Igitur Confirmator antequam electionem confirmet, debet eſſe certus moraliter de idoneitate electi, & non ſufficit negatiua notitia, ex eo quòd nō præſumitur aliqui, malus, ſed requiritur poſitiua certitudo, & ad electum ſpectat, vel ad eligentes probare electi idoneitatem; ex eo enim, quod naſcimur filij iræ cum ſomite, nos inclinante ad malum, Eccleſia contra quemcumq; habet violentam præſumptionem, quod non ſit bonus, vt ex *Card. in Clement. vnica num. 2. de conceſſ. præbend.* aduertit *Barboſa ad cap. ſi forte 11. n. 8. de elect. in 6.* & ideò quod pręſumptio bonitatis non ſuffragetur electis, ſed ex illorum parte probanda ſit idoneitas dum iudex inquirit ex officio, ex *Ludou. Gomez in tract. de expectat. num. 78. & 250. & Alciato de præſumpt. reg. 3. præſump. 2. n. 2.* docet ibi *Barboſ.*

88 Sed ad huius claritatem diſtinguitur duplex caſus, vt ſupra dicebatur. Nam vel electus eſt populo bene notus, vel eſt ignotus tam populo, quam Confirmatori. In primo caſu ſi Confirmator inquiſiuit per edictum citando habentes intereſſe, & nedum non apparet oppoſitor, ſed nec adeſt infamia, vel rumor aliquis, aut indicium malitiæ in electo, tunc locum habere poteſt regula, & præſumptio bonitatis in eo. Nam & ad probandā ſanctitatem parentum Io: Baptiſtæ dixit Euangeliſta, quod erant incedentes in iuſtificationibus Domini ſine querela. Quoniam meritò præſumitur, quod malitia ſi eſſet, aliquem ſui fumum oſtendiſſet. Sed ſi vel electus eſt incognitus, & non bene notus populo & ijs, qui per edictum citantur, vel adeſt aliquis rumor, vel inditium contra electum, vel omnibus bene penſatis adeſt probabile dubium de bonitate electi, tunc præſumptio illa generalis bonitatis cuiuſcumque non ſuffragatur, ſed & Confirmator tenetur ex officio magis inquirere, & ad electum, ſi ipſe petit confirmari, vel ad eligentes, ſi petunt illi confirmationem, vt fit in Ordine Prædicatorum pertinet probare idoneitatem morum electi, & reddere Confirmatorem certum de eius bonitate. Neque obſtat, quod vbi non eſt infamia, non eſt inquirendum contra aliquem. Nam hoc eſt verum, vbi agitur de eo damnando in aliquam pœnam, non verò vbi agitur de promouendo. *Innoc. & Panormit. cap. 1. de poſtulat. n. 34.* & iterum *cap. dudum, num. 7. de præſcript.* Vbi enim de promouendo agitur, debet inquiri, etiam ſi aliàs pręſumatur generaliter, quod electus ſit bonus, & apparere debet eius bonitas, & Confirmator debet reddi certus de electi bonitate.

89 Dubitatur tertiò, qualiter fieri debeat hæc inquiſitio, an ſcilicet examinando teſtes cum iuramento, vel potiùs extraiudicialiter. Reſpondetur, quod vbi confirmator inquirit ad inſtantiam partis, & pars inſtat procedi iudicialiter teſtibus cum iuramento examinatis, debet inquiſitio iudicialiter fieri examinando teſtes cum iuramento. Sed per ſe loquendo non eſt neceſſaria hæc iudicialis inquiſitio, ſed ſufficit Prælatum inquirere per famam, & per literas teſtimoniales; vnde hoc poſitum eſt in arbitrio Confirmatoris, vt iuxta qualitatem perſonæ, & criminis, ſeu inidoneitatis præſūptæ, & conditionem negotij agat, quod opportunum videtur. *Innoc. in cap. 1. de poſtulat. Prælatorum,* & ibi *Panorm. nu. 34. & iterum de elect. cap. poſtquam num. 5.*

Digitized by Google

num.5.Gonzal.ad regul.8.Cancell.Gloſs.9. §.t. in annot.con.nullit. & attent. in cauſa benefic.num.43. Sigiſm.de Bonon dub.44.num.8.Garz.p.6. cap.2.n.244. & apud eum *Felin. Flores.q.24. u.21. Lauor. cap.25. num.55.56.Peyrin.form.lit.E.cap.18.un.3.*

90 Ideò in hac idoneitatis probatione non eſt neceſſaria citatio alicuius, aut vocatio partis, aut cauſæ cognitio, niſi ſit aliquis intruſus excludendus, vel aliquis legitimus contradictor, ſed abſque citatione id expeditur. *Rota deciſ.9. de conceſſ. præbendar. in nouis. Felin.in cap final.de præſumpt. Maſtard.de probat.concluſ.877.num.2. Pariſ. lib.10. q.3. num.70. Garzias de benefic par.6.cap.2.n.242.* Immò etiam ſi adſit intruſus, vel contradictor, in ſumenda ea informatione idoneitatis, quam Confirmator accipit ex officio pro ſui informatione, non eſt neceſſaria citatio intruſi, vel contradictoris; quia illa informatio ſumitur pro ſatisfactione Confirmatoris, ne officium detur indigno; ideo nec executoré literarum Apoſtolicarum concedentium beneficiũ alicui in forma *dignum* teneri citare intruſum, vel contradictorem in hoc caſu, ex *Rota deciſ.4.de ſent. & re iudicata, nu.3. in antiquis, & Leone in Theſau. for.Eccleſ.cap.17.à num.13.* probat *Garzias vbi ſupra num.243.* Sed ſufficit citare intruſum, vel contradictorem in actibus iudicialibus, qui fiunt in forma iudicij. Itaq; ad hanc idoneitatem electi probandam pro Confirmatoris ſatisfactione non eſt neceſſaria iudicialis plena probatio, ſed ſufficit extraiudicialis, & quæ habeatur etiam per teſtes non iuratos & deponentes de voce, & fama, & per literas teſtimoniales, & omni via, quæ moralem certitudinem poſſit inducere; nam confirmator debet eſſe moraliter certus de idoneitate confirmandi. Semper tamen debet confirmator in hoc ſeruare formam, ſi aliqua eſt ſtatuta à lege, vel conſuetudine.

91 Immò quando Confirmator procedit ex officio, niſi præcedat infamia, vel aliud indicium ſufficiens ad inquiſitionem ſpecialem, non poteſt confirmator inquirere in ſpecie, ſed ſolum in genere, inquirendo cuius famæ ſit is, qui eſt electus. *Innoc.& Panorm vbi ſupra, Caſtell cap.14. num.10. Lauor.cap.25. num.56.* Et quia tota hæc inquiſitio fit ad hoc, vt ipſe remaneat informatus, vt *Panorm. ibid. notat,* ſufficit quod informetur per famam, & literas teſtimoniales, & non eſt neceſſe examinare teſtes, ſaltem iuratos.

92 Immò poteſt eſſe vt idoneitas electi adeò ſit notoria, vt nulla ſit neceſſaria inquiſitio. *24.diſt. cap.nullus, & de appell.cap.conſtitutus el 2. & cap. in Lateranen. de præbendis, Panorm.in d.cap. poſtquam, num.5. Oldrad conſ.146.in fin.Sigiſm.de elect.dub.44. num.10.Nauar.conſ.2.num.3.de elect.Caſtell.de elect. cap.14.num.6.Lauor.cap.25.num.57.* Si tamen adeſſet lex, quæ & in hoc caſu præcepiſſet fieri inquiſitionem fieri deberet.

93 Sed in hac parte vlteriùs conſiderandum eſt, an Confirmator ex notitia priuata procedere poſſit præcipuè ad caſſandum electionem. Sed de hac quæſtione commodiùs dicetur infra quæſt. vndecima.

94 Vlteriùs verò dubitatur quartò, an omnis qualitas neceſſaria ad hoc, vt electus ſit idoneus, poſſit probari per literas teſtimoniales, aut per teſtes etiam iuratos? Et videtur quòd qualitas ſciétiæ non poſſit in contradictorio iudicio probari per teſtes, neque per Procuratorem cum mandato ſpeciali, ſi tamen electus non ſit graduatus. Nam ita tenet Dominicus ad *cap. ſi forte de elect. in 6.* ex *Rota deciſ.270.* Admittitur igitur, quod vbi Confirmator procedit ex officio poſſit in abſentia electi probari eius ſcientia per eius procuratorem, & per teſtes, vt colligitur ex *Innoc.de translat. Prælat. cap. licet, & gloſſ. & textum Clem. Romani, de iure iuran.* Admittitur etiam, quod ſi electus ſit graduatus in aliqua vniuerſitate, etiam in contradictorio iudicio poterit in abſentia electi probari eius ſcientia per inſtrumenta, & teſtes, ex ijs quæ notant DD. *de elect.in 6. cap. cum olim, & c. ſi forte, & in Clem. 1. de off.deleg.* Sed ſi electus non ſit graduatus non poteſt in contradictorio iudicio, & in eius abſentia per inſtrumenta, vel teſtes, & per procuratorem etiam habentem mandatum ſpeciale probari ſcientia, licet poſſint probari aliæ qualitates, quia ſciétia per examen probatur, vt colligitur ex *d. cap. ſi forte de elect. in 6.* Sed oppoſitum tenet *Francus in d.cap.ſi forte, num.3.* & meritò, quia in iure admittitur teſtis deponens de peritia ſecundum notata à DD. in *l.1.ff.de ven.inſpici, & de probat. cap. propoſuiſti*, credendum eſt enim peritis in arte ſua: & facit ad hoc magis probandum, *cap. ſignificaſti, de homicidio.* Igitur etiam de peritia literaturæ, & de ſcientia alicuius poteſt fieri probatio per teſtes in abſentia ſcientis, quia hoc cadit ſub ſenſum periti in arte ſeu ſcientia. Vnde doctor eſt teſtis idoneus ſuper peritia ſui ſcholaris. *l. nemini, C. de aduoc. diuer. iudi. & eſt gloſſ. ſingularis in cap.omnis ætas 22. q.1.* dicens magiſtrum perhibere teſtimonium de vita, & doctrina diſcipuli ſui. Poterit igitur, vel magiſter, vel alius peritus in ſcientia, ſi ſit informatus reddere teſtimonium de ſcientia electi. Nec oppoſita ſententia habet fundamentũ in *d. cap.ſi forte,* quia cum ibi ſit ſermo vniuerſalis de defectu & inidoneitate electi, ſiue in ſcientia, ſiue in alijs requiſitis, non loquitur de examine literario, dum inquit, quod priùs ante omnia electus ſubijciatur examini, ſed loquitur de examine iudiciario, per quod examinatur veritas oppoſitionum, ſeu veritas defectuum, qui opponantur electo.

95 Nihilominùs verum eſt aliqua eſſe, quæ nõ poſſunt probari per teſtes contra electum, vt infamia iuris proueniens ex eo quod aliquis fuerit diffinitiuè damnatus in cauſa famoſa pro crimine, non probatur per teſtes, ſed neceſſe eſt illam probare per ſententiam. Sed conditionum electi, alię ſunt, quæ non indigent probari, ſed præſumuntur, vt bonitas morum, niſi aliũde detur præſumptio, vel motiuum in oppoſitũ, & ſit neceſſe probatione probatione ſuperare. Et tunc per teſtes eadem bonitas probari poteſt, ſicut poteſt probari ætas, & ſcientia, ex legitimitas natalium, & ſic per teſtes probari poſſunt illę quatuor qualitates, quas in electis deſiderat textus, *cap. cum in cunctis 7. de elect.*

96 Sed dubitatur vlterius quintò, an vbi ſunt oppoſitores, & proceditur in iudicio contradictorio, ſi oppoſitores in probatione oppoſitorum deficiant, poſſit immò debeat Confirmator, ſi opus ſit ex officio inquirere de idoneitate electi, & electionem caſſare, ſi illam minùs idoneum inueniat? Reſpondetur, non ſufficere inquiſitionem, quæ fit

ad

Digitized by Google

ad inſtantiam opponentium, ſi aliunde ſit aliquid, quod opponatur electo ſemper confirmatorem ex officio debere inquirere, & attendere ne Eccleſiæ indignum præficiat. Sic enim *cap. cum in nobis 19. de elect.* cum contra electionem fuiſſet oppoſitum, & non contra perſonam electi, quia tamen inquit, Apoſtolus, *Nemini citò manum imponas*, Papa ex officio iudicauit inquirendum de qualitatibus electi. Et enim in *cap. cupiente. 16. de elect. in 6.* Opponentes, ſi non obſeruent formam ibi ſtatutam, priuentur iure opponendi, & reijciantur, ſicuti & repelluntur non ſeruantes formam appellationis ſtatutam in *cap. vt circa 4. eod. tit. & lib.* nihilominùs aduertit *Gloſſa in d. cap. Cupientes, in v. contumacia*, quam ſequuntur *Geminian. Francus, & Barboſ. n. 30.* quòd non per hoc quieſcit officium iudicis, vnde ſemper Eccleſia iure illo altiſſimo, quod à Chriſto habet inſtat apud ſuperiorem, ne indignum confirmet. Hinc eſt, quod vbi deficit opponens in probatione, debet quidem illi ſilentium imponi; ſed vel electus ex proceſſu euadit innocens, nec eſt aliùnde motiuum probabile, vnde timeatur de eius inhabilitate, & ſeruata eſt aliàs forma inquirendi ſtatuta à lege, & tunc confirmatur electus, ſed vbi nō conſtat de innocentia electi, debet ſuperior propriam ex officio adhibere diligentiam, ſemper ſeruando formam, quæ à iure, vel communi, vel particulari eſt præſcripta. Nam & in his, in quibus adeſt periculum animæ officium iudicis non~ quieſcit, *cap. exceptionem, de except.* ſicut nec quieſcit in his, quæ concernunt vtilitatem publicam~, *l. militem, C. de proc. gloſſ. vbi ſup.* ideò ſuperior non debet quieſcere, ſed omni diligentia inquirere ex officio idoneitatem electi, & eam non confirmare niſi ſe ido eum probauerit, vel aliàs idoneus inuentus fuerit.

97 Et ad huius maiorem euidentiam dubitatur ſextò, an in caſu, in quo per teſtes electus probauit ſuam idoneitatem, ſi alias confirmator ſciat illum non eſſe idoneum, debeat illius electionem confirmare, vel poſſit alias informationes ſumere, immò ad hoc teneatur, & iuxta illas, ſi inueniat electum non eſſe dignum, illius electionem caſſare? Dicitur autem, quòd ſi mille, ac mille teſtes aſſerant electum eſſe dignum, ſi aliàs ipſe confirmator ſcit illum eſſe indignum, non poteſt nec debet ſtatim electionem eius confirmare, ſed pro poſſe debet nouas informationes accipere ex officio, & iuxta earum reſultantiam agere. Et ratio ſemper eſt, quia hic non agitur de condemnando aliquo in pœnam, ſed de prouidendo Eccleſiæ de miniſtro idoneo. Et quantùmcumque grande ſit ius, quod electus dicatur obtinere ex electione, eſt ius conditionatum, & ſubordinatum iuri, quòd à Chriſto habet Eccleſia, vt non compellatur regi à miniſtro indigno. Et Eccleſia ſemper ex hoc iure inſtat, & dum repellitur electus ab electione ratione indignitatis, nihil ei tollitur, quia indignus per electionem non acquirit ius contra ius Eccleſiæ, vt eius indignitate quæſita, & inuenta non repellatur. Quando enim alicui committitur, vel diſpenſatio, vel cōfirmatio, vel aliud ſimile cum clauſula, *ſi facta diligenti inquiſitione*, etiāſi diſpenſandus, vel confirmandus, vel gratiam acceptutus inueniatur idoneus, non poteſt executor, qui aliūde ſcit illius inidoneitatem conferre diſpenſationem, vel gratiam etiam ſi ille habeat de ſua idoneitate teſtes, niſi executor priùs ex officio diligentèr inquirat, & prout opus eſt tenetur rei veritate ſpectata inidoneitatem probare, & non idoneum reijcere. Vt ex *Gallego de cognat. ſpirituali, cap. 23. numer. 2.* tradit *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 34. num. 21. & ex Salas prim. 2. diſp. 20. de legibus, ſect. 10. num. 97.* docet *Garzias de benef. par. 6. cap. 2. num. 251.* Ideò confirmator non multùm credere debet teſtibus ab electo inductis, ſed ſi aliunde probabiliter timere poſſit de eorum falſitate, debet aliunde ſe informare de veritate~. Et hoc idem dicendum eſt, ſi timeat de veritate teſtium, qui contra electum inducti ſunt. Quamuis tandem enim diligentia adhibita ex officio, non~ obſtante priuata notitia iudicare debeat ſecundum allegata, & probata iuxta doctrinam *D. Thomæ 2. 2. q. 67. art. 2.*

98 Vlteriùs etiam dubitatur ſeptimò, qui, & quales teſtes ſint neceſſarij ad hoc vt opponens probet indignitatem electi? *Bordanus contron. 5. nu. 40.* aſſerit quòd ad probandam querelam datam contra aliquem, quòd ſit excommunicatus, aut ſuſpenſus, aut irregularis, aut criminoſus, ad effectum excludendi eum ab electione ſufficit vnus teſtis integer, & ad excludendum à confirmatione ſufficiunt duo integri teſtes, licet non concordes, ſed ſingulares, ſed ad priuandum beneficio requiruntur duo integri teſtes concordes. Primum, quòd ſcilicet ad repellendum aliquem ab electione tanquam~ criminoſum ſufficiat vnus teſtis integer probat ex *capit. omnipotens 4. & capit. ſuper his* de accuſationibus, & ex *Samuel. tractat 1. de elect. diſputat. 6. controuerſ. 1. & Nauar. conſil. 22. de hæret. numer. 6. & quia per capit. præterea de ſponſalibus*, vbi vnico teſte impeditur Matrimonium contrahendum. Secundum ſcilicet, quòd ad repellendum aliquem à confirmatione ſufficiunt duo teſtes ſingulares, probat, quia electus non habet ius in re, ſed ad rem, vnde vt ab hac iure imperfecto deijciatur electus, ſufficiunt duo teſtes. Et pro hac ſententia refert *Aretinum cap. 2. de teſtib. Carmelitam Diſcalceatum tract. 3. de viſitat. regular. cap. 7. num. 10. Et Peyr. in formul. lit. C. cap. 18. nu. 6. & Nauar. loco citato. Donatus etiam p. 3. tract. 7. q. 9. poſt Aretinum, & Thomam à Ieſu*, putat, quòd 5. vel 6. teſtes ſingulares integri ſufficiant ad excludendum aliquem à Diffinitoriatu, vel Prouincialatu.

99 Verùm aliter quæſtio, eſt explicanda; Nam repulſio iſta, vel fit extraiudicialiter, aut à iudice ex officio procedente, vel in iudicio contentioſo ad inſtantiam partis. Si fit extraiudicialiter, ſeu à Confirmatore ex officio ſe informante, nedum ad repellendum electum à confirmatione poſſunt ſufficere duo teſtes ſingulares, immò ſola fama~. vt infra probo, immò quidquid tale eſt, quod tollit certitudinem moralem idoneitatis electi. Et in hoc valet diſtinctio de damnatione ad pœnam, & de repulſione ab officio Eccleſiaſtico, quia~ ad primam cum requiratur probatio culpæ, quia~ non datur pœna niſi pro culpa. *D. Th. p. 2. q. 87. a. 7. & 8 & 22. q. 108. a. 4.* ideo non poteſt quis damnari niſi conſtet de culpa, & quidem per probationes luce clariores. *Tabien. v. probatio num. 5. A mill. num. 7. Syluef. quæſ. 7.* & communiter DD. ſed econtra ad repellendum ab Eccleſiaſtico officio, hæc probatio non eſt neceſſaria, quia ad obtinendum

Digitized by Google

officium requiritur idoneitas certa, & probata, igitur ad repellendum ſufficit, quòd non ſit certa, & probata idoneitas, quam eſſe probandam ex parte electi, vel petentis confirmationem, vbi Confirmator procedit ex officio, ſupradictum fuit. Vbi igitur ſit quodcumque motiuum, quod reddat incertam idoneitatem electi. Confirmator debet repellere electum, aliter eſt iniuſtus contra Eccleſiam hoc ius a Chriſto habentem, vt ſibi non prouideatur niſi de idoneo miniſtro. Et hoc idem iura omnia decernunt, vt is ſolus promoueatur, qui fuerit expertus idoneus, vnde licet non ſit neganda electo facultas probandi idoneitatem ſuam, repellendus tamen eſt, ſi eam non probet excluſa morali incertitudine.

100 Sed ſi repulſio ſit iudicialis, contradictor eſt actor, & electus eſt reus, & ad contradicentem ſpectat probare. Quàmuis verò cauſa confirmationis non ſit criminalis, quia criminalis cauſa eſt, quando agitur de delicto ad eius punitionem, & publicam vindictam *cap. & ſi clerici, & cap. cum non ab homine de iudic. & cap. ſuper prudentiam* 12. *q.* 2. & *cap. frater noſter.* 16. *q.* 1. *Syluеſ. v. cauſa. nu.* 4. *Tabien. num. vnic. Sanchez l.* 6. *opuſc. cap.* 3. *q.* 9. *nu.* 2. In confirmatione autem non agitur ad pœnam electi. Sed ad hoc vt Eccleſiæ damnum vitetur *Panorm. in rubrica de iudicijs, Syluеſ. vbi ſupra;* nihilominùs cauſa confirmationis non eſt purè ciuilis, quando agitur de excludendo reo ratione delicti, *cap. tua, de procurat.* Ideo contradictor tenetur probare quæ opponit contra electum, *cap. ſi forte de elect. in* 6. & ibi DD. Et quàmuis non ſit neceſſe vt probatio ſit adeo euidens, ſicut eſt neceſſarium vbi proceditur criminaliter, tamen nec ſufficit illa, quæ ſufficeret, vbi ciuiliter agitur ſine damno tertij, ſed requiritur probatio maior vt v. g. probatio quæ eſt ex vno teſte integro, & fama *Syluеſt. v. inquiſitio. ex Bartol. & Cyno,* aut præſumptiones, & coniecturæ multæ, veriſimiles, & ad idem tendentes. *Sanchez. vbi ſup. q.* 12. An verò talis probatio ſufficiens ſit, quæ habetur per teſtes ſingulares, ſi illi ſint integri, & adſint coniecturæ, dicendum erit, quod talis probatio ſufficiat, ſi teſtes ſint quatuor, vel quinque, vel etiam ſi ſint duo & vrgeant aliæ præſumptiones, & coniecturæ, quia teſtes ſingulares iunctis adminiculis plenè probant, vt ex *Menoch. de præſumpt. l.* 1. *q.* 86. *Farin. in praxi q.* 64. *num.* 302. *probat Barboſa cap. in omni negotio* 4. *de teſtibus. num.* 71. Cæterùm ceſſantibus adminiculis in cauſa electionis teſtes ſingulares non probant, nec ad plenam probationem coniunguntur. De quo habetur textus expreſſus *in cap. bona* 23. *de electione*, ibi *ſinguli tamen veſtrum eſſent in ſuo teſtimonio ſingulares*. Et ita vt ex teſtimonijs ſingularibus minùs probare mille, quàm vnum tradiderint *Merla, Farin. Aldouin. Hortenſ. Canalcan. Mandoz à Caſtro, Rota apud Cardin. Manticam,* quos refert & ſequitur *Barboſa. ad. d. cap. in omni negotio num.* 31. vbi etiam ponit quàmplures limitationes, ex quibus contingere poſſet, vt in caſu particulari huius, vel illius electionis teſtes ſingulares probarent. Sed certè hoc eſt arbitrarium iudici, vt conſideratis qualitatibus teſtium, & adminiculis videat ſi iuſta cauſa petit, vt illis credatur. *Farin. d. q.* 64. *num.* 310. *Barboſa* vbi ſupra *num.* 72.

101 Quod tamen in propoſito noſtro magis attendi debet eſſe, vt videatur ſi vbi repellendus ſit contradictor, electus ſit confirmandus. Quoniam, vt ſupra probatum eſt, contradictor repellendus quidem eſt, ſi non probat, ſed non per hoc ceſſat officium iudicis, vt habet *Gloſſ. in cap. ſi forte. v. euidentem, de elect. in* 6. in quo electus, vel qui petit confirmationem eſt actor, vnde eſto contradictor plenè non probet, & reiici debeat, ſi tamen vel ex probatis ab ipſo contradictore, vel ex habitis aliũde à iudice ex officio inquirente, idoneitas electi remanent dubia, & incerta, repellitur etiam electus, niſi ſe idoneum probet. Et ſic ad impediendam electionis confirmationem multùm facere poſſunt teſtes ſingulares, qui ſi non probent, faciunt tamen præſumptionem, & indicium. *Caucheran. Pedemon. decif.* 99. *num.* 29. *Maſchard de probat. concl.* 856. *nu.* 24. *Farin. in praxi. Crim. q.* 64. *num.* 314. *Barboſa* vbi ſupra *num.* 72.

102 Siue ergo per teſtes, ſiue alia via debet Confirmator ſe informare, de ſcientia, bonitate morum, & ætate electi, & de alijs defectibus, & irregularitatibus, quæ ex delicto non veniunt. Et ſi id, non faciat primò confirmationẽ eſſe nullam ipſo facto dicunt *c. fin. de elect. in* 6. *Panor. de elect. c. nihil nu.* 2. *Donatus in praxi p.* 3. *trac.* 7. *quæſt.* 6. *Tambur. tom.* 1. *diſp.* 6. *q.* 2. *num.* 6. *Lauor. cap.* 25. *num.* 62. Sed aduertendum quòd in *cap. fin. de elec. in* 6. Caſſatur, confirmatio quæ ſit repentina, & illa eſt repentina, quam non precedit citatio ibi ſtatuta, & negotij diſcuſſio. Ex quibus duobus, ſi primum deficiat de facili cognoſcitur, & eò magis, quòd vt ſupra probatum fuit, debet conſtare de affixione & reaffixione edicti, & ad hoc probandum non ſufficit dictum notarij ſine teſtibus. Sed quia negotij diſcuſſio non vna eſt, & indiuiſibilis, ſed maior vel minor requiritur, & vbi electi qualitates & electionis valor ſit notorius aut manifeſtus, neque eſt neceſſaria aliqua inquiſitio, difficilius erit videre, an negotij diſcuſſio defecerit, vt electionis confirmatio ex hoc capite cenſeatur nulla. Vnde manifeſtum eſt, quòd hæc confirmatio ad ſui nullitatem requirit ſententiam declaratoriam, vt conſtet per eam de defectu diſcuſſionis negotij, & ſic de nullitate confirmationis.

103 Bene verum eſt, quòd ſi electio verè fuerit nulla, aut irritanda ex defectu aliquo, quem Confirmator vel non potuerit ſupplere, vel cenſeatur non voluiſſe ſupplere, ex quo repentinè proceſſit, & ſine cauſæ diſcuſſione electionem confirmauit, etiam poſtquàm electio fuit confirmata & electus eſt in poſſeſſione poteſt electio in iudicium iterum vocari, & ſi iuſtitia id exigat debet caſſari. *Caſtell. vbi ſupra num.* 9. Ideo etiam poſt confirmationem admittenda eſt omnis obiectio (modò incontinenti probanda offeratur,) quæ electionem nullam eſſe declaret, vt quòd fuerit ſimoniacè facta, quòd non fuit ſeruata forma *cap. quia propter &c. Panorm. de accuſat. cap. accedens. fin. & cap. nihil. de elec. num.* 2. *Brax. p.* 3 *cap.* 45. *nu.* 2. & 3. *Cucb. Inſtit l.* 4. *tit. de confirmat. &c. numer.* 47. *Sigiſ. de Bonon. de elect. dub.* 44. *num.* 19. *Samuel tr.* 1. *d* 8. *cap.* 2. *num.* 31.

104 Confirmator etiã punitur, nam ſi in electione ad regimẽ animarũ negligens fuerit in examinatione proceſſus, & perſonæ electi, & de hac negligentia conſtiterit, & precipuè ſi hominem inſufficientis ſcientiæ, vel inhoneſtæ vitæ, vel ætatis illegitimæ approbauerit, priuatur poteſtate confirmandi primum ſucceſſorem in ea Eccleſia, & ſuſpenditur à

be-

Digitized by Google

beneficijs, quouſque indulgentiam valeat promereri. *De elect. cap. nihil eſt* 44. Ex his verò duabus pœnis, prima eſt latæ ſententiæ ſecundum *Syl. v. Confirmatio num.* 5. Sed ex *d. cap. nihil* oppoſitum deducitur, quia ad hanc priuationem incurrendam requirit, quòd de confirmatoris negligentia conſtet, proculdubio in iudicio, vnde requiritur proceſſus, & cauſæ inſtructio. Suſpenſio autem à beneficijs eſt ſententiæ ferendæ, dicitur enim, non quòd ſit ipſo iure ſuſpenſus, ſed quòd ſuſpendatur.

105 Quòd ſi non ex negligentia, ſed ex malitia ſuperior confirmet electionem caſſandam, maiori pœna debet puniri, ex *d. textu.* Et eos debere deponi tradit *Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. c. 19. num. 253. ex Gloſſ. in d. cap. nihil. v. ſuſpendatur*, & alijs DD. Sed nec *Gloſſa* ibi hoc aſſerit, nec eſt ſine maiori fundamento aſſerendũ. Verum quidem eſt, quòd Confirmator ſubditur pœnis promouentium indignos ad dignitates, vt *Gloſſa loc. cit. docet.*

106 Sed nunquid ſuperior, ad quem de iure pertinet confirmatio, incurrit has pœnas, ſi ipſe non cõfirmet electionem, ſed illam committat alicui, qui ſit negligens, & indignum confirmet? Duplex eſt hic opinio. Nam alij diſtinguunt, & dicunt, quod ſi ſuperior bona fide commiſit confirmationem alicui, non incurrit pœnam huius canonis, ſi ille alius ſit negligens, vel malitioſus & electionem caſſandam confirmet. *arg. ex diſt. 24. cap. ſi quis. Et de præbend. cap. cum ſecundum.* Sed ſi ſuperior malitioſè committat confirmationem fauore perſonæ, quam volens confirmari, & nolens ipſe per ſe ipſum facere, id facit per alium, ſubiacet pœnæ dictæ decretal. Ita *Innoc.* Addit verò *Hoſtien.* dolum in dubio non præſumi, niſi probetur, & ideo qui illum allegat debet illum probare, *l. quoties §. qui dolo. ff. de probat.* Sed tamen hic dolus poteſt probari coniecturis, *de renunc. in 6. cap. 2. & C. de dolo, l. dolum.* Secunda opinio aliter diſtinguit, & ait, quòd, niſi ſuperior ex cauſa rationabili commiſerit alteri confirmationem electionis, quòd tenetur ex culpa & negligentia commiſſarij ſui, quia ex facto illorum quorum opera vtitur, *tenetur ff. de pub. l. 1. Bartol. l. ne quid. ff. de incen. rui. nau. Et ita tenet Panormit. numer. 5. ex Gloſſ. de tempor. Ord. c. 2.* Sed prior opinio in bono ſenſu prætercuda eſt. Dicitur igitur quòd pœna illius decretalis, & præceptum reſpicit directè, non tam executiuè confirmantem, quàm illum ad quem pertinet confirmare, in textu, ibi, *Is ad quem pertinet ipſius confirmatio.* Et additur, quòd culpa, pro qua decretalis decernit pœnam, non eſt ſola malitia vel dolus, ſed negligentia, quàmuis textus decernat, quòd vbi eſt malitia, grauior ſit vltio. Ideo nedum ſi ſuperior ex malitia committat confirmationem alteri, ſed ſi ex negligentia non aduertat, vel inſufficientiam miniſtri, vel eius malitiam, incurrit pœnam dictæ decretalis; quia ex negligentia confirmat electionem caſſandam, qui negligit per ſe vel per alium informari de defectibus electionis, vel ex negligentia confirmat indignu. Neque excuſatur ex eo quòd habeat cauſam delegandi, quia non habet cauſam delegandi negligenti, vel malitioſo. Econtra verò, etiam ſi non adſit cauſa delegandi, ſi tamen delegans committit confirmationem viro prudenti, & de quo non poterat, aut debuerat præſumere, vel ignorantiam, vel negligentiam, vel malitiam, non ſubditur pœnæ, ſi ille alius ex negligentia, vel malitia, quam ſuperior nec potuit nec debuit præuidere, electionem caſſandam confirmet. Ideo prior opinio in hoc ſenſu intellecta vera eſt, vt ſi ſuperior bona fide delegauit confirmationem, non incurrat pœnam decretalis, ſed tunc dicitur delegaſſe bona fide, nedum quia non delegauit ex dolo, ſed quia non delegauit negligenter ſcite potens, & debens, quòd delegando exponebat electionem malo iudici, ſcilicet vel ignoranti ſeu negligenti, vel malitioſo, & doloſo. Et vlteriùs adhuc hoc limitari debet. Quia ſi poſt delegationem adhuc potuit impedire malam confirmationem, & neglexit, ſubditur pœnæ decretalis; quia in omnibus iſtis caſibus ipſe neglexit examen electionis, & ſi non ex dolo illius, ex negligentia tamen indigna electio fuit confirmata, & ad pœnam *d. decretalis* incurrendam ſufficit ex incauta præſumptione procedere ad confirmationem indignæ electionis, & præcipuè indignæ perſonæ.

107 Tandem dubitatur, an quæ dicta ſunt, extendi debeant ad omnem electionem, etiam ad beneficia non curata, ſed ſimplicia. Ex *Geminian cap. final. de elect. in 6. reſpondet Sylu. v. Confirmatio. nu 5. verſ. ſeptimo*, quòd extendi debeat etiam ad beneficia ſimplicia; quia cum in omni beneficio requiratur examinatio, & confirmatio electi, ſeu præſentati, ſeu poſtulati ſecundùm *Io: And. & Hoſt. in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.* ſunt prædicta ſeruanda. Ideo addit ex eodem *Gemin. & Lap.* eadem ſeruanda eſſe in electione ad Hoſpitale, ſi detur in beneficium per viam præſentationis, & electionis. Sed cum diſtinctione loquendum eſt, & diſtinguendæ decretales. Nam decretalis finalis *de elec. in 6.* loquitur abſolutè & indeſſinitè de electione, ſine limitatione, & ideo de illa bene dicitur, quòd extenditur etiam ad electionem, quæ eſt ad beneficia ſimplicia, ideoque & ad hoſpitale ſi illud datur in beneficium per viam electionis, vt tradunt *Gemin. & Lap.* Et extenditur etiam ad poſtulationem, & præſentationem, vt volunt *Io: And. & Hoſtien.* quoniam veniunt ſub nomine electionis, vt ſupra eſt probatum. Verùm illa decretalis non continet aliam pœnam, niſi nullitatem confirmationis. Sed alia decretalis *cap. nihil*, de electione, expreſsè ſe explicat, & limitat ad electiones, quæ ſunt ad beneficia curata, ibi, *cum quiſquam ad regimen animarum fuerit electus*, ideo pœnam illam priuationis facultatis confirmandi ſucceſſorem immediatum, & ſuſpenſionis à beneficijs, non incurrit, qui confirmat electionem ad beneficium non habens regimen animarum.

S V M M A R I V M.

1 *Diuerſæ opiniones. num.* 108.
2 *Regulares non tenentur ad formam cap. fin. de elec. in 6. num.* 108.
3 *Regulares non tenentur ad ſolemnitates & apices iuris. num.* 109.
4 *Citatio per edictum non eſt in vſu apud Regulares. num.* 109.
5 *Neque apud omnes citatis ſpecialis opponentium. num.* 109.
6 *In Ordine Prædicatorum opponentes ſunt citati à iure. Nec veniunt ad Confirmatorem corporaliter, ſine ſpeciali licentia. num.* 109.

7 *Informatio de meritis electionis, & electi non eſt ſolemnitas iuris, ſed de ſubſtantia confirmationis. num.110.*

8 *Informatio niſi inſtet pars non eſt neceſſario facienda iuditialiter, ideo conſuetudo Religionum confirmandi electiones ex fama & literis teſtimonialibus eſt conformis iuri communi. num.111.*

9 *Regulares ſubduntur legi & pœnæ cap. nihil. de electione. num.112.*

10 *In Religionibus modus informationis ſeruandus iuxta cuiuſque ſtatuta. num.113.*

11 *In Ordine Minimorum deferuntur literæ ſubſcriptæ ab omnibus vocalibus. num.113.*

12 *In Ord. Præd. ex ſola lectura ſcrutiny, ſi non adſit oppoſitio, confirmantur electiones. num.113.*

13 *In caſſatione electionis confirmanda, locum non habent pœnæ d. cap. nihil. num.114.*

14 *De iure communi non eſt neceſſe, quod confirmator ſumat conſenſum, vel conſilium Capituli, vel alterius. num.115.*

15 *In Ord. Præd. Prouinciales tenentur adhibere conſilium diſcretorum in confirmat. Priorum. numer.116.*

16 *Hoc conſilium non eſt de ſubſtantia confirmationis, nec ex eius defectu confirmatio eſt, vel irrita, vel irritanda. num.116.*

17 *Regula, quod vbi requiritur præſentia conſilij actus ſine eo habitus eſt nullus, patitur fallentias.* 116.

18 *Fallit vbi lex præcipiens conſilium aduenit poſt poteſtatem agendi, & non irritat actum. numer.116.*

108 QVæritur ſeptimò. An Prælati regulares teneantur ad inquiſitionem faciendam de electionibus iuxta ſancita in iure communi, & præcipuè *de elect. in 6. cap. final.* Reſpondetur conſuetudinem eſſe in multis Religionibus, vt ſuperiores nulla alia inquiſitione facta ex ſola fama & literis teſtimonialibus, quas habent ex conuentibus confirment electiones. Quam conſuetudinem reprehendit *Miranda tom. 2. q. 23. a. 28. apud Sigiſ. de Bonon. dub. 44. num. 12.* Sed eam defendunt *Rodriq. tom. 2. q. 51. a. 5. idem Sigiſ. eo num. 12. Peyr. in Relig. ſubd. q. 1. cap. 31. § 11. & in Form. lit. C. cap. 18. num. 3. Lauor.* quoque *de elec. tit. 4. num. 60. & 61. ex Sigiſm.* docet Generalem Ord. Minorum non teneri ad formam *capit. final. de elec. in 6. Caſtell.* verò *de elec. cap. 14. à num. 13.* loquens de Ordine Præd. in quo eſt ſtatutum, vt electiones confirmentur cum conſilio, ſentit, quòd de iure communi ſit neceſſarium vt ſuperior in confirmandis electionibus adhibeat conſilium, & quòd confirmatio aliter facta ſit nulla.

109 Dicitur autem primò, Prælatos regulares in confirmandis electionibus non teneri ad formam *cap. final. de electione in 6.* Ratio eſt, quia propria forma illius capitis eſt in hoc, quòd citentur competitores, & oppoſitores perſonaliter, & vlteriùs, etiam ſi electio facta ſit in concordia, citentur per edictum omnes intereſſe habentes. Sed hæc eſt ſolemnitas iuris, & iuris apex, ad quem non tenentur Regulares, ex eorum priuilegijs. Et ita pro hac parte conueniunt citati DD. Et quidem citatio per edictum non eſt in vſu, ſed immò nec citatio opponentium, aut competitorum. Vnde in hoc ſeruanda ſunt ſtatuta, & conſuetudines cuiuſcumque Religionis. Nam in Ordine Præd. nedum huiuſmodi non citantur ſpecialiter, & nominatim, ſed immò venire prohibentur ad confirmatorem ſine licentia ſpeciali. Nec opus eſt citatione, quia non competit electis proſequi cauſam ſuæ electionis, opponentes verò citantur ipſo iure, vt ſimul cum ſcrutinio oppoſitionum ſuarum iura tranſmittant, & ſi opus ſit eorum præſentia, licentiam petant veniendi, vt ſupra dictum fuit. Vnde in hoc Ordine ſolemnitas iſta, & iuris apex non eſt in vſu.

110 Dicitur verò ſecundò, quòd informatio de meritis electionis, & electi non eſt iuris ſolemnitas & apex, ſed eſt neceſſaria ex natura rei ad rectam confirmationem, & eam Confirmator præmittere debet ex officio ratione publicæ vtilitatis. *Innoc. de poſtul. cap. 1.* Et cum Confirmator ſit iudex & cognitor, *Butr. de elec. cap. 1.* debet ſe informare de re iudicanda, in qua partes ſunt electores, electus, & Eccleſia, vnde debet Confirmator attendere ne iniuſtitiam aliquam contra præfatos committat; vnde etiam ſi nullus ſit oppoſitor tenetur ſe informare de dignitate electi & valore electionis. *Lauor. cap. 25. num. 53. Sigiſm dub. 46. num. 7. Caſtell. cap. 14. num. 6. Peyr. in form. lit. C. cap. 18. num. 3.*

111 Verùm vt ex *præced. quæſt.* patet, hæc inquiſitio non eſt neceſſariò facienda iudicialiter, & per teſtes iuratos, dum non ſit in contradictorio iudicio ſic parte inſtante, ſed ſufficit vt fiat per famam, & literas teſtimoniales, & quantùm eſt neceſſe ad prudenter agendum. Vnde non eſt neceſſitas defendendi laudabilem conſuetudinem Religionum, in quibus Generales ex literis teſtimonialibus confirmant electiones, vbi non eſt oppoſitio, quia hoc non eſt contra ius commune, ſed eſt iuri communi conforme, & eo magis quòd electi in Regularibus confirmantur ad breue tempus, & de facili amouentur ab officijs, ſi delinquant, & vt plurimum electi cognoſcuntur per famam, & ſæpius electiones fiunt in partibus à Confirmatore remotiſſimis, vt ſunt electiones Prouincialium Indiarum, & ſi non eſſet credendum literis teſtimonialibus, ſed deberent ſumi informationes in partibus, vel vacarent Eccleſiæ, per annos, & annos, vel ſi (vt fit in Ordine Prædicatorum) Prouinciales Indiarum electi, & à primo diffinitore confirmati ſtatim adminiſtrarent, non poſſent à Generali confirmari antequam quadriennium ſui officij impleuiſſent.

112 Dicitur igitur tertiò, quòd Prælati Regulares ſubijciuntur decretali *cap. nihil de elect.* & alijs quatenus prohibent electiones confirmari non examinato negotio, ſcilicet non examinato proceſſu electionis, & meritis electi. Et ideo vbi Prælati Regulares in hoc ſint negligentes incurrunt pœnas dicti *cap. nihil*, ſi electio indigna confirmatione confirmetur. Quia huiuſmodi examen & diligentia eſt de ſubſtantia confirmationis legitimæ.

113 Semper tamen aduertendum eſt, modum huius examinis maximè pendere ex ſpecialibus ſtatutis, & conſuetudinibus Religionum. Nam vt habet *Peyrin.* loco ſupra citato, in Ordine Minimorum mittuntur ad Generalem Confirmatorem literæ teſtimoniales ſubſcriptæ ab omnibus vocalibus, etiam ſi aliqui illorum non nominauerint electum. Sed vt aduertit *Donatus loco ſupra citato*, in Ordine Prædicatorum vſus huiuſmodi teſtimonialium non eſt de ſubſtantia, & ex ſolo decreto electionis

Digitized by Google

ctionis procedunt Confirmatores ad confirmationem, vbi nulla fiat oppoſitio, & de conſilio Patrum electio & perſona electa approbetur, quoniam in eo decreto oedum eſt proceſſus electionis fideliter deſcriptus, ſed datur etiam teſtimonium de integritate morum electi, vnde aliæ literæ teſtimoniales electorum ſunt ſuperfluæ.

114 Eſt etiam conſiderandum, quod pœnæ *d. cap. nihil* locum non habent in caſſatione electionis, ſi ex negligentia caſſetur electio confirmanda, ſed ſolùm in confirmatione, ſi confirmetur electio caſſanda. Quia de ſola confirmatione textus loquitur. Sicut & *text. cap. final. de elect. in 6.* vt ſupra etiam dictum fuit.

115 Dicitur quartò, quòd de iure communi nulla eſt neceſſitas Capituli, vel Conſilij ad hoc vt ſuperior confirmet electionem. Oppoſitum huius tenuit. *Gemin. ad cap. fin. de elect. in 6. ex Archidiac. ibid.* quem ſequuti ſunt *Butr. ibid. & Caſtell. de elec. cap. 14. num. 13.* referens *Syluest. v. confirmatio nu. 4. Tabien. nu. 8. Rotam 2. par. recent. decis. 522. Teralan. Vicaria 28. February 1614. & coram Seraph. decis. 598. Vgelen. Abbatia 14. January 1583. & Azor. p. 2. lib. 6. cap. 26. q. 8.* Verum Rota citata nihil prorſus habet de huius quæſt. puncto in locis citatis, & *Syluest. & Tabien* innituntur auctor. *Gemin. & Gemin. auctor. Archid.* Qui quidem non affert, vnde dictum ſuum probet. Nullibi enim in ſacris Canonibus habetur ſtatutum, vt Superior non poſſit confirmare electionem ſine Capitulo, vel Conſilio huius, vel alterius, & conſuetudo tam Epiſcoporum, quàm Prælatorum Regularium eſt in contrarium ſi loquamur de Capitulo, & tamen Archid. non de conſilio diſcretorum, ſed de toto Eccleſiæ Capitulo loquitur, ſicut loquuntur *Butr. Syluest. & Tabien.* Velle verò accipere conſilium paucorum pro Capitulo, nec iuri, nec rationi eſt conforme. Ideò per ſe loquendo ſuperior non tenetur niſi ſumere informationes, & diſcutere negotium, nullius verò alterius tenetur requirere conſenſum, vel conſilium. Vnde communiter DD. ſcribentes vel ad *d. cap. nihil*, vel ad *d. cap. finale*, nullam mentionem faciunt neceſſitatis huius. Addit etiam *Azor. d. cap. 25. num. 63. ex Butr. in cap. quoniam de elect. & ex dicta Rota in Teralen. Vicariæ 28. Februar. 1614. coram Buratto, & decis. 598. coram Seraphino*, quod vbi adſit conſuetudo vt confirmator non adhibeat conſilium in confirmando, illa eſt ſeruanda.

116 Dicitur quintò, quòd in Ord. Prædicat. Prouinciales tenentur adhibere conſilium diſcretorum in confirmandis Prioribus, prout ex *capit. Barchin. 1574. & Rom. 1580. declarat Gloſſ. Constit. dist. 2. cap. 2. §. 3. lit. L. & traduat. Vrcean. in ſum. p. 3. cap. 10. Caſtell. loco citato. Camill. in direct. cap. 16.* Sed nihilominùs confirmatio non eſt ipſo iure nulla, immò ſi non habeat alium defectum, nec annullanda, ex eo quod Prouincialis alicuius electionis confirmationem, aut caſſationem dederit Patrum concilio non adhibito. Quoniam in dicta declaratione non irritatur confirmatio aliter facta. Nec obſtat id, quod ex *Io: Andrea in cap. quoniam de elect. in 6.* refert *Caſtell. loco citato*, nimirũ quod vbi eſt neceſſaria præſentia conſilij, actus ſine conſilio habitus eſt nullus. Quia regula iſta plurimas ſuſcipit limitationes, & particulariter limitatur à *Panorm. in cap. ex parte de Constitut.* quem citat, & ſequitur *Sylu. ver. conſilium num. 6.* vt non valeat, quando præceſſit poteſtas agendi non impoſita neceſſitate conſilij, & poſtea iterum ex noua lege præcipitur, vt adhibeatur conſilium, quia tunc actus ex vi prioris poteſtatis valet, niſi lex ſuperueniens irritet actum aliter factum. Modò Prouinciales ex lege antiqua Cõſtitut. immò ex ſacris Canonibus habent auctoritatẽ confirmandi Priores, eis nulla impoſita neceſſitate conuocandi diſcretorum conſilium, ideò licet poſt ſecula de anno 1574. ſtatutum fuerit, vt Prouinciales hoc conſilium adhibeant, ſi id non præſtant, puniendi ſunt, ſed confirmatio eſt valida, niſi aliud obſtet.

S V M M A R I V M.

1 *Non licet confirmare indignum. num. 117.*
2 *Confirmare indignum eſt contra ius naturæ, & diuinum, & poſitiuum. n. 117.*
3 *Superioris eſt ſæpius arbitrari, an electus ſit indignus. n. 117.*
4 *Superioris eſt, ſi poteſt diſpenſare, vt faciat de indigno dignum. n. 117.*

117 QVæritur octauò. An ſuperior poſſit indignum confirmare. Non poſſe tradunt *Peyr. de ſubd. q. 1. cap. 31. §. 11. & Donatus par. 3. tract. 7. q. 7. ex Ledeſm. p. 2. tract. 7. cap. 7. conel. 7. diffic. 7.* Sed cum in terminis formalibus veriſſimum ſit indigni electionem non poſſe confirmari, quia hoc eſt contra ius naturæ, & diuinum, & Canonicum, quòd inhabilis & indignus ad Eccleſiaſtica officia promoueatur, ſecundùm quod latè probatum eſt ſupra cap. 29. quæſt. 4. & 5. Tamen primò in arbitrio Superioris multoties eſt poſitum, vt conſideratis paucitate hominum, neceſſitate Eccleſiæ, conditionibus temporum, aliquis cenſeatur aliquando dignus, qui aliàs non eſſet dignus. Requiſita enim de iure naturali, & diuino ſemper neceſſaria ſunt, & nihilominùs in arbitrio etiam Superioris eſt poſitum decernere, an omnibus penſatis in caſu particulari deficiant. Quod magis eſt verum reſpectu eorum, quæ ſunt neceſſaria ex iure poſitiuo. Ideò ſecundò additur, quòd Superior habens facultatem diſpenſandi ſuper iure poſitiuo, & pœnis, irregularitatibus, & inhabilitatibus de iure poſitiuo impoſitis, poteſt de indigno facere dignum. Quando autem confirmando electionem dicatur diſpenſare dictum eſt ſupra. Vide *Panorm. cap. innotuit 20. num. 7. & 8. de elect.*

S V M M A R I V M.

1 *Pœnitentia tollit infamiam facti. n. 118.*
2 *Infamia conſideranda à quo fonte proueniat. numer. 118.*
3 *Infamia duplex ſimplex, & qualificata. n. 118.*
4 *Infamia ſimplex ſufficit ad inquirendum non ad ſtatim condemnandum. n. 118.*
5 *Si facta inquiſitione inueniatur, quod infamia ortum habuit à maleuolis, vel eſt leuis electio eſt confirmanda. n. 119.*
6 *Si electus ſit accuſatus apud tribunal ſuperioris*

ipſo

ipſo confirmatore, differri decet, aut etiam oportet confirmatio. n.119.

7 *Infamia orta à maleuolis, vel leuibus perſonis nõ impedit confirmationem etiam pendente lite apud aliquod tribunal externum, præciſo ſcandalo, & ſalua reuerentia, quæ debeatur ſuperiori. numer.120.*

8 *Vbi confirmatio differri debeat, hoc non eſt neceſſarium poſt annum, vel in Epiſcopis poſt tres menſes, ſi accuſator tacuit. n.121.*

9 *Cap. Tantis diſt.81. expenditur. n.122.*

10 *In caſu illius textus, quidam Epiſcopus Danielem quendam de ſacrilego inceſtu cum monialibus ſua cura commiſſis coram Sede Apoſtolica accuſatum, & ad eam citatum, ſine inquiſitione & præmiſſa ordinanerat in Epiſcopum. n.122.*

11 *Cap. omnipotens, de accuſat. declaratur. n.123.*

12 *Ex eo non deducitur concluſio adeò vniuerſalis, quod electus nunquam debeat promoueri, ſi ſit accuſatus. n.123.*

13 *A iudice apud quem electus eſt accuſatus, non poteſt confirmari electio niſi veritate delicti coram eo examinata, electus non fuerit inuentus innocens. n.123.*

14 *Vbi electus ſit apud aliud tribunal accuſatus, per ſe loquendo, non tenetur Confirmator expectare alterius iudicis ſententiam. n.123.*

15 *Niſi boni communis, vel vitandi ſcandali neceſſitas, vel reuerentia Summi Pontificis conſideratis circumſtantiis aliud exigat. n.123.*

16 *Sola accuſatio ſine citatione non infamat. num.124.*

17 *Confirmatori non eſt determinatum tempus ad cõfirmandam electionem. n.125.*

18 *Licet Prouiſori detur determinatum tempus ad prouidendum Eccleſiæ vacanti. n.125.*

118 QVæritur nonò. An Confirmator poſſit confirmare electionem eius, qui eſt infamis infamia facti, quia nimirum inquiſitus, aut accuſatus de graui crimine, & de eo apud graues viros diffamatus? Non poſſe tradunt *Donatus par.3. tract.7. q.9. & Peyr. in formul.lit.C.cap.18.nu.6. ex diſt.31. cap.Tantis, & de accuſat. cap. omnipotens, vbi gloſſ.* idem affirmat. Et ita etiã quod quinque, aut ſex teſtes ſingulares, quàmuis non probent ad infligendas pœnas ordinarias, ſufficiant tamen ad excludẽdum à Diffinitoriatu, vel Prouincialatu dixerũt *Aretinus in pract.de numero teſtium* c.2.*v.teſtiũ, Thomas à Ieſu tract.3. de viſit. Reg. cap.7. Donatus vbi ſupra*. Sed ſine diſtinctione nequit hæc difficultas reſolui. Et quidem præ oculis habendum, quòd infamia facti tollitur per pœnitentiam, vt ſupra eſt probatum, vnde eſt, quod arbitrio Confirmatoris iudicandum erit, an electus diffamatus per pœnitentiam deleuerit infamiam. Et ſecundò, an infamia orta fuerit ex grauibus, & honeſtis viris, vel potiùs ex maleuolis, iniquis, vel leuibus perſonis. Nam hæc non eſt in conſideratione habenda per ſe loquendo. Secundò diſtingui debet de infamia, iuxta doctrinam *Rota coram Card. Seraph. deciſ.393.num.6.ex Dec.de appellat. cap.quia nos, & Boſſ.de inquis.num.28.* Nam alia eſt infamia ſimplex, quæ ſufficit ad inquirendum, & alia eſt qualificata, quæ ſufficit ad condemnandum. Sic enim ſi electus appareat infamis ſimplici infamia facti, non ſtatim debet caſſari eius electio. Nec eſt eadem ratio de electione, ad quam non electus nullũ ius habet, & de cõfirmatione ad quã electus habet ius ex vi electionis, & ſuo iure priuatur, ſi nõ cõfirmatur; vnde ſi ex libertate eligẽtiũ nõ eligitur, nulla ei fit iniuria, ſed fit ei iniuria ſi ſine ratione nõ confirmatur. Ex quo igitur electus apud Confirmatorem apparet infamis ſimplici infamia facti, datur locus ad inquirendum, non ad ſtatim condemnandum illum. Et ſicut ex quo ſit accuſatus apud Confirmatorem, non poteſt Confirmator ex hoc illius electionem caſſare, ſic nec illam caſſare poteſt ex hoc, quòd ſit accuſatus apud alium iudicẽ, vel apud graues viros. Sed Confirmator debet inquirere de veritate delicti, de quo electus eſt diffamatus. De electione *cap. nihil* ibi. *Is ad quem pertinet ipſius confirmatio, diligenter examinet, & electionis proceſſum, & perſonam electi. Et de electione in 6. c.ſi forte*, ſtatuitur vt ſi inter cætera electo obijcitur defectus aliquis, *promouendus ſuper defectu ipſo, ante omnia ſubijciatur examini*. Et vel in iudicio contradictorio, ſeu inſtante aduerſario, vel ex officio confirmatoris, vt ſupra dictum eſt, debet inquiri de veritate delicti.

119 Quod ſi habita neceſſaria inquiſitione, infamia, & ex honeſtis, & grauibus viris orta non ceſſat, nec electus infamiam purgauit, tunc electio eſt caſſanda, ex iuribus citatis. Sed ſi Confirmator inuenit infamiam eſſe falſam, & à maleuolis ortam, aut à leuibus perſonis, nec habere fundamentum, vnde verè non eſt talis, vt priuet electum exiſtimatione probi viri, apud probos & graues viros; nec eius idoneitatem dubiam reddit, tunc electio eſt confirmanda, niſi aliquod graue ſcandalum timeatur. Nec obſtat, quòd hæc ſit infamia ad tribunal alicuius iudicis deducta. Nam licet vbi electus ſit accuſatus & inquiſitus in tribunali iudicis ſuperioris ipſius cõfirmatoris de aliquo crimine graui, deceat, vel etiam reſpectiue oporteat ipsũ cõfirmatorẽ abſtinere à confirmationẽ, & illa differre. Tum ab reuerentiam ſuperioris. Tum ob periculum cui ſe exponit confirmator, ſi electus in eo ſuperioris iudicio ſuccumbat; quia tunc ſuperior poterit contra confirmatorem procedere tanquam contra eum, qui indigni electionem confirmauerit. Tum ob præiudicium, quod poſſet fieri cauſæ in ſuperioris tribunalis agitatæ, ſi ex confirmatione redderetur difficilior probatio criminis contra electum, & propterea eſſent neceſſarij ad illum conuincendum plures teſtes. Tum ob ſcandalum, quod timeri poteſt, ſi damnatus à ſuperiore inueniatur confirmatus. Quæ veriora ſunt, vbi electus inueniatur accuſatus coram Sede Apoſtolica. Tamen ſi electus apud aliud tribunal, quam ſuperioris ſit accuſatus. Confirmator habita inquiſitione ſaltem extraiudiciali, quam tenetur habere; inueniens electum innocentem poteſt, & debet illum confirmare ſecluſo ſcandalo. Quoniam ſufficit, quòd confirmator inueniat electum idoneum, ad hoc vt eius electionem confirmet. *cap. poſtquam.3.de electione.*

120 Et hoc eſt, quod docent DD. qui aſſerentes accuſatum in iudicio non debere promoueri hoc limitant, vt non procedat in accuſato à maleuolis, & non grauato apud graues viros, & bonos, quia aliter improbis via facilis pateret ad excludendos

dendos dignos ab officijs & beneficijs Eccleſiaſticis. Qui ſunt *Nauar.conſ.6.& 7.* de accuſationibus in antiquis, *Rodericus à Cunna in comment.ad part.3. diſt.81. Barboſa de off. Epiſcopi p.2.alleg.43. num.14. & ad cap.omnipotens de accuſat. Donatus par.3.trac 7. q.9.& ad cap.omnipotens de accuſat. Panorm.& Felinus, Romanus ſingular.438. Selua de Benef.3. p. q.5. num.31. Braxtus p.2. cap.23. Vgolinus de off. Epiſ.capit.1.§.1.num.8. Rota & Duarenus* quos refert, & ſequitur *Garzias p.7.c.8.n.7.* Multò enim magis eſt, quod electus accuſatus apud iudicē inueniatur innocens à Confirmatore, ſeu quòd eius infamia tanquam orta à maleuolis, non eſt attendenda, quàm ſi hoc ſciatur ſolùm à priuatis perſonis; ideo ceſſante in Confirmatore occaſione ſcandali, & ſalua reuerentia quæ debetur ſuperiori ipſius Confirmatoris, vbi Confirmatori conſtet infamiam non eſſe tale, quæ de iure impediat, poteſt electio confirmari.

121 Et vbi ratione accuſationis confirmatio differri debeat ob aliquam ex cauſis narratis conſideranda eſt doctrina *Gloſſa in cap.tantis d.81. v.obrepſit*, nimirum, quòd ſi accuſator per annum tacuerit, poſtea poteſt electus promoueri. *l.reus.ff.de mu. & hono:* Sed in Epiſcopatu tantùm tres menſes dantur, vt in *authent.de ſanct. Epiſ.§.3.collat.9.* niſi iudex breuius tempus fuerit moderatus. *cap.quiſquis.4.q.5. & arg.cap.accepimus.de fi. inſtrum.& cap.perſonas, de appellat.in fine.* Sed ad horum maiorem euidentiam ponderanda ſunt iura quę ſupra citata ſunt pro excluſione indigni à confirmatione.

122 Et quidem primo conſiderandum eſt quod in *c.tantis diſt.81.* Cœleſtinus Papa valde reprehēdit Epiſcopū, qui *Danielem* quendā accuſatum de ſacrarum Virginum inceſtu ordinauerat in Epiſcopum, & Pontifex comminatur ordinatori, quod quatenus Daniel conuictus fuerit, ei ſociabitur ordinator, & vterque deponetur. *Cui*, inquit, *conuictio ſociabitur, qui ſibi eum credidit, largiendo pontificium ſociandum.* Verba autem illa. *Cui conuictio*, exponunt *Gloſſ.& Turrecrem.* nedum de crimine de quo accuſabatur, ſed quòd accuſatus fuerit ordinatus, ita vt ſenſus ſit, quod vbi Daniel conuictus fuiſſet ipſum poſt accuſationem fuiſſe ab illo Epiſcopo ſcienter ordinatum, etiam ordinator fuiſſet deponendus. Sed dicitur multa eſſe circa illum textum obſeruanda ex Epiſt. 2. Cœleſtini ad Epiſ. Galliæ, ex qua textus ille deſumptus fuit. Nam crimen de quo ille *Daniel* erat diffamatus erat peſſimum, ſcilicet inceſtus ſacrilegus cum monialibus eius curæ commiſſis. Secundò infamia erat vehementiſſima, vt habetur ex illis verbis, *quorum crimina longè, latequè per omnes ſunt nota Prouincias.* Tertiò in Epiſcopum fuerat ille *Daniel* ordinatus, dum ipſe erat accuſatus ad Sedem Apoſtolicam, & vbique quærebatur, & vocatus fuerat vt coram dicta S. Sede, ſe purgaret. Et Arelatenſi Epiſcopo datum fuerat in mandatis, vt ad iudiciū Epiſcopale deſtinaretur. Quartò illius *Danielis* ordinator non inquiſiuit priùs de veritate obiectorum, nec poterat de illis tam de facili inquirere, cum illa crimina in Oriente commiſſa fuerint, & ex Oriente per famam, etiam intra Europam diuulgata. Quintò expoſitio illa *Gloſſæ, & Turrecrem.* nec eſt certa, nec in textu fundata Nam ſenſus planus & germanus eſt, vt verba illa, *cui conuictio* reſpiciant delictum ordinati, vt *Gloſſa*, & *Turrecrem.* etiam conſiderant, ſcilicet cui conuicto de crimine, quòd obijciebatur ipſi, damnabitur tam ille, quàm illius ordinator. Et quòd hic ſit ſenſus illius textus habetur ex contextu eiuſdem Epiſ. in fine ibi. *Daniel, vt diximus, qui accuſationem Pontificali honore ſubterfugere poſſe ſe credidit, & ad faſtigium tantùm accuſatores ſuos latendo peruenit, a ſanctitatis veſtræ coetu interim ſe nouerit ſegregatum, qui ſe noſtro iudicio debet obijcere, ſi conſcientia ſua nouit, confidentiam ſe habere.* In his enim verbis agitur de criminibus ab accuſatoribus *Danieli* obiectis, quæ ipſe credidit ſe poſſe occultare Epiſcopali honore, & interim ſegregatur à cœtu Epiſcoporum, & indicitur illi, vt ſe obijciat iudicio Sedis Apoſtolicæ, ſi ſentit ſe innocentem, proculdubio ab illis criminibus, quæ ſibi ab accuſatoribus obiecta erant ante ipſius Epiſcopatum, & quæ operire credebat Epiſcopali dignitate. Vnde & in eodem ſenſu ſupra dictum fuerat, quòd eo conuicto, ſcilicet de illis criminibus, de quibus erat diffamatus, fuiſſet deponendus. Et hoc ex eo magis comprobatur, quòd Pontifex non ponebat in dubium ordinationem eius poſt accuſationem, ſed hanc certam habebat; & quia certam habebat, illum ſegregauit à cœtu Epiſcoporum pro interim, donec coram Sede Apoſtolica ſuam cauſam defendiſſet; ſed id de quo erat dubium, & de quo debebat conuinci, erant crimina ante ordinationem illi ab accuſatoribus obiecta, ideo ſenſus eſt, quòd eo conuicto de criminibus, de quibus erat diffamatus, fuiſſent ipſe, & eius ordinator deponendi.

123 Sed inſpiciamus etiam locum S.Gregor.Papæ ex quo deſumptum fuit *cap.omnipotens.4.de accuſat.* & apparebit quòd ex eo non deducitur illa concluſio adeo vniuerſalis, quòd nunquam accuſatus debeat promoueri. Caſus enim talis fuit, qui à S. Greg. deſcribitur in Epiſ. ad Conſtantinam Auguſtam, *l.4. Regiſ. Epiſt.34. indic.13.* Maximus quidam Gregorio, & reſponſali eius neſcientibus, ordinatus fuit Epiſcopus Salonitanæ vrbis. Hoc reſciens Gregor. præcepit Epiſcopo ſub pœna excommunicationis, vt abſtineret à celebratione miſſæ. Maximus contempſit, & ad Pontificem venire recuſauit. Alia verò mala de eo audiuit Greg. nimirum, quòd ſimoniacè fuerit ordinatus. His verò ſic ſtantibus Imperator mandauit, vt Pontifex Maximum venientem Romā cum honore ſuſciperet. *Prius tamen*, inquit Greg. *quam hæc cognoſcantur, Sereniſſimus Dominus diſcurrente iuſſione præcepit, vt eum venientem cum honore ſuſcipiam.* Hic fuit caſus, cuius cauſa ſubdit Gregorius verba, quæ in eo *cap.4.de accuſat.* regiſtrata ſunt, & ait: *Et valde graue eſt, vt vir de quo tanta, ac talia nunciantur, eum ante requiri, & diſcuti debeat, honoretur.* Et addit. *Et ſi Epiſcoporum cauſa mihi commiſſarum apud piiſſimos dominos aliorum patrocinijs diſponuntur, infelix ego in Eccleſia iſta, quid facio?* Hinc igitur patet, quòd in eo textu ſermo eſt non de promouendo accuſato, ſed de eo iam promoto recipiendo cum honore. Et notandum, quòd licet Maximus fuiſſet promotus neſciente Pontifice, hanc tamen culpam ei remiſerat Gregor. vt ex eadem Epiſt. expreſsè habetur, & diſcutienda relinquebantur ordinatio ſimoniaca, & contemptus excommunicationis, & Maximus talibus delictis grauatus, & veniens Romam vt reus, præcipiebatur recipi cum honore.

Digitized by Google

nore. Ex eo ergo *cap. colligitur* quidem quòd accuſatus veniens vt reus, non eſt ac ſi eſſet innocens recipiendus, ſed non deducitur quòd accuſatus non ſit promouendus pendente accuſatione, *& gloſſ.* dum explicat *honoretur*, ideſt *ad honorem promoueatur*, non exprimit ſenſum textus, ſed ex eo conſequentium deducit. Ideo ſi objiciatur, quòd hic vnum ſequitur ad aliud; quia ſi reus veniens non debet recipi cum honore, ratione etiam dignitatis, quam habet, multò minùs ad nouam dignitatem poteſt promoueri. Reſpondetur id quidem verum eſſe reſpectu ſuperioris ad cuius tribunal accuſatus eſt reus; is enim certè non poteſt licitè promouere accuſatum, donec iudicialiter cognoſcat de veritate. Sed & eſt verum vniuerſaliter, quòd accuſatus nō debet promoueri, niſi priùs examinata veritate de crimine, de quo eſt accuſatus & pariter ſi electus remanſerit de crimine conuictus, vel confeſſus, vel apud probos viros infamatus adhuc, quia non fuit infamia deleta corā Cōfirmatore ex inquiſitione diligenter habita. Sed quod aſſeritur eſt, quòd vbi electus eſt accuſatus apud aliud tribunal, quàm ſit tribunal ſuperioris, ad quem pertinet confirmatio electionis, non eſt neceſſe, quod ille ſuperior expectet, quòd alius iudex inquirat, & cognoſcat, ſed poteſt ille in hac parte vti iure ſuo, vel iudicialiter, ſi id ei liceat, vel extraiudicialiter, & vbi inueniat accuſationem calumniam & prouenire ex maleuolis, ſeu infamiam non habere fundamentum, non eſt neceſſe, quòd expectet alterius iudicium, & vbi vel bonum commune, vel neceſſitas vitandi ſcandalum, vel etiam reuerentia ſummi Pontificis iuxta qualitatem delicti, & rerum circumſtantias aliud non requirit, poteſt electionem accuſati confirmare.

124 Sed & hoc attendi debet, quòd ſola accuſatio apud iudicem non infamat, niſi accuſatio à iudice ſit acceptata, & accuſatus fuerit citatus. Nam niſi aliàs conſtet infamiam habere ortum ex probis viris, ex ſola accuſatione hoc non deducitur, nec ante citationem delictum dicitur deductum ad forum iudicis, vt dixi ſupra capit. 26. quæſt. 4. Vnde licet iſta ſufficiant ad mouendum Confirmatorem ad inquirendum; tamen Confirmator non niſi ex ijs, quæ ſibi conſtant poſt ſuam inquiſitionem debet ſe dirigere ad confirmandam, vel negandam confirmationem, niſi ex aliqua rationabili cauſa, ſcilicet ad vitandum ſcandalum, vel graue damnum communitatis confirmatio differri debeat, vel etiam electio caſſari.

125 Nam & hoc eſt aduertendum, quòd non eſt tempus determinatum Confirmatori ad confirmandam electionem, & in hoc non bene arguit *Donatus p. 3. trac. 7. q. 3. num. 2. ex textu ext. de electione, cap. ne pro d. fectu* 41. Quia eſt ſermo de inſtitutione, ad cathedrales, & regulares Eccleſias ex iure deuoluto, ad quā præſtādam is, ad quē pertinet habet tres menſes. Sed textus ille non loquitur de Confirmatione electionis. Quia enim ad electionem confirmandam plura examinari debent, & hoc examen maius, vel minus tempus requirere poteſt, ne confirmator ſine neceſſaria informatione, & diſcuſſione compellatur ad confirmandam electionem, relictum eſt arbitrio ſuo, vt infra tēpus neceſſarium, & ſibi bene viſum confirmet electionem, nullo ei determinato temporis ſpatio.

S V M M A R I V M.

1 *Vbi ſeruanda eſt forma cap. quia propter, ſi non eſt aliquis à maiori parte Capituli electus, nequit electio confirmari. num. 126.*
2 *Vbi d. forma non teneatur, ſi electores ſe diuiſerint, poteſt Confirmator eum confirmare, qui maioribus ſtudijs, & meritis innatur. num. 126.*
3 *Niſi ſcandalum timeatur. num. 126.*
4 *Prælatus non electus, minus gratus. num. 126.*
5 *Nuptiæ inuitæ malas habent prouentus. num. 126.*
6 *Quod quis non diligit, facile contemnit. nu. 126.*
7 *Vbi elector ter, vel quater proceſſerint in diſcordia, melius eſt illis præfigere terminum in quo eligant, & concordent. num. 126.*
8 *Vbi non ſeruatur forma cap. quia propter, ſeruandæ ſpeciales conſuetudines Collegiorum. numer. 127.*
9 *In Ord. Cartuſ. vbi non eſt ſpes, quod electores concordent, poſtquam proceſſerunt aliquib. vicibus, deualuitur electio ad Generalem. num. 127.*
10 *In Ord. Minorum in electione Prouincialis confirmatur electus à maiori parte numero vocalium. num. 127.*
11 *In Ord. Minorum ſi vno die non concordent electores in electione Diſcreti cenſentur renunciare iuri ſuo. num. 127.*
12 *Quod negant alij, ſi electores bono zelo diſcordant. num. 127.*
13 *In Ordine Prædicatorum varie aſſignatur terminus electoribus ad eligendum, ſed nunquam confirmatur niſi electus a maiori parte Capituli. numer. 127.*
14 *Vbi ſeruatur forma cap. quia propter electus in magna diſcordia, ſi ſit electus à maiori parte debet confirmari. num. 128.*
15 *Vbi plures in diſcordia electi ſint, ſi contingat electionem omnem caſſari, nullus electorum ex decentia pacis ea vice poteſt reeligi niſi vnanimiter. num. 128. & 130.*
16 *Si in diſcordia fiant plures electiones, electio facta à minori parte, ſi ſit canonica debet confirmari. num. 130.*
17 *Hæc vera ſunt, niſi graue damnum vel ſcandalum immineat. num. 128.*
18 *Electio facta à maiori parte dicitur facta in concordia. num. 129.*
19 *Poſtulatio facta in diſcordia non admittitur. 131.*

126 QVæritur decimo. An ſuperior poſſit confirmare electionem factam in magna diſcordia? De hac difficultate aliter philoſophandum, vbi aliquis ſit electus à maiori parte, minori contradicente, vel vbi nullus eſt, qui à maiori parte ſit electus. Nam ſi nullus a maiori parte vocalium legitimorum eſt nominatus, vbi ſeruanda eſt forma *cap. quia propter*, electio omnis nulla eſt prorſus, & non poteſt confirmari, cum illa forma ad electionem validum requirat, vt electus ſit à maiori parte Capituli nominatus. Et quia in Prouincialium Regularium electione ſeruari debet forma *cap. quia propter*, vt probatum eſt ſupra *cap. 1.* extra rem *Peyr, in Formul. lit. C. cap. 18. nu. 8.* loquens de Prouincialium electione aſſerit, quod confirmandus

ſit,

Digitized by Google

ſit, qui maioribus meritis iuuatur, iuxta *cap. ſi forte*, *d.63.* quod caput in alijs terminis loquitur, vt infra explicatur. Sed vbi non habet locum *cap. quia propter*, dicunt quidam electionem eſſe caſſandam, quia de iure naturali eſt, quòd electio vt ſit valida debeat habere conſenſum maioris partis, niſi electores bono zelo ducti diſcordent, & poſtquàm duabus, vel tribus vicibus ad electionem proceſſerint, non ſit moraliter ſpes vt maior pars electorum in vnum concordet. Ita *Sigiſ. de Bonon. dub.* 45. *a num.1.* quem ſequitur *Samuel tr.1 diſp.8.contr.3.n.3.* Verum obſtat textus *in cap. ſi forte diſt.63.* Vbi ſtatuitur, vt ſi contingat vocales ſe in duas partes diuidere, Metropolitanus ſuo arbitrio illum alteri præferat, qui maioribus & ſtudijs iuuatur & meritis. Etiam igitur prima vice poteſt ſuperior ex electis à pari votorum numero illum præferre, & confirmare, qui iuuatur maioribus ſtudijs, & meritis, qui ſcilicet à ſaniori & grauiori parte eſt electus, & meritis proprijs antecedit, quamuis vt aduertit *Turrecrem.* ibi, ſi timeatur ſcandalum, melius ſit electionem caſſare. Sæpiùs enim contingit vt Prælatus non electus, ſit minùs gratus. Nam inuitæ nuptiæ malos ſolent habere prouentus 31. *q.2.cap.2.* Quod enim quis non diligit facile contemnit. 20.*q.3.cap.præſens*. Quòd ſi caſſatis huiuſmodi electionibus adhuc electores bis, ter, quater diſcordent, ea ratione, qua potuit confirmari prima electio iuxta *d.cap. ſi forte*, poterit confirmari vel ſecunda vel tertia, ſed ad ſcandala vitanda, melius erit electoribus præfigere terminum intra quem eligant in concordia, quo tranſacto vel confirmetur vnus ex electis iuxta formam *d. cap. ſi forte*, vel ſuperior prouideat, ſi tamen ſuperior ſit talis, qui poſſit ſub hac conditione terminum præfigere.

127 Sed puto, quòd non obligat forma *cap. quia propter* ſeruandæ ſint leges ſpeciales, & conſuetudines collegiorum. In Ordine Carthuſ. vbi eligentes pluribus vicibus proceſſerint ad electionem, & ſemper in tali diſcordia, vt nec aliquis euaſerit electus, & iudicio confirmatorum non ſit ſpes, vt concordent, ad Generalem deuoluitur electio, vt ex *Conſtit. dictis Ord.p.2.cap.2. num.32. aduertit Sigiſ. d. dub.45. num. fin.* In ordine verò Minorum, in electione Prouincialis, vbi vocales diſcordent, electus a maiori parte numero eligentiũ, licet non ſit maior pars Capituli, ſine exceptione confirmari debet de *verbor. ſignif. Clem. exiui. §. demum Panor. de elec. cap. Eccleſia veſtra.* 48. *Silueſ. v. electio. 2. q. 9. in fine* In Ordine etiam Minorum, ſi Conuentuales in vno die non cõueniant in electione Diſcreti ad Capitulum Prouinciale, cenſentur iuri ſuo renunciare ſecundùm *Rodriquez 1.2 q.52. a.5.* ſed ſecundùm *Sigiſ. à Bonon.* loco citato. *num.16.* ſi bono zelo ducti non concordent non priuantur iure ſuo, quod habent in cap. Prou. v. g. In Ordine Prædicatorum ſeruatur forma *cap. quia propter* & quantum ad electionem ſocij non eſt tempus determinatum, ſed millies poſſunt electores eligere donec concordent in tempore tali, quòd ſocius poſſit adeſſe capitulo Prouinciali. In electione verò Prioris eſt terminus vnius menſis, & ſi diſcordent, & nullus inueniatur nominatus à maiori parte nulla ſemper eſt electio, vt ſupra probatum eſt cap. 19. quæſt. 4. & deuoluitur electio ad Prouincialem. Et ſi electores die illa vnica ſtatuta pro electione Prouincialis non concordant, electio deuoluitur ad Generalem. Et vniuerſaliter vbi Electoribus eſt à iure vel conſuetudine aſſignatum tempus ad eligendum, non habet locum dictum *cap. ſi forte*, nec quæ de electoribus diſcordantibus dicta ſunt. Quia infra illud tempus, ſi millies diſcordent, & nullus euadat electus, nulla ſimilis electio eſt confirmanda, ſed electores poſſunt infra tempus illud tot vicibus congregari ad eligendum quot illis placuerit. Illo verò termino temporis completo electores electionem amittunt, & electio deuoluitur ad ſuperiorem. Et ſic ceſſant illa multa, quæ de electoribus non concordantibus habent *Sigiſmundus*, & *Samuel*, & alij.

128 Sed vbi ſeruanda eſt forma *cap. quia propter*, adhuc ſunt, qui teneant electionem factam in diſcordia non eſſe confirmandam. Ita quòd licet electus quis fuerit à maiori parte Capituli, ſi tamen electio facta eſt in magna diſcordia, & numerus fauentium electo non multùm excedit dimidiam partem poteſt talis electio; & forte debet caſſari. Ita *Caſtell. de elec. cap.14. num.58. Donatus p.3. tr.7. q.9. num.5. Peyr. in formul. lit. C. cap.18. num.6. fin. ex Gloſſ. cap. ſi quando de elec. in 6.* Sed nec *gloſ.* ibi ſimile quid habet, neque hoc eſt conforme *cap. quia propter*, de electione & communi ſententiæ DD. aſſerentium electum à maiori parte, ſi non adſit defectus in electione, vel in perſona eſſe confirmandum. Nam & quantumcumque diſcordia ſit magna, ſi prouenit ex bono zelo, qui bonus zelus potiùs præſumi debet, & quæ diſcordia ex bono zelo proueniens, non eſt reprehenſibilis *diſt.63. cap. vlt. & 8. q.1. c.17.* Non eſt vnde caſſetur electio, quæ immò ſecundùm ius antiquum *d. cap. vlt.* confirmari poſſet etiam ſi vocales in partes æquales ſe diuiſiſſent. Et eò magis ſi diſcordia non fuerit ex culpa electi. Sic etiam *extr. de elect. cap. conſiderauimus*, conſiderant *Panorm. num.3. Peyr. in ſubd. q.1. cap.31. §.8. concl.6.* & alij, quòd vbi plures electi fuerint in diſcordia, ſi electio vtraque ex aliquo defectu caſſetur, tunc nullus ex electis pro ea vice, poterit in ea Eccleſia eligi, niſi vnanimiter eligatur. Non dicunt enim vtramque electionem eſſe caſſandam, ſed quòd ſi contingat caſſari ex aliquo alio defectu, tunc electi non poſſunt reeligi in eadem Eccleſia, niſi alter eorum reeligatur vnanimiter. Et immò ſi electores ſe diuiſerint, & plures electiones habuerint, electus à minori parte ſi ſit ille, qui eſt canonicè electus, eſt confirmandus. Non ergo attendi debet quòd electio facta ſit in diſcordia, vt caſſetur, niſi in caſu particulari per accidens, ſi immineat ex confirmatione graue damnum, & ſcandalum, quod per ſe non imminet ex eo, quòd electio facta ſit in diſcordia. Et aliàs ex hoc capite etiam electio facta in concordia eſſet caſſanda.

129 Adiungitur etiam, quòd licet de toto rigore loquendo illa ſola electio dicatur concors, in qua omnes electores nullo diſcrepante aliquem elegerunt. *Panorm. cap. cum nobis 19. num.4. de elect. & cap. in cauſis 30. num.8. eod. tit. Gemin. cap. cupientes 6. §. ad hæc nu.7. & Francus ibid. num.3. Caſtellin. cap.4. num.17. & Barboſa num.27. de elect. in 6.* nihilominùs hoc intelligi debet, in ijs, quæ fiunt à pluribus, vt à ſingulis, non verò in his, quæ fiunt a pluribus iure Collegij, quia in iſtis, quod fit à maiori parte fieri cenſetur à toto Capitulo vt expreſsè probat textus in *cap. in cauſis 30. de elect. & cap. ad aures*

Digitized by Google

de his, quæ vi, & notant *Card. & Bald. in cap.* 3. de re iudicata ex *Archid. in cap. Nicena diſt.* 31. *Barboſa ad cap. Bona* 4. *de poſtul. num.* 6. Vnde cum electio canonica fiat iure Collegij, ideo dicitur electio concors ſi facta ſit maiori parte conſentiente in ſcrutinio, itaut ſecundùm *Baldum* ſcrutinium dicatur factum vnanimiter fictione iuris, ſed electio, quæ fit ex vi talis ſcrutinij, eſt propriè concors, quia eſt actus totius Collegij. Ac propterea talis electio aliàs valida neceſſariò eſt confirmanda.

130 Conſiderandum etiam eſt, quòd id, quod ex *Panorm.* quem ſequitur *Biaxius p.* 2. *cap.* 3. relatum eſt paulo ſupra, nimirum quòd vbi aliqui eligantur in diſcordia, ſi caſſetur electio, neuter in eadem vacantia poteſt eligi, ſed debet eligi tertius, abſolutè importat decentiam, non verò neceſſitatem. Et quidem id habet locum præcipuè vbi plures ſunt nedum electi, ſed electiones, quia in caſu contento in *d. cap* factæ fuerant duæ electiones interpollatæ vna poſt aliam, & vtraque poſt interpoſitam appellationem, vnde diſcordia fuerat magna. Nam aliàs vbi eadem electione plures eliguntur paribus ſuffragijs, & vbi non ſeruatur forma *cap. quia propter* ſuperior poteſt alterum ex electis confirmare, vt ſupra dictum & explicatum eſt. Sed ex hoc colligitur, quòd etiam vbi per plures electiones plures eliguntur, etiam ſi electio vtraque caſſetur, electi non ſunt ſimpliciter ineligibiles, ſed ſolùm ita æquum videtur. Nam Gloſſa formando caſum illius capitis, inquit, quòd Papa conſuluit vt in ea vacantia neuter ex electis eligeretur. Hoc tamen ex eo *cap. colligitur*, quòd ſuperior in conſimilibus caſibus poteſt ordinare pro bono pacis, ſi ita ſit neceſſarium, vt ex talibus electis neuter in ea vacantia eligatur. In quo caſu ſuperior iuxta praxim dicti capitis *conſideranimus*, debet immunè ſeruare famam illorum declarando, quòd non ex eorum demerito, ſed cauſa fugiendæ diſcordiæ mandat, ne illi eligantur.

131 Poſtulationem verò factam in tali diſcordia, vt non conuenerint in ea ad minus duæ partes admitti non ſolere tradiderunt *Gloſſa in cap. bonæ* 4. *v. antiquam de poſtulat. & Panorm. in cap. final. eod. tit.* Sed de his ſatis dictum eſt ſupra *cap.* 24.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio difficultatis. num.* 132.
2 *Opinio aliquarum. num.* 133.
3 *Non eſt eadem libertas eligentis, & confirmantis. num.* 134.
4 *Electio eſt libertatis, ſed confirmatio eſt neceſſitatis. n.* 134.
5 *Non eſt verum quod ſi Confirmatar caſſat electionem digni caſsa eſt. nu* 135.
6 *Niſi ex iuſta cauſa illam caſſet. n.* 135.
7 *Elector excludens dignum validè id facit, ſi alium dignum eligat, ſed Confirmator tenetur confirmare dignum. n.* 135.
8 *Poſſe confirmare electionem ſi ſibi videbitur conuenit omni Confirmatori. n.* 136.
9 *Hoc importat arbitrium boni viri. n* 136.
10 *Confirmatar per accidens poteſt intuitu boni communis caſſare electionem alias digni. n.* 137.
11 *Non eſt neceſſe ad caſſandam electionem, quod Cõfirmator procedat iudicialiter. n.* 138.
12 *Confirmare eſt actus publici officij & iudicis. numer.* 139.
13 *Debet ſeruare ſubſtantialiá iudicij. n.* 139.
14 *Confirmator non ex quacumque notitia poteſt electionem caſſare. n.* 140.
15 *Confirmator procedere poteſt ſine ſtrepitu & figura iudicij. n.* 140.
16 *Parte tamen opponente procedit in iudicio contentioſo. num.* 140.
17 *Iudex, & ſi procedat ſummariè, tenetur ad ſubſtantialia iuris naturalis. n.* 141.
18 *Subſtantialia ſunt citatio, probationes, defenſiones. num* 141. 142.
19 *Non licet caſſare alectionem ex cauſa incertà. numer.* 143.
20 *Neceſſariæ ſunt diligentiſſimæ inquiſitiones. num.* 143.
21 *Vbi ad petentes confirmationem incumbit probare ad caſſandam electionem ſufficit non fuiſſe probatum. n.* 143.
22 *Non poteſt Confirmator procedere niſi ex cauſa à ſe cognita, vt publica perſana, & ad forum publicum, ſi opus ſit deducibili. n* 144.
23 *Qualiter in Ord. Prædic. confirmatio fiat per vota ſecreta.* 145.
24 *Vota PP. à conſilijs in confirmatione nan ſunt deciſiua. n.* 146.
25 *Non debet confirmari is, de quo non præſumitur, quad bene regat Conuentum. n.* 146.
26 *Nec tamen omnis præſumptio ad hoc ſufficit, ſed talis requiritur, quæ poſſit in viſibili Eccleſiæ iudicio examinari. n.* 146.
27 *Prouinciales poſſunt interdum duci praua affectione. n.* 146.
28 *Obiectio proſequitur. n.* 147.
29 *Omnibus Regularium Prouincialibus competit confirmare, vel caſsare electiones, ſi eis videbitur num.* 148.
30 *Non tamen poſsunt electiones caſsare, niſi ex cauſa rationabili deducibili ad forum publicum. num.* 148.
31 *Etiam vbi aliquid eſt remiſsum conſcientiæ & arbitrio in materia iuſtitiæ, non poteſt procedi ex cauſa ſecreta non deducibili ad forum publicum. num.* 149.
32 *Vbi agitur de caſsanda electiane ex defectu formæ, & nullus eſt opponens non eſt neceſsaria ſpecialis citatio. n.* 150.
33 *Reiectus patitur grauiſſimum præiudicium, cum fiat infamis. n.* 151.
34 *An vbi agitur de caſsanda electione ex defectu electi ſit electus citandus. n.* 151.
35 *Eſse citandum probatur. n.* 152.
36 *Non eſt neceſsaria citatio in notario. n.* 153.
37 *Difficile eſt quod non citato rea delictum ſit plene probatum.* 154.
38 *Delictum etiam ad repellendum à iure quærendo debet eſse probatum.* 154.
39 *Hoc dictum explicatur. n.* 155.
40 *Limitatur, vt non ſit citandus electus, vbi caſsatur electio ſimpliciter. n.* 156.
41 *In dubia electio præſumi debet caſsata ex defectu electionis. n.* 156.
42 *Limitatio præfata non admittitur, vbi electus acquirit ius ex electione. n.* 157.

43 *Ex ſola vtilitate non differendi prouiſionem Eccleſia non accipitur ſufficiens ratio ad non citandum electum. n.158.*

44 *Mora trium vel ſex menſium ex iuxta cauſa ad confirmandam electionem non eſt longa. numer. 158.*

45 *Non deſunt modi prouidendi Eccleſijs tempore vacantia. n.158.*

46 *Difficile eſt, vt ſine præiudicio fama electi caſſetur electio ſimpliciter nulla expreſſa cauſa. numer.159.*

47 *Graue præiudicium infertur electo ſi etiam poſt longum tempus à tempore caſſationis innoteſcat eius electionem ex hoc defectu fuiſſe caſſatam. num.160.*

48 *Caſſare electiones ex defectu electi eo non citato non habet ſpeciem boni. n.161.*

49 *Tanta poteſt eſſe neceſſitas boni communis, vt vbi electus non habet ius ad confirmationem, & eius honori conſulitur, poſſit eius electio caſſari eo non citato. 162.*

50 *Confirmator, vbi non caſſatur electio ex defectu electi, debet eius honori conſulere. n.163.*

51 *Vbi ſententia ex pluribus cauſis ferri potuit, & ideo poteſt eſſe in præiudicium partis, ſi non exprimatur cauſa, illa debet exprimi. n.163.*

52 *Obiectiones ſoluuntur. n.164.*

53 *Vbi ſunt publice opponentes, electus eſt ſufficienter à iure citatus, non verò vbi Confirmator procedit ex officio, & opponentes ignorantur. n.164.*

54 *Oppoſitiones, qua dantur contra electum non ſunt ſolum exceptiones, ſed habent vim accuſationis. num.165.*

132 QVæritur vndecimò, an hoc quod dictum eſt ſupra quæſt.6. dub.3. ſcilicet, ſufficere vt Confirmator extraiudicialiter ſe informet de valore electioois, ſit verum etiam vbi Confirmator vult caſſare electionem? Ratio dubitandi eſt, quia nō eſt eadem ratio de confirmatione, & de caſſatione neque hic locum habere poteſt illud axioma, quòd contrariorum eadem ſit diſciplina, *cap. Translato de conſtit. & cap. intellectum, de iure iurand.* quia hoc habet locum ſolum quando militat eadem ratio. *Tuſcus lit. C. concl.113.* Hìc verò longè diuerſa eſt ratio. Nam per ſe per confirmationem iniuſtam fit iniuria ſolum bono communi, ſed per iniuſtam caſſationem fit iniuria bono communi, electoribus, & electo, & leges promptiores ſunt ad fauendum, *l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris.* Eſto igitur ad confirmandum ſufficiat notitia extraiudicialis, non videtur tamen ſufficere ad caſſandum.

133 Econtra autem *Bannes 2.2. quaſt.67. artic.2. ad ſecundum*, docet quod Confirmator ex officio habet ius confirmandi, vel caſſandi electionem prout ſibi videbitur expedire bono communi, & ideò etiam ex notitia priuata poteſt confirmare, vel caſſare electionem, ita prorſus, vt ſicuti electores liberè eligunt, quem ipſi iudicant eſſe dignum ſcientia priuata, ita Confirmator confirmat, quem iudicat dignum ſcientia publica, vel priuata, & Confirmator in hoc deficit à ratione iudicij, quia iudex vt ſic, tenetur ferre ſententiam ſecundùm allegata, & probata, & ſi oppoſitum fecerit, nulla eſt ſententia. Cæterùm Confirmator quomodolibet caſſauerit electionem etiam digni, caſſa eſt. Nec in hoc facit iniuriam electo, qui neque iudicari debet ſuſpectus de aliquo delicto, quia cum multis vijs caſſetur electio, iudicium temerarium eſt, ſi quis ex caſſatione electionis iudicet malum de electo.

134 Hæc tamē doctrina intellecta ſicut verba ſonant ſine explicatione & limitatione admitti nō poteſt. Nam primò euidenter falſum eſt, quòd in poteſtate Confirmatoris ſit liberè confirmare, aut caſſare electionem, ita prorſus ſicut electores liberè eligunt, quem volunt. Nam axioma DD. communiſſimum eſt, quod electio eſt libertatis, ſed confirmatio eſt neceſſitatis, vt habetur deciſum expreſsè *c. poſtquam, & docent* ibi *Io: Andr, Butr. n.5. Panorm. in 1. notab. Dec. num.1. Bald. nu.1.* Item *cap. final. de elect. in 6. Rota coram* Gregor. *XV. dec.140. num.12. Lauor. cap.25. num.28. Caſtell. cap.14. nu.17. Tambur. tom.1. diſp.6. q.1. nu.25. Samuel. diſp.8. contr. 1. num.1.* Ex iuſtitia enim tenetur Confirmator cōfirmare electionem digni, vt probant DD. quos refero infra quæſt. ſequenti. Non igitur eadem eſt libertas in electore, & Confirmatore, vt quia ille poſſit ex priuata, & ſecreta, & ſibi propria notitia non eligere, etiam hic poſſit ex quacumque priuata notitia electionem caſſare. In quo aliud eſt conſiderandum diſcrimen, quod elector nihil poſitiuum facit contra non electum, ſed negatiuè circa illud ſe habet ex pleniſſima libertate non coarctabili non eligens, quem iudicat non eſſe eligēdum, quia nec non electus habet ius, vt eligatur, ſed Confirmator poſitiuè electionem caſſat, & cōtra ius electorum, & electi agit. Longè igitur eſt diuerſa ratio eligentis in eligendo, & Confirmantis in confirmando, & ex eo, quod elector liber ſit vt ex ſcientia priuata, & quidem etiam ſecretiſſima, & non deducibili vnquam ad forum externū poſſit ſuum iudicium informare, vt quem iudicat eligendum eligat, non licet inferre, quòd Cōfirmator, qui non eſt liber, ſed à iure neceſſitatus, vt confirmet electionem, niſi aliquod rationabiliter obſtet, poſſit ex quacumque ſcientia priuata, etiam ſecreta contra ius electorum, & electi caſſare electionem.

135 Quamobrem illa alia propoſitio, ſcilicet, quod ſi Confirmator quomodolibet caſſet electionem etiam digni, caſſa eſt, ex terminis præciſis eſt manifeſtè falſa, & euidenter contraria, *cap. poſtquam 3. de election.* ideoque ſolum vera cum moderatione, & explicatione ex eodem *cap. deducta à Caſtell. cap.14. de elect. num 56. Lauor. tit.4. de elect. cap.25. num.59. Peyr. in Formul. lit. C. cap.18. num.6.* ſcilicet præſuppoſita ſemper vera, & rationabili cauſa. Vnde aliud eſt diſcrimen inter electorem, & Confirmatorem. Quia per ſe elector validè quomodolibet quemlibet dignum excludit ab electione, niſi per accidens ſimus in caſu, quòd ille ſolus ſit dignus, & quilibet alius indignus. Sed Confirmator per ſe nullum dignum electum validè excludit à confirmatione, ſed ſolùm per accidens ex aliqua extrinſeca, contingenti, & accidentali cauſa rariſſimè adueniente. Quia cum ex dicto *cap. poſtquam, & alijs iuribus ſupra citatis*, Confirmator teneatur electionem digni confirmare, ſi aliter facit contra legem facit, & ideo caſſatio eius

iuxta regulam 64. *quæ contra ius, de regulis iuris in ſexto.* pro infecta haberi debet, & caſſari.

136 Propterea illa propoſitio, ſcilicet, *Confirmator ex officio habet ius confirmandi, vel caſſandi electionem prout ſibi videbitur ad bonum commune expedire*, vera eſt; Sed per exemplum diſſimile malè explicata; quia clauſula *ſi videbitur*, non dicit abſolutam libertatem ſeu talem, qualem habet elector ad eligendum, ſed dicit arbitrium boni iudicis legibus formatum, & regulatum, & non niſi ex rationabili ratione, & cauſa procedens, iuxta deciſionem Gregorij Papæ Tertij *in cap. poſtquam 3. de elect.* ibi. *Confirmationem petentium deſideria, ſi nihil ſit, quod electum impediat, implenda ſunt.* Et ita ius commune nedum omnibus Religioſis, ſed omnibus Eccleſiaſticis Confirmatoribus competens, eſt, quòd Confirmator confirmet electionem, ſi ſibi videbitur, & quod ex *d. cap. deſumpſerunt. Nauar. conſ. 1. in antiquis, & 2. in nouis. de elect. Sayrus in florib. deciſ. 1. eod. tit. Caſtell. cap. 14. num. 56. Lauorius cap. 25. num. 59. Barboſa ad d. cap. poſtquam, numer. 2. Peyr. in Formul. lit. C. cap 18. num. 6. Donat. par. 3. tr. 7 q. 9. nu 6.*

137 His igitur ſic probatis ad quæſt. dicitur primò, quod Confirmator ex cauſa rationabili per accidens poteſt caſſare electionem digni, ſeu aliàs vndequaque validam, propter bonum commune. *Bannes, & Alij D D. ſupra citati* Nam Prælatorum munus eſt, vt boni communis rationem habentes, vtilitatem publicam præferant priuatæ. *cap. bonæ 4. de poſtul.* & ibi *Gloſſ. v. communem. Panorm. num. 11. Surd. conſ. 255. num. 11. Mexi, Auiles, Menoch. Gironda, Tamas de Tomaſ.* quos refert, & ſequitur *Barboſ. ad d. cap. bonæ num. 7.* Ideò quod ratione ſcandali vitandi electio aliàs valida non ſit confirmanda, docuit *Panorm. cap. 1. num. 8. de elect.* quem ſequitur *Seraph. deciſ. 516. num. 4. Turrecrem. cap. ſi forte diſt. 63. & cap. ſi duo d. 79. Felin. cap. 2. de præſcrip. num. 2. Sigiſm. dub. 43 num. 7.* quos refert, & ſequitur *Peyr. in Formul. lit. C. cap. 18 num. 6. Donat. par. 3. tract. 7. q. 9. num. 4* Et habetur hoc ex *cap. niſi cum pridem, de renunc. & cap. cum teneamur, de præbend. & cap. ad aures 5. de tempor. ordin.* vbi dicitur, quod nihil cum ſcandalo faciendum eſt à Prælatis. Et ex *Innoc. ad dict. cap. niſi cum pridem*, ſubdit *Panorm.* quod pro quiete populi Epiſcopus debet cedere, vel remoueri per Superiorem, aſſignato tamen ſibi alio bono cambio.

138 Dicitur ſecundo, quòd Confirmator non tenetur probare iudicialiter, ſcilicet, examinando teſtes cum iuramento, & ſeruatis illis iuris ſolemnitatibus, quæ ſeruari debent, vbi non proceditur ſummariè, & ſine ſtrepitu iudicij, ſed ſufficit, quod cauſam rationabilem, quæ illum mouet ad caſſandam electionem probatam habeat extraiudicialiter per dicta fide dignorum, & literas teſtimoniales, & famam, dum tamen de illa ſit moraliter certus. Probatur hoc primò ex *cap. indemnitatibus 43. §. ſane de elect. in ſexto.* Ex quo capite duo habentur conſideranda. Primum eſt, quòd Confirmator ex officio debet præmittere exactiſſimam diligentiā, vt videat ſi electio eſt confirmanda, vel caſſanda, vt habetur ibi, *priùs tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum, diligenti examinatione præmiſſa.* Secundū eſt, quòd non eſt neceſſe, quòd hæc inquiſitio ſit ſimpliciter iudicialis, ſed ſufficit, quòd fiat de plano ſummariè, & ſine ſtrepitu iudicij, ibi. *Tunc ſuper obiectis partis alterius, ſi qui fuerint, & ſuper alijs, quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirenda, plenè ſine ſtrepitu iudicij, & figura per Superiorem inquiratur primitus, antequam confirmetur eadem electio, vel etiam infirmetur.* Et licet in eo textu ſit ſermo de electione Abbatiſſæ, nihilominus, vt aduertit *Caſtell. cap. 14. num. 47.* conſtitutio illa fauorabilis vniuerſaliter eſt intellecta à DD. qui non in alio ſenſu explicauerunt *cap. poſtquam de elect.* Maximè cum hoc fundamentum etiam habeat in *Clemen. exiui, §. demum, de verbor. ſignific.* & immò expreſſè ſatis ſit deciſum in *Clemen. diſpendioſam de iudic.* Et ita quod Confirmatori non ſit neceſſe, vt cauſam rationabilem caſſandi electionem probet iudicialiter, ſeu cum ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſibi ſufficiat eam habere probatam extraiudicialiter, docuerunt *Innoc. in cap. poſtquam de elect. & ibid. Io. Andr. num. 6. & in cap. 1. de poſt. Prælat. num. 4. & 5. & ibid. Butr. num. 50. Anchar. in dict. cap. poſtquam num 3. & ibid. Panorm. numer. 5. & in cap. 1. de poſtul. num. 34. Lauor. de elect. cap. 25. num 59. Sigiſm. de elec. dub 44 nu. 8. Gonzal. in annot. contra nullit. & attent. num. 43. Barboſa de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 19. nu. 251. & ad Clem. exiui, de verbor. ſignific. num. 31.* & apud eum *Salgado de Regia protec. par. 2. cap. 13. num. 16. Peyr. in Formul. lit C. cap. 18. num 7. Donatus par. 3. tract. 7. qu. 9. num. 8.* & à fortiori *Bannes vbi ſupra.* Et in praxi ſic ſeruatur in Ord. Prædic. Et ſic ſeruari in Ordine Minorum tradunt *Sigiſm. num. 9. & Lauor. num. 60. & 61.* & pluries ſic iudicatum fuiſſe in Ordine Minimorum refert *Peyr. d. num. 7.*

139 Sed dicitur nihilominus tertiò, quod Cōfirmator in confirmando, vel caſſando non eſt priuata perſona, ſed publica, vnde vt iudex verus debet, quæ de iure naturæ & gentium neceſſaria ſunt obſeruare, licet ſummariè, ſimpliciter, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicij iudicium ſuum poſſit exequi. Nam confirmationem pertinere ad Superiorem probatum eſt ſupra *q. 4.* ex communi ſententia, & habetur ex *cap. indemnitatibus 43. & cap. final. de elect. in 6. & in Clem. exiui, §. demum, de verb. ſignif.* ſed & in *Clem. diſpendioſam, de iud.* inter cauſas à iudice cognoſcendas ſummariè numerantur electiones, & prouiſiones. Et certè euidens eſt non conuenire alicui, vt priuatæ perſonæ, quod ſibi conuenit ratione publici officij, & adminiſtrationis publicæ iuriſdictionis; At verò poteſtas cōfirmandi poteſtas publica eſt, conueniens primò ratione Pontificatus ei, qui eſt Summus Pontifex, deinde ex Pontificis conceſſione Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Generalibus, & Prouincialibus, & alijs ſimilibus Prælatis Eccleſiæ; igitur Confirmator eſt perſona publica, & non niſi ratione publici officij habet, vt ſit iudex, ad quem pertineat, vel confirmare, vel caſſare electiones. Præterea cum in confirmatione, & caſſatione agatur de maximo iure, & intereſſe Eccleſiæ, genus quoddam ſpolij & iniuſtitiæ eſſet, ſi Eccleſia ex omnino priuato iudicio priuaretur electo ſibi per electionem iam deſponſato, & ſi electus priuaretur iure, quod habet ad electionem. Item cum Eccleſia habeat ius eligendi ſibi paſtorem, vel illum poſtulandi à Pontifice, vel à Prælatis ab eo ad hoc inſtitutis, non poteſt eſſe priuati officij electiones confirmare, & publicas & ſolemnes poſtulationes ac-

cepta-

Digitized by Google

ceptare. Amplius non niſi ad publicam Eccleſiæ, & Prælatorum eius iuriſdictionem ſpectat prouidere Eccleſiæ de Prælatis, & miniſtris, qui particulares regant Eccleſias, aut eis miniſtrent. At verò electiones confirmare eſt Eccleſijs prouidere, *cap. tranſmiſſam, & cap. qualiter de elect. Rot. dec. 537. par. 3. diuerſ. Achil. de Graſſ. cap. 3. de præbend. Pui. decis. 462. & 477. lib. 2. Rota dec. 530. nu. 15. par. 4. to. 3. recent.* Quamobrem Confirmator tanquam iudex ea ſubſtantialia, quæ ſunt de iure naturæ, & gentium ſeruare debet.

140 Propterea dicitur quartò non licere Cõfirmatori in confirmandis, vel caſſandis electionibus vti notitia incerta, & quomodocumque priuata, ſed ſemper teneri iudicare iuxta allegata, & probata. Explicatur concluſio, quæ ex terminis ipſis eſt manifeſta. Conceditur quod Confirmator non tenetur ad ſolemnitates iuris, & quòd in confirmando vel caſſando iuxta *Clem. Diſpendioſam*, de iudicijs poteſt ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, immò ſola rei veritate inſpecta iudicare. Quod eſt dicere, quòd in confirmando poteſt extraiudicialiter procedere omiſſis ſolemnitatibus iuris poſitiui etiam ſubſtantialibus. Tantùm enim poteſt iudex, qui habet facultatem iudicandi ſimpliciter, ſummariè, de plano, & ſine figura, & ſtrepitu iudicij ſola facti veritate inſpecta Vt ex *Alex. conſ. 3. in princ. vol. 3.* & pluribus alijs probat *Maranta p. 4. 5. & an Iudex ſit competens num. 8. Menoch. conſ. 180. num. 7. Brun. à Sole clauſ. 46. Barboſa clauſ. 173. num. 9. & 176. num. 11.* Et hoc eſt dicere, quòd Confirmator poteſt iudicare ſecundùm conſcientiam ſuam, abſque eo quòd ſit alligatus ad iudicialiter & ſecundùm iuris ordinem allegata & probata, ſed ſola facti veritate inſpecta. *Mart. clauſ. 368. num. 1. Guid. Papa dec. 23. Barboſa d. clauſ. 173. num. 4. & clauſ. 176 num. 3.* Immò non eſt neceſſe quòd proceſſum fabricet, & coram Notario teſtium depoſitiones ſumat, ſed ſufficit, quòd ſine ſcriptura per aliorum ſcripta, vel voces animum ſuum & conſcientiam informet. *Gonzalez. regul. de menſib. §. 7. proœm. num. 228. Salgado de protec. Reg. p. 2. c. 13. ex Panor. conſ. 41. num. 1. Barboſa l. 1. voto 4. num. 27.* Quod tamen intelligi debet quando Confirmator non procedit ad inſtantiam partis, ſed ex officio. Nam quando pars inſtat pro caſſatione, ſeu ſunt oppoſitiones contra electum, aut datur coelectus iudicialiter procedere dum eſt, & inſtitui debet proceſſus, & procedi ordine iuris ſeruato. *Mareſcot. lib. 1. var. cap. 52. num. 30. Sigiſm. dub. 44. num. 8 Barboſa l. 1. de iure Eccleſ. c. 19. num. 251. & lib. 1. voto 4. num. 25. Donatus p. 3. tr. 7. q. 5. num. 6.* Vbi, quod iudicialiter eſt procedendum etiam, vbi electus habet malam famam. Ideo ex comparitione oppoſitorum deduci fuiſſe iudicialiter proceſſum in cauſa deducit *Rota in Calaguritanis beneficij 19. Februarij 1649. coram D. Veroſpio, & 26. Ianuarij 1652. coram D. Melzo.* Quamuis quando etiam proceditur ad inſtantiam partis, licet iudicium ſit contentioſum, procedi poſſit ſine ſtrepitu, & figura iudicij, vt in confirmatione Abbatiſſarum *cap. indemnitatibus §. ſane de elec. in 6.* vel ſi iudex habet priuilegium vt ſine ſtrepitu, & figura iudicij procedat. Ex quo tamen ad inſtantiam partis procedit, non poteſt omnino ſine forma iudicij procedere, ſed parte inſtante debet illi, quæ iure petit concedere, etiam in modo procedendi.

141 Verùm iudex quicumque etiam habens facultatem iudicandi ſine ordine iudicij ſola facti veritate inſpecta, etiam ſi ſit Princeps omnino ſupremus, non poteſt iudicare ſine illo ordine iudicij, quem præcipit lex naturalis, & diuina, vt citati DD. aduertunt, & eſt per ſe manifeſtum. Modò inter alia quæ de iure naturæ ſunt omnino ſubſtantialia iudicio ſunt tria, ſcilicet, citatio, probationes, & defenſiones; vnde iſta tria ſeruanda ſunt etiam in iudicio, in quo Iudex ſine figura iudicij iudicat ſecundùm conſcientiam ſuam ſola facti veritate inſpecta. De citatione id habetur ex *Clement. paſtoralis de re iudic. & ex Socin. conſil. 12.* tradit *Maranta* vbi ſupra, quem ſequuntur *Card. Tuſcus lit. C. concl. 366. num. 2. Barboſa in Clem. ſæpe de verb. ſignific. num 6. & clauſ. 176. num. 19.* & alij plures, quos refert, & ſequitur *Ragg. dub. 60. nu. 1* Idem de probationibus habetur ex *Matt. cap. 18. quia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum;* quod in propoſito conſiderauit *Innoc. 3. in cap. nouit 13. de iudic. & docent Maranta* vbi ſupra *num. 10. Barboſa ad d. c. Clem. ſæpe, num. 12. & clauſ 176. num. 21.* De defenſionibus quoque idem habetur ex *Clem. ſæpe, de verbor. ſignific.* & probant *Card. Tuſcus lit. C. conc. 366. num. 5. Barboſa clauſ. 173. n. 24 & clauſ. 176. num 20.* Debet enim in his diſtingui ſubſtantia horum actuum, & ſolemnitas, quam habent ex iure poſitiuo. Iudex, qui in iudicando ab ordine iuris eſt abſolutus, non tenetur in citationibus, & probationibus, & defenſionibus ſeruare iuris ſolemnitates. Sed ea ſecundùm ſubſtantiam tenetur ſeruare; quia ſunt de iure naturali, & diuino: *Sigiſm. de elect. dub. 91.* Et ita quòd poteſt manu regia procedere, prout licitum erat tempore iuris gentium. *Maranta* vbi ſupra *num. 8.*

142 Iudicet ergo Confirmator ſecundùm conſcientiam, ſed inſtructam, & indefenſum non priuet iure ſuo. Sit verum, quòd non ſit adſtrictus ad examinandum teſtes cum iuramento, accipiat loco probationum etiam teſtimoniales fides, & ex quo iudicare poteſt ſola facti veritate inſpecta admittat probationes non concludentes, & perſuaſiuas iuxta doctrinam *Grat. dec. 68. num. 3.* quem ſequitur *Barboſa clauſ. 173. num. 15.* admittat etiam probationes leuiores, vt ex *Roland. conſ. 7. num. 36. & Menoch. de arbitr. l. 1. q. 24. & Mart. clauſ. 368. nu. 8. tradit ibid. Barboſa.* Admittat, inquam iudex probationes, etiam ſi ad formalitatem iuris poſitiui non perueniant dum tamen ſint tales vt conuincant, & certitudinem moralem inducant. Sed tamen probet, vt veritatem ſine probationibus abſconditam videat, & inſpiciat, & ſaltem moraliter certam habeat. Nam veritate non inſpecta nequit iuſtum iudicium iudicare; & vbi veritas non eſt per ſe ipſam nota & euidens, non niſi probationibus cognoſcitur.

143 Ex ijs probatur modò aſſertio poſita quantùm ad omnes partes. Et quidem primò, quòd non liceat Confirmatori procedere ad confirmationem, vel caſſationem electionis ex notitia & cauſa incerta, euidens eſt ex eo, quòd debet procedere facti veritate inſpecta, & propterea diligentiſſimè inquirere debet merita electionis, & electi vt habetur ex *cap. poſtquam 3. & cap. cum nobis 19. & c. venerabilem 34. & cap. nihil 44. de elect. & ibid.*

Gloſſ.

Digitized by Google

Gloſſ & alij DD. & cap.final.de tranſlat.& cap. fin: de elec.in 6.Clem.exiui de verbor.ſignificat. Hæc enim inquiſitio præcipitur, vt Confirmator veritatem inueniat, & de ea certus fiat. Et tamen ex ſuperiùs dictis aduertendum, quòd vbi agitur de idoneitate electi, ſufficit Confirmatori ad caſſandam electionem, ſi non appareat idoneus, dato tamen vel electo, vel petentibus confirmationem ſufficienti tempore ad eam probandam. Eccleſiæ enim ius requirentis miniſtrum idoneum præualet, & petit, vt non admittatur ille cuius incerta eſt habilitas. Verum ius petentium confirmationem hoc exigit, vt detur ſibi tempus probandi eandem idoneitatem. Ideo quod dictum eſt de iure naturæ eſſe, vt Confirmator non procedat ſine probationibus, dictum eſt, non quia ipſe debeat probare, ſed quia iuxta exigentiam negotij debet, vel probationes inquirere vt exhibendas ab illis, quibus onus probandi incumbit, ſiue ipſe ex officio teſtes probantes inquirere debeat, ſiue opponentibus, aut electo probandi munus incumbat, ita quòd Confirmator non niſi negotio diligenter diſcuſſo, & examinato ad confirmandum, vel caſſandum procedat. Sicut verò confirmare non debet electionem, ſi negotio diſcuſſo maneat dubius de habilitate electi, ita illam non debet caſſare, ſi ſit dubius de valore electionis, quia in dubio præſumitur pro valore actus. Sicut neque caſſare poteſt electionem aliàs validam ex cauſa dubia extrinſeca conducente ad bonum commune. Neque enim electus, aut eligentes priuandi ſunt iure certo, quod habent ad confirmationem, ex dubia neceſſitate boni communis, & in dubio potior eſt conditio poſſidentis ius certum. Quàmuis periculum mali probabiliter imminentis non ſit dubia neceſſitas boni communis, ſed valde certa. Sic ergo Confirmator non poteſt ad confirmationem aut caſſationem electionis procedere, ſi omnibus penſatis ſit dubius de iuſtitia caſſationis, vel etiam ſi ſit dubius idoneitatis electi, quam probare debet, qui petit confirmationem, vt ſupra numer. 87. probatum fuit, & qua in conuenienti tempore non probata, Confirmator debet caſſare electionem.

144 Secundò probatur, quòd Confirmator non poſſit ex quacumque notitia priuata caſſare electionem. Et quidem primò notitia Confirmatoris in hoc ſenſu debet eſſe non priuata, ſed publica, quia debet eſſe acquiſita ab eo, vt à iudice & à publica perſona, in ordine ad Confirmationem electionis, quæ eſt actus publicus, & ob publicum Eccleſiæ bonum promouendum. Secundò quia licet hæc notitia poſſit eſſe priuata, quia non deducta in proceſſu per Notarium publicum, tamen debet eſſe talis, vt ſi opus ſit, & ſuſcitetur contradictor, & oppoſitor, cauſa caſſationis poſſit deduci ad forum contentioſum, & publicari. Quod probatur; quia doctrina *D.Thomæ 2.2 q.67.a.2.docentis, quòd iudicare pertinet ad iudicem ſecundùm quod fungitur publica poteſtate; & ideo informari debet in iudicando non ſecundùm id, quod ipſe nouit tanquam priuata perſona, ſed ſecundùm id, quod ſibi innoteſcit, tanquam perſona publica*, non eſt fundata in iure poſitiuo, ſed in iure naturali, ex eo quòd iudicare ex natura rei eſt publicæ poteſtatis, & poteſtati debet correſpondere informatio, vt publicæ poteſtati conueniat informatio, quæ eſt ex poteſtate publica, & ex natura rei ordinatur ad publicum bonum Reipublicæ viſibilis. Nam aliàs ſi liceret iudicibus ex priuata & ſecreta notitia non deducibili ad forum publicum iudicare, eſſet repoſitum iudicium in voluntate iudicantium, qui ex quocumque iudicio ſibi bene viſo impune iudicarent; & nec poſſent iudicati ſe defendere; quo nihil irrationabilius poteſt excogitari. Ideo Deus ipſe, qui falli non poteſt, & qui ſecundùm ſuam poteſtatem iudicat, & cuius voluntas eſt regula infallibilis, nihilominùs homines non iudicauit, niſi ex notitia etiam hominibus publica, vt patet in *Cain, & Sodomitis*. Nam vt bene aduertit *Caiet.2.2. q.27. a.2.§.ratio ergo*, cum actus iudicantis ſit publicus, debet cauſas habere publicas, ſcilicet, perſonam, poteſtatem, ſcientiam, & voluntatem. Confirmator autem iudex eſt. Et licet non ſemper teneatur in iudicando ſeruare ordinem poſitiui iuris, ſed poſſit extraiudicialiter procedere ſola facti veritate inſpecta, cum tamen hoc non faciat, niſi vt perſona publica ex publica poteſtate, neceſſe eſt etiam vt publicè informetur, & non procedat ex notitia nedum priuata, ſed etiam ſecreta. Et ita hæc aſſertio probatur ex ſupracitatis Canonibus, & ſenſu communi DD. aſſerentium Confirmatorem teneri ſe informare & quidem diligentiſſimè de meritis cauſæ, hoc enim de informatione, quæ ſit ex poteſtate publica, & ad publicum confirmandi & caſſandi actum proportionata, & ex qua viſibiliter poſſit formari iudicium, vt Eccleſiæ apparere poſſit, an fuerit rationabile vel non, & Confirmator ex hoc ſit dignus vel laude, vel pœna contra irrationabiliter confirmantes à ſacris Canonibus impoſita. Expreſſe autem aſſertionem docuerunt *Partell. par.2.caſu 4.num.3. Lanor.variarum lucubrat. tit.4.de elect.cap.25.nu.59. Peyrinus in Formul.lit.C.cap.18. num.6.& 7. Donatus in praxi part.3.trac.7.q.9.*

145 Dices, in Ord. Prædicatorum Confirmationes, & caſſationes fieri per vota ſecreta Patrum diſcretorum de quorum conſilio Prouincialis agit, vt patet ex. *Cap. Gen. Barchinon.* 1574. *ord.21.& Rom.* 1580. *confir.22.* notat *Caſtell. cap.14.num.12.* Et iſti PP. à Conſilijs habent votum deciſiuum, vt fuit definitum in *cap.Rom.1629.* Vota verò ſecreta notitia ſecreta informantur; Poteſt igitur Confirmator ex notitia ſecreta deuenire ad confirmationem, vel caſſationem. Reſpondetur, quòd *Lanor.cap.25. num.63.* dubitat de iuſtitia huius modi procedendi, quia ſi electus repellatur, & appellet, quomodo ſubſtinebitur repulſa, ſi fuit facta per vota ſecreta? Sed dicitur, quòd diſtingui debet diſcuſſio negotij, & reſolutio vltima ſeu vltimum iudicium illius. Nam in dicto Ord. Prædicatorum Patres à conſilijs primò diſcutiunt voce publica negotium audientes oppoſitiones contra electionem, ſi quæ ſunt, & rationes ob quas electio eſt caſſanda, vel confirmanda expendentes, ſingulo eorum voce ſuum votum, & ſuas rationes proferente, vnde non niſi ex cauſa apud illos diſcuſſa & examinata decernitur caſſanda electio. Sed quod ſecreti ſit, eſt, quòd examinato negotio & Prouinciali proponente an electio ſit confirmanda, vel caſſanda, Patres per vota ſecreta ſuum iudicium proferunt, & quid ſit agendum decernunt. Non ergo in hoc Ordine confirmatio aut caſſatio ſit ex notitia ſecreta, ſed ſit ex

cauſa

Digitized by Google

cauſa per publicas ſcripturas aut teſtimonia publica in Patrum conſilio examinata, quòd ſi aliquis ex huiuſmodi Patribus à conſilijs ex cauſa ſibi ſoli nota, & non manifeſtabili in iudicio, ſi opus ſit, daret votum pro caſſatione electionis, iniuſtè ageret, & grauiter peccaret, quia in iudicio publico, & externo in quo non habet votum, niſi vt perſona publica, ageret vt perſona priuata. Sed nec verum eſt, quòd horum Patrum vota ſint deciſiua, nam ordinatio illa *cap. Rom. 1629.* loquitur de conſilio facto à Prioribus, quod Reuerendiſſimum Patrem Generalem præſentem Reuerendiſs. P. Fr. Io: Baptiſtam Marinum declaraſſe, reſcribentem Prouinciæ Peruanæ die 20. Iunij 1655. Et iterum anno 1660 conſtat. Et certè in materia confirmationis, cum tam de iure communi, quam ex iure Conſtit. dicti Ord. ipſa ſit abſolutè commiſſa Prouinciali, & Generali, ſi eis viſum fuerit, non eſt vnde dicatur, quod Capit. Generale voluerit reſtringere iuriſdictionem eorum, illoſque neceſſitate ad vota Patrum à conſilijs exequenda.

146 Dices vlteriùs, quòd in eodem Ordine Prouincialis electiones etiam vnanimes non poteſt cõfirmare, niſi electi ſint ſcientia & moribus ſufficiẽter præditi, & niſi præſumat, quòd correctioni, & honeſtati, & reformationi dabunt operam efficacem; Prouincialis igitur ex ſola animi ſui præſumptione ideoque ex ſola & ſecreta animi ſui notitia, & cauſa ſibi bene viſa poteſt electiones caſſare. Reſpondetur, quòd illud ſtatutum non eſt proprium dicti ordinis, ſed eſt iuris communis, immò eſt iuris naturalis, & diuini, quia non eſt aptus regimini Regularis is, cuius non ſit ſpes, quòd poterit diſrumpere iniquitatem, & quòd incumbet correctioni diſcolorum, & reformationi Ordinis. Vnde peccare mortaliter Prouincialem confirmando electionem eius, quem ſcit eſſe negligentem, & remiſſum in obedientia, & obſeruantia regulari, etiam ſi nullum alium patiatur defectum ex *Regula in promptuario v. correctio num. 13. tradit Peyr. in Formul. lit. C. cap. 18. num. 6. in fine.* Sed tamen non per hoc affirmatur, quod Prouincialis ex quauis præſumptione poſſit caſſare electiones, ſed præſumptio debet eſſe rationabilis, & proportionata gubernio Eccleſiæ viſibilis, ideoque debet inniti rationi, quæ ſi opus ſit, poſſit ab Eccleſia ſciri, & examinari, & diſcuti. Neque Prouinciales ſunt ſummi Pontifices, qui nulli homini rationem factorum ſuorum reddere teneantur, ſed ſunt ſubditi nedum Pontifici, ſed Generalibus, & ſunt homines ſicut alij ducibiles interdum non ex ratione, ſed ex prauis affectionibus, & factionibus, vnde ſic operari debent, vt rationem factorum ſuorum reddere valeant.

147 Dices iterum, quòd Prouinciales in caſſandis electionibus non tenentur reddere cauſam, ſed poſſunt dicere, quòd ex cauſis ſibi bene viſis illas caſſant, quia & illis conceſſum eſt illas confirmare, ſi illis bene viſum fuerit, & prout ipſi in Domino viderint expedire; non tenentur igitur reddere cauſam ſui facti, & ſic ex ratione, ab illis priuatè cognita moueri poſſunt, vt electiones caſſent. Quod confirmatur ex eo, quòd electionum confirmationes commiſſæ ſunt illorum conſcientiæ. At verò vbi aliquid remittitur conſcientiæ ſuperioris, ſufficit quòd ratio ex qua ille mouetur ſoli ipſi concludat, vt ex *Franc. in cap. ſtatutum de reſcript. in 6. n. 6.* probat *Sanchez l. 3. de Mat. diſp. 8. num. 4. & Gloſſ. ibid. in v. relinquatur* concludit, quod vbi aliquid relinquitur conſcientiæ iudicis; ergo ſolus Deus hoc, & nullus alius iudex, vel cognitor. Et propterea idem *Franc. ibid.* ait, quòd vbi aliquid relinquitur conſcientiæ alicuius, non poteſt moueri quæſtio, quod malè egerit. Quamobrem cum confirmatio electionum ſit commiſſa prudentiæ, & conſcientiæ Prouincialium, illorum dicto fides eſt adhibenda. *Maſcard. de probat. concl. 4 t. 4.* quem ſequitur *Barboſa lib. 1. voto 4. num. 36.*

148 Reſpondetur quòd non eſt proprium Ordinis Prædicatorum, quod Superiores confirment electiones, ſi eis viſum fuerit expedire. Nam & hoc expreſsè conceſſum legitur Generali Ord. Minorum in *Clem. Exiui, de verbor. ſignific. §. Demum,* ibi *confirmetur, vel etiam infirmetur, prout ei ſecundùm Deum viſum fuerit expedire.* Quod licet pro Ordine Minorum fuerit ſtatutum, tamen omnibus Regularium Superioribus competere probat *Barboſa loco citato num. 35.* Tum quia decretum illud inſertum eſt in corpore iuris, & eius ratio generalis comprehendit omnium Ordinum electiones, & Superiores. Tum quia quando Princeps vni Præſidi reſcribit, omnibus reſcripſiſſe cenſetur. *Bartol. in l. relegator. §. interdicere, ff. de interd. & releg. Iaſon. in l. 1. ff. de conſtit.* Tum quia cum illa deciſio contineat priuilegium, competit ex vi communicationis priuilegiorum alijs Regularibus priuilegio communicationis patientibus. Sed iam ſupra probatum eſt, quod clauſula *ſi videbitur*, importat arbitrium boni viri regulandum ſecundùm leges, & rationem rectam. Vnde non poſſe Superiorem electiones caſſare, niſi ex cauſa rationabili, & per iudicium ſecundùm leges regulatum, eſt res euidentior, quam indigeat probari, & expreſsè in dicto Ordine Prædicatorum eſt cautum. *d. ſt. 2. c. 2 §. 3. in Gloſſ. lit. L. verſ. item declaramus.* Quod verò hæc ratio debeat eſſe viſibilis & talis, quæ deduci poſſit ad forum publicum, etiam iudiciale, ſi opus ſit, iterum probatur. Quia in confirmatione, & caſſatione electionum agitur de maximo intereſſe, nedum eligentium, & electorum, ſed Religionum & Eccleſiæ; ſi verò Confirmatores cum extraiudicialiter procedunt, non tenerentur reddere rationem, quare cõfirmauerint, vel caſſauerint daretur in Eccleſia res ſummæ, vel vtilitatis, vel præiudicij, quæ nedum vel à Gener. Ord. vel à Capitulis Generalibus, ſed nec à Summo Pontifice eſſet dirigibilis ſecundùm boni communis exigentiam, & eſſet explanata latiſſima via paſſionibus, & priuatis & carnalibus affectibus Prouincialium, qui homines ſunt, ſicut alij, ad fouendas partitas, & factiones impunè, & ad ſuos ſiue dignos, ſiue non dignos promouendos, & non ſuos etiam digniſſimos deprimendos, & cum infinito præiudicio Religionũ, & Eccleſiæ triũphare poſſet carnalitas affectionum, & Superiores, immò & Pontifex vellet, nollet cogerentur huiuſmodi damna videre, & patienter ſuſtinere, nam electionum confirmatio & caſſatio remiſſa conſcientiæ Prouincialium & arbitrio eſſet talis, vt Prouinciales nulli tenerentur reddere rationem ſui facti, & illis dicentibus ſe ex cauſa rationabili caſſaſſe, vel confirmaſſe electiones, ſuper hoc non poſſet contra illos moueri quæſtio, & Religiones, & Eccleſia viderentur indi-

gnos

Digitized by Google

gnos gubernare, & dignos à regimine excluſos lachrymantibus oculis tenerentur videre ruinam propriam, nec illi poſſent remedium ferre. Quod inconuenientiſſimum eſt & abſurdiſſimum, ſi vel in cogitationem alicuius vnquam aſcendit.

149 Ad obiectionem igitur dicitur, quòd licet Prouincialis in decreto caſſationis electionis non teneatur exprimere cauſam, qua motus fuit ad caſſandam electionem, quia iudex regulariter non tenetur in ſententia exprimere cauſam, vt notatur in *cap. ſicut, de re indic. & l. properandum, §. illo, C. de iudic. & per Bald. in l. ſi quis, ff. de pet. hæred.* Vnde Prouincialis poteſt dicere, ſe ex cauſis ſibi benè viſis caſſare electionem de conſilio diſcretorum. Tamen aliud eſt, quod non teneatur reddere cauſam ſui facti ipſis ſubditis, aliud eſt, quod non tenentur eam reddere, ſi opus fuerit ſuis ſuperioribus, & quod Prouinciales in terra ſint Dij non in iudicium vocandi, & contra quos non poſſit eſſe querela. Hoc ſecundum eſt falſiſſimum, & illud aſſerere eſt abſurdiſſimum. Et ad iura allegata dicitur, quod quidquid ſit de illa quæſtione in communi, an quando aliquid eſt commiſſum conſcientiæ alicuius, eius dicto ſic ſtandum, & illi ſit credendum, & non poſſit contra illum dari querela, de qua quæſtione videri poſſunt DD. quos citat *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp.* 10. *a num.* 12. tamen vbi agitur de re præiudiciali tertio, & bono communitatis, ideoque de re ſummè indigente directione, & regula Superiorum, ſeu dum ſumus in materia iuſtitiæ, & iuris naturalis, & diuini, præcipientis, quod nulli inferatur iniuſtum damnum, & nullus damnetur ſine culpa, dicitur, & quod contra factũ ab eo, quod agit ſecundum arbitrium boni viri, ſeu ſecundùm conſcientiam poteſt haberi recurſus, & quod non eſt neceſſitas credendi, quod illud ſit factum ex conſcientia recta, & ex rationabili arbitrio, & quod Superioris officium eſt emendare, quod malè geſtum eſt ab inferiori iuxta *Gloſſam inſignem in Clem.* 1. *de iure patron. ver. oneramus*, quam ſequuntur *Anton. de Butr. cap. ſuper his de accuſ. num.* 34. & ibi *Abb. num.* 16. Vnde certiſſimum eſt, quod Prouinciales ſolùm ex cauſa rationabili deducibili, ſi opus ſit, ad forum externum poſſunt caſſare electiones.

150 Verùm cum electiones ex triplici genere cauſæ caſſari poſſint, ſcilicet ex defectu electionis, ex defectu electi, & ex cauſa extrinſeca ſpectante ad bonum publicum, etiam nullo præſuppoſito defectu, vel in electione, vel in electo, videndum eſt qualiter & quando nedum ſit neceſſaria cauſa rationabilis caſſandi, ſed debeat vlteriùs interuenire citatio, etiam ſi iudex extraiudicialiter procedat. Dicitur autem primò, quòd vbi ex defectu electionis caſſanda eſt electio, nullus eſt citandus, quando iudex extraiudicialiter procedit, & nullus eſt opponens, vel contradicens, aut coelectus. Nam electores, immo & electus ſunt à iure citati, debent enim ad Confirmatorem tranſmittere decretum electionis totũ electionis proceſſum continens, vt probatum eſt ſupra cap. 21. Quo ſtante regulariter loquendo nulla alia eſt neceſſaria citatio, ſed Confirmatoris eſt ex tranſmiſſis iudicare, an electio ſubſiſtat, vel non.

151 Sed ſi caſſanda ſit electio ex defectu electi, conſiderandum eſt, quod hæc caſſatio nedum priuat electum Prælatura ad quam habet ius ex vi electionis, ſed vlterius reddit eum omnino ineligibilem nedum ad eam, ſed ad aliam quamcumque Eccleſiam, *cap. ſuper eo, de elect. & Panorm. ibi numer* 27. vt etiam probatum eſt ſupra cap. 25. condit. 14. à num. 631. Quod eſt maximum præiudiciũ, & damnum, quod illi infertur, cum remaneat infamis infamia facti, & inhabilis ad Prælaturas de quo præiudicio eſt textus expreſſus in *cap. teſtimonium, de teſtibus, vbi Gloſſ. v. opinio, Panorm. nu.* 13. *Butr. num.* 18. & quod præiudicium adſit, vbi electus ex ſui defectu reijcitur à confirmatione probant. *Mirand. par. 2. q. 22. art.* 11. *Caſtell. cap.* 14 *nu.* 56. *& cap. 5. num.* 35 *Tambur. tom. 1. diſp. 5. q. 21. ar.* 4 *Peyr. in ſubd. q. 1. cap. 31. §. 8. Barboſa lib. 2. voto* 35. *num.* 22. *Gabriel Martinez* apud *Barboſam voto* 36. *num.* 15. Vbi ex *l. Iulianus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Crauet. conſ.* 168. *num.* 2. *Soccin. iun. conſ* 117. *num.* 24. *lib. 3. Grammat. deciſ. 2. num.* 11. *Alciat. reſponſ.* 306. *fin.* probat quod hæc ſit materia maximi præiudicij, vt ex *Bobadil. in Polit lib. 1. cap. 16. num.* 6. Hoc autem ſuppoſito intrat quæſtio, an vbi agitur de electo excludendo à confirmatione, nedum cum adeſt oppoſitor, & proceditur ordine iuris ſeruato, ſed etiam, cum Superior ex officio procedit, electus debeat citari, & audiri, vt ſe defendat, & purget, vel hæc citatio non ſit neceſſaria, ſed ſufficiat quod Confirmator ſecundùm conſcientiam ſuam iudicet illum indignum, vt electio eius confirmetur. Nam non eſſe neceſſariam hanc citationem videtur velle *Barboſa lib. 1. voto 4. num.* 36. Et poteſt probari primò. Nam quæ citatio eſt neceſſaria, vbi rei diſcuſſio eſt commiſſa arbitrio & conſcientiæ iudicantis, vt decernat, quidquid ſecundùm Deum iudicabit expedire? Præterea ſecundò probatur. Nam aliàs confirmationes, & caſſationes in immenſum differri deberent, donec electus citatus adeſſet, & inſtructo proceſſu videretur, an eſſet dignus, vel indignus, & immo vbi electus non eſt præſens, ſed diſtat valde, vt in Regularibus, vbi in Europa ageretur de electo exiſtente in Aſia, vel Aphrica, vel in Indis, eſſet impoſſibile expedire negotium confirmationis infra tempus determinatum ad officium, vt v. g. in Ordin. Prædicatorum infra quadriennium per quod durat Prouincialatus. Nam tres anni circiter currunt à die electionis ad diem, in quo literæ confirmationis ſtatim obtentæ ſine lite perueniant ad Prouincias Indiarum. Quod ſi confirmatio differri deberet, donec citaretur electus, iam ex Indijs non peruenirent in Europam eius reſpõſiones, cum præterijſſet quadriennium Prouincialatus, antequam negotium eſſet diſcuſſum & examinatum. Et tamen ambages, dilationes, & circuitus euitari debent in materia confirmationis, vt eſt textus in *Clem. Auditor de reſcrip.* cum publicè intereſt confirmationes electionum, quam citiùs expediri, ne Eccleſiæ diu maneant orbatæ ſuis Paſtoribus. *cap. oblata, §. Superior, de appellat.* Tertiò quia electus cenſetur citatus, ex quo decretum electionis tranſmittitur examinandum ſuperiori, vt ab eo confirmetur, electio ſi ei videbitur: ideò debet ipſe tranſmittere ſimul cum decreto, quæ ad ſui cauſam faciunt: citatus verò à iure non eſt ampliùs citandus.

152 Verum in oppoſitum, quod ſcilicet electus ſit citandus, & audiendus vbi agitur de caſſan-

Digitized by Google

ſanda electione ex eius defectu, tradunt *Rodriq.p.2.q.52.a.12.ad primum, Portell.par.2. caſu 4. num.3. & 4* et *tertium eſt. Ragg. par.1.dub.23.num.4. Donat. par.3.tract.7.q.9.nu.10.Peyr. in Formul. lit.C. c.18.num.7. in fin. Gabriel Martinez*, apud *Barboſam lib.2. voto 36. num.9.* idem *Barboſa ibid. voto 35. num.15. & 22.Valenzuela conſ.44.num,6.tom.1. Salgado de protect.Reg.par.2. cap.13. nu.54.Mirand. tom.2.q.23.num.22.ver. vnde non ſatis*, & à fortiori *Sigiſm.dub.91.* probans ex profeſſo, non citatum, & indefenſum non poſſe priuari paſſium voce. Idem autem ſentiunt, qui conſulunt, vt vbi aliquid inſurgit contra electum, Confirmator trahat electũ ad partem, & de his, quæ impediunt maneat, eiq; ſuadeat, vt renunciet *cap.dudum el 2. de elect. in fin. & cap.per tuas,de ſimon.* aliàs verò vt illum non infamet ſecundum allegata, & probata contra illum procedat. Et hi ſunt *Sylu. v confirmatio humana, q.6.num.5.* & apud eum *Hoſtien.Lauor.tit.4.de elect. cap.25.num.59.* Probatur autem hoc primò ex *c.1. de cauſ.poſſeſſ.* vbi S. Greg. dixit. *Nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus definire*, vnde cũ agitur de alicuius graui præiudicio, non poteſt contra illum non citatum, & non auditum aliqua ſententia proferri. *Menoch.conſ.96.num.15. Valenz. conſ.544. num.3. lib.1. Gabriel Martinez vbi ſupra num.10.* Cum igitur vbi caſſetur electio ex defectu electi, electus nedum priuetur Prælatura, ad quam habet ius ex electione, ſed reddatur ad eam & alias ineligibilis, *cap.ſuper eo, de elect.* Non poteſt electi & non citati, & non auditi caſſari electio, ſed electus debet audiri, & aliter facta caſſatio eſt nulla ex defectu citationis, & naturalis defenſionis, *l.1. §.item cum edicto, ff.qua ſentent.appell.& l.vnoquoq; ff. de iud.Burat.deciſ.71.num.1. Vant.de null. ex defect.cit.num.2.& ſeq.Gabriel Martinez vbi ſupra nu.12.* Quæ eſt nullitas inſanabilis, & indiſpenſabilis per Principem ſupremum. *Gregor.dec.416.num.2.Vant. vbi ſupra num.9.Gabriel Martinez num.13.* Nec obſtat, quod Superior procedat extraiudicialiter, ſeu ſine figura iudicij, quia vt bene aduertit *Rodriquez d.par.2.q.52.art.12. ad primum*, etiam cum iudex hoc modo extraiudicialiter procedit, ſine ſtrepitu & figura iudicij, licet tunc non teneatur ſeruare ſolemnitates iuris poſitiui in citando, & audiendo reum, tamen citare debet, quia citatio iſta, & defenſio eſt neceſſaria de iure naturali, & à neceſſarijs de iure naturali non liberat priuilegium procedendi ſine figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta, vt ſupra probatum eſt.

153 Addendum verò eſt, quòd nunquam ex vitio electi caſſanda eſt electio non præmiſſa citatione niſi defectus, vel vitium plenè probatũ ſit, & notorium; & tamen difficilè eſt delictum plenè eſſe probatum niſi reo citato, & audito, & conſtito nihil adduci poſſe, quod delictum & dolum tollat. Non quidem poteſt ex vitio electi caſſari electio niſi vitium ſit probatum. Etenim modus procedendi extraiudicialiter, ſeu ſine ſtrepitu, & figura iudicij non excludit neceſſitatem plenæ probationis, vt dictum eſt ſupra. Nam de iure naturæ eſt, vt non imponatur pœna contra aliquem niſi, vel confeſſum, vel conuictum, & ideò ad damnandum aliquem non confeſſum plenæ probationes, & conuincentes ſunt neceſſariæ. Et licet vbi non agitur de priuatione iuris quæſiti, ſed quærendi leuiores probationes ſufficiant, vt dictum eſt ſupra cap.33 quæſt. num. tamen eſt iſtæ debent eſſe tales vt conuincant animum iudicantis, *Seraph.deciſ.1029. num.2.Gregor.XV. deciſ.516. num.2.* & apud eum *Rota in pluribus deciſ.cumulatis in vna Hiſpalen.prætenſa ſimonia 7. Februarij 1696. coram Card. Blanchetto. Caputaquen. deciſ.102.num.2. par.1. Sigiſm. dub.91.Samuel.tract.2. diſput.7. controu.6.numer 8.* Vnde quòd non poſſit electio caſſari ex delicto electi niſi vitium ſit plenè probatum, docuerunt *Caſtellin.cap.4.num.30.Lauor.cap.19. de elect.num.121. Borboſa dict. voto 35. num.15.Portell. par.2. caſu 4. num.2.*

155 Verum quidem eſt, quòd hoc diuerſimodè intelligendum eſt eſſe neceſſarium, vbi Confirmator procedit ad inſtantiam partis, ſeu iudicialiter, & vbi procedit ex officio extraiudicialiter. Nam vbi procedit ad inſtantiam partis opponentis, cum ad illam pertineat probare obiecta per ipſam contra electum; non poteſt, nec debet Confirmator ad inſtantiam partis caſſare electionem ex vitio electi, niſi vitium ſit plenè probatum per opponentem. Immo vt præcipit Gregor.X. in *cap.ſi forte 11. de elect.in 6.* cum multa opponuntur contra electionem & electum, iudicium inchoandum eſt ab examine oppoſitionum contra electum, & ſi opponens in probatione defecerit, priuatur iure proſequendi electionis cauſam, vt cap. 32. explicatum eſt. Vbi verò Confirmator procedit ex officio, cum ad ipſum non incumbat onus probandi, quæ contra electum audiuit, & illi obijcit, ſed ad electum excludendum ſufficiat incertitudo de eius habilitate, ſatis vitium electi eſt probatum in tali iudicio, ſi electus non ſe purget, & propriam habilitatem non probet, ſed remaneat eius habilitas dubia, & incerta. Quæ tamen incertitudo non cenſetur probata, & manifeſta, niſi electo citato, & audito, ipſe infamiam non purgauerit, & obiecta non deleuerit.

156 Limitatur vero aſſertio, vt vera ſit ſolùm, cũ à Confirmatore exprimitur electionem caſſari ex defectu electi, non verò ſi electio dicatur caſſari ex cauſis bene viſis Confirmatori, licet in rei veritate ex defectu electi caſſetur. Hanc limitationem innuit *Barboſa lib.1.voto 4.num.39.* vbi ait, quod is, cuius electio ſuit caſſata, credere non debet, eam fuiſſe caſſatam ad ſui iniuriam, ſed ob bonum cõmune Religionis. Ex hoc enim reddi poteſt ratio limitationis. Quia ex quo electio dicitur caſſata ex cauſis bene viſis iudici, nec ſequitur infamia in electo, nec eius inhabilitas ad alias electiones, quia non poteſt, nec debet præſumi, quòd electio fuerit caſſata ex defectu electi. Nam in dubio præſumi debet electionem caſſatam ſuiſſe vitio formæ, aut etiam ex aliqua alia cauſa, non verò ex vitio perſonæ, vt habetur ex *Panorm. cap. ſuper eo de elect. num. vlt.* Et ad hoc facit, quod ait *Barboſa par. 2. voto 35.num.13.* ſcilicet, quod ſi Confirmator vſus cautela ſimpliciter, generaliter, & abſolutè confirmationem deneget, non expreſſa cauſa, ob quam denegauit, taliter, quòd æqualiter præſumi poteſt denegatam fuiſſe confirmationem ob aliquod vitium electionis, vel electi, tunc Confirmator electoribus, & electio cauſam, ſeu excuſationem vllam reddere non tenetur, rationem redditurus ſuo Superiori tantùm, id requirendi. Ex hoc enim etiam

Digitized by Google

dici poteſt, quod in ſimili caſu, non ſit neceſſaria citatio electi, quia ſpecialis citatio electi non eſt neceſſaria vbi extraiudicialiter caſſatur electio ex vitio electionis, vel ex neceſſitate boni communis; Vbi verò electio caſſatur ſimpliciter, præſumi debet eam caſſari, vel vitio actionis, vel ex neceſſitate boni communis. Ad quos facit dictum *Bannes 2.2. q.67. art.2. ad ſecundum*, dicentis, eſſe temerarium iudicium iudicare, quòd electio caſſetur ex vitio electi, cum illam contingat caſsari ex pluribus cauſis. Et ita in hoc ſenſu intelligi debet eiuſdem *Bannes* reſolutio dicentis, poſse Superiorem prout iudicauerit expedire ad bonum cõmune ex notitia priuata caſsare electionẽ, vt ſcilicet ſit verũ, quando in ambiguo manet cauſa caſsationis, vt tũ explicat *Gabriel Martinez vbi ſupra num.22.* Et confirmari hoc poteſt; quia vbi ex cauſa boni communis ſine dilatione iudicandum ſit de valore electionis, vel alias non expediat propalare defectum occulti, & illud in iudicium deducere, & electum citare, tunc bonum erit electionem caſsare, ne promoueatur indignus, & alias electum non infamare, nec illi aliud præiudicium inferre, ſed cauſam caſsationis occultare, & electionem caſsare, vel ſimpliciter nulla cauſa reddita, vel reddita cauſa in generali, ſcilicet iuſtis de cauſis &c.

157 Verum vt admitti poſſit hæc limitatio plura conſideranda ſunt. Et quidem primò attendi debet, quod nequit habere locum in electo habente ius ad confirmationem & Prælaturam. Nam in caſu dictæ limitationis, licet tolleretur præiudicium infamiæ & inhabilitatis, remanet præiudicium negatæ confirmationis, & Prælaturæ debitæ electo, taliter, vt ab ea non poſſit tolli ſalua iuſtitia, niſi aliquid ſit, quod electum impediat, *cap. poſtquam 3. de elect.* Hoc verò impedimentum probari debet electo citato, vt ſe defendat, & impedimento non impediri oſtendere valeat, vt ſupracitati DD. docent.

158 Secundò difficile eſt, vt ex ſola vtilitate non differendi prouiſionem Prælaturæ ſumatur cauſa rationabilis caſſandi electionem ex defectu electi, eo defectu non plenè probato, vel electo non citato, & non audito. Nam primò in caſu in quo electio redit ad electores, ſæpiùs faciliùs erit & expeditiùs probare quantum ſufficit defectum, & dare electo, terminum breuem ad ſe defendendum, quam expectare, vt per tempus à iure ſtatutum iterum electores conueniant, & eligant nouum Prælatum, quod certè non caret periculo grauis damni Eccleſiæ viduatæ, & diſſenſionum inter electores. Secundò nam ob hanc cauſam iura non limitarunt Confirmatori tempus intra quod electionem confirmare, vel caſſare teneatur, vt poſſit, prout iura requirunt, habere tempus ſe informandi de meritis electionis, & electi. *Panorm. in cap. poſtquam de elec. in fine. Lauorius cap. 25. num. 43. Tambur. de iure Abb. diſp. 6. q. 3. nu. 4.* Et cum ad eligendum aut conferendum tempus aſſignatum de iure communi ſit trium vel etiam ſex menſium, vt patet ex dictis ſupra *cap.* 13. colligitur quòd mora trium, vel etiam ſex menſium non eſt excedens, & quòd ſatis eſt, ſi intra tantum tempus confirmetur electio; At verò infra ſex, vel etiam tres menſes, vel etiam vnum menſem poteſt Confirmator citato reo, prout iuris eſt, ſe informare de merito, vel demeritò illius. Quòd ſi ob electi diſtantiam infra tam breue tempus non poſſit hæc informatio perfici, non deſunt alia remedia, vnde prouideatur Eccleſijs viduatis. In Ordine Prædicatorum Eccleſiæ valde diſtantes viduatæ non remanent, quia electi in Prouinciales adminiſtrant ſtatim ac ſunt electi, vel vt Prouinciales in Indijs, vel vt Vicarij Prouinciarum vt in Hiſpaniarum Regnis & in Polonia, Teutonia, Bohemia, Germania inferioris, electi verò in Priores non tantùm diſtant à Prouinciali, vt in breui tempore non poſſit idem Prouincialis verificare electis citatis, quæ contra illos obijciuntur; Vnde ex hoc non eſt neceſſe, vt eis non citatis electiones caſſet.

159 Tertiò difficile etiam eſt, vt præiudicium infamiæ, & inhabilitatis, quod imminet electis ſi eorum electiones caſſentur ex hoc tollatur, quòd Confirmator non expreſſo, quòd electiones caſſentur ex defectu electorum eas, vel caſſet ſimpliciter, vel cum clauſula *ex cauſis nobis bene viſis.* Tum quia ſi contra ſolum electum factæ ſunt oppoſitiones, nõ verò contra electionem, ſi electio caſſetur cenſetur caſſata ex defectu electi, etiam ſi hoc non exprimatur, vt habet *Panorm. in cap. ſuper eo 12. num. fin. de elect.* Secundò negotium caſſationum non ita ſecretò fit, vt exteriùs eius notitia non diuulgetur, vel ab aliquo ex Conſiliarijs, vel Miniſtris Confirmatoris, vel Confirmatore ipſo, & eò magis ſi huiuſmodi negotium conſueuit per aliquem ſecretarium tale quale eſt in aliquo libro regiſtrari: Cum huiuſmodi libri ſint publici, & inter manus plurium verſentur, & ex illis partitæ extrahi poſſint etiam authenticæ. Et eò magis; quòd cum conſtet electiones non poſſe caſſari, niſi ex cauſa rationabili & non ſit præſumendum Confirmatorem ſine cauſa, ideoque iniuſtè, de conſilio diſcretorum electionem caſſaſſe. Quoniam aliàs non eſt tam facile, vt electiones ex ſola extrinſeca neceſſitate boni communis caſſentur, aliàs verò facillimè conſtet electionem quæ ex parte formæ eſt valida, validam eſſe; quia immò hoc poteſt eſſe euidens electoribus; ferè ſemper, & regulariter per conſequentiam deducitur electionem fuiſſe caſſatam ex defectu electi, quando verè ex hoc ſolo defectu caſſatur, quia conſtabit alia ex cauſa non fuiſſe caſſatam. Nec obſtat, ſi dicatur huiuſmodi notitiam non eſſe iuridicam, ſed extraiudicialem, vel etiam non eſſe certam; Quia non leue præiudicium honoris eſt, quòd probabiliter ſuſpicetur electum ex proprio demerito fuiſſe reiectum, & quòd de hoc creſcat fama: nam ad infamiam facti ſufficit, quòd ex probabilibus ſuſpicionibus, vel coniecturis ortum habuerit, vt probatum eſt *cap. 25. cond. 12. q. 45.* Quãmobrem valde facile eſt, vt licet in decreto aut literis caſſationis nulla exprimatur cauſa, tamen electus remaneat diffamatus, & ita vt hæc infamia illi obijci poſſit, & ex ea poſſit impediri ne iterum eligatur. Immò ſi ex vi legis, aut conſuetudinis electus cuius electio eſt caſſata ſimpliciter, vel iuſtis ex cauſis, non poteſt reeligi tunc in eodem Conuentu, hoc certè non eſt leue, ſed graue præiudicium. Et eò magis, quòd, vt dictum eſt, raro euenit, vt electiones validæ ex parte electionis, & electi caſſentur, cum nec poſſint caſſari niſi ex rationabili cauſa extrinſeca, quæ de raro euenit, & tunc melius eſt, vt exprimatur, quòd electio non caſſatur ex vitio electi.

160 Nec obſtat, ſi dicatur ſufficere vt tempore caſsa-

Digitized by Google

caſſationis non appareat electionem caſſari ex vitio electi, licet poſt aliquod tempus id manifeſtetur. Tum quia & facillimum eſt, quòd hæc manifeſtatio fiat tempore caſſationis. Tum quia maximum præiudicium etiam eſt, ſi fiat poſt multum tempus, & proinde cenſeri debet, ac ſi tempore electionis facta fuiſſet, *Ad l. ſed Iulianus §. proinde* ibi. *Intelligendumque eſſe ab initio ſic accepiſſe. ff. ad ſenat. Conſult. Maced. & l. quadam* ibi. *Sed ex poſt facto retrotrahitur, & apparet, quod actum eſt. ff. de reb. dub.* Per poſterius enim factum declaratur, quod antea actum eſt. Et in ſpecie de reprobatione electi ex poſt facto detecta, quod annullet caſſationem electionis ſine cauſæ cognitione factam ex *Rodriq. & Portell. probat Gabriel Martinez apud Barboſam l. 2. voto 36. num. 50.*

161 Quamobrem apparet, quòd iſte modus caſſandi electiones ex defectu electi non citato electo, etiam ſi occultetur caſſationis cauſa ſpeciem boni non habet, & parum congruit Religioſis, quorum munus eſt ab æmulationibus & carnalibus affectionibus abſtinere, Chriſtianæ charitati incumbere, & proximorum honori, & ſaluti proſpicere. Ideo bonum eſt via regia incedere, & non auditum non damnare. Et eò magis, quòd experientia demonſtrat, ſæpiſſimè oppoſitiones ad vocem eius contra quem diriguntur veritatis luce ſplendente euaneſcere, & multoties expertus ſum eas, quò grauiores erant, eò falſiores inuentas fuiſſe.

162 Nihilominùs talis poteſt eſſe neceſſitas boni communis, vt nec expediat oppoſitiones examinare, nec electum confirmare. In quo caſu ſi electus non habeat ius ad electionem, & alias verè, & ſufficienter conſulatur honori electi, vt non infametur, nec reddatur ineligibilis, poterit electio eius caſſari, quia tunc nullum ipſe patitur damnum, cum ad electionem ius non habeat, & honori eius ſufficienter ſit conſultum. In quo conſiderandum eſt, quòd illud dictum *Bannes 2. 2. q. 67. a. 2.* ad ſecundum, ſcilicet, quòd cum multis vijs procedi poſſit ad caſſationem electionis, iudicium temerarium eſt, iudicare quòd electio caſſetur ob culpam electi, ſæpiſſimè fallit, quia ex circumſtantijs & accidentibus ſæpiſſimè ſine temeritate, & cum maxima probabilitate, immò certitudine ſcitur electionem caſſari ex defectu electi, licet in decreto caſſationis hoc non exprimatur.

163 Tandem dicitur, quòd licet ex boni communis exigentia poſſit caſſari electio aliàs valida etiam electo minimè citato, tamen Confirmator tenetur conſulere honori electi. Certè Pontifex *cap. conſiderauimus de elect.* vbi caſſatis duabus electionibus, voluit nullum ex electis reeligi in ea Eccleſia, expreſsè protexit electorum famam, ibi. *Ita quòd vtrique prædictorum fama ſua non minùs integrè conſeruetur.* Ideo via tuta, & ſecura eſt, vt in his caſibus Confirmator expreſsè conſulat famæ electi cuius electio non ex eius culpa caſſatur. Nam tunc caſſare ſimpliciter electionem periculoſum eſt. Et hic habet locum doctrina *Franchi in capit. ſi condemnationem, de election. in 6.* quia nimirum licet iudex regulariter in ſententia non teneatur exprimere cauſam, tamen hæc debet exprimi, quando ipſa ſententia poteſt referri ad plures cauſas diuerſos effectus producentes, vel quando poſſit ex alijs cauſis ipſis partibus, præiudicari, vt etiam ibi aduertit *Gloſſ.* Nam & ſi verum ſit id, quod ibid. ex *Gloſſ. Anchar. & Gemin.* aduertit idem *Francus*, ſcilicet, quòd ſi in ſententia nulla exprimitur cauſa, & poteſt interpretari, vt ſit lata ex pluribus cauſis, tunc debet interpretari, vt ſit lata ex illa cauſa, quæ minùs præiudicat parti. Nihilominus ſæpiſſimè circumſtantiæ manifeſtæ ſunt tales, ex quibus bene colligi poteſt, electiones caſſari ex culpa electi, cui non debet ferri præiudicium, niſi defectu eius probato & eo audito, & citato. Quamuis notoriè & ſatis eius defectus ſit probatus, ſi auditus non ſe purgat, ſed remanet apud viros graues diffamatus, et eius habilitas manet incerta, & dubia.

164 Modò ad obiecta facta nu. 156. reſpondetur. Primum enim non concludit, quia ex ſæpe dictis confirmatio electionis non eſt donata libertati ſuperioris, ſed eius arbitrio rationabili, & ad leges formato: quæ non patiuntur electum inauditum priuari confirmatione ſibi debita, & ex hoc infamari, & inhabilitari. Secundum ex dictis nu. 159. manet ſolutum. Et ibi dicta confirmantur. Nam certè vbi detur opponens, & inſtans contra electum non poteſt confirmari electio, niſi inſtructo proceſſu, & reo vocato, & audito, quantumcumque duraturum ſit oppoſitionum examen; ex parte igitur temporis, & ne prouiſio Eccleſiæ differatur non poteſt haberi ratio ſufficiens non citandi, & audiendi electum, vt ſe vel defendat, vel purget. Et ad exempla allata dicitur, quòd ſemper poteſt prouideri Eccleſiæ, ne ſine Rectore maneat. Nam & reſpectu Indorum, iam in Ord. Prædicatorum prouiſum eſt, vt Prouinciales electi adminiſtrent. Quod ſi tempore quadriennij non poſſet iudicium contra Prouincialem terminari; neque tamen electio Prouincialis contra quem ſunt graues oppoſitiones debet confirmari, aut caſſari niſi eo audito & negotio diſcuſſo. Et in caſu quòd obiectiones ſint veræ, ſatisfactum erit iuſtitiæ publicæ, ſi electio caſſetur, & ex hoc ille maneat priuatus omni priuilegio, quod competit Prouincialibus validè electis. Et ſi oppoſitiones ſint falſæ, ipſe declarabitur bene electus, & potens frui omnibus exprouincialium præeminentijs. Tertium aſſumit falſum, nam ſi ſint publicè opponentes, in terminis *cap. vt circa, de elec in 6.* verum eſt, quòd electus eſt citatus à iure, vel in terminis *capit. ſtatuimus, & capit. Cupientes & cap. final. de elect. in 6.* vel ſecundùm alias leges aut ſtatuta municipalia, aut legitimas conſuetudines; & eius eſt ſe defendere, & tueri ſeruatis ſeruandis. Sed in iudicio Confirmatoris procedentis ex officio, vbi ſecretò opponitur electo ipſo ignorante, & neſciente, nec de iure, nec de facto electus eſt citatus ſed citari debet, & citatus audiri.

165 Ex his iuuat addere, quòd ex *Innocent. habet Panormit. in cap. ſuper eo, de elect. num. 2.* nimirum, quòd licet obiecta, quæ dantur contra electionem & electum dicantur data per modum exceptionis; tamen non ſunt propriè, ſed impropriè exceptiones; non enim veniunt a ſtimulato & vocato ad iudicium contra vocantem, vnde nec propriè ſunt excluſiones actionis, quod eſt de eſſentia exceptionis propriè dictæ *l. 1. & 2. ff. de except.* Sed veniunt ab aliquo ſponte opponente, & contradicente, & dicuntur exceptiones intentionis, quia ſunt contra intentionem electi. Ideo habent vim actionis, & accuſationis, & propterea habent ſpecialem quan-

Digitized by Google

dam rationem infamandi electum, ſi non ſe defendat, & purget. Et licet propter hoc non fiat infamis de iure, vt docet bene *Panorm.* fit tamen infamis de facto, & ineligibilis; quod eſt maximum præiudicium contra inauditum non inducendum.

S V M M A R I V M.

1 *Tenetur confirmator confirmare electionem digni. num.* 166.
2 *Electio digni eſt valida. num.* 166.
3 *Etiam ſi elector iurauit eligere digniorem. numer.* 166.
4 *Non valet ſtatutum vt electio digni caſſetur. numer.* 166.

166 QVæritur duodecimo. An confirmator poſſit confirmare electionem digni prætermiſſo digniori? Ex dictis, & probatis ſupra *capit.* 30. reſpondetur nedum poſſe confirmari, ſed debere confirmari electionem digni aliàs validam. Quoniam electio digni omiſſo digniori eſt valida, vt docet *D. Th.* 2. 2. *q.* 63. *a.* 2 *ad* 3. *& ibid. Caiet. Bannes, Aragon & Salon, & Serra, & habetur ex cap. cum nobis, de elect. & cap. niſi cum pridem* §. *pro defectu, de renunc. & cap. final. de præſumpt. Gloſſ. in cap. quoniam, v. qui maioribus*, & ibi *Panorm. de iure patronat. & idem Panorm. in cap. conſtitutus num.* 7. *Franc. num.* 4. *Imol. & Præpoſ num.* 16. *de appellat. Idem Præpoſ. cap. ſexta Synodus diſt.* 16. *num.* 8. *Dec. cap. in præſentia num.* 193. *de probat. Pariſ. de reſignat. benefic. l.* 4. *q.* 11. *num.* 40. *Nauor. conſ.* 21. *de ſimon. in antiq. Gonzalez ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *numer.* 129. *Rodriq. tom.* 2. *q.* 52. *a.* 5. *Rota deciſ.* 4. 5. 6. *&* 7. *apud Marcheſ. p.* 1. *tit. de commiſſion. appellat. in cauſa benefic. capit.* 7. *& deciſ.* 65. *numer.* 8. *par.* 1. *Recent. & coram Greg. XV. deciſ.* 11. *num.* 8. *Couar. in reg. peccatum p.* 2. §. 7. *num.* 4. *Iterum Rota in Eugubina Paroch. S. Venantij* 13. *Ianuarij* 1623. *apud Sigiſmundum de Bonon. dub. mihi* 32. *num.* 1. *Petrus de Ledeſma p.* 2. *trac.* 7. *cap.* 2. *concluſ.* 6. *Miranda tom.* 1. *q.* 23. *Gutierez, Spin. Molina* quos ſequitur *Barboſa ad d. cap. cum nobis. num.* 3. Et hoc eſt verum etiam ſi quis iuraret ſe velle eligere meliorem, & ita vt ſi fieret ſtatutum, vt non valeret electio digni ommiſſo digniori, illud tanquam contrarium iuri communi, non valeret, niſi confirmaretur à Pontifice. Quàmuis peccent mortaliter, qui digniorem non eligunt, iuxta probata ſupra *capit.* 30.

S V M M A R I V M.

1 *Non licet electionem deficientem in forma confirmare. num.* 167.
2 *Confirmatio eſt ipſo iure nulla, ſi electio erat nulla ipſo iure. num.* 167.
3 *Confirmatio eſt caſſanda, ſi erat caſſanda electio. num.* 167.
4 *Vbi electionis defectum poteſt ſupplere & vult Confirmator, electio deficiens validè confirmatur. num.* 167.

167 QVæritur tertiodecimo: An electio deficiens validè confirmetur? Reſpondetur, quòd electio vel deficit ita vt ſit ipſo iure nulla, vel ita vt ex iure ſit annullanda. Nunquàm verò licet electionem, vel ipſo iure nullam vel de iure caſſandam confirmare, quoniam non licet contra legis prohibitionem ire, cum lex electionem, vel ipſo iure nullam, vel iure annullandam, velit nullam haberi, & tanquam nullam iudicari. Sed ſi electio eſt ipſo iure nulla, eſt quoque ipſo iure nulla confirmatio illius, quod enim ius irritat, nequit confirmari, & ſi confirmatur eodem iure ſemper eſt nullum, inualidum, irritum, & inane, quia lex pro tali illud habet & à quocumque decernit habendum. Sed vbi electio non eſt ipſo iure nulla, ſi confirmetur, & confirmatio eſt caſſanda, ſicut electio, quia non habet vim ab inferiori, quod ſuperior præcipit infirmari. Sed tamen confirmatio non eſt ipſo iure nulla, quia niſi aliud lex exprimat, factum contra legem non eſt ipſo iure irritum. Itaque vbi electio vitioſa eſt, & non tenet, confirmatio non prodeſt, *Gloſſ. in cap.* 1. *v. irritum de poſt. in* 6. *Dec. in cap. poſtquam num.* 19. *de elect. Rota in meten. Abbatia* 19. *Iunij* 1628. *coram Dunozero Tambur. tom.* 1. *diſp.* 6. *q.* 1. *num.* 24. *Roman. conſ* 98. *Panorm. cap. ad probandam num.* 5. *de re iudic. Lanor. cap.* 25. *num.* 72. Vbi tamen confirmator poſſit & velit ſupplere defectus electionis, electio deficiens validè confirmatur. *Panor. in cap. cum ſuper. num.* 4. *de elect. Lanor. cap.* 25. *num.* 72. Quando autem Confirmator cenſeatur ſupplere defectus electionis colligendum ex forma, & verbis confirmationis. Nam vbi confirmatio facta fuerit ſub conditione, vel repentine, & ſine cauſę cognitione, certum eſt per hanc confirmationẽ nõ ſuppleri defectus electionis, quia immò iuxta dicta ſuperiùs, hæc confirmatio ad minùs eſt caſſanda, & contra eam poteſt opponi *Peyr. in Formul. lit. C. cap.* 18. *num.* 4 Quamuis ſi electio verè non deficiat, & nullus ſit oppoſitor, electio valet, & ex ea confirmatione tantam vim habet, vt non ſit neceſſaria alia confirmatio niſi in caſu, in quo confirmatio eſſet nulla ipſo iure, ſed ſi electo eſt verè nulla, ex ea confirmatione vim non habet ſed nulla remanet, vel talis qualis eſt. Et ad hoc cõfirmandus eſt textus in *cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.* & videri poſſunt DD. tractantes de vi confirmationis factæ in forma communi. Sed ſi confirmatio fiat, prout debet, cum cauſæ cognitione & ex certa ſciẽtia, aduertendum eſt, an confirmator, vel in ſpecie, vel in genere exprimat defectus, & ſe illos velle ſupplere oſtendat. Nam ſi vel in ſpecie dicat ſe ſupplere hunc vel illum defectum, vel ponit clauſulam generalem ſupplendo de plenitudine poteſtatis omnem defectum, ſi talis confirmatio ex certa ſcientia fiat à Papa, vel ab eius Legato, fit etiam, vt electio alias inualida ſit valida, vt probant *Panor. cap.* 1. *de confirm. num.* 6. *&* 7. *Biax. p.* 3. *cap.* 43. *num.* 11. *de elect. Peyr. in Formul. lit. C. cap.* 18. *num.* 4. Et nihilominus aduertẽdum quod per dictam clauſulam ſupplentes, non ſupplentur defectus ſubſtantiales, ſed ſolum accidentales. *Redoan. de alien. rubr.* 21. *num.* 74. Pariter nec ſuppleatur defectus naturales. *Barboſ. clauſ.* 104. *num.* 4. Et neque defectus, qui ex iure naturæ, aut diuino vitiant electionem, & ſunt indiſpenſabiles. *Lanor. cap.* 25. *num.* 72. Si tamen

Digitized by Google

men defectus ſubſtantiales diſpenſabiles exprimantur, vel in ſpecie, vel in genere cum clauſula *ſupplentes defectus etiam ſubſtantiales* tunc ex vi confirmationis tales defectus ſuppleatur. *Biax.loc.cit.Lauor.num.72.Peyr.d.cap.18. num.5.* Et hoc verum eſt etiam vbi inferior Papa confirmat electionem, quantum ad defectus, ſuper quibus ipſe poteſt diſpenſare.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio irrita non irritat electionem. numer. 168.*
2 *Vtile per inutile non vitiatur. num.168.*
3 *Poſterius, non tollit prius. num.168.*

168 QVæritur quartodecimò. An confirmatio nulla irritet electionem ipſam? Et reſpondetur negatiuè quia vtile per inutile non vitiatur, *de reg.iur.in 6.c.vtile* & quòd eſt poſterius non tollit prius, nec illud irritat, ſi ſit validam. Ita expreſsè decernitur extra *de elec.in 6.cap.ſi confirmationem*, & fuit a Pontifice practicatum, vt ibi notat *Gloſſ. extr. de prabend. cap. cum iam dudum. & de re iudic. cap.ad probandum.* Nam ibi caſſata confirmatione Pontifex mandauit inquiri iterum de valore electionis. *Toloſ. de elec.c.19. num.23. Rota coram Seraph.dec.1274.nu.2.Franc.& Gemin. & alij Canon. in d.cap.ſi confirmationem.* Si igitur electio ſit canonica, etiam ſi caſſetur à proximo confirmatore, remanet in ſui valore, & iterum poteſt & debet confirmari. Vnde iuſtè appellatur a caſſatione electionis canonicæ.

S V M M A R I V M.

1 *Confirmatio eſt ſententia diffinitiua ſi fit ad inſtantiam partis, vel confirmatore ex officio ſolemniter procedente. num.169.*
2 *Eſt vero interlocutoria, ſi fiat in ſummario iudicio. num.169.*
3 *Apud regulares eſt vt plurimum interlocutoria. num.169.*
4 *Doctrina data neceſſitas. num.169.*
5 *Vbi confirmatio eſt ſententia interlocutoria, confirmator poteſt illam mutare, non vero vbi eſt diffinitiua.num.169.*

169 QVæritur quintodecimo. An ſententia confirmationis electionis cenſenda ſit diffinitiua, vel interlocutoria? Reſpondetur diſtinguendo, nam confirmatio vel ſit citatis citandis, & illis venientibus in contradictorio iudicio, vel ſit Confirmatore ex officio inquirente, ſed ſolemniter, vel ſit a Confirmatore procedente ex officio non ſolemniter & iudicialiter, ſed in ſummario iudicio, primo & ſecundo modo confirmatio eſt ſententia definitiua. Quia datur poſt proceſſum iudicialiter complilatum & ſolemniter, concluſum, tanquam finalis reſolutio iudicij ſolemnis. Sed tertio modo eſt interlocutoria, nec habet vim definitiuæ, quia innititur informationi non ſolemni nec habitæ in contradictorio iudicio. *Io: Andr.in cap.Auaritia de elec.in 6.Panorm.in capit. conſtitutus 47. de appellat. num.14.Innoc.Domin.& Franc.in cap. final. de elect. in 6.* Ideo apud Regulares apud quos multoties cõfirmatio ſit præcedente ſolùm ſummario iudicio, ex fama, & literis teſtimonialibus, confirmatio tunc habet vim ſententiæ interlocutoriæ. Eſt verò huius quæſt. reſolutio attendenda, nedum vt ſciatur quomodo à confirmatione ſit appellandum, & quam vim habeat hæc appellatio, ſed etiam, quia quando confirmatio eſt ſententia interlocutoria, iudex qui illam tulit, poteſt illam mutare, & caſſare, & ab ea recedero, & caſſare electionem; quam confirmauit, & econtra, ſed hoc non poteſt facere vbi confirmatio eſt ſententia definitiua vt per *Io: And. & alios DD. extr. de appell. cap. cum ceſſante.& per Iuriſtas ff.de re iudic.l.quod iuuit,& l.iudex poſtquam. & per Franc. num.7. & alios de elec.in 6.cap.final.*

S V M M A R I V M.

1 *Confirmator extra territorium exiſtens non poteſt confirmaro electionem procedendo iudicialiter ad inſtantiam partis, vel ex officio ſolemniter. numer.170.*
2 *Poteſt tamen vbi extraiudicialiter procedit. numer.170.*
3 *Vbi ſeruanda eſt forma cap.fin.de elec.in 6.ſemper confirmatio eſt ſententia diffinitiua, & non poteſt dari extra territorium num.170.*

170 QVæritur ſextodecimo. An ſuperior extra territorium ſuum exiſtens, poſſit electionem confirmare? Ad hanc quæſt. poteſt reſponderi cum diſtinctione data, vt ſcilicet ſuperior extra territorium non poſſit electionem confirmare, ſi procedit ad eam confirmandam vel in contradictorio iudicio, vel ex officio ſolemniter. Et in hoc ſenſu verum eſt, quòd docent *Io: Andr. de off.Vicar.cap.final.& ibi Domin. & Archid.diſt.11. cap.qui in aliquo.* Sed ſi procedat in ſummario iudicio poteſt extra territorium id facere, vt tradit *Dom.* vbi ſupra quem ſequitur *Lauor. cap.25. num.64.* citans alios. Verùm hoc non negato vlterius dubium remanet, an vbi ſeruanda eſt forma *cap. final. de elect.in 6.* nullus nihilominus apparet contradictor, nec Epiſcopus ſe informat ſolemniter inſtanre Fiſcali, & per aſſignationem auditorij, ſeu ſtratorum ſed ſolum ſummarie & extraiudicialiter ſe informat, tunc dicatur procedere iudicialiter ex quo procedit per edicta, & citationes, & non poſſit propterea extra territorium electionem confirmare. Quod enim iuxta formam *capit. final. de elec. in ſexto*, non poſſit confirmatio fieri niſi ſolemniter procedendo, nimirum præmiſſa citatione, & cauſæ diſcuſſione, ideo vbi ſeruanda ſit forma dicti Capitis non poſſit electio confirmari ab exiſtente extra territorium tenuerunt *Panorm.cap.nouit.nu.5. de off.Vicarij, Io:Andr.ſupra. Rochus, & Azorius, ap.Garziam par.5.cap 8.num.138.& Franc.ad d.cap. fin.num.7.& 9.* Nec obſtat, quód etiam ſeruata ea forma poſſit admiſceri aliquid ſummarij iudicij, vt ſi nullo ex citatis comparente, ſuperior ex officio ſe informet de aliquibus aliunde ſibi iudicatis, quod poteſt fieri in ſummario iudicio, & extraiudicialiter, quia per hoc iudicium per ſe & ſimpliciter non deſinit eſſe contentioſum, & ſolemne,

cum

Digitized by Google

cum non fiat ſine citatione & diſcuſſione cauſæ ſolemni quantùm citatio requirit, quòd enim nullus contradictor compareat, non facit, quòd iudicium non ſit ſolemne, & contentioſum, & quòd ſententia data non ſit diffinitiua, & ideo non poteſt ſuperior exiſtens extra territorium ad illam deuenire. Quidquid in contrarium ex *Gonzalez gl.62. num.8. dixerit Garzias* vbi ſupra *num.242.* Vnde nec approbo quod ex *Lambert.2.p.2. q.2.a.6. nu.2.& 3. habet Sanchez l 3. de matrim. diſp.8. num.6.* ſcilicet, quod poſſit fieri confirmatio extra Diœceſim, quia eſt actus extraiudicialis; quia non eſt actus extraiudicialis, qui nequit haberi niſi ex informatione iudiciali, quod verò addit *Lauorius d.num.63.* ſcilicet, quòd Confirmatio debet fieri in Eccleſia, non in Camera, & probat ex *cap. qua fronte, de appell.* non habet in eo *cap.* fundamentum, quia ibi *Archiepiſ. Cantuar.* reprehenditur, quia non in Eccleſia, non in Camera ſua, non in palatio, ſed in Camera Regis confirmabat electiones, ideo & poteſt Epiſcopus in palatio ſuo electiones confirmare, *Panorm. ibid. num.2.* & eadem eſt ratio de quocumque loco honeſto.

CAPVT XXXIV.

De appellatione à confirmatione.

SVMMARIVM.

1 *Ratio quæſtionis. num.1.*
2 *A ſententia caſſationis vel confirmationis iudicialiter data poteſt dari appellatio iudicialis proprie ſumpta. num.1.*
3 *Geſta poſt huiuſmodi appellationem, vel in tempore ad appellandum ſunt attentata. n.2.*
4 *Etiam acceptio poſſeſſionis. nu.2.*
5 *Rota huiuſmodi poſſeſſionem ſequeſtrat. n.2.*
6 *Tunc Confirmator procedit iudicialiter, quando procedit aliquo opponente, vel ex officio ſolemniter. n.3.*
7 *Vt procedendo in terminis cap. final. de elect. in ſexto. n.3.*
8 *A iudice procedente extraiudicialiter ad confirmationem non datur appellatio iudicialis. nu.4.*
9 *Appellatio iudicialis ſola eſt appellatio proprie dicta. num.4.*
10 *A confirmatione vel caſſatione extraiudicialiter datur appellatio extraiudicialis. n.5.*
11 *Geſta poſt & contra appellationem iuſtificata appellatione debent reſcindi. n.6.*
12 *In materia appellationis datur appellatio impediens, ne quid contra appellationem fiat. n.7.*
13 *Etiam ſi actus remittitur conſcientiæ iudicantis datur appellatio, ſi in verbis aliquid iuſtitiam concernens inueniatur. n.8.*
14 *Vel ſi de re magni momenti ſit lis. n.8.*
15 *Etiam in Regularibus abſolutio ab officio eſt magni momenti. n.8.*
16 *Contra eum qui tenetur agere, & in materia iuſtitiæ etiam ſi actus ſit remiſſus ſua conſcientia datur appellatio extraiudicialis. n.9.*
17 *A mandato eius, ad cuius arbitrium eſt commiſſus actus, datur appellatio. numer.10.*
18 *Clauſula ſi tibi videbitur, importat arbitrium boni viri. n.10.*
19 *A mandato eius, cuius diſcretioni eſt commiſſus actus, datur hæc appellatio extraiudicialis. numer.10.*
20 *Etiam in caſu notorij, ſi pœna non eſt notoria. numer.10.*
21 *DD. explicati n.11.*
22 *A iudice iudicante ex iuſtitia datur appellatio. numer.12.*
23 *Non vero vbi iudicat ex æquitate, ſecundum quod ſibi videbitur. n.12.*
24 *Qui contra regulam iuris excipiunt probare debent. n.13.*
25 *His qui negant poſſe appellare à confirmatione non creditur, niſi ex lege id probent. n.13.*
26 *Qui negant dari appellationem à confirmatione extraiudiciali loquuntur de appellatione proprie dicta. n.13.*
27 *Iudex appellationis non tenetur ad leges iudicis inferioris. n.14.*
28 *Iudex appellationis pro poſſibili debet ſuſtinere ſententiam iudicis à quo. n.14.*
29 *Vbi non habet locum appellatio ſuccedunt alia iuris remedia. n.15.*
30 *Ab Epiſcopo prohibente Confeſſiones approbato ſimpliciter datur appellatio. n.16.*
31 *Ab Epiſcopo nolente odinare ad titulum patrimonij non datur appellatio. n.16.*

1 QVæritur primò. An à decreto Confirmationis extraiudicialiter dato, poſſit dari appellatio? Supponitur tanquã indubitatũ, quòd à sẽtentia confirmationis, vel caſſationis electionis iudicialiter data, dari poteſt appellatio iudicialis, & propriè dicta, quæ habeat vtrumque effectum, quia ſcilicet nedum deuoluat, ſed ſuſpendat. *Gloſſ. in cap. final. v. inanes de elect. in 6. Franc. ibi num.7. Innocent. in cap. ad diſſoluendum 13. num.5. de diſpenſat. impub. Gemin. in cap. auaritia, de elect. in 6. nu.7. & Franc. ibid. num.5. Barboſa num 7.* Quamuis enim electiones, inſtitutiones, collationes, confirmationes electionum ad beneficia, & Prælaturas ſint cauſæ extraiudiciales, vt habetur expreſsè in *Clem. diſpendioſam, de iudiciis*, tamen vbi in electionibus & electionum confirmatione, aut inſtitutione, collatione, & prouiſionibus proceditur ordine iuris ſeruato, actus iudiciales ſunt, & ab eis appellari poteſt, vt de præſentatione, & inſtitutione tenuerunt. *Lancell. p.2. c.12. lim.40. & 49.* & pluribus *Rota decis. citatis à Garz. de benef. p.9. cap.4. n.17.* & de collatione & præſentatione *Rota in Calagurit. beneficij 28. Maij 1628. quæ eſt deciſ.114. apud Scacciam de appellat. num.t.2. & 5.* & de inſtitutione *Eminentiſſ. Ottobonus deciſ.66. num.3. poſt Burat. dec.695. n.1. & alias deciſ. ibi recenſitas, & Rota in Calagurritanis beneficij 19. Februar. 1649. coram D. Veroſpio, & 24. & 26. Ianuarij 1652. coram Reuerendiſſ. Papien.* Quapropter certum prorſus eſt, quod in prouiſionibus officiorum, & beneficiorum, ſi iudicialiter proceditur, decretum confirmationis, vel inſtitutionis, vel collationis habet vim iudicialis ſententiæ diffinitiuæ, ideoque ſententiæ appellabilis quantum ad vtrumque effectum.

2- Qua

Digitized by Google

2 Quamobrem geſta appellatione pendente, attentata ſunt, & nulla, & ante omnia caſſanda. *cap. non ſolum 7. de appellat.* & ibi *DD. Gregor. XV. deciſ. 515. num. 1. Eminentiſs. Ottobonus deciſ. 66. nu. 3. Rota deciſ. 197. num. 2. par. 5. recent. & deciſ. 613. n. 1. par. 4. recent. & Alex. conſ. 99. num. 3. Caputaq. deciſ. 49. num. 4. Caſar de Graſſ. d. 2. num. 5. de appellat. Rota in Calagnritan. beneficij 24. & 26. Iannarij coram Reuerendiſs. Papien. & 19. Febrnar. 1649. coram D. Veroſpio. Panormit. in cap. 51. numer. 10. diff. 12. Franc. in cap. ad audientiam fin. de appellat. Lap. allegat. 1. n. 11. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12. limit. 40. & 49. Scaccia par. 3. num. 48.* attentata autem ſunt, quæ fiunt tempore aſſignato ad appellandum, ſcilicet inſra decendium, in quo licet grauato appellare, vt præfati DD. tenent, & probat *Lancellot. 2. p. cap. 11. num. 17.* & quamplures DD. apud ipſum. Et ita vt confirmatus pendente appellatione interpoſita, vel intra tempus conceſſum ad appellandũ non poſſit poſſeſſionem Prælaturæ, aut beneficij accipere, & ſi accipiat, illa ſit attentata, *Ia. Andr. Domin. num. 7. Franc. num. 5. in cap. auaritiæ de elect. in 6. Garz. par. 9. cap. 4. num. 17. pluribus Rota deciſionibus relatis, Lancellot. p. 2. cap. 12. limit. 49. per tot.* Propterea Rota conſueuit poſſeſſionem huiuſmodi tanquam vitioſam, & attentatam tollere, & ſequeſtrare, ne attentans commodo vitioſæ poſſeſſionis fruatur. *Eminentiſs. Ottobanus deciſ. 65. nu. 2. deciſ. 66. num. 11. deciſ. 209. num. 7. deciſ. 232. num. 6. dec. 260. num. 6. dec. 266. num. 4. & Rota in Calagurit. beneficij 19. Februarij 1649. coram D. Veroſpio, & 24. Iannarij 1652. coram Reuerendiſſ. Papien. & in pluribus alijs in iſtis relatis.*

3 Et conſiderandum eſt tunc Confirmatorem procedere iudicialiter, quando adeſt oppoſitor, aut coelectus, ſeu qui contradicat. *Io. Andr. in cap. final. de elect. in 6.* vbi *Dominicus num. 18. Franc. num. 7. Eminentiſs. Ottobonus dec. 66. num. 1. & dec. 232. nu. 1. & 2. & dec. 260. & Rota in præfatis Calagurit. beneficij 19. Februar. 1649. & 24. & 26. Ianuarij 1652. & in pluribus alijs ibidem citat.* Item ſecundò iudicialiter proceditur, quando, licet nullo comparente, Confirmator agit ex officio ſolemniter, vt per *Domin. & Franc. locis cit.* Tunc verò procedit ſolemniter Epiſcopus, nedum quando procedit inſtante procuratore Fiſcali, & per aſſignationẽ auditorij, & ſtatorũ, & examinando teſtes cum iuramento, & ſeruato exquiſito ordine iuris, ſed etiã, vt dictum eſt capite ſuperiori, quando ad confirmationem procedit iuxta formam *cap. final. de elect. in 6.* citando, & proponendo edicta, & expectando terminum datum etiam ſi nullo contradictore cõparẽte Superior, vel nullam aliam informationem ſumat, vel ſummariè, & extraiudicialiter id faciat, quia tunc non cõfirmat niſi ex vi citationis ſolemnis, & iudicialis. *Panorm. in cap. Nonit numer. 5. de offic. Vicarij, Io. Andr. cap. fin. de offic. Vicarij, Franc. cap fin. de elect. in 6. n. 9.*

4 His igitur ſic ſtantibus, dubium eſt, an quando Confirmator nullo modo procedit iudicialiter, ſed ſolùm ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſe informat, & ex tali informatione confirmat, vel caſſat electionem, liceat à ſimili decreto confirmationis, aut caſſationis appellare. Et quidem certum eſt, tunc non habere locum appellationem iudicialem, cum huius appellationis eſſentia ſit, vt ſit prouocatio à ſententia iudicis ſeruato ordine iuris, & iudicialiter procedentis. Nam appellatio eſt prouocatio de minori ad maiorem iudicem. *l. 1. §. ſi quis, ff. de appellat. cap. omnis, & cap. ſi quis, & cap. placuit 11. q. 6.* Gloſs. *in cap. 2. ver. officiali, de conſuetud. in 6. Panorm. in rubr. de appel. num. 3. Iacobat. de Concil. lib. 10. art. 3. num. 1. Sylu. v. appellatio, & alij Summiſtæ.* Vnde eſt, quod ſola appellatio iudicialis propriè dicitur & eſt appellatio. *Panormit. in cap. bona numer. 7. de appellation.* & ibi *Cardin. Alexand. numer 54. Decius numer. 17. & 20. Tholoſan. de appellation. lib 1. cap. 11. num. 3.* Appellatio verò extraiudicialis non eſt propriè appellatio, ſed eſt prouocatio à grauamine ad Superiorem. *Panormit. & Dec. vbi ſupra. Innocent. cap. cum ſit Romana 5. num. 1. de appellat.* & ibi *Panorm. num. 21. Scaccia de appellat. q. 2. num. 33.* Propriè igitur à confirmatione extraiudiciali non datur appellatio, quia non datur appellatio iudicialis, ſicut nec ab alijs actibus extraiudicialibus.

5 Nihilominùs dicitur, quòd à decreto, aut confirmationis, aut caſſationis electionis quomodocumq; extraiudicialiter habito datur appellatio extraiudicialis, ſeu prouocatio à Confirmante ad Superiorem iudicem. *capit. dilectus 32. de elect. & cap. quod conſultationem de ſent. & re iudic. cap. 1. & cap. concertationi de appellation. in 6. & cap. Super his, 16. de accuſ. Innoc. in dicto cap. dilectus nu. 5. Panorm. nu. 5.*

6 Sed forſan dices, quòd ab actibus extraiudicialibus non datur appellatio ſuſpenſiua, per *Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. in annot. nu. 26. Mareſcot. variar. lib. 2. cap. 64. à num. 10. cum ſeq. Salgado de protect. Reg. par. 2. cap. 23. num. 1. & 187.* Et ita vt hæc appellatio attentata non cauſet, *Scaccia de appellat. q. 2. num. 35.* Verùm reſpondetur, quod ſi ſenſus ſit, quòd geſta poſt & contra appellationem extraiudicialem interpoſitam legitimè intra decendium ſint valida adeo, vt nec iuſtificata appellatione ſint reuocanda, & caſſanda, falſum aſſeritur, & contra communem ſentẽtiam, quam docuerunt *Innocent. Io. Andr. Butrius, Lapus*, quos ſequitur *Panorm. in cap. bona 51. num. 2. de appell.* Et poſt *Archidiac. Gemin. in d. cap. concertationis num. 8. & 9.* & ibi *Franc. num. 6. & in cap. 1. nu. 4. & in cap. conſtitutis num. 10. & in cap. bona num. 29. de appell. Maranta 3. par. ſextæ partis q. 2. nu. 390. & ex Bapt. Villal. & Rot. in vna Conchen. de Belmonte cor. Veſtano, & Achil. de Graſſ. deciſ. 32. de appellat. Lancellottus de attent. par. 2. cap. 12. limit. 3. num. 10. Puteus deciſ. 313. num. 2. lib. 3. Rota deciſ. 44. & 38. de appell. in nouis. & coram Burat. dec. 771. num. 3. & 4. & dec. 859. num. 1. & coram Eminentiſſ. Ottobon. dec. 29. nu. 54. & 56. & deciſ. 119. num. 1. par. 3. recent.* Scaccia malè ex aduerſo citatus, *de appellat. qu. 2. num. 35.* Nã & ad quid valeret appellatio deuolutiua, ſi interim neglecta appellatione liceret appellato contra appellationem grauare appellantem validè, & ſecurè?

7 Secundò deficit obiectum, quia quòd appellatio extraiudicialis valeat in materia electionis conſtat ex *cap. cum inter Canonicos 21. de elect.* vbi præcipitur caſſari electionem, ſi conſtiterit electum laborare morbo epileptico, prout contra ipſum appellatum fuerat. Et in *cap. bonæ 51. de elect.* de-

decernitur, vt cuſtodia Eccleſiæ Cantuarien. tradatur Abbati S. Auguſtini, & præcipitur eum reſtitui in eum ſtatum, in quo erat tempore appellationis per eum interpoſitæ, & ei reſtitui fructus medij temporis.

8 Secundò ſi obijciatur, quoniam quando cõfirmatio, vel infirmatio actionis committuntur conſcientiæ, & prudentiæ Confirmatoris prout ei ſecundum Deum videbitur expedire, in iſto caſu appellatio denegatur, vt per *Tiraquel. de retract. lig. §.4.num.11. Boer.dec.288.n.17. Menoch. de arbit. lib.1.q.70.n.7. Salgado de Reg. protect. p.3.c.13.à n. Giurba. dec.21.n.3. gloſſ.v. oneramus, Clem.1. de iure patron.* Reſpondetur quod hæc ratio multipliciter deficit; Prætermiſſo enim, quòd aſſertio iſta limitatur primò, vt non habeat locum, vbi actus non remittitur conſcientię abſolutè, ſed apponitur aliquod verbum iuſtitiam importans, vt ſi dicatur *Secundum iudicium conſcientiæ tuæ. Lancellot. de attent. par.2 cap 12. limit.10. num.11. Salgado vbi ſupra num.40. & 47.* & admittit *Barboſa ibid.* particula verò *ſecundùm quod tibi in Domino videbitur expedire*, non importat abſolutam remiſſionem, ſed valdè ligatam legibus æternis, & alijs ex æterna lege prouenientibus, & præcipuè legi iuſtitiæ. Nõ enim expedit ſecundùm Deum id, in quo violatur iuſtitia aliqua. Item prætermiſſo, quod illa aſſertio limitatur ſecundò, vt non valeat in rebus magni præiudicij, *Bald. l.1. C. de reb. cred.* Rom. *rubr. ff. de arbitr. col.2.* At verò ſi vel confirmetur electio indigni, vel digni electio caſſetur res eſt maximi præiudicij, maximè ſi electio caſſetur, ex prætenſo defectu electi. Et hoc eſt verum etiam in Regularibus, nec oppoſitum probatur ex *cap. per tuas 32. de ſimon.* Ibi enim optime dicitur, quod ad abſoluendum ab officio aliquem Regularem leuiores probationes ſufficiunt, quàm ad priuandum beneficio aliquem clericum, ex quo etiam ſequitur, præiudicium quod infertur Regulari per abſolutionem ab officio temporali, non eſſe tam graue, quale eſt quod infertur clerico, qui beneficio perpetuo priuatur; ſed ex hoc non concluditur, quod præiudicium, quod infertur Regulari, ſi abſoluatur ab officio, non ſit in ſe magnum, & graue, ſicut & manifeſtum eſt, quod non ſine magno præiudicio, tam Conuentuum, quàm Electorum, aut electi, vel confirmatur electio indigni, vel digni caſſatur.

9 His itaque prætermiſſis dicitur, quòd vbi non intrat debitum alicuius iuſtitiæ, ſed ſumus in materia liberalitatis, & gratiæ, vera eſt illa aſſertio, & non datur appellatio, vbi v.g. in materia diſpenſationis, vel ſimilis, in caſu in quo ſuperior non tenetur, remiſſum eſt conſcientiæ illius vt diſpenſet, vel aliud agat. *Felin. in cap. ſuper his 16. de accuſ. num.11. Maranta par.3. §. Et quandoque appellatur. num.365. Bartol. l. quicumque num.17. Cod. de ſeruis fugit. Sanchez l.3. de matrim. diſp.10. num.23. Gutierez, Filliacius Pontius*, quos refert, & ſequitur *Boſſius de matrim. tom.1. cap.7. num.116.* Sed vbi ſumus in materia, quæ debetur, etiam ſi iudicium ſit commiſſum conſcientiæ iudicantis, quòd ab eius reſolutione & decreto dari poſſit appellatio extraiudicialis & quantum ad effectum deuolutiuum tenent *Panorm. in cap. paſtoralis 53. de appellat. nu.13. Gemin. in cap 2. num.10. de iuram. calum. in 6. Felin. in cap. ſignificaſti 16. num.4. de homicid. Imola cap.1. num.15. de conſtit. Sanchez l.3. de matrim. diſp.10. numer.21. Barboſa de off. & poteſt. Epiſ. alleg.32. num.52. Boſſius* & alij quos ipſe refert vbi ſupra. Verùm aduertendum, quòd in materia iuſtitiæ, vbi quis habet ius ad aliquid, ideoque & actionem ad hoc; vt id ſibi non negetur, ſicut Eccleſia, & electores, qui non elegerunt ius habẽt, vt ſibi non negetur caſſatio electionis indigni; & econtra Eccleſia, electores, & electus habent ius, vt non negetur ſibi confirmatio electionis legitimæ; ſi Confirmator grauet vel confirmando electionem indigni, vel caſſando electionem digni, grauati poſſunt nedum implorare officium iudicis, ſed agere iure actionis. Et quod dicitur hanc appellationem valere quantum ad effectum deuolutiuum, nõ verò quantum ad ſuſpenſiuum, nedum limitatur vt non ſit verum, quando iudex *ad quem* inhibuit, ne iudex *a quo* procedat in cauſa, ſed nec ſic debet intelligi, vt geſta contra appellationem non iuſtificata appellatione, non valeant, vt præfati DD. docent, & probatũ eſt ſupra cap.32. Et ſic vbi conſtiterit de grauamine, ſuperior electionem malè confirmatam tenebitur caſſare, vel male caſſatam confirmare, & nouiter contra appellationem electum & confirmatum tanquam attentatum reuocare. Vt magis etiam ex dicendis conſtabit.

10 Tertiò obijcitur. Nam à mandato, quòd ex iudicis arbitrio fertur, non datur appellatio, quia multa mouere poſſunt animum iudicantis, quæ appellationis iudicem lateant, & eius fugiant cognitionem, & ita ſolus Deus & Iudex cognitor illius arbitrij eſt. *Gloſſ. in v. relinquatur, in cap. ſtatutum § acceſſorem de reſcript. in 6.* Et ita in arbitrarijs locum appellationi non eſſe reſoluunt *Bart. in l.1. num.18. ff. de legat 2. Crauet. conſil 78. num.8. Boer. dec.284. num.17. Con. l.2. var. cap.12. num.3. in med. Menoch. de arbit. l.1. q.70. num.7. Farin in praxi crim. par.1. q 17. art. num.27. Aldrete de relig. diſcipl. l.2. capit.18. num.28. Scacc. de appell. quæſt.17. lim.15.* Sed hæc mouere non debent, quia in contrarium eſt regula certa; quia nimirum, quod in commiſſis arbitrio iudicis, ſi partem lædit, vel grauat, poteſt appellari, quia arbitrium iudicandi non importat libertatem abſolutam, ſed arbitrium, & iudicium boni viri, & ideo non poteſt partem lædere. Et cum arbitrium boni viri ſit ſecundùm leges regulandum, vt probatum eſt ſupra *cap. 33.* ideo Confirmator habens arbitrium confirmandi, vel caſſandi prout ſibi videbitur, non poteſt contra leges vel illegitimam electionem confirmare, vel legitimam caſſare; ideo ſi lædat, & grauet poteſt ab eius decreto appellari. *Gloſſ. in cap. Romana, §. quod ſi obijciatur, v. minus legitima, de accuſ. in 6. Innoc. cap. cum ſpecialis num.4. de appellat. Io: Andr. in cap. ſuper his 16. de accuſat. in addit. Speculat. in tit. de citat. §. ſequitur, verſ. ſed nunquid creditur. Anton. in cap. de cauſis, de off. delegati, & cap. propoſuit in fin. de appellat. & cap.1. de conſtit. & cap. cum parati de appellat. Roman. in l. admonendi, ver. quid ſi iudex ff. de iure iuran.* quos refert, & ſequitur *Felin. in cap. ſuper his 16. de accuſat. num.7. Gemin. in cap.2. de iuram. calum. in 6. num.10. & cap. vt commiſſi de hæreticis eod. lib. §.1. num.2. Franc. in cap.5. cum ſit Romana num.11. & cap.19. cum parati, nu.36. ver.2 quæritur de appellat. & Simoncell. Magon Rebuff & Ruginell.* quos ſequitur

Digitized by Google

tur *Scaccia* malè ex aduerſo citatus *quaſt.17. lim. 15. num. 2. de appellat.* Et hoc idem eſſe verum, vt ſi iudicium ſit commiſſum diſcretioni iudicis, ab eo ſi lædat appellari poſſit, *Gemin. in cap. vt commiſſi §.1. num.2. de hæret. in 6. & Butrius in cap. p. de conſtitut.* quem refert, & ſequitur *Felin.* ſupra citatus. Vbi & hanc regulam ampliat, vt etiam tunc appellari poſſit ab arbitrio iudicis, quando arbitratur ſuper notorio, quia licet in notorijs non appelletur *cap. cum ſit, & cap. propoſuit de appellat.* illud eſt verum quando pœna notorij eſt certa, ſecus quando eſt commiſſa arbitrio iudicis, vt poſt *Archid. in cap. quod ſuſpecti 3.q.5. & in cap. propoſuit de appellat. & Hoſtien. & Io: Andr. in cap. cum ſpecialis eadem tit. tenet Panorm. in cap. cum veniſſent 12. de iud. num.6. & cap. dilectus de pœn. Gemin. in cap. 1. de off. delegat. in nu.5. in 6. Felin.* loco ſupra citato.

11 Ex DD. exaduerſo citatis *Scaccia* recitata priori opinione negante licere appellare in arbitrarijs, oppoſitam affirmantem ſequitur, quam *Farinac.* loco citato iudicat veriorem, & *Couarru.* eandem optimè explicat, & defendit. *Menoch.* autem cum diſtinctione tranſit, & in iudice ordinario habente facultatem ordinariam ad arbitrandum cenſet affirmantem opinionem eſſe veram, in eo verò, qui delegatur ad cauſam particularem, veram eſſe negantem, quia ſuperior elegiſſe videtur induſtriam, & prudentiam talis iudicis & iudicaſſe de ſua bonitate, quòd iudicabit ſalua iuſtitia, & æquitate.

12 Ego pro declaratione veritatis diſtinguerem, præcipuè vbi loquimur de iudice ordinario, & in terminis noſtris de eo, cui ex ordinario poteſtate conuenit de electionibus iudicare. Cum enim, vt ſupra 33. dictum fuit habens arbitrium iudicandi ſic teneatur ad iudicandum ſecundùm leges, quòd rigorem legum poteſt ex æquitate temperare, in eius decreto poteſt conſiderari conformitas, aut difformitas ad leges certas & indubitatas, & id circo ad id, quod eſt iuſtitiæ, vel ad id quod eſt æquitatis. Si Confirmator lædat recedendo à iuſtitia & contra leges iudicando, pro indubitato habeo, quòd ab eius decreto licet appellare. Nam neque in his iudex habet arbitrium, ſed cum non ſit ſupra leges, neceſſitatur ad legum obſeruantiam; quod ſi id, non facit, & lædit partem, & offendit legiſlatorem, & omne ius exigit, vt talis iudex iniquè iudicans prouocetur ad ſuperiorem. Sic ſi Iudex confirmet electionem illegitimi, vel illiterati, vel non habentis ætatem legitimam, vel excommunicati, vel alias indigni, bene poſſunt ij ad quos cauſa ſpectat prouocare iudicem ad ſuperiorem. Sic ſi caſſet electionem legitimam tanquam illegitimam, vel iniuſtitiam faciat caſſando electionem digni ex prætextu defectus, non eſt vnde negetur, quòd contra talem iudicem poſſit appellari. Et in his caſibus non datur appellatio in cauſa arbitraria, ſed in cauſa neceſſaria, quia iudex tenetur iudicare ſecundum leges. Et in his eiſdem caſibus, quòd non poſſit appellari iudicialiter, hoc eſt, quia iudex extraiudicialiter procedit. Sed tamen poteſt appellari extraiudicialiter. Sed ſi Confirmator lædat recedendo ſolum ab eo, quòd eſt æquitatis, & in quo confirmatio eſt commiſſa eius arbitrio, ego conſidero, quòd in hoc caſu nulla partium poteſt lædi iniuſtè. Nam quod eſt ſolius æquitatis non eſt iuſtitiæ, & reſpectu eorum, quæ ſunt ſolius æquitatis iudex non neceſſitatur ad alteram partem, ſed eſt liber. Nam ſi intraret iuſtitia, iam id non eſſet æquitatis, ſed iuſtitiæ. Et ideo hoc ſuppoſito approbo primam opinionem, nec tamen recedo à ſecunda, quia illius non eſt alius ſenſus, niſi quòd grauatus iniuſtè, & pro iniuſto grauamine poteſt appellare à iudice habente facultatẽ iudicandi prout ſibi videbitur expedire. In quadam autem formalitate loquendi prior opinio præeminet, quia reſpectu eorum, quæ ſunt iuſtitiæ, iudex non habet arbitrium, ſed ſolum reſpectu eorum, quæ ſunt æquitatis. Præeminet verò ſecunda opinio abſolutè loquendo, & in ſermone morali, quia à quocumque iudice, qui iniuſtè grauet poteſt appellari, vel iudicialiter, vel extraiudicialiter ſecundùm quòd iudex procedit.

13 Et ad hoc multum facit regula, quam tradit *Couar.* loco citato, quia nimirum quando DD. excipiunt contra regulam iuris, vt illam limitent, debent priùs exceptionem probare. *l. omnis diffinitio ff. de regul. iuris, cap. 2. de coniug. leproſ. & cap. ad decimas, de reſtitut. ſpol. Franc. in rubric. de appell. num.17. Dec. in cap. conſuluit 1. de appellat.* & apud eundem *Couar. Bart. Matheſil, Alex. Iaſon. & Tiraquell.* Verè enim opiniones, quæ pro ſe habeat regulas iuris ſecuriores ſunt, quidquid in contrarium ſentiant DD. & præcipuè Conſulentes ſine textu & lege, contra iuris regulas excipientes. Cum igitur licet electiones, confirmationes, inſtitutiones, collationes, prouiſiones ſint actus extraiudiciales, iura expreſsè concedant poſſe contra illas appellari, niſi contraria exceptio ex lege probetur, parùm iuuat illam ex ſola DD. auctoritate probare. Quamuis etiam alio modo DD. vtriuſque opinionis concilientur; quia primæ opinionis ſectatores loquuti ſunt de appellatione iudiciali, quæ ſola propriè eſt appellatio, & quæ non habet locum vbi iudex procedit extraiudicialiter. Sed DD ſecundæ ſententiæ loquuti ſunt de appellatione extraiudiciali, quæ locum habere poteſt contra iudicem extraiudicialiter procedentem.

14 Bene quoque aduertit idem *Couar.* ex DD. ſcribentibus in rubrica de conſuetud. quòd iudex appellationis non tenetur in iudicando ad ſeruandas eas leges, ad quas tenetur iudex *a quo*, ſed ſecundùm proprias leges iudicare debet. Et additur, quòd iudex appellationis maxima æquitate vti debet, & non eſt bonum, quòd cauſam ex integro omnino iudicet, ſed quantum fieri poteſt, debet agere pro manutentione ſententiæ iudicis inferioris, vt v.g. pro leui præiudicio per eum illato, eam non caſſet, ſicut neque ab aliquod eorum, quæ ex æquitate tolerari poſſunt.

15 In his verò caſibus, in quibus nõ licet appellare contra iudicẽ arbitrantem, poſſe haberi recurſũ ad Superiorem, ſeu reclamationem, aut ſupplicationem probant latè *Boerius decis. 284. et Farin. d. q. 17.* Et de iſtis videri poteſt *Maranta in ſpeculo p.6. §. & quandaque appellatur à num. 11.* Quando vero licet appellatio, etiam ſi hæc ſit extraiudicialis, nihilominus non eſt merè deuolutiua, ſed ſimul eſt ſuſpenſiua, ita quòd ſi contra appellationem aliquid fiat, illud tanquam attentatum ſaltem iuſtificata appellatione debeat caſſari, & reuocari. *Franch. in cap. 1. numer. 4. de appellat. Couaru. in l. vnica, limitat. 25. numer. 15. Scaccia quæſt. 2.*

Digitized by Google

numer. 36. & alijs ſupra cap. 33. relati.

16 Sed ad hoc vrgere videtur, quod ſubdit *Barboſa num. 58. 59. & 60.* quia nimirum iudicem inferiorem poteſt mouere cauſa, quæ lateat ſuperiorem. Vnde cum Conc. Trid. ſeſſ. 21. de reform. cap. 2. ponat in arbitrio Epiſcopi aſſumere ordinandos, ad titulum patrimonij, vel penſionis, ideo Epiſcopus Deum ſolum iudicem habebit ſi irrationabiliter neget alicui ordinem, & ab eius arbitrio non licebit appellare, quia Superior non poteſt animum, & conſcientiam inferioris immutare *l. 1. num. 10. C. de ſentent. ex breuit. recitan. Rot. in Eberen. Ordinum 23. Iunij 1618. coram Remboldo, & 18. Februar. 1618. coram Coccino,* & Vrbanus VIII. in Breui directo ad Epiſc. Gien. dixit Epiſcopum prohibentem confeſſiones ei, quem approbauit ſimpliciter, non teneri reddere cauſam, niſi Sedi Apoſtolicæ, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit. Sed ex hoc vltimo adducto ruit totum argumentum. Nam ſi Epiſcopus, etiam in arbitrarijs, tenetur reddere cauſam Sedi Apoſtolicæ, locum igitur poteſt habere appellatio, etiam in arbitrarijs, per quam compellatur iudex arbitrarius ſuperiori reddere cauſam, vt appareat, an ex rationabili arbitrio iudicauerit, & ſic Superiorem non latebit cauſa, quæ mouit iudicem inferiorem, quia hic illi eam aperire cogetur. Quod verò ex Conc. Trid. adducitur ad rem non facit, quia qui non habet beneficium Eccleſiaſticum, non habet ius, vt ordinetur, ſed in libertate Epiſcopi eſt aſſumere, quos ſpectata neceſſitate, & vtilitate iudicauerit aſſumendos. Vbi verò non eſt ius habendi, nec datur actio ad agendum, nec appellatio ſi non obtinetur, quod concedere in libertate alterius eſt, vel negare. Si tamen Epiſcopus nollet ordinare beneficiatum habentem ius ad ordinem annexum beneficio, poſſet beneficiarus appellare. Ita eum Eccleſia, electores, & electus habeant ius ad confirmationem, vel etiam reſpectiuè ad caſſationem electionis, ſi hæc denegatur ſine iuſta cauſa, datur locus appellationi, vel iudiciali, vel extraiudiciali.

S V M M A R I V M.

1 *Contra electionem confirmatam non excipitur. num. 17.*

2 *A confirmatione, vel caſſatione omnis ille poteſt appellare, qui iuſtè petijt, & non obtinuit. numer. 18.*

3 *Contra iudicem ſecundum allegata, & probata iudicantem non datur appellatio. n. 19.*

4 *In duobus caſibus etiam, qui in iudicio non comparuit, poteſt appellare. n. 19.*

5 *Non citatus, aut dicit de nullitate, aut appellat. num. 20.*

6 *Damnatus in contumaciam appellat. nu. 20.*

7 *Qui poteſt agere, poteſt, ſi egit, & fuit grauatus appellare. n. 21.*

8 *Quilibet de populo poteſt & contra electionem excipere. & ſi grauetur appellare. n. 21.*

10 *Electores poſſunt appellare à caſſatione electionis. num. 22.*

11 *Electores non ſunt functi officio ſuo per electionem non confirmatam. n. 23.*

12 *Electores habent ius proſequendi cauſam confirmationis. n. 23.*

13 *Electores ſi electus damnatus ob negligentiam & priuatus iure proſequendi cauſam confirmationis non appellet, poſſunt electores appellare contra talem ſententiam. n. 24.*

14 *Quilibet de populo, qui petijt Confirmationem, maiori parte non conſentiente, ſi negatur non poteſt appellare. n. 25.*

15 *Nec quilibet elector maiori parte acquieſcente ſententiæ poteſt appellare. n. 25.*

16 *Quilibet tamen, cui ex confirmatione immineat iniuſtum damnum, poteſt à confirmatione appellare. num. 25.*

17 *Electores electo priuato iure electionis, vel illi nō conſentiente, aut renunciante non poſſunt appellare a caſſatione electionis. n. 26.*

18 *Electo non habente ius ad electionem, ſed non renuente confirmari, poſſunt electores appellare a caſſatione. n. 26. 27.*

19 *Si electio ſit caſſa ex defectu electi, etiam cauſa non expreſſa debet audiri electus, & ſine eius, vel ſui procuratoris præſentia non poteſt in cauſa appellationis expediri negotium. n. 28.*

20 *Vbi caſſetur electio ex defectu electi, ſi electus grauatur, poteſt appellare, etiam ſi ex electione nullū ius acquiſierit. n. 29.*

21 *Et nedum tunc habet ius, vt iuſtificetur ab infamia, ſed vt confirmetur eius electio ex iniuſta cauſa caſſata. n. 30.*

22 *Vbi tamen cauſa caſſationis talem electum non lædit, non poteſt appellare. n. 31.*

23 *Electus, etiam ſi ex electione nō acquirat ius, ſi eius eius electio caſſetur ſimpliciter nulla expreſſa cauſa, niſi in genere, poteſt a caſſatione appellare. numer. 32. & 33.*

24 *Non eſt neceſſe, quod iudex in ſententia exprimat cauſam. n 32.*

25 *Iudex debet cauſam exprimere in ſententia, ſi illa ad plures cauſas cum præiudicio partis poteſt referri. n. 33.*

26 *Sententia ſimpliciter lata debet in mitiorem partem intelligi. n. 33.*

27 *Electio ſimpliciter caſſata præſumitur caſſata ex defectu electionis. n. 33.*

28 *In caſſatione electionis debet exprimi cauſa. n. 33.*

29 *Appellatio quantum ad ſubſtantiam eſt de iure naturali. n. 34.*

30 *Appellatio naturalis & ciuilis. n. 35.*

31 *Appellatio quomodo naturalis. n. 35.*

32 *Appellatio naturalis nō eſt proprie appellatio. n. 36*

33 *Sola appellatio iudicialis eſt propriè appellatio. num. 36.*

34 *Appellatio naturalis quid ſit. n. 36. & 37.*

35 *De eius eſſentia non eſt aliqua ſolemnitas. n. 38.*

36 *Appellatio ex lege naturali deuoluit, & irritanda reddit geſta contra appellationem. n. 39.*

37 *Res vendita non venditur validè alteri, ſcienti rem fuiſſe alteri venditam. n. 40.*

38 *Res vni vendita non venditur validè alteri, ſi primus emptor in iudicio rem ſuam petit. n. 41.*

39 *Electus pendente appellatione eaque iuſtificata non ſuſtinetur. n. 41. & 42.*

40 *Si tamen poſſideat debet audiri. n. 41.*

41 *Quando ſecunda præſentatio valeat. n. 42.*

42 *Quod electio facta pendente appellatione ea appellatione iuſtificata ſit caſſanda eſt de iure natura. 42. & 43.*

Geſta

43 *Geſta pendente lite de lege natura ſunt reuocabilia. n.43.*

44 *Lex naturalis in reuocandis attentatis accipit determinationem à lege poſitiua. n.44.*

45 *Appellatio propriè ſumpta eſt inuentum legis humanæ, quod per Principem poteſt tolli. n.45.*

46 *Prohibitio appellationis per legem inducta fortior num.46.*

47 *Sed odioſa & magis reſtringenda, n.46.*

48 *Prohibitio appellationis nõ impedit dicere de nullitate. n.47.*

49 *Nec alia remedia iuris. n.47.*

50 *Prohibitio appellationis excindit ſolam iudicialem num.48.*

51 *Clauſula appellatione remota non tollit ſolum appellationem friuolam. n.49.*

52 *Clauſula appellatione remota, non tollit appellationem expreſſam in iure. n.50.*

53 *Hoc magis dicendum vbi prohibitio appellationis ſit ex lege, vel priuilegio. n.51.*

54 *Quando abſque cauſa cognitione prohibetur appellatio, prohibitio ſtrictiori modo intelligenda. num.52.*

55 *Nec ex lege aut priuilegio prohibente appellationem excinditur appellatio in materia electionis. num.52.*

56 *Prohibitio appellationis non excindit appellationem ſimpliciter, ſed grauatus ſemper appellat appellatione deuolutiua, & extraiudiciali. numer.53.*

57 *Et hoc eſt verum etiam ſi prohibitio appellationis ſit ex lege vel priuilegio. n.54.*

58 *Geſta contra hanc appellationem deuolutiuam ſunt reuocanda per viam appellationis. n.55.*

59 *Iudex ad quem ex iuſtitia tenetur ſubleuare à grauamine, & ſi id non fiat ab eo poteſt appellari. n.56.*

60 *Plures caſus in quibus geſta contra appellationem deuolutiuam reuocantur. n.57.*

61 *Prohibiti appellare poſſunt appellare extraiudicialiter. n.58.*

62 *Appellatio extraiudicialis non tantum habet de ſolemnitate. n.58.*

63 *Debet tamen interponi intra decem dies. n.58.*

64 *Appellatio quantum ad effectus, quos parit ex lege naturali, non poteſt tolli. n.58.*

65 *In multis caſibus per clauſulam appellatione remota non tollitur etiam appellatio iudicialis. numer.59.*

66 Epilogus *queſtionis. n.60.*

67 *Regulares de iure communi non ſunt prohibiti appellare à confirmatione, vel caſſatione electionis. num.61.*

68 *Regulares ſuas leges conſiderent, & priuilegia, & ſi in eis interdicitur appellatio, eas obſeruent. 62.*

69 *Regularibus non conuenit appellare. nu. 62.*

17 QVæritur ſecundò. Quis poſſit appellare à Confirmatore? Diſtingui debet exceptio contra electionem ab appellatione à confirmatione, quia contra electionem confirmatam, nullus poteſt excipere, niſi qui fuit impeditus, vt ante confirmationem, aut caſſationem excipere poſſet, vt dictum eſt cap.32.quæſt.3. Et tunc exceptiones dandæ ſunt coram Confirmatore, qui de illis iudicabit, & ſi excipientes nihil noui afferant, quod non fuerit antea conſideratum, auditi non debent.

18 Sed appellatio ſupponit ſententiã Confirmatoris, & ab ea prouocat. Et ideo ad hoc vt aliquis poſſit appellare à confirmatione neceſſe eſt, vt vel per confirmationem, vel per caſſationem electionis fuerit iniuſtè grauatus. Is verò eſt omnis ille, qui iuſtè petijt, & iniuſtè non obtinuit. Nimirum, qui iuſtè petijt confirmationem electionis, & hæc fuit iniuſtè caſſata, ſeu qui inſtetit pro caſſatione & electio iniuſtè fuit confirmata. Vbi igitur electus habet ius ad confirmationem, ſi illam petijt, & iniuſtè negata fuit, poteſt à grauamine appellare. Electores etiam habentes ius, vel ad confirmationem, vel ad caſſationem electionis, appellare valeant, ſi iniuſtè grauentur.

19 Sed dubium eſt primò, an qui non petijt, vel confirmationem, vel caſſationem, poſſit vel ab vna, vel ab alia appellare. Videtur enim quòd nõ poſſit, quia Iudex ſententiando non grauat eos, qui non ſunt partes in iudicio, quod ex actore, reo, & iudice integratur *D.Thom.* 2.2. *q.67. art.3.* ideò qui nec eſt actor, nec reus, non grauatur à iudice, cum iudicis officium ſit inter actorem & reum iudicare. Contra iudicem enim legitimè ſecundùm allegata & probata procedẽtem locum non habet nec grauamen, nec appellatio. Nihilominus dicitur, quod in duplici caſu, qui non petijt, & in iudicio non egit, nec fuit conuentus poteſt appellare, ſi grauetur, primò, ſcilicet.

20 Si iudex citandum non citauit, & contra incitatum, ſententiam protulit. In hoc enim caſu ſententia & eſt nulla, & eſt iniuſta. Vnde grauatus poteſt cõtra eam procedere duplici via, ſcilicet dicendo de nullitate, vel coram eodem Confirmatore, vel coram Superiore, & appellando à ſententia tanquam nulla, & iniuſta, de qua appellatione optimè tractat. *Panorm. in cap. dilecto 63. num.6. & 7. de appellat.* Secundò, ſi quis in contumaciam damnatus, fuit grauatus ex eo, quod iudex iudicando ſecundum allegata & probata, exceſſit & pluſquam merita proceſſus exigerent cõtumacem grauauit. Nam talis iudex iniuſtè egit, & reum oppreſſit.

21 Dubitatur ſecundò, an aliquis præter electores, & electum poſſit contra confirmationem aut caſſationem electionis appellare. Reſpondetur, quòd quicumque poteſt vel petere confirmationem, vel illi opponere, ſi petat, vel opponat, poteſt appellare à decreto Confirmatoris, ſi iniuſtè grauetur. Habentes enim ius, vel ad petendam confirmationem, habent ius vt illa ſine cauſa illis nõ denegetur, & patiũtur iniuſtitiã à Confirmatore, ſi ſine cauſa confirmationem neget. Et idem dicitur de habente ius opponendi electioni, & petendi eius caſſationem. Et quia vt probatum eſt *c.32. q.2.* quilibet de Eccleſia, vel populo, vel Conuentu cui electus præeſſe debet, habet ius pro ſuo interreſſe petendi confirmationem, vel ei apponendi; & ideo poteſt etiam a decreto Cõfirmatoris appellare, ſi per illud grauatur. Vnde *Innoc. in cap. ſuper his 16. de accuſat. num.7.* admittit, quòd contra electum confirmatum quilibet habens interreſſe etiam laicus poteſt excipere, ſi electus habet curam animarum, & debet ille præeſſe. Quod tamen qualiter ſit faciendum ibi explicat. Si ergo iſte exce-

ceperit ante confirmationem, & eius exceptio fuerit iuſta, & admittenda, ſi non admittitur, & electus confirmatur, ille poteſt appellare. Nam regula eſt, quòdqui poteſt in iudicio agere ſi agit, & à iudice grauatur poteſt appellare.

22 Dubitatur tertiò an electores poſſint appellare a caſſatione electionis, ſi confirmator illis non auferat nouam electionem. Videtur enim quòd in hoc caſu non poſſint appellare, quia videtur quòd non lædantur. Nam ex quo illi elegerunt, functi iam ſunt officio ſuo, & aliàs ſi eorum caſſatur electio, manent in libertate vnde alium eligant, & ideo eorum nõ interreſt, quòd caſſetur electio. Propterea non deſune, qui hoc fundamento perſuaſi dicant, quòd vbi electores non priuatur electione, ſed ius eligendi ad eos redit, non poſſint appellare a caſſatione ſuæ electionis. Sed hæc eſt improbabilis opinio ex directo contraria Sacris Canonibus. Nam appellare poteſt ſi iniuſtè grauetur, qui habet ius petendi à iudice, & agendi pro confirmatione electionis habenda. Nam aliud non eſt appellatio quàm prouocatio à minori iudice grauante ad iudicem maiotem *l. 1. ff. §. ſi quis in appellat ff. de appellat. Panor. in rubr. de appell num.* 3. & alij DD. communiter. At verò iudex minor maximè grauat ſi iniuſtè denegat, quod ab actore iuſtè petitur, & iuſtum actorem ſua ſpe, & deſiderio priuat.

23 Nõ eſt autem verum, quòd electores per ſolam electionem non confirmatam functi ſint officio ſuo, ſed ſolùm eorum officium perficitur, cũ eorum electio confirmatur, vnde habent ius petendi propriæ electionis confirmationem *Bald. in cap. dudum 54. num. 3. de elect.* & proſequendi & defendendi eandem coram Confirmatore, *Innoc. in cap. dilectus 27. num. 3. & 4. de præbend Panorm. in d. cap. dudum nu. 4. Bald. in cap. poſtquam num, 6. de elect.* quos ſequitur *Caſtell. cap. 5. num. 63. Gloſſ. Gem. in cap. cupientes §. ad hæc. num. 5. de elect. in 6.* Quæ veritas ex Sacris Canonib. probatur, in quibus ſemper cum opus fuit, admiſſi ſunt electores vt actores, & defenſores proprie electionis, vt patet *cap. cum dilectus de conſuetud. & cap. cum inter, & cap. cum Wuinton:en. 25. & dudum 54. de elect. & cap. 2. de præbend. & cap. cupientes 16. de elect. in 6.* In dicto autem *cap. Cupientes* nedum præcipitur, quòd ſiue electio ſit facta in concordia, ſiue in diſcordia electores mittant proprios procuratores ex eiſdem electoribus acceptos, qui ad Curiam accedant instructi plenè de negotio, & quos procuratores debere habere mandatum nedum ad informandum, ſed inſuper ad petendam confirmationem electi ab ipſis electoribus ex *Io: Andr. & Gull. docet Gemin. §. ad hæc.* Sed ſi procuratores non mittant priuantur iure proſequendi cauſam confirmationis, igitur mens Pontificis expreſſa eſt, quòd electores habeant ius proſequendi cauſam confirmationis, cum eos hoc iure priuet in pœnã negligẽtię mittẽdi procuratores ſuos ad curiam.

24 Immò aduertunt *Gloſ. in v. nullum, & ex ea Gemin. §. vel ſi num. 2. & Franc. §. Cæterùm num. 6.* Quòd ſi contingat pronunciari contra electum, quòd ob negligentiam ceciderit à iure proſequendi cauſam electionis ſuæ, & ipſe non appellauerit, quòd potuerunt ab hac ſententia appellare electores pro iure, quod habent, quia enim vbi electus in pœnam ſit priuatus iure confirmationis, hoc redundat in damnum eligentium, qui non poſſunt proſequi eiuſdem cõfirmationis cauſam electo priuato iure confirmationis; ideo ne ipſi ius ſuum amittant à ſententia lata contra negligentiam electi poſſunt appellare, & ſi cauſam vincant prodeſt electo, & electores cauſam electionis ſine aliquo impedimento proſequi valent. Sed & ex *cap. poſtquam 3. de elect.* hoc idem demonſtratur. Eius enim textus, hæc ſunt verba. *Confirmationem petentium deſideria, ſi nihil eſt, quod electum impediat, impleantur.* Conſiderandum enim eſt, quòd cum vnus ſit tantùm electus, nihilominùs deſiderantes habentes ius, vt eorum deſiderium omnino impleatur per cõfirmationem electi, ſunt plures. Inter hos plures verò, ſine dubio præcipue ſunt electores, qui electum elegeruot, & quorum vota, & deſideria impleri debent. Quòd ſi electione exiſtente legitima & electo nullum patiente defectum, caſſetur electio, læditur electorum deſiderantium ius, & illi poſſunt appellare; quia appellare poteſt quicumque à iudice læditur. *cap. 3. omnis oppreſſus 2. q. 6. & cap. debitus 59. de appell. ſpecul. eod. tit. §. 1. libr. 2. Rugmell. de appell. §. 2. cap. 2. concl. 12. Maranta in ſpec. §. & quandoque appellatur, in princip.*

25 Immo poſſet videri alicui, quod hoc ampliandum ſit, ita quod a caſſatione electionis appellare poſſit etiam quilibet de Conuentu, aut de Eccleſia, aut de populo, qui petijt confirmationem, ſi ea negetur, appellare. Quia quilibet electorum, vel etiam de Conuentu habet interreſſe in electione digni, vel indigni, & ſi alij de Collegio vel de Conuentu nolint agere, non ceſſat per hoc ius aliorum. Verum aliter dicendum eſt, & diſtingui debet interreſſe communitatis, & interreſſe cuilibet proprium. Nam vbi interreſſe eſt commune quilibet de communitate non poteſt in iudicio agere, & petere alijs, ſeu maiori parte eorum iuſte nolentibus petere, quia in ijs, quæ ad communitatem ſpectant ſtandum eſt maioris partis determinationi, ſi illa non iniuſtè aliquid decernit. Vnde eſt quòd in iſtis nullus ſingularium poteſt in iudicio agere, niſi à tota communitate mandatum procuræ habeat. Et in *cap. Cupientes* præcipitur, vt mittantur ab eligentibus duo ex illis bene inſtructi de negotio, vel ſi electio non eſt facta in concordia, duo ex qualibet parte, qui omnium nomine agant, nec datur ſingulis de Capitulo facultas agendi nomine proprio pro confirmatione electi; quia ius quod habent electi ad proſequendam confirmationem non eſt proprium ſingulorum ſed eſt Collegij. Nec obſtat, ſi ex confirmatione, vel caſſatione adueniat ſibi aliqua propria vtilitas, vel damnum, quoniam videndum eſt, an habeat ius ad illam vtilitatem, & ſi damnum ſit iniuſtum. Hinc diuerſa ratio confirmationis, & caſſationis eſſe poteſt. Quia vtile quod ex confirmatione poteſt prouenire huic vel illi particulari electori, vel de Conuentu poteſt quidem eſſe magnum, ſed non debitum vt v. g. ſi electus ſit conſanguineus, vel amicus valde alicuius ex electoribus, vel populo; ſed hoc vtile non eſt debitum, nec pro illo poteſt aliquis agere in iudicio, vnde ſi caſſetur electio non habet, vt appellet, quia nulla facta eſt illi iniuſtitia, ſi verò facta eſt iniuſtitia communitati, ſi hæc eſt talis, quam maior pars poteſt iuſtè condonare, & condonet, non remanet huic vel alteri, vel minori parti ius proſequendi iniuriam. Et quia

in

in caſſatione electionis digni iniuſta offenſa non eſt facta populo, qui non habet ius magis vt illi præſit hic dignus, quam alius dignus, nec eſt facta alicui particulari electori, quia ius proſequendi electionem competit ſibi non ex iure proprio, ſed quia eſt elector, & ex iure Collegij, & iniuria quam Collegium electorum recipit ex iniuſta caſſatione, ſi electio iterum redit ad Collegium eſt talis, quòd poteſt per Collegium tutè remitti. Ideo ſi electio caſſetur, & Collegium electorum pro maiori parte iniuriam remittat, non eſt vnde vel populus, vel Conuentus vel hic, aut ille particularis elector appellare poſſit, quia non remanet iniuſtè grauatus. Econtra verò ſi confirmetur electio, poteſt de facili contingere, quòd nedum cuilibet electori, ſed cuilibet de populo competat appellatio à data cõfirmatione, quia poteſt contingere quod populo, vel alicui de populo ab electo iniuſtum immineat damnum, ratione cuius ſicut potuit à probabiliter eum timentibus excipi contra electionem, vt ſi Princeps Regno ſuo iuſtè timeat damnum ab electo, vt quòd inimicis ſecreta Regni manifeſtabit, & illis quocumque modo iniuſtè fauebit, ſic ſi confirmetur electio poteſt, qui excepit, appellare à Confirmatione. Itaque non debet attendi ſolùm an ex decreto Confirmatoris adueniat vtile vel damnum, ſed an damnum ſit iniuſtum, & iniuſtum grauamen; quo ſtante quilibet iniuſtè grauatus poteſt à tali decreto appellare.

26 In tantùm tamen valet appellatio electorum interpoſita à caſſatione electionis, vt teneat etiam vbi electus non habet ius ad confirmationem. Quod tamen cum diſtinctione eſt intelligendum. Nam ſi electus in pœnam ſit priuatus iure electionis, & confirmationis, hic quia non eſt confirmabilis, ſed indignus confirmatione nocet electoribus, vt ex *Gemin. & Franco* locis citatis dictum eſt, & fruſtra & iniuſtè electores tentarent confirmationem electi, qui non poteſt confirmari. Et hoc idem dicendum eſt, ſi electus vel non conſenſerit electioni, vel ei renunciauerit, & nolit eſſe Prælatus. Quia cum ille cogi non poſſit ad inſtantiam electorum, vt electioni conſentiat, vel vt velit eſſe Prælatus, ſi non conſentit, aut renuit nec illius electio debet confirmari ex iuſtitia, nec electores poſſunt iuridicè inſtare, vt confirmetur. Sed ſi quis electus non habeat ius ad confirmationem ex lege, ita tamen, quòd poteſt immò debet confirmari, ſi ſit dignus, à caſſatione electionis eius; poſſunt vtique appellare electores habentes à iure ius petendi electi confirmationem, & defendendi factam ab eis electionem, quia electio eſt confirmabilis, & debet, ſi ſit legitima confirmari.

27 Nam electio eſt electorum veluti partus. Eccleſia enim electoribus committit electionem confidens eorum prudentiæ, & zelo, quòd nominabunt in Prælatum perſonam idoneam ad Eccleſiam regendam, vnde eorum eſt, vel honor, vel vituperium, ſi bene, vel malè eligant; vnde eſt, quòd nedum ex lege poſitiua, ſed ex ea lege naturali habent ius petendi confirmationem electi, & defendendi electionem per ipſos celebratam, ex qua vnuſquiſque propria defendere poteſt, & perfectionem ſuo operi debitam poteſt iuſtè prætendere. Quamobrem quòd electores ex iure ſibi proprio & à iure electi diſtincto petere poſſint confirmationem electionis, & eam contra impugnantes defendere per viam appellationis, ſupponunt communiſſimè DD. & probat praxis Eccleſiæ, & Romæ in Sacris Congreg. paſſim admittuntur, & iudicantur appellationes ab electoribus interpoſitæ contra caſſationes electionum. Et immò *Peyr. in formul. litt. C. cap. 18. num. fin.* cautelam docet ab electoribus ſeruandam, ſi timeant electionem eorum eſſe caſſandã, ad hoc vt ſi contingat electionẽ illorum caſſari, non poſſit fieri noua prouiſio eis inauditis, & eorum appellatione non inſpecta, & ait huic periculo adhibendum remedium in literis petitionis confirmationis inſerendo proteſtationem, & appellationem, & dicendo. *Quam confirmationem ſperant à benignitate P. V. R. obtinere, quod ſi ſecus fiat, proteſtantur velle audiri, & ex nunc appellant ad Sedem Apoſtolicam.*

28 Sed dices: Poſſunt ne electores agere in iudicio appellationis pro confirmatione electionis caſſatæ, electo ſecum non agente, vel ſaltem ſine procuratore electi? Reſpondetur, quòd vbi agitur de electione expreſsè caſſata ex defectu formæ, ſufficit quòd electus alias non habens ius ad confirmationem negatiuè ſe habeat, & nec petat, nec reijciat quòd electores agant pro illius confirmatione. Quia tunc electus in ea cauſa non habet intereſſe, & ſoli electores appellantes ſunt actores. Sed ſi tractetur de electione caſſata ex defectu electi, non poteſt in tali cauſa procedi non citato electo, de cuius maximo intereſſe agitur, vnde neceſſe eſt, vt vel ipſe electus, vel aliquis eius procurator compareat. Nam & vbi non ſit expreſſa cauſa poteſt eſſe, quòd electus potiùs velit cauſam in iudicio appellationis non exprimi, quàm electionem confirmari. Ideo in facti contingentia, cum in Curia Romana tractaretur cauſa appellationis à caſſatione vnius electionis, quæ appellatio fuerat interpoſita per electores à caſſatione facta non expreſſa cauſa, ille procurator ex aduerſo inſtitit vt electorum procurator non audiretur, niſi haberet etiam mandatum procuræ ab electo, & ſic ille exhibuit mandatũ procuræ etiam electi, vt pro electi honore ſtaret, & vbi exprimeretur cauſa illum tangens reſpondere poſſet.

29 Dubitatur quartò an vbi electus non habet ius ad petendam confirmationem, nec tamen eſt confirmatione priuatus, ſi eius electio caſſetur ex defectu ipſius electi poſſit à caſſatione appellare? Supponitur, ſi iſtius electio caſſetur ex defectu electionis, quòd appellare non poſſit, quia cum ex electione nullum ius acquirat, non læditur, ſi eius electio ex defectu electionis eiuſdẽ caſſetur. Ex hoc autem videri poterit, quòd nunquam talis poſſit appellare à caſſatione electionis, quia non habet ius vt eius electio confirmetur. Sed dicitur indubitatum eſſe, talem electum poſſe appellare ſi eius electio ex eius defectu iniuſtè caſſetur. Ratio euidens eſt, quia, vt probatum eſt *cap. 33.* & conſtat ex *cap. ſuper eo de elect.* dum caſſatur electio ex defectu electi, ipſe remanet infamis infamia facti, & ineligibilis; igitur ſi iniuſtè ex tali cauſa caſſatur electio, ille iniuſtè læditur, & ideo poteſt appellare.

30 Sed dices, quòd poterit appellare non à caſſatione electionis, ad quam non habet ius, ſed à cauſa caſſationis, & ita manebit valida caſſatio, & ſolùm in iudicio iudicis *ad quem* examinanda erit

causa

cauſa caſſationis, an iuſta fueiit, vel iniuſta. Sed primò hoc locum habere non poteſt, vbi cum electo ſimul appellant eligentes habentes ius ad confirmationem eltcti, ſi ille ſit dignus, vnde eo digno inuento confirmanda erit eius electio ſecundò licet directè, & in tigore electus talis non habeat ius, vt confirmetur, quia tamen digni electio, ex lege eſt confirmanda, & ſolùm ex cauſa rationabili caſſari poteſt, etiam ſi electus non habeat ius ad confirmationem, ideo ex conſequenti, iudex *ad quem* inuento electo digno vt confirmetnr, tenetur eius electionem confirmare, ſi nnn ex iure electi, ex iure Eccleſiæ volentis electionem non caſſari, niſi ex cauſa rationabili. Ideo tali appellatione pendente non poteſt omnino valide alia electio celtbrari, donec conſtiterit electionem priorem fuiſſe legitimè caſſatum. Nam & electus nedum habet ius vt non infametur, ſed vt ex cauſa iniuſta & infamante ſibi confirmatio non denegetur. Nec caſſans electionem iniuſte debet habere ex ſua iniuſtitia hoc commodum, quód dignus ab eo iniuſtè grauatus maneat excluſus ab officio, ad quod fuit electus.

31 Limitatur tamen prædicta aſſertio, vbi defectus, ob quem caſsatur electio, ſit talis quód infamet electum, vel illi notabiliter noceat. Nam aliàs ſi v. g. caſſaretur electio, quia electus præſumitur ad tempus præſens infirmus, idtoque eius ſama maneret integra, neque ex hoc electus maneret ineligibilis, niſi duraret infirmitas; in eo caſu non læderetur fama electi, nec illi inferretur notabile præiudicium, ideo appellare non poſſet.

32 Dubitator quintò, an vbi Confirmator in decreto caſſ.tionis electionis nullam aſſignat cauſam, vel aſſignat in confuſo per elauſulam ex cauſis vobis bene vitis, electus, qui aliàs non habet ius ad confirmationem poſſit ab hnc decreto appellare. Videtur enim, qnòd non poſſit. Quia cum in decreto caſſatiouis non appareat, quod electio caſsetur ex defectu electi, non hit ei præiudicinm, cum alias talis per ſe ex negata confirmatione conqueri non poſſit. Verùm dicendum eſt oppoſitum. Primó quidem ſi aliunde innoteſcat, vel probabiliter timeatur ne innoteſcat, electionem eſse caſsatam ex defectu electi ipſum infamante; quia nimis graue præiudicinm eſt, quód quis ininſtè maneat apud viros graues inſamatus, vndecumque hæc infamia diſseminata fuerit, & innotuerit, cum proueniat ex caſsatione ipſa facta ex defectu electi. Secundò abſolutè, quia quidquid dixetit *Barboſa l. 1. voto 4. num. 39* aſserens hunc taltm credere debere, electionem fuiſse caſsatam ob cauſam concernentem bonum commune, non verò ad ſui iniuſtitiam; & non obſtante, quòd *Bannes p. 2. q. 67. a. 2. ad 2.* dixerit in hoc caſu iudicium temeratium eſſe iudicare, quòd electio ſit caſſata ob defectum electi, dicendum eſt non poſſe electo negari in hoc caſu appellationem, niſi conſtet de oppoſito. Primò, quia ſi ex hoc non liceret appellare, quia in ſententia non exptimitur cauſa, & ideo ſtntentia non grauat, nunquam fere liceret appellare; quia non eſt neceſſe quód iudex in ſententia, cauſam exprimat vt probat *Panarm. in cap. examinata 15. num. 8. de ind. & in cap. ſicut nobis. 16. nu. 11. de re indicata, vbi eius addit. hoc pluribus confirmat ſub litt. B. Vnde idem Panorm. in Clem. 2. de re iudic. nu. 5.* conſulit, vt cauſa non exprimatur in ſenſençia, & ita ſæpiſſime de facto fie; vnde ſi ab hoc tolleretur iuſta appellatio, eſſet in poteſtate iudicum appellationem iuſtam impedite, nullam in ſententia exprimendo cauſam.

33 Secundò nam licet regulariter non ſit neceſſe, quod iudex in ſententia cauſam exprimat, hoc fallit, quando ſententia ad plures cauſas referri poteſt cum præiudicio partis, quia tunc iudex debet conſulere illius præiudicio, & cauſam ſententiæ exprimete. Et licet etiam tunc ſententia interpretati deberet in mitiotem partem, & ita vt parti non noceret pront tradunt *Panorm. locis citatis, Felin in cap. ſicut. 16. nu. 12. de re indicata, ex l. 3. §. hæc enim ff. de ſuſpectu: & lege ſi præſes ff. de famis.* Vnde ſi Confirmator, caſſet electionem ſimpliciter, præſumendum eſt eam non vitio perſonæ, ſed ex alia cauſa fuiſse caſsatam, nihilominùs qnia relinquitur aliquis locus præſumptioni contrariæ, maximè quòd, vt ponderaui *cap. 33. num.* rariùs eueniet, quod ſi eltctio ſit caſſata verè ex defectu electi, & id nõ manifeſtetur etiam pluſquã ſæpe cũ certitudine morali, & infamia electi, & tandem non paruum præiudicium eſt, quòd non conſtet electionem non fuiſse caſſatam vitio eltcti, & quòd ex hoc electus ſit interim cogitantium, & loquentium arbitrio ſubiectus, & eius honor & fama ſint expoſita voluntati loquentium, ac beneplacito. Idcirco hic caſus vnus eſt ex illis, in quibus DD. aſſerunt iudicem teneri in ſententia exprimere cauſam, vt non fiat præiudicium parti, *Panorm. & Felin. locis citatis, Gemin. in cap. ſi confirmationem num. 6. de elect. in 6.* & ibi *Franc. n. 6. & Gloſſ. v. infirmam.* In terminis verò noſtris, quòd caſſans electionem debeat in decreto caſſationis exprimere cauſam, quia caſſando cam ſimpliciter, per talem caſſationem poſſitq aliquando præiudicari eltcto, & aliquando non, docet *Felin. d. cap. ſicut num. 12. ex Gemin in cap. in tantum diſt. 36. & in cap Cenomarenſem diſt. 56. & in cap. presbites. 2. diſt. 24.* Vnde eſt, quòd electus etiam ſi aliàs non habeat ius ad electionem, habet ius, vt ex caſſatione fama eius non vacillet; quamobrem ſi eius electio caſſetur, non expreſſa cauſa caſſationis, habet ius vt appellet, & ſe ſuumque honorem, ac famam tueatur.

34 Dubitatur ſextò. An, & quæ appellatio ſit de iure naturali, DD. communiter diſtinguunt inter appellationis ſubſtantiam, & ſolemnitatem modumq; illius, & aſſerunt appellationis ſubſtantiam eſſe de iure naturali, quia naturalis defenſio eſt, *cap. omnis oppreſſus 2. q. 6. cap. cum ſpecialis 61. §. porro*, ibi, *præſidium innocentiæ, cap. ſuggeſtum 25. cap. reprehenſibilis 26. ver. ſi verò de appellat. cap. ſignificauerunt 11. de exceptionibus.* Hæc verò defenſio iuris naturalis eſt. *Clem. paſtoralis, §. Cæterum, de re iudicata cap. 1. de cauſa poſſeſſ.* Sed quantum ad ſolemnitatem, & modum eam dicunt eſſe iuris poſitiui. *Panorm. in rubric. de appell. num. 6. Dec. 9. Felin. ibid. numer. 3. Sylu. v. appellat. quæſt. 1. Tabien. numer. 2. Armill. numer. 2. Barboſa in rubr. de appell. numer. 9.*

35 Ad maiotem verò clatitatem diſtingui poteſt appellatio in naturalem, & Cinilem, & dici, quòd illa eſt inuentum legis naturalis, hæc veró eſt inuentũ legis poſitiuę. Datur enim appellatio naturalis. Nã nulla exiſtẽte poſitiua lege, & in ſtatu naturæ ante legem dabatur iudicium, quod ad aliquem,

quem, vt miniſtrum iuſtitiæ publicum pertinebat, & dabatur propterea ius & modus ſe defendendi in iudicio, & etiam contra iudicem, ſi grauaret; appellatio verò nō eſt niſi actio qua quis grauatus ſe in iudicio defendit, ſeu media ſuperioris implorata auctoritate ſe tuetur. Poteſt verò appellatio in duplici ſenſu dici naturalis, primò, ſcilicet, quia ſit ſecūdum inclinationē naturæ, & ex naturali deſiderio competat. Nam certè ſecundum naturæ inclinationem eſt, quòd vnuſquiſque ſe & ſua defendat. Etenim & animalia omnia ſe defendunt, ne lædantur, & læſa procurant ſuo damno remedium. Et quia homini conuenit, vt in propria caſa non ſit iudex, ſed quod inter homines detur iuſtitiæ miniſter, qui hominum iuſtitiam tueatur ac defendat, ideo ſecundùm naturam eſt, vt homines læſi ad miniſtrum iuſtitiæ pro ſui defenſione recurrant, & ſi ipſe qui iuſtitiam tueri deberet iuſtitiæ miniſter ſit, qui lædat, ſecundum naturam eſt, vt imploretur Superioris iudicis auxilium Secundò modo appellatio dicitur naturalis, quia ſit præcepta de iure naturæ, Verùm conſiderandum, quód appellatio, quæ eſt quædam prouocatio à lædente ad iudicem, poteſt cōſiderari, vel ex parte læſi, & appellantis, vel ex parte iudicis ad quem appellatur, & ex vtraque parte appellatio eſt de præcepto legis naturæ. Nam ex parte iudicis, qui appellatur datur præceptum legis naturæ; ille enim ex officio tenetur iuſtitiam defendere, & facere, vt qui læſit ſatisfaciat, & inæqualitatē iniuſtitiȩ æqualitate iuſtitiæ cōpenſet. Ex parte veró læſi licet non ſemper, tamen in caſu lex naturæ præcipit appellationem. Quamuis enim quis poſſit, ſi velit, patiēter ferre iniurias ſibi illatas, illaſque condonare; tamen neque ſemper hoc licet; ſi enim patientia cedat in damnum publicum, non eſt virtus, ſed vitiū; & tenetur iniuriam paſſus ſe defendere & iniuriæ cauſam proſequi, illiuſque ſumere vindictam, quam cum non poſſit ex ſe aſſumere *Caiet. 2. 2. q 108. ar. 1.* quia Deus vindictam ſibi & publicis iuſtitiæ miniſtris reſeruauit, ideò tunc ex naturæ lege tenetur offenſus media appellatione ſe defendere. Tandē dicitur quód appellatio ex parte appellātis eſt naturalis, quia eſt defenſio à naturæ lege inſtituta, & ordinata, & ad quam quilibet ex naturæ lege habet ius, vnde eſt bonum naturale ex naturæ præcepto homini debitum, ſicut naturale illi eſt loqui, ambulare, comedere, dormire, &c. Vnde etiam vbi non ſit actio à natura præcepta, in ſingulis indiuiduis ſicut neque eſt naturæ præceptum, quòd homo hic, & nunc loquatur, ambulet, comedat, dormiat, eſt tamen in genere præcepta pro loco, & tempore, ſicut de lege naturæ eſt, vt homo aliquando comedát, vel dormiat, cum id naturæ ſuſtentatio requirit.

36 Verùm hoc primò circa hanc appellationis ſpeciem conſiderandum eſt, quód non eſt propriè appellatio. Nam hoc nomen propriè dicitur de ſola appellatione iudiciali, quæ eſt defenſio ab iniqua ſententia iudicis ſeruato ordine iuris procedenti, vt ex *Io. Ferra. & Contar.* probat *Scacc. q. 2. num. 33. & q. 1. num. 8. de appell.* Quod inde etiam deducitur, quod in materia odioſa ſub nomine appellationis venit ſola appellatio iudicialis. *Panormit. capit. bona 51. num. 8. de appellat. Dec. cap. cum ſit Romana 5. num. 25. eod. titul. Cornel. Contar. Bero* quos ſequitur *Scacc. d. q. 1. nu. 8.* Poſſet vero hæc naturalis appellatio dici appellatio extraiudicialis. Sed & hoc minùs propriè diceretur; quia & appellatio extraiudicialis eſt ciuile remedium, multum habens de lege poſitiua. Tamen nomine ſibi proprio poteſt vocari naturale confugium ſubditi iniuſtè oppreſſi ad iuſtitiam publicam Superioris, vt per eam releuetur.

37 Diffiniri propterea poteſt hæc appellatio, vt ſit læſi hominis prouocatio à lædente, ad Superiorem, vt per publicam Superioris auctoritatem, vel defendatur, ne lædatur, vel læſus reparetur. Appellatio igitur ſupponit iniuſtitiam læſionis in appellante, vnde appellatio non competit ei, qui non læditur, ſed oppreſſus, & læſus eſt, qui poteſt appellare. *cap. omnis oppreſſus 2. qu. 6.* Verum ſicut appellatio ciuilis non reſpicit ſola læſionem præteritam, vel præſentem, ſed etiam futuram, & non illam ſolam, quæ eſt à iudice, ſed etiam quæ eſt à parte, quia appellatio extraiudicialis datur reſpectu futuri grauaminis. *Panorm. in cap. bona 51. n. 7. Franc. num. 17. Dec. num. 17. de appellat. Felin. cap. 2. num. 3. eod. tit.* & datur nedum à grauamine recepto à iudice, ſed etiam à parte. *Franc. in cap. bona num. 16. de appell. Maranta par. 6. §. Et quandoq. appellatur num. 278. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 3.* Ita appellatio naturalis reſpicit damnum quodcumque ſiue ſit, aut timeatur à iudice, ſiue ſit, aut timeatur à parte, & propterea dicitur, quod eſt prouocatio à lædente quocumque ſiue actu læſerit, ſiue timeatur læſurus. Hoc igitur ſuppoſito vel damno, vel timore damni appellatio eſt prouocatio; eſt enim imploratio auctoritatis Superioris, & ſimul eſt vocatio, ſeu citatio per quam lædens vocatur, & citatur ad iudicium Superioris. Vnde ſicut in appellatione ciuili appellatio extraiudicialis in cauſa non cœpta eſt prouocatio ad cauſam incipiendam. *Tholoſ. de appell. lib. 1. cap. 11. num. Scacc. de appell. q. 2. num. 34.* Ita in naturalibus appellans prouocat, vocat, citat lædentem ad tribunal Superioris. Eſt verò prouocatio ad Superiorem, vnde appellatio non eſt quæcumque defenſio, ſed eſt ſpecies defenſionis naturalis, quæ ſit media Superioris auctoritate, & ideò prouocando lædentem ad Superioris tribunal.

38 De eſſentia verò huius appellationis abſolutè ſumptæ non eſt aliqua iuris poſitiui ſolemnitas, vt quod appellatio fiat intra decem dies à notitia grauaminis, quod fiat in ſcriptis, quòd tot ſint appellationes, quot ſententiæ grauantes, quod detur libellus, & alia ſimilia, quæ ex iure poſitiuo introducta ſunt. Neceſſe tamen eſt, vt qui appellat, prouocet aduerſarium illumque citet intimando ei appellationem. Similiter & quantum ad tempus appellandi neceſſaria eſt aliqua limitatio talis ſaltem, ac tanta vt moraliter cenſeri non poſſit, quod læſus iniuriam remiſerit. Verum hoc naturale confugium, quod etiam in lege naturæ poterat haberi, vel à ſententia iudicis, vel à grauamine partis lædentis, & potuiſſet haberi nedum à prima iudicis ſententia, & ſemel, ſed millies, & toties quoties aliquis iniuſtè grauatus fuiſſet ex adiunctis ſolemnitatibus iuris modo eſt in plures ſpecies diſtinctum, vt quando eſt confugium à ſententia iudicis iudicantis ſeruato ordine iuris, ſi fiat infra legitimum tempus

dica-

dicatus appellatio iudicialis. Et ſi fiat à iudice procedente extraiudicialiter, vel etiam à grauamine partis dicitur appellatio extraiudicialis. Si verò fiat poſt legitimum tempus, vel vbi, & quando nulla conceditur appellatio dicitur querela. Et ideò naturale confugium, quod eſt naturalis appellatio eſt incluſum in omni ſpecie recurſus ad iuſtitiam Superioris, & eſt ſubſtantia harum ſpecierum, quæ ſunt inuenta legis poſitiuæ, quia licet earum ſubſtantia ſit naturalis, forma tamen, & ſpecies eſt inducta per legem poſitiuam.

39 Effectus propterea ſuos habet naturalis hæc appellatio ex naturæ lege valde diſtinctos ab illis, quos habet ex vi legis poſitiuæ. Hi autem ſunt, quia ſine dubio deuoluit cauſam ad ſuperiorem iudicem, ſcilicet articulum ſuper quo controuertitur, ſeu facit vt cognitio grauaminis ſpectet ad iudicem ad quem. Ob hanc enim cauſam oppreſſus appellat, vt eum iudex tueatur, & eius damnum reparet. Ideo eſt ſecundus effectus, qui eſt obligatio ſuperioris, ad audiendum prouocantem, vnde ex vi huius prouocationis ſuperior; nedum poteſt, ſed tenetur appellantem audire, & releuare, & impedire ne lædens amplius lædat, & immò pro illato grauamine ſatisfaciat. Tertiò etiam ſuſpēdit in hoc ſenſu, quòd geſta poſt, & contra appellationem ſaltem iuſtificata appellatione ſunt reuocanda. Vnde ſi electus hoc modo appellet a caſſatione Confirmationis, ſi interim alius eligatur, & confirmetur, cognito grauamine illato priori electo eſt confirmanda eius electio, & alia infirmanda. Aliter nullius valoris eſſet appellatio legitima, ſi geſta contra illam, etiam conſtito de grauamine valerent, & ſic officium ſuperioris eſſet inutile, & qui ſemel iniuſtè grauauit, impunè & validè nouum grauamen ſuperaddere poſſet, & redderet impoſſibilem ſatisfactionem pro priori grauamine debitum, & ſolùm aliunde inuito appellante reparandam.

40 Nec obſtat, quòd ſi Titius Caio vendat equum, & poſtea antequam illi eum tradat vendat eumdem Mutio, æquus eſt Mutij, & non Caij, quia Mutius per ſecundam venditionem aquiſiuit ius in re ſuper equo, Caius verò habebat ſolum ius ad rem. *Leſſ. l. 2. capit. 2. dub. 2. Couar. lib. 2. variar. cap. 19. num. 4. Rebell. de oblig. iuſt. tr. 2. diſp. 2. Gomez variar. tom. 2. cap. 3. numer. 20* Et ſic in præſenti dicendum videatur, quòd ſecundo electus, & confirmatus, qui ex confirmatione acquiſiuit ius in re, eſt in poſſeſſione ſua manutenendus. Non inquam obſtat hoc. Prætermiſſo enim, quòd doctrina adducta non admittitur à multis in venditore Eccleſiaſtica, vt ex *capit. quod autem de iure patron & Clem. vnica, de renunc. probant Roman. Alex. Hippol. apud Couar. l. 2. variar. cap. 19.* dicitur eandem doctrinam non eſſe veram in eo emptore, qui ſcit rem alteri eſſe venditam, & qui priori emptori ſcienter iniuriam facit rem illi debitam emēs, vt limitant *Couar. ibid. num. 5. Leſſ. loco citato, Gomez variar. tom. 2. cap. 2. numer. 20. Peyr. in Formul. lit. C. cap. 18. num. 12.* Quod fortiùs, & euidentiùs eſt verum vbi, qui emit, iam pro habenda re empta citauit vendentem ad tribunal iudicis, tunc enim etiam iudici fit iniuria, ſi res vendita appellanti, & apud iudicem rem ſuam petenti, res illa alteri alienetur, quia hoc manifeſtè eſt contemnere iudicium & iudici. Et hoc modo quiſque poſſet illudere iudici, & vim naturalem iuſtæ defenſionis euertere. Quapropter vbi electus habens ius ad Prælaturam opprimitur iniuſtè, & caſſatur electio eius, ſi alius eligatur, & confirmetur, nedum ex vi iuris poſitiui, prout tradunt *Peyrin Formul. lit. C. cap. 18. numer. 10. Donatus in praxi par. 3. trac. 7. quæſt. 14. nu. 3. Portel. p. 2. caſu 4. num. 9.* & eſt ex iure certum *capit. quod ſicut, & cap. cum dilectus, & cap. cum inter Canonicos, de elect.* Sed ex iure naturali ſecunda electio eiuſque confirmatio eſt reuocanda. Et notandum quòd vbi dicitur quòd ſecunda electio ſit caſſanda, & ſecundo electus priuandus poſſeſſione, hoc intelligitur eo citato, & audito, vt probat *Donatus loc. cit.* Quia nullus inauditus priuandus eſt poſſeſſione

41 Sed neque obſtat, quòd ſi Petrus contrahat ſponſalia cum Antonia, & hæc per verba de præſenti nubat cum Paulo; hoc matrimonium tenet, & Petrus contra Antoniam habet ſolam actionem iniuriarum. *cap. ſi inter de ſponſal. & cap. 1.* de ſponſa duorum. Nam hoc longè eſt diuerſum, & eſt verum ratione conditionis matrimonij carnalis, quod de iure naturæ eſt indiſſolubile prorſus. *Peyrinus loco citato num. 13.* admittit ſimilitudinem matrimonij carnalis cum ſpirituali quantùm ad beneficia perpetua & quantùm ad illa concedit obiectionem. Sed dicitur non eſſe hanc ſimilitudinem admittendam; ſed omnis electio etiam ad Epiſcopatum, ſi fiat poſt appellationem interpoſitam a caſſatione prioris electionis eſt inualida, & caſſanda etiam ſi confirmata, & etiam ſi ſecundò electus, & confirmatus ſit in quaſi poſſeſſione Epiſcopatus. Solùm in præſentatione a Patrono laico, ſi non admiſſo præſentato priori, illeque appellet à reiectione, & patronus laicus interim alium præſentet, & Epiſcopus illum inſtituat, & in poſſeſſionem immitat, tenet ſecunda præſentatio appellatione nō obſtante, *cap. paſtoralis 30. de iure patron.* Sed huius ratio eſt, quia patronus laicus etiam re non integra, etiam pendente appellatione à primo præſentato interpoſita, poteſt variare, & alium præſentare, nec priori præſentato in præiudicium patroni comperit ius ad beneficium. Sed ſi iuspatronatus ſit Eccleſiaſticum, quia in eo præſentatio habet vim electionis, nec patronus poteſt variare, ideo ſi præſentetur alius pendente appellatione, & inſtituatur, tam præſentatio, quàm inſtitutio eſt nulla, & caſſanda. *Panorm. ad d. cap. paſtoralis num. 4* Immò & vbi patrono laico non liceat variare, ſi lite pendente alium præſentet, attentat, & ſi pendente lite inter præſentatos, & vno eorum defuncto, ſi patronus alium tertium præſentet, attentat, vt ex *Rota in vna Tamoren. beneficij 30. May 1586. coram Orano probat Garz. p. 5 cap 9. num. 218.*

42 Quod igitur dicitur magis communiter à DD. ſcilicet, quod electio facta pendente appellatione etiam extraiudiciali interpoſita à caſſatione prioris electionis eſt attentata, & ſi confirmetur tam electio, quam confirmatio eſt caſſanda ſaltem iuſtificata appellatione, vt de electione ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias decernitur in *cap. ſi poſtquam de elect. in 6.* & priùs de appellatione interpoſitam ad Papam decretum fuerat in *cap. conſiderauimus. 10. de elect.* & teneat omnes, qui ſimul tenent geſta poſt, & contra appellationem extraiudicialem ſaltem iuſtificata appellatione eſſe reuocanda,

quos

Digitized by Google

quos retuli *ſupra in hoc cap.numer. 6.* Et in proprijs terminis electionis tenent infraſcripti docentes electionem factam aut prouiſiones factas pendente appellatione etiam extraiudiciali eſſe reuocandam, ſeu reuocandam ſcilicet ex *Innoc. Panorm. cap. cum nobis 19.num.1.7.& 8.de elect.* & ibi *Dec. num.9.& in cap.bonæ de appell.in 6.Anton.de Butrio in cap. dilecti col.2.de reſcrip.& ex Paulo Caſtren. Alex Bart. Rota, Guid.pp Valenzuela conſ.79.numer.25. tom.1. Achil.de Graſſ.dec.32 nu.1. & 34. de appellat.Franc. in cap.ſi poſtquam de elect.in 6.Burat.dec.859.num.1. & 3.& ex Rub.& Valen.Gabriel.Martinez.in ſuo voto numer.43. apud Barboſam l.2. vot.36. & Barboſ. ibid.voto 35.Caſtell.de elect.cap.4.num.59.& cap.14. num.42. & cap.16. num.3. Portel. par.2. caſu 4.verſ. ad ſecundum & num.7.& verſ. ad quintum numer.9. Peyr.in Formul.lit.C.cap.18.num 15. Donatus part.3. tract.7.quaſt.14.num.3.* Quod inquam ſic decernitur nō eſt merum ſtatutum iuris poſitiui, ſed eſt lex naturalis, quia ex vi legis iuſtitiæ non poteſt appellatus ad ſuperiorem contra vim appellationis,& in grauamen ſe defendentis per imploratam ſuperioris auctoritatem agere validè, & firmiter, & indiſſolubiliter, quin ſuperior iuſtificata appellatione non poſſit ſic geſta reuocare prout iuſtitia petierit, & ad bonum commune expedire viſum fuerit. Ideo, quòd ſtatuitur in dictis *cap.conſideranimus, & cap. ſi poſtquam*, ſecundùm ſubſtantiam extenditur ad omnem electionem factam poſt appellationem, quia non eſt purum ſtatutum legis poſitiuę,ſed præceptum legis naturæ.

43 Quamobrem quamuis *Rota decıſ.44. de appell.* in nouis ſenſerit legem *cap. ſi poſtquam de elec. in 6.* loqui de Cathedralibus Eccleſijs non verò de inferioribus, quidquid ſit de hoc aſſerto, quantum ſit ex vi illius legis, vt eſt lex poſitiua, ſecundùm ſubſtantiam comprehendit omnes electiones, quia illa lex ſecundùm ſubſtantiam eſt lex naturæ. Nec obſtat ſi dicatur, quòd non ſit de lege naturæ, vel quòd electores vno electo non poſſint variare, vel quòd electus acquirat ius ex electione; quia ſufficit quòd ex lege poſitiua habeatur ius illud: nam poſtea eo dato intrat lex naturalis. Immò abſolutè lex naturæ vult, vt geſta lite pendente in præiudicium eius,qui auctoritatē publicam ſuperioris implorauit cōtra grauantem,ſint ex ſe per ſuperiorem diſſolubilia. Quamobrem ex his patet, quòd appellatio ex lege naturæ ſuſpendit adeo,& ligat eum a cuius grauamine eſt appellatum, vt eius geſta contra appellationem robore firmitatis careant, & per decretum ſuperioris retrotrahendum ad tempus in quo geſta fuerunt, ſint reuocanda.

44 Sciendum nihilominus, quod licet lex naturæ hanc ſuſpēſionem,& reuocationem præcipiat, vnde eſt, quod innouata poſtquam oppreſſus confugit ad iuſtitiam publicam ſunt veluti attentata naturalia ex naturæ lege reuocanda,tamen lex naturæ etiam in hoc à lege poſitiua determinationem ſumit, vnde alio modo, & alio priuilegio ſunt reuocanda, quæ poſt appellationem iudicialem, vel poſtquam iudex ſuperior acceptato recurſu citauit partem, & inhibuit, innouata fuerunt, hæc enim priuilegio attentatorum gaudent, quod non competit vel ijs, qui non appellauerunt iudicialiter, ſed ſolùm extraiudicialiter, vel qui non appellauerunt in tempore, vel quibus non competit appellatio, ſed recurſus, aut querela, vel ijs, qui extra caſum appellationis iudicialis, ante inhibitionem Superioris innouata ſunt;ſubſtantia tamen eadem eſt in omnibus, vt quæ poſt recurſum lædenti notificatum, vel intra legitimum appellandi tempus contra recurrentem in præiudicium recurſus innouata ſunt, iuſtificato recurſu, & conſtito de grauamine, & iniuſtitia reuocanda ſint, vel per viam attentatorum, aut appellationis, aut querelæ. Nam certè oppreſſus releuari debet primò à grauamine, propter quod confugit ad iuſtitiam publicam; non releuaretur verò plenè,ſi noua grauamina ex mala fide ſubſecuta in vi primi grauaminis, & ad illud conſequentia non tollerentur. Sic v. g. ſi iniuſtè caſſatur electio Titij, non repararetur plenè hoc grauamen, ſi electio Mauri facta, & confirmata poſt caſſationem electionis Titij non reuocaretur; quia ad hoc, vt Titius ſit plenè reparatus, & ſatisfactus requiritur, vt eius electio confirmetur; ita vt poſſideat id, ad quod fuit electus, quod non conueniret ei,ſi Mauri electio, & confirmatio valeret. Prætermiſſa tamen nunc conſideratione efficaciæ legis naturalis ad reuocanda huiuſmodi geſta,cum oppreſſus confugit ad ſuperiorem per reſtitutionem in integrum, vel per ſupplicationem, aut querelam, & pro nunc ſpectata vi, quam lex naturæ habet, quando etiam ſolùm extraiudicialiter, ſed legitimè eſt appellatum, dicitur quod ex lege naturæ eſt, vt omnia poſt, & contra appellationem innouata iuſtificata appellatione ſint reuocanda; quia primum grauamen pro quo eſt appellatum eſt plenè reparandum, quod nequit fieri, niſi reuocatis ijs,quæ contra appellationem fuerunt geſta ex vi primi illati grauaminis, & vbi ex iuſtitia tollenda eſt cauſa,tollendi ſunt effectus, qui mala fide in vi illius cauſæ iniuſtè illati fuerunt.

45 Dubitatur, ſeptimò, quam vim habeat lex poſitiua circa appellationem, & vbi vel lex vel priuilegium prohibet appellationem, de qua debeat intelligi. Non eſt meæ intentionis circa hanc quæſtionem niſi afferre quædam certiora, & ad inſtitutum præſentis materiæ opportuna.

46 Primò conſiderandum eſt, quòd appellatio propriè ſumpta eſt inuentum legis poſitiuæ, vt ſupra dictum eſt; quoniam eius formalitas eſt à lege poſitiua, vt habet *Panorm. in rubr. de appellat.* & ideo tanquam legis poſitiuæ inuentum poteſt à Principe, ſeu à lege poſitiua tolli.*cap.1.de reſcript. cap.ſuper quaſtionem §.ſi vero de off.delegati, cap. paſtoralis de appellat. l. 1. §. interdum ff. a quib. appell. licet. Panorm. vbi ſupra. Couar. quæſt.pract.capit.23. num.6.Rebuff.repet.ſuper cap.primum de cauſa poſſeſſ. ver.6.nota Sanchez l.3.Conſil.ca.vn.dub.10.*& quam plures alij, quos refert & ſequitur *Scacc. de appell. q.16.limit.1.num.21.*

47 Secundò conſiderandum eſt, quòd prohibitio appellationis, quæ fit per ſtatutum, aut legem, aut priuilegium fortior eſt ex vna parte, quam illa quæ inducitur in reſcriptis per clauſulam *appellatione remota, Dec.in cap.1.ſicut Romana num.18.de reſcript.& ex Ruginell.de appellat.§.6. quæſt.2. cap.8. num.6.Scaccia quaſt.16.limit.1.num.92.* Et nihilominùs conſiderandū eſt ex *Panor.in c.paſtoralis 53.n.6. de appellat.* quòd prohibitio appellationis eſt odioſa, & ideo ſtrictè interpretanda vbicunque contineatur. *vt in cap.1.& 2.de fil.presbyteror.in 6.* & in

hac parte, vt probo infra, & magis odioſa, & dignior vt magis ſtrictè intelligatur eſt prohibitio appellationis perpetuò per legem, aut priuilegium inducta.

48 Conſiderandum eſt tertiò prohibitionem appellationis non impedire, quòd non poſſit contra ſententiam dici de nullitate. *Scacc. de appellat. cap.19. remed.1. & ſeqq.* Et neque interdicuntur alia iuris remedia, vt ſunt ſuplicatio, reſtitutio in integrum, & querela, de quibus latè tractat. *Maranta in ſpec. par.6. §. & quandoque appellatur, num.11. & ſequent. & Scacc. de appell. q.19. per totam.*

49 Quartò conſiderandum, quòd appellationis prohibitio ſolùm excludit appellationem propriè dictam, quæ eſt appellatio iudicialis, non verò appellationem extraiudicialem. *Panorm. vbi ſupra Franc. in cap. paſtoralis 13. de appell. q.4 num.20. Rebuff. de appellat. in præfat. num. 83. tom.3. Scaccia quæſt.16. de appellat. limit.1. num.22. & 23. & alij apud ipſum.* Nam cum lex prohibens appellationem ſit odioſiſſima, ideoque debeat ſtrictè interpretari per regulam *odia, de reg. iuris in 6.* debet intelligi de appellatione propriè dicta, non verò extendi ad appellationem extraiudicialem, quæ non eſt appellatio proprie, ſed eſt actus defenſionis extraiudicialis.

50 Quintò addendum eſt, quòd licet non ſit admittenda ſententia eorum, *apud Barboſam clauſ. 9. num.15. & Scacc. quæſt 16. limit.1. num.93.* qui dicunt per clauſulam *appellatione remota* prohiberi ſolam appellationem friuolam. Quoniam hoc directè eſt contrarium *cap. paſtoralis 53. de appell.* Nam friuolæ appellationes de iure communi ſunt reiiciendæ, & ita illa clauſula eſſet ſuperflua, ſi ſolum excluderet appellationem friuolam. Clauſula enim in reſcripto poſita debet intelligi ita, vt aliquid operetur, etiam ſi ſit pœnalis, & odioſa. *Panor. in d. cap. paſtoralis num.2.* Quod eo magis eſt verum, vbi appellatio prohibetur per ſtatutum, aut legem, & priuilegium, ex notatis *num. ſequenti* 52.

51 Et nihilominùs hoc admiſſo, adiongendum eſt ſextò ex citato *cap. paſtoralis* quòd per prohibitionem appellationis ex vi clauſulæ *appellatione remota* non interdicuntur illæ, quæ expreſsè indulgentur in lege communi. Vt verò ex *Hoſt. aduertit Panorm. num.14.* illæ appellationes indulgentur a lege, quæ expreſse à lege ſunt approbatæ, quarum habetur exemplum in *cap. ſignificauit. & in capit. Rodulph. de reſcript. Franc. ad d. cap. paſtoralis. num.1. & 28. Dec. num.39. Specul. tit. de appell. §. in quib. num.28. & ex Cantor. Scacc. de appell. quæſt.16. limit. 1. Caſus* autem in quibus iura permittunt appellationem expreſsè præfati DD. explicant.

52 Quamuis verò *d. cap. paſtoralis.* loquatur de inhibitione appellationis facta per reſcriptum, eadem tamen, immò in hac parte maior ratio eſt de inhibitione appellationis per legem, aut priuilegium facta in perpetuum pro aliquo genere iudicum; cum multò facilius ſit, vt in continua ſucceſſione temporum dentur iudices, qui ex ignorantia, vel malitia grauent partes, quàm vbi vni iudici in ſingulari Princeps pro particulari cauſa reſcribit cum clauſula *appellatione remota*. Vnde eſt, quòd licet inhibitio appellationis facta per legem, aut priuilegium ſit fortior, & efficacior ad effectum cauſandum, quia perpetuò prohibet. Quoniam tamen ex perpetuitate, & vniuerſalitate magis eſt odioſa, & relinquit longè maius periculum iniuſtitiæ, & grauaminis in damnum partium, cum in temporum acceſſione intra quodcumque genus iudicum, etiam ſub ſanctiſſimis legibus militantium non poſſit eſſe, quòd non inueniantur aliquando iniqui iudices, ideo leges, & priuilegia inhibentia appellationem màgis ſunt reſtringẽda, etiam quàm reſtringi debeant reſcripta.

53 Quod confirmatur, quia DD. commonior opinio eſt, quod clauſula *appellatione remota*, quãdo non eſt appoſita præuia cognitione, intelligi debeat de appellatione friuolà, non verò de legitima, prout pluribus DD. citatis tenet *Barboſa ad d. cap. paſtoralis num.2.* Quæ opinio in hoc certè vera eſt, quod vbi clauſula *appellatione remota*, apponitur nõ præuia cognitione cauſæ, eſt magis odioſa, & magis ſtrictè interpretanda. Sed quando apponitur præuia cognitione cauſæ, fortior eſt, quia adeſt valida præſumptio, quod non ſit in ea cauſa locus appellationi. At verò inhibitio appellationis facta per legem, aut priuilegium perpetuum conceſſum alicui generi perſonarum, non eſt, nec poteſt eſſe facta cum cognitione cauſæ, niſi in generali, & in communi; cum tamen in moralibus non dentur cauſæ vniuerſales niſi valde fallibiles & incertæ; vnde etiam præſumptio, quod appellatio ſit habitura iuſtum, & neceſſarium locum eſt valde incerta, & fallax; immò econtra moraliter eſt certum, quod in pluribus caſibus futura eſt appellationis neceſſitas, quia neceſſe eſt, vt veniant ſcandala, & in quocumque genere hominũ, ex conſimili neceſſitate mali inueniuntur, & ſemper inuenientur mali, tam homines, quàm iudices; vnde neceſſe eſt, & erit vt oppreſſi refugium inueniant apud Superiores maiores. Quare licet leges, & priuilegia inhibentia appellationem non ſint intelligenda de ſola friuola appellatione, in eis tamen potiori ratione locum habet reſtrictio, *d. cap. paſtoralis*, vt non intelligantur inhibitæ appellationes illæ, quæ expreſsè indulgentur in iure. Et quia pro cauſa electionis, præſentationis, prouiſionis, & confirmationis electionis, appellatio indulgetur in iure, vt patet *capit. quod ſicut capit. cum dilectus, capit. cum inter Canonicos, de elect. cap. quod conſultationem de re iudicata, cap. ſuper his, de accuſat. cap. ſi poſtquam de elect. in 6. cap.1. & cap. concertationi de appellat.* ideò ſub prohibitione appellationis facta per legem, aut priuilegium non interdicitur appellatio ab electione, ab inſtitutione, à collatione, à confirmatione, à prouiſione, niſi vel expreſsè, vel æquiualenter exprimatur.

54 Sed vlteriùs conſiderandum eſt ſextò, quòd vbi prohibetur appellatio in reſcripto, non interdicitur ſimpliciter, quia non prohibetur quantum ad effectum deuolutiuum, ſed ſolum quantum ad ſuſpenſiuum. Vnde grauatus à iudice procedente iudicialiter iuris ordine ſeruato bene appellare poteſt, ſed appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis *à quo*. Hoc deducit *Panorm.* ex illis verbis *cap paſtoralis*, ſcilicet, *Sed ſi appellans fuerit grauatus iniuſtè, grauamen huiuſmodi per Superiorem poterit emendari*. Ex his enim verbis habetur, quòd etiã ſi iudex procedat appellatione remota, non eſt totaliter ablata facultas appellandi. *Panor. num.3. & ex Cantar. Scacc. vbi ſupra num.*105. Triplicem

plicem propterea differentiam inter huiuſmodi appellat. notat *Panorm.* Prima eſt quòd vbi iudex procedit abſolutè, appellatio deuoluit, & ſuſpendit, & iudex *à quo* tenetur deferre appellationi. Sed vbi iudex procedit *appellatione remota*, appellatio nõ ſuſpendit iuriſdictionem iudicis *à quo*, vnde ipſe poteſt procedere ad executionem ſententiæ. *Franc. ad d.cap.n.5. Scacc. vbi n.*101. Secunda differentia eſt, quia vbi iudex abſolutè procedẽs punitur, ſi nõ deferat legitimæ appellationi, non punitur ob hoc, ſi procedens appellatione remota, extra caſus in iure non expreſſos, non defert appellationi, quia id facit auctoritate legis, vnde non peccat, *cap. qui peccat 23.q.4.& l.Gracchus, C. de adult.* Tertia differentia eſt, quod vbi iudex procedit abſolutè, geſta poſt appellationẽ reuocãtur, vt attẽtata; geſta enim illa gaudent priuilegijs attentatorum. Sed vbi iudex procedit appellatione remota, geſta contra appellationem non reuocantur, vt attentata. *Panor.n.11. Franc.n.6. Lancell. p.2. cap.12. lim.8.nu.*1.

55 Inde vlteriùs conſiderandum ſeptimò, quod licet expreſsè in *d. cap. paſtoralis* ſit ſermo de prohibitione appellationis facta in reſcripto per clauſulam *appellatione remota*, nihilominùs *Panormit. num.*12. bene probat eandem rationem eſſe de prohibitione poſita in ſtatuto, vel emanata ex priuilegio. Nam Pontificum intentio eſt, vt iuſtitia ſuum conſequatur effectum, *cap. ſecundò requiris, de appellat.* Quod verò Pontifex alicui perſonæ cõcedit, vt ab ea non detur appellatio, hoc facit ex præſumptione, quã habet de virtutibus illius perſonæ, vt nõ ſit proceſſura aliter, quam iura diſponunt. Si ergo illa perſona priuilegiata procedat aliter, quam debeat, nulla eſt ratio, quæ ſuadeat, quod grauatus non poſſit appellare, & quod Superior non debeat grauamen reuocare. Nam & quando cauſa eſt remiſſa conſcientiæ iudicis, prohibita eſt appellatio iudicialis & ſuſpenſiua, *cap. ſtatutum*, §. *aſſeſſorem de reſcript.* Et tamen inquit, *Panor. n.*13. grauatus per talem iudicem poteſt appellare appellatione deuolutiua, & Superior tenebitur reuocare grauamen, vt ſupra etiam eſt probatum.

56 Sed dubium eſſe poſſet, an in hoc caſu grauamen ſic reuocandum per viam appellationis, vel per viam querelæ. *Panorm.ibid.num.*15. diſtinguit inter grauamen propter quod eſt appellatum, & inter grauamen illatum per geſta poſt appellationem, & inquit, quod illud eſt reuocandum per viam appellationis, ſed iſtud per viam querelæ, Quoniam cum iuriſdictio iudicis *à quo* non fuerit ſuſpenſa, non habet locum reuocatio per viam appellationis, ſed ſolum per viam querelæ agendo ordinariè coram Superiore. Et ex *Franc.* hoc idem habet *Scacc.d. q.16. lim.*1. *num.* 104. Verum aliter mihi videtur dicendum, nimirum, quod ex quo cauſa eſt appellabilis appellatione deuolutiua, licet ſimpliciter ex vi appellationis non ſuſpendatur iuriſdictio iudicis *à quo*, ſuſpenditur tamen ſecundũ quid, ſeu meliùs debilitatur, & infirmatur, vt contra appellationem in præiudicium appellantis non poſſit agere omnino validè, & firmiter, & quin iuſtificata appellatione geſta præfata non ſint reuocanda, & appellans non ſit plenam defenſionem conſecututus à Superiore.

57 Quamobrem etiam conſiderandum octauò, quòd hoc grauamen nõ eſt reuocandũ ex ſola gratia Superioris, ſed ex officij ſui iuſtitia, quia non eſt bonus iudex, qui non facit iuſtitiam, *cap. forus de verborum ſignific.* Inde eſt, quod ſi Superior ad quem eſt appellatum, nolit admittere appellationem, ab eo poteſt appellari, vt probat *Panorm.ibid. num.final.*

58 Et nonò aduertendum, multos eſſe caſus, in in quibus geſta poſt huiuſmodi appellationem etiam tanquam attentata ſunt reuocanda. Primus, eſt ſi fuerint attentata poſtquam ſuperior admiſſa appellatione inhibuit, ne procederetur vlteriùs in cauſa. *Franc.in cap.poſtul.*53. *de appellat.* & ibi *Innoc. & Imola, Lancell.de appell.cap.12.lim.8. nu.*11. *Scacc.de appell.q.16.lim.1.num.*105. Secundus quando eſſet appellatum ex cauſa expreſſa in iure, quia in eo caſu appellatio non eſt prohibita, ex vi clauſulæ *appellatione remota. Franc. vbi ſupra numer.6. Lancell.num.16. Scacc.d.num.*105. Tertius ſi Iudex *à quo* detulit appellationi, vt in *cap. de appellationib. de appell.in 6.* Ex hoc enim iudex ille videtur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem. *Lancell. num.* 10. Plures etiam alios caſus referunt *Lancell. & Scacc.* Sed hi nobis ſufficere poſſunt.

59 Colligitur autem decimò, quòd tandem prohibitio appellationis, ſiue per reſcriptum, ſiue per legem, ſiue per priuilegium impedit appellationem iudicialem plenam, & perfectam, quæ ſola eſt propriè dicta appellatio, ſed non impedit extraiudicialem, quæ impropriè eſt appellatio, vel quæ habet vim extraiudicialis, & deuoluit non verò ſimpliciter ſuſpendat. Vnde ad illam extendi non debet lex odioſa. Nam & hæc appellatio ſecundũ ſubſtantiam eſt de iure naturæ, non multum autem habet de ſolemnitatibus, & de vi habita ex lege poſitiua. Quæ lex, licet eam appellationem prohibere poſſet, quantum ad efficaciam, quam habet ex lege poſitiua, nõ tamen quantum ad efficaciam, quam habet ex iure naturali inalterabili per legem poſitiuam. Quamuis quia lex poſitiua directiua eſt etiam in his, quæ ſunt iuris naturæ, & ad eam ſpectat determinare ea, quæ ex natura non ſunt determinata, ideo in appellando hoc modo extraiudicialiter, ſeruanda ſunt, quæ lex poſitiua decreuit ſeruanda eſſe, vt v.g. quòd appellatio fieri debeat infra decem dies. Et ſic etiam qui aliàs prohibiti ſunt appellare, poſſunt appellare extraiudicialiter. Et meritò hoc non eſt ablatum per legẽ, aut per priuilegium, tum ratione dicta, tum quia ſicut lex priuilegiando admittit, quod iudices ſæpè extraiudicialiter procedant ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ita non negat, quin iudicati poſſint extraiudicialiter appellare.

60 Tandem aduertitur, quod per clauſulam *appellatione remota*, quando ſimpliciter profertur ſolum prohibetur appellatio iudicialis à ſententia diffinitiua, non verò ab interlocutoria. *Gemin. in cap.vt inquiſitionis num.8.& 9. de hær.in ſexto.* & ibi *Franc.num.4. Feliu. in cap.cauſam quæ num.27. de reſcript. Tuſcus lit.A. concl 400.n.17. Barboſ.clauſ.9. num.16. Scacc. d. q.16. lim.1. num.82. & ex Archid. & Io.Andr.* addit idem *Franc.* hoc idem eſſe dicẽdum vbi lex, vel ſtatutum appellationem prohibet, & idem tenuit *Gemin. num.9.* Pariter non tollitur appellatio, quando iudex dolo malo, vel lata culpa ſententiauit, vel quando iniuſtitia ſententiæ eſt notoria. *Lancell.par.2.cap.12.lim.8.num.24. Tuſcus*

lit. A. concl. 40. Scaccia nu. 83. & 84. Barboſa clauſ. 9. num. 21. & 22. Et ſimiliter non tolli quando grauatus in continenti offert probationem paratam ad iuſtificandam appellationem. *Scac. numer.* 88. *Barboſa nu. 23.*

61 Itaque per prohibitionem appellationis ſiue in reſcripto, ſiue per legem, ſiue per priuilegiũ inducta non tollitur appellatio extraiudicialis deuolutiua, & non ſuſpenſiua, ſed tollitur appellatio iudicialis, niſi in caſibus ſupra exceptis, & alijs, quos referunt DD. agentes de efficacia clauſulæ *appellatione remota*, quorum quamplurimos habes apud *Barboſam d. clauſ. 9.*

62 Dubitatur vltimò, an Regularibus liceat appellare à confirmatione, ſeu caſſatione electionis? Sed dico breuiter primò, quòd ex iure communi Regularibus non eſt interdicta hæc appellatio; quia ex *cap. ad noſtram 23. & cap. reprehenſibilis 26. de appellat.* Regulares prohibentur appellare à correctione, ſed ſub nomine correctionis non veniunt confirmatio, aut caſſatio electionis. Tum quia non ſemper caſſatur electio ex defectu electi. Tum quia vbi caſſatur electio ex electi vitio, id per ſe non fit ad eius correctionem, ſed ad Eccleſiæ vtilitatem, & nec ſemper defectus ob quos caſſatur electio ſunt emendabiles. Priuilegia etiam communiter cõceſſa Regularibus in quibus prohibetur appellatio, intelligenda eſſe iuxta iuris communis diſpoſitionem tradiderunt. *Nauar. tom. 3. de regul. num. 51. ad primum & de appell. conſ. 4. num. 5. Azor. lib. 12. cap. 11. q. 8. Rodrig. tom. 1. q. 29. art. 2. Clauis Regia lib. 2. c. 17. num. 38. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. c. 11.* Vnde eſt, quòd de iure communi non eſt interdictum Regularibus appellare à confirmatione, aut caſſatione electionis. *Caſtell. cap. 16. n. 11. ex Butr. cap. cum inter nu. 2. de elect. Peyr. in Formul. lit. C. cap. 18. num. fin. Donatus p. 3. tract. 7. q. 14. Portel. p. 2. caſu 4. n. 9.*

63 Dico nihilominùs ſecundò, quòd vnuſquiſque Regularis debet in hoc diligenter conſiderare ſui ordinis leges, & ſpecialia priuilegia, quibus eius religio etiam per communicationem fruitur, & quatenus per dictas leges, aut priuilegia prohibeatur appellatio à confirmatione, vel caſſatione electionis, ab ea appellatione abſtinere debet, quæ per dictas leges, aut priuilegia eſt prohibita. Addo verò, quod huiuſmodi appellatio parum conuenit Religioſis, & non leuis præſumptio ambitionis inanis eſt, quod appellet Religioſus, vt inuitis Superioribus obtineat Prælaturam, quam boni & perfecti Religioſi etiam oblatam recuſant. Et conſiderandum eſt, quòd Deus iuſtè ſic noſtra diſponens ſicut eum colimus, dignè cum eis Religioſis vtitur iuſtitia, & veritate reiecta miſericordia, qui in proprijs nimis rigori iuſtitiæ inhærẽtes, non deſinunt cõtra Superiorum diſpoſitiones charitate publici boni neglecta, & patientia oblita litigare.

S V M M A R I V M.

1 *Ad Papam poteſt immediate appellari, ab electione, & appellatio, etiam extraiudicialis deuoluit, & ſuſpendit. n. 63.*

2 *Pendente hac appellatione medius Superior attentat, ſi electionem confirmat, vel infirmat. numer. 64.*

3 *Sufficit quod appellatio iſta ſit ex cauſa probabili, etiam ſi in re falſa. n. 65.*

4 *Explicatur textus cap. ſi poſtquam, de elect. in 6. num. 66.*

5 *Hic textus locum habet ſolum in electionibus ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias. n. 66.*

6 *Et ſolum de appellationibus ad Sedem Apoſtolicã. num. 66.*

7 *Electio ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias eſt de maioribus cauſis. n. 66.*

8 *Non ſufficit adire legatum à Latere. nu. 67.*

9 *Sufficit vero ſi appellatio ad Papam ſit extraiudicialis. n. 68.*

10 *Sed appellatio debet eſſe interiecta ab habente intereſſe. n. 69.*

11 *Et ab eo, qui poſſit ſuum intereſſe proſequi. numer. 69.*

12 *Et debet appellatio inſinuari parti, & iudici à quo num. 69.*

13 *Valet tamen appellatio ad effectum dicti textus, etiã ſi non habeat conditiones cap. vt circa, de elect. num. 69.*

14 *Omnis iſta appellatio deuoluit negotium ad Pontificem. num. 70.*

15 *Puniendus inferior iudex, ſi attentet. n. 70.*

16 *Extenditur d. textus ad poſtulationes, & collationes. n. 71.*

17 *Fallit in electione Abbatiſſæ in duobus caſibus. num. 71.*

18 *Fallit etiam ſi appellans renunciet appellationi. num. 72.*

19 *Appellans ad Papam poteſt renunciare appellationi de conſenſu partis. n. 72.*

20 *Etiam ſine conſenſu partis, ſi res ſit integra, vel velit parti ſatisfacere, remiſſiue. n. 72.*

21 *Si appellatio ſit præſentata ad Papam, non poteſt illi appellans renunciare, etiam de conſenſu partis. num. 72.*

22 *Appellante renunciante appellationi, non poteſt inferior iudex procedere, niſi prius inquirat, & inueniat appellationem non fuiſſe interpoſitam ex prauitate. n. 72.*

23 *Vbi appellationis renunciatio ſit ex prauitate, debet iudex inferior præfixo termino remittere partes ad Papam. n. 72.*

24 *Textus cap. Prouida, de elect. in 6. & eius pœna habet locum ſolum in elect. ad Epiſcopatum. num. 72.*

25 *Semper tamen, vbi appellationi ad Papam renunciatur ex prauitate, iudex inferior attentat, ſi procedit in cauſa. n. 72.*

26 *Pœna d. cap. Prouida, non habet locum in Epiſcopis aſſiſtentibus conſeruationi. n. 72.*

27 *Ad inferiores iudices non poteſt appellari omiſſo medio. n. 73.*

28 *In pluribus caſibus licet appellare omiſſo medio. num. 74.*

29 *Appellatio omiſſo medio valet parte non obſtante. num. 74.*

30 *In Religionibus facilius admittitur appellatio omiſſo medio. n. 75.*

31 *Generalis poteſt aduocare cauſas ad ſe, & inhibere Prouinciali, vt abſtineat. n. 75.*

32 *In Ordin. Prædicator. ſæpe interponitur appellatio ab electione Priorum ad Generalem. numer. 75.*

33 *Et*

Digitized by Google

33 *Et tranſmittitur ſepe decretum electionis ad ipſum num.75.*

34 *Si tamen Prouincialis nondum inhibitus confirmet, vel caſset electionem validè agit. n.75.*

63 QVæritur tertiò. An ab electione poſſit appellari immediatè ad Prælatum ſuperiorem & mediatum, & ita vt ſi ita fiat, ſuperior immediatus non poſſit electionem confirmare, aut caſſare? Ita ſcilicet vt ab electione Prioris liceat appellare immediatè ad Generalem, vel ad Papam, & tunc Prouincialis non poſſit de ea electione cognoſcere, ſi appellatio eſt ad Generalem, vel nec Prouincialis, nec Generalis, ſi appellatio ſit ad Papam.

64 Primò autem loquendo de appellatione ad Papam, dicitur nedum licitum eſſe appellare immediatè ad illum, ſed talem appellationem etiam extraiudicialem ſuſpendere, & deuoluere, & ita vt inferior attētet & actum irritum faciat ſi electionem confirmet, vel caſſet. Ita enim decernitur *de elec. in 6. cap. ſi poſtquam. 32.* Talis tamen appellatio debet eſſe interpoſita in ſcriptis ex cauſa probabili, & ab electione ad Cathcdralem, vel Regularem Eccleſiam.

65 Colligitur verò primò, quòd ſufficit, quòd appellatio ſit ex cauſa probabili, licet in re falſa. *Gloſſ.* ibi. *v. probabili.* Et licet hoc vniuerſaliter de iure communi non procedat, & ex hoc detur facilis aditus ad protrahendas confirmationes, tamen in hoc caſu appellatio hæc interpoſita ex cauſa probabili deuoluit, & reddit iudicium inferioris iudicis attentatum. *Gemin. numer. 5. ex Io: Andr.* Quàmuis vbi cauſa probetur falſa, appellans ſit puniendus. De pœnis, *cap. calumniam. C. de excep. rei iud. l. ſi longiùs. Innoc. de re ind. capit. de catero. Io: Andr. & Gemin. vbi ſupra.*

66 Colligitur ſecundò dectetum præfati texrus non habere locum nec in electionibus, quæ non ſunt ad Eccleſias Regulares, vel Cathedrales, nec in appellationibus ad iudices Papa inferiores, quia textus ille expreſsè loquitur de electionibus ad Eccleſias Cathedrales, & Regulares, & de appellationibus ad Sedem Apoſtolicam. *Gloſſ. v. ad ſedem. Franc. num. 2. Gemin. nu. 5. citans Archid. & Io: Andr.* Vnde licet ſemper immediatè appellare ad Papam à quocumque grauamine. *2. quaſt. 6. cap. ſi quis verſorum. 4. & cap. ad Romanam. 6. & de appell. cap. ſi duobus.* Et nihilominùs in alijs caſibus, priùs conſtare debet de veritate cauſæ appellationis antequam reuocentur attentata poſt appellationem ante ſententiam interiectam, iuxta regulam ſtatutam, *de appell. cap. non ſolum. §. Illa verò.* Sed cauſa electionis ad Cathedrales, & Regulares Eccleſias vnam eſt de cauſis maioribus, & ideo de ijs, quæ de facili tranſeunt ad Papam *de appell. cap. vt debitus,* & propterea in hoc caſu ſancitum eſt, vt ſi appellatum ſit ad Papam ab electione ex cauſa probabili, ſi Prælatus attentet, acta eius nullam obtineant firmitatem.

67 Et hoc ita intelligitur, vt tamen non habeat locum hæc decretalis, ſi appelletur ad Legatum de latere, qoia in ea exprimitur ſola appellatio ad Sedem Apoſtolicam, ideo non ſufficit adire Legatum, niſi partes concordauerint appellationi renunciando. *extr. de appell. cap. conſtitutus & de off. leg. cap. ſi nduiſti, & cap. licet. Gloſſ. v. ad ſedem. Gemin. num. 5. in fine.*

68 Colligitur tertiò decretum huius decret. habere locum in omni appellatione, etiam ſi ſit appellatio extraiudicialis, ſeu interlocutoria ante ſententiam diffinitiuam. Quia decretalis abſolutè, & indiſtinctè loquitur, & quia appellatio ab electione eſt extraiudicialis. *extr. de appellat. cap. concertationi* hæc verò decretalis loquitur *de appellat.* ab electione, & ideo etiam de appellatione extraiudiciali intelligi debet. *Gemin. num 3. Franc. numer. 2.* Et ſic de omni appellat. eſt ſermo.

69 Et nihilominùs tamen ad hoc, vt hæc appellatio deuoluat, debet habere aliquas conditiones. Prima eſt vt ſit interpoſita ab habente intereſſe in electione. *extr. de elec. cap. cum inter* ſecunda quòd ſit interpoſita ab eo, qui poſſit ſua voluntate illud intereſſe in iudicium deducere. Vnde ex *Arcbid. deducit Gemin.* quòd ſi monachus vnius monaſterij appellet ad Papam ab electione Abbatis alterius monaſterij, valida eſt confirmatio facta a proprio ſuperiore. Tertia conditio eſt, vt appellatio ſit inſinuata parti, & iudici à quo. *extr. de appell. cap ſi duobus, & Clem. de appell. cap. cauſam. Io: Andr. Gemin. num. 4. Franc. nu. 2.* Quarta conditio ſecundùm *Io: Andr.* eſt, vt in appellatione in qua opponuntur crimina vel defectus contra electionem, vel electum debeat ſeruari forma *cap. vt circa de elec. in 6.* aliter verò facta appellatio non valeat, vel deuoluat cognitionem cauſæ ad Pontificem. *cap. is, qui, de elect in 6. & Clem. conſtitutionem, de elec.* Sed contrarium tenent *Lapp. Abb. & Geminian. num. 4. Nam in d. cap. vt circa,* non annullatur appellatio interpoſita ex rationabili cauſa, non ſeruata forma *d. cap.* ſed appellans non eſt audiendus ſuper non expreſſis in libello appellationis, niſi in caſibus ibi expreſſis, & ſi non iurauit prout ibi, cum quo ſtat quòd appellatio teneat & deuoluat negotium ad Pontificem, cuius erit vel audire appellantem, ſi velit, vel eum, ſi non vt opponentem, ſaltem vt denunciantem auſcultare, vel ex officio procedere. Ex alijs verò locis, nimirum ex *d. cap. is qui, & Clem. conſtitutionem §. ſane. & §. inſuper* nihil magis habetur in contrarium, quàm quòd ex *d. capit. vt circa* adductum eſt, & quod non contrariari oſtenſum eſt.

70 Appellatio igitur omnis, per quam appellatur ab electione ad Pontificem deuoluit negotium ad illum, & ſi aliquis inferior Prælatus, ſiue, vt aduertit *Gemin. d. num. 4.* eius delegatus confirmet, aut caſſet electionem, attentat, & actum nullum, & irritum facit. Et nihilominùs eum eſſe pœna aliqua puniendum *arg. ex cap. prouida de elec. in 6. deducunt Arcbid. Io: Andr. & Gemin. num. 5.*

71 Extenditur autem huius decret. deciſio, vt locum habeat etiam in poſtulatione, & in omni prouiſione, vt colligitur ex eadem *decret. §. fin.* Verum quidem eſt, quòd quia ad Cathedrales Eccleſias poſtulatio ſemper fit ad Pontificem, *extr. de atat. & qual. cap. a multis,* in ea locum non habet appellatio, quæ quidem locum habet in poſtulatione ad Eccleſias Regulariū, vnde & in appellatione à tali poſtulatione ſeruanda eſt hæc decretalis. *Gemin. num. 3.* Quod tamen fallit in electione Abbatiſſarum in illis duobus caſibus qui continentur *de elec.*

Digitized by Google

elec.in 6.ca p.indemnitatibus §. *Sane & §. Cæterum.Io: Andr.Gemin.num.3.Archid. & Franc.num.2.*

72 Excipitur verò caſus, in quo appellans de conſenſu partis renunciet bona fide appellationi interpoſitæ, antequam negotium ſit deductum ad Pontificem. Poſſe enim appellationi renunciari de cõſenſu partiũ habetur. *De elect.in 6.c.quamuis.*10. vbi *Gloſſ.verb.partibus* aduertit non poſſe appellantem renunciare appellationi inuito appellato. Niſi res adhuc ſit integra *Franc.ibid.nu.*8.*& addit Gloſſ.* quòd appellans poſſit etiam renunciare re non integra, ſi velit ſatisfacere parti de ſuo interreſſe: ſed de his alias dicam, tractando de appellationibus. Hoc verò eſt certum, quòd poſtquam appellatio eſt præſentata Papæ, nec de conſenſu partis poteſt renunciari *appellat. d. capit.quàmuis*, ibi. *antequam præfata ſedi fuerint præſentatæ.* Et nihilominùs tunc inferior iudex non poteſt ſtatim aſſumere cauſam, ſed debet priùs inquirere diligenter an in renunciatione prauitas interceſſerit, nimirum, vt explicat *Gloſs.ibid.v.prauitas*, vel ſimoniaca aliqua pactio, vel illicita datio, aut promiſſio, vel violentia, vel metus.20.*quæſt.*3.*cap.præſens.*Nam ſi iudex aliquam interfuiſſe prauitatem cognouerit, debet partibus præfigere terminum competentem, in quo cum omnibus actis, & munimentis ſuis Apoſtolico conſpectui ſe præſentent. Quòd ſi iudex inferior hanc inquiſitionem prætermittat, & ad confirmationem, ſeu caſſationem electionis deueniat, nedum confirmatio, ſeu caſſatio huiuſmodi, ſed omnes proceſſus facti ea inquiſitione non præmiſſa ſunt irriti, ſed confirmans vel conſecrans Epiſcopum eſt per annum ſuſpenſus ipſo iure à confirmatione.& conſecratione Epiſcoporum. *cap. prouida.*43. *de elect. in 6.vbi Franc. num.*1. bene aduertit, quòd cum tam in *d. cap. quàmuis quam in c. prouida* ſit ſermo expreſsè de electione ad Epiſcopatum & dignitates maiores, non comprehenduntur quantùm ad hanc pœnam electiones ad Eccleſias regulares. Argumento tamen ſumpto ex illis capit.deducitur, quòd vbi partes ex prauitate renuncient appellationi ab electione interiectæ ad Pontificem, non poſſit inferior iudex cognoſcere in cauſa, ſed attentet, quia nunquam licet ex prauitate appellationi renunciare, Aduertit quoque *Franc. num.*1. pœnam illam ſuſpenſionis non incurrere duos Epiſcopos aſſiſtentes principali conſecranti, niſi in eo caſu, in quo puniri debeant tanquam participantes in crimine cum principali conſecrante.

73 At verò loquendo de ſuperioribus Pontifice inferioribus, certa iuris concluſio eſt, quòd appellatio debet fieri gradatim, & non poteſt omiſſo medio appellari immediatè ad mediatum ſuperiorem. *extr de appell.cap.dilecti el* 3. *Socin.reg.*23.*Maranta vbi ſup.num.*368.*Scaccia quæſt.*7.*num.*93.& alij plures.

74 Et nihilominùs nedum poteſt omitti iudex medius ſi ille ſit impeditus, vt ſi ſit excommunicatus, vel ſi iudex medius denegat iuſtitiã vel ſi iudex medius ſit pars, contra quam litigatur, ſed etiam abſolutè de iure Canonico parte non obſtante valet appellatio facta omiſſo medio iudice. *Cald. conſil.*207 *Tuſcus concl.*352.*lit. A.Panor.de appell.cap.dilecti el.*3.*num.*7.*Scaccia quæſt.*7.*numer.*18.20.*&* 105. *Barboſ.ad dec. cap. dilecti.num.*4.

75 In Religionibus verò in quibus medij ſuperiores ſunt longè magis ex voto obedientiæ ſubordinati primarijs ſuperioribus, quàm ſint alij Eccleſiaſtici iudices, faciliùs admittitur appellatio omiſſo medio. Et nedum parte non opponente valet in electionibus appellatio ad mediatum ſuperiorem omiſſo medio, nimirùm appellatio immediatè interiecta ad Generalem ab electione Prioris Conuentualis, ſed ſi etiam pars opponat, poteſt Generalis videns rationabiliter eſſe omiſſum Prouincialem, ad ſe aduocare cauſam, & inhibere Prouinciali ne ſe ingerat in cognitione electionis illius, & tunc Prouincialis habet manus ligatas, & debet deferre inhibitioni. *Remigius Scropha in quæſt.*27. cenſet quòd in Ord. Prædicatorum ſupprior teneatur mittere ſcrutinium electionis Prioris ad Prouincialem & non poſſit illum mittere ad Generalem. Sed meliùs *Caſtell.c.*12.*n.*37. ſentit eſſe in poteſtate Præſidentis cum maiori parte vocalium ex cauſa rationabili mittere illud ad Generalem. Quod enim ait *Scropha* ſcilicet, quòd tam de iure communi, quàm de iure Conſtitutionum dicti Ordinis, confirmatio Prioris pertinet ad Prouincialem, verum eſt, ſed ſimul verum eſt, quòd vniuerſale Regimen eſt Generalis, cui Prouinciales ſubordinantur, & ad quem ſpectat etiam Prouincialium cura, & omnium agendorum ab illis quoniam Generalis eſt ſupremus director totius ordinis, cui & Prouinciales ſubduntur, & ad quem ſpectat proſpicere ad bonum commune tam totius, quàm ſingulorum Conuentuum, & curare, vt non differantur diu confirmationes Priorum, & expediantur negotia iuſtè, & iden ſi opus eſt cauſas particularium ad ſe auocare poteſt. Vnde in Ordin. Prædicatorum hæc eſt praxis, vt ſæpius immediatè electores appellent ab electione ad Generalem, & immediatè ad illum tranſmittant decretum electionum, & Generalis ipſe electiones confirmat, ſi ſibi videtur, vel etiam decretum remittit ad Prouincialem, ſi id iudicat conuenire. Nihilominùs tamen ſi pars altera obſtet, & decretum electionis tranſmittatur de facto à parte ad Prouincialem, qui antequam inhibeatur à Generali confirmat, vel caſſat electionem, ſi pars, quæ primò immediatè ad Generalem recurrit, non appellet iterum à confirmatione, vel caſſatione facta à Prouinciali, valida erit Prouincialis confirmatio, vel caſſatio. Quia Prouincialis vſus eſt iure ſuo, neque antequam inhiberetur, debuit abſtinere a cognitione cauſa. Et immò parte obſtante, & petente vt electionis valor examinetur à Prouinciali, valde rationabile eſt vt Generalis cauſam ad Prouincialem remittat.

S V M M A R I V M.

1 *Electo agenti pro ſua electione ad Prælaturam extra Monaſterium, vel Religionem non debentur expenſæ litis à Monaſterio. n.*76.

2 *Niſi ex mandato ſuperioris agat. n.*76.

3 *Electo agenti pro ſua electione ad Prælaturam intra Monaſterium debentur expenſæ à Monaſterio. num.*77.

4 *Fallit ſecundum aliquos, niſi ex ambitione fuerit electus. n.*78.

5 *Hoc non probatur. n.*78.

6 *Fallit vbi Monaſterium non vult litigare, nec electus nomine illius litigat. n.*79.

7 *Tunc*

7 *Tunc ſolum electo debentur expenſæ, cum agit nomine communi, non vero ſi ſolum nomine proprio num.79.*
8 *Etiam ſi electus vicerit num.79.*
9 *Quando ex parte electi lis eſt neceſſaria, tenetur Monaſt. illi prouidere in neceſſarys expenſis. numer.79.*
10 *Si electus iuſtam cauſam non habet, quia non eſt habilis & male eſt electus, Monaſterium nec debet, nec pateſt ſubeſſe expenſis litis. n.79.*
11 *In Religionib.illis electo non debeatur expenſæ litis, in quibus non patet appellare à caſſatione electionis, neque hanc cauſam proſequi. n.80.*
12 *Si tamen fieret procurator Conuentus, deberentur illi expenſæ, ſed hoc parum conuenit. n.80.*

76 QVæritur quintò. An Religioſus qui ab electione ſua caſſata appellauit, debeat habere expenſas à Monaſterio? Dicitur primò, quòd ſi fuit electus ad Prælaturam extra Monaſterium, ſeu extra Religionem, non tenetur Monaſterium, ſeu Religio ad expenſas factas in appellationis proſſecutione, ad hoc vt Prælationem conſequatur. Et in ſenſu huius concluſ. verum eſt, quod tradunt *Specul tit.de inquiſ.§.vlt.num.9. Arch.2.q.7. cap. cum paſtoris num.2.* & ibi *Bellam.num.1.Io.Andr. de accuſ. cap.ex parte 11.num.4.* & ibi *Anton.num.4. Panorm. num.9.Ancbar.num.7. Ananias nu 7.* quia tunc non agitur cauſa ad fauorem Monaſterij, aut Religionis. Et ideo hoc fallit vbi Religioſus electus ad Prælaturam extra ordinem agit pro ſui electione de mandato Superioris, & ex obedientia, quia tunc agit cauſam non propriam, ſed communem.

77 Dicitur ſecundò, quòd Religioſus electus ad Prælaturam ſui Monaſterij, vel Religionis, ſi agat ad ſuæ electionis confirmationem debet accipere expenſas à Monaſterio, vel Religione, quia in hoc eorum cauſam agit, intereſt enim Monaſterij, vel Religionis electum Prælatum confirmari, *Henric.d.c.ex parte nu.7. Felin. num.4.* Additionator *ſupra electione citato Mariana, & Socino, Sanch. lib 6.in Decal.c.12.n.26.*

78 Limitatur hoc *Peyr.de Præl.q.3.c.1.§.4.n.124. & Donatus d.tr.7.q.15.* ve non debeantur expenſæ illi, qui ambitiosè procurauit eligi ad eam dignitatem, ad quam non erat eligibilis. Tum quia Conuentus non tenetur fouere ambitionem alicuius. Tum quia, qui ſe opponunt ducuntur bono zelo, ne quis malo modo eligatur. Tum quia intereſt Monaſterij, non habere Prælatum ambitioſum. Verùm hoc habet inſtantiam. Tum quia non eſt de facili attribuenda ambitio, & pro ambitioſo condemnandus electus. Tum quia poſt electionem ceſſat ambitionis prætextus, cum habeat ius ad electionis ſuæ confirmationem. Tum quia ſi maior pars, qui eum elegit perſeuerat in electione, & petitione illius agitur negotium Conuentus, dum petitur eius confirmatio. Tum quia ſi electus alias ſit dignus, & prudens non multum intereſt Monaſterij, quod ambitiosè intrauerit.

79 Ideò aliter limitandam cenſeo præfatam aſſertionem, vt expenſæ non debeantur electo ſuæ electionis proſequenti cauſam, vbi Conuentus nō conſentit ex parte ſua huic proſecutioni, ſed contentus eſt Superioris determinatione, qualiſcumque illa fuerit. Vnde ſi Superior caſſauit electionem à caſſatione non appellat infra legitimum tempus, vel cōtra caſſationem noluerit electores agere, & contra appellantes ſeu opponentes electioni proſequi cauſam; ſi enim ſolus electus appellat à caſſatione conuentu non appellante, nec adhærente eius appellationi, vel ſolus electus cauſam ſuæ electionis proſequitur maiori parte vocalium tacente, nec adhærente proſecutioni cauſæ; tunc electus non agit negotium Conuentus, ſed proprium: quia Conuentus non vult litigare, ſed obedienter voluntatem Superioris audire. Tunc ergo ſolùm debentur expenſæ electo, quando nomine Cōuentus agit, non verò quando agit ſolùm nomine proprio, & hoc etiam tenent DD. citati pro prima concluſ. qui abſolutè docent monacho agenti pro confirmatione ſuæ electionis non deberi expenſas a Monaſterio, ſi vincatur. Sed etiam ſi vicerit, ſi Conuentus nomine proprio non litigauit, nec adhæſit electo litiganti, non tenetur ad expenſas. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd ſaltem ſi electus nullo modo habeat, vnde ſoluat expenſas, tenetur ad eas Conuentus, quia non tenetur Conuentus ſubuenire ſubdito ad litigandum, quando proſecutio litis non eſt neceſſaria. Aliàs tamen, ſi verè electus eſſet innocens, & calumniâ pateretur, & alia via non poſſet ſuum honorem tueri, teneretur Monaſterium ad expenſas, quas electus innocens pro ſuæ famæ defenſione neceſſariò faceret, quia Conuentus tenetur ſubdito prouidere de neceſſarijs. Sed lis meta pro obtinenda confirmatione electionis non eſt neceſſaria, quia nec eſt neceſſarium, quòd electus confirmetur; ideo vbi Conuentus non vult ipſe hanc litem aſſumere, ſed ſolus electus litigat pro ſuo intereſſe, non tenetur Conuentus ad expenſas. Immò ſi electus verè non eſt habilis ad Prælaturam, aut verè eſt culpatus, vnde non decet eum confirmari, licet ex aliqua paſſione fuerit à maiori parte electus, malè facit Conuentus, & contra conſcientiam, ſi velit cauſam talis electionis proſequi; vnde multò minùs poſtea tenetur ad expenſas, ſi ſolus electus illam proſequitur.

80 In Religionibus autem in quibus electo nō licet appellare à caſſatione electionis, Conuentus nihil deberet ei ſuæ electionis cauſam proſequenti, niſi illum ſuum Procuratorem inſtituat. Quàmuis talis, nec deberet admitti, vt ageret tanquam Procurator pro ſuæ electionis cauſa, cum hoc parùm conforme ſit legibus eum ab appellatione prohibentibus.

CAPVT XXXV.

De electione Generalis.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo dicendorum. num.1.*
2 *Generales non conuenit inſtitui, vel per ſucceſſionem propagari, ſed per electionem promoueri. num.2.*
3 *Generalium electio ad totam Religionem eorum ſpectat. num.3.*

Poſt

1 POST tractatum de electione in communi agendum eſſet de electione Epiſcoporum, qui poſt Pontificem ſupremum (cuius tamen electio communibus legibus de electione editis non ſubditur) Paſtoralis dignitatis gradum obtinent in Eccleſia. Verùm cum ea, quæ de electione in communi dicta ſunt, deſumpta ſint ex iis, quæ ſacri Canones de Epiſcoporum electione ſtatuerunt, non remanet aliud (niſi quod forſan ex particularibus ſtatutis huius, vel illius Capituli ſit ſancitum,) quod conſiderandum ſit circa huiuſmodi electionem, & propterea ſequitur, vt de electione Generalium Religionum, qui iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſupremam ſupra ſuos Ordines habent aliqua conſideremus, quæ ſpeciali animaduerſione digna ſunt.

2 Horum enim inſtitutio conuenientiſſimè fit per electionem; cum enim in Religionibus non detur aliquis ſuperior Generali, non poteſt in vacantia Generalatus inſtitui nouus Generalis per collationem ſuperioris; neque verò conuenit, vt Generalatus ſacrarum Religionum per adoptionem, aut teſtamentariam ſucceſſionem propagetur, Generali eligente ſibi ſucceſſorem, quoniam hæc ratio ſucceſſionis ſapiens quam maximè ſucceſſionem carnalem, & valdè ſubiecta affectionibus ſenſus, non conuenit Prælaturæ ſpirituali, quæ vitæ non carni, aut ſanguini, aut amicitiæ conſerenda eſt, vnde & ſupra probatum fuit, quòd hic modus prouidendi Eccleſiis viduatis eſt per ſacros Canones prohibitus, & in tantum, quod nec Summus Pontifex poteſt ſibi eligere Succeſſorem. Remanet igitur, quod Generalatus officium per electionem debeat propagari, Nam licet Pontifex ſit Generalibus ſuperior, nihilominus Pontifices voluerunt, vt quilibet ordo ſibi Generalem eligeret, vt ſuauiùs, commodiùs, vtiliùs, & efficaciùs ſacri Ordines regerentur. Etenim, & Religioſi meliùs cognoſcunt, qui ſint digni tanto officio, & ex amore ad bonum commune Religionum ardentiùs inuigilant, & vt non niſi idonei ad apicem dignitatis Religioſæ aſcendant, & dulcius diligunt tanquam Patres, qui ex eorum nominatione præſunt, vt aduertit *Turrecrem. cap. in nomine Domini diſt.23.art.1.*

3 Itaque ad Generalatum regulariter nonniſi per electionem Religioſi aſſumuntur, & eorum electio ad vniuerſam quamcumque Religionem ſpectat, vt ex *cap fin.16 q.1 7.& c. Abbatem il 1. & il 2. 18.q.2. & c. cum dilectus de conſuetudine. §. mandamus, & Butr. ibid. in prima lect.num.7.& in 2.n.18. & in c.2.diſt.66 Gloſſ.Cardin.Archid. & Turrecrem.* probat *Roto deciſ.65.p.1.recent.* & tenent *Sigiſm. de elect.dub.mihi 97.nu.1. Suarez tom.4.de Relig.lib.2. c.3.num.2.Caſtell. de elect.c.20. num.1.*Lauor.*tract.4. c.23.num.1.Samuel.de elect.tract.3.diſp.1.contr.1.* & ideò ſingulæ Religiones diſponunt qualiter, & quomodo Generales eorum eligendi ſint, vt videre eſt in Regula S. Franciſci *cap.8. & par.8.* Conſtit. Societatis *cap.1. & 2.* & in Conſtit. Ordin. Prædicat. *diſt.2. cap.4.* & in Conſtit. Canonic. Regular. Sancti Saluatoris *cap.31.*& Cœleſtino. um *tract.2.cap.7* Et Clericorum Regularium Theatinorum *par.3. c.* & de modo eligendi Prælatos in multis Religionibus plura habet *Caſtell. de elect. cap.19.* Quo ſtante aliquæ quæſtiones proponendæ ſunt, & ſoluendæ, quæ inſurgere poſſunt circa qualitates eligentium, & eligendorum, & conditiones huius electionis.

SVMMARIVM.

1 *Electores Generalis ſunt, qui habent omnes conditiones à iure, & ex legibus proprij Ordinis requiſitas. n.4.*
2 *In Ord. Prædic. electores ſunt Prouinciales, Diffinitores, & electi ſpecialiter ad talem electionem. num.5.*
3 *Diffinitores, & electores, qui ſint, remiſſiue. num.5.*
4 *Prouinciales ſunt electores Generalis, ſed non poſſunt inſtitui Prouinciales titulares. n.6.*
5 *Præter Prouincialem Terræ Sanctæ, & Angliæ. num.6.*
6 *Duo Prouinciales eiuſdem Prouinciæ non poſſunt habere vocem in electione Generalis. n.7.*
7 *Nec duos Diffinitores, aut electores. n.8.*
8 *Electores debent deferre literas teſtimoniales. Et quales. n.9.*
9 *Qui degunt extra ordinem, non poſſunt eſſe electores Generalis. n.10.11 & 12.*
10 *Magiſter Sacri Palatij, Commiſſar. S.Officij. Procurat. Ordin. & Secretarius Indicis poſſunt eſſe electores Generalis. n.11. 12. & 13.*
11 *Magiſter Sac. Palatij, & Commiſſ. Sancti Officij, qualiter Beneficiati. n.12.*
12 *Secretarius Indicis viuit in Conuentu Mineruæ. num.13.*
13 *Quamplures Generales aſſumpti ex Vicarijs Generalibus, Mag. Sacri Palatij, Commiſſ. S.Officij, Procurat. generalibus. n.14.*
14 *Magiſter Sacri Palatij, & Commiſſ. S.Officij qualiter ſint exempti ab Ordine. n.15.*
15 *In actibus liberis locum non habet conſuetudo. num.15.*
16 *Procurat. Ordinis Fr. Bartolomeus Miranda fuit elector generalis, & Diffinitor. n.15.*
17 *Secretarius Indicis in Conuentu Mineruæ habet ſuffragium. n.15.*
18 *Pœnitentiarij in Conuentu Mineruæ habent vocem paſſiuam.*

4 QVæritur itaque primò, qui ſint electores Generalis, & quas conditiones habere debeant. Eſt autem certum electores debere habere eas qualitates, quas de iure naturæ, aut diuino, vel Eccleſiaſtico probatum fuit eſſe neceſſarias in electore Prælati Eccleſiaſtici, & Regularis? Inſuper verò electio Generalis cum ad totum corpus cuiuſcumque Religionis pertineat, illis ſolis competit, qui ſecundùm cuiuſcumque Religionis ſtatuta totum Ordinem repreſentant. Sic in Religione Sancti Franciſci hanc electionem ſpectare ad Prouinciales, & Cuſtodes refert. *Sigiſmund.d. dub.97. num.1.* In Societate etiam ius eligendi Generalem ſpectat ad Prouinciales, & ad aliquos alios ab vnaquaque Prouincia ad hunc finem electos, vt habetur *par.8. cap.3.§.1.* In Religione PP. Theatinorum electores Generalis ſunt omnes Præpoſiti, Viſitatores, & ſinguli vocales à Patribus ſuæ cuiuſcumq; domus electi.

Digitized by Google

electi. *conſtit. p. 3. cap.* 1. apud Canonicos Regulares Sancti Saluatoris Prior Generalis, Viſitatores, ſinguli Abbates, Præpoſiti, ac Priores Conuentuales cum ſuis ſocijs. *Conſtit. cap.* 31.

5 In Ordine Prædicatorum etiam electio ſpectat ad Prouinciales, ad vnum Diffinitorem, & ad vnum Electorem à quacumque Prouincia ad hunc effectum electos. *Conſtit. diſt. 2. cap. 4. §* 3. *& Gloſſ.* ibi *Vrtean. p. 3. c. 24. Camill. in direct. par. 2. cap. 3. num. 4. Font. tit. de elect. Magiſt. Ord. nu.* 5. 6. 7. *&* 8. Verum quinam debeant eſſe iſti duo Diffinitor, & Elector Generalis, & qualiter eligi debeant infra vbi de eorum electione erit ſermo demonſtrabitur.

6 Præter duos electores autem ſcilicet Diffinitorem, & electorem electos a Prouincijs etiam cuiuſcumque Prouinciæ Prouincialis ius habet ad hanc electionem. Sed hoc intelligi debet de Prouincialibus non titularibus, quia Romæ 1601. de mandato Clem. VIII. fuit ordinatum, vt non creëtur Prouinciales titulares, & Electores excepto Prouinciali Terræ ſanctæ. Vnde Generales de iure communi non poſſunt pro Prouincijs deſolatis inſtituere Prouinciales de ſolo titulo cum voce, excepto Prouinciali Terræ ſanctæ; ex ſpeciali tamen priuilegio creant etiam Prouincialem Angliç, quoties hoc ſibi ſpecialiter eſt conceſſum. Vbi ergo Prouinciæ ſunt deſolatæ non poſſunt illarum nomine inſtitui Prouinciales, vel Diffinitores, vel Electores de titulo, qui eligant Magiſtrum Ordinis, ſed hoc ius ſpectat ſolùm ad Prouincias non deſolatas, vt earum Prouinciales, Diffinitores, & Electores gaudeant iure ſuffragij in electione Magiſtri Ordinis. *Caſtell. cap. 15. nu. 13. Camill. p. 2. c. 4. nu. 4. Font. tit. de elect. Mag. Ord. n.* 12.

7 Inſuper autem decretum eſt in eodem *Capit. Rom. 1601. de mandato Clem. VIII. & in cap. Vallisolet.* 1605. acceptatum, vt duo Prouinciales filij eiuſdem Prouinciæ non admittantur ad electionem Magiſtri Ordinis, ita vt vnius Prouinciæ præter tria vota non poſſit ex quacumque cauſa ſuperaddi niſi vnum votum. Hæc verò ordinatio primò intelligitur de Prouincijs extraneis, ita quòd non eſt per hoc prohibitum, quin poſſint eſſe duo Prouinciales, aut Diffinitores filij eiuſdem Prouinciæ, quorum vnus ſit ſuæ Prouinciæ Prouincialis, & alius ſit Prouincialis Prouinciæ alicuius extraneæ, ſed prohibitum eſt, ne duo filij eiuſdem Prouinciæ inſtituti Prouinciales, aut Diffinitores extranearum Prouinciarum habeant ſuffragium in electione Magiſtri Ordinis. Vnde caſu dato vnus ſolus ex illis admitti poterit, is ſcilicet, qui priùs fuit inſtitutus, & cui non potuit fieri præiudicium ex poſterioris inſtitutione, vel in concurſu Prouincialis, & Diffinitoris, admittetur Prouinciales, qui dignitate, & officio præſtat. Ita habetur ex illa *Ordin. quam* refert. *Font. tit. de elect. Mag. Ord. num.* 12. ibi *ne ſint duo Prouinciales harum Prouinciarum vnius eiuſdemque Prouinciæ*. Sed ſecundò id intelligitur etiam de Prouincijs nedum extraneis, ſed quaſi deſolatis, ſi quæ ſint quibus ordinariè nulla præuia electione Magiſter Ordinis conſueuit dare Prouincialem, non verò intelligitur de Prouincijs non deſolatis, quæ ordinariè ſibi ſuum Prouincialem eligunt, ſi contingat vel illas eligere ſibi in Prouincialem filium alterius Prouinciæ, vel iure deuolutionis inſtitui à Generali, vel ex ſpeciali cauſa ex auctoritate Apoſtolica creari. In his enim caſibus non attenditur cuius Prouinciæ filij ſint iſti Prouinciales, ſed ad electionem admittuntur, etiam ſi contingat in facto, quòd vna Prouincia nedum ex ſuis filijs habeat ſuum Prouincialem, ſed etiam habeat plures plurium Prouinciarum Prouinciales, vt tanquam declaratum auctoritate Apoſtolica in electione Magiſtri Ord. anno 1612. & in ea electione, & in præcedenti habita de anno 1608. tenet *Caſtell. cap. 15. de elect. num.* 13. quem ſequitur *Camill. p. 2. cap. 4. num.* 4

8 Ex hoc verò etiam colligitur, quòd in Prouincijs quaſi deſolatis habentibus tamen aliquos Conuentus, non poſſunt Prouincialis, aut Diffinitor, ſi ſint eiuſdem Prouinciæ habere vocem pro eligendo Generali, quia ex vi illius ordinationis vna Prouincia, vltra tria vota propria, non poteſt habere ex huiuſmodi cauſa niſi vnum votum ſuperadditum. Quamobrem ſi aliqua ex his Prouincijs quaſi deſolatis habet Prouincialem ex altera Prouincia non poteſt ex eadem Prouincia habere Diffinitorem, aut Electorem.

9 Omnes verò, & ſinguli huiuſmodi Electores debent ad Capitulum Generale deferre literas teſtimoniales ſubſcriptas nedum à Prouinciali, ſed à toto Diffinitorio, aliter ad electionem admitti non debent *conſt. diſt. 2. cap.* 5. Vbi verò munere Electoris fungentur Diffinitores Capituli Prouincialis ſufficiet deferre acta Capituli in authentica forma ſubſcripta à Prouinciali, & ab alijs Diffinitoribus, ſi ſuperſint, & à Secretario Capituli; ſufficit enim quòd conſtet eos fuiſſe Diffinitores Capituli Prouincialis, quod ex actis conſtare poteſt, & de hoc fidem facere poteſt Secretarius Capituli tanquam perſona publica adhunc effectum deputata. Vbi etiam Diffinitor, & Elector ſint electi in Capitulo electionis, in quo non eligunt Diffinitores pro Capitulo Prouinciali, ſufficit, quòd deferant literas ſubſcriptas à Prouinciali, & Secretario Capituli, immò ſufficit ſola fides dicti Secretarij munita tamen vel proprio ſui tabellionatus ſigno vel ſigillo Prouinciæ, & ſit in authentica forma data.

10 Vltimò remanet inquirendum an fratres extra ordinem degentes poſſint eligi in Electores Magiſtri Ordinis *Caſtell. cap. 15. num.* 19. exiſtimat, quòd fratres habentes dignitatem, ſeu officium extra ordinem talem, vt eis licitum ſit manere extra Conuentum & obedientiam Præſidentis Conuentus, qui Præſidens non haber auctoritatem ſupra dictum officium, etiam ſi tales fratres ex licẽtia expreſſa, vel tacita maneant in Conuentu ſuæ aſſignationis nihilominus ſint priuati voce actiua, & paſſiua. Quod probatur ex *Conſt. Sixti IV. apud Gloſſ. conſt. diſtinct. 2. cap. 13. §. 7. lit. L.* Secundò ex conſuetudine totius Ordinis hoc verò extendit nedum ad Magiſtrum Sacri Palatij, & Secretarium Indicis, & ſimiles, qui habent facultatem commorandi extra ordinem, ſed etiam ad Vicarium Generalem, & Procuratorem Generalem Ordinis, & ad eorum ſocios, & hoc probat ratione conſuetudinis, & quia Pœnitentiarij Sanctæ Mariæ Maioris non habent vocem in Conuentu Mineruæ, licet ſint ſubiecti Priori Conuentus. Et dum obijcitur eſſe vſum, vt ex prædictis admittantur ad electionem, qui degunt in Conuentu ſub obedientia Prælati, ait conſuetudinem non valere contra Conſtit.

11 Sed cum ſupra cap. 10. de huiuſmodi priuatione vocis dictum fuerit io communi, loquendo modo de electione alicuius io Diffinitorem aut electorem Generalis, & admiſſo quòd qui degunt extra obedientiam Ordinis, & extra Conuentus ſine priuati vtraque voce, niſi extra degant pro ſeruitio ſanctæ Inquiſitionis, conſiderato etiam quòd qui habent officium (ſi non ſint beneficiati) extra ordinem de liceotia Magiſtri Ordinis poſſunt & intra Conuentum manere, & vocem actiuam, aut paſſiuam habete, vt tradit *Gloſſ. Conſtit. vbi ſupra ex cap. Rom.* 1553. Dicitur quòd non eſt ratio vnde Magiſter Sacri Palatij, & Vicarius Generalis, & Procurator Ordinis, & Secretarius Indicis ſint priuati voce paſſiua, vt non poſſint à ſuis Prouincijs eligi in Diffinitores, & Electores Magiſtri Ordinis. Etenim ad hoc vt aliquis ſit vel Diffinitor Capituli Generalis, vel Elector Magiſtri Ordinis eſt quidem neceſſarium, quod ſit filios Prouinciæ, pro qua ſuffragium dare debet, vt probo infra *cap.* 37. Sed non eſt neceſſe, quod in ea ſit aſſignatus, aut in ea maneat, oullibi enim lego ſancitum, vt Diſſinitores & Electores Magiſtri Ordinis debeant eligi *ex* actu aſſignatis, & manentibus intra Prouinciam. Et ſi ſpectetur natura talium officiorum, quæ eſt vt Diffinitor, ſeu Elector ſint tanquam procuratores, & negotiorum geſtores, qui nomine Prouinciæ, Generalem eligant, vel Diffinitor etiam alia Ordinis negotia tractet, cum ſine limitatione de iure vnuſquiſque cuiuſcumque voluerit opera poſſit vti ad ſua negotia peragenda, iam patet, quod officium Diffinitoris ſeu Electoris ex natura ſua non petit, quod Diffinitor, vel Elector, ſit aſſignatus in Prouincia, ſed ſufficit quòd ſit aptus ad negotia Prouinciæ peragenda, & ſit vbi negotia pro Prouincia ſunt tractanda. Vnde, vt infra videbitur, nec neceſſe eſt, quod Diffinitor Capituli Prouincialis ſit de numero vocalium, ſed poteſt eſſe extraneus.

12 Hoc ergo ſtante, & primò loquendo de Magiſtro Sacri Palatij, non obſtant Conſtit. Sixti quarti quarum meminit Gloſſa citata; quia loquuntur de beneficijs Eccleſiaſticis, quæ dãtur in titulũ, vel cõmendam. At verò Magiſterium Sacri Palatij, non eſt beneficium, ſed officium Eccleſiaſticum, Beneficium enim Eccleſiaſticum vt *ex Corrario, Pechio, & Cardinali Tuſco habet Garzias part. prima. capit. 2. numer. 2. eſt ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis Clerico propter diuinum officium competens*, At verò dictum officium nec ad diuina officia perſoluenda, aut ſacramenta adminiſtranda inſtitutum eſt, nec habet ius percipiendi fructus ex bonis Deo dicatis, & propter diuinum officium competens licet à Sede Apoſtolica ſuſtentationem percipiat. Minùs verò obſtant ordinationes Capitulorum Generalium, quæ ab eadem Gloſſa referuntur. Nam ordinatio *capit. Peruſ.* 1478. io quo receptum fuit ſecundum breue Sixti Quarti, cui conformis eſt alia ordinatio, *capit. Mediolanen.* 1505. loquitur de ijs, qui extra ordinem viuunt ad diuina officia exercenda, ſub nomine verò diuinorum officiorum non veniunt niſi horæ Canonicæ, aut orationes ab Eccleſia inſtitutæ, & exercitia ſacris Ordinibus tam maioribus, quàm minoribus deputata, vt videre eſt apud *Nauar. cap. 27. num. 171. Sayrum l. 5. de cenſur. cap. 4. Suarez tom. 5. diſp. 34. ſec. 3. Barboſam alios referentẽm appellat. 176. num. 5.* Ordinatio verò Capit. Rom. 1525. & 1530. loquitur de manentibus extra Clauſtra ſine licentia. Capitulum autem Rom. 1553. expreſsè loquitur de beneficiatis extra ordinem manentibus, & nihilominùs permittit huiuſmodi ex Magiſtri Ordinis diſpenſatione habere vocem. Ordinatio verò Cap Rom. 1585. quæ videtur loqui vniuerſaliter, primò excipit eos, qui extra clauſtra manent inſeruientes Sanctæ Inquiſitioni, vnde Commiſſarius Sancti officij ex ipſa ordinatione eſt exceptus. Sed prætetea illa ordinatio non loquitur de ijs, qui ad gloriam Ordinis, & ad officia publica ex ſanctæ Sedis Apoſtolicæ ſumma benignitate Fratribus Ordinis commiſſa in Romana Curia commorantur. Loquitur enim de fratribus alicubi aſſignatis, & nihilominùs extra Clauſtra degentibus, vt patet ex verbis Confirmat. 4. Capit. Rom. 1589. ibi *Confirmamus ordinationem in præcedenti Capitulo factam, quòd fratres extra Conuentum, quacumque occaſione, prætextu, & cauſa ordinariè commorantes, nullatenus in Conuentibus in quibus ſunt aſſignati actiuam vocem habeant in aliqua electione.* Vbi plura conſideranda ſunt. Primum eſt, quòd iſti ſic manentes extra Clauſtra non ſunt priuati voce paſſiua, ſed ſolùm actiua. Secundum quòd loquitur de fratribus ita manentibus extra Clauſtra, quòd tamen ſunt in aliquo Conuentu aſſignati, ideo priuat illos voce actiua ſolùm in Conuentibus aſſignationis illorum, vnde nec priuat eos voce actiua v. g ad eligendum Prouincialem, ſi ſint Magiſtri in Theologia cum voce. Et talis eſt etiam ſenſus Ordin. Cap. Rom. 1585. Quæ ex confirmatione citata interpretationem ſuſcipit, nec facienda eſt vis in verbis illis Gloſſæ, non cenſeantur in Conuentibus aſſignati ad vocem quacumque ratione habendam, ſed omnino ab electionibus faciendis, ſicut dictum eſt intelligantur excluſi; quia hoc eundem ſenſum habet, quia ſcilicet ex vi aſſignationis non poſſunt habere vocem actiuam in electionibus faciendis in Conuentu, in quo ſunt aſſignati. Quod vero Romæ 1601. decl. 4. commorantes extra ordinem iubentur non habere vocem actiuam, aut paſſiuam, etiam ſi Cathedrali Eccleſiæ inſeruiant, conſtat, quod intelligi debet de exiſtentibus extra ordinem ex cauſa particulari & priuata, ad inſtantiam huius, vel illius etiam Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, non vero de illis, qui à Pontifice ex ſanctæ Sedis ſumma clementia inter Curiæ Apoſtolicæ officiales collocantur. At verò qui aſſumuntur ad officia Magiſtri Sacri Palatij nullibi ſunt aſſignati, & quatenus eſſent, ſolùm eſſent priuati voce actiua in Conuentibus aſſignationis illorum. Cum verò non ſint priuati voce paſſiua ex vi dictæ ordinationis poſſunt igitur eligi in Diffinitores Capituli Generalis, aut etiam in Electores Generalis, nec prohibiti ſunt habere vocem actiuam in Capitulo Generali, quoniam ex vi dictæ ordinationis tales exiſtentes extra Clauſtra ſolùm prohibentur habere vocem in Conuentibus in quibus ſunt aſſignati.

13 De Secretario autẽ S. Congreg. Indicis minor eſt difficultas, cum nedum militent pro eo præfatæ rationes, ſed ipſe maneat, & viuat in Conuentu Mineruæ ſub obediẽtia Ordinis. Et quòd poſſit manere extra, ſi velit, nihil obſtat, quia priuatio lata eſt cõtra commorantes ordinariè extra Conuentũ, nõ

verò

verò contra eos, qui poſſunt commorari.

14 De Vicarijs verò Generalibus, aut Procuratoribus Ordinis nulla ratio eſt, vt dicantur priuati voce, quin poſſint eligi in Diffinitores Capituli Generalis, aut electores, cum nullo modo extra ordinem ſint ſed immo de facto P. Magiſter Fr. Bartolomæus Miranda actualis Procurator Ordinis pro prouincia Bethicæ definiuit in Cap.Rom. 1589. vt ex actis dicti Capituli conſtat. Et de præfatis omnibus ſimul hoc conſtat, quòd non ſunt priuati voce paſſiua ad Generalatum: Nam ex Vicarijs Generalibus aſſumpti fuerunt in Generales PP. FF. Heruæus Natalis anno 1318. Hugo Campanus anno 1333. Petrus de Palma anno 1343. Guarinus Altiſiodor. anno 1346. Elias Tholoſanus, anno 1367. Bartolomæus Comaccius anno 1484. Vincentius Bandellus anno 1501. Io: Clarettus anno 1507. Thomas Caietanus anno 1508. Franciſcus de Syluestris Ferrarien. anno 1525. Paulus Bottigella anno 1530. Auguſtinus Recuperatus, anno 1539. Franciſcus Romæus anno 1546. Stephanus Vſuſmaris anno 1553. Seraphinus Siccus anno 1612. Et Nicolaus Rodulphius anno 1629. Ex Magiſtris verò Sacri Palatij præter præfatum Nicolaum Rodulphium, qui ſimul fuit Vicarius Generalis, electi ſunt Magiſtri Ordinis PP. FF. Io: Molendinus anno 1349. Leonardus Manſuetus anno 1474. Saluus Caſetta anno 1483. Paulus Conſtabilis anno 1580. Siſtus Fabri Lucen. anno 1593. Auguſtinus Galaminius anno 1608. Ex Commiſſario Sancti Officij P. Fr. Hippolytus Maria Beccaria anno 1589. Ex Procuratoribus Generalibus PP. FF. Guido Flamocheti anno 1451. Conradus Aſtenſis anno 1461. Albertus Caſaufius, anno 1542. Thomas Turcus anno 1644. præter præfatos, Heliam Toloſanum, Thomam Caietanum, Io: de Fenario, Auguſtinum Recuperatum, Franciſcum Romæum, Stephanum Vſuſmaris, & Seraphinum Siccum, qui ſimul erant Procuratores Ordinis, & Vicarij Generales. Et ex Secretario Indicis electus fuit Generalis Reuerendiſſimus P. Fr. Io: Baptiſta de Marinis ad præſens feliciter gubernans ordinem, at verò non eſt vnde dicatur præfatos poſſe eligi in Generales, & non poſſe eligi in Diffinitores, vel electores Magiſtri Ordinis, quod longè minus eſt.

15 Et per hæc ſoluuntur rationes in oppoſitum, nam quòd *Conſtit. Sixti IV. & Gloſſa Conſtit. diſt. 2. capit. 13. §. 7. lit. L.* non obſtent, iam ſatis eſt oſtenſum. Ex vi conſuetudinis autem nihil concluditur, quia vbi verſamur in actibus liberis non habet locum conſuetudo, quia quòd non fuerit aliquis ex præfatis electus à ſuis Prouincijs in Diffinitorem Capituli Generalis, aut electorem Magiſtri Ord. fuit, quia dictis Prouincijs non ita viſum fuit, non quia non potuerint, ſi voluiſſent. Quamuis nec verum ſit, quòd aſſeritur, quia in Diffinitorem Capituli Generalis de anno 1589. electus fuit, & ve dictum eſt definiuit P. Magiſter Fr. Bartholomæus Miranda dum eſſet Procurator Ordinis. Et quòd præfati non eligantur v.g. in Prouinciales &c. vel ad alia minora officia, non eſt, quia ſint priuati voce paſſiua, ſed quia talia officia non ſunt compatibilia cum eorum officijs, & ſi ſua officia relinquere vellent retrocederent & caderent a ſublimitate ſuorum munerum. Quod verò non habeant vocem actiuam, hoc eſt quia hæc vel requirit aſſignationem & actuale ſeruitium in aliquo Conuentu, & illi nullibi ſunt aſſignati, vel actiua vox requirit vt ſint electi, ad illam, ideo niſi eligantur, non habent ius ſuffragij. Et tamen Secretarius Indicis, qui manet in Conuentu Mineruæ ſuffragium habet in eo Conuentu tam actiuum, quàm paſſiuum. Pœnitentiarij autem S. Mariæ Maioris, vocem paſſiuam habent, & in Priores Conuentus eligi poſſunt ſicut de anno 165.. electus fuit, & confirmatus P. Magiſtri Fr. quamuis Prioratum non acceptauerit.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendus in Generalem debet habere conditiones à iure requiſitas. n. 16.*
2 *Per ſe loquendo profeſſus etiam de recenti poteſt eligi in Generalem. n. 17.*
3 *In aliquibus Religionibus vt in Ord. Seruorum & Prædic. requiritur determinatū tempus poſt profeſſionem, vt quis eligi poſſit. n. 17.*
4 *Per ſe ad Generalatum non eſt neceſſarium ſacerdotium. n. 19.*
5 *Antiqui Abbates & S. Franciſcus non erant ſacerdotes. n. 19.*
6 *De iure communi ſufficit quod Generalis electus ordinetur infra annum. n. 20.*
7 *Non eſt neceſſe, ſed eſt conueniens, quod Generalis ad minus ſit ætatis 30. annorum. n. 21.*
8 *Generalis temporalis non poteſt reeligi. n. 22.*
9 *In aliquibus Religionibus poteſt confirmari. numer. 22.*
10 *Eligendus dignior. n. 23.*

16 Quæritur ſecundò. Quæ ſint conditiones eligendorum in Generales? Certum eſt eligendum in Generalem debere habere omnes illas qualitates, quæ ex iure naturali, aut diuino, vel Eccleſiaſtico ſunt neceſſariæ in eo, qui eligitur in Prælatum, cum Generalis ſit in ſua Religione Prælatus ſupremus. Sunt verò aliquæ difficultates circa aliquas conditiones, nimirum primò, circa profeſſionem in eadem Religione. Hanc enim eſſe neceſſariam eſt certum, & probatum eſt ſupra cap. 25.

17 Sed dubium eſſe poteſt, an de recenti profeſſus poſſit eligi in Generalem. Nam *Caſtell. de elect. cap. 10. n. 2.* exiſtimat, quòd quoties fiat electio alicuius Religioſi ad Prælaturam præſertim ad ſupremum Magiſtratū Religionis ſtatim, vel parum poſt emiſſam profeſſionem, talis electio tanquam nimis præmatura irritari poteſt, & forte debet, *cap. cum in magiſtrum de elect.* Sed dicendum eſt per ſe ſufficere profeſſionem, ſi alia requiſita adſint. Quod verò cetera requiſita non adſint in de recenti profeſſo, in quo poteſt deeſſe & experientia obſeruantiarum Ordinis, & cognitio Prouinciarum, & fratrum, & practica regiminis, & alia ſimilia, quæ ad prudentiam habendam ſunt neceſſaria, ſicut & in recenti profeſſo poteſt deeſſe firmitas virtutis experientia comprobata, & conſtantia maxima in bono, quam decet habere Prælatum Religionis, facit vt huiuſmodi recens profeſſus præcipuè ex defectu prudentiæ poſſit non eſſe aptus Regimini, & ideo penſatis penſandis, ſi defectus eſt talis, qui

Bbbbb 2 illum

illum reddat indignum, eius electio debeat irritari. Sed per ſe loquendo nullus excludi poteſt eo titulo, quòd ſit profeſſus de recenti, ſi alia requiſita habeat, ſeu ſi aliàs non ſit indignus. Et per ſe præſtat vir habens ingenium ſorte, & perſpicax, & aptus, vt de facili ſummos progreſſus faciat, quam vir exercitatus, & longæuus, ſed non inſignis prudentiæ, nec eximiæ virtutis, Et *cap. cum in Magiſtrum 49. de elect*, militat in contrarium, quia Gregorius nonus ex eo probat, quòd non profeſſus non debet eligi in Abbatem, vnde ex eo cap. habetur quòd profeſſus in Religione non iam cenſetur diſcipulus, ſeu qui neſciat ſubeſſe, cum iam ad profeſſionem fuerit admiſſus, ideoque & ſubeſſe ſciat, & ſtatum diſcipulatus pertranſierit, & Religionis profeſſor dicendus ſit. Ideo quòd per ſe loquendo ſufficiat etiam ad Generalatum profeſſio emiſſa, & quòd ex breuitate temporis ab emiſſa profeſſione non ſit caſſanda electio, quia nunc præcipuè per annum probationis peractum, qui profitentur ſunt in Religioſis obſeruantijs ſufficienter inſtructi, tenent *Suarez tom 4 de Relig. trac 8. l. 2. cap. 3. num. 19. Lezana p. p. cap. 18. num. 9. & in Mari magno ſeruit. num. 25.*

18 Ex iure tamen ſpeciali aliquarum Religionum aliquod determinatum tempus requiritur. Nam apud Seruitas, nullus poteſt eſſe Generalis niſi poſt 20. annos continuos fuerit in Religione, ex eorum Mari magno quantum ſit habetur §. 8. & apud *Lezanam* ibi *n. 25.* In Ordine etiam Prædicat. cum nullus habeat vocem paſſiuam ad Prælaturas niſi poſt 12. annos à profeſſione, ex ordinat. Cap. Valent. 1596. quæ habetur apud *Fontan. tit. de election. numer. 17.* ſequitur, quod non poſſit eligi quis in Generalem niſi ab annis 12. fuerit profeſſus, ſaltem tacitè.

19 Dubium eſt ſecundo, de Sacerdotio, an ſit neceſſarium in eligendo ad Generalatum. Nam *Caſtell. d. cap. 20. num. 6.* arbitratur quòd de iure diuino à fortiori ſit, quòd Generales Ordinum habentium innumeram multitudinem Sacerdotum, & qui obligantur per ſe ipſos exercere aliqua munera Sacerdotalia, ſint Sacerdotes, *c. 1. & ſeqq. de ætat.* per argumentum à contrario ſenſu. Nam ſi inſtante neceſſitate poteſt non Sacerdos aſſumi in Abbatem, igitur ceſſante neceſſitate non poteſt aſſumi. Sed dicendum, quod de iure diuino, aut naturali non eſt in Generali Religioſo neceſſarium ſacerdotium, quoniam per ſe ex vi votorũ Religionis, nec eſt neceſſarium, quòd Religioſi ſint Clerici, neque quòd ſuperior exerceat poteſtatem Ordinis in ſuos ſubditos. Sic enim antiqui Monachi, & Abbates non erant ſacerdotes, immò nec Clerici, vt colligitur, ex Synodo Romano temp. S. Sylueſtri, & habetur *diſt. 93. cap. A Subdiacono*, vbi ſecundum lecturam Gratiani, Abbas, & Monachi poſtponuntur infimo Ordini, ſcilicet Oſtiario, & præcipitur vt illi Abbas, & Abbatis Monachi ſubditi ſint. Et propterea Turrecremata aduertit, quòd ille Canon loquitur ſecundum iura antiqua, quando Abbates, & Monachi non erant Clerici. Quod clarius habetur *16. q. 1. cap. generaliter*, vt aduertit etiam *Gloſs. cap. tuam, de ætat. & qualit. v. non aſcendat*, & ibi *Panorm.* Et ita quod de iure diuino ad Generalatum non ſit neceſſarium ſacerdotium, tenet *Suarez vbi ſupra num.* 20. 21. Neque obſtat, ſi in Religione ſint innumeri ſacerdotes, quoniam adhuc de iure diuino non eſt, vt ſuperior immediatè per ſe ipſum actus ordinum exerceat, ſed bene quantum ſit ex vi voti obediẽtiæ poteſt ſuperior non Sacerdos ſuos regere, & in obſeruantiam Regulæ dirigere. Nam ex S. Franciſcus non fuit ſacerdos, & fuit Generalis. Solum igitur vbi Generalis habet curam animarum, vt exercendam per ſe ipſum (quod tamen per ſe non eſt neceſſarium ex vi voti Obedientiæ, & Religionis) eſt in Generali neceſſarium ſacerdotium, vt poſſit ſubditos in foro conſcientiæ ligare, & abſoluere.

20 Et nihilominus dicitur, quod Generalibus habẽtibus curam animarum ſuorum ſubditorũ ſic eſt neceſſarium ſacerdotium, quod tamẽ non eſt neceſſarium, vt actu habitum tempore electionis, ſed vt habendum in tempore legitimo, ſcilicet infra annum. Sacerdotium enim neceſſarium eſt, quia ſine eo non poteſt haberi cura animarum per confeſſionem, & adminiſtrationem Sacramentorum. Non eſt tamen neceſſe, vt tunc actu aliquis ſit ſacerdos cum eligitur ad curam animarũ, ſed benè ex vi talis electionis obligatur ad ſacerdotium ſuſcipiendum infra annum, vt dictum eſt ſupra Cap. 25. Si tamen non ſit aliqua lex ſpecialis in aliquo Ordine, quæ obliget eligendos ad Generalatum ad ſacerdotium magis, quam de iure communi eſt neceſſarium.

21 Circa ætatem etiam dubium eſſe poteſt, quia cum ad Epiſcopatum requiratur ætas 25. annorũ, ex quo Generales habent iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, videri poſſet, quòd neceſſe ſit eligẽdum in Generalem eſſe ætatis annorum 30. & ita tenuit *Miranda tom. 2. q. 3. art. 1. concl. 2.* Sed dicitur Generales non eſſe Epiſcopos, ſed Prælatos inferiores Epiſcopis, qui tamen, quia habeat curam animarum neceſſe eſt, vt ſint ætatis annorum 25. iuxta ſancita, c. *Cum in cunctis de elect.* & per Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. de reform. *Suarez vbi ſup. n. 7. Caſtell. cap. 20. num. 6.* Et in Ordine Prædicatorum neceſſe eſt, vt ſint ætatis annorum 28. cum non emittatur profeſſio, niſi expleto an. 16. & in eo Ordine nullus admittatur ad vocẽ paſſiuam, niſi poſt 12. annos à profeſſione. In Ordine etiam Seruorum cum non poſſit quis eſſe Generalis, niſi per 20. annos fuerit Religioſus dicti ordinis, debet Generalis eſſe prouectioris ætatis. Sed & abſolutè valdè conueniens eſt, vt Generalis non ſit minoris ætatis annorum triginta. *Sylu. v. ætas q. 2. dic. 4. Suarez vbi ſupra num. 7. Sigiſmun. de Bonon. dub. 2. Tambur. de iure Abb. tom. 1. diſp. 5. q. 9. num. 3. Donatus p. 3 tract. 5. q. 8. nu. 7.*

22 In Religionibus in quibus Generalis eſt temporalis, terminato ſemel Generalatus officio. Qui fuit Generalis non poteſt reeligi, niſi vbi alius non reperiatur idoneus. *l. honor, §. gerendorum, ff de muner. & honor. Bald. conſ. 318. in princ. lib. 3. Tuſcus lit. E. concl. 73. num. 4. Sigiſmun. de elect. dub. mihi 99. num. 4. Lauor. tract. 4. cap. 23. num. 8.* Vel niſi omnes electores nemine diſſentiente illum reeligant. *authent. de defenſ. Ciuit. §. final. verſ. ſi verò nondum.* vbi *Barthol. & Bald. Roman. ſing. 96. Felin, in cap. cum omnes num. 18. de Conſtit.* & ibi *Dec. numer. 34. Botel. de edictis lib. 1. cap. 2. nu. 50. Coſta de fact. ſcient. & ignorant. cent. 1 inſpect. 30. num. 9. & 10. & Tuſc.*

vbi

vbi ſupra num 5. Sigiſm. vbi ſupra, & alij. In Ordine etiam PP. Seruorum Generalis poteſt à Diffinitoribus Capituli Generalis in eodem officio iterũ admitti quantum ſit ex vi eorum Maris magni §.8. apud *Lezanam*.

23 Eligendum etiam digniorem in Generalem tantò eſt magis neceſſarium, quantò ex eo veluti ex ſupremo directore magis pendet Religionis conſeruatio & profectus. *Caſtell. dict. cap. 20. num. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Tempus electionis Generalis eſt cum vacat Generalatus. n. 24.*
2 *Generalatus perpetuus & temporalis. n. 24.*
3 *Melius eſt Generalem eſſe perpetuum. n. 25.*
4 *Dies electionis Generalis eſt, qua vel à iure, vel à conuocante Capit. eſt ſtatuta. n. 26.*
4 *Electio Generalis, ſi non fiat die ſtatuta, non deuoluitur. n. 26. 28.*
5 *Quando in Ord. Prædicat. eligendus Generalis num. 27.*
6 *Generalis vbi eſt temporalis, nec ad horam poteſt protrahi Generalatus. n. 28.*
7 *Electio Generalis non ſubditur legi, cap. ne pro defectu de elect. n. 29.*
8 *Si electores eſſent nimium negligentes ad eligendũ merito Sedes Apoſtolica prouideret de Generali. num. 29.*

24 QVæritur tertiò. Quodnam tempus ſit electionis Generalis? Primò neceſſarium eſt, vt Generalatus vacet. In aliquibus verò Religionibus Generalatus non vacat, niſi, vel per mortem, vel per abſolutionem Generalis, in alijs verò vacat etiam per tranſitum temporis determinati pro duratione talis officij. In aliquibus enim Religionibus Generalatus per ſe eſt perpetuus, vt in Ordine Prædicatorum ex vi Conſtitut. dicti Ordin. In Societate Ieſu ex vi ſui inſtituti confirmati à pluribus Pontificibus, & præcipuè à Paulo Quinto in Conſtit. *Quantum Religio* anno 1606. Etiam in Ordine Minorum Generalis fuit perpetuus ex eorum Regula cap. 8. vſque ad annum 1517, in quo Generalatus per Conſtit. Leonis X. *Ite & vos* factus eſt temporalis. Et antiquitus etiam in Ord. Carmelitarũ Generalẽ fuiſſe perpetuũ refert *Lezan. ad Mare magnum Seruitarũ n. 22.* In iſtis Ordinib. in quibus Generalatus eſt perpetuus non vacat, niſi ob mortẽ Generalis, vel quia legitimè iuxta cuiuſcumque Ordinis Regulam fuerit ab officio abſolutus, vel ad dignitatem extra ordinem aſſumptus. Sed in alijs Religionibus Generalatus eſt temporalis, & durat vel ad triennium, vel ad alium terminum. Et in his Religionibus Generalatus nedum vacare poteſt per mortem, vel abſolutionem Generalis, ſed vacat ipſo iure terminato triennio, aut alio termino ſui officii.

25 An verò conuenientius ſit Generalem eſſe perpetuum, ac temporalem? Longè melius eſſe vt ſit perpetuus non dubito per ſe loquendo, vt nec Generalis habeat cauſam cogitandi de exitu ſuo, vel de inſtituendo ſucceſſore, ſed iam ſecurus, & nihil timens de ſuo ſtatu aliud ſibi cogitandum non remaneat, niſi vt bonum ſui ordinis procuret; & ſic inculpabiliter ſuos ſubditos verbo & exemplo regat, vt à Generalatu deijci non poſſit; & ſic totus ſit in conſeruanda, & augenda diſciplina Regulari; & vt nec ſubditi per triennium, vel ſexennium, quod breuiter tranſit, habeant perpetuã occaſionem ambiendi Generalatum, illumque procurandi, & interim foueantur ambitio, & lites, & malæ artes, & inobedientiæ etiam in præſentem Generalem, quem ſtatim ab officio ipſo iure abſoluendum ſciunt, & vt vitentur quamplura alia incommoda quæ ex hac temporalitate Generalatus oriri poſſunt, & recenſetur à *Nauar. in c. multũ 18. q. 2. num. 3. & Com. 3. de Regular. à num. 3. Suarez tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 7. Caſtel. de elect. cap. 20. à num. 8. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 20. qu. 21. Mirand. in Manuali tom. 2. q. 6. art. 5. & 6. Lezana par. 1. cap. 18. num. 10. Samuel. de elect. tract. 3. diſp. 1. contron. 2.* Et quamuis rem hanc arbitrarium & diſputabilem dixerint *Layman in qq. Canon. cap. 17. q. 235. Antonnc. in Cathecheſ. Neapol. lib. 5. de Lim. priuat. cap. 6. & Diana par. 2. tract. 2. de dubijs Regul. reſol. 124. Lezana in Mari magno Seruitarum num. 22.* Tamen per ſe loquendo & præſcindendo à circumſtantijs particularibus perpetuitas ſine dubio temporalitati præponenda eſt.

26 Tempus ergo electionis Generalis, cum ſit tempus vacantiæ Generalatus, dies pro eadem electione habenda eſt, vel quem lex ipſa decernit; ſicut in Ordine Prædicatorum eſt dies Sabbati ante feſtum Pentecoſtes, vel quem iuxta leges cuiuſcumque Religionis ſtatuit ille, ad quem de iure ſpectat congregare Capitulum pro electione habenda. Quod ſi ea die Generalis non eligatur, nõ per hoc deuoluitur electio ad aliquem Superiorẽ; quia nullus eſt in Religionibus Capitulo Generali Superior, ad quem poſſit electio deuolui, & Pontifex non ſtatuit, vt ad ſe electio deuoluatur, ſed remanet in Capitulo facultas toties procedendi ad electionem, quoties opus fuerit, donec ſit electus Generalis. Et in Ord. Prædicatorum ſtatuitur, vt ſemper ſaltem in ſecunda feria Pentecoſtes, debeat eſſe electus Generalis. *Conſtit. diſt. 2. c. 4. §. 5.*

27 In Ordine Prædicatorum hæc dies Sabbati ante feſtum Pentecoſtes, in qua habenda eſt electio Generalis eſt certa ſub diſiunctione. Nam ſi Generalis obierit, vel amotus fuerit ante, vel in die feſto S. Michaelis de menſe Septembris, dies electionis eſt Sabbatũ proximæ venturæ vigiliæ Pentecoſtes, ſed ſi poſt dictum diem S. Michaelis vacauerit Generalatus, prorogatur electio ad ſequẽtem annum, & ſic dies electionis eſt Sabbatum vigiliæ Pentecoſtes ſequentis anni. *Conſtit. diſt. 2. cap. 4. §. 1. Vrceanus part. 3. cap. 24. Camill. par. 2. cap. 3. n. 2.* Quamuis aliquando non expectetur hic annus ſequens, ſicuti nouiſſimè cum P. Generalis Turcus obijſſet anno 1649. in principio menſis Decembris, nihilominùs auctoritate Apoſtolica interueniente indicta fuit electio, & celebrata in proxima vigilia Pentecoſtes anni 1650.

28 Sed duo remanent dubia ſoluenda. Primũ eſt, an vbi Generalis ſit temporaneus, poſſit protrahi officium illius ad aliquod tempus, & ex conſequenti noui Generalis electio. Id enim ex aliqua graui neceſſitate poſſe fieri ad menſẽ, vel mẽſes, quamuis tutius ſit conſulere Summum Pontificum

ficum tradiderunt. *Rodrquez tom. 2. quæſt. 52. art. 2. Sorbus in verb. electio. Sigiſm. dub. mihi 99. nu. 2. Samuel. tract. 3. diſp. 1. contron. 4.* & idem aſſerunt de Capituli Prouincialis prorogatione, quæ habetur de licentia Generalis, vel Commiſſarij Generalis. Verùm niſi talis, ac tam repentina ſit neceſſitas, vt non poſſit adiri Summus Pontifex, non poſſunt Religiones habentes Generalem temporaneum prorogare, vel ad horam officium Generalatus, *Lauor. tract. 4. cap. 23. num.* 8. cum de iure Pontificio præfixo termino elapſo ceſſet Generalis anctoritas, iuxta legis communis ſanctionem in *§. fin. verſ. ſi verà nondum, Authen. de defenſ. Ciuit. Bald. lib. 3. conſ. 318. Panorm. in cap. fin. num.* 8. *& 9. de indic.* Et tempus legis, qui non obſeruat, non dicitur formam legis obſeruare. *l. obſeruare, §. poſt hac, ff. de off. Proconſ. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. num. 6. & aly* quos ſequitur *Barboſa Axiom. 219. num. 2.* Et eò magis in Ordin. Minorum. Cum Leo X. in Bulla *Ite & vos &c.* edita anno 1517. expreſsè dicat, quòd expleto termino Generalis ſit abſolutus, & idem dicitur de prorogatione Prouincialis inconſulto Generali.

29 Secundum dubium eſt, an electio Generalis prorogata ſit nulla. Eſſe enim nullam, ſi ſtatutum decernat, vt v. g. electio fiat ad annum, & non vltra, & ſi contra fiat ſit nulla, tradunt. *Sigiſm. & Samuel citati ex Rom. conſ. 66. num. 2. & Rota in Treucrent. Abbatia ſeu deciſ. par. 4. tom. recent.* Et hoc non habet diſſieultatem. Quæ difficultas fieri poſſet ex *cap. ne pro defectu 41. de elect.* vbi ſtatuitur tempus trium menſium ad eligendum, quo expleto deuoluitur electio ad Superiorem, & ſi habeatur electio eſt nulla. Sed decretum illius capitis locum non habet in electionibus Generalium, cum ad illam ex toto mundo colligi debeant electores. Ideò in his cuiuſcumque Ordinis leges ſeruandæ ſunt, & niſi electioni Generalis præſcribatur tempus cum clauſula, vt expleto illo tempore electio facta ſit nulla, non adeſt caſus deuolutionis, cum deuolutio ſit pœna, & pœna non ſit impoſita, niſi in lege ſit expreſſa. *Auth. de non eligen. ſecund. nuben. §. ſin autem. Tuſcus lit. P. concl. 816. num. 4. Barboſa plures citans Axiom. 181. num. 7.* Si tamen electorũ negligentia eſſet magna, merito Sedes Apoſtolica prouideret de Generali, ne Corpus Religionis diu ſine capite langueret.

S V M M A R I V M.

1 *De iure communi non eſt determinatus locus ad electionem Generalis. n. 30.*
2 *In Ord. Præd. à tempora Caiet. electia Generalis habetur Romæ. n. 30.*
3 *Locus particularis ad eligendum eſt, quem Præſes decernit. n. 31.*
4 *In Ord. Præd. electores clauduntur in conclaui ab eo non egreſſuri, niſi Generali electo. n. 31.*

30 Quæritur quartò. Quiſnam locus ſit electionis Generalis? De iure communi nullus eſt determinatus locus ſpecialis electioni Generalis, ſed in quocumque Conuentu, aut Domo Regulari poſſunt ab vnoquoque Ordine congregari Capitula pro electione Generalis. Vt plurimum tamen huiuſmodi electiones Romæ in præſentia Sedis Apoſtolicæ habentur. In Ordine Prædicatorum à tempore Generalis Caietani omnes ſequentes Generales Romæ fuerunt electi.

31 Locus autem particularis in quo hæc electio haberi debet eſt, qui iuxta vniuſcuiuſque Religionis inſtituta à Capitularibus eligitur, vel à Præſidente Capituli de Capituli conſenſu determinatur. In Ordine Prædicat. hic locus eſt Conclaue bene clauſum, & à Prioribus Prouinciæ, & Fratribus Conuentus, vbi habetur electio cuſtoditum, in quo clauduntur electores, inde non egreſſuri niſi Canonicè electo Generali, & ita vt nullus vel minimus cibus ad eos deferri poſſit, ſed cuſtodiendum eſt Conclaue, vt nec electores egredi, nec aliquid ad eos deferri poſſit, donec fuerit Generalis electus, quod tam electoribus, quàm cuſtodientibus Conclaue præcipitur ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & ſub pœna grauioris culpæ ſuſtinenda. *Conſtit. diſt. 2. cap. 4. §. 4. Camill. d. c. 3. num.* 8. Vbi tamen extra Conclaue adſit vocalis infirmus ſcrutatores exeunt ad illius votum recipiendum. Cap. Rom. 1629. *decl. 14. Samuel. tract. 3. diſp. 1. contr. 1. nu. 4.*

S V M M A R I V M.

1 *Capitulum electionis Generalis à quo conuocandum. num. 32.*
2 *In Ord. Præd. ad quem hoc ſpectet. num. 32.*
3 *Regulariter in Ord. Præd. inſtituitur Vicarius à Pontifice. num. 33.*
4 *Et non habet votum in electione Generalis, niſi aliunde ſibi competat. num. 33.*
5 *A Vicario Ordinis conuocandi vocales, & expectandi. num. 34.*
6 *Sufficit citatio generalis, per quam electores citantur ad locum & diem certum. num. 35.*

32 Quæritur quintò. A quo congregandum Capitulum Generale pro eligendo Generali? Non poteſt hoc determinatè diffiniri, ſed ab eo congregandum eſt hoc Capitulum, ad quem iuxta ſtatuta Religionum id pertinet de iure. *Sigiſm. de elect. dub. mihi 97. num. 7. Samuel. trac. 3. diſp. 1. contr. 1. numer. 9.* In Ordine Prædicatorum Vicariatus Generalis mortuo vel amoto Generali ſpectat ad Prouincialem illius Prouinciæ, in qua ſequens Capitulum Generale fuerit celebrandum, vel eo deficiente ad Prouincialem illius Prouinciæ, in qua præcedens Capitulum Generale fuit celebratum, & ſic retrocedendo donec aliquis Vicarius reperiatur. Ita tamen; quòd quotieſcumque Prouincia in qua ſequens Capitulum fuerit celebrandum habeat Prouincialem, ad eum pertineat Vicariatus Generalis. *Conſtit. diſt. 2. cap. 4. §. 2. & 3.* Et ſi contingat Capitulum Generale transferri de vna Prouincia ad aliã transfertur etiam Vicariatus. *Conſtit. diſt. 2. capit. 3. §. 2. Vrceanus par. 3. capit. 17. Camill. v. Vicarius Generalis.*

33 Verùm ab vitandas difficultates, quæ in hoc modo inſtituendi Vicarium contingere de facili poſſunt, & precipuè ne contingat Vicarium in Vacantia Generalatus multùm abeſſe à Curia Apoſtolicæ Sedis, & vt citiùs, & faciliùs ab vnaquaque parte

parte mundi poſſint vocales vocari ad fneuri Generalis electionem, ſummi Pontifices conſueuerunt auctoritate propria inſtituere Vicarium Generalem Ordinis reuocata cuiuſcumque alterius Vicarij pnteſtate. *Vrceanus par.3.eap.17.* Et vt habetur in *Conſt. diſt.2. cap.*18. Alexander ſextus de ſimilibus Vicarijs ſtatuit, vt habeant vocem in electione Generalis, & in ea ſint ſcrutatotes. Sed vt habet *Gloſſa Conſtit.* ibi. hoc ſtatutum auctoritate Pauli III. fuit reuocatnm, & ſic in Capit.Rom.1539.non habuit effectum, nec poſtea. *Vreeanus d. cap.17. Camill.vbi ſupra.Fon.tit.de Viearijs Generalibus.num.9.* Bene tamen aduertit *Vrceanus d. eap.17.* quòd vbi Vicarius Generalis ſit Prouincialis ſecundùm ritum Conſtit. ille habet vocem in elect. Generalis, ſed eam non habet, ſi ſit inſtitutus per Pontificem. Sed & hoc intelligendum eſt, ſi Vicarius inſtirutus ſit extraneus à Collegio electorum de iure; Nam ſi hic Vicarius à Pontifice inſtitutus eſſet Prouincialis, non eſſee voce priuatus. In vltimo Capitulo electionis anno 1650. Vicarius Generalis, qui fuit bonæ memoriæ P. Vincentius Candidus, ex ſpeciali indulto Innocentij Decimi votum habuit.

34 A Vicario igitur Generali Otdinis, vel ab eo (quocumque nòmine vocetur) qui in vacantia Generalatus gerit vices Generalis, & toti Religioni præeſt, conuocandum eſt Capitulum electionis, vel pro die ſtatuta à lege, vel pto die ab ipſo ſecundùm legum præſcriptum determinata, & ad locum determinatum. Et ad eum locum conuocandi ſunt electores, & vſque ad determinatam diem expectandi.

35 Aduertit verò *Fontana tit. de electione Mag. Ord. num.*13. quòd cum in *Gloſſ. Conſtit. diſt* 2. §.7. *lit. Q.* dicatur ordinatum auctoritate Apoſtolica Romæ in cap.1601. quòd Electores, qui à loco electionis diſtant per diætam vocandi ſint, nihilominùs in Actis eiuſdē Capituli impreſſis Romæ apud Carolum Vullietum nihil tale inuenitur. Oppinarur autem peculiari aliquo decreto illud fuiſſe ſancitum: Sed potiùs dicendum, illud per errorem alicuius ſcriptoris fuiſſe in Gloſſa illa appoſitum; quoniam non poteſt habere locum in electione Generaiis, ad quam nedum exiſtentes intra diætam, ſed omnes Prouinciæ Religionis ſunt vocandæ ad certum locum, & certam diem pro electione Generalis habenda; qua citatione legitimè executa intra tempus à lege ſtatutum, nulla alia citatio eſt neceſſaria, nedum eorum, qui ſint extra ciuitatem intra diætam, ſed nec eorum qui ſunt in Ciuitate & in Conuentu, niſi per ſonum Campanulæ conſuetum, & iuxta cuiuſcumque Religionis ſtylum ſi opus eſt, per intimationē electionis factam vel in Refectorio, vel in alio loco cōmuni, vt electores poſſint de mane celebrare, vel communicare, & ſe ad electionem præparare. Et de reliquo cum iam electores ſint ſufficienter citati ad locum, & diem certum, ſi non ſint præſentes hora conſueta, alij procedūt ad electionem, nec alijs remanet aliquo modo agere de contemptu, quoniam nullo modo fuerunt contempti. *Conſtit.diſt.2.cap.4.§.5.*

S V M M A R I V M.

1 *In elec. Generalis ſeruanda eſt forma cap. quia propter de elect. num.36.*
2 *In Ord. Præd. quæ ſit forma eligendi Generalem. num.37.*
3 *Vicarius non eſt ſcrutator, ſed tres Prouinciales antiquiores. num.38.*
4 *Vicarius non publicat electionem, ſed antiquior ſcrutator. num.39.*
5 *Generalis non indiget confirmatione. num.40.*
6 *Vbi electio Generalis indiget confirmatione petitur à Pontifice. num.41.*
7 *Generalis Capucinorum non confirmatur. numer.42.*
9 *Contra electionem Generalis poteſt opponi. numer.43.*

36 QVæritur ſextò. Quæ ſit forma eligendi Generalem? In hac electione ſeruandam eſſe formam *cap. quia propter 42. de elect. probatum eſt ſupra eap.1.* Ec ſine dubio in ea ſeruanda eſt forma *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.6.* de Regularibus. Cæterùm vlteriùs in vnaquaque Religione ea forma ſeruanda eſt, quam leges illius Religionis præſcribunt. Pro eligendo Generali Minimorum in caſu mortis conſtitut. edidit Vrbanus VIII. quæ habetur *apud Peyr. tom.3. cap.12.*

37 In Ord. Prædicatorum hæc in ſpecie obſeruanda ſunt. Primò enim deputantur examinatores vocalium, qui eorum literas teſtimoniales videant, & hi tres eſſe debent, ex Hiſpaniarum, Galliarum, & Italiæ Prouincijs electi, vnus de ſingula ex illis Nationibus. *Formul. Ord. Vrceanus par.3. eap.24. Camill. par.2. cap.3. num.5.* Vbi tamen adſit difficultas ſpecialis Vicarius, Generalis cum Prouincialibus, & Diffinitoribus indubijs rem decernunt, & totum hoc fit ante diem electionis. Legitimatis verò electoribus in die electionis de manè cantatur Miſſa de Spiritu ſancto cum collectis B. Mariæ & B. Dominici, cui Electores interſunt, ſi tunc non celebrant. Secundò finita *M*iſſa Vicarius conuocat ad Capitulum, in quo habetur oratio exhortatoria ad optimam electionem. Inde tertiò Electores ingrediuntur conclaue, & intra illud clauduntur. Et eo clauſo quartò leguntur Conſtitutiones & Rubricæ de electione *M*agiſtri Ordinis, & literæ Apoſtolicæ, ſi quæ ſunt legendæ. Quintò præmittuntur perquiſitio facta à Vicario Generali an electoribus placeat tempus, & locus, & proteſtatio de non admittendo excludendum, nec de excludendo admittendum, & abſolutio à cenſuris, & inuocatio gratiæ Spiritus ſancti per hymnum *Veni Creator* & antiphonā *Veni ſancte Spiritus &c.* & orationem *Deus qui corda &c.* Sextò ſcrutatores ad menſam coram omnibus paratam accedunt, & poſitis ſchedulis in vaſe parato, alios electores ponentes in eodem vaſe ſchedulas diligenter inſpiciunt. Septimò ſchedulas numerant, & ſi cum numero electorum conueniunt, eas aperiunt, legunt, ſcribuntque nomina eorum, qui ſunt in ſchedulis nominati, Octauò ſchedulas publicè comburunt. Nono ſcrutinium publicant. Et decimò publicatur electio & ſi vnus a maiori parte vltra medietatem

tem electus ſit & ille eſt ſine alia confirmatione Generalis. *Gloſſa Conſtit.diſt.2.cap.4.§.5.lit. C. Vrceanus*, *& Camill.loco citato.*

38 Circa hæc vero aliqua dubia ſunt. Et quidem quantum ad ſcrutatores; Nam Conſtitutio & Gloſſa ſibi ſunt contraria, vt aduertit *Vrceanus par.3.cap.24.* Nam Conſtitutio vult, quòd ſcrutatores ſint tres Prouinciales, qui primitus habitum ordinis ſuſceperunt. *diſt.2.cap.4.§.5.* Sed Gloſſa vbi ſupra habet, quòd ſcrutatores ſint Vicarius Generalis,& duo Prouinciales antiquiores. Quod nam verò horum ſeruandum ſit, iudicandum eſſe à Superioribus cenſet *Vrceanus*, addens quòd vbi Vicarius Generalis ſit præter leges noſtras à ſancta Sede deputatus, non poteſt eſſe ſcrutator, cum nec vocem habeat ex decreto Pauli III. ſupra relato, & idem tenet *Camill.vbi ſupra num.13.* Ego exiſtimo quòd Gloſſa illa ſit antiqua, & fundata in ordinatione Alex. VI. qui, prout habetur cap.18. ſtatuit vt Vicarius eſſet ſcrutator cum duobus Prouincialibus antiquioribus in ordine, & ſic fuit vſu receptum ab anno 1501. vſque ad annum 1539. quando fuit id reuocatum per Paulum tertium,& forſan cum iam fuiſſet illa Gloſſa appoſita non fuit poſtea mutata, cum tamen mutanda eſſet, nam Capitulum Generale non poteſt abrogare Cõſtitutiones,niſi iuxta formam præſcriptam in prologo Cõſtit. per tria Capitula Generalia fiat conſtitutio contraria. Vnde eſt, quòd in praxi ſeruatur, vt ſcrutatores in electione Generalis ſint tres Prouinciales antiquiores. Et anno 1650.in Capit. Romano cui interfui tanquam Prouincialis Terræ Sanctæ, etiamſi P. Mag. Candidus Vicarius Generalis ex priuilegio habuiſſet vocem in electione Generalis, nihilominùs ſcrutatores fuerunt tres Prouinciales antiquiores.

39 Inde conſiderandum vlteriùs, quòd publicato ſcrutinio formare decretum electionis ſeu eligere nomine Capituli ſpectat etiam ad primum ſcrutatorem, ſeu ad illum qui primam vocem habuit in electione,qui in hoc ordine eſt primus ſcrutator. Vrceanus autem ait, hoc munus pertinere ad Vicarium ſiue ad primum ſcrutatorem. Sed certè vbi Vicarius vocem non habet,nec poteſt eſſe ſcrutator, nec poteſt nomine aliorum eligere,cum hoc ſpectet ad vnum ex vocalibus, ſcilicet ad eum qui primam vocem habet in electione. *S*ed etiam ſi Vicarius habeat vocem, & ideo eſſet primus dignitate, nihilominùs ad ipſum non ſpectaret hoc munus, niſi eſſet primus ſcrutator, quia primus ſcrutator eſt qui primam vocem habet, vnde primus ponit ſchedulam in vaſe.

40 Vlteriùs attendendum, quòd electio Generalis confirmatione non indiget, ſed ex vi Conſtitutionum Apoſtolicarum electus a maiori parte ſupra medietatem, vel ſi ſit præſens, & habet ſupra medietatem vnum votum cum dimidio eſt ſtatim Generalis cum pleniſſima auctoritate ſupra totum Ordinem. *S*ic enim electo Generali Ordin. Præd. conceſſit Greg. XI. in conſtit.7. *Virtute conſpicuos*, & Ord. Min. Clemens IV. in conſt.*virtute conſpicuos* 4. Ord.Eremitarum *S*ixtus IV. in eorum Mari magno §.49. Ordin. Carmel. ab Alex.IV. & Sixto IV.vt in eorum Mari magno §.30.& 68.Ord. Seruorum Clemens VI. vt in eorum Mari magno §.8. Ordin. Minimorum Iulius II. in eorum Mari magno §.1. Vnde Generales horum ordinum, & aliorum, qui fruuntur priuilegio communicationis priuilegiorum, ſtatim ſequuta electione ſunt confirmati, & habent plenariam poteſtatem Officij Generalatus iuxta cuiuſcumque Ordinis leges. Videantur *Rodriquez tom.2.quæſt.52.art.3. Mirand. tom.2. quæſt.23. art.32. Sigiſ. de Bonon.dub.mihi 97. Peyr.in Formular.lit.C.cap.18.Lezana par.1. cap.15. num.35.*& ad Mare magnum Prædicatorum *num.6. Camill.par.2.cap.3.num.12.Samuel.trac 3.diſp.1.controu.1.*Et de Generali Ord. Prædicatorum hoc habetur expreſſe in *Conſt. diſt.2. cap.4.§.5. & in Gloſſa ibid.lit.F.*

41 Caſu verò quòd aliqua Religio non vtatur hoc priuilegio, debet peti confirmatio Generalis à Domino Papa, qui eſt immediatus ſuperior eiuſdem Generalis iuxta terminos *cap.cupientes & cap. ſi poſtquàm de elect. in 6. Rota in Treuere. Abbatia S. Maximiani, ſeu decіſ.574.par.4.tom.3.Recent.Cuchus Inſtit. Maiorum lib.4.tit.de Confir.art.numer.13. Sigiſmun. dict.dub.97. Samuel vbi ſupra.Lezana vbi ſupra.*

42 Aduertit quoque idem *Sigiſmund.* quòd olim electio Generalis Capuccinorum vigore Bullæ Pauli Tertij. *Exponi nobis*, editæ anno 1536. confirmabatur à Generali Minorum Conuentualium. Sed hodie ex decreto Pauli Quinti in Bulla, *aliàs fælicis recordationis*, data anno 1619. 28.Ianuarij, & huius Ordin. Generalis eſt ipſo facto Confirmatus, nec alterius confirmatione indiget.

43 Quàmuis verò Generalium præfatorum electio non indigeat Confirmatione, contra eam tamen poteſt opponi,vel per viam exceptionis, impediendo electum à poſſeſſione accipienda ſui officij, vel per viam accuſationis opponenda defectus, vel electionis, vel perſonæ, ſi tales ſunt, quòd vitient electionem, & ſeruatis aliàs ſeruandis prout ſupra *cap.32.* fuit explicatum. *Lezana in Mari magno Seruorum. 132.*

CAPVT XXXVI.

De electione Prouincialis.

SVMMARIVM.

1 *Electio Prouincialis ſubiecta legi cap. quia propter de elec. num.1.*
2 *Neceſſaria ſunt ad illam,quæ electorib.& eligendis in communi competunt. num.1.*

1 DE hac electione in communi hoc dicendum eſt, eam ſubdi legibus *cap. quia propter* de electione, & *Concil. Trid.ſeſſ.25.cap.6.de Regular.* & inſuper cuiuſcumque Religionis in qua ſimilis electio habenda eſt quamobrem ijs præſuppoſitis, quæ de electione in communi de eligentium, & eligendorum qualitatibus, & forma electionis, dicta

ſunt

Google

ſunt aliqua magis ſpecialia ſpectantia ad hanc electionem præcipuè in Ordine Prædicatorum ſuper addenda ſunt. Nam decernere de proprijs quarũcumque Religionum ad Religioſos earumdẽ maximè pertinet. Neque enim in vnaquaque deſunt plures, ac plures viri Doctiſſimi, qui proprias leges interpretari, & dilucidare poſſint. Et aliàs cum ſancita ſemel contingat poſtea reuocari, non poteſt aliquid certum ſtatui a non poſſidente plenè propria cuiuſcumque ordinis ſtatuta.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Prouincialis ſpectat ad Prouinciam. nu.2.*
2 *Electores habeant requiſita de iure communi & ſpeciali. num.3.*
3 *In Ord. Præd. electores ſunt Priores, Prædicatores Generales, & ſocij. num.4.*
4 *Sub nomine Præd. Generalis veniunt Magiſtri, & Patres Prouinciæ. num.4.*
5 *Non omnes Prouinciæ mittunt ſocium.*
6 *Capitulum Prouinciale triplicis generis. num.5.*
7 *In Capitulo electionis ſi alia negotia occurrant poſſunt tractari. num.5.*
8 *Magiſtri in Theologia habent ſuffragium. numer.6.*
9 *Non tamen ſupranumerarij. num.6.*
10 *Patres Prouinciæ habent ſuffragium, ſed non poſſunt inſtitui ex gratia. num.7.*
11 *Prædicatores Generales habent ſuffragium, ſi ſint legitime inſtituti. num.8.*
12 *Qui ſunt in poſſeſſione gradus, vel iuris eligendi debent admitti cum proteſtatione, ſi quis contra eos excipiat. num.9.*
13 *Qui Priores habeant ſuffragium. num. 10.*
14 *Conuentus habens lectorem habet ius ſuffragij, & non eſt neceſſe quod lector actu legat. num.10.*
15 *Conuentus habens 12. fratres habet ſuffragium. num.11.*
16 *Si factus eſt pauperior, ſufficit quod habeat ſex Capitulares computato Priore. num.11.*
17 *Ad hoc vt Conuentus mittat ſocium, debet alere quinque vocales præter Priorem. num.11.*
18 *An hoc ſit verum reſpectu electoris, num.12.*
19 *Prior ſi ſua culpa non aluit 12. fratres eſt priuandus ſuffragio. num.13.*
20 *Quid ſtatutum pro Prouincijs Aragoniæ, & S. Thomæ. num.13.*
21 *In multis Prouincijs non eſt neceſſe quòd Conuentus alat 12. fratres. num.14.*
22 *In Indijs ad conſtituendum Conuentum 6. fratres ſufficiunt. num.14.*
23 *In Indijs etiam Conuentus non mittit ſocium niſi alat 12. fratres, num.14.*
24 *Quid ſtatutum pro Prouincia Quitenti. num.14.*
25 *Conuentus non habet ſuffragium ſi in eo regulariter non dicitur matutinum de nocte. num.15.*
26 *Priores negligentes in veſtiendis fratribus ſunt voce priuati. num.16.*
27 *Vicarij miſſi à Generali mortuo vel amoto Prouinciali vocem habent. num.17.*
28 *Socij Priorum habent ſuffragium. num.18.*

2 QVæritur autem primò, qui ſint electores in electione Prouincialis? Et dicitur certum eſſe eiſdem rationibus, quòd ſicut electio Generalis ſpectat ad totam Religionem, & vniuerſaliter electio Prælati ſpectat ad vniuerſitatem cui præeſt, vt ſupra *cap.14. & cap.36.* eſt dictum, ita electio Prouincialis ſpectat ad Prouinciam, niſi ex præſcripto legum Ordinis eius inſtitutio pertineat ad Generalem, ſicut in ſocietate diſponunt eius *Conſtitut. part.9. cap.3. §.14. & cap.5. §.1.*

3 Vbicumque tamen ad Prouinciam ſpectet electio Prouincialis, Electores tenentur habere conditiones de iure naturali aut Canonico requiſitas in Electoribus Prælatorum habentium curam animarum, de quibus latè dictum eſt cap.10. & vlterius ea, quæ ex præſcripto ſuorum Ordinum requiruntur.

4 In Ordine Prædicatorũ ad tria genera perſonarum ſpectat electio Prouincialis, nimirum ad Prædicatores Generales, ad Priores Conuentuum, & ad eorumdem Priorũ ſocios. *Conſt. diſt.2. cap.3. §.5.* Et ſub nomine Prædicatoris Generalis veniunt etiam Magiſtri. *Conſt diſt.2. cap.7. §.1.* & etiam PP. Prouinciæ, cum gaudeant priuilegijs Magiſtrorum & ſunt illi, qui fuerunt Prouinciales, vnde expleto Prouincialatus officio remanent Patres habentes in ſuis Prouincijs prærogatiuam loci & vocis actiuæ in Capitulis Prouincialibus Valentiæ 1596. Antiquitus autem quilibet Conuentus præter Priorem duos fratres vocales mittebat pro eligendo Prouinciali Pariſ. 1236. Anno verò 1410. Bonon. auctoritate Alex. quinti additi fuere Prædicatores Generales. Tandem verò in Capit. Salman. 1551. & Rom. 1553. & 1558. ad expenſas Conuentuum vitandas ſtatutum eſt, vt vnus ſolus ſocius de quolibet Conuentu mittatur ad Prouincialem eligendum. Et nunc ex priuilegio Apoſtolico Prouincia Hiſpaniæ, & quædam aliæ ſocium non mittunt.

5 Ex hoc igitur triplici genere perſonarum integratur Capitulum electionis Prouincialis, quod tamen eſt triplicis rationis, nam aliud eſt Capitulum Prouinciale tantùm, aliud electionis tantùm, aliud Prouinciale & electionis ſimul. Capitulum Prouinciale tantùm eſt Capitulum intermedium, quod pro bono regimine Prouinciarum celebratur a Prouinciali in medio tempore Prouincialatus. Prouinciale & electionis ſimul eſt illud, quòd celebratur dum Prouincialis in tempore ordinario finit officium, quia in tali Capitulo ſtatim prius eligitur nouus Prouincialis, & poſtea tractantur alia negotia ad bonum Prouinciæ regimen facientia. Et in his duobus Capitulis eliguntur Diffinitores; ſed Capitulum electionis tantùm eſt illud quod habetur præciſè pro negotio electionis Prouincialis, aut Diffinitoris Capituli Generalis, vel & Electoris Magiſtri Ordinis. Et in hoc non eliguntur Diffinitores, quia non agitur niſi de negotio electionis, ad quod Diffinitores non ſunt neceſſarij. Horum Capitulorũ diſtinctio habetur, quia in *Conſtit. diſ.2. cap.3.* agitur de Capitulo electionis Prouincialis, & cap.7. de Capitulo Prouinciali, & de ea videndi ſunt *Caſtell. de elec. capit.15. nu.23. Scropha quæſt.24. in Moral. Donatus par.3. tract.5. quæſt.41.* Quòd verò dicunt *Scropha, & Donatus*, quòd in Capitulo ele-

ctionis non poteſt tractari aliud negotium, ſed eſt verum, quia in eo Capitulo non tractatur aliud negotium, quia non occurrit, non quia non poſſit. Vnde ſi accideret tunc caſus neceſſitatis eligendi Electores Generalis, eligi poſſent. Sicut econtra, ſi in Capitulo intermedio moreretur Prouincialis non eſſet neceſſarium pro eius electione nouum Capitulum celebrare.

6 Magiſtri in Theologia vocem habent in electione Prouincialis, ſi ritè inſtituti ſunt, & vbi Prouinciæ habent priuilegium acceptandi Magiſtros, vel habent eorum numerum determinatum, ſi ſunt à Prouincijs acceptati, vel de numero. Quòd ſi in aliqua Prouincia admittantur, ſupranumerarij Magiſtri, abuſus non tolerandus potius eſt cenſendus. Quàmuis enim conſuetudine legitimè præſcripta acquiri poſſit ius eligendi, vt dictum eſt ſupra cap. 10. n. 28. non poteſt tamen hoc ius ex ſola Capitularium admiſſione & conceſſione contra leges legitimè obtineri: Quoniam vt probatum eſt. ſupra cap. 1. q. 1. n. 16. ius eligendi ad Prælaturas Regulares non eſt proprium vniuerſitatis, & connaturale, ſed venit illi ex conceſſione Pontificis, vel ex conceſſione aliorum ſuperiorum, quibus facultas dandi vocem à Sede Apoſtolica eſt conceſſa. Nec in iure habetur canon in quo vniuerſitatibus ſit conceſſum, vt poſſint tribuere ius eligendi ei, cui non eſt à iure conceſſum; vnde non eſt tam facile, vt in hac parte introducatur legitima & rationabilis conſuetudo, quæ contra tot leges poſſit præualere, & non ſit dicenda abuſus. Et ideo dicendum eſt huiuſmodi Magiſtros ſupranumerarios, quibus à lege nedum non eſt conceſſum, ſed prohibitum habere ſuffragium in Capitulis Prouincialibus, peccare mortaliter vſurpando ſibi ius ſpirituale, quod non habent, & nulliter ſuffragari, & in collatione numeri ad numerum eorum vota reijcienda eſſe, & nullum ex vi voti illorum eſſe legitimè electum.

7 Patres Prouinciæ etiam habent ſuffragium in electione Prouincialis, ſi ſint taſes, vt verè fuerint Prouinciales confirmati, Capit. General. Salman. 1551. inchoat. 3. & Rom. 1553. confirm. 1. & Rom. 1558. confirm. 3. ſed Romæ 1644. fuit ordinatum, vt nullus inſtituatur Pater Prouinciæ, & habeatur, niſi is, cui competit de iure, & quod omnis alia inſtitutio eo ipſo ſit irrita, & nulla.

8 Prædicatores Generales ſunt in Ordine iſto antiquiſſimi, cum eorum mentio habeatur in Capitulo Generali Pariſ. 1234. ordin. 7. In aliquibus tamen Prouincijs, vt in Prouincia vtriuſque Lombardiæ non habentur Prædicatores Generales, & in alijs habentur in minori numero, quam ſit numerus Conuent. vt in Prouincia Apuliæ, Romæ 1644. & in hoc ſeruari debent cõſuetudines Prouinciarum. Et vt tales vocem habeant debent eſſe inſtituti ab habente legitimam poteſtatem, nimirum vel à Prouinciali & Diffinitoribus in Capitulo Prouinciali, *Conſtit. diſt. 2. cap. 7. §. 1.* quæ fuit declarata Romæ 1629. Vt in Prouincijs in quibus Prouincialis electus licet nondum confirmatus præeſt Capitulo, & gubernat Prouinciam vti Vicarius poſſit idem Vicarius cum Diffinitoribus Prædicatores Generales inſtituere; vel inſtitui poſſunt a Capitulo Generali, aut à Generali Magiſtro. Multæ etiam conditiones requiruntur ad huiuſmodi Prædicatores Generales, quas recenſent *Vrceanus p. 2. cap. 61. Camill. v. Prædicatores Generales, & Fontana tit. de Prædicatoribus Generalibus.*

9 Circa huiuſmodi verò vocales conſiderandum, quòd ſi aliquis illorum ſit in quaſi poſſeſſione ſui gradus, ſeu ferendi ſuffragium, non poteſt excludi ab electione, etiam ſi dubium ſit de eius proprietate, ſed debet admitti cum proteſtatione, ſi quis contra illum excipiat. Et eò magis, quòd in Ordine Prædicatorum vt habetur ex *Conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 7.* inſtante electione Prouincialis non poſſunt fieri abſolutiones Priorum, & priuationes vocum. Et ſi aliquis talis excluſus fuerit, poterit agere de contemptu, & electio erit caſſanda ad eius inſtantiam, vt latiùs dictum fuit ſupra capit. 14. quæſt. 6.

10 Priores etiam legitimè electi, & cõfirmati vocem habent in electione Prouincialis. Non tamen hoc conuenit omnibus Prioribus ſed illis qui ſunt Priores in Conuentibus habentibus lectorem, & alentibus 12. Fratres, & in quibus matutinum de nocte perſoluitur, & Fratribus, veſtiarium neceſſarium tribuitur. Prima conditio eſt, vt Conuentus habeat lectorem. *Conſtit. diſt. 2. cap. 1. §. 2. & Gloſſ. ibid. lit. E. Camill. par. 2. cap. 2. num. 4.* Hæc verò cõditio nunquam deeſt, quia ſemper ex aſſignatis in Conuentu vnus eſt, qui Lectoris officio fungitur. Et non eſt neceſſe, vt vult *Caſtell. cap. 15. num. 26.* cui conſentit *Camill. p. 2. cap. 2. n. 4.* vt actu exercitè legat, ſed vt ſit paratus reſpondere, & legere vbi opus fuerit. Non enim eſt neceſſe, vt legat actu in illis Conuentibus, in quibus non ſunt niſi Patres ſenes, aut graues; qui iam ſtatum diſcipulorum reliquerunt. Ideò in Conſtitut. nihil habetur de legendo, Gloſſa verò explicans verbum textus, inquit, *Ac debet habere Doctorem, ideſt lectorem, qui Fratribus legat,* non inquit, qui actu legat, ſed qui legat, ſcilicet quando, & quomodo opus eſt, vt in Conuentu doceat; & talis eſt Ordinis conſuetudo & praxis.

11 Secunda conditio eſt, vt Conuentus alat duodecim Fratres, ex quibus decem ſint Clerici, & ita vt, ſi tempore Capituli Conuentus non habeat 12. Fratres, niſi Fratrum numerus illo anno per alicuius mortem diminutus fuerit, non habeat ius mittendi Priorem, & Socium ad eligendum Prouincialem. *Conſtit. diſt. 2. cap. 1. §. 2. & Gloſs. ibid. lit. E. Caſtell. cap. 15. a num. 25. Vrceanus par. p. cap. 17. Camillus p. 2. cap. 2. num. 2.* Verùm cum huiuſmodi conſtitutio fuerit ſæpiùs variè limitata, & moderata, in Capit. Toloſæ 1628. denunc. 4. relatum fuit, & acceptatum decretum Sac. Congreg. Concilij, in quo decretum fuit, vt Priores eorum Conuẽtuum, qui duodecim Fratres alere non poſſunt, neque actu habent, voce in Capitulis Prouincialibus non gaudeant. At in Capit. Rom. 1644. hoc iterum auctoritate Apoſtolica limitatum fuit, & ſtatutum, quòd Conuentus, qui priùs alebant 12. Fratres, ſi modo ex quocumque legitimo impedimento, id præſtare non poſſint, manuteneantur in poſſeſſione vocis, ſi tamen ſex Fratres Capitulares alant, & non aliter. De cuius ordinat. obſeruantia admoniti ſunt Conuentus Prou. Tholoſanæ Tholoſæ 1618. Et Valent. 1647. additum fuit, vt in dicto numero ſenario comprehendi debeat Prior, & ſic ſufficit, quod Conuentus alat præter Priorem quinque Fratres Capitulares, ita tamen quod ad

hoc,

hoc, vt Prior vocem habeat ſufficit, quod illi quinque Fratres ſint Clerici profeſſi habentes vocem in Capitulo, ſed ad hoc vt poſſit mittere Socium, neceſſe eſt illos quinque eſſe Sacerdotes, & habentes vocem in electione Prioris.

12 Vnde nunc non eſt vnde aliquis cum *Serapha q. 17.* velit, quod Conuentus habens quatuor vocales poſſit eligere Socium, quia ſic ordinatum fuit in Cap. Generali 1553. quia ſtandum eſt nouis legibus auctoritate Apoſtolica roboratis. Addit verò *Donatus par. 3. tract. 5. q. 44.* limitans declarat. d. Cap. Valent. 1647. vt non habeat locum in electori Prouincialis, ita vt adhoc vt Conuentus poſſit mittere electorem Prouincialis, ſufficiat, ſi in Conuentu ſint quinque vocales cum Priore, quia quod in electione Socij decretũ ſit, vt adſint quinque vocales præter Priorem, factum eſt, quia Prior in ea electione non habet votum; alias verò in Ord. Prædic. non poteſt eligi aliquis ex vocalibus præſentibus, niſi ſint quinque eligentes, & ſic ſi in Cõuentu ſint ſex Clerici profeſſi, & vocales in Capitulo, ſi ex iſtis ſaltem quinque cum Priore ſint vocales electionis, poterunt eligere electorem.

13 Sed vlterius in Capit. Rom. 1650. decretum fuit, vt Priores, qui ſua culpa non alunt Fratrum numerum ſufficientem careant voce in Capitulo Prouinciali, & Prouincialis electione, etiam ſi aliàs tali Priori competeret vox titulo Magiſterij, aut Prædicaturæ Generalis, & inſuper abſoluantur, & per biennium voce paſſiua priuentur. Tunc verò cenſendum erit talis Prior, fuiſſe in culpa non alendi 12. Fratres, quando non conſtiterit eos feciſſe debitas inſtantias apud ſuos Prouinciales, ſeu Congreg. Vicarios. Vel ergo Conuentus habet ſufficiẽtes reditus, vt alat 12. Fratres, vel nõ habet, ſi habet, & non alit eſt priuatus iure ſuffragij, ita quod nedũ non poteſt mittere ſociũ ad Capit. Prouinciale, ſed nec Prior illius ſuffragiũ habet in ijs, quæ ad Capitulum Prouinciale ſpectant. Excipit verò Conſtit. caſum, quando ob mortem Fratris numerus duodenarius eſt diminutus, quæ exceptio debet intelligi, ſi eo tempore fuit diminutus, vt commodè non potuerit adhuc reintegrari. Sufficere verò, quòd Conuentus per maiorem partem anni duodecim Fratres aluerit aſſerit *Caſtell. cap. 15. num. 25.* tanquam deciſum ſub Magiſtro Ordinis Seraphino Sicco; quod difficultatem patitur, quia minor pars anni eſt tempus quinque menſium, quæ certè alias eſt pars notabilis, ipſius anni, & ſufficiens ad hoc, vt Conuentus ſit voce priuatus. Ideò in hoc obſeruanda potiùs eſt Regula, quæ ex Capitulo Rom. 1650. ſupra relato habetur, vt ſcilicet conſideretur, an Conuentus ſua culpa non habuerit numerum duodenarium Fratrum, vel non ſua culpa. Quia Conuentus, qui non eſt in culpa, quia Prior inſtetit apud Superiorem pro completo numero habendo, non debet priuari ſuffragio. Tum quia nullus eſt puniendus ſine culpa. Tum quia eſſet in poteſtate Prouincialis priuare Conuentum iure ſuffragij abſque Conuentus demerito. Vnde etiam ſi per maiorem partem anni Conuentus non aluerit 12. Fratres, ſi hoc fuit ſine eius culpa non poteſt priuari voce. Econtra verò, ſi Conuentus eſt in culpa, quod numerus ſit diminutus, etiam ſi hoc fuerit per minorem partem anni, ſi tamen hæc fuit notabilis, vt nimirum per tempus quinque, aut quatuor menſium, immò etiam trium, nam quarta pars anni eſt notabilis. Si verò Conuentus non poteſt alere 12. Fratres, ſi nunquam potuit, non habet ius ſuffragij. Sed ſi aliquando potuit, & fuit in poſſeſſione ſuffragij, ſed nunc non poteſt, iuxta ſancita in Capit. Rom. 1644. & Valent. 1647. habet ius ſuffragij pro Priore, ſi ſex Fratres Capitulares alat, & ius mittendi ſocium ſi alat ſex Fratres habentes ſuffragium electionis computato in numerum Priore. Et habet locum etiam in hoc caſu doctrina data, vt ſcilicet Conuentus iure ſuffragij non ſit priuandus, ſi ſua culpa non fuit, vt ſex præfatos Fratres non aluerit. Et cum in Capit. Rom. 1644. pro Prouincia Aragoniæ ſtatutum fuiſſet, vt priuarentur voce Priores qui 12. Fratres non alerent, hoc ad terminos communis iuris fuit redactum in Capit. Rom. 1650. & in eodem Capit. Pro Prouincia Prouinciæ conceſſum eſt, vt Priores Conuentuum ab hæretici, deſolatorum ſecundùm antiquam conſuetudinem in electione Prouincialium, & Priorum titulo, voce, loco, & alijs Priorum iuribus potiantur. Et pro Aprutina Prouincia Romæ 1644. confirmatum fuit, vt vocem non habeant Conuentus, qui non poſſunt alere 12. Religioſos.

14 Excipiuntur etiam ab hac lege multæ Prouinciæ, nimirum à Conſt. dicta diſt. 2. c. 2. Prouinciæ Hieroſol. & Græciæ, & Cap. Rom. 1629. ex cõceſſione Apoſt. Prouincia Theutoniæ. *Camill. in ſum. tit. de elect. Prouincialis. Font. titul. de Prouinc. Theutonia num. 18.* Prouincijs etiam Indiarum Romæ 1569. conceſſ. 2. conceſſum fuit, vt nedum Priores, ſed etiam Vicarij locorum ſuffragium habeant in actis Cap. Prouincialiũ, ita tamen vt eligantur à Fratribus, & à Prouinciali cõfirmentur, & ita vt hac gratia careant Vicarij inſtituti ad libitum Prouincialis. *Camill. vbi ſupra*, & hæc conceſſio fuit facta auctoritate Apoſtolica. Et pro Prouincia Mexicana ſtatuitur Valliſol. 1605. quod Vicarij deſignati, & nominati à Prouincialibus, in caſu tamen mortis, vel amotionis alicuius Vicarij antecedentis habent eandem in omnibus auctoritatem, quam habent Vicarij à Diffinitorio inſtituti. Sed ampliùs Salmant. 1571. auctoritate Apoſtolica conceſſum eſt omnibus Indiarum Prouincijs, vt ad conſtituẽdum Conuentum ſufficiat numerus ſex Fratrum. Et nihilominùs quantum ad ius mittendi Socium dictæ Indiarum Prouinciæ non habent in hoc priuilegium ſpeciale. Nam Magiſter Ordinis Venerabilis P. Fr. Seraphinus Siccus in Ordinationibus pro Prouincijs Indiarum à ſe datis anno 1619. & Venerabilis P. Fr. Thomas Turcus in eiſdem ordinationibus à ſe confirmatis, & auctis anno 1648. ex Cap. Generalibus Rom. 1608. & Pariſ. 1611. decreuerunt, quòd *Conuentus, qui exiſtunt apud Indos, & non habeat duodenarium numerum Fratrum, non poſſunt eligere Socios Priorum, qui habeant vocem in Capit. Prouinciali.* Quod tamen intelligi debet ſine præiudicio eorum Conuentuum, qui cum priùs alerent 12. Fratres, ex aliqua legitima cauſa modò id non poſſunt facere, iuxta dicta ſuperiùs. Hi enim Conuentus, ſi alant ſex Fratres habentes ius electionis Prioris poſſunt ſocium eligere, qui habeat vocem in electione Prouincialis. Et nihilominus pro Prouincia Quitenſi ordinatum fuit Pariſijs 1611. & confirmatum à Venerab. Turco in ſuis

ordinationibus, vt in Conuentibus Hiſpanorum vbi non ſunt 8. Religioſi, quos competenter alere poſſint, non poſſit eligi ſocius in Conuentibus autem Oppidorum Indorum non poſſe idem fieri niſi ibi 12. Fratres ali poſſint, & attentatum in cōtrarium decernitur nullum.

15 Tertia conditio eſt, vt in Conuentu Matutinum perſoluatur de nocte, & hoc ob ordinationem Cap. Valent. 1647. in qua priuantur voce Priores, & ſocij eorum Conuentuum, in quibus regulariter Fratres non ſurgunt ad matutinum de nocte, & obligantur tales Priores ad deferendum ad Capitulum fides teſtimoniales iuratas Fratrum Conuētus de obſeruantia talis ordinationis, & ibi iubentur non admitti ad ſuffragium, niſi oſtenderint in ſuis Conuentibus regulariter per Fratres matutinum fuiſſe de nocte perſolutum. A qua tamen vocis priuatione excepti ſunt Cōuentus deſolati Prouinciarum Galliæ, Germaniæ Superioris, & Bohemiæ. Hæc verò ordinatio declarata fuit in Capit. Rom. 1650. vt non debeat intelligi de media nocte rigoroſè, ſed circiter iuxta morem Prouinciarum, & quod pro Conuentibus paruis ſufficiat, ſi ſaltem ante aurorам matutinum perſoluatur, exceptis paruis Conuentibus Prouinciarum Borealium, vtriuſque Germaniæ, Poloniæ, Bohemiæ, Lituaniæ, Ruſſiæ, &c. pro quibus ſtatutum eſt, vt tam hyeme, quàm æſtate Fratres ſurgant hora quarta horologij vltramontani.

16 Conditio quarta eſt, vt Priores dederint Fratribus, neceſſaria ad victum, & veſtitum, ex Capit. Valent. 1647. In quo ſtatutum fuit, vt Priores deferant ad Capitulum literas teſtimoniales, in quibus appareat, quòd ipſi ſecundum vſum Prouinciæ dederint veſtimenta Fratribus, & iubeantur examinatores vocū, vt ante quamcūq; electionē huiuſmodi literas examinent, & ſi inuenerint Priores fuiſſe negligētes in dandis veſtibus præcipuè tunicellis Fratribus, nō admittantur ad electiones, nam Priores in hoc negligentes ipſo iure voce actiua in Capitulis Prouincialibus priuati ſunt.

17 Simul cum Prioribus vocem actiuam in electionibus Prouincialiū habent Vicarij Prouinciarum, qui mortuis, vel amotis Prouincialibus à Magiſtro Ordinis, vel Capitulo Generali mittuntur ad Prouincias. Vnde iſti in ſubſequentibus Capitulis ius habent eligendi Prouinciales *Conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 6.*

18 Tertium verò genus perſonarum, quæ habent ius ſuffragij in electione eſt Sociorum Priorū, qui habent ius eligendi Prouincialem, ſed de iſtis ſermo erit infra, cum de electione illorum tractabitur.

S V M M A R I V M.

1 *Eligendus in Prouincialem debet habere conditiones neceſſarias ad Prælatum.* n. 20.
2 *In Ord. Præd. eligendus debet eſſe profeſſus* 12. *annorum.* n. 21.
3 *Non Vicarius miſſus à Generali &c.* n. 21.
4 *Non frater germanus anteceſſoris.* nu. 21.
5 *Immo in Prouincia Apulia nec conſanguineus in primo, & ſecundo gradu.* n. 21.
6 *Non Commiſſarius, Vicarius, Viſitator Prouinciæ, vel Socius.* n. 21.
7 *Qui fuit Prouincialis, non poteſt reeligi niſi ſeruato interſtitio* 8. *vel* 4. *annorum.* n. 22.
8 *Quid de hoc dicendum pro Prouincia Aragoniæ.* num. 22.
9 *Extraneus ex quacumque Prouincia poteſt eligi.* num. 23.
10 *Eſt tamen ſeruanda alternatiua, quæ eſt in multis Prouincijs.* n. 23.

19 Quæritur ſecundò, quæ ſint conditiones eligendorum in Prouinciales. De his plura dicta ſunt in Superioribus, quoniam eligendus in Prouincialem omnes illas conditiones habere debet, quæ neceſſariæ ſunt in eo, qui eligitur in Prælatum habentem curam animarum.

20 Inter alia verò in Ordin. Prædicatorum requiritur primò, quòd eligendus habeat 12. annos à profeſſione in eodem Ordine; quoniam hoc requiritur ad vocem paſſiuam pro quacumque electione, ex ordin. Cap. Valen. 1596. facta auctoritate Apoſtolica, & pro hac parte non immutata in Cap. Rom. 1608. Requiritur ſecundò, vt eligendus non ſit Commiſſarius, aut Viſitator, aut Vicarius Generalis, miſſus ad eandem Prouinciam, aut horum aliquorum ſocius, ex ordinar. Capit. Neap. 1600. ord. 7. Rom. 1601. confirm. 13. vbi quod ſimilium electio ſit ipſo iure nulla. Valliſol. 1605. confirm. 9. Et requiritur tertiò, vt eligendus non ſit frater germanus Prouincialis immediatè anteeedentis, & ſi contrariū fiat electio eſt irrita, vt fuit ordinatum Romæ 1608. ord. 16. & confirmatum Parii. 1611. confirm. 10. & Romæ 1612. confirm. vltima, & habetur in *Gloſſ. diſt. 2. c. 2. in declarat. §. 5. lit. P.* Pro Prouincia S. Thomæ hoc fuit extenſum Venet. 1592. vt nec conſanguinei in primo, & ſecundo gradu poſſint ſibi ſuccedere in Prouincialatu, & Prioratu.

21 Tertia conditio eſt, quod ſeruatum fuerit debitum interſtitium ita ſcilicet, vt diffinitum fuit Bonon. 1564. quod ſi eligendus fuit eiuſdem Prouinciæ Prouincialis non eligatur niſi ſeruato interſtitio annorū duorum Prouincialatuum. Nam etiam ſtando in terminis Conſtit. Iulij II. in Conſtit. temporalitatis officiorum conſiderandum eſt, quod licet eam legenti prima facie videri poſſit, in Prouincialibus interſtitium requiri octo annorum tamen inſpecta mente Pontificis, & formalitate conſtitutionis, quæ eſt, vt inter huiuſmodi electiones mediatè tantum tempus quantum durant duorum Prouincialium officia, apparebit, quòd interſtitium 8. annorum eſt neceſſarium, vbi Prouinciales durant per quatuor annos, ſed vbi durāt per duos ſufficit interſtitium quatuor annorum, vt habetur ex Cap. Rom. 1564. declar. 3. & declarauit Sacra Congreg. Epiſcoporum, & Regularium in facti cōtingentia anno 1652. & ad mentem d. Sac. Congreg. declarauit etiam Cap. Rom. 1656.

22 Non eſt verò neceſſarium, vt eligendus in Prouincialem ſit aſſignatus in Prouincia, vel ſit filius eiuſdem Prouinciæ. Sic enim ablata omni conſuetudine contraria declarauit Capit. Generale Auenionen. 1442. prout refert *Fontana num.* 1. Sed & de iure communi non eſſe prohibitum in Religionibus Fratres vnius Prouinciæ eligi ad Prælaturas alterius Prouinciæ probatum eſt ſupra cap. 25.

15. queſt. 51. **Eſt tamen neceſſarium**, vt in Prouincijs in quibus eſt ſtatuta alternatiua in aſſumendis ad Prouincialatum illa obſeruetur, vt in Prouincijs Hiſpaniæ, Pariſ. 1611. & Romæ 1612. in Prouincia Regni, ex Breui Vrbani Octaui dato 17. Februar. 1640. & recepto in Cap. Rom. 1644. In Prouincia Poloniæ, vt habetur in Cap. Val. 1647. In Prouincia Aragoniæ inter nationes Catalon. Aragoniæ & Valentiæ, ex Cap. Rom. 1601. Valliſ. 1605. Bonon. 1615. Et in Prouincia Siciliæ inter tres nationes Vallium Neti, & Nemorum, & Maſſariæ, Romæ 1644. Valen. 1647. & fuit hæc alternatiua confirmata per Breue Innocent. X. Et in Prouincia Germaniæ inferioris ſtatuta fuit alternatiua ſeruanda pro tribus nationibus Gallo-belgica, Brabantica, & Flandrica. Romæ 1608. Alternatiua etiam erat in Prouincia S. Thomæ, ſed fuit reuocata. Neap. 1600. in Prouincia verò Calabriæ, hæc eſt alternatiua Prouincialium, & Diffinitorum Capituli Generalis, vt alternatim eligantur ex Superiori, & inferiori Calabria. Romæ 1589. & 1612. In Prouincia etiã Mexicana eſt alternatiua inter Conuentus Mexicanum, & Angelopolitanum, vt illi duo Prouincialatus, huic vnus detur, & inſuper ſeruetur alternatiua inter natos in Hiſpania, & natos in Indijs, & hæc alternatiuæ ratio in Diffinitoribus, & officijs omnibus ſeruanda ſtatuta fuit auctoritate Apoſtolica, Romæ 1644 & Valen. 1647. & inter Hiſpanos, & Criolios, in Prouincia de Chiappa fuit auctoritate Apoſtolica ſtatuta alternatiua prout habetur in Cap. Generali Rom. 1644 Etiam in Prouincia S. Petri Mart. alternatiua eſt inter Pedemontanos, & Mediolanenſes. Tholoſæ 1628. Et in Prouincia Aprutina ex tribus nationibus. Neapol. Aprutina, & Hetruſca. Romæ 1629. declarat. vndecima.

S V M M A R I V M.

1 *In Ord. Præd. ſi infra annum non eligitur Prouincialis deuoluitur electio. n.23.*

2 *Item ſi non eligitur in die ſtatuta. n.23.*

3 *Mortuo, vel amoto Priore Prouinciali Vicarius infra menſem intimat Capitulum. n.24.*

4 *Capitulum conuocandum vel à Prouinciali, vel à Vicario. n.24.*

5 *Vbi dies electionis eſt ſtatuta à iure, Prouincialis, vel Vicarius non poteſt illam mutare. n.25.*

7 *Vbi dies & locus non ſunt ſtatuta à lege Præſes ea determinat, & etiam mutat. n.25.*

8 *In multis Prouincijs ſtatuta dies. n.25.*

9 *In aliquibus Prouincijs Vicariatus ad certum Conuentum ſpectat. n.26.*

10 *Inſtante electione non poſſunt fieri priuationes vocum. n.27.*

11 *Poſſunt tamen fieri non vacante Prouincialatu. num.27.*

23 QVæritur tertiò. Quodnam ſit tempus electionis Prouincialis? Duplex tempus eſt in hac parte ſtatutum, ſcilicet tempus vacantiæ Prouincialatus, & tempus electionis. Primum in Ord. Prædic. eſt vnius anni à notitia vacantiæ Prouincialatus, in quo, ſi Prouinciæ non eligunt Prouincialem, deuoluitur electio ad Generalem. *Conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 4.* & fuit id ſancitum Bononiæ anno 1410. auctoritate Alexandri Papæ V. Quomodo autem legitimè impeditis non currat tempus dictum eſt ſup. *c. 13. q. 4. n. 23.* Aliud eſt tempus electionis, & hoc tempus eſt vnus ſolus dies à legitimo Superiore definitus, in quo ſi Prouincia non eligat, electio deuoluitur ad Magiſtrum Ordinis. *Conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 5. Vrceanus cap. 20. p. 3. Caſtell. cap. 6. num. 8. Camill. p. 2. cap. 2. num. 6. Fontan. num. 17.* Hæc autem dies in Prouincijs, in quibus Capitulum Prouinciale celebrari incipit in Dominica *Deus qui errantibus*, eſt Sabbatum quod eſt eiuſdem Dominicæ vigilia. In alijs verò Prouincijs eſt dies, vel ſtatutus à lege, vel à Præſidente Prouinciæ definitus. Et ex ordin. 6. Cap. Bonon. 1564. quando Prouincialis eligitur in Capitulo Prouinciali debet eligi in principio Capituli.

24 Mortuo enim vel amoto Prouinciali, ſi Generalis non miſerit Vicarium, qui Prouinciam regat, ſtatim ipſo iure munus Vicarij ſpectat ad Priorem illius Conuentus, in quo proximum Prouinciale Capitulum, eſt celebrandum, vel intermedia congregatio eſt habenda, ſi Conuentus Priorem habet, & ſi Capitulum ad alium Conuentum transfertur, transfertur quoque Vicariatus, vel ſi ille Conuentus Priorem non habet, Vicarius eſt Prior illius Conuentus in quo proximiùs fuit celebratum Capitulum Prouinciale præcedens, vſquequò Conuentus in quo eſt celebrandum Capitulum Priorem habeat. *Conſtitut. diſt. 2. cap. 3. §. 1. & 2.* Hic ergo Vicarius tenetur ſtatim infra menſem cõuocare Prouinciam pro electione noui Prouincialis habenda in certo loco, & die *Vrceanus par. 3. cap. 18. Camill. par. 2. Direct. cap. 2. num. 1. & 2. Font. num. 1. & 2.* Sed quia nunc Prouinciales ſunt temporales, & ſcitur determinatè dies in qua Prouincialis explet officium ſuum, & ſtatim abſque intermedio eligendus eſt nouus Prouincialis, non expectatur ad conuocandum Capitulum, quòd Prouincia careat Prouinciali, ſed Prouincialis gubernans paulò antequam terminet officium ſuum in tempore tamen proportionato, vt vocales poſſint ad locum Capituli conuenire conuocat Capitulum ad locum, & diem certum aſſignatum. Et ſolùm vbi Prouincialatus vacet ob mortem, vel amotionem Prouincialis pertinet cõuocatio Capituli ad præfatum Vicarium, qui tamen ſtatim infra menſem tenetur vocales conuocare. *Ita ex Cap. Gen. 1629. Camill. num. 2. Fontan. num. 2.*

25 In illis ergo Prouincijs in quibus dies electionis Prouincialis eſt à lege ſtatuta, tenetur Prouincialis, vel Vicarius pro ea die conuocare Capitulum, nec eſt in poteſtate eius mutare diem, cum non poſſit in lege ſuperiorum nimirum Pontificis, vel Capituli Generalis diſpenſare. Eſt autem ſtatuta dies electionis Sabbatum ante Dominicam *Deus qui errantibus* in Prouincijs Lombardiæ, & Romanæ, & Poloniæ, Bonon. 1615. Valen. 1647. & Prouinciæ Prouinciæ, Bonon. 1615. & Siciliæ, Bonon. 1615. Valent. 1647. & Portugalliæ, Romæ 1571. Barcin. 1574. & S. Thomæ, Valen. 1647. & Calabriæ, Bononiæ 1615. & Canariarum Romæ 1650. In Prouincia Peruana ex indulto Apoſtolico eligitur Prouincialis die 24. Iulij, & ita vt, ſi contingat Prouincialem mori, vel amoueri poſt feſtum Purificationis, Capitulum electionis non in proximo,

ſed

ſed in ſequentis anni menſe Iulio ſit celebrandum. At in Prouincia Chiapæ Capitulum celebratur Dominica prima poſt octauam Epiphaniæ, in Prouincia verò Chilenſi, eligitur Prouincialis in vigilia Epiphaniæ, & in Prouinc. Lithuaniæ Sabbato ante ſecundam Dominicam poſt octauam Trinitatis Romæ 1650. & in alijs Prouincijs etiam poteſt eſſe hæc dies electionis determinata, ita quod non moltæ remaneant, in quibus eadem dies ſit eligenda à Vicario. Quamuis in caſu mortis, vel amotionis Prouincialis, nec in omnibus Prouincijs expectetur ſtatuta dies à lege ſi lōgiùs diſtat, ad hoc Prouincialis vt nouus eligatur, ſed Capitulū pro breuiori tēpore intimatur. In alijs verò omnino expectatur tēpus à lege ſtaturū pro electione. Vnde quęlibet Prouincia ſuas leges, & conſuetudines debet ſeruare. Sed niſi adſit legitimum impedimentum, & deficiat tempus conſulendi ſuperiorem, tenetur Capitulum congregare pro die per ſuperioris legem determinato. Vbi verò hic dies non eſt à lege ſuperioris ſtatutus, Vicarius Prouincialis de conſilio ad minùs octo grauiorem Patrum poteſt diem definire, & pro eo Vocales ad Capitulum conuocare. Et idem dicitur de loco, vbi nec locus per legem ſuperioris ſit determinatus. In quo caſu poteſt eodem modo de conſilio grauiorum Patrum Capitulum de loco ad locum, & de die ad diem transferre, vt expreſsè determinatur in *Conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 1.* In qua determinatione habenda ſemper eſt ratio praxis, & conſuetudinis Prouinciarum, & ſeruandæ ſunt leges à ſuperioribus ſtatutæ.

26 Aliquæ etiam ſunt Prouinciæ, in quibus Vicariatus non ſpectat ad Priorem Conuentus in quo celebrandum eſt Capitulum Prouinciale, ſed ad aliam certam & determinatam perſonam, vt in Prouincia Lombardiæ ex conceſſione Pauli tertij mortuo, vel amoto Prouinciali ſuccedit Vicarius Prouinciæ Prior Conuentus Bononienſis. *Vrceanus part. 3. cap. 16.* vbi ponit per extenſum conceſſionem dicti Pōtificis. Et in Prouincia Greciæ Prouincialis eſt Vicarius in electione ſui ſucceſſoris. Romæ 1629. Et idem ſit in Prouincijs Aragoniæ, Siciliæ, & S. Thomæ, Romę 1546. Portugallię, Romæ 1571. & Barcin. 1574 fuit ex cōmiſſione Pij quinti viuæ vocis oraculo confirmatum, quòd priùs vt petēdum fuerat ſtatutum Auen. 1561. Et in Prouincia Mexicana alternatim Vicarij ſunt Priores Mexicanus, Antequerenſis, & Angelopolitanus. Romæ 1580. conceſ. 17.

27 Eſt autem circa hoc tempus aliud conſiderandum, ſcilicet quòd in tempore, in quo inſtat electio Prouincialis non poſſunt fieri abſolutiones Priorum, & priuationes vocum. Sed attendenda ſunt in hoc verba *Gloſſæ diſt. 2. cap. 3. §. 7. lit. G.* quæ ſunt iſta. *Declaramus, & volumus, quòd ſicut Imminente electione Priorum Conuentualium non debent fieri mutationes fratrum, intra duos menſes (vt ſupra dictum eſt ex Conſtitutione Clem. VIII.) ante electionem prædictam, niſi in caſibus expreſſis in Conſtitutionibus; ſimili modo declaramus, & volumus, quòd non fiant mutationes fratrum, priuationes vocum, abſolutiones Priorum à tempore notitiæ carentiæ Prouincialis in aliqua Prouincia, vſque ad notitiam confirmationis eiuſdem, niſi in caſibus in Conſtitutionibus contentis, ſicut fuit declaratum Venetijs. 1357. Brugis 1369. & Colmar 1301.* Quantum enim ſit ex vi iſtius declarationis, licet ſit certum tempus quando Prouincialatus eſt vacaturus, tamen antequam vacet non ſunt prohibiti Prouinciales abſoluere Priores, & priuare fratres voce actiua, & paſſiua procedendo via iuris: Quoniam expreſsè prohibetur ſolùm, quòd huiuſmodi mutationes fiant a notitia carentiæ Prouincialis. Et Gloſſa illa eſt conformis omnino textui illi 7. Conſtit. in quo prohibentur fieri huiuſmodi mutationes, ſeu priuationes inſtante electione Prouincialis, ſed ibi ſubdit Conſtit. *Inſtare autem electionem Prouincialis dicimus quandocumque Prouincia non habet Priorem Prouincialem præſentem, vel abſentem.* Prouincialis igitur durante ſuo officio, etiam ſi de proximo inſtet terminus officij ſui, poteſt via iuris vtendo Priores abſoluere, & fratres voce priuare. Verùm in contrarium ad eſt ordinat. Cap. Rom. 1629. vbi Ordin. 13. in fine dicitur. *Admonemus tamen Priores Prouinciales, eiſdemque præcipimus, ne poſtremo ſui officij anno, præſertim infra tres menſes ante finem abſque vrgentiſſima neceſſitate Priores a ſuis officijs abſoluant, vel fratrum mutationes faciant præterquam in caſibus in noſtris Conſtitutionibus expreſſis.* Sed hæc admonitio eſt continens conſiliū non rigoroſū pręceptū, neq; irritans, ſi quid factum fuerit in contrarium. Et Conſilium eſt opportunum, tum quia facilius eſt, quod contra iuſtitiam aliqui abſoluantur & priuentur voce, eò quòd non ſit ſpes eos daturos ſuffragium ad deſiderium Prouincialium, tum quia facilior aperitur via appellationibus, litibus, & contentionibus in electionibus. Præceptum tamen in dicta ordinatione non continetur.

S V M M A R I V M.

1 *In electione Prouincialis ſeruanda forma cap. quia propter, & Concil. Trid. num. 28.*
2 *In Ord. Præd. ſeruanda forma Capit. Bon. 1564. num. 28.*
3 *Illa forma cuſtodienda etiam ex decreto Pij Quinti. num. 28.*
4 *Subornationes. & minæ, & procurationes vocum vitandæ. num. 28.*
5 *Iniungendæ orationes. num. 29.*
6 *Eligendi ſcrutatores ſuffragiorum num. 30.*
7 *Debent eligi à Patrib. Prouinciæ, non tamen ſeruata forma Canonica electionis. num. 30.*
8 *Si non eligantur ad formam legis, eorum electio qualiter nulla. num. 30.*
9 *Ex mala electione horum iudicium non vitiatur electio Prouincialis. num. 31.*
10 *Reliqua quæ ſequuntur de forma. num. 32.*
11 *Scrutatores ſunt tres Priores antiquiores. numer. 32.*
12 *Vicarius Prouinciæ non poteſt eſſe ſcrutator. numer. 32.*
13 *Decretum electionis mittitur per Tabellarios. numer. 32.*
14 *Poſt electionem non cantatur te Deum. num. 32.*
15 *Poteſt opponi electioni. num. 33.*

28 Quæ-

Digitized by Google

28 QVæritur quartò. Quæ forma ſit ſeruanda in electione Prouincialis? Seruandam eſſe formam *capitul. quia propter 42. de elect. & Concil. Trid. ſeſſ. 25. capit. 3. de Regular.* probatum eſt ſupra capit. 9. Et in Ordine Prædicatorum ſeruanda eſt vlteriùs forma cap. Bonon. 1564. Et conſiderandum, quod in cap. Roman. 1571. habetur hæc denunciatio. *Item denunciamus in noſtro Capitulo Generali diligenter ſuper forma electionis per ſchedulas facienda à Patribus eſſe tractatum, decretumque fuiſſe eam formam nullatenus immutandam: De qua re idem S. D. N. etiam conſultus in eadem fuit ſententia: Quapropter præcipimus omnibus fratribus Ordinis noſtri tam Prælatis, quam ſubditis, ne de cætero illam immutare contendant.* Hinc enim patet, quod poſt capit. Bonon. 1564. fuit dubitatum, an forma eligendi per ſchedulas ibi ſtatuta eſſet conſeruanda, & quod ex ſententia Sanctiſſ. D.N. *Pij* quinti fuit decretum, vt conſeruaretur. Quantum etiam ad formam naturalem electionis, quæ in libertate conſiſtit, aduertenda eſt admonitio Capit. vltimi Rom. 1656.

29 In eodẽ Ordine vlteriùs ſeruanda ſunt infraſcripta. Primo enim Prouincialis aut Vicarius conuocans ad electionem debet Prouinciæ iniungere orationes habendas ante vel in ipſo die electionis, ſi certa dies eſt indicta. Ordinarium *Ord. lib. 1. tit. de elec. Prou. Camil. num. 3.* Sed debet omnino cauere ne inducat vocales ad electionem Priorum, vel ſucceſſoris, ſub pœna priuationis vtriuſque vocis, & inhabilitatis, & alijs grauiſſimis eis infligendis à Generali.

30 Secundò appropinquante die electionis Diffinitorum, & Prouincialis debent conſtitui ſcrutatores, ſeu examinatores aut iudices vocum. Pridie electionis Diffinitorum inſtitui eſſe debent iſti examinatores, & examinare literas ſociorum, qui venerunt, ad Capitulum. Hi iudices in aliquibus Prouincijs non eliguntur, ſed Præſidens vnà cum Patribus *Prouinciæ* hoc munus exercet, vt in *Prouincia* Lombardiæ; & in *Prouinciæ* Poloniæ ſimul cum PP. Prouinciæ adſunt Vicarij Nationum. *Camill. num. 8.* De his verò iudicibus & eorum auctoritate quàm plura dicta ſunt ſupra cap. 14. De horum verò iudicum electione *Donatus par. 3. tract. 6. q. 28.* inquit primò, quòd iſti debent eligi eo modo quo eliguntur Diffinitores à Patribus Prouinciæ tantùm. Sed vnde hoc colligat, non ponit, nec eſt verum. Quia Diffinitores eliguntur per ſcrutinium, & ſchedulas ſeruata forma Canonica, quod de iſtis iudicibus nullibi eſt ſtatutum, nec ab aliquo alio Doctore aſſertum. Dicit ſecundò quòd aliter eligentes debent priuari voce actiua & paſſiua, & eorum acta non valeãt. Sed verum quidem eſt, quòd non ſeruantibus formam eligendi hos iudices ſtatutam ex Ord. Cap. Pariſ. 1611. à Gloſſa *diſt. 2. cap. 5. §. 3. lit. A.* impoſita eſt pœna priuationis vtriuſque vocis, ſed hæc eſt pœna ſententiæ ferendæ, quæ non habet locum, niſi poſt ſententiam, nec ibi irritatur contrarium, ſi fuerit attentatum. Vnde electio horum iudicum aliter facta, hac ratione eſt inualida, quòd facta contra legem iuxta regulam. *Quæ contra ius, de regul. iur. in ſexto* pro infectis haberi poſſunt, niſi aliud in caſu particulari videatur rationabile. Dicit tertiò quòd electio Prouincialis aliter facta, ſcilicet non electis iudicibus iſtis iuxta formam præſcriptam, vel eſt nulla, vel eſt annullanda. Sed hoc ſine fundamento dicitur. Dummodò enim aliàs electio ex legitimis electoribus conſtet, & nullus eorum ſit contemptus, nihil ad eam intereſt, ſiue hi iudices fuerint, ſiue non fuerint electi, & ſiue bene, ſiue malè electi, bene vel malè iudicauerint. Habito enim fine, qui eſt vt electio canonicè fiat nullo electore excluſo, nihil intereſt per quod medium electio legitima obtenta fuerit. Tandem dicitur, quòd huiuſmodi iudices per fabas eo modo quo alia conſilia expediuntur eliguntur à Patribus Prouinciæ tantùm, cum hoc diſcrimine, quòd vbi Diffinitores non eliguntur per nationes, eliguntur ad nominationem Prouincialis, vel Vicarij. Vbi verò per nationis eliguntur Diffinitores, Prouincialis nominat ſolum in parte ſuæ nationis, & in alijs nominat antiquior Pater Prouinciæ. Poſtquam vero per iudices vocum Vocales legitimi declarati ſunt, die ſtatuta poſt cantatam Miſſam de Spiritu ſancto, & Vocalibus in Capitulo congregatis habita oratione pro electione legitime habenda, & tractatu præmiſſo ſi opus eſt, & ſeruatis ijs quæ ſupra in Capit. 18. deſcripta ſunt, per tres Priores à profeſſione antiquiores habetur ſcrutinium, recipiunturque vota, aperiuntur, conſcribuntur, & publicantur, & vbi aliquis ſit in ſcrutinio nominatus a maiori parte, vel ſi ſit præſens à duobus vltra medietatem, per primum ſcrutatorem eligitur nomine Capituli in Prouincialem, & Deo pro habita electione gratiæ redduntur, ſed tamen non debet cantari Canticum Te Deum Laudamus, vt ex *cap. Londonis 1250. aduertit Font. num. 8.* Et eſt etiam conſiderandum, quod Vicarius Prouinciæ, niſi alias ſit vnus de Prioribus antiquioribus non poteſt eſſe ſcrutator, ſicut fuit declaratum Mediolan. 1622. & Romæ 1650. Electioni vero Prouincialis ſine dubio opponi poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Prouincialis confirmanda à Generali. numer. 31.*

2 *Tempus officij Prouincialatus ab electione numerandus. num. 31.*

3 *Alicubi officiũ Prouincialatus durat per quadriennium alicubi per triennium, alicubi per biennium. num. 32.*

4 *Electi alicubi adminiſtrant vt Vicarij, & alicubi vt Prouinciales. n. 33.*

5 *Priuilegium Prouinciæ Peruanæ pro confirmatione Prouincialis. num. 34.*

6 *In Prouincia Peruana Prouincialis ex vi electionis eſt confirmatus. num. 35.*

7 *Confirmatio diſtinguitur in ſolemnem, & non ſolemnem, prouiſionalem, & finalem. numero 36.*

8 *Notitia electionum ſumme neceſſaria Generali ad bonum regimen ordinis. num. 37.*

9 *In Prou. Peruana ablatus vſus vt Prouincialis confirmetur à Diffinitore. num. 38.*

10 *Priuilegium Prouinciæ S. Crucis. num 39.*

11 *Priuilegium Prouinciæ Mexicanæ. num. 40.*

12 *Priuilegium Prouinciæ S. Antonini. num. 41.*

13 *Qui-*

Digitized by Google

13 *Quinam modus confirmandi actu nunc ſit in vſu in Prouincijs non conſtat. num.42.*

14 *Prouincia Indiarum quando erecta.num 42.*

15 *Prouincia SS. Roſarij priuilegiata ſub conditione. num.42.*

16 *Prouinciæ Indiarum tenentur mittere decretum electionis ad Generalem. num 43.*

17 *Hoc præceptum eſt valde rationabile.num.44.*

18 *Lex & priuilegium debet eſſe vtile bono communi num.44.*

19 *Electiones ſæpe diſcordes, & hoc non eſt omnino reprehenſibile. num.45.*

20 *Et in Religionibus oportet eſſe ſcandala & ſectas num.45.*

21 *Statutum vt Diffinitores, qui ſimul ſint electores ſint iudices finales electionis pernicioſum Religionibus. num.45.*

22 *Priuilegium, vt Diffinitores in Prouincia Mexicana confirment electionem, debet intelligi de confirmatione prouiſionali. num.45.*

23 *Priuilegium ad mentem concedentis intelligendum. num.46.*

24 *Priuilegium Prou. Mexicanæ datum ex caſu neceſſitatis, vt prouiſio pro interim debet accipi. numer.46.*

25 *Diffinitores qui ex ea informatione, qua eligunt vel non eligunt, confirmant, vel caſſant electionem non ſunt apti vt ſint finales iudices electionis. num.47.*

26 *Priuilegium Prou. Mexicanæ debet intelligi, vt ſolum in vno contrarietur iuri communi. num.48.*

27 *Priuilegium Prou. Mexicanæ debet intelligi, vt minus præiudicet auctoritati Generalis. nu.49.*

28 *Obſeruantia Prouincia Mexicanæ eſt, vt Generalis confirmet ſolemniter eius Prouinciales. nu.50.*

29 *Qualitercumque dicatur eſſe facultas Diffinitorum pro confirmando Prouinciali, confirmatio ab illis data poteſt à Generali examinari, nedum ad inſtantiam partis, ſed ex officio. num.51.52.*

30 *Ius Prouinciarum, vt habeant Prouincialem optimum, clamat, accuſat, & vrget, vt vbi ſit periculum oppoſiti, Generalis ex officio remedium præbeat. num.51.52.*

31 *Priuilegium non ſe extendit ad non expreſſa. numer.53.*

32 *Priuilegium Prou. Mexicanæ non ſe extendit ad hoc, vt confirmatio data à Diffinitoribus non ſit examinabilis a Generali procedente ex officio. numer.53.*

33 *Quod dicitur de priuilegio Prou. Mexicanæ dicitur de priuilegijs aliarum Prouinciarum. numer.54.*

31 QVæritur quintò, an electio Prouincialis indigeat confirmatione? Sine dubio confirmanda eſt electio Prouincialis, & quidem à Generali, qui eſt eius immediatus ſuperior. Nihilominus in Ord. Prædicatorum aliqua ſpecialia in hoc ſunt conſideranda, & quidem primò, quòd licet electio Prouincialis indigeat confirmari, nihilominùs Prouincialatus quadriennium, vel biennium incipit à die electionis, vt decernitur de quadriennio in Capit.Rom.1629. & de biennio in Capit. Rom. 1656.

32 Nam & aduertendum eſt ſecundò, quòd officium Prouincialatus alicubi durat per quadriennium, vt in Hiſpan. Toloſan. ex Cap. Generali Barchinon.1574. Ord.16. & in Prouincia Franciæ cum Cap.Rom.1580. conceſſiſſet, vt Prouinciales poſſent eſſe ſexennales, & circa hoc in diuerſis Capit. alia, & alia ordinata fuiſſent, tandem Romæ 1601. declarat.7. ſtatutum fuit, vt & in hac, & in Prouincia Germaniæ inferioris Prouinciales non ſint niſi Quadriennales. Et tales ſunt in Prouincia Theutoniæ, vt habetur in Cap Bonon.1615. & Rom.1650. & Portugalliæ, & Bethicæ, & Germaniæ inferioris Romæ 1608. & Occitanæ Barcinon. 1574. & in omnibus Prouincijs Indiarum. Sed in alijs Prouincijs officiū Prouincialatus durat per biennium, vt in Prouincia Lombardiæ ex conſtit. Pauli II. idibus Nouemb. 1464. pro Congregatione Lombardiæ, & Romana ex ſtatuto Vrbani VIII. per Breue datum 28. Maij 1639. & in Prouincia Regni, & in Prouincia Prouinciæ Barcinonæ 1574. & in Prouincia Siciliæ, Romæ 1644. & S. Thomæ, Romæ 1644. & in Prouincia Calabriæ, & Aprutinæ, Romæ 1644. & S. Dominici, & S. Petri Martyris. At in Prouincia Poloniæ Prouinciales ſunt triennales Romæ 1644. & in Prouincia Græciæ ex ſtatuto eiuſdem Cap. Rom. 1644.

33 Conſiderandum eſt tertiò quòd in multis Prouincijs Prouinciales electi ſtatim adminiſtrant tanquam Vicarij, vt in Prouincijs Hiſpaniarum, & Poloniæ ex capit. Tholoſ. 1628. & Greciæ Romæ 1629. & Aragoniæ Bonon. 1564. & Prouinciæ Prouinciæ Barcinonæ 1574. & Portugalliæ Romæ 1561. & Barcinon. 1574. & Prouinciæ Inferioris Romæ 1608. & Ruſsiæ Mediol. 1622. & Romæ 1629. Lithuaniæ, Romæ 1650. Quod vero Prouinciales ſtatim adminiſtrent tanquam Vicarij in Prouincijs Hiſpaniæ, & Bethicæ, & fuerit illis hoc conceſſum ex indulto Apoſtolico habetur ex Cap. Auenionen. 1561. conceſ. vlt. In alijs etiam ſtatim adminiſtrant tanquam Prouinciales, vt in Prouincia Hiberniæ Romæ 1644. & in Prouincijs Indiarum ex Indulto Apoſtolico, & in Prouincia Canariarum Romæ 1650.

34 Circa Prouincias Indiarum autem aliqua conſideranda ſunt, vt appareat qualiter Prouinciales electi ſint, vel non ſint confirmati. Et quia quod ſtatutum fuit pro Prouincia Peruana valde legale eſt, & clarum, & conducere valens ad intelligentiam eorum, quæ pro alijs Prouincijs ſunt ordinata, primò illud eſt conſiderandum. Cum igitur Venerabilis Magiſter Ordin. P. Fr. Auguſtinus Recuperatus ex ſpeciali auctoritate ſibi conceſſa per Paulum Tertium ſub die 23. Decembris 1539. (cuius Pontificis literæ inſertæ ſunt in literis eiuſdem Mag. Ord. & habentur per extenſum in Hiſtoria P. Remeſal Prouinciæ S. Vincentij de Chiappa l.9. c.7. Et in informatione Matriti 1650. impreſſa, & data Magiſtro Ordinis Reuerendiſſimo P. Fr. Io: Baptiſtæ de Marinis, per P. Mag. Fratrem Antonium Gonzalez de Acuña Peruanæ Prouinciæ Procuratorem, & Diffinitorem, qui modo hic in Curia, vt ea quæ ad eiuſdem ſuæ Prouinciæ incrementum, & proſperum regimen faciunt, ordinentur, declarentur, ſtabiliantur, deletis, quæ minus conueniunt, diligentiſſima cura procurat) erexiſſet Prouinciam S. Io: Baptiſtæ del Perù, inter alia,

alia ; quæ pro eius obſeruantia & felici progreſſu ordinauit de facultate adminiſtrandi Iuriſdictionem Prouincialatus à tempore electionis ſequens decretum dedit: *Tenore præſentium auctoritate Apoſtolica prout ſupra, ſtatuimus, concedimus, & liberaliter impartimur, quòd quando contigerit Priorem Prouincialem eligere, poſtquàm fuerit electio celebrata ſecundùm tenorem conſtitutionum noſtrarum, illicò præfatus ſic nominatus, & electus ſit confirmatus, officium ſuum poſſit exercere cum omni iure, & plena auctoritate ſolita dari huiuſmodi Prouincialibus in noſtro Ordine inſtitutis & confirmatis. Volentes nihilominùs, quòd teneantur quàm primùm, & omni diligentia ac ſollicitudine ſcrutinium ſeu modum & formam electionis, qualitatis perſonæ, dirigere ad Reuerendiſſimum Generalem, vt ipſe adamuſſim habeat cognitionem omnium factorum, & geſtorum in ſimili electione, nec non qualitatum perſonæ electæ, vt ipſe ſua prudentia habeat ſolemnem confirmationem dirigere in ſcriptis, & confirmare facta, vel etiam ſi opus eſſet, omnia mutare, & annullare, & præfatum Prouincialem abſoluere.*

35 Aduerto autem primò, circa hoc priuilegium, quòd eſt maius & præſtantius, quàm ſit quodcunique aliud in hac materia conceſſum cuicumque alteri Prouinciæ: quia per hoc priuilegiū Prouincialis ex vi ſuæ electionis; abſque eo quod à quocumque indigeat confirmari, eſt confirmatus, & habet pleniſſimam Prouincialis auctoritatem. Nec diminuitur priuilegium ex eo, quòd Prouincia ſit neceſſitata mittere ſcrutinium ad Generalē pro ſolemni confirmatione obtinenda, quia hoc (vt infra diffuſiùs probo) non eſt nouum onus, ſed eſt conditio, & reuerentia, & ſubordinatio ex natura rei intimè clauſa in electione Prouincialis Regularis, qui Generali ſubordinatur cum tota ſua Prouincia, vt illi ad quem ſpectat ſuprema cognitio & directio Prouinciarum, maximè in rebus grauiſſimis, inter quas eſt electio Prouincialis.

36 Conſidero ſecundò diſtinctionem confirmationis electionis in ſolemnem, & non ſolemnem, & quòd hæc tribuitur electo ex vi electionis, illam verò electus habere debet à Generali. Diſtinguuntur verò, quòd confirmatio non ſolemnis non eſt niſi prouiſionalis pro neceſſitate Prouinciæ. Sic enim, quoniam ob maximam diſtantiam eligentium, & Confirmatoris intrat neceſſitas præſentaneæ confirmationis, ne Eccleſia viduata langueat per annos ſine ſponſo, conceſſum eſt, vt electus ex vi electionis ſit confirmatus, & ita vt ex tunc habeant ius in re, & ſit in veritate Prouincialis, qui eſt effectus, quem confirmatio ex ſui ſubſtantia tribuit, vt latè probatum eſt ſupra cap. 33. quæſt. 1. Sed confirmatio ſolēnis eſt finalis, & in hoc diffinitiua, quod ex natura ſua tranſit ſimpliciter in iudicatum, niſi per legitimam appellationē ſuſpēdatur, quando locum habere poſſit appellatio. Et hæc ſolemnis confirmatio non fit ſine ſolemnitatibus iuris, nimirum fit iuxta leges ordinis, & ſacros Canones, præcedente diligentiſſima ſuperioris informatione, per decretum eiuſdem Superioris, & per literas eiuſdem ſubſcriptione, & ſigillo munitas. Et ideo ad huiuſmodi etiam confirmationem ſolemnem obtinendam, obligata fuit Prouincia ad mittendum ſcrutinium electionis ad Generalem.

37 Sed conſideranda eſt tertiò, diligenter ratio ob quam Magiſter Ordinis voluit, quod electionis licet confirmatæ ad ſe mitteretur ſcrutiniū. Ratio hæc eſt, vt Generalis habeat notitiam geſtorum in electione, & qualitatum electi; nam impoſſibile eſt, vt is, qui tenetur dirigere, & dirigendo prouidere, & promouere bonum Prouinciarum tam in ordine ad ſingulas prouincias ſeorſum, quàm in ordine ad alias, & ad totum ordinem, niſi cognoſcat præcipuè quem Superiorē habeat quælibet Prouincia, & an ille ſit intruſus, vel legitimè intrauerit, & ſi legitimè intrauit, cuius ſit qualitatis, & efficaciæ, & virtutis, & prudentiæ. Summè ergo neceſſarium fuit, vt ſic Prouincialis ex vi electionis eſſet confirmatus, quòd tamen de toto negotio Generalis conſcius fieret, vt & ipſe videre poſſet, an electio fuerit facta ſeruata forma Canonica, vel non, ſi electus ſit dignus, vel potiùs indignus, & ita vel factum approbare, vel illud annullare. Propterea dixi, quòd priuilegium illi Prouinciæ conceſſum eſt maximè legale, & valde prudenter deſcriptum. Fuit verò datum auctoritate Apoſtolica, ſed & inſuper iterum per eandem Paulum Tertium fuit per alias literas Apoſtolicas confirmatum directas Prouinciali dictæ Prouinciæ P. Fr. Thomæ de S. Martino Prouinciali per Mag. Ordin. inſtituto datas 10. Aprilis 1540.

38 Tandem conſidero Reuerendiſſimum P. Generalem P. Fr. Io: Baptiſtam de Marinis per ſuas literas datas 20. Iunij 1660 declaraſſe, nulli poſſe eſſe dubium, quin electus in dicta Prouincia a maiori parte vocalium ſit verum Prouinciæ Caput, cui omnes teneantur obedire. Et quia in ea Prouincia introductum fuerat, vt Prouincialis à primò Diffinitore confirmaretur, hoc tanquam abuſum abſtulit, & prohibuit, & quidem meritò, quia ex vi literarū Apoſtolicarum Prouincialis nullius Diffinitoris indiget confirmatione, ſed ex vi electionis eſt confirmatus.

39 Simile Priuilegium prius conceſſum fuerat Prouinciæ S. Crucis per Capitulum Roman. 1530. ſub Mag. Ordinis Venerabili P. Fr. Paulo Botticella Papien. Ibi enim accep. 8. ſic ſtatuitur. *Declarantes &c. & poſſe eligere vnum Prouincialem, qui duntaxat per quadriennium duret, & completo quadriennio non poſſit immediatè reeligi, & dum electus fuerit, completo Capitulo culpatum per Prouincialem antiquum, volumus ipſum eſſe confirmatum.* Et hic igitur ſic electus ex vi electionis eſt confirmatus.

40 Aliqualiter diſſimile eſt priuilegium, quod cōceſſum fuit Prouinciæ Mexicanæ per Clem. VII. in Conſtit. *Paſtoralis officij*, data die 11. Iulij 1532. ad inſtantiam Mag. Ord. (qui licet non nominetur proprio nomine in ea Bulla, fuit Venerabilis Mag. Fr. Ioannes de Fenario electus in proximè tunc præterito feſto Pentecoſtes, 1532. In Cap. Rom.) Vbi poſtquam Pontifex conceſſit illi Prouinciæ facultatem eligendi ſibi Prouincialem, ſubdit: *Et deinde iuxta conſtitutionum ipſius Ordinis tenorem eligi, & per Diffinitorium Capituli caſſari, aut confirmari ad effectum ipſum acceptandi cenſuris Eccleſiaſticis compelli poſſit. Et ſi contingat Diffinitorium in partes æquales diuidi, tunc eligetur ab eiſdem Diffinitoribus vnus alius Religioſus de dicta Prouincia, & ea pars Diffinitorij, cui talis electus adhæſerit Prouincialem caſſet, aut confirmet, prout videbitur expedire.*

Iam ergo in hac Prouincia Prouincialis non eſt ex vi electionis confirmatus, ſed à Diffinitorio electio eius, aut confirmatur, aut caſſatur. Quod tamen iudicium valde periculoſum eſt, & ſuſpectum. Nam cum regulariter Diffinitores ſint vocales, iam ſunt ſimul iudices, & partes. Nam poteſt verò non eſſe ſuſpectum iudicium, vbi iudices in cauſa propria decernunt.

41 In Capitulo autem Rom. 1580. conceſ. 23. conceſſa fuerunt *Prouinciæ S. Antonini de nouo Regno Indiarum Maris Oceani priuilegia, & gratiæ, quæ & quas habent Prouinciæ aliæ de nouo Regno, videlicet, quod Prouincialis electus ab antiquiore Diffinitore Capituli Prouincialis, in quo eſt electus confirmetur, vel caſſetur*. Et hic eſt alius modus confirmandi Prouincialem, vt nec videatur confirmatus ex vi electionis, nec confirmetur à toto Diffinitorio, ſed à primo Diffinitore. Sed forſan hæc Diffinitoris confirmatio ſolemnitas potiùs eſt accidentaria, quàm ſubſtantialis, & forſan potiùs conſuetudine fuit introducta, quàm ex alicuius legis impoſitione. Nam & in Prouincia Peruana inualuiſſe hunc morem, vt electio Prouincialis confirmaretur à Diffinitore, & quem morem Reuerendiſs. P. Generalis vocat potiùs abuſum, conſtat ex literis eiuſdem Reuerendiſsimi datis 20. Iunij 1660. In quibus hunc morem reuocat. Nam ex vi inſtitutionis illius Prouinciæ electus ex vi electionis eſt confirmatus.

42 Quinam autem modus confirmationis Prouincialis ſit modò in vſu in dictis Prouincijs, mihi non conſtat. Sed ſi origines illarum attendamus, quoniam Prouincia S. Vincentij de Chiappa fuit ſeparata à Prouincia Mexicana conceſſis tamen illi omnibus priuilegijs Prouinciæ Mexicanæ in Cap. Salmant. 1551. accep. 2. & 3. prout etiam meminit. *Remeſal in hiſt. d. Prou. l. 9. cap. 6.* veriſimile eſt, quod in ea ſeruetur, quod conceſſum fuit Prouinciæ Mexicanæ, vt ſcilicet Prouincialis confirmetur à Diffinitorio. Et idem eadem ratione poterit dici de Prouincia S. Hippolyti Martyris de Oaxaca, quæ ab eadē Prouincia Mexicana ſeparata fuit in Cap. Venet. 1592. Econtra verò quia tres aliæ Prouinciæ, ſcilicet S. Antonini de nouo Regno, S. Catherinæ Martyris de Quito, & S. Laurentij de Chile, deſumptæ fuerunt ex Prouincia Peruana, & earum prima in Cap. Auinion. 1571. fuit in Prouinciam erecta, & totaliter à Prouincia Peruana diuiſa; aliarum verò duarum diuiſio ab eadem Prouincia Peruana confirmata fuit in Cap. Ir. Rom. 1589. confir. 16. veriſimile eſt, quòd Prouincialis confirmetur à primo Diffinitore, vt ſupra Prouinciæ S. Antonini conceſſum fuiſſe à Cap. Rom. 1580. dictum eſt, & conſuetum fuiſſe in Prouincia Peruana viſum fuit. Prouincia etiam SS. Roſarij Philippinarum ex decreto Cap. Venet. 1592. fuit erecta, prout denunciatum fuit in Cap. Valent. 1596. Quod verò huic Prouinciæ conceſſa fuerint priuilegia, omnia cōceſſa Prouincijs Mexicanæ, & de Chiappa per literas Mag. Ordinis Venerab. P. Fr. Pauli Conſtabilis datas 14. Iulij 1582. & confirmatas per Breue Gregor. XIII. refertur in hiſtoria dictæ Prouinciæ *l. 1. cap. 1. & 2.* Tunc tamen hæc Prouincia non erat erecta, ſed Generalis ad Philippinas miſerat Fratres eorū Vicario inſtituto P. Fr. Io. Chriſoſtomo Conuentuali Hiſpalen. vnde tunc ibi erat congregatio, quæ poſtea anno 1592. erecta fuit in Prouinciam. Sed conſiderandū, quod in literis præfatis Magiſtri Ordinis ei Prouinciæ conceduntur Priuilegia Prouinciarum Mexicanæ, & de Chiappa ſub conditione expreſſa, quod ſub nullo prætextu, aut colore Fratres illius Prouinciæ tunc erigendę impedirent literas & pręcepta Mag. Ordinis, aut à plana obedientia, & implemento eorumdem præceptorum ſe ſepararent, & hæ ſunt literæ, quæ ibidem dicuntur confirmatæ per Breue Greg. XIII. cuius tamen breuis tranſumptum ibi non ponitur, ſed ſolum indicatur. In hac ergo Prouincia veriſimile eſt, quod iuxta morem Prouinciæ Mexicanæ Prouincialis confirmetur à Diffinitorio.

43 Quamuis verò in illis Prouincijs Prouinciales, vno ex præfatis modis confirmentur, nihilominùs quia in priuilegio dato Prouinciæ Mexicanæ, vel etiam Sanctæ Crucis non eſt expreſſum, quod non obſtante illa confirmatione ſcrutinium electionis mittatur ad Magiſtrum Ordinis, vt ab eo electio obtineat ſolemnem confirmationem ſi non ſit caſſanda, propterea ex Cap. Romano 1589. Venerabilis Magiſter Ordin. Thomas Turcus in ſuis ordinationibus pro Prouincijs Indiarum ſtatuit, quòd *Prouinciales Prouinciarum Indiarum, ſtatim poſt eorum electionem, iuxta priuilegia ipſis Prouincijs conceſſa, munere ſuo fungantur, teneantur tamen ſaltem infra biennium mittere ad Reuerendiſſ. P. Generalem decretum ſuæ electionis, pro ſui, & totius Ordinis capitis debita recognitione, vt electionem vel confirmare, vel caſſare poſſit, prout ſibi in Domino videbitur, & hoc ſub pœna priuationis officij ipſo facto incurrenda, & inhabilitatis in poſterum*. Quod decretum intelligi debet de confirmatione ſolemni, cum aliàs ex vi priuilegiorum illi Prouinciales ſecundùm ſubſtantiam verè ſint confirmati.

44 Valde autem rationabile, & iuridicum eſt hoc præceptum, quia licet in priuilegio conceſſo per Clem. VII. Prouinciæ Mexicanæ non contineatur expreſsè, quod mittatur decretum electionis ad Magiſtrum Ordinis pro obtinenda ſolemni cōfirmatione Prouincialis, ſicut continetur in priuilegio Prouinciæ Peruanæ, nihilominus neque oppoſitum in eo priuilegio decernitur, & ſpectata rei & facti natura, & tam Pontificis concedentis, quam Generalis petentis voluntate ſimilis obligatio in eodem priuilegio omnino ſubintelligitur. Nam primo certum eſt leges ſic debere intelligi, & interpretari, vt ſint communitati vtiles & iniuſtitiæ non faueant, ſed fraudibus, factionibus, partitis, prauis affectionibus, & perſonarū acceptationibus fomentum non præbeant. Etenim vt ex *Iſidoro docet D. Thom. prim. 2. q. 95. art. 3. & DD. com.* Qualitas iuſtæ legis eſt, quod conueniat Religioni, diſciplinæ, & ſaluti populorum. Et vt idem habet ibid. *q. 90. art. 2.* Lex eſſentialiter bonum commune reſpicit. Ideò in lege interpretanda hoc ſummopere attendi debet, vt ſit ſine vitio vtilis Religioni, diſciplinæ & ſaluti. Vnde *l. 19 ff. & in eis* ratio oſtenditur, dicitur *In ambigua voce legis ea potiùs accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret, præſertim cum voluntas legis ex hoc colligi poſſit*, & ideò communis regula Iuriſtarum eſt, quòd potiùs verba legis in ſenſu improprio accipienda ſint, quàm in eo, ſecundùm quem lex non ſit rationabilis, & iuſta, & bono communi proficua. At verò ſi priuilegium

Digitized by Google

legium concedens Prouinciæ Mexicanæ,quod Diffinitorium confirmet Pronincialem electum intelligeretnr, non de confirmatione prouiſionali,ſed vt concedens confirmationem prorſus diffinitiuã, & ſimpliciter tranſeuntem in rem iudicatam, & irreuocabilem, & non ſubditam cognitioni ſupremi Prælati Religionis, eſſet lex boni communis deſtructiua, & de ſe præbens occaſionem, & ſanens partitis, affectionibus pranis, acceptationi perſonarum, & iniuſtitijs.

45 Non enim nonnm eſt, immò nec omnino repethenſibile, quod Electores in contrarias ſe diuidant partes, ſi ex boni communis zelo, Electorũ quiſque pro Dei gloria concordi charitate concertet. *c. nec* nonnm 17.8. *q.*1. Sed malum eſt,ſi non ex iudicio, ſed ex fauore, ſed ex ambitione, ſed ex auaritia, ſed ex ſuperbia,concordia lædatur,& pax interrumpatur. Et quamuis inter Religioſos præſumendum ſit, quod diſcordes electiones ex bono zelo proueniant; nihilominus & in Religionibus quantumcumq; bene inſtitutis verũ eſt illud Chriſti,neceſſe eſt vt veniant ſcãdala hoc eſt,oriãtur diſſidia,ſuſcitentur ſectæ,incaleſcant factiones,vt,iuxta doctrinam *S. Io:Chriſoſt. & Caiet.* in illud Pauli 1. ad Cor.11. *oportet hæreſes eſſe*, per has ſciſſuras probi viri manifeſtentur. Serpunt ſenſum ſeditiones, vt dixit *Dec.l.7.de crim.leſ.maieſt.c.*19. & quod ſanum eſt in republica vitiant. Dum homines relicto mundo ſolitudinem ſacri Clauſtri petunt, ſecum ferunt conditiones humanas, temperamenta, naturales inclinationes, & conſuetudines, non minus inter ſeſe contrarias,quam in corpore qualitates naturales adinuicem aduerſentur. Ex quo ſequitur, quod vbi vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundare contendit, quaſi quadam inteſtina humorum diſſolutione & pugna, ſoluatur pax, tollatur concordia. Et verum eſt illud S.Aug. in Pſal. 99. vbi de tranquillo Religionum portu loquens, ſic ait. *Iam ergo ibi gaudium? ibi iubilatio? nondum, ſed adhuc gemitus, adhuc ſolicitudo tentationum; habet enim aliunde, & portus aditum: oportet ergo, vt ex aliqua parte pateat, aliquando autem per eam partem, qua patet, ventus irruit, & ſcapuli non ſunt, naues ſe inuicem colliſæ confringunt.* Et in tranquillo igitur Religionum portu aditum habet vnde irruat ambitionis ventus, Aquilonis impetus, qui diſcordias ſuſcitet, & agat vt Religioſorum nauiculæ ſeſe inuicem colliſæ confringant. Si ergo hoc eueniat, & ſi in aliqua Prouincia Regulari ex ambitione, & effectu carnali amicorum, in partes ſe ſcindant Electores, & quid magis poterit ambitioſæ electioni fauere, vel diſcordiam ex ſuperbia naſcentem augere, quam vt ſtatuatur, vt nullus alius electionis ambitioſæ,& ex fauore naſcẽtis ſit iudex,quam Electores ipſi, illiſque tribuatur facultas, vt ex ambitione valeant electionem confirmare, ex qua electionem ipſam procurarunt, & habuerunt? Qualiter iuſtitia conſiſtere poterit,quando iniuſtitia triumphante Electores, iniuſtè elegerint, ſi iudex, qui de iure electionis decernere debeat, non ſit niſi ille ſolus, qui iniuſte elegit? Cum verò Diffinitores Capitulorum Prouincialium in Ordine Prædicatorum ſint ſimul Electores ſunt igitur ſimul & partes & iudices, & in caſu quod fuerint ambitioſi, vel iniuſti Electores, non eſt dubitandũ, quod ſimul erunt iniuſti Confirmatores electionis à ſe factæ: Vel econtra ſi electo contrarij fuerunt in electione, quæ ſpes eſt, vt in confirmatione ſint propitij, ſi ſub aliquo colore & prætextu electionẽ caſſare poſſint. Statutum igitur, per quod decernatur, vt Diffinitores ſint iudices finales, & abſoluti, quorum ſententia de ſe ſimpliciter tranſeat in iudicatum, eſt ſtatutum, quod maximè fauet factionibus, & iniuſtitijs, quæ nedum oriri poſſunt, ſed neceſſario aliquando orituræ ſunt. Itaque & in Prouincia Mexicana quamuis alias ſanctiſſima, & à ſanctiſſimis viris fundata neceſſe eſt vt veniant ſcandala, oportet & ibi ſectas eſſe, electiones diſcordes, & ex ambitione pugnantes reperiri; Non conuenit igitur illius paci, & quieti & proſperitati, & ſanctitati, & obſeruantiæ, & nobilitati, vt electionum eius iudex finalis, & abſolutus ſit Diffinitorium, cum Diffinitores ſint ſimul Electores, & quidem inter Electores præcipui: ſed ne nimis faueatur ambitioni, & amori proprio, opus eſt, vt Diffinitorum facultas intelligatur, vt prouiſionalis, & pro interim, & finale iudicium ſit reſeruatũ Generali, cui de omni iure conuenit confirmatio Prouincialium, & de quo præſumi nõ poteſt, quod ſit affectus alicui ſectæ, vel factioni. Priuilegia enim nõ debẽt in eò ſenſu intelligi in quo non ſint vtilia ijs quibus conceduntur, nam & hinc eſt, quod communicatio priuilegiorum ſemper debet intelligi ſine præiudicio illorum quibus communicantur, per *Rotam dec.*55.*p.*2.*diuerſ.dec.*214.*n.*5. *p.*2. & *dec.*598.*n.*32.*p.*5.*recent.*

46 Secundò idem probatur ex eo, quòd legum, & priuilegiorum (quæ ſunt leges priuatæ) verba non iudaicè ſunt accipienda, & non ex verbis, ſed ex mente, & ratione legiſlatoris ſunt intelligenda, vt per *Rot. dec.*208. *num.*5.*part.*5.*recent.* & ratio legiſlatoris tanquam virtus legis, & ſpiritus illi prædominans eſt attendenda, ex ratione enim efficitur ius, *Bald.in cap.cum dilectus el.*1.*de reſcriptis.* Et lex eſt,quidquid in ratione conſiſtit *Panorm.in cap. ratio nulla. num.*1. *de præbend.* Immò ratio eſt ipſa lex, quæ impulit legiſlatorem ad ſic ſanciendum, & rationis quodammodo interpres dicitur eſſe lex, vt pluribus citatis probat *Rota dec.* 388. *num.* 12. At verò ſi quæramus, quæ ratio mouerit & Magiſtrum Ordinis ad petendum & Pontificem ad ſtatuendum, vt in Prouincia Mexicana electio Prouincialis confirmetur, vel caſſetur à Diffinitorio ſtatim, & ita vt Diffinitorium etiam cenſuris poſſit cogere confirmatum ad acceptandum, nulla alia reddetur, niſi neceſſitas præſentaneæ prouiſionis, ne ſcilicet Prouincia illa remotiſſima per annos manſiſſet viduata, ſi prout iura volunt, neceſſe fuiſſet expectare confirmationem à Generali in Europa exiſtente. Talis igitur debet intelligi confirmatio, vel caſſatio electionis conceſſa à Pontifice, qualem exigit neceſſitas illa, vt Prouincia interim non maneat viduata. Ad hoc vero ſufficit confirmatio prouiſionalis, ſubordinata examini, & vltimæ determinationi Magiſtri Ordinis; quia immò & hæc ſola, vt dictum eſt Prouinciæ vtilis eſſe poteſt. Hæc igitur ſola eſt conceſſa.

47 Tertiò nam iudicium quod ſit cauſa non examinata, nec pro meritis à iudice examinabili, licet pro caſu neceſſitatis, & pro interim poſſit eſſe iuſtum, & conueniens, non poteſt tamen eſſe finale, & vltimum, & habens vim finalis reſolutionis.

Quod maximè verum eſt de confirmatione electionum, ad quam ex ſacris canonibus neceſſaria eſt præcedens exactiſſima & diligentiſſima informatio meritorum electi, & validitatis electionis, *cap. poſtquàm, & cap. nihil de elect. & cap. fin. de elect. in 6.* & in his locis DD. vt etiam probatum eſt ſupra *cap. 33.* At verò nec Pontifex commiſſit Diffinitorio Prouinciæ Mexicanæ, vt nouas ſumat informationes, ſed confirmatio per illud Diffinitorium ſtatim eſt habenda, certè non ex alijs informationibus, quàm ex illis, quæ Diffinitores habuere vt electores; vnde eſt quòd electionis illius valor & dignitas, nec pro meritis eſt examinabilis ab illis, qui electores fuerunt, & qui ex eiſdem motiuis mouebuntur, vel vt confirment, vel vt caſſent electionē, ex quibus moti fuerunt vt bene, vel malè ex eorum affectione, & guſtu eligerent, vel non eligerent: quod & experimento in ea Prouincia, roboratum fuit, cum anno 1650. contra legem alternatiuę elegerunt Prouincialem, vnde a præſenti Magiſtro Ord. Reuerendiſs. P. M. Fr. Io: Baptiſta de Marinis caſſata fuit talis electio & cauſa huius caſſationis deducta ad. S. Congr. Epiſcoporum, & Regularium, caſſatio fuit approbata; eſto igitur neceſſitatis caſu vrgente confirmatio illa ſit rationabilis, tanquam præſentanea prouiſio ex neceſſitate iuſtificata, irrationabilis prorſus erit, ſi accipiatur vt finalis, & abſoluta diffinitio non ſubordinata iudicio altiori eius, qui aliunde informationes neceſſarias accipere valeat, & de valore & meritis electionis decernere.

48 Quartò idem probatur, conſiderando, quòd conceſſio illa per quam conceditur Diffinitorio vt electionem Prouincialis confirmet, eſt contra ius commune Eccleſiaſticum, & contra ius Commune Ord. Prædicatorum, ſecundum, quod vt probatum eſt, ius confirmandi electiones Prouincialium pertinet ad Generalem. Et vlteriùs ponderando, quòd duo valde diuerſa ſunt confirmatio prouiſionalis, & confirmatio ſolemnis, & de ſe finalis, & quòd hæc ſecunda plura continet repugnantia iuri communi, quoniam continet facultatem confirmationis, & facultatem ſolemnitatis, & ita quòd confirmatio ſit talis vt de ſe ſit finalis, & tranſiens omnino in rem iudicatam ſimpliciter. At verò regula eſt, quòd vbi ſtatutum vel priuilegium in duobus contrariatur iuri communi, interpretari debeat, vt contrarietur ſolùm in vno, vt ex *Rom. conſ. 199. probat Rota dec. 432. num. 10. par. 1. diuerſorum.* Quamobrem ſi Pontifex voluiſſet, quòd confirmatio illa non fuiſſet prouiſionalis, ſed ſolemnis, id expreſſiſſet, & exprimere debuiſſet. Et cum non expreſſerit intelligi debet priuilegium conceſſum in ſenſu, in quo minùs repugnet iuri communi, & de ſola confirmatione prouiſionali.

49 Quintò idem probatur, conſiderando, quòd illud priuilegium eſt in præiudicium auctoritatis Magiſtri Ordinis multipliciter, tum quia facultas confirmandi electionem Prouincialis, quæ eſt illi propria, conceditur Diffinitorio Prouinciæ Mexicanæ. Tum præcipuè, quia ſi intelligeretur illa confirmatio vt finalis, & non ſubordinata eius examini tolleretur illi cognitio & directio vnius ex præcipuis negotijs Ordinis. Tum quia cum poſſit contingere, quòd electio ex defectu eligentium ſit vel deuoluta ipſo iure ad ipſum; vel poſſit decerni deuoluta, poſſet eſſe vt priuaretur ſuo iure, niſi poſſet cognoſcere de valore electionis, & confirmationis illius. At verò regula eſt, quòd vbi priuilegia important præiudicium contra tertium, ſunt odioſa, vt ex *Rot. dec. 432. par. 1. diuerſorum & Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 4. num. 38. probat Donatus p. prima tract. 4. q. 4. num. 1.* Priuilegium igitur illud cum ſit in præiudicium auctoritatis Generalis, debet ſtrictiſſimè intelligi, iuxta regulam *odia, de reg. iur. in 6.* vt quantò minùs fieri poteſt illi præiudicet, ac proptcrea vt confirmatio illa ſit prouiſionalis tantùm, & data ex neceſſitate pro interim.

50 Sextò: Nam priuilegiorum interpretatio optima ex obſeruantia ſumitur vt ex *cap. cum dilectus de conſuet. Alex. conſ. 9. num. 3. l. 5. Surd. conſ. 224. Mantica dec. 320. num. 5. Card. Seraph. dec. 1410. nu. 16. & 17.* & alijs probat *Rota dec. 451. num. 3. p. 5. recent.* At verò talis eſt Prouinciæ Mexicanæ & aliarum Prouinciarum obſeruantia, quòd mittant ſcrutinium electionis ad Magiſt. Ordin. vt ille illud examinet, & electionem ſolemniter aut confirmet, aut caſſet. Quamuis enim non viderim omnia Regiſtra Generalium, qui ab erectione illius Prouinciæ vſque ad hæc tempora fuerunt; tamen ex Capitulis Generalibus, & ex Regiſtris, quos vidi colligitur dicta obſeruantia. Et quidem in Regiſtro Mag. Ordinis Venerabilis P. Fr. Vincentij Iuſtiniani ſub die 8. Octobris 1558. habetur hæc partita *R. P. Fr. Franciſcus de S. Dominico datus eſt in Vicarium, & Viſitatorem Prouinc. S. Iacobi, S. Crucis, & S. Vincentij, & ipſo non ente loco ipſius Fr. Philippus de Meneſſes cum omni auctoritate, etiam abſoluendi, & confirmandi pro hac vice Prouinciales, reſeruata promotione ad gradus, & quod hac auctoritas duret per tres annos a die prima viſitationis cum præcepto, & cenſura, vt acceptet, & proſequatur.* Tunc igitur a centum annis, & vltra nedum Magiſtri Ordinis cōfirmabant electiones Prouincialium earum Prouinciarum, ſed eam delegabant Viſitatoribus. Sic etiam prout habetur in Regiſtro Mag. Ord. Venerab. P. Fr. Hippoliti Mariæ Beccariæ, cum ſub die 10. Maij 1596. fuiſſet inſtitutus Viſitator, & Vic. Generalis Prouinciarum Mexicanæ, & de Oaxaca P. Fr. Didacus de Buyſa, inter alia data fuit ei facultas, *vt præſideat Capitulo Prouinciali in Prouincia S. Iacobi, & decretum electionis tranſmittat P. Reuerendiſſimo pro confirmatione.* Et pariter in regiſtro Mag. Ord. Venerabilis P. Fr. Seraphini Sicci cum die 16. Aprilis 1625. ad inſtantiam Catholici Regis fuiſſent innouatæ literæ patentes inſtitutionis P. Mag. Fratris Hyacinti de Hozes in Viſitatorem Prouinciarum Mexicanæ, & de Chiappa, & de Oaxaca quæ literæ ad inſtantiam Catholici Regis datæ fuerant 13. Iulij 1621. & aliæ iterum die 23. Decembris, eodem Catholico Rege inſtante, in quibus idem Pater datus fuerat Vic. Generalis earumdem Prouinciarum, inter alia, eidem Patri data eſt *facultas confirmandi electionem Prouincialis, ſi præmiſſa matura conſultatione eam ſubſiſtere iudicauerit.* Pariter ex eiſdem paucis regiſtris Magiſtrorum Ord. quos potui videre inuenitur quod per Mag. Ord. Venerabilem P. Fr. Hippolitum Mariam Becarium, Brixiæ die 10. Iunij 1594. in Prouincialem dictæ Prouinciæ Mexicanæ fuit confirmatus

matus

matus P. Fr. Petrus Guerrerus electus 53. Maij 1593. & die 28. Aprilis 1599. confirmatus fuit in Prouincialem eiuſdem Prouinciæ P. Fr. Paſqualis de Aonunciatione, qui fuerat electus in Conuentu Angelopolitano die 18. Aprilis 1598. & per Magiſtrum Ord. Venerab. P. Fr. Seraphinum Siccum, die 8. Iunij 1617. in Prouincialem eiuſdem Prouinciæ, confirmatus fuit Pater Frater Gaſpar de Ledeſma vnanimiter electus, & in Cap. Rom. 1644. acceptata fuit confirmatio electionis Prouincialis in perſonam P. Fr. Io: de Cordoua, quam dederat vacante Generalatu Vicarius Ord. Apoſtolicus. Et in Cap. Valent. 1647. confirmata fuit electio Prouincialis eiuſdem Prouinciæ in perſonam P. Fr. Lazari de Prado. Et tandē de anno 1650. cū ſpreta lege alternatiuæ electus fuiſſet in Prouincialem dictæ Prouinciæ P. Fr. Io: de Paredes, per Reuerendiſſimum Magiſtrum Ordinis caſſata fuit illa electio die 21. Nouembr. 1651. & caſſatio approbata per Sac. Congregat. non obſtante appellatione ad eam interpoſita per Pater Fr. Michaelem à S. Hyacinto Procuratore eligentium, & electi. Et per eundem P. Generalem inſtitutus fuit in Prouincialem dictæ Prouinciæ Adm. Reu. Pater Magiſter Fr. Didacus Gonzalez, qui & Prouinciam per ſuum quadriennium rexit.

51 Septimò, nam etſi ex prædictis ſatis ſit manifeſtum, confirmationem hanc conceſſam Diffinitorio d. Prouinciæ Mexicanæ eſſe ſolùm prouiſionalem, tamen qualiſcumque à quocunque dicatur eſſe, hoc euidens eſt; quòd eſt actio ſubditi ſubordinati, & ſubiecti gubernio & prouidentiæ Magiſtri Ordinis, & quòd non habet ex natura ſua maiorem vim & ſubſiſtentiam, quàm habeant confirmationes Priorum datæ à Prouincialibus, vel quàm habeant actiones aliæ Religioſorum ſubditorum Generalis gubernio. Quo ſuppoſito ſic arguitur: quæcumque ſit, & dicatur eſſe confirmatio, quæ ex indulto Apoſtolico Diffinitorium Prouinciæ Mexicanæ confirmat Prouincialem electum, talis certè eſt, vt contra eam poſſit opponi, & ab ea vel appellari, vel haberi recurſus aut naturale confugium ad Magiſtrum Ordinis ab illo vel illis, qui propter talem confirmationem, aut caſſationem ſe ſentiunt grauatos; & non eſt dubium, quòd in caſu oppoſitionis ad Magiſtrum generalem ſpectat cognoſcere de valore oppoſitionum, cum ipſe ſit ſuperior immediatus, ad quem haberi poſſit & debeat recurſus; igitur etiam ſi nullus ſit oppoſitor, poteſt Mag. Ordinis cognoſcere ex officio de meritis, & valore, tam electionis, quàm dictæ confirmationis, & videre an ſit habita ſecundum leges, & cōueniat tam bono Prouinciæ quam bono communi totius Ordinis, & ex conſequenti poteſt velle habere notitiam electionis & videre proceſſum & ſcrutinium illius, & ſi inuenerit illam factam contra iura, habere & decernere illam pro infecta, iuxta regulam, *quæ contra ius, de reg. iuris in 6.* Conſequentia tenet ex eo, quòd id, quod præſtat ius opponentis ad excitandum officium ſuperioris vt eum à grauamine defendat, vel liberet, facit ius Prouinciæ, & boni communis totius Religionis. Et hic diſtingui debet ius eligentium, à iure illo totius Prouinciæ & totius Religionis, quod Prouincia & Religio habet ex iure diuino, & Eccleſiaſtico, & Regulari, vt ad Prouincialatum non eligatur niſi dignus, & ſeruata forma Canonicæ electionis; quod ius eſt contra eligentes quoſcumque & confirmantes; & quod ius nedum vbi actu ſit violatum, ſed vbi ſit probabile dubium; quòd poſſit fortè eſſe violatum, clamat perpetuò & dat voces altiſſimas, & vrget ſuperiorem, vt ex officio ſuo inuigilet, & inquirat, & prouideat, quod Prouincia & Religio non habeat niſi Prælatos dignos, & Canonicè intrantes.

52 Nec obſtat, ſi dicatur, quòd niſi contrarium conſtet, præſumi debet tam de eligentibus, quàm de confirmatoribus, quòd iuſtè, & ſecundùm leges elegerint, quia vt dictum eſt *cap. 33. nu. 85.* vnuiquiſque præſumendus eſt bonus, niſi contrarium probetur. Nam id probat ſolùm, quòd nullus eſt damnandus vt malus, niſi eius malitia probetur, ſed ad inquirendum ſufficit rumor & fama, & vbi non agitur ad vindictam contra aliquem, ſed ad prouidendum communi bono, nec eſt neceſſe, quòd adſit accuſator, vel denunciator, vel fama deferens huius, vel illius defectum, ſed ſufficit morale periculum alicuius poſſibilis mali; quo ſtante ius illud Prouinciarum, & boni communis inſtat, vrget, denunciat, accuſat, interpellat officium Superioris, vt proſpiciat, aduertat, inuigilet, occurrat, & poſſibili malo remedium præuentionis adhibeat. Non credo autem futurum eſſe aliquem, qui neget, adeſſe periculum, & quidem probabile & pluſquàm probabile, quòd poſſit in Prouincijs inueniri & electio mala, & mala confirmatio, quæ fiat ab electoribus ipſis, cum experientia demonſtret quantam in electionibus vim habeant ambitio, auaritia, factionum impetus, affectio amicorum, intereſſe, & amor proprius. Non eſt ergo neceſſe, quòd ſuperior in his expectet opponentes, ſed vbi præcipuè agitur de electionibus & confirmationibus quæ fiunt in alio remotiſſimo Orbe, debet ſuperior præuenire, & ideo iuſtiſſimè ſancitum eſt, quòd Prouinciales Indiarum tranſmittant decreta & ſcrutinia ſuarum electionum, vt Mag. Ordinis poſſit iuri Prouinciarum, & Religionis clamanti, & interpellanti reſpondere, & periculis imminentibus occurrere.

53 Octauò, Regula iuris eſt, quòd priuilegia vltra expreſſa in eis extendi non debeant, nec poſſint, vt docuit *Rota dec. 8. num. 3. par. 8. Recent.* At verò quid conceſſit Clem. VII. Prouinciæ Mexicanæ? Quòd Prouincialis electio confirmetur vel caſſetur à diffinitorio, & quòd Prouincialis confirmatus poſſit, quæcumque poſſunt alij Prouinciales, ibi, *ac omnia, & ſingula alia, quæ alij Priores Prouinciales dicti Ordinis in eorum Prouincijs facere, & exercere poſſunt, nec non omnibus & ſingulis priuilegijs, immunitatibus exemptionibus, præeminentijs, gratijs, fauoribus, & indultis, quibus ipſi Priores de iure, conſuetudine, priuilegio, ac aliàs quomodolibet vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè valeat.* Hoc eſt, quòd illi Prouinciali conceditur, & hoc non negatur. Sed quòd Prouincialis ſit bene electus, vel confirmatus, ſi non eſt, non ei conceditur; & quòd Magiſter Ordinis ex ſui ſuprema auctoritate non poſſit ex officio ſuo inquirere, & videre an ille ſit ritè electus, & confirmatus, non exprimitur, nec tribuitur. Ad hoc igitur priuilegium non extenditur. Nam &

Pro-

Digitized by Google

Prouinciali Prouinciæ Peruanæ idem conceſſum fuit, ibi *officium ſuum poſſit exercere cum omni iure & plena auctoritate ſolita dari huiuſmodi Prouincialibus in noſtro Ordine inſtitutis & confirmatis*, vt paret ex literis Mag. Ord. & breui Pauli III. dato 10. Aprilis 1540. Et tamen hoc non obſtante decretum eſt, quòd ille Prouincialis mittat ſcrutiniũ electionis examinandũ ad Mag. Ordinis. Hæc igitur ſunt diuerſa, & ſeparabilia, poſſe vti omni iure competente Prouinciali, & ſcrutinium electionis Prouincialis non debere mitti ad Magiſtrum Ordinis; & ex conceſſione primi non poteſt, nec debet argui conceſſio ſecundi.

54 Quod vero dictum eſt de Priuilegio Prouinciæ Mexicanæ, dicendum eſt de priuilegijs aliarum Prouinciarum quibus conceſſa eſt facultas confirmandi Prouincialem ad inſtar Prouinciæ Mexicanæ, vel etiam abſolutè, ſi aliqua eſt, quæ tale priuilegium habeat. Eodem enim modo intelligi debet, niſi aliud exprimat, ex quo ſit neceſſe, vt illius alia detur interpretatio. Et illæ Prouinciæ quibus ex auctoritate Ordinis conceſſum eſt vt Prouincialis, vel ſit ex vi electionis, vel confirmetur à Diffinitoribus, iuxta Ordinis leges ea facultate vti debent, Religionis enim eſt ſuas leges interpretari, illiſque addere, vel illas minuere.

CAPVT XXXVII.

De electione Diffinitoris Capituli Generalis, & Prouincialis, & Electoris Generalis.

SVMMARIVM.

1 *De officio & electione Diffinitorum plura, remiſſiue. nu.1.*
2 *Diffinitores Cap. Generalis totam Religionem repreſentant. n.2.*
3 *Sunt ſupremi iudices. n.2.*
4 *Poteſtas illis non conuenit niſi collegialiter vnitis. num.3.*
5 *Actus expediendus de conſenſu Collegij non valet aliter factus. n.3.*
6 *Diffinitor, & Elector eliguntur in Capitulo Prouinciali. n.4.*
7 *Non ſufficit in Ord. Prædic. Congregatio intermedia. nu.5.*
8 *Diffinitori datur ſocius non electus à Capitulo, ſed à diffinitorio. n.5.*
9 *Supprior non poteſt eſſe huiuſmodi ſocius. n. 5.*
10 *Socij præfati aliquando diffiniunt, & eligunt. n.6.*
11 *Diffinitores & Electores debent deferre literas teſtimoniales. n.7.*
12 *Diffinitor & Elector non ſemper eliguntur, ſed aliquando electio ſpectat ad Diffinitorem & Socium prius electum pro Capitulo Generali, & aliquando ad Diffinitores Capituli Prouincialis. n.8.9.10.11.12.*
13 *Eligendi in Electores Generalis debent eſſe profeſſi à 12. annis. n.13.*
14 *Et filij Prouinciarum pro quibus eliguntur. n.13.*
15 *Non poteſt eligi Diffinitor, qui in proximè præcedenti Capitulo diffiniuit. n.14.*
16 *Poteſt tamen eligi Elector. n.14*
17 *Electores iſti debent eſſe ſani, & ætatis maturæ, præcipue Diffinitor. n.15.*
18 *Debent eſſe electi à Cap. Prouinc. n.16.*
19 *Capitulum non poteſt horum electionem compromittere. n.16.*
20 *Debent eligi per ſcrutinium ſecretum. n.17.*
21 *Etiam ille qui dicitur elector. n.17.*
22 *Cum iſti non ſint Prælati non eſt neceſſe vt illorũ electionem præcedat communio. n.18.*
23 *Eorum electio per ſe non eſt ſubiecta legi Cap. quia propter, ſed per accidens. n.18.*
24 *In Relig. Camald. Diffinitores eliguntur per fabas. n.18.*
25 *Qui eſt confirmatus Prouincialis non poteſt eligi in Diffinit. bene tamen non confirmatus. n.19.*
26 *Non poſſunt eligi inhabiles. n.20.*
26 *Ad hoc vt Apoſtatæ &c. poſſint eſſe Diffinitores & Electores non ſufficit qualibet reſtitutio ad gratias Ordinis, ſed eſt neceſſaria licentia Mag. Ord. num.20.*
28 *Excommunicati &c. non poſſunt eligi in Electores Generalis &c. n.21.*
29 *Tamen irregulares eligi validè poſſunt. n.21.*
30 *Seruanda alternatiua. n.22.*
31 *Scrutatores in electione horum Electorum ſunt Prouincialis, Prior, & Supprior. n.23.*
32 *Electus eſt, qui eſt nominatus à maiori parte. numer.24.*
33 *Diffinitor, & Socius electi ſi ſuperſedeatur à Capitulo amittant ius, & alij ſunt eligendi. n.25.*
34 *Diuerſi caſus in quibus ius eligendi ſpectat ad Diffinitores Cap. Prouinc. n.26.*
35 *Forma eligendi Diffinitores Capituli Prouincialis. num.27.*
36 *De iure Diffinitores eligi debent ante diem electionis Prouinc. n.28. 29.*
37 *Dies electionis Prouincialis eſt Capitularis. numer.29.*
38 *Eligendi debent eſſe profeſſi 12. annorum. n.30.*
39 *Et tantum quatuor eliguntur. n.30.*
40 *Et qui non definierint in proximè præterito Capitulo. n.30.*
41 *Et qui alias non ſint inhabiles. n.30.*
42 *Et in loco mortui alius eligitur. n.30.*
43 *Nec electio indiget confirmatione. n.31.*

1 DE officio Diffinitorum plura habent. *Sigiſ. à Bonon. dub.107. & 118. Samuel. tract.3. diſp.3. contron.1. & 2.* & pro eligendis Diffinitoribus in Ordine Canonicorum Regularium Lateranen. extat Conſtit. Pauli V. data ſub die 30. Decembris 1605. & pro Congregatione Monachorum Caſſinen. eiuſdem Pauli V. alia Conſtit. data 6. Aprilis 1607. & pro Ordine Seruorum Conſtit. Clement. VI. data die 23. Martij 1346. multa etiam legi poſſunt circa modum eligendi Diffinitores apud diuerſas Religiones, quæ refert *Caſtell. cap.19 de elect.*

2 Huiuſmodi Diffinitores Capituli Generalis, totam Religionem repreſentant, dicunturque Coadiutores, Collegæ, & particeps officij Generalis, & veluti Religionum ſenatores ſunt, & ſupremi Iudices. *Rodriq. p.2. d.q.45. art.2. Mirand. p.2. q.17. a.2.*

Sigiſm.

Digitized by Google

Sigiſm.dub.mihi 107. *de elect.tract.*3. *diſp.*3. *contr.*2. *Sanctor. ad Conſtit. Minorum cap.* 8. *Lezana ad Mare magnum ſent. nu.*57. Ex eis enim integratur ſupremum Religionum Tribunal, vnde habent ſupremam quandam poteſtatem in totam Religionem, quæ eſt poteſtas Capituli, ſeu Congreg. Generalis.

3 Eorum tamen poteſtas illis non conuenit ſeiunctis, & ſeparatis extra Capitulum, ſed ſolum vt collegialiter congregatis. Quando enim actus expediendus eſt de conſenſu Collegij non ſufficit, quòd illi de collegio ſeparatim conſentiant, ſed neceſſe eſt, quod collegialiter res definiant. *cap.in Geneſi de elect. Panormit. in cap. cum Eccleſia num.*14.*de cauſa poſſeſſ.& cap.Eccleſia nu.*5.*de ſortil. & cap.quia propter num.*12.*de elect.& cap.cum omnes num.*5.*de conſtit.* vbi latè *Felin.nu.*54.*Ganzal. reg.*8. *gloſſ.*47.*num.*64.*Sylu.v.conſenſus q.*4.*num.*5. *Prepoſ. in cap. Quotieſcumque* 10.*q.*2.*Biax.in direct.elect.p.*3 *cap.*21.*num.*2.*Rota dec.*385.*nu.*3.*par.*2.*recent.Sigiſm. de Bonon.dub.mihi* 107. *num.*3. Vnde eorum poteſtas tanquam Senatoria eſt poteſtas Senatus, & Capituli totam Religionem repreſentantis.

4 Inde eſt, quod eligi debent à tota Religione, nimirum quilibet illorum a qualibet Prouincia Religionis, ideoque in Capitulo Prouinciali, vt de PP. Seruitis præcepit Clemens VI. apud *Lezanam in Mari magno Seruor. nu.*56. & diſponunt Cõſtitutiones ſingulorum Ordinum. Quod & verum eſt de electore Generalis, qui iure Prouinciæ accedit ad Capitulum, vt eligat Generalem. Et ſic Electores tam Diffinitoris, quam Electoris Generalis ſunt illi, qui habent vocem in Capitulo Prouinciali pro electione Prouincialis, & Diffinitorum Capituli Prouincialis.

5 Ideo pro Ordine Prædicat. in Cap. Roman. 1629. declaratum eſt, quod in Congregatione intermedia, quæ habetur loco Cap. Prouincialis non poſſunt eligi Diffinitores Capituli Generalis. Et vlterius ſi contingat, quòd ſuperſedeatur a Capitulo Generali eo anno, pro quo electus fuerat Diffinitor, non ille priùs electus, ſed qui in alio Capitulo proximiori eligetur erit Diffinitor. *Conſtitut. diſt.*2.*cap.*5.§.5 In eodem Ordine Prædicatorum Diffinitori eunti ad Capitulum Generale datur Socius, qui tamen non eligitur à toto Capitulo, ſed à Prouinciali, & Diffinitoribus Capituli Prouincialis *Conſtit.diſt.*2.*cap.*5.§.4. *Vrcean.p.*3.*cap.*53. *Caſtell.de elect.cap.*15.*num.*1.*Donat.p.*3.*tract.*5.*q.*45 *num.*5. Supprior tamen non poteſt dari in Socium Diffinitoris ad Cap.Generale, ex Cap.Bonon.1544. & Tholoſ.1304. *Font.v.Supriores nu.*8.

6 Et iſti Socij dati Diffinitoribus, ſi contingat eos non adeſſe Capitulo, eorum loco deffiniunt, ſicut & Socij dati Prouincialibus. Rom. anno 1553. confir.4.& Rom.1558.confirm.4. quamuis ſi adueniant Diffinitores etiam Capitulo inchoato Socij debent cedere diffinitionẽ ipſis principalibus Diffinitoribus, & Socij iſti in capitulo diffinientes tenent locum poſt Prouinciales, & inter ſe tenent locum ſuarum Prouinciarum. Et contingere poteſt, vt illi Socij ſint etiam Electores Generalis. Nam poſt electionem Diffinitoris pro Capitulo Generali, & deputationem Socij ſi contingat Generalem mori, & non ad eiſe tempus eligendi Electores Generalis, tunc ipſe Diffinitor cum ſuo Socio erunt Electores Generalis. *Vrcean. par.*3. *cap.*23. Immò ſi contingat Diffinitorem, vel Socium impediri ne proſequatur iter ad Capitulum, primus Conuentus, ad quem declinauerit, tenetur ei de competenti Socio prouidere.

7 Debent autem Diffinitores, & Electores deferre literas teſtimoniales à toto Diffinitorio ſubſcriptas *Vrcean.ibid.Caſtell.cap.*15.*num.*1.*Donat.p.*3. *tract.*5.*q.*45. *num.*3. qui *num.*4. benè aduertit, hoc non habere locum, quando contingeret congregari Capitulum ſolùm pro electione Diffinitoris, aut Electoris generalis, quia cum in eo Capitulo non eligantur Diffinitores, non eſt vnde literæ teſtimoniales ſubſcribi debeant, & poſſint à toto Diffinitorio.

8 In eodem etiam Ordine Prædicatorum iſti duo Electores Diffinitor, & Elector non ſemper ſpecialiter eliguntur; & in hoc multi caſus, diſtinguendi ſunt. Eſt enim primò attendendum, an ante notitiam vacantiæ Generalatus Prouinciæ poſt Capitulum Generale elegerint pro ſequenti futuro Capitulo Diffinitorem, & Socium, vel non elegerint. Nam ſi non elegerunt, licet Capitulum electionis Generalis ſit futurum in proximo feſto Pẽtecoſtes, nihilominùs ſi adhuc reſtat tempus cõuocandi Prouinciam, & eligendi, debet Prouincia conuocari, & duos Electores futuri Generalis eligere, quorum vnus ſit Diffinitor Capituli Generalis, & ſimul Elector, & alius ſolum ſit Generalis Elector. Sed ſi vna ex duabus factis ſuppoſitionibus deeſt, quia vel non eſt tempus congregandi Capitulum Prouinciale pro eligendis præfatis Electoribus, vel Capitulum Prouinciale iam poſt Capitulum Generale, ſed ante notitiam vacantiæ Generalatus fuerat celebratum, alij caſus diſtinguuntur.

9 Nam ſi Prouincia aliqua poſt Capitulum Generale, ſed tamen ante notitiam vacantiæ Generalatus celebrauit Capitulum Prouinciale, & pro futuro Capitulo Generali elegit Diffinitorem, & Socium, illi duo in anno Capituli Generalis, quod dicitur Diffinitorum erunt Electores Generalis, & ex eis Diffinitor electus etiam diffiniet in Capitulo Generali electionis, & eius Socius etiam erit Elector Generalis. Sed ſi ille annus non ſit annus Capituli Generalis futuri, quod dicitur Diffinitorum, ſed Prouincialium, quia hoc ſtante in eo Capitulo Prouinciali facto poſt Capitulum Generale, & ante notitiam vacantiæ Generalatus, non erunt electi Diffinitor, & Socius pro proximo futuro Capitulo Generali, quia hoc Capitulum non eſt futurum Capitulum Diffinitorum, ſed Prouincialium, tunc nec eſt celebrandum nouum Capitulum Prouinciale pro eligendis duobus Electoribus Generalis, ſed ius eligendi ſpectat ad duos antiquiores Diffinitores proximi præteriti Capituli Prouincialis.

10 Ad quos eoſdem Diffinitores Capituli Prouincialis ſpectat eſſe Generalis Electores in omni eo caſu, in quo vel non fuerint electi præfati Diffinitor, & Socius, vel Electores non fuerint electi, nec poſſint eligi, vel electi, ſed impediti non poſſint ire ad Capitulum Generale. Ita declarauit Cap. Generale Rom. anno 1629. Vnde colligitur, quod eſſe Electores Mag. Ordinis ſpectat ad tria genera perſonarum, vel ſcilicet ad Electores immediatè, ad hunc finem electos, vel ad Diffinitorem, & Socium,

qui

qui fuerant electi pro Capitulo Generali Diffinitorum proximè habendo, vel ad Diffinitores antiquiores non impeditos proximè præteriti Capituli Prouincialis ſi extent, vel proximioris Capituli antecedentis, ſi nullus Diffinitor proximè Capituli Prouincialis ſit ſuperſtes, aut ſit impeditus.

11 Sed conſiderandum eſt, quando iſti Electores eligendi ſint, vel non poſſint eligi, ſed ius ad prius electos Diffinitores ſpectet. In duplici enim caſu certum eſt eos eligi poſſe. Primò quando electio Mag. Ordinis non celebratur in proximo feſto Pentecoſtes, ſed poſt annum in ſecundo feſto Pentecoſtes venturo. *Conſtit.enim, Gloſſa, & d.cap.Rom.* dicunt non eſſe indicendum Capitulum pro electione Electorum Generalis, ſi poſt Capitulum Generale, & ante notitiam vacantiæ Generalatus fuerit in anno Diffinitorũ celebratum Capitulum Prouinciale, & generale Capitulum electionis Generalis ſit celebrandum in proximo feſto Pentecoſtes; igitur determinatio Conſtitutionis non habet locum, ſi dictum Capitulũ Generale electionis Mag. Ordin. non in proximo feſto Pentecoſtes, ſed in ſubſequenti poſt annum ſit celebrandum; quia tunc ſupereſt tempus, vt Prouinciæ poſſint congregare Capitula Prouincialia pro Electoribus Mag. Ord. deſignandis. Secundò huiuſmodi Electores eligi poſſunt ſi poſt Capitulum Generale ante notitiam vacantiæ Generalatus inſtante Capitulo Generali Diffinitorum nõ fuit celebratum Capitulum Prouinciale, & licet in proximo feſto Pentecoſtes habenda ſit electio Mag. Ord. tamen ſupereſt tempus celebrandi Capitulum Prouinciale pro dictis Electoribus eligendis. Et hic caſus eſt expreſsus in Conſtitutionibus.

12 Tertius autem caſus aſſignari poſſe videbatur, in quo poſt Capitulum Generale ante notitiam vacantiæ Generalatus celebratum eſt Capitulum Prouinciale, ſed quia proximum Capitulum Generale futurum erat Prouincialium, non fuit in eo electus Diffinitor pro Capitulo Gener. In hoc enim caſu etiam ſi ſuperſit tempus congregandi Capitulum Prouinciale pro eligendis Electoribus Generalis, *Gloſs.Conſtit.lit.C.* putat tale Capitulum non poſſe celebrari, quia ius eligendi ſit deuolutum ad Diffinitores Capituli Prouincialis. Hoc enim difficultatem habere poterat ex eo, quòd cum Prouincia tunc habeat tempus, vt poſſit ſibi eligere Electores Generalis, & aliàs diffinire in Capitulo Generali, & Magiſtrum Ord. eligere, ſit quid altius, & maiorem notitiam, prudentiam, & zelum requirens, quàm ſit diffinire in Capitulo Prouinciali, & contingere poſſit, vt aliquis ex Diffinitoribus Capituli Prouincialis ſit minùs aptus ad diffiniendum in Capitulo Generali. Nihilominùs dicta Gloſſa ex Cap. Rom. 1583. declarauit tunc ius eligendi pertinere ad Diffinitores Capit. Prouincialis proximè præteriti, & hoc etiam eſt conforme inchoationi 2.Capit.Salmat. 1551. & 1. confir. cap.Rom. 1553. & Romæ 1558. confirm.2. Et ſic vniuerſaliter etiam ſi adſit tempus eligendi Electores Mag. Ord. pro electione habenda in proximo feſto Pentecoſtes, huiuſmodi Electores non poſſunt eligi, ex quo poſt Capitulum Generale ante notitiam vacantiæ Generalatus medium fuit Capitulũ Prouinciale celebratum. Et in eo pro Capitulo Generali, quod etiam non vacante Generalatu fuiſſet celebrandum non fuerunt electi Diffinitor, & Socius, ſiue hoc euenerit, quia illud futurum Capitulum erat Prouincialium, ſiue ex quacumque alia cauſa. Tunc enim ius eligendi ſpectat ad Diffinitores Capituli Prouincialis immediatè præcedẽtis. Et ſic ad huiuſmodi Diffinitores hæc electio ſpectat in eo caſu in quo non potuerunt eligi Electores Generalis, vel non fuerunt electi, & nec potuerunt eligi, vel non fuerunt electi in Capitulo Prouinciali medio inter Capitulum Generale, & vacantiam Generalatus Diffinitor Capituli Generalis, & eius Socius.

13 Huiuſmodi verò ſiue Diffinitores, ſiue Electores Generalis plures cõditiones habere debent. Prima eſt, vt ſint Profeſſi in ordine eodem. Quæ conditio in omni Religione eſt neceſſaria. Secunda eſt, quòd in Ordine Prædic. habeant 12. annos à profeſſione, quia ex Cap. Val. 1596. hoc requiritur in omni electione. Tertia eſt vt ſint filij illarũ Prouinciarũ nomine quarum eligere debent. *Conſt. diſt.2.cap.5.text.4.* & ſufficit quòd ſint filij adoptati, Cap. Generale Colon. 1428. *de elect. Diffinitor. Gloſs.ibid.lit.D. Vrcean.num.7.cap.22.Caſtell. c.15. num.2.Donat.p.3.tr.5.q.42.n.5.Camill.in direct. p.2. c.4.n.4.Fontan.tit.de elect.Diffinit.Cap.Gener nu.14.* Quarta conditio eſt, vt in præcedenti Capitulo generali electus Diffinitor non diffinierit. *Conſtitut. diſt.2.c.5. text 6.* Non ſufficit verò, quòd fuerit electus Diffinitor, in præcedenti Capitulo immediato, ſed requiritur, vt in eo diffinierit, vt ex Capit. Rom. 1546. declarat *Gloſs.ibid. lit. E.*

14 Verùm circa hanc conditionem conſiderandum eſt, quòd non aſſeritur neceſſaria ad Electorem Mag. Ordinis ſed ad Diffinitorem, & vult Conſtit. quod idem in duobus Capitulis Generalibus immediatis non poſſit diffinire, ſed non decernit, vt idem non poſſit immediatè duos Mag. Ordinis eligere. Nec obſtat ſi dicatur, quod ex decreto Capit. Bonon. 1654. idem pro eodem Cõuentu non poteſt eligi in Socium Prioris, & electorem Prouincialis ad duo Capitula Prouincialia immediata. Nam præterquamquod illa ordinatio etiam pro Socijs eſt reuocata, longè diuerſa eſt ratio; quia cum Mag.Ord. perſeueret in officio vſque ad mortem, rariſſimè poteſt contingere, vt idem ſit Elector duorum Generalium immediatè, & ex conſequenti etiam non poteſt in ſimili caſu regulariter contingere dolus aliquis, vel fraus, vnde non opus fuit, vt caſus iſte ſpeciali lege prohiberetur. Prouinciales verò durant ad biennium, vel quadrienniũ, & poteſt eſſe, quòd à Superioribus idem tanquam miles deuotus ſæpius aſſumatur in Socium pro electione plurium Prouincialium in præiudicium aliquod libertatis aliorum eligentiũ. Nulla ergo lege prohibitum eſt quod idem in duobus Capitulis Generalibibus immediatis duos eligat Generales. Verum quia ex his duobus Electoribus Mag. Ordinis, vnus debet eſſe Capituli Diffinitor, iſte ſi in immediato antecedente Capitulo Generali diffiniuit, cum non poſſit in alio immediatè ſequenti Capitulo electionis Generalis diffinire neque poteſt Generalem eligere, quia munus Electoris ex vi legis eſt coniunctũ muneri Diffinitoris. Et ſic qui non poteſt eſſe Diffinitor, nec poteſt eſſe Elector.

15 Quin-

Digitized by Google

15 Quinta conditio eſt, vt electores ſint viri ſani, & fortes, & qui poſſint ad Capitulum Generale iter aſſumere. Ita colligitur ex *Conſtit. diſt. 2. c.5.tex.6.* & fuit ordinatum Colon.1242. *Font. tit. de Diſſinitoribus Capituli Generalis num.* 24. Pariter Venet.1325. fuit ordinatum, vt huiuſmodi Diſſinitores ſint ætate graues *Font. ibid. num.25.* Hæc verò ætas in Diffinitoribus, Ideoque in primarijs electoribus, præcipuè requiritur, nam in ſimplicibus electoribus tanta ætas non eſt neceſſaria. Et hæ duæ conditiones quinta & ſexta ſunt neceſſariæ ex honeſtate, non ſunt verò de ſubſtantia, nec inualidant electionem. Solùm ſi iſti electores ex debilitate impediantur, ne vadãt ad Capitulum ius eligendi pertinet ad Diffinitores Capituli Prouincialis immediate antecedentis.

16 Septima conditio omninò ſubſtantialis, & plures complectens eſt, vt huiuſmodi electores ſint legitimè electi à Capitulo Prouinciali. Et ita debent eſſe electi à Capitulo Prouinciali, vt nec Capitulum poſſit compromittere electionem Diffinitorum Capituli Generalis, & Electorum Magiſtri Ordinis in Prouincialem, & Diffinitores Capituli Prouincialis, ſed debeant eligi à Capitulo iuxtà formam in Conſtit. ſtatutam. *Gloſſ.conſt.diſt.2.cap.5. tex.6.litt.C.ex Capit. Generali Flor.1257. & Argentin 1260.Vrcean.par.3.cap.22.Caſtell.c.15.num.7.Camill. p.2. cap.4.num.2.Font.vbi ſupra num.6.* Et hoc nedum eſt verum ex hac ſpeciali ratione, ſed quia etiam abſolutè electio per compromiſſum eſt in hoc ordine prohibita, vt probatum eſt ſupra *c.1.& 22.*

17 Hi electores igitur debent eligi, & quidem per ſcrutinium ſecretum, & ſchedulas ſeruata forma, & *Concil. Trident ſeſſ. 25. cap. 6. de Regularibus, & Capit. Generales. Bonon. anno 1564. Gloſſ. d.cap.5.text.1.lit.A.Vrcean.par.3. cap.22. Caſtell. de elect.cap.1.num.1. Donatus p.3. trat.5. q.42. Fontan. vbi ſupra num.7.Camill.p.2. cap.4.nu.2.* Capitulum tamen illud Bononiæ 1564. in dicto ſtatuto mentionem non facit electorum Magiſtri Ordinis, ſed ſolùm Diffinitorum Capituli Generalis, ſicut nec *Gloſſ.citata*. Nihilominùs illud ſtatutum ex praxi Ordinis vniuerſaliter intelligitur etiam de Electoribus Magiſtri Ordinis, & crediderim quòd ex inconſideratione Secretarij non fuerit in eo ſtatuto nominata talium electorum electio, cum in eo comprehendatur electio ſocij, & Electoris Prouincialis, & ſolùm excipiatur deſignatio ſocij Prouincialis, aut Diffinitoris euntis ad Capitulum Generale.

18 Quod verò *Camill.* ait, quòd in electione horum Electorum non eſt neceſſe, vt Electores Sacram communionem præmittant electioni, quia Ordinatio Cap. Barcinonen. 1574. Eam exigit ſolùm in electione Prælatorum & Priorìſſarum ad mentem Concil. Baſilien. ſeſſ.39. poteſt eſſe verum, non quidem ex vi decreti Concil. Baſilien. quod tempore illius ſeſſ.39. erat conciliabulum, vt decernit Leo X. in Concil. Lateranen. ſeſſ. vndecima. Sed quia ex vi ordinat. cap. Bonon. 1564. in huiuſmodi electionibus ſeruanda eſt forma ſcrutinij ibi ſtatuta, vbi nihil de communione decernitur, & in d.cap. Barcinonen. 1574. & in Cap. Rom. 1580. ſolum de Prælatorum, & Prioriſſarum electione fit mentio, cum ſtatuitur, vt electionem præcedat communio. Et aliàs electio horum Electorum non eſt per ſe ſubiecta legibus electionis canonicæ, cum non ſit electio ad Prælaturam. Vnde eſt, quòd per ſe non eſt ſubiecta niſi legi ſtatutæ in dicto Capit. Bonon. 1564. & alijs in ſpecie de ea loquentibus. Et intantum dicitur; quod ſit ſubiecta formæ *cap. quia propter 42. de elect.* in quantum forma ſtatuta in illo Capitulo formam *cap. quia propter* comprehendit. In Religione autem Camald. Diffinitores eliguntur per fabas, vt apud *Caſtell. cap.19. §.2.* Vbi etiam, quòd in æqualitate votorum antiquior præualet, & quòd non poſſint eligi pluſquàm duo eiuſdem Monaſterij.

19 Octaua conditio eſt, vt non ſint aliunde impediti. Nam v.g. Prouincialis pro Capitulo Diffinitorum non poteſt eligi in Diffinitorem, aut Diffinitoris ſocium, vt fuit ordinatum Neapoli anno 1600. *Caſtell.cap.15.num.8.Donat.par.3.tract.5. q.42.num.6.* Debet tamen eſſe confirmatus Prouincialis, quia cum electus non habeat ius ad Prouincialatum ſola electio non impedit, quin electus poſſit definire tanquam Diffinitor. Vnde ſi, qui eſt Diffinitor de iure, eligatur in Prouincialem, qui non ſit cõfirmandus niſi in Capitulo Generali talis electus non obſtante electione in Prouincialem eſt verè Diffinitor, nec poteſt prouincia eligere alium, & ſi eligat electio eſt nulla, prout latè diſputant *Samuel tr.3. diſp.3. contron.2. & Donat. par. 3. tr.5. queſt.43.* Hinc cautè legi debet, quòd habet *Font. tit.de Diſſinitor.cap.Gen.n.33.& tit.de elect.Diſſinit. cap.Gen.num.17.5.* quòd ſi Diffinitores eligantur in Proinciales diffinire non debent in Cap. Generali Magiſt. Ordinis, in quo fuerunt confirmati. Nam hoc prout ſonat non habetur ex Capit. Lugdunen. 1348. Ord.5. & Barcin. 1349. quæ citat, ſed ibi ſolùm habetur, quòd ſi Diffinitor in Prouincialem eſt electus, & confirmatus fuerit, non cenſeatur ſuperſtes quantùm ad actum Diffinitoris. Modò quando Prouinciales confirmantur in Capitulo non ſolent confirmari in principio, & ſic dum ſolùm ſunt electi, incipiunt legitimè diffinire, at verò ſe ampliùs non integra officium Diffinitoris ex ſuperueniente confirmatione non debet ceſſare, nec Prouincia debet ſine Diffinitore manere. Prioratus etiam actualis non cenſetur legitimum impedimentum, ne aliquis poſſit eſſe Diffinitor Capituli Generalis, vt fuit declaratum Bonon. 1564. Impedimentum autem eſt, vt dum prouincijs deſolatis ſine electione inſtituuntur Prouinciales, non poſſit inſtitui pro eadem Prouincia Diffinitor, qui ſit eiuſdem Prouinciæ cuius eſt Prouincialis inſtitutus, vt ſupra de Prouincialibus dictum eſt ex Cap. Valliſ. 1605. *Font. v. Diffinitores num.39.*

20 Nona conditio eſt, vt eligendus in Diffinitorem non ſit inhabilis de iure ad tale munus. Sic enim in Ordine Camaldul. ad Diffinitoriatum inhabiles ſunt, qui ob aliquod flagitium carceri fuerunt mancipati, niſi à Patribus denuo habilitati fuerint. *Caſtell.cap.19.§.2.* Similiter in Ordine Prædicatorum inhabilis eſt, qui ſemel apoſtatauerit, vel de lapſu carnis manifeſtè conuictus fuerit, vel carceri ſententialiter, & legitimè mancipatus. *Conſt. diſt.1.cap.2.§.4. quam conſtitut. ita explicat Scropha, in quæſt.moral.q.34.nu.7.* vt præfati etiam poſtquam reſtituti fuerint ſint inhabiles ad quamcunque electionem ſine licentia ſpeciali Magiſtri Ordinis. Hoc autem ex parte verum eſt. Quia Conſt. ibi prohi-

bet, quòd cum iſtis non diſpenſetur intra tres annos, quod *Gloſſ. ibid. lit.*K. explicat, vt ſi hæc diſpenſatio fiat intra tres annos, per Diffinitores tamen Capit. Generalis, aut Prouincialis, illa ſit irrita. Quo ſic ſtatuto proſequitur Conſtitutio, & decernit talem nec poſſe fieri Priorem, nec Suppriorem &c. nec Diffinitorem Capituli Generalis, aut Prouincialis, nec electorem Magiſtri Ordinis. Sed hìc diſtingui debet diſpenſatio, quia Conſt. vult, quòd diſpenſatio ſi ſit data ab aliquo ex Diffinitoribus Capituli Generalis, aut Prouincialis vigore priuilegij, quòd ad hoc habent, non valeat illa diſpenſatio ad prædicta ſine licentia Magiſtri Ordinis. Sed tamen ſi talis eſſet diſpenſatus à Capitulo Generali, vel à Magiſtro Ordinis nulla alia eſſet neceſſaria licentia, vt eligeretur, etiam ſi hæc diſpenſatio data fuiſſet intra triennium poſt apoſtaſiam, vel ſententiam.

21 Decima conditio eſt, vt eligendi in Diffinitores, & Electores Magiſtri Ordinis non ſint excommunicati, neque ſuſpenſi, aut interdicti. Quoniam tamen eorum officium non eſt exercere actus Ordinis, ſed iuriſdictionis, ſi quis ſit ſuſpenſus tantùm ab exercitio Ordinum, non erit ex hoc impeditus, quin poſſit eſſe elector, aut Diffinitor iuxta ea, quæ probata ſunt ſupra cap. 10. Vnde nec irregularitas impedit, quia irregularitas non impedit ab exercitio Iuriſdictionis. Erit verò inhabilis ad huiuſmodi officia, qui eſt priuatus voce actiua, & paſſiua. Vnde, vt quis poſſit eligere Generalem neceſſe eſt, vt nulla ex his inhabilitatibus, & priuationibus ſit impeditus.

22 Vndecima etiam conditio aſſignari poteſt, vt vbi eſt alternatiua illa ſeruetur, & vnius nationis non eligatur, cum rata alternatiuæ currit pro alia natione, vt in Prouincia Calabriæ in qua Diffinitor Capituli Generalis alternatim debet eligi ex Calabria citra, & vltra. Sic enim & apud Canon. Lateran. & apud Monachos Caſſinen. ex dictis Conſtitutionib. Pauli V. Diffinitores ex determinatis & numeratis ibi nationibus eligi debent.

23 Hoc verò ſpeciale eſt in illarum electorum electione, quòd eius ſcrutatores ſunt Prouincialis, vel eius Vicarius, Prior Conuentus, in quo Capitulum Prouinciale celebratur, & eiuſdem Conuentus Supprior, vel ſaltem duo ex iſtis, ſi tertius defuerit, vel ſi duo defuerint, eorum loco duo antiquiores in ordine præſentium in Capitulo. *Conſtit. diſt. 2. cap. 5. text. 4. quam referunt Vrcean. p. 3. cap. 22. Camill. p. 2. cap. 5. num. 5. Font. de Diffinitoribus n. 2. 3. & 4.* Et ſic ſemper debet in hoc ſcrutinio adeſſe vnus ex tribus nominatis, qui ſunt ſcrutatores de iure. Et quàmuis Conſtitutio tunc loquatur de electione Diffinitorum Capituli Generalis, tamen iuxtà praxim Ordinis, quæ eſt optima legis interpres etiam comprehendit electionem ſimplicis electoris Magiſtri Ordinis, qui etiam quandam rationem diffinitoris habet, pro quanto eſt de corpore Capituli Generalis electionis. Bonum tamen eſſet, vt hoc explicitè declararetur. *Camill. d. cap. 4. nu. 3.* Vbi autem ſint ſolum duo ſcrutatores poſſunt vocales adiungere tertium, eum per vota publica eligendo ſecundum quod de electione quarti ſcrutatoris ſupra dictum fuit. Prout pro Prouincia Peruana declarauit præſens Reuerendiſſimus P. Generalis ſub die 20. Iunij 1660.

24 Sicut verò horum electio eſt ſubiecta formæ ſtatutæ in cap. Bonon. 1564. ſic electus ille dicendus eſt, qui à maiori parte ſupra medietatem fuerit nominatus, & ſi ſit præſens per duo vota excedere debet medietatem.

25 Eſt autem vlteriùs attendendum, quòd *Conſtit. diſt. 2. cap. 5. text. 5.* loquens de Diffinitoribus Capituli Generalis decernit, quòd ſi ſuperſedeatur à Capitulo Generali illo anno, in quo erat celebrandum, tunc ad diffiniēdum in Capitulo Generali quando celebrabitur non eſt admittendus ille, qui priùs fuerat electus, & nec eius ſocius pro ſocio eſt habendus, ſed Prouinciæ habent ius ſibi nouum Diffinitorem eligendi, & nouum ſocium, & hi admittendi erunt ſi fuerint electi. Si verò non fuerint electi, tunc ius Diffinitoris, & ſocij ſpectat ad priùs electos. Hæc verò conſtitutio declarata fuit in Capit. Valent. 1647. Nam cum Capitula Generalia de iure communi celebrāda ſint de triennio in triennium, ſi contingat Capitulum Generale differri vltra triennium, tunc Diffinitores, & ſocij antea electi pro Capitulo Generali amittunt ſuum ius, ſi Prouinciæ alios Diffinitores & ſocios velint eligere, & eligant. In hoc ergo caſu, ſi vacantia Generalatus contingat, tunc cum ex dilatione Capituli Generalis Diffinitores, & ſocij priùs electi amiſerint ſuum ius, poterunt *Prouinciæ* eligere alios Diffinitores, & electores iuxta tamen regulas ſupra datas, & ſi eligant ad eos ſpectabit ius ſuffragij in electione Generalis, ſed ſi Prouinciæ nouam hanc electionem non faciunt, tunc ad Diffinitores, & ſocios priùs electos ſpectabit electio Generalis, vt loco citato Conſtitutio apertè decernit.

26 In alijs caſibus, in quibus nec fuerunt electi legitimè electores Magiſtri Ordinis, nec dantur Diffinitores & ſocij electi pro Capitulo Generali, quibus de iure conueniat Generalem eligere, ius huius electionis ſpectat ad Diffinitores Capituli *Prouincialis* proximè prætériti, ſi ſuperſint, vel ſi nullus eorum ſuperſit ad Diffinitores proximè antecedentis Capituli Prouincialis, & ſic ſemper recurrendo ad proximè antecedentes Diffinitores, ità tamen quòd antiquiores præferendi ſunt, & aſſumendi ex Diffinitoribus eiuſdem Capituli. Et hoc verum eſt etiam ſi contingat, quòd ij ad quos de iure ſpectat eligere noluerint ire ad Capitulum Generale, vel non potuerint, immò ſi exiſtentes in loco Capituli noluerint eligere. Prouinciæ enim non debent priuari iure ſuffragij in electione Generalis, ſed ex Diffinitoribus Capitulorum Prouincialium iuxtà ſupradicta aſſumi debent, qui nomine Prouinciarum eligant, vt decernit *Conſtit diſt. 2. cap. 4* §. 3. Hoc tamen conſiderando, quòd vbi non agitur de eligendo Generali, ſed de ſimplici Generali Capitulo, ſi Diffinitor ſit impeditus, vel nolit ire ad Capitulum, ius diffiniendi, vt dictum eſt ſupra deuoluitur ad ſocium eius. Et ſi etiam inſtet Generalis electio, ſi Diffinitor nolit ire, non poſſunt ex Diffinitoribus Capituli Prouincialis aſſumi duo, ſed ſolùm vnus; quia tunc ius eligendi ſpectat ad ſocium Diffinitoris pro Capitulo Generali electi. Sed ſi vterque horum ſit impeditus, ius accedendi ad Capitulum Generale eſt in Diffinitoribus Capituli Prouincialis. Quod verum eſt etiam ſi is, cui competeret de iure eligere ſit legaliter impeditus, ne eligat, vt ſi immediatè præceden-

dentis Capituli Generalis ſuit Diffinitor. *Conſtit. ibid.* & ita vt ſi ex Diffinitoribus aliquis ſuerit electus Prouincialis, & confirmatus, quia tunc ſibi conuenit ius ſuffragij ex vi oſficij Prouincialatus, talis habeudus ſit, vt non ſuperſtes, & alius aſſumendus modo prædicto, qui tanquam Diffinitor, aut elector eligat Generalẽ *Gloſſ. diſt. 2. c. 5. §. 3. lit. D.* Ij vero qui ſueiint electi in Diffinitores, & Electores Generalis, vel ad quos de iure ſpectat huiuſmodi munus facultatem ipſo iure habẽt eundi ad Capit. Genet. nec per Prouinciales, aut Prouinciarum Vicarios poſſunt detineri impediri, aut qnocumque modo retardari. Et ſi eis negarentur literæ teſtimoniales ſuæ electionis, ſuſſiceret, quod quacumque meliori via poſſibili teſtimonium ſuæ electionis ad ſaciendam fidem ſufficiens deſerrent. Nec Prouinciales poſſunt minuere alterare, caſſare, aut quocumque modo mutare, quæ in Capitulo Prouinciali vt mittenda & tractanda per Diffinitores in Capitulo Generali decreta ſunt. Nam in Cap. Rom. 1629. ord. 14. Prohibiti ſunt Prouinciales reſcindere quæ in Capitulis Prouincialibus ſancita ſunt. Et immo prohibiti ſunt Diffinitores Capituli Prouincialis tribuere facultatem Prouincialibus immutandi, diminuendi, augendi, vel alio quouis modo diſponendi acta Capituli Prouincialis.

De electione Diffinitorum Capituli Prouincialis.

27 DE electione autem Diffinitorum Capituli Prouincialis pauca remanent obſeruanda. In Congregatione intermedia Diffinitores non eliguntur, ſed ſolùm in Capitulo Prouinciali vt habetur in Capit. Romano 1629. ordin. 12. Illorum verò electores ſunt Priores, Magiſtri, Patres Prouinciæ, Prædicatores Generales, & ſocij. Et in eorum electione ſeruanda eſt forma Concilj Trident. & debent eligi per ſchedulas ſecretas iuxtà formam Capit. Bonon. 1564. & ille cenſendus electus, qui fuerit à maiori parte vocalium nominatus. Eliguntur autem vel à toto Capitulo, vel per nationes vbi eſt mos, vt per nationes eligantur, vt in Prouincijs Lombardiæ. Non pertinetj autem ad electores determinatè eligere hunc vel illũ pro primo, aut ſecundo Diffinitore, quia hoc in Conſtitutione eſt declaratum. Vbi autem Diffinitores eliguntur per nationes ſcrutatores electionis ſunt tres antiquiores vocales, quicumque illi ſint, ſiue Magiſtri, ſiue Priores, ſiue Prædicatores Generales. Sed vbi eliguntur à toto Conuentu ſcrutatores ſunt Prouincialis, ſeu Vicarius eius, aut Vicarius Prouinciæ & Prior, & Supprior Conuentus, vel duo ex iſtis, ſi tertius deſit, vel duobus ex iſtis deficientibus, duo antiquiores vocales, quicunque illi ſint. *Camill. cap. 7. nu. 3.* Si tamen Supprior Conuentus aliunde non habeat vocem in electione Diſſinitorum, eam neque habet ex eo, quòd in tali electione ſit ſcrutator, quia ex *Conſt. d. 2. c. 5. §. 1.* Supp̄riori ſolùm competit eſſe in eo caſu ſcrutatorem prout ad petitionem Prouinciæ Peruanæ declarauit Rereuerendiſſimus P. Generalis Marinus die 20. Iunij anno. 1660.

28 Addit verò *Camillus par. 2. capit. 7. numer. 3.* quando Capitulum Prouinciale eſt ſimul Capitulum electionis, quòd tunc nec Prouincialis, nec Vicarius poteſt eſſe ſcrutator; quia cum Prouincialis finiat officium in vigilia celebrationis Capituli, vt habetur *diſt. 2. cap. 5. text. 3.* Et in eodem die terminetur officium Prouincialatus, & Vicarius Prouinciæ ſit Prior Conuentus, in quo celebratur Capitulum, iam in electione Diffinitorum in idem coincidunt Vicarius Prouinciæ, & Prior Conuentus, & ſic non ſuperſunt niſi duo ſcrutatores in electione Diffinitoris ſcilicet Prior, & Supprior dicti Conuentus. Econtrà autem *Donat. p. 3. tract. 6. q. 29.* tenet, quòd Diffinitores debeant eligi in die antecedente diem electionis Prouincialis, & addit Prouincias errare, quæ priùs eligunt Prouincialem, quàm Diffinitores, & non iuuari conſuetudine, quia contra Conſtitutiones non valeat conſuetudo, Dubium facit in hac re, quia non tam clarè apparet, quis ſit primus dies Capituli Prouincialis, ſcilicet in quo Capitulum Prouinciale incipit. Nam videtur, quòd dies electionis Prouincialis ſit extra diem celebrationis Capituli, & quòd hoc incipiat die ſequenti poſt diem electionis Prouincialis. Nam *Conſtit. d. 2. cap. 4. §. 5.* loquens de Capitulo Generali præcipit vt Generalis omnino debeat eſſe electus in ſecunda feria Pentecoſtes, quia tunc incipit ſolemnis celebratio Capituli; igitur dies electionis Generalis non ſpectat ad Capitulum, ſed illud antecedit, igitur eadem ratione dies electionis Prouincialis antecedit Capitulum, & ſic Diffinitores debent eligi eo die, quo eligitur Prouincialis, & hoc eſt, quod voluit Camillus quòd ſcilicet Diffinitores eligantur eodem die, & poſt cantatam Miſſam de Spiritu Sancto pro electione Prouincialis, & ſic, quòd Prouincialis tunc expirauerit, & amotus ex lege fuerit.

29 Verùm alia ex parte non poteſt negari, quin dies electionis pertineat ad Capitulum tam Generale, quàm Prouinciale, cum electio eſſentialiter ſit actus Capitularis, & in ea conſiſtat tota ſubſtantia Capituli in quantum eſt Capitulum electionis. Nec in textu illos *cap. 4.* dicitur quòd Capitulum Generale incipiat ſimpliciter die ſecundo Pentecoſtes, ſed quòd in eo incipit ſolemnitas Capituli, ſeu etiam Capitulum, vt eſt Capitulum ad alia ordinis negotia diſcutienda, & ideo vt directorium regiminis Ordinis, quod Capitulum ſub hac ratione non debet eſſe ſine Capite. Ideo in hac parte bene Donatus per diem præcedentem diem aſſignationis Capituli intellexit diem præcedentem diem aſſignatum pro electione Prouincialis, ſic enim & intellexit *Gloſſa Conſt. diſt. 2. cap. 5. §. 3. lit. B* ibi *Declaramus, declaratum fuiſſe in Cap. Rom. 1553. quòd prædicti Diffinitores omnes ipſa die ſimul eligi debent, non autem ſigillatim, niſi per nationes eligantur, Prouincialem verò poſtea in ipſo Capitulo eligi debere.* Prouincialis igitur electio in ipſo Capitulo ſit, vt habetur etiam Bonon. 1564. ord. 6. vbi ſtatuitur, quod electio Prouincialis fiat in principio Capituli & dies antecedens diem aſſignationis Capituli eſt dies proximè præcedens diem electionis Prouincialis, & de iure Conſtit. in hoc die eligi debent Diffinitores. Et nihilominùs in hoc ſeruandæ ſunt conſuetudines Prouinciarum ſi rationabiliter ſunt præſcriptæ, vt enim ſæpius dictum eſt, nulla eſt lex

 poſiti-

poſitiua, quæ ſicut dictante ratione poteſt per aliam legem, abrogari, non poſſit ſimul conſuetudine rationabili & legitimè præſcripta tolli, quia conſuetudo eſt lex non ſcripta. Nec deeſſe poſſunt rationabiles cauſæ, ob quas in aliqua Prouincia conueniat Magis priùs eligere Prouincialem, quàm Diſſinitores. Nec adeſt vel vmbra rationis, vt infirmetur vis illius conſuetudinis, quam ſi ſuperiores vident, & approbant. In Prouincia Bethicæ Diſſinitores eliguntur poſt Prouincialem. Et hoc illi Prouinciæ fuit conceſſum Pariſ. 1611. & Romæ 1612. Itaque ſecundùm conſuetudinem Prouinciarum ſi ſit rationabiliter præſcripta eligi debent Diſſinitores ante, vel poſt electionem Prouincialis, & in ea ſcrutatores ſunt vel Prouincialis, Prior, & Supprior Conuentus in quo habetur Capitulum, vel duo ex illis, vel cum vno illorum (ſi alij duo deſint) duo antiquiores vocales, & quantum ſit, ex vi Conſtitut. eligi debent in vigilia electionis Prouincialis, ſi Capitulum Prouinciale ſit etiam Capitulum electionis.

30 Conditiones verò eligendorum in Diſſinitores ſunt primò, quòd ſint profeſſi in Religione à 12. annis, quia hæc conditio in omni eligendo eſt neceſſaria. Et tantum quatuor eligi poſſunt. *Conſt. diſt. 2. cap. 5.* Et qui in proximè præterito Capitulo diſſinierunt, non poſſunt eligi pro ſequenti. *ibid.* §. 6. Nec eligi poſſunt Prouinciales, qui officium Prouincialatus tunc finiunt. Capit. Gener. Bonon. 1564. ord. 6. Quod tamen fallit in Prouincia Mexicana ex cōceſſione Cap. Bonon. 1615. Nec eligi poſſunt aliàs ex quacumque cauſa, vel priuati voce, vel inhabiles, vt eligantur, hi enim, qui fuerunt Apoſtatæ, aut de lapſu carnis conuicti, aut carceri ſentētialiter damnati non poſſunt eſſe Diſſinitores ſine diſpenſatione, aut licentia Capit. Generalis, vel Mag. Ord. *Conſt. d. 1. c. 20.* §. 4. Non eſt verò neceſſe, quod tales ſint aliàs vocales, & de corpore Capituli, ſed extraneus eligi poteſt *Conſt. d. 2. cap. 7.* §. 1. Quamuis tales non habeant vocem in electione Prouincialis. Cap. Rom. 1629. declar. 11. niſi in Prouincia Græciæ, cui hoc eſt ſpecialiter conceſſum fuit Romæ 1629. Alternatiua etiam eſt obſeruāda, vbi eſt ſtatuta. Sicut in Prouincia Regni ſeruanda eſt alternatiua etiam Diſſinitorum inter natos Neap. & extra, quæ fuit inſinuata in Capit. Rom. 1629. & ex decreto Vrbani VIII. in breui dato die 17. Febr. 1640. confirmata, & Val. 1647. ordinata. Et pro Prou. Aragon. ſtatutū fuit Valen. 1596. & cōfirmatū Romæ 1601. vt ſemper ex Inſulis vnus Diſſinitor accipiatur, & alijs tribus Regnis vnus detur Diſſinitor pro ſingulis. In Prouincia etiam Siciliæ adeſt alternatiua ſtatuta Romæ 1644. & Val. 1647. & confirmata per Innoc. X. In Prouincia Bethicæ, ſeruari debet, vt primi quatuor, qui plura vota in huiuſmodi electione habuerint, iuxta leges concordiæ inter Conu. Cordubenſem, Hiſpalen. & reliquos Prouinciæ habeantur tanquam veri Diſſinitores, Pariſ. 1611.

31 Si verò aliquis ex 4. Diſſinitoribus electis durante Capitulo obierit, vel impeditus fuerit, alius eius loco eius poteſt eligi. *Conſt. d. 2. c. 5.* §. 3. Diſſinitores verò electi confirmatione non indigent, ſed ſtatim habent poteſtatem ſibi à iure conceſſam. Poteſt tamen contra eorum electionem excipi, & ad Prouincialem, ſeu Vicarium in Conſilio PP. Prouinciæ ſpectat exceptionum cognitio. Inter ſe verò Diſſinitores hunc locum tenent, vt Magiſtri Prioribus non Magiſtris, & antiquior Magiſter iuniori, & Priores inter ſe iuxta Conuentuum, vel Nationum ordinem anteponantur Romæ 1553. declar. 4. & 1558. confir. 9.

CAPVT XXXVIII.

De electione Prioris in Ordine Prædicatorum.

SVMMARIVM.

1 *Electores Prioris debent eſſe de Conuentu. numer. 1.*
2 *In Ord. Præd. debent eſſe ſacerdotes profeſſi à ſex annis. num. 1.*
3 *Depoſitati extra Conuentum ſunt vocales. numer. 1.*
4 *Quid ſtatutum ſit pro Prou. S. Thomæ. num. 1.*
5 *Tempus electionis eſt menſis a notitia vacantiæ Prioratus. num. 2.*
6 *In hac electione ſeruanda forma cap. quia propter, Concil. Trid. & Cap. Bonon. 1564. num. 3.*
7 *Scrutatores ſunt Supprior vel Vicarius eius & duo antiquiores. num. 3.*
8 *Electus qui à maiori parte vltra medietatem eſt nominatus. num. 3.*
9 *Vicarius extraneus non poteſt eſſe ſcrutator ordinarius, ſed bene poteſt eligi. num 4.*
10 *Scrutator, eſſe poteſt, ſi ſit de ſenioribus, numer. 4.*
11 *Eligendus debet eſſe profeſſus a 12. annis num. 4.*
12 *In Indijs & Prouincia Theutoniæ ſufficiunt 8. anni. num. 4.*
13 *Et Conuerſus à 12. annis admiſſus ad habitum clericalem, & qui ad ordinem reuertitur à 12. annis reuerſionis. num. 4.*
14 *Per ſe non eſt neceſſe, quod ſit actu ſacerdos. numer. 4.*
15 *Debet ſcire proponere verbum Dei. num. 5.*
16 *Et ſanus vt poſſit ſequi chorum. num. 6.*
17 *Matura ætatis iuxta qualitatem Conuentuum. numer. 7.*
18 *Non impeditus. num. 8.*
19 *In aliquib. Prouincijs Prior vnius Conuentus non poteſt eligi in alio. num. 8.*
20 *Non germanus frater Prioris antecedentis. num. 9.*
21 *Et in aliquibus Prouincijs, nec conſanguineus. num. 9.*
22 *Non recuſauerit fieri Mag. Nouitiorum. num. 10.*
23 *Non Vicarius ab extra miſſus. num. 11.*
24 *Nec qui fuit Prior eiuſdem Conuentus niſi ſeruato interſtitio. num. 12.*
25 *Niſi in Prou. Theutoniæ. num. 12.*
26 *Et in alijs Prouincijs etiam ſunt ſpeciales diſpoſitiones. num. 12.*
27 *Nec lector de recenti. num. 13.*
28 *Nec manens extra ordinem nec reiectus ab alio prioratu ſine remiſſione. num. 14.*

Alio-

29 *Aliorum Conuentuum fratres & Prouinciarum poſſunt eligi.num.*15.
30 *Electio Prioris debet confirmari à Prouinciali. numer.*16.
31 *Quando Prouincialis inſtituit Priorem debet id facere de conſilio PP. num.*17.
32 *Officium Prioris quando incipiat. num.*18.
33 *Diuerſimode durat num* 18.
34 *Ad nonam electionem non proceditur ex non conſenſu electi. num.*19.
35 *Debet Prouincialis per verbum caſſo annullare electionem. num.*19
36 *Etiam ſi electus non acceptet debet electus abſolui. num.*19.

1 IN Prioris electione Electores ſunt Fratres profeſſi, qui ſunt de Conuentu pro quo, & in quo Prior eſt eligendus. Et hoc eſt de iure communi. In Ordine vero Prædicat. debent eſſe Sacerdotes habentes ſex annos à profeſſione, & ante duos menſes à vacantia Prioratus bona fide iu Cōuentu aſſignati, vt latiùs explicatum eſt ſopra cap.3. & cap. 10. à num. 108. Vbi verò Conuentus ad minus alat tres vocales poteſt ſibi Priorem eligere. Quàmuis iſti vnum de Collegio eligere non valeant. Et cnm Valentiæ 1647. pro Prouincia Bethicæ declaratum fuiſſet, quòd depoſitati ſimpliciter extra Conuentum non habeant vocem, Romæ 1650. vniuerſaliter ſtatutum eſt hos depoſitatos eſſe vocales. Immò quòd vocandi ſint ad electionem etiam ſi ſint extrà dietam, uiſi ratione ſcandali ſint extra poſiti. Et pro Prouincia S. Thomæ ordinatum eſt, vt nullus renunciet voci, ſi ex hoc impeditur electio. Vlyſip. 1618. Pro eadem etiam Prouincia, quòd ſolùm duo affines, vel conſanguinei, vel vterini fratres, qui ſint antiquiores poſſint habere vocem in eodem Conuentu ordinatum eſt *Pariſ.* 1611.

2 Tempus verò electionis eſt vnus menſis à vacantiæ à Prioratus notitia inchoandus. *Conſt.d.* 2. *cap.*2. §.5. In quo ſi Electores non eligant, electio deuoluitur ad Prouincialem.

3 Forma electionis eſt ſolùm per ſcrutinium ſchedularum ſeruata forma *cap. Quia propter*, & Concil. Trident. ſeſſ.25. cap. 6. de Regul. & hoc eſt de iure communi, vt probatum eſt cap.9. & in Ordine Prædicatorum debet ſeruari forma Cap. Bonon. 1564. *Gloſſ. Conſtit. cap.*1. §.1. *lit. C.* In hac verò electione ſcrutatores ſunt duo vocales antiquiores, & Supprior, vel Vicarius, qui in carentia, aut abſentia Supprioris Conuentum regit. Et ita ſi contingat mitti Vicarium ſupra Suppriorem etiam cum voce actiua, ille diriget quidem electionem, ſed non fungetur munere ſcrutatoris, ſed Supprior erit ſcrutator. *Gloſſ. diſt* 2. *cap.* 2. *lit. D.* Quod ſi contingat Suppriorem Conuentus non habere ſex annos à profeſſione, tunc ipſe nec vocem habebit in electione, nec fungetur officio ſcrutatoris. Sed in eo caſu per vota ſecreta eligetur tertius ſcrutator, vt habetur ex Cap Rom. 1656. declar. 11. & expreſſius ad petitionem Prouinciæ Peruanæ declarauit Reuerendiſs. P. Generalis Marinus die 10. Iunij 1660. Vt verò cenſeatur electus debet habere duo vota ſupra mediatem eligentium prout ſtatuitur in *Conſt. d.* 2. *c.* 7. §. 5. Scrutinio autem peracto, & facta collatione numeri ad numerum, & ſcrutinio publicato is à Suppriore, vel Vicario primo ſcrutatore eligetur nomine communi, qui inuentus fuerit nominatus ab vno, vel ſi ſit præſens à duobus vltra medietatem. *Conſt. d.* 2. *c.* 2. §. 3. & *Gloſſ. lit A.* & *lit. H.* ſi tamen primus ſcrutator ille fuerit, qui à maiori parte fuerit nominatus, & cuius electio debeat publicari, eam publicabit ſecundus ſcrutator. *Gloſ. Conſtit. ibid. lit. A.* Poteſt etiam, ſi placuerit Conuentui eligi quartus ſcrutator, qui ſit de corpore *cap. Gloſ. d.* 2. *c.* 2. §. 1. *lit. A.* & in quartum ſcrutatorem poſſet eligi Vicarius datus ſuper Suppriorem, ſi haberet vocem. Nam non repugnat Vicarium eſſe ſcrutatorem, ſi vel ſit electus, vel ſit de ſenioribus, vt de ſcrutatoribus Cap. Prouincialis aduertit. *Camillus c.* 2. *n.* 7. In quocumque verò caſu in quo eſſet ſcrutator, nunquam eſſet primus, ſed poſt Suppriorem ſcrutaretur iuxta ordinem antiquitatis profeſſionis, vel omnium vltimus, ſi eſſet ſcrutator quartus. Sed & ſi aliquis ex ſcrutatoribus ſit impeditus, alius à maiori parte vocalium eligit *Conſtit. diſt.* 2. *cap.* 7. §. 5. *lit. E.* Scrutator autem quartus votis publicis eligitur per vocum pluralitatem.

4 Multæ autem ſunt conditiones neceſſariæ in eligendo ad officium Prioratus. Prima eſt, vt ſit dicti Ordinis à duodecim annis profeſſus. *Gloſ. Conſt. d.* 2. *cap.* 2. §. 6. *lit. O.* quod & de Conuerſis ad habitum Clericalem receptis intelligi debet, vt nōniſi à duodecim annis receptionis habitus Clericalis, ſi poſt poſſeſſionem in habitu concurſorum recepti fuerūt ad Clericalem habitum eligi poſſint. *Vallisolet.* 1605. *declar.* 6. *Roma* 1629. *declar.* 9. *Camill. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. *Font. tit. de Conuerſis num.* 38. & in eo, qui ex alio ordine redit ad Ordinem noſtrū iſti anni 12. computari debent à tempore quo reuertitur *Bonon.* 1615. *ord.* 9. *Camill. vbi ſupra.* In Prouincijs tamen Indiarum ſufficit, quod eligendus habeat octo annos à profeſſione Valent. 1596. ordin. 10. & idem in Prouincia Teuthoniæ Romæ 1629. Addit *Camill. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 1. *ex formular. ord.* quòd eligendus in Priorē debet eſſe Sacerdos, & hoc eſt verum, quia debet eſſe talis, vt iuxta ius commune *cap.* 1. *de ætat. & qualit.* infra annum ordinetur, non quia ſit neceſſe, vt ſit actu Sacerdos. Quàmuis moraliter ſit impoſſibile, quòd in Religione profeſſus 12. annorum (niſi ſit impeditus) non ſit actu Sacerdos, non eſt verò capax, vt eligatur niſi ſit profeſſus 12. annorum, & ex conſequenti ætatis ad minus annorum 28.

5 Secunda conditio eſt literatura talis, ac tanta, vt nullus eligatur, aut confirmetur in Priorem, niſi ſciat grammaticè loqui abſque falſa latinitate, & ſit ita inſtructus (ſaltem in moralibus ſacræ Scripturæ) vt ſciat proponere competenter verbum Dei in ſuo Conuentu, quod ſi ſecus factum fuerit in Conuentibus habentibus integrum numerum Fratrum, Cōfirmator abſoluatur, & per triennium omni officio ordinis priuetur. *Conſt. diſt.* 2. *c.* 2. §. 5. & *Gloſ. ibi lit. P. Donat. par.* 3. *tract.* 5. *q.* 6. *n.* 4. *Camill. par.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. *Fontan. titul. de electiou. Prioris num.* 36.

6 Tertia conditio eſt ſanitas talis ac tanta, vt eligendus poſſit ſequi Chorum, Dormitorium, Refectorium, & communia prout decet, vt ex Capit. Toloſ. 1372. Cœnoman. 1491. Romæ 1571. habet

habet

bet *Gloſs.d. lit.P.* & in Cap. Vlyſip. 1608.ex decretis Clem.VIII. additur. Vt ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipuè eligantur, qui poſſint, & conſueuerint regulas ordinis,& conſtitutiones obſeruare, præſertim quæ pertinent ad ſeruitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

7 Quarta conditio eſt morum grauitas, ideoque & competens ætas, quæ pro diuerſitate Conuentuum diuerſa eſſe debet. Nam in Conuentibus vbi ſtudia generalia vigent, eligi non debent niſi Patres graues, literiſque ornati,qui valeant,& ſtudium promouere, & conſeruare in officio iuuenes ſtudentes. *Gloſs.d.lit.P.* ex Cap.Generali Rom. 1571.*Font.num.*27. In Prouincijs Lombardiæ, & Romana ex ordin. Cardin. Alexand. Ordinis Protectoris in Conuentibus, in quibus Prioratui eſt annexa cura Monialium, Prior debet eſſe ætatis annorum 40. & ab habitus ſuſceptione 20. & in Conuentibus in quibus adeſt Lector Theologiæ, vel vbi habetur Curia Principum, Prior debet eſſe ann. 35.ætatis & 17. ab habitus ſuſceptione, & in reliquis Conuentibus ætatis annorum 30. & à profeſſione 15. *Vrcean. in ſum. paruo titul. de eligent. qualit.*

8 Quinta conditio eſt, vt eligendus non ſit impeditus in alio officio:ſic in eiſdẽ Prouincijs Lombardiæ, & Romana qui eſt actualiter Prior in vno Conuentu, non poteſt in alio eligi, ex ordinat. d. Card.Alexand. *Vrcean.in ſum.paruo titul.de eligend. qualit.* Inquiſitores autem eligi poſſunt in Priores, ſed iam non poterant confirmari inconſulto Magiſt. Ord. ex Cap.Rom. 1580. admon.3. modò verò confirmari non poſſunt inconſulta Sacr. Congregatione Vniuerſalis Inquiſitionis. *Font. nu.*45. In communi verò, quòd Priores vnius Conuentus poſſint eligi in alio Conuentu tanquam conceſſum Apoſtolica auctoritate in Cap.Placent. anno 1310. refert *Camill.in ſum. tit. de non eligend. Sed Fontana num.*31. ſe id non inueniſſe refert in d. Cap. Placent. ſed ſolum Argen. 1307. prohibiti ſunt Prouinciales ne niſi de raro, & ex cauſa plurimum rationabili, & vrgente, qui actu alicui Conuentui præſunt dentur Priores in alijs Conuentibus,ſi cõtigerit eos poſtulari. Pro aliquibus etiam alijs Prouincijs, vt pro Prouincia Aragoniæ ſtatutum fuit Neapol.1600. & confirmatum Bonon. 1615 vt Priores actuales non poſſint eligi, & confirmari in Priores alterius Conuentus, (aliquibus principalioribus Conuentibus, ſcilicet Barcinon. Cæſaraugust. Valent. & Maioricen. exceptis) niſi expleto biennio Prioris Prioratus,& electio aliter facta decernitur ipſo iure nulla. *Camill.vbi ſupra*, qui ſubdit,idem fuiſſe ordinatum Bononiæ pro Prouincia S. Petri Martyris Romæ etiam 1650. pro Prouincia Portugalliæ conceſſum eſt, vt Priores actuales poſſint eligi in Priores Conuentus Vlyſip.Et Neap. 1600. Prouinciæ Bethicæ conceſſum eſt, vt in Conuentibus Hiſpalen. Cordub, Granaten. & Malacit. poſſint dari Priores,etiam ſi non expleuerint biennium Prioratus in alijs Conuentibus. Et pro Prouincia S.Thomæ ſtatutum eſt, vt Prioribus nõ proſit,quod renuncient Prioratui, vt alibi eligantur. Mediol. 1622. etiã ſi renuncient in Cap.Prouinciali Vlyſip. 1618. Qui tamen ſunt Priores actuales in ea Prouincia poſſunt eligi Priores Conuentuum Tarent. Monopol. Lucer. S. Io. de Lycio, & Andrien. Pariſ. 1611. Romæ 1612. Tandem verò ſi aliquis ſit cuicumque officio incompoſſibili cum officio Prioratus alligatus,& officio cedere non poſſit, remanet ineligibilis ad officium Prioris.

9 Sexta conditio eſt, vt non ſit Prioris præcedentis germanus frater, hoc enim ſub pœna nullitatis electionis prohibitum fuit. *Gloſs. d.2. c.2.§.5. lit.P.* ex Cap. Rom.1608. ord. 16. Pariſ. 1611. confirm.10. Rom. 1612. confirm. vltima. Et prius pro Prouincia vtriuſque Lombardiæ ordinatum fuerat Romæ 1580. ord.20. vt poſt fratrem, aut ſororem immediatè frater, vel ſoror germana non poſſet fieri Prouincialis, vel Prior, aut Priorißa, vel Supprior, aut Suppriorißa. Et Venet. 1592. pro Prouincia S.Thomæ ordinatum fuerat, vt conſanguinei, & affines non ſuccedant conſanguineis,& affinibus in primo, & ſecundo gradu, quod pro Prouincia Trinacriæ ordinatũ etiã fuit Valent. 1596. Etiam pro Prouincijs Indiarum ſtatutum fuit, vt germanus frater non ſuccedat fratri in Prouincialatu, vel Prioratu. Valliſol. 1605. & in ordinationibus Venerab. Turci additum fuit, vt Prouincialis nec fratrem in Viſitatorem inſtituere, nec Priorem Primarij Conuentus Prouinciæ confirmare poſſit. An verò filius in eodem Prioratu poſſit ſuccedere Patri, dictum fuit ſupra *cap.*15. *quæſt.* 22. *à num.*268.

10 Septima conditio eſt, vt eligendus non recuſauerit Magiſterium Nouitiorum, ad quod in Capitulo Prouinciali fuit deſignatus. Qui enim ſic deſignati recuſant illud officium, ſunt perpetuò inhabiles ad officium Prioratus, exceptis Magiſtris in Theologia, Patribus Prouinciæ, & Lectoribus, aut Prædicatoribus actu legentibus, & prædicantibus. Cap.Gener. Pariſ. 1611. ord.4.

11 Octaua Conditio eſt, vt eligendus non ſit Vicarius miſſus ab extra a Prouinciali, vt dirigat electionem. Nam talis Vicarius, etſi ſit legitime miſſus,vel ad ſedandas diſſenſiones, vel ad dirigendam electionem non exiſtente in Conuentu, qui illam dirigere ſciat, & etſi tunc habeat vocem actiuam, tamen paſſiua voce caret. Sic enim fuit ordinatum Romæ 1553.ord.12.& confirmatum Auenione 1561.confir.10.&Bonon. 1564.conf.6.Addit *Camill.in ſum.tit.de elig.* electionem talis Vicarij eſſe ipſo iure nullam, nam hoc expreſsè explicatum, & declaratũ fuit Auenion. 1561. confir.10. & Bonon. 1564. confirm.6. Viſitatores etiam & eorum ſocij quandiu ſunt Viſitatores non poſſunt eligi in Prouinciales aut Priores illarum Prouinciarum, aut Conuentuum, quorum ſunt Viſitatores, & eorum electio nulla decernitur, ſi contingat eos eligi. Capit.Gener.Neap. 1601.ord.7.& Rom.1601.conf.13. & Valliſol.1605.confir.9.

12 Nona Conditio eſt, vt qui fuit Prior alicuius Conuentus non reeligatur in Priorem eiuſdem, niſi ſeruato interſtitio duorum prioratuum, ſcilicet ſex annorum ſi Priores ſint triennales, vel quatuor annorum ſi ſint biennales. Vt habetur ex *Gloſſ.conſtitution. diſtinct.*2. *cap.*2.§.5.*lit.P.* Vbi vitio impreſſoris habetur, quòd vbi Priores durant per triennium non reeligantur niſi poſt quadriennium, & debet dici, *vbi Priores durant per biennium &c. Camill.in ſum.vbi ſupra Font.num.*41.& pro Prouincia Aragoniæ Romæ 1632. ordinatum fuit, vt non diſpenſetur ſuper hoc interſtitio niſi ob cauſas ne-

ceſſa-

Digitized by Google

ceſſarias à Prouinciali cognitas, & niſi ipſe Prouincialis petitioni ſubſcribat. Et pro Prouincia Dalmatiæ ordinatum fuit Mediolani 1622. vt pro prima vice interſtitium duorum Prioratuum, & ſecunda vice trium, & ſic ſemper addendo interſticium vnius Prioratus. In Prouincia tamen Theuthoniæ Priores, & Prioriſſæ in eodem Conuentu toties reeligi poſſunt, quoties Prouinciali videbitur expedire. Sic enim ſibi conceſſum fuiſſe auctoritate Apoſtolica denunciatum eſt Romæ 1629. pro Prou. Theuton.num.7.ſeruatis tamen conditionibus in conceſſione contentis. Pro Prouinc.etiã Toloſ. conceſſũ fuit Romæ 1644, vt Prouincialis poſſit confirmare electos etiam non expleto quadriennij interſtitio, & prorogare illos vltra quadriennium ſi fuerint reelecti, in caſu tamen neceſſitatis & priùs monito Generali, illique ex poſita neceſſitate.

13 Decima Conditio eſt, vt eligendus non ſit lector de recenti laureatus, & nondum in legendo occupatus. Ne enim impediantur iuuenes lectores à ſtudio, & fiant aptiores & doctiores per exercitium docendi, ordinatum fuit Mediolani 1340. ordin.8. vt redeuntes de ſtudijs Generalibus non eligantur in Priores, aut confirmentur niſi prius per tres annos legerint, *Font. num.*54.

54 Qualiter verò, qui vel extra ordinem commorantur, vel prius in alio Conuentu electi aut poſtulati eorum electio, aut poſtulatio vitio perſonæ fuit reiecta, vel irregulares ſunt aut inhabiles non poſſint eligi, ſupra cap.25. ſatis explicatum eſt. Numerare vero caſus in quibus aliquis eſt priuatus voce paſſiua, vel inhabilis vt eligatur longioris eſt inquiſitionis.

15 Ex eo verò quòd aliquis ſit Religionis alterius Conuentus vel Prouinciæ non impeditur, quin poſſit in Priorem eligi, & confirmari Auenion.1442. Hoc tamen limitatur Romæ 1508. vt niſi notorie ſint idonei non eligantur aliarum Prouinciarum filij, antequam per triennium in Prouincia extiterint. Pro Prouincia Toloſana ſtatutum fuit Vlyſipon.1658. vt in electionibus ad Prioratus idonei filij Prouinciæ præferantur. Et Valent.1596. reuocatum fuit quod conceſſum fuerat Prouincijs Mexicanæ, & de Oaxaca, ſcilicet vt in illis non eligerentur in Priores niſi qui eiſdem erant affiliati.

16 Electus autem non poteſt adminiſtrare niſi confirmatur à Prouinciali, qui etiam illum confirmat de conſilio diſcretorum, ſi ſibi viſum fuerit. Pro Prouincia autem Teuthoniæ conceſſum fuit Romæ, vt ſufficiat ſi Prouincialis conſilium quatuor Patrum vniat.

17 Quando autem contingat Priorem in aliquo Conuentu inſtitui à Prouinciali, ex eo quòd Conuentus non alat tres vocales, id fieri non poteſt à Prouinciali niſi vocatis ad Conſilium ad minus 6. Patrib. illias quarterij, aut Vicariatus in quo reperitur. quorum Patrum votum ſit deciſiuum, & inſtitutio aliter facta decernitur nulla, Cap. Rom.1656.

18 Officium autem Prioris incipit a die, & hora acceptationis Cõfirmationis illius Romæ 1530. declar.10. & 1629. ord.11. Diuerſimodè autem durant. Nam biennales ſunt vt in Prouinc. Italiæ Toloſana, Bonon.1615. Greciæ Rom.1644. Siciliæ Rom.1546. Rom.1644. Triennales autem ſunt in Prouincijs Hiſpaniarum, & Indiarum, vtriuſque Germaniæ, Prouincia Prouinciæ, occitana, & alijs.

19 Sunt autem circa huiuſmodi Prioris electionem nonulla vlteriùs aduertenda. Nam de iure communi electus conſentit electioni, & poſt præſtitum conſenſum, ſi re integra, & antequam negotium ſit delatum ad Confirmatorem, renunciet, electores nullo alio expectato iudicio confirmatoris ad aliam procedunt electionem. Sed in Ordine Prædicatorum electio conſenſus non poſtulatur, nec electus poteſt renunciare iuri ſuo, cum ex electione non acquirat Ius. *Gloſſ.diſt.2.cap 2.§.3. lit.L.* Vnde eſt, quod ad ſecundam electionem procedi non poteſt, niſi caſſata prima. Et ſecundò conſiderandum quòd in hoc ordine non intelligitur caſſata electio, ſi Prouincialis dicat vocalibus, *ite eligite vobis alium, quia hunc electum nolo confirmare*, ſed Prouincialis debet caſſationis decretum per verbum *caſſo* exprimere. Tertiò quia eſt in poteſtatẽ ſuperioris etiam nolentem acceptare Prioratum compellere ex voto obedientiæ ad illum acceptandum, ideo ſi electus, & confirmatus nolit acceptare Prioratum, non per hoc vocales poſſunt ad nouam electionem procedere, niſi Prouincialis non acceptationem approbet & electum abſoluat, & ſic remaneant vocales non impediti ad nouam habendam electionem. Quod extenditur etiam in caſu in quo electus habeat priuilegium vt non poſſit cogi ad Prioratum accipiendum, quia tunc licet non ſit neceſſe Priorem abſolui tamen eſt neceſſe electionem caſſari, ſi electus Prioratum non acceptat, *Gloſſ.diſt.2. cap.2.§.3. lit.L.* Parum autem intereſt, quòd vt aduertit *Fontana tit.de elect. Prioris nu.*47. *Gloſſa cit.*et Capit.Vict 1321.& Tholoſ.1304.in quibus nihil tale habetur, & anno 1321. non Victoriæ, ſed Florentiæ fuit celebratum Capitulum Generale, Victoriæ verò fuit celebratum anno 1331. vt refert Camillus, ſed nec in eo aliquid tale habetur. Nam cum, vt ſubdit Fontana hoc fuerit ſancitum in Cap.Ianuen.1305. alicuius ſcribentis errore vnũ Capit. pro alio poſitum eſt. Specialiter etiam pro Prouincia Franciæ ſtatutum fuit Vlyſip.1618. vt Prouinciales grauiores Patres poſſint compellere ad accipiendos Prioratus etiam miſerabilium Conuentuum.

CAPVT XXXIX.

De electione Socii Prioris, & Electoris Prouincialis.

S V M M A R I V M.

1 *Socij Prioris, & Electores Prouincialis alio nomine dicuntur Diſcreti. n.1.*

2 *Duplex eorum officium. n.1.*

3 *Eliguntur à Conuentibus. n.1.*

3 *Forma electionis eorum. n.2.*

5 *In aliquibus Religionibus eliguntur per ſortes. num.2.*

6 *Tempus electionis eorum. n.2.*

7 *Quod*

Digitized by Google

7 *Quodnam in Prouincia Lombardia. n. 2.*
8 *Debent deferre literas teſtimoniales. n.3.*
9 *Eorum electio vtilis. n.3.*
10 *Iſti aliquãdo Socij aliquando d eunt Electores. n.4*
11 *Vno impedito Conuentus alium eligit. n.4.*
12 *Electores horum ſociorum ſunt qui ſunt Electores Priorum. n.4.*
13 *Eligendus in ſocium debet habere 12. annos à profeſſione. n.5.*
14 *Annos apoſtaſiæ detrahi debere etiam ad hoc vt quis dici poſſit eſſe profeſſum 12. annorum, quidam ſentiunt. n.5.*
15 *In pœnis non fit extenſio de caſu ad caſum. n. 6.*
16 *Anni apoſtaſiæ computantur in ordine ad præcedendum. n.6.*
17 *Apoſtatæ propriè non ſunt extra obedientiam, ſed inobedientes. n.6.*
18 *Ordinatio qua ſtatuitur vt anni exiſtentiæ extra obedientiam ordinis non computentur, non afficit eos qui extra ſunt ad officia in gloriam ordinis redundantia. n.7.*
19 *Anni apoſtaſiæ ſunt computandi in ordine ad vocem paſſiuam. n.7.*
20 *Pœna lata in cap. cum in cunctis 7. de elect. non afficiunt eligentes indignum ſocium, quia officium ſocij non eſt curatum. n.8.*
21 *Eligentes indignum, ſi eorum electio non publicatur non ſunt priuati voce. n.9.*
22 *Votum eligentis indignum non eſſe computandum aliqui ſentiunt. n.10.*
23 *Vota inutilia non computanda. n.10.*
24 *Priuatur voce eligens indignum, ſi publicatur electio. n.10.*
25 *Vbi minor pars in ſcrutinio eligit indignum, non remanet priuata voce. n.10.*
26 *Vota euidenter inutilia non ſunt computanda. n.11*
27 *Ea vota inutilia non computanda, quæ non exprimunt parum & abſolutum conſenſum. n.11.*
28 *Electus per 7. vota, & 14. quorum 7. elegerunt vnum, & 6. elegerunt inhabilem, & alius elegit habilem, non potuit confirmari. n.7.8.9.10.& 11.*
29 *Eligendus debet eſſe aſſignatus in Conuentu. nu.12.*
30 *Non tamen eſt neceſſe quod ſit præſens, debet tamen eſſe vocalis. n.12.*
31 *Poteſt idem eligi in ſocium ſucceſſiuè ad plura Capitula. n.13.*
32 *Supprior non poteſt eligi in ſocium niſi in ſuo Conuentu nu.14.*
33 *Supprior ſi ſit Prædicat. Genenералis poteſt ire ad Capitulum. n.14.*
34 *Electus in ſocium, ſi fiat Supprior, non poteſt ire ad Capitulum. n.15.*
35 *Socius electus ante Prouincialis mortem pro Capitulo Prouinciali, mortuo Prouinciali non ſubſiſtit, ſed alius eſt eligendus. n.16.*
36 *Forma electionis ſocij. n.17.*
37 *Requiritur vt electus ſit nominatus à maiori parte vltra medietatem. n.17.*
38 *Quid in Ordine Minimorum. n.17.*
39 *Quis in hac electione ſit ſcrutator & præſes. n18.*
40 *Electio Socij non confirmatur. n.19.*
41 *Si ſuperſedeatur à Capitulo Socius prius electus non ſubſiſtit. n.20.*
42 *Socius electus pro Capitulo Prouinciali non ſubſiſtit, ſi electio fieri debet per Electores. n.21.*
43 *In electione Electoris Prior habet vocem. n.22.*
44 *Quoties noua inſtat electio nouus Elector debet eligi. n.23.*
45 *Si ſtatim poſt ſeptuageſimam fiat electio, non habent votum aſſignati infra bimeſtre. n.23.*

1 SOCII ſunt veluti Procuratores Conuentuum ad agendum in Capitulo Prouinciali, & in Ord. Minorum, & Minim. dicuntur diſcreti. *Sigiſ. dub.* 109 *num.* 1. *Peyr. in formul. lit. E. cap.* 10. *num.* 1. & duplex eſt eorum officium, vnum ſubſtantiale, quod eſt eligere Prouincialem nomine Conuentus, à quo mittuntur, & aliud eſt deferre ad Capitulum defectus Superioris localis, & etiam Fratrum. *Sigiſ. d. dub.* 109. *num.* 3. & propterea in Ordine Prædic. ſimul cum electione Socij habetur ſcrutinium ſuper amotione, vel retentione Priorum, quod datur ſocio deferendum ad Cap. Prouinciale *Conſtit. diſt. 2. cap. 7. §. 4.* Horum verò Sociorum, ſeu Diſcretorum electio tam actiuè, quam paſſiuè pertinet ad fratres Conuentus à quo mittuntur, *cap. final. de ſupplend. neglig. Prælatorum, vbi Gloſſ. v. communiter, Sigiſm. & Peyr. vbi ſupra Caſtell. cap.* 15. *nu.* 4. *Samuel. tract. 3. diſput. 3. controu. 4. Camill. par. 2. cap.* 8 *n.* 1. *& tract. 4. cap. 23. n. 9. Lanorius*, cuius Opuſ Variarum lucubrat. cum pluribus alijs quibus vſus ſum in hoc tractatu mihi commodauit Dominus Sanctes de Pilaſtris Cauſarum Religionis meæ & Officij hic in Curia diligentiſſimus Patronus, & cui in his ſcriptis gratias reddo, quas debeo.

2 Forma verò apud omnes Religiones ſeruanda eſt illa, quæ eſt ſtatuta in Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap 6. de Regularibus. In aliquibus Religionibus ſeruatur forma *cap. quia propter*, cum qua ferè coincidit in Ordine Prædicatorum forma ſtatuta in Capit. Bonon. 1564. & in aliquibus Religionibus eligi per ſortes notat *Sigiſm. d. dub.* 109. *& dictum eſt ſupra cap. 18. q. 3 nu. 6.* & tempus electionis Socij nõ eſt determinatum, ſed eligi poteſt inſtante electione Prouincialis ad vocalium arbitrium. Quando Capitulum celebratur in Dominica *Deus, qui errantibus* poſſe fieri electionem Socij à ſecunda feria poſt Septuageſimam conceſſum fuit Prouinciæ S. Thomæ, Bononiæ 1615. & Valont. 1647. Pro Prouincia Lombardiæ in paruo ſummario *Ordin. tit. de elect. Socior.* referuntur aliquæ ordinationes Cap. Prouincialium, ſcilicet Placent. 1584. & Bonon. 1597, & 1599. in quibus decernitur, vt electio Socij habeatur feria 6. ante Octauam Paſchæ, vel infra octo dies vſque ad proximam ſequentem feriam ſextam poſtquam Supprior poterit procedere in eo tantùm caſu, in quo ſuperueniant vocales, qui adimpleant numerum quinque vocaliũ. Et regulariter tunc temporis in ea Prouincia eligitur Socius. Sed conſiderandum eſt, quod vita Capituli Prouincialis durat vſque ad Capitulum ſequens, nec habet facultatem condendi leges perpetuas *Conſtit. in prol. §. 9.* Nec potuerunt illa Capitula pro ſemper reſtringere tempus conceſſũ pro eligendo Socio à iure cõmuni, & Conſtitutionibus. Vnde & in illa Prouincia poteſt eligi Socius inſtante vacantia, vel electione Prouincialis, ſeu Capitulo intimato.

3 Debent verò iſti Socij, ſeu Diſcreti deferre ad Capitulũ literas teſtimoniales ſuæ deputationis, & mandati ſecundùm morem cuiuſcumque Religio-

nis

nis formatas, & authenticatas, aliter eis non crederetur. Sic in Ordine Prædicat. decernitur, *diſt.* 2. *cap.* 5. §. 5. & idem pro Ordine Minimorum aduertit *Peyr. in formul. lit. E. cap.* 10. *num.* 3. Qualiter verò horum Sociorum electio vtilis ſit, & pro tali habenda ex *Miranda* aduertunt *Sigiſm. d. dub.* 109. & *Samuel. d. contr.* 4. *nu.* 9.

4 Iſti igitur in Ord. Prædicatorum aliquando dicuntur Socij Prioris, quando celebratur ſimul electio Prouincialis, & Capitulum Prouinciale, & aliquando dicuntur Electores, quando Prouinciæ congregantur præcisè ad eligendum Prouincialem vel etiam Diffinitorem Capituli Generalis. Cum tamen non omnes Conuentus habeant ius mittendi Socios habentes ius ſuffragij ad actus Capitulares. Quando autem, & quibus Conuentibus id conueniat, iàm ſatis conſtat ex dictis ſupra de Prioribus. Iſti verò ſocij eliguntur à Conuentibus, qui ſocio priùs electo impedito, ſi tempus permittit, alium eligunt. *Conſt. d.* 2. *cap.* 3. §. 7. & quantùm ad eorum Electores ſufficiat hoc dixiſſe, quod non habent ius ad eligendum huiuſmodi ſocios, niſi illi Electores, qui habent conditiones neceſſarias ad eligendum Priorem, & qui tunc Priorem eligere poſſent, ſi opus eſſet, cum eligendus eſt Socius.

5 Conditiones verò eius, qui eſt eligendus in Socium, præter illas quæ de iure in omni eligibili requiruntur, ſunt, vt in Ordine Prædicatorum primò ille habeat 12. annos à profeſſione Valent. 1596. *Camill. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 5. *Fontana tit. de elect. Socij num.* 3. Hic verò occurrit dubitatio, an ſcilicet ex quo Apoſtatis reuerſis ad ordinem anni in quibus fuerunt in apoſtaſia non computantur quantùm ad locum, vt habet clarè *Conſt. diſt.* 1. *c.* 20. §. 2. etiam in ordine ad electionem anni illi detrahi debeant, ita vt qui verè à 12. annis eſt profeſſus, ſi interim per duos annos fuit apoſtata, cenſendus ſit, ac ſi ſolùm eſſet profeſſus decem annorum. Et ideo nedum ex vi apoſtaſiæ, ſed ex eo, quòd non ſit profeſſus 12. annorum ſit ineligibilis. *Scropha in quæſt. moral. q.* 34. reſpondet affirmatiuè. Nam propoſito caſu, in quo in vno Conuentu cum eſſent 14. vocales ſeptem elegerunt habilem, & vnus elegit alium habilem, & 6. elegerunt B. qui fuerat Apoſtata, & detracto triennio ſuæ apoſtaſiæ non habebat niſi nouem annos à profeſſione, reſpondet hunc fuiſſe inhabilem, & indignum, vt eligeretur, & quod qui eum nominarunt fuerunt ipſo facto priuati voce, & quòd electio facta de illo, qui habuit ſeptem vota fuit valida.

6 Sed hæc reſolutio ex omni parte eſt iuri contraria. Primò enim hoc eſt certum iuris principium, quòd in pœnis non eſt habenda extenſio de caſu diuerſo ad alium caſum *regul. odia, & regula in pœnis de regul. iuris in* 6. Conſtitutio autem expreſsè declarat; quòd anni apoſtaſiæ non ſunt computandi quantùm ad præcedentiam loci inter fratres, vt patet ibi. *Ita tamen, quod anni, quibus fuerit in apoſtaſia non computentur ei quo ad locum &c.* & in hoc ſenſu textum explicat *Gloſſa ibi, & Vrcean. par.* 3. *cap.* 29. *& alij communiter*. Nec obſtat quod *Gloſſa ibi*, ſubiungat aliam declarationem, in qua dicitur, quod fratribus exemptis, vel eis qui quomodolibet extra obedientiam Ordinis manſerunt illud tempus nõ computetur inter alios annos ſuæ profeſſionis. Tum quia nec verum eſt, in proprietate, quod apoſtatæ maneant extra obedientiam Ordinis. Aliud enim eſt manere in inobedientia, & aliud eſt manere extra obedientiam. Extra obedientiam manent exempti, quibus ordinis Prælati præcipere non poſſunt, ſicut ſunt aſſumpti ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, vel habentes beneficia extra Ordinem. Sed apoſtatæ ſunt quidem inobediẽtes Ordini, ſed ſub Ordinis obedientia comprehenduntur. Tum quia illa declaratio in ſenſu Conſtitutionis ibi loquitur, vt anni illi non ſint computandi quantùm ad locum.

7 Et adhuc in hoc ſenſu limitanda eſſet, quia de Cardinalibus, & Epiſcopis, item de Magiſtro Sacri Palatij, & Commiſſario S. Officij, & Confeſſario Catholici Regis, eſſet illa declaratio omnino irrationabilis, ſi contingeret, quòd illi redirent ad clauſtrum ordinis. Glorioſiùs enim inſeruiunt ad Dei laudem, & Ordinis gloriam, quàm ſi intra ordinis manerent domicilium, vnde iniuſtum eſſet, ſi ex hoc quodammodo punirentur, & tempus quo fuerunt extra domum regularem (quod tamen longè aliud eſt, quam eſſe extra obedientiam Ordinis) non eſſet illis computandum inter annos profeſſionis illorum. Et illa declaratio facta eſt contra illos, qui cappellanias, & beneficia, & alia ſimilia non ſpectantia ad gloriam ordinis, ſed potiùs ad particulare & priuatum illorum intereſſe, extra Ordinem procurant. Tum tertiò quia cum anno 1546. in quo facta fuit illa declaratio, non adeſſet lex, quæ ſtatuit, vt eligendi habeant 12. annos à profeſſione, quæ facta fuit Valentiæ anno 1596. non poteſt hic caſus ſub illa comprehendi, neque ex illa regulari. Sed per ſe conſideranda eſt lex requirens in eligẽdo 12. annos à profeſſione. Quæ cum ſit iuris communis reſtrictiua, ſtrictè eſt intelligenda, & cum non declaret eſſe ab hoc numero ad hunc effectum detrahendos annos apoſtaſiæ, ideò ſi contingat apoſtatam aliàs remitti ad gratias ordinis, & habilitari ad electiones, ſiue actiuè, ſiue paſſiuè, ſi habeat 12. annos à profeſſione ſua non debet excludi.

8 Alia verò pars reſolutionis, in qua habetur pro valida electio ſocij habita à 7. vocalibus ſex alijs eligentibus indignum, & vno alio eligente alium dignum, eſt omnino iuri contraria. Et dato etiam, quòd lex *cap. cum in cunctis* 7 *de elect.* priuans eligentes indignum iure eligendi comprehenderet electiones regulares, (cuius contrarium eſt verum, vt probatum eſt ſupra c. 29. q. 1.) adhuc nullum habet locum in electione Sociorum, qui non ſunt Prælati, vel officiales ad curam animarũ deputati, cum lex *cap. illius*, quæ illa eſt, ex qua eligentes indignum ſunt ipſo iure priuati voce, non loquitur niſi de electione ad curam animarum, vt ex textu expreſsè patet. Vnde extra rem adducuntur *Innoc. Butrius, & alij*, qui in terminis dicti capitis loquuntur. Præterea adhuc pœna illius capitis non ſe extendit ad quemcumque indignũ, ſed ad indignum ex eo, quod non habeat conditiones, ibidem requiſitas, vt communiter DD. explicant, quos retuli ſupra cap. 29. nu. 22. Inter conditiones verò requiſitas ibi eſt ætas 30. annorum ad Epiſcopatum, & 25. ad beneficium curatum, & de beneficio non curato nihil ibi habetur, & ex iure antiquo ad beneficium ſimplex ſufficiebat ætas ſeptem annorum, licet ex Concil. Trident. ſeſſ. 23.

Fffff cap.

cap. 6. requiratur ætas annorum 14. vt probatum eſt ſupra cap.25.quæſt.33. At verò in eo apoſtata electo nulla deficiebat ætas in eo *cap.requiſita*, cum ad minùs ille haberet annos 28. ætatis, & nec ad officium Socij, quod non eſt curatum ſint neceſſarij anni 25. & aliàs conſtitutio Ordinis Prædicat. requirens in eligendo 12. annos à profeſſione non priuet voce eligentes eum, qui eſt minoris ætatis.

9 Sed præterea etiam ſi illi 6. Electores fuiſſent priuandi voce, ſi elegiſſent in Socium non habentē 12. annos à profeſſione, adhuc falſum eſt, quòd pœnam illam in dicto caſu incurrerint: nam licet illum nominauerint in ſcrutinio, non per hoc eſt ſequuta illius electio, ſed immò in dicto caſu, vt ſupponitur, Supprior elegit nominatum à ſeptem vocalibus, at verò ex nominatione indigni in ſcrutinio, ſi non ſequatur electio, Electores non ſunt priuati voce, vt habetur euidenter ex *cap.perpetuo de elect.in 6.* & eſt ſententia communis DD. probata ſupra d. cap.29.n.77.

10 Nec obſtat illud motiuum, quod adducit, quia ſcilicet, votum eligentis indignum, ſeu inhabilem tanquam nullum habendum ſit pro non dato, ſeu pro renunciatione vocis, nec eſt computandum in numerum, vt in conſilio habito Romæ, & approbato à *Caſtell.cap.15.num.21. probatur*. Nam in caſu, in quo vnus ex Electoribus elegerat inhabilem, Patres decreuerunt illius votum non eſſe computandum, & conſtat, quod vota vel characterizata, vel inutilia, non debent in numerum computari, vt probatum eſt etiam ſupra cap. 18. num.24. Et confirmatur ex eo, quòd Sacr. Congregatio Regularium in vna Peruſina, cum omnes Electores dempto vno elegiſſent indignum, cenſuit ſolum illum vnum elegiſſe ritè, & illius vnius electionem in iuris rigore eſſe canonicam, vt refert idem *Caſtell. ibid.* Nam incipiendo ab hoc vltimo ex eo cognoſcitur æquiuocatio, & inaduertētia arguentis. Nam in caſu deciſo à Sac. Congregatione deuentum fuit ad electionem indigni, quia electio communis, quæ fit ab vno nomine omnium eſt formalitas ſubſtantialis electionis, & actus per ſe diſtinctus, & à ſcrutinio, & à publicatione ſcrutinij, & quantumcūque in ſcrutinio nominetur indignus, & publicetur hoc ſcrutinium nullum ex nominatione indigni, ſi ex eo non proceditur ad publicationem electionis, Electores non ſunt priuati voce, vt expreſsè decernitur in *d. c. perpetuo de elect.in 6.* In caſu verò dictæ Congregationis deuentum fuit ad publicationem electionis, ſeu ad electionem communem, ideo in eo caſu electio facta à maiori parte nulla fuit, & in iuris rigore tenuit electio facta ab vno: ſed vbi minor pars in ſcrutinio indignū nominat, quoniam nec ſcrutinium, nec publicatio ſcrutinij eſt electio niſi attentata, & initiata, ex illa non remanet eligens indignum priuatus voce; vnde euidenter in hoc decepti ſunt PP. qui in cōſilio illo noluerunt computari in numerum votum vnius qui elegerat inhabilem in ſocium, eò quia eligens inhabilem ſit ipſo iure priuatus voce, quoniam cum electio illius non fuerit publicata, ille non erat priuatus voce.

11 Quãuis verò ſit verum, quod vota euidenter inutilia habenda ſunt tanquam nulla, vt probatum eſt ſupra *c.18.q.7.n.24.* tamen conſiderandum eſt, quòd directè ex *cap.in electionibus in 6.* ſolum vota conditionalia, alternatiua, & incerta decernuntur nulla. Et ratio nullitatis eſt ex defectu conſenſus, qui purus, & abſolutus non exprimitur per talia vota, vnde eadem ratione hoc extenſum eſt ad vota inutilia euidenter, & notoriè ex eo, quòd non præſumitur Electorem voluiſſe ex puro, abſoluto, & vero conſenſu eligere eum, qui in eius etiam opinione eſt impoſſibile, vt exerceat illud officium, ad quod eligitur, ſed vbi non eſt in electo notoria impoſſibilitas ad officium, ad quod eligitur, & ita notoria, vt ſit indubitatè notoria etiam eligenti, ſed immò eligens eum eligit, quia putat eum eligi poſſe, & ex vera voluntate, vt ſit electus, tale votum nec eſt inutilè in ſcientia eligētis, ſicut eſſet ſi in ſocium eligeretur, vel mortuus, vel fœmina, vel Papa, vel Generalis, vel Rex aliquis, aut laicus; ſed qui eligitur ex vero conſenſu eligitur, & vt verè ſit electus & quod votum ſit inutile, hoc eſt contra intentionem eligentis. Aliter ſemper vota minoris partis eſſent detrahenda, & non numeranda, quia de facto ſunt inutilia. Numquam igitur votum cenſendum eſt inutile ad effectum, vt non debeat computari, ex eo, quòd indignus eligatur, niſi eligatur is, qui notoriè eſt indignus, & nullo modo neque ex diſpenſatione moraliter poſſibili, vel ex inaduertentia confirmātis obtineri poteſt. Quia hoc votum nec eſt cenſendum nullum, quia ſit indigni, nam datur ceſſat hæc nullitas, quia huic pœnæ non ſubditur niſi ex vi illius publicetur electio, nec cenſendum eſt nullum, quia non ſit voluntarium, ſeu non exprimat verum, & purum conſenſum. Nam hoc inuoluntarium abſolutum, & efficax non deducitur niſi ſit notoria impoſſibilitas obtinendi electū, vnde colligi poſſit in eligente non abſoluta voluntas, ſed ſola velleitas electionis illius; eò quòd impoſſibilium non datur abſoluta voluntas. Illi verò 6. qui elegerunt illum aliàs apoſtatam, ex vera voluntate illum elegerunt, & ideò vota ex eorum natura, & voluntate eligentis valida erant, & efficacia, & prouenientia ex voluntate quantum ſit ex parte eligentium abſoluta, & efficaci, & ideò fuerunt numeranda, nec potuerunt haberi vt renunciationes vocis, quæ eſt ratio, ob quam vota alba, vel alternatiua, vel notoriè prorſus inutilia habenda ſunt vt nulla.

12 Secunda conditio eſt vt eligendus in ſocium ſit aſſignatus in Conuentu *Conſt.diſt.2. cap.2. §.1. Caſtell.cap.15.nu.16. Camill.vbi ſupra nu:5. Fontana num.4.* & hæc ſecunda conditio in omni Religione eſt neceſſaria, vt ſupradictum eſt. Tertiam conditionem, vt ſit præſens in Capitulo quando eligitur poſuit *Caſtell.* cui conſentit *Camill d.num.5.* ſed merito contrarium deciſum fuit Romæ coram Magiſtro Ordinis die 28. Aprilis 1653. vt refert *Fontana num 5.* Qui tamen vult, vt huiuſmodi Socius eligendus, ſi non ſit præſens, ſit tamen vnus de electoribus, qui ſi eſſet præſens poſſet eligere, quia hoc exprimunt verba illa *Conſtit. diſt.2. cap.7. §.1. Capitulum autem Prouinciale appellamus Priores Conuentuales cum ſingulis ſocijs à pluribus de Capitulo ſuo vltra medietatem eligentium electis.* Ex hoc enim videtur neceſſe eum eſſe de Capitulo eligentium, vnde ad minus eſt neceſſarium; vt eligendus in ſocium ſpectet ad Collegium, & Capitulum electo-

ctorum ſed ex vi dicti textus, neque hoc ſequitur, Capitulum enim ſuum dicitur in eo textu, non quia electus ſit de corpore illius, ſed quia ab eo eligitur. Cum enim in plurali ſit ſermo de ſocijs, & ad valorem electionis ſociorum decernatur, quòd electus debeat eſſe nominatus à pluribus vltra medietatem de Capitulo, per illud adiunctum ſuo, voluit Conſtit. explicare, quòd eius aſſertum debet intelligi cum proportionata diſtinctione & diſpoſitione, vt ſcilicet qui eligitur ſit nominatus à pluribus vltra medietatem eius Capituli, à quo eligitur, ideo ex vi illius textus non habetur, nec quòd electus in ſocium debeat eſſe præſens, & eligens, neque quòd debeat eſſe eligens, ſi non actu, ſaltem aptitudine. Nihilominùs in Cap. Rom. 1656. declaratum eſt, quòd huiuſmodi in ſocium eligendus debeat eſſe vocalis. Et certè alias etiam impoſſibile moraliter eſt, quòd non ſit talis. Quia Sacerdos habens 12. annos à profeſſione, & aſſignatus in Conuentu eſt de corpore eligentium, ſi ſit aſſignatus ante duos menſes, & non ſit voce priuatus.

13 Quarta conditio alias erat neceſſaria, vt ſcilicet eligendus non fuerit ſocius in Capitulo immediatè antecedente. Capit. Bonon. 1564. & propterea ita tenuerunt *Camill. par. 2. cap. 8. num. 6. Samuel. tract. 3. diſ. 1. contr. 2. num. 14.* Sed iam illa conditio non eſt neceſſaria, quia vt refert *Vrcean. par. 3. cap. 20.* fuit id reuocatum Romæ 1569. ord. 26. & ità habet etiam conſuetudo, & ego pluries fui Socius in pluribus Capitulis immediatis, & vbi aliquando fuit alicui oppoſita hæc exceptio vidi illam reijci. Verum eſt, quòd *Gloſſ. conſtit. diſt. 2. cap. 3. §. 5. lit. E.* abſolutè repoſuit ordinationem illam Capit. Bonon. 1564. Vnde videri poſſet nunc non licere eligere eundem Socium pro duobus Capitulis immediatis, ſed cum ordinatio illa Cap. Bonon. fuerit reuocata, ad minus etiam nunc ſeruanda eſt in hoc conſuetudo Prouinciarum, quæ in iure cum ſit fundata, non poteſt dici irrationabilis.

14 Quinta conditio eſt, vt eligendus in ſocium non ſit Supprior Conuentus, cum enim abſente Priore Suppriori incumbat regere Conuentum, Priore eunte ad Capitulum, fuit conueniens, vt non exiret Supprior cum Priore, ſed ille in Conuentu remaneret. *Gloſſ. conſtit. diſt. 2. cap. 2. lit. R.* ex Capit. Generali Bononiæ 1275. & Toloſ. 1304. Addit *Font. tit. de electione ſocij num. 9.* ex Capitulo Burdegalen. 1287. ordin. 4. & tit. de Suppriore ex Capit. Bonon. 1244. ordin. 10. quòd excipiuntur duo caſus, quorum tamen non meminit *Caſtell cap. 15. num. 5.* Primus eſt, vt Supprior poſſit eligi in Socium ſi ſit Supprior in illo Conuentu in quo Capitulum celebratur. Toloſæ 1304. Vel ſi Supprior ſit Prædicator Generalis non obſtante Supprioratu poſſit ire ad Capitulum, & habere vocem Romæ 1608. *Vrcean. p. 3. cap. 20. Camill. par. 2. cap. 8. num. 7.* Qui non videns quare Supprior non poſſit eligi in Socium, ex quo ſi ſit Prædicator Generalis eligi poteſt, manet de hoc dubius, & ait expectandam reſolutionem ſuperiorum. Sed nulla eſt ratio dubitandi, immò ex quo lex eſt, quæ excipit hunc caſum, ſcilicet ſi Supprior ſit Prædicator Generalis, quòd poſſit eſſe ſocius, magis confirmatur lex prior, vt extra hunc caſum non liceat id, quia exceptio firmat regulam in contrarium.

15 Scropha autem in *quæſt. moral. quæſt. 24. nu. 5.* cōtra determinationē factam Ferrariæ anno 1631. à Generali Venerab. Rodulphio putat ſi qui erat electus Socius poſteà fiat Supprior, quòd habeat vocē in electione Prouincialis, quoniā ex quo conſtitutio admittit, vt ſi quis ſit Prædicator Generalis, & Supprior habeat vocem in Capitulo Prouinciali, eadem ratio erit, ſi priùs ſit Socius. Sed euidens eſt paritatem non adeſſe, quia titulus Prædicaturæ Generalis eſt perpetuus, cui non conuenit, vt fiat præiudicium ex eo, quòd inſeruit in officio Supprioris, ſed officium Socij eſt ad particulare negotium, ad quod poteſt eligi alius, & lex non vult, vt fiat præiudicium Conuentui, qui remanere debeat ſine Priore, & Suppriore ſi Supprior & ad Capitulum pro officio ſocij, pro quo Conuentus poteſt mittere alium. Nec obſtat, quòd ordinatio prohibens eligi Socium non irritet electionem, quia ſufficit, quòd ſit irritanda, & quòd electo nullum competat ius ad electionem actiuam *Donat. par. 3. tr. 5 q. 40.*

16 Quarta conditio eſt, vt ſocius ſit electus pro Capitulo in quo eligendus ſit Prouincialis, ſi debet admitti ad eius electionem. Nam ſi contingat vt ante mortem vel amotionem Prouincialis, quis ſit electus ſocius pro Capitulo Prouinciali, ſi poſtea ob Prouincialis mortem Prouincialis eſt eligen. & electio Prouincialis non per Prou. Cap. ſed per Electores eſt habenda, ille Socius prius electus non eſt aptus, ſed alius poſt mortem Prouincialis eſt eligen. *Gloſſ. Conſt. diſt. 2. cap. 3. §. 5. lit. E. in fin.* ex Cap. Gener. apud Briuam 1346. ord. 7.

17 Forma autem ſecundùm quam eligi debeat Socius eſt illa, quæ eſt neceſſaria ad electionem Prioris ex vi Capit. Bonon 1564. *Gloſſ. diſt. 2. lit. A. & capit 7. §. 1. Vrcean. par. 3. cap. 20. Caſtell. capit. 15. num. 7. & 18. Camill. par. 2. cap. 8. numer. 8. Font. tit. de elect. ſocij num. 5.* Ideo ſi ſit præſens debet habere duo vota, vel ſaltem vnum votum cum dimidio ſupra medietatem. *Caſtell. dict. num. 18.* In Ordine Minimorum ſi Diſcreti electio ter repetita contineat vota æqualia, Corrector ex duobus nominatis nominat ad tale munus ex duobus habentibus vota æqualia, quem maluerit, vel in diſparitate votorum qui habuit plura vota *Peyr. in formul. lit. E. capit. 10. num. 4.*

18 In Socij tamen electione in Ordine Prædicatorum ſcrutatores ſunt Supprior, vel eius Vicarius, & duo ex vocalibus antiquioribus. Et non fit ſcrutinium, ſeu decretum electionis ſcriptum ſicut in electione Prioris, ſed Socio dantur literæ teſtimoniales de eius electione, quas ſi non deferat, non admittitur ad electionem. *Camill. num. 8. Font. num. 16.* Diem quoque pro Socij electione habenda præſcribere ſpectat ad Suppriorem, vel Vicarium Conuentus, ſi non adeſt Supprior. *Gloſ. diſt. 2. capit. 3. §. 5. lit. E. Caſtell. cap. 15. num. 24. Camill. num. 2.*

19 Socij autem aut diſcreti electionem non eſſe validam ſine ſua confirmatione cenſet *Sigiſm. dubit. 109. num. 6.* quem ſequitur *Samuel. dict. controu. 4. num. 7.* Quoniam apud multos ordines confirmantur confirmatione verbali, vt de PP. Minoribus de obſeruantia retulit idem *Sigiſm. dub 103.* in alijs verò Ordinibus cenſentur confirmati, ex quo admittuntur ad actus Capitulares ab illis, qui eorum fides teſtimoniales examinant, & approbant; ſed dicitur, quòd horum Sociorum electio nulla indi-

Digitized by Google

get confirmatione,ſed ſtatim ex vi electionis acquirunt ad officium ſocij ius io re. *Et* aliud eſt confirmare officium alicuius, & aliud eſt officialem electum recipere, & admittere. Nam & confirmati Prælati ſi non habent literas teſtimoniales ſufficiẽtes ſuæ confirmationis, vel ſi confirmatio præſumatur non legitima, poſſunt non admitti, licet ſint confirmati.

20 Sunt verò conſiderandI duo caſus, in quibus ſocius electus ex vi electionis non habet ius ſuffragij in Prooinciall Capitulo. Primus eſt ſi ſuperſedeatur illo anno à Capitulo Prouinciali, vnde ſocius non habet ius, niſi pro Capitulo illius anni, pro quo eſt electus, & ſi illo anno non fiat Capitulum debet eligi de nouo ſocius, quàmuis poſſir eligi etiam ille, qui priùs fuerat electus *Gloſs. diſt.2. cap.3.§.5.litt.E. ex Capit. Ferrar.1362. Vrecan. par.3. c.20. Camill. num.6. Fontan. numer.13. Samuel. tract.3. d.3.c.2.n.13.* Negar ramen hoc *Scropha in ſuis quæſt. moral. q.24.* quem ſequitur *Donat. t.5. q.41. & Gloſſ. conſtit.* oppoſitum decernentis explicar, vt loquatur de ſocio Capituli Prouincialis quando non eſt capitulum electionis Prouincialis, & ratio ſua eſt, quia pro vna, & eadem electione non debent eligi plures ſocij, ſed primò electus habet ius ad electionem proximam, quandocunque fiat. Sed uon eſt recedendum à communi intelligentia, confirmata etiam anno 1632. ex conſultatione PP. ſuper hoc habita Pariſijs à Generali Rodulphio. Nam Gloſſa illa explicat textum 5. *cap.3. diſt.2.* vbi de ſocijs electoribus Prouincialis eſt ſermo. Et ratio allata in contrarium nihil valet, quia ſupponit ſalſum, ſcilicet, quòd electus in ſocium acquirat ius ad electionem Prouincialis ſimpliciter, cum tamen non acquirat ius, niſi ad hanc ralem electionem habendam tunc illo anno. Vnde ſi uon habeatur, ceſſat omne ius illius. Procurator enim electus pro actione habenda in aliquo tempore non durat, ſi tunc actio non ſit habita.

21 Alter caſus eſt, quando quis electus fuir in ſocium Capituli Prouincialis, ſed poſtea electio Prouincialis non pertinet ad Capitulum Prouinciale, ſed ad Capitulum electioois. *Gloſs. Vrecan. Camill. vbi ſupra Samuel tract.3.d.1.con.2. num.15.* Si etiam ſocius electus ſit impedirus, Conuentus poteſt alium eligere *Conſt. diſt.2.c.3.§.7. Camill. nu.9.*

22 Quæ verò de ſocio dicta ſunt, intelligi debent de electore, quando Prouincialis non eligitur in Capitulo Prouinciali, ſed in Capitulo electionis. In electoris tamen electione vocem habet Prior Conuentus, qui ramen non debet ſe ingerere in electione ſocij. *Gloſs. Couſtit. diſt.2. cap.3. §.5. lit. D.* ex Capit. Lucæ 1288. & Argentinæ 1299. *Camill. p.2. cap.9. num.4. Font. tit. de elect. electoris numer.4. Samuel tract.3. diſp.1.*

23 Tandem ſocij, aut electores toties debent eligi, quoties noua electio poſt Capiruli prioris diſſolutionem eſt habenda. Ita quòd diſſoluto Capitulo ſi electio caſſetur, non pertinet electio noui Prouincialis ad priores electores, ſed alij ſunt eligendi. Irà ex *Gloſsa loco cit.* colligit *Camill. d. cap.9. num.2.* Cætera quæ de horum ſociorum, aut Electorum electione deſiderari poſſunt, ſumi poſſunt ex dictis ſupra. Solum hoc conſiderandum, quòd benè *Scbropha quæſt.30.* tenet quod ſi ſtatim poſt Septuageſimam fuit electio ſocij io tali electione, quæ eo tempore fieri poteſt ad libitum maioris partis vocalium, vocem non habent non aſſignati antè duos menſes, quia hæc conditio ad vocem actiuam eſt neceſſaria vt probatum eſt ſupra *cap.3.*

CAPVT XL.

De electione Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ.

S V M M A R I V M.

1 *Sub nomine Abbatiſsæ venit Prioriſsa, ſeu Præfecta. num.1.*
2 *Electio Abbatiſsarum Canonica. num.1.*
3 *Proprys legibus dirigenda. num.1.*

1 SVB Nomine Abbatiſſæ, comprehendi etiam Prioriſſas, ſeu alias Monialium Superioriſſas ordinarias adnotarunt *Domin. in cap. indemnitatibus num.3. & ibid Franc. num.3.* Ideo quæ in iure traduntur de electione Abbatiſſæ verificantur de electione Prioriſſæ, ſeu quocumque nomine vocetur Mooialium Præfecta. Canonica verò eſt Abbatiſſarum electio prout de Monialibus S. Claræ declarauit Nicolaus quintus, & refertur in compendio priuileg. *v. Abbatiſsa.* Nam talis electio legibus Canonicis dirigitur, vnde & ex forma canonica perficitur; haber enim Abbariſſarum electio ſuas leges ſpeciales, quibus dirigitur, licet legibus de virorum electionibus decernentibus non ſubdatur. De harum igitur electione tractandum eſt, vt de omniũ Superiorum Eccleſiaſticorum Pontifice inferiorum electione tractatus ſit completus.

S V M M A R I V M.

1 *Electio Abbatiſsæ pertinet ad Monaſterium. numer.2.*
2 *Amens, ſeu non habens expeditum vſum rationis non eligit. num.3.*
3 *Sola profeſsa ſaltem tacite habet votum. num.4.*
4 *Eſt neceſsaria profeſſio eiuſdem ordinis. num.4.*
5 *Conuerſa votum non habent. num.5.*
6 *Electrix debet eſse ætatis 12. & nunc 16. annorum. num.6.*
7 *De iure communi monialis de recenti profeſſa habet votum. num.7.*
8 *Quid in Ordine Minorum. num.7.*
9 *Quid in Ordine Prædicatorum. num.7.*
10 *Cenſura ligata aut voce priuata non eligit. numer.8.*
11 *Irregularitas non conuenit mulieribus. num.8.*
12 *Irregularitas non priuat actiua voce. num.8.*
13 *Electrices tenentur eligere digniorem. num.9.*

Quæ-

Digitized by Google

2 QVæritue autem primò cuius ſit eligere Monialium Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam? Reſpondetur verò hoc ſpectare ad Monaſterium ipſum Monialium. Tum ratione communi, quia Superiorum electiones ad proprias Eccleſias, vel Conuentus, vel Collegia ſpectant, vt probatum eſt ſupea *cap.14.* Tum ſecundò quia in ſpecie de Monialibus hoc habetur *cap. indemnitatibus. de elec. in 6. & ſeſſ.25. capit.6. & 7. Concil. Trident.* Tum quia de Monialibus ſanctæ Claræ hoc habetur *cap.4.* ſuæ Regulæ, & ex conceſſionibus Innocentij IV. & Boniſacij IV. vt reſcrt Compend. Priuil. *v. Abbatiſsa.* Et pro Monialibus Ordinis Prædicatoeum in eorum conſtitutionibus *cap.23.* Sed in hac parte ſeruandæ ſunt leges, & conſuerudines cuiuſcumque Capiculi, vt decernitue in *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.7.*

3 Non omnea tamen Moniales habent ius eligendi Abbatiſſam, ſeu Priotiſſam. Sed ad electricem ptimò ex iure naturę requiritur vſus rationis expeditus in actu electionis, quia non poteſt humano modo eligere, & conſentire, quæ non habet libertatis expeditum vſum; ſolæ enim actiones liberæ humanæ ſunt, *D. Th. p.2. quaſt.1. art.1. & 2.* Ideo nec amens, aut fucioſa, aut mente capta, aut quacumque cauſa rempore electionis habeus vſum eationis impeditum eſt capax vt validè eligat, vt etiam de viris probatum eſt ſupra *cap.10.*

4 Secunda conditio eſt profeſſio tacita, vel expreſſa ſub ea regula, ſub qua Deo militat Monaſterium. *Cap. indemnitatibus de elect. in 6.* Nam Monialis nondum profeſſa, non eſt de Monaſterio ſimpliciter, ideoque neque eſt de collegio Electricum. Dictum verò eſt, quòd debet eſſe profeſſa illius Ordinis, cuius eſt Monaſterium, vnde ſi contingat quòd vna Monialis tranſeat de ordine laxiori ad ſtrictiorem, ſicur tunc debet priùs per annuni probari, vt & Religio illins mores, & illa Religionis auſteritares experiatue *cap. ad Apoſtolicam* de Regularibus, & *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.5.* & poſt Nouiriatnm debet regnlam illius Ordinis profiteri, vt ſic illi Ordini obliget, & ad illum incorporetut, ſic ante profeſſionem non poteſt eligere illius Monaſterij Abbatiſſam; vel Priotiſſam quia ad Religionem illam non ſpectat, & ad vocem habendam non debet attendi vnde Monialis veniat, ſed quòd iam ſic Monialis, & Religionem Monaſterij profeſſa ſir. Quòd ſi Monialis de vno ad aliud Monaſterium eiuſdem Ordinis transferatur, ſi hoc non fiat per translationem ſimplicitee, ſed per quandam deportationem, ſeu depoſitationem, ita vt non incorporetur Monaſterio; ſicut ralis non eſt de Monaſterio illo, ſed ibi manet veluti hoſpea, ſic non habet vocem ad acta capitularia, vnde multò minus poteſt Superioriſſam Monaſterij eligere. Sed ſi Monialis incorporetur Monaſterio ſimpliciter, erit de corpore Monaſterij, & ſicut non indiget noua profeſſione, ſic ex hac parre, ſeu ex defectu profeſſionis non impeditue, quin poſſit Abbatiſſam, ſeu Prioeiſſam eligere.

5 Terria conditio eſt, vt Monialis non ſit conuerſa. Quámuis enim de iure cómuni non ſir prohibirum conuerſis profeſſis habere ius electionis, ex conſuetudine tamen & ſpecialibua iuribus Religionum regularitee non admittuntue ad electiones. *Suarez. tom.4 de Relig. tr.8. l.2. cap.6. num.18. Tambur. de iure Abbatiſsarum diſp.28. quaſt.5. num.2. Pelizar. de Monialib. cap.10. num.89. Paſqualig. d. par. p. num.666.*

6 Quarta conditio antiquitus erat, vt monialis eſſet ætatis annorum 12. *c. indemnitatib. de elect. in 6.* Sed nunc maior ætas per accidens eſt neceſſaria, quia cum ex decreto *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.15. de Regul.* nulla Monialis poſſit profiteri ante 16. annum expletum, & ad vocem habendam neceſſaria ſit profeſſio, iam Electrix non poteſt non eſſe ſaltem 16. annorum ſi tamen daretur caſus in quo monialis ex diſpenſatione profiteretur Minor 12. annis, ex hoc non eſſer diſpenſata, vt haberet vocem in electione, quia Decreralis *indemnitatibus. de elec. in 6.* præter profeſſionem requirit annum 12. ætatis, ve aduertunt ibid. *Gloſs. Geminian. Francus & alij.*

7 Quinta conditio eſt, vt poſt profeſſionem iuxta Monaſteriorum leges, & conſuetudines per aliquod tempus vixerit in Monaſterio. Et quidem de iure communi Monialis etiam de recenti profeſſa ſtatim à profeſſione poteſt eligere. Sed ex legibus particularibns hoc non licet. Nam vt habetnr ex Compendio Priuil. §.3. *in v. Moniales* in Monialibus Sanctæ Claræ neceſſe eſt vt Monialis habeat tres annos habitus, vel circiter ad hoc vt poſſit eligere, & vt ex *Portell v. Abbatiſſa num.5. aduertit Tambur. vbi ſupra num.3.* per ſtatuta Generalia Franciſcana edita Romæ 1612. non poteſt eligere quæ non habeat quatuor annos à profeſſione. In Ordine Prædicatorum aduertit *Vrceanus* in ſummario Conſlit. Monialium *cap.41.* quòd Bononiæ 1564. & Romæ 1583. & 1589. Statutum fuit, vt Moniales non eligerent, niſi eſſent profeſſæ à quatuor annis, ſed poſtea in Cap. Valen. 1596. authoritate Apoſtolica eſt decretum vt electores, & eligendi ſint 12. annorum à profeſſione. Quod decretum eadem authoritate Apoſtolica extenſum eſt Moniales, in Cap. Neap. 1600. Er cum in Cap. Rom. 1608. authoritate Apoſtolica moderata remanſerit dicta ordinatio quantum ad vocem actiuam frarrum, vt illis ſufficiant 6. anni à profeſſione, Pariſ. 1611. declaratum fuit, nihil quantùm ad Moniales innouatum eſſe, ſed illis neceſſe eſſe ad hoc, vt admittantur ad eligendum, quòd habeant 12. annos a profeſſione. *Vrceanus ibid. Caſtell. de elect. cap.17. numer.15. Tambur. vbi ſupra num.3. Peliz. d. cap.10. numer.88. Paſqual. num.667.*

8 Sexta conditio Generalis eſt, vt Monialis nō ſit nec excommunicata, nec ſuſpenſa, nec interdicta, nec priuata voce, aut inhabilis, aut quacumq; ex cauſa impedita ne eligat. Et de hac conditione generali videnda erunt, quæ dicta ſunt ſupra cap. 10. Hìc aduertendum remanet, quòd *Pelizarius de Monial. cap.10. num.88.* inter eas, quæ excludi debent ab electione numerat Moniales irregulares. Sed nec irregularitas priuat electione actiua, vt probatum eſt ſupra Cap.10. num.104. Nec mulier eſt capax irregularitatis, vt eſt impedimentum Canonicum ad ordinum ſuſceptionem & exercitium, cum ſit ex natura & ſexu irregularis, & Ordinum incapax. Vnde leges imponentes irregularitatem non reſpiciunt mulieres, quæ non indigent ex aliquo defectu particulari excludi ab Ordinibus, cum ſub illis excludantur ex ſexu, vnde abſque irregu-

lari

laritate canonica excluſæ manent, & ab ordinibus, & ab omni oficio ad quod exercendum vſus ordinum eſt neceſſarium.

9 Tandem Electrices memores eſſe debent ſe teneri ad eligendam eam, quæ ſecundum Deum ſit aptior ad regimen Monaſterij iuxta probata ſupra Cap.30. & in Ord. Prædicatorum ex cap. Barchinon. 1474. Electrices ſacram Euchariſtiam ſumere debent antequam eligant.

SVMMARIVM.

1 *Electio Abbatiſſarum non ſubditur legibus latis pro electionibus virorum. n.10.*
2 *Moniales non eligunt niſi per ſcrutinium. numer.11.*
3 *Et hoc verum etiam, ſi non ſit ſtrictè Religioſa. num.11.*
4 *Electio debet eſſe ſecreta. n.12.*
5 *Electio auricularis ſecreta. n.12.*
6 *Electio etiam per ignorantiam non ſecreta eſt nulla. nu.12.*
7 *Præſes electionis eſt Superior Monaſterij. n.13.*
8 *In Monaſterijs Regularium cum Superiore præeſt Epiſcopus. n.14.*
9 *Hoc non conuenit inferioribus Prælatis Epiſcopo inferioribus. n.14. 15.*
10 *Epiſcopus in Monaſterijs Regularium non confirmat electam. n.14. 16.*
11 *Regulares tenentur ſignificare Epiſcopo diem electionis. n.14.*
12 *Et expectare illum ad illam diem. n.14.*
13 *In abſentia Epiſcopi, vel vacantia Epiſcopatus vocandus Vicarius. n.15.*
14 *In quo conſiſtat Præſidentia Epiſcopi in Monaſterijs Regularium. n.16.*
15 *Recipere vota Monialium conuenit ſuperiori Regulari Epiſcopo audiente. n.16.*
16 *Iudicare an Abbatiſſa ſit eligenda ex alio Monaſterio ſpectat ad ſuperiorem, ſed non priuatiue ad Epiſcopum. n.16.*
17 *Epiſcopus diſcordantibus Monialibus dato termino competenti ſi non concordent, dat Abbatiſſam. num.17.*
18 *Idem facit ſuperior Regularis. nu.17.*
19 *Superiores Regulares omnia illa facere poſſunt priuatiue ad Epiſcopum, quæ facere poterant ante Conſtit. Gregor. XV. n.17.*
20 *Quid importet Præſidentia Epiſcopo conceſſa. numer.18.*
21 *Sine eius conſenſu non fit electio. n.18.*
22 *Præſes nec in caſu diſcordiæ habet votum in electione. n.19.*
23 *Regulares tenentur admonere & expectare Epiſcopos ad diem electionis. n.20.*
24 *Si id non faciunt, puniuntur ipſi non Moniales. numer.20.*
25 *Si id non fiat, quomodo electio ſit nulla. n.20.*
26 *In caſu diſcordiæ Monialium Regulares duas proponunt. n.21.*
27 *Superiores non poſſunt coarctare electiones. numer.22.*
28 *Scrutatores aſſumendi conſentientibus Monialibus & eis non ſuſpecti. n.23.*
29 *Poſſunt eſſe ad ſummum quatuor. n.24.*
30 *Aſſumendi duo Sacerdotes teſtes, & Notarius, ex decreto Sac. Congreg. n.24.*
31 *Seruanda conſuetudo. n.24.*
32 *Scrutatores non habent vocem. n.25.*
33 *Non conuenit Moniales eſſe ſcrutatrices. n.25.*
34 *Nec Præſes nec Scrutatores ingrediuntur Monaſterium ad ſcrutandum, niſi in caſu neceſſitatis. num.26.*
35 *In iudicanda hac neceſſitate præualere debet iudicium ſuperioris proprij. n.26.*
36 *Qualiter ſcrutanda vota infirmarum. n.28.*
37 *Excommunicantur directores electionis ſi diſcordiam in faciendis electionibus inducunt, vel nutriunt. n.29.*
38 *Cenſura afficit ſolum Præſidem & ſcrutatores. numer.30.*
39 *Ad directores cuiuſque electionis quarumcumque Monialium extenditur. n.31.*
40 *Solemnitates ſcrutinij accidentales habeantur iuxta conſuetudinem. n.32.*
41 *Scrutinium fit per vota ſecreta. n.33.*
42 *Poteſt eſſe auricularè. n.34.*
43 *Quid faciendum vbi ſchedularum numerus non concordat cum numero eligentium. n.35.*
44 *Quid ſi ſchedulæ ſint ſignatæ? n.35.*
45 *Quid ſi ſint ſciſſæ. n.35.*
45 *Non fit collatio niſi numeri ad numerum. numer.36.*
46 *Sufficit ad electionem maior pars votorum Conuentus. n.37.*
47 *An, & qualiter, & à quo, & qua forma fieri debeat publicatio electionis. n.38. 39.*
48 *In electione Monialium locum habet acceſſus. num.40.*
49 *Moniales non ſeruantes formam eligendi non ſunt priuandæ voce n.41.*

10 QVæritur ſecundò, quæ forma ſeruanda ſit in electione Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum? Eſt verò dubium, an hæc electio ſubdatur legi Conc. Lateranen. ſub Innoc. III. quæ continetur in *cap. quia propter 42. de electione*. Affirmãt enim *Gemin. in cap. indemnitatibus de election. in 6. §. ſane, num.1. Franc. num.7. Caſtell. cap.17. num.22. Miranda de Monial. p.7. art.3. Lauor. de elect. cap.24. num.40. Tambur. de iure Abbatiſſarum diſput. 28. q.5. num.6.* Poteſt verò hæc ſententia probari ex *d. cap. indemnitatibus, §. vltim.* ibi *Intentionis tamen noſtræ nequaquam exiſtit, per illa, quoad electiones in alijs virorum Monaſterijs, vel quibuſuis Eccleſijs celebrãdas, aliquid immutetur: ſed iura præcedentia in ſua omnino remaneant firmitate*. Sed cum Papa in his non dicat electiones monialium comprehendi ſub legibus decernentibus formam electionibus virorum. Sed ſolum declaret, quod per ea, quæ contra ius commune ſtatuit in eo *cap. de electione Monialium*, non intendit, quod aliquid mutari poſſit circa electiones virorum, in quibuſcumque Eccleſijs etiam Regularibus, nihil ex hoc textu deducitur quod præfatam ſententiam confirmet. Cumque aliàs certum ſit legem *cap. quia propter* comprehendere ſolas electiones Prælatorum, & quorũ ſolum morte Eccleſiæ remanent viduatæ, vt probatum eſt ſupra Cap.9. & per ſe longè alterius rationis

tionis ſit electio nedum Prælatorum, ſed Canonicorum, & quorumcumque virorum ab electionibus Mulierum, nulla eſt ratio vnde dicatur, quod Monialium electio dirigi debeat ex lege *cap. quia propter*, vel ex quacumque alia lege, quæ dat formam electionibus virorum. Et ideò quod hæc electio non ſubdatur Decret. *cap. quia propter*, docuerunt *Panorm. cap. ad probandum de ſent. & re iudic. num. 19. Paſqualig. ad Lauretum de Franchis part. 1. num. 687.* Nec eſt verum, vt refert *Tamburin. quod Rota in Leodien. Abbatiſsatus* oppoſitum doceat; quia illa Rota expreſse loquitur de lege *cap. fin. de elect. in 6.* quæ vniuerſalius loquitur quam lex *cap. quia propter*. Et nihilominus additur, quod neque legi illius, vel alterius capitis in quibus de virorum electionibus eſt ſermo, ſubditur Monialiũ electio, quæ habet ſpecialia ſtatuta, & ita vt *Gloſ. in d. cap. indemnitatib.* in fine decem differentias ponat inter electiones ex iure communi directas, & electionem Monialium. Et quod in ſpecie electio monialium non ſubdatur legi *cap. fin. de elect. in 6.* inde euidenter habetur, quòd contra legem illius *cap. final.* Præſes in pluribus caſibus nedum non debet vocare habentes intereſſe, vt vult lex illius cap. ſed nec debet opponentes audire, & attendere. Et video multos DD. nimis faciles ad extendendas leges de caſu ad caſum. Itaque concludo, quòd electio Abbatiſſarum ſuis eſt dirigenda legibus, & præcipuè ijs, quæ habentur *d. cap. indemnitatibus, & ſeſſ. 25. cap 6. & 7. de Regular. in Concil. Trid.* Quoniam vero in Ord. Prædicatorum forma ſtatuta in Capit. Bonon. 1564. multum conuenit cum forma *cap. quia propter, & in Gloſſa Conſtit. diſt. 2. cap. 1. §. 4. lit. I.* decernitur, quòd in electione Prioriſſarum ſeruetur forma in eo *cap. ſtatuta*, pro tanto dici poteſt, quòd hæc electio reguletur in parte ex illo capite, non ex vi illius legis, ſed ex vi legis dicti Ordinis, leges verò eiuſdem Ordinis latæ pro viris, minimè ad Moniales extendi debent, niſi lex ipſa extenſionem faciat.

11 Sed cum in generali ſint tres formæ eligendi, ſcilicet per ſcrutinium, per compromiſſum, & per quaſi inſpirationem, dubitatur ſecundò, an Moniales vti poſſint forma electionis per compromiſſum; affirmant enim *Lauor. de elect. cap. 24. n. 59. Tambur de iure Abbatiſs. diſp. 18. q. 8. num. 1. Lezana v. Abbatiſſa num 8. Paſqualig. d. par. 1. num. 682. Peliz. de Monial. cap. 10. num. 105.* Et probatur ex *cap. cauſam de elect. & Panormit. ibid. num. 3.* & addunt *Lauor. Tambur. & Paſqualig. num. 683.* quòd ſi Epiſcopus compromiſſarius elegerit malam, non poteſt ex vi compromiſſi eligere aliam, quia iam functus eſt officio ſuo. Sed hoc licet eſſet verum de iure antiquo, quia tamen iure nouo per Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular. abolitæ ſunt in Regularibus formæ eligendi per compromiſſum, & inſpirationem, vt probatum eſt ſupra cap. 1. q. 4. modò nõ poſſunt Moniales Regulares cõpromittere electionem, nec etiam in Epiſcopum, vel alium Superiorem. Quamuis iure deuolutionis, non eligendo in tẽpore ſtatuto, vel iure ceſſionis, cedendo iuri ſuo, ſi omnes omnino in hoc cõcordes inueniantur, poſſint in Epiſcopum, vel Superiorẽ transferre facultatem eligendi. Et quia decretum Concil. Trident. eſt vniuerſale, & reſpicit omnes Superiores, & Superioriſſas Regulares; ideo ſe extendit ad omnes Moniales etiam ſi non rigoroſè Religioſas, & tria vota non emittentes, collegialiter tamen viuentes, ſicut extenditur etiam *capit. indemnitatibus de elect. in 6.*

12 Dubitatur ſecundò. An & qualiter electio Monialium debeat eſſe ſecreta? Quoniam verò in hoc conueniunt electio Prælatorum, & Abbatiſſarum, & de ſecreto requiſito ex decreto Conc. Trid. ad Regularium electiones dictum eſt abundanter cap. 17. vbi etiam demonſtratum eſt quæſt. 2. per decretum Concilij ablatum non fuiſſe ſcrutinium auriculare præcipuè in Monialibus, vt habetur ex Concil. Trident. diſt. 25. cap. 7. & ex declarat. ſacræ Congreg. ibi relatis, ideò dicitur quod ſecretum electionis ſtat etiã ſi Epiſcopus adiunctis ſibi duobus, vel tribus vota monialium recipiat, vt communiter etiam DD. tradunt. Apud Moniales tamen Sanctæ Claræ electionem non factam per ſchedulas eſſe irritam ex ſtatuto Sixti V. tradunt *Barboſ lib. 1. de iure Eccleſiaſt cap. 45. num. 31. Tambur. de iure Abbatiſſarum diſp. 18. q. 4. num. 8.* In Ord. Prædicatorum ſpectato iure Conſtitutionum Monialium cap. 24. electio Prioriſſæ fit per ſcrutinium auriculare, vt patet ex verbis illis cap. 24. *Conuentus debet compromittere in fratres, qui audiant ſcrutinium.* Et infra. *Quo facto, & auditis omnibus vocibus Sororum.* Sed modò fieri debet per ſchedulas, ex declaratione *Gloſſæ Conſtitut. diſt. 2. capit. 1. §. 4. lit. I. in fine*, vbi decernitur, quod electio Prioriſſarum fieri debeat iuxta formam electionis Priorum ſtatutam in Cap. Bonon. 1564. Contra quod ſtatutum tamen militat primo, quod eſt directè contrarium dictæ Conſtitutioni ſcrutinium auriculare decernenti in electione Prioriſſarum. Secundo quia Gloſſa illa ſe fundat in Concil. Trid. quaſi ſcrutinium auriculare ſit contrarium decreto Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Regular. Cum tamen euidens ſit ex cap. 7. eiuſdem ſeſſionis ſcrutinium auriculare admitti in electione Abbatiſſarum, & Prioriſſarum, prout etiam Sac. Congregatio declarauit. Nihilominus quia praxis eſt, vt electiones Prioriſſarum modo per ſchedulas fiant; hæc praxis conſeruanda eſt, quia rationabilis, & quia hic modus eligendi ſecurior eſt. Gloſſa verò illa ſequuta eſt opinionẽ illorũ, qui ſenſerũt ſcrutiniũ auriculare eſſe contrariũ decreto Cõc. Trid. Quomodocũq; autẽ hæc electio fiat ſecretè fieri debet, & ita quod electio nõ ſecreta in terminis Cõc. Trid. ſit ipſo iure nulla, nec ex Monialiũ ignorantia excuſetur, vt non ſit inualida, & ita inualida, quod Epiſcopus non poteſt eam validare prout deciſum á Sac. Congregatione referunt *Barboſa in ſumma Apoſtol. v. Abbatiſſa num. 18. & l. 1. de iure Eccleſ. cap. 45. num. 6. ex Molfeſ. Ricc. Sigiſm. & Nouar. Caſtell. cap. 17. num. 6. Samuel. diſp. 5. controu. 2. num. 17. Paſqualig. ad* Lauret. *de Franchis p. 1. n. 33. & 684.*

13 Dubitatur tertiò, quis ſit Præſes in electione Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum? Nulla ex monialibus gerere poteſt munus præſidis, cum omnes ſub cura Prælati alicuius viuant, qui propterea ius habet præſidendi illarum electioni, & illam dirigendi, vt colligitur expreſsè ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de Regularibus. In Monaſterijs igitur non exemptis Præſes electionis Abbatiſſarum eſt Epiſcopus, vel Vicarius eius, in Monaſterijs verò exẽptis eſt illarum Superior iuxta cuiuſcumque Mona-

ſterij

Digitized by Google

rij leges, & cõſuetudines, vel alius ab eo delegatus.

14 Vbi verò Monaſteria curæ Regularium ſunt ſubiecta, ſimul cum Superiore Regulari præſidet Epiſcopus per Conſtit. Gregor. XV. *Inſcrutabili*, quæ data fuit Nonis Februarij 1622. quæ ſic diſponit. *Ac ſimiliter poſſit Epiſcopus vnà cum Superioribus Regularibus, quorumcumque Abbatiſſarũ, Prioriſſarum, Præfectarum, vel Præpoſitarum eorumdem Monaſteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, abſque vlla tamen Monaſteriorum impenſa.* Sacra verò Congregatio Concilij reſpondens ad aliqua dubia facta pro intelligentia huius decreti, ſic decreuit. Dubitans enim. *An eadem facultas competat inferioribus Prælatis propriũ territoriũ ac iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus.* Reſpondit *Non competere.* Et quintò dubitans. *An per eandem cõſtitutionem in illis verbis (poſſit Epiſcopus vnà cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatiſſarum &c. electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere, ius Abbatiſſas confirmandi Epiſcopis attributum cenſeatur?* Reſpondit. *Ius confirmandi Abbatiſſas minimè fuiſſe Epiſcopis per conſtitutionem attributum.* Et iterum de anno 1626. dubitans. *An liceat Epiſcopo in vim Conſt. ſanct. mem. Greg. XV. de exemptorum priuilegijs, punire Regulares, qui ad Abbatiſſæ electionem procedunt, ante tempus ipſi Epiſcopo ſignificatum, aut die electionis eidem nullatenus prænunciato.* Reſpondit. *Regulares ex eadem Conſtitutione ita demum teneri Epiſcopo ſignificare diem electionis Abbatiſſæ, eumque vſque ad præfinitum tempus expectare, ſi autem ipſe expreſsè declarauerit, ſe vti velle facultate ſibi in hac parte attributa, Abbatiſſarumque electionibus per ſe, vel per alium intereſſe, ac præſidere. Poſt eam verò declarationem licere Epiſcopo animaduertere in Regulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die electionis eidem non prænuntiata ad Abbatiſſæ electionem procedunt.*

15 Hæc igitur præſidentia ſuper Regularium Monaſterijs ſolis Epiſcopis conuenit per excluſionem inferiorum Prælatorum licet habentium iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt Sacra Congregatio declarauit. Ex quo ſequitur, quòd hoc conceſſum fuit Epiſcopis intuitu dignitatis Epiſcopalis. *Paſqualig. ad Lauretum de Franch. p. p. nu. 726. qui numer. 727.* inde colligit, hanc facultatem non competere Vicario Capitulari ſede vacante, eò quia Vicarius Capitularis non ſuccedat Epiſcopo in ijs, quæ illi conceſſa ſunt ex delegatione & priuilegio ſummi Pontificis, per tradita ab Innocentio *in capit. dilecti, de donat. Abb. in capit. cum olim numer. 3. de maior. & obedien. Felin. ibid. & eodem numer. in fine, Pariſ. libr. 7. de reſign. quæſt. 10. num. 24.* & loquendo de viſitatione Monialium exemptarum dixit *Rota in Burgen. iuris viſitandi. 1. Iulij* 1596. *Coram Orano.* Quia nihilominùs eodem *Paſqualigo referente ibid. num. 728.* Sacra Cong. Concilij *in Anconen.* 13. Decembris 1639. decreuit electionem futuram notificandam eſſe Vicario Epiſcopi in eius abſentia, cum etiam Epiſcopus poſſit per alium huic electioni præeſſe, nedum ſtandum eſt huius declarationi, reſpectu Vicarij Epiſcopi, ſed infertur, quòd eadem facultas competat Vicario Capitulari, qui in vacantia Epiſcopatus vices Epiſcopi gerit.

16 In quo autem conſiſtat hæc præſidentia, ex præfatis & alijs declarationibus Sacræ Congregat. colligendum eſt. Nam primò habetur, quòd ad Epiſcopum non ſpectat ius confirmandi Abbatiſſam, ſed hoc priuatiuè ad Epiſcopum ſpectat ad Superiorem Regularem. Sacra Congr. ſupra citata. *Barboſa in ſum. Apoſ. v. Abbatiſſa num. 21. Peyr. tom. 2. ad Conſtit. 2. Gregor. XV. in declar. ver. ad ſecundum Lezana tom. 3. ver. Abbatiſſa nu. 10.* Amplius ſecundò cum Præſes huius electionis poſſit vota Monialium exquirere, ſeu recipere, hoc non competit Epiſcopo, ſed priuatiuè ad Epiſcopum competit Superiori Regulari, quamuis audiente Epiſcopo hæc vota recipi debeant. Sacra Congregatio die 10. Septembris 1639. quam referunt *Peyr. tom. 3. de priuileg. Regularium*, vbi de decretis nouiſſimis S. Congregationis decreto 16. *Paſqualig num. 688. Barboſa vbi ſupra num. 15.* Ampliùs tertiò cum in caſu quòd in Monaſterio non ſit quadragenaria, quæ eligi poſſit, ad Superiorem ſpectet videre, an ex alio Monaſterio eligenda ſit Abbatiſſa, hoc in Monaſterijs Regularium pertinet ad Superiorem Regularẽ, nam id competebat Superiori ex Concil. Trid. antequam Epiſcopo competeret præſidentia ex Conſtit. Gregor. XV. Tum quia hoc eſt de ijs, quæ electionem antecedunt, quia prius eſt, quòd Moniales ſciant, quam eligere poſſunt, quam quòd eligant, Epiſcopo verò eſt conceſſum ſolùm præſidere actuali electioni. *Paſqual. vbi ſupra. num. 652.* Verùm ex quo Epiſcopo conceſſum eſt præſidere, non poteſt dici quòd iudicare an eligenda ſit Abbatiſſa ex alio Monaſterio pertineat ad Superiorem Regularem independenter a conſenſu Epiſcopi, ei enim conceſſa præſidentia conceſſum ſimul eſt videre an electio ſit ſecundùm leges, tam ex parte formæ, quàm ex parte electæ, vnde Epiſcopi eſt videre etiam an conueniat eligere Abbatiſſam ex alio Monaſterio, vel eam electam confirmare, & ſic ſine Epiſcopi conſenſu non poteſt Superior Regularis id vltimatè decernere, & facere.

17 Ampliùs quartò officium huius præſidis eſt, vt ſi Moniales non conueniant in electione Abbatiſſæ, poſſit vnam nominare quàm magis idoneam iudicauerit; nam Sacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium reſcribendo Epiſcopo Aſſiſij die 3. Nouembr. 1595. declaraſſe Epiſcopum, id poſſe præſtare reſpectu Monialium ſibi ſubditarum referunt *Piaſec. in praxi Epiſ. par. 2. capit. 3. num. 57. Nouatus in Lucern. Regul. v. electio num. 13. Barboſa de off Epiſc. alleg. 100. in fine, & lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 45. num. 27. & in ſum. Apoſtol. v. Abbatiſſa. num. 19.* Et ideo idem competere Superioribus Regularium colligunt *Lezana tom. 3. v. Abbatiſſa. n. 6. Tambur. de iure Abbatiſſarum diſp. 28. quæſt. 6. nu. 5. Paſqualig. ad Lauret. de Franch. tr. 1. num. 669.* Quod tamen venit intelligendum ita vt Epiſcopus, & ex conſequenti Superior Regularis antequam nominet, ſeu deputet in hoc caſu Abbatiſſam debeat dare Monialibus competens tempus ad concordandum, & eo elapſo poterit deueniri ad deputationẽ Abbatiſſæ, vt declaraſſe S. Congreg. Epiſc. & Regular. in Crem. 12. Octobris 1592. referunt *Barboſ. in ſum. Apoſ. v. Abbatiſſa num. 20. Lezana, & Tamburinus citati. Paſqualigus num. 669.* Sicut verò in Regularium Monaſterijs Epiſcopus preeſt electioni, quòd electionem non poteſt confirmare, ita multò minùs in caſu diſcordiæ poteſt vel tempus monialibus

ad

Digitized by Google

ad concordandum ſtatuere ; vel Abbatiſſam ſeu Prioriſſam nominare, ſeu deputare. Et quantùm colligitur ex præfatis declarationibus hæc Epiſcopi præſidentia nondiminuit auctoritatem Superiorum Regularium, nec communicat Epiſcopo iuriſdictionem quæ eiſdem ſuperioribus competit, ſed ad eoſdem priuatiuè ad Epiſcopum competit omnia illa facere, quæ facere poterant ante Conſtit Gregor.XV.

18 Quid igitur conuenit Epiſcopis in ordine ad has electiones Regularium Præfectarum? *Paſqualig.d.num.652.* in fine ait, quòd illis competit nuda præſidentia. Et hoc verum eſt; ſed quid importat hæc nuda præſidentia? Non enim importat nudam intereſſentiam Epiſcopi, & illius præſentiam nudam, quoniam præſidere electioni non eſt ſolùm præſentem eſſe, ſed eſt adeſſe tanquam Prælatum, & auctoritatem habentem, nam præſidentia ad Præſides, ſeu Prælatos ſpectat. Dicitur igitur quòd Epiſcopi eſt præſidere, quia adeſt tanquam Superior ad quem ſpectet attendere, ne in electione aliquid, vel contra canones, vel contra vtilitatem Monaſterij fiat. Ideo tota electio coram illo fieri debet, & ad eam habet ius conſentiendi, ita vt ſine ſuo conſenſu electio nec fiat, nec confirmetur. Vnde licet ſit Superioris Regularis, vel iudicare an eligenda ſit Abbatiſſa ex alieno Monaſterio, vel vota recipere, vel electionem confirmare, aut caſſare, vel per ſe ipſum omnia illa exercere munia, quæ ſibi ante Conſtitution. Gregor. XV. competebant, nihil tamen ex his poteſt fieri diſſentiente Epiſcopo. Et ſi electio fiat, vel ita fiat vt illi non adſit, ita vt plenè videre, aut audire poſſit omnia in quibus conſiſtit electio, poſſit electioni contradicere, & de illius nullitate proteſtari, ipſaque eo inſtante ſit caſſanda. Et ſic Epiſcopi munus eſt electionem dirigere per modum ſuperioris, & hoc eſt illum electioni præeſſe. Quamobrem v. g. ſolus Prælatus Regularis poteſt præcipere Monialibus ſuis neceſſitate ſuadente, vt eligant ex alio Monaſterio: ſolus priuatiuè ad Epiſcopum habet in illas iuriſdictionem. Sed Prælatus Regularis non poteſt hoc præcipere inconſulto, & contradicente Epiſcopo. Et licet hoc præceptum antecedat electionem, tamen dum poſtea celebrabitur electio, ſi Epiſcopo videatur non conuenire quòd eligatur ex alio Monaſterio, ſi Prælatus id præceperat, factum non ſubſiſtet, & niſi conueniant, negotium ad S. Congregationem deuoluetur. Idem dicitur de confirmatione vel de termino dato Monialibus ad concordandum, vel de nominatione Abbatiſſæ in caſibus ſupradictis, in quibus confirmare dare terminum, nominare priuatiuè ad Epiſcopum ſpectat ad Prælatum Regularem, non tamen inconſulto, & contradicente Epiſcopo; cuius eſt tempore electionis exercere in his iudicium quoddam ſuperius, per & Monaſterio conuenientia, ſecundùm canones, quod iudicetur an talia ſint & opportuna.

19 Iam verò Epiſcopi in ſibi ſubiectis Monaſterijs, quàm Superiores Regulares cum Epiſcopis in Monaſterijs exemptis ita habeant ſola præſidentiam, quòd nec eis competat aliquod ius ſuffragij, etiam in caſu cuiuſcumque quantùmuis magnæ diſſenſionis, vt tanquam declaratum à S. Congreg. Epiſc. & Regularium die 5. Martij 1519. & à Sacra Congr. Concilij die 23. Maij 1621. referunt *Lauor. tract. 4. de elec. cap. 24. num. 42. Caſtell. de elect. cap. 17. num. 27. Tambur. de iure Abbatiſſ. diſp. 28. q. 6. num. 6. Lezana v. Abbatiſſa. numer. 3. Barboſa de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 45. numer. 28. & in ſumm. Apoſtol. v. Abbatiſſa. num. 16. Paſqualig ad Lauretum de Franc. numer. 668. Peliz. cap. 10. ſec. 2. numer.* 106. & electio aliter facta, eſt nulla, ita ſcilicet, vt ex vi voti, vel ſuperiorum, vel ſcrutatorum electio non poſſit ſubſiſtere, vt ex eiſdem declarationibus conſtat. Quidquid in contrarium dixerit *Portell. v. Abbatiſſa. numer. 9.* Quòd ſi in aliquibus locis vigeat conſuetudo contraria, valebit ſi ſit legitimè præſcripta. Aliàs verò ex eo quòd ſuperior ſit caput, & Prælatus Monialium, minimè ſequitur, quòd habere poſſit ſuffragium in earum electionibus, Nam ex vi Prælaturæ habet directionem electionis, non verò electionem: Sic enim nec Generalis ex iure communi habet ius ſuffragij in electione Prouincialium, nec Generalis, vel Prouinciales habent votum in electione Priorum Conuentualium, multò minus votum competit Prælato in electione Monialium, qui eſt alterius ſexus, & inſtituti, & extraneus, & minimè de gremio, & Collegio eligentium, nec cum illis vnum corpus conſtituit.

20 Vt verò Epiſcopi poſſint Abbatiſſarum electionibus præeſſe, ad duo tenentur Superiores Regulares, nimirum vt Epiſcopo ſignificent diem electionis, & vt eum ad illum diem expectent. Hinc verò colligitur, quòd vbi electionis dies non ſit determinatus à lege, illum præfigere ſpectat ad Superiorem Regularem: nam ei ſolùm præcipitur, vt diem electionis ſignificet. Habetur etiam ſecundò, quod ſi Epiſcopus vult intereſſe electioni, debet id expreſsè declarare, vt ex præfato decreto habetur. Colligitur tertiò quòd ſi Superiores Regulares deficiant, & vel Epiſcopo diem electionis non ſignificent, vel eum volentem, & declarantem ſe velle venire non expectent, illi quidem ab ipſo puniri debeant, non tamen Moniales; quia in præfato decreto non datur ei facultas niſi puniendi Regulares. Quartò colligit *Paſqualig. d. p. num. 33.* quòd etiam in caſu contrauentionis electio non eſt nulla, quia in præfato decreto non adeſt decretum irritans, ſed in contrarium ſentit *Nicolius in Floſculis v. Abbatiſſæ num. 4.* & vterque verum dicit. Ille, quia talis electio non eſt ipſo iure nulla, vnde poſſet Epiſcopus contemptus illam ratam habere, ſi vellet, & ſi ratam haberet, illa ſubſiſteret. Sed electio illa nulla eſt in eo ſenſu, in quo nullus eſt actus contra legem habitus, ex eo quia ſit in iudicio habendus vt malus, & caſſandus, & in hoc ſenſu nulla eſt talis electio, quod eſt conforme decreto S. Congr. Epiſc. & Regular. in vna Baren. 38. Maij, quod refert idem *Nicolius ibid.* in quo decernitur, quòd electio Abbatiſſæ facta ſine conſenſu Epiſcopi eſt nulla, vt talis enim in iudicio habenda eſt. Nam & in electionibus Abbatiſſarum, quæ ſubduntur Regularibus, Epiſcopus habet ius conſentiendi, vt dictum eſt, & ideo electio facta Epiſcopo contempto eſt iniuſta, & propterea habenda eſt vt nulla.

21 Amplius circa hanc præſidentiam aduertendum eſt priuilegium Greg. XIII. in ſua Conſt. 15. data die 16. April. 1574. per quod concedit Viſitatoribus, Abbatibus, & Prælatis Monialium S. Benedicti, vt ſi contingat Moniales in electione Abbatiſſarum per dua ſcrutinia nullam validè eligere,

poſſint proponere duas, vel tres eiuſdem Monaſterij, quas habiliores iudicauerint, & ex propoſitis illa cenſeatur electa, quæ in ſcrutinio plura vota habuerit, & ideo ſit confirmanda. Quod priuilegium eſt quidem alijs Regularibus priuilegium communicationis habentibus commune, ſed minimè conuenit Epiſcopis, *Paſqual. vbi ſupra nu. 678*, quidquid in contrarium ſenſerit *Peliz. de mon. capit. 10. num. 107.* Quia priuilegium conceſſum eſt Prælatis Regularibus, vt ex tenore priuilegij conſtat, Epiſcopi verò non communicant in priuilegijs cum Regularibus. Neque dici poteſt, quod ſit conceſſum Monialibus, quia cum importet auctoritatem & iuriſdictionem ſolùm Prælatis eſt datum, vt Monialium diſcordias hoc modo poſsint coercere.

22 Tandem aduertendum, quòd nec Epiſcopus, nec Superior Regularis poſſunt Monialium libertatem coarctare. Et nedum prouiſionibus, (quod ſimoniacum eſſet) ſed nec minis, aut præceptis poſſunt illas vrgere ad huius, vel alterius electionem. Nec poſſunt illis aliquas determinatè eligendas proponere cum aliarum habilium excluſione. Poſſunt quidem aliquas inutiles excludere ſalua tamen iuſtitia, & charitate & ſeruato ſubſtantiali ordine iuris, non tamen poſſunt coarctare Moniales ad eligendum aliquam determinatè, vel ex propoſito determinato numero perſonarum, immò nec ex determinato genere limitando ius commune & libertatem, quam ius commune tribuit Monialibus; licet in caſu in quo illis competat condere leges, ex iuſta cauſa ſtatuant & decernant aliquam qualitatem vt neceſſariam in eligenda pro bono communi, ſed de his ſatis dictum eſt ſupra à cap. 2. vſque ad ſeptimum.

23 Dubitatur quartò. Qui ſint ſcrutatores in electione Monialium? Hinc primò euidenter colligitur, Monialium electionem non regulari per *cap. quia propter* de electione, quia iuxta illud cap. ſcrutatores eligendi ſunt de collegio electorum, ſed in Monialium electione ſunt viri ad hoc electi, & nullum ſuffragium omnino habentes in electione, vt num. ſuper. eſt probatum. A quo autem aſſumi debent hi ſcrutatores? In Ord. Prædicatorum aſſumendi videntur à Monialibus, nam in eorum *Conſtit. cap 24. ſic dicitur. Conuentus debet compromittere in fratres, qui audiunt ſcrutinium, ad eligendam illam, quam maior pars nominauerit.* Sed alia ex parte videtur hos ſcrutatores aſſumendos eſſe à ſuperioribus, vt habetur ex declarationibus S. Congregationis Concilij, quas *Garz. p. 5. cap. 4. num. 190.* refert in hanc formam. *In electione Abbatiſſarum de qua in præſenti, poteſt Epiſcopus cum ſuo Vicario, vel ſecretario, vel alio ab ipſo aſſumpto, vota ſingularum Monialium oretenus expreſſa audire.* Et alia, quæ ſonat in hæc verba. *In electione Abbatiſſarum vota oretenus accipi poſſunt à ſuis ſuperioribus, licet quatuor, aut quinque ea ſciant, ſi hoc eſt iuxta formam ſtatutorum Religionis.* Sed à quocumque aſſumantur, aſſumi debent Monaſterio conſentiente, & ſic veluti in illas compromittente, nam debent eſſe fide digni, & Monialibus non ſuſpecti, & ſi eſſent ſuſpecti, poſſent Moniales illos reijcere, & alias appellare, & proteſtari de nullitate, iuxta dicta ſupra cap. 16. Aliàs verò quicumque illi fuerint, non facit ad valorem electionis, quia nulla eſt lex, quæ electionem Monialium irritet, ſi non fuerint aſſumpti hi, vel illi ſcrutatores, vel ab hoc, vel ab alio, dum aliàs electio ſecretè fiat, iuxta præſcriptum *Concil. Trid. ſeſs. 25. cap. 6. de Regul.* & alia neceſſaria ſeruentur.

24 Colligitur quoque ex præfatis declarationibus, quòd abſolutè de iure communi non eſt neceſſarius Notarius, quia illius non fit mentio, ſed ſcrutatores ipſi vicem Notarij gerunt. Et tamen poſſet Notarius tanquam vnus de ſcrutatoribus aſſumi. Et quantum ad numerum illorum, habetur, quòd aſſumi poſſint etiam quatuor, ſi ſtatuta Religionis id permittant. Conueniens tamen eſt, vt aſſumantur tres, quia hic numerus, & ſufficit ad fidem indubiam faciendum, & conuenit magis ſecreto electionis. Non tamen aſſumi poſſunt plures quàm quatuor, quia ſi in maiori numero aſſumerentur, cum etiam ſuperior vltra ſcrutatores audiat Monialium vota, iam plùs quàm quinque eſſent conſcij ſcrutinij, quod non eſt conforme præfatis declarationibus. In caſu verò electionis Abbatiſſæ Regularis, ſi eſſet conſuetum, vt ſcrutatores eſſent quatuor toleranda eſſet conſuetudo, etiam ſi tunc cum Præſidibus Epiſcopo, & Superiore Regulari ſex eſſent conſcij ſcrutinij; quia ſuperiorum præſentia non obſtat ſecreto electionis. De his tamen ſcrutatoribus duas inuenio declarationes S. Congreg. Epiſc. & Regular. quas refert *Nicolius in v. Abbatiſſa num. 5.* Prima eſt Auerſ. 17. Iunij 1578. in qua decernitur, quòd Epiſcopus debet habere aſſiſtentes duos ſacerdotes moribus & ætate graues, qui teſtimonium reddere poſſint illius actionis. Secunda eſt Lycien. 27. Maij 1609 in qua ſtatuitur, quòd adhibeatur Notarius publicus. Conſuetudinem tamen Monaſteriorum, & Religionum in hoc ſeruandam eſſe rationabiliter dicitur, dum ſecretum electionis & decor actus ſeruetur.

25 Iſtos verò ſcrutatores non habere votum in electione conſtat ex ſupradictis. *Lauor. cap. 14. numer. 42. Caſtell. cap. 17. nu. 13. Barboſa de iure Eccleſ. l. 1. cap. 45. num. 28. Lezana v. Abbatiſſa numer. 5.* Vbi addit, aſſumendas ſecretarices ex numero Monialiũ iuxta decretũ c. *quia propter*, quod nec cum fundamento dicitur, & eſt contra praxim, & non eſt conforme præfatis Congregationum decretis, & Concilio Tridentino. Et obſeruanda eſt alia declaratio S. Congregationis quam refert *Garz. d. quæſt. 5. cap. 4. num. 191.* in qua decernitur, quòd *Abbatiſſarum vota oretenus accipi non paſsunt a ſuis ſuperioribus cum duobus teſtibus.* Quia vt explicat idem *Garzias* non poſſunt Superiores vltra ſcrutatores deputatos vlterius vel teſtes, vel Notarium, vel quemlibet alium admittere ad ſcrutinium hoc electionis. Quamobrem iuſtum eſt vt ſcrutinij actus non habeatur ſolis audientibus, vel ſcrutantibus Monialibus, quia ſic negotium illis remitteretur & malè poſſet dirigi per Prælatos extra exiſtentes, vnde ſcrutatorum munus conuenientius exercetur per viros; ſed tamen hi pauci eſſe debent, & præter illos aſſumi non debent nec alij teſtes, nec alius Notarius, quia aliter fieret præiudicium ſecreto electionis.

26 Nec præſes verò, nec huiuſmodi ſcrutatores hac occaſione & cauſa ingredi poſſunt Monaſterium. Hoc enim expreſsè prohibuit *Concil. Trid. ſeſs. 25. cap. 7. de Regul.* dicens. *Is verò, qui Electioni præeſt, Epiſcopus, ſiue alius Superior, clauſtra Monaſte-*

Digitized by Google

naſterij, non ingrediatur, ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat. Hoc tamen decreto non obſtante, in caſu grauis neceſſitatis, poterit Præſes ingredi Monaſterium, vt ſi adeſſet periculum grauis & malæ ſubornationis, vel maxima Monialium inquietudo, vel alia iuſta cauſa, & ſufficiens ad iuſtificandum ingreſſum. Et hoc tum quia neceſſitas non habet legem, tum quia ex conſtitut. Gregor. XIII. Prælati Monialium in caſu neceſſitatis Monaſteria ingredi poſſunt, Concilium verò prohibet regulariter ingreſſum, & non exiſtente cauſa illum iuſtificante, vnde quòd, vbi adſit neceſſitas poſſit Præſes electionis ingredi clauſtra Monaſterij, docuerunt *Nauar. in cap. ſtatuimus 19. quaſt. 3. nu. 59. Io. de Cruce lib. 1. de ſtat. Relig. cap. 5. dub 2. concl. 3. not. 3. Sanchez l. 6. in Decal. capit. 16. num. 50. Barboſa de pot. Episc. all. 102. num. 46. Peliz. cap. 10. ſec. 2. num. 97. Rodriq. tom. 1. quaſt. 46. art. 5. & ex Miranda, & Venet. Paſqual. ad Lauretum de Franchis p. p. num. 35. & num. 719. vbi num. 720.* aduertit, quòd vbi in Monaſterijs Regularium non conuenirent Epiſcopus, & Prælatus Regularis ſuper neceſſitate ingreſſus, ſtandum eſſet iudicio Prælati Regularis, qui eſt Superior Ordinarius Monialium, & magis conſcius qualitatum Monialium, & cui propterea magis nota poteſt eſſe neceſſitas, & cui inſuper conuenit ex officio munus exquirendi, & recipiendi vota Monialium, cum vt ſupra probatum eſt, Epiſcopo competat ſolùm audire Moniales ſuo Prælato vota ſua tribuentes.

27 Ex eo verò quòd aliqua Monialis ſit infirma, nullam eſſe neceſſitatẽ ingrediendi clauſtra ad eius votum ſcrutandũ declarauit S. Cong. die 20. Iunij 1595. apud *Gauantum verb. Monialium officiales num. 18.* quem refert, & ſequitur *Paſqual. ad Lauretum de Franchis p. p. nu. 35.* Tunc vero vel mittendæ erunt duæ Moniales, vt votum infirmæ ſuſcipiant, vel infirma votum ſuum ſcriptum in ſchedula complicata, & ſigillo cauſa mittet. Hoc enim certum eſt, quòd infirma contemni non debet, nec priuari iure ſuo ſine culpa.

28 Tam Præſes verò, quam alij ſcrutatores memores eſſe debent excommunicationis latæ in *cap. indemnitatibus §. Poſtremò hi, quos ad dirigendas in huiuſmodi electionibus Moniales eaſdem deinceps contigerit euocari, ab his prorſus abſtineant, per quæ inter eas ſuper faciendis ipſis electionibus oriri poſſit diſcordia, vel exorta nutriri: aliàs eo ipſo excommunicationis ſententiæ, ſe nouerint ſubiacere.* Actio autem prohibita in hac excommunicatione eſt, quæ ſit, vel inductiua, vel nutritiua diſcordiæ ſuper faciendis electionis; vnde hæc diſcordia reſpicit electiones, quæ ſcilicet habet pro materia diſcordiam in eligendo. Vnde qui induceret, vel nutriret diſcordiam aliud reſpicientem, non eſſet excommunicatus. Et hæc actio, vel inductiua, vel nutritiua diſcordiæ debet eſſe ex ſe mala & mortale peccatum, vt inducat excommunicationem. Et ſi reſpiciat diſcordiam ex electione facta ortam, non ſubditur excommunicationi, vt tradunt *Caiet. v. excommunicatio c. 80. Palud. 4. d. 18. quaſt. 3. art. 3. caſu 38. Syluv. v. excom. 9. num. 42. ver. decima quinta. Tabien. v. excom. 5. caſu 29. Sayrus l. 3. cap. 35. num. 3. Nauar. capit. 27. num. 124. ver. decima quinta*, & alij plures, quos referunt, & ſequuntur *Bonac. de cenſ. diſp. 2. quaſt. 2. par. 5. Tambur. d. diſp. 28. quaſt. 7. & alij.*

29 Quantum verò ad perſonas afficit omnes, & ſolos vocatos ad dirigendas electiones Monialium. Hoc autem ita extendunt *Bonacina, & Tambur. citati*, vt ſit verum etiam de vocatis ad dirigendas electiones per conſilium, concionem, hortationem, aut alia ratione, vt ſi vocatus fuerit Confeſſarius, concionator, Aduocatus, Doctor, Abbatiſſa, aut Monialis, aut alia fœmina magnæ prudentiæ. Sed non video vnde deducatur tanta extenſio, & conſiderata ſerie totius illius capitis ſatis apparet veriſimile, vt iure intelligatur textus ille de Præſide, & vocatis ab ipſo pro actuali electione habenda, vt illi interſint tanquam officiales illius, nimirum vt ſcrutatores, vel Notarij, vel teſtes, hi enim conuocantur ad faciendam electionẽ, qui vocantur ad exercitè habendam & dirigendam electionẽ in ſuo exercitio fieri, vt nonniſi canonicè fiat. Quamobrem ſi quis ab Abbatiſſa, vel etiam à ſuperiore mittatur ante electionem ad hortandum Moniales ad pacem, ſi oppoſitum faciat, non incidit in cenſuram huius canonis, quia tales non ſunt vocati ad dirigendas electiones faciendas, ſeu ad hoc vt ſint directores exercitæ electionis, nec ſpectant intrinſecè, & per ſe ad electionem, vt directores illius.

30 Econtra autem ijdem *Bonacina, & Tambur. & apud eum Fillluc.* limitant, vt non ſe extendat hæc cenſura ad directores electionum mulierum non proprie Religioſarum. Sed limitatio eſt directè contra textum, qui in *§. ſupradicta* immediatè ſequenti expreſsè declarat prius ibi ſtatuta obſeruanda eſſe, etiam in Monaſterijs mulierum, quæ nec proprium renunciant, nec profeſſionem emittunt regularem. Vnde certum eſt conſtitutionem illam extendi ad omnes, mulierum collegialiter viuentium intuitu religionis cuiuſcumque electiones.

31 Dubitatur quintò quale debeat eſſe ſcrutinium huius electionis? Quantùm ad ſolemnitates accidentales, & congregationem Capituli, numerationem & recognitionem vocalium, ſermonem exhortatorium ad Moniales, abſolutionem Abbatiſſæ terminantis officium, ſi eſt abſoluenda, abſolutionem à cenſuris dandam a Prǣſide, approbationem loci, & temporis, inuocationem Spiritus Sancti, vnumquodque Monaſterium ſeruabit ſuas leges, & conſuetudines, vt dicitur etiam *in Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de Regular.*

32 Hoc eſt omnino ſubſtantiale, vt ſcrutinium ſit ſecretum, nimirum per vota data ſecreto & ad ſummum ſolis ſcrutatoribus manifeſta, & ita vt nunquam publicari debeant, iuxta latiùs explicata ſupra cap. 17. Eſt autem etiam certum, non eſſe neceſſe, vt ſcrutinium hoc fiat per ſchedulas, ſed poteſt fieri auriculariter ſolo Præſide & ſcrutatoribus audientibus, vt patet ex illis verbis *Concil. Trid. cap. 7. citato, vota ſingulorum audiat, vel accipiat.* Conſtat enim ex his, quòd ſufficit, quòd Præſes ad fidem faciendam præſentibus ſcrutatoribus, ſeu Notario & teſtibus (quod in idem coincidit) vota Monialium audiat, vt DD. communiter docent. Tanta autem neceſſitate requiritur ſecretum in hac electione, vt electio non ſecreta nec excuſetur ignorantia ne ſit nulla vt dictum eſt ſupra c. 17. nu. 15. In Ordine Minorum electio debet fieri per ſchedulas ex præcepto Sixti quinti, quod referunt *Barboſa*

Digitized by Google

lib.1.de iure Eccleſ. cap.45. num.31. & Tambur.diſput.28.quæſt.4.num.8.

33 Sed vbi electio fit per ſchedulas, quid agẽdum, ſi vel numerus ſchedularum non conueniat cũ numero vocalium, vel aliqua ſchedula ſit characterizata, aut ſciſſa. *Tambur.d.diſp.28.quæſt.9.num.4.* ſentit omnes ſchedulas eſſe comburendas. Sed niſi id ex ſpeciali lege ſtatuatur, oppoſitum eſt dicendum. Electio enim monialium proprijs legibus dirigenda eſt; quia quæ in corpore iuris de electione Prælatorũ præcipiuntur, non afficiunt moniales, vnde ex eis non eſt regula ſumenda ad earum electiones. Certè de iure communi in electione Prælatorum, ſi ſchedularùm numerus non ſit æqualis numero vocalium, illæ ſtatim comburuntur. Sed hoc non eſt ex natura rei neceſſarium, vbi aliunde poſſit indubitatè haberi, quod aliqua ſit à ſufficienti numero vocalium nominata. Bene igitur etiam fiet, ſi in electione Monialium ſchedulæ comburantur in hoc caſu. Sed ſi id non fiat, & v. g. cum valdè difficilè ſit recipiendo ſchedulas inter crates diſcernere, ſi aliqua monialis duas ſchedulas ponat, ſi ſemel, bis, vel ampliùs iterato ſcrutinio contingat ſchedularum numerus excedere, cur non poterunt ſcrutatores ſchedulas aperire, & inuento quòd excluſa ſchedula vna vel pluribus ſupranumerarijs adhuc aliqua indubitatè eſt à numero ſufficienti nominata, publicare ſcrutinium, vt pro bene electa habeatur nominata, & ſic muliercularũ proteruiam vincere, & Monaſterio Præpoſitam dare? Si verò viſis ſchedulis maneat dubia electio, tunc ad nouum ſcrutiniũ procedendũ eſset. Aliàs vero ſchedulæ obſignatæ, de ſe noviciant electionem, niſi obſtet ſpecialis lex, vt ſup.c.18. probatũ eſt, cum non ſit contra ſecretum electionis, quod nomina eligentium innoteſcant ſerutatoribus. Et quod ex *Peyr. in ſubd.quæſt.1.cap.31.& Caſtell.c.4.nu.61.* tanquam deciſum referant *Barboſa lib.1.de iure Eccleſiaſt.cap.45.numer.14.* quod nulla ſit electio in qua aliqua ſchedula ſit aliquo patenti ſigno ſignata, ſi ita eſt, ex eo ſactum erit, quod ex iure ſpeciali alicuius Ordinis talis electio ſit irrita, nam ex iure communi nec eſt neceſſe quod electio fiat per ſchedulas, nec eſt contra ſecretum electionis, quod eligentes innoteſcãt Electoribus. Schedula verò ſciſſa ad ſummum habenda erit pro inualida, & nulla, iuxta dicta *capit.* 18. ſed erit valida, ſi aliàs conſtet ex maiori parte votorum validorum.

34 Dubitatur ſextò, quæ collatio ſit habenda, & quantus numerus ſuffragiorum ſit neceſſarius ad valorem electionis. Vt habetur *cap. indemnitatibus, de electiõ. in 6.* in Abbatiſſarum electione, locum non habet collatio meriti eligentium ad meritum, vel zeli ad zelum, ſed numeri ad numerum. Quod modò neceſſario obſeruatur, cum per ſecretum ſcrutinium fiat hæc electio, & ita vt eligentium nomina non publicentur, Sola ergo ſit collatio numeri ad numerum, vt appareat quænam ſit eligenda.

35 Dubium autem eſt, quot vota ad valorem electionis ſint neceſſaria, an ſcilicet ſit neceſſe, vt eligenda ſit nominata à duabus partibus, vel ſufficiat ſi obtinuerit maiorem partem votorũ. Nam requiri duas partes vocalium, tenent *Barboſa lib.1. de iure Eccleſiaſt. cap 45.num.27. & in ſumma Apoſtolicarum, v. Abbatiſſa, & Tambur. diſput. 28. quæſt.9.num.2.* fundati in vna declaratione S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium ad Epiſ. Aſſiſien. 20. Decembris 1585. apud Paulinum Bertum. Verùm quia nec iſta declaratio (quod conſtet) eſt publicata, nec de ipſa authenticè conſtat, nec apparet, an ſit vniuerſalis, vel data in ſingulari caſu non applicabili vniuerſaliter, ex relatione illius facta ab hoc, vel illo Doctore, non eſt recedendum à iure communi certo, quod eſt, vt in ijs quæ fiunt à Capitulis, & Conuentibus factum à maiori parte præualeat *cap. 1.* de his quæ fiunt a maiori parte. Vnde & in electione Prælatorum de iure communi electus eſt cenſendus, qui eſt à maiori parte vocalium nominatus, *cap. Apoſtolica 56.diſt. cap.quia propter, & cap.Dudum de elect.* Nec obſtat *cap. indemnitatibus, de elect. in 6.* ſed immò ex eo aſſertio probatur. Nam ibid. requiritur quod Abbatiſſa ſit electa à duabus partibus adhoc, vt ſtatim nulla exceptione obſtante electa confirmetur. Cæterùm in §. *ſi verò* præcipitur, vt electa à maiori parte, ſi adſit oppoſitio præmiſſa ſummaria informatione, ſi nihil obſtet, confirmari debeat, & interim electa adminiſtret, quòd fieri non poſſet, ſi electio facta à maiori parte non ſubſiſteret. Et ideo hanc partem ſuſtinent. *Syluest v.electio 3. q.1. Panorm.in cap.quia propter. num.7.de elect. Azor.par.1 lib.13.cap 10.q.2. Suarez tom 4.de Relig.tract.46.lib.5 num.22. Mirand.de Monial.q.7. art.4. & tom.2. Manual.q.23.art.27. Rodriq.par.2.q.55.art.4 Rota coram Durano deciſ.232.num.3.& 4. & in Ilerden. electionis Priorissæ 2.Iunij 1636.coram Rojas. Cuchus lib.4 tit.1.num.291. Paſqualig. ad Laur. de Franch.par.1. num.33. & numer. 686. Pelizar. de monial. cap.10. ſect.2.nu.100.* Et in Ordine Prædicatorum hoc habetur & practicatur ex Conſt. Monialium cap.24. Et in Ordine Minorum, habetur ex decreto Nicolai V. apud *Compend.priuil v.Abbatiſſa*. Sed interrogabit forſan aliquis, & dicet. Ponamus caſum, quòd Præſes dicat fuiſſe electam Liuiam, & Moniales contradicant, & dicant eſſe electam Paulam; in hoc caſu quid agendum? ſeu cui credendum? *Lanorius de elect.cap.24.num.56.* quem ſequitur *Tambur.diſp.28. q.10. num.3.* ait, quòd nemini illorum eſt credendũ, ſed iterum audiendæ moniales omnes per perſonam non ſuſpectam, ſicut fuit obſeruatum per Sacram Congregationem in electione cuiuſdam Abbatiſſæ in Ciuitate Lycij. Sed quotidie magis experior, quòd ex declarationibus Sac. Congregationis datis in caſibus particularibus, & relatis à DD. in genere non narrato facto, & eius circumſtantijs, non poteſt ſumi firmum argumentum, & regula certa ad quæſtiones determinandas. Nam ſi præfatæ Lycien. electione adfuit præſens ſolus Epiſcopus, & ipſe ſolus recepit vota monialium, certè in diſcordi aſſertione monialium illi credendum non fuit, quia erat teſtis ſingularis. Sed ſi præter Epiſcopũ aſſumpti fuerunt ad minùs duo alij ſcrutatores, vel Notarius, & duo teſtes, & hi omnes ſi opus fuiſſet iurati, ſimul cum Epiſcopo concordaſſent, etiam ſi centum mille Moniales dixiſſent oppoſitum, non fuiſſet illis credendum; quia illæ fuiſſent teſtes ſingulares, vt habetur expreſsè in *cap.cum dilectus 32.de elect.* ſicut etiam probatum eſt ſupra cap.16. quæſt.11. num.41. Vbi varij caſus qui accidere poſſunt diſtincti ſunt. In caſu autem illius elect. Lycien. tales debuerunt eſſe circumſtan-

tiæ

Digitized by Google

tiæ, vt caſus redditus fuiſſet arbitrarius, & eſſet Epiſcopi dictum de veritate ſuſpectum, & per ſapientiſſimos iudices propterea iudicatum ſuit deueniẽdum eſſe ad nouam electionem: quod certè faciẽdum eſt vbi rationabiliter ſcrutatorum relatio redditur ex quacumque cauſa ſuſpecta.

36 Dubitatur ſeptimò. An in electione monialium ſit neceſſaria electio communis, ſeu ſolemnis publicatio electionis, & à quo illa ſit habenda. In Ordin. Prædicatorum nedum publicandum eſt ſcrutinium, ſed eſt publicanda electio, ſeu habenda electio communis ab vno nomine omnium. Quod tanquam neceſſarium de iure communi, ex *Miranda de Monial. q. 7. art. 3. affirmat. Tamburin. d. diſput. 28. q. 10.* Et hanc publicationem fieri debere per Præſidem, qui dicat. *Ego N. nomine meo, & omnium veſtrum, qui mecum conſenſiſtis eligo in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam &c.* tradunt præfati DD. in dicto autem cap. 24. Conſtit. Monialium pro Ord. Prædicat. forma huius electionis ſic deſcribitur. *Ego Frater N. vice mea, & Fratrum N. N. compromiſſariorum, & Sororum electricum conſentientium* (ſi non omnes conſentiunt) *eligo Sororem N. in Prioriſſam Monaſterij N. Camillus verò p. 2. cap. 11. num. 12.* paulò aliter exprimit formam verbalem huius electionis. Verùm quia nec in *cap. Indemnitatibus*, nec in Concilio Trident. nec in aliquo alio communi iure ſtatuitur hæc ſolemnis publicatio electionis, nec cõmuniter DD. eam vt neceſſariã referunt, nec ex natura rei eſt neceſſaria, vbi non eſt neceſſaria forma *c. quia propter*, vnde nec in electione Papæ illa eſt neceſſaria, dicendum eſt, illam de iure communi non eſſe neceſſariam, ſed ſufficere, quòd electa ſit à maiori parte vocalium in ſcrutinio nominata. Vnde in hoc ſingulorum Monaſteriorum leges, & conſuetudines obſeruari debent.

37 Vbi verò ſit ex lege, vel conſuetudine habenda, rationabile eſt, quod habeatur à Præſide Superiore, qui in hac parte gerit munus primi ſcrutatoris. Sed ſeruanda eſt praxis Monaſteriorum in hoc, & in forma verborum, quibus electio iſta exprimitur. Quàmuis quia quod eſt factum à maiori parte Collegij cenſendum ſit factum ab omnibus, ideo non eſt neceſſe dicere *vice earum quæ elegerunt*, ſed dici poteſt melius, *vice præſentium eligentium*. Et cum nec Præſes, nec ſcrutatores poſſint habere votum in tali electione, vt conſtat ex decret. Sacr. Congregat. ſupra relatis, non videtur conuenire multùm, quòd publicans electionem dicat *vice mea*, & multò minus, quòd dicat *vice mea & N. & N.* compromiſſariorum, & quamuis nec ſit contra Concilium Tridentinum hæc forma compromiſſi mixti, per quam compromittitur ſola electio communis & publica illius, quæ in ſcrutinio ſecreto electa eſt à maiori parte, tamen non apparet de iſto compromiſſo, & ſi adeſſet, compromiſſarius deberet dicere tantùm: *ego N. vice mea*, iuxta adnotata ſupra cap. 22. num. 16. Nihilominùs hæc leuia ſunt, & vnuſquiſque ſeruet praxim ſui Monaſterij. Hoc quidem aduerto, quod etiam vbi ex lege aliqua publicanda eſt in Capitulo monialium hæc electio, niſi adſit ex lege ſcripta, vel non ſcripta decretum irritans electionem aliter factam, ex omiſſione talis publicationis electio facta in ſcrutinio à maiori parte non eſſet nulla, & poſſet confirmari, quàmuis & poſſet caſſari ex contemptu legis, ſi adfuiſſet, & in hoc arbitrium prudentis confirmatoris locum haberet.

38 Dubitatur octauò. Quomodo & quando locum habeat acceſſus in electione Abbatiſſarum? Hinc quoque euidens eſt, electionem hanc nõ ſubdi legibus electionis Prælatorum, quod in illis nõ habet locum acceſſus, & conſenſus datus extra ſcrutinium non valet. At verò in iſta electione locum habet acceſſus ex *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* Et de hoc acceſſu aliquod veſtigium eſt etiam in Conſtit. Monialium Ord. Prædicatorum cap. 24. Sed eſt conſiderandum, quod vbi Abbatiſſarum electio habetur per ſcrutinium ſecretarum ſchedularum, in quibus non eſt ſcriptum nomen eligentium, non poteſt habere locum acceſſus iſtæ, quia non poteſt ſciri, quæ ſint illæ, quæ priùs elegerint v.g. Liuiam, & quæ eam non elegerint, vt poſſint ad illam electa accedere. Et ideo in electione Papę, vt habeat locum acceſſus, quilibet Cardinalium in ſchedula ſcribit etiam proprium nomen. Secunda autem conſiderandum eſt, quòd ad hoc, vt quæ non elegerunt poſſint ad aliquam electam accedere, neceſſe eſt quod illa fuerit electa à maiori parte Conuentus, nec locum habere poteſt acceſſus, ſi nulla eſt ex monialibus à maiori parte Conuentus electa. Sic enim expreſsè decernitur in *d. cap. indemnitatibus, §. ſi verò.* Et tertiò conſiderandum eſt, quòd vt dictum eſt ſupra, hic acceſſus in huiuſmodi electione admittitur non ad obtinendam ſubſtantiam electionis, quæ iam habetur ex quo aliqua ſit electa à maiori parte. Sed ad hoc vt electa ſtatim, non obſtante exceptione, poſſit confirmari, vt clarè patet in dicto *§. ſi verò*.

39 Dubitatur vltimò, an Moniales non ſeruãtes formam electionis præſcriptam ſint priuandæ voce, aſſirmat enim *Tambur. diſp. 28. q. 5. num. 8.* & conſequenter loquitur, cum teneat Moniales eſſe in eligendo ſubiectas legi *cap. quia propter de elect.* Sed vt probatum eſt, nec moniales legi illius *cap. quia propter* ſubdantur, nec aliàs vel in *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* impoſita eſt pœna priuationis vocis, ſi moniales non ſeruauerint formam in eligendo, ideò talem pœnam non incurrunt. Excuſat tamen *Tambur.* eas à pœna ratione ignorantiæ, quia ignorantia iuris excuſat mulieres. Sed hoc ita debet admitti, quòd tamen ſimul non negetur, electionem Abbatiſſæ factam ex ignorantia formæ Concil. Trid. publicè non eſſe validam, vt ſupra dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Plures conditiones neceſſariæ ad Abbatiſſam tam ex iure diuino, quam poſitiuo. num. 40.*

2 *Illegitima ſine diſpenſatione non poteſt fieri Abbatiſſa. n. 40. 41.*

3 *Declarationes S. Congr. non contrariæ. n. 42. 43.*

4 *Illegitimæ receptæ in monaſterijs Mendicantium habilitantur ad gradus ex priuilegijs Apoſt. n. 43.*

5 *Quod profeſſio habilitet ad Prælaturas, qui ſentiant. n. 44.*

6 *Moniales gaudent ſuorum Ordinũ priuilegijs. n. 45.*

7 *Plures conſecrationes & vela dabantur mulieribus. num. 46.*

8 *Corrupta non poteſt benedici benedictione virginali. num. 47.*

9 *Vi-*

9 *Vidua non poteſt eligi in Abbatiſſam. n.48.*
10 *Hoc magis verum de corrupta extra matrimoniũ. num.49.*
11 *Nec Epiſcopus poteſt in hoc diſpenſare. n.50.*
12 *Occulte corrupta poteſt eligi. n.51.*
13 *Etiam ſi in Monaſterio eſſet vna ſola quadragenaria, ſi eſſet corrupta, non poſſet eligi. n.52.*
14 *Bigama licet non poſſit eligi, quia corrupta, ex bigamia tamen non impeditur. n.53.*
15 *An deſcendentes ex maculato genere eligi poſſint, num.54.*
16 *Decretum Concilij de ætate Abbatiſſarum. n.55.*
17 *Anni 40. debeat eſſe completi. n.56.*
18 *Nec alias dignior eligi poteſt in concurſu habentis requiſitum tempus Concilij. n.57.*
19 *Si vna ſola habeat tempus Concilij eligenda eſt. num.58.*
20 *Et ſi adſit cauſa aliter faciendi, conſulenda S.Congreg.58. 59.*
21 *Non tamen eligi debet habens tempus Concilij ſi ſit indigna. n.59.*
22 *Minor 40. annis in concurſu quadragenariæ &c, non poteſt eligi. n.60.*
23 *Epiſcopus non diſpenſat, vt minor 40. anni eligi poſſit. n.61.*
24 *Vbi non adſit habens requiſita à Concilio, duo remedia dantur. n.62.*
25 *Ad hoc vt ſit locus remedijs, ſufficit, quod deſit vna qualitas ex ſtatutis per Concilium. n.62.*
26 *Quid agendum vbi ex duobus, vna tempus ætatis, alia habet tempus profeſſionis. n.63.*
26 *Antiquitas ætatis præferenda antiquitati profeſſionis. n.63.65.*
27 *Ex duobus remedijs poſitis à Concilio poteſt quodlibet eligi. n.64.*
28 *Non poteſt de vno ad aliud Monaſterium transferri monialis ſine licentia Papæ. n.65.*
29 *Non poteſt ex Monaſterio alterius ordinis eligi Abbatiſſa, n.66.*
30 *Si in proprio vel alieno Monaſterio eiuſdem ordinis non habetur habilis, vel talis, quæ ſit triginta annorum, à Papa poſtulanda eſt habilis. numer.66.*
31 *Declaratio aliqua S. Congreg. data in caſu particulari. n.67.*
32 *Si nec in proprio, nec in alio Monaſterio eiuſdem ordinis habetur monialis quadraginta annorum, & quinque annos profeſſa, eligi poteſt quæ ſit 30. annorum & profeſſa. n.68.*
33 *An ſi eligatur non habens qualitates Concilij electio ſit ipſo iure nulla. n.69.*
34 *Eligi poteſt cuiuſcumque ætatis maioris anno 40. num.70.*
35 *Infamis non poteſt eligi. n.71.*
36 *In Ord. Prædic. eligenda debet habere 12. annos à profeſſ. n.72.*
37 *In Prouincia Lombardiæ ſoror non ſuccedit ſorori. num.72.*
38 *Hoc de iure communi non eſt prohibitum. numer.72.*
39 *In Ord. Prædicat. debet ſeruari interſtitium duorum Prioratuum. n.73.*
40 *Nec Superioriſſa immediate eligitur in Prioriſſam num.73.*
41 *De iure communi ſeruatur interſtitium trienale, ſeu vnius Abbatiſſatus. num.74.*
42 *Extra Italiam Abbatiſſa ad aliud triennium poteſt confirmari. n.74.*
43 *Quid in Ordine Minorum. n.75.*
44 *Quid vbi Abbatiſſæ ſunt biennales, vel annuales. num.75.*
45 *Ineligibilis cenſura ligata. n.76*
46 *Et non habens omnes conditiones à iure requiſitas. num.76.*

40 Quæritur tertiò, quæ ſint conditiones eligendæ in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam? Eſt autem certum, ad eam requiri cõditiones de iure naturæ, aut diuino in Superioriſſa in Eccleſia Chriſti requiſitas, vt quod habeat vſum rationis expeditũ, quod ſit baptizata, quod non ſit infidelis, quod habeat tantam rerum ſcientiam, & experientiam, quanta eſt neceſſaria ad regimen Monialium, & quod ſit probatæ vitæ & morum. De quibus conditionibus dictum eſt abundanter ſupra cap.25. Pariter etiam loquendo de aliquibus conditionibus ex iure poſitiuo neceſſarijs, certum eſt, eligendam debere eſſe profeſſam expreſsè illius Ordinis ſub quo militat Monaſterium, & non ſufficere profeſſionem tacitam, ſed requiri expreſſam *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* & cap.7. ſeſſ. 25. de Regular. Conc. Trid. ſicut & eſt neceſſe, eam non eſſe excommunicatam, ſuſpenſam, interdictam, priuatam voce paſſiua, vel ex quacunque cauſa inhabilem. Et de iſtis etiam conditionibus neceſſarijs tam in viris, quàm mulieribus ad hoc, vt præſint, vel gubernent dictum eſt ſatis præfato cap. 25. Supereſt, vt de alijs conditionibus habeatur ſpecialis inquiſitio, de quibus poteſt eſſe ſpecialis dubitatio.

41 Et quidem dubitatur primò, an defectus natalium impediat, ne monialis eligi poſſit in Abbatiſſam, vel Prioriſſam? Et quidem primò hoc pro certo habeo, quòd nulla irregularitas propriè ſumpta & ex vi irregularitatis impedit moniales, ne eligantur ad Regimen Monaſterij. Et ratio euidens eſt, quia irregularitas inquantum talis directè, & primò impedit à ſuſceptione, & vſu ordinũ, & ſolùm ex conſequenti impedit à Regimine, pro quanto Regimen ſupponit, & habet annexum vſum ordinum. Cum verò moniales ſint ordinum incapaces, & earum regimen ordines nõ ſupponat, nec illæ ſunt capaces, vt ex iure poſitiuo fiant irregulares, nec in eis irregularitas ſuos effectus parere poteſt irregularitas enim capacem ordinum, ab ordinibus arcet. Et ſic defectus natalium inquantum eſt irregularitas non impedit monialem, ne ſit Abbatiſſa, vel Prioriſſa, vel Præpoſita; quia huiuſmodi officium nõ habet annexum vſum ordinum, Sed quia defectus natalium per ſe inhabilitat ad Prælaturas & Dignitates, ideo dubium eſt, an inhabilitet etiam moniales ad earum præfecturam? Affirmant enim *Gloſ. in cap. indemnitatibus, §. ſanè ver. Canonica, de elect. in 6. & ibid. Gemin. num. 7. Io. Andr. num. 6. Anchar. num. 5. not. 6. Franch. numer. 4. Panorm. cap. cum in cunctis, in fin. de elect. & Dec. ibid. & Bellam. num. 36. Felin. in cap. meminimus de accuſ. num. 4. Mandoſ. Maiol. Vinald. Sayras, Suarez, Naldus, Sanctarellus, Pariſius, Layman.* apud *Tambur. de iure Abbatiſſarum diſpat. 28. q. 11. num. 1. Barboſa ad cap. primum de filijs Presbyterorum. Sigiſm. à Bonon.*

Digitized by Google

Bononia. Homobonus, Pariſ. Azeued. Bellet. Felic. de Vega, Aldanus, quos refert, & ſequitur *Paſqual. ad Lauret. de Franch. p. 1. num. 659. Caſtell. cap. 17. nu. 5.* Immò ſic declaraſſe Sac. Congreg. ex *Albano* refert *Paſqual. ibid.* Quia enim defectus natalium de iure communi inhabilitat ad Prælaturas, & Præfectura Monialium eſt quædam Prælatio, quam talis defectus obſcurat, ideo dixerunt illegitimam non poſſe eligi & præfici Monialibus ſine diſpenſatione.

42 Verum quia nec Monialium Abbatiſſatus eſt, vel dignitas, vel Prælatura, ſed importat domeſticum quoddam, & maternale regimen, ſine Prælatione, & longè diuerſa eſt conditio virorum, & mulierum, & Prælaturæ habentis poteſtatem iuriſdictionis & Ordinis & vſum clauium, qua carent Moniales habentes ſolum quoddam domeſticum, & maternale dominium, & præfecturam, & ex cõſequentia ſancita de viris, & iura inhabilitantia ad dignitates, vel ad curam animarum, vel ad Prælationes, vel ad beneficia non ſunt extendẽda ad mulieres, & in iure nullus eſt canon, nullus textus in quo expreſsè ſermo habeatur de Monialibus, nam & in Conſtit. Sixti V. contra illegitimos nulla ſit mentio de illis, vnde & teſte *Lauorio tract. 4. de elect. cap. 24. num. 38.* Sacra Congregatio Cardin. die 4. Octob. 1594. declarauit, Moniales non comprehendi ſub ea Conſtit. Sixti V. quominus in Abbatiſſas, & Prioriſſas eligi poſſint, ideo defectum nataliũ non impedire Moniales, quin ad Monaſterij Præfecturam eligi poſſint tenuerunt etiam *Lauor. citatus, Portel. v. Abbatiſſa num. 6. Miranda de Manial. q. 6. art 3. Hieron. Rodriq. reſol. 2. num. 21. Tambur. de iure Abbat. diſp. 28. q. 11. nu. 2.*

43 Mihi in hac parte videtur conſiderandum, quod cum vnaquæ qui his duabus ſententijs afferat pro ſe declarationes Sacræ Congregationis, illæ declarationes non ſunt contrariæ, & illa quam affert ſecunda ſententia illi non fauet. Nam abſolutè & de iure communi Sacra Congregatio ſemper ſenſit, quod illegitima ſine Papæ diſpenſatione non poteſt fieri Abbatiſſa, vt habetur in vna Meſſanen. 25. April. 1625. quam refert *Nicolius in Floſculis v. illegitimus.* Et priùs etiam idem declarauerat eadem S. Congr. in vna Spolet. 4. Decembris 1602. & Ferentinen. 3. Decembris 1604. Addit autem *Nicolius* ſupra, eandem S. Congregationem declaraſſe, quòd Epiſcopus cum illegitimis poteſt ad alia officia obtinenda diſpenſare, in vna Patauien. 27. Maij 1603. Et ſine dubio dicendum eſt, quod de iure communi illegitima ſit inhabilis ad Præfecturam Monialium, quæ eſt aliqua Prælatio, & importat ſuperioritatem cum honore, & Maternale dominium, quod tali Præfectæ conuenit, exigit in perſona cui tribuitur claritatem, & decorem, defectus verò natalium importat vilitatem, obſcuritatem, & maculam. Et ideo prima opinio abſolutè vera eſt.

44 Verùm alia declaratio S. Congregationis data in vna Cardonen. 4. Octobris 1594. cuius meminit, *Lauor.* & ſuper qua ſe fundant ipſe & alij, non loquitur abſolutè, nec de omnibus Monialibus, ſed loquitur de illegitimis, quæ habitum recipiunt in Monaſterijs Ordinum Mendicantium, & de iſtis non decernit abſolutè, quòd poſſint promoueri ad Præfecturam Monaſteriorum, ſed ait, quòd per priuilegia Apoſtolica habilitantur ad omnes gradus, & quod huiuſmodi priuilegia non fuerunt per Sixtum quintum reuocata, quoniam ipſe Sixtus quintus in ſecunda ſua conſtitutione declaratoria prioris conſtitutionis contra illegitimos declarauit ſub ea non comprehendi Moniales.

45 Eſt autem circa hanc declarationem difficultas, quia videtur quòd velit Moniales Mendicantium Ordinum ex priuilegijs eſſe habiles ad gradum & officium Præfacturæ abſque diſpenſatione, & tamen huiuſmodi priuilegia non inueniuntur. Aliàs verò de iure communi profeſſio Religioſa non habilitat ad dignitates & Prælationes *cap. p. de fil. Presbit.* & probatum eſt ſupra *cap. 25. quæſt. 16.* Vnde igitur Moniales Mendicantium Ordinum ex priuilegijs dicuntur habiles ad Præfecturam earum? Conſiderandum verò eſt; quòd ex Conſtitut. Sixti quinti contra illegitimos, nihil innouatum eſt circa Moniales, vt idem Sixtus quintus declarauit, vnde quantùm ad Moniales ſtandum eſt antiquis priuilegijs Ordinibus Mendicantium conceſſis, nec habent locum difficultates, quæ ex d. Conſt. Sixti quinti ſupra *cap. 25. quæſt* 20. conſideratæ ſunt. Inter priuilegia verò vnum refert *Portell. v. illegitimus numer. 9.* quòd ait conceſſum PP. Congregationis S. Io: Euangeliſtæ in Portugallia, & quòd ait contineri in eorum Compendio *fol. 9. pag. 2.* & ab Eugenio IV. fuit datum Conuentui S. Georgij in Allega dicti Ordinis, per quod admiſſus ad profeſſionem inter illos, ſi habet defectum natalium ipſo facto eſt diſpenſatus ad Prioratus, Præpoſituras, & Rectorias, aut officia in dicto Ordine. Et propterea quòd profeſſus illegitimus ipſo facto ſit diſpenſatus ad Prælaturas tenuerunt *Villalobo. tom. 1. tract. 13. diff. 60. num. 10.* cuius verba referunt *Diana par. 4. tract. 2. Reſol. 65. & Leander a S. Sacramenta tract. 2. de irregul. quæſt 73.* vbi pro hac ſententia quam ipſe approbat referi etiam *Machado tam. 1. ſum. l. 1. par. 3. trac. 17 docum. 2. numer. 1. Gibelin. capit. 6. quæſt. 3. conſect. 2. Leandrum à Murcia in capit. 4. ſuper 2. Regul. S. Franciſci § 2. num. 17. & cap. 5. §. 3. num. 33.* cuius verba refert *Diana par. 10. tract. 7. reſol. 39.* Verùm *Lezana par. 3. v. illegitimus num. 17.* Ex eo quòd non conſtat an præfatum priuilegium ſit viuæ vocis oraculum, & quia videtur reuocatum per Sixtum quintum in vtraque ſua Conſtitutione, non audet aſſerere, quòd liceat vti tali priuilegio. Et certè niſi videatur tenor priuilegiorum, & ſciatur quando & à quo, & quomodo conceſſa fuerunt, velle vti illis eſt exponere ſe periculo, & parùm tutum.

46 Securiùs dicitur, quòd Moniales Mendicantium gaudent priuilegijs ſuorum Ordinum. Vt pro Ordinibus Prædicatorum, & Minorum ſtatuit Sixtus quartus in bulla aurea. Quod pluries eiſdem & aliorum Ordinum Mendicantium Monialibus ab alijs etiam Pontificibus conceſſum fuit vt videre eſt in *compend. priuileg. ad Caſarub tit. communicatio priuilegiorum §. 2. 3. 4. 5. 6. 17. 18. & 19. & apud Rodriq. p. 1. quæſt. 55. art. 13. & 14. & apud Tambur. de iure Abbatum p. p. diſp. 17. q. 1. num. vltimo.* Vnde communiter DD. teneat, Moniales gaudere priuilegijs Ordinum ſub quorum regulis militant. De quo videri poſſunt *D. Anton. 3. p. tit. 16. cap. 3. Palud. in 4. d. 38. quæſt. 2. num. 17. Syluest. v. Religio 3. quæſt. 3. & quæſt. 9. art. 4. & 5. & quæſt. 10. art. 2. Rodriquez & Tambur. locis citatis Miranda de Monialibus quæſt. 6. art. 3. Barboſa Appellat. 147. num. 13. Lezana ad Bullam auream §. 4. & ad Mare Magnum Carmelit. num. 385. Portell.*

v. Mo-

v.Moniales.num.11.Hieron.Rodriq.reſol.98.numer.1. Donatus in praxi par.1.tr.6.quæſt 3.Quamobrem certum eſt, moniales Ordinum Mendicantium & communicantium in priuilegijs cum illis ſi ſint illegitimæ non indigere diſpenſatione Apoſtolica, ſed poſſe ab eorum Superioribus Prælatis Regularibus diſpenſari. Et propter hoc dicuntur ex priuilegijs habilitatæ ad gradus & officia, & Præfecturas in ſua Religione.

47 Dubitatur ſecundò. An non virgo poſſit eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam, aut Præfectam Monialium. Sed ad huius quæſtionis ſolutionem præmittendum eſt, quòd multiplex eſt benedictio, & velum, quod iuxta Sacros Canones dabatur Monialibus *Gloſſa in cap.Iuuencul⸗s 20.quæſt.1.in verbo velamen* quatuor diſtinguit, ſed Turrecremata in *cap.Deuotis* eadem cauſa *& quæſt. numer.11.quæſt.9.* ſex vela numerat primum eſt velum conuerſionis, quod communiter eſt album, & conuenit nouitiabus de recenti à ſeculo venientibus. Et hoc velum à *Lauorio cap.24.nu.23. vocatur* velum probationis, Secundum erit velum profeſſionis, quod datur fœminis continentiam profitentibus, de quo eſt ſermo *cap. puella.22. quæſt.2.* Quod velum hodie portant profeſſæ, *Syluest. v.conſecrat.1. Palud.4. d.38.* & ex Concilio Tridentino nõ poteſt modò dari ante 16. annum. Tertium velum eſt conſecrationis, quod à ſolis Epiſcopis dari poteſt, & antiquitus dabatur anno ætatis 26. *cap.placuit* 20. *quæſt.* 1. *Concil. Carthag.3. cap.4* & dabatur in Epiphania, & in hebdomada Reſurrectionis, & in feſtis Apoſt & in Dominicis diebus, §. *velamentum.20. quæſt.1.* & in quacumque neceſsitate, ſed *Turrecremata* addit, quòd olim praxis erat, vt daretur etiam ante expletum 25.annum. Quartum eſt velum ordinationis, quod dabatur Diaconiſſis in 40. anno vt poſſent legere Euangelium in matutinis. *cap.Diaconiſſam 27. q.1. ex Concil.Calcedon.cap.15.& cap.ſanctimoniales* 20. *quæſt.1. ex Concil. Carthag.3.* Quintum erat velum Prælationis, quod dabatur Abbatiſsis in 60. anno *cap.iuuenculas* 20.*quæſt.*1. Sed modo Abbatiſſę creantur minoris ætatis, vt aduertit *Turrecremata*, & nec omnibus datur hoc velum, ſed alia quædam benedictio. Sextum erat velum continentiæ, quod erat viduarum, *cap. vidua.25. quæſt.*1. quod velum poterat dari etiam à ſacerdote, immò ipſamet vidua poterat emiſſa profeſsione coram ſua Prælata accipere illud de altari, & dari poterat etiam virginibus. At verò nunc omnia huiuſmodi vela non ſunt in vſu, & temporales Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ non conſecrantur, nec velum Prælationis proprium accipiunt, immò nec omnes benedicuntur.

48 His ſic ſuppoſitis hoc certum eſt, quòd monialis corrupta non poteſt conſecrari. Vt enim habet *D.Th.4.d.38.quæſt.1.art.5.* hæc conſecratio inſtituta eſt ad ſignificandam integritatem virginitatis in ſpirituali matrimonio Chriſti cum Eccleſia, vnde eſt, quod in ea benedictione ſæpius fit mentio integritatis virginalis & ideò falſificaretur ritus Eccleſiaſticus ſi corrupta benediceretur. Et propterea corrupta non poteſt benedictione Virginali conſecrari *Nauar. conſil.4 de Regul num.4. Sylu.v. Conſecr.Virgin.n.2. Armilla ibid* Quapropter dicitur quòd vbi Abbatiſſa debeat eſſe conſecrata, & velum Virginitatis obtinere, corrupta non poteſt eligi, & ſi ex ignorantia eligentium eligatur, ipſa non poteſt nec debet conſentire electioni. Quia vt probat D. Thom. vbi ſupra, nec occulta corrupta poteſt conſecrari; nam ipſi rationi repugnat, vt ſolemniter tanquam Virgo benedicatur & Deo conſecretur, quæ virgo non eſt. Et in hoc ſenſu vera eſt communis ſententia, ſcilicet, quòd corrupta non poteſt eligi in Abbatiſſam, ſi Abbatiſſa benedictionem Virginitatis debet obtinere, vt communiter DD. docent.

49 Vlterius verò debet diſtingui corrupta in publicam, qualis eſt vidua, & occultam, qualis eſt, quæ licet perdiderit virginitatem, habetur in facie Eccleſiæ, vt virgo. Vnde dicitur ſecundo quod publicè corrupta non poteſt in Monaſterio Virginum eligi in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, etiam præſcindendo à quacunque benedictione, ſeu conſecratione, & ſpectata ſola ratione Præfecturæ. Quoniam non decet, vt Virginibus corrupta præſit, & tantus eſt in mulieribus decor, honor, præſtantia virginitatis, vt contra hierarchicum Eccleſiæ ordinem ſit, quod Virgines ſubſint non Virgini, & incorruptæ corruptæ. Propterea nedum prohibitum fuit antiquitus *cap. ſi quis omnem.§.Nouimus, 1. q.7. & c.iuuenculas 20.quæſt.1.* quod non virgines fiant Abbatiſſæ, ſed & per S. Congregationem Epiſcoporum & Regularium id expreſsè declaratum fuit. in vna Caſſanen.29.Ianuarij 1585.& 15.Iulij 1516. ſub his verbis. *Quòd ſi vidua Monaſticum habitum aſſumat, ad Abbatiſſæ, aut Prioriſſæ munus obeundum, abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione eligi non poteſt.* Quam declarationem referunt *Caſtell.cap.17. nu.27.& Tambur.de iure Abbatiſs.diſp.18. quæſt.12. numer.1.* Et idem declarauit S. Congr. Concil.27. April.1630.vt refert *Nicolius in Floſculis v. Abbatiſſa.numer.1.* Vnde hanc partem, quod nec vidua in Monaſterio Virginum poſsit eligi in Abbatiſſam ſeu Prioriſſam tenuerunt *Gloſs. in Clemen. attendentes §.ſtatuimus, v.Rationabilis de ſtatu Monach.& ibi Io: Andr.& Panorm.& Imola, Turrecremata in cap. Iuuenculas 20.quæſt.1.Caſtell.de elect.num.5. & 27.& apud eum Capell.Tholoſ.Lauor.de elect.cap.24.nu.10. Diana par.3. tract.2.reſol.90. Mirand.de Monial.q.7. art.6. Tambur. de iure Abbatiſ. d.28. quæſt.12. in fin. Barboſa de iure Eccleſ.lib.1. cap.45. num.24. & apud eum Mandoſ.Selua, Lapus, Maiol.& Rodriquez Paſqualig.apud Laurentum de Franchis num.692.& apud eum ibid nu.690. Burgat. Vtuald.Seb.& Homobonus. Nicolius vbi ſupra.*

50 Quod ſi hoc eſt verum de Viduis, multò magis eſt dicendum de corruptis extra matrimonium, nedum vbi corruptio ſit notoria, vel publica, & manifeſta, ſed etiam ſi ſolùm ſit famoſa, dum tamen infamia ſit apud graues perſonas, & honeſtas, quia quæ infamia peccatrix eſt, non eſt apta vt præſit, & regat virgines, & ſi corrupta honeſtè, & in matrimonio excluditur à præſidentia, multò fortiùs excludi debet, quæ de ſorde incontinentiæ fornicariæ eſt diffamata.

51 Et quàmuis aliqui crediderint Epiſcopum poſſe diſpenſare cum corrupta, vt eligatur in Abbatiſſam, ſeu Prioriſſam, ſi corruptio non ſit notoria, pro qua ſententia referuntur *Archidiac. in cap. Acutius num.3.diſt.26.& ibid.Prapoſ.v.numer.5.Geminian.num.5. Layman in quæſt. Canon. de elect. Prælat. capit. vit. quæſt.129. reſ.3.* tamen cum ex declarat.

S.Con-

S.Congr. ſupra relata, uec vidua poſsit diſpenſari niſi à Pontifice vt eligatur in Abbatiſſam, multò minùs poteſt diſpenſari ſornicariè vel incontinenter corrupta ſi de incontinentia ſit diffamata.

52 Sed ſi moniales occultè ſit corrupta, non inuenio legem; quæ prohibeat illam eligi poſſe ad monialium Præfecturam, cum in facie Eccleſiæ illa virgo ſit & habeatur, ſine querela & mala diffamatione. Declarationes enim Sacræ Congregationis loquentes de vidua, ſimul loquuntur de notoriè corrupta, qualis eſt vidna, quæ in facie Eccleſiæ viro coniuncta vixit. Et de hac ſimiliter, quæ in facie Eccleſiæ non ſit virgo intelligitur *cap.iuuenculas* 20. *quæſt.*1. Cum verò de iure diuino non ſit, quòd non virgo aliàs apta & virtutibus prædita pręſit virginibus, & vbi corruptio ſit occulta ceſſet ſcandali occaſio, & indecentia illa exterior, quæ in hoc attendi poſſet, & aliàs certè ſi occulta corrupta eligatur non tenetur prodere ſe ipſam, & ſe infamare, & alijs ſcandalum eſſe, alias verò valde difficile eſt, vt electa non conſentiat electioni inuento prætextu tali, vt non oriatur de ea aliqua mala ſuſpicio, cum aliàs paucæ ſint, quæ ſolo intuitu humilitatis, & virtutis recuſent præfici alijs; ideo non video vnde prohibitum ſit occultè corruptam, ſi eligatur, conſentire ſuæ electioni, & recipere præfecturam, & officium, ſi aliàs digna ſit, & ad illud idonea. Et ita hanc partem tenent à fortiori illi, qui abſolutè docent corruptam poſſe eligi vbi non ſit conſecranda, qui ſunt *D. Anton.*3.*p. tit.*17.*cap.*22. §.1.*ex Palud.*4.*d.*21.*quæſt.*3.*art.*3. *numer.*60. *Rodriq. par.*3.*ſum.cap.*3.*num.*9. *Hieron. Rodriq.reſol.*2. *nu.*26. *Portell.v. Abbatiſſa num.*10. *Sanchez l.*5.*ſum.capit.*5. *num.*22. *Suarez.tom.*4.*de Relig.trac.*8.*l.*2.*cap.*6.*nu.*16. Et in terminis proprijs hoc tenet *Paſqualigus ad Lauretum de Franchis p.p.nu.*693. Nec obſtat quòd, vt habetur ex *Creſcen.deciſ.*9.*de probat.aliàs* 151. ſtylus Pœnitentiariæ ſit, vt etiam in caſu occulto non concedatur corruptæ abſolutio, niſi cum clauſula, vt non poſſit eligi in Abbatiſſam, & ſi eligatur non poſſit cõſecrari: quia immò cum ex hoc pateat negari electionem in ordine ad conſecrationem, per locum a contrario deducitur, quòd vbi non interueniat conſecratio, non ſit prohibita electio.

53 Quod verò *Paſqualig.ibidem num.*694. arbitretur, ſi in Monaſterio non ſit alia quadragenaria, quæ eligi poſſit, niſi corrupta, quòd hæc poſſit eligi abſque diſpenſatione, non dicitur conſequenter, nam licet *Concil.Trid ſeſſ.*25.*cap.*7. de Regularibus expreſsè non requirat ad eligendam in Abbatiſſam, quòd ſit virgo, ſupponit tamen hoc requiſitum ex ſacris canonibus, & nec voluit ſtatuere, quòd habens qualitates ab eo expreſſas poſſit, & debeat eligi, ſi illi deſint qualitates aliæ aliunde ex quacumque lege requiſitæ. Non enim Concilium voluit derogare alijs legibus iuſtis, & prohibentibus eligi aliquam in Abbatiſſam, etiam ſi habeat ibi ab eo requiſita. Quamobrem cum corrupta ſit ineligibilis, habenda eſt in ordine ad electionem, ac ſi non eſſet in mundo; Vnde licet ipſa habeat requiſita per Concilium, non tamen eligi poteſt, quia aliunde impeditur, vnde in eo caſu vel petenda eſt diſpenſatio, vel iuxta Concilij ſtatutum recurrendum eſt, vel ad aliquam extra Monaſterium eligendam, vel ad habentem conditiones in hoc caſu requiſitas, vt explicatur infra.

54 Dubitatur tertiò. An Bigama eligi poſſit in Abbatiſſam. Bigama dicitur nedum, quæ habuit plures viros, ſed etiam quæ poſt ſolemne votum caſtitatis præuaricata eſt. Ad hoc enim non ſufficit ſimplex violatio voti ſimplicis, vt ſi aliqua poſt votum ſimplex nupſerit. *Sanchez l.*5.*ſum.c.*5. *num.*22. Bigama verò ſi conſideretur quatenus eſt corrupta, dicendum eſt iuxta doctrinam pręcedentis dubij, eam eligi non poſſe; quia ſi non poteſt eligi ſimplex vidua, multò minùs poteſt eligi quæ à pluribus fuit cognita. Sed ſi ſpectetur bigamia, præſcindendo ab impuritate corruptionis, & quatenus bigamia ex propria ratione ſumpta eſt ſpecies irregularitatis, dicitur quòd illa in mulieribus nec locum habet, nec effectum; nedum quia lex pœnalis loquens de viris, non extenditur ad fœminas *cap.generali, de elec.in* 6. Sed quia mulieres non ſunt capaces irregularitatis, cum non ſit capaces ordinis ſacri; irregularitas verò eſt canonicum impedimentum ne ordines ſuſcipiantur, vel ordinatus eis vtatur. Nec bigamia impedit viros ne eligantur per ſe, ſed per accidens in quantum officio ſit coniunctus Ordo, & ordinis vſus; quamobrem cum moniales ſint incapaces ordinis, & clausum, non eſt vnde dicatur, quòd moniales ex bigamia, vel alia irregularitate impediantur ne eligi poſſint. Quod verò *cap.*2.*diſt.*78. dicatur, quòd bigama non conſacretur in Diaconiſſam, ille canon nec eſt alicuius Concilij aut Pontificis, ſed eſt palea, nec debet attendi, & cum loquatur de conſecratione Diaconiſſæ non facit ad rem. Quamobrem quòd bigamia non impediat ex propria ratione ne monialis eligatur in Abbatiſſam, tenent *Emmanuel. Rodriq.reſol.*5.*num.*3. *Barboſa l.*1.*de iure Eccleſ.cap.*45, *num.*22. *Paſqualig. ad Lauretum de Franchis p. p. numer.*695. Qui verò oppoſitum ſentirent, explicandi ſunt, vt excludant bigamam ab electione ratione corruptionis, non vero ratione irregularitatis, ſic enim loquuntur *Tambur.d.diſp.*18. *quæſt.*13. *& Pelliz.de Monial.cap.*8.*num.* 36. *& alij.*

55 Dubitatur quartò. An moniales deſcendentes ex Mauris, Saracenis, vel ex alio maculato genere poſſint eligi in Abbatiſſas? Difficultas eſſe poteſt primò ex multis Conſtitutionibus Pontificum pro Ordine Minorum, de quibus facta fuit mentio ſupra *cap.*25.*nu.*59. in quibus deſcendentes ex maculato genere arcentur à dignitatibus. Sed cum illæ Conſtit. loquantur de viris, & ſint odioſæ & pœnalis non extendi ad moniales, quia in pœnalibus ſub nomine virorum non veniunt fœminæ, tenent DD. infra citati. Ideo cum Pius IV. ſimilem conceſſionem dediſſet pro Ord. S.Hieron. requiſitus an ſub ſua conſtitutione comprehenderet moniales de anno 1564. reſpondit non comprehendi, prout habetur in compend. Priuileg.d. Ord. *ver.ſtatutum*, & punctum huius difficultatis *referunt*, & ideò hanc partem ſequuntur *Mirand.de Monial. quæſt.*6. *nu.*2. *Tambur.d.diſp.*28.*quæſt.*14 *num.*2. ſed *Paſqualig. vbi ſup.num* 665. ponderans quòd in præfata declaratione Pij IV. agebatur de ingreſſu Religionis, non verò de promotione ad Abbatiſſatum, aut dignitates, & quòd in huiuſmodi inhabilitatibus ad prælationes locum habere debeat regula, *quòd maſculinum comprehendat fœmininũ*, tenet probabilius eſſe vt per dictas conſtitutiones excludantur etiam fœminæ. Sed in his credo ſtandum eſſe conſuetudini,

quæ eſt optima legum interpres, nec de facili extenſionem fieri. Maximè in puncto huius quæſtionis, in quo diſpoſitio eſt odioſa & aliquo modo præiudicat fidei, & dignitati baptiſmi, vt filia innocens puniatur ex infidelitate parentum, nec ſufficiat illi propria fides, & baptiſmus. Quamuis vero Abbatiſſatus, ſeu Prioratus Monialium non ſint dignitates, propriè dictæ, quia nihilominus ſunt officia publica, filiæ hæreticorum intra terminos *cap. quicumque & cap. ſtatutum de hæreticis in 6.* inhabiles ſunt, vt ad præfata officia eligantur, iuxta dicta ſuperiùs *cap. 25. num. 74. & ſequent.*

56 Dubitatur quintò, quæ nam ætas eſt neceſſaria ad hoc vt Monialis eligatur, in Abbatiſſam? Ex vi *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* ætas 30. annorum ſufficiens erat pro Abbatiſſatu, quàmuis S. Gregor. vt habetur *cap. Iuuenculas 20. q. 1.* ſexaginta annos requiſierit. *Iuſtinianus autem in Authent. quomodo oper. Epiſ §. 4. & in l. Nullam, C. de Epiſ. & Cler.* quinquaginta præfixerit, nunc ex decreto Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. de Regularibus duplex tempus eſt neceſſariò attendendum. Primum eſt, vt eligenda ſit ætatis annorum quadraginta, ſecunda quod à profeſſione octo annis laudabiliter vixerit in Monaſterio. *Abbatiſſa*, inquit, *& Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, eligatur non minor annis quadraginta, & quæ 8. annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex ijs, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerunt, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur.* Et per hoc decretum derogatum eſt Regulę Fratrum Minimorum ſtatuenti, quod Correctrix Monialium eligi poſſit ætatis annorum 25. & profeſſionis 2. *Tambur. diſp. 28. q. 2. nu. 6.* Sunt verò aliqua circa hoc decretum conſideranda.

57 Et primò an iſti anni debeant eſſe completi. Sufficere quod ſint incepti ſuſtinet. *Portell. caſu 13. num. 1.* ex regulis quibuſdam generalibus, quæ non applicantur. Sed oppoſitum eſt dicendum. Non enim Concilium inquit, quòd eligenda debeat eſſe ætatis 40. annorum. Sed quod non ſit minor quadraginta annis; At verò minor 40. annis eſt, quæ annum quadrageſimum nondum expleuit, *l. denique, §. Minorum, ff. de minor.* Prout tenent *Garzias par. 7. de benef. cap. 4. num. 71. Barboſ. de off. Epiſ. alleg. 100. num. 12. fin. & ad d. cap. 7. Conc. Trid. num. 3. Paſqual. ad Laurer. de Franchis par. 1. num. 34.* Vbi addit, quod ſufficiat attigiſſe vltimum diem anni, & hoc probat ex *d. l. denique*, Sed ex ea oppoſitum colligitur, & habetur, quod annus completus debet eſſe completus de momento ad momentum. Nihilominùs in hac parte non ita rigorosè eſſe computandum tempus rationabiliter dicitur. Nihil enim intereſt tempus vnius diei, ad condignitatem eligendæ, & moraliter loquendo poteſt dici ſimpliciter non eſſe minorem 40. annis, quæ vltimum diem anni quadrageſimi iam incœpit.

58 Hoc verò adeo verum eſt, quod etiam ſi minor 40. annis ſit aliàs dignior ijs Monialibus, quæ compleuerunt annum quadrageſimum illius electio vitioſa ſit & inualida. Nam cum hoc ſit per accidens, & regulariter maiores 40. annis ſint magis idoneæ ad guberninm, quàm minores, lex conſiderans, quòd per ſe regulariter, & vt in pluribus euenit, & propter hoc præcipiens, vt eligenda ſit annorum 40. ſeruanda eſt, etiam in caſu cōtingenti, quòd hic, & nunc minor aliqua ſit magis digna. Vt tanquam deciſum à Sac. Congregat. in vna *Viterbien. 16. Maij 1623. ex Aldano* referunt *Barboſa ad d. cap. 7. Conc. Trid. num. 9. & l. 1. de iure Eccleſ. c. 45. num. 20. Tambur. d. diſput. 28. q. 2. num. 7.* Et hoc verum eſt etiam ſi illa minor ſit paucis mēſibus illis maioribus. *Lauor. de elect. cap. 24. num. 6. Paſqual. ad Lauor. de Franch. par. 1. num. 653. Barboſ. & Tambur. vbi ſupra.*

59 Inde eſt, quòd ſi in Monaſterio adſit vna ſola Monialis habens duas præfatas conditiones, ſi ſit idonea, nō obſtante, quod minoris ætatis ſint multæ alias digniores, illa ſola eſt eligenda. Quia aliæ de facto nedum non ſunt digniores, ſed nec ſunt dignæ, cum non habeant conditiones requiſitas à lege. Et non obſtat, quòd electio videatur coarctata, & nō libera; quia libertas eligentiū non eſt, vt poſſint eligere habiles, & inhabiles ſed quòd ex habilibus poſſit quiſq; eligere, quem iudicauerit eligendum. Quod ſi contingat obiectum coarctari per accidens non perit libertas eligentium. In caſu igitur præfato illa vnica eligi debet. *Lauor. d. cap. 24. num. 7. Tambur. d. diſp. 28. quæſt. 2. nu. 10. Paſqual. num. 654.* Vbi *num. 655.* addit in eodem caſu non poſſe inconſulta S. Congreg. relicta illa vnica habentes qualitates Conc. eligi alia ex alieno Monaſterio, etiam ſi adeſſet rationabilis cauſa id faciendi.

60 Eſto tamen dentur plures Moniales, quæ excedant & 40. annum, & 8. annos à profeſſione, ſi aliàs non ſunt idoneæ, quia vel non ſint laudabilis vitæ, vel alium defectum patiantur, propter quem non ſunt aptæ ad præfecturam, nulla illarum eligi debet. Sed tunc adeſt neceſſitas recurrendi ad alias iuxta diſpoſitionem Concilij. Quia numquam indigna, vel non idonea eſt eligenda. Concilium enim ſupponit in ſenioribus idoneitatem. *Suarez num. 4. de Relig. tr. 8. lib. 2. cap. 6. nu. 8.* Tamen *Paſqual. d. p. 1. num. 34.* putat recurrendum eſſe in caſu defectus prudentiæ ad S. Congreg. niſi neceſſitas vrgeat. Quod tunc certè fieri debet, cum indignitas ſeniorum, vel non eſt certa, vel non eſt tanta, vt reddat eas ſimpliciter indignas.

61 Cæterùm vbi adſint quadragenariæ habentes conditiones Concilij, nedum minor non poteſt eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam, ſed nec in Vicariam Monaſterij habentem curam illius ordinariam. Concilium enim non reſpicit nomen, ſed officij dignitatem, & vult quòd non minor annis 40. & 8. annis ab expreſſa profeſſione eligatur in Præfectam Monaſterij, quocumque poſtea nomine vocetur. *Tambur. d. q. 2. num. 11. Paſqual. num. 658.* qui tamen addit poſſe eligi pro interim vbi Abbatiſſatus vacet pro aliquo tempore.

62 Et tanta eſt vis huius Conciliaris legis, vt in ea non poſſit Epiſcopus diſpenſare. Quia Epiſcopus, vel aliàs ſuperior Papa inferior non poteſt diſpenſare in lege Conciliari. *Azor. p. 1. lib. 6. cap. 5. q. 9. Mirand. de Monial. q. 7. art. 4. Garz. p. 7. cap. 4. nu. 72. Sigiſm. de elect. dub. 62. num. 7. Tambur. d. diſp. 28. q. 2. n. 6. Nauar. Rittius, Nouar.* quos refert, & ſequitur

tur *Barb.ad d.c.7. Conc.Trid.n.8. Paſqu.d.t.p.n.657.*

63 In caſu verò quod vna ex duabus, ſeu meliùs tribus qualitatibus deficiat, duo remedia dantur à Concilio, ſcilicet, vel eligere ex alio Monaſterio, vel eligere ex eodem aliquam habentem ætatis 39. annorum & quinque à profeſſione. Ad hoc enim vt ſimus in caſu accipiendi remediũ aliunde, non eſt neceſſe, quod Monialibus ſenioribus deficiant copulatiuè omnes præfatæ qualitates. Nam Concilium ad hoc vt intret neceſſitas eligendi ex illis ſenioribus requirit tres illas conditiones copulatiuè, ſcilicet ætatem 40. annorum Profeſſionem expreſſam 8. annorum & laudabilem vitam. Igitur vna harum qualitatum deficiente in ſenioribus ablata eſt neceſſitas eligendi ex illis. *Paqualig.vbi ſupra n.656.*

64 Hinc ad quæſ.quam ex *Suarez* tractat & reſoluit *Peliz.cap.10.num.93.* patet quid dicendum. An ſcilicet, in caſu quod in Monaſterio ſint duæ Moniales, quarum vna ſit ætate quadragenaria, ſed non habent octo annos à profeſſione, quos habet alia, quæ licet excedat ætate annum 30. tamen nõ attingit quadrageſimum, quæ nam ex iſtis ſit eligẽda? Dicit enim quod abſolutè hoc decernere eſt arbitrarium, ſed quod cæteris paribus præferenda eſt antiquior ætate, & quod vbi nulla Monialis adſit, quæ copulatiuè habeat duas illas conditiones 40 annorum ætatis, & 8. profeſſionis, præferri debet illa, quæ ad has conditiones magis appropinquat. Sed dicitur quod ex lege Concilij Trident. vbi nulla Monialis adſit, quæ habeat duas illas cõditiones copulatiuè, nulla eſt neceſſitas eligendi, vel habentem 40. vel 50. aut 60. annos ætatis, & non 8. profeſſionis, vel habentem 8. 10. 20. annos profeſſionis & non 40. ætatis, ſed Monaſterium eſt in libertate ſub directione Superioris, vel eligere ex alio Monaſterio eiuſdem Ordinis, vel ex habentibus 30. annos ætatis, & 5. profeſſionis, quam judicauerit; quia Concilium non limitat libertatem eligentium, niſi in caſu, quod inueniantur Moniales ætatis 40. annorum, & 8. profeſſionis, & hoc non inuento permittit eligi, vel ex alio Monaſterio eiuſdem Ordinis, vel ex habentibus ætatis annos 30. & profeſſionis 5. ſed ſi loquimur de lege diuina obligante ad electionem dignæ, immò dignioris, dicitur quod ad dignitatem eligendæ per ſe maximè conferre antiquitas ætatis, immò per ſe magis confert antiquitas ætatis, quàm profeſſionis, ideo illam magis requiri. *Suarez tom.4.de Relig.tract.8.lib.2.cap.6.num.70. Paſqual.vbi ſupra nu.649.* Sed nihilominùs omnes aliæ cõſiderandæ ſunt qualitates & illa eligẽda, quæ habeat qualitates ex Concilio ſimpliciter neceſſarias, & ſiue ſenior, ſiue non ſenior ſit aptior ad regimen Monaſterij.

65 Duo verò illa remedia ſunt poſita in arbitrio Superioris, vt alterum ex illis pro ſuo arbitrio eligatur, neque eſt neceſſitas eligendi ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis, quia Concilium inquit, quod poſſit eligi, non igitur eſt neceſſitas eligendi ex alio Monaſterio. *Lauor. d.cap.24.nu.5.* Nam & cum ignota perſona non ſit eligenda, vt dictum fuit cap.25. nu.662. poſitum eſt in arbitrio Superioris videre inconuenientia, quæ ex hac electione oriri poſſent, & ſic decernere, an eligenda ſit Præfecta ex iunioribus eiuſdem Monaſterij ſecundum præſcriptum Concilij.

66 Ex quo verò Concilium dat facultatem eligẽdi Præfectam ex alio Monaſterio eiuſdem Ordinis, deducunt aliqui, quod iam in hoc caſu Epiſcopus poſſit diſpenſare, vt electa tranſeat de ſuo ad Monaſterium, ad quod regendum fuit electa. *Tambur.vbi ſupra num.12.ex Stephano Quaranta v. Abbatiſſa.* Et huius ratio eſſe poteſt, quia licet Pius Quintus in ſua Conſtit. 8. prohibuerit exitum Monialium à clauſura niſi in caſibus ibi expreſſis, tamen id explicari poteſt, vt locum etiam habeat in in caſibus in iure expreſſis, & permiſſis; neque enim voluit Pontifex derogare Concilio Tridentino, quod cum ſtatuat Abbatiſſam ſumi poſſe in præfato caſu ex alieno Monaſterio eiuſdem ordinis, ſimul dat licentiam hoc faciendi, ſi Superiori dirigenti electionem viſum fuerit hoc expedire. Et ita explicari etiam poteſt declaratio Sac. Congregationis quam refert *Suarez tom.4.de Relig.tract.8. lib.2.cap.9. numer.6.* ſub his verbis. *Monialis non poteſt tranſire de vno ad aliud Monaſterium, etiam de conſenſu Epiſcopi, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ, & ſi translatio fiat ad aliud eiuſdem Ordinis.* Nam nec iſta declaratio videtur habere locum in caſibus in iure expreſſis, in quibus huiuſmodi tranſitus eſt permiſſus: Sed dicitur hoc inconſulta Sacr. Congregatione fieri minimè poſſe. Quamuis enim antiquitas ætatis ſit valde neceſſaria in Abbatiſſa, & ita vt vbi deficiat ætas 40. annorum, & 8. à profeſſione Concilium potiùs velit, vt eligatur Abbatiſſa eiuſdem ætatis ex alio Monaſterio, quia concedit eligi minorem 40. annis ex eodem Monaſterio, ſi Præſes iudicet inconueniens eſſe eligi ex alio & ita vt magis expediat eligere Abbatiſſam ex alio Monaſterio eiuſdem ordinis, quam diſpenſare, vt minor annis 30. eligatur. Nihilominus eligere Abbatiſſam ex alieno Monaſterio etiam eiuſdem Ordinis eſt res adeo grauis, & periculis expoſita, & indigens tam grandi diſcuſſione, præcipuè quãdo non ſumus in caſu nouæ erectionis Monaſterij, quod Ordinarius non debet ſe ſolo id decernere, ſed conſulere debet Sac. Congregationem. Ideo modò non poteſt ex quacumq; cauſa etiam ratione Abbatiſſatus, aut Prioriſſatus, aut alterius officij ſine licentia Sedis Apoſtolicæ toties quoties obtinenda, transferri vna Monialis de vno ad aliud Monaſterium, ex decreto Pauli V. publicato die 22. Decembris 1617. à Sac. Congregat. Epiſc. & Regul. & Gener. Procuratorib. intimato. *Caſtel.c.17. n.5. Diana p.3.tr.2.reſ.99. Nicolius v. Moniales n.19.*

67 Non poteſt verò ex hac cauſa aſſumi Præfecta ex Monaſterio alterius Ordinis, Concilium enim ſolum concedit, quod in præfato caſu Abbatiſſa eligi poſſit ex alio Monaſterio alterius Ordinis, & ideo S. Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, vt refert *Nicolius v. Abbatiſſa num.4. die 21. Martij 1606.* declarauit, quòd nunquam poteſt eligi Abbatiſſa ex Monaſterio alterius Ordinis, & quòd ſi id fiat electio, eſt nulla. Hoc enim & in Abbatiſſæ eſt ſubſtantiale, vt ſit profeſſa expreſsè eundem ordinem. Ad quod probandũ non eſt neceſſe afferre, *Clem.1.de electione,* quæ loquitur de Prælatis, quia de Monialium Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, aut Præfectis id expreſsè decernitur in *cap. indemnitatibus de elect. in 6.* Vnde dato caſu quod nec in Monaſterio proprio, nec in alio eiuſdem Ordinis eſſet Monialis apta ad Præfecturam, vel nul-

la eſſet triginta annorum, in tali caſu eſſet recurtendum ad Summum Pontificem, & ab eo poſtulandam habilem. vt ex *Collect. Bellarm. ad cap.7. ſeſſ.25. de Regul. Conc. Trid.* aduertit *Paſqual n.*680.

68 Afferuntur etiam circa hæc requiſita à Concilio nonnullæ declarationes Concilij conſiderandæ. Nam apud *Collect. Galemart. ad cap.7. de Regul. ſeſſ.25.* vt refert *Paſq. ad Laur. de Franc. p.1.n.650.* ita habetur. *Licet per quinquennium Abbatiſſa non permanſerit in Religione, dum tamen excedat triginta annos, ſi id fiat ad requiſitionem ſuarum Monialium de licentia ſecunda Dignitatis Eccleſiæ Cathedralis, & earum Superioris Regularis dummodo laudabiliter anno ſuperiori ſe geſſerit, debere confirmari per biennium in officio. Quod ſi confirmationi dictæ Abbatiſſæ deeſſet conſenſus Superioris Regularium propter abſentiam, ſeruatis ijs, quæ hoc capite præſcribuntur, ad dictam confirmationem procedendum eſt.* Cum verò *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.6. numer.9.* cenſeat hanc declarationem continere nouam legem pro caſu à Concilio omiſſo; nempe quando requiritur habens triginta annos, ſed non quinque annos à profeſſione; & ideò dubitetur, an habeat vim legis, & vniuerſaliter ſeruari poſſit, melius *Paſqual. citatus*, aduertit illam declarationem continere determinationem acceptam à Sac. Congregatione in caſu particulari. Nam Congregatio ſupponit electionem iam factam, immò quod per annum iam adminiſtrauerit, nam inquit, quod poteſt confirmari per biennium, ſi anno ſuperiori laudabiliter ſe geſſerit. Vnde S. Congreg. reſpondit pro electione iam facta, & pro illo caſu particulari, & ideo non eſt accipicoda reſponſio tanquam lex vniuerſaliter ſeruanda.

69 Aliam etiam declarat ex *Collect. ex Bibliot. Bellarm. ad cap.7. ſeſſ.25. Conc. Trid.* refert idem *Paſqual. num.*680. Sub his verbis. *Si in proprio Monaſterio non ſit triginta annorum, quinque annorum profeſſa, nec in alio Monaſterio quadraginta annorū poſſunt eligere aliquam de Monaſterio, quæ expleuerit trigeſimum annum, & ſit expreſſè profeſſa bona vita.* Quamobrem ſi intra eundem Ordinem, nec in proprio, nec in alieno Monaſterio ſit Monialis 40. annorum, 5. annorum profeſſa poteſt eligi ex proprio Monaſterio, quæ exceſſerit annum 30. etiamſi non fuerit profeſſa 5. annorū, dū tamen ſit profeſſa.

70 An vero ſi contra præſcriptum Concilij fiat electio de Moniali non habente præfatas qualitates electio ſit ipſo iure nulla, affirmant *Tambur. d. diſp. 28. q.2. num.7. Barboſa lib.1. de iure Eccleſ. cap.45. num.19. Paſq. ad Lauret. de Franeb. num.34. Ex Alban. n Compead. Canon. reſol. lib.1. tit.28. numer.11.* alleretis ſic fuiſſe declaratum à S. Cong. in *Viterb. 16. May* 1623. cuius declarationis meminit etiam *Barb. loco cit.* eſt certū, ſed quod ſit ipſo iure nulla, ſeu quia in decr. Conc. nullum adeſt decretum irritans, nec lex prohibens aliquid fieri ex hoc irritat factum, vt abundè probatum eſt ſupra cap.9. Ideò talem electionem non eſſe ipſo iure nullam licet omnino caſſandam, tenent *Suarez tom.4. de Relig. tract.8. lib.2. cap.6. num.8. & Peliz. cap.10. de Monial. num.* 92. manet in ſua probabilitate. Hoc eſt certum talem electionem eſſe nullam ipſo iure in ſenſu *Gloſſa in cap. Auditis, ver. ex poſt, de electione*, quia ipſo iure eſt irritanda & eſt inconfirmabilis ſine licentia Summi Pontificis.

71 Tandem eſt conſiderandum, quod non datur terminus in maius circa ætatem eligendæ, vnde eligi poteſt cuiuſcūq; ætatis etiam 70. annorū & amplius, ſi in eligda ſint aliæ qualitates neceſſariæ.

72 Dubitatur quintò, an Monialis infamis eligi poſſit? Videri enim poſſet, quòd infamia non obſtet, quia in monialibus irregularitas locum non habeat, cum illarum Præfectura non habeat annexum Ordinem, à cuius ſuſceptione & vſu impedit irregularitas. Sed dicitur, quod infamia impedit electionem non tantùm ratione irregularitatis, quam habeat annexam, ſed ex propria ratione, & quidem non tantum ex iure poſitiuo, ſed ex iure naturali; & diuino. Nam ſi infamis reſpiciamus culpam, & facti infamiam, cum immò peccator, ſeu peccatrix ſit ineptus & inepta ad dirigendum ſubditos in obſeruantiam legis, quam ipſe, vel ipſa non ſeruat, vel etiam non ſeruantur, & indignum ſit, vt de Eccleſiaſticis Præſidibus dici debeat, *quæcumque dixerint vobis ſeruata & facita, ſecundùm verò opera illorum nolite facere*, ideò infamis infamia facti, ex culpa & delicto durante infamia, eaque per pœnitentiam ſufficienter nondum deleta, ex iure diuino eſt ineptus ad ſacros gradus, & adminiſtrationes. Sed ſi etiam inſpiciamus infamiam iuris, ſiue hæc ſequatur ad culpam, ſiue ad condemnationem in pœnam infamantem, ſiue ad facta vilia, & propria vilium perſonarū, & contemptibilium, ſemper infamia etiam ex diuino iure impedit à Præfectura Eccleſiaſtica, & aliud eſt quod infamia irrogetur ex iure poſitiuo, & aliud eſt, quod illata ſeu incurſa ex ſolo iure poſitiuo impediat ab adminiſtrationibus publicis. Primum eſt verū, ſed ſecundū eſt falſum. Quia ex rei natura repugnat vt ille, vel illa, qui ex infamia in cōmuni opinione meritò cēſetur indignus, vel indigna, & honore, & meritò vili æſtimatur, & æſtimari debet, aſſumatur ad publicas adminiſtrationes Eccleſiaſticas, & ad gradus ſacros, & eminentes. Ideo *cap. infames, 6. q.1.* non ſoli viri, ſed perſonæ quælibet decernuntur infames, quæ vilia agunt, ibi recenſita. Et hi infames arcentur a ſacris gradibus adipiſcendis. Et *reg.87. de reg. iuris in 6.* abſolutè de infamibus decernitur, quòd eis non pateant portæ dignitatum. Propterea moniales infames ſiue infamia facti, ſiue infamia iuris ſunt inhabiles ad Abbatiſſatum, ſeu Præfecturam Monaſteriorum, vt docent ex *Viuald. & Maiolo, Sanchez lib.5. ſum. c.5. num.24. Nauar. com.2. de Regular. num.60. Barboſa de iure Eccleſ. cap.45. num.23. Tambur. d. diſput.28. q.15. num.4. Lezaaa tom.1. cap.26. num.7. Paſqualig. d. par.1. num.661.* Et propterea Conc. Trid. meritò in eligenda requirit, quod ſit laudabilis vitæ, quòd infami certè non competit.

73 Dubitatur ſextò, quænam ſint aliæ conditiones neceſſariæ in eligenda ad Præfecturam monialium? In Ordine Prædicatorom eligenda debet habere 12. annos à profeſſione, ex Capit. Valent. 1596. Vlterius ſoror germana ſorori non poteſt immediatè ſuccedere. *Caſtell. cap.17. num.8. Lauor. cap.24.* Sed hoc non eſſe ſtatutum generale, ſed ſolùm pro Prouincia Lombardiæ aduertit. *Camill. in direct. par.2. cap.15.* Et verè ſit eſt, vt patet ex Cap. Rom. 1580. ord.20. Et hoc idem dicendum de quocumque Monaſterio in quo adſit lex ſimilis. Quod tamen de iure communi non eſt neceſſarium

vt

Digitized by Google

vt tanquam deciſum à Sac. Congreg. in *Vlixibonen.* 19. *April.* 1619. *ax Aldan. lib. Canon. reſolut. tit.* 28. *numer.* 25. tradunt *Barboſ. v. Abbatiſſa num.* 5. *Paſqual. vbi ſupra num.* 34. *& Nicolius v. Abbatiſſa nu.* 6. dicens id factum in vna *Meſſanen.* 17. *Ianuarij* 1642. Et nihilominus eadem Sac. Congreg. in vna *Meſſanen.* 26. *April. & Catanien.* 3. *Octobr.* 1652. apud eundem *Nicolium declarauit*, quod vbi babeatur ſtatutum, vt ſoror non luccedae ſorori in Abbatiſſatu eſt laudabile & obſeruandum, & 7. Nouemb. 1601. conceſſum fuit Archiepiſc. Meſſanen. prohibere, ne etiam ſoror ſecundi gradus, dicta eugina, ſuccedat ſorori, niſi triennij interſtitio ſeruaro, & in altera *Meſſanen.* 20. *Aug.* 1601. probibitum fuit, ne eligatur ſoror illius, quæ malè adminiſtrauit etiam defunctæ. Tertiò Ord. Prædic. ſeruandum eſt interſtitium duorum Prioratuum iuxta terminos ordinationum dicti Ordinis.

74 Niſi Monaſterium ſit de nono fundatum, vel reformatum in quo caſu poteſt Prioriſſa de nouo eligi. *Camill. in direct. p.* 2. *cap.* 11. *num.* 3. Immò nec Supprioriſſa, nec Syndica poteſt immediatè poſt expletum officium eligi in Abbatiſſam, vel Prioriſſam, & oppoſitum ſi ſiat eſt irritum, ex Cap. Rom. 1580. ord. 8. vt habet *Caſtell. cap.* 17. *n.* 7. Sed in eo Capit. nulla fit mentio Syndicæ. In Prouincia autem Lombardiæ ex priuil. Clem. VII. in Bulla *expoſuit nobis*, data 8. Februarij 1530. poterant moniales reeligi ſeruato interſtitio biennij, ſed modò ex Conſtit. Greg. XIII. de temporalitate Præfecturæ Monialium, ſeruandum eſt interſtitium triennij, *Caſtell. vbi ſupra*. Vnde nec poſſunt in officio confirmari vt durent vltra triennium.

75 Nam iure communi vbi Abbatiſſæ ſunt temporales iuxta terminos Conſtitut. Gregor. XIII. triennij interſtitium eſt ſeruandum, quod eſt dicere, interſtitium vnius Abbatiſſatus, cum Abbatiſſa in vi dictæ Conſtitut. duret per triennium, Ideo nunc in Italia non viget priuilegium conceſſum Monialibus Militiarum etiam S. Io: Hieroſolymit. per quod Abbatiſſæ finito triennio poterant confirmari, quia huic priuilegio derogatum fuiſſe per Gregor. XIII. declarauit S. Congr. annuente Clement. VIII. 22. Maij 1604. teſte *Lauario capit.* 24. *num* 64. & S. Congr. Reg. 20. Martij 1601. & 27. Nouemb. 1601. declarauit Abbatiſſam non niſi expleto triennio officij poſſe reeligi, vt tradit *Nicolius. v. Abbatiſſa. num.* 9. Extra Italiam tamen viget priuilegium, & Abbatiſſæ poſt triennium confirmari poſſunt. *Rodriq. tom.* 1. *quaſt.* 16. *art.* 2. *Mirand. quaſt.* 7. *art.* 9. *Barboſ. l.* 1. *de iure Eccleſ. cap.* 45. *num.* 35. *Tambur. diſp.* 31. *quaſt.* 1. *num.* 12. Triennium etiam interſtitij poſt triennium officij habent Moniales Ord. Minorum ex Conſtit. Sixti quinti, *& communis cura*, 27. *Iulij* 1587. & in Portugallia Abbatiſſæ S. Claræ debent vacare per ſex annos ex Conſtit. Pauli quinti, quam refert *Portell. v. Abbatiſſa. num.* 4. *Mirand. quaſt* 7. *art.* 9.

76 In hoc etiam Ord. Minor. ex Conſt. Sixti V. cuius meminit *Mirād. q.* 7. *n.* 7. nō poteſt in Abbatiſſam eligi, quæ eſt Vicaria Monaſterij niſi poſt biennium Vicariæ. Sed hoc non habet locum in alijs Monialibus, *Paſqual. num.* 676 *vbi num.* 677. addit Abbatiſſas annuales & biennales poſſe expleto officio eligi vſque ad triennium non verò vltra triennium. Poterunt verò eligi ad alia officia Monaſterij, ſed quantum ad hoc vltimum non eſt difficultas: quia Gregor. XIII. ſolùm prohibet Abbatiſſas expleto triennio eligi in Abbatiſſas, ſeu Præfectas Monaſterij, vt ex *Nouar. Machado, & Naldo habet Barboſa vbi ſup. num.* 37. *Lezana v. Abbatiſſa nu.* 12. *Tambur. diſp.* 30 *quaſt.* 3. ſed quantùm ad primam partem rationabilius puto, vt de mente Gregor. XIII. Abbatiſſæ annuales, & biennales non poſſint ſtatim reeligi, ſed tamen non teneantur ad interſtitium niſi vnius Abbatiſſatus, ſcilicet vnius anni, vel biennij: Quia Gregor. XIII. indixit triennium interſtitij, quia inſtituit officium triennale, & ſic voluit quòd interſtitium eſſet per tempus vnius Abbatiſſatus. Ideo hoc cum proportione ſeruandum eſt, vbi Abbatiſſæ ſunt annuales vel biennales.

77 Ineligibilis etiam tanquam excommunicata eſt Monialis, quæ aliquam Virginem per vim ad Religionem admiſerit, vel cogenti auctoritatem, vel adiumentum, vel præſentiam, vel conſenſum, vel conſilium, vel fauorem præſtiterit. Ex *Concil. Trid. ſeſs.* 25. *capit.* 18. *de Regular. Tambur. diſput.* 28. *quaſt.* 16. *num.* 1. Sed bene aduertit *Paſqualig. vbi ſupra. num.* 664. hoc verum eſſe ſi Monialis non ſit ab hac excommunicatione abſoluta. Aliàs enim Monialis qualibet cenſura ligata eſt ineligibilis. Sicut & omnis illa, quæ ſit priuata voce, aut aliàs inhabilis iuxta dicta ſupra cap. 25. & quæ non habeat conditiones ex iure naturali & diuino aut etiam humano requiſitas, quæ ſunt ſufficiens agendorum cognitio, & prudentia, & morum honeſtas & bonitas, & paſſionum prædominium, & obſeruantia legum, & zelus diſciplinæ regularis, & aliæ omnes quæ ſunt neceſſariæ vt Monialis ſit apta ad regendum Monaſterium. Ineligibilis etiam eſt Monialis publicè pœnitentiata, etiam ſi ex gratia pœnæ remiſſionem obtinuerit, niſi pœnitentia fuerit ſalutatis prout declaraſſe S. Congr. Epiſc. & Regul. in vna Vicen. 3. Octobris 1603. & Sarnen. 14. Martij 1604. refert *Nicolius, v. Abbat. num.* 8.

78 An autem, ſi Moniales eligant indignam ſint ipſo facto priuatæ voce, negarunt aliqui apud *Gloſſam in v. collatio cap. indemnitatibus* §. *ſane* quæ tamen oppoſitum ſentit affirmans incurri priuationem vocis, ſi Moniales eligant ſcienter indignam, quòd nec negat *Gemin* §. *Vt autem.* Sed vnde id colligant non video; Nam certè *cap. Cum in cunctis* vbi hæc pœna, ſtatuitur, non loquitur de electionibus Monialium. Videantur dicta *cap.* 29. *qu.* 11. *a numer.* 94.

SVMMARIVM.

1 *Electa à minori parti nequit confirmari. num.* 79.
2 *Contra electam à duabus partibus non datur exceptio. num.* 79.
3 *Illa electa cenſetur à duabus partibus, quæ hoc obtinet per acceſſum. num.* 80.
4 *Exceptiones plures. num.* 81.
5 *Poſſe excipi de nullitate voti qui teneant. num.* 81.
6 *Nulla exceptio debet admitti contra electam à duabus partibus. num.* 82.
7 *Quia Confirmator non debet procedere ad inſtantiam partis. num.* 82.
8 *Debet ex officio ſe informare. num.* 82.

9 *Nec*

Digitized by Google

9 *Nec exceptionem attendere debet etiam ſi inconti- nenti offeratur probatio. num.83.*

10 *Semper tamen exceptiones debet conſiderare. nu- mer.83.*

11 *Extraneus pro proprio interreſſe poteſt excipere contra electionem. num.84.*

12 *Contra electionem, quæ non ſit a duabus partibus poteſt excipi. num.85.*

13 *Differentiæ plures inter iudicium, quod fieri debet, vbi electio eſt, & non eſt à duabus partibus. nu- mer.86.*

14 *Seruanda lex cap. vt circa. num.87.*

15 *Et in parte lex cap. cupientes. num.87.*

16 *Quando, & quomodo electa adminiſtret ante con- firmationem. num.88.*

17 *Quomodo opponatur electioni per compromiſſum. num.89.*

18 *Hoc non habet locum nunc in electionibus Monia- lium. num.90.*

19 *Moniales poſſunt electam accuſare. num.91.*

79 QVæritur quartò. Qualiter contra electionem Abbatiſſarum opponi poſſit, & excipi? Triplex hic diſtinguitur caſus. Vel enim electa eſt nominata a duabus partibus, vel ſolùm à maiori parte vocalium, vel à minori parte infra medietatem aut etiam ab æquali. In hoc tertio caſu non eſt neceſſitia alia exceptio, quia electio eſt notoriè nulla & nullius valoris. *cap. indemnitatibus, de elec. in 6.* In primo autem caſu ibid. ſic decernitur. *Ea quæ a duabus partibus numero fuerit celebrata (exceptione ſeu contradictione, aut appellatione quacumque partis alterius non obſtante) per ſuperiorem (priùs tamen ex officio, prout ſpectat ad ipſum diligenti examinatione præmiſſa) ſi aliàs inuenta fuerit canonica, confirmetur.*

80 Eſt autem circa hanc decretalem primò conſiderandum, illam cenſendam eſſe electam à duabus partibus, quæ licet in ſcrutinio non habuit duas partes, tamen nominata fuit à maiori parte Conuentus, & publicato ſcrutinio ſtatim incontinenti non diuertendo ad alia negotia per acceſſum complimentum duarum partium obtinuit, vt decernitur expreſsè *in d. cap. indemnitatibus. §. ſanè.*

81 Cum verò contra hanc electam decernatur non eſſe admittendam exceptionem, hoc plures patitur difficultates, quas cum *Gloſſ. ver. non obſtante* tractant DD. ſed diſtingui hic debet exceptio, nam excipi poteſt, vel contra electrices vel contra electam, vel contra formam electionis. Defectuum verò qui impediunt vocem actiuam in eligendo, alij ſunt, qui illam ſubſtantialiter tollunt, & actu, & potentia, vt quòd monialis non ſit profeſſa, vel careat ætate requiſita, & idem dicitur de omni conditione prærequiſita ad hoc nedum, vt eligat, ſed vt habeat ius eligendi. Alij ſunt qui non priuant voce in habitu, ſeu poteſtate, & iuriſdictione eligendi, ſed actuali illius vſu & exercitio, vt ſunt cenſuræ, & pœnæ priuantes voce, quæ impediunt, vt qui vel quæ alias eſt de iure vocalis non poſſit exercitè eligere. Exceptiones de nullitate voti ex defectu conditionum ſubſtantialium dati poſſunt, quia iſtæ diminuunt numerum, dati inquam poſſum, ſi ex illis diminuatur numerus, vt non pertingat ad duas partes, & ſic non conſtet de numero duarum partium, vt ſi opponatur alicui Moniali, quòd non ſit profeſſa, tradunt. *Gloſſa in d. cap. indemnit. verb. non obſtante, Gemin. ibid. num.6. Tambur. diſp.29. quæſt.5. num.2.* Quod tamen explicatur, & limitatur, vt innuit idem *Gemin.* vt verum ſit ſolùm, vbi *electrix* nunquam priùs eligerit, ſeu non ſit in poſſeſſione ferendi votum. Nam talis cenſetur iam vocalis in habitu, cum ſit in quaſi poſſeſſione eligendi, vnde eadem eſt ratio illius, & aliarum, quæ ob cenſuram, vel pœnam præſumi poſſunt priuatæ exercitio electionis, & de quibus dicitur quòd contra electam à duabus partibus non debet attendi exceptio cenſuræ, vel pœnæ, vel cuiuſcumque impedimenti contra electrices. *Gloſsa & Gemin. citati.* Voluit enim Pontifex attendi numerum eligentium, vt patet ibi, *ea quæ à duabus partibus numero fuerit celebrata*, & vbi numerus eorum, quæ elegerunt eandem ſit duæ partes totius numeri vocalium, voluit nullam attendi debere exceptionem.

82 Verùm diligenter ponderanti textum, aliud mihi occurrit dicendum, nimirum quòd Præſes Confirmator nullam debet attendere exceptionem contra electam a duabus partibus, etiam ſi ſit exceptio de voti nullitate, & eadem ratione etiam ſi ſit exceptio de nullitate ex parte formæ electionis, vel exceptio indignitatis electæ, quia voluit vt attento numero & facto, vt etiam in ſimili caſu explicatur *Clem. quòd circa de elect.* contra electam de facto ex duabus partibus earum, quæ de facto elegerunt nulla detur exceptio. Et ſi dicatur, quòd hoc modo ſequeretur confirmandam eſſe electam nulliter, & indignam. Reſpondetur non ſequi, quia immo Pontifex vult, quòd Præſes ex officio breuiter, ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſe informet an electio ſit canonica. Vnde non prohibet ſumi informationes, ſed prohibet procedi iudicialiter, & ad inſtantiam partis, vnde non abſolutè prohibet non attendi exceptiones, ſed vult non attendi exceptiones partis aduerſæ & vult procedi a Præſide ex officio abſque iudicio contentioſo. Poſſunt igitur qui opponere volunt electioni, per modum denunciationis extraiudicialis, reuelare Præſidi defectus, ſed Præſes ad inſtantiam partis aduerſæ non poteſt nec debet procedere, neque iudicialiter exceptiones, oppoſitiones, appellationes illius recipere, ſed ex officio debet ſumere diligentem informationem negotij, & videre an electio ſit canonica, & eam ſi non canonicam inuenerit caſſare. Optimè autem Pontifex noluit admitti exceptiones contra hanc electionem, quia ex vna parte præſumpſit non de facili adeſſe poſſe validam oppoſitionem contra electam a mulieribus in concordia duarum partium, & aliàs noluit quòd ex facilitate opponendi ſine fundamento, quæ rationabiliter præſumitur in mulieribus garrulis, & ad contentiones facillimis, in præiudicium Monaſterij retardaretur electio. Et iudicauit ſufficere, ſi Præſes ex officio extraiudicialiter iuſtitiam negotij perquirat.

83 Hinc ſequitur, quòd etiam ſi pars aduerſa offerat incontinenti ſe probaturam quæ opponit, non debet attendi. Oppoſitum huius ex Archid. docet *Gemin. d. num.6.* Sed quæ adducit non applicantur. Non enim hic reiiciuntur exceptiones, & oppoſitiones, quia omnino ſint reiiciendæ, & parui pendendæ, & non conſiderandæ, vnde inuenio, quod S. Congr. Epiſc. & Regular. in vna Lycien. 5.

Maij

Maij 1600.dixit conſiderandas eſſe exceptiones etſi datas à minori parte. Sed quia Papa in hoc caſu noluit, quòd procederetur in figura iudicij contentioſi,& ad inſtantiam partis; cum tamen Præſes ex officio ſine ſtrepitu, debeat oppoſita conſiderare, & ponderare, ideo non poteſt accipere iudicialiter probationes à parte oblatas, & nec ex incontinenti ad eius inſtantiam procedere,ſed ipſe ex officio ſe informare.

84 Bene verum eſt, quòd habet idem *Gemin.* ſcilicet,quòd ſi detur aliquis extraneus ab Electricibus, qui habeat interreſſe proprium in electione, quòd poteſt excipere contra electam, & electionem factam a duabus partibus. Vt puta, ſi prætenderet ad ſe pertinere nominationem Abbatiſſæ. Et tamen nullus veniens pro interreſſe communi electionis ſiue ſit de collegio electricum,ſiue extraneus poteſt contra hanc electionem excipere,ſed pro quanto interſit communitatis Monaſterij Præſes ad nullius inſtantiam, ſed ſolùm ex officio procedere debet, vt apertè ex textu colligitur.

85 In ſecundo autem Pontifex ita decernit. *ſi verò ad illam, quæ à maiori parte (vt præmittitur) eſt electa, voluerint aliæ accedere Moniales: vel ſi acceſſerint, non tot tamen, quod cum alijs priùs in eam conſentientibus faciant duas partes, tunc ſuper obiectis partis alterius, ſi quæ fuerint, & ſuper alijs, quæ in tali negotio ſunt ex officio inquirenda plenè ſine ſtrepitu iudicij, & figura per ſuperiorem inquiratur primitus,antequam confirmetur eadem electio,vel etiam infirmetur. Sed interim præſentis Conſtitutionis authoritate in ſpiritualibus, & temporalibus liberè adminiſtret: ſic tamen, quòd de rebus Monaſterij nil penitùs alienet; nec aliquam in Monialem recipiat quoquomodo.*

86 In hoc igitur caſu,in quo non eſt tanta concordia, vt electio fit à duabus partibus, admittuntur exceptiones, & multiplex eſt diſtinctio inter vtrumque caſum, quamuis vtrobique Præſes ſine ſtrepitu iudicij procedat. Nam diſtinguuntur primò,quòd in primo caſu Præſes procedit ſolùm ex officio, hic verò procedit ex officio & ad inſtantiam partis. Secundò in primo caſu accipitur informatio ſummaria,hic verò plena ſumi debet, ibi *plenè ſine ſtrepitu &c. inquiratur* & ſic 30. In primo caſu ſufficit quòd Præſes ſibi ipſi, & ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat, nec ad maiorem inquiſitionem tenetur, nec à parte cogi poteſt, vt hunc vel illum teſtem examinet, ſed ſufficit, quòd ipſe ſuæ conſcientiæ ſatisfaciens, eos audiat, quos iudicat neceſſarios. Sed hic debet oppoſitiones inſtante parte ponderare, & partis probationes recipere, & teſtes ad eius inſtantiam examinare, vnde nec omnino poteſt ſine figura iudicij procedere, quia procedere debet in figura iudicij contentioſi, & citare, audire, & parti inſtanti, quæ iuſtè petierit concedere. Vnde quartò iudicium illius caſus ſummarium breue eſt, & quod fieri poteſt incontinenti: ſed hic maiori tempore opus eſt. Licet enim dum Iudex procedit ſine ſtrepitu, & figura iudicij ſufficiat obſeruare ſubſtantialia iudicij, quæ ſunt de iure naturali, & Gentium, relictis ſolemnitatibus iuris poſitiui, vt *Iaſon conſ.105.numer.vol.1. Alex. conſ.64.num.13. Roman.conſ.*248.*nu.*3. & probatum eſt ſupra *c.*25. *q.*50.*n.*600.& aduertit *Paſqual.d.p.p. num.*708. tamen nunquam tolluntur probationes neceſſariæ, vt ibi probatum fuit & notant *Bart. in extrau.ad reprimen.num.*12.*Dec.conſ.*454.*num.*4.*Caualcan.dec.*20.*par.*1.*apud Paſqual.ibid.* Quamobrem Præſes probationes a parte oblatas non poteſt reijcere, & ea inſtante teſtes cum iuramento debet examinare.

87 Eſt verò vlteriùs conſiderandum, quòd ſi excipiendo contra electionem Abbatiſſæ appelletur ad Sedem Apoſtolicam, ſeruanda eſt lex Gregorij X. in & Concil. Lugdunen.*in cap.vt circa, de elect. in* 6. de qua latè dictum fuit ſupra *cap.*32. Sic enim decernitur expreſſe in *cap.indemnitatibus,* § *Porro,de elec. in* 6. Quamuis Monialibus ibi indulgeatur ne Nicolai III ſubdatur legi in *cap.cupientes de elec. in* 6. ne ſcilicet in perſona Romam vel ad curiam veniant, ſed ſufficiat, quòd per Procuratores cauſam agant. De reliquo ſi contenta in dicta lege non obſeruent, pœnis illius ſubijciuntur. Illa tamen lex non habet locum, niſi in appellationibus ad Sedem Apoſtolicam, vt expreſsè etiam habetur in *d.§.porro.*

88 Vnum verò aliud diſcrimen eſt inter primum, & ſecundum caſum. Quia in hoc ſecundo caſu electæ à maiori parte permittitur adminiſtratio officij exceptis ſolùm duobus, ſcilicet alienatione bonorum Monaſterij, & receptione Monialis ad habitum. Sed in priori caſu id non permittitur. Et ratio diſcriminis eſt,quia vbi electio eſt ex duabus partibus ipſa debet ſtatim & incontinenti confirmari, abſque eo quòd ad inſtantiam partis confirmatio retardetur, vnde non poteſt regulariter contingere, vt Monaſterium ſine Abbatiſſa maneat, quod ob mulieb es conditiones eſſet periculoſum. Sed in caſu electionis,quæ ſit ſolùm à maiori parte, cum procedatur ad inſtantiam partis, & non omnino ſine ſtrepitu & longitudine iudicij, voluit Papa, vt electa non obſtante qualiber oppoſitione ſtatim adminiſtret. Vnde electa non poteſt impediri etiam ex quocumque prætextu electionis alterius ſubſecutæ, & ſi impediretur eſſet attentatũ. *Lancellot.de attent.appellat.pend.lim.*5. *Rota in Caſaraug.Abbatiſſatus* 1.*Martij* 1613.*& in Ilerdenſ.elect. Prioriſſæ* 2. *Iunij* 1636.*num.*6.*Apud Tambur. de iure Abbatiſſ.in fine dec.*35.*Paſqual.vbi ſupra.num.*705.

89 Hæc verò dicta ſunt vbi proceditur per viam ſcrutinij. Sed ſi procedatur per viam compromiſſi in §.*cæterum* tres caſus diſtinguuntur. Nam vel pars opponens eſt minor duabus tertijs, vel licet non ſit minor duabus tertijs eſt maior pars conuentus,ſed non pertingit ad duas tertias partes,vel ad eaſdem duas partes pertingit. In primo caſu quacumque oppoſitione non obſtante iuxta dicta in primo caſu electionis per ſcrutinium, electa confirmatur. In ſecundo & tertio caſu ad inſtantiam partium examinantur oppoſitiones, ſed in ſecundo caſu electa ſtatim adminiſtrat, non verò in tertio caſu. Eſt autem attendendum quòd aliqui per minorem partem hic intelligunt illam, quæ eſt minor medietate eligentium, & propterea dicunt electam per compromiſſum ſi pars quæ appellat ſit minor medietate, quod non inſpectis oppoſitionibus electa eſt confirmanda. *Rodriquez.tom.*2. *quæſt.*54.*art.*7. *Layman de elec.quæſt.*23 2.*Pelizar de Mon. cap.*10.*n.*111. ſed *Paſqual.vbi ſup.num.*704. per minorem partem intelligit eam, quæ eſt minor duabus tertijs, nam Papa vult quod in hoc caſu ſit eadem ratio, ac eſt quan-

quando electa fuit à duabus tertijs igitur minor pars dicitur, quæ minor duabus tertijs: ſed prior expoſitio eſt vera; Minor enim pars dicitur reſpectu maioris, ea verò quæ excedit medietatem eſt maior, igitur quæ exceditur eſt minor. Nec obſtat, quòd Papa velit idem eſſe iudicium in hoc caſu, ac in illo per electionem ſcrutinij, in quo electa ſit à duabus partibus; quia in electione per compromiſſum iam Abbatiſſa eſt à Compromiſſarijs electa, vnde ſi ad electionem factam per Compromiſſarios accedat etiam conſenſus maioris partis eligentium, voluit Pontifex vt hoc æquiualeat, ac ſi in ſcrutinio electio eſſet à duabus partibus eligentium. Conſenſus enim, & electio Compromiſſariorum præponderat, ita vt ſi ei adiungatur conſenſus maioris partis eligentium, æquiualeat conſenſui duarum partium ex tribus eligentium, & ideo tunc electa nulla obſtante oppoſitione confirmetur, ſi aliàs electio appareat Canonica Confirmatori ex officio ſe informanti. Vnde magis apparet diſcrimen, nam in electione per ſcrutinium uon datur caſus in quo electa ſtatim non ſit confirmanda ſptetis oppoſitionibus, & tamen electa ſtatim non adminiſtret. Nam ſi duæ partes eligunt, electa eſt confirmanda, ſed ſi pars minor eligit, electio eſt nulla, ſi verò maior pars eligit ſi ex vi oppoſitionis electa non eſt ſtatim confirmanda, ſtatim adminiſtrat. Sed in electione per compromiſſum ſi duæ tertiæ partes opponunt electæ non eſt ſtatim confirmanda, & nec ſtatim adminiſtrat. Hic enim iam habetur electio habita per cōpromiſſarios, quæ ſi redditur diſputabilis ex opponentibus, ſi iſtæ opponentes ſint duæ partes, meritò Pontifex voluit vt non adminiſtret illa, cuius electioni tanta pars Conuentus opponit.

90 Hæc tamen modò in electionibus Abbatiſſarum locum non habent, quia vel loquimur de Compromiſſo mixto ex ſcrutinio, & hoc neceſſariò ex regulis ſcrutinij regulandum eſt, & ita vt electio ſit confirmanda ſolùm, ſi electa fuerit a duabus partibus nominata, nam compromiſſum mixtum ex ſcrutinio eſt forma eligendi quæ vix à ſcrutinio diſtinguitur, & omnino legibus ſcrutinij eſt ligata, vt patet ex dictis ſupra *cap. 22. quæſt. 3.* Si tamen alicubi licite eſt apud Moniales electio per Compromiſſum poteſt compromitti electio in Epiſcopum etiam ſolum, prout dixi ſupra *cap. 22 q. 1. num. 3.* Atverò compromiſſum purum, vt dictum eſt, locum non habet modò in electionibus Regularium, & Monialium in quibus omnis electio debet fieri per ſcrutinium, cum debeat fieri per vota ſecreta.

91 Expreſsè etiam in *d. cap. indemnitatibus* aduertitur, quòd vbi oppoſitio non eſt attendenda quin impediat confirmationem electæ, non per hoc prohibentur Moniales contra electam, & confirmatam agere denunciando, & accuſando ad effectum, vt deponatur. Sed tunc non valebunt niſi talia propter quæ Abbatiſſa ſit deponenda, non verò ſufficient, quæ impedire potuiſſent electionem, & confirmationem, *Paſqual. vbi ſupra numer. 706.*

SVMMARIVM.

1 *Electio Abbatiſſæ indiget confirmatione. n. 92.*
2 *Non poteſt electa adminiſtrare niſi in caſibus in iure expreſſis. n. 92,*
3 *Spectat confirmatio ad ſuperiorem Monaſterij. num. 93.*
4 *Epiſcopus non confirmat electiones monialium ſubditarum Regularibus. n. 93.*
5 *Qualiter Confirmator ſe informare debet. n. 94.*
6 *Superior abſens poſt electionem confirmare. numer. 95.*
7 *In quocumque loco honeſto poteſt confirmari electio n. 95.*
8 *An extra Diœceſim poſſit Epiſcopus confirmare electionem: remiſſiue. n. 96.*

92 QVæritur quintò, à quo, & qualiter electio Abbatiſſæ ſit confirmanda. Certum enim eſt, quod electio cōfirmatione indiget, cum enim electio det ſolum ius ad rem, & non det aut iuriſdictionem, aut dominium ex vi electionis non cōfirmatæ, non habet Abbatiſſa, vt adminiſtret arg. *cap. Noſti, cap. qualiter de elect. & cap. Auaritiæ de elect. in 6.* quamuis in caſibus expreſſis in *cap. indemnitatibus & inſuper quæſt.* explicatis, electa adminiſtret. Quod verò ex *Maiolo addit Tamburin. diſp. 24. q. 3.* ſentiens, quod ſi electa à Confirmante longè diſtat poſſit interim adminiſtrare, ex *capit. Nihil §. final. de elect.* Vel ſecundò in conſeruatione rerum, quæ tempore conſeruari non poſſunt, licet cautiùs agat abſtinendo. Quod inquam ſic dicitur, difficultatem habet, nedum quia regulariter qui confirmare poteſt eſt Præſes, qui adeſt electioni; ſed quia *cap. nihil,* loquitur de Epiſcopis confirmandus à Papa & extra Italiam exiſtentibus, & adhuc iam illud cap. eſt per nouas conſtitutiones abrogatum, vt habetur ſupra cap. 33. quæſt. 1. n. 3. & ampliùs hæc adminiſtratio non eſt neceſſaria, quia vbi non poſſit ſtatim confirmari electa, non deerit Vicaria, quæ tunc Monaſterium gubernet.

93 Debet verò hæc electio à Superiori Monaſterij Confirmari, & ita quòd in Monaſterijs Regularium, etiam ſi cum Superiori Regulari Epiſcopns præſit electioni, confirmatio tamen electionis non ad Epiſcopum, ſed ad Superiorem Regularium ſpectet, prout declarauit Sac. Congr. Concilij, declarans Conſtitut. Greg. XV. de exemptorum Priuilegijs, quam retuli ſupra num. 14. & habetur ex *cap. Monachi, & cap. Monaſterium de ſtatu Monac* & docuerunt *Panorm. ibi numer. 10. Cuch. lib. 4. de confirm. num. 1. Sylu. v. confirmatio, q. 1. Azor. p. 2. lib. 6. cap. 16. q. 5. Layman q. 23. nu. 3. Caſtell. c. 17. n. 3. Mirand. to. 2. q. 23. ar. 31. Barboſ. ad Clemen. attendentes, de ſtatu Monachorum num. 4. Tambur. diſp. 29. q. 1. nu. 1. Paſqual. vbi ſupra n. 690.*

94 Qualiter verò Confirmator ſe gerere debeat in ſumendis informationibus validitatis electionis (nequit enim confirmare niſi diligenter ſe informet, an electio ſit canonica, *cap. indemnitatibus, §. ſane*) ex dictis quæſt. præcedenti colligi poteſt, nam vbi attendendæ ſunt partis oppoſitiones, & procedendum eſt ad inſtantiam partis, neceſſariò eſt ſeruanda forma iudicij conteutioſi, etiam ſi

ſiue

Digitized by Google

ſine ſtrepitu & figura iudicij procedi poſſit. At verò ſubſtantialia iudicij omitti non poſſunt, inter quæ computātur citationes,& probationes, vt ſup: cap.2.n 72.& c.25.n.61 probatū eſt,& in propoſito aduertunt *Lanor.c 24.nu.53.& 54.Tambur.diſp.29. num.4.Paſqual.vbi ſupra num.*708. & de materia in genere videri poſſunt. *Archid.in d.cap. Indemnitatibus. Gloſſ.in cap.ſtatuta, ver figura, de baret.in 6. Rota Bonon.deciſ 30. num.2. Bart.in extrau.ad reprimendam v.ſummarie. Oſaſch.dec.1.Pedemont.Mareſc. par.1.cap.8.num.50.Tuſc.lit.S.conc.491. Gabr. conſ. 33. num.1. 3. Socin.iun.conſ.7.num 11.14. volum.1. Rota March.dec.68.Maria de clauſ.p.2.clauſ.180.Veſtr.in praxi lib.5.cap.1.num.7. Maranta in praxi p.4. diſt.9.num.8.*Verum vbi non ſunt attendendæ oppoſitiones, tunc quidem non eſt neceſſaria forma iudicij contentioſa, ſed nihilominus ſubſtantialia iudicij ſeruanda ſunt, & præcipuè vbi agatur de caſſanda electione *ex* defectu electæ,vt latius explicatum eſt ſupra cap.33.

95 Quoniam vero ſuperior delegare poteſt præſidentiam electionis alicui abſque eo, quod illi delrget facultatem confirmandi electionem, ideò Superior abſens bene poteſt electionem confirmare, & non eſt determinata forma confirmationis, vel locus, in quo habenda ſit confirmatio, dummodo in loco honeſto fiat. Nec ex *cap. qua fronta da appellat.* oppoſitum deducitur, quia ibi reprehenditur Archiep. Cantuar. quia electiones confirmabat in Camera Regis,non verò quia eas confirmaret extra Eccleſiam, vel extra locum electionis, & ideò Superior etiam in proprio palatio exiſtens, aut Conuentu poteſt electionem confirmare. *Paſqual. vbi ſupra num* 702. Quidquid in contrarium dixerint *Lanor.cap.25.num.64. Tambur. d. diſp.29. q.1.num.4.*

96 An verò Superior extra territorum exiſtens electionem poſſit confirmare dictum eſt ſupra cap.33.

S V M M A R I V M.

1 *Officium Abbatiſſa durat ad triennium in Italia. num.97.*

2 *Electio facta ad maius tempus eſt ipſo iura nulla. num.97..*

3 *Conſtitutio Gregor. XIII. ſe extendit ad Moniales Ordinum Militarium n.98.*

4 *Non tamen ad Tertiarias, & Oblatas. n.98.*

5 *Nec ad illas, qua inſtituuntur per præſentationem num.99.*

6 *Valent ſtatuta vt Abbatiſſa durent per biennium. num.*100.

7 *In Ordine Pradicatorum quantum durent. numer.*100.

8 *Moniales S.Clara ſingulo anno renunciant. numer.*100.

9 *Fundatrix Monaſtery per 20.annos poteſt eſſe Abbatiſſa. n.*101.

10 *Abbatiſſam durare vſque ad creationam noua,quidam dicunt. n.*101.

11 *Abbatiſſa poteſt eſſe Vicaria Abbatiſſa ſequentis. num* 101.

12 *Abbatiſſam poſſa eſſe Vicariam in tempore vacantia, qui tenaunt. n.*101.

13 *Officium Abbatiſſa non poteſt prorogari ſub quocumque titulo. n.*101.

14 *Cauſæ ob quas prorogari poteſt triennium Abbatiſſæ. n.*102.

15 *A quo poſſit prorogari.* 103.

97 QVæritor ſextò, quantum duret officium Abbatiſſatus? Habetur hoc ex Conſtit.19. Gregor.XIII. in qua ſtatuitur, vt in Italia & præcipuè in vtriuſque Siciliæ Regnis Abbatiſſatus duret ad triennium, quod quidam in Italia practicatur. Extra Italiam tamen multæ ſunt Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ perpetuæ, quàmuis & multæ temporales. Ex vi vero Conſtit.Gregor XIII.electio Abbatiſſæ, ſi fiat ad maius tēpus,eſt ipſo facto nulla, vnde nec valet ad aliud triennium,ex vi decreti irritantis per tradita à *Rom.conſ.66.Cupic.dec.40.Cubedo dec.84. Tambur.diſp.30.q.1.nu.4.Paſqual.nu.671.* Et idem dicendum eſſet, ſi Abbatiſſa eligeretur ad beneplacitum Monialium, quia hæc electio ad beneplacitum perpetuitatem admittit, ſeu tempus triennio longius, quod reprobatur per dictam Conſtitutionem, & ità ex *Boerio dec.149.Franc.Muſc.dec.192. par.1.Tapia in pragmat.S.Caroli 5. fol.107.Maſtril. deciſ.188.num.7.babet Tambur.vbi ſupra nu.9.*

98 Cum verò Conſtitutio Greg.XIII.extendatur ad Moniales quaſcumque etiam Ordinum Militiarum, etiam S. Io. Hieroſol. prout de mente Clem. VIII. declarauit Sac. Congregatio die 22. Maij 1604. apud *Lanor.de elect.cap.24.num.64.* dubitari poteſt an eadem Conſtitutio comprehendat etiam oblatas, aut quocumque nomine mulieres, quæ Collegialiter viuunt, ſed cum non emittant tria vota ſubſtantialia Religionis non ſunt propriè Religioſæ. Nam comprehendi putat. *Paſqual. ad Lauratum de Franchis p.1. num.* 678. quia comprehenduntur etiam ſub *cap.Indemnitatibus, § ſupradicta, de elect.in 6.* ideo vigore iuris communis videtur etiam extendi dicta Conſtitutio. Sed hæc ratio non probat,quia immò ex quo lex *cap.indemnit.* ſe extendit ad omnes mulieres qualitercūmq; Moniales & collegialiter viuentes, quoniam ibi id expreſsè declaratum *eſt*, ſequitur quod nec ſub illa lege fuiſſent comprehenſæ ſub nomine Monialium, niſi fuiſſet id expreſſum, nec ſub alijs legibus diſponentibus de Monialibus ſub approbato Ordine Militantibus comprehenduntur, niſi exprimantur. Ideo quod lex Greg.XIII.non ſe extendat ad oblatas docuerunt. *Nauar.conſ.82. de regul. in antiquis. Rodriq.tom.2.q.54.art.6.Mirand.q.7.a.9.Tambur. de iure Abbatiſſ diſp.30.q.2. num.3. Portel. v.Abbatiſſa, num.10.Caſtell.de elect.cap.5.num.33.* Nam Conſt. Gregor.XIII. loquitur de Monialibus S.Benedicti, Ciſtercien. Carthuſien.& quorumcumque Ordinū. vnde loquitur de ijs, quæ Religioſæ ſimpliciter aūt, & militant ſub aliquo Ordine à Sede Apoſtolica approbato, quod non conuenit niſi illis, quæ tria vota Religioſa ſub aliqua approbata regula emittunt.

99 Limitatur etiam aſſertio, vt locum non habeat in illis Abbatiſſis, quæ fiunt & inſtituuntur per Præſentationem, quia harum inſtitutio perpetua ſit, *Portell.v.Abbatiſſa nu.10.Tambur.d.q 2. n.5. Barboſa de iura Eccleſ.l.1.c.45.n.37.*

100 Explicatur quoquè vt valeant ſtatuta ordi-

oantia, vt Abbatiſſa duret ſolum ad biennium, vel ad annum, quia Gregor. XIII. ponit terminum ad maius, & vult, quòd officium non excedat triennium, ſed non præcipit, quod duret per triennium, vnde iuxta leges cuiuſcumque Ordinis poterit eligi Abbatiſſa ad biennium, vel ad annum. *Lauor. de elect. cap. 34. num. 65. Tambur. diſput. 30. q. 1. num. 10. Nouar. v. Abbatiſſa n. 4. Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 45. n. 37. Paſqual. nu. 673.* qui etiam referunt ita declaraſſe Sac. Congr. in vna Ariminen. 18. Nouemb. 1595. Et ita in Ord. Prædicatorum in multis Monaſterijs, & vt plurimùm Prioriſſæ durant per biennium. In Ord. Prædicatorum ait *Caſtell. cap. 17. num. 10.* quod Prioriſſæ ex di poſitione Bullæ Iulij II. de temporalite officiorum durant per triennium: ſed debet hoc irrepſiſſe ex negligentia impreſſoris, quia ex dicta Bulla durant per biennium. Verum non eſt eadem praxis omnium Monaſteriorum, & ſicut Priores, ſic Prioriſſæ, vel per triennium, vel per biennium durant. Quod verò adducitur ex priuil. Leonis X. apud *Compend. priuileg. v. Abbatiſſa n. 9. & Mirand. q. 7. ar. 9.* vt ſcilicet Abbatiſſa ſingulis annis teneatur in manibus Viſitatorum, aut Superiorum renunciare, & quod ipſi poſſint nouas Abbatiſſas eligente Conuentu confirmare, ſi ipſi id bonum iudicauerint, etiam nunc habere locum tenent. *Miranda q. 7. ar. 9. Paſqual. nu. 673.* Sed non afficit niſi Moniales S. Claræ, quæ illud idem habent præſcriptum ex Regula cõfirmata ab Vrbano IV. cuius facit mentionem idem Leo X. Videatur *Miranda de Monialibus q. 7. art. 9. concl. 1.*

101 De Monialibus etiam S. Claræ tradit *Porcell. v. Abbatiſſa num. 10.* quod fundatrix Monaſterij poteſt per 20. annos eſſe Abbatiſſa, & ijs completis, poteſt iterum in Abbatiſſam eligi. Quod & aduertunt ex *Emanuel. Rodriq. reſol. 2. nu. 7. Barboſ. lib. 1. de iure Eccleſ. cap. 45. num. 37. Mirand. in expoſit. Regulæ S. Claræ num. 90.* Habet etiam ex *Nouar. d. v. Abbatiſſa num. 9. Barboſa d. num. 37.* quòd Abbatiſſa ſtatim finito officio non tenetur renunciare, ſed expectat creationem nouæ Abbatiſſæ. Sed vnde hoc collegerint, non videò; nec eſt conforme Conſtit. Greg. XIII. Negat autem *Paſqualig. vbi ſupra num. 675.* quòd Abbatiſſa completo triennio poſſit eſſe Vicaria nouæ Abbatiſſæ. Sed hoc non admittitur, quia Vicaria Abbatiſſę non eſt ordinaria, ſed delegata amouibilis ad nutum Abbatiſſæ, Greg. verò XIII. prohibet Abbatiſſam poſt triennium immediatè eſſe Præfectam Monaſterij, non verò prohibet eam eſſe miniſtram ſub Præfecta. Immò cum in Ordine Minorum ex ſpeciali Conſt. Sixti V. apud *Mirand. q. 7. ar. 9.* Abbatiſſæ terminato triennio Abbatiſſatus nõ poſſint in eodem Monaſterio habere aliam Præfecturam, vel officium, adhuc idem Miranda tenet, quod Abbatiſſa poſſit inſtitui Vicaria pro interim donec noua Abbatiſſa ſit electa, & confirmata, ne ſi alia Vicaria inſtituatur innouet aliquid in præiudicium regiminis iam pro vtilitate Monaſterij inſtituti. Nihilominùs tamen Sac. Congreg. Epiſcoporum & Regularium declaraſſe in vna Andrien. 20. Februar. 1615. Epiſcopum non poſſe prorogare officium Abbatiſſæ ſub titulo Vicariæ, vel Præſidentis, vel alio, tradit *Nicolius v. Abbatiſſa nu. 9.* Hoc tamen poteſt intelligi de prorogatione ſimpliciter, non verò pro interim & per modum tranſeuntis donec eligatur Abbatiſſa. Sed in hoc leges Monaſteriorum ſeruandæ ſunt, nam veriſimile eſt quod in ſingulo Monaſterio ex lege, vel conſuetudine ſtatutũ ſit, quæ in tempore vacantiæ Abbatiſſatus regat Monaſterium, & huiuſmodi lex vel cõſuetudo eſt ſeruanda.

102 Multæ verò ſunt rationes ex quibus prorogari poteſt officium Abbatiſſæ, vel dari facultas vt ipſa reeligatur, & præcipuè ſi vel ipſa ſit excellentis virtutis, vel eius auctoritate & potentia maximè, indigeat Monaſterium, vel præter eam non ſint niſi iuuenes, vel inhabiles. Et nihilominùs econtra melius ſæpe erit accipere Abbatiſſam ex alio Monaſterio, vel diſpenſare cum aliqua illegitima, quam vltra triennium præcedentem Abbatiſſam continuare.

103 Vltra triennium verò, vbi obligat lex Gregor. XIII. vel alia ſimilis nullus inferior Papa poteſt prorogare Abbatiſſam, vel concedere, vt non ſeruato interſtitio triennij reeligatur. Vbi tamen ex ſola lege ordinis Præfecta durat per annum, vel per biennium, poterit à Superiore habente facultatem diſpenſandi in ea lege, Præfecta confirmari, ſed non vltra triennium.

F I N I S.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
COPIOSVS OMNIVM
Quæ in hoc Operæ continentur.

A

A B B A T E S.

ABBATES Antiqui Monachorum fuerunt Superiores, & poteſtatem dominatiuam habuerunt non tamen erant Clerici. cap. 25. nu. 344 pag 428.

A B B A T I S S A.

Abbatiſſarum electio canonica. c. 40 nu. 1. p. 782. Proprijs legibus eſt dirigenda. ibid. Debet pertinere talis electio ad Monaſterium. ibid. num. 2. Sola profeſſa ſaltem tacitè habet votum. ibid. 4. electrix debet eſſe ætatis annorum ſexdecim. ibid. 6. Monialis de recenti profeſſa ex iure communi votum habet; ibid 7. Electrix tenetur eligere digniorem. ibid 9. Quid obſeruetur in Ordine Prædicatorum & Minorum. ibid. nu. 7.

Abbatiſſarum electio non ſubditur legibus latis pro electionibus virorum. ibid. nu. 10 p. 784 Fit per ſcrutiniũ & per vota ſecreta. ibid. num. 11. 12. & 33 Poteſt eſſe ſcrutinium auriculare, ſecretũ tamen. ibid. n. 12. & 34 Si non ſit ſecreta etiam per ignorantiam electio eſt nulla. ibid. Sufficit ad electionem maior pars votorum. ibid. 37. p. 790. Qualiter, à quo, & qua forma publicetur electio. ibid. n. 38. & 39. In tali electione locũ habet acceſſus: ibid. 40. Si Moniales non ſeruent modũ eligendi non ſiunt priuandę voce. ibid. 41. Quid agendum ſi numerus ſchedularum non concordet cum numero eligentium. ibid. 35. Et quid ſi ſint ſignatæ, & ſciſſæ. ibid.

In Abbatiſſæ electione Præſes eſt Superior Monaſterij. ibid. n. 14 p. 786 In Monaſterijs Regularium cũ Superiore præeſt Epiſcopus. ibid. Confirmatio tamen non ad Epiſcopum ſed ad Superiorem Monaſterij ſpectat. ibid. 14. & 16. Tenentur Regulares admonere Epiſcopum de electione, & ipſum expectare ad illam diem. ibid. 14 & 20. Si id non faciunt puniuntur ipſi non vero Moniales. ibid. 20. Et tunc quomodo electio ſit nulla. ibid. 20. In caſu diſcordiæ Regulares duas proponunt. ibid. 21. Non poſſunt tamen coarctare electiones. ibid. 22. Nec in caſu diſcordiæ Præſes habet votum, ibid. 19.

In Abbatiſſam eligenda plures conditiones requirit, cap 40. num. 40. & num. 41 43. 48. 53. 54. 56. 60. 70. & 71. pag 792. Ætas vt poſſit eligi in Abbatiſſam debet eſſe quadraginta annorum completorum, ibid. num. 55. & 56. Dignior eligi non poteſt in concurſu habentis requiſitum tempus. ib. 57. Si adſit cauſa aliter faciendi recurrendum eſt ad S. Congr. n. 58. & 59. p. 795. Non eſt eligenda habens ætatem ſi alias ſit indigna. ibid. 59. Minor quadraginta annis in concurſu quadragenariæ non poteſt eligi. ibid. 60. Nec in hoc Epiſcopus diſpenſat. ibid 61. Quando non adeſt tempus requiſitum duo remedia adducuntur. ibid. 62. 796. Quid neceſſe, vt ſit locus remedijs. ibid. Antiquitas ætatis præferenda antiquitati Religionis. ibid. 63. & 65. Non poteſt eligi ex Monaſterio alterius Ordinis. ibid 66 Etſi in proprio vel alio Monaſterio eiuſdem Ordinis non ſit habilis, quæ ſit triginta annorum, poſtulanda eſt à Papa habilis. ibid. 66. Declaratio S. Congregationis data in caſu particulari. ibid 67. An ſi eligatur non habens qualitates à Concilio ſtatutas electio ſit ipſo iure nulla. ibid. n. 69. p. 796 De iure cõmuni ſeruatur interſtitium triennale ſeu vnius Abbatiſſatus. ibid. 74. Extra Italiam Abbatiſſa ad aliud triennium poteſt confirmari. ibid. Quid ſit dicendum vbi Abbatiſſæ ſunt biennales, vel annuales. ibid. 75. Quid in Ordine Minorum. ibid. In Ordine Prædicatorum debet habere eligenda duodecim annos à profeſſione ibid. 72. Cenſura ligata eſt ineligibilis. ibid. 76. In Ordine Prædicatorum ſeruatur interſtitium duorum prioratuum. ibid. 73. Nec Supprioriſſa immediatè eligitur in Prioriſſam. ibid. In Prouincia Lombardiæ ſoror non ſuccedit ſorori. ibid. 72. Non tamen hoc prohibetur de iure communi, ibid.

Eligentes indignã nõ ſunt priuatę voce. c. 40 n. 78. p. 799

Electa à duabus partibus ſine exceptione debet confirmari. cap. 40 a n. 79 pag. 800

In electione Abbatiſſarum ſeruandæ leges capit. Vt circa, & capit. Cupientes de elect. in 6. cap. 40. nu. 87. pag. 801.

Electa quando adminiſtret ante confirmationem. c. 40. nu 88. pag. 801 & num. 92. pag. 802

Electio per compromiſſum non habet locum in Monialib. cap 40 nu. 90. pag. 802

Excipi quando poſſit contra electionem Abbatiſſæ c. 40 a. num. 81. pag. 800

Electio Abbatiſſæ confirmanda, & à quo, & vbi, c.40. num.92. pag.802.
ABIVRATIO De leui eſt pœna. cap.25.n.100.pag.375.

A B S O L V T I O.

Abſolutio non eſt iuris relaxatio, ſed iuris executio. capit.28.num 16.pag.566.
Abſolutio in foro conſcientiæ, & in foro fori, ſeù contentioſo differunt; & per quid, cap.26.n.91.pag.522.
Abſolutus in foro conſcientiæ non eſt abſolutus in foro fori; & quomodo tractandum cum eo. cap.26. nu 92. ad 102.pag 522.
Abſoluere poteſt Prælatus Regularis ab omni excommunicatione lata à iure, ſed non reſeruata. cap.26. num.2. pag.495.
Abſoluere etiam poteſt ab hac excommunicatione Parochus, & quilibet Sacerdos approbatus ad audiendas Confeſſiones. cap.26.nu 3 pag 496.
Abſoluere poſſunt hi, & Prælati Regulares, à quacumque excommunicatione lata ab homine in genere, ſed non reſeruata. cap. 26. nu.7.pag.496.
Abſoluere poteſt ab excommunicatione lata ab homine particulariter, vel qui eam tulit, vel eius Superior, non autem inferior. cap.26.nu.8. pag.496.
Abſoluere non poteſt Prælatus Regularis ſubditos ſuos, in quos Epiſcopus, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus, tulit ſententiam excommunicationis cap.26.n.9. pag.497.
A Cenſuris in Religione reſeruatis abſoluit, is qui eam reſeruauit, & eius ſuperior; a reſeruata vero Prælato quilibet Prælatus. cap.26. num.10 pag.497.
Abſoluendi a cenſuris facultas non comprehendit reſeruatas. cap.26 num.11.pag 497.
Abſoluere poſſunt Prælati Regulares ſuos ſubditos ab omni excommunicatione Papæ reſeruata, cuius abſolutio ex iure ſpectat Epiſcopis. cap.26. nu.13. pag 498.
Abſoluere poſſunt Prælati Regulares ſuos ſubditos ab omnibus caſibus reſeruatis Papæ, a quibus poſſunt abſoluere Epiſcopi ſuos Diœceſanos ex priuilegio Concilij Tridentini, ſed in foro tantum conſcientiæ. cap.26. num.16. pag.499.
Quod late explicatur. cap.26.num.17. pag.499.
Abſoluere nec Epiſcopus, nec Prælatus Regularis ex vi Concilij Trident. poteſt ab excommunicatione quemquam, vel diſpenſare ſuper irregularitate orta ex delicto, quod ſit publicum, licet non deductum ad forum contentioſum; & quomodo hoc intelligatur. cap. 26. num.18. 19.pag.500.
Abſoluere non poſſunt Epiſcopi, à caſibus Papæ reſeruatis poſt Concilium Tridentinum. cap.26.n.35.pag.504.
Abſoluere non poſſunt Prælati Regulares ab excommunicatione ad forum ſui ſuperioris deducta, vel ab eodem denunciata. cap.26.num.114 pag 527.
Abſoluere non poteſt Epiſcopus, Regulares à caſibus reſeruatis ſine neceſſitate, & licentia ſui Superioris. capit.26.nu.140.pag.534.
Abſoluere non poſſunt Prælati Regulares à caſibus Bullæ Cœnæ. num.26.a.num.51.cap.509.
Abſoluere poſſunt Prælati Regulares ſuos ſubditos ab omni excommunicatione extra bullam Cœnæ, quæ non ſit ſpecialiter reſeruata. cap.26.num.63.pag.513.
Decreta S. Congregationis prohibentia abſolutionem à caſibus Papæ reſeruatis loquuntur de Confeſſarijs in ordine ad ſeculares. cap.26. num.65. pag.513.
Abſoluere poſſunt Prælati Regulares ſuos ſubditos ab excom. Canonis ſi quis ſuadente. cap.26.nu.67.pag.514.
Abſolui non debet excommunicatus niſi ſatisfacta parte, & quid hoc imponet, & an ſit valida abſolutio aliter data. cap.26.a.n.num.73. pag.517.
Abſoluere a peccato qui prohibentur, multò magis eis interdicitur diſpenſare ſuper irregularitate. cap 27.n.80. pag.559.
Abſoluendi à cenſuris, ſeu diſpenſandi ab irregularitatibus occultis, & à quibus habeant facultatem Epiſcopi, & Prælati Regulares; & quo iure. Vide quæſtionem primam, & ſecundam. cap 27. num.2. ad 40. pag. 544. ad 549.
Abſoluendi à Cenſuris Papæ reſeruatis, quinam Prælati Regulares in vnoquoque ordine habeant facultatem. Vide totam quæſt. tertiamdecimam. capit. 26.num. 120. pag.528.
Abſoluendi à Cenſuris reſeruatis poſſunt Prælati Regulares facultatem delegare. capit. 26. numer.127. pag. 530.
Abſoluendi à Cenſuris reſeruatis facultas competens Prælatis localibus non poteſt per Generalem, ſeù Prouincialem limitari, poſſunt tamen ſuperiores per viam reſeruationis reſeruare ſibi abſolutionem ab excommunicationibus in terminis decreti Clem VIII. cap.26. n.133. pag 531.
Abſoluendi per quem ſint Regulares, ſi omnes vnius Collegij, & etiam Prælatus eſſent excommunicati. cap.26. num 156. pag 538.
Abſoluendi à cunctis caſibus occultis, & diſpenſandi ab irregularitate facultatem collatam per Concil. Trid. Epiſcopis, eam non habent Epiſcopi, vbi Concilium non eſt acceptatum. cap.27.num 2.pag.544.
Abſoluendi ſuos à Caſibus Bullæ Cœnæ, & ſimilibus facultas non competit Prælatis Regularibus. Vide per eaternum. cap.26 num.40.ad 50.pag.506.
Abſoluendi à Cenſuris facultas conceſſa non comprehendit reſeruatas, niſi omnes eſſent tales. cap.26. num.11. pag 497.
Abſoluendi ſuos ab excommunicatione lata ab homine contra aliquam particularem perſonam; ſeu à lata à iure, deducta tamen ad forum contentioſum, facultatem non habet Prælatus Regularis. cap. 26. numer. 103. pag.525.
Abſoluentes ſuos Prælati Regulares etiam in foro pœnitentiæ abſoluunt etiam pro foro externo, ſi tamen ipſi in eo foro poſſunt de delicto cognoſcere, & delictum ad alterius forum non ſit deductum. cap.26. num. 106. pag.525.
Abſoluens Prælatus ſuos in foro conſcientiæ nunquam abſoluit pro foro externo, ſi ipſe in eo foro non poteſt de delicto cognoſcere. cap. 26. num.115. pag.527.
Abſolui poſſunt Epiſcopi, vt Prælati Regulares à Sacerdotibus, quibus ipſi facultatem tribuant, ab omnibus caſibus, & Cenſuris, à quibus poſſunt abſoluere cæteros. cap.26. num.31. pag.503.
Abſolui poteſt Regularis ad reincidentiam à caſibus Papæ reſeruatis dato impedimento accedendi ad eum. cap.26.num 156.pag.538.
Abſoluere poſſunt ſuos Generalis, Prouinciales, Prælati locales, & in eorum abſentia eorum Vicarij in Ord. Præd. & in alijs Ordinibus iuxta eorum ſtatuta conſuetudines, & priuilegia. cap.26 a.num.120. pag.528.
Abſolui poſſunt à Cenſuris per Prælatos Regulares omnes Religioſi profeſſi; nouitij; & ij, qui intuitu recipiendi habitum Religionis accedunt; Tertiarij, Oblati, & Conuerſi. cap.26. num.158 pag.539.
Abſolui ab Epiſcopis ſine ſuorum Superiorum licentia non poſſunt Regulares. cap.26.a.num.133 pag.533.
Vt Regulares abſoluantur a caſibus reſeruatis Papæ nulla neceſſitas facit, vt poſſint abſolui ab Epiſcopis, vt Epiſcopis ſine licentia ſuorum Superiorum. c.26.quæſt.15. per totam.a.num.135.pag 533.
Abſolutio data Electoribus ante electionem Canonicam quid operetur; & quid abſolutio generalis data in ſolemnitatibus. cap 26 num.118.& 129.pag 528.
Abſolutio data à Pontifice in expeditione literarum per clauſulam, teque à quibuſuis &c. quid operetur. cap. 25.a.num.469. pag.461.

I N D E X.

Abſolutiones Priorum prohibitæ in Ordine Prædicatorum inſtante Electione Prouincialis. cap. 3. num. 75. p 47.

ABVSVS Secularis poteſtatis vitiat electionem. cap. 8. per totum. à pag. 168.

ACCEPTA turpiter, non debent apud recipientem manere; cap. 7 num. 392. pag 166.

ACCEPTOR perſonarũ in diſtribuẽdis beneficijs, ea ſola violatione iuſtitiæ diſtributiuæ nihil tenetur reſtituere vel digno, vel magis digno poſthabito ab eo. cap. 30. à num. 191. pag. 640.

ACCIPIENS officium corporalis obſequij ad cõmodum alterius, per ſe, & ex vi huius acceptationis intendit mercedem; nec gratis dici poteſt inſeruire, niſi ſe explicet. cap 7 num. 136. pag. 124.

ACTIO Eſt ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. cap. 2. num. 51. pag 21.

A C T V S.

Actus, quidam ſunt mali ab intrinſeco, vndè prohibiti, quià mali; alij ſunt mali ab extrinſeco quià prohibiti. cap. 9. num. 12. pag. 174.

Actus irritatio, aliquando eſt pœna, aliquando non; & explicatur. cap. 9. à nu. 17. pag. 176.

Actus nullus de iure poſitiuo; non eſt omninò nullus de iure naturali. Vide totam quæſt. 2. cap 9 n. 32. pag. 181.

ADMONERE, Non eſt mandare, ſed mandatum, vel præceptum ſupponere. cap. 2 num. 43 pag 19.

ADOPTATIO Succeſſoris in Eccleſiaſticis Prælaturis non datur. cap 1. num. 3. pag. 2.

AGGRESSORES Omnes ſunt irregulares. cap. 26. n. 20. pag. 500.

A L I E N V M.

Alienę Prouinciæ frater in Ordine Prædicatorum non habet vocem actiuam, niſi per annum integrum maneat in ea, præterquam in duobus caſibus. cap. 10. nu. 115. pag. 208.

Alienum ab Eccleſia eſt, prouidere eidem per hæreditariam ſucceſſionem. cap. 1. num. 11. pag 2.

A L T E R N A T I V A.

Alternatiua in electionibus licet lædat ius eligentium, attamen poteſt ſtatui; maximè ad pacem conſeruandam, & æqualitatem. cap. 2. num 62. pag. 23. & cap. 30. num. 150. pag. 630.

Alternatiuam an poſſit ſtatuere Capitulum Generale. cap 2 num. 60. pag. 23.

Alternatiua, vbi eſt ſtatuta, debet ſeruari. capit. 2. 30. num. 62. pag 23. & cap. 30. n 151. pag. 630.

Alternatiua non ſeruata; electio eſt nulla; vel caſſanda ad inſtantiam partis. cap 2. num. 62. pag 23.

Alternatiuæ parum vtiles ad bonum commune, iuuant ad tempus, ſed nocent in perpetuum. capit. 2. numer. 64. pag 24. & cap 30. num. 150. pag 630.

Alternatiuæ in Electionibus Prouincialium, & Diffinitorum. c. 36 n. 22. p. 759. & cap. 37. nu. 22. 772.

A M B I T I O.

Ambitus Prælaturę prohibitus; & à quibus; & quomodò; & ſub quibus pœnis. Vide verb. Pœnę, & cap 5. num. 3. pag 65. ad 97.

Ambitioſus largitor munerũ eſt ipſo facto priuatus omni officio, & beneficio, & voce actiua, & paſſiua. cap. 7. num. 366 pag. 161. n. 377. p. 163.

AMENTIA quotuplex, & quę nam tollat ius eligendi, & quę non cap. 10. nu. 11. & 12 pag. 189.

Amens non eſt eligibilis etiamſi patiatur lucida interualla, & quid ſi ſit perfectè ſanatus. cap. 25. à nu. 3. pag. 353.

AMOR nõ eſt malus, per hoc, quià, vtilitas ſit ratio amandi ex parte amantis. cap. 7. num. 52 pag. 108.

APOSTOLICÆ LITERÆ.

Apoſtolicæ literæ propter earum reuerentiam, habent exequutionem paratam. cap. 4. nu. 54. pag. 265.

Apoſtolicę literæ debent prius iuſtificari quoad earum narratiuam coram iudice competenti, qui eſt Auditor Cameræ, vel cumulatiuè is, qui eſt à Pontifice ad id deputatus. cap. 14. num. 56. pag. 265.

Apoſtolicarum literarum executionem impedientes excõmunicantur in Bulla Cęnæ Can. 13. c. 14. n. 56 pag. 265.

Apoſtolicis literis opponi poteſt; ne executioni dentur, niſi priùs iuſtificentur. cap 14. num. 57. pag. 265.

Apoſtolicæ literæ motu proprio factæ non indigent iuſtificari, quia innituntur voluntati; & tamen contra illas poteſt opponi. cap. 14 nu. 55. 57. pag 265.

Apoſtolicarum literarum ſubreptio, vel obreptio non retardat executionem, vel eam impedit, niſi priùs plenè, & concludenter probata ſit: & ibi vide alia ad rem facientia. cap. 14 num. 59 pag. 266.

Apoſtolicarum literarum oppoſitio de ſubreptione, non habet locum quando in eis Papa auferat facultatem opponendi, aliter dicendi, & interpretandi. cap. 14. num. 60 pag 266

Apoſtolicarum literarum obreptionem non omnis taciturnitas inducit. cap. 14. num. 60. pag. 266.

Apoſtolicarum literarum etiam ſubreptitiarum gratia, non eſt ipſo iure nulla, ſed tantum ope exceptionis annullanda. cap. 14. num 60 pag. 266.

A P P E L L A T I O.

Appellationi legitimæ, Appellatio debet deferre Præſes electionis. c. 14. num. 62 pag. 266

Appellatio extraiudicialis datur à futuro grauamine, ſed cum cauſæ expreſſione. cap. 32. num 3. 6. pag. 664

Appellatio ſuſpendit ſententiam, & eius effectus, niſi excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. cap. 10. num. 128. pag. 209.

Et Appellans à ſententia priuationis vocis debet admitti ad electionem. cap. 25. num. 602. pag. 479.

Appellare poteſt dignior repertus in concurſu ad Parochialem ab electione minùs digni facta ab Epiſcopo, ſeu Vicario. cap. 30. num. 86. pag. 614.

Appellatio à futura electione, abſolutè nõ datur; ſed datur, vt proteſtetur, vt electio non fiat niſi Canonicè; vel à grauamine alicui illato ante electionem. cap. 32. nu. 4. 5. 8. pag. 664.

Appellationes, & proteſtationes ſæpe ſunt doloſi prætextus ad impediendam electionem. cap 32. nu. 6. pag. 665.

Appellatio à iudicio examinatorum in concurſu tam in beneficijs curatis, quam in ſimplicibus, quid operetur quoad effectum deuolutiuum, & effectum ſuſpenſiuũ. cap. 32. num 9. ad 37. pag. 665.

Appellari poteſt ab electione futura Generalis Regulariũ. cap. 32. num. 31. pag. 668.

Appellatione extraiudiciali interpoſita, & pendente quæcumque attentata & geſta poſt, & contra eam iuſtificatam caſſanda ſunt. cap. 32. nu. 24. p. 667.

Appellare ſolum poteſt, qui habet intereſſe; & ſentit ſe grauatum; Vel timet probabiliter grauamen. cap. 32. num. num 33. p. 669.

Appellare non poteſt electus renuncians electioni, nec de hoc vt iterum eligatur. cap. 32. nu. 33. pag. 669.

Appellare poſſunt, ne dum qui ſunt de numero eligentiũ, ſed omnes, qui ſunt ſubiecti Prælato electo. cap. 32. num. 33. pag. 669.

Appellare nemo poteſt ab electione à ſe facta niſi ex noua ſuperueniente cauſa, vel ex antiqua prius ignorata. cap. 32. num. 34. pag. 609.

Appellatio extraiudicialis, vt ſit iuridica, & ei ſit deferendũ debet habere aliqua, ſcilicet ſcripturam authenticam continentem omnia, & ſingula quæ electioni, vel electo obijciuntur; iuramentum opponentis, per quod iuret vera eſſe, & poſſe illa probare, & alia. cap. 32. numer. 54 56. pag. 675.

Appellans nulliter, non eſt audiendus ex vi illius appellationis; & an poſſit tamen infra terminum iterum validè appellare. cap. 32. nu. 58 pag. 676.

Appellans tenetur iurare ſe credere probaturum omnia

& ſin-

Digitized by Google

& ſingula quæ electioni opponit. cap. 32. numer. 60. pag. 677

Appellantes, & proteſtantes contra electionem tenentur probare defectus, & negatiuam hanc, quod v. g. non ſit facta ſecundum iura. cap. 32. n. 69. pag. 679

Appellans, & obijciens contra formam electionis, ſi nil in iudicio probet, damnatur ad expenſas litis. cap. 32. num. 70. pag. 679

Appellans, & obijciens contra perſonam electi, ſi deficit, & eſt Clericus beneficiatus punitur pœna ſuſpenſionis à beneficijs quæ habet in illa Eccleſia per triennium, Et vide limitationes. cap 32. nu. 72 pag. 680

Appellans, & obijciens contra perſonam electi punitur etiam priuatione poteſtatis agendi, & proſequendi cauſam. Vide limitationes. cap. 32. n. 73. ad 80. pag. 680.

Appellatio iudicialis quod fletur à caſſatione, ſeu confirmatione facta iudicialiter indubitati iuris eſt, cap. 34. num. 1. pag. 728.

Appellatio extraiudicialis, ſeu prouocatio à Confirmante ad Superiorem iudicem datur, etiam à decreto confirmationis, ſeu caſſationis extraiudicialis. Vide locum, & doctrinam. cap 34 num. 5. ad 15. pag 729.

Appellari, ſeu prouocari poteſt quis ad Superiorem etiam in arbitrarijs. cap. 34 n. 16. pag 732.

Appellari poteſt ab Epiſcopo prohibente confeſſiones ei quem approbauit ſimpliciter. cap. 34. nu. 16 pag 733.

Appellare poteſt à confirmatione ſeu caſſatione omnis ille qui iuſtè penjt, & non obmuit, ſeu omnis intereſſe habens, etiam non elector, nec electus. cap. 34 nu. 18. ad 21. pag. 733.

Appellare poſſunt electores à caſſatione electionis factæ non ob vitium formæ ſed perſonæ; attamen requiritur in hac appellatione etiam mandatum procuræ perſonæ electæ, vel ipſe electus in perſona, cap. 34 num. 22 ad 28. pag 734

Appellare poteſt electus, qui nullam ius ex electione acquirit, à caſſatione eius electionis, ob vitium perſonæ non tantum ad finem reijciendi infamiam ſequentem ei ex caſſatione, ſed ad finem vt confirmetur eius electio, vt electio digni cap. 34. nu. 29. ad 34 pag 335

Pendente appellatione etiam extraiudiciali contra appellationem prou ſio facta eſt reuocanda. cap 34 num. 42. pag 739

Appellatio legitima petit, quod omnia poſt, & contra appellationem innouata reuocentur iuſtificata appellatione. ibid. 44 Formalitas appellationis eſt à lege poſitiua. ibid. 46. Prohibitio appellationis eſt odioſa. ibid 47. Hæc prohibitio non impedit quominus poſſit dici contra ſentantiam de nullitate; neque interdicitur ex hoc ſupplicatio, querela, & alia iuris remedia. ibid. 48. Solum excludit appellationem iudicialem. ibid. 49. pag. 740 & n. 59 & 60. pag. 742

Appellatio in reſcripto prohibita valet quoad effectum ſuſpenſiuum, non deuolutiuum. ibid. 54. notatur triplex differentia inter huiuſmodi appellationes. ibid.

Quando cauſa eſt remiſſa conſcientiæ Iudicis prohibetur appellatio iudicialis, & ſuſpenſiua. ibid. 55. pag. 741.

Grauatus tamen tunc poteſt appellare deuolutiuè. ibid. & debet reuocari grauamen non ex ſola gratia, ſed etiã ex iuſtitia. ibid 57. Geſta poſt talem appellationem in tribus caſibus tamquam attentata ſunt reuocanda. ibid. 58

Per clauſulam appellatione remota ſimpliciter prolatam ſolum prohibetur appellatio iudicialis à ſententia diffinitiua non vero ab interlocutoria. ibid 60

Non tollitur appellatio quando Iudex odioſè ſententiat, vel iniuſtitia eſt notoria ibid. Nec etiam quando grauatus ſtatim offert probationem iuſtificationis appellationis. ibid.

De iure com[illegible] non prohibetur Regularibus appellatio [illegible] electionis. ibid. 62 In hoc ſunt videndæ leges ſui ordinis. ibid. parum conuenit Religioſis, & dat fundamentum ad ambitionem. ibid.

Ad Papam poteſt immediatè appellari ab electione, & deuoluit, & ſuſpendit. c. 34. n. 64. pag. 743. Pendente hac appellatione medius ſuperior attentat, ſi innouet. ibid. Debet eſſe ſaltim ex cauſa probabili 61. licet vbi cauſa probetur falſa appellans ſit puniendus. ibid. Et etiã Iudex inferior ſi attentet. ibid. 70

Decretum cap. ſi poſtquam in 6. habet locum ſolum in Eccleſijs Cathedralibus, vel Regularibus. ibid. Sufficit ſi appellatio ad Papam ſit extraiudicialis. ibid. 68. debet eſſe interiecta ab habente intereſſe. ibid 69. Et qui poſſit intereſſe proſequi. ibid. Debet inſinuari parti, & iudici à quo, ibid. Valet ad aliquem effectum etiam deficientibus conditionibus cap. vt circa de elect. ibid. Dictus textus extenditur ad poſtulationes & collationes. ibid. 71. Fallit in duobus caſibus in electione Abbatiſſę. ibid. Fallit etiam ſi appellans renunciet appellationi. 72

Appellans ad Papam poteſt renuntiare appellationi de conſenſu partis. ibid. & ſine conſenſu, ſi res ſit integra vel parti ſatisfiat. ibid. non tamen ſi appellatio ſit præſentata Papæ. ibid.

Si appellans renuntiet non poteſt inferior Iudex procedere niſi conſtet non fuiſſe ex prauitate. ibid. Si ſit ex prauitate debet Iudex inferior remittere partes ad Papam. ibid. nu 72

ARBITRIVM boni viri, regulandum ex iure communi, non ſolum naturali, & gentium, ſed iure ſcripto. c. 33. num 67 pag 700. & cap. 34 n. 136 pag. 718

ARCHIDIACONVS quam ſcientiam habere debeat. cap 25 n. 30 pag 369

ARGVMENTVM à ſimili quando valeat. cap. 5. n. 18 pag 69

Argum. à ſpeciali. cap. 5. num. 18. pag 69

Argum. à ſenſu contrario. cap. 5. n. 18. pag. 69

A connexis. A correlatiuis, per radicationem in eodem principio, per æquipatantiam, per exemplum. cap. 5. num. 29 pag. 71

Argumentum ab vſura ad ſimoniam non valet. cap. 7. nu. 92. pag. 117.

ASSIGNATIO.

Aſſignare fratres vocales non poſſunt in Ordine Prædic. Superiores in Conuentibus, in quibus imminet electio Prioris, niſi ante duos menſes à termino officij Prioris. cap. 3. nu. 50 pag. 41

Aſſignati fratres intra duos menſes nunquam vocem habent etiam ſi vocales pluries eligerent, & eorum aliqua electio poſt duos menſes ab aſſignatione contingeret. cap. 3. num. 50. pag. 41

Aſſignationes etiam ante duos menſes eſse debent non doloſæ, nec fictitiæ, ſed reuera, & bona fide factæ. c. 3. num. 51. pag. 41

Aſſignationes, quæ, & quando dicantur doloſæ, & fraudulentę, & earum ſignum. cap. 3. numer. 52. pag. 42

Aſſignationes factæ in tempore debito, ſed tantum valituræ tempore electionis in foro externo poſsunt præſumi doloſæ. cap. 3. n. 55 pag. 43

Aſſignationes intelliguntur factę ante bimeſtre quoad vocem in electionibus, quando ante illud ſunt ſubſcriptę, & ſaltem corã teſtibus publicatæ. Quantũ verò ad obligandum exercitè aſſignatum debent illi eſse notæ, intimatæ, & publicatæ. cap 3. n. 56. pag. 43

Aſſignationes ante bimeſtre factæ, vt ſint quoad vocem validæ, debent conſtare Priori, & Conuentui, & quomodo hoc intelligatur. cap 3. n. 57. pag. 43

Aſſignationes de rigore iuris non oportet, quod conſtent Conuentui, à quo remouetur vocalis, neque aſſignato ante bimeſtre. cap. 3. nu. 60. pag. 44

Aſſignationes factas per Vicarium Prouinciæ Lombardię

mortuo

mortuo Prouinciali in Ordine Prædicatorum Paulus V. tatam habuit. cap. 3. n. 77. pag. 48.
Aſſignationes nouæ inſtante electione, in quibus caſibus poſſint fieri, ib. q. 4. per totam. Nimiũ aſſignationes lectorũ à n. 81. Occaſione Prioratus 82. Non tamen Supprioratus 83. & cauſa ſcandali. 83. 84. aut à Capitulo Prouinciali. 85. aut ſi in vi antiquæ aſſignationis 86. & in caſu mortis Prioris 99. cap. 3. n. 81. ad 94 pag. 49.
Aſſignationes quæ nam dicantur ad officium, & quę ſimpliciter. cap. 3. n. 95. pag. 52.
Aſſignationes ad officium etiam ſi notificatæ Conuentui ante bimeſtre vacantiæ Prioratus non tamen dant vocem in electione proxima ſi officium infra bimeſtre incipiat, cap. 3. num. 98. pag. 53.
Aſſignati ad officium ad quos Conuentus reddant terminato officio. cap. 3. à n. 89. pag. 51.
Aſſignationes ſimpliciter datæ ante bimeſtre dant vocem aſſignato, etiam ſi non incipiat officium, niſi infra bimeſtre. cap. 3 n. 98. pag. 53.
Aſſignationes ante bimeſtre factæ etiamſi doloſæ probentur, quando non officiant cap. 3. n. 106. pag. 54.
Aſſignati etiam infra bimeſtre habent vocem in electione, ſi contingat Priorem mori. cap. 3 n. 99. pag. 53.
Aſſignati à Generali Ordinis Prædicat. in caſu abſolutionis Priorum aliquando habent vocem etiam infra bimeſtre. cap. 3. num. 101. pag. 53.
Aſſignatus vt habeat vocem in Ordine Prædicat. debet eſſe Conuentualis, & per bimeſtre, & quomodo hoc intelligatur. cap. 3. n. 60. ad 67. pag. 44.
Aſſignatus poſt Septuageſimam in Prouincijs Italiæ, & in anno Capituli, non habet vocem actiuam in electione Socij. cap. 3 n. 69 pag. 46.

A V G E R E.

Augere vel minuere numerum Collegij vbi illud eſt ex determinato numero nullus Papa inferior poteſt. c. 3. n. 48 p. 41. Secus vbi numerus non eſt determinatus. n. 49.
Augere vel minuere vocales quomodo, & quando poſſunt Superiores in Ord. Pręd. cap. 3. à n. 50 p. 41.
Augere vel minuere vocales ex intentione non eſt per ſe illicitum Superiori. c. 3. n. 53 pag. 42, 81. & 88. pag. 50.

B

BAPTISMVS non tollit pœnas ante eum iuſte latas à Principibus Secularibus. cap. 28. nu 4. pag. 563.

BENEFICIATVS BENEFICIVM.

Beneficiatus non eſt priuandus beneficio obtento liberè à Collatore, ex eo quod collator fuerit impeditus, ne beneficium alteri conferret. cap 2. n 90. pag. 29.
Beneficium, & officium non ſunt ſynonima, ſed officium eſt nomen genericum ad omne beneficium, vel curatũ, vel ſimplex, dignitatem, vel perſonatum. cap 7. n. 275. pag. 146.
Beneficij cuiuſcumque conſecutionem per quodlibet peccatum eſſe nullam, aſſerere, eſt erroneum. cap. 7. num. 294. pag. 151.
Beneficium venditum à Papa quantum ad pœnas non reputatur ſimoniacè venditum, vel ſaltem exiſtimatur cum beneficiato, per Papam diſpenſari. cap. 7. nu. 394. pag 166.
Beneficium reſignatum ſemper eſt reſignantis, vſquequò reſignatarius illud perfectè acquirat. cap. 13. num. 7. pag 245.
Beneficij nomine venit etiam habere locum, ſeu Sedem in Choro, & maſſæ communis participem eſſe. cap. 25. num. 247. pag 409.
Beneficij nomine non venit Capellania amouibilis, vel fundata abſque Epiſcopi licentia. cap. 25. numer. 250. pag. 409.
Beneficium dicitur obtinere, qui illud iuſto titulo poſſidet. cap 25. n. 252 pag. 410.
Beneficij cuiuſcumque eſt incapax laicus, & ideò ſaltem requiritur in eligendo ad illud prima tonſura. cap. 25. num. 335. pag 426.
Beneficij impetratio pro deſtinato tantum ad Clericatum vel pro reputato Clerico, eſt nulla niſi in reſcripto habeatur expreſſio. cap 25. n. 337 pag. 426.
Beneficij collatio, ſicuti & pręſentatio facta de non clerico actuali, eſt ipſo iure nulla. cap. 25. numer. 338. pag. 426.
Beneficia ſingula vt validè conferantur, quos ordines in eligendo requirant. cap. 25. n. 342 pag. 427.
Beneficium curatum ipſo iure, & facto vacat, ſi illud obtinens infra annum ad Sacerdotium non promoueatur. cap. 25. num 362 pag 433.
Beneficium non amittit, qui infrà annum non ordinatur Sacerdos (computatur annus à die pacificæ poſſeſſionis) ſi legitimè ſit impeditus, ne ordinari poſſit, vel poſſeſſionem accipere. cap. 25. n. 369. pag. 434.
Beneficium recipere pro ſe cum animo illud reſignandi alteri prohibitum ſub pœna excommunicationis; Immo Romæ exigitur ſuper hoc iuramentum. cap 25. n. 382. ad 384 pag 435.
Beneficium Curatum, ſeu ſimplex recipiens, vel abſque animo recipiendi ordinem requiſitum, vel mutata voluntate illum non ſuſcipiens, quomodo, & qualiter peccet, & obligetur ad reſtitutionem fructuum. cap. 25. num 392. ad 410. pag. 437 ad 440.
Beneficium collatum infami infamia facti non eſt ipſo iure nullum. cap 25. num. 568. pag. 473.
Beneficia omnia dantur intuitu ordinum, vnde, & ſi aliqua beneficia ordines non ſupponant, attamen neque admittunt impedimenta Canonica ad Ordines ſuſcipiendos. cap 25. num. 506 pag 459.
Beneficiati negligentes ordinari ad Ordinem eis requiſitum, quibus pœnis ſubdantur. Et quid de eo, qui ſuſcipit beneficium cum animo illud reſignandi ad fauorem alicuius, vel abſolutè, vel etiam tranſeundi ad nuptias. cap. 25. num. 362. ad 409. pag 433.
Beneficia, & officia Eccleſiaſtica non ſunt de ſe præmia mentorum; & quare. cap. 30. num. 49. & 175. pag. 604. & 635.
Beneficia pinguiora, quomodo conueniant, & danda ſint dignioribus, & quomodo illis non danda. cap. 30. n. 168 pag 633.
Beneficia ſimplicia non debentur niſi dignioribus, ſecundum vtilitatem Eccleſiæ, & non ſemper dignioribus ad officium proprium illi beneficio cap. 30. nu. 174. & ſeq. pag. 635.
Beneficia ſimplicia per ſe ex vi concurſus non debentur digniori, in concurſu, niſi adſit in contrarium lex ſpecialis vel conſuetudo. cap. 30. n. 172. pag. 634.
BIBLICVS Lector ſtudij Bononienſis in Ord. Prædicat. non eſt moderator illius. cap. 3. n. 97. pag. 52.

B I G A M I A.

Bigamia quotuplex, & in quibus caſibus incurratur eius defectus. cap. 27. num. 62. pag. 556.
Bigamiæ irregularitas à quo diſpenſetur v. diſpenſatio.
Bigama licet non poſſit eligi in Abbatiſſam, quia corrupta ex bigamia tamen non impeditur. cap. 40. num. 54. pag. 795.
BONIFACIVS Secundus combuſſit decretum, quo elegerat Vigilium ſibi Succeſſorem. cap. 1. num. 8. p. 2.
BONVS vnuſquiſque præſumitur, niſi probetur contrarium; nam qualitas intrinſeca bonitatis præſumitur, niſi appareat contrarium, quod inducat præſumptionem contrariam. cap. 33. num. 85. pag. 705.

CAL.

C

CALLIDITAS ſit tacendo, & eſt excogitatio ad circumueniendum. cap. 3. num. 52. pag. 42.

C A N O N E S.

Canones vbi ex proprijs decernunt quid ſit agendum in materia Eccleſiaſtica leg. ciuiles ipſę alienæ ſunt. capit. 11. num. 115. pag. 233.

Canonicatus Cathedralium requirunt ętatem in promouendo proportionatam ad ſuſceptionem Ordinis Sacri per Conc. Trid. Canonicatus autem Collegiatarum regulantur ſecundum ius commune. cap. 25. numer. 419. & 420 pag. 443.

Canonicus Pœnitentiarius debet habere quadraginta annos ſi in Diœceſi inueniri poteſt. cap. 25. n 424. pag 443.

C A P I T V L V M.

Capitulum Generale non poteſt mutare formam eligendi à S. Canonibus ſtatutam. cap. 9 num. 67 pag 187.

Capitulum Generale in Ordine Prædicatorum poteſt diſpenſare cum non Sacerdote, vt ſit vocalis in electione. cap. 3. num. 18. pag 35.

Capitulum Generale non poteſt ſtatuere, vt electio ex vi contemptus ſit nulla; quia non poteſt contra ſtatuta iuris communis. cap 11. num. 25. pag. 235.

Capitulum Generale in Ordine Prędicatorum habet auctoritatem ſuper omnes Prouincias pręcipiendi, & de eis diſponendi. cap. 3. num. 91. pag. 52.

Capitulum Generale non poteſt mutare Conſtitutiones, niſi per tria Capitula. cap. 3. num. 80. pag. 49

Capitulum Generale poteſt diſpenſare ſuper conſuetudine ſui ordinis. cap 25. num 656. pag 495. & in Ordine Pręd. idem poteſt Generalis. ibid.

Capituli Prouincialis in Ordine Prædicatorum ſunt validę aſſignationes, & mutationes fratrum, quas facit cum voce. cap. 3. num. 85. pag 50.

Capitulum Prouinciale triplicis generis. cap 36. numer. 5. pag 755.

In Capitulo electionis, ſi occurrant, alia negotia tractari poſsunt cap. 36. num 5. pag. 755. Vide v. Generalis, & Prouincialis electio, & v. Diffinitores.

Capitulum, & Collegium in iure Ciuili non coaleſcit, niſi duabus ex tribus partibus congregatis. cap. 11. à nu. 9. pag. 213.

Capitulum electionis in iure Canonico non requirit pro ſui validitate duas tertias partes omnium electorum, ſed ſufficit maior pars. In ciuili verò duę tertię partes ſunt neceſsarię cap 11. num 11 pag. 213. & à numer 101. pag. 230. num. 115 233. & cap. 14. à num 11. pag. 256.

Capituli Generalis Rom 1601. Ordinatio non eſt alterius generis ab aliis cap 3. num 80 pag 49.

Capitulum electionis eſt multitudo electorum habentium conditiones ad eligendum neceſſarias, & certo loco, & tempore ab eo, qui præeſt Congregatorum, vt ex eis reſultet quędam legalis, & ſimulata perſona, quę Prælatum Eccleſiæ viduatę eligat. cap 14. num. 3. pag 255.

Capituli cauſa principalis à quo habet facultatem eligendi eſt ſummus Pontifex. cap. 14 num. 5 pag 25.

Capituli ad integritatem ſpectat tanquam forma, quod qui ſunt de Capitulo congregentur ſimul taliter, quod efficiant vnam perſonam fictione iuris à ſingulis de capitulo diſtinctam. cap. 14. num. 7. pag. 255.

Capitulum Generale à quo ſit conuocandum cap. 35. n. 32. pag. 752.

In Ordine Prędicatorum ad quem ſpectet. ibid.

Capitulum Prouinciale, conuocandum à Prouinciali, vel à Vicario. cap. 36. num. 24. pag. 759 Vbi dies electionis eſt à iure non poteſt mutari. ibid. Vbi autem non ſunt ſtatuta, & locus, & dies à lege poteſt Præſes mutare. ibid.

Capituli poteſtas reſidet in maiori, & ſaniori parte præſentium, ſed ſanior dicitur maior pars. cap. 14 num. 16. 18. & 21 pag. 258.

Capitulum poteſt inſtituere Procuratoré pro negotio confirmationis electi ab eo. cap. 33. num. 50. pag. 697.

Capitulum, & Collegium ſaluatur etiam in vno ſolo. capit. 14. num. 21. pag 258.

Capitulum non poteſt admittere extraneum. cap. 14. n. 23. pag. 259.

Capitulum non poteſt vota abſentium ſupplere ſubrogando cap. 14 num. 26. pag 259.

Capitulum nullum ius habet contra Papam, ne multiplicet ex gratia vocales, Priores, & Magiſtros. cap. 14. num 60. pag 266.

Capituli intermedij nomine aliquando venit etiam dięta, quę fit à Prouinciali in Ordine Prędicatorum loco Capituli. cap. 25. num. 211. pag 401.

C A R D I N A L E S.

Cardinales à Pontifice habent poteſtatem eligendi Papam. cap 30. num 54. pag. 606.

Cardinalium Collegium eſt Iudex, & ei ſoli ſpectat examinare an Cardinales ſint legitimi vocales. cap. 14. numer. 76 pag. 269.

Cardinalis vnus ſolus poteſt eligere Papam. cap. 11. nu. 94. pag 229.

Cardinales poſsunt eligi in Epiſcopos. c. 24. n. 37 pag. 345.

C A V S A.

Cauſa efficiens Capituli principaliſſime eſt Summus Pontifex, à quo facultas in electoribus eligendi, & in Præſide conuocandi, cauſa verò proximior in regularibus ſunt Inſtitutores Religiosorum. cap. 14 num 5 pag. 255.

Cauſa finalis, & impulſiua diſtinguuntur. cap. 7. num. 57. pag. 110.

Cauſam velle aliquando eſt velle effectum in ſe ipſo. c. 27. num. 27. pag 546.

COECI, Et ſurdi quomodo ſe gerere debeant in electionibus. cap. 10. num 16 pag. 190.

CERTVS Non debet certiorari. cap. 11 nu 66. pag. 223.

CIRCVNSTANTIÆ Non variant intrinſecam ſpeciem actionis moralis, & peccat. cap 27. num 44. pag. 551.

Circumſtantia mala non facit quod actus non prohibitus per legem ſub ea comprahendatur capit. 5. numer 97. pag 85.

C I T A T I O.

Citandi ſunt electiones ad certam diem, & locum. cap. 11. à num. 44. ad 56. pag. 219.

Citandi ſunt perſonaliter, & qualiter citandi, quorum locus ignoratur. cap 11. num 48 pag 220.

Citari tamen non debet, qui iam interfuit aſſignationi diei, & poſteà receſſit, nec qui vocatus ad deſignandam diem non comparuit, nec qui malitioſè ſe occultat, vel impedit ne citari poſſit. capit. 11. à numer. 56. ad 60. pag 221.

Citari debent vocales, qui vocati ad vnam electionem non ſecutam vel non venerunt, vel receſſerunt quando electio illa dilata ſit ad incertum diem, ſecus ſi ad diem certam cap. 11. à nu. 62. pag 223.

Citari non debet vocalis qui non ex pectato conſenſu electi recedit à loco electionis, nec qui poſt celebratam electionem, in qua nullus euaſit electus etiam recedit, & Electores denuò ad electionem procedere volunt. c. 11. num 63 pag 223.

Citari non debet quem electores certò ſciunt eſſe conſcium diei electionis. cap 11. num. 66 pag 223.

Citatio facta ante mortem Prælati nulla. cap. 13. num. 11. pag 245.

Citari neque debet, quando iure eſt ſtatuta dies electionis, dum aliunde conſtet de viduitate Eccleſiæ. cap. 11. num. 67. pag. 223.

Citari quando debeant inhabiles, vel crimineſi. capit. 11. num. 71. pag. 224.

Citari etiam debet Præſes, & quando, & quoties, & quomodo, cap. 11, num. 69, pag. 224,
Citari debet Supprior in Ordine Prædicatorum, ſi admonitus à maiori parte non vult ad electionem procedere, cap. 11, num. 70, pag. 224,
Citari debet, qui renunciauit voci, ſi vult eam reaſſumere, cap. 11, à num. 77, pag. 226,
Citatio facta à legitimo conuocante conſtituit non venientes in contumaciam, & ideò electio pertinet tantum ad præſentes, cap. 14, num. 12, pag. 257,

CLANDESTINVM.

Clandeſtinum matrimonium non tantum dicitur illud, quod fit omiſſis denunciationibus, ſed quod non fit in faciem Eccleſię iuxta leges Regionis, capit. 13, num. 50, pag. 253,
Clandeſtinum non eſt quod coram pluribus fit, & maxime quando fit coram omnibus intereſſe habentibus, cap. 13, num. 50, pag. 253,
Clandeſtina electio quę dicatur, cap 13, num. 50, pag. 253,

CLAVSVLA.

Clauſula *teque abſoluentes*, &c. cap. 25, num. 469, pag. 452,
Clauſula eadem an poſſit vti Epiſcopus, cap. 25, num. 472, pag. 452,
Clauſula *ſecundum quod ſibi videbitur in Domino expedire* importat arbitrium boni viri legibus ſubiectum, cap. 34, num. 10, pag. 730,
Clauſula *aliter factum non valeat* quando importet decretum irritans, cap. 9, num. 50, pag. 184,
Clauſula generalis expreſſa poſt ſpecifica includit ſimilia non maiora, cap. 25, num. 295. 296, pag. 419,
CLERICORVM Nomine in odioſis non veniunt Regulares, cap. 25, nu. 211, pag 401, & cap 31, n. 29, pag. 656,
Clerici poſſunt eſſe plures in vna Eccleſia, vt ſingulares perſonæ, quę multitudine non faciant Collegium, capit. 10, num. 7, pag. 188,

COARCTATIO.

Coarctari non poteſt Electoribus ius eligendi ad determinatum numerum perſonarum. Vide plura verb. Electio, & electores, cap. 2, num. 56, pag. 22,
Coarctari electionem ex parte materię priuando ſcilicet voce paſſiua aliquos, non repugnat libertati electionis, nec electores ex ea poſſunt reclamare, cap. 2, num. 70, pag. 26, & tota quęſt. 4.
Coarctatio materialis iniuſta non eſt attendenda ab Electoribus, ſed ea non obſtante poſſunt electores eligere priuatum, & ſuum ius tueri in Iudicio, cap. 2, num 71, pag. 26,
Coarctatio ad nationem manifeſtè iuſta eſt ſeruanda, c. 2, nu. 52, pag. 21, Si manifeſtè iniuſta non coarctat, & eſt ſpernenda, niſi ſimul incutiat metum electoribus, in quo caſu electio quatenus coacta eſt caſſanda. Si autem dubium eſt an coarctatio ſit iuſta, talis eſt præſumenda, cap. 2, num. 53, pag. 21,
Superioris præceptum iniuſtè coarctans ad non eligendum vnum non reddit electionem alterius malam, ſi libere fiat, c. 2, n. 86, pag. 29, Quatenus verò ſit coacta eſt caſſanda, ſed non ad inſtantiam non electi, ſed eligentium. cap. 2. num. 90. pag 29.
Si intra nationem nullus ſit dignus in eo caſu electores vel eligant extra, vel non eligant, c. 2, n. 54, p 22, Quamuis vix dari poſſit caſus vt nullus intra nationem ſit dignus, & nu. 55, pag. 22,
Coarctatio electionis per accidens poteſt fieri ad duos, vt ſi ſint ſolù duo idonei, c 2 n. 16, pag. 15. Immò ad vnũ, vt de facto fecit Generalis Præd cat. ſed indomitas aliorum debet eſſe certa alias coarctatio erit periculoſa. ibid. num. 17, pag. 15,
Electio coarctata ad vnum non eſt ipſo iure nulla. cap. 2, num. 19, pag 15,
Coarctatio ad nationem in pluribus caſibus poteſt eſſe iniuſta, cap. 2, num. 56, pag. 22,
Coarctare directè libertatem eligentium non coarctata prius legitime materia nullus poteſt Papa inferior, capit. 2, num. 56, pag 22
Coarctare electionem ad nationem ſine magna neceſſitate, & inuitis electoribus, niſi ad tempus, cap. 2, n. 59, pag. 23,
Coarctare electionem ſtatuendo alternatiuas inuitis ſubditis, nec Capitulum Generale poteſt. c 2, n. 60, pag. 23
Quas ſtatuere de conſenſu partium poteſt etiam Generalis. Et in Ordine Prædicatorum alternatiuæ vel de conſenſu electorum, vel auctoritate Papæ fuerunt ſtatutæ, ibid. num. 61, pag. 23,
Coarctari poſſunt electiones ad certum genus, vbi non læditur ius ſubditorum, cap. 2, num. 63 pag 23
Obligatio, quæ oritur ex virtute non coarctat, capit. 2, num. 82 & 83. pag. 28.

COLLATIO.

Collatio eſt actus Superioris, electio ſubditorum, cap 1, num 25, pag. 5.
Collatio dat plenum ius beneficiato, non verò electo, cap. 1, num. 28, pag. 5,
Quædam ſententia eſt, à qua quis poteſt appellare ſi grauat, cap. 32, num. 32, cap. 669,
Collatio votorum ad numerum eligentium eſt de ſubſtantia electionis, num. 19, num. 7, pag. 313,
Collatio hæc in Ordine Prædicatorum ſemper facta fuit in electionibus etiam ante Concilium Tridentinum, capit. 19, num. 8, pag. 314,
Collatio Zeli ad zelum, & meriti ad meritum non habet locum in electionibus Regularium poſt Concilium Tridentinum, cap. 19, num. 7, pag. 313,
Collatione votorum facta is euadit electus, qui vel ab omnibus, vel à maiori parte vocalium præſentium & vtiliter eligentium eſt nominatus, cap. 19, num. 10, pag. 314,
Collatio votorum facienda in electionibus reſpicit per ſe qualitates, & numerum eligentium, & tantum per accidens qualitates electorum, capit. 19, numer. 12, pagin. 314,
Collatio etiam meriti ad meritum in electis poteſt fieri quando plures ſunt electi ad eandem prælaturam, licet confirmator ex eis, quem voluerit, poſſit confirmare, cap. 19, num. 13, pag. 314,
Collatio facienda eſt ab eo, cui commiſſa venit, vel qui à lege ſeu conſuetudine ius habet, capit. 19, numer. 14, pag. 315.
Collationis forma tam in electione publica, quam in electione ſecreta quæ nam, cap. 16 num. 15. pag. 315.
Collatio meritorum electi, & idoneitatis, ſiue validitatis votorum ſpectat ad confirmatorem, cap. 19, num. 17, pag. 315.
Collatione facta ſi nullus reperiatur electus à maiori parte repetendum eſt ſcrutinium, vſquequo aliquis ſit electus, cap. 19, num. 19, pag. 315,
Collatio votorum quomodo practicetur in Ordine Prædicatorum cap. 18, num. 17, pag. 315,

COLLEGIVM.

Collegio per ſe primo Conuenit electio, cap. 10, quæſt. 1, à num. 3, pag. 188, & cap. 14, quæſt. 1, per totam a nu. 2, pag 255.
Collegium importat multitudinem ordinatam ſub vno Capite, & colligatam ſimul ſecundum certas leges, cap. 10, num. 7, pag. 189,
Collegium electorum quid ſit, capit. 10, numer. 7, pag. 188.
Collegium ex quibus conſtet, cap. 10, num. 4. pag 188,
Collegium in Ordine Prædicatorum non eſt niſi ex tribus, cap 10, num. 5, pag 188,
Collegii iura in vno durat, cap 10, num. 8, pag. 189. & capit. 11, num. 93, 94, & 99, pag. 229,
De Collegio debet eſſe elector, cap. 10, à n. 20, pag. 191,

Collegialiter congregati debent eſse electores, capit.11, num.1,pag 212.
Collegium inſtituere aliud eſt, ac Collegij prius conſtituti iura durare, cap.10,num.8,pag.189,
Collegium poteſt dari numero etiam duorum,cap.10,n.5, pag 188,
Collegij ius etiam in vno reſtat, qui fictione iuris Collegium dicitur,cap.11,num.93,& 94 pag.229,& cap.31 num.4.pag 650,
Collegiales, vel Capitulares actus facti à maiori parte congregatorum non valent, niſi illa pars ſit maior pars etiam reſpectu ad illos, qui debebant vocari. Vide locum, cap.11,num.111,pag.232,cap.14 n.13.pag.257.
Collegialiter præſens debent eſse electores, cap.11,nu.1, pag.212,& cap.16, num.3, pag.272.

C O M M V N I S.

Communis inſpiratio in electionibus, quæ requirat, vt ſubſtantialia, cap.23,num.1, pag 337,
Communis inſpiratio non dicitur, ſi fiat vno electorum, vel abſente, vel contempto,adeo vt etiam ſi ratam ipſe electionem habeat, nec etiam illa dici poſſit talis, cap.23, num.2,pag 337,
Communis inſpiratio aliquando indiget confirmatione, aliquando verò non, cap.23,num.4.pag.337,
Communi inſpiratione poteſt eligi præſens, ſi ipſe conſentiat,vel pertinaciter non renuat,cap.23,num.5,cap 337,
COMMISSARIVS S. Officij poteſt eſse Diffinitor, & Elector Generalis,cap.35,à num.11 pag.748,

C O M P R O M I S S V M.

Compromiſso poteſt fieri electio Canonica, non tamen in Regularibus Ordinibus,cap.22, à nu.3, pag.329,
Compromiſsarij electi pro habenda electione, dummodò Eccleſiaſtici, poſsunt eſse non de Collegio, & conuenientius in numero impari. Et etiam vnus tantum., Et idem confirmator; Et maſculus in electionibus monialium,cap.22,num.2,ad.4, pag. 329,
Compromiſsarij quando ſunt electi ſub his verbis, dantes eis, & cuilibet eorum poteſtatem &c. intelliguntur electi inſolidum,cap.22,num 4. pag.329,
Compromiſsariorum ſic electorum, ſi vnus primo eligat, ille primo electus per illum eſt confirmandus, cap.22, num 4, pag 329, Quia vbi plures procuratores melior eſt conditio poſſidentis,ibidem,
Compromiſsum duplex, abſolutum, & limitatum, & quale vnum quodque, & quando limitatum ſit validum, vel non,cap 22,num.5,ad 8,pag 329,
Compromiſsarij non eligunt, vt Collegium, ſed vt ſinguli, cap.31,num.5,pag.651,
Compromiſsum limitatum non ſubſiſtit niſi electores nominando, quem eligere debeant compromiſsarij, ſeruent adamuſſim leges ſcrutinij talis, ad quale ipſi obligantur,cap 22,nu.7,pag 330, & n. 14 p. 331. Et ità vt vota extra ſcrutinium data nulla ſint, & vno voto non recepto ſit nullum Compromiſsum.
Compromiſsarij in compromiſso limitato aliam facultatem non habent, quam ipſam communem electionem, vel ad ſummum officium ſcrutatoris, & publicationem ſcrutinij,cap.22,num.15,pag.331,
In Compromiſso limitato non poteſt limitari, electio ad vnum, vel ad vnum ex tribus,vel ad nominatum à minori parte, ſed ſolum ad nominatum à maiori, & ſaniori parte,cap.22,à num.11,pag 329,
Compromiſsariorum electio non fit neceſsariò per ſcrutinium,cap.22,num. 18,pag.330,
Compromiſſi limitati à ſcrutinio quænam ſit differentia, & quomodo Compromiſsarij conueniant cum ſcrutatoribus,cap 22,num.16,pag.331.
Compromiſſum abſolutum non valet aliquo electorum contradicente; limitatum verò eſt validum ſi maior pars in illo conſentiat, cap.22 nu.20 pag.332
Compromiſſariæ electionis quænam ſint ſubſtantialia enumerantur, capit.22, numer.21.pag 332,
Compromiſſariorum facultas poteſt re integra à maiori parte vocalium reuocari, & quomodo hoc ſit verum, cap.22 num.25 pag.332
Compromiſſum non eſt validum ſi Compromiſſarij eligatur à Superiore, vel ab vno ſolum de Capitulo alijs tacentibus, cap.22 num.32 pag 333
Compromiſſarius vnús non poteſt eligêre ſe ipſum etiam ſi ſit melior cæteris, & quid facere poſſit, vt poſſit eligi, cap. 22 à num.38 pag.334
Compromiſſarij ſi ſint plures aliquando poſſunt eligere vnum ex ſe ipſis, aliquando non, & quando, cap. 22 num.40 ad 44 pag.334
Compromiſſarij debent eligere idoneum, quem ſi non eligant poteſt Capitulum illum non acceptare, cap.22 num.45 pag.335
Compromiſſariorum maior pars, ſi eligat indignum & minor pars eligat dignum, facultas eligendi redit ad electores, ſed ſi non eligant in tempore deuoluitur ad Superiorem, Et vide quomodo, cap.22 num.46 ad 50 pag 335
Compromiſſarij poſſunt eligere de quocunque loco, ſecundum támen formam compromiſſi, melius tamen eligent vnum de gremio Eccleſiæ, cap.22 numer.51 pag.336
Compromiſsarius electus, cui alias competat confirmare, electionem poteſt vnico actu, & eligere,& confirmare, cap 22 num.52 & 53 pag 336
Compromittere in Superiorem non poſsunt Regulares, cap.1 nu.58 & cap.22.53 pag.336
COMPVTVM votorũ in electionibus quomodo faciendũ quando à legitimis vocalibus debet ſubtrahi alicuius illegitimi votum, vt appareat, an electio ſit ſubſequuta an non, pag.10 num 67 pag.199
CONCEDI, quæ non ſolent gratiosè non præſumuntur ta, cap 14 num.28 pag 259
CONCILIVM, nec Collegiũ Cardinaliũ poſsunt mutare formam electionis Summi Pontificis,c.5 nu.19 pag.35,
Concilij Tridentini decreto ad derogandum non requiritur mentio ſpecialis, cap.26 num.36 pag.505

C O N C V R S V S.

Concurſus ad Parochialem quomodo faciendus ſit, & de quo, cap 30 num.90 ad 97 pag.616
Per Concurſum non promittitur Parochialis digniori reperto ex vi concurſus, c.30 n.89 p614 & n.193 p.641
Concurſus ad Parochialem ſemper debet fieri coram proprio Epiſcopo, licet prouiſio ſpectet ad Summum Pontificem, vel ad Patronum, cap 30 num.114 pag.623
Concurſus præcisè importat ſolum examen, & experimẽtum idoneitatis ad inſtitutionem Prelati, ſeu Superioris, cap.30 num.172 pag 634
Concurſus non eſt inſtitutus ad fauorem promouendorũ, cap.30 num.193 pag 641
CONDITIO eſt quidam futurus euentus, in quem ſuſtur diſpoſitio, cap.7. nu. 33 pag. 104
Conditiones requiſitæ ad vocem actiuam in electionibus, vt plurimum ſunt extrinſecæ, quæ non præſumuntur, ſed probari debent,cap.14 num 45 pag.263
CONFESARIVM eligere non eſt actus iuriſdictionis, cap.26,num.154 pag.537

C O N F I R M A T I O.

Confirmationis electionum forma non eſt à iure præſcripta, ſed poteſt confirmator verbo, vel ſcripto, vel facto ſuam oſtendere voluntatem. Dare nihilominus tenetur fidem de confirmatione, quando hæc non ſuccedit in præſentia Eccleſiæ, cui Prælatus præficitur, cap. 33 num.76 pag.702
Confirmator quomodo,& quando debeat inquirere de idoneitate electi confirmandi, tam ex officio, quam ad inſtantiam partis opponentis. Vide totam quæſt. 6 cap.33 num.78 pag.703

Con-

Confirmator in Regularium electionibus non tenetur ad formam cap. final. de elect. in 6. ſubjicitur tamen decretali cap. nihil de elect. & ex officio confirmationi præmittere inquiſitionem de meritis electionis, & electi, ratione publicæ vtilitatis, ſed non iudicialiter, & viſum in Ordine Prædicatorum, capit. 33 à num. 108, pag. 710,

Confirmator, qui poteſt inſtituere electum, vel abſoluere eum, vel ſanare electionis nullitatem, ſi confirmat ſcienter electionem excommunicati abſoluti, vel nulliter electi, confirmatio valida eſt, ſecus ſi talia non poſſit, vel defectum ignoret, cap. 25 à nu. 452. Vbi plura ad rem, vſque ad num. 458 pag 449

Confirmator in Regularium electionibus debet adhibere modum ſtatutum vel conſuetum in ſua Religione, in informando ſe de perſona electi, & in Ord. Prædic. debet adhibere conſilium diſcretorum, cap. 33 nu. 113 pag. 710

Confirmator in Ordin. Prædic. qui non adhibet conſilium diſcretorum in confirmanda electione non facit confirmationem nullam ipſo facto, ſed nec etiam annullandam, cap. 33 num. 116 pag. 711

Confirmare indignum non licet, immò eſt contra ius naturæ, & diuinum. Sed ſæpius Confirmatoris eſt arbitrari de dignitate electi; Immò facere de indigno dignum diſpenſando, cap 33 num. 117 pag 711

Confirmator quomodo poſſit, vel non poſſit confirmare electionem infamis infamia f. cb. Vide totam quæſtionem nonam, cap. 33 num. 118 pag. 712

Confirmatori non poteſt electus non à maiori parte, ſed à numero æquali votorum: Quando ſeruari debet forma cap. quia propter, cap. 33 num. 126 pag 714

Confirmatio eſt ſententia à qua datur appellatio, cap. 32 num. 32 pag 668

Confirmatio eſt titulus Canonicus quo cõfirmatus acquirit ius actualiter adminiſtrandi Prælaturam, ſeu dignitatem &c. & eſt veluti contractus matrimonij ſpiritualis indiſſolubilis initus inter electum, & Eccleſiam cui præficitur, cap. 33 num. 1 pag 682

Electio abſoluti in foro conſcientiæ an caſſari debeat, vel confirmari, cap. 26 à num. 97 pag. 525

Confirmatio requiritur de lege diuina naturali, cap. 33 num. 11 pag 687

Confirmationis literæ ſunt neceſsariæ ad valide adminiſtranda beneficia obtenta à Pontifice, nec ſufficit expeditas eas eſse, ſed requiritur promotum eas recepiſſe, & præſentaſse, cap. 33 num. 21 pag. 689

Confirmationis literæ receptæ, & præſentatæ ſunt etiam alijs Prælatis non promotis à Papa neceſsariæ, non quidem taliter, quod ſine eis illi nulliter adminiſtrarent, ſed vt quietè, ordinatè, & ſecurè adminiſtrent abſque oppoſitione, cap. 33 num. 25 ad num. 28 pag. 691

Confirmatio dat electo ius in re, electio ad rem, cap. 33. num. 25 pag 691

Confirmationis literæ non ſunt de ſubſtantia acquiſitionis beneficij, ſed probationis gratiæ, & notitiæ ipſius confirmationis apud eos, quorum intereſt, quia nequit ſufficienter probari per teſtes, cap. 33 num. 27 pag. 692.

Confirmatus in Prælatum à Papa neceſsario præmittere debet iuramentum fidelitatis cap. 33 nu. 29 pag. 692

Confirmationis literis receptis, ſeu expeditis poteſt vnuſquiſque ſua auctoritate ſumere corporalem poſseſsionem ſuæ Prælaturæ vt fit in Religionibus, cap. 33. n. 30 pag. 692

Confirmare quod poſsit Prouincialis in Ord. Prædic. Priores electos, ſi ei bene viſum fuerit, quomodo intelligendum ſit, cap. 33 num. 67 pag. 700.

Confirmare electionem ſpectat ad Superiorem immediatũ, ſi aliud lege ſpeciali non ſit cautum; & præcipuè in electionibus Regularium, cap. 33 num. 68 pag. 701

Confirmat electiones Epiſcoporum, (vbi viget vel electio illorum, vel nominatio) Papa, ita & Generalium ordinum ſi indigent; & aliorum exemptorum, cap. 33 nu. 70 ad 72 pag. 701

Conuentus ex præcepto Ordinarij non cogitur recipere electum confirmatum, cap 30 num. 204 pag. 643.

Confirmator in caſu inculpatæ defenſionis quomodo ſe gerere debeat, vel teneatur in Ord. Prædic. Minimorum & Carthuſianorum, cap 33 num. 127 pag. 715

Confirmator per accidens ex cauſa rationabili poteſt electionem digni caſſare propter bonum cõmune, cap. 33 num. 137 pag. 718

Confirmator Regularis in caſſanda electione non debet, nec poteſt vti notitia incerta, & vndequaque priuata, ſed rei veritate inſpecta iuxta allegata, & probata abſque tamen forma, & ſtrepitu iudicij debet procedere, cap. 33. nu. 140 ad 144 pag 719

Confirmator cum ſit perſona publica neceſſe eſt, vt publicè informetur, taliter quod viſibiliter poſſit formari iudicium, vt Eccleſiæ apparere poſſit, an fuerit rationabiliter non confirmata, ſeu caſſata electio, cap. 33. n. 144 pag. 720

Confirmator in Ordine Prædicatorum etiamſi adhibere debeat vota ſecreta Patrum in confirmando, vel infirmando electiones; attamen materia prius diſcutitur voce, quod deſeruit pro informatione debita, & ipſa vota ſecreta non ſunt deciſiua, ſed conſultiua, cap. 33. n. 145 ad 148 pag. 720

Confirmator caſſando electionem vitio formæ non debet citare, nec electum, nec electores, cap. 33. numer. 150 pag. 722

Confirmator caſſando electionem ex vitio perſonæ, qualiter habere ſe debeat capit. 33. numer. 151 ad 164 pag. 723

Confirmator tenetur confirmare electionem digni, etiam ſi electores omiſerint eligere digniorem, cap. 33. nu. 166 pag. 726

Confirmator nulliter confirmat electionem ipſo iure irritam; electionem verò irritandam ſi confirmet, & confirmatio venit irritanda, non tamen eſt de facto irrita, veluti prima, cap. 33. nu. 167 pag. 726

Confirmator valens ſupplere defectus electionis, & volens validè confirmat electionem irritandam, cap. 33. num. 167. pag. 726

Confirmatio irrita, non irritat electionem, cap. 33 nu. 168 pag. 727

Confirmatio eſt ſententia diffinitiua, ſi fiat vel ad inſtantiam partis, vel a confirmatione ſolemniter procedente eſt vero interlocutoria, ſi fiat in ſummario iudicio, ſicut vt plurimum eſt apud Regulares, cap. 33. numer. 169 pag. 727

Confirmatio Prouincialis eſt à Generali, cap. 36. num. 31 pag. 762

Confirmatio diſtinguitur in ſolemnem, & non ſolemnem prouiſionalem, & finalem, ibid. n 36 pag. 763

Priuilegium confirmandi datum diffinitoribus Prouinciæ Mexicanæ qualiter intelligendum, ibid. n. 45 pag. 765

Obſeruantia Prouinciæ Mexicanæ eſt, vt Generalis confirmet ſolemniter eius Prouinciales, ibid. n 50, pag. 766,

Generalis ſæpè confirmat Priores in Ordine Prædicatorum, cap. 34, num. 75, pag. 744, Si tamen Prouincialis nondum inhibitus confirmet vel caſſet electionem validè agit, ibid.

Electio Prioris debet confirmari à Prouinciali, capit. 38. num. 16, pag. 777,

Electa à duabus partibus Monialium debet ſine exceptione confirmari, cap. 40, a num. 79, pag 800,

Differentiæ plures in modo procedendi Confirmatoris, vbi electa eſt, vel non eſt à duabus partibus, cap. 40, a numer. 86 pag 801.

Confirmare quis debeat electionem Abbatiſſæ, & qualiter iſe informat, cap. 40, a num. 92, pag. 800,

CONSANGVINEIS Qualiter dari poſſit ſpirituale ſine ſimonia, & peccato, cap. 7, a num. 102, pag. 118,

C O N S E N S V S.

Conſenſus datus extra ſcrutinium non valet, c. 11, nu. 117, pag 234.

Conſenſus quilibet non eſt naturalis forma electionis, ſed tantum conſenſus abſolutus, & de præſenti per verbum eligo, cap. 12, num. 21, pag. 241,

Conſenſus electi petendus ab electoribus, poſt electionem tamen in termino 8, dierum niſi ſint impediti, & puniuntur ſi id omittant, cap. 20. a nu. 3. ad 15. p. 521.

Conſenſus de futuro in matrimonio conſtituit ſponſalia, & de præſenti matrimonium, cap. 12, num. 21, pag. 241,

C O N S I L I V M.

Conſilium in Ordine Prædicatorum quando habeat votum deciſiuum, cap. 14, num. 78, pag. 270,

Conſilium aliorum adhiberi debet neceſſario per Iudicem, ſeu Superiorem quando illud eſt de forma mandati, non verò quando accipiendum eſt ex diſpoſitione legis dantis tamen auctoritatem abſolutam Iudici. c. 14. num. 77 pag 269.

C O N S T I T V T I O N E S.

Conſtitutiones, & ſtatuta Summorum Pontificum de non ſubornandis votis electorum, & de non ambiendis Prælaturis, quæ ſint, & ad quæ ſe extendant, cap. 5, nu. 1, ad 34. pag. 645.

Conſtitutio Clementis VIII. & Vrbani VIII. de non procurandis ſuffragijs in electione Canonica expenſa, c. 5, num 35, pag. 75.

Conſtitutiones hæ non prohibēt procurationem votorum, quæ tendat ad optimam electionem, c. 5, nu 49, pag. 76.

Conſtitutionis Pontificiæ editæ pro vna Religione non ſe extendunt ad alias ſi ſint pœnales, cap. 5. nu 7. p 65. & num. 30. pag. 72,

Conſtitutiones Pontificiæ de non procurandis, neque admittendis fauoribus extraneorum pro obtinendis, ſeu dandis gradibus, officijs, & dignitatibus; An ſint per diſuetudinem abrogatæ? cap. 6, num. 81, pag. 97, & ſeq.

Conſtitutiones pœnales in dubio debent intelligi, vt ſint ſententiæ ferendæ non latæ, cap 7, num. 287, pag. 149,

C O N S V E T V D O.

Conſuetudo rationabilis, & legitime præſcripta abrogat quamcunque legem humanam etiam ſi eſſet lata cum clauſula irritante, cap. 3, n. 90, p. 51, & c. 10, n. 58, p. 197, & cap. 16, n. 30, pag. 278, & cap. 31, nu. 19, pag 654, & cap. 33, n. 36, pag, 694,

Conſuetudine nequit introduci, vt laicus votum habeat in electione, ſed benè, vt præſentet, & vt electioni factæ conſentiat, cap. 8, 2. num. 9, pag. 170,

Conſuetudo contrà legem diuinam non valet, cap. 3, n. 92, pag. 52,

Conſuetudo quomodo, & quando legem abroget, cap. 5, num. 40, pag. 75.

Conſuetudo quomodo, & quanto tempore inducatur ad hoc vt acquiratur ius ad eligendum, cap. 10, num. 29, pag 192,

Conſuetudo contrà Eccleſiam Romanam quanto tempore inducatur, & etiam contra alias Eccleſias, & contra deciſiones Rotæ, & contra ſtylum Curiæ cap. 10 n. 29 pag. 192.

In conſuetudine an diſpenſet inferior Papa. cap. 25 nu 655 pag. 495

Conſuetudo non vocandi abſentes tenet, cap. 11 num. 13 pag. 204

Conſuetudine Religioſus non Clericus poteſt eſſe elector. cap. 10 num. 57 pag. 197

Conſuetudo præualet etiam contrà legem irritantem. cap. 6 num. 81 pag. 97

Conſuetudo, vt Prior abſolutus redeat ad Conuentuum natiuum ſeruanda. cap. 3 num. 89. pag. 51

Conſuetudo contrà legem præualet etiam contra ſtatuta Regularium. cap. 3 n. 90. p. 51. Etiam ſi lex illam prohibeat; Non reijcitur per Conſtitut. Ord. Præd. ibid. num. 91. & cap. 5 num. 36 pag. 74

Conſuetudo probari debet, nec datur fides DD. de illa teſtantibus. cap. 5 num. 40 cap. 75.

Conſuetudine introduci poteſt, vt Superior confirmet electionem etiam ad vnum. cap. 2 num 33. pag. 17

Conſuetudo contrà leges Canonicas, vt non obligent ſufficit quod illæ præſcribantur ſpatio quadraginta annorum. cap. 16 num. 30 pag. 278

Conſuetudo tolerata ſignum eſt iuriſdictionis conceſſæ. cap. 33 num. 36 pag 694

C O N T E M P T V S.

Contemptorum conſenſus datus extra ſcrutinium non validat electionem. cap. 11 num. 117 pag. 234

Contemptus aduemens publicato ſcrutinio, ſed non facta electione publicè nomine Collegij ſi inſtat, vt replicetur ſcrutinium, debet replicari. cap 11 nu. 117 pag. 234.

Contemptus ex ſe ipſo poteſt agere de contemptu; non verò alter de Capitulo, nec etiam Iudex ex officio; & ad inſtantiam eius caſſanda eſt electio; quæ tamen erit rata, ſi ipſe pro tali eam habuerit. cap. 11 nu. 120 pag. 234.

Contemptus debet agere de contemptu ante confirmationem; poſt eam non poteſt, niſi conſtet ipſum ignoraſſe electionem, & confirmationem. capit. 11 numer. 121 pag. 236.

Contemptus ſi moriatur pendente lite, is qui ei ſuccedit poteſt agere de contemptu, & litem proſequi, vel ratam habere electionem. cap. 11 num. 122 pag. 235

Contemptus non tenetur probare non fuiſſe citatum. Et cui incumbit probare citationem. capit. 11 numer. 126 pag 235

Contẽptus nõ poteſt agere de contemptu, ſi bona fide fuit citatus, & ad eum non peruenit citatio, vel ſi nuntius dicat ſe eum citaſſe. cap. 11 num. 127 ad 129 pag. 236

C O N T R A C T V S.

Contractus minus ſolemnes quomodo nulli in foro conſcientiæ. cap. 9, q. 2, per totam a. num. 23. pag. 177.

In contractu minus ſolemni cuilibet parti licet agere ad irritationem contractus. cap. 9 num. 26 pag. 178

Contractus non habet ius ſuper exiſtentia ſuæ materiæ. cap. 2 num. 79 pag. 27

Contractus metu initus non eſt iure naturæ nullus. cap. 4 num. 11 pag. 58

Contractus initus ob fugiendam iniuſtam perſecutionem non eſt nullus. cap 4 num. 22 pag 61

Contractus irrit ex defectu ſolemnitatis ipſo iure eſſe, etiam irritos in foro conſcientiæ, & nullam inducere obligationem, quomodo intelligendum. cap. 9. nu. 24. pag. 177.

Contractus minus ſolemnes abſolutè, & ſimpliciter omnino nõ ſunt validi, ſed in foro conſcientiæ vacillant, & transferunt quidem dominium, ſed infirmum, & iuſtè reuocabile. cap. 9 num. 24 pag 177

Contractus verò ij nihilominus, ſi habeant requiſita iure naturali, & gentium, ſunt adeò in foro conſcientiæ validi, quod qui ex eis poſſidet, iuſtè poſſidet, nec tenetur ad reſtitutionem ante ſententiam Iudicis cap. 9 nu. 25 pag. 178

Contractus iſti minus ſolemnes in ventre portant hanc cõditionem, quod vnicuique contrahentium licet vti legis beneficio ad recedendum ab eo. capit. 9 n. 26 p. 178

Contractuum minus ſolemnium irritantis beneficio, cum ſit fauor publicus, nemo poteſt renunciare etiam cum iuramento. cap. 9 num 27 pag. 179

Contractus minus ſolemnes quando dubium ſit ipſos non eſſe abſque omni vi, & fraude ſunt nulli, etiam in foro conſcientiæ. cap. 9 num. 28 pag, 179.

Contractus minus ſolemnes quando ſunt tales, vt non ſubſiſtant, niſi ſint prorſus indiſſolubiles in quocunque foro, tunc non poſſunt irritari in foro externo, quin irriten-

Digitized by Google

tentur per legem etiam in foro interno, vt ſunt contra-ctus Matrimonij Clandeſtini, & Profeſſionis Religio-ſæ. cap.9 num. 30 pag.179
CONTRAHENDI Forma poſitiua ſuper inducta eſt formæ naturali per accidens ad euitandas fraudes, qui-bus ceſſantibus forma naturalis ſubſiſtit.cap.9 num.31 pag.179

CONTVMACIA.

Contumacia Particularium non debet impedire negotia vniuerſitatis. cap.11 num.98. pag.229
Contumax licet reputetur tanquam confeſſus tamen non nocet hæredibus. cap.25 num.84 pag.371
Contumacis ſententia non tranſit in rem iudicatam, niſi quantum ad pœnam pecuniariam, nec infamat ſenten-tiatum etiam in facto hæreſis. cap.25 num.84 pag 371
CONVENTVS In Ordine Prædicatorum qualis, & ſub quibus conditionibus habeat ius eligendi, & mittendi Priorem, & Socium ad Capitulum. cap.36 2 num.10 pag.756
CONVERSA In electione Abbatiſſæ votum non habet. cap.40 num.5 pag.783
CONVERSVS admiſſus ad habitum Clericalem, vt eligatur in Priorem debet habere duodecim annos re-ceptionis habitus Clericorum. cap.38 num.4 pag 775 Pariter qui ex alia Religione ad noſtram venit. ibid.
CONVOCARE Electores ad quem ſpectet. capit.11. quæſt.2 Per totam a.num.2 pag 212 cap.14. a.nu.11. pag.256
CONVOCATIO Non eſt de ſubſtantia electionis, vn-de conueniente ſimul caſu electores poſſunt eligere ab-ſque conuocatione. capit.14.num.6.pag 356
CORRECTIO Fraterna non eſt neceſſaria quando ma-lum, ſeu defectus eſt pernicioſus, & contrarius bono Communitatis. cap.29 num.51 pag.581

D.

DELICTVM.

DElictum triplex, enorme, mediocre, & leue, cap.25 nu.557. pag 471.
Delictum enorme, quale ſit, & quæ ſint illa, cap.25.num. 560.pag 471
Delictum minora adulterio, quæ ſint, cap. 28 numer.26 pag.568
Delictum quomodò, & quando dicatur deductum ad fo-rum contentioſum, cap 26 n.22 pag501
DEMONIACVS quando non eligat, cap 10. num.15 pag.190
Demoniacus eſt ineligibilis,cap.25 à nu.12.ad 14 pag.355

DEVOLVTIO.

Deuolutio auctoritatis eligendi, diſtinguitur à reſidentia eiuſdem, & quid ſint vtroque, cap.31. num.1. ad 6. pag 650
Deuolutio ad Superiorem non fit ex electione nulla niſi in caſibus in iure expreſſis, c.13.n.41.pag 252
Deuolutionis iure ſi Superior prouidet etiam ſi prouiſio eius ſit inefficax redit electio ad electores, cap.13.num. 40.pag.252
Deuoluitur facultas eligendi ab electoribus ad Superiorẽ in ſolis caſibus in quibus electores expreſsè à lege pri-uati ſunt voce, & quando omnes electores fuerunt, vel negligentes, vel culpabiles, cap.13 nu.38. pag.251. & cap.31 nu.14 15. pag 654 & n.26.pag 656
Deuolutionis cauſæ ad tres reducuntur: Ad negligentiam ſcilicet eligendi: Ad peccatum contra formam electio-nis; & ad peccatum in notoria, exprime ſemper deuo-lutæ facultas, ſeu auctoritas ad Superiorem immedia-tum, & ex eius negligentia ad alium; Quod intelligitur etiam de Patrono ſeculari non præſentante in tempore debito, & de eo qui facturus eſt collationem, cap. 31 num. 18. pag.654
Deuoluitur ad Prouincialem in Ord. Prædicat. auctoritas eligendi, ſi electores in aliquo Conuentu infra menſem non elegerint, etiam ſi pluries ad electionem inutiliter proceſſerint, cap 31.nu.20.pag 654
Deuolui facultatẽ eligendi ad Superiorem ex peccato ele-ctorum in forma Canonica, intelligitur non ipſo iure, ſed ſi per ſententiam electores priuati declarentur ex illo defectu, cap. 31.num.23. pag.655
Deuolui facultatẽ eligendi ad Superiorem ex peccato ele-ctorum in materia, in quibus caſibus verificetur, & in quibus non, cap.31 nu.25 ad 40 pag.655
Deuoluitur facultas eligendi ad Superiorem immediatum cui competit confirmatio electionis; & ab illo ad alium vſque ad Papam; Et vide multos caſus particula-res per totam quæſtionem 4. cap.31. numer. 41 ad 56 pag 659.
Deuoluitur ius eligendi ad Superiorem, ſed tale quale habebatur ab eo, à quo deuoluitur, & cum iiſdem one-ribus, cap.31.n.53.pag.662
Deuolutio non habet locum in aliquibus beneficijs: & in quibus, ibid.num.56.pag.662

DICTIO.

Dictio, *nullatenus*, non importat nullitatem actus ipſo iure, cap. 25 num.312.pag.422
Dictiones, *aut*, *ſeu*, quid importent, cap. 25. numer.588. pag.477
Dictiones, *ipſo facto*, *ipſo iure*, *ex nunc*, *prout ex tunc*, & ſimiles declarant mentem legiſlatoris, & quid impor-tent, ibid. num.608. pag.482. & num.618 pag.484
Dictiones hæ licet priuent delinquentem dominio proprij boni, non tamen priuant illum poſſeſſione illius. ibid. num.609 pag.482
Dictio *pro* dicit cauſam finalem. cap.7 n.31 pag.103
DIÆTA eſt diſtantia itineris vnius diei, ideſt, 20. millia-rium, cap. 12. num.35. pag.218
DIFFERENTIA inter rumorem, & infamiam quæ nam ſit, cap.25 num.531 pag.464

DIFFINITORES.

DIFFINITORES Capitulorum præcipuè in Ord. Prædic. ſunt verè Prælati, cap.6. n.9. pag.88.
Diffinitores Capituli Generalis ſunt Electores Generalis, cap.35 nu.5. p.747 Quinam ſint remiſſiuè, ibid. Duo Diffinitores eiuſdẽ Prouinciæ non habẽt vocẽ, ibid.n.8.
Statutum vt Diffinitores Capituli Prouincialis, qui ſimul ſunt electores ſint iudices finales electionis pernicioſum Religionibus, cap.36.n.45.765
Diffinitores qui ex ea informatione qua eligunt, vel non eligunt confirmant, vel caſſant electionem non ſunt apti, vt ſint finales iudices electionis, ibid.nu.47 p.765
Diffinitores in Prouincia Mexicana quomodo confirmant, ibid. nu.45
Diffinitorũ Capit. Prouincialis electio, cap.37 n.27 p.773
Diffinitores Capituli Generalis totam Religionem repræ-ſentant, cap.37.num.2. pag.768 Sunt ſupremi iudices ibid. Non habent poteſtatem niſi ſint collegialiter vniti, ibid. num.3. pag.769. Habent ſocium non electum à Capitulo, ſed a diffinitorio, in Religione Prædicat. ibid. num.5. Debent deferre literas teſtimoniales, ibid. num.7. Non ſemper eliguntur, & quare, ibid. num.8. 9.10 11.& 12. Quas conditiones debeant habere, ibid. à nu.13. pag 770
Diffinitor & Socius ſi ſuperſedentur à Capitulo amittunt ius, & alij ſunt eligendi, ibid.n 25.p.772. Diuerſi caſus in quibus ius eligendi ſpectat ad Diffinitores Capituli Prouincialis, ibid. n.26.
Eliguntur in Capitulo Prouinciali. cap.37 num.4 pag.769 Nec ſufficit in Ordine Prædicatorum congregatio inter-media. ibid. num.5. Capitulum non poteſt horum ele-ctionem compromittere. ibid. num.16 pag.771 Eligen-

cu

Digitized by Google

di ſunt per vota ſecreta. ibid. num. 17 ibid. Ad illorum electionem non debet præcedere communio. ibid. n. 18. Per accidens ſubijcitur horum electio legi cap. quia propter. ibid. num. 18 Seruatur alternatiua. ib. n. 22 p. 772 Scrutatores in hac electione ſunt Prouincialis, Prior, & Supprior. ib. nu. 23. Electus eſt qui nominatur à maiori parte. ib. n. 24 p. 773; Diffinitores Cap. Prouinc. de iure debent eligi ante diem electionis Prouincialis. ib. 28 & 29 Quas conditiones debeant habere eligendi. ib. n. 30 pag. 774 Tantum quatuor eliguntur. ibid. Loco mortui alius eligitur. ibid. Nec electio indiget confirmatione ibid. num. 31. Apoſtatæ & excommunicati non poſſunt eligi in diffinitores & electores, benè tamen irregulares, & quomodo. ib. n. 20 & 21 pag. 772

DIGNIOR DIGNVS.

Dignior pro electione non habetur, qui talis ſit omninò, & totaliter, ſed qui ſi talis in genere, deſt nō tam per intenſionem Dignitatis, quá per receſſum maiorem ab indignitate cap. 30 num 6. pag. 595 & n. 35. pag. 601. & num. 175 pag. 655.

Dignitas maior eligendi ad regimen animarum, non accipitur ex augumento Sanctitatis, & Doctrinæ, prout ſunt bona habentis; ſed accipitur in ordine ad vtilitatem Eccleſiæ. cap. 36 num. 141 pag 627

Dignior ad curam animarum dicitur, qui aptior eſt ad alios regendos, & paſcendos, ſcilicet ad eos docendum defendendum, & regendum in pace. cap 30 num. 9 10 pag. 596 num. 78 pag 612 num. 141 pag. 627

Dignior ad curam animarum eligendus, debet eſſe talis non metaphiſicè, & in actu ſignato, ſed exercitè. Et ideò reſidens, & prudens, dignior doctiore, & non reſidente. cap. 30 num. 13 pag. 597

Dignior ad Epiſcopatum, & Curam animarum Theologus, quam Canoniſta cæteris paribus. cap. 30 num. 16 & 17 pag. 597

Dignior doctor Laureatus non doctore. Doctor in iure Pontificio, Doctore in Ciuili. Baccalaureus, non Baccalaureo. Beneficium nullum habens, habente; Pauper, diuite. Senior, iuniore. Quiàe familia fundatoris, alieno. Originarius, vel de Diæceſi, extero. Semper cæteris paribus. cap. 30 num 18 pag. 598 ad 28.

Dignior tantum probabiliter, præfertur æquè dignus certò moraliter, ſi tamen ille dignior probabiliter non cognoſcatur certo æquè dignus alio. cap. 30 nu. 29 & 599. pag. 165 632

Dignitatis alicuius certitudo præponderat maiori idoneitati non certæ. cap. 30 num. 29 pag. 599

Digniorem & præferendum reddit aliquem in electionibus ſpes maioris idoneitatis futuræ, quam reddat maior idoneitas præſens, quæ non ſit augibilis. cap. 30. num. 30 pag. 599

Digniorem eligi in beneficia curata eſt de iure diuino, & hoc ius eſt connaturale officio diſpenſatoris, & eſt de iure Eccleſiæ, quæ ſic petit fieri, cap. 30. quæſt. 2. per totam. pag. 600.

Digni electio, eſt valida. cap 30 num. 42. pag. 602.

Dignus ſimpliciter, & omnino, ad curam animarum, nullus datur, ſed dicitur dignior quis, reſpectu aliorum minus dignorum, cap 30. num. 35. pag. 601

Dignus comparatione dignioris non eſt dignus, vnde coincidunt dignus & dignior, & optimus, cap. 30. num. 42. pag. 602. & num. 62. 64. pag. 608

Digni electio non violat iuſtitiam dignioris, ſicut nec indigni electio infert iniuriam digno; (cum nulli de ſe competat ex iuſtitia Eccleſiaſticum Beneficium, ſeu curam animarum,) cap. 30. num. 49. & 50. pag. 604.

Dignioris electio non eſt à Papa & Prælatis debita Eccleſiæ ex iuſtitia commutatiua ratione acceptæ rei, ibid. num. 51. pag 605

Dignioris electio per diſpenſatorem miniſteriorum Eccleſiæ facienda eſt, ex fidelitate, ex religione, ex iuſtitia ad Christum, ibid. num. 57. pag. 607

Dignior debet eligi ad Epiſcopatum, & Cardinalatum ex poſſibilibus haberi, & ſub peccato mortali, ibid. num. 60. pag 608

Dignioris electio neceſſaria etiam inter Regulares, & oppoſitum facere eſt contra eaſdem virtutes, contra quas eſt mala electio Epiſcopi, ibid. n. 67. pag. 609. & nu. 72. pag. 610

Nullus eſt caſus in quo dignioris electio poſſit abſque culpa poſtponi electioni minus digni, licet multi ſint caſus in quibus alias dignior ſit ex circumſtantijs minus dignus, ibid. num. 77. pag. 611 & à num. 140 p. 627

Dignior debet eligi ad Parochialem Eccleſiam ſub mortali, ſed electio minus digni non eſt nulla ipſo iure, licet dignior excluſus poſſit appellare à iudicio Epiſc. ex Conc. Trident. & Conſtit. Pij Quinti, ibid. num. 81. p. 613

Dignior pro vna Eccleſia (in qua ſit ſtatutum, quod eligatur de gremio, ſeu de natione) non eſt extraneus; licet ſit talis in ſe, ſed dignior reputatur aliquis de natione, vel gremio, qui alias ſit etiam minus dignus illo. Immo extraneus dignior in ſe nō eſt dignus hic & nunc pro illa Eccleſia, ibid. num. 145 nu 628

Non dignior non peccat acceptando Prælaturam, ibid. nu. 185 pag. 637

Dignior pro beneficio obtinendo adhuc cenſendus eſt et à minus dignus de vna familia, quandò ſtatutum adſit; quod de illa tantùm prouideatur beneficium, ibid. num. 149 pag 629

Dignior minus doctus, qui reſidebit, ibid. numer. 154 pag 630

Dignioris merito, non debet correſpondere pinguedo beneficij, ſed maior neceſſitas, & vtilitas Eccleſiæ etiam tenuioris redditus, ibid. n. 153 pag. 630

Dignior non eſt hic & nunc, ſi vt excludatur indignus, vel longè minus dignus, neceſſe eſt non eligere eum, ſed & minus dignum, ibid. à n. 255 pag. 630

Dignior ſemper exiſtimari debet, qui hic, & nunc poſſibilis eſt haberi, ibid. num. 155 ad 166 pag. 630

Dignior hic & nunc non eſt pro hac Eccleſia, qui meritò reſeruatur alteri, ibid. n 152 p. 630

Dignior eſt pro tunc, qui licet alias minus dignus de facto eligitur à maiori parte, ibid. n 163 pag 631

Dignitates ſolum, (non alia beneficia) comprehenduntur ſub decretali in cap. auaritiæ 5. de elect. in 6. cap. 33. à num. 12. pag. 688

Dignus quomodo poſſit petere, & procurare ſibi beneficium, nec teneatur reſtituere digniori, cap. 30. nu 216 pag. 645

Dignus ſi vi vel fraude obtineat beneficium excluſo digniori qualiter teneatur reſtituere, cap. 30. num. 213. pag. 646

DISCORDIA eſt diſgregatio voluntatem indiuerſa, cap. 3. numer. 40. pag. 39

DISPENSATIO.

Diſpenſatio eſt rigoris iuris per eum, ad quem ſpectat, miſericors, & canonicè facta relaxatio; Et ideò actus miſericordiæ, non neceſſitatis, cap. 24. num 48. pag. 347 & cap. 25 num. 285. pag. 417

Diſpenſatio quænam ſit neceſſaria; quæ prohibita, & quæ permiſſa, cap. 25. num 48. pag. 347

Diſpenſare nemo poteſt, vt eligatur quis non habens ſciētiam requiſitam à iure naturali, & diuino ſupernaturali. Solus autem Papa diſpenſat ſuper requiſita à iure poſitiuo, & quomodò, cap. 25. num. 54. pag 363

Diſpenſatio ſuper defectu natalium quibus competat, cap. 25. quæſt. 19 & 20 a num. 183. pag. 395

Diſpenſatio eſt ſtricti iuris, & ideo non ſe extendit ad non expreſſa, & ad ſeparata, ibid. num. 192 pag 397

Diſpenſatus ad vnum beneficium non poteſt eo relicto aliud obtinere vigore illius diſpenſationis, ibid. n. 194 pag. 397

Di-

Digitized by Google

Diſpenſandi facultas ſuper irregularitate ex delicto occulto conceſſa Epiſcopis per Conc. Trident. ſeſſ.24.cap.6 explicatur late, cap.27. quæſt.1. per totam à numer. 2. pag.542

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in pluribus irregularitatibus, quæ recenſentur, capit.27.numer.11 pag 545

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper irregularitate ex delicto à quo non poteſt abſoluere, cap.27. à num.13 pag 544

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſuper irregularitate reſeruata cum derogatione priuilegiorũ; vnde ſuper multis non diſpenſat, cap 27.à num.16.pag. 544

Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ab irregularitate reſeruata, quæ non eſt ex delicto, cap.27 num.20 pag.545

Diſpenſare ab irregularitate deducta ad forum contentioſum non poteſt Epiſcopus, cap. 27.n.33 pag.547

Diſpenſare cum ſuis ſubditis poſſunt Prælati Regulares in illis caſibus in quibus cum ſuis diſpenſat Epiſcopus, cap.27.num.34 pag.548

Diſpenſare ſuos ſuper irregularitate ex homicidio iuſto,& caſuali, & neceſſario non verò ex homicidio voluntario niſi in aliquo caſu poſſunt Prælati Regulares, cap. 27.quæſt 3. per totam, à num.41 pag.550

Diſpenſare ſuper irregularitate ex bigamia vera, vel interpretatiua etiam ſi aliquando ſit ea delicto, & etiam ad Ordines Minores,nec Epiſcopus, nec Prælati Regulares vi priuilegiorum poſſunt, quamuis diſpenſare poſſint ad Minores Ordines ſuper irregularitate ex bigamia pure ſimilitudinaria, cap.27. quæſt.4. per totam, à num.62. pag 555

Diſpenſare ex iure ſpeciali non poſſunt Prælati Regulares ſuper pluribus irregularitatibus, vt ſuper illis, quæ veniunt ex delicto, à quo non poſſunt abſoluere, vel ortis ex vitio corporis, vel deductis ad forum contentioſum, cap.27. quæſt.5. per totam à num.80 pag.559

Diſpenſare, & diſpenſari qui poſſint à Prælatis Regularibus, qui à ſuis Confeſſarijs diſpenſantur, cap.27.quæſt. 6. per totam à num.87. pag.561

Diſpenſatio eſt maior quam abſolutio, cap. 28. num. 12. pag.564 & num.16. pag. 566

Diſpenſandi in pœnis facultas non colligitur, vel ex facultate abſoluendi à cenſuris, vel diſpenſandi ſuper irregularitate, cap.28. num.16. pag.566

Diſpenſatione tolluntur inhabilitas,& priuatio paſſiuæ vocis, cap.28.nu.16.pag.566

Diſpenſare in lege pœnali Papali qualiter de iure communi poſſint, vel non poſſint Epiſcopi, & Prælati Regulares, cap.28.a n.21.pag.567

Diſpenſant cum ſuis Regulares ſuper pœnis inhabilitatis, & priuationis vocis ex priuilegio, cap. 28. a numer.28 pag 568

Diſpenſari non poteſt ab vllo inferiori Papa etiam Legato à latere ſuper defectu natalium ad obtinenda Beneficia cum Clerico, ſeù Regulari illegitimo abſque cauſæ cognitione, & iuſta cauſa exiſtente. cap.25 num.286 pag.417.

Diſpenſandi ſuper defectu natalium cauſæ iuſtæ, rationabiles, ac validè quæ nam ſint. cap. 25 n.287. pag.417.

Diſpenſationis huiuſmodi ad valorem neceſſe eſt exprimi id, quod de iure, vel de ſtilo Curiæ eſt exprimendum, cap.25. n.290.pag.418.& ſeq.

Diſpenſatus ſuper defectu natalium ad vnum, non intelligitur diſpenſatus ad alia,etiamſi ſit diſpenſatus ad maiora, vt v. g. diſpenſatus ad Prouincialatum, non eſt ad Prioratum, ſeù econtrà. cap 25 nu.292 pag.419

Diſpenſandus debet exprimere in ſupplici libello qualitatem illegitimitatis; ex ſtylo S.Pœnitentiariæ. cap. 25 numer.297 pag 419

Diſpenſatus in Religione Regulari ad officia in ea, ſi ab ea diſcedat, non eſt diſpenſatus ad Beneficia ſecularia, ità etiam diſpenſatus in vna Religione, non eſt diſpenſatus in alia, ad quam ſe transferat cap.25 num.298 pag.420

Diſpenſatus non intelligitur, qui promotus ſit à Pontifice ignorante illegitimatem.cap.25 num.304 pag.420

Diſpenſare ſuper bigamia licet occulta, & etiam in foro conſcientiæ non poteſt Epiſcopus, ſeù Prælatus Regularis, niſi ad Ordines Minores in bigamia tantum ſimilitudinaria.cap. 27 num. 66. &68 pag. 556

Diſpenſatus intelligitur qui promouetur à Superiore potente diſpenſare, & ſciente defectum natalium. cap 25 nu.302 pag 420

Diſpenſandi ſuper hoc defectu natalium non eſt certa forma, ſed ſufficiunt literæ Superioris propria manu ſubſcriptæ.cap 25 num. 305 pag 421

Diſpenſatio, & legitimatio non ſunt idem, ſed in plus ſe habet hæc, quam illa.cap.25 num.306 pag 421

Diſpenſatio, cum ſit actus, per quem vulneratur lex, & aliquo modo tollitur, eſt contrà ius, ſeù præter ius. cap.28 numer.16 pag.566

Diſpenſare poteſt Epiſcopus, & Prælatus Regularis à pœnis inhabilitatis &c. impoſitis à lege Papali, quando lex habet hanc particulam,niſi cum illo diſpenſetur. cap.28 num.22 pag.567

Diſpenſare etiam poſſunt prædicti à pœnis huiuſmodi impoſitis pro minori delicto, & in caſu magnæ neceſſitatis. cap.28 num.23.24 pag 567

Diſpenſare etiam quod poſſint prædicti ab omnibus pœnis, ſi non expreſsè ſint reſeruatæ, opinio probabilis eſt.cap.28 num.25 pag.567

Diſpenſare verò poſſunt Prælati Regulares virtute Priuilegiorum à pœnis quibuſcumque ſpecialiter non reſeruatis Papæ.cap.28 num.29.30 pag.168

Vbi tamen delictum non ſit deductum ad forum contentioſum. cap.28 num.31 pag.568

DISSENSIO Eſt negatio conſenſus hominis ad ſenſum alterius. cap.3 num.40 pag.38

DISTRAHENS Rem non ſeruato modo ſibi impoſito à Domino ex hoc per ſe loquendo non eſt vniuerſaliter iniuſtus. cap.7 num.383 pag.164

DOCTORATVS Non eſt dignitas, vel perſonatus, vel beneficium. cap 25. num.161 pag.388

DONATIO Eſt datio liberalis, & irredibilis. cap.7 numer.195 pag.134

Donatio recompenſationem non quærit,ſed meretur,cap.7 num.195 pag.134

D O L V S.

Dolus, ſecundum Diuum Thomam, eſt executio aſtutiæ ad decipiendum adhibita. cap.3 num.52 pag.42

Dolus, ſecundum Labeonem, eſt omnis calliditas, fallacia,ibid.& cap.25 n.569 pag 473 Et machinatio ad decipiendum, circumueniendum, & fallendum alterum adhibita. cap.3 num.52 pag.42

Dolo facere præſumitur, qui facit, quod facere non debuit.cap.3 num.58 pag 43

Dolus, delictum, & fraus non debet præſumi in aliquo niſi ex cauſa.cap.25 num.181 pag.394

E

EBRIVS Quomodo, & quando ab eligendo excludi debeat.cap 10 num.13 pag.190.

Ebrietas vbi eſt, ibi eſt furor. vnde ebrioſus eſt ineligibilis cap.25, nu.11 pag. 355

E C C L E S I A.

Eccleſijs vacantibus prouidetur duobus modis ex iure diuino. cap.1 num.12 pag 2

Eccleſiæ prouidere per hæreditariam ſucceſſionem alienum eſt ab ea. cap.1 num.11 pag.2.

Eccleſia Romana omnes fundauit Eccleſias.cap.1 n.18 p.3

Eccleſiæ omnes aſſumuntur à Romana in partem ſollicitudi-

tudinis. capit. 1 numer. 19 pag. 3
Eccleſiæ prouiſæ fuere varijs modis pro temporum varietate. cap. 1 num. 20 pag. 3
Eccleſiæ Cathedrales dantur, quæ ſunt Regulares. cap. 25 num. 10 pag 354
Eccleſiæ Regularis nomine, in iure intelligitur Eccleſia Cathedralis Regularis, non Monaſterium, ſeù Cœnobium. cap 25 num. 10 pag 355
Eccleſiam recipiens de manu laicorum eſt excommunicatus, & inualidè cum recip. cap. 8 num. 12 pag. 170
Eccleſiæ Pontifex non eſt obligatus ex iuſtitia commutatiua ratione rei acceptæ. cap. 30 a num. 51 pag 605
Eccleſia eſt grex, cuius proprium eſt regi, & gubernari, non regere, & gubernare; Eius Paſtor eſt Chriſtus, & ipſius Vicarius. cap. 30 num. 53 pag. 605 cap 30 nu. 197 pag 642
Eccleſiæ ſorores, filiales, & vnitæ quæ dicantur. cap. 25 a num 241 pag. 409.
Eccleſia nullum habet ius, vel iudicandi Pontificem ſummum, vel conueniendi ipſum coram alio Iudice præter Chriſtum, licet poſſit ipſum declarare hæreticum, & ex conſequenti depoſitum. cap. 30 nu. 199 pag. 642.

E L E C T I O.

Electio duplex, moralis, & Canonica. cap. 1 n. 24 pag. 4.
Electio moralis eſt plurium placentium vnius præ alio præacceptio. cap. 1 num. 24 pag 4
Electio Canonica tripliciter ſumitur, generaliſſimè, generaliter, & ſpecificè. cap. 1 nu. 25 pag 4
Electio generaliſſimè ſumpta comprehendit omnem modum prouidendi Eccleſijs vacantibus, & coincidit cum prouiſione cap. 1. num. 25. pag 4
Electio generaliter ſumpta eſt prouiſio ſe tenens ex parte ſubditorum, per quam aliqui ex iure, quod habent à Sede Apoſtolica vacante Beneficio Eccleſiaſtico eligunt, & nominant aliquam perſonam. Et ſicut hæc diſtinguitur à collatione, ità comprehendit præſentationem. cap. 1 num. 27 pag. 5
Electio non dat plenum ius Beneficiato, quod tamen dat collatio cap. 1 num 28 pag. 5
Electioni accidit, vt electus ſtatim ſit à iure confirmatus. cap 1 num. 28 pag 5
Electione prouiſus poteſt renunciare, quod non poteſt inſtitutus per collationem abſque licentia. cap. 1 nu. 29. pag. 5.
Electio ſpecialiter ſumpta eſt determinatio voluntatis alicuius Collegij Eccleſiaſtici in perſonam idoneam ad beneficium Eccleſiaſticum, ſeù Prælaturam producta in actu per formam debitam, & numerum competentem, à Superiore tamen confirmanda. cap. 1 num. 35 36 pag. 6.
Electio hæc non poteſt conuenire laicis, ſicut præſentatio. cap. 1 num. 32 pag 6
Electio debet eſſe multorum eligentium, præſentatio verò poteſt eſſe vnius. cap. 1 num. 34 pag. 6
Electio diſtinguitur à poſtulatione, quia hæc eſt perſonæ non idoneæ, & electio non niſi idoneæ. cap. 1 num. 35 pag. 6
Electio diſtinguitur à nominatione, quià hæc eſt plurium perſonarum obiectiuè, illa autem vnius. cap. 1 num. 35 pag. 6
Electio ex parte perſonæ electæ diſtinguitur in plures ſpecies. cap. 1 num. 35 pag 6
Electio dicitur canonica tripliciter, communiter, quando habet formam naturalem, ideſt conſenſum eligentium; propriè, quandò ſeruantur omnia ſubſtantialia; Magis propriè, quandò ſeruantur etiam ſolemnitates iuris; quæ abſolutè vocatur Canonica. cap. 1 num. 38 pag. 7
Electio innititur iuſtitiæ, poſtulatio gratiæ. cap. 1 num. 44 pag. 8.
Electio nullum defectum, aut impedimentum canonicum ſupponit in eligendo; Poſtulatio verò eſt illius, qui habet aliquem defectum, qui non ſit vitium. cap. 1 nu. 43 pag 8
Electionis tres modi; per ſcrutinium; per compromiſſum. Et per communem inſpirationem. cap. 1 nu. 54 pag. 10
Electiones per compromiſſum, & per communem inſpirationem in electionibus Superiorum Regularium fuerunt per Concilium abrogatæ, non autem Summi Pontificis, vel Epiſcoporum. cap. 1 num. 58 59 pag. 11
Electio omnis in Regularibus debet eſſe ſecreta, aliter facta nulla. cap. 1 num 65 pag. 11
Electio non ſecreta in Regularibus reddit inhabilem imperpetuum electum, ſi conſentiat, excluſis tamen Generalibus Religionum. cap. 1 num. 65 & 66 pag. 12
Electionem de ſe factam permittit, qui electioni conſentit antecedenter, vel conſequenter. cap. 1 num. 67 p. 12
Electio in Ordine Prædicatorum non poteſt eſſe niſi per ſcrutinium. cap. 1 num. 69 pag. 12.
Electio Canonica de ſua ratione eſſentiali requirit plenam libertatem. cap. 2 nu. 2 pag 12
Electio ceſſat, dum eligendi tollitur libertas. cap. 2 num. 3 pag 12.
Electio coarctata etiam ad vnum, nec iure naturali, nec iure Eccleſiaſtico eſt irrita ipſo facto. capit. 2 numer. 18 pag 15
Electio poteſt per Papam coarctari, & tamen eſt libera, non autem erit electio Canonica, ſed potius nominatio. cap 2 n. 35 pag 18
Electio non poteſt coarctari per Superiorem, & ſi Electores tentauerint eligere non idoneos. cap. 2 n. 37 pag. 18
Electio præcipuè in Ordine Prædicatorum nõ poteſt coarctari nec etiam per Generalem ex iure communi ad certum numerum perſonarum, ex priuilegio tamen poteſt Generalis coarctare ad tres, vel quatuor, eſt tamen priuilegium perſonale. cap 2 num. 44 pag 19
Electio poteſt coarctari ad certum genus perſonarum, ſed ſi in eo genere nullus reperiatur dignus, debet, & poteſt eligi perſona extranea. cap. 2 num. 48 pag. 20.
Electio coarctata ad genus, dicitur ſimpliciter libera, & tantùm ſecundum quid coarctata. cap. 2 numer. 51. pag. 21
Electio coarctata iuſtè, vel etiam dubiè ad nationes vel genus, debet obſeruari, & caſſari ſi lex non obſeruetur; iniuſtè verò coarctata non obſeruanda. cap. 2 n. 53 pag. 21
Electio coarctata ex parte eligentium limitando eorum libertatem non ſubſiſtit, etiamſi coarctaretur à quolibet vel Principe ſæculari, vel Eccleſiaſtico, inferiore Papa. cap. 2 n. 56 57 pag. 22
Electiones factæ, ſeu faciendæ per alternatiuam, licet de ſe lædant ius Electorum tamen ex conſenſu partium à Superiore habente vim condendi legem poſſunt ſtatui. Et ſtatutæ debent ſeruari, aliàs electiones ſunt irritandæ ad inſtantiam partis. capit. 2. numer. 61. & 62 pag. 23
Electio vnius verè coacta, & inuoluntaria, ex eo quod electores elegerint Titium, quià prohibiti fuerint eligere Paulum, eſt irritanda. cap 2 num 89 pag 29
Electio, in nolunt vota omnium recipere.
Electione inſtante in Ordine Prædicatorum nullus poteſt ſententialiter priuari voce per menſem datum electoribus pro electione, cap. 3 num. 8. 9. pag. 32
Electione inſtante in eodem Ordine nequit priuari voce Nouitius, vel alius vocalis cui deficiat ætas, vel alia ſimilis conditio conſequenda independenter ab approbatione Superioris; ſecus tamen eſt, ſi deficit conditio dependens, cap. 3. num. 12. pag 33
Electione inſtante in eodem Ordine poteſt vocalis priuari voce pro omnibus caſibus contentis in cap. de grauiori culpa, vt pro delictis, pro quibus ſit impoſita dicta pœna, non verò pro delictis, quibus annexa eſt pœna priuationis vocis, cap. 3 num. 13. pag. 33

Ele-

Digitized by Google

Electione Generalis inſtante in Ordine Prædicatorum nec etiam poſſunt fieri mutationes vocum, ſeu priuationes, capit. 3. num. 16. pag. 14
Electio Summi Pontificis non poteſt mutari, nec per Collegium Cardinalium, nec per ipſum Concilium ſine Papa, cap. 3. nu. 19. pag. 35
Electionis Vicarius in Ordine Prædicatorum. Vide v. Vicarius, c. 3. num 44 pag 39
Electio concors dicitur, in qua conueniunt in vnum, quot ſunt neceſſarij ex lege, ibid.
Electio Prouincialis quando dicatur inſtare in Ord. Præd. capit. 3. numer. 75. pag 47
Electio, ad quam non conuenit elector vnus iniuſtè remotus à Conuentu, non eſt irritanda, ſi electores illum voluerunt admittere, & vocarunt, & irritanda, ſi eum ſpreuerunt, capit. 3. num. 107. pag. 54
Electio, quæ euadit ex vi vnius vocalis, vel plurium iniuſtè ſuperadditorum Collegio, eſt irritanda; ſecus tamen ſi electus euadat talis ex ſufficienti numero votorum excluſis votis iniuſtè ſuperadditis, cap. 3. num. 108 pag. 55
Electioni de ſe factæ ad Prælaturas per abuſum ſecularis poteſtatis conſentiens, priuari debet ea, & redditur ipſe ineligibilis ad ſolas dignitates, cap. 8. numer. 2. ad 4. pag. 168
Electio per abuſum ſecularis poteſtatis, quid, & quotuplex ſit, cap. 8. quæſt. 3 per totam à num 5 pag. 169
Electio Prouincialis Heremitarum S. Auguſtini Prouinciæ Beticæ fuit declarata nulla ex abuſu ſecularis poteſtatis per Sacram Congregationem, ibid.
Electio non redditur irrita, quia defuerit ei conſenſus laici, quod nec per conſuetudinem poteſt introduci, immò eſſet abuſus, non conſuetudo, cap. 8. à nu. 10. pag. 170
Electio Canonica non eſt nulla ipſo iure, ex eo quod prohibita, niſi adſit decretum irritans, cap. 9. n. 14 pag. 175
Electionis irritatio, ob non ſeruatam formam Canonicam, non cenſetur pœna, ſed fauor boni communis, cap. 9. numer. 17. pag. 176
Electio Canonica ex non ſeruata forma per legem poſitiuam irrita de facto, in foro conſcientiæ non eſt nulla, ita quod electus ei tenetur repugnare, ſeu beneficio, aut Eccleſiæ renunciare, neque peccat, vel acceptando, vel munus exercendo, cap. 9 à nu. 33. ad 34 pag. 180
Electionis forma ſubſtantialis, ſi in minimo quid mutetur, dummodò non varietur ſubſtantia actus, non vitiatur electio, cap. 9. num. 36. 77 pag. 181
Electio non ſeruata forma inducta à lege ex iuſto impedimento, eſt valida, cap. 9. num. 40. pag. 182
Electionis forma ſubſtantialis eſt, qua deficiente electio eſt nulla, cap. 9. num. 46. pag. 183
Electio non ſeruata forma, cap. quia propter, eſt nulla ipſo iure, cap. 9. num. 49. pag. 184
Electio omnium Prælatorum, qui habent iuriſdictionem generalem in Eccleſijs Collegiatis quocumque nomine vocentur eſt regulanda, & facienda ſecundum formam cap. quia propter, cap. 9. à nu. 51. pag 185
Electio tantum ſpectat ad præſentes, cap. 10 à numer. 31. pag 193 & c. 11. à n. 90. pag 228 & cap. 14. à num. 11 pag. 256 & ita vt de ſubſtantia ſit, quod electores ſint collegialiter præſentes, cap. 16. num. 3. pag 272
Electio Canonicorum, Perſonatuum, & Abbatiſſarum non eſt regulanda per formam d. capitis, cap. 9. num. 55 pag. 185
Electio, quæ eſt propriè inſtitutio, vel collatio, vel poſtulatio, neque eſt regulanda per formam d. capitis. cap. 9. num. 53. 58. pag. 185
Electiones aliorum Superiorum, qui non habent iuriſdictionem generalem, vel ſi habeant, non ſunt Prælati, ita quod Eccleſiæ ex eorum deficientia, non remanent viduatæ, non ſunt regulandæ dicta forma, cap. 9. num 59 pag. 186
Electio tamen diffinitorum Capituli Prouincialis Ordinis Prædicatorum, & ſociorum ad illud, eſt regulanda ad inſtar formæ d. capitis, non ex iure communi, ſed ex municipali Ordinis, cap. 9 num. 60. pag. 186
Electio Canonica illa dicitur, quæ iuxta Sacros Canones, & Statuta, ac conſuetudines cuiuſcumque Collegij eſt facta, cap. 9. num. 69. pag 187
Electio Prælatorum Regularium eſt facienda iuxta diſpoſitionem Canonum generalium, & iuxta cuiuslibet Religionis, cap. 9. n. 65. 66. pag. 187
Electio per ſe primò conuenit Collegio, iuxtà tamen leges cuiuſcumque Eccleſiæ ſeu Religionis, cap. 10. num. 3. pag 188
Electio in Ordine Prædicatorum non poteſt fieri, niſi à Collegio alente ſaltem tres vocales, ex quibus ſi duo renuncient, vnus ſolus habet ius eligendi iuxta decretū Sacræ Congregationis de anno 1654. cap. 10. num. 5. 9. pag. 188
Electionem poteſt dirigere, qui non habet vocem, nec tamen ex hoc votum emittere poteſt, cap. 10. num. 62. pag. 198.
Electio, in qua intereſt excommunicatus non expulſus ex aliquo iuſto impedimento, eſt valida, nec debent electores legitimi è Capitulo exire, capit. 10. numer 68. pag 199
Electio facta ab excommunicato tolerato eſt valida, cap. 10. num. 77. pag 201
Electio facta ab excommunicato, ſi contra eum proteſtetur ante eſt caſſanda quando ex vi voti excommunicati ſequitur. Suſtinenda ſi proteſtetur poſt electionem, cap. 10. num. 78. pag. 202
Electio Summi Pontificis non irritatur etiam ſi facta per concurſum excommunicatorum, cap. 10. numer. 80. pag. 202
Electioni vocandi ſunt omnes, quibus de iure conuenit, & qui ſunt in quaſi poſſeſſione (titulo colorato) eligendi, etiam abſentes; electio enim ſequitur poſſeſſionem, niſi adſit conſuetudo in contrarium, cap. 11. numer. 12. & 13. pag. 214
Electionis ad valorem in iure communi neceſſe eſt, vt ad minus congregetur maior illa pars vocalium, quæ eſt neceſſaria ad illum, vel illa ſint duæ tertiæ partes eorū, qui volunt, poſſunt, & debent conuenire, vel illa ſit maior tantùm pars iuxtà leges, & conſuetudines municipales, ibid. n. 113. pag. 233
Electionis ad ſubſtantiam non eſt vocatio vocalium, ſed ommiſſio eſt iniuſta, ibid. num. 118. pag. 234
Electio de iure non eſt nulla ipſo facto ratione vnius, & plurium contemptorum, ſed annullanda ſi inſtant. ibid. pag. 234
Electio caſſata ratione contemptus non deuoluitur ad Superiorem, ſed ad eoſdem vocales, ibid. n. 125. pag 235
Electionis locus non eſt de ſubſtantia electionis, licet debeat fieri in loco honeſto & conſueto, cap. 21. numer. 1. pag. 236
Electio non debet fieri extra ambitum Eccleſiæ viduatæ, niſi ex rationabili cauſa in qua omnis locus honeſtus eſt aptus. cap. 12. n. 3. pag. 237
Electio Papæ non poteſt fieri niſi in Conclaui cap. 12. n. 4. pag. 237
Electionis locus proprius quinam ſit, & ad quem ſpectet ipſum eligere. Vide v. Locus, cap. 12. num. 6. pag. 237
Electio celebrata non in loco conſueto, vel honeſto tenet cap. 12. quæſt. 3. per totam à num. 11, pag. 239
Electio clandeſtina quid & quænam ſit. cap. 12. quæſt. 5. per totam à num. 19. pag. 240
Electio non facta collegialiter eſt nulla, ibid.
Electio facta in loco quantumuis ſecreto non dicitur clandeſtina ex ſecreto tantum loci. cap. 12. nu. 21. pag. 241
Electio clandeſtina non eſt ipſo iure nulla. cap. 12. nu. 23. pag. 241. & cap. 19. nu. 37. pag 320

Electio adhuc vt non ſit clandeſtina debet ſtatim facta publicari, etiam extra Collegium. Sed electionis publicatio duplex, & quæ & qualiter noret, vel non irritet electionem cap 12. à num. 21. 22. & 23. pag. 241

Electio in Ordine Prædicatorum ſtatim ac ſequuta publicetur Capitulo & Conuentui ibid. num. 22. pag. 241

Electionis de ſubſtantia eſt publicatio facta Collegio, ita vt aliter facta ſit ipſo iure nulla. Alia verò publicatio quæcumque illa ſit non eſt de ſubſtantia, ſed de iuſtitia ibid. n. 23 pag 241

Electio eſt nulla ſi varietur Ordo ſtatutus inter actus electionis. cap. 19 num. 38 pag 320

Electio eſt nulla, ſi fiat Eccleſia non viduata, vel per mortem naturalem, vel ciuilem Prælati, & quomodo hæc intelligantur, cap 13. num. 2. ad 12 pag. 244 & 245

Electio Prælati ſucceſſoris poteſt fieri non ſepulto anteceſſore licet honeſtius ſit, poſt eam celebrare, & Regulares ad has ſolemnitates non tenentur, cap. 13. nu. 23. pag. 245 & 246

Electio nulla non eſt non electio, vnde qui licet nulliter, tamen elegerunt, non priuandi ſunt voce, eo quod non elegerint intra terminum. cap. 13. n. 42. pag. 252

Electio tamen illa erit non electio, in qua electus fuit aliquis auxilio extraneorum, vel non pertinentium ad Capitulum ſi ex vi horum votorum aliquis euadat electus. cap 13. num 41. pag. 252

Electiones poſſunt fieri, & confirmationes, & oppoſitiones in die feſto. cap 13. nu. 45 pag. 252

Electio poteſt fieri de nocte, ni lex, ſeu municipalis Conſtitutio renuocet. cap. 13 numer. 50. ad 54. pag. 253 ad pag 254

Electio facta de nocte non eſt clandeſtina, cap. 13. num. 50. pag. 253

Electionis Capitulum ſeu Collegium eſt multitudo electorum habentium conditiones ad eligendum neceſſarias, & certo loco, & tempore ab eo, qui præeſt Congregatorum, vt ex eis reſultet quædam legalis, & ſimulata perſona, quæ iuxtà Canonum inſtitutiones Prælatum Eccleſiæ viduatæ eligit. cap. 14 num. 3 pag 255

Electio non eſt caſſanda ob abtentiam Rectoris, ſeu Præſidis, cap. 14 num. 6 pag. 256

Ad electionis diem aſſignandum ſufficit, vt congregetur maior pars vocalium, cap 14 nu. 14. pag 257

Electioni aliquæ preces præmittendæ ſunt, quarum ommiſſio non reddit nullam electionem, ſed ommittentes puniblies pro qualitate omiſſionis. cap. 15 nu. 1. per toti pag. 272

Electionis quid ſit de ſubſtantia per Decretum cap. quia propter. cap. 16 num. 2. pag. 272

Electionis Scrutatores. Vide v. Scrutatores.

Electiones Abbatiſſarum per decreta Sac. Congregationis debent fieri cum aſſiſtentia duorum fide dignorum, & notarij. cap 16 num. 40 pag. 281

Electio ſecreta debet eſſe ex decreto Conc. Trid. Et quæ comprehendat. Et quando & quomodo debeat eſſe ſecreta. cap. 17 per totum à num. 2 pag 282

Vide v. Publicare, & v. Vota.

Electio auricularis ſatis eſt ſecreta, & non eſt prohibita, cap. 17. num. 4 pag 283

Electiones Definitorum, & Electorum Generalis ac Prouincialis in Ordine Prædicatorum fiunt per vota ſecreta ad inſtar formæ decreti Conc. Trid. cap. 17. num. 3. pag. 282

Electiones Superiorum Regularium, Virorum, ac mulierum in alijs Religionibus poſſunt & modò poſt Concil. Trid. fieri per ſcrutinium auriculare, & ſecretum. cap. 17. numer. 4. ad 7 pag. 283

Electio qualis dicatur publica, & qualis ſecreta iuxta leg. Conc. Trid. Vide v. Votorum publicatio, & cap. 17. à n. 8. pag. 282

Electio Canonica poteſt eſſe de iure communi, vbi ſunt duo, vel tres electores. cap. 19 num. 31. pag. 298

Electio vbi ſunt duo, vel tres electores non poteſt cadere in vno præſentium in Ordine Prædicatorum. Si verò in alijs Ordinibus, hoc non eſt per ſtatutum prohibitum valet electio præſentis. ibid.

Electio nulla ſi Scrutatores aſſumpti non fuere de Collegio eligentium prælatorum. cap. 18 num. 7. pag. 297

Electio facta per fabas non eſt contra leges, ſed ex vi conſuetudinis debet fieri, vel per ſchedulas, vel voce ſecreta coram Scrutatoribus. cap. 18 num. 13. pag. 298

Electio poteſt fieri per quæcumque verba exprimentia conſenſum liberum eligentis, vt ſunt conſentio, eligo, vel tale ſimile. cap. 18 num. 15. pag. 299

Electio minoris partis etiam ſanioris non eſt confirmanda. cap. 19 num. 21 pag. 317

Electioni Canonicæ requiritur maior pars votorum, & ille cenſetur à maiori parte nominatus, qui medietatem per dimidium voti, neque minor vnquam ſufficit etiam ſi ſaniſſima, & prudentiſſima. cap. 19 num. 18 pag. 315

Electio ſi fiat à pluribus Collegijs attenditur numerus non perſonarum ſed Collegiorum. cap 19 n. 22 pag. 317

Electionis actus proprius non eſt traditio Schedularum, nec publicatio votorum, ſed quando is, cui incumbit de iure, vel conſuetudine nomine totius Collegij dicit. Ego vice mea &c. eligo. cap. 19. numer. 20 & 23. pag. 317

Electionis actus proprius debet fieri ſecundum nominationem factam à maiori parte vocalium, quæ in Ordine Prædicatorum ex ſpeciali ſtatuto exiſtimatur ſanior, & in Ordine Minorum ex ſpeciali priuilegio. ibid. nu. 21. pag. 317

Electionis actus proprius in Ordine Prædicatorum fit à primo Scrutatore, & à quo in eius defectu. ibid nu. 23. pag. 317

Electionis actus proprius debet fieri clara, & intelligibili voce, & ab vno loquente in ſingular. ibid. numer. 24. 25. pag. 317

Electionis actus ſi ommittatur, redditur electio nulla, & quid ſit faciendum ab electo in caſu malitioſæ ommiſſionis ipſius? ibid. num 29 ad 32. pag 319

Electionis publicatio, quid, & quomodo neceſſaria? ibid. num. 34 pag. 320

Electionis publicatio debet fieri ſtatim poſt publicationē ſcrutinij, & mora in hoc irritat electionem. cap. 19. nu. 30 31. pag. 319

Si is ad quem pertinet nolit electionem publicare, debet compelli, & qualiter hoc fieri debeat. ibid. nu 31. p. 319

Electio nulla irritat præcedens ſcrutinium. ibid. numer. 33 pag. 319

Electio debet publicari populo, & inuitum eſt, ſi id non fiat, electio tamen ex hoc non eſt ipſo iure nulla, ibid. n 34 pag. 320

Electio ipſo iure nulla, ſi nominatus in ſcrutinio electioni conſentiat ante electionem communem, vel ſi tantum requiratur per Capitulum conſenſus ab electo, licet ab eo non detur. cap. 20. n. 3 ad 7. pag. 321 322

Non decet quod electores conſenſum electi petant ante electionem. cap. 20 n. 8. p. 322.

Electionis decretum eſt ſcriptura continens ab initio ad finem totam ſeriem electionis, quæ mittenda venit confirmatori, & in Ordine Prædicatorum vocatur ſcrutinium. Vide v. Scrutinium, & cap. 21. numer. 1. ad 16. pag 325

Electio poteſt fieri per compromiſſum, v. verbo compromiſſum, & cap. 22 nu. 2 pag. 329

Electio per communem inſpirationem quid ſit, & quomodo valida, vel non. Vide v. communis inſpiratio, & totum cap. 23 pag. 337

Electio antiquis eſt ipſo iure irrita. cap. 25. numer. 10. pag 354

Electio infirmorum, vel corpore vitiatorum non eſt ipſo

Digitized by Google

ipſo iure nulla, licet annullanda, cap.25. à numer.329. pag 425
Electio laici, etiam in proximo clericandi eſt ipſo ipſo iure nulla, cap.25. numer. 341. pag.427
Electio Epiſcop: non initiati ſacris Ordinibus non eſt ipſo iure nulla, ſed annullanda, cap.25. num.353. pag 431
Electio eius, qui non habet ætatem, eſt nulla, & irritanda, ibid n 440 pag 448
Electio excomm. maiori excommunicatione eſt ipſo iure nulla ibid. num.455. pag.446
Electio excommunicati minori ſi tamen erat validè, & verè excommuni eſt irritanda. Vid. tot. quæſt.39.cap.25 n.473 pag 452
Electio ſimpliciter ſuſpenſi eſt ipſo iure nulla. ibid.n.493 pag.457
Electio ad beneficia, ſuſpenſi ab officio, non eſt ipſo iure irrita, ſed irritanda. ibid.num. 493. pag 456
Electio violatoris Interdicti, eſt ipſo iure irritanda.cap.25 nu.501 pag.458
Electio infamis infamia facti non eſt ipſo iure nulla. ibid. num.592 pag.477
Electio irregularis conſequenter tantum; & non primariò eſt irritanda, ſed non irrita ipſo facto. ibid. numer.511 pag.461
Ab electione prætextu delicti nullus excludi poteſt niſi ſententialiter ſit voce priuatus. ibid. à nu.599 & 600. pag.479
Ab electione non poteſt quis à Superiore eiici ſub prætextu priuationis vocis, niſi cauſa cognita. ibid. à numer.600 pag.579
Electio alicuius Caſsata ex vitio perſonæ poteſt eſse ex defectu, qui nec ſit crimen, nec impediat ipſum pro alia electione. ibid. numer.638 pag.489
Eligi & eligere poteſt ſententiatus ad priuationem vocis appellatione pendente. ibid. numer.602 pag.479
Electio caſsata ſimpliciter, in Ordine Prædicatorum, intelligitur caſsata ex defectu formæ, nec tamen poteſt idem reeligi niſi rehabilitetur. ibid. numer. 643.pag. 490
Ab electione vt quis reijciatur tanquam reiectus ab alia, neceſse eſt probare, quod fuerit reiectus ex eius vitio. ibid. num.636 pag.488
Ab vna electione reiectus non ſemper eſt ex hoc inhabilis, vt reeligatur. ibid. à num.637 pag 488
Electio extranei facta à maiori parte licet non ſit de gremio, vel de Prouincia eſt valida, niſi lex ſpecialis aut conſuetudo irritet illam. ibid. numer. 649 & 654 pag. 491
Electio in Religionibus Regularium quandò debeat fieri de perſonis, quæ ſint de gremio, vel Prouincia, vel Regno. ibid. numer.656 pag 495
In extranei electionis conſuetudine diſpenſat Prælatus Papa inferior. cap.25 num 656 pag.495
Electionem hæretici nulla neceſſitas excuſat. cap.29 nu.37 pag.577
Electio indigni licet annullanda, non eſt tamen ipſo iure nulla, præterquàm, ſi eligatur ligatus Cenſura, vel ſi à lege electio expreſsè declaretur nulla ipſo facto. cap.29 nu.65 pag.586
Electio indigni ſemper mala, non tamen ſemper ſubiecta pœnit. cap.29 num.97 pag.593
Electio Parochi facta contra formam Conc. Trid. eſt ipſo iure nulla, & irrita. cap 37 num.85 pag 613
Electio minùs digni ad Parochiam (ſeruata tamen forma Concil.Trid.) non eſt irrita ipſo iure, ſed irritanda inſtante, & appellante digniore poſthabito. cap.30 à numer.85 pag.613
Electio Parochorum in multis caſibus non fit per concurſum; & in quibus? cap 30 à nu 90 pag 616
Electio Parochi facta per Eccleſiaſticum Iuriſpatronatus debet fieri ex approbatis in Concurſu & quomodo? capit.30 à n.110 ad 114 pag.6222
Electio Parochi facta per Patronum laicum debet fieri de idoneo reperto ab examinatoribus, non verò in concurſu, niſi forte in aliquibus caſibus; & in quibus? cap.30 num.119 pag.623
Electio minus digni relicto digniori intrinſicè eſt malam, & de ſe ac abſolutè non poteſt fieri. vid. tot.queſt. decimam cap.30 num.140 ad 166 pag.627
Electio digni relicto digniore, quale peccatum ſit vide quæſt.11 & 12 cap.30 num.167 ad 177 pag.632
Electio minus digni poteſt eſse peccatum veniale. cap.30 nu.167 pag 632
Electio facta à minori parte, maiori eligente nulliter, & ex hoc priuata voce ipſo iure, quando veniat confirmanda, & quando non? cap.31 num.7 ad 12 pag.651
Electio vndequaque valida, debet omnino confirmari, & in breui tempore eſt ad confirmationem deueniendam, quod tempus poteſt Confirmatori à Superiore limitari, aliàs ab ipſo confirmanda electio. capit.33 numer.55 pag 697
Electio inuito electo non poteſt confirmari; ſed Religioſus Regularis poteſt compelli ad acceptandum officium ad quod electus fuit. cap.33 num.56 pag.698
Electio eſt libertatis, confirmatio neceſſitatis. cap.33 numer.58 pag.698
Electio in diſcordia facta quomodo confirmanda, vel non. cap.33 à num.126 pag.714
Electio caſſata vitio electi non citato ipſo, ſpeciem boni non habet, & parum conuenit Religioſis, immo contraria videtur charitati Chriſtianæ. capit.33 numer.161 pag.725.

E L I G E R E.

Eligere nepotem alterius in Canonicum, vt ille ſimiliter eligat nepotum primi eſt ſimoniacum, cap.7 num.151 pag 127
Eligere non poſſunt laici niſi ex priuilegio ſummi Pontificis nunquam tamen per conſuetudinem, immò laici reddunt electionem nullam, ſi in ea votum ferunt. c.10 num.18 pag.191
Eligere digniorem per translationem de vno ad aliũ Epiſcopatum non eſt neceſsarium. cap.30 num.64 pag.608
Eligendi poteſt extraneus acquirere ius conſuetudine, & explicatur quali, & quot annorum. capit.10 num.28 pag.192
Eligere tamen poſſunt etiam laici, & Conuerſi ſi hoc conſuetudine præſcripſere. cap.10 num.58 pag.197
Eligere non eſt actus Ordinis, nec per ſe quid annexum Ordinis. cap.10 num.104 pag.206
Eligere eſt interdictum multis, & quibus. cap.10 nu.140 pag.211
Eligere eſt interdictum infamibus à iure vide v. infamis, & cap 10 num.144 pag.212
Eligendi ius maximè ſequitur poſſeſſionem. cap.11 nu.14 pag.214
Eligendi tempus incipit à notitia, vel certa, vel præſumpta per Iudicem carentiæ Prælati, attenta tamen qualitate, & modo vacantiæ, & diſtantiæ locorum, & longitudine temporis. cap.13 à num.16 pag.246
Eligendi tempus præfixum in omnibus electionibus quale ſit vide v. tempus & capit. 13 à num. 19 pagina 247.
Eligendi deuoluitur facultas Superiori quando Electores ex propria negligentia intra terminum ſtatutum à lege non elegerint. cap.13 à nu.38 pag.251

E L E C T O R.

Electores non poſsunt coarctari ad eligendum vnum. cap.2 num 13. pag.14
Electores per decretum Sacræ Congregationis non poſſunt coarctari, nec ad tres, quatuor vel quinque, vel etiam ad quemcumque numerum. cap 2 num.27 pag.17
Electores ſi eligant alium dignum præter propoſitos à Su-

periori, valida eſt electio, cap. 2 num. 14

Electores poſſunt conſentire, vt eis coarctetur numerus eligendorum, & tunc eſt valida coarctatio. cap. 2 n. 15. p. 15

Electores poſſunt ſe obligare ad eligendum vnum ex duobus. cap. 2 num 19

Electores non contradicentes, ſeù negatiuè ſe habentes cenſentur ratam habere electionem ab ipſis factam, etiamſi coarctatam, & ideò non electus non eſt audiendus. cap. 2 num. 90. pag. 29

Electores non ſeruantes formam cap. quia propter, non ſunt ipſo iure priuati voce actiua, ſed priuandi. cap. 9 num 61 pag. 186

Electores, qui in ſcrutinio non ſeruarunt formam capit. quia propter, ſi ſunt maior pars, poſſunt ſcru tinium reiterare, etiam minori contradicente. cap 9 numer. 63 pag 186

Elector debet habere, tamquam conditionem neceſſariam, vſum liberi arbitrij, quandò actu eligit; vndè, nec amentes; nec furioſi; nec ebrij; nec dæmoniaci; nec infantes, & ſimiles actu priuati vſu rationis poſſunt de iure electores eſſe. cap. 10 num. 10 ad 17. pag. 189

Elector debet eſſe Eccleſiaſticus, & ex iure communi in Sacris, & in Ordine Prædicatorum Sacerdos habens ſex annos à Profeſſione. cap. 10. num 17 pag. 190. & à num. 56 pag. 196

Elector debet eſſe de Collegio, ad quod pertinet electio & in Religionibus debet eſſe Profeſſus eiuſdem Religionis, & vtrumque ſaltem actu membrum illius Collegij, in quo debet fieri electio. cap. 10. nu. 20 pag 191

Elector in Ordine Prædicatorum debet eſſe aſſignatus bona fide per bimeſtre ante tempus electionis in Conuentu, & illi inſeruiſſe. cap. 10. num 25 p. 191

Elector debet eſſe præſens in loco loci, vel per ſe, vel per Procuratorem ſuum de iure communi. cap. 10. à nu. 31 pag 193

Elector abſens poteſt de iure communi inſtituere Procuratorem etiamſi ipſe ſit Regularis. cap. 10 à n. 35. pag 194 ad 47

Elector in Ordine Prædicatorum debet eſſe in eo Conuentu, in quo fit Electio, aliàs abſens cenſetur. ibid. numer 33 pag 194 cap 11 num. 106 pag. 231

Elector præſens in Conuentu, vel loco electionis, ſi quià infirmus abeſt à Capitulo, debet tamen ſuum ſuffragium dare recipiendum à ſcrutatoribus. Et quis dicatur eſſe præſens in loco electionis. cap. 10. num 32 pag 193

Elector in Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis ſecularibus debet ſaltem eſſe Subdiaconus, in reliquis verò Regularibus aut non Collegiatis ſeruandæ ſunt Conſtitutiones particulares. cap. 10. à nu. 52 pag. 196.

Elector, qui inſtante electione, vel complet ætatem debitam, vel ordinatur in Subdiaconum, ſeù ad Sacerdotium reſpectiue, validè dat ſuffragium, ſed non tenetur Collegium expectare ipſum, vt conditiones habeat. cap. 10. num. 59 pag. 197

Elector eſt, qui ex Papæ diſpenſatione, vel ſuper ætate, vel ſuper alio habet requiſita. Non tamen ſi ſubreptitiè ordinaretur. ibid. numer. 61 pag. 197

Elector non debet eſſe excommunicatus maiori excommunicatione, & qualiter ſi admittatur vitiet, vel non vitiet electionem. ibid. a num 64 pag. 199

Et ſi poſſit, vel debeat eijci, & ſi geſta ab excommunicato ratione publici officij ſubſiſtant; excommunicatus toleratus an vitiet electionem in Ord. Prædicatorum. ibid a numer. 71 pag 200 Excom. minori excom. poteſt eligere. ibid. num. 86 pag. 203

Elector non debet eſſe ſuſpenſus, nec ſimpliciter, nec ab officio, vt validè eligat; poteſt tamen eligere, ſi ſit ſuſpenſus ſolùm à Beneficio, vel ab Ordine, vel ſit toleratus ibid à num. 87 pag 203.

Elector non debet eſſe interdictus non tolleratus. ibid. 99 pag. 205

Elector eſſe non poteſt in Ordine Prædicatorum, qui non eſt Sacerdos; qui non eſt præſens, qui non aſſignatus bona fide ante bimeſtre; qui eodem anno elegit in alio Conuentu (qui manet extrà Clauſtra) & qui eſt alienæ Prouinciæ infrà annum aſſignatus in illa; & quomodò hæc intelligantur. ibid. nu. 108 ad 124 pag. 207

Elector in Ordine Prædicatorum quandò dicatur voce priuatus, vt non poſſit ſuffragium ferre. Vide v. voce priuatus. ibid. à nu. 126 pag. 209

Elector priuatus voce paſſiua, non poteſt eligere. Quod multipliciter explicatur. cap 10 a num. 127 pag. 209

Elector non debet eſſe infamis. Quod explicatum late. ibid. a num. 141 pag. 211

Electores conuocare debet, cui hoc ſpectat de iure, vel conſuetudine, & in eius defectum antiquior Profeſſione ſeù gradu. cap 11 num. 3 ad 5. pag 212

Electores congregare, & conuocare eſt actus Iuriſdictionis vndè etiam non habens vocem ſed tantùm Iuriſdictionem poteſt conuocare; & ideò conuocatio ſpectat ad Superiorem, & Caput Communitatis. ibid. numer. 8 pag. 213

Electores conuocare quis debeat in Ordine Prædicatorum tam in Electione Generalis, quam omnium aliorum. ibid. nu. 7 & 8. pag. 213.

Electores in maiori parte, & ſaniori congregati poſſunt citare, & compellere minorem ad conueniendum. cap. 11 num. 11 pag 213

Elector obligatur ad exercitè eligendum, & non renunciandum voci ſuæ, aliquando ſub mortali, aliquando ſub veniali culpa, & aliquando etiam ceſſat omnimodè obligatio. cap. 11. nu 20 pag. 215

Elector tenetur impedire vt indignus non eligatur. cap. 11. num. 24 cap. 216

Elector quilibet ratione iuris publici in quaſlibet Religione ad eligendum babet ius. cap. 11 nu 18. pag. 215

Elector ad eligendum tenetur etiam cum proprio damno. ibid. num 21 pag. 216

Elector poteſt per Præſidem electionis, vel per Superiorem cogi ad eligendum, quandò hoc intereſt Eccleſiæ aliter cogi non debet. ibid. à num. 19 pag. 217

Elector abſens debet vocari, vbi abſque graui incommodo Eccleſiæ poteſt fieri, nec tenet contraria conſuetudo, vt vocetur cum graui incommodo. c. 11. n. 33. pag. 218

Elector in Ordine Prædicatorum eſt vocandus, ſi ſit diſtans a loco electionis itinere vnius diei, qui eſt viginti milliarium Italicorum, in alijs verò Eccleſijs, ſeù Collegijs ſeruanda eſt Conſuetudo circà diſtantiam. ibid. à num. 37 pag. 218

Elector abſens debet per literas citari pro tali die, & hora & quomodo debeat citari, cum quibus Clauſulis, vbi, & quando. ibid. à num. 41 ad 49. pag 219

Elector citatus, ni comparuerit in hora conſueta, non eſt vltra expectandus. ibid. num 45 pag 219

Elector præſens debet etiam citari Campana, quæ pulſetur mandato Superioris, & conſtet pulſari ad hunc finem. cap. 11 nu. 49 pag 220

Elector in ſuburbijs Ciuitatis, ſeù in hortis ſi ſit, debet vocari vel per Nuncium, vel per Campanam, quæ poſſit commodè audiri; ſecundum tamen Conſuetudinem. ibid. numer. 50 pag. 220

Electores citandi quinam ſint, & quandò vide v. citare.

Electores quando poſſint procedere ad electionem abſque Præſide? cap. 11. nu. 69 pag. 224

Elector inhabilis quando vocandus, & admittendus; quando verò non. Vide verb. voce priuati. ibid. num. 73 pag. 224

Elector renuncians voci ſuæ poteſt eam reaſſumere, & pœnitere etiam poſt acceptationem renunciationis. Et quomodò ſit tunc cum eo agendum, & an vocandus? ibid. n 77 ad 85. pag 226

Elector vocatus debet expectari, non tamen vltrà termi-

Digitized by Google

num præfixum diei, & poſt horam vltimam Meridiei, niſi fortè ex gratia velint alij Electores ipſum expectare ad ſerò. ibid. à num. 86 pag. 227
Elector, qui vocatus tempore præfixo non venit tamquam non elector eſt exiſtimandus, cap. 11. num. 91. pag 228.
Electores, qui vocatis cœteris, & nolentibus venire, remanent in loco electionis, quomodò ſe gerere debeant. cap. 11. nu. 90. ad 109. pag. 228
Electoribus non poteſt perſtringi tempus præfixum à iure, niſi volente maiori parte. ibid. nu. 101 pag. 230
Electorum maior pars poteſt minorem cogere, & etiam Præſidem ad deſiſtendum ab eligendo, ſi tamen ille non eſſet dies vltimus ſtatutus pro electione. ibid. num. 104 pag. 231
Electorum maior pars non habet ius non veniendi quandò eſt citata, ſed adueniente habet ius recedendi à Capitulo, & non eligendi vſque ad vltimum diem temporis præfixi à Iure. ibid. num. 103 pag. 230
Electores venientes debent admitti ad electionem in ſtatu & terminis. ibid nu 91 pag. 228
Elector quicumque poteſt proteſtari, & appellare à præfixione diei ſtatutæ, & ei eſt deferendum. ibid. num. 95 pag. 229
Electoris contempti conſenſus datus extrà Capitulum non validat electionem. cap. 11 num. 117 pag. 234.
Elector contemptus, quomodò, & quando poſſit agere de contemptu vide v. Contemptus & cap. 10. num. 18. ad ad 237 pag. 234
Elector, qui eſt in poſſeſſione omnium conditionum à iure requiſitarum ad Electorem etiamſi nunquàm elegerit, eſt in poſſeſſione iuris eligendi. cap 14 numer. 40 pag. 262
Elector proprietarius electionis, & non poſſeſſor, eſt, qui poſſeſſionem eligendi amiſit. cap 14 n. 42 pag. 262
Elector ille, non eſt in quaſi poſſeſſione eligẽdi, qui quàmuis habeat ius ad aliquam conditionem dantem ius eligendi, illam tamen non poſſidet. ibid. num. 43 pag 263
Elector dubius debet admitti in electionibus, in quibus electorum nomina publicantur, ſecus tamen in electionibus ſecretis cap. 14 num. 44 pag 263
Elector dubius expulſus rationabiliter à Capitulo, non debet agere de contemptu, nec ad eius inſtantiam caſſanda erit electio. ibid. num. 48 pag 263
Electorem habilem, vel inhabilem eſſe, dupliciter poteſt accipi, vel ſubſtantialiter, vel culpabiliter; & expenditur diſtinctio ibid. num. 47 pag 263
Elector, qui publice eligit poteſt pœnitere. capit. 17 numer. 14 pag 286
Elector formaliter dicitur talis, quandò actu eligit, & ideò ei tantùm in illa actuali electione prohibetur manifeſtare votum ſuum, vel illud publicè dare. capit. 17 numer. 37 pag 290
Electorum Schedulæ quomodò ſint de ſubſtantia electionis & quomodò conſumandæ. Vide v. Schedulæ &. cap. 17 num. 46 ad 50. pag 253
Elector præſens dicitur, qui non tantum eſt in loco electionis, ſed, & qui eſt in domo loci illius, & vel infirmitate, vel alio impedimento phyſico impeditus ne ad Capitulum accedere poſſit, ad cuius votum ſcrutandum accedere debent ſcrutatores. cap. 18 nu. 43. pag. 304
Elector in Ordine Prædicatorum nullum Iuramẽtum preſtare debet; In aliis iuxtà conſuetudinem, & tunc ſi Sacerdos, iurabit tacto pectore. cap. 18 à num 60 pag. 307
Elector, ſi vnus tantùm, ſimul eligit, publicat electionem, & format decretum. ibid. num 70 pag 310
Elector (quandò debet eligi neceſſariò Prælatus de Collegio) ſi tantùm eſt vnus, non poteſt eligere, ſed ille cenſetur electus à Iure. ibid. num. 70 71. pag. 309
Electores (in eodem caſu) ſi ſint duo, vel tres; quid facere debeantur. ibid. 18 num. 72 ad 76. 319
Electores non poſſunt inquirere conſenſum electi, niſi poſt communem electionem. cap. 29 num. 8. pag 322
Electores de iure communi tenentur infrà octo dies electionem præſentare electo, ad requirendum eius conſenſum. De iure particulari obſeruanda ſtatuta. capit. 20 num. 9 pag. 322
Electores in Ordine Prædicatorum non requirunt conſenſum electi, immò non eſt neceſſarius, quia poteſt cogi ad acceptandum. ibid. num. 10 pag. 322
Electores, non præſentantes electionem, vel requirentes conſenſum, quandò de iure debetur, quam pœnam incurrant? ibid. num. 11 pag. 325
Elector tenetur ità eligere, vt electionem indigni impediat, etiam cum periculo grauis damni. cap. 29 nu. 52 cap. 582
Elector tenetur ſe informare de idoneitate eligendi, & tenetur eligere notum, & dignum, ſaltem notitia, moraliter certa ſumpta per auditum à fide dignis, & qualiter de qualitatibus eiuſdem debeat conſtare. cap. 29 à n. 56 pag. 583 & cap. 30 num. 178 pag 636
Elector non poteſt vti notitia habita in confeſſione, vel notitia conſequente ex illa, ad excludendum indignum ab electione paſſiua poteſt tamen ex extrinſeco aliquo motiuo illum non eligere, quem notitia Sacramentali cognoſcit indignum. cap 29 à num. 60 pag. 584
Elector qualiter teneatur impedire electionem minus digni. cap. 30. num. 183 pag. 637
Elector, ſicut, & collator debet adhibere diligentiam moralem, & mediocrem, vt meliorem eligat, ſeù inſtituat. cap. 30 num. 180 pag 636
Qui bona fide eligit minus dignum non peccat. ibid. n. 182 pag. 637
Electores eligendo pœnitùs illiteratum non reddunt electionem ipſo iure irritam, ſed irritandam. cap. 25 nu. 47 pag. 362
Elector an cum ſuo damno teneatur impedire electionem minus digni, cap 30. num. 184. pag. 637.
Elector, qui de iure eſt de Collegio eligentium, non poteſt priuari, ſeu impediri à quocumque Superiore, ne votũ ferat, niſi contra eum procedatur via iuris, vel à ſupremo Principe, & Pontifice; cap. 3. nu. 3 pag. 31
Elector inhabilis & ſi ſæpe non poſſit eijci poteſt non vocari. cap. 14. numer 33. pag. 260
Electoribus non eſt credendum ſi ad teſtificandum accedant, dicentes ſe amore, vel pretio, vel minis, vel promiſſio inductos eligiſſe. cap 32. num 33. pag. 669
Elector ex qua virtute teneatur eligere dignioren. cap. 30 à nu. 57. pag. 607
Elector non tenetur reſtituere beneficium digno vel digniori. cap. 30. num. 191 pag 640 Etiam ſi beneficium detur per concurſum, cap. 30. num. 193

ELIGENTES.

Eligentium ius non pendet ex voluntate prohibiti eligi, ſed ius prohibiti pendet ex voluntate electorum. cap. 2. n. 92 pag 29
Eligentium numerus per quemlibet Superiorem, qui non poſſit diſpenſare ſuper lege, non poteſt augeri admittendo extraneum. cap. 3. nu. 18. pag. 35
Eligentium numerus poteſt augeri, vel minui ab ijs, quibus de iure eſt conceſſum ſecundum cuiuſcunque Eccleſiæ, vel Religionis leges. cap. 3. n. 49. pag. 41
Eligentium numerus, & qualitates in Ordin. Prædic. Vide v. Aſſignationes & cap. 10. nu. 110 & ſeqq. pag. 207
Eligere quis non poteſt bis in anno in diuerſis Conuentibus, & quomodo intelligatur. cap. 3 num. 73 pag. 47
Eligere non poteſt Priorum ille, qui in alio Conuentu vocã eodem anno renunciauit. cap. 3. n. 73. pag. 47
Eligens aliquem in Prouincialem ex pacto, vt eligatur ipſe in Priorem, vel è contra eſt ſimoniacus. capit. 7. nu. 149 pag 126
Eligere nolle Seium, niſi prius eligatur Caius, eſt ſimoniacum. cap. 7 num. 150 pag. 127

Eligentes per impreſſionem laicorum ſunt voce priuati, & electio ipſo iure eſt nulla. cap 8 num 12 pag.170
Eligentes per abuſum ſecularis poteſtatis pœna ſuſpenſionis, & priuationis vocis ſententiæ ferendæ puniuntur, cap 8 à nu 15 pag.170
Eligendi denuo electores habent facultatem, quãdo ſemel amiſſo iure eligendi ex eorum negligentià, ad aliam electionem eſt deueniendum, eo quia inſtitutio tunc facta à Superiore non eſt ſortita ſuum effectum. cap.13 num 40 pag 152
Eligentium vota nil valent, niſi ſint Collegialiter data. cap. 14 num. 9 pag 256
Eligere non eſt ſingulorum diuiſim, ſed vt ſunt Collegium cap. 14 nu.9 pag 256
Eligendi ius quaſi poſſidere quid ſit; & quomodo acquiratur hæc quaſi poſſeſsio, cap. 14 nu.28. pag.259
Eligens non ex iure perſonali ſiue proprio, ſed ex iure Eccleſiæ, ſiue Conuentus poſſidentis ius eligendi eſt poſſeſſor electionis, etiamſi nunquam actualiter elegerit. cap.14 nu.36.pag.261
Eligendi ius quando annexum eſt dignitati, Beneficio, Officio, Gradui, aut Titulo, qui vnum horum poſſidet, eſt etiam in poſſeſſione iuris eligendi. cap. 14 numer. 38. pag. 262
Eligere per Procuratorem quomodo quis poſſit. cap. 17. num.52. 53 pag 294
Eligere per ſortes etiamſi natura non ſit malum, tamen in præſenti eſt illicitum, & à iure poſitiuo prohibitum, quocumque modo ſortes interueniant in electionibus. Vide v. Sortes. cap.18 num.6 ad num.8 pag.296
Eligentium vota qualia debent eſſe. Vide v. Vota & cap. 18.num 16 pag.299
Eligentium votorum collatio quomodo, & quæram eſſe debeat. Vide v. Collatio, & cap.19 n 7. pag.313
Eligentes ſcienter excommunicatum priuantur iure eligendi, & præſentandi, cap 25.num.457 pag.450
Eligentes ſcienter indignum, & poſtulantes ſunt voce priuati in prima electione ſubſequẽti, ità & præſentãtes, atque Collatores facultate conferendi. Et quæ ignorãtia excuſet à pœna, & quæ ſit prima electio, in qua purgatur vitium eligentium. cap.29 à nu.73 pag.589
Eligentes in maiori parte indignum, minori parte eligente dignum horum electio eſt confirmanda, & quomodo. ibid.n.80.p.589
Eligentes ſcienter indignum ad Epiſcopatum, & maiores dignitates ſunt ſuſpenſi à beneficijs per triennium, & quomodo, ibid num.84. p 591. Non autem incurrunt hanc pœnam vel Cardinales in electione Papæ, vel Regulares in proprijs electionibus, nec illa pœna afficit niſi eligentes indignum ex defectu ætatis, natalium, ſcientiæ, & morum. ibid. à n.91.p.592
Eligentes ſcienter excommunicatum minori excommunicatione incurrunt pœnas ſupradictas. ibid.n.98.p.593
Eligere non digniorem ex his, qui poſsunt haberi, ſemper eſt peccatum mortale, non excluſo Summo Pontifice, cap 30 num.1.& 2 pag.594
Eligere autem digniorem quid ſibi velit. Vide v. Dignior, & tot. cap.30 num 5.ad 126. pag.595
Eligere poſsunt irregulares abſolutè loquendo, licet aliqui ſint priuati iure eligendi in pœnam, & in Ordine Prædicatorum, per ſtatutum particulare, cap.10 à nu.104. p. 206
Eligendi qui quaſi poſſidet ius, non poteſt eijci ab electione, cap.14.n.30 pag.260
Eligendi auctoritas reſidet in parte Collegij non delinquẽte eligendo indignum, ex quo priuetur ipſo facto voce, etiam ſi ſit minor pars, eiuſque electio quando ſit confirmanda, cap 31 nu.7. ad 12 pag.651

ELECTVS.

Electus per abuſum ſecularis poteſtatis cui pœnæ ſubiaceat, cap. 8. à num.15. pag.170
Electi ſi ſimul ſint duo, vnus ab excommunicatis non toleratis, alter à legitimis vocalibus, eorum electiones ambæ ſunt ipſo facto nullæ. cap.10 nu.66. pag 199
Electus intra menſem tenetur conſentire electioni, aliter vacat Eccleſia, ſed impedimentum excuſat, cap.20 n.23 pag.325
Electus quomodò ſe gerere debeat, quando eius conſenſus requiritur, capit 20 num.16. pag.323
Electi negligentia nocet eligentibus. cap. 20. numer. 24. pag.325
Electus quandò poſſit, ſeu non poſſit electioni renunciare ante confirmationem, c.20 num.17. 18. pag.324
Electus Regularis, vt talis, poteſt electioni renunciare abſolutè loquendo, ſi res tamen eſt integra. cap.20.n.19 20. num.223
Electi in Ordine Prædicatorum conſenſus non requiritur, nec diſſenſus deſideratur. cap 20. nu.21 pag 324
Electi in diſcordia de honeſtate non poſsunt reeligi, ſi electio caſſetur vitio formæ; nec per Superiorem vnus eorum poteſt inſtitui. cap 25.num.644 pag.490
Electus non tenetur probare ſuam electionem, niſi vel ſcriptura authentica quæ vocatur ſcrutinium, vel alio requiſito à iure, cap.32. nu 69 p.679
Electus in Epiſcopum, & aliud quoduis beneficium; ante confirmationem non poteſt vti poteſtate iuriſdictionis tam ſpiritualis, quam temporalis, & quid eis tunc prohibeatur, cap.33.n.3. 4 pag. 684
Electus in Epiſcopum poſt confirmationem, ſed ante conſecrationem poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis adminiſtrare, cap.33.n 5 p 685
Electio quæcumque eccleſiaſtica electo dat quidem ius ad rem, ſed non ius in re, cap 33.n.7.p.685
Electi in Generales ordinum ex ſpeciali priuilegio, ſtatim ac electi ex vi electionis ſunt confirmati, cap.33. nu.10 pag.687
Electus adminiſtratis ante confirmationem vocatur & eſt intruſus: Sic etiam & poſtulatus, & præſentatus. cap. 33.num.16.p.688
Electus licitè poteſt imò debet petere electionis ſuæ cõfirmationem, & quomodo hoc ſit faciendum. Non verò hoc debet facere poſtulatus, niſi in terminis cap. cupientes. Vide meam quæſt.2. cap 33 à n.39. p.695
Electus agens pro ſua electione ad Prælaturam extra Religionem, non poteſt petere à Religione expenſas. cap.34.n.76.p.745 Niſi agat ex mandato Superioris. ibid. Si tamen ſit electus ad Prælaturam intra Religionem, quando debeantur à Religione expenſæ. ibidem num.78

ELIGENDVS.

Eligendus debet eſſe perſona humana, vſu libero rationis prædita. cap.25.num 3. pag 353
Eligibiles non ſunt infantes, amentes, furioſi, & mente capti, Dæmoniaci, & Epileptici. Vide ineligibilis, & cap.25. à n 3.p.353
Eligibiles tamen ſunt amentes, qui iam in Ordinibus cõſtituti, perfectè ſunt ſanati, vel ij, qui amentes fuere per paſſionem tranſeuntem. ibid.nu.8. & 9.p.353.
Eligendus debet habere tantam ſcientiam, quanta eſt neceſſaria, vt poſſit prudenter exercere munus ad quod eligitur, & hoc eſt arbitrarium, ibid. n.16.p.358
Eligentes ignorantem huiuſmodi, & ipſe electus peccant mortaliter, ibid. n.17 p.358
Eligendus ex vi iuris naturalis tantam ſcientiam habere debet, quanta ſufficit, vt per ſe, vel per Vicarios poſſit munus ſuum implere, ibid. n.18.p.358
Eligendus ex iure Eccleſiaſtico vniuerſaliſſimo antiquo tantam ſcientiam habere debet, quanta ſufficit ad ſuſcipiendam primam tonſuram, ibid. n.19 cap.358
Eligendus debet ſcire legere in proprio idiomate, quod eſt neceſſarium ad exercitium ſui officij. ibib. numer. 20. pag.358

Eli-

Eligendus in Superiorem in Religionibus laicorum, vel inter Moniales ſufficit, quod calleat linguam vulgarem Italicam, vel illius Regionis, in qua eligitur, ibid. n. 21. pag. 358
Eligendus, & promouendus ad beneficium, & curam animarū debet habere notitiam linguæ latinæ, & Idiomatis proprij eiꝰ, quorum fuit illi cura commiſſa, ibid. n. 23. pag. 358
Eligendus debet eſſe non docibilis, ſed actu doctus, ſecundum indigentiam officij, ad quod eligi debet, ibid. n. 24 pag. 359
Eligendus in Epiſcopum non ſolum debet eſſe Doctor, ſed & examinari, ibid. n. 25 ad 27 pag. 359
Eligendus in Archidiaconum, Archipresbiterum, Decanū, Scholaſtrum, & Pœnitentiarium debet eſſe graduatus, & quomodò, ibid. n. 29 ad 38. p. 360
Eligendus in Parochum debet habere maiorem ſcientiam quam eligendus in Canonicum, ibid. n. 39. p. 361
Eligendus in Priorem in Ordine Prædicatorum qualem ſcientiam debeat habere, & cognitionem, ibid. nu. 43. pag. 361
Eligendi non ſunt infideles. Vide v. Ineligibilis, & ibid. à nu 56. p. 364
Eligendi non ſunt illegitimi. Vide v. Ineligibilis, & v. Illegitimi, & ibid à n. 107 p. 377
Eligi poteſt in Superiorem Regularem (ſpectata rei natura) non Sacerdos, nec Clericus, ibid. n. 344. p. 429
Eligi poteſt in Superiorem Regularem (ſpectato iure communi) quiſquis ſit profeſſus, & ſtatim poſt profeſſionem, ibid. n 348. p. 429
Eligibilis non eſt in Ordine Prædicatorum, niſi habeas duodecim annos à profeſſione, ibid. nu. 349 pag. 429
Eligendus in Prælatum Eccleſiaſticum, etiam in actu non Sacerdotem, cap. 25 n. 352. p. 431
Eligendus in Epiſcopum debet eſſe initiatus Sacris Ordinibus, ſed non poteſt conſecrari, niſi ſit Sacerdos. ibid. num. 352 pag 431
Eligendus ad qualcumque Prælaturas & Beneficia Curata non eſt neceſſe, vt ſit actu Sacerdos ſed ſufficit, quòd infra annum poſſit ordinari, & de facto ordinetur, ibid. num. 357 pag 432
Eligendum in Prælatum Regularem decet eſſe Sacerdotem ſaltem infra annum debet ordinari etiam in Ordine Prædicatorum. ibid. num. 357 pag 432
Eligendorum ætas. cap. 25 numer 413 pag. 4[illegible]
Eligendus non eſt Inquiſitus, ſeù diffamatus apud Viros graues, & quare? ibid. num. 592 pag. 473
Eligere Confratrem, Conciuem, ſeù Compatriotam eſt de honeſtate, non de neceſſitate, ibid. nu. 650 pag. 492
Eligi poteſt in Ordine Prædicatorum extraneus à Prouincia, ſi per tres annos in ea permanſerit. ibid. num. 657 pag. 493
Eligere ſeipſum, nec præſentare nemo poteſt. ibid. nu. 666 pag. 495
Eligendorum qualitates, quædam ſunt tamquàm diſpoſitiones, & habilitates neceſſariæ; quædam ſunt, vt ablationes impedimentorum. cap. 29 num. 3 pag. 569
EPICHEIA Valet contra legem dantem formam contractui. cap 9 num. 43 pag 183
EPILECTICVS Eſt ineligibilis. cap 25 numer. 144 pag. 356

E P I S C O P V S.

Epiſcopus propriè dicitur Sponſus Eccleſiæ, ità & quilibet alius Prælatus ſuo modo. cap. 9 nu. 52 pag. 185
Epiſcopus quomodò committat ſimoniam, dando ſpirituale ob timorem mali temporalis, & alijs de cauſis. cap. 7 num 94 pag. 11[illegible]
Epiſcopus conferens Beneficium, vel aliquid ſpirituale Conſanguineo quomodò ſit, vel non ſit Simoniacus. cap. 7 num. 106 pag. 119
Epiſcopus aſſumens [illegible], vel alium in ſui familia, & obſequiū, tàm ſpirituale, quàm temporale cum pacto de dando ipſi ſalario, v. g. centum aureorum, viſque quo det Beneficium ei æquale eſt ſimoniacus. cap. 7 numer. 147 pag. 126
Epiſcopus diſpenſans Beneficia pro pretio, nedum eſt Sacrilegus, ſed ſecundum multos ſimoniacus, & tenetur ad reſtitutionem, ſicut & tenetur ad reſtitutionem ſalarij famulo ipſi ſeruienti etiamſi daret beneficium famulo loco ſalarij. cap. 7 num. 388 pag. 165
Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper defectu natalium quoad Ordines Minores, & ad Beneficia Curam animarum non habentia. cap. 25 num. 184 pag. 395
Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum illegitimo ordinato bona fide in Sacris Ordinibus, neque cum illegitimo occulto, neque cum illegitimo Canonico, ibid. num. 189 190. 191. pag 396
Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum Clerico illegitimo, vt obtineat duo Beneficia non Curata, & ſimplicia, etiamſi illorum vnum quodque ſufficiens non ſit ad proprium victum, & ſuſtentationem. ibid. numer. 194. pag. 397
Epiſcopus de iure nouo non poteſt diſpenſare illegitimum ad Canonicatum, ſiuè Perſonatum, ad quem requiratur Ordo Sacer; licet ſi diſpenſet, & poſteà diſpenſatus obtineat facultatem Ordines ſuſcipiendi, valeat diſpenſatio. ibid. num. 196 197. pag. 397
Epiſcopus poteſt diſpenſare illegitimum ad beneficium ſimplex, cui Cura animarum ſit annexa, ſi tamen Cura non ſit exercenda per Beneficiatum, ſed tantùm ei competat præſentatio. ibid. nu. 198. 199 pag. 398
Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt filius illegitimus ſuccedat in beneficio patris, nec etiam filius legitimus, quod nec poſſunt facere legati à latere. ibidem numer. 203. pag. 392
Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt Clericus illegitimus filius alterius Clerici illegitimi miniſtret in ea Eccleſia, in qua pater Beneficium obtinuit, vel in Beneficio eius ſuccedat. ibid. num. 275 pag 413
Epiſcopum diſpenſare cum illegitimo ad Minores Ordines, & ad Beneficia ſimplicia, intelligitur de omni illegitimi ſpecie etiam de proprio filio. ibid. num. 203 204 pag. 399
Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt Parochus infra annum non ordinetur. ibid. num. 361 pag. 433
Epiſcopalem Iuriſdictionem habentes in ſuos ſubditos, & Capitulum Sede vacante poſſunt diſpenſare in omnibus, vt Epiſcopus. ibid. num. 202 pag. 399
Epiſcopus electus & confirmatus tenetur intra tres menſes recipere conſecrationē ſub pœna amiſſionis fructuum, & niſi intra alios tres menſes ſubſequentes cōſecraretur, Epiſcopatu priuatur; Tres vero menſes computantur a die Conſecrationis. ibid. num. 355 pag. 431
Epiſcopus non poteſt abſoluere Regulares ſine ſuperiorum licentia. cap. 26 quæſt. 15 per totam à nu. 135 pag. 535
Epiſcopus poſſibile eſt, vt numquàm conſecretur. cap. 25 num. 359 pag 432
Epiſcopus non poteſt denunciare Regulares excommunicatos niſi in aliquibus caſibus expreſſis cap. 26 nu. 104 pag. 525
Epiſcopus qualiter abſoluere & diſpenſare poſſit in delictis occultis in virtute Conc. Trid. late explicatur. cap. 26. à nu. 17 pag. 495
Epiſcoporum nomine veniunt Epiſcopi ſubditos habentes etiamſi non Conſecrati, dummodo ſint electi, & confirmati. cap. 27 num. 4 pag. 544
Epiſcopi ſcientia qualis debeat eſſe. cap. 29 numer. 61 pag 587
Epiſcopus inter approbatos ab examinatoribus pro Parochiali Eccleſia poteſt eligere, quem vult tamquam digniorem. cap. 30 num. 102 pag 619
Nam ad illud ſpectat iudicium de digniori, & non eſt in

hoc

hoc ligatis voto examinatorum & ſeqq.

Epiſcopus ſciens, & patiens Populum ſuum ab alio Epiſcopo excommunicari, amittit quaſi Iuriſdictionis poſſeſſionem. cap. 14 num 42 cap 362

Epiſcopus, & quicumque Prælatus à Papa promotus, etiam in remotiſſimis partibus Indiarum, non poteſt adminiſtrare abſque litteris Apoſtolicis. capit. 35 numer. 35 pagin. 693

Epiſcopos inſtituit Papa à tempore Bonifac. VIII. & Martini V. præterquam in aliquibus Regnis & in Germania, vbi viget antiqua electio. cap. 33 numer. 70 pag. 701 cap. 25 num. 25 pag. 359

Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt minor 40. annis eligatur in Abbatiſſam. cap. 40 nu 62 pag. 796

Non poteſt dare licentiam, vt vna Monialis tranſeat de Monaſterio ſuo ad aliud, etiam vt ſit ibi Abbatiſſa. cap. 40 num. 66 pag. 797

Epiſcopus in electione Abbatiſſæ vel Priorisſæ præſidet cum Superiore Monaſterij cap. 40 numer. 13 pag. 785 Et in abſentia Epiſcopi eius Vicarius. ibid. numer. 15 Non tamen Prælatus inferior Epiſcopo. ibid. numer. 14. & 15. Regulares tenentur admonere, & expectare Epiſcopum ad diem electionis. ibid. nu. 14 & 20 Non tamen Epiſcopus confirmat electam. ib. 14 & 16 In quo conſiſtat Præſidentia Epiſcopi in Monaſterijs Regularium. ibid. num. 16 & 18 Recipere vota Monialium conuenit Superiori regulari Epiſcopo audiente. ibid. 16 Iudicare an Abbatiſſa ſit eligenda ex alio Monaſterio ſpectat ad Superiorem, ſed non priuatiuè ad Epiſcopum. ibid, nu. 16 Epiſcopus diſcordantibus Monialibus dato termino competenti, ſi non concordent dat Abbatiſſam. ibid. num. 17 Idem facit Superior Regularis ibid. num. 17. pag 786.

Æ T A S.

Ætas eligendorum ad Beneficium ſimplex, vel Capellaniam Collatiuam antè Concilium Tridentinum erat ſeptem annorum. cap 25 à nu. 413 pag. 442

Ætas eligendorum poſt Concilium Tridentinum generaliter eſt quatuordecim annorum inceptorum; ad Dignitates verò, Canonicatus, & portiones eſt neceſſaria illa, quæ requiritur ad recipiendum Ordinem Sacrum illis annexum. ibid. num. 416 417 418 pag. 442

Ætas eligendi in Canonicum Pœnitentiarium eſt 40. annórum, ibid. num. 424 pag. 443

Ætas eligendorum ad Beneficia quæcumque curata etiam in Collegiatis eſt 25. annorum inceptorum, & hoc per Epiſcopum indiſpenſabile. ibid. num. 426 pag. 444

Ætas eligendi in Epiſcopum eſt triginta annorum completorum; & in Cardinalem eſt 22. annorum per Bullam Sixti V. licet poſſit eligi minor illis. ibid. numer. 434 35 pag 445

Ætas eligendorum in Prælatum Regularem, de Iure communi, eſt 25. annorum. ibid. nu. 436 pag 445

Ætas eligendorum in electores, & diſcretos eſt illa, quæ ſtatutũ eſt per Conſtitutiones Ordinum. ibid. num. 437 pag. 446

Ætas eligendorum in Ordine Prædicatorum eſt 28. annorum, ſed in Prouincijs Lombardiæ, & Romana eſt illa, quã ſtatuitur per Cardinalem Alexandrinum. ibid. numer. 438. pag. 446

Ætas eligendorum non debet numerari à conceptione, ſeù à baptiſmo, ſed à die natiuitatis; & in ſenibus nulla eſt à iure ætas, quæ reddat eos ineligibiles. ibid. numer. 439 & 442. pag 446 447.

EXAMINATORES Concurrentium ad Parochialem, quales eſſe, & quomodò ſe gerere debeant, etiam in dando voto ſecreto, vel publico; & an & quomodo habeant votum deciſiuum capit. 30 numer. 93 98. 109 pag. 617 619. 621

Examinatorum Iudicium quando ſit, & non ſit deciſiuum, ſed conſultiuum. cap. 30 num. 102 pag. 619

E X C L V S V S.

Excludi ab electione paſſiua non poteſt quis, nec etiam à Superiore prætextu, quod ſit voce priuatus, niſi ſit ſententialiter excluſus, & ſententia tranſierit in Iudicatum. cap. 25 num. 600 ad 603. pag. 479

Excluſus ab vna electione ex vitio perſonæ non ſemper redditur excluſus vbique. capit. 25 à numer. 637 pagina 489

Excluſus ab electione vitio perſonæ, ſi contigerit alias eligi, incumbit ei probare ceſſaſſe defectum, ſi ille eſt de genere durabilium, ſi verò eſt de genere non durabilium ad excipientem incumbit onus probandi defectum durare. capit. 25 num. 640 pag. 489

E X C O M M V N I C A T I O.

Excommunicatio lata generaliter, & particulariter ſeu nominatim quæ ſit. cap. 26 a num. 87. pag 518.

Excommunicatur, qui iniuſtè perſequitur electorem Eccleſiaſticum eò quià non elegit ad eius votum. Et explicatur hæc Cenſura. cap. 4 num 31 ad 40. pag. 63

Excommunicantur ſimoniaci reales. Et explicatur hæc cenſura, cap. 7 a num. 259 pag. 145

Excommunicatus non tolleratus inualidat, & vitiat omnino electionem, ſi ſcienter fuit admiſſus, etiamſi compromiſſarius. cap. 10 num. 65 pag. 199

Excommunicatus tolleratus quomodò, & quando poſſit vel admitti, vel ejici ab electione etiam in Ordine Prædicatorum. cap. 10 nu 74 & 85. pag. 201 203.

Excommunicati excommunicatione maiori electio, ipſo iure eſt nulla vide tot. quæſt. 38. cap. 25 numer. 445 pagin 448

Cum excommunicato iam abſolutio quis poſſit diſpenſare, vt retineat Prælaturam. capit. 25 a numer. 455 pagina 450

Excommunicatus an valide acceptet Prælaturam, vel poſſeſſionem illius. cap 25 a num. 461 &c. pag. 451

EXEMPTIONIS Priuilegio quod eſt fauor Religionis nullus Religioſus poteſt renunciare, cap. 26 num. 141 pag. 534

EXPECTARE vocatos quando & qualiter teneantur vocales, cap. 13 q. 10. per totam à num. 86. pag 227. & cap. 14 à num. 11 pag 256

Expectare poſt prandium vltimę diei an minor pars teneatur maiorem, cap. 13 num. 32 pag 249

E X T R A N E V S

Extraneus ab electione dicitur, qui non eſt membrum Collegij eligentium, licet ſit membrum Eccleſiæ, pro qua eſt eligendus Prælatus, vt v. g. extraneus à Collegio eligentium Papam dicitur, qui non eſt Cardinalis, cap. 3. nu. 17. pag. 33

Extraneus eſt à Collegio eligentium ad ſpiritualem Prælaturam omnis ſecularis, & omnis ille, cui deficit aliqua qualitas, vel conditio ex illis, quæ de iure ſunt neceſſariæ ad eligendum, cap. 3 numer 17 pag. 35.

Extraneus quomodò, & quando ex conſuetudine præſcripta poteſt acquirere ius ad eligendum. cap. 3. num. 22 pag 36

Extraneus non poteſt admitti ad electionem Canonicam, nec etiam à toto Collegio, cap. 3. num. 34. 35. pag. 38. & cap. 14 num. 23 pag 259.

Extraneus poteſt admitti in alijs electionibus, in quibus ius eligendi conuenit electoribus ex collegio ipſo, c. 3. n. 34. p. 38.

Extraneus ſi admittatur in electionibus Canonicis, non per hoc redditur electio nulla, dummodò ex voto extranei aliquis nõ euadat electus, ibid. n. 36. p. 38 & cap. 14 n. 24 p. 259

Extraneus ſi admitteretur ex pura gratia nulli eſſet præiudicium, niſi iuri diſponenti contrarium, ſed ſi admitteretur tamquam de iure admittendus, præiudicium inferretur poſteris, ibid. n. 37 pag. 38

Extraneus poteſt admitti ad dirigendam, vel conſulendã ele-

Digitized by Google

electionem; & in Ord. Prædic. in duobus tantum caſibus cum voce, ibid. nu. 38. 39. pag 38
Extraneus admiſſus ad dirigendam electionem, ſi numerus electorum eſt à iure determinatus, vt in electione Imperatoris, non poteſt admitti cum voce, niſi ab habente facultatem mutandi numerum. Si autem non eſt determinatus poteſt admitti etiam cum voce, ab eo, qui numerum electorum poteſt augere, & tunc miſſus fiet priùs de Capitulo, ibid. nu. 38. pag 38
Extranei quinam ſint illi, ad quorum fauorem non poſſunt gratiæ concedi Regularibus. cap. 6. num. 23. ad 32. pag. 90
Extranei admiſſio ad eligendum, præſumitur in dubio conceſſa ea iuſtitia, cap 14 num. 28 pag. 259
Extraneus an poſſit eijci, cap. 14 q. 6. per totum à num. 26 pag 259
Extranei qualiter eligi valide poſſint, & debeant aliquando, cap. 25 à num 647 pag. 491.
Extraneus ignotus non eſt eligendus, cap. 25. num. 662. pag. 494

F

FActa in meliorem partem interpretanda, cap. 7. num. 71. pag. 113.
FALLACIA fit mentiendo verbis, & eſt excogitatio ad fallendum, cap 3 num. 32 pag. 42
FAMÆ, & honoris proprij qui eſt in poſſeſſione, non poteſt priuari, nec ad ipſum ſpectat ſe probare innocentem, ſed vt talis haberi debet, niſi aliunde probetur contrarium. cap. 7 num. 72. 30 pag. 113
Fama bona non tollitur per quodlibet peccatum, cap. 29. num. 18. pag. 573
FAVORIBVS medianitibus procurare gratias prohibitū Regularibus, cap. 6. quæſt. 1. & 2. per totam à num. 6. pag. 87
FICTIO ſecundum Diuum Thomam eſt oſtendere dicto vel facto, quod verum non eſt; & ſecundum Iuriſtas eſt aſſumptio contrarij veritati, cap. 3 n. 51 pag. 42
Fictitiæ aſſignationes in Ordine Prædicatorum quales dicantur, ibid.
FILIVS præſumitur, qui de alicuius vxore eſt genitus, cap. 25 numer. 171 pag. 399
Filij poſſunt in vtero geſtari per fœminam per ſex, ſeptem octo, nouem, decem, vndecim, duodecim, treſdecim, & quatuordecim menſes, cap 25 num. 157 pag. 392
Filius Presbyteri dicitur argumentum ambulans ſuper terram incontinentię Paternę, cap 25 nu. 239 p. 408
FINIS operis, & operantis, cap. 7 num. 28. p. 108. Et quis finis conſtituat pretium, n. 49
FORVM conſcientiæ, & ſacramentale, diſtinguuntur, & quo modo, cap. 26. n. 23. num. 504
Ad forum contentioſum quando dicatur deductum delictum, cap. 36 nu. 22 pag. 501

F O R M A.

Forma agendi vbi alteretur in re conſiderabili, actus eſt nullus; ſiue quis contra formam, ſiue citra eam operetur, cap. 9 num. 40 pag. 181
Forma eligendi Generalem, cap. 35 num 36 pag. 753
Forma eligendi Prouincialem, cap. 36 num. 28 pag. 761
Forma eligendi Diffinitores Capituli Generalis, cap. 37 num. 4 p. 769
Forma eligendi Diffinitores Capituli Prouincialis, cap. 37 num. 27 pag. 772
Forma eligendi Priores, cap 38 n. 4. p. 775
Forma eligendi Socios Prioris, cap. 39 num. 2 & num. 17 pag 778
Formam ſtatutam in cap. quia propter non poteſt mutare Cap. Generale, cap. 16 n. 24 pag. 277
Forma ſubſtantialis actionis moralis eſt, quando lex præcipiens actum habet clauſulam irritantem, quod ſcilicet aliter facta actio ſit nulla, capit. 9 numer. 44 pag. 182
Forma eligendi per cap. quia propter ſtatuta non eſt abrogata per Conc. Trid cap. 1 num. 68 p. 10 & cap. 9. n. 48 pag. 183
Forma eligendi ſtatuta in cap. quia propter ſtatuta in quorum electionibus obſeruanda, cap. 9. q. 8. per totam à num 51. pag. 184
Forma cap. quia propter non eſt neceſſario ſeruanda vbi electores ſunt minus quà quatuor, & ità quod vbi eſt vnus elector poteſt eligere ſine ſcrutinio publicè, c. 16 n. 19 pag. 275 & latè c. 18. a n. 69. p. 309
Forma eligendi ad Parochialem per concurſum qualis ſit. Edictum verò concurſus non promittit collationem reperto digniori, cap 30 num. 85 pag. 613. & numer. 89 pag. 615
FRATER alteri fratri poteſt ſuccedere in beneficio, licet vterque ſit illegitimus, cap. 25 n. 241 p. 409
FRAVS importat exequutionem aſtutiæ factam non verbis, ſed factis, cap. 3. n. 52 p. 42

G

GENERALIS.

GEneralis non poteſt ſubditis negare, quod ex iure communi illis competit, niſi intret caſus voti obedientiæ, cap. 15 à n. 124 pag. 235
Generalis Societatis Ieſu moriturus relinquit Vicarium, c. 1 num. 3. pag. 1
Generalis in nullo conuentu habet vocem actiuam, c. 10 num. 26. pag. 192
Generalis electio pertinet ad totam Religionem, ibid. n. 3
Vide v. electores. Prouinciales: Diffinitores. Commiſſarius S. Officij. Procurator Generalis: Magiſter Sacri Palatij.
Generalis poteſt aduocare cauſas ad ſe, & inhibere Prouinciali vt abſtineat, cap. 34 nu. 75 p. 745
In Ordine Prædicatorum ſæpe ab electione Priorum appellatur ad Generalem, ibid. & decretum electionis ſæpè tranſmittitur ad ipſum. ibid.
Generalis eligitur non verò inſtituitur, nec per ſucceſſionem propagatur, cap. 35 nu. 2 pag 746. Illius electio pertinet ad totam Religionem, ibid. n. 3 Non debet per ſe loquendo eſſe Sacerdos, ibid. n. 19 pag 750. Sufficit de iure cõmuni, quod ordinetur infra annum, ibid. n. 20 Debet eſſe ætatis ad minus triginta annorum, ibid n. 21. Non tamen eſt neceſſarium, ibi. Generalis Prædicatorum nõ indiget vt confirmetur, ibid. n. 42 pag. 754. Nec etiam Generalis Capuccinorum, ibid. Et ſi indigeat cõfirmatione, hæc petitur à Pontifice, ibid. n. 41. & contra illius electionem poteſt opponi, n. 43
Tempus electionis Generalis eſt vacante Generalatu, c. 35 num. 15 pag. 749
Dies electionis Generalis ſtatuitur vel à iure, vel à conuocante capitulum, c. 35 n. 26 pag. 751. Si non fiat die ſtatuta non deuoluitur, ibid. n. 26 & 28. Vbi Generalis eſt temporalis nec ad horam protrahi poſt ibid. n. 28.
In electione Generalis quæ forma ſit ſeruanda, c. 35. n. 36 pag. 753. In Ordine Prædicatorum quæ forma ſeruetur, ibid. n. 37. Electio Generalis non ſubditur legi cap. ne pro defectu, ibid. n. 29 p. 752. Si electores eſſent nimium negligentes in eligendo, merito prouideret Pontifex. ibidem.
Eligendus in Generalem debet habere conditiones à iure requiſitas, cap. 35 nu. 16 p. 749. Recens profeſſus poteſt eligi, ibid. num. 17 In aliquibus Religionibus requiritur determinatum tempus, ibid. Generalis temporalis non poteſt reeligi, ibid. num. 22. Poteſt aliquando tamen confirmari, ibid. Vide v. Generalis.

Electores Generalis ſunt, qui habent omnes conditiones à iure, & ex legibus proprij ordinis requiſitas, cap. 35. num. 4. pag. 746. Debent deferre literas teſtimoniales; & quales, ibid. num. 9. pag. 747. Duo electores eiuſdem Prouinciæ quando non habeant vocem. ibid. numer 8.

GRATIÆ nomine quid veniat, cap. 6. numero 37. pag 91.

Gratiæ quibus poſſint à Prælatis Regularibus concedi, & quibus non, cap 6. n. 38 ad 50 p. 61

GRATITVDINE datum non eſt datum ſimoniacè, a. 7. per totam à num. 194 p. 134

GREGORIVS V. conceſſit electoribus Imperij ius eligendi Imperatorem, n. 4 pag. 32

H

HÆRETICVS.

HÆreticus etiam præciſa excommunicatione & irregularitate eſt ineligibilis ad eccleſiaſtica officia iure humano, & diuino, cap. 25 n. 64 pag. 367

Hæreticus eſt infamis, excommunicatus, & irregularis, & licet pœnitens, & reconciliatus, ineligibilis, niſi cum eo diſpenſetur, ibid. n. 65 p. 367

Hæreticus ſi per impoſſibile ſit Papa eſt deponendus, ſi maneat incorrigibilis, ibid. n 66 pag. 367

Hæreticus per baptiſmum eſt membrum Chriſti, & ideò capax ſpiritualis poteſtatis, & ſi Epiſcopus confert veros ordines, ſi Sacerdos conficit verum Corpus Chriſti; quia non priuatur poteſtate Ordinis ſecundum ſuam ſubſtantiam, ibid. num. 67 pag. 367

Hæretici electio eſt iure canonico nulla, nec confirmabilis, niſi à ſolo Papa, ſed nec licitè; Si verò ſit occultus, non eſt irrita iure diuino, immò ſi toleratus, toleratur & in eo poteſtas iuriſdictionis, vnde valet abſolutio ab eo data, ibid. n. 69 pag. 368

Hæreticorum credentes quinam dicantur, & quomodo ineligibiles, ibid. n. 70 p. 369

Hæreticorum receptatores, defenſores, & fautores, qui ſunt tales formaliter, ſunt etiam ineligibiles, ibid. n. 71 pag 369

Hæreticorum, credentium eis, receptatorum, fautorum, & defendentium filij, ſunt ineligibiles vel vſque ad ſecundam generationem, vel vſque ad primam reſpectiue, ibid. n 74 ad 76 p. 379

Hæreticorum filij quicunque ſint etiã nati ante parentum hæreſim quando parentes in hæreſi decedunt ſunt ineligibiles, non verò ſi ſint occulti, ibid. numero. 77. pag 379.

Hæreticorum filij non ſubduntur pœnis ineligibilitatis, ſi parentes denuncient ſancto Officio, vel ſi parentes in contumaciam tantum ſint ſententiati, niſi delictum eorum in iudicio ſit probatum, ibid. numer. 83 & 84. pag 371.

Hæreticorum filij poſt hæreſim patris inhabiles ſunt ad omnia, retinent tamen beneficia prius obtenta, & poſſeſſa, ibid. n 85. p. 371

Hæretici, & eorum filij ſunt etiam inhabiles ad penſiones nec poſſunt permutare beneficium obtentum, & poſſeſſum ante hæreſim patris, ibid. n. 90 p. 373

Hæreticorum filij ſunt etiam inhabiles ad omnia officia ciuilia quæcumque illa ſint, etiam habentia annexum Ducatum, & vaſſallos, ibid. n. 92 p 373

Hæreticorum filij ſunt inhabiles ad eligendum actiuè, nõ ſunt infames à iure, ſed poſſunt dici tales, infamia facti, ibid. n. 93 p. 373

Hæreticorum filij quomodo irregulares, ibid. n. 97 p 375

Hæreticus eſt à lege priuatus bonis, ſed non poſſeſſione bonorum, niſi poſt ſententiam, quæ retrotrahitur ad diem commiſſi delicti, ibid. n. 609 p 482

HOMICIDIVM aliud iuſtum, aliud iniuſtum, & hoc triplex aliud perfectè voluntarium, aliud caſuale, aliud neceſſarium, cap 27 n. 41 p. 550

Homicidium iuſtum in iure non venit ſub nomine homicidij voluntarij, ibid. n. 42 p. 550

HONORIS & famæ propriæ quomodo quis non poſſit priuari. Vide v. Famæ, & cap. 7. n. 72 p. 123

I

IGNORANTIA.

IGnorantia vincibilis non excuſat, cap. 29 numer. 55 pag 583

Ignorantia probanda ab eam allegante, & quomodo, c. 29 num 55 pag. 583

An electores ignoranter elegerint indignum iudicare eſt arbitrarium, cap. 29 num. 54 pag. 583

ILLEGITIMVS.

Illegitimus dicitur qui ex viro, & muliere non coniungibus naſcitur, ibid. num. 109 pag 378

Illegitimus etiam dicitur, qui naſcitur ex coniugatis, ſed matrimonio clandeſtino copulatis, ibid. numer. 113. pag 379.

Illegitimi Religioſi ad quid, & quomodo ſint inhabiles. Vide v. Religioſi, & ibid. num. 165 pag 389

Illegitimi ſeculares ſunt irregulares, nec poſſunt promoueri ad ordines, ad dignitates, ad perſonatus, ad Parochias & ad beneficia curam animarum habentia, vel nõ habentia, abſque diſpenſatione. ibid. n. 152 p. 386

Illegitimi cenſendi non ſunt, qui expoſiti inueniuntur, & vniuerſaliter ij, quorum parentes ignorantur, ibid. num. 168 pag 390

Illegitimum aliquem eſſe, probare onus incumbit aduerſario, ſeu aſſerẽti, niſi ſit publica fama, ibid. num. 168. pag. 390.

Illegitimũ ſe eſſe credere non debet, cuius mater ſola iurat (etiam in articulo mortis) ſe eum concepiſſe, ex adulterio. Et quid, ſi etiam maritus id aſſerat, ibid. num. 170 pag. 391

Illegitimus quis iudicari non poteſt ex ſola fama, etiam cum vno teſte, adminiculata, ibid. num. 170 pag 392

Illegitimum credere ſe debet ille, qui (ſuppoſito dicto matris) teſtimonium habet patris fulcitum talibus circumſtantijs, quod omnibus penſatis rem moraliter certam faciunt arbitrio prudentis, ibid. num. 173 p. 392

Illegitimum ſe credens ſupradicta ratione, tenetur etiam in conſcientia, vt illegitimum ſe gerere, ſi autem credit ex leuitate, poteſt ſpeculatiuè in corde ſuo ſic credere, practicè tamen in conſcientia ſe talem non credere. ibid. nu. 177 pag. 393

Illegitimi an ſint filij nati ex matrimonio, quoad ſubſtantiam eius, dubio ibid. num. 181 pag. 394

Illegitimitatis defectus, & irregularitas ex eo orta, à quo poſſit diſpenſari? Vide v. Papa, & v. Epiſcopus, & ibid. num. 183 p. 395

Illegitimus dicitur dupliciter, illegitimus ſcilicet naturalis, & illegitimus canonicè; Et quinã ſint, ibid. n. 185 p. 395

Illegitimi Regulares à quibus, & in quibus poſſint diſpenſari. Vide v. Regularium ſuperiores, & ibid. nu. 208 num 4‘o

Illegitimus Regularis non poteſt diſpenſari ad Generalatum niſi à ſolo Papa, ibid n. 221. pag. 404

Illegitimus in Ordine Prædicatorum non poteſt diſpenſare ad Prouincialatum & alia officia expreſſa in lege illius ordinis niſi à Generali, ibid. nu. 218 p. 404

Illegitimę ſine diſpenſatione non poteſt fieri Abbatiſſa, cap 40 n. 40. & 41 p. 792

Illegitimæ in Monaſterijs Mendicantium habilitantur ad officia ex priuilegijs Apoſtolicis, ibid n. 44

Infamis non poteſt eligi in Abbatiſſam, ibid. n. 71 p. 796

Ille-

Digitized by Google

Illegitimus filius Clerici numquam poteſt ſuccedere patri in eodem beneficio, ibid. n.229 p.405

Illegitimus filius Clerici ex Conc. Trident. non poteſt obtinere beneficium, nec miniſtrare, neque penſionem habere in ea Eccleſia, in qua Pater hæc obtinuit, vel miniſtrauit, ibid. n.232 p.407

Illegitimus ex Clerico intelligitur, qui non tantum eſt natus poſt, ſed & ante Clericatum dummodo ſit illegitimus, ibid 235 p 407

Illegitimi ex Clerico, filius legitimus, & ideo nepos Clerici non arcetur ab obtinendo beneficio aui, ibid. nu.238 pag.4 8

Illegitimus filius poteſt ſuccedere Patri, in Cappellania amouibili, ibid.n.250 p 409

Illegitimus poteſt celebrare in eadem Eccleſia in qua Pater, ſi vnus ex deuotione, alter ex titulo celebret; Item & ad eamdem proceſſionem ſimul ire, ſi non ex titulo Pater, ibid.n.256 p.410

Illegitimus non poteſt Cantare, ex officio, antiphonam in ea Eccleſia in qua Pater eſt, vel fuit beneficiatus.cap.25 numer.257 pag.410

Illegitimus laicus, nec poteſt tamquam muſicus ſtipendiatus canere in ea Eccleſia, in qua Pater habet beneficium.cap 25 num.260 pag 411

Illegitimus poteſt habere penſionem ſuper beneficio, ſuper quo etiam Pater habet penſionem, dummodo beneficium non ſit, neque fuerit paternum, cap.25 numer 264 pag.411

Illegitimus per Papam diſpenſatus ad quæcumque beneficia, numquam intelligitur diſpenſatus ad beneficium Patris; vel in ea Eccleſia, in qua illud obtinet. capit.25 n.266 pag.411

Illegitimus Regularis filius alterius Regularis, non poteſt obtinere eamdem numero Prælaturam, quam obtinuit Pater, alias vero poteſt obtinere cum diſpenſatione, cap.25 num.271 pag.413

Illegitimus Regularis huiuſmodi, non poteſt à Superiore Regulari diſpenſari ad Prælaturam Patris. cap.25 numer.278 pag 415

Illegitimi electio, non eſt ipſo iure, & facto nulla; ſed eſt annullanda, & eligentes peccant ſicut eligentes indignum. cap.25 numer.313 314. pag.422

Illegitimus peccat grauiſſimè acceptans liberè Prælaturam, ſed eam tenetur vel renunciare, vel diſpenſationem petere, dum tamen non adſit infamia. cap.25 numer 314 pag 422

ILLITERATVS Eſt ineligibilis, & quis ſimpliciter dicatur illiteratus.cap.25 a num.45 pag.362

In illiteratus defectu qualiter poſsit diſpenſari. capit. 25. nu.54 pag 363

I M P E D I E N S.

Impediens iuſtè aliquem indignum, vel minùs dignum, ne conſequatur Beneficium, non peccat, nec tenetur ad reſtitutionem.cap.30 num.218 pag 647

Impediens iniuſtè iam promotum à conſequendo Beneficio, vel electum à Confirmatione tenetur ad reſtitutionem.capit.30 numer.219 pag 647

Impediens abſque vi, & fraude, ne conſequatur quis Beneficiũ, ad quod non habeat ius in re, vel ad rem, non tenetur ad reſtitutionem, tenetur verò ſi cum vi, & fraude cap.30 num.224 225. pag 648

Impediens; procurans; & conſulens ſine vi, vel fraude; ne detur alicui Beneficium, vt detur alteri æque digno non tenetur ad reſtitutionem, & quandò tenetur diſtributor reſtituere, tunc tenetur procurans, & conſulens, iniuſtam diſtributionem. cap.30 num.222 pag.648

Impediens eum, qui habet aliquod ius ad beneficium, ne illud conſequatur, & maxime ſi impediat per vim, & fraudem, quid reſtituere debeat. cap.30 a numer.227 pag 649

IMPERATORIS Electores ſunt determinati, nec poſſunt mutari. cap.3 num.38 pag.38

I N D I G N V S.

Indignus eſſe quis poteſt triplici indignitate. Vel ex defectu indiſpenſabili iure naturæ, & diuino; Vel ex defectu nimis graui ad hoc, quod in eo rigor iuris relaxetur. Vel ex defectu diſpenſabili. cap 24 nu.28 pag.344

Indignus indignitate indiſpenſabili, nec eligi, nec poſtulari poteſt. cap.24 num.29 pag.345

Indignus indignitate diſpenſabili, ſed in qua non ſolet diſpenſari, nec eligi, nec poſtulari poteſt, ſed ſi poſtuletur poſtulatio non eſt ipſo iure nulla cap 24 numer.30 pag 345

Indignus indignitate diſpenſabili ille eſt, qui non eligi, ſed poſtulari poteſt. cap.24 num.31 pag.345

Indignus eligi, & ineligibilis, non ſunt idem, & per quid differant; Immò quid ſit eſſe indignum. cap.29 nu.3 4. pag.596

Indignus ſimpliciter, vt eligatur eſt, Ignorans; Peccator habitualis; Infirmus corpore, vel animo, taliter quod ſit impotens; Et minor ætate debita. cap.29 a num.6 pag 571

Indignitas ex actuali peccato non ſufficienter colligitur. cap.29 num.13 pag.572

Indignus ad incurrendas pœnas Canonicas, quis ſit.cap 29 num 22 pag.573

Indignus ad Prælaturam curam animarum habentem non eſt, qui licitis modis eam pro ſe petit, & procurat, & iuſte deſiderat. cap.29 a num.23 pag.575

Indigni electio, vel promotio, vel præſentatio, eſt de ſe peccatum mortale. cap 29 num.29 pag.575

Indigni electio, quæ eſt peccatum ſimiliter eſt contrà virtutem Religionis, contrà iuſtitiam legalem, & diſtributiuam. cap.29 num.33 pag.575

Indignus conſentiens ſuæ electioni peccat mortaliter. capit.29 num 34 pag 576 Et qualis pœnitentia excuſet eum à peccato.

Indignus diſtinguitur in talem ex iure naturali, & talem ex iure poſitiuo. Et indignus ex iure naturali ſubdiſtinguitur, vel ex parte intellectus, vel ex parte voluntatis.cap 29 num.36 pag.577

Indignus ex iure poſitiuo, & indignus ex iure naturali ex parte voluntatis in caſu magnæ neceſſitatis poteſt eligi. cap.29 nu.36 pag.577

Indignus ex parte intellectus in nullo caſu imaginabili poteſt eligi. cap.29 nu.37 pag 577

Indigni electio relicto digno, vel digniori eſt illicita iure naturæ, etiamſi ſi quis ſciat certò eligendum illum indignum à maiori parte vocalium. cap 29 nu.32 pag.578

Indigni non omnino, ſeu ex parte voluntate poteſt non eſſe mala in caſu neceſsitatis cap 29 num.35 pag.577

Indigni electio facta per metum cadentem in conſtantem virum, & talem, qui excuſet à lege poſitiua, non eſt culpabilis, ſi indignitas eſt ex iure poſitiuo; efficitur tamen talis, ſi indignitas eſt ex Iure Diuino, & elector aliquid influat pro illius electione, ſeù confirmatione ſed quid ſi ſuo voto nihil influat in electi ſtabilimentum? cap.29. nu. 44 45 pag.578.

Indignum eligentis votum ſuperfluum, quomodò ſit malum moraliter, & quomodò ſit tale votum minoris partis eligentis indignum. cap.29 nu.48 pag.579

Indigni electionem publicato ſcrutinio ne proueniat ex vi ſui voti impedire debet elector ſi poteſt. cap.29 nu 49 pag.580

Indigni electio quandò fiat, vt euitetur maius malum Eccleſiæ, an poſſit eſſe licita. cap 29 num.53 pag.582

Indigni electionem electores ex officio, alij ex lege charitatis tenentur impedire. cap.29 à nu.50 pag.581

Indigni promotio ſi in foro conſcientiæ eſt nulla; indignus tenetur cedere officio; illudque reſignare, immò, & re-

ſtituere fructus non digniori, ſed Eccleſiæ. Si verò eſt tantùm inualidanda, non tenetur ad reſtitutionem fructuum, nec ad reſignationem cap. 30 num. 206 pag. 644

Indignus non certus reſpectu ſe dignioris, ſed abſolutè dignus, poteſt beneficium petere, & obtentum non tenetur digniori reſignare, nec damna reparare. cap. 30 numer. 212 pag. 645

I N E L I G I B I L I S.

Ineligibilis eſt amens etiamſi non ſit talis ſimpliciter in omni materia. cap. 25 num. 4 pag 353

Ineligibilis eſt amens, qui patitur lucida interualla. Et qui aliquandò talis fuit niſi diſpenſetur. capit. 25 numer. 5. 6. pag 353

Ineligibilis non eſt perfectè ſanatus, & ordinatus, & quomodo probetur ſanitas. ibid. n 6. 7. pag 356

Ineligibilis eſt ebrioſus, ſolitus ſcilicet inebriari. ibid. numer. 11 pag. 355

Ineligibilis eſt Dæmoniacus, ſeù arreptitius, & quomodo? ibid. num. 12 pag. 355

Ineligibilis eſt epilepticus, & quomodo. ibid. numer. 14 pag 356

Ineligibilis eſt ignorans; & quænam ſcientia requiratur, vt quis eligi poſſit. ibid. num. 15 pag 357

Ineligibilis eſt ad Prælaturas Eccleſiaſticas Iure Diuino ſupernaturali omnis Infidelis non baptizatus, & eius electio ipſo iure irrita. ibid. à num 56 pag. 364

Ineligibilis tamen non eſt de iure communi infidelis ad fidem conuerſus, neque eius filij; ſed ex iure particulari in aliqua Religione talis filius eſt ineligibilis. ibid. numer 57 & 58 pag. 365

Ineligibilis eſt Neophitus ad officia, quæ exercitium Ordinum requirunt, dum durat irregularitas eius, non autem ad officia requirentia puram Iuriſdictionem. ibid. num. 60 pag. 366

Ineligibilis eſt omnis hæreticus, & eius electio iure humano eſt nulla ipſo facto, annullanda verò Iure Diuino. ibid. à num. 64 pag 367

Ineligibilis eſt credens hæreticis, fautor, receptator, defenſor, & filij eorum, & quomodo. Vide v. hæreticorum fautores, & filij & ibid. a num 70 pag. 369

Ineligibilis eſt Regularis, pœnitentiatus in Sancto Officio, & etiam ſi abiurauit de leui, quando tamen abiuratio illa imponatur ei tam quàm pęna; ſed non eſt ineligibilis abiurans, vt ſponte comparens. ibid. a nu. 98 pag 375

Ineligibiles ſunt Schiſmatici. ibid nu 103 pag 376

Ineligibilis eſt ad Ordines; Beneficia Curata; Dignitates, & Prælaturas illegitimus, vide v. Illegitimus. & ibid à num. 107 pag 377

Ineligibilis eſt corpore vitiatus, & inhabilis, & quomodo? ibid. à num. 315 pag 423

Ineligibilis omnis infirmus, qui ex infirmitate reddatur impotens ad exercendum decenter officium, ad quod eligitur. ibid. num 316 pag 423

Ineligibilis eſt ad omnes Prælaturas omnis mutus, cęcus, & ſurdus, formaliter, non tamen ſundaliter, balbutiens, & luſcus. ibid. num. 318 pag. 423

Ineligibilis eſt omnis infirmus habitualis, & infirmitate radicata, impediente à præcipuis actibus officij. ibid. num 319 pag. 424

Ineligibilis eſt infirmus phthiſi, rabi paralyſi, & podagra continua, ſeu quaſi continua. ibid. à numer. 320 pag. 424

Ineligibilis eſt in Ordine Prædicatorum, qui non poteſt ſequi Chorum, & Refectorium, & alia Communia. ibid. num 326 pag 424

Ineligibilis eſt, qui taliter eſt corpore deformatus, quod non ſine notabili horrore, & ſcandalo Eccleſiaſtica munera obire poteſt. ibid. num. 328 pag 424

Ineligibilis eſt ſponte, vel culpa caſtratus. Et habens alias deformitates ibi enumeratas. ibid. num 328 pag 425

Ineligibilis eſt ad quodcumque Beneficium laicus, vt laicus, & ad Beneficium habens annexum Ordinem, non ordinatus, ſeu ſuo tempore non ordinandus. ibid. a numer. 335 pag. 426

Ineligibilis eſt in vnoquoque Ordine Regulari, qui non eſt in eo expreſsè profeſſus. ibid. num. 345 pag. 428

Ineligibilis eſt excommunicatus maiori excommunicatione. ibid. à nu. 445 pag. 447

Ineligibilis eſt ſuſpenſus, & quomodò. ibid. à numer. 477 pag 454

Ineligibilis eſt etiam ad Beneficia ſimplicia Interdictus perſonaliter; Et violans Interdictum. ibid. à numer. 495 pag 457

Ineligibilis & ſaltem ſecundariò Irregularis. ibid. a nu. 506 pag 459

Ineligibilis eſt, qui per ſententiam eſt priuatus voce paſſiua; & ineligibilis declaratus. ibid. a nu. 598 pag. 479

Ineligibilis eſt, qui fuit reiectus ab electione paſſiua ex vitio perſonæ per crimen plene probatum. ibid. num 631 pag 487

Ineligibilis an ſit peccator. cap. 29 a. num. 11 pag. 571

Ineligibilis ignorans. ibid. num. 37 pag 577

I N F A M I A.

Infamia eſt læſæ Dignitatis qualitas, vita, & moribus reprobata. cap. 50 numer. 141 pag. 211

Infamis dicitur, cuius ſtatus vita & moribus eſt reprobatus. ibid. numer. 141 pag. 215

Infamia duplex, alia facti, alia iuris; & iuris etiam duplex Iuris Ciuilis, & Canonici; ſententiæ latæ, & ferendæ. ibid. à numer. 145 pag. 211

Infamia facti eſt, quæ prouenit ex hominum loquutione, quæ ſcilicet oritur ex eo, quod homines malè loquendo de facto alicuius, infamem opinionem de eo generant. ibid. num. 145 pag. 211

Infamia iuris eſt, qua quis à iure dicitur infamis. ibid. numer. 141 pag. 212

Infamia facti ſola, & nudè accepta non excludit quempiam ab electione actiua, nec à ſcrutando. cap. 10. numer. 142 pag 212

Infamia iuris priuat infamem voce actiua, ſed poſt ſententiam ſaltem declaratoriam facti. ibid. nu. 142 pag. 212

Infamia non incurritur ante iudicis ſententiam. ibid. numer. 145 pag. 211

Infamia & multiplex, & quæ? cap. 25 nu 522 pag. 462

Infames ex iure Ciuili ſunt etiam infames iure Canonico. ibid. num. 522 pag. 463

Infamia facti diffinitur etiam, quod ſit obſcura notitia cum vituperatione. Illa eſt notitia obſcura per quam prudentes, & cordati viri iudicant aliquem, tamquam delinquentem in facto ſuo, & propterea effectum indignum laude, dignum verò vituperio. ibid. nu. 523 pag. 463

Infamia facti requirit non tantum opinionem in mente hominum, ſed quod illa ſit ad extrà, voce diuulgata; & quod hæc opinio ſit apud maiorem partem eorum, qui illud ſcire debent, & poſſunt, & non minores numero, quàm decem, qui ſint viri graues, & honeſti. ibid. numer. 525 pag 664

Infamia maiorum criminum, & perſonarum conſpicuarum requirit ad ſui exiſtentiam etiam maiorem numerum perſonarum ibid. num. 530 pag. 464

Infamia differt à rumore. ibid n. 531 pag. 464

Infamia quomodo probetur. ibid. à n. 532 pag 464

Infamia hominis cum ſit macula quædam moralis, per quam perſona illa maculata cenſetur indigna, poteſt dupliciter conſiderari, vel vt hæc macula oritur à facto ipſo independenter à quacumque lege humana; vel vt conſurgit ex legis Inſtitutione; Illa dicitur verè infamia facti; hæc, Infamia legalis, licet etiam ſit alicuius facti. ibid. numer. 533 pag. 465

Infamia igitur facti propriè ſumpta ex vi iuris naturalis, & Diui-

Digitized by Google

Diuini maculam inducit, ſed non facit aliquem irregularem, neque electio talis infamis eſt ipſo iure irrita. Peccat tamen iſte, ſi impænitens acceptat Dignitatem, & peccat conferens illi eam conferendo. ibid. num. 536 pag. 465
Infamia facti non eſt à quocumque diſpenſabilis, ſed tantum pęnitentia deletur; poteſt quidem Epiſcopus, & Prælatus iudicare de exiſtentia infamiæ, & de qualitate eius. ibid. num. 538 pag 466
Infamia facti, & infamia iuris pluſquam genere differunt; & per quid; & quomodò. ibid. n. 544 pag. 467
Infamis iuris latæ ſententiæ ipſo iure incurritur, & de ſe non ſupponit culpam. ibid. num 545 pag. 467
Infames infamia iuris qui nam ſint, & enumerantur. ibid. num. 545 pag. 467
Infamia iuris per ſe primò, & eſſentialiter non eſt priuatio famæ, licet ſit priuatio dominij ad famam legalem. ibid. nu. 547 pag. 467
Infamis ipſo iure non priuatur poſſeſſione ſuæ famæ, & ideò non tenetur in conſcientia ad abſtinendum ab actibus legitimis, & ad renunciandum Prælaturis, ſeù Beneficijs. Tamen ſi per ſententiam declaretur commiſiſſe factum, ex quo infamia iuris latæ ſententiæ inducitur, illa ſententia retrotrahenda eſt ad diem commiſſi criminis. ibid. num 553 554. pag. 470
Infamis ipſo iure, ſed occultus non eſt obligatus in conſcientia ad abſtinendum ab actibus legitimis, ac ſi non eſſet infamis, ibid. n. 555 p. 470
Infamia iuris duplex alia, quæ ex iure poſitiuo conſequitur infamiam facti, alia quæ eſt ſpecialiter impoſita pro hoc, vel illo delicto, ibid. n. 556 p. 470
Infamis infamia iuris non eſt quis, niſi ex delicto notorio, licet alias delictum ſit diffamatum & publicum, ibid. num. 559 p. 471
Infamis igitur iuris incurritur ex delicto enormi, & notorio notorietate iuris & ex hac infamia oritur irregularitas, latè hoc explicatur, ibid. à num. 560 p. 471
Infamia iuris quæ ſequitur ad infamiam facti: eſt quando quis per ſententiam diffinitiuam damnatur ad pœnam ordinariam & pœna ſit corporalis, & ſententia lata cauſa cognita, iudicio iuſto, & non ex ſuſpicione delicti, ſed ex delicto, ibid à n. 576 p. 475
Infamia vel ex facto notorio, vel ex pœna infamante, & latè de vtraque, cap. 25 q. 49 à num. 560 p. 470
Infamis infamia facti, vel inquiſitus, & apud viros graues diffamatus non eſt promouendus nec eligendus, ibid. nu. 591 pag 477
Infamis de iure Ciuili eſt infamis de iure Canonico, c. 28 num. 7 pag 503
Infamia, & crimen ſunt de genere durabilium, cap. 25 nu. 640 pag 489
Ab infamia de iure ciuili quomodo liberet Papa, cap. 28 num. 7 pag. 503 & Princeps ſecularis indirectè ab infamia Canonica, cap. 28 n. 10 pag 564
Infames ſunt parentes exponentes filios, cap. 25 num. 167 pag 390
Infamis multiplex diuerſimode tollitur, & cum de iure communi ſolus Papa liberet ab infamia iuris perpetua, ab hoc ex priuilegio ſuos liberant Prælati Regulares, cap 28 q. 1. per totam à n 1 p. 562
Ab infamijs ortis ex delicto à quo non poſſunt abſoluere, vel ſpecialiter reſeruatis, vel deductis ad forum contentioſum non liberant Prælati Regulares, c. 38 à n. 2 pag 564
Infamia tollitur per reſtitutionem in integrum, ibid. nu. 14 pag. 663

I N F I R M V S.

Infirmi valetudinarij ſunt ineligibiles, cap. 25 numer 322 pag 424
Infirmorum electio non eſt ipſo iure, & facto nulla, ſed annullanda, cap. 25 nu. 329 pag. 425
Infirmitas, quæ non eſt incurabilis non reddit aliquem ineligibilem ad officium perpetuum. In Regularibus, apud quos officia ſunt temporanea, & breui tempore durantia infirmitas quatuor, vel ſex menſium reddit ineligibilem, ibid. numer 331 p 425
Infirmitas ſuperueniens Prælato confirmato non reddit eum, vel abſoluendum, vel ad renunciandum obligatū, ibid. 332 pag. 425
Infirmus taliter, quod ſit ineligibilis vt reddatur eligibilis, debet probare ſanitatem, ibid. n. 333 p. 425
Infirmus, qui ſolo decurſu temporis ſanare non poteſt, nõ eſt eligibilis, ibid n 333 pag. 426
Vide v. priuatio vocis.

I N H A B I L I S.

Inhabiles an ſint vocandi ad electionem. Vide v. vocatio.
Inhabiles admiſſi an vitient electionem, c. 14 n. 23 p. 259. Et v. excommunicatus.
Inhabilis quando poſſit eijci, cap. 14. q. 6. per totam à nu. 26 pag. 252
Inhabilitas non eſt ſuſpenſio, cap. 25 n 602 p. 479
Inhabilitas & priuatio vocis non ſunt cenſura, neque irregularitas, cap. 28 n. 17 p. 566
Inhabilitatis pœna qualiter tolli poſſit per Epiſcopos, & Prælatos Regulares, cap 28 q 2 per totam an. 15 p. 565

I N I V S T I T I A.

Iniuſtitia non colligitur ex eo quod Dominus mandet aliquid diſtribui ad vtilitatem aliquorum, cap. 7 num. 385 pag. 164
Iniuſtus non eſt, qui rem diſtrahit, ſed non eo modo quo vult Dominus, ſi Domini mandatum non fuit factum intuitu iuſtitiæ, ſed alterius virtutis cap. 7 num. 383 & num. 385 pag 164
Iniuſtitia aperta eſt coarctare electionem ad certum numerum perſonarum, cap 2 n. 27 p 17
Iuſtitia commutatiua non eſt hominis ad Deum, cap. 7 n. 385 p. 164
Iniuſta diſtributio non inducit de ſe obligationem reſtituendi, c. 25 n. 189 p 639
Iniuſtus diſtributor ex multiplici virtute tenetur damnum reparare, cap. 30 n. 195 p. 641
Iniuſtus, & infidelis diſtributor beneficiorum Eccleſiæ tenetur ex iuſtitia officij ſui ad Chriſtum conſeruare, & reddere Eccleſiam indemnem, & ideò ad reparanda omnia damna, quæ ex mala diſtributione proueniunt, cap. 30 n. 203 p 643
INQVISITIONI ſeu S. Officio inſeruientes non dicuntur extra Clauſtra manere ad effectum habendi vocem actiuam in Ordine Prædicatorum, etiam ſi inſeruiat quis Cardinali ex Congregatione S. Officij, cap. 10 nu. 123 pag 208

I N S T A R E.

Inſtare dicitur in Ordine Prædicatorum electio Prioris per duos menſes ante completum tempus Prioris præſentis, ſi loquamur de mutatione fratrum, ſi verò de priuatione vocis per ſententiam, dicitur inſtare electio Prioris per menſem tantum, qui eſt datus electoribus ad eligendum, cap 3 n 8. 9 p. 32
Inſtare dicitur in eodem Ordine electio Prouincialis, quãdo actualiter Prouincia eo caret, cap. 3 n. 15 p 33
Inſtare dicitur in eodem Ordine electio Generalis, quando actualiter ordo caret Magiſtro, cap. 3 n. 15 p. 34
INTENTIONIS fundamentum à quocumque aliquid prætendente debet, priùs eſſe probatum, & concludenter, cap 14 num 44 p. 263

I N T E R D I C T V M.

Interdictum eſt duplex locale, & perſonale, cap. 25 n 474 pag 457
Interdictum loci non eſt ſeruandus, nec perſona aſſerenda talis, niſi ipſa vel locus ſit denunciatus interdictus, c. 25 num 498 p 458
Interdicti electio nulla, etiam independenter ab irregularitate,

Digitized by Google

tate, & afficient moniales, cap. 25 à n. 494. pag. 457
Interdictum violantes ineligibiles, & irregulares, cap. 25 n. 497 p. 458
Intrusus in beneficio quis, & qualiter incapax beneficiorum. cap. 33 n. 16 p. 689
IRACVNDVS quomodo non eligat, cap. 10. numer. 14 pag. 190

IRREGVLARIS.

Irregularis poteſt eligere, cap. 10 à num 102 pag. 205
In irregularitate locutio habet extrau. ad euitanda, cap. 10 numer. 106 pag 206
Irregularitas non incurritur, niſi in caſibus à iure expreſſis, cap 25 n. 169 p. 391
Irregularis nullo iure Canonico eſt ineligibilis, ſed tantũ per conſequens, quia ſcilicet impeditus ab exercitio ordinum, cap. 25 num. 506 pag 459
Irregularis ex homicidio voluntario eſt perpetuo inhabilis ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum etiam ſimplex, capit. 25 numer. 505 pag. 459
Irregularis non debet eligi ad Prælaturas Regulares, c. 25 num. 506. pag 459
Irregularis ſolum partialiter, vt puta ad Epiſcopatum, poſt ſuſceptum ordinem, incurſa irregularitate abſque culpa non impeditur à conſequendo beneficio talem ordinem non requirente, cap 25 n. 508 pag 460
Irregularis per ſe, & ſpectata inſtitutione irregularitatis, beneficiorum non eſt incapax, cap. 25 num. 511 p. 461
Irregularis non priuantur beneficijs acquiſitis, ibid.
Irregularis electio nullo iure decernitur ipſo facto irrita, ibidem.
Irregularis promotio in Cathedralibus & Collegiatis qualiter irrita, cap 25 numer. 518 pag. 462
Irregularitas eſt grauiſſima pœna, & multoties abſque culpa incurritur. & ideò non debet ei tribui effectus, qui in iure non ſint expreſſi, cap 25 nu. 512 pag 461
Irregularis an teneatur relinquere beneficium, cap. 25 num 519 pag 662
Irregularis non priuatur vſu iuriſdictionis, & poteſt eligi in Diſcretum Socium, & Diffinitorem, cap. 25. nu. 520 pag 462
Irregulares poſſunt validè eligi in Diffinitores, & Electores Generalis, cap. 37 n. 21 p. 774
Irregularitas non conuenit mulieribus, capit. 40 numer. 8 pag 783
Irregularitas non priuat actiua voce, ibid.
Irregularitates à iure enumerantur, cap. 27 nu. 11 pag 545
Irregularitas non incurritur ex delicto famoſo non notorio ſed ex notorio, cap 25 nu. 556 pag 471
Irregularitas non contrahitur pro delicto non notorio, vel in iure, vel in facto, niſi pro eo ſit lata à iure expreſsè irregularitas, cap 25 nu 558 pag 471
Irregularitas quomodo, & à quibus diſpenſari poſſit, Vide quæſt. 1. 2. 3. & 4. cap. 27 num. 1 pag. 541.
Irregularitas quare ferat ſecum executionem, cap. 25 nu. 622 pag. 485
Irregularitas eſt reſeruata, ſi eſt reſeruata abſolutio à delicto, cap 27 n. 16 p. 544

IVDEX IVDICIVM.

Iudicij ſubſtantialia (licet non apices) à Regularibus ſeruanda ſunt, & quæ de iure diuino, naturali, & gentium cap. 2 num. 71 pag. 26 & cap. 25 n. 600 p. 479
Iudicij ſubſtantialia de iure naturali ſunt, quod puniendus deliquerit; quod delictum ſit deductum ad forum contentioſum iudiciale, & probatum, & quod ſit citatus, & auditus reus, cap. 2. n. 72. p. 26. & cap. 25. n. 101. p. 479
Iudex legitimandorum vocalium non debet procedere via facti, ſed vel via iuris, vel via notorij, & quomodo ſe gerere debeat. Quæ cauere, ne præiudicet tertijs. cap 14 n. 52 pag. 264 Vide v. votum.
Iudex ſententiam à ſe latam non poteſt reuocare, cap. 14 num. 13 pag. 265
Iudex iſte debet demandare executioni litteras Superiorũ circa vota, & præcipuè Apoſtolicas, cap. 14 numer. 54 pag. 265
Iudex, ſeu Præſes Capituli electionis non poteſt ordinaria auctoritate cognoſcere de valore literarum Apoſtolicarum, ſed debet eas executioni demandare, cap. 14 n. 60 pag 266
Iudices vocum in Ordine Prædicatorum, quam auctoritatem habeant? cap. 14 n. 65 p. 267
Iudicum diſtinctio in habentes iuriſdictionem & habentes tantum notorium, cap. 14 n. 67 p. 267
Iudices vocum in Ord. Præd. non habent iuriſdictionem. cap. 14 nu 67 pag. 267. Et ſunt veluti iudices pedanei. cap. 14 num 70 pag. 268
Iudices titulorum habentes annexum votum ſunt in Ordine Prædicatorum Præſes Capituli cum Concilio Patrum. ibid. num. 70 pag 268
Iudicum horum officio in Ordine Prædicatorum poteſt fungi Prouincialis, ſeù Vicarius Prouinciæ. ibid. nu. 75 pag. 269
Iudex delegatus non poteſt vltra terminus reſcripti. ibid num 72 pag 286
Iudicium, ſeu ſententia lata per proceſſum fabricatum via exceptionis non infamat, neque eo punitur reus pœna ordinaria, atque dicitur ſententia interlocutoria. ibid. num. 632 pag. 488
Iudicis officium quieſcere non debet, vbi adeſt periculum animæ. 8 cap. 33 nu. 96 pag. 707
Ad iudices inferiores non licet appellare omiſſo medio. cap. 34 num. 73 pag. 744. Licet tamen in pluribus caſibus. ibid. num. 74. Et valet appellatio parte non obſtante ibid. & facilius admittitur talis appellatio in Religionibus. ibid. num 75

IVRAMENTVM.

Iuramentum præſtare non tenentur ſcrutatores. capit. 18 num. 4 pag 295
Iurans eligere meliorem non comprehendit ſe ipſum, cum in generali ſermone perſona loquens non comprehendatur. cap. 22 num 36 pag 334
Iuramentum impoſitum de faciendo aliquid ſupponit obligationem faciendi illud. cap. [illegible] num. 68 pag. 609.
Iuramentum an præſtandum ab electoribus. cap. 18 nu. 59 pag 307
IVRISDICTIO Quid ſit. cap 30 num. 127 pag 624

I V S.

Ius eligendi eſt publicum. cap. 11 num. 16 & 18. p. 215 & num. 83 pag 226
Ius eligendi non eſt per ſe annexum alteri officio, niſi ex lege ſpeciali. cap. 11 num. 31 pag. 217
Iuri ſuo quilibet renunciare poteſt. cap 2 nu. 61 pag 23
Iure ſuo vtens, & faciens, quod ſibi non eſt prohibitum, nulli facit iniuriam. cap. 3 nu. 106 pag. 54
Ius ad beneficia nullus etiam ſi digniſſimus habet. cap. 30 nu. 142 pag. 628
Iure ex dubio nemo debet immitti in poſſeſſionem in præiudicium legitimè poſſidentium. cap. 14 nu 44 pag. 263
Iuri quod quis habet ad agendum pro irritatione contractus minus ſolemnis nullus poteſt renunciare. cap 9 numer. 27 pag. 178
Ius eligendi non eſt fructus beneficij. cap. 8 nu. 94 pag. 204
Iuris regula eſt. Satius eſſe nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare. cap. 25 nu 168 pag. 391
Iuris regulæ v. verbo Lex.
Ius eligendi Prælatos inferiores Papa eſt Eccleſiaſticum, & Eccleſiæ à Papa conceſſum. cap. 1 num. 16 & 20. nu. 3
Ius prouidendi Eccleſiæ eſt ab eo, qui Eccleſiam inſtituit. cap. 1 nu. 17 pag. 3
Ius eligentium eſt poſterius eligibilitate huius, vel illius. cap. 2 nu. 52 pag. 21
Ius Canonicum, vt contrà ipſum præſcribatur, requirit,
vt

Digitized by Google

vt adſit bona fides, & titulus. cap. 3 n. 31 pag. 37
Ius Commune Canonicum requirit tempus 40. annorum, vt contrà illud præſcribatur; contrà Eccleſiam verò Romanam tempus centum annorum. cap. 3 nu. 32 pag. 37
Ius melius attendi debet in Beneficialibus, magis quam poſſeſſio. cap. 14 num. 62 pag. 264
IVS PATRONATVS Mixtum cenſetur laicum. cap. 30 num. 87 pag. 624
In iure patronatus qualiter præſentatus examinandus. capit. 30 nu. 111 pag. 622

I V S T I T I A.

Iuſtitia commutatiua nō eſt inter Deum, & homines. cap. 7 num. 384 pag 164
Iuſtitia commutatiua importat imperfectionē in ſubiecto, & ideò non datur inter Deum, & hominem, inter Papam, & Chriſtum. cap. 30 a num. 197 pag 642
Iuſtitia diſtributiua non dat ius, nec in re, nec ad rem ei, cui præcipitur diſtribui. cap. 30 num. 189 pag 640
Ex iuſtitia commutatiua non tenentur diſtributores beneficiorum ad illa diſtribuenda dignis, vel dignioribus. cap. 30 quæſt. 17 per totam à nu. 187 p. 639
Iuſtitia ex quo diſtributor beneficiorum tenetur habet modum iuſtitiæ commutatiuæ. cap. 30 num. 202 pag. 642

L

L A I C V S.

LAicus non poteſt habere vocem in electione Canonica, nec etiam per conſuetudinem. cap. 8. nu. 10 & 11. pag 80 & c. 10. n. 17 pag 190
Laico, quæ poſſint competere in electione. cap. 8 a nu. 10 pag. 176
Laicus poteſt vt faueat adeſſe electioni. cap. 10 numer. 19 pag. 190

L E C T O R E S.

Lectores primi (non alij) habent in Ordine Prædicatorum vocem in electione, licet de nouo ſint aſſignati. cap 3 n. 81 pag. 49 & cap. 10 num. 112 pag. 207
Lectorum aſſignationes ſunt aſſignationes ſimpliciter, & non ad officium; & ideò habent vocem ſtatim ac ſunt in Conuentu, etiamſi nondum incipiat eorum officium. cap. 3 num. 95 & 98. pag 52
LEGISLATORES. Rariſsimos caſus non reſpiciunt. c. 25 num. 282 pag 416
Legislator poteſt per legem pœnalem obligare in conſcientia ad ſuſtinendam pœnam, & eam exequendam antè ſententiam. cap. 25 num. 606 pag 481

L E G I T I M I.

Legitimi dicuntur iſ filij omnes, qui naſcuntur ex vero Matrimonio, vel illud ſit Sacramentum, vel non, vt inter Infideles. cap 25 nu. 108 pag 378
Legitimi dicuntur iure Canonico, qui nati ſunt ex matrimonio, licet nullo, tamen bona fide pro vero reputato, etiamſi poſt contractum parentes dubitaſſent de eius validitate, vel ſi vnus Coniugum ignoraſſet nullitatem, alter verò non cap. 25 nu. 109 pag 378
Legitimi dicuntur, qui nati ſunt ex viro Sacris initiato, vel Religioſo profeſſo de licentia vxoris, & ex eius Coniuge, etiam ſi ipſa eſſet Religioſa profeſſa, non tamen ſi ingreſſi fuiſſent Religionem antè Conſummatum Matrimonium; & ſi vir initiaretur Sacris rato non conſummato matrimonio, & filios ex vxore procreaſſet, etiam illi eſſent legitimi. cap 25 num 109 pag. 379
Legitimi dicuntur, qui procreantur ex parentibus ignorantibus nullitatem nedum, ignorantia facti, ſed iuris, quæ licet difficilis, eſt tamen poſsibilis. cap. 25 nu. 110 pag. 379
Legitimi dicuntur, qui licet geniti ex copula illicita, tamen legitimantur per ſubſequens matrimonium, quando illud poterat legitimè contrahi tempore geniti filij, etiamſi conditio parentum ſit valdè inæqualis, vel adſit impedimentum non tamen dirimens, vel mediauerit aliud Matrimonium inter copulam fornicariam, ex qua genitus fuit ille filius, & matrimonium poſteà cum matre contractum, etiamſi ratum tantum, & non conſummatum, vel celebratum in articulo mortis. cap. 25 à nu. 116 pag 380 381.
Legitimi per ſubſequens matrimonium ſunt verè, & propriè legitimi à iure, ſed talis legitimatio eſt fictio iuris. cap. 25 à num. 128 & 129. pag. 382
Legitimi hoc modo, ſi antè Matrimonium contractum à parentibus obtinuerint aliquod Beneficium, ipſum licitè non poſſunt retinere, nec etiam poſt Matrimonium contractum. cap. 25 num. 132 pag. 382
Legitimi dicuntur filij ſuſcepti à Religioſo, & Moniali intrà annum probationis, ſi ſubſequatur inter eos Matrimonium, & ſimiliter filij Clericorum Beneficiatorum, vel in Minoribus conſtitutorum, & etiam Commendatorum Ordinum militarium, qui aliàs poſsunt contrahere. cap 25 à numer. 120 pag 381
Legitimi per ſubſequens Matrimonium, qui tempore conceptionis ſunt ſuſcepti à parentibus valentibus contrahere validè Matrimonium, licet tempore natiuitatis eorum non poſsent. cap. 25 n. 136 pag. 383
Legitimi per ſubſequens Matrimonium, licet abſque Diſpenſatione ſint habiles ad Epiſcopatum, non tamen ſunt ad Cardinalatum. cap. 25 num 153 pag. 386
Legitimi etiam dicuntur, qui nati fuere à muliere paſſa vim à Tiranno vel altero. cap. 25 num 137 pag. 384
Legitimi dicuntur filij nati ex parentibus, qui ignorantes impedimentum dirimens poſteà Matrimonium contraxerunt eodem impedimento, & ignorantia durante, ſi tamen Papa diſpenſet ſuper impedimento, & legitimet prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam. cap. 25 numer. 142 143. pag. 384
Legitimi filij Clericorum non poſſunt de Iure Communi ſuccedere patri immediatè in eodem Beneficio indiuidualiter, ſed mediatè. cap. 25 num 222 pag. 404
Legitimus filius filij illegitimi alicuius Clerici, & ideò nepos eiuſdem poteſt obtinere Beneficium Aui Clerici. cap. 25 num. 238 pag 408
Legitimatio magis ſe extendit, quàm diſpenſatio ſuper defectu natalium, quià illa eſt totalis diſpenſatio. capit. 25 num. 306 pag 421
Legitimatus à Principe ſeculari non habilitatur ex hoc ad Ordines, vel ad Prælaturas, ſed requiritur legitimatio ab habente authoritatem, & facultatem Eccleſiaſticam. cap. 25 num. 307 pag. 421
LESÆ Maieſtatis humanæ crimen non facit argumentum ad crimen leſæ Maieſtatis Diuinæ, ſicut nec à crimine grauiori ad minora cap. 25 num. 96 pag. 374

L E X.

Lex Canonica efficax obligat ad ſe recipiendum, & plura de hoc, cap. 5 q. 3 per totam à n. 31 p. 72
Lex politiua, directiua eſt in his quæ ſint iuris naturæ; cap. 34 num 59 pag. 741
Lex naturæ petit, vt geſta lite pendente ſint diſſolubilia, cap. 34 num. 43 pag 739
Leges intellectu difficiles, cap. 5 n. 27 pag 71
Legis rationem deducere ex coniecturis eſt fallax, cap. 5 num. 28 pag 71
Legis extenſio quando locum habeat, cap. 5 q. 2 per totam a n. 12 p 67
Lex vim habet ex voluntate legislatoris, quæ non ſe extendit ad non expreſſa, cap. 5 n. 12 p 67
Lex prohibens aliquid ad vitandam fraudem non comprehendit impeditos, cap. 3 num 67
Lex inſtituitur, dum publicatur, cap. 3 num. 56
Lex Canonica publicata Romæ obligat mundum, capit. 3 num. 56
Legis anima eſt ratio, quæ ad condendam legem mouet

Digitized by Google

legiſlator, cap. 5 num. 11 p. 67
Legis obligatio ex ſola ſimilitudine rationis non ſe extendit ad caſus non expreſſos ſub ſignificatione verborum legis. Et tamen extendit ſe quo mens & voluntas legiſlatoris expreſſa ſe extendit, capit. 5 numer. 12. pag. 63
Legis ratione ceſſante, ceſſat lex, cap. 5 num. 17 p. 68
Legum correctio eſt ſtricti iuris, & ideò in ea non habet locum extenſio per ſimilitudinem rationis, cap 5 nu. 19 pag. 69
Legis ratio vbi eſt eadem, eadem & debet eſſe legis diſpoſitio, cap. 5 num. 20 pag. 69
Legis ratio, & finis, vt extendatur ad identitatem rationis non eſt ſumendus vniuerſaliſſimè, ſed de fine adæquato, & particulari, cap. 5. n. 21 pag. 71
In legem committit, qui verba legis complexus, contra legis nitur voluntatem; & explicatur axioma, capit. 5 num. 25 p. 70
Legis verba ſtrictè ſunt interpretanda, vt potiùs excludatur pœna, cap 10 n. 104 p. 206
Lex prohibens actum aliquando neceſſarium, aliquando vtile, & aliquando malum ex abuſu, non prohibet illũ actum, vt eſt ex virtute, cap. 5 n. 100 p. 85
Legis extenſio ex ratione legis ſumenda, cap. 6. a num 3 pag. 86
Legiſlatoris mens attendenda, non ſolum verba, capit. 6. num. 4 pag 86
Lex poſitiua ſatis reſiſtit abuſui illum puniendo, & refundendo onus probandi non abuſum in operantes, cap 5 num. 101 p. 85
Leges, & Canones inducunt ad opera ſpiritualia, etiam ob mentem rei temporali, cap 7 n. 88 p. 117
Legum axiomata ſunt.
Quod in obſcuris reſpici ſolet, quod veriſimilius eſt, aut quod plerum fieri ſolet, cap. 25 num. 167 p. 390
Quod lex non obligat ad impoſſibile, cap. 3. n. 41 p. 182
Quod neceſſitas non habet legem, cap. 9. n. 41 p. 182. Vbi alia de neceſſitate.
Quod odia ſunt reſtringenda, & pœna non irrogatur, niſi expreſsè lege caueatur, cap. 25 n. 321 p. 422
Quod qui ſemel fuit poſſeſſor ſemper præſumitur talis, niſi probetur contrarium, cap. 25 n. 333 p. 425
Quod quæ contra ius fiunt, debent pro infectis haberi. Et vide explicationem, cap. 9 à n. 7 p. 173
Lex pœnalis puniens ſcientes non afficit ignorantes, c. 25 num. 476 p. 453
Prohibitus ab vno eſt prohibitus ab annexo, cap. 25 n. 505 p. 459
Quod minimum, & modicum pro nihilo reputatur, cap 9 num. 38 pag. 181
Quod ſemel malus ſemper præſumitur malus, n. 25 n. 640 pag. 489
Quod illud eſt moraliter impoſſibile, quod eſt impoſſibile haberi abſque magna difficultate, cap. 30 numer. 184 pag. 637
Quod id, quod eſt à principio nullum, tractu temporis non conualeſcit, cap. 29 n. 66 p. 588
Quod. Odia ſunt reſtringenda. Neque in materia odioſa fieri poteſt extenſio etiam ex generica identitate, immò nec ex maioritate rationis, cap 25 n. 282 p 416
Quod nuptiæ inuitæ malos ſolent habere prouentus, cap. 33 n. 126 p. 715
Quod vbi agitur de pœna niſi conſtet eam imponi, non debet admitti vt impoſita, nec irrogantur, niſi expreſsè iure caueatur, cap. 10 n. 104 p. 260 & cap. 31 num. 16. pag. 664
Lex, præceptum, aut ſententia legitimi Superioris in dubio ſemper præſumitur iuſta, & valida. cap. 2 numer. 82 pag. 28
Lex diuina magis ligat, quam humana. cap. 2 nu 48.
Lex Canonica Romæ publicata de natura rei obligat totũ Mundum, non tamen eos, ad quorum notitiam nondum venit, cap. 3 num. 65 p. 43
Lex vt obliget requirit promulgationem, cap. 3 n. 56 p 43 & cap. 5 nu. 12 p. 67
Lex pœnalis non ſe extendit ex ſimilitudine rationis de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, cap 5 n 19 pag 69
Lex pœnalis non eſt priuilegium, cap. 5 n. 7 p 64
Lex pœnalis prohibens actionem de ſe indifferentem, eo quia mali ea abutuntur, non ſe extendit ad laudabilem vſum talis actionis, cap. 5 n. 100 p. 85
Lex pœnalis quando ferat ſecum executionem, cap. 25 n. 623 p. 484
Lex importans pœnam ipſo facto qualiter obliget in conſcientia, cap. 25 q. 41 per totam, a n. 605 p. 481
Lex pœnalis benignè eſt interpretanda, cap. 5 numer. 101 pag. 85
Lex interpretanda vt excludat pœnam, cap. 10 num. 104 pag. 206
Lex pœnalis omnis eſt ad fauorem Eccleſiæ; non tamen ex hoc latè interpretanda, ſeù extendenda contra iuris diſpoſitionem. cap 25 num. 516 pag. 462
Lex pœnalis merè pœnam priuatiuam, & non merè priuatiuam imponens: Non admittitur diſtinctio iſta. cap. 25 num. 611 pag. 482
Lex pœnalis per ſe, & abſolutè, ac formaliter non fert ſecum executionem. cap 25 num. 610 pag. 482
Lex pœnalis quatenus pure priuat incurritur ipſo facto. cap. 25 num. 617 pag. 483
Lex extenditur ex identitate rationis, quantum ſe extendit ratio legis; ſi expreſſa. cap. 5 n. 20 & 28. pag. 69 71.
Lex, quæ ſtatuit aliquid pro vna Religione, regulariter loquendo, non ligat alias. cap. 5 num. 30 pag. 72
Lex Pontificia ſufficienter promulgata obligat Eccleſias ad ſui receptionem, & dicitur executa. cap. 5 num. 33 pag. 73
Lex Pontificia poſitiua poteſt aboleri, & ei derogari per conſuetudinem legitime præſcriptam ſpatio 40. annorum, & ex rationabili cauſa inductam. cap. 5 à num. 36 pag. 74
Lex nequit vniuerſaliter prohibere, quod ſæpiſſimè eſt neceſſariò agendum ex virtute. cap 5 num. 101 pag. 85
Lex tantùm ſe extendit, quantum finis legis. pag. 6 num. 4 pag. 86
Lex iuſta ſeruari debet. cap. 7 num. 70 pag. 113
Lex naturalis quandò concedit actionem, ſed prohibet modum non eſſentialem, non irritat actionem, ſi fiat ſine illo modo. cap. 1 num. 293 pag 151
Lex Canonica ex hoc quod prohibet actum, illum non irritat, niſi expreſsè, vel æquiualenter irritum fore, & nullum decernat. Et ibi multa exempla. cap. 9 num. 3 pag. 172
Lex Canonica quandò irritet actum. cap. 9 nu. 6 pag. 173.
Lex Ciuilis obligat etiam in Conſcientia. cap. 9 numer. 19 pag. 176
Lex irritans actum ipſo facto pertingit etiam ad forum cõſcientiæ ſaltem inficiendo obligationem naturalem, & ſubſtantiam actus, vt iuſtè per Iudicem poſſit irritari. cap. 9 num. 24 pag. 177
Lex vbi non irritat actum ipſo iure, Iudex poteſt in pœnam actum irritare, & annullare. cap 9 nu. 24 pag. 178
Lex poſitiua, quod valeat obligare ad impoſſibilia, rationi repugnat. cap. 9 num. 41 pag. 182
Lex aliquod ſtatuens pro forma ſubſtantiali actus, ſi illud non poteſt moraliter ſeruari, adhuc actus eſt validus. cap. 9 num. 41 pag. 182
Lex poſitiua inducens formam agendi debet & ipſa Regulari Epicheia. cap. 9 num. 43 pag. 182
Lex poſitiua inducens formam agendi tunc cenſetur inducere formam ſubſtantialem actus præcepti, quando in lege eſt decretum irritans actum, & nullum illum redd-

dens

dens abſque ea forma. cap.9.num.454.pag.183

Lex Superioris non poteſt per ſtatutum inferioris vel infringi, vel alterari. cap.9 num.67 pag.187

Lex municipalis ſemper debet interpretari, vt minus repugnet iuri communi cap.10. num.85 pag 203

Lex imponens pœnam latæ ſententiæ hunc effectum ſaltem habet, quod vbi crimen opponitur, ſententia retrotrahitur ad diem commiſſi criminis. c.10

Lex humana non intentionem, ſed opus externum præcipit, vel prohibet. cap.16 num.10 pag 285

Lex pœnalis non patitur extenſionem, niſi ad expreſſa in iure. cap.25 num.96 pag.374

Lex puniens delictum patris non præiudicat filio, niſi in caſibus à iure expreſſis. cap.25 num.96 pag.374

Lex prohibens aliquid ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſeù alterius Cenſuræ ſtatim à puncto commiſſi criminis obligat ea vſu Eccleſiæ delinquentem in conſcientia. cap.25 num.607 622 pag 481 481.

Lex priuans hæreticos bonis non priuat poſſeſſione eorum niſi poſt ſententiam, quæ retrotrahitur ad diem commiſſi delicti. cap.25 num.609 pag.482

Lex Canonica non obligat cum periculo mortis, cap.29 num.41 pag.578

Lex naturalis obligat etiam cum periculo grauis damni. cap.29 num.52 pag.582

Lex correctionis fraternæ extrà caſum extremæ neceſſitatis proximi non obligat cum valdè graui damno, ſed obligat cum aliquali diſpendio. cap.29 nu.52.pag.582.

Lex Canonica vbi ſimpliciter prohibet actum, actus ille non eſt ipſo iure nullus capit.29 num.65 pag.586

Lex aliqua iuſta non poteſt dari, per quam decernatur poſſe eligi minùs dignum omiſſo digniori poſſibili haberi. capit.30 num.144 pag.618

Lex coarctans electionem ad certum genus perſonarum reſpicit vtilitatem Eccleſiarum, & ideò poteſt eſſe iuſta, & aliquandò, omnibus penſatis, magis vtilis. capit.30 num.145 pag 618

Lex ſtatuta à fundatore Beneficij, quod illud conferatur certis perſonis, vel de familia, vel de Conſanguinitate, vel de natione, vt iuſta admittitur in Beneficijs ſimplicibus, in Curatis verò non, niſi magna neceſſitas, ſeù vtilitas Eccleſiæ id permittat. cap.30 num.148 pag 619

Legi qualis vſus deroget. cap.7 num.376 pag.162

LIBERTAS tollitur, ſi ab extrinſeco homo cogatur. cap 2 num 3 pag.13

LITERÆ Superiorum augentes vota in electionibus, ſeù dantes vocem alicui debent regulari, ſicut literæ Apoſtolicæ. cap.14 num.61 pag 266

L O C V S.

Locus in electionibus non eſt de ſubſtantia earum, licet debeant fieri in loco honeſto, & conſueto. capit. 12 nu.1 pag.236

Locus electionum eſt ambitus Eccleſiæ viduatæ (ſi tutus) & Præter non poteſt deputare electioni locum, extrà ipſum; cap.12 à num.2 pag.236

Locus verò loci, debet aſsignari per Præſidem, cui conuenit conuocare Collegium cap.12 num.7 pag.238

Locus electionis ſemper debet eſſe tutus, etſi talis non ſit, maior pars non poteſt cogere minorem ad accedendum ad eum. cap 12 num.8 pag.238

Loci mutatio dum non ſit in domo Principis, vel in loco inhoneſto, non eſt peccatum, nec reddit electionem, vel nullam, vel annullandam. capit.12 nu.12 pag.239

Locus interdictus poteſt eſſe aptus electioni, etiam Papæ, licet prohibeatur hæc ibi fieri. cap.12 num.16 pag.240

M

MACHINATIO fit arte vel dolo, & eſt ex cogitatio ad decipiendum. cap.3 num.52 pag.41

MAGISTRATVS Quatuor modis creantur. cap.1 nu.3 pag.2

M A G I S T E R.

Magiſter Ordinis Prædicatorum poteſt diſpenſare ad habendam vocem actiuam in electionibus, his, qui manent extrà Clauſtra, non tamen his, qui ad Beneficia ſecularia ſunt aſſumpti. cap.10 num.124 pag 208

Magiſter in Theologia de nouo inſtitutus, ſeù acceptatus, ſi eſt in poſſeſſione Magiſterij, vt v. g. admiſſus ad locum ſolitum Magiſtris, dicitur, & eſt poſseſsor iuris eligendi. cap.14 nu.39 pag.261

Magiſter Sacri Palatij poteſt eſſe Diffinitor Capituli Generalis. cap.35 à num.1 pag 748

MALVS Semel ſemper præſumitur malus. cap.25 n 640 pag.489

MANERE Extrà Clauſtra qui non dicantur ad non habendam vocem actiuam, & quomodò intelligatur; & limitetur. pag.10 à num.117 pag.208

MATRIMONIVM Initum contrà fidem ſponſalium eſt prohibitum, & tamen non eſt nullum. cap.29 num.65 pag.586.

A Matrimonio ad electionem quando non valeat argumentum. cap.3 nu.14 Matrimonium Clandeſtinum nullum in foro conſcientiæ. cap.9 num.30 pag.179

M E T V S.

Metus non facit inuoluntarium, niſi ſecundum quid, ſed voluntarium abſolutè. cap.4 num.1 pag 56

Metus iuſtè incuſſus non lædit, ſed fauet electioni, & contractui. Et plura de metu iuſto. capit.4 numer. 3 pag.56

Metus cadens in conſtantem virum incuſſus iniuſtè vitiat electionem, quæ ex hoc venit quidem irritanda, ſed non eſt nulla, cap.4 à num 7 pag.57

Et plura de vi quam habet, vel non habet metus ad irritandum contractus.

Metus incuſſus vni, vel alteri electorum non reddit electionem irritandam, in electio talis euadat virtute illius voti, & metus ſit formaliter incuſſus ad extorquendum votum illud vel affirmatiuum vel negatiuum non alia de cauſa. cap.4 à num.18 pag.59

Metus ſuſpicio in electione excluditur ex præſentia Superioris & Iudicis, ſi vel ipſe non ſit, qui metum incutiat; vel incutiens metum tantæ ſit authoritatis, vt etiam Superiori illum incutiat cap.4 num.24 pag.61

Metus cauſa, quantum durat cauſa timoris vel impedimenta illata per metum, etiam dato quocumque interuallo temporis. cap.4 num.25 pag 61

Metum iniuſtum incutiens ad reſtitutionem tenetur, quia facit iniuriam. cap.4 num.23

Metus grauis incuſſus à ſpectatoribus in electione dat iuſtam cauſam appellandi ab eis, & eos reijciendi. cap.4 num.26 pag.61

Metus leuius non reddit electionem irritã, nec irritandam. cap.4 num.27 pag.62

Metus reuerentialis purus non mixtus timore alicuius damni, auget potiùs, quàm minuat libertatem electionis. cap.4 num.28 pag.62

Metum reuerentialem mixtum timori ſubditis electoribus incutiens ſuperior iniuſtè agit, & violentat. cap.4 nu.30 pag.62

Metus cadens in conſtantem virum excuſat electorem, ſi eligat minùs dignum alio, ſecus verò, ſi relicto digno eligit indignum. cap.30 num.184 pag.637

Metus cadens in inconſtantem virum quomodo excuſet a peccato ſaltem graui eligentem non ea animo indignum per votum ſuperfluum. cap.29 à num.43 pag.478

Metus cadens in conſtantem virum quomodo excuſet dimidiantem expreſſam reſponſionem. cap.29 à num.46 cap.579

MINIMVM, Et Modicum pro nihilo reputatur, & illud cenſendum modicum, quod omiſſum, vel alteratum

ad finem, & mentem legis parui valdè, vel nullius momenti eſt. cap. 9 num. 38 pag. 181

MODERATORES Studiorum generalium in Ordine Prædicatorum qui ſunt Regens, Baccalaureus, & Magiſter Studentium, an aſſignentur valide intra bimeſtre electionis. cap. 3 num. 97 pag. 52

MODVS Eſt omnis qualitas adiecta diſpoſitioni. capit. 7 num. 33 pag. 164

MONARCA prouidet ſibi de Miniſtris. capit. 1 num. 17 pag. 3

M O N I A L I S.

Moniales in odioſis non veniunt nomine Religioſorum, quia Maſculinum in his non comprehēdit fœmininum, cap 6 num 41 pag 92

Monialium Abbatiſſa, ſeù Prioriſſa non habet prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione. cap. 9 numer. 56 pag. 185

Monialium Abbatiſſa, ſeù Prioriſſa habet poteſtatem dominij, & eſt verè Superior, licet non habeat poteſtatem iuriſdictionis. cap. 25 num. 344 pag. 428

Moniales ſubiectæ Ordini Prædicatorum non poſſunt ſuffragium actiuum in electionibus dare, niſi poſt duodecim annos à profeſſione. cap. 10 num. 56 pag. 197

Monialium Abbatiſſa, ſeù Prioriſſa debet eligi duobus Sacerdotibus Epiſcopo aſſiſtentibus, & Notario. cap. 16 num. 40 pag. 283

Monialis illegitima non poteſt eligi in Abbatiſſam, ſeù Prioriſſam. cap. 25 num. 163 pag. 389

Monialium Abbatiſſa, ſeu Prioriſſa non poteſt eligi ſtatim ac profeſsa, ſed requiruntur octo, vel ſaltem quinque anni à profeſſione. cap. 25 num. 347 pag. 429

Monialium Abbatiſsa, vel Prioriſsa electa à maiori parte, etiamſi non habeat in acceſſu duas tertias partes, adminiſtrat, interim, dum eius electio diſcutitur. cap. 33 n. 34 pag. 693

Non eſt capax irregularitatis, quæ eſt impedimentum canonicum, quia eſt impedita & irregularis ex natura. cap. 40 num. 54 pag. 795

Non poteſt tranſire de vno ad aliud Monaſterium, nec vt ſit ibi Abbatiſsa ſine licentia Papæ. capit. 40 numer. 66 pag. 797

Admittens per vim aliquam Virginem ad Religionem eſt excommunicata. cap. 40 num. 77 pag. 799

Eligens indignam non eſt priuata voce. cap. 40 numer. 77 pag. 799

Moniales gaudent ſuorum ordinum priuilegijs. capit. 40 num. 45 pag. 793

Monialis corrupta non poteſt benedici benedictione virginali. ibid. nu. 47 Nec poteſt eligi in Abbatiſſam. ibid. num 48. Occultè tamen corrupta poteſt eligi, ibid. numer. 51 pag. 794

Mulieribus dabantur plures conſecrationes, & vela ibid num. 46 pag. 793

Monialis non poteſt transferri de vno in aliud Monaſterium, niſi ex licentia Papæ. cap. 40 num. 65 pag. 795

M V N V S.

Muneris à manu, à lingua, & ab obſequio diſtinctio ſufficiens, cap. 7. q. 5. per totam à n. 82 pag. 115 & eſt diſtinctio materialis, capit. 5 num. 181 pag. 131

Munus à manu eſt res communis, ſiue mobiliter, ſiue immobiliter porrecta, cap. 8 nu. 112 pag. 120

Munus à manu quantomagis tenue eſt, tanto peiorem ſimoniam & veram conſtituit, ſed non in foro externo, c. 7. num 114 pag 121

Munus ab obſequio eſt actus corporaliter exhibitus in bonum alicuius; & quando ſit ſimonia, cap. 7 q. 7 per totam à num. 129 pag 123

Munus à lingua eſt actus linguæ factus in alicuius commodum, vt ſunt preces, intercesſiones, laudes humanæ, & adulationes; & quando ſimoniam conſtituat, cap. 7 q. 8 per totam à num. 162 p. 128

MVTATA non cenſentur, nec præſumuntur, quæ non mutantur ſolo decurſu temporis, cap. 25 numer. 355 pag. 425

MVTVVM poteſt inducere ſimoniam, cap. 7 à num. 122 pag. 122

N

N E C E S S I T A S.

NECESSITAS legem non habet, & facit licitum, quod aliàs non liceret, immò eius cauſa rigor legis infringitur, cap. 9. num. 41 pag. 182

Neceſſitas non extrema non dat iuriſdictionem non habenti, cap. 26 num. 144 pag. 155

Neceſſitas nulla eſt, quæ Epiſcopo vt Epiſcopo det iuriſdictionem, vt poſſit Regulares à caſibus Papæ reſeruatis abſoluere, cap 26 q. 15 per totam à nu. 135 pag 533

NEGOTIA, cui abſolutè committuntur, committuntur & etiam ea, quæ neceſſariò expedienda ſunt ad negotij complementum, c. 25 n. 21 pag. 325

NEOPHITVS eſt adultus de recenti baptizatus, & eſt irregularis vſque ad tempus congruum, in quo iudicetur in fide roboratus iuxta qualitates perſonales, cap. 25 n. 62 pag 366

N O M I N A.

Nomina eligentium publicare quid ſit, cap. 17 numer. 29 pag. 289.

Nomina hæc publicari per Scrutatores, quando & quomodo prohibitum, cap. 17 num. 31 pag. 290

Nomina eligentium publicare ab ipſis electoribus antè vel poſt electionem non eſt de ſe malum moraliter, cap. 17 à numer. 35 pag. 290

Nominum eligentium publicatio electoribus in actu electionis & ſcrutatoribus eſt prohibita per Concilium Tridentinum, adeout eis ſit præceptum ſecreta conſeruare nomina eligentium, capit. 17 à num. 37 pag. 290

Nomina propria eligentium manifeſtare etiam in ſcriptis poſt electionem poteſt eſſe aliquando actus virtutis, capit. 17 numer. 44 pag. 292

N O M I N A T I O

Nominatio eſt vnus modus prouidendi Eccleſijs, & quotuplex ſit, cap. 1 à num. 48 pag. 9

Nominatio propriè eſt, quando eligentes non eligunt vnū determinatè ſed nominant duos vel tres, aut plures, vt Superior ipſe eligat, quem maluerit, cap. 1. à num. 48 pag. 9.

Nominatio apud Regulares eſt abrogata per Conc. Trid. cap. 1 num. 64 pag. 11

Nominatio facta ſecretò ad modum electionis per ſcrutinium poteſt tollerari, capit. 1 num. 64 11

Nominatio ſæpe idem quod electio, cap. 5 numer. 74 pagin. 80

N O T A R I V S.

Notarium non adhibere ad conſcribenda vota eligentium tutum eſt immò, & non debitum, quia contra textum cap. 16 num. 44 pag. 281

Notarius adhibendus in electione Abbatiſſarum, capt. 16 num. 40 pag 281

Notarius ſi adhibeatur conuenientius eſt vt in electione Regularium ſit regularis, capit. 15 num. 40 p. 281

N O T O R I V M.

Notorium triplex, cap. 25 num. 587 pag 476

Notorium iuris, & notorium facti quid ſint, cap. 25 n. 569 pag. 473

Notorium iuris parit ipſo facto infamiam iuris, cap. 25 nu. 570 pag. 573

Notorium reſpectu iudicis, & notorium reſpectu populi ad inferendam infamiam, quomodo differant, cap. 25 numer. 587. pag. 476

Notorium iuris non perficitur, niſi per ſententiam Canonicè

Digitized by Google

nicè latam, cap. 25 numer. 587 pag. 476
Notorium manifeſtum, & famoſum diſtinguuntur, & per quid? cap. 26 num. 18 pag. 500
NOCTE fieri poteſt electio, & quilibet actus non prohibitus, cap. 13 nu. 52 pag. 254

N V L L V M

Nulla ipſo iure dicitur electio dupliciter, vel quia ipſo facto nulla, vel quia ipſo iure caſſanda, cap. 12 num. 23 cap. 241
Nulla non eſt electio ea contemptu alicuius vocalis, ſed ad eius inſtantiam caſſanda, capit. 11 numer. 118 p. 234
Nullitas acquiſitionis alicuius officij ipſo iure, & facto eſt pœna grauiſſima, & non conſequitur ad prohibitionem Superioris, ſed exprimi debet in lege, cap. 25 num 311 pag. 422
Nullum, quod eſt à principio, tractu temporis nõ conualeſcit, cap. 29 num. 66 p. 586
Nullitas actus ipſo iure non eſt ſanabilis per diſpenſationẽ ſubſequentem, cap 29 n. 66 p. 586
Nulla quomodo ſit electio ſimoniaca, cap. 7 q. 14 per totam a n. 291 pag 150 & hæc nullitas non eſt pœna ſed incapacitas, n. 325 p. 155
Nullitas promotionis ſimoniacæ eſt in foro conſcientiæ, capit. 7. n. 348 p. 158
Nullitas electionis qualiter ex voto publico, vel ſignato proueniat, cap. 17 à num. 14 p. 286
Per priorem actum nullum annullantur ſequentes, non econtra, niſi per accidens, c. 7 n. 330. p. 156 & nu. 367. pag. 161
Nullitas actus non ſequitur ex eo, quod actus ſit prohibitus: quod exemplis demonſtratus, cap. 9 2 num. 6. pagin. 173
Nullus iure naturæ eſt actus, ea ſui ſubſtantia nullus, cap. 9 num. 12. p. 174
Nulla non eſt electio, ex quo ſacta contra prohibitionem, cap. 9 num. 14 p. 145
Nullitas actus ex non ſeruata ſolemnitate quomodo afficiat actum in foro conſcientiæ, cap. 9. q. 2 per totam a num. 23 p. 176
Nullitas actus ex non ſeruata forma in re minima non deducitur, ſed ſolum ſi nõ tenetur in re graui, c. 9 q. 3 per totam à n 35 p. 180
Nullitas actus ea iuſto impedimento euitatur, cap. 9 qu. 4 per totam à num. 41 p. 182
Nulla electio irritat præcedens ſcrutinium, cap. 19 nu. 33 pag. 319
Nullus actus ſubſequens irritat antecedentes, cap. 19 nu. 33 pag. 319
Nulla quomodo ſit electio amentis, cap. 25 n. 10 p. 354. & Illiterati, c. 25 n. 47 p. 362. Infidelis, c 25 nu. 56 p. 264. Et illegitimia n. 308 p. 421. Et infirmi c. 25 n. 328 pag. 424. Et Laici, cap. 25 n. 341 p. 427. Et Epiſcopi non initiati ſacris, cap. 25 num. 35 a pag. 431. Et non habentis ætatem, cap. 25 n. 442 p. 446
Nullitas ipſo iure non eſt ſanabilis per diſpenſationem, cap. 29 num. 66 p. 586
Nullitas ipſo iure non eſt pœna proportionata actui, cuius requiſita ſunt variabilia, & ex arbitrio dijudicanda, cap. 29 n. 67 p. 586
NVPTIÆ inuitæ malos ſolent habere prouentus, cap. 33 num. 27 p. 715

O

O C C V L T V M.

OCcultum dicitur, quod non eſt notorium, vel famoſum, cap. 26 n. 18 p. 500
Occultum etiã dicitur id, quod licet poſſit in iudicio probari, tamen non eſt eius orta aliqua fama, neque in iudicium deducta, cap. 26 n. 18 p. 500
ODIA ſunt reſtringenda. Et in materia odioſa non fit extenſio etiam ex generica identitate, immò nec ex maioritate rationis, cap. 25 n. 282 p. 416

O F F I C I V M

Officij nomine intelligitur omne exercitium Clericale, cap. 10 n. 89 p. 104
Officia publica quæ ſint, cap. 25 n. 93 p. 373
Officia ad quæ Regulares illegitimi ſunt inhabiles, c. 25 n. 154 p. 386
Officia habentia titulum de ſe ſunt perpetua, & ſpectato ſolo iure communi perpetua eſſe deberent, ſed ex iure ſpeciali in Religionibus non ſunt talia, cap 25 nu. 160
Officij diuini nomine quid veniat, cap. 25 n. 495 p. 457
OPINIO non ea numero opinantium ſed ea pondere rationum menſuranda, cap. 25 n. 516 p. 461
ORACVLA viuæ vocis reuocata, & quomodo intelligãtur reuocata ea, quæ habuerunt ſuum effectum tamen tractum ſucceſſiuum per tranſitum de perſona in perſonam habent, & quomodo ea confirmatione Priuilegiorum non reuiuiſcunt, cap. 27 n. 52 p. 552

P

P A C T V M.

PActum eſt plurium in idem placitum, & conſenſus, cap. 7 n. 23 p. 104
Pactum ſufficienter excludit liberam, & gratuitam donationem, & inducit obligationem repugnantem gratiæ, & liberalitati, ibid. n. 76 p 113
Pacta ligant non ſolum priuatos, ſed & Principes; debent ad vnguem ſeruari, ibid.

P A P A

Papa non poteſt ſibi eligere Succeſſorem, c. 1 a n. 4 p. 2
Papa nullus fuit in Ecaleſia, qui non fuerit vel per Chriſtũ inſtitutus, vel per Eccleſiam electus, cap. 1 n. 5 p. 2
Papa ea inſtitutione Chriſti creatur per electionem, cap. 1 num. 13 p. 3
Papæ electores deſignant ſolum perſonam, Chriſtus verò confert ei dignitatem, & poteſtatem, cap. 1 numer. 14 pag. 3
Papa poteſt de iure diuino inſtituere omnes alios Prælatos cap. 1 n. 16 p. 3
Papæ ex conceſſione duplex eſt modus prouidendi Eccleſijs, cap. 1 nu. 21 p. 3
Papa eſt Caput, Paſtor, Princeps, & Monarca Eccleſiæ, cap. 1 num. 17 p. 3.
Papa poteſt electionem Canonicam etiam ad vnum coarctare, cap. 2 n. 34 p. 18
Papa concedens alicui ius eligendi, nulli iniuriam facit, cap. 14 num. 60 p. 266
Papa concedens, vt aliquis eligi poſſit, non cogit, cap. 2 num. 36 p. 18
Papa eſt veluti fons, à quo emanat omne ius eligendi in electione Canonica; cum hoc ius nulli conueniat, niſi ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ, cap. 3. n. 35 p. 38
Papæ electio non poteſt fieri niſi in Conclaui, cap. 12 nu. 4 pag. 237
Papæ electio per vnicum Cardinalem poteſt validè celebrari, c. 11 n. 94 p 229
Papæ electio facta in loco interdicto non eſt annullanda, licet prohibita fieri, c. 12 n. 17 p. 240
Papæ electio requirit duas tertias partes, cap. 14 num. 20 pag. 258
Papa quando dicitur diſpenſare in radice matrimonij, & prolem legitimare, cap. 25 n. 143 p. 384
Papa poteſt diſpenſare ſuper quacumque irregularitate ex defectu natalium proueniente, & ad Ordines, & ad beneficia vniuerſa, ibid. n. 183 p. 395
Papa ſolus poteſt diſpenſare cum Regulari illegitimo ad Generalatum, ibid. n. 22 p. 404

Digitized by Google

Papa ſolus poteſt diſpenſare cum filio illegitimo, vt obtineat beneficium Patris, ſeu ei ſuccedat, cap. 25 à n. 274 pag 413
Papa diſpenſans in iure poſitiuo abſque cauſa iuſta, licet validè, tamen peccat, ibid. n.286 p.417
Papa promouens illegitimum, ignorans tamen illegitimitatem, non cenſetur ſuper ea diſpenſare, ibid. numer. 304 pag 420.
Papæ Signatura, regiſtrata, dat ius in re ei, ad cuius fauorem facta fuit, licet pro foro externo neceſſaria ſit literarum expeditio, ibid. n. 391 p.437
Papa poteſt vndecunque voluerit Eccleſijs prouidere etiam de extraneis. ibid. n 658 p 493
Papa ipſo inferiores non poſſunt conferre beneficia, niſi ſecundum legem, & conſuetudinem, ibid. n.659 p. 494
Papa non concedit gratias verbo, ſed reſcripto. Quæ gratiæ non per literas eſſentialiter perficiuntur, ſed per Signaturam ſupplicationis regiſtratam. cap.33 n.27 p.692
Papa ſolus poteſt imponere obligationes nouas, & onera, ſiuè penſiones beneficijs quibuſcumque, ibid.7 n.140 pag 125
Papæ in electione ſchedulæ comburuntur, c.17 numer. 48 pag. 293
Papa ex iuſtitia commutatiua non tenetur ad promouendam digniores vel digniores, cap. 30 n. 195 p 641
PAROCHIALIS collatio non ſeruata forma Concil. Trid, an nulla in foro conſcientiæ? cap. 9 n.29 p.179

PAROCHVS.

Parochus pro pretio miniſtrans Sacramenta quando teneatur de iure diuino reſtituere, cap.7 n.383 p. 165
Parochorum electio multoties fit non per concurſum, & in quibus caſibus, cap.30 n.90 p.616
Parochorum concurſus faciendus, & quomodo ſit faciendus, cap.30 n.616
Parochos quam ſcientiam habere, debet cap. 25 nu. 39. pag. 361
Parochus, qui infra annum non ſuſcipit Sacerdotium, vel quia non habuit voluntatem illud ſuſcipiendi, vel quia eam mutauit, quomodo, & quando teneatur ad reſtitutionem fructuum, cap. 25 a n.392 p. 437

PATER.

Patres exponentes filios ſunt infames, cap. 25 numer. 167 pag 390
Pater, mater, & filij non vocantur extranei in hoc, quod poſſint procurare, & petere gratias pro Regularibus, cap 6 n.27 p 90
Pater Magiſter Ioannes Baptiſta de Sextula Ord. Prædicatorum confirmatus in Prouincialem Lombardiæ per Generalem, licèt alius electus ipſum excesſerit in numero votorum. Et qualitates dicti Patris Magiſtri, cap. 19 n.13 pag 314
Pater Clericus poteſt obtinere beneficium filij illegitimi, non tamen miniſtrare in ea Eccleſia, in qua talis filius iam miniſtrat, cap 25 n.239 p.408
Pater Magiſter Lezana commendatus, cap. 27 numer. 58 pag. 554

PATRONVS.

Patronus præſentans aliquem ad beneficium cum pacto celebrandi tot Miſſas, vel recitandi Orationes, quæ nō ſint annexæ præſentationi, eſt ſimoniacus, cap. 7.n.148 pag 126
Patronus non poteſt in fundatione Eccleſiæ, ſeu beneficij apponere conditionem, quod liceat eligere dignum, omiſſo digniori, cap. 30 n.143 p.628
Patronus. Vide v. Elector.
Patronus non poteſt ſe ipſum præſentare ad beneficium, ſecus ad Collegium, cap. 25 n.665 p 494
Patronus tenetur præſentare digniorem, cap. 30 q.8 per totam à num. 110 p.622
Per patronum præſentati quando per concurſum examinandi, cap. 30 à num. 111 p.622
PECVNIA eſt, & dicitur totum id, quod eſt pecuniæ æſtimabile, cap. 112 p.120

POENA.

Pœna ſupponit culpam, cap. 3 num. 5 pag. 32
Pœnas contra procurantes fauores ſecularium aliquando incurrit non tantùm ille, qui gratiam obtinuit, ſed qui fauorem procurauit, cap. 6 n.69 p.96
Pœnæ hæ quænam ſint, cap. 6 à num. 71 p.96
Pœnæ huiuſmodi quomodo incurrantur in vnoquoque Ordine Regularium, cap. 6 à n.77 p. 97
Pœna prima contra Simoniacos eſt excommunicatio latæ ſententiæ, quæ incurritur dando, recipiendo, mediando, & procurando, cap.7 à n.258 p. 144
Pœna hæc non incurritur ab eo, qui recipiens bona fide beneficium per ſimoniam commiſſam ab alio ipſo ignorante, beneficium poſtea non reſignat, cap. 7. num. 271 pag. 146
Pœnis ſimoniæ non ſubditur, qui non eſt in culpa, cap. 7 num 325 p. 155
Pœnæ latæ contra ſimoniacum confidentialem, & ſimoniam in datis, & receptis pro gratia, vel iuſtitia obtinēda in Romana Curia incurruntur, etiamſi non ſint hæ ſimoniæ conſummatæ, cap. 7 n.272 p.146
Pœnas ſimoniæ incurrunt Prælati etiam Regulares quocumque nomine ſimoniacè regredientes, qui officium Eccleſiaſticum Regularem habent inferiorem Prælaturam, ibid. n. 277 p. 147
Pœnam excommunicationis non incurrunt non reuelantes. ibid. nu. 279 pag. 147
Pœna ſecunda contrà ſimoniacos eſt ſuſpenſio quoad ſe, & quoad alios, ſi ſimonia non eſt occulta ſed notoria. cap. 7 nu. 280 pag. 148 Sed cum ſimoniacus ſit excommunicatus, parum intereſt, quod propriè ſuſpenſus dicatur. n. 283
Pœna tertia eſt, infamia iuris ſed ſententiæ ferendæ. ibid. num. 286 pag. 148
Pœnales Conſtitutiones in dubio debent intelligi, vt ſint ſententiæ non latæ. ibid. num. 287 pag. 149
Pœna quarta eſt depoſitionis ab officio & Beneficio, & eſt ſententiæ ferendæ, non latæ. ibid. num. 289 pag. 149
Pœnæ, quæ antiquitus erant ſententiæ ferendæ ex vi Paulinæ non ſunt latæ ſententiæ. ibid. num. 290 pag. 149.
Pœnæ reſtitutionis fructuum, reſignationis Beneficiorum, & inhabilitatis, an obligent in conſcientia, niſi poſt declarationem? Remiſſiuè. ibid. num. 378 pag. 163
Pœnæ latæ contra electum per abuſum ſecularis poteſtatis. cap. 8. à num. 15. pag. 170.
Pœnæ latæ contra recipientem Eccleſiam de manu laici. cap. 8 à num. 17 pag. 171
Pœna vbi de ea agitur, niſi conſtet eam imponi, non debet admitti, vt impoſita. cap. 10 num. 104 pag. 206
Pœna priuationis vocis lata contra non ſeruantes formam cap. quia propter eſt ſententiæ ferendæ. cap. 9 num. 61 pag. 186
Pœnæ corporales, & parientes infamiam enumerantur quænam ſint. cap. 25 à num. 577 pag. 474
Pœna triremium inflicta infamat, ſicuti & pœna abſolutionis ab officio perpetuo. cap. 25 num. 578 pag. 475
Pœnitentia ſolemnis ſemper infamat. cap. 25. numer. 583. pag. 475.
Pœna, alia ad ſui executionem requirit actionem, alia eſt purè priuatiua. cap. 25 num. 611 pag. 482
Pœna priuationis vocis paſſiuæ eſt pœna grauiſſima, & non imponitur in iure, niſi exprimatur. capit. 25 nu. 619 pag 484 cap. 31 num. 16 pag 654
Pœna inhabilitatis, & priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto, clauſula non fert ſecum executionem in conſcientia, nec obligat. cap. 25. à num. 624. pag. 486.
Pœna infamiæ nudi facti non tollitur, nec per Prælatos Regulares, nec per quemcumque alium, ſed Baptiſmo ſolum, & pœnitentia deletur. cap. 28 num. 2 pag. 562

Pœna infamiæ Iuris, quæ eſt ab homine, tollitur per eum qui eam tulit, vel per eius Superiorem. cap.28 numer.5 pag.563
Pœna infamiæ iuris, à iure impoſita ipſo facto tollitur directè per ſolum Papam, & indirectè per Epiſcopum, & Prælatum Regularem. cap.28 num.7 pag.563
Pœna infamiæ iuris Ciuilis poteſt tolli à Principe Sæculari, qui eam tollendo aufert etiam indirectè infamiam Canonicam. cap.28 num.10 pag.564
Pœna infamiæ iuris tollitur in foro conſcientiæ à Prælatis Regularibus per priuilegia eis conceſſa, dummodò illa non ſit ſpecialiter Papæ reſeruata, vel deducta ad forum contentioſum cap 28 num.11 pag.564
Pœnæ non ſunt Cenſuræ. cap. 28 num.16 pag.566
Pœna inhabilitatis ad officia, ſeù priuationis vocis paſsiuæ quomodò, & à quo diſpenſari poſsit. Vide v. Diſpenſare & totam quæſt.2. cap.28 num.15 pag.565
Pœna non irrogatur, niſi expreſsè iure caueatur. cap. 31 num.16 pag.654
Pœna Cap. *auaritiæ in 6.* Includit etiam Epiſcopos. cap.33 num.20 pag.690
Pœnæ contrà adminiſtrantes Prælaturam, ſeù Beneficia quænam ſint, & quomodò incurrantur. cap.33 num.37 pag.694
Pœnæ contrà electum non petentem confirmationem ſuæ electionis intrà terminum præfixum à lege, quænam ſint, & quando incurrantur. cap. 33 num.52 pag.697
Pœna inelgibilitatis contrà eligentes per abuſum ſecularis poteſtatis & contra conſentientes huiuſmodi electioni ſunt ſententiæ ferendæ, & poſſunt diſpenſari ab Epiſcopo. cap.8 num.15 pag.270
POENITENTIARIVS Qualis eſse debeat. cap 25. numer.35. pag 369
Pœnitentiariæ Sanctæ Mariæ Maioris habent vocem paſſiuam in Conuentu Mineruæ. cap.35 num.15 pag.749
PENSIO Poteſt eſſe materia ſimoniæ. cap.7 à num.126 pag.122, & num.139 pag 125
Penſio Eccleſiaſtica non eſt propriè nec officium, nec Beneficium. cap.7 num.347 pag.158.
PEREGRINI, Et incogniti propter incertitudinem repelluntur ab Ordinibus. cap.25 num.167 pag.390
PERMVTANS Beneficium an teneatur ad digniorem, & alia de permutatione. cap.30 à num.134 pag.625
PERSONAE Eccleſiaſticæ quæ ſint. cap.4 n.40 pag.62
PETERE Prælaturam an ſit malum. cap. 29. num. 23. pag.573
PONTIFICATVS Summi alia non habetur forma inſtitutionis, quàm iſta, *Paſce oues meas*. cap.30. numer.197. pag.642
POSSESSIO POSSESSOR.
Poſſeſſor ſummæ non expoliandus. cap.7 num.72 pag.113
Poſſeſſor iuris eligendi non poteſt eijci. cap.14 numer.29 pag.252
Poſſeſſor ſpoliatus eſt prius in ſua poſſeſſione reſtituendus, & poſſeſſorij quæſtio prius tractanda, quàm petitorij. cap.14 num.30 pag.260
Poſſeſſio in incorporalibus incipit à patientia Aduerſarij, & propria patientia amittitur. cap. 14 num 42 pag.262
Poſſeſſio, quæ dicitur quaſi poſſeſſio ſolo animo amittitur. cap.14 num.42 pag.262
Poſſeſſor dubius quis ſit. cap.14 num 41 pag.262
Poſſeſſio anteceſſoris continuatur in ſucceſſore. cap.14 numer.36 pag.261
Poſsidens omnes conditiones, quæ de iure requiruntur in Electore, etiamſi nunquam elegerit, eſt in poſseſsione iuris eligendi. cap.14 num.40 pag.262.
Poſsidens quaſi omnes dictas conditiones, poſsidet quaſi eſſet de Collegio, & quaſi electionem, niſi eam quaſi poſſeſſionem amiſerit. cap.14. num.40 pag.262
Poſſeſſione quis non debet ſpoliari, niſi conſtet eum legitimè non poſsidere. cap.14 num.52 pag.264
Poſſeſſor ſemper præſumitur poſſeſſor, niſi contrarium probetur. cap.25 num.333 pag.425
Poſſeſſor iuris eligendi quando validè eligit etiam ſi non habeat ius ad illud. cap.11 num.14 pag.214
POSTVLATIO.
Poſtulatio reducitur ad electionem, ſed non eſt propriè electio. cap.1 num.39 pag.7
Poſtulatio duplex, ſimplex, & ſolemnis. cap.1 numer.40 pag.8 cap.24 num.3 pag.338
Poſtulatio ſimplex eſt petitio, per quam à valente diſpenſare ſuper aliquo defectu petitur, vt diſpenſet adhoc, vt quis eligatur; & non ſit neceſſario collegialiter. cap.1 num.40 pag.8 cap.24 num.4 pag 339
Poſtulatio ſolemnis eſt alicuius perſonæ, quæ eligi prohibetur, non tamen propter vitium, concors, & certa Capituli petitio; & ſit neceſſario intra tempus eligendi. cap.1 a num. 30 pag 8 cap.24 num.4 pag.339
Poſtulatio innititur gratiæ, electio iuſtitiæ. capit.1 num.44 pag.8 cap 24 num.1 pag 338
Poſtulatio non dat ius poſtulato, ſed ſecundum aliquos poſtulantibus. cap.1 num.46 pag 9 cap.24 nu.1 pag 338
Poſtulari non poteſt eligibilis, & caſſatur electio eius, ſi eligatur. cap.1 num.43 pag 8
Poſtulatio diſtinguitur à nominatione. cap.1 nu.50. pag.9 cap.24 num 4 pag 339
Poſtulatus, nec poſtulantes poſſunt abſolute conſentire in poſtulationem cap.24 num.2 pag.338
Poſtulatio poteſt dari ſine electione etiam in Ordine Prædicatorum, licet rariſſimè contingat. cap.24 n.5 pag.339
Poſtulatio admiſſa habet vim electionis, & poſtulato dat ius in re. cap.24 num 6 pag.339
Poſtulare poteſt, qui poteſt eligere, & econtra, & procurator ad eligendum poteſt poſtulare. cap.24 n.7 pag.340
Poſtulatio de iure Communi non exigit neceſſariò formam Cap. quia propter ſed in Regularibus exigitur vt ſit ſecreta. cap.24 num.8 pag.340
Poſtulatio requirit maiorem partem Capituli, & publicationem ſcrutinij. cap.24 num.9 & 10. pag.340.
Poſtulationis decretum fieri debet in ijs electionibus, in quibus ſeruatur forma ſcrutinij, & vniuerſaliter in omnibus tutius eſt, neque hoc impedit quin poſtulantes poſſint reſilire a poſtulatione. cap.24 num.11 pag.340
Poſtulatio debet præſentari poſtulato intrà terminum iuris, & poſtulatus infrà menſem conſentire, vel diſsentire, non conſenſu abſoluto, ſed quantùm in ſe eſt. cap.24 num.12 ad 15. pag.340
Poſtulatus ſi intrà menſem non explicet ſuam voluntatem nullam incurrit pœnam Canonicam, ſed Superior ex hac negligentia poteſt gratiam denegare. capit.24 numer.15 cap.340
Poſtulantes poſſunt validè reſilire à poſtulatione, quando adhuc non eſt præſentata Superiori, etiamſi iurauerint non recedere ab ea, & poſtulatus ipſe conſenſerit. Et ſi præſentata Superiori, Superior conſenſerit. Non tamen in foro conſcientiæ ſine iuſta cauſa. cap.24 à nu.16 pag.342
Poſtulantes tenentur poſtulato ad expenſas factas de eorum conſenſu ſi recedant à poſtulatione eiuſdem. c.24 à num.20 pag.343
Poſtulatio Populo debet publicari. cap.24 nu.22 pag.343
Poſtulationis decretum habere debet omnia requiſita ad eius validitatem, & continere omnes defectus poſtulati, ſuper quibus indiget diſpenſari. capit.24 numer.3. pag 343
Poſtulationis forma verborum, qua vti debeat. cap.24 numer.26 pag.344
Poſtulari non poteſt indignus ex defectus indiſpenſabili. cap.24 num.18 pag.344
Poſtulandi inhabiles triplex regula. cap.24 à n.29. pag.344
Poſtulari poſſunt Epiſcopi ad aliam Eccleſiam, & etiam Cardinales Epiſcopi, Cardinales vero non Epiſcopi &

Digitized by Google

alij plures eligi poſſunt. cap 24 à num.33 pag.345
Poſtulari poteſt Nouitius, vel Religioſus alterius Ordinis cap.24 num.43 pag 344
Poſtulatio ſolemnis debet fieri ad eum, ad quem ſpectat diſpenſare.cap.24 num.46 pag 346
Poſtulatio quantumcumque concors, de ſe non neceſſitat Superiorem ad illam admittendam, niſi ad hoc moueatur ex alicuius virtutis actu. cap.24 num 48 pag.347
poſtulatio de ſe, nullum ius dat poſtulato, cap. 24 num.59 pag 47
poſtulationem non admittere poteſt Superior, etiam non vocato poſtulato, cap 24 num.50 p 347
poſtulatione non admiſſa non conuenit electoribus ius actionis contra Superiorem, ibid.
poſtulatio vt admittatur, requirit inquiſitionem extraiudicialem de perſona poſtulati, cap.24 n.55 p.348
poſtulatio nunquam eſt præferenda electioni, ſi electio eſt à maiori parte, & ſi à duabus partibus eligitur indignus & ab vna parte dignus, quid agendum? cap. 24 à n. 56. vſque ad 63 pag.384
poſtulatio in Ordine Prædicatorum ex priuilegio eſt facienda ſimul cum electione per maiorem partem electorum, & etiam fieri poteſt de pluribus, & ipſis eligibilibus, cap 24 à num.64 p 350
poſtulari poſſunt in hoc Ordine tãtummodò Priores, Prouinciales, & Conuentuales, non alij Officiales, cap.24 n.65 p 350
poſtulatio in hoc Ordine debet fieri per vota ſecreta ad modum electionis, & pronunciari per verbum poſtulo, cap.24 n 69 p 350
poſtulationes mille non faciunt in hoc Ordine veram electionem, ita quod electus à medietate votorum, & poſtulatus ab alia, dicatur electus à maiori parte, vel ecõtra. cap.24 n.70 pag.351
poſtulatio in hoc Ordine non debet præferri electioni alicuius digni, nec neceſſitat Superiorem etiam non confirmato electo poſtulatum confirmare, cap.24. num.71 72. pag.351
poſtulatio eſt nulla in hoc Ordine, ſi ratione formæ nulla electio, in quocumque caſu, cap 24 à n.73 p.351
poſtulari poſſunt de iure communi, illegitimi, minores ætate, irregulares, & ſimiles, cap.24 num.31 pag. 344 cap. 1 n.30 p 656
poſtulationem reiectam innouantes ſunt priuati voce, cap 29 num.76 pag 589
poſtulantes indignum ſunt ſuſpenſi à beneficijs, & quomodo, cap.29 num.88 p 591
poſtulantes ſecularem ad Epiſcopatum minorem 27. annis, & poſtulantes Regularem ad Eccleſiam inferiorem ſunt ſuſpenſi per triennium à beneficijs, cap 29 nu. 89 pag 592
POTESTAS duplex dominij, & iuriſdictionis, & quid vnaquæque ſit, cap.25.n.343 p.427
Poteſtas iuriſdictionis non eſt neceſſaria per ſe in Superiore Regulari, cap. 25 n.344 pag 428.
PRAXIS eſt optima legum interpres, cap.31 n 20 p.656
PRECARIVM eſt quod precibus petenti vtendum conceditur, cap.7 n.156 pag.129
PRÆCEPTVM Superioris legitimi ſententia, & lex, niſi certo conſtet de oppoſito, ſemper præſumenda eſt ritè, ac validè facta, cap.2 num.82. p.28
PRECIBVS procurare pro alio ſuffragia in electione non eſt prohibitum, ſi ipſis inducuntur electores ad id quod ſecundum iuſtitiam debetur, cap.5.q 7 per totam à num.78 pag.82
preces ſecundum ſe non minuunt, ſed augent voluntariũ ratione tamen circumſtantiæ minuunt, & quid de precibus importunis, importuniſſimis etiam prouenientibus à Superioribus, ibid. à n.83
preces, quæ præmitti ſolent electioni quomodo neceſſariæ, c.15 à num.3. pag.271
PRÆDICATORVM Ordo habet in conſuetudine, quod Prouincialis epiſtolas electoribus tráſmittat, quas vocant propoſitorum, cap.2 num.42 p.19

P R Æ L A T V S.

prælati omnes, & Epiſcopi non poſſunt ſibi eligere ſucceſſores, cap.1 n 9 p.2
prælatos inferiores Papa eligendi habet ius Eccleſia, ſed conceſſum à Papa, cap.1 n.16 p.3
prælati Regulares non poſſunt gratias concedere ad inſtantiam extraneorum, cap.6 q.1 per totam à numer.6 pag.87
prælatorum nomine quinam veniant, cap. 6 à numer.7 pag 87
prælatus quando excuſetur concedendo gratias intuitu ſecularium, cap.6 num 13 pag.89
prælati quid non poſſint cõcedere ad inſtantiam extraneorum, cap 6 à num.31 pag.91
prælaturæ in Regularibus non ſunt inſtitutæ, vt præmia meritorum, ſicut nec beneficia in Eccleſia, cap. 30 n 49 pag 604 & n.74 pag 611
prælatus eſt lex viua dirigens ſubditos ſuos in finem vitæ æternæ iuxta legem Chriſti, & Eccleſiæ, cap. 25 cap.2 pag 352
prælati Regulares habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, cap.26 n.14 pag.498
prælati Regulares non poſſunt diſpenſare cum filio illegitimo Religioſi, quod beneficium, ſeu prælaturam patris obtineat, cap.25 n.278 pag 415
prælati Regulares inferiores non omnem auctoritatem habent à Generali, cap 26 n.131 p.531
prælati Regulares non habent, ſeu vnquam habuerunt priuilegium diſpenſandi ſuper inhabilitate proueniente ex filiatione illegitima, vt talis poſſit patri ſuccedere, cap 25 n.280 p.415
PRÆSCRIPTIO quadragenaria ſufficit ad introducendam conſuetudinem contra legem Canonicam. Verũ contra ius Eccleſiæ Romanæ requiritur centenaria, c.10 n.29 pag.192 & cap.16 n.30 pag.278
præſcribi contra ius Canonicum nequit, niſi adſit bona fides, titulus, & ſpatium 40. annorum licet requirantur centum anni ad præſcriben. contra Romanam Eccleſiã, cap.9 n.32 pag.37

P R Æ S E N T A T I O.

præſentatio poteſt conuenire laicis, non verò electio, cap.1 num.32 pag.6
præſentatio laici ad beneficium qualiter nulla, cap.25 nu. 339 pag.426
præſentatio poteſt eſse vnius, electio multorum, capit. 1. numer.34 pag 6
præſentationi reſpondet inſtitutio, cap.33 nu.9 pag.426.
præſentati per patronum qualiter examinandi, c.30 à nu. 111 pag.622

P R Æ S E S.

præſes Capituli quid poſſit in literis Apoſtolicis, cap.14. num.60 pag.266
præſes Capituli debet defferre legitimæ appellationi, c.14 num.62 pag.266
præſes quando debeat citari, vel ſine eo poſſit eligi, c.11 num.67 pag.223
præſes Capituli quando, obligetur ad adhibendum conſilium aliorum in agendo quando verò non, capit. 14. à nu.75 pag.269
præſes poteſt quando vult conuocare vocales, ſed eis inuitis non poteſt reſtringere tempus electionis, cap.11 num.103 pag.230

P R Æ S V M P T I O.

præſumptio ſumitur, quæ excludat delictum, & præſumendum magis eſt honeſtum, quam inhoneſtum, c.25 num.182 pag.394
Præſumptio ſtat pro Ordinario, quod ipſe elegerit meliorem ad Parochialem in concurſu. cap.30 nu.88 pag.614

præ-

Digitized by Google

Præſumptio requirit plenam libertatem. cap. 8 n. 7 pag. 170
Præſumptio ſtat pro eo qui habet ius ad aliquid. cap. 11 numer. 126 pag 256
Præſumi non debet, quem negligere quod ſui iuris eſt. c. 11 num. 126 pag 256
PRETIVM Eſt pecunia ex conſenſu partium contrahentium exiſtimata vt æqualis compenſatio rei. Et plura de pretio. cap. 7 quæſt. 2. à num. 29 pag. 103 & quæſt. 3 à num. 36 pag 105
Pretium tripliciter dicitur, vel ſcilicet munus à manu, à lingua, ab obſequio cap 7 quæſt. quinta per totam à n. 82 pag. 115

P R I N C E P S.

Princeps aut ſuperior mandans inferiori id, quod eſt in eius poteſtate præcipere, cenſetur ſolum excitare auctoritatem inferioris. cap 3 num. 80 pag. 49
Princeps ſecularis poteſt contra electionem excipere pro ſuo intereſſe, cap. 5 num. 52 pag. 77
Princeps ex priuilegio poteſt intereſſe electioni, vt ab eo eadem cauſa petatur conſenſus electionis factæ. Et habet etiam ius opponendi contrà quaſcunque electiones. cap. 8 à num. 9 pag. 170
Princeps ſecularis ab Eccleſiaſtico differt, quia primus habet authoritatem à Populo, qui poteſt cum eo contrahere, Eccleſiaſticus verò non. cap. 30 num. 53 pag. 605
Principis mens ſemper præſumitur conformis legi. cap. 25 num. 176 pag. 214

P R I O R.

Priores in Ordine Prædicatorum finientes tempus officij ſui ante expletum tempus officij Prouincialis non ſunt prorogandi, vt illam eligant. cap. 2 à num. 76 pag. 27
Priores Conuentuales in Ordine Prædicatorum abſoluti ab officio redeunt vel ad Conuentum natiuum, vel ad eum, à quo fuerunt aſſumpti iuxtà conſuetudinem Prouinciarum, non obſtante ſtatuto Capituli Generalis. cap 3 num. 93 pag 52
Priores, & Socij nouiter electi in Ordine Prædicatorum ſtatim ſunt in poſſeſſione iuris eligendi. cap. 14 num. 37 pag. 261
Prioratus, & quæcunque beneficia etiam ſimplicia annexa & vnita Monaſterio non poſſunt conferri, niſi ijs, qui pertinent ad illud, & aliter conferens amittit pro illa vice ius conferendi. cap. 25 num. 661 pag 494
Electores Prioris debent eſſe de Conuentu pro quo Prior eſt eligendus. cap. 38 num. 1 pag. 775 Forma iſtius electionis. ibid. nu. 3 Quas conditiones debeat habere, qui eſt eligendus in Priorem, ibid à num. 5 vſque ad nu. 14 Per ſe non eſt neceſſe quod eligendus ſit actu Sacerdos. ibid. n. 4 Debet tamen eſſe profeſſus ibid. In Ordine Prædicat. Prioris electores ſunt profeſſi à ſex annis, & Sacerdotes. cap. 38 num 1 pag 775 Depoſitarii extra Conuentum ſunt vocales. ibid. Intra menſem eſt eligendus Prior, à notitia vacantiæ. ibid. num. 2. Electus, qui à maiori parte vltra medietatem nominatur. ibid. num. 3 Diuerſæ diſpoſitiones circa hanc electionem in Prouincijs S. Thomæ, Teuthoniæ, & alijs. ibid. num. 1 & 12. Scrutatores huius electionis qui ſint. ibid. num. 4. Ad nouam electionem non proceditur ex non conſenſu electi. ibid. num. 19 Annullatur electio per verbum caſſo. ibid. Etſi electus non acceptet, debet electus abſolui. ibid. pag. 777
Prioris inſtitutio à Prouinciali debet fieri cum conſilio. capit. 38 à num. 17 pag 776
Prior confirmatur à Prouinciali. cap. 38 num. 16. pag. 777 Illius inſtitutio debet fieri de conſilio Patrum. ibid. n. 17 Quando incipiat illius officium. ibid. nu 18 Quantum duret. ibid. Non proceditur ad nouam electionem ex non conſenſu electi. ibid. num. 19

P R I V A T I O.

Priuatus voce ipſo facto quomodo poſſit, vel non poſſit eligere. Et quod datur priuatus voce toleratus, & quod in conſcientia non tenetur abſtinere à voce &c. & qualiter vt excludatur ſufficiat declaratoria, & in Ordine Prædicatorum confeſſio ipſius facta coram Capitulo. cap. 10 à num. 127 pag. 209
Priuationis vocis plures caſus. cap. 10 numer. 140 pag. 211 Vide v. Inhabilitas.
Priuari non poteſt quis voce paſſiua, niſi ſeruato ordine iuris naturalis, diuini, & gentium. cap. 2 à nu. 71. pag. 26
priuari non poteſt quis voce paſſiua in Ordine Prædicatorum niſi ſententialiter condemnatus. capit. 2 numer. 73 pag. 26
priuari neque poteſt quis voce paſſiua in eodem ordine inſtante electione, & quomodo intelligendum. cap. 2. numer. 74 pag. 27
priuatio vocis paſſiuæ vnius, vel plurium licet iniuſta reſpectu excluſi, per ſe non eſt iniuſta reſpectu eligentium. cap. 2 num. 78 pag. 27
priuatio vocis paſſiuæ iniuſta offendit priuatum, ſed non ligat electores ad non eligendum priuatum voce, ſi iniuſtitia ſit manifeſta. Et ideo non reddit electionem illius nullam. cap. 2 num. 88 pag. 29
priuari non poteſt voce actiua in Ordine Prædicatorum quis inſtante electione Prioris, Socij, Prouincialis, & Generalis vide ver. Electione inſtante, & v. voce priuati, & cap. 3 num. 8 pag. 32
priuatus voce ipſo iure, & facto dum adhuc eſt tolleratus iuſtè poſſidet vocem, licet poſſeſſione, & vſu infirmo. cap. 25 num. 621 pag. 485
priuationis vocis pœna qualiter tolli poſſit per Epiſcopum, & Prælatos Regulares. cap. 28 quæſt 2. per totà nu. 15 pag. 565
priuatio vocis non eſt cenſura, neque irregularitas. cap. 28 num. 17 pag. 566
priuatio vocis non eſt ſuſpenſio. cap. 25 nu. 602 pag. 479
priuatus voce paſſiua, ſed toleratus quando eligi poſſit. cap. 25 num. 604 pag. 480
priuatus voce paſſiua etiam ſententiatus quando eligi non poſſit. cap. 25 à num. 598 pag. 479
priuatio vocis ſeu inhabilitas eſt pœna grauiſſima, & non merè priuatiua. cap. 25 à num. 615 pag. 479
priuatus voce non tenetur cum ſui infamia recuſare Prælaturam. cap. 25 num. 620 pag. 484
PRIVILEGIVM Et lex debet eſſe vtilis bono communi. cap 36 num. 44 pag. 764
priuilegium ad mentem concedentis eſt intelligendum. capit. 36 num. 46 pag. 765 Non ſe extendit ad non expreſſa. ibid, num. 53 pag. 767 v. verbo Prouincialis.

P R O B A T I O.

probationes quales eſſe debeant vt probetur ſimonia cap. 7 quæſt. 6 per totam. num. 59 pag. 111
probare ſe innocentem nullus tenetur. cap. 7 num. 72 pagin. 113
probandum fundamentum intentionis. cap. 14 numer. 44 pag 263
probandæ conditiones requiſitæ ad ſuffragium. cap. 14 numer. 45 pag. 263
probare ſanitatem ad quem pertineat. cap. 25 numer. 333 cap. 425
probare pœnitentiam ad reiectum ex delicto ſpectat. c. 25 num. 640 pag. 489
PROCESSVS per viam exceptionis non infert infamiam Iuris neque pœnam ordinariam. capit. 25 numer. 632. pag 488

P R O C V R A T I O.

procuratio votorum in electione digni præ indigno non eſt prohibita per Bullam Clem. VIII. & Vrbani VIII. Quæ expenduntur. cap. 5 à num. 406 pag. 76
procuratio votorum negatiuorum neque ipſa compræhenditur ſub ipſis Conſtitutionibus. cap. 5 num. 53 pag 77
procurare, vt quis inſtituatur Superior, neque eſt ſemper prohibitum. cap. 5 num. 54 pag. 77

pro-

Digitized by Google

procurare vota pro ſe ipſo in electione eſt malum, & prohibitum, licet aliquando poſſit eſſe virtutis actus. cap. 5 à num. 75 pag 81

procurare, ſeu petere ſuffragia pro alio eligendo quomodo, & quando quis poſſit. cap. 5. quæſt. 7 per tot. à numer. 78 pag. 82

procurare ſuffragia ad Prælaturas per fauorem ſecularium prohibitum, & quomodo intelligatur. Vide per tot. cap. 6 à num. 1 pag. 86

procurare gratias, dignitates, & remiſsiones pœnarum pro ſe per fauores extraneorum quomodo, & quando poſsint, ſeu non poſsint Religioſi. cap. 6 quæſt. 1. & 2. per tot. à num 6 pag 87

procurare gratias, & alia pro alijs per fauores extraneorum eſt Religioſis prohibitum in Ordine Prędicatorum, & in aliquibus alijs Ordinibus cap. 6 num. 54 pag. 94

procurare intercesſorem Religioſi pro obtinenda gratia à Prælato, & hoc per fauorem extraneorum quomodo ſit prohibitum. cap 6 num 58 pag. 94

PROCVRATOR.

procurator inſtitui poteſt ab electore abſente, & legitime impedito ad dandum ſuffragium pro ipſo in electione, ſi tamen abſentia eſt moderata, & Procurator de Collegio. cap 10 à num. 35 pag 194

procurator ad eligendum non poteſt diuidere ſuffragium, poteſt tamen ſubſtituere aliquem, ſi hoc habet in mandatis. cap. 10 num 35 pag. 194 & num. 45 pag. 195

procuratores plures inſolidum ſi inſtituantur quis admittendus ſit? cap. 10 num. 46 pag 195

procurator ad eligendam determinatam perſonam nō datur in Regularibus. cap 10 num 49 pag 195

Ex Procuratoribus Generalibus Ordinis Prædicatorum quamplures aſſumpti ad Generalatum. cap 35 num. 15 pag. 749 Fr. Bartholomeus Miranda Procurator fuit elector Generalis, & diffinitor. ibid. Et hoc poſſunt habere alij procuratores Ordinis ibid. n. 11 12 & 13. p. 748

PROFESSIO.

profeſsio religioſa ante 16. annum nulla in foro conſcientiæ. cap 9 num. 31 pag. 179

profeſsio religioſa non facta certis modis prohibita, & irritata per Sixtum V. & poſteà per Clem. VIII. prohibita quidem, ſed non irritata. cap. 9 num. 13 pag 175

profeſsio expreſſa requiritur ad hoc, vt quis eligatur in Superiorem in aliquo Ordine. cap. 25 nu. 345 pag 428

profeſſus de iure communi poteſt ſtatim eligi in Superiorem, non autem in fœminis. cap. 25 num. 348 pag. 429

PROHIBITIO.

prohibitio ne quis eligatur, etiamſi iniuſta, quia electores non cogit non reddit electionem alterius annullabilem ex titulo inuoluntariæ, & coactæ. cap 2 num. 92 pag. 30

prohibere aliud eſt, quam irritare. Et recenſentur multi caſus cap. 9 num. 5 pag. 175

prohibitus exercere ea, quę pertinent ad officium, eſt ad ipſum ineligibilis. cap. 25 num. 495 pag. 457

prohibitio aliqua, vt videlicet conferendi beneficium, non irritat factum, niſi ſit munita decreto irritanti. capit. 25 num 511 pag 461

PROVINCIA Regularis eſt congregatio Eccleſiarum. cap 13 num. 36 pag 251

Prouinciæ Indiarum tenentur mittere decretum electionis ad Generalem. cap. 36 num 43 pag 764 Et hoc eſt valdè rationabile. ibid. num 44 Quando erectæ. ibid. numer. 42 pag 764

PROVINCIALIS.

Prouincialis poteſt examinare an vocales ſint legitimi, cap. 14 à num. 75 p. 269

An & quomodo teneatur adhibere conſilium, c. 14 n. 77 pag. 269

Prouincialis poteſt proponere aliquos, vt eligantur, ſed nō ex neceſſitate, & non in minori numero trium, aut quatuor, cap. 2 n. 42 pag. 19

Prouincialis debet confirmare electum etiam extra numerum propoſitorum, cap 2 n. 42 p. 19

Prouincialatus tempus ſi contingat terminari in anno, in quo eligitur Generalis, vel ad Prouincialem ſpectet diffinire in Capitulo Generali prorogandum eſt vſque ad Capitulum Generale completum, cap. 3 numer. 16. pag. 34

Prouinciales, Prædicatores Generales, Vicarij locorum, & Moderatores ſtudij Generalis, finito officio redeunt ad Conuentum natiuum, vel ad illud ex quo fuerunt aſſumpti ſecundū conſuetudinem Prouinciarum, cap. 3 n. 95 pag. 52

Prouinciales faciles eſſe non debent ad mittendum Vicarium cum voce, cap 3 n 46. pag. 40

Prouincialis qui ſemel fuit electus in Ordine Prædicatorū ante diem electionis fuit ritè confirmatus, cap. 13 n. 37 pag. 251

Prouincialis electio eſt ſubiecta legi cap quia propter, cap. 36 num. 1 pag. 755. Quæ ſint ad illam neceſſaria, ibid. Spectat ad Prouinciam; ibid. 2. Electores habeant requiſita de iure communi, & ſpeciali, ibid 3. In Ordine Prædicatorum ſi infra annum non eligitur Prouincialis deuoluitur electio, ibid. num. 23 pag. 759. Item ſi non eligitur de ſtatuta, ibid. Inſtante electione non poſſunt fieri priuationes vocum, ibid. n. 27 pag 760 Poſſunt tamen fieri non vacante Prouincialatu, ibid. Dies electionis Prouincialis eſt Capitularis, cap. 37. numer. 29. pag 773

Prouincialis electores in Ordine Prædicatorū ſunt Priores, Prædicatores Generales, & Socij Priorum, cap. 36 n. 4. pag 755. Et etiam Magiſtri qui comprehenduntur ſub nomine Prædicatoris Generalis, ibid. n. 4. Et Patres Prouinciæ, qui non poſſunt inſtitui ex gratia, ibid. num 7. pag. 756. Non omnes Prouinciæ mittunt ſocium, ibid. num. 4. Quinam Priores habeant ſuffragium. ibid. n. 10 pag 756 Patres Prouinciæ habent etiam ſuffragium, ibid. n. 7. Quinam Magiſtri habeant ſuffragium, ibid. nu. 6. Socij etiam Prioris habent ſuffragium, ibid. n. 18 pag. 758. Et etiam Vicarij miſſi à General mortuo, vel amoto Prouinciali, ibid nu. 17. Etiam Prædicatores Generales legitimè tamen inſtituti, ibid. n 8 pag. 756. Qui ſunt in poſſeſſione gradus, vel iuris eligendi debent admitti cum proteſtatione ſi aliquis contra eos excipiat, ibid. num. 9. Si Prior ſua culpa non aluit duodecim fratres eſt priuandus ſuffragio, ibid. num. 13. Quid ſtatuatur pro Prouincijs Aragoniæ, S. Thomæ, & Quitenſi ad hoc vt Priores habeant vocem, & mittant locium, ibid. n. 13. & 14

In prouincialem eligendus debet habere conditiones neceſſarias ad Prælatum, c. 36. n 19 pag 758. In Ordine Prædicatorum debet eſſe profeſſus duodecim annorum, ibid. num. 20. Non poteſt eligi Vicarius miſſus à Generali, nec frater germanus anteceſſoris, ibid. Nec etiam Commiſſarius, Viſitator Prouinciæ, nec Socius, ibid. In Prouincia Apuliæ nec conſanguineus in primo, & ſecūdo gradu, ibid. n. 20. Requiritur interſtitium in eo, qui fuit Prouincialis, ibid. nu. 21. Non requiritur quod ſit filius Prouinciæ, nec aſſignatus in illa, ibid. n. 22. Alternatiua ſeruanda iuxtà leges Prouinciarum, ibid.

Prouinciales ſunt electores Generalis, ſed non poſſunt inſtitui Prouinciales titulares, cap. 35. num. 6. pag. 747. Excipiuntur Prouinciales eiuſdem Prouinciæ quādo duo non poſſunt habere vocem in electione Generalis, ibidem num. 7.

PRIVILEGIVM.

Priuilegium Prouinciæ Peruanæ pro confirmatione Prouincialis, c. 36. n. 34. pag 762. Ex vi electionis eſt confirmatus, ibid. n. 35. Hodie Prouinciæ vſus vt Prouincialis confirmetur à Diffinitore eſt ablatum, ibid. n. 38. pag. 763.

Priuilegium Prouinciæ S. Crucis, ibid. n. 39

pri-

priuilegium Prouinciæ Mexicanæ, ibid. n.40
priuilegium Prouinciæ S. Antonini, ibid. pag.764
priuilegium in Prouincia Mexicana, vt Diffinitores confirment electionem intelligitur de confirmatione prouiſionali, ibid. n.43 pag.765. & debet accipi hoc priuilegium datum ex caſu neceſſitatis, vt prouiſio pro interim, ibid. n.46. Debet ſolum in vno contrariari iuri cõmuni, ibid. num.48. pag.766. Et debet intelligi vt minus præiudicet auctoritati Generalis, ibid. nu. 49. Qualiſcumq; ſit facultas Diffinitorum huius Prouinciæ pro confirmando Prouinciali, poteſt electio examinari à Generali ex officio, ibid. n.51 pag.767 & num.53 ibid. Quod aſſeritur de priuilegio Prouinciæ Mexicanæ dicitur etiam de priuilegijs aliarum Prouinciarum, ibid. nu. 54 pag.768
Prouincia Sanctiſs. Roſarij priuilegiata ſub conditione, ibid. n.42 p.764
PROVINCIALATVS tempus ab electione numerandum, cap. 36 num. pag. 762. Alicubi durat per quadriennium, alicubi per biennium, & alicubi per triennium, ibid. n.32. Alicubi Prouinciales adminiſtrant vt Prouinciales, alicubi vt Vicarij, ibid. n.33

P R O V I S I O.

Prouidere ſibi de miniſtris ſpectat ad ipſum monarcam, cap.1 num.17 pag.3.
Prouidendi Eccleſijs varij fuerunt modi pro temporum varietate, cap.13 num.20
Prouiſio eſt nomen communiſſimum comprehendens omnem modum electionis, cap.13 num.22
Prouidendi Eccleſijs vacantibus duo modi ſunt in Eccleſia de iure diuino, cap.12 num.12

P V B L I C A T I O.

Publicatio electionis duplex, ſcilicet illa per quam electio publicè fit coram Collegio, & illa per quam electio facta publicatur populo, & quomodo differant, & qualiter earum ommiſſio irritet electionem, cap.12 à nu.22. pag.241. & cap.19 quæſt.5 & 6. per totam à num. 20 pag.317
publicare aliquid eſt illud pro clamare, & vulgare. Vel publicare eſt in notorium aliquid deducere, vel operari, vt aliquid tranſeat in famam publicam loci, & quomodo hoc contingat, cap.17. num.29 pag.289
publicum duplex iuris, & facti, & vbi publicum facti requiritur, non ſufficit, vt illud ſit publicum iuris, cap 17. num.30. pag.289
publicum delictum quale, cap.26. n.19 pag.500

R

RATIO vbi eſt eadem debet eſse eadem iuris diſpoſitio, c.5 num.20 pag.69
REDIMENS vexationem iniuſtam pro iure ſpirituali nõdum obtento metaphiſicè non præſcindit, ſed reſpicit illam, vt impedimentum exercitæ aſſecutionis officij, cap 7. num.237. pag.141
REIECTVS ab vna electione tanquam infamis non poteſt reeligi, cap.25 à num.633 p.487

R E G V L A R E S.

Regulares poſſunt agere de contemptu, nec poteſt eis hoc prohiberi à quouis Superiore, cap.11 num.124 p.235
Regularium Ordinum Superiores poſsunt creare Notarios ex priuil. Pij Quinti, cap.16 n.40 p.281
Regulares pœnitentiati in S.Officio, vel abiurantes etiam de leui ſunt inhabiles, ni eſsent ſpontè comparentes, cap.25 à n.98. pag.375
Regulares illegitimi non poſſunt eligi ſine diſpenſatione ad ea officia, quæ cum honore, & dignitate habent annexam iuriſdictionem ordinariam ſpiritualem, c. 25 num.154 pag.386
Regulares illegitimi non poſſunt eligi in Definitores, vbi ij ſunt Prælati, & leges condunt, cap. 15 numer.157. pag.387
Religioſi illegitimi in Ordine Prædicatorum ad quæ ſint inhabiles ex iure municipali, ibid.
Regulares Prælati quomodò diſpenſare poſſint cum illegitimis, cap. 25 q.20 per totam à n. 207 p.400
Regularium Superiores poſsunt abſque Capitulo cum illegitimis diſpenſare, cap 25 n.212 p.401
Regularium Superiores, qui cum illegitimis diſpenſare poſſunt ſunt illi, qui per leges municipales cuiuſcumq; Religionis conſtituuntur diſpenſatores, cap.25 n.218. pag 408
Regularium locales Superiores in Ordine Prædicatorum non poſſunt diſpenſare illegitimos ad Prælaturas, ſed ſolus Generalis, cap. 23 num.218 p.403
Regularia beneficia ſeu officia vnita monaſterio non poſſunt conferri, niſi ijs, qui pertinent ad illud; & aliter conferens amittit ius conferendi, cap. 25. numer. 661 pag.894
Regulares excommunicari non poſſunt ab Epiſcopis, neque ſubduntur reſeruationi caſuum, aut cenſurarum factæ ab eis, cap 26. n. 12 p.498
Regulares non poſſunt renunciare exemptioni à foro Epiſcopi, & ideò Epiſcopo ſe ſubijcere, cap.26 num.141, pag.534
Regulares procurantes confirmationem ſuæ electionis medijs fauoribus ſecularium non incidunt in pœnas contra mendicantes fauores. c.33 n.58 p 698
REGVLA quod vbi requiritur præſentia conſilij, actus ſine eo factus eſt nullus, non valet quando poteſtas agendi præceſſit non impoſita neceſſitate conſilij, & noua lex imponens non irritat actum, cap 33. nu. 116. pag 711
Regulæ iuris. Vide legum axiomata.
Regulæ plures extendendi leges, cap.5 n.28 p 71
Regula quod clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis refertur ad omnia explicatur, cap. 7 numer. 375. & 376. pag.162

R E L I G I O S V S.

Religioſus non profeſſus non poteſt ad Religioſas Prælaturas eligi, cap.26 n 346 p.428
Religioſus profeſſus ſtatim eligi poteſt, cap.25. num. 347. pag.428
Religioſi illegitimi non ſunt ex hoc ipſo impediti ad ſuſceptionem Ordinum, Sunt tamen impediti ad Prælaturas & dignitates ſine diſpenſatione acquirendas, ibid. num. 145. p.385
Religioſi Societatis Ieſu illegitimi per vota biennij diſpenſantur ad Ordines ſuſcipiendos, ibid. n 148. p.385
Religio eſt beneficium receptitium, in qua Religioſi acquirunt ius viuendi ex maſſa communi, ibid. num. 270 pag.412
Religioſus illegitimus filius alterius non poteſt eſſe Prælatus eiuſdem Prælaturæ, cuius Pater, neque ſuper hoc diſpenſari à Prælato Regulari, ibid. num.271 pag 412 & n.278. p 415
Religioſorum Prælaturæ non ſunt præmia meritorum, licet ſit honor debitus Religioſo benè operanti, nec ab eo auferri poſſit abſque iniuſtitia, cap 30. numer. 75. pagin 611
In Religioſis ſicut & in mundo oportet eſſe ſcandala, & ſectas cap.36 num. 45. pag 765. Diſcordia in Religio circa electiones non eſt omninò reprehenſibilis, ibid.

R E N V N C I A R E.

Renuncians voci ſuæ non poteſt eodem anno vi nouæ aſſignationis bis eligere, c 3. num 33
Renunciatio eſt ſtrictiiuris, & debet intelligi, vt minus noceat renuncianti, atque ſtrictè eſt interpretanda, c.11. num.73 p.225
Renunciare voci actiuæ quando ſit peccatum, cap. 11. à num.17, p.215

Renunciare vnuſquiſque poteſt iuri, quod ſibi datum eſt, vt proprium, & ad propriam vtilitatem, non autem iuri datum ad publicam, cap. 11 num. 83 pag. 226

Renuncians voci ſuæ actiuæ in electione, validè eam poteſt reaſſumere, & quando, cap. 11 à n. 77 p. 226

Renuncians ſuffragio, non perdit poſſeſſionem eligendi dum non habet animum non amittendi, cap. 14 n. 42 pag 261

Renuncians voci ſuæ in electione, vt numerus par votorũ reducatur in imparem fauet electo, & quandoq; cap. 19 num. 18 pag. 315

Renuncians beneficio an teneatur renunciare digniori, cap. 30 à num. 130 pag 625

RESTITVERE

Reſtituere tenetur qui cauſat damnum, etiam non intentũ, cap. 4. num 21

Reſtituendi obligatio non intrat ex iuſtitia diſtributiua, cap. 30 à num. 189 pag 639

Reſtituere digno, vel digniori non tenetur iniuſtus diſtributor beneficiorum, cap 30. quæſt. 17 per totam à nu. 189 pag. 639

Reſtitui ex rigore iuſtitiæ commutatiuæ nõ poſsunt damna illata Eccleſiæ in beneficiorum diſtributiones, c. 30. num. 201 pag. 642

Reſtituendi obligatio ex ſolo animo nocendi non oritur, cap 30 n. 216 pag. 647

Reſtituere & beneficium, & fructus tenetur ſimoniacè promotus, cap 7 à num 299 pag 152
Et ad idem tenetur mediator, num. 356 pag. 159

Reſtituere pretium qualiter, & quo iure tenetur ſimoniacus, cap. 7 a num. 482 vſque ad 406 pag. 166

Reſtituendum cui ſit pretium ſimoniacum, cap. 7 à n. 398 pag. 166

Reuerentia mouet voluntatem ratione boni, & ideo non cauſat inuoluntarium, cap. 5 n. 90 pag. 84

Reſtituere in integrum ſuos poſsunt Prælati Regulares, cap. 28 num. 14 pag. 565

ROMANA Eccleſia omnes alias fundauit, cap. 1. nu. 18. pag. 3

Romana Eccleſia aſſumit omnes alias in partem ſollicitudinis, cap. 1 num 19 pag. 3

S

SACERDOS In ſui Ordinatione recipit poteſtatem abſoluendi à peccatis, ſed non executionem poteſtatis, dum non datur ei ſubiectum, in quem exerceat poteſtatem cap 33 num 9 pag 687

SCANDALI Periculo poteſt remoueri vocalis à Conuentu inſtante electionis, & talis ſic remotus non habet vocem in alio Conuentu niſi poſt bimeſtre cap. 3 nu. 84 pag. 50

SCHEDVLARVM.

Schedularum combuſtio in Ordine Prædicatorum eſt de ſubſtantia electionis, & quomodò. cap. 17 num 46 pagin 293

Schedularum combuſtio non ſequuta vi, vel fraude, in quam non conſenſerit Capitulum non reddit electionem nullam in Ordine Prædicatorum. cap. 17 numer. 47 pagin. 293

Schedularum combuſtio per ſe loquendo in iure communi non eſt de ſubſtantia, licet ſit conſumare eas tali modo, vt legi non poſſint. cap. 17 num 48 pag. 292

Schedulæ comburuntur in Electione Summi Pontificis, & & in Ordine Minorum. cap. 17 num. 48 pag 293

Schedulæ ſignatæ poſſunt accipi, & retineri, vt deducantur in iudicium, & à quibus, & quomodò poſſit hoc fieri. cap. 17 num. 49 pag. 294

Schedulæ ſignatæ qualiter inducant, vel non inducant nullitatem. cap. 17 à num. 18 pag. 386

SCHISMA Eſt voluntaria, & pertinax ſubtractio ab Obedientia vniuerſalis Eccleſiæ, & Summi Pontificis, qui eſt Caput eius. cap. 25 num. 103 pag 376

Schiſmatici ſunt ineligibiles, & inhabiles ad Beneficia Eccleſiaſtica, etiamſi pœniteant. capit. 25 nu. 105 pag 376

Schiſmaticus Epiſcopus eſt inhabilis ad conferenda beneficia & hæc collatio eſt ipſo iure nulla. cap. 15 num. 126 pag 376

SCHOLASTICVS Qualis eſſe debeat. cap. 25 num. 29 cap 360

SCIENTIA In Prælato quomodo magis neceſſaria quam aliqua morum honeſtas. cap. 29 num. 38 pag. 577

SCRIPTVRA Triplex publica, authentica, & priuata, & quid vnaquæque earum, & quæ fidem faciat. cap. 21 num. 8 pag. 327

Scriptura ex amiſſione ſigilli non perdit fidem. cap. 21. numer. 10 pag. 327

SCRVTATORES.

Scrutatores aſſumi debẽt à Capitulo, & non ſe ingerere niſi aſsumantur in electionibus, & de iure communi per Capitulum, conſuetudine tamen, vel lege municipali introduci poteſt, vt ſint perſonæ deſignatæ. cap. 16 nu. 4 pag 273

Scrutatores in Ordine Prædicatorum in vnaquaque electione ſunt deſignati à lege. cap. 16 num. 7 pag. 273

Scrutatore aliquo impedito in Ordine Prædicatorum, quomodò aſſumendus alius. cap. 16 num 8 pag. 273

Scrutatores aſſumendi in defectum tertij, quomodo aſſumendi, & per vota publica aſſumendus quartus, in Ordine Prædicatorum, & de Collegio. capit. 16 numer. 11 pag. 274

Scrutatores eligendos de Collegio eſt de forma electionis. cap. 16 num 16 pag 274

Scrutatores neceſſario ſunt tres, & non pauciores niſi in caſibus expreſſis, nec plures de iure communi. cap. 16 num. 18 pag. 275

Scrutator quartus in Ordine Prædicatorum qualiter, & quo iure poſſit eligi. cap. 16 num. 13 24 pag 274 277

Scrutatores non neceſſarij vbi electores ſunt minus quam quam quatuor. cap. 16 num. 19 pag 275

Scrutator iſte quartus debet eligi, quando maiori parti placuent, ſed illa non poteſt reijcere iuſtam inſtantiam, etiã vnius cap. 16 num. 29 pag. 278

Scrutatorem quartum poteſt inſtituere Capitulum, Generale, non tamen poteſt inſtituere vt ſint ſolum duo ſcrutatores. cap 16 num. 25 pag. 277

Scrutatores debent eſſe fide digni non ſurdi, non cæci, neque alijs impedimentis defecti. cap. 16 n. 31 32 pag 279

Scrutatores poſſunt eſse infames ſola infamia facti. & à talibus electis non poſsunt electores reſilire. cap. 16 numer. 34 pag. 379

Scrutatores, ſi eliguntur non fide digni, debet probari, quià præſumuntur tales. cap. 16 num. 35 pag 279

Scrutatores in ſcrutando vota non tenentur adhibere operam Notarij, nec Teſtium. cap. 16 num. 37 pag. 280

Scrutatoribus adhibenda eſt fides, & duobus tantum ex ipſis, etiam diſsentientibus Electoribus. cap. 16 num. 42 43. pag 281 cap. 19 num 6 pag 312

Scrutatores ſi diſcordat inter ſe, vel à Notario, vel Scriptura vel Electoribus, quid agendum, & cui ſtandum numer. 143 44. pag. 281

Scrutatores accedere debent ad ſcrutandum eos, qui ſunt in Domo, vbi electio celebratur, & ad Capitulum conuenire nequeunt iuſto impedimento phyſico detenti. cap. 18 num 44 pag. 304

Scrutator quartus non debet dari in ſcrutinio auriculari ad finem ſcrutandi vota trium ſcrutatorum, quæ nec etiam in ſcriptis ſunt emittenda. cap. 18 num. 47 pag. 305

Scrutatores ſatius eſt, vt vota propria prius ſcrutentur, quàm aliorum. cap. 18 num. 48 pag. 305

Scrutatores in Ordine Prædicatorum debent prius Schedulas

dulas proprias in vrnam ponere, quàm aliorum recipere. cap.18 num.48 pag 305

Scrutatores in Scrutinio per Schedulas, eaſ ſcrutantur recipiendo. Et in auriculam audiendo vota, & ea ſcribendo; vel interrogando Electores de eorum conſenſu, non tenentur tamen eos adiurare, vel interrogare niſi in aliquo caſu. cap. 18 num.55 pag.306

Scrutatores debent vota eligentium tam per Schedulas, quàm voce expreſsas in ſcriptis redigere, & quomodo? cap.18 num 65 pag.309

Scrutatores non ſunt neceſſarij, vbi Electores ſunt in minori numero, quàm quatuor. cap.18 num.69 pag.309

Scrutatores admonere debent vitioſe dantes votum. cap.18 num.29 pag.301

Scrutatores in electione Prioris ſunt Supprior, vel Vicarius illius, & duo antiquiores. cap.38 num 3 pag.775 Vicarius extraneus non poteſt eſſe ſcrutator ordinarius, poteſt tamen eligi. ibid. Et poteſt eſſe ſi ſit de ſenioribus. Poteſt eligi etiam quartus ſcrutator. ibid.

Scrutatores in Capitulo Generali ſunt tres Prouinciales antiquiores. cap.35 num.38 pag.753. Et Scrutator antiquior publicat electionem. ibid.num.39

Tres Priores antiquiores ſunt ſcrutatores in electione Prouincialis. cap.36 num.30 pag.761

Scrutatores in electione Monialium ſunt aſſumendi cõſentientibus Monialibus, & eis non ſuſpecti. cap.40. numer.23 pag 788 Poſſunt eſſe ad ſummum quatuor, ib. num.24 Aſſumendi duo Sacerdotes teſtes, & Notarius, ex decreto S.Congreg. ibid. Scrutatores non habent vocem. ibid.num.25 Non conuenit Monialibus eſſe ſcrutatrices. ibid. Nullus ingreditur Monaſterium ad ſcrutandum, niſi in caſu neceſſitatis. ibid num.26. Qualiter ſcrutanda vota infirmarum. ibid.num.28 Scrutinium debet eſſe per vota ſecreta & poteſt eſſe auriculare. ibid.num.33 & 34 pag.790 Solemnitates ſcrutinij accidentales habeantur iuxta conſuetudinem. ibid. num.32 pag 789 Scrutatores excommunicantur, ſi inducant diſcordias in electione. ibid.num.29 pag 799

SCRVTINIVM.

Scrutinium electionis ſecretum faciendũ ex decreto Concilij Tridentini & Cap. quia propter. capit.18 numer.1 pag.295

Scrutinij habendi locus debet eſſe publicus, ſed ſeparatus à loco Electorum. cap 18 num.23. pag.295

Scrutinium fit vel ſcrutando ſingillatim vota, & non turmatim, vel ponendo Schedulas ſingillatim in vrnam. Et in Ordine Prædicatorum Schedula pendens ex manu in vrnam intromittitur. cap.18 num 4 pag.293

Scrutinium debet publicari Capitulo ſtatim ac fuerit facta collatio votorum. cap.19 num.2 pag.311

Scrutinium debet publicari Capitulo per primum ſcrutatorem, vel per eum cui Capitulum iniungit, & quomodò hoc practicetur in Ordine Prædicatorum. cap.19 numer.3 4. pag.312

Scrutinij à publicatione poteſt quis appellare, ſi velit mutare votum ſuum, & ei non concedatur; capit.19 nu.5 cap.312

Scrutinium ſeu decretum electionis quid ſit, & quid veniat eius nomine. cap.21 num.1 pag.325

Scrutinium ſeu decretum electionis ſcriptum non eſt de ſubſtantia electionis, vnde poteſt Confirmator electionem confirmare abſque ſcriptura, ſicut aliquando contigit de facto. cap 21 num.2 pag.325

Scrutinium ſeu decretum electionis in electionibus Epiſcoporum debet ſubſcribi ab omnibus Electoribus, non autem in electionibus Regularium. capit.21 numer.4 pag.326

Scrutinium hoc ſubſcriptum ab ijs, qui deputantur per leges etiam municipales facit plenam fidem. Nec ad eius ſubſtantiam requiruntur teſtes. cap.21 numer.6 7. cap.326

Scrutinium hoc in Ordine Prædicatorum ſubſcribitur à ſcrutatoribus, & ſigillo Conuentus munitur, & ſic etiam in Ordine Canonicorum Regularium Sancti Saluatoris. Quod ſi conſcribatur per Notarium, & ſigno Tabellionatus muniatur, non eſt neceſſarium ſigillum Conuentus. cap.21 num 6 pag 326

Scrutinium hoc in Ordine Prædicatorum debet continere omnia ea, quæ in Capitulo publicantur; ſcilicet proceſſum electionis; modum vacantiæ prælaturæ; & omnes electiones, ac poſtulationes. cap.21 nu.13 pag. 308

Scrutinium cuius cuſtodia ad Conuentum, & Superiorem Conuentus pertinet, mittendum eſt in Ordine Prædicatorum ad Confirmatorem per publicum tabellarium ſub pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ. cap.21 numer.16 pag.328

SECRETARIVS Iudicis poteſt eſſe elector Generalis. cap.35 num.11 12. & 13. pag.748 Viuit in Conuentu Mineruæ ibid. Et habet ibi ſuffragium. ibid. num.15

SENTENTIA Lata per proceſſum fabricatum via exceptionis eſt interlocutoria, & non infert pœnam ordinariam, neque infamiam iuris. cap.25 num.632 pag 488

SIMILIVM Eſt idem Iudicium, & quandò ſimilium eſt eadem ratio. cap.5 num.18 pag.69

SIMONIA.

Simonia in electione eſt ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi electionem ad Prælaturas, Dignitates, & Officia Eccleſiaſtica ſpiritualia, vel eſt ſtudioſa voluntas emendi, & vendendi ſpirituale, vel ſpirituali annexum, & explicatur diffinitio. cap.7 num.2 pag.99

Simonia quando ſit vel non ſit vendere, aut emere commiſſionem rei ſpiritualis. cap.7 à num.90 ad pag.99

Simonia non ſemper eſt traditio ipſa alicuius temporalis occaſione ſpiritualis, etiam ex pacto, & explicatio pleniſſima huius. cap.7 num.25 pag.102

Simonia duplex vera, & præſumpta fictione iuris, & quales ſint. cap.7 num.35 pag.104

Simonia formaliter conſiſtit in intentione commutantis ſpirituale pro temporali ex pacto; aut econtrà & ſimoniaca intentio reſpicit temporale tanquam pretium, & pretium eſt quod aſſumitur vt condignum ſecũdum æqualitatem valoris, vel exiſtimationem rei ſpiritualis. capit.7 num 31 pag.103 & num.37 pag.106

Quæ ſit voluntas ſimoniaca. cap.7 quæſt.3 per totam à numer.33 pag.105

Simonia conſtituitur per hanc intentionem emendi, & vendendi, non tantùm expreſſam, ſed etiam virtualem. cap.7 num 40 pag.106

Simonia igitur eſt, quandò pecunia intenditur, vt finis traditionis Operis Spiritualis, quod coincidit, cum intendere ipſam, vt pretium. Non vero quandò pecunia eſt finis ſolius operantis. cap 7 num.49 pag.108

Simonia ergo non eſt, quando dans ſpirituale pro temporali reſpicit pecuniam, vel vt ſtipendium neceſſitatis, vel ſub quacumque alia ratione excludente rationem pretij. cap.7 num.41 pag.106

Simoniacus non eſt orans pro temporali, ſeù eleemoſina gratis recipienda. cap.7 num.42 pag.107 Nec ſi temporale ſit ſola conditio dandi ſpirituale. num.51 pag.108

Simonia debet concludenter probari ad effectum priuandi aliquem etiam ciuiliter Beneficijs, & probari poteſt omnibus modis, quibus alia crimina. Si verò tractatur de Beneficio acquirendo leuiores requiruntur probationes. cap 7 num.59 60. pag 101

Simonia, vt probetur ciuiliter, ſufficiunt præſumptiones, & coniecturæ, licet claræ, & concludentes, & etiam admittuntur teſtes inhabiles, & qui. cap.7 à numer.61 pag.111

Simonia excluditur quandò coniecturæ ſunt dubiæ, quià in dubio in foro externo ſemper ſumenda eſt interpretatio, quæ ſimoniam excludit. capit.7 numer.69 78. pag.112 114

Simoniacus haberi debet is, qui aliquid dat, ſeu recipit à lege prohibitum intuitu Religionis, vt vitetur ſimoniæ occaſio cap. 7 num. 70. pag. 112
Simoniæ ſi tamen hæc largitio, ſeu receptio licet prohibita extrinſecus poteſt alia cauſa veſtiri non præſumitur ſimonia, cap. 7 num. 71 pag. 113
Simonia ſufficienter præſumitur ex pacto, cum illud excludat liberam donationem, ſicut & excludit exactio taxatio, & petitio, cap. 7 num. 76 pag. 113
Simonia iudicanda, in traditione temporalis rei occaſione acceptionis ſpiritualis iuxtà qualitatem dantis & recipientis; quantitatem muneris, & donationis tempus, cap. 7 à nu. 79 pag. 114
Simoniaci operis pretium triplex eſſe poteſt ſcilicet munus à manu, & obſequio, & à lingua, & quid vnum quodque illorum, cap. 7 à num 83 pag 115. & numer. 111. pag. 120
Simonia eſt dare temporale in communi pro ſpirituali, cap. 7 nu. 83 pag. 116
Simonia quando eſt, & non eſt dare ſpirituale ex timore & quomodò & quando peccatum, cap. 7. à numer. 84. pag. 116
Simoniam quando committat Epiſcopus dando ſpirituale ex timore alicuius damni temporalis, cap 7 à numer. 94 pag. 117
Simoniacus quomodò ſit ille, qui timore iuſtæ punitionis imminentis dat ſpirituale, cap. 7 n. 97 p. 118
Simoniacus quomodò ſit ille, qui ſub pacto dat ſpirituale, vt conſeruet temporale bonum, cap. 7 n. 99 p. 110
Simonia non eſt conferre cōſanguineo ratione conſanguinitatis ſpirituale licet poſſit eſſe per accidens, cap. 7. à num. 102 p. 118
Simonia eſt in foro interno, quæcumque datio rei ſpiritualis pro munere à manu qualitercumque paruo, licet in foro externo ex paruitate materiæ non præſumatur ſimonia, cap. 7. num. 114 pag. 121
Simonia non eſt donare patrimonium cum pacto, vel vt donatarius nihil petat, vel vt ipſum reſtituat, cap. 7 nu. 119 pag. 121
Simoniacus eſt Canonicus Parochus, vel alius qui pro ſui electione promittit remiſſionum dimidium, vel partem præbendæ, cap. 7 num 120 pag. 122
Simoniacus item eſt promittens pro ſpirituali remittere debitum, vel contractum, vel cōtrahendum, c. 7 n. 121 pag 122. Item qui obligat, quem eligit ad mutuandū, ibid. Vel ad dilationem, ſeu anticipationem ſolutionis debiti, ibid. pag 123 & 124. Item qui promittit, vel paciſcitur penſionem ante non habitam, vel permutationem beneficij, à num. 126 pag. 122
Simonia per modus ab obſequio eſt, ſi quis quaſi ex iuſtitia, & vt mercedem dat beneficium in recompenſationem debiti contracti ab obſequio, ibidem à num. 130. pag. 122
Simonia tamen non eſt cenſenda, ſed grati animi effectus, ſi detur beneficium ex obſequijs præſtitis, quibus aliūde iuſto pretio ſatisfactum fuit, cap. 7. à n. 133. p. 123
Simonia eſt in foro interno dare ſpirituale pro obſequijs præſtitis, vel honeſta illa ſint, vel inhoneſta, vel pure carnalia. In foro verò externo non ſemper iudicanda talis, ibid. num. 134 pag. 124
Simonia eſt ſi ex pacto, & conuentione per obſequium præſtitum, vel præſtandum expectatur beneficium, ſeu aliquod ſpirituale, non verò ſi expectatur non ex pacto, ibid. num. 135 pag. 124
Simonia eſt ſi ex pacto ſpirituale obſequium de nouo impoſitum exigatur pro re ſpirituali, & adducuntur exempla, ibid. à num. 143. p. 126
Simonia non eſt, ſi detur non ex pacto obſequium ſpirituale, vel temporale pro re ſpirituali, vel pro beneficio, ſed tantùm pro ſpe illud ex gratitudine obtinendi, ibid. num. 154. pag 127
Simonia non eſt dare, ſeu recipere ſpirituale medijs precibus, vel laudibus, vt per ſe tales, ibid. à numer. 163. pag. 128
Simonia tamen eſt dare, ſeu recipere ſpirituale pro precibus, ſeu laudibus, vt ſunt munus à lingua, & ex pacto. Et adducuntur exempla, ibid. à n. 170 p. 130
Simonia eſt dare pecuniam mediatori, vt intercedat beneficium à conferente; Si hoc eſt ex fine operis & pacto. Item ſimonia eſt, ſi detur pecunia famulo introducenti ad conferentem beneficium ex tali fine. ibid. à nu. 176. pag. 130
Simonia triplex eſt, ſcilicet mentalis, conuentualis, & realis, & explicatur diuiſio, ibid. q. 9. per totam à num. 184 pag. 131
Sub hac diuiſione non cadit ſimonia pure mentalis, ibid. num. 184 pag 132
Simonia mentalis eſt exterior venditio, ſeu emptio rei ſpiritualis, licet occulta, ibid. n. 185 pag. 132
Simonia conuentionalis eſt, in qua licet non conſummata ſit emptio, vel venditio, tamen pactum eſt manifeſtum, & probabile in facie Eccleſiæ, ibid. num. 186 p. 132
Simonia realis eſt, quæ extrinſecus eſt manifeſta & conſummata per traditionem rei ſpirituali, & pretij, ibidem num. 187 p. 132
Simonia conuentialis non eſt, ſi partes habeant inter ſe tractatum permutandi cum approbatione ſuperioris nō tradita poſſeſſione, ibid. n 189 pag. 132
Simonia ficta tribus modis eſſe poteſt, & ex parte fingentis non eſt verè ſimonia, ibid. n. 191 p. 133
Simonia non eſt dare ſpirituale benefactori temporali ex debito gratitudinis, ſi ſeruentur circumſtantiæ debitæ, ibid à num. 196 p. 134
Simonia tamen eſt, ſi donans temporale intenderet obligare ad reſtituendum ſpirituale, vel econtra. Seu ſi retributio debiti antidoralis deduceretur quoquo modo in pactum, ibid. à n 204. p. 135
Simonia non eſt miniſtrare Sacramenta, & pro hoc pecuniam expetere, recipere, & exigere vt tamen ſtipendiū neceſſitatis, ibid. n 210 p. 137
Simonia non eſt, ſi quis pecunia redimit iniuſtam vexationem, (vel præſentem, vel quam timet) ei illatam, vel inferendam pro re ſpirituali; ad quam ille habeat ius acquiſitum certum, & vexatio ſit de facto non de iure, ibid. à n. 213 p. 137
Simonia eſt vexationem etiam iniuſtam pro iure aliquo ſpirituali acquirendo redimere, ibid. à nu 219 p. 138
Simonia iodem eſt redimere pecunia vexationem ab iniuſtè impediente poſſeſſionem beneficij, præcipuè cum non ſupponitur certum ius, ibid. à nu. 244 p. 142
Simonia etiam eſt pecunia redimere vexationem eius, qui non elector electores ſubornat, vel electoris procurantis, vt electio inualidè fiat, adhoc vt ipſe electioni opponere poſſit, vel alicuius ne iniuſtè electioni ſe opponat; vel iniuſtè denegantis confirmationem, vel eius, qui licet non teneatur, iuſtè tamen poteſt ſe opponere, ibid. à nu. 247 pag. 143
Simonia etiam eſt pretio emere, ne quis ſecum concurrat ad beneficium, vel vt quis timorem incutiat alteri, vt ceſſet à cōcurſu beneficij, & vniuerſaliſſimè omnia huiuſmodi pacta ſunt ſimoniaca, ibid. à num. 252 p. 143
Simoniacorum pœnæ. Vide v. pœnæ.
Simoniacorum pœnis in extrauag. Pauli II. contentis ſubijciuntur, qui ſimoniam realem, & conſummatam ex vtraque parte commiſerunt, etiam in minima materia, vel ſi Chirographum tantum quantumcumque occulto dederint, ibid. à num. 262 pag. 145
Simoniam conuētionalem qui committunt, inhabiles ſunt ad beneficia. cap. 7 nu. 376 pag. 162
Simoniacorum pœnæ incurruntur tunc cum re ſpirituali priùs data poſteà recipitur pretium, ibid. n. 267. p. 146
Simonia beneficialis cenſetur conſummata quoad pœnas

ſi tra-

Digitized by Google

ſi tradito pretio ſit traditum beneficium etiam non acquiſita poſſeſſione eiuſdem, ibid. nu. 269 p. 146

Simoniaca acquiſitio eſt nulla, & irrita iure non diuino, ſed humano poſitiuo, & , ideò ſimoniacè promotus non tenetur iure diuino renunciare, ibid. à num. 293 p. 151

Simoniacè vendens rem ſpiritualem non tenetur iure diuino, & naturali reſtituere pretium, ibidem numer. 296. pag. 151

Simoniaca promotio iure poſitiuo eſt ipſo facto nulla, & irrita. Et quo iure, ibid. à n. 298 pag 152

Simoniacè promotus iure poſitiuo tenetur relinquere beneficium, & reſtituere omnes fructus, & beneficium vacat, itaut poſſit conferri non expectata declaratione criminis, ibid. à n. 299. p. 152

Simoniacus occultus licet non teneatur ſe infamare, attamen debet titulo colorato, & renunciare, & fructus reſtituere, vel ſaltem compoſitionem obtinere à Summo Pontifice, ibid. n. 309 p. 153

Simoniaca electio commiſſa cum vno ſolo electore in foro externo reddit electionem nullam, ſecundum caſus ibi recenſitos. Non autem in foro interno, ſi electio non ſequatur ex vi illius, ibid. n. 310 p 153

Simoniaca electio ſciente electo, ſed contradicente non eſt nulla, ibid. n 315 p. 153

Simoniacè promotus, ſed ignoranter, & bona fide & contradicens ſimoniæ illique repugnans, etiamſi poſt receptum beneficium bona fide ſimoniam agnoſcat, & illi conſentiat, vel ex gratitudine tamen ſoluat pretium non approbando ſimoniam, eius electio non eſt nulla, ibid. n. 318 p 154

Promotio Simoniaca ad quodlibet officium ſpirituale habens titulum, & adminiſtrationem eſt nulla, ibid. nu. 320 pag. 157

Simoniæ pretium ſoluens eſt ipſo facto priuatus beneficio bona fide acquiſito, ibid. num 321 p 154

Simoniaca electio facta ignorante electo, & non contradicente eſt nulla, & habita notitia tenetur reſtituere, ibid. à n. 323 p. 154

Simonia commiſſa ignorante promoto, ſi ipſa non fuit cauſa electionis, & concomitanter tantum ſe habuit ad ipſã, electio in foro conſcientiæ non eſt nulla, nec caſſanda ex hoc capite. Et ibi videndi tres caſus, qui explicantur, ibid. à n. 331 p 156

Et ſi ſimonia ſit commiſſa ſciente electo, caſſanda eſt, quia eſt electio indigni. ibid.

Simonia incurritur etiam in emptione penſionis, ſaltem quoad pœnam nullitatis, ibid. n. 347. p. 158

In electione per compromiſſum ſimonia commiſſa ab vno ſolo vitiat totam electionem, ibid. n. 340 p. 157

Quotieſcumque ſimonia influit in electionem etiam ſi ſit commiſſa ignorante, electo ſemper electio eſt ipſo iure nulla, ibid. à num. 341 p. 157

Simoniacus non eſt ipſo iure priuatus beneficijs, quæ ante ſimoniam poſſidebat. Et limitationes huius propoſitionis, ibid. n 357 pag. 160

Simoniacus ſimonia confidentiali, aut in examine ad beneficia, aut in electione Papæ, in ambitioſa munerum largitione eſt ipſo facto priuatus beneficijs, ibid. n. 463. pag. 161

Simonia non eſt hæreſis, ibid. n. 362 p. 161

Simoniaci ſunt inhabiles ad beneficium, in quo obtinendo ſimoniam commiſerunt, & etiam ad alia, ibid. n. 371 pag. 162

Simoniaci non tenentur ex natura rei, & iure diuino reſtituere pretium acquiſitum per collationem ſimoniacam, & explicatur, ac limitatur, ibid. à n. 382. p. 164

Simoniacè tamen vendens tenetur iure poſitiuo reſtituere pretium non expectata iudicis ſententia, ſed ipſo facto. Declaratur propoſitio, & limitatur, ibid. à n. 393. p 166

Simonia per ſe eſt formaliter ſacrilegium non verò iniuſtitia propriè dicta, ibidem numer. 386. pag. 164.

SOCIVS PRIORIS.

Socius Prioris, & electoris Prouincialis electio quando ſit facienda cap. 39 num. 2 pag. 778 Talis electio eſt vtilis. ibid. num. 3 Fit ab his qui ſunt electores Priorum. ibid num. 4 Vno impedito Conuentus alium eligit. ibid. Electio ſocij non confirmatur. ibid. numer. 19. pagin. 782 Eligendus in ſocium quas conditiones debeat habere. ibid. num. 4 Eligentes indignum quibus pœnis afficiantur. ibid. num. 8 An ſint priuandi voce vel non. ibid. numer. 9 & 10. Eligendus debet eſſe aſſignatus in Conuentu; & debet eſſe vocalis, licet non ſit præſens. ibid. num. 12 Poteſt idem eligi ſucceſſiuè ad plura Capitula. ibid. num. 13 Debet nominari à maiori parte vltra medietatem. ibid. num 17

Electus in ſocium per ſeptem vota, ex quatuordecim quorum ſeptem elegerunt vnum, & ſex elegerunt inhabilem, & alius elegit habilem non potuit confirmari. ibid. num. 7 8 9 10. & 11. Electus in ſocium ſi fiat Supprior non poteſt ire ad Capitulum. ibid. num. 15 pag. 781 Electus ante mortem Prouincialis pro Capitulo Prouinciali, non ſubſiſtit, ſed alius eſt eligendus. ibid. num. 16 Etiam quando ſuperſedetur à Capitulo ſocius prius electus non ſubſiſtit. ibid. nu 20 pag 782 Electus pro Capitulo Prouinciali non ſubſiſtit, ſi electio fieri debet per electores. ibid. n. 21. In electione electoris Prior habet vocem ibid. num. 22

Socius Prioris, & elector Prouincialis alio nomine vocatur diſcretus cap. 9 num. 1 pag. 778 Quodnam ſit eorum officium, & quomodo eligantur. ibid. num. 2 In aliquibus Religionibus eliguntur per ſortes. ibid. In Prouincia Lombardiæ Ordinis Prædicatorum quænam ordinationes ſint ſtatutæ ad illorum electionem. ibid. Debent deferre literas teſtimoniales. ibid. numer. 3 Dicuntur aliquando ſocij, & aliquando electores. ibid. num. 4.

S O R T E S.

Sortes de ſua natura malæ ſunt, ſi expectentur à fortuna, Cęlo, Dęmone, non autem à Deo. cap. 18. numer. 6. pag 296.

Sortes prohibentur in electionibus, & in tractatibus de eligendis. cap. 18 à num. 7 pag 296

Sortibus dirimere lites in Eccleſiaſticis eſt illicitum. cap. 18. num. 9 pag. 297

Sortibus facere electiones officiorum non habentium Iuriſdictionem Eccleſiaſticam poteſt conſuetudine introduci, quandò non aduerſetur Iuri Diuino. cap. 18 nu. 10 pag 297

Sortes in Hiſpanijs conceſſæ per Sedem Apoſtolicam, & ideò licitæ. cap. 18 num. 10 pag 297

Sortibus factæ electiones Canonicæ ſunt ipſo iure nullæ. cap. 18 num. 11 pag 297

S P I R I T V A L E.

Spirituale dupliciter dici poteſt, eſſentialiter, & cauſaliter cap 7 num 7 pag. 99

Spirituali poteſt eſſe annexum aliquid dupliciter. cap. 7 numer. 8 pag. 100

Spiritualis actus omiſſio pro pretio, per ſe loquendo ſimoniam non inducit, eam tamen inducit, ſi omiſſio moraliter cenſetur eſſe actus alicuius Iuriſdictionis Spiritualis cap. 7 à num. 10 pag. 100

Spiritualiter operans etiam ex principaliſſima intentione recipiendi temporalia gratis obtinenda, non vt pretium operis, non eſt ſimoniacus. cap. 7 num 42 pag. 107

Spirituale dans ei, qui falsò credit illud emere pecunia, tanquam pretium, eſt ſimoniacus, licet ipſe hac intentione non det. cap. 7 num. 44 pag. 107

Spirituale officium quandò habet annexum obſequium temporale, pro quo ſint annexa officio ſpirituali bona temporalia in rationem ſtipendij illius non inducit ſimoniam, ſi dando illud ſpirituale, obligatur recipiens ad obſequium illud temporale, ſed inducit, ſi non adſint bona temporalia. cap 7 num. 139 pag. 125

Digitized by Google

Spiritualia non poſſunt ad inuicem ex pacto commutari. cap.7 num.142 pag.125

SPOLIATVS Debet primò reſtitui in ſua poſſeſſione. Et quae limitationes habeat propoſitio. capi.14 numer.31 pag 260

S T A T V T V M.

Statutum Superioris non poteſt infringi, vel mutari, vel modificari per inferiorem, qui nec in eo diſpenſare poteſt. cap 3 num.19 pag.35

Statuta, & Conſtitutiones Pontificiæ prohibentes ſubornationem votorum, ſeu ambitum Dignitatum non ſe extendant per communicationem ab vna Religione ad aliam. cap.5 num.7 pag.65

Statutum de non tractandū de electione, niſi per diem ante ipſam, in Ordine Prædicatorum eſt à rationabili conſuetudine abrogatum. cap.5 num.61 pag.77

Statutum vt eligatur quis de gremio, vel natione, vel patria, vel diœceſi, vel familia, vel conſanguinitate iuſtum eſſe poteſt. cap 2 quæſt 3 per totam à num.45 pagin.20 & cap.30 à num.145 pag 627

S V B O R N A T I O.

Subornatio votorum in electionibus quomodò prohibita, & diuerſimodè in qualiber Religione. capit.5 quæſt.7 per totam. à num.1 pag.64

Subornatio eſt ſuaſio, qua ſuadetur aliquid aut verum, aut falſum in bonum, vel malum finem. cap.5 num.44 pag.75

Subornatio, quæ eſt mala procuratio votorum, eſt grauiſſimum crimen contra Rempublicam. cap.5 numer.43 pag.75

Subornatio, quæ eſt procuratio votorum, poteſt eſſe mala, vel ex ſui ſubſtantia, vel ex circumſtantijs. cap.5 numer.46 pag.76

Subornatio bona vndequaque non eſt prohibita, ſed actus virtutis. cap.5 num 50 pag 76

Subornatio vt ſit mala, alterum horum requirit, vel quod ſit ambitioſa, vel quod tendat ad electionem indigni. cap.5 num 94 pag 84

S V B R E P T I O.

Subreptio literarum Apoſtolicarum vide v. Apoſtolicæ literæ.

Subreptionem probare pertinet ad impugnantem literas. cap.14 num.57 & 61. pag 265

Subreptio non cenſetur probata niſi cauſa finita. capit.14 num.59 pag.266

S V P E R I O R.

Superiores metum non inferant Electoribus. cap.4. nu.30

Superior abſtinens à vi, & prohibitis per legem non dicitur doloſe facere mutationes fratrum. cap 5 num.76

Superioris eſt iudicare de idoneitate vnius, vel plurium eligendorum. cap 2 num.17 pag.15

Superioris eſt dirigere electionem ad finem bonum, & ideò dirigere ius ſubditorum ad eligendum. cap.2 nu.21 pag.16

Superior coarctans electionem ad quinque, vel pauciores, eſt iniuſtus, & puniendus. Immò ad nullum numerum poteſt ipſam coarctare. cap.2 à num.27 pag 17

Superior valens condere leges poteſt coarctare, & limitare electionem ex parte materiæ. cap.3 num.21 pag.36

Superiores Regularium non poſſunt gratias concedere ad inſtantiam extraneorum; & quinam ſint hi Superiores, & quomodò nō poſſint hoc facere cap.6. quæſt.1. & 2. per totam à num.6 pag.87

Superioris nomine in Ordine Prædicatorum intelligitur nō tantùm, qui habent ordinariam Curam animarum, ſed qui habent etiam delegatam. cap.6 num.6 pag 87

Superior, ad quem ſpectat in Ordine Prædicatorum confirmare electiones non poteſt eas niſi ex rationabili cauſa vel confirmare, vel non confirmare. c.20 n.20 pag.322

Superioris voluntas, quandò contrarium nō conſtet, præſumitur eſſe, qualis eſt mens legis ſcriptæ, quià præſumitur ipſum velle, quod iura volunt. c.20 nu.20 pag.324

Superior præſumitur ſe conformare diſpoſitioni iuris. c.20 num.20 pag.324

Superior vbi eſt lex vel conſuetudo, vt non eligatur extra Collegium, non poteſt extraneum promouere, niſi poſſit in lege aut conſuetudine diſpenſare. cap.25 num.659 pag 496

Ad Superiorem Regularem non eſt neceſſaria poteſtas iuriſdictionis, neque clericatus, aut ordo aliquis. cap.25 num.344 pag 428

SVPPLICATIO porrecta Papæ, & ſignata ab eo, non eſt quidem litera Apoſtolica, quià non bullata; ſed ea regiſtrata, ei, ad cuius fauorem fuit ſignata ſecundum ſtylum Datariæ non negantur literæ etiam mortuo Pontifice. cap.33 num.27 pag.692

SVRDI, Et Cœci, quomodò ſe gerere debeant in electionibus actiuis. cap.10 num.16 pag.190.

S V P P R I O R.

Supprior in Ordine Prædicatorum infrà bimeſtre antè electionem Prioris faciendam non poteſt remoueri à Conuentu. cap 3 num.83 pag.50

Supprior, ſeu Vicarius Conuentus poteſt compellere Scrutatores ad dandum ſcrutinium ſibi, vt illud tranſmittat Confirmatori, & compellere ſub pœna excommunicationis. cap 21 num.16 pag.328

Supprior in Ordine Prædicatorum, ſi non habet requiſita ad ferendum votum in electione, ipſam tamen poteſt dirigere. capit.10 numer. 62 pagin.198

Supprior ſolus in Prouincijs Lombardiæ, & Romana Ordinis Prædicatorum eſt exceptus, vt poſſit bis in anno eligere Priores. cap.10 num.113 pag 207

Supprior non poteſt eligi in ſocium niſi in ſuo Conuentu. cap.39 num.14 pag 780 Si Supprior ſit Prædicator Generalis poteſt ire ad Capitulum. ibid num.14 Electus in ſocium ſi fiat Supprior non poteſt ire ad Capitulum. ibid.num.15

S V S P E N S I O.

Suſpenſus qualiter ſit ſimoniacus. cap.7 à numer.280. pagin.147

Suſpenſio multiplex eſt, ſimpliciter; ab officio; à beneficio; ab Ordine; tollerata; non tollerata; maior; & minor. cap.10 num.87 pag 203 cap.25 num.477 pag.454

Suſpenſus quando valide non eligat. cap.10 à num.87 pagin.203 & cap.29 num.87 pag.591

Suſpenſus quomodocumque ſimpliciter vel ab officio, vel à beneficio per ſe eſt ineligibilis. cap.25 num.478 pagin.454

Suſpenſus ab officio tenetur Horas recitare, ſi illi ex Ordine incumbit, vel aliàs teneatur. cap.25 num.484 pagin.455

Suſpenſus ab vno officio, non eſt ſuſpenſus ab alio, nec à beneficio, & econtrà. Et quomodò intelligatur. cap.25 num.489 pag.456

Suſpenſi electio an ſit ipſo iure irrita. capit.25 numer.493 pag.457

T

T A C I T V R N I T A S.

TAciturnitas non habetur pro conſenſu in re graui, & onéroſa. Sed ex circumſtantijs facti, & coniecturis Iudex arbitrari debet, an ipſa ſit habenda pro conſenſu, ſeù diſſenſu. cap.22 num.32 36. pag.333

Taciturnitas quando reddit gratiam ſubreptitiam. cap.25 num.290 pag.418

T E M P V S.

Tempus eligendi quoad terminum vltimum eſt diuerſum iuxtà diuerſitatem Eccleſiarum, & Ordinum, quorum ſtatuta debent obſeruari. cap.13 num.19 pag 247

Tempus iſtud eligendi de iure communi in prælaturis, ad

Digitized by Google

drales, & Regulares Eccleſias eſt trium menſium, in reliquis ſex cap.13 num.19 pag 247
Tempus in Ordine Prædicatorum eligendi Priorem eſt vnius menſis; Prouincialem vnius diei præfixi cum latitudine tamen carentiæ vnius anni; Generalem Sabbathi Pentecoſtes cum carentia iuxtà mortem ipſius Generalis. Socium Prioris a ſeptuageſima vſque ad Capitulum.cap.13 num.21 & 22 pag 248
Tempus non currit impeditis impedimento iuris, vel facti vel ſi Superior vocalibus præcipiat, nè eligant; probare autem impedimentum incumbit Electoribus. Et tempus impedimenti qualiter detrahendum. capit.13 num.23 pag 648
Tempus menſis, vel trium menſium debet enumerari ſecundum Kalendarium. cap.13 num 25 pag.248
Tempus vltimum ſi inſtet, & Præſidens non conuocet Collegium, electores poſsunt ſe ipſos congregare iuxta ſtylum cuiuſcumque. Et in Ordine Prædicatorum competit antiquiori. cap.13 num.29 pag.249
Temporis vltimus terminus conſiſtit in vltima die, vel trium, vel vnius menſis. In qua die vltima hora congrua. cap.13 num.32 pag 249
Tempus iſtud, vel trium, vel vnius menſis poteſt reſtringi, & à Præſide cum maiori parte, cap.13 num.34 pagin.250
Tempus electionis Prioris Conuentualis in Ordine Prædicatorum fuit reſtrictus à conceſſo à iure communi, & validè. cap.13 num.35 pag 250
Tempus electionis, Prouincialis, & Generalis in eodem Ordine eſt ampliatus vltrà tres menſes, & rectè rationibus adductis. cap 13 num.36 pag.251
Tempus ſtatutum, immò intimatum pro tali die poteſt mutari data cauſa, ſed ipſo adueniente regulariter non poteſt amplius mutari, & nisi in eo eligatur, deuoluitur ad Superiorem electio. cap.13 num.37 pag.251
Tempus electionis eſt etiam dies feſtus. capit.13 quæſt.7 à num.45 pag.252 Et etiam nox. cap.13 quæſt.8 à numer.48 pag.153
Tempus electionis Generalis eſt vacante Generalatu capit.35 num 24 pag.751
Tempus officij Prouincialatus ab electione eſt numerandum.cap.36 num.31 pag.762
TESTAMENTVM minus ſolemne ſi conſtet de voluntate Teſtatoris, obligat in Conſcientia. cap.9 numer.21 pag.177
Teſtamenta quandò ſint valida non ſeruata forma ſtatuta à legibus cap.9 num.42 pag 182
TESTES Qui inhabiles etiam ad probandam ſimoniam. cap.7 à num.64 pag.112
Teſtes In electionis ſcrutinio præter ſcrutatores non aſſumendi. cap.16 num.39 pag.280 & cap.17 numer.6 pag 283
TIMOR cauſans inuoluntarium, mouet ratione, & cauſa fugiendi malum, cap 5.n.90 p 84
Timor ſeruilis eſt donum Spiritus ſancti, cap.7. num. 88. pag 117
Timor quando inducat ſimoniam, cap.7.à num.83. vſque ad n.100 pag.115
TONSVRA non eſt ordo, cap.25 n. 288 p.456

T R A C T A T V S.

Tractatus conſultorius priuatus de perſona eligenda non poteſt moraliter euitari ante electionē, vnde nec eſt prohibitus, cap.5. num.47 & 48 pag.776
Tractatus Collegialis licet in aliquibus caſibus neceſſariò ſit præmittendus electioni, abſolutè tamen tractatus de perſona eligenda non eſt neceſſarius, immò potius prætermittendus, cap.5.num.63.pag.68.
Tractatus factus Eccleſia non vacante prohibitus, & nullus, ſi ſit deliberatiuus, cap.5. num.55 pag.77.
Tractatus conſultorius haberi poteſt etiam in Ordine Prædicatorum, ibid.
Tractatus clandeſtinus non ſemper malus, cap.12. nu.21. pap 241.
Tractatus habitus non vacante Eccleſia vitiat electionem, cap.13.n 9.pag 243.
Tractatus licet non ſit de ſubſtantia electionis, tamen de præcepto, aliquando etiam naturali eſt præmittendus, cap.15.n.7.pag.271.
TRANSLATIONES Epiſcoporum non multum laudabiles, cap.30. num 64. pag.608.

V

VACANTIA Eccleſiæ fit ex multiplici cauſa, ſcilicet per translationem, depoſitionem, mortem moralem &c. quę vel ad mortem, vel ad abſolutionem Prælati reducuntur, cap.13. à n.3. p.244.

V E R B V M.

Verbum, ſeu particulæ *Adeout*, ſtat augmentatiuè, & addit nouam pœnam, cui adiungitur, cap.10. numer.103. pag.205
Verbum *præſumere* importat dolum, & dicitur de eo, qui ſcienter, & ſponte legem tranſgreditur, cap.8. num.7 pag 170
Verba vbi ſunt de ſubſtantia factū non ſufficit, nec æquipollet verbis, cap.19 num 24 p.318
Verba priuatiua quæ ſonant in pręſens an trahant ſecum executionem, cap.9 n 61 p 186
Verbum priuentur eſt futuri temporis & importat ſententiam ferendam, cap 9 num.61. p 186.
Verba ſubiunctiui modi ſiue pręſentis, ſiue pręteriti imperfecti futurum explicant, ibid.

V I C A R I V S.

Vicarius electionis cum voce in Ordine Pręedicatorum poteſt mitti in caſu diſſenſionis moraliter impediturę electionem, cap.3.n 44.p.39
Vicarius talis poteſt etiam mitti in caſu, in quo nullus ſit inter electores, qui ſciat electionem dirigere, c.3. n.45. pag 40
Vicarius talis non de facili eſt per Prouincialem mittendus cum rariſſimè accidere poſſit caſus in forma, ibid.n.46 pag.40.
Vicarius verò poteſt mitti ad dirigendam electionem in antecedentibus, & ſubſequentibus & extrinſecis, ſed non habet vocem in electione, cap.3. num.44. pag 39. & cap.10.n 62 pag 198.
Vicarij Prouincialis nomine venit, non Vicarius eiuſdem præſente ipſo, ſed qui mortuo, vel amoto Prouinciali regit Prouinciam. cap 25 num.220 pag.404
Vicarij locorum in Ordine Prædicatorum ſunt Prælati. capit.6 num.8 pag.88
Vicarius Ordinis Prædicatorum conuocat vocales ad electionem Generalis.cap.35 num 34 pag.753 Non habet votum in electione Generalis, niſi aliunde ſibi competat.ibidem num.32 Vicarius Ordinis Prædicatorum regulariter inſtituitur a Pontifice.ibidem.
Vicariatus Generalis in Ordine Prædicatorum pertinet ad Prouincialem illius Prouinciæ in qua ſequens capitulum celebrari debet. cap.35 num 32 pag 752
Vicarius Generalis non eſt ſcrutator. cap.35 num.38 pagin.753 Nec publicat electionem. ibid. numer.39 Nec etiam Vicarius Prouincialis in electione Prouincialis eſt ſcrutator, nec publicat electionem. cap.36 numer.30 pag.761 Vicariatus Prouincialis in multis Prouincijs ad certum Conuentum ſpectat.cap 36 num.26. pag 760

V O C A L I S.

Vocalium mutationes prohibitæ in Ordine Prædicatorum inſtante electione. cap.3 à num.75 pag.47
Vocalis non eo habet votum in Conuentu a quo remouetur, ex quo non habet votum, aut impeditur etiam iniuſte, ne habeat votum vbi aſſignatur.cap.3 nu.68 pag 46

Vo-

Digitized by Google

Vocales in electionibus debent vocari, & expectari, & quouſque cap. 11 num. 86 pag. 227
Vocales vocati congruo tempore, & non venientes ad electionem intra terminum præfixum, faciunt ſe alienos & extraneos. Sicut & qui recedunt à Capitulo electionis, ea inſtante, manente tamen maiori parte, nec iſti inter vocales connumerari debent, præcipuè quandò inſtat vltimus terminus electionis. capit. 11 numer. 91 pagin. 228
Vocalis vnus ſolus poteſt eligere, alijs non venientibus, ſeù recedentibus, ſi inſtat tempus. Ità & vnus ſolus Cardinalis poteſt eligere Papam. cap. 11 num 93 pag. 229
Vocalium maioris partis Congregatorum in quocumque, Collegio acta non valent, ſi illa pars non fuit etiam maior habito reſpectu ad eos, qui vocandi eſſent. c. 11 num. 111 pag 233
Vocalis dubius admiſſus electioni, quomodò poſſit electioni præiudicare, & non agat de contemptu, ſi excludatur legitime. cap. 14 num. 34 50. pag. 261 & 264
Vocalis dubius quando non ſit admittendus. cap. 14 numer. 44 pag. 263
Vocalis non eſt reijciendus ex delicto dubio. cap. 14 nu. 46 pag 263
Vocalium legitimandorum Iudex quis ſit, aut eſse debeat in vnoquoque Collegio. cap, 14 num 51 73. pag. 264 & 269.
Vocales ſunt in electionibus, & ideò ad eas vocādi omnes, qui volunt, debent, & poſsunt commodè intereſse, & quibus de iure, ſeù conſuetudine probata competit ius eligendi, vel ſunt in quaſi poſseſſione. cap. 11 num. 14 pag. 214
Iudices ad legitimandum vocales in electione Prouincialis ſunt eligendi. cap. 36 nu. 30 pag. 761 A quibus debeant eligi. ibid. Non ſeruatur forma Canonica electionis. ibid. Si non eligantur ad formam legis, qualiter eorum electio ſit nulla. ibid. Ex mala electione horum iudicum non vitiatur electio Prouincialis. ibid.

VOCANDVS.

Vocandi ſunt ad electionem omnes abſentes, qui volunt ei intereſse; ſi abſque incommodo Eccleſiæ, poteſt fieri, & explicatur, quid, & quale ſit graue incommodum Eccleſiæ. cap. 11 num 33 pag. 218
Vocandi etiam veniunt à longinquo ſecundùm leges, ſeù conſuetudines cuiuſcumque Eccleſiæ. cap. 11 numer. 35 pag. 218
Vocandi ſint nè in dubio incommodi Eccleſiæ, nec ne? Iudex, aut Præſes Capituli, cui incumbit conuocare Electores, iudicare debet, ſi loquamur antè electionem; ſed ad iudicandum, an debuent, vel non debuerint vocari, ſpectāt ad Confirmatorem. cap. 11 no. 34 pag. 218
Vocandi in Ordine Prædicatorum ſunt diſtantes itinere vnius diei; ideſt per viginti milliaria. cap. 11 numer. 36 pag. 218
Vocandi verè pertinent ad Capitulum, nec abſunt niſi ex iniuria illis illata. cap. 11 num. 112 pag. 233
Vocati ſi non ſint omnes vocandi, electio licet ipſo facto non ſit inualida, tamen caſſanda venit ad inſtantiam etiam vnius contempti. cap. 14 num. 14 pag 257
Vocandi qualiter debeant abſentes, & præſentes, cap. 11 quæſt. 6 per totam à num. 41 pag. 219
Ex qua cauſa, & quando electores vocandi ſint, vel non vocandi. cap. 1 quæſt. 7 per totam. à num. 53 pag. 221.
Vocari quando non debeant, vel debeant inhabiles, & criminoſi. cap. 11 à num. 71 pag. 224
Si vocetur non vocandus non eſt neceſse illum expectare ſed vocans tenetur ei de damno dato. cap. 11 numer. 74 pag. 225
Vocandus, qui renunciauit voci, ſi vult reaſumere vocem. cap. 11 à num. 76 pag. 225
Vocatus ad quod tempus ſit expectandus. ibid. quæſt. 10 per totam. à num. 86 pag. 227
Vocatum eſse electorem ad quem ſpectet probare. ibid. quæſt. 13 per totam à num. 126 pag. 236

VOLVNTAS coacta eſt voluntas. cap. 4 num. 1 pag. 56
Voluntas in mente retenta nil operatur ad obligandum alios. cap. 4 num. 12 pag. 68

VOTVM, VOX.

Vocem in electionibus nulli ſunt, qui habeant ratione Ordinis, licet multi ſint ij, qui illam non habent, niſi ordinati. ibid. num. 104 pag. 206
Voce actiua priuatus dicitur in Ordine Prædicatorum, qui ſententialiter, ſaltem per ſententiam declaratoriam factus eſt denunciatus talis. ibid. num. 127 pag. 209
Voce priuatus per ſententiam poteſt vi eijci ab electione, ſi abſque ſcandalo poſſit fieri. ibid. num. 127 pag. 219 capit. 11 num. 73 pag. 225
Voce priuatus notoriè, ſed non denunciatus, non debet expelli, ſed admitti cum proteſtatione, quæ ſi præcedat electionem, electio eſt caſsanda, quandò euadit virtute illius voti, ſecus tamen ſi proteſtatio ſubſequatur. cap. 10 num. 130 pag. 210 cap. 11 num. 74 pag. 225
Voce priuatus ex facto, non verò per ſententiam non tenetur in conſcientia abſtinere à voto ferendo. c. 10 numer. 134 pag 210
Voce priuatum eſse non poteſt de ſe ipſo declarare in Ordine Prædicatorum quilibet Superior. cap. 10 num. 137 pag. 210
Votum nulliter aſſignati in Conuentu eſt nullum. cap. 3 pag 108
Vota eligentium quomodò computentur in caſu, quo in electione interuenerant vota nulla, vel vota coacta. capit. 4 num. 19 pag 60
Vota quomodò computanda ſint in electionibus; quandò debet admitti vnum, vel duo inutilia, ad hoc vt videatur quis rectè euadat electus. cap. 10 num. 63 pag. 199
Vota abſentium contemptorum, qui poterant, & debebant vocari, computantur ad validitatem electionis, adeò vt reſpectu ad illa debet accipi maior pars neceſſaria ad electionem. cap. 11. numer. 111, & 116. pagina. 232.
Votorum publicatio electioni intrinſica reddit electionem non ſecretam, & irritat illam. cap 17 numer. 11 17. pagin. 285
Votum publicum eſt nullum. cap. 17 num. 14 pag. 286
Votorum publicatio facta vel ab vno, vel à minori parte non conſentiente maiori non reddit irritam electionem. cap. 17 num. 13 pag 286
Votorum publicatio per Schedulas ſignatas quomodò, & quandò reddat electionem nullam. capit. 17 numer. 16 pag. 286
Votorum publicatio per Schedulas ſignatas prohibita in Ordine Prædicatorum, ſub pœna priuationis vocis actiuæ. & paſſiuæ, non tamen cum decreto irritanti, niſi eſſet maior pars. cap. 17 num. 23 pag. 288
Votorum publicatio facta, dum tradit Elector Schedulam propriam (plicatam tamen) alteri vt eam ponat in vrnam, non eſt licita, & quibus rationibus. cap. 17 num. 25 26. pag. 288
Votorum publicatio facta poſt electionem per publicationem nominum eligentium quomodò ſit prohibita. cap. 17 num. 29 pag. 289
Votorum Superiorum manifeſtatio antè electionem quomodò non ſit prohibita, ſed nec etiam poſt electionem. cap. 17 num. 38 39. pag. 291
Votorum prætentorum manifeſtatio in quibus caſibus licita Electoribus. cap. 17 num. 40 pag. 292
Votum publicans obſignando Schedulam peccat mortaliter, & quomodò ſit puniendus. capit. 17 numer. 14 16. pag. 286
Votum publicum ex Schedula ſignata verè non eſt computandum in Ordine Prædicatorum, niſi tamquam inutile, & album. cap. 17 num. 23 pag. 288

Votum

Digitized by Google

Votum electorum dicitur deſiderium, voluntas, & conſenſus eligentium. cap. 18 num. 5 pag. 295
Votum eſt animi deliberatio liberè ſe determinantis ad vnum. cap. 18 num. 17 pag. 299
Vota eligentium debent eſſe certa, determinata, pura, ſincera, & gratuita. cap. 18 num. 16 pag. 299
Vota hæc non poſſunt eſſe alternatiua, vt eligo Petrum, vel Paulum. cap. 18 num. 17 pag. 299
Vota conditionata conditione de præſenti, vel de præterito non reddunt votum nullum, quod tamen faciunt, ſi ſint conditionata conditione de futuro, & contingenti, & multotiès vota conditionata reddunt votum inutile. Vide locum. cap. 18 num. 20 pag. 299
Vota indeterminata, & importantia electionem de futuro, & poſſibilem eſſe, & non eſse, ſunt nulla. cap. 18 numer. 23 pag. 300
Vota alternatiua, incerta, & inutiliter data, vt ſunt, quæ eligunt Papam, Generalem, vel alium ſimilem, debent computari, vt vota alba, & renunciantia vocem ſuam, præcipuè in Ordine Prædicatorum; & ideò non numeranda. cap. 18 num. 24 pag. 300 cap. 19 nu 11 pag. 314
Vota alternatiua, ſeù inutilia dantes quam pœnam incurrant de iure communi, & quam in Ordine Prædicatorum. cap 18 num. 24 pag. 300
Vota non poſsunt variari in ſcrutinio per Schedulas, quandò duæ Schedulæ iam in vnam ſunt poſitæ, at poſsunt variari in ſcrutinio auriculari. cap. 18 numer. 30 33. pagin. 302
Vota omnia poſsunt variari in ſcrutinio per Schedulas, etiam quandò omnes Schedulæ ſunt in vnam poſitæ, ſi maior pars vocalium petat ſcrutinium non publicari, & etiam ſi vnus tantùm petat, de conſenſu tamen maioris partis. cap. 18 num 34 pag. 202
Vota non poſsunt variari in electione Canonica, publicato ſcrutinio, quandò Electores eligunt ex officio, bene tamen poſsunt variari in alijs electionibus, quandò eligunt iure proprio. cap. 18 num. 35 pag. 33
Non priuantur voce eligentes indignum in Socium Prioris. cap. 39 num. 8 pag. 779 Priuatur voce eligens indignum, ſi electio publicetur. ibid. num. 10
Votum eligentis indignum non eſse computandum aliqui ſentiunt. cap. 39 nu. 10 pag. 780 Vota inutilia non computanda. ibid. Si tamen ſint euidenter inutilia ibid. numer. 11 Ea vota inutilia non computanda quæ non exprimunt purum & abſolutum conſenſum. Vidoa non poteſt eligi in Abbatiſſam. cap. 40 nu. 48 pag. 794 Nec an hæc poteſt Epiſcopus diſpenſare. ibid.
Vota poſsunt etiam variari, & reiterari electio poſt publicationem ſcrutinij, ſed antè publicam electionem; quandò tamen electio communis futura notoriè appareat nulla. cap. 18 num. 38 pag. 303
Votum vel vnius ſolius Electoris præsẽtis omiſsum reddit electionem nullam ipſo facto de iure. cap. 18 numer. 42 pag 304
Vota præſentia dicuntur eorum, qui ſunt in domo Collegij, & ſunt impediti impedimento phiſico, non morali, ad quos accedere debent ſcrutatores. cap. 18 num. 43 pag. 304
Vota Patrum à conſilijs in Ordine Prædicatorum ſunt deciſiua non conſultiua loquendo de conſilijs factis à Prioribus Conuentualibus pro intereſse Conuentus. Sunt vero conſultiua tantum loquendo de conſilijs factis vel faciendis à Prouinciali, vel Generali. Et ſic declaratum. cap. 33 num. 145 pag. 721
Vota à ſcrutatoribus in ſcriptis redigenda. cap. 18 num. 65 pag. 308 Et hoc eſt de ſubſtantia electionis. num. 66
Vota numeranda, & conferenda cum numero electorum & quid ſi non concordet numerus cum numero &c. capit. 18 num. 65 pag. 308
VTILE per inutile non vitiatur. cap. 33 n. 168 pag. 727

Finis Indicis Materiarum.

Digitized by Google

ERRATA CORRIGE.

Pagina	16. num.	20	eſſe	non eſſe
	37	29	profeſſor	poſſeſſor
	37	32	Eccleſiam	Eccleſiam Romanam
	45	56	ſe ſcriptum:	ſic ſcriptum
	53	100	morte Prioris	electione Prioris
	67	11	puritate,	paritate
	100	10	Laxman	Layman
	118	199	ut	eſt
	134	197	eſſe poſſet ſi	eſſe poſſet niſi
	150	63	profeſſor	poſſeſſor
	154	194	ſue	ſux
	179	10	concedatur	concedi poteſt.
	198	85	ſit mentio	non ſit mentio
	299	27	cap. 16	cap. 6.
	346	12	ita eſt	non eſt
	323	16	quæſt. 182 2. D. T.	quæſt. 185. 2. 2. D. Thomæ
	352 in ſum.	18	non eſt.	eſt, & non eſt
	371	84	ſtatuta eius	ſtatuta eius
	375	98	negatiue	affirmatiue
	375	98	officia cenſeantur	officia inhabiles cenſeantur
	378	108	Exurgentis	ex vſugentis
	483	614	carentia ſibi	carentia cibi
	557	69	bigamia ſimonia	dele ſimonia
	588 in ſum.	8	electionem	poſtulationem
	588	9	ſi electio	ſi non electio

Plura alia, amice Lector, inuenies errata, in quibus ex vnius, vel alterius literæ falſitate vocum, vel numerus, vel perſona, vel caſus, vel debita terminatio, & ortographia violatur: quæ ex te ipſo cognoſcere facillimè poteris, & fallaci impreſſionis conditioni pro tua humanitate dignaberis condonare.

REGESTVM.

† †† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo.

[illegible] es præter †† & Ooooo, qui ſunt Terniones.

ANT B17375

ROMAE,

Ex Typographia Nicolai Angeli Tinaſſij. M.DC.LXI.

SVPERIORVM PERMISSV.

g.54

f.a18.

Digitized by Google

G 46.